# BIBLIORVM SACRORVM

## CVM GLOSSA ORDINARIA IAM ANTE QVIDEM A STRABO FVLGENSI COLLECTA:

NVNC AVTEM

NOVIS, CVM GRAECORVM, TVM LATINORVM PATRVM EXPOSITIONIBVS LOCVPLETATA:

Annotatis etiam ijs, quæ confuſe antea citabantur, locis:

Et Poſtilla Nicolai Lyrani: Additionibus Pauli Burgenſis ad ipſum Lyranum: ac ad eaſdem Matthiæ Toringi Replicis:

*Per Fratrem Franciſcum Feuardentium Ordinis Minorum, Ioannem Dadræum, & Jacobum Cuilly, Doctores Theologos Pariſienſes:*

## TOMVS TERTIVS:

Hac ſane quidem Veneta editione à quàm plurimarum dictionum mendis expurgatus, multis quoque verbis, & verſibus aliàs prætermiſſis ſuppletus.




VENETIS, M DCIII

EX BIBL. THEOL. ...

# Librorum qui Tertio Tomo continentur, authorumque qui in ſingulos citantur, ſeries.

*IOB ET IN EUM librum citantur.*

A

Ambroſius.
Anaſtaſius Nicenus.
Apollinaris.
Aquila.
Auguſtinus.

B

Baſilius.

C

Catena Greca.
Chaldęus Paraphraſtes.
Chryſoſtomus.
Clemens Romanus.
Cyprianus.
Cyrillus.

D

Didymus.
Dionyſius Areopagita.

E

Euagrius.

G

Gregorius Papa.
Gregorius Theologus.
Gregorius Nazianzenus.

H

Hebręi.
Hieronymus.

I

Iſidorus.
Iulianus.

M

Methodius.

N

Nicetas.
Nilus.

O

Olympiodorus.
Origenes.

P

Philippus Presbyter.
Philo Iudęus.
Polychronius.

R

Rabbi Leui Ben Gerſon.

S

Seuerus Sulpitius.
Symmachus.

T

Tertullianus.
Theodotion.

*PSALTERIUM ubi citantur.*

A

Ambroſius.
Aretas.
Aquila.
Arnobius.
Aſterius.
Aeren Eſra.
Auguſtinus.

B

Baſilius.
Beda.
Bernardus.

C

Caſſiodorus.
Chaldęus Paraphraſtes.
Chryſoſtomus.
Cyrillus.

D

Damaſcenus.
Didymus.

E

Euſebius Emiſſenus.
Euſebius Cęſarienſis.
Euthymius.

G

Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Papa.
Gregorius Niſſenus.

H

Hebręi.
Hieronymus.
Hugo de San. Victore.

I

Innocentius Papa.
Iſichius.

N

Nicetas.
Nicephorus Blemida.

O

Oecumenius.
Origenes.

R

Rabanus.
Rabbi Dauid Kimhi.
Remigius.
Ruffinus Aquilienſis.
Rupertus.

S

Symmachus.

T

Tertullianus.
Theodoretus.
Theodo. Heracleotes.
Theodotion.

*PROVERBIA Salomonis explicant.*

A

Acatius.
Ambroſius.
Auguſtinus.

B

Baſilius.
Beda.
Beroſus.

C

Chryſoſtomus.

E

Epiphanius.

G

Gregorius Magnus.

H

Hieronymus.

T

Tertullianus.
Theodoretus.

*ECCLESIASTES IBI.*

A

Albinus.
Ambroſius.
Aquila.
Athanaſius.
Auguſtinus.

B

Beda.

C

Cromatius.
Chryſoſtomus.

G

Gregorius Magnus.

H

Hieronymus.

L

Laodicęus.

O

Olympiodorus.
Origenes.

S

Septuaginta Interpretes.
Symmachus.

T

Tertullianus.
Theodotion.

*CANTICA Canticorum.*

A

Ambroſius.
Auguſtinus.

B

Beda.
Bernardus.

G

Gregorius Magnus.

H

Hieronymus.

P

Pſelles.

R

Rabanus.
Rupertus.

T

Theodoretus.

*SAPIENTIAE. Eccleſiaſticus. Quos explicant pter nunc nominatos.*

A

Anaſtaſius.

E

Euſebius Cęſarienſis.

G

Gregor. Nazianzenus.

I

Idaicus.

V

Victorius.

***

# A PRIMVS PROLOGVS SANCTI HIERONYMI D IN LIBRVM IOB,

Iuxta Septuaginta Interpretes cum aſteriſcis,& obelis,e Græco in Latinum per eum tranſlatum , antequam ex Hebræo verteret.

† Virgi Buc. Eg.o. ... Dū ſedet & graci li fiſcellam texit hibiſco.

† Ioan.6.c

Mariani Victorij Reatini, Epi Amerini ſcholia in plogū primum D. Hieronymi in librum Iob quę habentur tertio tomo, epiſto num.114.

*SI aut † fiſcellam iunco texerem; aut palmarum folia complicarem, vt in ſudore vultus mei comederem panem, & ventris opus ſollicita mente pertractarem, nullus morderet, nemo reprehenderet. Nunc autem, quia iuxta ſententiā Saluatoris † volo operari cibum qui non perit, & antiquam diuinorum voluminum viā ſentibus virgultisq́ purgare, error mihi geminus infligitur corrector vitiorum, falſarius vocor, & errores non auferre, ſed ſerere. Tanta enim eſt vetuſtatis conſuetudo, vt etiam confeſſa pleriſq; vitia placeant, dum magis pulchros habere volūt codices quàm emendatos. Quapropter o fratres chariſſimi, vnicum nobilitatis, & humilitatis exemplar, pro flabello, calathis, ſportellisq́, munuſculis monachorum, ſpiritalia hæc, & manſura dona ſuſcipite, ac Beatum Iob † qui adhuc apud Latinos iacebat in ſtercore, & vermibus ſcatebat errorum, integrum immaculatumq́ gaudete: † Quomodo enim poſt probationem, atq́ victoriam, duplicia ſunt ei vniuerſa reddita, ita ego in lingua noſtra, vt audacter loquar, feci eū habere quæ amiſerat. Igitur & vos, & vnumquemq; lectorem ſolita præfatione cōmoneo, & in principijs librorum eadem ſemper annectens, rogo, vt vbicunque ſemper præcedentes virgulas videritis, ſciatis ea quę ſubiecta ſunt in Hebraicis voluminibus non haberi. Porro vbi ſtellę imago preful-* B *ſerit, ex Hebręo in ſermone noſtro addita ſunt: Necnon & illa quę haberi videbantur, & ita* E *corrupta erant, vt ſenſum legentibus tollerent, orantibus vobis, magno labore correxi, magis vtile quid ex ocio meo Eccleſijs Chriſti venturum ratus, quàm ex aliorum negocio.*

† Iob 2.c

† Iob 42.c

Alius Prologus Sancti Hieronymi in Librum Iob ex Hebræo in Latinum per eum verſum.

Eiuſdem Victorii in hunc alterum prologū ſcholia, quę habentur in eodem tomo quo ſuperiora.

*COgor per ſingulos ſcripturę diuinę libros aduerſariorum reſpondere maledictis: qui interpretationem meam, reprehenſionem Septuaginta Interpretum criminantur: quaſi non & apud Grecos Aquila, Symmachus, & Theodotion, vel verbum ex verbo, vel ſenſum ex ſenſu, vel ex vtroque commixtum, & medię temperatum genus tranſlationis expreſſerint: & omnia veteris Inſtrumenti volumina Origenes obelis aſteriſcisq́ diſtinxerit, quos vel additos, vel de Theodotione ſumptos, tranſlationi antiquę inſeruit, probans defuiſſe quod † addidit. Diſcant igitur obtrectatores mei recipere in toto quod in partibus ſuſceperūt, aut interpretationem meam cum aſteriſcis ſuis radere. Neq; enim fieri poteſt, vt quos plura intermiſiſſe ſuſceperint, non eoſdem etiam in quibuſdam erraſſe fateantur, præcipue in Iob: cui ſi ea quæ ſub aſteriſcis addita ſunt ſubtraxeris, pars maxima detruncabitur, & hoc duntaxat apud Grecos. Ceterum apud Latinos ante eam tran-* F *ſlationem, quam ſub aſteriſcis, & obelis nuper edidimus, ſeptingenti ferme, aut octingenti ver-* C *ſus deſunt, vt decurtatus & laceratus corroſusq́ liber, † fœditatem ſui publice legentibus prębeat. Hęc autem tranſlatio nullum de ueteribus ſequitur interpretē, ſed ex ipſo Hebraico Arabicoq́ ſermone, & interdum Syro, nunc verba, nunc ſenſus, nunc ſimul vtrūq; reſonabit. Obliquus enim etiam apud Hebręos totus liber fertur, & lubricus, & quod Græce rhetores vocant* ἐσχηματισμένος*, dum qui aliud loquitur, aliud agit. Vt ſi velis anguillam, aut murenulam ſtrictis tenere manibus, quanto fortius preſſeris, tanto citius elabitur. Memini me ob intelligentiam huius voluminis Lyddeum quendam præceptorē, qui apud Hebręos primus haberi putabatur, nō paruis redemiſſe nummis: cuius doctrina an aliquid profecerim, neſcio. Hoc vnum ſcio, non potuiſſe me interpretari, niſi quod ante intellexerā. A principio itaque voluminis vſq; ad verba Iob, apud Hebręos proſa oratio eſt. Porro a verbis Iob in quibus ait: † Pereat dies in qua natus ſum, & nox in qua dictū eſt: conceptus eſt homo: vſq; ad eū locū vbi ante finem voluminis ſcriptū eſt: † Idcirco ipſe me reprehendo, & ago pęnitentiam in fauilla, & cinere: hexametri verſus ſunt: dactylo ſpondeoq́ currentes: & propter linguę idioma, crebro recipientes, & alios pedes; non earundem ſyllabarum, ſed eorundem temporum. Interdum quoq; Rhithmus ipſe dulcis, & tinnulus, fertur numeris pedum ſolutis. Quod metrici magis quam ſimplex lector intelligunt.*

† additum eſt

† nuditatem

† Iob 3.a

† Iob 42.a

A *A ſupradicto autem verſu vſq; ad finem libri, paruum cõma quod remanet, proſa oratione contexitur. Quod ſi cui videtur incredulum, metra ſcilicet eſſe apud Hebręos, & in morem noſtri Flacci Gręciq́, Pindari, & Alcęi, & Sapphus vel Pſalterium, vel Lamentationes Ieremię, vel omnia ferme ſcripturarum cantica, comprehendi, legat Philonem, Ioſephum, Origenẽ, Cęſarienſem Euſebium, & eorum teſtimonio me verum dicere comprobabit. Audiant quapropter canes mei, idcirco me in hoc volumine laboraſſe, non vt interpretationem antiquam reprehendere, ſed vt ea qua in illa, aut obſcura ſunt, aut omiſſa, aut certe ſcriptorum vitio deprauata, manifeſtiora noſtra interpretatione fierent, qui & Hebręum ſermonem ex parte didicimus, & in Latino penè ab ipſis cunabulis, inter grammaticos, & rhetores, & philoſophos detriti ſumus. Quòd ſi apud Gręcos poſt Septuaginta editionem, iam Chriſti Euangelio coruſcante, Iudæus Aquila, & Symmachus, ac Theodotion, Iudaiƶãtes, hęretici ſunt recepti, qui multa myſteria*

B *Saluatoris ſubdola interpretatione celarunt: & tamen in* ἑξαπλοῖς *habentur apud Eccleſias, &* E *explanantur ab Eccleſiaſticis viris, quanto magis ego Chriſtianus, & de parentibus Chriſtianis natus, & vexillum Crucis in mea fronte portans, cuius ſtudium fuit omiſſa repetere, deprauata corrigere, & ſacramenta Eccleſię puro, & fideli aperire ſermone, vel a faſtidioſis, vel a malignis lectoribus non debeo reprobari. Habeant qui volunt, veteres libros, vel in membranis purpureis, auro argentoq́ deſcriptos, vel vncialibus, vt vulgo aiunt, literis, onera magis exarata, quàm codices: dummodo mihi meisq́ permittant pauperes habere ſchedulas, & non tam pulchros codices, quàm emendatos. Vtraque autem editio, & Septuaginta iuxta Græcos, & mea, iuxta Hebręos, in Latinum, meo labore tranſlata eſt. Eligat vnuſquiſque quod vult, & ſtudioſum me magis quàm maleuolum probet.*

## Argumentum in Librum Iob.

*IN terra quidem habitaſſe Iob Huſitidi, in finibus Idumęę, & Arabię fertur: & erat ei ante nomen Iobab. Et accepit vxorem Arabiſſam, & genuit filium, quem vocauit Ennon. Erat autem ipſe filius quidem Zarę, de Eſau filijs filius: de matre vero Boſra, ita vt ſit quintus ab Abraham. Et hi ſunt reges qui regnauerunt in Edom, in qua & ipſe regnauit: Sed primus in ea regnauit Bela, filius Beor: & nomen eiuſdem ciuitatis Denaba. Poſt Bela autem, Iobab, qui vocatur Iob. Poſt Iob autem Huſan, qui erat dux ex Themanorum regione. Et poſt illum regnauit Adad filius Badadi, qui excidit Madian in campo Moab, & nomen ciuitatis eius Auith.*

---

## DEVOTISSIMI PATRIS DOM. NICOLAI de Lyra in Poſtillam ſuper Iob præfatio.

PAtientiam habe in me, & omnia reddam tibi Matt. 18. d. *Quamuis verbum propoſitum ſit verbum ſerui ad Dominum, tamen poteſt accipi econuerſo, vt ſit verbum Dei ad Sanctum Iob ſeruum ſuum: quia propter connexionem fidelium ad Deum, tanquam membrorũ ad*

C *caput ſuum, quod dicitur de vno, poteſt intelligi de altero, & econuerſo, ſicut Act. 9. a. Dominus dixit:* Saule, Saule, quid me perſequeris? *ita* ꝙ *perſequutionem fidelium dixit ſuam, & econuerſo Paulus Apoſtolus ad Gal. 2. d. dixit;* Chriſto crucifixus ſum Cruci, *paſſionẽ ſui capitis, ſuam dicens per compaſſionem, & imitationem. Sic igitur verbum præaſſumptum conuenienter poteſt accipi, vt ſit verbũ Dei ad Sanctũ Iob ſibi per fidem incorporatũ; In quo quidem verbo, duo notantur,*

Patiẽtia Iob. *in quibus proceſſus huius libri, & materia continentur. Primum eſt Sancti Iob ſtabilitas in aduerſis, cũ dicitur;* Patientiam habe. *Secũdũ eſt Dei liberalitas in præmijs reddendis, cũ dicitur:* Et omnia reddam tibi. *vnde dicitur infra vlti. cap.* Dominus autem benedixit nouiſſimis Iob magis quàm principio eius. *& de vtroque iſtorũ poteſt accipi illud Eccl. 1.* Vſque in tẽpus ſuſtinebit patiens, & poſtea redditio iucunditatis. *Tẽpus aũt ſuſtinendi patienter eſt vſq; ad terminũ diuini beneplaciti, quod fecit Iob; vt patebit ex decurſu libri, & ſequuta eſt redditio iucunditatis, quia Deus ſibi duplicauit in præſenti bona terrena, & in futuro ſibi reſeruauit cæleſtia. De primo autem, ſcilicet de patientia Iob in aduerſis, agitur in hoc libro a principio vſq; ad vltimum capitulum excluſiue. De ſecundo, ſcilicet de diuina remuneratione agitur vlti. cap. ſicut magis videbitur inferius in libri diuiſione Domino concedente. Veruntamen antequam deſcendamus ad literam exponendam, duo ſunt præmittenda.*

*Primum eſt, vtrum illud quod in hoc libro eſt tractatũ, fuit parabola, vel res geſta. Ad quod dixerunt aliqui Iudæi,* ꝙ *eſt parabola, & quòd Moyſes ſcripſit librum iſtum, vt habetur in libro qui apud Hebræos dicitur Babathra, & ad declarandum conditionem virtutis patientiæ, & eius retributionẽ, finxit hominem nomine Iob multipliciter flagellatũ, & amicos eius qui ad conſolandum eũ venerant mutatos ad oppoſitũ, ſcilicet ad oſtendendum eum iniquum, & pro peccatis præteritis a Deo merito flagellatũ, ipſum quoque Iob reſpondentem; tandem obiectionem eorũ ſubinduxit; Sicut autor libelli qui incipit: Aethiopum terras, &c. ad declarandum antiquitatem ſacræ ſcripturæ, & eius veritatem reſpectu fictionum poetarum; Finxit vnam virginem nomine Alithiã quod nomen in Græco, veritatem ſignat in Latino, & quendam paſtorem cuius nomen Pſeudis, i. falſus, vel falſitas in Græco adinuicem diſputantes de ſacræ ſcripturæ hiſtoriis, & poetarum fabulis. Sed hoc dictum non videtur ſacræ ſcripturę conſonum. Primo, quia in principio huius libri exprimitur eius patria, mores, poſſeſſiones, & proles, tanquam de re geſta exprimens conditiones, & ſimiliter loquitur infra de amicis Iob Itẽ Ezech. 14. e. dicitur ex perſona Dei;* Si fuerint tres viri iſti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob, iſti iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas. *certũ eſt aũt Noe, & Danielẽ fuiſſe homines veros in rerum natura. Ex quo concluditur idem fuiſſe de Iob a Deo cis connumerato. Item Iac. 5. c.* Ecce beatificamus eos qui ſuſtinuerunt. Sufferentiam Iob audiſtis, & finem Domini vidiſtis, &c. *Ex quo credendum eſt Iob fuiſſe verum hominem in rerum natura, ſicut & Chriſtus verus homo paſſus eſt in natura humana.*

An Iob fuer. in vita.

F Theodolus.

Intentio Iob

*Secundum autem præmittẽdum eſt de intentione huius autoris, quia ex hoc dependet intellectus huius libri. Ad quod plenius intelligẽdum; Sciendũ* ꝙ *aliqui antiqui philoſophi Dei prouidentiã negauerunt, ſicut Democritus, & Epicurei dicentes mundũ eſſe factum a caſu. Alii vero licet dixerint incorruptibilia, & ſuperiora regi diuina prouidentia, ab hoc tamen excluſerunt inferiora corruptibilia, ex quorum perſona dicitur infra 22. b.* Nubes latibulum eius, & circa cardines cœli perambulat, nec noſtra cõſiderat. *Alii vero corruptibilia, q̃ curſu naturę peraguntur; dixerũt regi diuina prouidẽtia, tamẽ ab hoc excepe-*

*runt*

A *runt actus humanos ex libero arbitrio procedentes, de quibus dicitur Tullius fuiſſe: & hi inter alia mouebantur ad hoc, quia non videbant qualiter infallibilitas diuinæ prouidentiæ ſtaret, cum liberi arbitrii vertibilitate. Item quia videbant, vt frequenter malos homines proſperari, & bonos tribulari, quod non videbatur conueniens prouidentiæ Dei: in quorum perſona dicit Boetius 1. de conſolatione loquens ad Dominum: Omnia certo fine gubernans, hominum ſolos respuis actus. Sed hoc dictum eſt fidei, & moribus contrarium, quia tollit pœnas, & præmia a Deo pro demeritis, & meritis reddenda; & per conſequens timorem Dei pariter, & amorem. propter quod dicit hic Sanctus Thomas de Aquino, qui hunc librum expoſuit eleganter, quod ſtudium Sanctorum Doctorum, qui ſcientiam habuerunt per infuſionem, vel acquiſitionem, fuit hunc errorem a cordibus hominum remouere, inter quos de primis fuit Sanctus Iob: & in hoc bene dicit.*

Tullius. Boetius 1. de conſolat. Geneſ. 36. c

*Sed vlterius dicit, quod intentio Sancti Iob in hoc libro fuit, ſuppoſito, quod res naturales regantur diuina prouidentia, declarare vlterius etiam actus humanos diuina prouidentia regi; ſed ſaluo meliori iudicio non videtur hæc fuiſſe eius intentio; quia totus liber iſte procedit per modum cuiuſdam diſputationis inter Iob ex vna parte, & amicos eius ex altera. Intentio vero diſputantis contra aliquos non eſt declarare, vel probare illud in quo cum eo conueniunt, ſed eo ſuppoſito, tanquam vero, & conceſſo procedere vlterius ad probandum, vel improbandum illud in quo diſſentiunt. Manifeſtum eſt autem ex proceſſu huius libri, quod amici Iob in hoc conueniebant cum eo, quod actus humani reguntur diuina prouidentia; qui nitebantur probare cum a Deo iuſte puniri* D *pro peccatis ſuis præteritis: ex quo ſequitur neceſſario, quod ſupponebant pro certo diuinam prouidentiam ordinare de actibus humanis. Hoc etiam patet manifeſte per illud quod habetur infra 22. cap. quod induxit Eliphaz Themanites contra tenentes oppoſitum, ſicut allegatum eſt ſupra. Circa cardines cœli perambulat, nec noſtra conſiderat. vnde ſubdit poſtea: Quorum ſententia longe ſit a me, & idem poſſet oſtendi ex verbis aliorum amicorum Iob: ſed propter prolixitatem omitto: maxime, quia prædictus Doctor hoc concedit in proceſſu ſuo, & ideo conſequenter videtur dicendum, quod intentio ipſius Iob in hoc libro non fuit declarare actus humanos regi diuina prouidentia, ſed hoc ſuppoſito, tanquam ab aduerſariis conceſſo, procedere ad declarandum illud in quo diſſentiebant ab eo, quid autem ſit illud, non ſolum patet ex proceſſu libri, ſed etiam ex conceſſione Doctoris prædicti; videlicet quod licet amici Iob tenerent actus humanos regi diuina prouidentia, tamen tenebant quod aduerſitates huius mundi non inferuntur alicui, niſi propter mala præterita, & proſperitates non eueniunt alicui, niſi propter præcedentia merita: quod eſt erroneum, propter quod Sanctus Iob intendit in hoc libro declarare contrarium, ſcilicet, quod aliquando in præſenti malis eueniunt bona, & iuſtis aduerſa, ſecundum ordinem diuinæ prouidentiæ: ad quam pertinet punire mala, & præmiare bona, & non ſolum in vita præſenti, ſed etiam in futura, & quod hæc ſit intentio Sancti Iob in hoc libro, magis patebit proſequendo Domino concedente.* E

B

## SVPER PRÆFATIONEM AVTORIS in Iob vbi dicitur in Poſtilla. Sed vlterius dicit, quod intentio Sancti Iob in hoc libro, & cæt.

## ADDITIO.

*Poſtillator videtur impugnare poſitionem Sancti Thomæ circa intentionem libri Iob irrationabiliter. Ad quod ſciendum, quod licet aduerſarii Iob concederent, quod actus humani regerentur diuina prouidentia, ſic tamen ponebant modum regendi, qui non competebat Deo, & hoc inquantum dicebat, quod Deus præmiabat iuſtos, & puniebat iniuſtos ſolum in bonis, & malis temporalibus huius vitæ; prout patet in proceſſu etiam ſecundum poſtillatorem: Qui quidem modus regendi non competeret diuinæ iuſtitiæ: nam virtutum præmia etiam ſecundum Philoſophum in hac vita dari non poſſunt. vnde in 1. Ethicorum dicit, quod homines accipiunt honorem ab hominibus loco præmii: quaſi a non habentibus aliquid maius ad dandum. Ex quo patet, quod præmium virtutis excedit omne illud quod temporaliter poſſet dari, & ideo tale præmium non eſt, niſi vera fælicitas, vnde, Si Deus præmiaret iuſtos ſolum in proſperitatibus huius vitæ, eſſet ipſius præmiatio incongrua. Similiter cum aliqua peccata inducant reatum pœnæ æternæ, vt in prima ſecundæ quæſtio. 87. artic. 5. in corpore articuli, ſi Deus talia peccata æternaliter non puniret, derogaretur diuinæ iuſtitiæ. Ex quo ſequitur, quod amici Iob qui ponebant, quod Deus ſolum per temporalia bona huius vitæ præmiabat iuſtos, & ſolum per temporalia mala huiuſmodi puniebat iniuſtos, prouidentiam Dei circa humanos actus implicite negabant, ponentes eam eo modo quo Deo non poſſet competere, licet prouidentiam Dei concederent in confuſo: Sicut ſi aliquis concederet Deum eſſe creatorem cœli, & terræ, & tamen cum hoc poneret diuinam eſſentiam eſſe corpoream, talis implicite negaret, quod Deus eſſet creator cœli, & terræ: nam virtus corporea non poteſt eſſe infinita, & tamen creatio requirit infinitatem potentiæ.*

Philoſophus.

C

*Item attendendum eſt circa hoc quod aliud eſt loqui de intentione Iob diſputantis cum amicis, & aliud de intentione totali libri Iob: intentio enim Iob in ſua diſputatione principaliter erat iuſtificare ſeipſum. ſ. declarare quod non erat punitus propter culpam ſuam, cuius oppoſitum amici ſui intendebant probare. Sed intentio totalis libri Iob principaliter verſatur circa hoc, vt oſtendatur, res humanas a diuina prouidentia regi: & de hac intentione totali Sanctus Tho. loquitur, vt patet intuenti bene eius verba, &c.*

*REPLICA. Circa libri Iob principium cum Poſtillat. commendaſſet Sanctum Thomam, vt egregie hunc librum exponentem, & oſtendiſſet intentionem Iob in hoc libro non eſſe, vt probet actus humanos regi diuina prouidentia, ſicut Sanctus Tho. dixit: Burgenſis dicit hanc reprehenſionem eſſe irrationabilem: & tamen ipſe Burgenſis non ſoluit adductam Poſtillatoris rationem. Arguit enim ſic: Irrationabile eſt inter diſputantes dirigere probationis intentionem ad id quod ab vtraque parte præſupponitur. Ex hoc enim Ariſtotel. probat in Analyticis, & aliis locis principia non debere probari, ſed concluſiones, quia principia tanquam cunctis nota præſupponuntur: quia ſe habent, ſicut ianua in domo, quam nemo niſi ebrius ignorat. Ideo dixit Ariſtot. 3. Metaph. In foribus quis delinquit? quaſi dicat nullus. Cum igitur Iob, & amici eius præſupponebant actus humanos regi diuina prouidentia, habebant illud pro ſuæ diſputationis principio. Stultum igitur, & irrationabile fuiſſet Iob ferre intentionem ſuam ad probandum illud quod expreſſe præſupponebant aduerſarii. Nec ſufficit quod Burgenſis vult, quod negauerant illud principium implicite, quamuis conceſſerunt generaliter. nam qui negat Deum eſſe Iuſtum, negat Deum eſſe: quia non eſt aliud Deum eſſe, niſi Deum eſſe iuſtum: & ideo ſi propter implicitam negationem intentio Iob fuiſſet probare Deum eſſe prouiſorem actuum humanorum, debebat primo probare Deum eſſe, quod ſic implicite negaſſent. Intentio igitur totalis ipſius Iob eſt probare velle, quod ſtante illo tanquam a partibus præſuppoſito, puta actus humanos a diuina prouidentia regi: adhuc iuſte in hac vita malis bona, & bonis mala proueniunt. quia hoc fuit multis dubium, ſpecialiter amicis Iob diſputantibus ad contrarium: nam in toto proceſſu ex pœna inflicta nituntur probare Iob peccaſſe, vt illa mala iuſte infligerentur. ſupponentes quod Deus bonis, & iuſtis non conferret, niſi bona in præſenti, quod eſt error: & hunc intendit Iob reprobare, vt dicetur infra.*

Ariſtot. Philoſophus. F

A

## PROTHEMATA IN IOB.

Quomodo intelligendus Iob. Greg. in epi. in Iob c.3. Greg. c.3. Iob 9.b. Ibid.7.c. Ibid. 3.a.

Qvædam hiſtorice hic dicuntur,& allegorice, & moraliter. Quædam nequeunt ad literam accipi: quia erronea eſſent, vel impoſsibilia, vel a ſe inuicem diſcordantia, vt illud.ſ.ſub quo curuantur qui portant orbem, quaſi gigantes mũdum vehant: & illud.ſ. *Elegit ſuſpendium anima mea*, quaſi tam patiens velit ſuſpendio vitam finire:& illud.ſ. *Pereat dies in qua natus ſum,&c.* Aliquando qui ſenſum literæ negligit, veritatis lumen ſibi abſcõdit, dũ intrinſecus aliud quærendo quod foris eſt perdit, vt dum de miſericordię operib.dicit:*Si negaui quod volebant pauperibus*, allegoriam quærat. Diuinus enim ſermo, ſicut in myſterijs prudẽter exercet, ita ſuperficie ſimplices refouet:quia eſt,vt fluuius planus,& altus:in quo agnus ambulet, elephas natet.

Ibid 31.b. Greg. ibi. c.4.

Greg. in præfat c.2. Eſai.23.a.

Erranti homini data eſt lex. Inobediens legi confunditur exemplo,maxime hominis ſine lege,q̃ legaliter uixit.Vnde; *Erubeſce Sidon*, i.ſtabilitas in lege poſitorum ait mare: Gentilitaſque dum legem cuſtodit,auditores legis redarguit.

Greg. in præfat. in Iob c.1 Gene.36.d

B

Iob quando fuit.

Dicitur Moyſes hæc de Iob quaſi de antecedente ſcripſiſſe:quia in Geneſ. legitur Iobab de Eſau deſcẽdiſſe, & Balach filio Beor in regno ſucceſsiſſe. Sed mos eſt ſacri eloquij in prioribus partibus breuiter lõge poſt ſequutura perſtringere,dum ad alia properat.Non igitur fuit Iob ante legem,ſed tẽpore Iudicũ,quia ipſe uerius creditur geſta victorię ſuę ſcripſiſſe.Nec nocet q̃ ait,dixit,vel fecit hæc Iob:q̃a mos eſt ſanctis de ſe quaſi de alijs loqui:Spiritus enim eſt qui loquitur in ipſis,ſicut de alijs. Vnde Angelus Moyſi,modo Angelus dr̃ qui exterius ſeruit, modo Dñs qui interius præſidet; vnde & Dauid: *Attendite popule meus legem meam.* Non enim populus, vel lex erat Dauid,ſed eius qui in eo loquitur.

Pſal.77.

Et a Gentili,ſicut a Iudęo voluit prophetari,qui pro vtroque populo venerat.

Greg. c.5.

Infructuoſa loquacitas quaſi verborũ folia a diuinis reſecatur, dum in templo Dei nemus plãtari prohibetur. Indignũ eſt, vt verba cœleſtis oraculi reſtringant̃ ſub regulis Donati.

Greg. Matt.13.d

Virtus Iob,& in qete magna fuit ſibi nota,& Deo; ſed flagellis cõmota, vt arõmata nobis redolet.Vnde & fideles grano ſynapis cõparãtur,quod non contritũ lene eſt,ſed ſi cõteritur inardeſcit,& quod latebat in eo ꝑdit. vnde in Pſal. *In die mandauit Dominus miſericordiam ſuam, & nocte declarauit eam.* Donũ miſericordię,quod in diei quiete percipitur,nocte aduerſitatis manifeſtari dicitur. Flagellatur etiã, vt inter mala gratias agere ſciret quod vnũ ei profecto deerat. Quod ergo hoſtis ad malum petijt,Deus ad bonum permiſit.Nec putet quis aliqua verba Iob reprehendenda,quem adeo commendat Deus,in quo quaſi medio diabolus contra Deum certat. Quod vero bona ſua narrat non eſt arrogantia, ſed per ea ſe ne deſperet confirmat, cum per tot mala, & amicorum opprobria cogeretur deſperare de vita ſua. Omni genere tentationis feritur Iob. Damnis rerum,quibus potens in ſeculo moueri putabatur:ſed hæc deſpicit.Orbitate prolis:ſed hanc æquanimiter dolet.Percuſsione carnis,quam patienter tolerat, & hæc fuerunt quaſi exterior impetus belli; & quaſi hoſtes ſtes a facie pugnantes.Intus vero per vxorem quaſi per ciuẽ mens ſuſtinet venena conſilij, ſed & hanc ſapienter docet. D

Pſal.41. C Greg. in præfat.c.3. Ibid.c.4.

Amici ad conſolationem veniunt, ſed ad increpationem proſiliunt: inter quos, & vltimus iunior, quod indignus ſit, acrius increpat,quia aliquando plus conturbant verba quàm vulnera. Ecce quaſi hoſtes ex latere. Per vulnera probatur patientia: per verba exercetur ſapientia, illa robore, hæc ratione ſuperauit. Ibid.c.5.

Amici Iob magis ignorantia deliquerunt q̃ malitia. Non enim tantus vir amicos iniquos habuit,ſed dum cauſam percuſſionũ diſcernere nequeunt,in culpã labuntur. Percuſſionum enim alia eſt,qua percutitur iniquus, vt puniatur:alia vt corrigatur;alia ne futura cõmittat;alia vt cũ cõſequitur ſalus, ſaluator amplius ametur. Bonus ſi percutitur, merita cumulantur,quod neſcientes diſtinguere, percuſſum ꝓ culpa credunt: Vnde & citius ad veniã redeunt,quos Deus hic humiliat, vt nõ niſi per eũ quem deſpexerant, ad gratiã reciperet.

Sicut omnes iuſti,ita Iob nõ modo verbis,ſed rebus Chriſtum præſignauit:vt per paſſionem paſſurum oſtendat Chriſtum,i.caput cum corpore,quod eſt Eccleſia.Vxor eius,carnales ſignificat, qui intra Eccleſiã quo per fidẽ propius ſunt, durius vitia premunt.Amici Iob,hæreticos,q̃ ſpecie cõſulendi decipere volũt, & dum quaſi pro Dño loquuntur, veritati aduerſantur. Iob dolens dicitur,quo paſſio Chriſti,vel labor Eccleſiæ exprimitur. Eliphaz,Dñi contemptus,i.hæretici q̃ dum falſa de Deo ſentiunt, eum ſuperbiendo contemnunt. Baldath,vetuſtas ſola,quia nõ intentione bona: ſed appetitu glorię loquuntur,i.non zelo noui hominis,ſed prauitate vitę veteris. Sophar,diſsipatio ſpeculæ, vel diſsipans ſpeculatorẽ, quia hæretici mentes ſuperna contemplantes verbis percutere appetunt. Contemnẽdo ergo Deum,in vetuſtate ſe retinent,in qua manentes, malis ſermonibus ſpeculantibus nocent.Sed quia & ipſi aliquãdo ad Eccleſiã redeunt,hoc amicorum reconciliatio oſtendit,pro quibus Iob orat,quia hæreticorum ſacrificia Deo non ſunt accepta,niſi manibus Eccleſiæ oblata. Septem pro eis ſacrificia offeruntur,quia dum ſeptiformem ſpiritum accipiũt, quaſi ſeptem oblationibus expiantur.Tauri,& arietes pro eis oblati ſunt. In Tauro ceruix ſuperbiæ ſignificatur. In ariete ducatus gregis, q̃a per ſuperbiã ab Eccleſia reſilientes,poſt ſe infirmos greges trahebãt, quod in eis occiditur,dum ad Iob,i.Eccleſiam redeunt. Per Heliu qui recto ſenſu loquitur,ſed ad elationis verba deriuatur, arrogans, ſed tamen fidelis exprimitur, qui & arguitur, nec tamen ſacrificio reducitur, quia per veritatem fidei victus eſt, ſed per tumorem ſuperbiæ diſplicet. Vnde Heliu Deus meus iſte,vel Deus noſter interpretatur;& ſi enim ſuperbus, tamen veraciter credẽdo,aperte confitetur, & Deũ per diuinitatem,& Dominum per incarnationem perhibet.

Ibid.c.6. Ibid.& c.7. E C Ibid.c.8. Ibid.c.9. F

Poſt omnia mala,Iob duplicia recepit,quia Eccleſia,& hic pro laboribus ſuis duplicia accipit, dum ſuſceptis Gentibus, in fine & Iudæos conuertit, & in futuro duplici ſtola dotabitur,id eſt,beatitudine animæ,& corporis.Vnde Propheta;*In terra ſua poſſidebunt duplicia.* Afflictio Iob dicitur; ſed quanto tempore fuerit, tacetur: quia Eccleſia affligenda ſcitur, ſed quandiu ignoratur.vnde; *Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta quæ pater in ſua poſuit poteſtate.*

Ibid.c.10. Eſa.61.d Act.1.a

# INCIPIT LIBER IOB.

## CAP. I.

¶ Q.d. bonus inter malos. ¶ In terra Gentilium, ac tandem Iob qui bonus inter malos fuit, vt Loth in Sodomis, ſicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias, Cant. 2. a.

1 VIR ERAT IN
2 terra Hus nomine Iob.

## GLOSSA ORDINARIA IN IOB, CAP. I.

A

1. lib. in Iob. Iob 19. d. 23. Philip. in 3. c. ✻ ORigenes. Iobi res geſtæ admirabiles, ſcriptæ ſunt in Arabia, vbi habitabat, Syrorum lingua, ſiue ab ipſo, ſiue ab amicis eius ob hoc dicit: *Quis dabit, vt ſcribantur ſermones mei?* Interpretatę autem ſunt a magno illo viro Moſe in Hebraicam linguam, atque filijs Iſrael traditæ, vt eos conſolaretur ab anxietate Aegyptiaca; a Septuaginta autem in Græcam. Erant nimirum pridem ſcripta Syriace ex parte, nō ita diligenter quidem, ſolæ enim reſponſiones, atque replicationes a primordio ſcriptæ ſunt, ut autem principium Geneſeos, ſic quæ Dominus ad diabolum locutus eſt, ſolus Moſes potuit noſſe. Olym. Diuino Theologo Gregorio Salomonis ſcriptum hoc iudicatum eſt, oratione ad Iulianum: Nicetas in eum locum, ideo D. Ath. Cantico Canticorum ſubieciſſe uidetur: ſed probabilior Origenis opinio. Iſidor. Iob filius Zare de Boſra, Rex Idumæorum quartus poſt Eſau. Chryſoſt. Eſau enim genuit Raguel, Raguel Zaram, Zara Iob. Iſidor. Succeſſor Bale filij Beor, homo gentilis fidelis, qui contra tentationem fide religionis armatus, fit glorioſus in certamine. D. Ambroſ. Quem trium regum iniurioſa contentio, vel ſeruorum contumelia in iram non exarſit. Seder Olam. Verſatus in cruciatibus duodecim menſes. Origen. Alij aſtruunt tribus annis, & dimidio, in typum dominicæ prædicationis. Nos intelligimus ſufficere breuiſsimum tempus, ſcripturæ conſentientes. Nos ſuſtinuimus menſes ſuperuacuos. Suidas, aduerſarij rabies Iob ſpectaculum horrendum, & inuſitatum toti orbi terrarum effecit, ſeptem annis dentibus lancinando, & lingua uentilando totum martyris corpus. Iſidor. Vixit poſt plagam 17. annis, ſepultus in regione ſua. Hunc Hebræi aſſerunt non fuiſſe de genere Eſau, ſed de Nachor fratris Abrahæ deſcendiſſe ſtirpe, & fuiſſe temporibus Patriarcharum. Nachor enim genus Hus, de cuius ſtirpe Iob creditur generatus, quod in exordio uoluminis eius notatur, ubi ſcribitur; uir erat in terra Hus, nomine Iob. Philo, & Chal. Paraph. gener Iacob ex Dina uxore. Chryſoſt. quod ante legem fuerit, ex diuturna uita perſpicuum eſt: qui cum poſt legem tamdiu uixerit, de nullo eſt memoria proditum.

Cath. Græca. lib. de patr. vete. teſt. Theodor. q. 92. in gen. Homil. 2. de Iob. 1. Offic. c. 39. 2. in Iob. Iob.

B

In Synopſi. C ✻ Athan. Iob inſcriptus eſt hic liber, qm̄ hiſtoriā illius complectitur. Paſſus eſt aūt cū annorum 70 natus eſſet, ita vt oēs ipſius anni fuerint 240. poſt amplas enim plagas annos adhuc vixit 170. Vixit autē Iob ante tpa Moſis. Erat. n. quintus ab Abrahā ex poſteris Eſau. Venerunt ad eum cōſolandi gratia, pp plagā quam ferebat, tres amici eius. Eliphas Thęmanorū rex, Baldad Sanchęorū Tyrānus, & Sophar rex Minęorum, loeutique ſunt illi contentioſius, & ſine commiſeratione inſultantes afflicto, id quod in peccatum illis eſt imputatum. Iob vero Deum pro illis precatus eſt, & condonatum eſt eis peccatum, ſunt autem dialogi Iob, quos cum amicis habuit, nouem, Eliphas vero ad Iob tres. Sophar duo, & Baldad tres. Et Elius quoque filius Barachiel filij Buziti, ſemel illi loquutus eſt. Tandem vero Dominus illum per turbinem venti, ac nubes appellauit; Et Iob Domino, ſecūdo cum illo loquutus reſpondit. D

Comment. in Iob. Rabbi Leui Ben Gerſon. fuerunt olim q vndecim poſteriora huius libri capita a 32. ad vltimū reijcerent, quia תמו דברי איוב finita ſunt verba Iob, in fine 31. cap. ſcriptum inueniatur. Rabbi Leui. Verſiculus ille referendus eſt ad finem diſputationis Iob cum tribus amicis, nō ad finem totius ſermonis.

Lib. 1. in Iob. ✻ Origen. In conuentu Eccleſiæ legitur paſſio Iob, in diebus ſanctis, in quibus in ieiunio, & abſtinentia Sancti Domini Noſtri Ieſu Chriſti paſsionem ſectamur: cuius & reſurrectionis formam, & exemplum Iob in multis gerebat.

Li. de patien. In Cathena Græca. E ✻ Tertull. in illo viro feretrum de diabolo Deus extruxit, & vexillum de inimico gloriæ ſuæ extulit. D. Chryſoſt. Vtilis eſt liber cuiuis in omni vitæ genere, nec erit expedita defenſio, ſi minora poſt legem, & gratiam, quam hic, qui humani generis primordia attigit, perferamus.

Greg. 1. c. 9. 1. Eccleſia. a VIr erat in ter. Per Iob Chriſtus, id eſt caput, & corpus deſignatur; ergo poſt hiſtoriam viſo ex capite quid credamus, videamus ex corpore quid videndo teneamus.

Cath. Græca. ✻ Chryſoſtom. Ne humana non præditum natura arbitraremur, cōmunem naturam ſcriptor indicauit, vt quod proprium fuit electionis oſtenderet, homine enim maiora geſſit, a regione quoque illius ducitur laus, vt admirationem faciat, quod ex ſpinis huiuſmodi roſa extiterit. Olympiod. Huſitis enim terra erat Eſau prophani, nomen habens ab Hus vno de filijs eius, quidam Seon eſſe dixerunt Hus Hebraice appellatam. Alij Idumæam. Euſebius ex Ariſtæo aliam eſſe in Idumææ, & Arabiæ finibus: pater autem is cuius eſt aurea eloquentia, ipſam eſſe Arabiam affirmat vbi huius generoſi hominis ſepulchrum extat, anniuerſarijſque honoribus illum indigenæ proſequuntur. Dydim. Huſitis conſilium valet in quo iuſtus domicilium conſtituit.

Orig. 1. lib. in Iob.

F ✻ Auguſtin. 18. de ciuit. cap. 47. Iudæos exiſtimo non poſſe negare, etiam in alijs gentibus fuiſſe, ad veros Iſraelitas pertinentes: facile enim conuincuntur de ſancto, & admirabili viro Iob de gente Idumæa: ex quo vno ſcimus per alias gentes eſſe potuiſſe, qui ſecundum Deum vixerunt eique placuerunt, pertinentes ad ſpiritualem Hieroſolymam.

---

## Poſtilla Nicolai de Lyra ſuper Librum Iob. CAP. I.

VIr erat in. &c. *Sicut dictum eſt, intentio Sancti Iob in hoc libro eſt declarare quòd ex diuina prouidentia aliquando malis bona conceduntur, & iuſtis aduerſa inferuntur: quod potiſſime declarat per ſuam flagellationem abſque culpa præcedente, Deo pro meliori hoc faciente. Et ideo liber iſte diuiditur in tres partes, quia primo deſcribitur ipſius Iob multiplex flagellatio: Secundo ex hoc oritur diſputatio cap. 3. Tertio ſubditur Dei determinatio 38. cap. Prima in duas; quia primo circa hoc Iob deſcribitur proſperitatis ſtatus. ſecundo aduerſitatis pondus, ibi:* Quadam autem die. *Prima in tres; quia primo deſcribitur ipſius Iob proſperitas ex perſonæ ſuæ conditione. Secundo ex bonorum exteriorum multiplicatione, ibi:* Natique ſunt. *Tertio ex filiorum mutua dilectione, ibi:* Et ibant. *Prima adhuc in duas; quia primo deſcribitur ipſius Iob patria, & genus: ſecundo ipſius multiplex virtus, ibi:* Et erat. *Circa primum dicitur.*

Diuiſio.

1 Vir erat. *Geneſ. 22. d. habetur, quod Melcha peperit ipſi Nachor, Hus primogenitum, & Buz ſecundum. vbi dicit Rab. Sal. quod ab iſto Hus denominata eſt terra iſta, de qua fuit Iob: & ex hoc conſequenter dicunt alii Hebræi, quod Iob deſcendit de Nachor fratre Abraham. & hoc idem dicit Hieron. in libro de Hebraicis quæſtionibus ſuper Geneſim. De quo libro certum eſt, quod ſit Hieron. vt ipſemet dicit in libro illuſtrium virorum: licet de Hebraicis quæſtionibus ſuper alios libros dubium ſit a quo ſint factæ, ſicut alias dixi. Huic etiam dicto concordat quod habetur infra 32. quod Heliu Buzites venit cum amicis Iob ad ipſum conſolandum, qui dictus eſt Buzites, eo quod deſcendit de Buz ſecundo filio Nachor, vt dicit Hieron. lib. de Hebraicis quæſtionibus, & ſic cum Heliu, & Iob fuerint de eadem cognatione, ſequitur quod Iob deſcendit de Nachor.*

2 Nomine Iob. *Dicit aūt Auguſtinus, & Ambroſ. ſuper epiſtolā ad*

---

## MORALITER.

Philoſophus. Homo virtuoſus.

1 *Vir erat in ter.* Philoſophus 1. Ethic. tetragono cōparat hominē virtuoſum: qa ſicut corpus tetragonū optime ſedet in quolibet latere, ſic virtuoſus bene ſe hēt in oī euētu fortunę: propter quod ibidē dicit Philoſophus de virtuoſo, quod fortunas optime feret, ſ. proſperā, ea vtēdo ad opera magnificētię, & liberalitatis: & aduerſam, ea vtēdo ad exercitiū patiētię & lōganimitatis. Iob aūt bene ſe habuit in pſperis, & aduerſis, ſicut patet ex decurſu huius libri: pp quod tenet typū cuiuslibet pfecte virtuoſi. In proſperis autē bene ſe habuit ante fortunā aduerſam, & ēt poſt ipſam, ppter quod in principio libri, & eius fine agitur de tpibus proſperitatis, in medio vero de tpe aduerſitatis. Quantū ad primū dr; *Erat vir,* i. virtuoſus a virtute morali, & intellectuali dictus. ideo ſubditur.

*In terra.* Hus quæ conſiliator interpretatur. talis enim eſt ad conſulendum ſibi, & alijs valde aptus.

*Nomine Iob.* Qui magnus interpretatur: Ille enim qui inter homines eſt uirtuoſus, ille inter eos eſt vere maior.

A ✠ O.ig. Homo natura quidā ex oībus ſingularis, natus, & cō morans in Auſitide terra Eſau, a quo Auſitæ, Minei, Euchei,& Theman tq; Idumei dicti nūc cū Ammonitis,& Moabitis Arabi appellabuntur,cui nomen Iob,cum iuſtis ſcriptū. (1 Lib. in Iob.)

✠ Hieron. Vt Helcana,i.poſſeſſio Dei vnus homo appellatur,quia conſtans: & idcirco in monte Ephraim fructifero morabatur, ſic Iob in terra Hus, & non terra carnis eius animum ipſius ſuperabat, ſed imperantis conſilio cuncta faciebat, vnde ait: *Pepigi fœdus cum oculis meis, &c.* (Cōm in Iob. Io. 31.a 1 per.cētus)

a Et erat vir ille †ſimplex, & rectus
1
2
3

Gregor. Iob in terra Hus, i.dolens in conſilio qui ſuperna non conſiderat, in his quaſi bonis exultat, qui vero attendit æterna quæ perdidit, dolet. vnde: *Recogitabo tibi omnes annos meos in amar.animæ meæ*, & conſilium inuenit,vt hæc deſpiciat: & quo magis creſcit conſilij ſcientia, vt hæc deſerat,creſcit, & dolor,vt æterna non attingat. vnde Salomon: *Qui apponit ſcientiam,apponit & dolorem;* quis qui ſcit ſumma quæ non habet magis de his infimis dolet. Qui vero æterna quærit,ſimplex eſt in opere,non duplex, vt qui de bonis laudem quærit. vnde: *Væ ingredienti terram duabus viis*, vt cum opus eſt Dei,ſit intentio mundi. Rectus in fide in ſummis quæ intus ſentit, hoc autem ex timore inchoat,ſed charitate conſummat.vnde: *Timens Deum,& recedens a malo*, dum metum charitas conſequitur, plene a malo recedit, qui ex amore Dei iam nolle peccare incipit,non ille qui timore.In eo enim peccat,quod vellet,ſi inulte poſſet,qa ex timore vitium premitur,ex charitate virtutes oriūtur:vn̄ ſubdit: *Nati ſunt ei filii.* Cū ſpiritus fœcūdat mētē,naſcūtur in ea ſeptē virtutes,ſapiētia,intellectus, cōſiliū,fortitudo,ſciā,pietas,& timor Dei. Sed habent hi filij tres ſorores,dū qdqd agūt fidei,ſpei, & charitati cōiūgūt, ſine qbus ad denarij perfectionē non peruenitur.Has virtutes oīmoda bonorū operum cogitatio ſeqtur.vnde ſubdit:*Et fuit poſſeſſio eius.*Septē milia ouiū poſſidemus cū innocuas cogitationes pfecta cordis mūditia intra nos inqſito veritatis pabulo paſcimus. Camelorū tria milia poſſidemus,cū qdqd altū, & tortuoſum in nobis eſt,ſub cognitione trinitatis ad humilitatē inclinamus:vt viciſſim onera portātes,fraternę infirmitati cōpatiamur.Vel cameli ſunt bonę diſpenſationes terrenorū,in qbus eſt aliqd Dei,aliqd ſeculi, licet ꝓ æternis, non tñ ſunt ſine perturbatione mentis.Capite rumināndo legi cōcordat,quia hæc bene diſpenſando cœleſtia petunt.Pedibus crepāt,quia mundi ſunt quę agūt.Vngulā non findunt,quia non ſe penitus a terrenis tollūt.Cū ergo terrenas occupationes cognitioni trinitatis ſubdimus, quaſi camelos fide poſſidemus.Iuga boū cōcordes virtutes,duritiā cordis arātes.Aſinas poſſidemus,cum laſciuos motus premimus,vel intra nos ſimplices cogitationes regimus,q̄ ſunt pigræ,nec currunt in ſubtilioribus, ſed eo māſuetius fraterna ferunt onera, humilitātq; ſe ad exteriora opera,vtraq; quingenta. Vel in hoc.n. prudēter ſapimus, vel in hoc quod humiliter ignoramus dū requiē æternā quærimus, intra iubileū numerum tenemur. (2 Cap.a. Moraliter. Eſai.38.c. — B — Eccleſ.1.d — Eccleſ.c.2. — Greg.1 c.11. Ezech.14.d — Idem c.11. — Idem c.13. — C)

Iob dolens,i.Chriſtus q dolores noſtros portauit.Hus cōſiliator.Terrā ergo Hus inhabitat, i.corda cōſilijs vitæ dedita. vnde Sapientia. *Ego in conſiliis habito.Simplex,& rectus:*nos pro iuſtitia manſuetudinē, & pro manſuetudine iuſtitiā derelinquimus. Sed Chriſt⁹ homo plene vtrūq; ſeruauit,timēs Deū; vnde:*Replebit eum ſpiritus timoris Domini.* Receſſit quoq; a malo,nō quod faciēdo cōegerit,ſed q inueniēs in mūdo reprobauit. Septē filij.hoc numero pfectio ſignificatur.Filij fortes Apoſtoli. Filiæ infirmæ,fideles:vel fidē trinitatis tenētes: vel poſt fortes Apoſtolos tres filię,i.tres ordines fideliū in Eccleſia,paſtores,continentes,& coniugati,i.Noe,Daniel,& Iob. Quod vniuerſaliter in filiabus,hoc diſtincte in animalibus. Septem milia ouium,perfecta eorū innocentia qui ad gratiam ex paſcuis legis venerunt. Tria milia camelorum,tota Gentilitas ad plenitudinem fidei veniens. Vel Samaritani qui ruminant dum ex parte legem recipiunt, ſed vngulam non findunt: quia ex parte eam contemnunt;quorum Dominus multos,ſicut Hebręos ad fidem perduxit. Boues,operatores fidei. Aſini,ſimplicitas Gentilis cui Dominus inſidet. Ieruſalem tendens,id eſt,ad viſionem pacis ducens. De vtriſque dicitur: *Cognouit bos*, id eſt, Iudæus iugo legis preſſus, *poſſeſſorem ſuum*, id eſt,Deum quem colebat,ſed ignorabat: *& aſinus*, id eſt,Gentilis brutus,prout voluit ſeductor actus,præſepe.id eſt pabulum legis. Quod ergo ſuperius in ouibus,& camelis hoc replicat in bobus,& aſinis. Quingenta; hic numerus fit de quinquaginta decies ducto; quinquaginta;requiem decem perfectionem ſignificat,quia vtriſque fidelibus perfectio quietis promittitur. (Allegor. Eſai.53.b Pro.1.8.b Idem c.5. — D — Eſai.11.a — Idem c.6. — Eſai.1.a — E)

Familia poſt animalia ponitur, quia prius ſtulta mundi elegit,vt non ſermo,ſed cauſa ad fidem ſuaderet;poſt & aſtuta collecta ſunt. (Allegor. 1.Cor.2.d)

a *Simplex, & rectus.* ✠ Origenes. Homo erat ſine querela ab omni reprehenſione exors, ſicut dictum eſt de Samuele. Et non reprehendit homo illum. iuſtus in iudicijs,cauſis,legibus, ordinationibus, ſine crimine, & veraciter iuſtus, ſine duplicitate,& hæſitatione, facultates, quæ animo datæ ſunt, ſeruans integras,nihil habens ferarum,ſed perturbationibus cum iudicio, & conſiderate vtens. nec tantum declinauit a malo,ſed faciens bonum. (Lib 1. in Iob 1.Reg.12. Cōm. in Iob)

✠ Chryſoſt.Philoſophi definiūt hominem Animal rōnale mortale;diuina aūt ſcriptura,Id quod Dei ſimilitudinē imitatur.qui.n.diuinos typos,ac notas confundit,ac corrumpit, hunc nec hominis quidem nomine dignatur. ἄμεμπτος irreprehenſibilis. Aquila legit ſimplex: Symmachus innocens. (Hom.2.)

✠ Chryſoſt. Vocabulum expende: cur non dixit, criminis expers, ſed a reprehenſione vacuus, quia crimen in peccatis maximis ponitur,reprehenſio in paruis, & minimis, quę facti improbationem habet, non ſupplicium. Iuſtus, quia iuſtitia in ſeſe virtutes continet omnes. vnde: Iuſtus hic vita viuet. (Cathe.Græ. — F — Habac.2.a)

✠ Baſilius. Non qui ſolam actionem ſuſcepit iuſtam, is iuſtus,ſed qui habitu iuſtitię præcultus iuſte agit;quemadmodum dictum eſt,iuſta iuſte perſequere.

✠ Chryſoſ.Iob iuſtus,qui vbique,& in cunctis rebus ęqualitatem ſeruat,quocirca eius illę voces, non contempſi iudicium famuli,nec famulę.

✠ Nicetas Auctor Cathenę Gręcę. Additur, & pius, vt oſtendatur tam cum hominibus, quàm cum Deo pium extitiſſe:nam iuſtitia ad homines,pietas ad Deum refertur.

☞ Prius

---

NICOLAVS DE LYRA.

*ad Romanos quod iſte vocatur Iobab, Geneſ.36. & per conſequens ſecundum eos deſcendit de Abraham per Eſau. Fuerunt autem moti ad hoc dicendum,ex ſimilitudine nominum,ſcilicet Iob,& Iobab; & huic dicto concordat quod in aliquibus Bibliis in fine libri Iob, & in aliquibus poſt primum Prologum Hieron.ſuper iſtum librum additur. Fertur autem Iob in terra habitaſſe Auſitide in finibus Idumææ,& Arabiæ, & erat ei ante nomen Iobab; erat autem ipſe filius quidem Zaræ de Eſau filiis filius, &c. Sed in hoc videtur melius credendum Hieronymo, & Hebræis dicentibus eum deſcendiſſe de Nachor, vt dictum eſt, quia fuerunt magis triti in talibus hiſtoriis, & genealogiis. Nec motiuum aliorum valet: quia frequenter contigit quod duo homines valde de diſpari patria, & genere non ſolum ſimili nomine nominantur, ſed etiam eodem penitus nomine. Supponitur etiam falſum, ſcilicet quod prædicta nomina ſint valde ſimilia, cum tamen ſecundum veritatem ſint multum diſſimilia, ſcilicet in fine; vt patet in principio; quia hoc nomen Iob in Hebræo incipit per Aleph; Iobab vero per Ioth. Similiter additio quæ allegata eſt non valet,quia ſicut dicit Hierony.libro de Hebraicis quæſtionibus,non eſt in Hebræo: & ideo non eſt ei adhærendum ſecundum ipſum;dato quòd inueniatur aliquando in fine libri Iob, & ex hoc patet,quod ſi ponatur in fine Prologi Hierony.non eſt hoc de intentione ſua,ſed hæc additio,& conſimiles ab aliquibus minus expertis in hiſtoriis, & genealogiis Hebræorum appoſitæ ſunt; propter quòd de ipſis non eſt curandum. Ex dictis patet in parte quo tempore fuit Iob, quia ſecundum Hierony. lib. de Hebraicis quæſtionibus Heliu Buzites, de quo dictum eſt, quod fuit contemporaneus ipſi Iob, licet iunior ipſo fuit Balaam. de quo habetur Numeri 23. & 34. quod fuit circa finem vitæ Moyſi: & ſic Iob, & Moyſes fuerunt contemporanei.* (Quo tempore fuit Iob ſecundum Hierony.)

1 Et erat. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius Iob multiplex virtus,cum dicitur.*

2 Simplex. *Id eſt, ſine plica doloſitatis, & falſitatis. Accipitur enim hic ſimplicitas, non prout opponitur intellectus perſpicacitati, ſed prout opponitur doloſitati: ſecundum verbum Apoſtoli Romanorum 11.capit.* Volo vos eſſe ſapientes in bono, & ſimplices in malo.

3 Et rectus. *Id eſt, per lineam iuſtitiæ procedens in ſuis actibus. Rectum enim dicitur cuius medium non exit ab extremis, extrema vero actuum humanorum ſunt prima principia operabilium, ſcilicet; Hoc facias alii quod tibi vis fieri. Et non facias alii quod tibi non vis fieri, & vltimus finis,ſcilicet beatitudo,quæ eſt finis virtutis. Dicitur ergo Iob rectus, quia in operibus ſuis proceſſit a principiis operabilium abſque declinatate recte tendens in finem vltimum;qui eſt beatitudo,& retributio noſtra, & præmium; & per hoc oſtenditur quod Iob bene ſe habuit erga proximum.*

1 Ac

Gre 1.c.2 Prius perſona apta deſcribitur, quam pugna eius dicatur, ut talis poſſe uincere uideatur. *Simplex.* Neceſſe eſt ut ſimpli A citatem columbæ aſtutia ſerpentis inſtruat, & aſtutiam ſim

Act.20.a plicitas tẽperet, unde. Spiritus in columba, & igne apparuit, quia pleni illo, ſic manſuetudini ſimplicitatis deſeruiunt, ut contra mala zelo rectitudinis accendantur.

Idem c.3 Eccl.9.c a *Timens Deum.* Salomon. *Qui timet Deũ, nihil negligit.*

1.lib.in Iob ✣ Orige. quia Rom. 14. quod non eſt ex fide peccatum eſt, ut enim ſine fundamento qui ædificat nihil proficit, nec qui arat ſine ſole, ſic omnia facienda propter Deum.

ta ſoboles proficiſcitur. *Non erit, inquit, in te infæcunda, nec ſterilis.* tamen Abraham ſine liberis erat, ut diſcas alia eſſe præmia uirtutis. D

✣ Baſil. liberis autem Iob abundauit ob eos qui filios cauſantur, ſpecioſamque arripiunt occaſionem ad peccandum.

✣ Didym. Honeſtum catalogum filiorum affert ſcriptura myſticis rationibus congruentem, quis enim ignorat Trinitatis fidem, ſeptem donorum opificem, cæterarumque uirtutum caput eſſe?

a ¶ Timere Deum eſt nulla, quæ ſunt facienda prætereire. b ¶ Quia malis mixta, non ſunt bona Deo accepta, quia nec fecit malum, nec conſenſit malo. c ¶ Quam bonus, qui nec auare pro tot hæredibus congregauit. d ¶ In ſeptem vniuerſitatem ſignificauit.

a b c **ac timens Deum, & recedẽs a malo. Natique ſunt ei ſeptem fi-** 1

a ¶ Quantus qui tanta ſine amore poſſedit, quod patuit cum ſine dolore tanta perdidit. 2
b ¶ Prius diuitias cordis expoſuit, poſt opes corporis quæ ſolent mentem in diuerſa trahere, unde dicuntur diuitiæ verbum Dei ſuffocare, ſed iste ſic occupatus, diuinis ſacrificiis uacauit. 3 4

**lii, & tres filiæ. Et fuit poſſeſſio eius ſeptẽ milia ouiũ, & tria mi-** 5
**lia camelorũ, quingenta quoq. iuga boum & quingentę aſinæ** 6 7 8

b *Reced. a ma.* ✣ Nicetas. πόνος aliquando dolorem, aliquando uitium ſignificat, ut hic. Et aliud eſt iuſtum eſſe, & recedere a malo, quoniam principium bonorum percipiendorum eſt mala dediſcere.

B ✣ Chryſoſ. conſidera in quam pauca Spiritusſanctus huius uiri laudem contulerit. Nam cum eum uirum prædicauit patriam, ac maiores quodam modo deſcripſit, reprehenſionis uero, & querelæ expertem dixit, propter actionem, iuſtũ ob iuris æquitatem bonorumque ſuorum largitionem, atq; ob iuſta in iudicando ſuffragia, pium erga Deum, ob fidem, & Idolorum odium. Abſtinentem ab omni malo, ob incenſas aduerſus omnia flagitia inimicitias.

✣ Philippus presbyter. Terram Hus aſſumptum uerum hominem ex Maria Virgine intelligimus, quæ ideo filio Dei aſſumpta conciliatrix dicitur, eo quod per diuinitatem aſſumentis habitant in ea omnes theſauri diuinæ ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi, quam ſibi ita indiſſolubili connexione coniunxit, ut ipſe homo iam aſſumptus in gloria per unitatẽ perſonæ in trinitate, unus ſit filius Dei.

Vbi ſup. d Gre. c.6 Item Salomon. *Qui in vno offendit, multa bona perdet.* Legalia dicuntur animalia. i. ſecundum legem munda, quæ & ruminant, & vngulam findunt, quorum alterum habent cameli, alterum vero deeſt eis, & ſic legi congruunt, & diſſident.

Comm. in Iob ✣ Orige. declarat Charitatem Dei, quę in uiro erat, cui florem uirtutis adauxerunt, quæ cæteris uirtutis impedimenta eſſe exiſtimata ſunt, ex quib. intelligitur uiro, qui Deũ amet, nihil eſſe impedimento ad virtutem religionemque adipiſcendam, cum hæc externa bona huic non ſint neglecta.

Lib. 1 Ex cath. græc. C ✣ Chryſ. primum uirtutem expreſſit, deinde illa quæ Dei munere conceſſa ſunt, a uirtute. n. copioſa beneque inſtituta

✣ Origen. ſeptem filii iuxta hebdomadam dierum ſeculi, aut eorum qui ab Apoſtolis in nouæ gratię ſeculo ſunt ordinati, aut iuxta 7. ſtellas, quæ quotidie pertranſeunt ſpatia cæli, ſeptem filii tres filiæ, omnes decem, ſecundum decem verba legis, dedit autem filios, & filias, qa a ſeculo ita dedit omnibus, quia ita omnes deſiderant, ut concordia, & coniunctio hominum multiplicetur per connubia, atque ſi alicui filię tantum naſcerentur cum eas uiris traderet domum vacuam relinqueret, atque hæreditatem ſuam deſolatam. E Decem autem numero erant, vnus animo non tanquam nepotes Eſau, qui vnum Iacob nõ potuit ferre germanum, ſed veri Iob filii, quos facilius demon pariter omnes potuit interficere, quam diſſociare, qui quia fidem, ſpem, charitatem circa Deum ſeruauerunt propterea corpus, animam, & ſpiritum illibata cuſtodierunt.

✣ CHRYSOSTOM. hinc colligimus nuptias virtuti nequaquam eſſe impedimento, quę iuſti curſum non retardarunt

✣ Athan. facti ſunt illi filii contra Arianos qui quod de unigenito ab apoſtolo dicitur, *qui fidelis eſt illi, qui fecit illum,* ad ſuæ hæreſis ſubſidium amplectuntur, Deique filium facturã eſſe contendunt, nam verbum, fecit de legitimis, & naturalibus filiis dici ſcriptura teſtatur ex quo germanus, & naturalis filius declaratur Chriſtus.

Myſteriũ hic intelligitur inquantum per Iob qualis Chriſtus futurus eſſet, ad fidem inſtruuntur.

Moralitatem uero ſecundum quod qualis quiſque fidelis eſſe debeat per Iob prę ſignatur.

c *Natiq. ſunt ei ſeptẽ filii, & tres filiæ, &c.* ✣ Orig. ſm numerum filiorum ſeptem, ſeptẽ milia ouium, & ſecundum numerũ filiarum, cameli tria milia, & ſingulis de decem liberis, quinquaginta iuga boum, & quinquaginta aſinę paſtorię omnia pecora 1. lib. in Iob F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Ac timens. *ſ. timore filialis reuerentiæ, & ſic bene ſe habuit erga Deum.*

2 Et recedens. *non formidine pœnæ, ſicut aliquando faciunt mali, ſed uirtutis amore, quod eſt proprium bonorum, & ſic patet quod bene ſe habuit erga ſeipſum.*

Diuiſio. 3 Natique. *Hic conſequenter deſcribitur proſperitas Iob quantum ad bona exteriora, inter quæ, maiora ſunt filii, & filiæ, in quib. manent parentes quodammodo, ſecundum illud Eccl. 30. a.* Mortuus eſt pater eius, & quaſi nõ eſt mortuus, reliquit. n. ſimilem poſt ſe. *ſ. filium. Ponitur autem maior numerus filiorum, quam filiarum, cum dicitur.*

4 Septem filii, &c. *Quod facit cumulum proſperitatis ſuæ. Tũ quia filii communiter magis diliguntur. Tum quia poſſunt magis in bonis paternis ſuccedere. Tum quia poſſunt in regendis parentum domib. melius adiuuare. Conſequenter ponuntur alia bona exteriora. ſ. diuitiæ, quibus ſuſtentatur vita parentum, & filiorum. Diuitiæ autem antiquorum fuerunt principaliter animalia, inter quæ primo ponuntur illa, quæ deſeruiunt homini ad victum, & veſtitum, cum dicitur.*

5 Et fu. po. *De quarum lana homines veſtiuntur, & carnibus nutriuntur. Secundo ponuntur animalia homini deſeruientia ad laborem releuandum, cum dicitur.*

6 Et tria mi. *Qui maxime deſeruiunt homini in oneribus portandis de loco ad locum. Tertio ponuntur ea quæ deſeruiunt homini in agricultura, cum dicitur.*

7 Quingenta quo. *Quarto ea quæ deſeruiunt homini ad vecturã, cum dicitur.*

8 Et quingen. *Ex quib. generantur muli, ſeruientes hominibus in equitatione.*

Ac

## MORALITER.

3 *Natique ſunt.* Secundum quod dicit Greg hom. 25. quia ſeptem dieb. omne tempus reuoluitur, recte ſeptenario numero vniuerſitas figuratur, diſcipulus autem perfectus, hominis perfecti in uirtutib. moralib. & intellectualibus dicitur eius filius tanquam ſimilis ei factus, per ſeptem igitur filios vniuerſitas diſcipulorum eius, potentium bene operari, & docere ſignificatur.

4 *Et tres filiæ.* per quas intelliguntur perſonę potentes bene operari, ſed non docere, propter quod dicuntur filię quia non poſſunt gignere filios verbo prędicationis, vel doctrinę poſſunt tamen concipere conceptus deuotionis per uerbi prędicatoris. Dicuntur autem tres, quia viuunt in fide ſanctę trinitatis.

5 *Et fuit poſſe.* per oues, innocentes intelliguntur, vnde dicitur 2. Reg. 24. c. *iſti qui oues ſunt, quid fecerunt.* Per ſeptenarium numerum vniuerſitas deſignatur, ſicut dictum eſt ſupra.

6 *Et tria milia.* per camelũ, qui eſt animal gibboſum, & portandis oneribus aptum, ſignificatur peccator pœnitens, qui peccat ex gibbo ſuperbię, ſed ad ſatisfaciendum ſe exponit ad portandum onus pœnitentię.

7 *Quingenta quoque.* per iuga boum intelliguntur perſonę matrimonio iunctę, quia iugum dicitur a iungendo. Bos aũt eſt animal laborioſum, ideo per iuga boum ſignificantur perſonę coniugatę, viuentes honeſte, laborantes pro ſui ſtatus honeſtate ſeruanda, & pro prole ad Dei ſeruitium educanda.

8 *Et quin. aſi.* Aſina eſt animal tardum, tñ ſubiicitur ad portandum onus, iõ per aſinas ſignificantur homines ad pœnam tarde venientes, ipſam tamẽ humiliter ſuſtinentes. Dũr aũt

A pecora vtilia, oues uiuæ pro lacte, lanæ pro veſtitu, occiſæ pro eſca, boues uiui pro cultura, & panis commoditate, occiſi pro comeſtione, & calceamentis. Cameli pro omni onere portando, aſini ad leuia negotia peragenda eundo, & redeũdo velociter, quod, n. nunc equi, & muli hoc aſini Arabiæ, & Paleſtinę veloces, vt equi adimplebãt. Auri, & argenti non meminit, quia reconditũ theſaurizatum, & ad vſuras datum ad peccatum confert. Tales erant Iob diuitię quas ſeminabat in paupes, & de cuius beneficiis in conſpectu Dei atteſtabantur angeli

a ¶Quare poſſet eum facere parciorem. b ¶Ideſt ditior diuitibus, quia Orientales conſtat eſſe prædiuites.

a ac familia multa nimis. b Eratq. uir ille† magnus inter omnes 1 2

a ¶Maior ſubſtantia diſcordiam inter fratres generat, ſed pater tam bene inſtituit, vt bona patris diuiſuri concordes ſint.

c orientales Et ibant filii eius, & faciebant conuiuium per do- 3 4

d mos, unuſquiſque in die ſuo. e Et mittentes vocabant tres ſo- 5 6

f rores ſuas, vt comederent, & biberent cum eis. g Cumque

a ¶Quid præſens ageret, vbi abſens curę non deeſt.

h in orbem tranſiſſent dies conuiuii, mittebat ad eos Iob, 7

✲ D.Hier. in Iob, & Philip Septem plenitudinem quandã myſterii ſignant ſecundum ſcripturas in quib. ſeptem eccleſiæ, colũnæ, ſpiritus, cãdelabra, lucernæ, oculi in vno lapide.

Grec. c. 14. a *Ac fam. mul.* innumera turba cogitationum, quæ quaſi ancillæ, domina. i. ratione abſente, opus deſerunt, perſtrepunt, ſed ea redeunte cum ſilentio operantur, his ſi bene dominamur, nec earum multitudine animus ſuperatur.

Cath. græc. ✲ Nicetas. Olymp. ac familia, obeliſco notatur, quia nõ eſt in hebræo, ſed additum a. 70. quidam legunt *miniſterium.* Aquila *ſeruitium multum* Symmachus *familia*, & dilucidius.

lib. 1 in Iob ✲ Orige. opera erant illius magna in terris agri, uineæ, ſed maiora, meritorum fides, pietas, &c. Aug. opera magna quia operabatur de ipſis operibus.

Ann in Iob B

Greg c. 6 Zach 6 c Allegorice b *Inter omnes.* i. inter angelos orienti luci inhærentes, magni ſumus, eorum ſocii. Orientales ſunt omnes qui per fidē ſunt in Chriſto, de quo propheta. *Oriens nomen eius*, quos omnes ſuperat homo Deus,

1. lib. in Iob ✲ Orige. Eſt de genere optimo, non propter carnalem generationem ex Eſau, ſed ex ſanctitate, iuſtitia, & corde puro.

✲ Didym. quia ex Abrahamo ducebat originem.

✲ Orig. cõ. i Iob. ob charitatis Abrahæ, & fidei ſimilitudinē.

1. lib. in Iob ✲ Orig. plantauit. n. dominus paradiſum uoluptatis ad Edem contra orientem, unde mundi initium & iõ omnes credentes ſanctis credentib. vt Dauidi pſal. 86. & Dan. c. 6. *concordante: ad orientem adoramus*, vnde etiam Chriſtus ad patrem aſcendit. ✲ Nicetas. Maiores illius, vt Abrahamus orientis ꝓuincias coluerunt. ✲ Didym. Iuſti ad orientem pertinēt, quia

C a ſplendore ſolis iuſtitiæ ſplendeſcentem aſſequuntur nobilitatem.

Grec. c. 7 c *Ibant.* i apoſtoli per mundũ conuiuia verbi Dei miniſtrãtes, quiſq. in ſuo die. i. iuxta menſuram illuminatæ intelligētiæ, Sorores. i. infirmiores reficiuntur ſcriptura, q̃ in obſcuris cib. exponendo frangitur, in apertis potus q̃. vt eſt ſorbetur.

✲ Olym. omnes ſuo quiſque certo die uiciſſim inter ſe inuitabant, ſic. n. Aquila interpretatus eſt,

✲ Chry quodque temperantiæ eſt ſignum, ſorores ſolas euocabant. ✲ Orig. ſeptem cum eſſent filii 7 dieb. feſta celebrabant, anticipantes quod lex præcepit ſeptem dieb. paſchæ, ſi-

1. lib. in Iob ue hebdomadarum, ſiue ſcenophegiæ, & ut totam legem implerent, epulabantur ipſi liberi, ſeruus, & ancilla, aduena, & egenus Deut. 6.

Grec c. 15 Moraliter d *Et fa.* filii conuiuia faciunt, quia ſingulæ uirtutes iuxta proprium modum mentem paſcunt, *In di ſuo*, quia vnaquaque virtutum propriam habet illuminationem, alium diem hēt ſapientia, alium intellectus, ſic & cæteræ. Sapiunt multi æterna, ſed ea intelligere nequeunt. Sapientia ergo in die ſuo paſcit, dum de æternorum ſpe, & certitudine mentem reficit, intellectus ſuo, dũ de auditis cor illuſtrat Cõſilium ſuo, dum rõnem implet, prohibēs eſſe præcipitē. Fortitudo ſuo, dum confidentiã contra aduerſa dat trepidanti. Scīa ignorantiam pellit, pietas opera miſericordiæ docet. Timor domini mētem premit, ne de præſentibus ſuperbiat, ſpe futurorum confortat, inuicem paſcunt, quia alia aliis ſuffragatur, ſine quo vnaquæque valde deſtruitur. Minor eſt ſapientia ſi intellectu caret, inutilis eſt intellectus, ſine ſapientia, ſi. n. ſine ea altiora penetrat, ſua illum leuitas grauius ruiturum leuat. Vile eſt conſilium, ſine fortitudine, quia quod tractando inuenit, ſine uirib. ad actũ non perducit. Fortitudo quæ plus poteſt ſine moderamine rationis præceps ruit. Nulla eſt ſcientia, ſine pietate, quia qui bona cognita non exequitur, grauius iudicatur. Pietas ſine ſcientiæ diſcretione quomodo miſereatur ignorat. Timor ſine aliis nil valet, quia ad oĩa trepidans a bonis operib. torpet.

D †maior omnibus orientalibus

c *Per domos vnuſquiſque.* per domos, ut Petrus per Romam, Philippus in Samaria in ſuo die. i. pro modo intelligentiæ, qa aliam inſtitutionem fecit Paulus apud Græcos, aliam Petrus apud Romanos, licet non diſſentirent in fide.

Myſtice D. Gre. i c. 16 f *Tres ſorores.* i. fidem, ſpem, charitatem, in omne quod agũt virtutes vocãt, vt de eo gaudeant quaſi ex cibo vires capiũt, dum bonis operib. fidentiores fiunt, quaſi ex potu poſt cibũ debriantur, dum contemplationis rore infundi appetũt. ſed ex ipſis bonis, & mala oriuntur, vt elatio, vel cum pro his lætitia fit menti, adeſt etiam quædam ſecuritas, inde torpor. ergo ſubdit. *Cũq; in orbem tranſiſſent dies.* peracto conuiuio filios

Idem c. 17 ſanctificare, eſt poſt virtutum ſenſum intentionem cordis dirigere & omne quod agitur diſtricta retractatione mundare ne decipiatur qualitate mali, ut putentur bona quæ mala ſunt. Vel quantitate boni, ut ſufficiens credatur cum pfectũ

E non ſit, ſed hoc melius orãdo, q̃ diſcutiendo inuenit. Mens. n. p compunctionem eleuata omnia ſub ſe certius diiudicat

Idem c. 7 Allegorice g *Cumq; in or.* in orbem dies conuiuii tranſeunt, cum prædicatione myſteria peraguntur, peractis omnib. Iob pro filiis offert, quia pro apoſtolis de prædicatione redeuntib. Chriſtus patrem orauit, mittendoque ſpiritumſanctum ſanctificauit, emundans quidquid culpæ ineſſe potuit.

1. lib. in Iob F ✲ Orig. Non quotidie epulabantur, ſed ſeptem diebus ſecundum numerum filiorum Iob, & illos ſeptem, qui in lege celebrati ſunt.

1. lib. in Iob h *Mittebat ad eos..* ✲ Orig. Mittebat ad eos, qui pietatem admonerent, iuſtitiam, & iudicium terribile teſtificarentur, ſiue per eos quos mittebat ad illos ſiue eos ad ſe conuocans, ſiue mittebat ꝑ eis ad Deum orationes, & grãrum actiones, & mũdabat, vt Moſes filios Iſrael in deſerto, & eoſdē Samuel pugnantes contra Allophylos, precib. ſuis Deum exorando.

✲ Chryſ.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Ac familia. *quæ erat neceſſaria pro tot, & tantis adminiſtrãdis.*

Inf. 14. d 2 Eratque uir ille. *i. ualde famoſus propter bonitatem ſuam, & uirtutem, in quo etiam apparet proſperitas eius, cum nomen bonum ſit diligibilius, quam aurum, & argentum.* 3 Et ibant. *Hic conſequenter deſcribitur proſperitas Iob ex filiorum mutua dilectione, abundantia. n. diuitiarum ſolet eſſe cauſa diſcordiarum, propter quod dicitur Geneſ. 13. b quod Loth, & Abraham non poterant ſimul habitare pacifice propter magnitudinem diuitiarum, & familiæ, & ideo magna proſperitas fuit ipſi Iob, quod filii eius quamuis eſſent plures, & ualde diuites, adhuc erant ad inuicem ualde concordes, & hoc eſt quod dicitur.* Et ibant filij eius *ſe amicabiliter aſſociando.* 4 Et fac. con. *non ad gulam, ſeu carnalitatem, ſed ad amicitiam nutriendam.* 5 Vnuſquiſque in. *i. una die hebdomadæ. ſicut erant ſeptem filii, & ſic in hebdomada ſecunda recipiebatur circulus.* 6 Et mit. *ne viderentur eas contemnere tanquam ſexu fragiles, ſed magis eas diligere, & honorare.* Cumq. in orbem tranſ. dies. *i. in fine hebdomadæ, ut dictum ē.* 7 Mittebat ad eos Iob. *ex quo patet quod non erat cum eis in talib. conui-*

Eccl. 7

## MORALITER.

†quingenta iuga boum, & quingentę aſinæ, quia dum utriuſque conditionis perſonæ per laborem pœnitentiæ ad æternam requiem gradiuntur, ſub quingenteſimo numero myſtice reponuntur, nam quinquaginta per decem multiplicata faciunt quingenta, quinquaginta vero requiem ſignificãt eo quod annus quinquageſimus erat remiſſionis, & quietis tempus. Omnia uero prædicta poſſeſſio Iob dicuntur, per q̃ bonus doctor, uel prælatus ſignificat', quia cedit ad eius meritum quidquid boni per eius doctrinam fit in ſtatib. prædictorum, in omnib. autem prædictis ponitur numerus determinatus pro indeterminato, ſicut Mat. 18. c. *Nõ dico tibi vſq; ſepties, ſed vſq; ſeptuagies ſepties*, i. toties quoties. 1 *Ac fa.* Exponatur ſicut ſupra. 2 *Eratq; vir.* uirtute, & dignitate.

2 *Inter omnes.* i. Chriſtianos. De Chriſto namque dicit' Zac. 6. c. *Ecce vir oriens nomē eius.* Sicut autem a nomine Chriſti dicuntur Chriſtiani, ita a nomine orientis põt dici orientales.

3 *Et ibant fi.* Filii boni doctoris, vel prælati ſunt prædicatores ab eis inſtructi, vel miſſi qui faciũt conuiuia unuſquiſque in die ſuo, qñ quilibet eorum prædicat tempore ſibi apto.

6 *Et mittentes vocabant tres ſorores.* Licet. n. omnes fideles uocentur ad conuiuium uerbi Dei, tamen magis ibi reficiuntur perſonæ ſupradictæ per filias Iob ſignificatæ.

7 *Mittebat ad eos.* Frequenter. n. prędicatores ex ſua prædicatione

✱ Chryſ. Videte purgationem non Moſaicam; ſed apoſto-
A licam, mentem.n.illorum, non corpora precatione expiabat. Aiunt nonnulli priſcos illos ſacerdotes more Melchiſedecis per ſeipſos creatos fuiſſe.

✱ Olym. ſacrificio ipſo animorum conſenſionem eos docebat, vnicum.n.vitulum pro omnib. quaſi pro una anima offerebat, & mundabat, aqs purgantib. adhibitis, quib. natura homines & iudæi ex lege utuntur, illud autem. *cum conſummati eſſent dies*, oſtendit, aut quod id quotidie factitaret, ad exacti diei expiationem mutata hoſtia, aut quod poſt ſeptem dierum anfractum, ſemel ſacrificium faceret.

a ¶Quia ſcit ſine culpa uix poſſe celebrari conuiuia, quia fere ſemper epulas comitatur uoluptas & loquacitas. b ¶Id eſt, ſeptem ſacrificia.

a b & ſctificabat illos, cõſurgenſq. diluculo, offerebat holocauſta

a ¶Non affirmat, quia temere iudicat de alienis cordibus, non debemus. b ¶Perfectos in opere, & ſermone docuerat, quibus de ſola cogitatione timebat. ¶Quam ſeuere opera corrigeret, qui tam ſollicitus eſt corda mundare.

†per ſingulos. Dicebat enim. Ne forte peccauerint filii mei, &

a ¶In ſancto opere perſeuerantia indicatur, & laudatur de perſeuerantia, quia in omni ſacrificio iubetur offerri cauda hoſtiæ.

†benedixerint Deo in cordibus ſuis. Sic faciebat Iob cunctis

† ſecundum numerum ipſorum

a *Corſ dil.* ✱ Orige. ſurgens diluculo, formam oſtendens omnibus in perpetuum, ut confeſſim diluculo ex noctis requie exſurgentes ante omne opus, vel verbum, primitias reſurrectionis noſtræ Deo exhibeamus in matutinis deprecationibus. primo aũt mundabat, purificabat, & ſctificabat, & ita demum pro eis hoſtiam offerebat, quia ex Apoſtolo probare ſeipſum debet hõ, vt ſanctiſſimis dñi ſacrificiis fruatur.

i.lib.in Iob

1.Cor.11

Diluculo conſurgit qui compunctionis luce perfuſus, noctem humanam deſerit, & ad uerum lumen oculos aperit. Offert per ſingulos, dum pro vnaquaque uirtute Deo preces immolat, ne ſapientia eleuet, ne intellectus aberret, ne conſilium, dum ſe multiplicat, confundat, ne fortitudo per fiduciam præcipitet, ne ſcientia inflet, ne pietas extra rectũ uertat, ne timor plus iuſto trepidans deſperet.

Greg.c.18

Hier.

Diluculo ad offerendum ſurgit, quia dum pro eis orat diſcuſſa nocte mentes illuſtrat ne quo peccati contagio ex prędicatione in occulto polluantur ſibi tribuendo, unde ſubdit *Ne forte peccauerint filii, & benedixerint.* i. maledixerint Deo,

Idem c.8

B Deo maledicere eſt de eius munere ſibi gloriam præbere, Vnde & poſt prędicationem dominus pedes apoſtolis lauit quia in bono opere peccati puluis contrahitur. ut internæ elationis, quam dominus tergit. Forte, dicitur non qui omnia ſciat, ſed ex noſtra dubitatione, ut putas inueniri fide in terra. ſic faciebat Iob cunctis dieb. quia ſemper pro nobis offert dum pro nobis patri ſuam incarnationem demonſtrat, qua peccata diluit, peractis dieb. conuiuii quia poſtquam ſeptem fratres peregerant conuiuia, Iob ſeptem ſacrificia offerre dicitur. Conſtat.n. hoc octaua die agere in qua plenus ſeptiformi ſpiritu pro ſpe reſurrectionis domino ſeruire perhibetur

Idem c.9

i.lib in Iob

b *Offerebat ho.* ✱ Orige. ſecundum numerum illorum, quia ſigillatim in exquiſitione iudicii exurgent, & ut eadem pro ſeipſis perficere properarent, quiſque.n. pro ſeipſo in iudicio reſpondebit.

i.lib.in Iob

✱ Orige. *Offerebat Iob.* Erant.n. ſacerdotes non a lege ordinati, ſed naturali ſapientia hoc requirente, ac perficiente, ut Noe, Melchiſedech, Abraham, Iob ipſe.

✱ Phil. & quem primogenitum fuiſſe hinc credi poteſt, niſi reges gentium, ex quib. Iethro, & Iob, in locis ſuis ſacerdotio fungerentur, hoc priuilegium uel excellentia ſapientiæ, uel generis nobilitate acquirentes.

✱ Orige. holocauſta faciebat, ut gratias ageret, expiationẽ adhibebat, in cogitationum remiſſionem, & uitulum pro animis, ut uiui permanerent.

Comm. in Iob

✱ Orig. Vitulum unum pro animab. illorum, in figuram illius uituli, de quo dictũ eſt, *cito adducite vitulum ſaginatum*, & ut

i.lib.in Iob

Luc.15

C

ut uniuerſas animas interficerent. i. iuuentutis ignorantias a ſe mortificarent. D

✱ Didym. prophetice ſacrificare uidebatur ex lege, cum diuerſa, ex gratia, cum unum offerret uitulum, unigeniti filii Dei ſacrificium adumbrans, qui pro omnib. crucem pertulit a quo cete magnũ in poteſtatẽ redigendum Iobus prędixit myſteriis aduentus Chriſti initiatus.

✱ D. Cyprianus. Multi ſunt in domo liberi, hoc ipſo operari amplius debes, ut.n. in ſeculari, ſic in ſpirituali uita quo amplior fuerit pignorum copia, eſſe & operum debet maior impenſa, ſic & Iob numeroſa pro liberis ſacrificia offerebat nec cum liberis tuis cogites patrem, qui & temporarius, & infirmus eſt, ſed illũ putes, q. æternus, & firmus filiorũ pr̃ eſt, &c.

De opere, & eleem.

†Hic pro maledixerint poſitum eſt more hebræo, & infra

✱ Orig. non tantum pro corpore ſollicitus, ſed plus de anima cogitabat, prauæ.n. cogitationes ſeparant a regno Dei.

i.lib. in Iob

✱ Polichronius. Cum externa videret labe carere, de internis cogitabat, propheticam ſententiam ſequutus. *Ab occultis meis munda me dñe.* & ex his verbis magna liberorũ puritas oñditur, nec pp peccata eiuſmodi interitui obnoxios fuiſſe.

✱ Baſil. merito verebatur, quia ad mentis peccata ſumus procliuiores.

✱ Orige. Ante apoſtolos ea quæ ſunt apoſtolorum adimplens, ſicut dicit. *Qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vſque in diem Chriſti*, & omnia quæ fecerunt ſancti, fecit & Iob, atque præcelluit tolerantia laborum.

i.lib. in Iob

Phil.1

E

✱ Olym. Vnde conſtantia, & fortitudo mentis intelligitur. Virtutum autem, & rerum bonarum ceſſatio reditus eſt ad improbitatem, atque ex hoc loco diſcimus uitanda eſſe conuiuia, quæ expleta indigent expiationis.

Holocauſtum totum incenſum dicitur, quod eſt cum tota mens igne compunctionis accenditur, in ara amoris, & cogitationis quaſi ſuæ ſobolis inquinamenta exurit, quod neſcit niſi qui priuſquam cogitatio ad opus tranſeat, internos motus frenat, & mentem munit uirili cuſtodia, non feminea ut Hisboſeth, unde Salomon. *Omni cuſtodia ſerua cor tuum, quia ex ipſo vita procedit.* Virtutes.n.i. bona quæ agimus ex ortu intentionis penſantur. Dicebat n. *Ne forte peccauer.n., & benedixerint.* i. maledixerint in cordib. in corde maledicit qui recta opera non recta intẽtione facit, qui putat ſe habere ex ſe qđ eſt a Deo, uel ſi inde propriam laudem quærit. Ea quæ coram hominib. bona ſunt, trib. modis diabolus polluit. primo quippe intentionem boni operis uitiat, ut pro fauore hominum faciat bonum, vnde propheta. *Facti ſunt hoſtes in capite.* i. in exordio cogitationis dominantur. Hoc ſi nequit, ſi bonũ incipit bene, in actione quaſi in itinere ſe opponit latentius, quaſi ſecure euntem perempturus laudem obiicit, quæ etſi non quæſita, delectat oblata, uel iram quæ zelo recti immoderatius mentem turbat, uel triſtitiam, uel lætitiam immoderatam, unde Dauid. *In via hac qua am. abſ. ſu. la. mihi.* Si uero nec exordium vitiat, nec in itinere ſupplantat, quaſi iam abactus, aſtutius fini inſidiatur, unde. *Ipſi calcaneum meũ obſeruabunt, & ſerpẽs, ſi caput.* i. initium ſuggeſtionis eius cõprehenditur, calcaneo inſidiatur. i. in fine decipere molitur, in oib. ergo dẽt ſe circunſpicere quiſq; & in hoc perſeuerare, vnde Sic faciebat Iob cunctis dieb. ut tunica talum operiat. i. bona actio nos ante oculos Dei uſque ad terminum uitę regat,

Greg.c.18

Prou 4.c

Idem c.19

Thren.1.b

Pſal.141.a

Pſal.55.b

Idem c.20

F

Quadam

## NICOLAVS DE LYRA.

*conuiuiis, ſed ſtans in loco ſuo ſecundum maturitatem ſuæ ætatis, permittebat filiis ſuis talia, quia iuuenib. bene ſunt aliqua permittenda ratione ſuæ ætatis, quæ tamen non decent maturitatem ſenectutis.*

1 Et ſanctifica.il. *quia in talibus conuiuiis ſolent homines relaxari ad aliquam ineptam lætitiam, ſeu eloquii inordinationem.*

2 Conſurgenſque di. *prima hebdomadæ ſequentis antequam inciperent ſecundum circulum conuiuiorum.*

3 Offerebat holo. per ſing. *i. ſacrificia ad honorem diuinum totaliter incenſa.*

4 Dicebat.n. *i. cogitabat.*

5 Ne forte pecc. *Ex quo patet quod ſi certitudinaliter ſciuiſſet eos talibus abuti conuiuiis non eis permiſiſſet*

6 Et benedixerint Deo. *i. maledixerint, tantus eſt horror blaſphemiæ diuini nominis, quod in ſacra ſcriptura frequenter exponitur per uerbum oppoſitum. ſ. benedictionis.*

7 In cor. ſu. *quamuis.n. eſſet certus quod non prorupiſſent in uerba ad inhonorationem Dei pertinentia, tamen timebat ne circa hoc habuiſſent aliquam cordis commotionem.*

8 Sic fa. *ſ. circulo prædictorum conuiuiorum per hebdomadam completo, in quo apparet deuotionis ſuæ continuatio, quod eſt ualde laudabile, quia multi feruenter incipiunt, & cito tepeſcunt.*

Ne

Quadam

## MORALITER.

cation appetunt commendari, cum tamen tota gloria debeat eſſe Dei, quos bonus prælatus ſanctificat pro eis orando, & Euchariſtiam offerendo, & hoc bonum continuando ideo ſequitur. 8 *Sic fa. Iob.* Cum autem filii Dei aſſiſterent coram domino, &c. Secundum ſenſum literalem per filios Dei, hic intelliguntur angeli ſancti, ſecundum vero ſenſum moralem intelliguntur ſancti homines uitam angelicã ducentes, inter quos frequenter eſt Satan. i. homo peruerſus qui dicitur Satan, eo quod eſt membrum eius.

Cui

Idem c. 20. D. G. c. 2. Moralium c. 2

a A *Quadam autem die.* in exordio qualitas, & terminus rei exprimitur, vt modo tentatio Iob a die cœpta dicitur, quia ad victoriam dicitur, ſicut & in aliis. Nunc qualitate temporis res ſignatur, vt quod angeli in meridie apparent Abrahæ, Iudas nocte exit. Nunc loco, vt quod Iſrael infirmus legem nõ in monte, ſed in imo audit. Nunc qualitate aeris, ut quod dicitur. Hyems erat cum prædicatur non credituris, & frigus erat imminente negatione Petri. Nunc poſitione corporis, vt quod Stephanus vidit Ieſum ſtantem.

¶Deſcripta perſona ſatis laudabiliter, victoriam Iob incipit demonſtrare.

a dicbus Quadam autem die cum veniſſent filii Dei, 1

¶id eſt, angeli Dei. ¶Natura, & obſequio. 2

b vt aſsiſterent coram domino, affuit inter eos etiam 3

c 4

Allegorice

1. lib. in Iob

*Quadam autem die.* ✠ Orige. Dies illa eſt quæ diaboli nequitiam, Dei iuſtitiam, & Iob tolerantiam manifeſtauit. Diabolus.n. ut olim Deum apud Adam, ſic Iob apud Deum accuſare voluit. Ante Deum autem, qui ubique præſens eſt, venire dicuntur Angeli humana utendo loquendi conſuetudine, ſpirituali acceſſu, dum cum maiori deuotione, gaudio, atque exultatione Deum laudant de victoria ſeruorum Dei, & eis patientiam, atque conſummationem a Deo poſtulant maximam.n. gloriam ſibi reputauerunt Iob innocentiam, quam Deo obtulerunt, ſicut & omnium piorum vſque in finem ſeculi, non quod Deus neſciat, ſed vt teſtes efficiantur ſanctitatis, & pietatis iuſtorum, & tanquam dolentes impietates iniuſtorum, atque ipſius diaboli, qui dicitur affuiſſe, nõ præſentia perſonæ, & quod facie ad faciem dominum uiderit, quomodo.n. veniret in conſpectum Dei, qui ſanctæ animæ Iob appropinquare non eſt permiſſus? quomodo veniret in cælos, qui non eſt permiſſus uenire in paradiſum, angelis cuſtodientib. portas, vt Cherubim cum romphea oſtiũ paradiſi? ſed cogitatione, conſilio, deſiderio, deterentib. angelis memoriam malitiæ, atque nequitiæ diaboli, itque inuidiæ, quam habet erga ſanctos, ſic nos cogitatione ſæpe in cælũ aſcẽdimus & in carcere poſiti deſiderio p agros curritãt.

D. Greg Moral. c. 14

B Non dicitur aliquid factum coram domino quadam die, ideo quod apud eum ſit mutatio temporis, ſed noſtris verbis condeſcendendo vtitur, ut dum æternos temporaliter loquitur nos aſſuetos temporalib. ſenſum ad æterna leuet, uel quadam die Satan affuit, quia in luce Deus tenebras vidit: & qui omnia ſimul reſpicit bona, & mala, in his quæ diuerſo ordine diſponit, diuerſus nõ eſt, nec lumẽ eius propter preſentes tenebras fuſcatur. Inter filios Dei Satan, quia ea ui iuſtitiæ penetratur qua boni ſpiritus complentur, eo radio transfigitur, quo illi ut luceant perfunduntur, inter filios Dei, quia etſi diuerſo modo, tamen Deo ſeruit, vnde in lib. Regum. *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium.* i. angelos, quorum mentibus altius præſidẽs oĩa interius diſponit. *Exercitus cœli a dextris, & a ſiniſtris.* i. boni, & mali angeli, quia non modo boni Deo miniſtrant, ſed & mali qui probãt & volentes conuerti grauãt. de quibus. *Et fallax ſpiritus in medium progreditur.* quo rex Achab exigentibus meritis decipiatur. ✠ Orige. Vide autem diſtinctionem, Angeli.n. ueniſſe dicuntur, ut præſto eſſent dño, vt ipſius miniſtri, miſſi in miniſterium, diabolus autem non præſto fuiſſe, ſed veniſſe ab obambulatione, & honeſti oppugnator, nec ei honori fuit cum angelorum ordine conſuetudo, vt nec malis bonorum, ſed crimini ei fuit uitium ſuum, nec quod Deo ſeruiuit, fallendi.n. ſtudio id eum feciſſe apparuit ut in Achab, ſed quod tali dignus erat miniſterio, quẽ Deus interrogat, vñ venis? non qđ neſciat, ſed ut illius inuidiã coarg

D. Greg c. 15

3 Reg. 22. c

Ibidem.

Comm. in Iob

C

gueret: Dicitque ſunt Angeli Dei, nõ diabolus, quia illi Deo charitate coniuncti ſunt, & ab eo quod ſunt, nominati ſunt, hic ab eo malitia abalienatus, non ex eo quod eſt, ſed quod eſſe conatus eſt. Neque.n. naturæ nomen eſt diabolus, ſed a voluntate, & inuidia eius in Adamum, & crimine quod in Deum apud mulierem cõtulit, deductum eſt. Præterea obſeruandum hæc uerba Dei, & Domini ſcribi, Dei cuius ſunt effectio Angeli, & domini cui pſto sũt. D

✠ Nicetas. Deus rebus ſingulis, qua decet ratione, præſens eſt, angelis præcipiendo arcanis vocibus, diabolo tentandi facultatem tribuendo, nihil.n. ſine Dei permiſſu facit, qui dicitur aſtitiſſe, quia in diuinę ditionis locis conſiſtit, expectãs non vt obſequium Deo præſtet, tentandi fieri ſibi poteſtatẽ quæ ei tantum permittitur, quantum ferre poſſumus. In theatro autem conſtituti Deo contra vidente, vincimus, aut vincimur, non propter aduerſariorum vires, vel angelorum ſuppetias ferentium infirmitatem, ſed propter noſtram electionem, voluntatiſque libertatem. Angelis.n. bona, dæmonib. mala ſuadentib. in poteſtate eſt noſtræ voluntatis, quæ libero arbitrio ornata eſt, in utram maluerit partem ſe dare, nã neq; ab eo, qui nos liberi arbitrii honore affecit, cogimur nec diabolus nobis unum ullam afferendi adeptus eſt pſtatẽ.

✠ Dionyſ. & Baſil. Angeli boni in electione liberum arbitrium habentes, a ueri boni aſſiduitate nunquam recedunt, diabolus aũt, cum angeli acceptſſet pſtatẽ, in naturam dæmonis migrauit, ſatanas dictus, q. aduerſarium ſignat, diabolus aũt quia peccati eſt adminiſter, accuſator, & calumniator.

D. Gre. ibi. Mystice.

b *Affuit inter eos* In die dominus Satan vidit, quia uias eius inſipientiæ ſua incarnatione corripuit, qui quaſi non uideret, cum tandiu prauitatem eius in perditione hominum tolerauerat. *Vnde venis?* quia per aduentum eius uias detexit, & reprimens uias eius increpauit. In hoc die filii Dei aſtant Deo, quia tunc ad patriam uocati, deitati iam per eius præſcientiam aſtant. *Circumiui terram, & perambulaui.* quia per corda gentium veſtigia ſua impreſſerat, & quaſi ex poteſtate circumierat, quia nullum qui ſibi plene reſiſteret, inuenit, ſed iam comprimitur per eum qui in carne ſine pctõ cuius ſtupẽda ſupbo, & timenda infirmitas a Deo proponitur. *Nunquid con.* in terra. non eſt ei ſimilis, quia cæteri adoptantur per grãm, iſte Deus per naturam, licet in forma ſerui. Hoc dicere dñi, eſt iudicare, ſuperbo quod miretur quod dolens cõſideret, ad cuius ſuperbiam reprimendam uirtutes illius enumerat, ſimplex, & rectus. Venit Chriſtus, ut præbeat exemplum vitæ hominibus. Simplex, ut non pareat malignis ſpiritib. Rectus, vt debellet ſuperbiam. Timens Deum, ut detergeat immunditiam uitæ, recedẽs a malo. De miniſtris quoque miſſi erant loco circumſcripti, ubi tamen ſemper aſſiſtunt, & uident faciem patris. Foras ergo exeunt ad nos ipſũali pñtia, & per internam contemplationem ſpcũ Deo ſunt.

Idem c. 16

E

F *Affuit.* quia etſi per ſuperbiam excidit, naturam tamen eis ſimilem non perdidit, ergo inter eos affuit, quia Deus eo intuitu quo oĩa ſpũalia conſpicit etiam Satan in ordine ſublimioris naturæ uidet, non tamen Satan Deum uidet, qui mũdo uidetur, ſicut cæcus non uidet lumen quo illuſtratur.

Idem c. 2

Moraliter

c *Inter eos etiam Sathan.* quia bonis Dei cogitationibus que ex Deo ſunt, ſe interſerit, ut perturbet, ſed cũ latere nobis Deus dete-

## NICOLAVS DE LYRA.

Diuiſio

1 Quadam autem. *Hic conſequenter poſt ſtatum proſperitatis ipſius Iob deſcribitur tempus aduerſitatis, quæ duplex fuit, una ex bonorum amiſſione, alia ex proprii corporis percuſſione, quæ ponitur c. 2. vtraque vero fuit per dæmonem procurata. Et ideo circa primam primo ponitur huius aduerſitatis procuratio, ſecundo eiuſdem exequutio, ibi. Egreſſuſque eſt. Prima in duas, quia primo ponitur procurationis occaſio, ſecundo ipſa procuratio, ibi,* Cui reſpondit Satan. *occaſio autem iſta fuit, quia diabolus ſanctitati Iob inuidens, audiens a domino eius, commendationem, inuidia motus, quærere uoluit eius ſubuerſionem, veruntamen quia in hac parte magna ſententia ſub breuibus verbis ponitur, ideo aliqua de ſanctis angelis, & malis ad intellectum huius partis præmittuntur. Sciendum igitur quod omnes angeli creati sũt boni. ſed aliqui in ſua conditione perſiſtentes, ad laudem ſui conditoris, conuerſi, facti ſunt glorioſi, & uocantur filii Dei. Alii vero a ſua conditione cadentes per ſuperbiam depranati, vocati ſunt dæmones, ſiue Satan. Vlterius attendum, quod aſſiſtere angelorum coram domino dicitur uno modo proprie, & ſic angeli ſuperiores, qui non mittuntur ad exteriora miniſteria dicuntur Deo aſſiſtere alio vero qui mittuntur, dicuntur Deo miniſtrare, ſecundum quod dicitur Dan. 7. c.* Millia millium miniſtrabãt ei, & decies milies centena milia aſſiſtebant ei. *Alio modo large, & ſic omnes angeli ſancti etiam miniſtrantes dicuntur Deo aſſiſtentes, inquantũ uident Deum clare. Tertio modo largiſſime, & ſic etiam dæmones dicuntur Deo aſſiſtere inquantum ipſi, & actus eorum patent diuino conſpectui, ſicut & ſanctorum angelorum. Vlterius conſiderandum, quod ſicut ſancti angeli in miniſterium miſſi ſalutem hominum promouent, & procurant, ita & dæmones ſalutem eorum impediunt, & perturbant. His igitur præmiſſis deſcendamus ad literam.*

Quadam autem. *non eſt intelligendum quod aliqua ſucceſſio temporis ſit in Deo, vel actibus eius intrinſecis, qui menſurantur æternitate: ſed tantum in ſubiectis creaturis.* 2 Cum veniſſent filij. *ſancti angeli miniſtri ad præſentandum coram Deo merita hominum, ſecundum quod dixit Raphael angelus Tobiæ 12. c.* Quando orabas cũ lachrymis, & ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandiũ & mortuos per diem abſcondebas in domo tua, & nocte ſepeliebas, ego obtuli orationem tuam domino.

3 Vt aſſiſterent coram domino. *Aſſiſtentia proprie dicta, quantum ad angelos ſuperiores, & aſſiſtentia large dicta, quantum ad inferiores, & aſſiſtentia largiſſime dicta, quantum ad omnes angelos ſanctos, & etiam dæmones, & in hoc ſenſu ultimo ſubditur.*

4 Affuit inter eos etiam Satan. *quia actus dæmonis malum humani generis procurantis patent diuino conſpectui, & adducuntur eius examini.*

Cui

A detegit,unde dicitur. *vnde venis*,quod dicere eſt eius inſidias aperire nobis. *Circumiui terram*. Carnalia corda ſcrutatur, ut mala inſerat, nec tranſuolat, ſed perambulat, quia non cito deſerit quem tentat,ſed moratur, vt veſtigia prauitatis imprimat,contra eum Iob laudatur. *Nunquid conſideraſti ſeruum meum*,quem Deus bonum facit,& roborat quaſi in aurib. Sathanæ laudat, vnde ipſe grauius contra ſæuit, dicens. *Nunquid fruſtra*. quaſi cur laudas quem protegis? Me deſpecto laudandus

a Satan. Cui dixit dominus. Vnde venis? Qui reſpondens, ait. 1
b a ¶Pauci.n.ſunt vbi non habeant omni eius ue ig a. 2
Circumiui terram,& perambulaui eam. Dixitq; dominus ad 3
a Q.d.talem conſtitui in quo te oportet vinci. 4
eum Nunquid cōſideraſti ſeruum meum Iob,quod non ſit ei 5
ſimilis in terra,homo ſimplex,& rectus,& timēs Deū,ac rece- 6 7

eſſet ſi contra me ſuis uiribus ſtaret,vnde malitioſe expetit, ſed extende paululum.dum bona abundant, mens aliquantulum erigitur,quaſi bona a ſe, quæ bona diabolus appetit male,ſed Deus tētati bene ſinit,ut dum in bonis illis homo concutitur , imbecillitate cognita in Deo ſolidetur. Vnde ſubdit. *Ecce uniuerſa ſubſtantia,quam habet,in manu tua eſt*.

⁜Greg. Nanz. O impudentiam,qui a principio contra figmentum irrepſerat, nunc inter Angelos medius ſtat, ut Iobum ad ſupplicium depoſcat.

⁜Poly. Noli iſta ad corporum conſuetudinem transferre diabolus.n.ſtat coram Deo,non vt angelica conſortione dignus,ſed ad flagitioſe contradicendum paratus,deoque dicitur ſe dare in conſpectum,non quod uitę propinquitatem æquo animo ferat,uerum quia eum latere nō poteſt,cui ſpirituales etiam cogitationes ſunt notiſſimæ. At ſcriptor ad

B dialogorum conſuetudinem orationem traducit.

Ann.in Iob ⁜D. Aug. nam aliter affectio animæ ad veritatem non potuit narrari,niſi temporaliter, & localiter quodammodo diceretur,atque,vtrum quia non potuit,niſi per eos audire,dictum eſt, *affuit inter eos Satan*.

⁜Phil. poteſtatem illam accipit dæmon,ad examinandos ſanctos,ut quantus eſſet Iob,hominibus demonſtraretur,& uitam conſequeretur æternam.

Greg c.4 a *Cui dixit do*. Non dominus,vel Satan flatu vocis colloquitur,cum ſint incorporei,ut nos qui,& in ſecreto cordis quaſi poſt parietem corporis ſtamus donec per linguam egredimur. Nec vero incorporeæ naturæ loquutio vno modo eſt. Deus Angelis loquitur,cum eis uoluntas eius inſpiratur Angeli Deo, dum quod ſuper ſe eſt admirantur in laudem Dei. Vox eorum eſt clamoſa auribus Dei,admiratio virtutis Dei in laude eius. Animæ ſanctæ loquuntur Deo per deſideria,non quidem a Deo diſcordantia, non quod ignorēt futura,ſed quo ardentius eo inhærent de ipſo accipiunt, ut ab eo petant,quod eum facere velle vident,& niſi peterent a voluntate eius diſcordarent,quibus reſpondet Deus,dum per præſcientiam certitudine retributionis eos inter deſideria confirmat. Quatuor vero modis loquitur Deus ad diabolum. Vias eius arguit,vt. *Vnde venis*. Electorum ſuorum iuſtitiam contra illum proponit,vt. *conſideraſti ſeruum meum Iob*. quod dicere eſt tales eos facere quibus ille poſſit inuidere. Tentandam innocentiam ei permittit,vt omnia quæ habet in manu tua ſunt,quod dicere eſt ad probationem fidelium malitiam eius contra eos laxare, aliquando ne tentare audeat,prohibet,ut in eum ne extendas manum, quod dicere eſt ab immoderatæ tentationis impetu reſtringere. Tribus modis diabolus loquitur ad Deum. Vias eius inſinuat,ut, *cir-*

C *cumiui terram*. Dicere quid egerit,eſt ſcire quod actus ſuos ei occultare non poſſit. Innocentes fictis criminibus accuſat,

D vt. *Nunquid Iob fruſtra timet Deum*,quod eſt contra bonos conqueri,& eorum profectibus inuidere. Et rimas nocendi quærere,tentandam innocentiam poſtulat,vt, *extende manū tuā*, quod eſt ad afflictionē bonorū malitiæ ſuæ æſtib. anhelare.

1.lib.in ⁜Orige. Quemadmodum non in perſona,ſed cogitatione diabolus uenit ad Deum, ſic Deus non ore locutus eſt, aut verbum cōtulit cum iniquo, ſed occulta increpatione nequitiæ eius , aut correptione iniuſtitię illig. ſic reb. inanimatis loqui dicitur,non eas ad cæleſtia ſubleuans, verum occultæ ſuæ operationis virtute vertens, vt neceſſitas. vel ratio popoſcerit. Scriptura.n. ea dicit dixiſſe,quæ non dicunt, & audiſſe, quæ non audiunt,ut. *Auribus percipe terra* , & præcepit Deus ceti

Eſa.1 Ion.2 Gen.3 magno,nec tanquam neſcius interrogat,ut nec Adamum, ſed abditam,& occultam cogitationem eius detegere, atq; publicare voluit,cumque & alienigenam interrogat culpās arguens,& detegens apoſtaſiam illius, & quod cædes Abel, gigantum impudicitia,& ſimilia ab eo initium ſumpſerunt, & exitū. Hebræi. Iſte qui Iob tentauit fuit princeps magnus Samael pertinens ad diuinum tribunal q̄uis foris reſideat.

Comm. in Iob E ⁜Olym. Angelos cum diabolo diſceptando ſermocinari apud Zachariam legitur,ſic.n. Angelus. *Imperet tibi; qui elegit Ieruſalem*. & in catholicis epiſtolis, cum Michael contenderet de corpore Moſis. Itaque exiſtimare poſſumus angelū quempiam diuina mandata exhauriētem cum diabolo colloquutum eſſe,cuius vox, quæ Dei uoluntate expromitur, eiuſdem eſſe dicitur. Illud autem *unde uenis*? eſt exprobrātis.

⁜ Athan. cunctis rebus, quæ effectæ ſunt , certa loca ſunt diſtributa,ſolus Deus nequit circumſcribi, cui aſſiſtere, nihil aliud eſt,niſi diuinæ voluntatis typis informari.

⁜ Chryſ. Quæuis muneris functio,aſſiſtendi ratio nuncupatur,ac licet diabolus uoluntate diuini imperii frenos mordeat,iugum nihilominus ſuſtinet ſeruitutis.

Ann.in Iob ⁜ Aug. collatio præteritæ actionis cum eo, unde permittitur deinceps agere,reſponſio ad interrogationem eſt. Ipſa uero interrogatio,uis diuina eſt. in qua non permittitur agere quod libet,in cogitationibus.n.impii interrogatio , eſt ad manifeſtandum eum nobis.

Greg.c.5 b *Vnde venis?* Non quærit a bonis,quia non quærimus niſi quod neſcimus,& Dei neſcire eſt reprobare,ut & bonus uir neſcire mentiri dicitur,non quod neſciat ſed quod contemnat. Dicere ergo eſt, *unde venis*? uias eius eſt quaſi incognitas reprobare. *Circumiui terram*. per gyrum circumitus,laboris anxietas ſignificatur. Laborans terram circumiuit, qui in cælo quietus non ſtetit,& non tranſuolat,ſed perambulat, quia a ſpiritualis potentiæ uolatu corruit,preſſus nimis grauedine ſuæ malitiæ. De membris quoque eius dicitur. *in circuitu impii ambulant*. i. in exteriorum labore fatigantur. Diabolus nō cōtra Iob,ſed in Iob medio contra Deum certat. Vn̄ nō prius Iob a Deo petiit,ſed illū Deus ī cōſpectu ei⁹ laudauit.

F In comm. 1.lib.in Iob ⁜ Orige. Hoc arrogāter deſertor draco,maleuolētia catus, & contumax,ignorans Dei dignitatē. Terrā circuit,ad cęlū nō reuertit,& circuit circuitionib iniqtatis,& ſpeculās trāſitu ſubito,q̄ tractantur in corde,& intra aīm neſciens, ſi.n. cogitationes ſciuiſſet,nullū ſaluū fieri pmiſiſſet,ſed bona,ut cogitatione capta fuiſſent,deſtruxiſſet,ſed audiēs, & uidēs q̄ ope-

## NICOLAVS DE LYRA.

Reg.28.b 1 *Cui dixit Dominus*. Hoc dicere non eſt per vocem ſenſibilem,ſicut aliquando fiebat prophetis,ut patet 1. Regum,de Samuele,cum dęmon ſit naturę pure ſpiritualis,ſed per manifeſtationem alicuius intelligibilis.

2 *Vnde venis?* Non petit ex ignorantia , ſed ut ex eius reſpōſione conuenientius procedat ad commendandum ſancti Iob merita.

3 *Qui reſpondens*. Per hoc non eſt intelligendum, quod aliquid Deo ignotum manifeſtauerit , ſed quod eius malignitas Deo nota,aliis ſic manifeſtetur.

4 *Circumiui terram*. i. homines terrenos, quia hominum diſcutit curas,& conſuetudines,ut inueniat uias,& modos nocendi, propter quod dicit Beatus Petrus. *Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuniit quærens quem deuoret*.

5 *Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob,&c*. q.d. ſatis inueſtigaſti,ſed non inueniſti in eo occaſionem mali , ideo ſubditur.

6 *Quod non ſit ei ſimilis,&c*. per hoc non eſt intelligendum, quod Iob eſſet ſanctior Moyſe,uel Abraham,& forte aliquibus aliis eiuſdem temporis, ſed ſecundum quod in quolibet ſancto eſt aliqua prærogatiua ſpecialis,propter quod de quolibet dicitur. *Non eſt inuentus ſimilis illi,&c*.

7 *Homo ſimplex,& rectus,ac timens Deum*. iſta ſunt ſupra expoſita.

1 Cui

## MORALITER.

1 *Cui dixit dominus. Vnde venis?* Requirit.n Deus ad puniendum opera peruerſorum.

3 *Qui reſpondens ait. Circumiui terram,& perambulaui eam,&c*. Homines enim peruerſi ſunt inſtabiles,& uagabundi.

5 *Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob quod non ſit ei ſimilis, &c*. q.d. tu peruerſe debuiſti uiros ſanctos conſiderare,& te eis conformare,ſed quia peruerſi magis quęrunt bonos impedire,ideo ſubditur.

Nun-

a ¶ Diabolus, quia non inuenit mala quæ accuſet, bona in malum vertit, quaſi non bono animo fiāt.
b ¶ Q.d. non ſua uirtute, ſed uta a me defenditur, & ideo fruſtra timet.

a dens a malo. Cui reſpondens Satan ait. Nunquid fruſtra Iob 1 2
a ¶ Quem in operibus accuſare non poteſt intentione eius quaſi deceptus accuſat.
b ¶ Quaſi, non ex propria uirtute habet, quod ſtat, ſed tua uallatione, & ideo fruſtra timet Deum Iob.
c ¶ Domum uocat mentem.
timet Deum? Nonne tu vallaſti eum, ac domum eius, vniuer 3
¶ In omni parte.
ſamque ſubſtantiam eius per circumitum? Operibus manuum
¶ Multiplicando.
b eius benedixiſti, & poſſeſsio illius creuit in terra. Sed extende 4
c d ¶ Da potentiam.
e f paululum manum tuam, & tange cuncta quæ poſsidet, niſi in 5 6
g †facie benedixerit tibi. Dixit ergo Dñs ad Satā Ecce uniuerſa 7

A operibus fiunt, & dicuntur totum mundum ſubito peruolans, unde diuinationes, & reuelationes in ſomnis, & uigilis, & ex antecedentib. futurorum prædictiones, dum autē dominum alloquitur terræ meminit. i. terrenorum hominū quorum corda in cælum non aſcendunt.

⁂Chry. Diabolus quę dicitur dixiſſe, cogitauit, non dixit, neque. n. in eo tantum, & audaciæ, aut licentiæ, declarat autem ſe non habere fixum domicilium, orbem terrarū Angelis & dæmonib. plenum. Hos autem Deus non ſinit ſua abuti poteſtate, & diuino conſilio iuſtiant inhabitabiles regiones, ne ſint noſtro generi ſemper infeſti.

†reſpondit

† Nunquid tu non

‡paululum

†faciem tuam

⁂Didym. Deus ut uerum dicentem non arguit ſpiritus. n. terras, *tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret*. cuius uerborum hæc ſententia eſt, cum terrena, & aeria ſubegerim, ſolus Iobus mihi aduerſatur, quem depoſco.

i. lib. in Iob

⁂ Orige. arguit Deus nequitiam, & conſilia diaboli. Iobū hominem ei, qui ſuperior angelis defecit, opponens, quem ſerui ſui honore dignatur, gloriam ſibi exiſtimans cum homines pie, & caſte uiuunt, ſed iſta in laudem Iob dicta profecerunt ad maiorem concitationem liuoris, & zeli ipſius dæmonis, quanquam. n. laus non poteſt eſſe ſuſpecta profecta, ab eo qui culpa omni caret, tamen diabolus cui inuiſa bona ſunt omnia, ne Deo quidem credidit.

In comm.

⁂Chryſ. Deus habens egregium athletam Iobum tentari uoluit, & crudelitatis, quam exercet dæmon cum accuſatorem conſtituit, ſic improbitas a ſeipſa uulneratur.

B ⁂Olym. illud *intendiſti* ſiue *conſideraſti* non magis interrogationis, quam cum affirmatione intelligi poteſt.

⁂Chryſ. quid obfuerit ab omnibus contemni, ſi angelorum dominus noſtrarum laudum eſt præco?

Myſtice

a *Nunquid fruſtra Iob timet Deum. &c.* Diabolus ueniſſe redēptorem ſenſerat, ſed propter humilia, quæ paſſus eſt quidqd de deitate ſuſpicatus eſt, ei in dubium euenit pro ſua ſuperbia, & non Deum natum, ſed Dei gratia cuſtoditum credidit. *Nonne vallaſti?* Domum uallatam dicit, quia tentando conſcientiam eius penetrare non potuit ſubſtantiam, quia electos eius inuadere non præſumpſit.

i. lib. in Iob

⁂ Orige. Incipit dicere, quæ malitioſe cogitauit, inquiens, Iob colit Deum cum pretio, habens pro quibus reddat retributionē, eſtque ſine querela, quia innumerabilia habet, iuſtus eſt, quia poſſidet diuitias, uerax, quia omnes illi inclinātur, ſi autem immanioribus hominibus tantās conferres diuitias, omnes uno conſenſu tibi ſeruirent, quoties uolui appropinquare, & non inueni acceſſum, te muniente omnia eius angelorum cuſtodia tamquam flamma ignis. condemnat autem ſeipſum, quia maiora a Deo acceperat, & ingratus ſuperbiuit, & quotidie nos accuſat, quod ex uirtute uiuamus, non propter Deum, ſed propter opes habendas, aut retinendas.

Greg. i. c. 5

b *Poſſeſſio illius.* Q. quia tot bona in terra recepit, pro his ſe innocenter gerit, ſed innocens non eſſet ſi inter aduerſa ſtaret, quia nequit in die, in nocte aduerſorum, uult reprobare. Non ergo uires Iob, ſed quemque verius aduerſis probare ſciens tentandum expetit: Sed extende, nec vires feriendi ſibi tribuit, uoluntas eius ſemper iniqua quæ ab ipſo eſt, poteſtas iuſta quæ a Deo, vnde. Spiritus domini malus in Saul, & domini eſt per licentiam, & malus per voluntatem.

Ib. c. 6

C

⁂Olym.

D Cath. græc.

⁂Olym. Mercenarius eſt Iob (inquit Satan) nō uerus Dei cultor, facta non poteſt, intentionem reprehendit.

⁂Didym. nemo improbus uirtutem cuiuſquam, ut legitimam ſolidamque admittit.

⁂Baſil. Quia uirtuti ſinitimum uitium, formas omnes uirtutis e contrario uitio, fabricato nomine appellare ſolet.

⁂ Olym. Quia ſæpius dæmonem libido inceſſit perdendi res Iob, nec potuit, ex eo munitum a Deo agnouit.

⁂Chry. Iobo De° largitus eſt diuitias, nec contra fas illas eſt adeptus.

c *Manum.* Queritur quod numerus fidelium prædicantibus apoſtolis augetur, hoc Satan dicere, eſt talia inuidendo cogitare, & de his tabeſcendo dolere.

i. lib. in Iob

⁂Orige. *Mitte manum tuam*, non ut ſoles, cum propitiatione, ſed ad delendum, niſi benedixerit. Moſes homo Dei decentius, & benignius loquutus eſt ſcribens, quam diabolus, qui ut Deum ad iracūdiam prouocaret, dixerat, *niſi in faciem maledixerit.*

d *Tange.* Quia exteriora ſunt quæ petit conteri, nec multū putet niſi animam lædat.

e *In fa.* Facies domini reſpectus eſt gratiæ; Dicit ergo, ſi data quæ amat ſubtrahit, reſpectum, ſ. gratiæ tuæ, fauorem tuū non requirit, ſed maledicendo contemnit.

Comm. i. lib.

⁂Phil. Per antiphraſim dictum eſt *benedixerit tibi.* Non. n. fuit auſus ſcriptor hiſtoriæ ore ſuo blaſphemiæ uerbum exprimere ſciens diuinitati etiam contrariis uerbis dicendis ſummani deberi reuerentiam. Et in regnorum libris de Nabotho ſimiliter dictum eſt. *Benedixit dominum, & regem.* & iuxta aſſertionem falſorum teſtium homo innocens eſt punitus, quod utique fieri pro benedictione non potuit.

Cath. græc.

E ⁂Didym. manus Dei multiplex, quædam uindex in uaſa ire, de qua dictum eſt, *manus tua gentes diſperdidit.* quędam munies, de qua illud. *Protexiſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam.* Hoc autem loco mittere manum, eſt affligere, & tangere, atterere. imbecillitatis. n. ſuæ conſcius, non dicit, mihi permitte, ſed *mitte manum.* ubi ſumma improbitas eſt, bonitatē ipſam ad malum prouocare.

⁂Chry. Nimia crudelitas omnia tangi petit, & impudenter, linguæ mucronem exacuet inquit, hoc. n. eſt in faciem maledicere.

⁂Olym. Loco *blaſphemabit*, honeſto vſa eſt ſcriptura vocabulo.

⁂Didym. ſpecioſius forte ipſe diabolus uerbum adhibuit ne verbo aſperiore Deum figere uideretur, neue diceret, quod ex aduerſo ſteterit coram Deo. f *Dixit er. do.* Non ad petitionē diaboli prouocatus Deus uincitur; ſed hoſti cōcedit ad dolorem, & ad deceptionem ſuam quod famulo ꝓſit. *Ecce uni. quæ.* pia diſpenſatione relaxat, & refrænat, ſubſtātiam prodit, corpus protegit, etſi poſtea corpus traditurus, non tñ ſimul omnia, ne coaceruata ꝑmant, ꝗ diuiſa pñt tolerari. Vel forte Iob dñs nouit, & tñ bella diuiſit, ut mirabili° uictor eſſet, cū hoſtis uictus ſe iterū ad noua bella repararet.

Gre. c. 7

g *Ecce uniuerſa, &c. tan. in eum.* i. bona eius exterius tentanda tribuo, ſed intus mihi illum ſeruo.

Ib. c. 4

⁂Orige. quia non poteſt aliter tua iniquitas ſedari, quanq̃ cognoſcere non neceſſe habeo, qui præſcienter ſcio conſtātiam Iob. & erga me deuotionem, inquit Dñs, ne diſcedens glo-

i. lib. in Iob

NICOLAVS DE LYRA.

1 Cui reſpondens Satan, &c. *Data occaſione de Sancti Iob commendatione, quam dæmon inuidus non poterat ſuſtinere, mittitur ea diminuere dicens.* 2 Nunquid fruſtra Iob timet Deum? *q. diceret. Non, quia ſeruit tibi intuitu temporalium, quæ tu abundanter miniſtraſti ei, & ideo habet cauſam ſeruiendi tibi, propter quod ſubditur.* 3 Nonne tu uallaſti eum, &c. *i. ſe, & ſua ita uallaſti tua protectione, quod non poſſum eam tentare, ideo conſequenter procedit ad eius flagellationem impetrandum dicens,* 4 Sed extende paululum manum tuam, &c. *quia dæmon nihil poteſt nocere hominibus, niſi ſecundum diuinam permiſſionem* 5 Et tange cuncta q̃ poſſidet. *i. omnia bona eius exteriora ſuperius enumerata, dando mihi licentiam exterminandi ea.* 6 Niſi in faciem benedixerit tibi, &c. *i. maledixerit tibi manifeſte, ſupple accidat mihi male. Credebat. n. Satan ſubtractis omnib. bonis exteriorib. ipſi Iob, ipſum impellere ad impatientiam, prorumpendo ulterius in blaſphemiam, aliter. n. non petiuiſſet eum tentationibus aggredi, quia cum ſit ſuperbiſſimus, horreſcit a uiris ſanctis ſibi reſiſtentibus ſuperari.*

7 Dixit ergo. *concedendo ei ſuam petitionem.*

MORALITER.

2 *Nunquid fruſtra Iob timet Deum, &c.* q. d. bonitas quam in eo laudas, non eſt vera, ſed ficta. 4 *Sed extende pau.* i. proba eum per ſubtractionem temporalium bonorum.

6 *Niſi in fac.* i. tunc manifeſte maledicet tibi.

7 *Ecce un. quæ habet.* frequenter. n. Deus permittit peruerſo

Tan- ſan-

A glorieris & inexcuſabilis cõproberis quaſi victor, vt Iob exaltetur, & verax inueniatur, *Ecce vniuerſa quæ habet in manu tua ſunt*, quæ ſi prçualeret, omnia in ictu oculi perderet: Caue ne tangas illum carnaliter & ſpiritualiter, ſeruatur enim ad ſecũdũ certamen. Hinc magna conſolatio, quòd dçmon non habet poteſtatem etiam in externa, niſi permiſſus: nec permittitur, niſi vbi nouerit Deus, pro fidei manifeſtatione, conſtantiæ approbatione, atque glorioſæ remunerationis retributione.

a Dat licentiam tentandi. b Frenat hic diabolum.

a quæ habet in manu tua ſunt, tantũ in eũ ne extendas manũ tuã. 1
b Egreſſuſq. eſt Satã à facie dñi. c cũ autẽ quadã die filij & filię eius 2 3
d comederent & biberent vinum in domo fratris ſui primogeniti 4 5

✠ Olymp. & Polyc. Futuri ignarus diabolus, nec in corda ſe inſinuare cum poſſit, cladem iuſti ſibi pollicetur: Deus de iuſti victoria certus, permittit.

✠ Chryſoſt. Athletæ virtuti confidens, in manu puſilla & inſatiabili omnia dat, vt poſteris patientiæ medicamenta relinquat.

✠ Apollin. Volebat vt ad ipſum iuſtum permaneret vulneris acerbitas, ſed nulla in nos eius poteſtas, niſi ex occultis prouidentiæ rationibus.

✠ Didy. Cui etiam modus ſtatuitur, vt non fato, aut caſu, ſed Dei nutu accidere calamitates intelligamus.

✠ Olymp. Attende ſapientiam eius, qui prçeſt certamini, nam primum permittit athletã ſpoliari externis, ſed vbi victorẽ eũ declarauit, tũc aduerſus corpus certamẽ proponit.

* Tertul. Nihil Sathanæ in ſeruos Dei licebit, niſi permiſerit dominus, habes exemplum Iob, cui diabolus nullam potuit incutere tẽtationem, niſi à Deo accepiſſet poteſtatẽ, nec in ſubſtantiam quidem eius, niſi dominus, *Ecce*, dixiſſet, *Omnia quæ ſunt ei in manu tua do, in ipſum autem ne extendas manum*, nec extendit, niſi poſtulanti dominus dixiſſet, *Ecce tibi trado illum, tantum animam eius cuſtodi*.

* Cypria. Poteſtas dupliciter aduerſus nos datur, vel ad pœnam cum delinquimus, vel ad gloriam cum probamur, ſicuti de Iob factum videmus.

*Sed extende*. Per paſſiones peccare poſſe Chriſtũ putauit. *Ecce vniuerſa quæ habet, in manu tua ſunt*. Manus Satanę nõ poteſtas, ſed tentatio, prius Iudęa quę poſſeſſio eius fuerat, infidelitate ſublata eſt, & ei aduerſata, poſt & caro eius crucifixa.

a *Egreſſus*. Id eſt, ad deſiderij ſui vota peruenit. Vel egreditur, dum quod bona intentione ſibi permittitur, praua intentione ab eo perpetratur.

*Egreſſus Satan*. Quo exiit, ab eo qui vbique eſt? ſed quandiu preſſus potentia Dei, Satan quod appetiit, exercere non potuit, quaſi ante faciem ſtetit, exit cum laxatus eſt ad effectum ſui deſiderij.

*Egreſſus à facie*. Quia dum vſque ad cor prçualere nequit, excluſus ab intimis exterius vagatur, & ſi mentem turbat, foris eſt, quia non interimit, ſed erudit.

b *Cum autem quadam*. * Orig. Die, qua facta eſt permiſſio dçmoni, & certo prandij tempore, nõ enim alio veſcebant, manducãtibus liberis, qui maiori primatus honorẽ deferũt, oppreſſio facta eſt, & tempore comeſtionis, quę debet fieri hilariter, minimus vnus reliquus ex omnibus, prędones omnia armenta ſpoliaſſe nunciauit, illi autem prędones ſunt, qui Iſaaco Eſau prędati ſunt, & Cain Adamo. Erat ſchola amoris fraterni conuentus ille compotationis.

* Olymp. Satan eſt egreſſus à facie domini, quia omne malum eſt extra dominum.

C * Didymus. Sic Cain exiuit à facie domini, & Iudas egreſſus eſt.

* Didy. Diei meminit, ne fides deeſſet ruinę filiorum.

* Olymp. Poterat diabolus accepta poteſtate inimicorũ animos excitare, ignem deducere è cœlo, nuncium ſeruare poterat, omnia hæc ementiri, & falſa effigie conformari, vt ſui ſatellites prædantium aſpectum præberent. D

✠ Chryſoſt. Duplex calamitas, amiſſionis, & cędis.

✠ Didy. Repentina illa permouere poſſent, ſed iuſtus ab auditione mala non timebit.

✠ Poly. Sabaitæ habet codex Hebraicus: Sarraceni videlicet.

* Philip. Miranda filiorum Iob concordia, qui bono dilectionis quotidie fruebantur, Septẽ filij ſeptem eccleſię gratię ſiue ſacramẽta qbus epulamur: Tres filię, Lex, Prophetę, Euangelium, quibus diuinorum eloquiorum intelligẽtia ſatiamur. Iob, Chriſtus dominus, Ruina & iactura liberorũ & animaliũ, Eccleſiæ dura perſecutio ſub pręteritis Romanorum principibus, vbi poſt mortem paſtorũ greges dominici ſunt direpti, quos morte, aut negationis Chriſti, aut cõfeſſionis aduerſarij necauerunt, minimo vno autem raritas eorũ deſignatur, qui de illis perſecutionibus remanſerunt. Sabæi & Chaldæi ſunt pagani & captiui dæmoniorum. Sabęi enim interpretantur captiui, & Chaldæi demonia, qui igne ſuo, quem de cęlo eſſe mentiuntur, hæreſibus, ſuperſtitione, omnia conſumunt, & Regum ſententiis tanquam vehementi vento Eccleſiam concutiunt, quod dicitur ex perſequentiũ voto. Res enim diuina diſſolui nequit, nam qui extra vineã hęredem occiſum eiicere voluerunt, proiecti ſunt foras vineam Dei, nec in hęreditate filii Dei eſſe meruerunt.

Tempora tentationibus congruunt. Tempus tentandi aptum elegit, cum filios eius in conuiuio inuenit, prçnunciatio tribulationis eſt lętitia ſatietatis.

*Cum aũt quadã*. Apoſtoli & oẽs fideles. Maior filius Iudaicus populus lege generatus, Minor Gẽtilis in fine vocatus. In domo ergo primogeniti, apoſtoli conuiuant, quia adhuc ſcripturę ſacrę delitiis in collectione ſolius Iudaici populi veſcebantur, quibus tunc dictũ eſt. *In viam Gentium ne abieritis*. E

c *Comederent & biberent, &c*. Comedere eſt bonis operibus gaudere. Vinum bibere eſt deſiderio cęleſti ęſtuare.

d *Fratris ſui primogeniti, &c*. Prior naſcitur in corde ſapientia, quę eſt fides, tunc enim ſapimus ſi credimus omnibus quę dicit dominus. vnde. *Niſi credideritis non intelligetis*. Reliquę ergo virtutes ſacro eloquio ſatiantur in domo fidei, id eſt, in mente, ſine qua nulla ſunt bona, & ſi bona videantur, & in domo ſapientię, quia niſi quę appetunt prudenter agant, virtutes non ſunt. Sed dum hoc non agitur diabolus boues & aſinas tollit, pueros occidit. Boues ſunt grauiores cogitationes, quę cor exercendo, vberiores fructus reddũt, ſed has aliqñ hoſtis ſub introducta voluptatis delectatione corrumpit. Aſinę paſcentes, ſimplices motus cordis à duplicitate cuſtoditi, in puritate nutriti. Sed & his diabolus ſubtilitates oſtendit, vt dum inde laus quęritur, ſimplicitas perdatur. Vel boues arantes, cogitationes charitatis, quę corda durorum arando, i. prędicando pręſcindunt, ſed has cogitationes per torporem negligẽtię hoſtis occidit, vel ſi ſibi prçuident, in hoc aliquid rapit, quod cogitationi ad momentum præualet. Aſinæ, manſuetudo patiẽtiæ, cui diabolus laqueos tendit, ex eo quòd maximè diligit, vt inde maxima patiẽtia turbetur. Electi verò ad ſe redeunt, & pro leui motu ſe grauiter affligunt. Sed dum vel ad momentum patientiam turbat, aſinas tuliſſe exultat. In agendis verò ratio cuſtos, quid cuique rei congruit, penſat. Sed dũ hoſtis ſubitò turbat circũſpectiones inopinatè præueniens, quaſi cuſtodes pueros occidit, vnus fugit, i. ſola diſcretio ad animũ redit, q, amiſſa nũciat, vt qđ præoccupata mẽs perdidit, afflicta recipiat. F

Margin notes (left): Supra capit. 9. lib. 46. — lib. de fuga. Idem Cypria. lib. 3. ad Quirinum. — De orat. dñi. — Idem cap. 16. Myſticè. — Idem. 8. — Idem cap. 24. Allegoricè. — . lib. in Iob. — Comm.

Margin notes (right): Idem Hieron. commen. Iob. — Idem cap. 16. — Matth. 10 — Moraliter — Idem cap. — Moraliter. — Iſai 7. b. ſecũdum LXX.

Boues

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Tantum in eum, &c*. ipſum in propria perſona flagellando.

2 *Egreſſuſque eſt*. Hic conſequenter ponitur impetratæ flagellationis executio. Et primo Iob multipliciter flagellatur, ſecundo eius victoria per patiẽtiam declaratur, ibi. *Tunc ſurrexit Iob*. Circa primum dicitur. *Egreſſuſque eſt*. ad exercendum licentiam ſibi datam.

3 *A facie domi*. quia alia intentione Iob flagellauit, & alia deus hoc permiſit, quia deus permiſit Iob flagellari, vt per hoc virtus ſuæ patientiæ monſtraretur. Satan autem hoc exequutus eſt, vt per impatientiam Iob ad dei blaſphemiam impelleretur.

4 *Cum autem quadam*. Hic aduertendum, quod aduerſa Iob ordine contrario nunciantur ordini quo eius proſpera ſuperius enumerantur, quia ibi proceditur à maioribus bonis procedendo ad minora. hic aũt econuerſo ad maiorem Iob afflictionẽ. Minus. n. triſtitia non ſentitur immediatè poſt maius, & ideo ſi Iob principio mortẽ ſuæ prolis audiuiſſet, alia minora aduerſa de bonorũ amiſſione non ſenſiſſet, ſed poſt minus triſtabile bene ſentit ſuperueniens maius, & ideo ex procuratione dæmonis factũ eſt, q, primo nũciarent Iob minora aduerſa, ad maiora procedẽdo, vt ſic in qualibet nũciatione in ipſo efficeretur maior afflictio, & hoc eſt quod dicitur. *Cum autem, & c. bi.* quod eſt mentium lætificatium.

5 *In do. fra. ſui*. vbi ratione primogenituræ fiebat ſolennius & iucundius conuiuium.

Nun-

## MORALITER.

ſanctis hominibus dominari ad eorum iuſtam damnationem, & ſanctorum prçmiationem.

2 *Egreſſuſq; eſt Satan a fa. domini*. nã iſti qui peruerſe operantur, à deo ſemper elongantur. vnde Luc. 15. c. dr de filio prodigo, quod recedens a patre abijt in regionem lõginquam.

2 Egreſ- Boues

a Nuncius iſte eſt ratio, vbique tamen alius & alius, quia aliud & aliud nunciat.
b Quam callide damna nunciantur, vt memorato fructu operis creſcat cauſa doloris; vnde & hic fœtæ aſinæ apud Græcos leguntur.

nunciu's venit ad Iob, qui diceret; Boues arabant, & aſinæ 1
a Dum extra patiuntur, ad conſolationem diuinæ gratiæ effugimus, iſte à Sabæis & à Deo læſus dicitur, ne qua conſolatio ſit, vt vndique deſtitutus deſperans erumpat in contumeliam. 2
b Vicini quandoque ſolatium ferunt. ſed iſti perſequuntur. 3
c Quia aduerſa magis feriunt: ſi cum multa ſunt, et am ſubito nunciantur, ſic nunciari diabolus facit.
a paſcebantur iuxta eos, & irruerunt Sabæi, tuleruntque om- †
nia, & pueros percuſſerunt gladio, & euaſi ego ſolus, vt nun- 4
5
Vel alius. 6
b ciarem tibi. cumque adhuc ille loqueretur, venit alter & di-
Non modo rebus perditis. ſed verbis nunciorum inſtigat, dum callide dicitur: Ignis Dei, quaſi uindictam eius ſuſtineas quem tot hoſtiis placabas, ut fruſtra ſeruiſſe ſe æſtimans, in Deum ſuperbiret.
c xit; Ignis Dei cecidit de cęlo, & † cunctas oues, puerosque 7
cóſumpſit, & effugi ego ſolus, vt nunciaré tibi. Sed & adhuc †
8
illo loquente, venit alius, & dixit; chaldæi fecerunt tres tur- 9
d mas, & inuaſerunt camelos, & tulerunt eos, necnon & pue- †
e
f ros percuſſerunt gladio, & ego fugi ſolus vt nunciarem tibi. †

a *Boues arabant.* Boues arantes, i. boni bene operãtes, aſinæ
A ſimpliciter viuentes, h.e iuxta boues, quia intelligentia eorũ
Myſticè, D. Gregor lib. 2. cap. 17. dein, .16. la 5. d. paſcuntur. Sabæi captiuantes, id eſt, dæmones pueros, id eſt, incipientes nondum virilis conſtantiæ, gladio, id eſt, deſperatione æternitatis. Nuncius qui euadit, ppheticus ſermo eſt: qui ait: *Captiuus ductus eſt populus meus, quia nõ habuit ſcientiam*; quia dum ſiunt mala quæ prædixit, quaſi ſanus ad dominum redit: captiuatis enim infirmis, vera prædixiſſe cognoſcitur.

b *Et pueros.* Pueros vocat cautelam illam diligentiæ per quam his prouidet, quæ & in eo percutitur.

Greg. l. c. 19. Moraliter. Myſticè.
c *Ignis Dei cecidit de cęlo.* Cœlum doctores legis, ſacerdotes, de quibus ignis inuidiæ cadit ſup oues & pueros, id eſt, innocentes & infirmos. Puer ſa-
B nus redit, quia vera dixiſſe prophetiam claruit, zelus apprehendit populum ineruditum.

⁂ Didym. Nec enim poterat diabolus ignem è cęlo educere, quãuis enim Sãctus dogmata veritatis pernoſceret, nec de tentationibus, quin Dei permiſſu inciderent quicquã dubitaret, tamen vberem rem vehementiſſimè augebant, qđ in eo ipſo quod ſibi accidiſſet offenderetur, ideo quod Deũ in ipſum irruiſſe arbitrarentur. Etenim quod pdantes aduerſarij pecus egiſſent, quod pueros interfeciſſent, id nõ à Deo ſed ab hoſtibus hoſtiliter inuadentibus & per odiũ illa perturbare molientibus factum eſſe, ij qui minus intelligerent credere poterant. At vbi ignem nunciatum eſt à Deo delapſum eſſe, ſane periculum imbecillis mentibus creabatur, ne fortè nihil crederent nihil eſſe in ipſa virtute admirabile, quando is qui virtutem erat adeptus, vſque eo à Deo cruciabatur. Sed tamen neque hoc euentum ſancti animum qui in Dei contemplatione totus hæreret, potuit permouere.

Homil. 5. de Patientia Iob. ⁂ Chryſoſt. Pœnitut Diabolum primi nuncij quod minus rectè res geſtas expoſuerit, ergo vt eius cogitatio ab hominibus ad Deũ traducatur ait, *Ignis decidit è cœlo*: vt non homines & hoſtes videãtur iniuriari, ſed ignis de cęlo cecidit. Quare ergo ſeruis iniuriãti? quare iumenta tu conſumẽti fęneratis? Ignis de cęlo cecidit. Audit Iob, & iterũ fortiter tulit. Nam patientia illa vera patientia erat vſque in finem pręparata, de qua inquit ſaluator. *Qui aũt ſuſtinuerit vſque in finem*
Mat. 10. & 24.
C *hic ſaluus erit.* Ignis de cęlo cecidit. quotidie laboranter offe-
D rens pro liberis ſacrificium, quod autem quotidie laborans ferebat, repente autem ſimul Deus in ſacrificium ſuſcepit.

Greg. lib. 2. cap. 24. Moraliter. *Ignis Dei, de cęlo, &c.* Oues cogitationum innocentia. Ignis de cęlo, i. ab aereis poteſtatibus flamma liuoris irruit, & ſępè mundas cogitationes ardore libidinis accendit, qui ignis eſt Dei non facientis, ſed permittentis, & quia ſubito impulſu circunſpectiones obruũtur, cuſtodes pueri occiduntur. Sed ſola diſcretio, id eſt, ratio, animo dãna nunciat, & quaſi dominũ ad lamenta vocat.

† tactas. Ibidem c. Myſticè.
d *Chaldęi fecerunt, &c.* Chaldęi interpretantur feroces, id eſt, perſequutores Chriſti: tres turmas, quia ſe ad proponendas quæſtiones domino Phariſæi, Herodiani & Saducęi diuiſerunt, qui camelos, id eſt, tortuoſas mentes
E ſtultorum poſt ſe traxerũt, & pueros quia ſi qui vti rõne poterant autoritati illorũ ceſſerunt, & verus eſt ſermo propheticus qui ait. *Et tenentes legem ſcierunt me.* Et. *Aſtiterunt reges terræ & principes conuenerunt in vnum aduerſus dominum, &c.* Iſti pueros percuſſerunt gladio, id eſt, peruaſione ſiniſtra, &c.
Ierem. 2. b. Pſal. 2 a. Idem. cap.

e *Camelos, &c.* Camelus mundũ aial partim, quia ruminat, partim autem immundum, quia vngulam non findit. bonas diſpẽſationes terrenorum ſignificat, in quibus multiplicius hoſtis inſidiatur, & tales curas mõ torpenti, vel pręcipitata actione ferit, mõ pigra vel immoderata loquutione confundit, penè ſemp nimiis cogitationum molibus premit, & ſic tribus turmis Chaldęi camelos rapiũt. i. illicito opere, ſuperflua loquutione, inordinata cogitatione, ſtudia terrenarũ diſpẽſationũ vaſtãt. Sępè aũt mẽs quid ſibi, quid proximis debeat, attẽdit, & nec per immoderationẽ ſolicitudinis aliorũ ſe negligit, nec per ſui curã aliena poſtponit, ſed cũ hęc vtraque agit ſollerter, aliqua ſubito cauſa emergit, quę oẽs circũſpectiones obruit, & ſola diſcretio aĩo qđ ploret renunciat.

f *Vt nun. ti. &c.* Nũciant mala & multa & ſubita, vt ſup vulnus vulnere irrogato ĩpatiẽter ferat, & callidus hoſtis nõ tã iactura rerũ quã ordine nũciorũ pertẽtat. Prius praua nũciat poſt maiora, tãdẽ mortẽ filiorũ, ne iã orbato vileſceret rerũ amiſſio, cũ nõ eſſẽt hęredes quibus hoc ſeruaret. Gradatim ergo deteriora audit, vt i eius corde oẽ vulnus locũ ĩueniat.
Chryſ.
F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Nuncius ve. ad. *vt rumores triſtitiæ aggrauarentur ratione lætitiæ, quæ exercebatur à filus Iob ipſa die.*

2 Boues ar. *Recolitur labor boum, ad quem ſequitur multiplicatio fructuum, vt ex eorum amiſſione appareat maius damnum.*

3 Et aſinę paſcebantur iuxta. *quaſi dicat, ex tuo infortunio contigit, quod aſinæ erant iuxta boues, & vt ſimul cum eis à prædonibus raperentur.*

4 Et pueros percuſſerunt gla. *Quod grauius fuit viro iuſto quàm animalium amiſſio.*

5 Et euaſi ego ſolus vt nuncia. *q.d. alia de cauſa non euaſi vt videtur, niſi quia vt Deus voluit quod hoc malum tibi nunciarem ad tuã afflictionem, & ſic exponatur in ſequentibus.*

6 Cumque adhuc ille loqueretur. *Ex procuratione dęmonis factum eſt, vt inter iſtos nuncios nõ eſſet interuallum tẽporis, in quo Iob poſſet ad cor recurrere, & cõtra aduerſa futura p patiẽtiã ſe armare.*

7 Ignis Dei, &c. *à Deo miſſus. q.d. ex diuina iuſtitia factum eſt, quod tu es ſicut in ouibus tuis & pueris punitus, iſte tamen ignis deſcenderat operatione dæmonis, vt infra magis videbitur.*

8 Sed & adhuc illo, &c. *Exponatur ſicut ſupra.*

9 Chaldęi fecerunt, &c. *q.d. tantum habent excercitũ quod nullo mõ poſſes recuperare dãnũ tuũ de camelis perditis & pueris occiſis.*

Adhuc

## MORALITER.

2 *Boues arabant & aſinæ paſceba.* Per boues arantes ſignificantur homines pro bono communi laborantes. Per aſinas paſtas iuxta eos homines pigri & tardi ad bonum, & viuentes de laboribus eorum.

† *Et irruerunt Sa.* Qui captiuantes interpretantur, ideo ſignificant dęmones, per quos bene operantes captiuantur quando de bonis operibus in ſuperbiam eleuantur, & tardi ad bonum, quando in ſuis fęcibus moriuntur.

4 *Et pueros percu.* Per pueros, cuſtodes prędictorum, intelliguntur rectores eorum qui ſimul cum eis pereunt, quando eorum mala per eorum negligentiam contingunt.

7 *Ignis Dei cecidit.* Secundũ ſenſum literalem ignis iſte fuit accenſus Dei permiſſione & dęmonis operatione, propter quod ſignificat ignem concupiſcentię, qui Deo permittente & diabolo inſufflante ſuccenditur, propter quod de ipſo dicitur infrà 46. cuius halitus prunas ardere facit.

† *Et cunctas oues pueroſque.* Quod moraliter contigit quando ſimplices per ignorantiam, & rectorum negligentiam, iſti & illi flamma concupiſcentię conſumuntur.

9 *Chaldæi fecerunt tres.* Per Chaldęos qui feroces interpretãtur, dęmones ſignificant ur. 1. Pet. 5. c. *Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circumit quærens quem deuoret.* Et iſti Chaldæi faciunt tres turmas, nam aliqui dęmones ſpecialiter excitant concupiſcentiã carnis, aliqui concupiſcentiam mundi, aliqui ſuperbiam vitæ.

† *Et inuaſerunt camelos.* Per quos ſignificãtur homines apti ad portandum onus populi, ſed à dęmonibus auferuntur, quãdo pręcipitantur in aliquod vitium per quod inepti redduntur.

† *Nec non & puer.* Quod moraliter fit quando per ſuperiorum negligentiam hoc contingit.

*Filiis*

☞ ✣ Chryſoſt. Aquila, & Theodotion. Ignis dei dixerunt: ne
Homil. 3 credat uerum fuiſſe ignem, illius.n. fabricandi caret poteſta
A te, ſed ignis ſpeciem oſtētabat. Quod ſi uerus fuit ignis, qui in rerum natura reperitur, ſumptum commouit, idque deo minime repugnante. Didym. licet vereretur Iob, ne imbecilles crederent, nihil eē admirabile in ipſa uirtute, quando is qui eam adeptus erat a deo cruciabatur, tamen diuino iudicio perfectum eſt, vt diabolus perſuaderet ſibi ipſi, nihil eſſe in rebus humanis, de quo Beatus nimio ope laboraret. Polyc. Iobum aſſiduis nunciis perturbare nititur. Illud autem, κεφαλὰς τρεῖς, Aquila ſic expoſuit, Chaldęi diſpoſuerunt contra nos tres præfecturas. Didym. qui Deo utitur familiariter, rerum mortalium cura non angitur: tantoque propius ad ſuperna ſi xaque bona accedit, quanto ab his caducis abeſt longius.

a Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intrauit, & dixit. Filiis 1
b tuis, & filiabus veſcentibus & bibentibus vinum in domo fra 2 3
c tris ſui primogeniti, repente ventus vehemens irruit a regio- 4
d ne deſerti, & cōcuſſit quatuor angulos domus, quæ corruens 5
oppreſſit liberos tuos, & mortui ſunt, & effugi ego ſolus, vt

In anno. Myſtic. ✣ Aug. Qui nunc operatur in filiis diffidentiæ, illos excitauit habens a Deo poteſtatem.

Greg. c. 20. a *Filiis tuis, &c.* Filii & filiæ (ut dictum eſt) ſunt apoſtoli, & plebes ſubditæ, qui in Iudæa ſcriptura veſcebantur. *Ventus.* i. fortis tētatio a deſerto. i. cordib. Iudęorum, vel immūdis ſpiritib. prorumpit, & quatuor angulos in quib. ſtat domus, ſacerdotes, ſcribas, ſeniores populi, Phariſæos, commouit. Domus. i. Iudæa in perſecutione domini cadens Apoſtolos in
B deſperatione obruit. Et verus eſt ſermo de perſequutore populo. Dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa. Et de
Hie. 11. e apoſtolis. *Proximi mei à longe ſteterunt.* Et *Percutiam paſtorem, et*
Pſal. 37. b *diſpergentur oues &c.* b *In domo fratris.* i. in maioris fratris
Mat. 26. e conuiuio Satan obruit filios, quia per negligentiam maiorum quærit aditum in mortem minorum, & in alios magis accipit uires, quando eos qui per cuſtodiam aliis pręſunt, ſeruire lætitiæ conſpicit. Non quidem illi ventri vacabant, ſed cum inter conuiuia intentio mentis bona minus feruet, minus pręuidet.
Commen. in Iob ✣ Orig. Acerbum telum reſeruatum eſt, mors
1. lib. in Iob liberorum. Idem. ſancti memores quod merediano tempo-
Pſal. 90 re, hora prandii, ruina occupati ſunt filii Iob, orauerunt Dominum conſeruari a dæmonio in tenebris ambulante, a ruina, & a dæmonio meridiano. Nam ſicut in tenebris mortis, ſic in medio meridie plures dæmonum tentationes ſeſe demonſtrant, quam cæteris temporib. ſed qui tentationes plures tranſierit, multipliciter coronabitur, vult autem dæmon perſuadere a deo, & ignem, & ventos immiſſos, at nūquam venti a deo excitati quatuor contra inuicem flauerunt, ſubito autem venit ſpiritus, quia ſeductos a diabolo æui æterna conuerſio apprehendit. Venit ab eremo, quoniam in ſolitudinem, vbi nullum hominis, aut quadrupedis veſtigium, eſt expulſus, & inhabitat animas, quæ non habitantur a ſpirituſancto, nec ab angelis dei, tale deſertum fuerunt pſeudo prophetæ, Iudas, & hæretici. in tertia plaga tria cornua facit, in quarta quatuor angulos, ut ferocitatem oſtenderet. Nam relaxati dæmones irruerunt feſtinantes, qui primus hanc iniquitatem perpetraret, quia metuebant ſi tantum unum angulum commouiſſent, ne aliquis ex hac ruina euaderet, præter nuncium, vtque ſuam diſſonantiam oſtenderent, ad ini-
C quitatis. n. perfectionem omnes ſibi concordant, cum ſibi inuicem omnes ſint diſcordes, & contrarii.

✣ Didym.

✣ Didym. in verbo ſubito vis ineſt, ut nulla facultas euadē- D
di data ſignificetur, & liberorum, non aliorum meminit, ut dolorem magis eiiciat.

✣ Chryſ. Diabolus uidetur harum rerum auctor, ac nuncius fuiſſe, quomodo. n. concuſſis quatuor angulis domus, unus ſeruari potuit?

✣ Polych. Hoſtium manum non committitur, ne irruptione ciuitas vniuerſa perturbaretur: nam in Iobum tantum data erat poteſtas.

In quæſt. in ſcript. q. 17. & ſub finem ex d. Baſilio. ✣ Anaſtaſius Nicenus. Non omnes qui violenta morte obeunt, hoc patiuntur propter peccatum, filij enim Iob licet eſſent iuſti, a Domino ſunt obruti. hoc docet Chriſtus de duodecim, ſuper quos cecidit turris Siloe, & illis, quorum ſanguinem miſcuit Pilatus cum ſacrificijs. quamobrem diſcimus, quod iuſti ſæpe moriuntur morte violenta, obſcuris, & occultis Dei iudicijs, quæ fiunt tribus modis. nam Deus aliquando permittit ſanctos a feris deuorari, vt cæteri terreantur, dicentes, ſi vix iuſtus ſaluabitur, impius, & peccator vbi parebit? Alij habent parua delicta, quæ eis per plagam cum ſint condonata, pfecti apud Deum inueniuntur. Alij propter peccata populi, vt Chriſtus Dominus.

c *Repente ven.* Latenter dicitur contra eum elementa mouiſſe ille, cuius nutu mota ſunt. Licet diabolo ſemel a Deo E
accepta poteſtate ad vſum nequitiæ ſuæ elementa concutere, vt & damnatis in metallo, ad vſum ignis, & aqua ſeruit.

Moraliter. Greg. cap. 26. d *A regione &c.* Regio deſerti, dæmonū multitudo derelicta, a quibus ventus, i. fortis tentatio ruit, & a tranquillitate conſcientiam euertit, domus mentis quatuor angulis, i. prudentia, temperantia, fortitudine, iuſtitia conſiſtit. Hæc ſunt quatuor flumina paradiſi quæ ab æſtu carnalium deſideriorum temperant: Sed ſæpe per ignauiam, prudentia frigeſcit, & dū feſſa, minus præuidet: & ſæpe delectatione pſentiū, minus ab illicitis tēperamus: ſæpe timor fortitudinē turbat, ſæpe amor aliquis mentem a rectitudine iuſtitiæ auertit, & his quaſſatis conſcientia turbatur. In mente quæ his quatuor erigitur, cæteræ virtutes quaſi cordis ſoboles ſe inuicem paſcunt. ſpiritus enim qui mentem ante oīa illis quatuor format, eandē cōtra ſingula tentamenta, ſeptem virtutibus inſtruit. Cōtra ſtultitiā ſapientia, cōtra hebetudinē intellectu, cōtra præcipitationē conſilio, contra timorem fortitudine, cōtra ignorantiam ſcientia, contra duritiam pietate, contra ſuperbiam timore. Sed dum hac copia mens ſecure fruitur, quaſi a ſe, non a Deo pręſumit: vnde ſubtiliter ſubtrahitur, vt infirma videat: vnde habuit quod ſeruare non potuit. Feriūtur ergo ſeptē virtutes ſuis cōtrarijs, i. turbata conſcientia moriūtur filij ad tempus, qui licet tentatione extra turbantur: intus tamen per intentionis perſeuerantiam viuunt. Moriūtur & tres ſorores, quia dum vltra vires ſe grauari quis putat, quaſi a Dei amore torpeſcit. Dum nimis timet, debilitatur ſpes. dum nimis quæſtionibus angitur, turbatur fides: ſed tamen vt viuas, intus recta intentio ſeruat. vnde puer, i. mētis diſcretio euadit, & agit cum animo, vt quod perdere cœperat, pęnitendo conſeruet.

Ecce iterum, nequid nimis de humana aduerſitate do- F
leat: ne item minus de ſuperna, nominatam iram in aere monſtrat, ventus irruit.

☞ a *Tunc*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Adhuc loquebatur ille. *Hic ultimo ponitur prolis amiſſio, quæ grauior erat præcedentibus, cum dicitur.*

2 Filiis tuis, &c. *In hoc oſtendebatur, quod tota proles ſua erat ibi congregata.*

3 Veſcentibus, & bibentibus vi. &c. *i. occupatis in potationib. & ineptis lætitiis ſecundum intentionem iſtius nunciantis, licet aliter eſſet in re.*

4 Repente ventus vehemens irruit. *q. d. ex diuina uindicta uidetur eſſe factum, quia uentus tantæ uehementiæ non conſueuit ſurgere uirtute naturæ.*

5 Quæ corruens op. *q. d. non remanet tibi amplius ſpes de futura poſteritate; quod eſt occaſio deſolationis magnæ: quia homines qui non poſſunt ſemper viuere, naturaliter deſiderant in ſuis poſteris remanere, vt habetur 2. de anima. Cum autem flagellatio Iob a dæmone fuerit executiue facta; patet quòd poteſt ignem de cœlo aereo inferius mittere, & ventos turbinis commouere: Tum quia materia corporalis ſubſtantijs ſpiritualibus obedit, quantum ad motum localem: & ideo dæmones propriæ virtuti dimiſſi, poſſunt facere ea quæ cauſari poſſunt ex motu locali. Ignis autem aliquando generatur ex forti colliſione corporum, & ſimiliter ventus vehemens ex forti motione multarum exhalationum, quas dæmon congregare poteſt, & mouere: Tum etiam, quia poteſt propria actiua propriis paſſiuis applicare: & ſic ingenerat, & multa alia cauſare: ad quæ tamen aliàs ſua virtus naturalis non ſe extendit.*

1 Tunc

MORALITER.

2 *Filiis tuis, &c.* Sicut dictum eſt, per filios intelliguntur diſcipuli iam docere potentes, per filias diſcipuli ad docendum adhuc inſufficientes.

4 *Repente ventus vehem. irr.* Quod moraliter fit quando peruerſa doctrina diabolo procurante in domum diſciplinæ ſe ingerit, & tunc filij, & filiæ opprimuntur, quia maiores diſcipuli, & minores doctrina peſtifera corrumpuntur.

*Repen-*

a ¶ Qui prius ſtabat firmus, ſtat omnibus amiſſis, & hoc eſt ſurge Iob. b ¶ Ecce quod dolorem flagelli ſenſit. ¶ Alias tunicam ſuam.

a nunciarem tibi. Tunc ſurrexit Iob, & ſcidit veſtimenta ſua,

a ¶ Ecce quod in dolorem contra iudicium flagellantis non exceſſit, ſed orat:

b & tonſo capite, corruens in terram, adorauit, & dixit. † Nu-

c ¶ Mater eſt terra quæ omnes genuit.

d dus egreſſus ſum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc.

e

a *Tunc ſurrexit Iob & ſcidit veſti. ſua.* Ruente domo, extin-
Greg. 2. c. 21. ctis filiis, i. perdita Iudæa, apoſtolis timore mortuis, ſurrexit
A Iob. i. Chriſtus de morte. Vel, qui patiens iacuit, cõtra repro
bos iudiciũ iuſtitię erexit, veſtẽ ſcidit, i. Iudæã, quæ expectãs
aduentũ ei adhæſerat, diuiſit aliis ad fidẽ aſſumptis aliis re-
Myſticè. lictis. Tonſo capite. Caput ſumma ſacerdotij, capilli, i. ſubtilitas ſacramentorum. vnde Eze. *Sume gladiũ & duces per caput & barbã.* (Ezec. 5.) In quo ſignatur Chrs, qui caput raſit, i. à ſacerdotio Iudaico ſacramẽta legis abſtulit, & barbã, q̃a regnũ Iſrael de ſerens decorẽ virtutis ei amputauit. Terra, eſt peccatrix Gẽtilitas. Tõſo ergo capite in terrã corruit, quia Iudæã deſerẽs dũ ſacrã ſua ab eius ſacerdotio abſtulit, ad notitiã Gentium venit. Quod cadit, repente ad ima venit: vnde Chriſtũ corruiſſe, eſt inopinatè ad Gentes perueniſſe. vt dicitur: *Cecidit ſuper eos ſpiritus domini,* i. inopinatè venit. *Adorauit,* i. adorare fecit vt ſpiritus poſtulat gemitibus inenarrabilibus. (Rom. 8.) Sed & Chriſtus in ſe ſecundum formam ſerui patrem orauit.

Idem 26. *Tunc ſur. Iob* Mira diſpẽſatio dei ꝓ habẽda humilitate & vigilãtia: ſecurus. n. in ocio remittitur, ſed tentatus euigilat, vñ *tunc ſurrexit Iob.* Sedere quieſcẽtis eſt, ſurgere certãtis: tũc & diſcretio proficit, & ſubtilius diſcernẽs virtutes à vitiis agnoſcit. vñ ſubdit. *Scidit veſti.* Veſtis ſunt opera q̃ nos tegũt,
B ne nudi erubeſcamus. Quæ dũ culpam flere facit, diſtrictius quaſi irata manu iudicamus. Tũc ẽt oĩs elatio & ſuperfluitas cogitationũ ab aĩo cadit, quod eſt tonſo capite cadere, i. repreſſis præſumptionis cogitationibus quã infirmus ſit, in ſe ſentire. Difficile eſt magna agere, & de magnis apud ſe fiduciã nõ habere: [...]nus elationis quaſi tyrannidis ſatellites ſunt
Allegoricè. cogitationes. Nazaræi capillos nutriũt, dũ per vitæ cõtinentiã p̄ſumptionũ cogitationes creſcunt: deuotione completa caput radere & capillos in ignẽ ſacrificij ponere iubentur: quia tunc ad perfectionem quis venit, cum ſic exteriora vitia vincit, vt & ſuperfluas cogitationes à mente reſecet, quaſi igne diuini amoris incendit, vt totum cor in dei amore ardens eas deuotionis perfectione conſumat.

✲ Origenes. Surrexit, fortiſſimus ad prælium, & conſtãtiã: & ſcidit veſtimenta, vt Syrorũ more expeditior eſſet, qui nudo pectore & ſcapulati pugnant: vt cũ Hieremia, dorſum ſuum daret ad flagella: vt anticiparet ſuã ſepulturã, conſueuerunt. n. homines, cum pretioſam ſepulturam alicui miſerint, eam conſcindere, ne quidã ſcelesti ipſum corpus proiiciant & ſepulturã poſſideant: vt nihil remaneret eorum quę data eſſent nequitiæ diabolicę. totondit comã, vt ſuperfluã,
1. Cor. 11. obſeruans qđ poſtea ab Apoſtolo interminatũ eſt: *Vir ſi comã nutrierit, ignominia eſt ei:* vt oĩ luctu ſuperior exiſtens per tolerantiã: vt humiliaret ſe: vt ſe indicaret, nõ pluris facere diuitiarũ iacturã, q̃ pilorum: caput terra aſperſit, ſecutus patriar-
Gen. 3. cham Adamum, ad quem dictum: *terra es & in terram ibis:* &
Gen. 18. tritauũ Abrahamũ dicentẽ: *Ego ſum terra & cinis:* profeſſus ſe verũ hominẽ de terra, vnuſquiſque terrenos inſtruens, vt
C ſtent aduerſus dæmonẽ, futuri victores. nã idem eſt omniũ plaſma de limo terræ, & æqualis omniũ aĩa ex Dei operatione: ſed non eadem voluntas nec oẽs demonſtrant eandẽ tolerantiã, non quia nõ poſſunt, ſed quia nolũt. vtque ex parte filiorũ dolorẽ oſtenderet, nec à ſe humani aliquid alienum D
eſſe: corruens in terrã adorauit, ſurrexit ad victoriæ p̄fectio-
nem, proſtrauit ad co-
ronæ acceptionẽ. nam
1 ante Imperatores, qui
2 victores extiterunt, nõ
3 ſtantes, ſed deorſum
4 adorantes coronam ac Eccle. 5. c. 1. ad Tim. 6 b.
5 cipiunt, formamque 43. diſt. cap.
6 illius oſtendit, qui vt ſicut hi qui.
7 granum frumenti ca-
dens in terram, diabolum diuicit, vt optimus athleta luctaturus veſtẽ detrahit, caputq; & corpꝰ cinere aſpergit.

✲ Olym. Tacitus admiratus eſt rerum euentus, auditoq; (Cõme. in Iob) filiorum interitu, naturæ quod debet, largitur, non enim victoria eſt non pati, ſed patiendo inuicto ſtare animo. Chryſ. alioqui viſus fuiſſet communis ſenſus expers. Polych. illis temporibus lugubris erat huiuſmodi habitus.

b *Et tonſo capite.* Magna conſtantia putatur ſi quis mala nõ ſentit: alii vero nimis ſentientes immoderate dolent: virtus autem eſt in medio: non eſt virtus inſenſibilitas cordis ſicut & membra per ſtuporem inciſa non dolent. vnde propheta: *Percuſſiſti eos nec doluerunt.* (Iere. 5. a.) Ne dilationẽ proximi ſolueret, filiis luctum impendit. Ne dilectionem dei desereret, inter gemitus orauit. Ne ſuperbus eſſet, nõ ſentiens corruit. Ne extraneus, ferientem adorauit. Mos veterum fuit, vt qui ſpeciem ſui corporis capillos nutriendo ſeruaret, eos tempore afflictionis abſcinderet, & econuerſo qui tempore tran- E
quillo abſciderat, in oſtenſione afflictionis nutriebat. Iob ergo ſeruaſſe oſtenditur, qui ad uſum doloris totõdit, vt dum in omnibus manus ſuperna percutit, etiam ſponte illum pœnitentiæ ſpecies diuerſa fuſcaret, & ſe diuinæ potentiæ conſentire oſtenderet.

c *Corruens in terram.* Cadens adorauit, quia ille verã orationẽ exhibet, qui q; puluis ſit humiliter videt. (Greg. cap. 2) Vñ & dicit: *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ.* Nudũ in fide prima gratia genuit, nudũ eadẽ ſuſcipit. Cũ pulſatus vitiis quaſi nudus ad miſericordiã refugit, & aliqua virtute aliquãdo detectus, ipſa humilitate melius veſtitur: nõ ſibi ſed deo tribuens, quod habet, dominus dedit bona, ea dominus etiam tollit, quod ideo ad tempus fit, vt humilis melius habeat.

d *Nudus egreſſus ſum.* Nudum me huc intrantem terra protulit, nudum me hinc exeuntem terra recipiet. Conſolatio ex conditione rerum quod propria nõ perdidit, ſed accepta & relinquenda recolit: tempus quo necdum iſta habuit prę uidet qualis exiturus. Conſolatur etiam ſe ex iuſtitia dei.

e *De vtero matris meæ.* Mater Chriſti ſynagoga eſt, quę in ſe (Idem c. 22. Myſticè.) eum opertum litera tenuit, nec nudum in deitate vidit, ſed ab ea nudus ad Gentes venit. Ecce Ioſeph, quem purum hominẽ credens ſynagoga, adulterino cõplexu eũ conſtringere voluit. Cui tegimen literæ reliquit, & ſe conſpicuũ Gentibus præbuit. Sed nudus reuertetur, cum in fine mundi reliquiis Iſrael deus innoteſcet. *Dominus dedit.* Iudæa dum venturum credidit, abſtulit, cum ipſa venientem contempſit.
Orige- F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Tunc ſurrexit Iob. *Hic conſequenter patientia ipſius Iob declaratur. Circa q; ſciendũ, quod Stoici dixerũt bona exteriora nõ eſſe aliqua bona ipſius hominis, cum nõ ſint in ipſo: & ideo cõſequenter dixerunt, q; pro amiſſione talium in ſapiente non poterat triſtitia ineſſe. Peripatetici verò dixerunt quod ſunt bona hominis: non tñ principalia, ſed, quaſi inſtrumentaliter ad principale bonũ hominis, quod eſt bonũ mentis ordinata. & pp hoc ſapientẽ de amiſſione talium moderate triſtari concedebant, ita tñ q; per hoc ratio à ſua rectitudine non declinaret. Et hæc ſententia verior eſt & catholicæ doctrinę magis conſona, ſecundũ quod dicit Aug. de ciui. dei. lib. 9. c. 4. Hanc igitur ſententiam Iob ſecutus, triſtitiam de amiſſione dictorum demonſtrauit, ſic tñ moderate vt eſſet ſubiecta rationi: & hoc eſt q; dicit:* Tunc ſurrexit Iob & ſcidit veſtimenta ſua, *in ſignũ triſtitiæ. Et notabiliter dicitur: Tunc, ſ. poſt mortem filiorum auditam, vt de eis magis quàm de rerum amiſſione videretur doluiſſe. De amicis enim mortuis non dolere, duri & inſenſibilis cordis vitium eſſe: ſed virtuoſi, maxime ſpẽ reſurrectionis habentes, hunc dolorẽ non habent immoderatũ, ſicut Gentiles ſpem bonã non habentes, pp quod dicit Apoſtolus 1. ad Theſſalonicen. 4. c.* Nolumus vos ignorare de dormientibus, *id eſt, de amicis morientibus,* vt non cõtriſtemini, *ſ. immoderate,* ſicut & cęteri qui ſpem nõ habent, *ſ. Gentiles, ſtatum vitæ præſentis tantũmodo attẽdẽtes. Sãctus aũt Iob fidẽ & ſpẽ reſurrectionis habuit, vt patet ex verbis ſuis infrà.* Scio q; redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum &c. *Et ideo de morte prolis ſuæ triſtitiã habuit moderatã cũ ratione: & hoc oſtendit per ſigna exteriora, cũ dicitur:* Tũc ſurrexit Iob. *Surgere. n. eſt ſignum animi erecti, ſicut econtrario, proſterni vel cadere ſignum eſt animi à ſuo ſtatu deiecti.*

(Philoſophorum opiniones de bonis exterioribus.)

2 Et ſcidit veſtimenta ſua. *amouens ornamentum extrinſecum pro morte filiorum ſuorum, & etiam intrinſecum. ideo ſubditur.*

3 Et tonſo capite. *Capilli enim ad decorem ſunt dati.*

4 Corruens in terram adorauit. *ſcilicet deum. Ex quo patet, quòd iſta proſtratio poſt erectionem præcedentem non fuit ex triſtitia animum deiiciente, ſed magis ex deuotione.*

5 Et dixit. *Iob, oſtendens duplici ratione quòd ex multiplicatione bonorum temporalium non debet homo nimis eleuari, neque ex eorum amiſſione immoderate turbari. Et accipitur prima ratio ex hominis conditione cum dicitur.*

6 Nudus egreſſus ſum. *id eſt carens omnibus bonis tẽporalibus.*

7 Nudus reuertar illuc. *Non eſt intelligẽdũ per boc, quod ho debeat*

## MORALITER.

6 *Tũc ſurrexit Iob &c.* quia bonus doctor vel p̄latus ex caſu ſuorum diſcipulorum à virtute non deiicitur, ſed ipſorum caſum lamentans, deum adorat & veneratur.

MORA-

¶Non diabolus,ſcit enim ei nihil licere,niſi deo permittente, quid ergo mirum,ſi qui dedit,ſua recepit.
¶Non diabolus. ¶Docet in flagellis gratias agere, vt ipſe appropinquans paſſioni gratias egit.
¶Vltima conſolatio ſcindeum iuſtum iudicem.vnde niſi iuſtum ſcit placere illi.

a Dominus dedit, dominus abſtulit, ſicut domino placuit,ita 1
b factum eſt, ſit nomen domini benedictum. † In omnibus 2
¶Stulte in deum loquitur,qui inter flagella ſe innocentem dicit, quod 3
eſt ſuperbe accuſare iuſtitiam Dei ferientis.
¶Quia & non loquendo poſſumus in cogitatione peccare.
his non peccauit Iob labiis ſuis, neque † ſtultum quid contra 4
Deum locutus eſt. 5

1.Lib.in Iob. ✻ Origenes.Cum rebus ablatæ ſunt curæ,cum liberis,ſollicitudo de illorum profectu,& fine, nudus egreſſus ſum de A vtero matris,nudus reuertar,ſine ſuperfluis, & iniquitatib. ad Ad Olymp. terrã matrẽ omniũ,& domum, ad tabernacula iuſtorũ, vbi nullus luctus,& dolor.Chryſ. Cuius vteri meminit, nẽpe illius primi opificij, ſuæq; è terra coagmẽtationis,neque enim cum Nicodemo maternã aluũ intelligit. Clemens. è terra quaſi in matris vtero ſatus ſum, nudus reuertar illuc, vt enim nati faſcijs vincimur ſic mortui. Nuditas autẽ aliam ex alia ſolertiam gignit.Olym.Suis aduerſarium iaculis configit, dixerat enim,*niſi in faciẽ,&c.* Orig. Non tantum tetigerũt Iob diaboli ſagittæ, quantum diabolum vulnerauerunt,Iob gratiarum actiones.

-ſicut domino placuit,ita factum eſt.

1.Lib.

De mortalit. ✻Cyprian. Si,qua conditione,& lege crediderit Chriſtianus, noſcat,& timeat, ſciet,plus ſibi,quam cæteris in ſeculo B laborandum,cui magis ſit cum diaboli impugnatione luctãdum docet ſcriptura dicens: *Fili accedens ad ſeruitutem Dei ſta in iuſtitia,& timore,& præpara animam tuam ad tentationem, quoniam in igue probatur aurum.* ſic Iob poſt tot damna, religioſæ 3.Li.ad Quin. mentis oſtendens patientiã,ait: *Nudus egreſſus ſum.* Idem. *Nã multæ preſſuræ iuſtorum,ſed ex omnibus liberabit eos dominus.*

1.Libr. ✻Origenes: *Dominus dedit*,vt innoteſcat,quam fidelis ſum diſpẽſator. *abſtulit*, vt appareat,quomodo gratias agã. Dedit ſua,abſtulit ſua,poſtquã ſum vſus,mutuãti gratias ago.Ignorãs aũt,per ſuſpicionẽ dicit,neſciebat.n.quod diabolus abſtulit,concedente dño,& permittente,qđ ſi ſciuiſſet,quod bellũ hẽbat aduerſus diabolũ, aperte reſtitiſſet, & in deriſionẽ habuiſſet. Dicamus in omnibus idẽ cum ſynceritate, *ſit nomen domini benedictum.* nomen qđ cœlos extendit, terrã fundauit, leones Danielis in agnos mutauit, à beato Iob docti ſancti prophetæ dixerunt, *ſit nomen domini benedictum, ex hoc nunc,& vſque in ſeculum.* Olym. hymno comparato deo grãs egit.Baſil.tandiu pater ſum appellatus, quãdiu viſum eſt ei, qui me patrẽ conſtituit. Illius vincat decretũ. Chryſ. Id nobis cogitandum à deo noſtra auferri,ſciente quid ſit è re noſtra,feramus autem opem ijs,qui migrant è vita,neque eorũ memoriã intermittamus. nam ſi Iob liberos,ſpiritus hoſtia expiabat,dubitarene ipſi poterimus,nobis, pro ijs,qui deceſſerunt,offerentibus, ſolatij nihil illis ipſis afferri? ſiquidem ſolet deus alteri alterius cauſa gratificari.

C
Lib.3.de perſe.Vandal. ✻Victor vticenſis.Chriſtianis in exilium eũtibus cum Epiſcoporum Arrianorum ſuarum homines immiſericordes auferrent,quod miſeratio Chriſtiana victui cõtulerat, cantabat vnuſquiſque. *Nudus exiui de vtero matris meæ,nudũ me oportet ad exilium pergere*, quia nouit dominus eſuriẽtibus cibum porrigere, & in deſerto veſtire.

a *Sicut domino placuit.* Cum turbamur, ad iudicium dei recurrere debemus,& maiores laudes reddere, quia pulſati verius nos nouimus.

2.Libr. ✻Orig.Nec cogitationibus quas videt dñs, qui cor intuetur,nec labijs,& verbis,quę ſunt in dei conſpectu, dedit inſipiẽtiã deo,ſtãs fidelis, & firmus, docenſq; deũ fuiſſe fidelẽ, qñ dixit diabolo, *vidiſti ſeruum meum Iob, quod non ſit ſimilis ei.* deniq; non fuit Iob ingratus nec immemor beneficiorũ In comme. Dei.Chry.vt in ſtatuarũ baſi ſolet inſcribi. Hic illeuc poſuit ſic auctor libri,poſt iuſti ſimulachrũ, iſcriptionẽ reliquit: *In his non peccauit Iob coram deo,nec dedit inſipientiam deo.* i.nequaquã ob ea,quę acciderunt,iniuſtitia deũ aliqua condẽnauit. D Olym.nec vllã cogitationẽ deo indignã ſuſcepit. Hebręus apertius nõ eſt inquit cõqueſtus de Deo. Ephrem.hinc intelligimus,qui Deũ verent̃, nõ poſſe in diaboli ptãtem redigi.

Chryſo. Victima verba illa erant. *Dominus dedit,&c.*

Moraliter. In re,quę diſplicet magna eſt cõſolatio ſi eo ordinante gerit̃ cui nil, niſi iuſtũ placer, cur ergo de re iuſta murmuret? quaſi poſt aſſertionẽ partis ſuę cõtra aduerſariũ in termino orationis iudicẽ benedicit. *Sit nomen domini benedictum.* Qđ rectum ſenſit,dñi benedictione concluſit. vndediabolus erubeſcit, qui, & in beatitudine deo contumax fuit, cui hõ ẽt percuſſus hymnũ dicit. Iob ergo ſuperbũ hoſtẽ humilitate, crudelem patientia vincit,& acriora vulnera infixit, quã accepit.

†Infra 2.c.

†inſulſum imprudens.

Moraliter. b *In omnibus his non pec.Iob.* Dolẽs animus debet ſe cuſtodire E ne de igne pbatorio murmuret. Quod de virtutib.dictũ eſt, 1.Cor.12.d. de his,q̃ in oñſionẽ virtutis dant̃,põt accipi. Dona ſpiritus Greg.capi.27. ſunt,prophetia,linguę,curationes,q̃ & ſubtrahunt̃,ne mens eleuet̃.Non.n. ſp̃ inerat prophetis ſpiritus prophetiæ. vnde 4.Reg.4.c. Eliſæus dicit. *Celauit dñs à me verbũ.* Et Amos: *Non ſum propheta,quia tunc quidem verum erat,ſed humilem me ſpiritus replet.* Et di Amos 7.d. cit. *Et nunc audi verbum dñi.* vnde in euangelio: *Super quem* Iohan.1.c. *videris ſpiritum deſcendentem,& manentem, hic eſt,qui baptizat.* In alijs enim venit, ſed in ſolo Chriſto ſingulariter permanet. Sed qũo hoc eius ſignũ eſt,cum ipſe de apoſtolis dicat,apud Iohan.14.b. vos manebit? Sed in Chr̃o ſp̃ manet, p ſubſtantiã ad omnia, in electis per grãm,non ad oĩa. Alia.n.ſunt dona ſpiritus ſine quibus ad vitã nõ venit̃,vt humilitas,fides,&c. ſm̃ q̃ ſpiritus ſp̃ manet. Alia quibus vitæ ſanctitas pro aliorũ vtilitate declarat̃,vt prophetia,curatio,linguæ, ſm̃ quę non ſemper ſpiritus manet,ſed ſubtrahit ſe aliqñ a ſignorũ oſtẽſione,vt humilius hẽatur.De illis ergo,q̃ ad vitã, timeamus ne pereant, de his,quæ ad oñſionẽ aliquando ſine periculo ſubtractis cõſoletur ſe humilitas dicẽs? *Dominus dedit*,quia tunc recte nos habuiſſe oſtendimus, cum ſublata æquo animo toleramus. F

1.Pet.2.d. *In omnibus his non peccauit. Iob.* vnde: *Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.* Iob teſtimonium perhibetur, & oris, & cordis, corde non tumuit, ore non murmurauit, lingua contumax non fuit.

✻Hierony.& Philip.Iob noſter perdita ſubſtantia, & filijs interemptis tp̃e perſecutionis, ad pacem dandam eccleſiæ ſurrexit,vt geſtum ſignificet vindicãtis, & ſcidit veſtimẽtũ ſuũ,i.fideles ſuos ab infidelibus ſeparauit, dr̃.n.in ſcripturis veſtimentũ aliqñ genus humanũ, quod ẽt in tonſione capitis indicatur,procidens aũt Chriſtus dr̃ ſm̃ hominem, vnde & patre minor eſt, quia quotidie patrẽ interpellat, quod & de membris eius poteſt dici.Nudus exiuit,quia nulla peccati originalis ſorde aſperſus, & reuerſus eſt reſurrectione ad carnẽ,in qua. *peccatum non fecit,nec inuentus eſt dolus in ore eius.* cui dedit dominus bonos in hæreditate, & abſtulit malos, nec quicquam ſtulte loqui potuit ſapientia patris, agnus,qui tollit peccatum mundi.

De ſpiritu ſancto art.15. ✻ Didym. Subſiſtens natura ſpiritusſancti demõſtratur in illo,qđ Apoſtoli ſcribunt. *Viſum eſt ſpirituiſancto.* nam illud viſum eſt,operationẽ non ſignificat,ſed naturam,maxime cũ de dño ſimile reperiat̃,vt ſicut dño viſum eſt, ita factum eſt.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

*beat iterato matris vterum introire, ſed eſt ſenſus,quod ſicut homo egrediens de vtero matris, ingreditur mundum iſtum nudus, omnibus, ſic inde egreditur. Ex quo patet, quòd bona temporalia non ſunt homini connaturalia,ſed magis extrinſecus aduenientia, & ideo de eorum adeptione non eſt immoderate gaudendum, nec de amiſſione triſtandũ. Secunda ratio accipitur ex diuina liberalitate, per quam homo conſequitur bona temporalia, quod notatur cum dicitur.*

1 Dominus dedit. *qui poteſt ea concedere ad tempus longum, vel breue, & per conſequens abſque iniuria qñ ſibi placet auferre, ideo ſubditur: ſubditur. Dominus abſtulit,& ſubditur.*

2 Sit nomen domini benedictũ. *regratiando domino de conceſſione bonorum ad tempus præteritum, & quia tenebat Iob, quod iſta ſubtractio ordinabatur a Deo ad ſuum meritum, & ſic concluditur innocentia Iob cum dicitur.*

3 In omnibus his. *ideſt flagellationibus prædictis.*

4 Non peccauit Iob labijs ſuis. *Et per conſequẽs magis cauit ſibi a peccato in factis,qa facilius eſt cotinere à peccato in opere,q̃ in ore.*

5 Neque ſtultum quid contra deum loquutus eſt. *blaſphemando,aut etiam murmurando.*

CAP.

ADDITIO.

In 1.c.vbi dr̃ in Poſtil. Et tenebat Iob,q, iſta ſubtractio ordinabat̃ a deo ad ſuũ meritũ. Si Iob teneret anteq̃ p deum fuiſſet declaratũ, q, flagellatio ſua ordinabat̃ ad ſuũ meritũ, multa multa q̃ inf.ſequunt̃ nõ hẽrẽt locũ, vt pote cũ à deo deſiderabat q̃rere cãm ſuæ flagellationis. vnde dr̃. Indica mihi cur me ita iudices? & ĩ alijs. vñ magis vĩ conſonũ literę, qđ Iob ignorabat cãm ſuæ flagellatiõis,licet eã crederet a deo eſſe,

donec de hoc fuit à deo eruditus, vt patebit in locis ſuis.

Replica. In primo capite vbi Poſtillator exponit illud verbum Iob: *Sit nomen domini benedictum*, dicit, quia Iob tenebat quod ſubtractio bonorum temporalium à deo ordinabatur ad ſuum meritum. Burgen. ſe opponit dicens Iob illud ignoraſſe quouſque à deo fuiſſet ſibi declaratum. Sed illud videtur leuiter dictum. cum enim tantę virtutis fuerit vt à Deo commendaretur quaſi non fuerit ei ſimilis in terra: iuſtus, quò ad effectum: rectus, quò ad intellectum: quomodo putandus eſt illam diſiunctiuam ignoraſſe: Omnis flagellatus flagellatur aut quia reus, aut quia innocẽs. primum de ſe negauit: *Non peccaui*. igitur ſecundum conceſſit. hoc autem verum non poteſt eſſe niſi ad bonum, ſcilicet probationem & meritũ. Confirmatur: quia in hoc luctamen aſſumpſit contra amicos ſuos illud ignorantes. Fruſtra enim diſputando intenderet bonis mala euenire, niſi ſciuiſſet illud ad eorum meritum tendere poſſe. incepit autem hanc diſputationem antequam fuiſſet inſtructus in loco per Burg. allegato.

## CAP. II.

a ¶ Eadem die vt prius hiſtorice & myſtice.

a FActũ eſt aũt cum quadam die veniſſent 1
filii dei, & ſtarent coram dño, veniſſet
b quoque Satan inter eos, & ſtaret in con
a ¶ Vt videretur à deo, non ipſe deum: quia immundus corde.
ſpectu eius, vt diceret dñs ad Satã: Vn-
de venis? Qui rñdens ait: Circuiui ter-
ram, & perambulaui eã. Et dixit dñs ad
Satan: Nunquid cõſideraſti ſeruũ meũ
Iob, quòd non ſit ei ſimilis in terra, vir † ſimplex & rectus ac ti
c mens deum, & recedens à malo, & adhuc retinens † innocen- 2
a ¶ Non quod deus inſtigetur, ſed ſecundum nos qui ſi commoti fuerimus ipſa dei percuſſio commotio dicitur. b ¶ Non fruſtra, quia creuit in eo virtus patientiæ & gloriæ, & nobis patuit quod in eo latebat mirabile, ſed fruſtra, quia in eo non punitur peccatum: vel fruſtra, ideſt non eſt effectum, vt ſperaſti.
d tiam? Tu autem commouiſti me aduerſus eum, vt affligerem 3 4

## CAP. II.

a *FActum eſt autem &c.*

b *Vnde venis?* Hoc non vt prius: cum enim ſciat rediſſe de bello ad quod laxatus fuerat, non eſt aliud niſi quod infirmitas ſuperbię eius increpatur: quaſi ab imo, & infirma carne vinceris qui contra deum erigis. Vnde bona Iob cum triumpho enumerans addit, & adhuc innocentiam retinens quaſi exercuiſti malitiã, ſed ille retinet innocẽtiam: & qui minuere voluiſti profectui ſeruiſti.

Greg. 3 Libr. cap. 1.

A Orig. 2. lib.

Satanæ cum deo colloquiũ petentis facultatem percutiendi Iob in corpore.

⁂ Origenes. Die adimpletionis primæ victoriæ Iob, venerũt Angeli, coram domino ſteterunt ante quẽ iugiter perſeuerant, non vt atteſtarentur ſolis iuſtificationibus ſed patientiæ & conſtantiæ. Tunc enim dicuntur ire, aut venire, quando ad miniſterium miſſi, legationes & mandata adimpleuerunt. Quod non mirum, cum Angelorum dominus aſcendere & deſcendere dicatur. Venit quoque & Satan, ideſt reſiſtens rebellis, contumax, non vt ab Adam, cum victoria: ſed à Iob cum confuſione. Venit non facie ad faciem, ſed cogitationibus.

g *Qui non au.* Exactor diabolus, qui ſemel numũ deceptionis homini contulit, & quotidie debitum mortis exigit, vox ei⁹ F eſt tentatio. Audit qui tentat', & reſiſtit. Exaudit, q cõſentit. Idẽ de interna pace, quia quod mens, valde amat, ſępius replicat. (Idem cap. 31.)

Cyrillus.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Aut cum principibus, qui poſſident aurum. *Id eſt cum illis qui in præſenti vita magis ſtuduerunt ad bonum vtile.*

2 Aut ſicut abortiuum. *Hic proſequitur ſecundum modum quo impeditur natiuitas, ſcilicet ante animationem, quando ſic perit fœtus, & tunc dicitur abortiuum. vnde ſubditur.*

3 Non ſub. *Defuncti enim tantum ſubſiſtunt in anima rationali remanente, & ideo abortiuum in nullo ſubſiſtit.*

4 Vel qui concepti, &c. *Id eſt mortui poſt animationem, tamen ante natiuitatem, & ſic non viderunt lucem huius vitæ, & in hoc Iob reuertitur ad modum præcedentem.*

5 Ibi impij ceſ. à tu. *Ideſt à calumnijs, quibus homines moleſtabant in vita præſenti.*

6 Et ibi, &c. *Ideſt homines bellicoſi, qui bellando frequenter fatigantur, ibi quieſcunt à talibus.*

7 Et quon. vin. *Scilicet a bellatoribus dictis.*

8 Pariter. *Supple ſunt ibi cum illis, qui eos vinxerant.*

9 Qui non au. *Talia enim ibi non habent locum.*

Partus,

## MORALITER.

1 *Aut cum principibus, qui poſſident aurum, &c.* Ideſt cum bonis doctoribus, qui poſſident aurum ſapientiæ, & argentum eloquentiæ puræ.

2 *Aut ſicut aborti.* Abortiuum verò dr', ortum non recto tpe. Tempus vero non rectum, fuit tempus naturæ lapſæ, in quo *omnis caro corrupit viam ſuam*, vt habetur Gen. 6. b. Propter qd' diluuium inundauit, & poſt diluuium paucis exceptis omnis populus ad idololatriam declinauit: Igitur ſancti illo tempore nati dicuntur abortiui, quibus deſiderabat Iob aſſimilari, quia deſcendentes ad limbum erant de ſua futura beatitudine ſecuri. (Abortiuus.)

4 *Vel qui conce. non ui. lu.* Per iſtos intelliguntur ſancti tẽpore legis Moſaicæ nati, qui tamen non viderunt Chriſtum lucẽ mundi, cum iſtis ſimiliter quærebat in limbo quieſcere prędicta ratione.

5 *Ibi im. ceſ. à tu.* Ideſt dęmones, qui moleſtare non poterant ſanctos patres.

6 *Et ibi requie. &c.* Ideſt fortes in tentationibus, ſic quòd nõ vincebantur, tamen fatigabantur, ſicut dicit Philoſophus 7. Ethi. de continente. (Philoſophus.)

7 *Et quon. vinc. &c.* Scilicet ſunt in limbo, ſicut tempore Iob erat ſanctus Ioſeph, & ei ſimiles.

9 *Non au. vo. ex. &c.* Ideſt dæmonis, qui dicitur exactor Luc. 12. g. Et iudex tradat te exactori.

Vel

1 Par

A ✣ Cyrillus. Mortem eſſe omnibus ſuperiorem oſtēdit, vt ne quidē malū pij auditione accipiant, qui è vita exceſſerūt.

✣ Chryſ. Exactor eſt diabolus, qui hoc tributum exigit ab ijs, qui ſe illi dederunt, vt eius ſatisfaciant cupiditati, cui aures iuſti claudunt, in cælum aſcribendi.

a *Paruus, & ma.* Quia hic eſt diſcretio operum, ibi erit dignitatum, vnde. *In domo patris mei manſiones multæ ſunt.* (Ioan. 14. a.)

b *Et ſeruus.* Qui peccat, ſeruus eſt peccati, quia hic nunquam liber ſit, dum iudicē metuit, ſed ibi liber erit, vbi de venia nulla dubietas erit. Erit quidem ibi memoria culpæ, non quæ mentem polluat, ſed quæ ſine læſione beatitudini, arctius beatitudinis & lætitię aſtringat, vt ſanati, dolorum ſine dolore recordamur. Vnde amplius medico gratias agimus. (Ioan. 8. d.)

(† laboranti, vel afflicto.)

(† & inquirunt eam, pluſquā theſauros.)

a b runt vocem exactoris. Paruus, & magnus ibi ſunt, & ſeruus li- 1 2

a ¶ Non timet iudicem. ¶ Quaſi, quia tanquam gloriam homo perdit, ergo miſer, & ſic miſero non prodeſt proſperitas, imo nocet. — a ¶ In mundo.

c d ber à domino ſuo. Quare † miſero data eſt lux, & vita his, qui 3 4

a ¶ Vt aliquo modo viuat in aliqua parte. b ¶ Deſiderant mori mundo.

e in amaritudine animæ ſunt? Qui expectant mortem, & non 5 6 7

a ¶ Mors illa. b ¶ Aeternam quietem, vel cognitionem diuinitatis, id eſt ſapientiam.

f venit, † quaſi effodientes theſaurum, gaudentque vehemen- 8 9

a ¶ Exempla contemplationis.

g ter cum inuenerint ſepulchrum viro, cuius abſcondita eſt 10

(5. Lib.) ✣ Orig. Deus qui nō eſt acceptor perſonarū, ęqualiter cū diligentibus, introitum cęli tribuit, cumque illius cęleſtis iudicis facies apparuerit, carnales domini ceſſabunt, qui. n. nō timuerunt dominos carnales, vt eis obedirēt in malis, velut Abdias, nec eos timebunt in conſpectu veri domini in cęlis.

(Com. in Iob.) ✣ Idem. Sunt. n. oēs liberi, qui corpore ſoluti ſunt, & rōne ſtatus nihil timēt, & lex à dominis, & ſeruis lata ſublata eſt.

✣ Chry. Mira vitę inęqualitas, mira poſt migrationem liberalitas, & ęqualitas.

(Greg. 5. cap. 2.) B c *Quare miſero data eſt lux.* Contemplatus requiem, vbi liber à domino deſpicit ſeculi proſpera, quę ab ea retrahūt. *Quare miſero data eſt lux*, ideſt proſperitas in peregrinationis miſeria quia ſi non iuſtum penitus opprimit, tamen mentem in amorem Dei, & in diſpenſationē ſui diuidit, vnde addit.

(Idem cap. 3.) d *Et vita his, qui &c.* Amaritudo eſt omni iuſto, vel flēdo, q̄ deliquit, vel quia à patria differtur. Et hic talis mundo prorſus mori cupit, ſed quia non ſemper tali moritur mundus, ſed gloria eius triſti, & gementi datur quæritur: Et vita his, q̄ in amaritudine. Timet. n. talis eſſe, qui à mūdo teneatur, q̄a niſi quoquomodo ei viueret, hunc ad ſuum vſum non amaret, vt mare viua corpora in ſe retinet, mortua mox à ſe repellit. Illis ergo, qui penitus mundo mori volunt, mundus ipſe adhuc viuit, dum eos non amatus amans, quibuſdam occupatiōibus aſtringit. Deſiderant. n. ſancti ſępe ab oī vita tpalis glorię ſe extinguere, ſed occulto Dei iudicio ſępe cōpellunt occupari multis oneribus, vel in regimine pręeſſe.

C ✣ Olym. Multipharia in ſcriptura, vt quid, adhibet in ſupplicationibus, cum nullum ob caſus aduerſos graue ſenſum teſtatur, vt quid dn̄e receſſiſti longe? Vt quid Deus repuliſti in finē? Nec. n. quicquam expoſtulat, ſed precibus cōtendit, ne in rebus aduerſis deſeratur, neue tandem repudietur.

✣ Chry. Ea non ſunt, eodē modo recipienda, quę non eadē mente ponuntur. Verba enim illa ſunt mœrentis, non criminantis, q. d. qui miſerijs conficiuntur non video q̄d cōmodi huic vitæ afferre poſſint, quibus ideo mors eſt optabilior. D

(Greg. c. 4.) e *Qui expectant mortem.* Ideſt penitus ſe mundo mortificare deſiderant, ſed occulto Dei iudicio non venit, quia occupari iniunctis honoribus cōpelluntur, quod Dei timore tolerāt, & intus eſt deſideriū pietatis, & foris explent miniſterium ordinis, ne per ſuperbiam cōtradicāt Dei diſpoſitioni, & ſic, & multis p̄ſunt, & quo ſe imperfectos vidēt, per humilitatem amplius ſurgūt, & quòd à deſiderijs differuntur, ipſa tarditate ad eadē dilatantur, vnde vt deſiderium quærentium exprimeret, addit, quaſi effodientes theſaurum.

(Idem cap.) f *Quaſi effo. theſaurum.* Quia qui theſaurum fodiendo q̄rit, cū altius foderit, quia iam ſe theſauro propinquare æſtimat ad inſtantem laborem amplius inardeſcit, ſic iuſtus quo p̄pior eſt fini, & præmio, eo delectabilius ſudat in opere. Vel quia nemo perfecte mundo moritur, niſi intra mentis inuiſibilia à viſibilibus abſcondatur. Qui mortificationem appetunt, theſaurum fodientibus comparantur, quia mundo per inuiſibilē ſapientiam morimur, quæ vt theſaurus effoditur, quia ſapientia in rerum ſuperficie non iacet, ſed in inuiſibilibus latet, hæc quęritur cor fodiendo, i. vt mens à ſe omne terrenū eijciat, & ſic theſaurum virtutis, qui latebat agnoſcat, & q̄a mortē, vt theſaurū quærunt, gaudent vehementer cum in ſepulchrū, (vt in ſepulchro corpus, ita in diuina contemplatione anima) abſconditur, mundo mortua, vbi ab omni ſtrepitu ſeculi eſt quieta. Vel qui theſaurum fodit, gaudet ſi ſepulchrum inuenit, vbi antiquitus mortui cum diuitijs recondebantur, quia qui ſapientiā quærit in iuſtis olim mundo ſepultis, exēpla contēplationis inuenit, vnde diues fit. E

(Idem cap.) g *Viro cui.* Ecce cum quæreretur, quare miſero data eſt lux, oſtendit hic via abſcondita eſt viro, quia ſi iam bene agit, quid aget in fine neſcit, vel aliquando, quæ putantur Deo placere, diſplicent.

(Com. in I.) ✣ Orig. Mors homini eſt requies, eiuſque abſtruſa eſt via, concluſit. n. eam Deus. Quod autē ait, eſt eiuſmodi: Omnes qui in angoribus vitā agunt, & iracundia, doloreque eorum quæ accidunt, quaſi amarore conficiuntur, vitam morte, q̄ exoptant, ne nanciſcantur, grauiorem exiſtimant, cum autē mors acceſſerit, eam cum gaudio excipiunt, vt qui theſaurū q̄rens inuenerit, quare non cohibet amentias, quæ ob dolores eueniunt. & nō cohibet appetitum à ſceleſtis actionib.?

✣ Polyc. Ardentiſſimam his verbis oſtendit cupiditatem, preſſi enim doloribus è morte capiunt voluptatem.

F ✣ Chry. Tempus cuilibet rei eſt. Bonum. n. eſt mortis iudiciū homini indigēti, & qui minoratur viribus, qui ſumma eſt ſenectute, qui ab omnibus diſtrahitur, & qui perdit patiētiam

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Paruus, & ma. *Scilicet æquales, quia paruitas, & magnitudo diſtinguuntur ſecundum proſperitates, & aduerſitates huius vitæ, quib. per mortem ſublatis remanent homines æquales, & ideo ſubditur.*

2 Et ſer. li. a do. *Quia per mortem ſoluitur talis ſubiectio.*

(Diuiſio.) 3 Quare, &c. *Hic conſequenter Iob lamentatur vitæ ſuæ continuationem, & primo facit hoc generaliter reſpectu omnium miſerorum, ſecundo ſpecialiter applicat ad ſeipſum, ibi. Antequam comedam. Circa primum dicitur.* Quare miſe. *id eſt homini aduerſitatibus afflicto.*

4 Da. eſt. *Ita quod per natiuitatem venit ad huius mundi lucem.*

5 Et vita. *Ideſt vitæ continuatio. q. d. pro nihilo.*

6 Qui ex. *Cum deſiderio, vt ſint liberati à miſerijs in quibus ſunt.*

7 Et non venit. *Secundum eorum deſiderium, licet finaliter veniat cum ſint mortales.*

8 Quaſi effodientes the. &c. *Id eſt ſicut effodientes theſaurū, expectant cum deſiderio eius inuentionē, ita iſti mortē, ideo ſubditur.*

9 Gau. ve. cum in ſe. &c. *Ideſt cum veniunt ad talem ſtatum, quòd ſunt certi de ſepultura ſua propinqua. Aliter etiam exponitur dicendo, quod antiquitus in ſepulchris magnorū reponebantur aliqua pretioſa, & abſcondebantur in terra, & ſic homines volentes illa rapere effodiebant terram, & ſic gaudebant quando ſepulchrum inueniebant propter ea, quæ erant ibi repoſita. Prima tamen expoſitio magis concordat literæ.*

10 Vi. cu. ab. eſt. *Supple quare data eſt lux, & vita, & talis eſt, qui in præſenti vita oppreſſus eſt miſeria, quia neſcit quo ibit de loco præſentis miſeriæ, eo quod* ne ſcit homo vtrum odio, vel amore dignus ſit, *vt dicitur Eccle. 9. a. ideo ſubditur.*

1 Et cir-

## MORALITER.

1 *Paruus, & c.* Ideſt puer, & adultus morientes tn̄ in gratia.

2 *Et ſeruus, & li.* Nam ſicut dicit Amb. apud dominum bona ſeruitus, & bona libertas æqua lance appenduntur.

3 *Quare mi. & c.* Sicut lugenda eſt conceptio ſecundū culpā, & natiuitas, ſic & huius vitæ, quæ potius mortis eſt continuitas, ideo dicitur. *Quare mi. & c.* q. d. ſicut bonum ei fuiſſet non peccaſſe, ſic & in peccato non viuere, ideo ſubditur.

6 *Qui ex mor, & c.* Quia mori peccato debet eſſe in deſiderio Rom. 6. b. *Exiſtimate vos mortuos quidem eſſe peccato, viuentes autem Deo in Chriſto.*

7 *Et nō ve.* Aliqui naq; deſiderāt peccato mori, & nō moriūtur, nā ex conſuetudine peccandi ab hac morte retardātur.

8 *Quaſi effo. & c.* Scilicet diuinæ gratię, qui inuenitur per hoc quod non moritur culpæ, ideo ſubditur.

9 *Gau. ve. cum in ſe. & c.* De qua ſepultura dicitur Rom. 6. a. Sepulti ſumus cum illo per baptiſmum in mortem.

10 *Vi. cuius ab. eſt via, & c.* Eundi ad patriam.

1 *Et cir-*

A tiam. Iob autem uxorem redarguit religionis ergo: quippe, qui accerſendę mortis ſibi occaſione oblata uti noluit quãuis eam magnopere expeteret.

✱ Iſid. habent quædã biblia inter hæc, mors viro eſt requies quaſi uelit mortem optandam fortib. non aliis, ſed uiri nomine, & fœmina intelligitur, nam homicida appellatur mulieris interfector, & ἀνδριάντα tum uiri, tum mulieris ſimulachrum. Concluſit. n. Dominus contra eum duplici nomine, mors eſt uiro requies,

(…rexit, uel ſe…iuit deus il…m (vnde ſ. …xx. concluſit …eus contra …lum …non habui, …acē nec quie…i i. nullam …abui requiē …uo pauor ve…it, …quidam interrogatiue …egit ſic, non …e proſpera…at? nonne o…io vacabam? …onne quie…cebam, & tamen uenit i…ta calamitas)

a via, & † circundedit eum Deus tenebris? Antequam come- 1 2
b dam ſuſpiro, & ᵈ quaſi inundantes aquæ, ſic rugitus meus, 3 4
c quia timor quem timebam, euenit mihi, & quod uerebar, 5 6
d accidit † Nonne diſſimulaui? Nonne ſilui? Nonne quieui? 7 8
e f Et venit ſuper me indignatio. 9 10 11

tum quia claudit uitę actiones, tum quia ſtudiis laboribuſq. virtutis finem imponit, quaſi dicat, laborum qui uirtutis cã ſuſcipiuntur, ac uitii mors habet exitum: forſitan ſi qui ſpiam diceret, cur ergo mortẽ non eligis? portæ inquit clauſæ ſunt. Symmachus reddidit ſepſit contra eum. i. deus ab agẽdo vacationem conceſſit, ſed prior ſententia probabilior. Mortis ergo uia abſcondita, quia ſicut fuit in nocte, ſic veniet.

a *Circundedit eum Deus.* Quia licet cæleſtia deſideret, tamen quid de ſe intus diſpoſitum ſit, neſcit. Sunt & circa eum tenebræ ignorantiæ, præteriti eſt immemor, futura non inuenit, præſentia uix nouit, intima diſpenſationis Dei penetrare nequit. Qui uero has tenebras intendit, flet, & omni niſu ſupernam lucem requirit, unde fit aliquando, ut impio fletu interni gaudii claritas erumpat, unde ſequitur.

B Greg. 5. in 7

b *Anteq̃ com.* Comedere eſt contemplationis luce paſci, q̃ non habet, niſi qui prius in hoc exilio, quaſi ubi non ſunt bona gemit, & ſuſpirat deſiderio. Exequitur uim lachrymarũ.

✱ Orig. quæ res cæteris ſunt uoluptati eæ mihi afferunt dolorem quod metus mihi eſculentorum deſiderium præripiat carniſque partes in totum concitet.

✱ Polyc. Nec cibum capere ſine dolore poſſum.

…lib. in Iob

✱ Phil. quam infirmitatem medici boulim iodes appellãt, quæ infirmitas talem dicitur habere pœnam, ut ante cibum crucietur ægrotus.

c *Et quaſi inundantes aquæ, &c.* Aquæ inundantes multis uoluminib. impetu feruntur, ſic in lugentib. multa uolumina,

C dum quid apud Deum decernatur, neſciunt, dum præterita ſua recolunt, futura pertimeſcunt, & in bonis ſuis ne errent, uerentur, quos dum flagella Dei corripiunt, ſe offendiſſe ſuſpicantur, unde addit.

d *Quia timor.* Flent. n. quia deſeri ſe timent, & ne pia percuſſio non ſit diſciplinę, ſed uindictę, unde. *Quis nouit p̃tatem iræ tuæ.* Aliquando. n. eſt gratia quam dicimus iram, & aliquãdo ira quam dicimus gratiam, unde neceſſe eſt, ut in omnib. timeatur. in proſperis, ut non ſint ſibi data ad maiorem excæcationem. non ad conſolationem, vt bonis ſolet fieri, ne ſit in aduerſis initium pœnæ. D

✱ Olym. Illa Dauidis uerba non uſurpauit. Ego dixi in abundantia mea non mouebor in æternum, ſed magno ſpe erat in metu rerumque deteriorem cõuerſionem meditabatur.

✱ Chry. Non dixit, Nõ pacem habeo, nam p̃meditata mihi erat pœna intolerabilis, quam expertus ſum & priuſquam experirer, præuidebam.

Pſ. 80. c …ſtillauerunt, (vel effluxerunt ſe) ſicut aquæ rugitus mei

e *Diſſimulaui.* Etſi ſemper cogitando, loquendo, agendo, peccamus, tamen cum proſperitate leuatur, per hæc tria effrenatius animus rapitur, quia cum poteſtate præit, alta de ſe ſentit, & quia nemo reſiſtit, lingua defrenatur, q̃a facere licet quodlibet putat iuſte licere omne quodlibet, ſed ſanctus tunc amplius cor a gloria reprimit, ne elatione perdat quod in poteſtate recte agit, vt rex Babylonicę de vrbe quam fecit elatus ſupra homines factus eſt infra homines, linguam etiam cohibet a minorum contumeliis, opus a vacatione inquietudinis reſtringendo ſe a licitis. Solus. n. in illicitis non cadit qui caute ſe reſtringit a licitis. Sic Iob qualis in poteſtate fuit ad exemplum proponit.

Greg. c 6 Moraliter

*Nonne diſſimulaui.* poteſtas habita, & ad utilitatem cogitanda, & propter tumorem diſſimulanda, & potens vt prodeſſe debeat, poſſe ſe ſciat. E

*Nonne ſilui.* Ecce qualis eſt in ore.

*Nonne quieui.* Ecce qualis erga illicita opera. Vel, ſilere eſt mentem a deſideriorum voce reſtringere. Quieſcere in p̃te terrenarum actionum, ſtrepitus intermittere, quia qui nõ vacat ab his, lumen viſionis Dei ſibi abſcondit. Vnde piſces ſine pinnulis non eduntur, quia qui habent pinnulas ſaltus dant ſuper aquas, & ſoli hi in corpus eccleſiæ, vt cibus tranſeunt, quia in eo q; imis ſeruiunt, aliq̃ñ ſuperna mente concendunt, ne ſemper in profundo lateant, qui tunc bene exteriora diſponunt, cũ ad interiora refugiunt, & in ſinu tranquillæ mentis quieſcunt, ut Iacob domi habitaſſe perhibet, cum Eſau gnarus uenandi dicitur. Sed & hæc agentes flagellat pater, vt purget, q̃a nr̃a p̃fectio culpa nõ caret, vñ addit.

Gen. 27. b Heb. 12. b

f *Et venit ſuper me indignatio.* Vnde magna arte dicturus verbera præmiſit recte facta, vt in his quiſque conſideret quæ pœna maneat iniquos, ſi ita hic caſtigat iuſtos, ut ſi iuſtus vix ſaluabitur, impius ubi parebit?

1 idem c 9 Petri 4. b

✱ Phil. Nonne diſſimulaui non reddendo retribuentib. mihi mala. Nonne ſilui, ut non delinquerem in lingua mea. Nonne quieui ſciens, quia in iudicio Deus ſaluos facturus, & omnes quietos terræ, & uenit indignatio. i. moles plagarum.

F Hier. Pſ 58

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et circundedit. *ſ. ignorantiæ reſpectu futurorum.*

2 Ante. co. *Hic Iob prædicta applicat ad ſeipſum di.* Antequam com. ſuſpiro. *præ anguſtiis quas ſuſtineo, & non ſuſpiro leuiter, ſed grauiter præ anguſtia nimia, ideo ſubditur.*

3 Et qua. inu. aq. *quæ facit magnum tumultum.*

5 Sic rugitus, &c. *Qui eſt ſignum magni doloris, cuius cã ſubditur*

6 Quia timor quem timebam euenit mihi. *Homo. n. ſapiens in proſperitate exiſtens timet de futura aduerſitate fortunæ, & ſic timuit Iob tempore proſperitatis ſuæ, & in hoc notat magnitudinem ſui damni.*

7 Et quod uerebar accidit. *Verecundia eſt timor ingloriationis, & in hoc oſtendit Iob magnitudinem deiectionis a ſtatu ſui honoris, et quia poſſet aliquis dicere ipſi Iob, quod merito hoc patiebatur propter peccata ſua præterita, ſicut ſentiebant eius amici, ideo hoc remouet dicens.* 8 Nonne diſſimulaui? *ſ. iniurias mihi factas ab aliis non vindicando.*

9 Nonne ſilui? *opprobria pro opprobriis non reſpondendo.*

10 Nonne quieui? *alios non moleſtando, quaſi diceret ſic.*

11 Et venit ſuper me indignatio. *i. miſeria a Deo inflicta, quod eſt ſignum ſuæ indignationis, cum tamen eſſem innocens, ut patet ex ſupradictis.*

Et CAP.

## MORALITER.

1 *Et circundedit, &c. Deus t. ſ.* ignorantiæ contractis ex peccati conſuetudine.

2 *Antequam co.* i. delectationem peccati percipiam.

3 *Suſ.* Synderesi remurmurante peccato.

4 *Et quaſi inundantes aquæ ſic rugitus.* Eſa. 57. *Cor impii quaſi mare feruens, quod quieſcere non potuit.*

6 *Quia timor quem timebam.* de peccati continuatione.

7 *Euenit mihi.* p̃pter conſuetudinẽ, quæ vix poteſt dimitti.

8 *Nonne diſſimulaui.* propter hoc a peccatis emundari?

9 *Nonne ſilui.* retardando peccata confiteri.

10 *Nonne quieui.* manendo nimis in lecto peccati.

11 *Et venit ſuper me indignatio.* ſ. Dei, ſic debet peccator pro peccatis ſuis dolere, & lamentari.

*Quia*

## ADDITIO.

In cap. 3. vbi dicitur in poſtilla. Thomas autem de Aquino dicit. His non obſtantibus. Expoſitio S. Thomæ in hoc loco videtur rationabilis, non obſtantibus his quæ contra eum poſtillator obiicit, quod ſic patet, nam Iob & amici eiꝰ vt dictum eſt in prima additione, diſputabant principaliter circa hoc quod Iob dicebat ſe eſſe flagellatum ſine culpa, amici uero aſſerebant ipſum eſſe flagellatum in pœnam ſuę culpæ, & ſuorum, ut patet manifeſte in toto proceſſu huius diſputationis, & ſic patet quod eorum diſputatio non erat in æquiuoco, vt poſtillator dicit, ſed de directo ſibi inuicem contradicebant. Alia autem quæ in hac diſputatione interuenerunt, vt pote quod Iob tenebat quod in alia vita finaliter puniebantur iniuſti, & iuſti præmiabantur, quod tamẽ negabatur ab aduerſariis, non erat de principaliter intentis in diſputatione, ſed de ſecundario ſuperuenientibus, vnde inf. Iob 22. a. quãdo ceſſauit diſputatio trium amicorum, dicit ſic *Omiſerunt autem tres viri iſti reſpondere Iob*, eo qđ iuſtus ſibi uideretur, i. quod non poterant ipſum conuincere de iniuſtitia ſua, ex quo patet quod hæc erat principalis materia diſputationis. ſ. vtrum Iob fuiſſet iuſtus tempore ſuæ flagellationis, vel non. Et ideo quia Iob exprimẽs vitam ſuam eſſe odibilem, ſecundum partem ſenſitiuam, prout S. Thomas ponit interpoſuit quædam in hoc c. in quo primordiũ diſputa-

A disputationis conſiſtit,quibus uidebatur Iob aſſerere ſe eſſe iuſtum,& ſine cauſa, vel culpa flagellatum, ideo aduerſarii contra hoc principaliter ſe oppoſuerunt,non curantes vtrũ ſecundum ſenſitiuam partem loqueretur, uel alias, ſed ſolũ iuſtitiam ſuam impugnantes, & ex hoc approbantes punitionem ſuam, & ſic manifeſtum eſt quod non diſputabant in equiuocum,nec Iob eos detinuit in verbis ad propoſitum non ſpectantibus, ſed Iob principaliter aſſerebat ſe eſſe iuſtum, aduerſarii vero hoc ſemper contradicebant, & circa hoc principaliter verſabatur vtriuſque partis intentio.

Quia autem poſt.dicit quod Iob in hoc c.ex ſententia erronea amicorum ſuorum quam nouerat,concludit uitam ſibi odibilẽ, & oneroſam, & per conſequens ſuam conceptionem,natiuitatem,& educationem,ducendo eos ad incõueniens,&c.prout in poſt.videtur irrationabiliter dictum. Tũ quia quando hoc capitulum propoſuit. nihil legitur audiuiſſe ab amicis ut patet manifeſte.Nã ipſe fuit primus loquens de hac materia,nec debuiſſet eis imponere quod aliquod erroneum credidiſſent, ex quo nõ habebat de hoc certam notitiam.Tum quia ſi hoc modo loqueretur.ſ. ex aliorum poſitione,ut eos duceret ad incõueniens,ut poſtillator dicit,debuiſſet interponere aliquam dictionem quæ ſignificaret,qđ hoc loquebatur ex aliorum poſitione,non ex ſua,ſicut Apoſtolus in illa autoritate,quam allegat poſt.1.Cor.15.b. Non fuit locutus ſimpliciter,ſed conditionaliter dicens. *Si reſurrectio mortuorum non eſt,ergo nec Chriſtus reſurrexit.* vbi manifeſte oſtendit ſe non loqui ſimpliciter,ſed conditionaliter,ſecundum eos qui reſurrectionem negabant, quod Iob in hoc loco non fecit,ſed ſimpliciter loquitur tanquam ex ſua ꝓpria opinione prout S.Thomas in ſua expoſitione dicit.

Sed ulterius circa hoc uidetur querendum,qua rõne Iob, B tam particulariter maledixit diem natiuitatis ſuæ, ac noctẽ conceptionis,ſimiliter & ſtellas,& huiuſmodi,ſuffeciſſet.n. oſtendere ſuam triſtitiam,& dolorẽ ſimpliciter,ſicut Chriſtus dixit. *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.* Matt.26.d. vel ſaltem,ſicut Dauid 2.Reg.1.d. ſimiliter maledixit montib. dicens.*Montes Gelboe,nec ros,nec pluuia ſuper uos.*in quo ſatis oñdebatur, quod illa quæ contigerunt in illis montibus, erant valde infortunia.Ieremias etiam qui propter ueritatem quã ex parte Dei populo denuntiabat,fuit multipliciter afflictus intantum etiam quod oſtendebat ſe maluiſſe nunquam fuiſſe natum, unde maledicebat uirum, qui patri ſuo denuntiauerat natiuitatem ſuam, tanquam illum qui mala noua denuntiabat,ut habetur Iere.20.d.Nunquam tamen ad tanta, & tam particularia deſcendebat in maledicendo,ut patet ibidem,unde Iob omnes modos conſuetos in ſacra ſcriptura circa talia uidetur tranſcendiſſe, de quo ratio uidetur quærenda.

Ad quod dicendum, quod S.Thomas in hoc loco ſic dicit.Conſiderandum eſt autem quod ſicut Hier. dicit in prologo a uerbis Iob,in quibus ait.*Pereat dies.*uſque ad illum locum ubi ſcriptum eſt.Idcirco me reprehendo, hexametri uerſus ſunt dactylo ſpondeoque currentes,& ſic patet quod liber iſte per modum poematis conſcriptus eſt, unde per totum hunc librum figuris,& colorib.utitur quib. poetæ uti conſueuerunt. Solent autem poetæ,ut uehemẽtius moueãt ad eãdem ſententiam diuerſa inducere. Vnde & hic Iob ad maledicendum diei ſuo hunc modum obſeruauit,inducens ea quib.aliqua dies ſolet eſſe odioſa:hæc ille. Ex quo rõ tantæ particularitatis in hoc loco,& in aliis huius libri patet.

Sed adhuc circa modum loquendi iſtius libri eſt vlterius attendendum. quod inter cætera quæ in ſacra ſcriptura traduntur per modum carminum, ſeu canticorum, in quibus multa figuratiue, & parabolice traduntur, iſte liber eſt obſcurior,eo quod ſunt in eo multa uocabula ignota,& inconſueta magis quam in aliis libris,nec etiam in eo regulæ grãmaticales Hebraicæ communiter ſeruantur. Cuius cã poteſt eſſe duplex Vna.ſ.quod ſecundum quoſdam Hebræorũ expoſitores liber iſte fuit ab alia lingua in Hebraicam tranſlatus,quod minime contingit in aliis libris ſacræ ſcripturæ, ex quo dicunt proueniſſe prædicta, ſ. quod aliqua uocabula illius linguę nobis ignotę remanſerunt in prima propria forma,ſicut contingit in libris philoſophicis,ſeu mathematicis C qui è Græco in Latinum fuerunt tranſlati, in quibus aliqua uocabula remanent Græca, ſicut hyle ſumitur pro materia prima in naturalibus,& eſt dictio Græca,ſimiliter & Cenith capitis quod ſumitur pro altiori puncto cęli ſupra hemiſphærium in aſtronomia, quæ quidem dictio Cenith non eſt dictio Latina,& ſic pluries contingit in hoc libro,in quo ponũtur aliquæ dictiones,quæ non ſunt Hebraicæ, ſed ſunt illius linguæ a qua liber iſte fuit tranſlatus, quæ nobis eſt ignota, prout forte in aliquibus locis inf.uidebitur.Alia cauſa etiam reddi poteſt,quia liber iſte procedit per modum tragœdiæ, quia dicitur eſſe apud Grammaticos cantus hircinus, eo qđ D de reb.crudeliſſimis,& horridis tractat.ſ.de caſu flabiliſſimo Tragedia & crudeliſſimo ſancti, & piiſſimi uiri, ſicut Iob, ut patet in toto proceſſu libri,& ideo modus loquendi difficilis, & obſcurior conſueuit eſſe in ſcripturis,ſicut patet de libro Threnorum,qui etiam de deſtructione Ieruſalem tragœdice procedit, cuius ſtylus multum conformatur ſtylo huius libri in Hebræo,licet modus loquẽdi in iſto libro obſcurior ſit modo loquẽdi in libro Threnorũ, uñ trãſlatio nr̃a magis,& frequentius deuiat ab Hebræo in hoc libro,quam in aliis ſacræ ſcripturæ libris,quam uarietatem,quia in multis locis, & frequẽter in hoc libro inuenitur,cauſa breuitatis tangere omittã,niſi forte vbi pp hoc ſententia videtur nimis uariari,&c.

### ADDITIO II.

In eod.ca.3. vbi dicitur in poſtilla?Hæc Thomas exponit dupliciter,vno modo quod per Leuiathan intelligit piſcis. Leuiathan Vtraque expoſitio S.Thomæ videtur habere locum. De prima.n.ſic patet,nam dato quod ille piſcis magnus non poſſit capi,niſi de clara die,prout poſtillator dicit ſibi fuiſſe narratum a piſcatorib. tunc ſi contingeret quod aliqua dies in qua ipſi intenderent captioni illius piſcis finiretur ante eius captionem,maledicerent illi diei, eo quod non fuit protenſa vſque ad finem ſui operis,& de talib.intelligitur illud.Qui maledicũt diei,qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan, ſecundũ proprium motiuum S.Th. licet mutetur tempus cõgruum ad captionem,vtrum nox vel dies,quia hoc conſiſtit in facto E & ideo non variat motiuum expoſitionis. Secunda uero expoſitio non debet cenſeri myſtica in hoc libro,ſed literalis, nam vt dictum fuit in additione præcedenti in hoc libro ꝓceditur per modum poeticum, ſeu tragœdicum in quo figuris,& colorib.uti eſt conſuetum,& ideo accipere Leuiathan pro diabolo,ad literalem ſenſum pertinet, qui quidem ſenſus literalis in locutionib.figuratiuis, ſeu parabolicis figuratus tendit ad literam potius, quam ad figuram, ut patet in queſtione de ſenſu literali ſupra in prologo ſuper Ge. poſita. vnde & inf.40.c. vbi de Leuiathan agitur per extenſum cõmuniter exponitur ad literam de diabolo,etiam ab ipſo poſtillatore,ut patet ibidem. Secundum uero quoſdã Hebræorum expoſitores litera talis eſt. Maledicunt ei,qui maledicunt diei, qui parati ſunt ſuſcitare ſocietatem ſuam, hoc.n nomen Leuiathan æquiuocum eſt in Hebræo,uno modo ſignat illum magnum piſcem,& alio modo ſignat idem quod ſocietatem ſuam, ſeu eorum, unde ſecundo modo acceptũ dicunt,quod per hoc quod dicitur. Qui maledicunt diei,intelliguntur lamentatores, ſeu lamentatrices, quorum officium eſt plangere ſuper mortuos, & per uerba ſua ſuſcitare ſocietatem ſuam ad lamentationem,& fletum, de quib.Ier. 9.c.dicitur.*Vocate lamentatrices,&c.*

### ADDITIO III.

In eo.c.3.ubi dicitur in poſt. *Qui ædificant ſibi ſolitudines*:Secundum proprietatem Hebraici ſermonis utrumque ſignificat ſolitudo. ſ.deſertum locum, & ſolitarium, & ideo utrumque poteſt intelligi indifferenter,non deuiando a proprietate ſermonis Hebraici.

### ADDITIO IIII.

In eo.c.3.ubi dicitur in poſt.*Viro cuius abſcondita eſt via,&c.* Supple quare data eſt lux?*Viro cuius abſcondita eſt uia:* hoc proprie intelligitur de ipſo Iob, eo quod ipſe ſe incedere credebat per uiam iuſtitiæ prout erat uerum, & tamen contingebant illi miſeriæ magnæ,ſicut impiis ſæpe contingunt,& ſic eius uia erat abſcondita propter huiuſmodi perplexitatem ex qua circundatus erat ignorantia,de quo ſubdit. *Circundedit eum Deus tenebris.*ſ.ignorantiæ reſpectu huiuſmodi uię quę ſibi erat abſcondita.

### ADDITIO V.

In eo.c.ubi dicitur in po.*Quia timor quem timebam,euenit mihi*. Ex hoc quod Iob dicit antea timuiſſe aduerſitates, quæ poſtea ei contigerunt,uidetur remouere quandam obiectionem quæ ex prædictis per ipſum poſſet obiici contra eum. Si.n.tempore ſuæ proſperitatis crederet ſe ſecurum ab huiuſmodi timore,ſequeretur quod quia per magna tempora fuerat in proſperitate,tam ab extra,quam ab intra, & ſic nõ rationabiliter dixiſſet.*Quare non in vulua mortuus ſum,& egreſſus ex vtero non ſtatim perii.*& huiuſmodi. Diceretur.n. ſibi,qđ ſua natiuitas & educatio ſatis profecerat ſibi ſaltem pro toto F illo tpe in quo fuit in proſperitate. Ad qđ remouendũ dicit. Quia timor quẽ timebam, euenit mihi, &c. q.d.non credat aliqs qđ uita mea aliqñ fuit ꝓſpera,& qeta,q̃a licet ab extrinſeco ante aduerſitates videbar tranquillus, ſp tñ patiebar in mẽte timorem eorumq̃ quæ euenerunt mihi, & ſic nunq̃ fui in vera ꝓſperitate,quia ad talẽ proſperitatẽ reqrit ſecuritas, ſeu tranquillitas mentis, quam ipſe aſſerit ſe nunquam habuiſſe.Et ut hoc quod dicit oñdatur eſſe verũ ſubdit. *Nonne diſſi.*

diſſimulaui. Circa quod ſciendum,ꝙ in Hebręo nõ habetur in
A hoc loco aduerbiũ interrogatiuũ,ſ.nonne:ſed quædam ſim-
plex negatio,ſ.ſic: *Non diſſimulaui,non ſilui,non quieui,&c.*& eſt
ſenſus. Timorẽ quem inde dico me habuiſſe:nõ diſſimulaui,
ꝗa vt dictũ fuit ſupra cap. 1. Iob timẽs ne forte peccarent filij
ſui in ſuis conuiuijs,in fine hebdomadarũ offerebat ꝑ ſingu-
los holocauſta:& ſic patet ꝙ timebat eorũ ſpiritualẽ ruinã,&
ꝑ ꝯñs eorũ punitionẽ: quod tñ nõ diſsimulabat,cũ hoc patẽ-
ter oſtenderet ꝑ holocauſtorũ oblationẽ cõtinuatã. Dicit ẽt:
*Non ſilui,* ꝗa vt ibidẽ dr̃: *Sanctificabat illos,* ſ.filios,& familiã in
qua ſanctificatione p̃ſumendũ eſt,ꝙ eos exhortabatur,& cõ-
monebat. de quo dicit: *Non ſilui.*ſ.timorem quẽ habebam ex
p̃dictis:& ſic patet,ꝙ ipſe intrinſecus erat cõtinuo timore in
quietatus: de quo dicit; *Non quieui.* & ꝗa huic turbationi ſuæ
intrinſecæ fuit ſubſecuta aduerſitas extrinſeca. Iõ dicit: *Et ve-
nit ſuper me indignatio.* Quæ quidẽ ſnĩa horũ duorũ verſuũ rõ-
nabiliter vr̃;tũ ꝗa cõſona Hebraicæ veritati,vt dictũ eſt:tum
ꝗa indecens vr̃ viro iuſto,vt ſe laudet. vnde Prou.27.a. *Laudet
te os alienum,& non tuum;*neceſsitate tñ imminente,vt cũ aliꝗ
falſe intendunt vitiare iuſtũ,tunc eſt conueniens, vt iuſtus ſe
excuſet,ſe veraciter iuſtificãdo. vnde Iob poſtquã ab amicis
fuit falſe reprehenſus , rationabiliter ſe defendit , vt patet in
proceſſu,ſed in hac ſua prima propoſitione cum nondum au
diret aliquem eum condemnantem , ſolum intẽdebat ſuam
miſeriam plangere modo iam dicto ſine hoc, quòd de inno-
B centia ſua aliquid tangeret.

R E P L I C A.

In cap.3.vbi poſtil.expoſitionem verborũ Iob quæ ſonant
quaſi maledictionẽ pertractãs,& p̃cipue expoſitionẽ S.Tho.
prę alijs cõmendans;cõtra eandẽ obiectionẽ facit Burg.quaſi
crimen læſæ maieſtatis peractũ:lõga digreſsione reprehẽdit,
volens Sanctũ,ſ.Tho.defendere plus inuoluit. Et ꝗa tædioſũ
eſt totũ tractatũ ſuũ recitare, reſoluo eũ ad certa pũcta; ꝗbus
pertractatis apparebit quid rei,& rõnis hẽat. Eſt igitur in hac
ſua digreſsione primus punctus iſte,ꝙ tota materia,& princi
palis diſputationis Iob fuit,ꝙ flagellaretur ſine cauſa. Secun-
dus pũctus, ꝙ rõ mouens principaliter Iob ad primũ dictum
eſt,ꝙ Iob aſſeruit ſe iuſtũ, & ꝑ ꝯñs ſine cã flagellatũ. Tertiũ
dictũ,ꝙ amici Iob ſolũ impugnabãt iuſtitiã, quã Iob præten-
debat;alia aũt dr̃ acceſſoria in illa diſputatione. Sed primum
dictũ vr̃ ſimpl̃r falſum, immo erroneũ tam cõmendabili, &
adeo cõmendato viro nõ eſſe imponendũ;nã vna oĩum Phi-
loſophorũ voce reprobatur; ſolius.n.naturalis luminis ductu
Ariſtot. Ariſtot.videt nihil fieri ſine cauſa;& Plato ſub cęlo nihil fie-
Plato. ri credidit, cuius legitima cauſa in tp̃e nõ præceſsit. & ſic de
alijs philoſophicis ſimul,& theologicis,ꝗ cõſentaneè dicunt
multa fieri ſine culpa,nulla tamen ſine cauſa. Et ſecundũ di-
ctum ſimiliter falſum eſt, ꝙ Iob ſe aſſeruit fore iuſtum; nam
hoc faciendo foret iniuſtus, vt probatur 9. huius. vere enim
iuſtus quid ſibi deſit primũ,non quid adſit,agnoſcit. Si enim
diximus (inquit Ioannes in Canonica ſua prima c.1.) quia
peccatum non habemus,ipſi nos ſeducimus, & veritas in no
bis non eſt;quapropter illa verba quæ ad innocentiam,vel iu
ſtitiã ipſius Iob tendere videntur,non aliter accipienda ſunt,
niſi ſicut verba Chriſti de cæco nato; Ioan.9.a. *Neq; hic pecca-
uit,neq; parentes eius,&c.* Quia Iob non dixit ſimpliciter ſe nõ
C peccaſſe;nã hoc eſſet temerarium,ſed dixit ſe non peccaſſe,
vt flagellaretur,volens per hoc amicis errantibus conclude-
re,quod ſi qui flagellantur,non ſequitur neceſſario;igitur ꝓ-
pter peccata, qui fuit error principalis, & formalis amicorũ,
vt patet in proceſſu libri. Nec tertium dictũ Burgẽ.ſtare põt,
quia amici Iob non intendebant eum probare iniuſtum , ſed
habebant, hoc tanquam euidens ex flagellis , iuxta errorem
eorum quo neminem dixerunt flagellari ſine culpa;ad quod
concludendum tendit eorũ diſputatio:idcirco ex verbis Iob
accipientes occaſionem ſcandali,putabant eum Dei blaſphe
matorem,& impatientem,& de hoc nõ diſputauerũt, ſed ip-
ſum Iob,tanquã talẽ obiurgabãt, vt patet in proceſſu literæ.
Materia ergo diſputationis fuit,in pręſenti neminem puniri,
niſi pro peccatis, & ecõtra. Iob aũt vtriq; errori ſe oppoſuit,
& non pro ſua iuſtitia, ſed iniuria Deo per derogationẽ facta
diſputauit,in cuius ſignũ infra vlt.cap. Deus illos tres amicos
increpãs ,nõ dicit eos contra Iob locutos,ſed contra Deũ, &
Dei iuſtitiã:iõ dicit ibi; Iratus ẽ furor meus in te in duos ami-
cos tuos,ꝗa nõ eſtis locuti coram me rectum,i.dogma verũ,
ſecundum Gloſſ. Si.n.ſolum locuti fuiſſent contra iuſtitiam
Iob,vt ſonat tertium dictum Burge.non poſſent reprehendi
quaſi non rectum locuti fuiſſent,cum & Iob reprehenſibilis
erat per Deum reprehenſus,vt patet infra 38. Ex quibus pa-
tet quod Burg.cum huiuſmodi falſis dictis Sanctum Th.po-
tius inuoluit,quam defendit. Et idem Burg.ex debilibus mo
tiuis inuehitur contra poſt dicens quod Iob ex ſnĩa ſuorum
amicorum erronea quã nouerat eos dogmatizare,concludit
querelam

querelã ſuę natiuitatis,conceptionis,&c.ſibi fuiſſe odioſam D
contra ꝙ dictum Bur.arguendo aſſumit cum Vvicleffitis,&
Huſſitis,non legitur Iob ab amicis ſuis audiſſe errorem,igit᷑
ſi impugnauit, impugnauit ſibi incognitum. Ad quod dico,
quod quia uiri inſignes fuerunt,vt patet ex eorum argumẽ-
tis,iõ fama prodente potuit Iob ſcire eorũ opiniones, & do
ctrinas,& fortaſſe tp̃e proſperitatis ſe cõtulit cum eis,ſic ꝙ̄
eorum errores non latebant ipſum, quin ẽt fundabant᷑ erro
res eorũ ſuper lamentatione digna . ſ. ꝙ non eſſet uita poſt
hanc,ut dicetur inf.ſtantib.n.illis errorib.lamentabilis eſſet
vita iuſti,p̃ſertim flagellati,quia ſic eius iuſtitię in futuro ni
hil præmii correſponderet,& in pręſenti non niſi tribulatio
& ſic expoſitio poſtil.locum habet,ſil̃r & obiectio ꝯ̃ S.Tho.
Per idem rñdetur ad ſm argumentum Burg.quia ex fama ,
& mutua collatione ante flagellationem habitis , ſciuit Iob
amicos ſuos his errorib.inuolutos. Rõ huius eſt,quia doctri-
na Iob non latuit amicos,eo ꝙ inf.4.c. dixit Eliphaz primus
amicus. *Ecce docuiſti plurimos,&c.* Rõnabile igitur vr̃, ꝙ & ip-
ſe Iob ſciuerit doctrinas, & opiniones amicorum ſuorũ, id-
circo inter flagella veritatis amator voluit errores amicorũ
obiurgare,vñ hoc intelligentes, ſe ei importunius oppone-
bãt. Per idẽ ad tertiũ,quia ſatis dedit intelligere,qñ maledi-
xit diei,&c. Cũ eſſet voce dñi laudatus,vt iuſtus, & rectus ,
creaturæ Dei abſolute maledicere nõ potuit,cũ ſit oĩs valde
bona,Gen.1. Sed recte maledixit eis ex ſuppoſitione errorũ
quos fama docẽte ſciuit amicos ſuos tenuiſſe. Ex quib.patet
Burg.ẽt ad argm̃ poſtillatoris non bñ rñdere, qñ a ſimili al-
legat Apl̃m ẽt ex ſuppoſitione errantiũ,& negantiũ reſurre E
ctionẽ ſic arguẽtẽ. *Si reſurrectio nõ eſt,nec Chr̃s reſurrexit, inanis* 1.Cor.15.b
*eſt ergo fides noſtra.* Vbi Burg.dicit ꝙ Apoſtolus loquit᷑ condõ
naliter,ita dico,& ego,ꝙ Iob ſimiliter loꝗt᷑,ſupplẽdo ſic lr̃ã.
Si verũ eſt in futuro nullã eſſe remunerationem pro tribu-
lationib.ſponte aſſumptis,vel ſine culpa inflictis,maledicta
eſt dies natiuitatis,& nox conceptionis talis hominis , qui in
hac uita ſine culpa flagellatur, & ſic illa condõnalis æquiua
let cõntię bonę,& legali,ꝗuis nõ formali,ſicut & cõdõnalis
Apoſtoli ꝑ poſtillatorem allegata cõcludit fidem noſtrã eẽ
inanẽ,imo idẽ Apoſtolus 1.Cor.15.c.ſimilẽ cõcludit male-
dictionẽ dicẽs, *Ergo qui dormierunt in Chr̃o. Si inꝗt,oĩb.hoĩb.&c.*
vide ibi in gl. Nec vr̃ dictũ Bur.valere, ꝙ adducit ad reddẽ-
dum rõnẽ,quare ita particulariter maledicit noctẽ, diẽ,ſtel-
las,&c. Quia dicit allegando S.Th.ꝙ̄ iſte paſſus literæ ẽ me-
tricus,igitur poeticus. Poetę aũt ſolent modos loquẽdi mul
tipliciter variare eorum quæ ponunt, ſed non ur̃ mihi cõue
niẽs ſacrã ſcripturã poematib. & poetis cõparare, cũ multa
mentiri ſoleãt poetæ canẽtes,ut dr̃ 1.Metaphyſ. Vñ & btũs
Hier. Senſus ſacræ ſcripturæ,qui vĩr falſe ſonare,ironice cõ
parat hmõi poeticis fictionib.& Athenarũ ludicris, vt patet
ſup.3.Reg.1. Nec bene infert Bur.cum S.Thoma ex dicto B.
Hier.paſſus iſte eſt metricus,ergo poeticus,quia multa ſunt
poetica ꝓſaica,multaq.metra non poetica. Nec verũ eſt,ꝙ
Iob maledixit ſtellis, vel quibuſcunq.aliis p̃ter diẽ,& noctẽ,
quib.maledicẽs dicit indignum ꝙ̄ ſol luceat illi diei, &c. ꝑ
hoc magis ſolẽ , & ſtellas magnificat ꝗ̄ maledicit ad modũ
loquendi de ſolenni uiro,indignũ eſt eũ p̃ſidere vili cõitati,
imo & Ier.c.20.plus particulariter maledicit ꝗ̄ Iob , ꝗ non
ſolũ maledicit tp̃i ortus ſui,ſed ẽt nũtio,& cæteris,ut ibi pa- F
tet. Eſt igitur Burg.in hac parte inuolutor ſnĩarum, expoſi-
tionem magiſtralem S.Th.non promouens,ſed potius cor-
rũpẽs . Poſtillator aũt ſatis ſoluit obiectionem factã cõtra S.
Th.nam circa 20.c.Ier.exponẽs maledictiones factas hic,&
ibi,ponit duplicem ſenſum. Scd̄m unum ſic maledicẽtes lo
quuntur ex parte hoĩs ſenſitiui,& affectione cõmodi, nõ ex
parte hominis rõnalis,& affectione iuſti, & ſic ſtat bene ex-
poſitio S.Th.ſic ẽt vr̃ S.Th.ſentire. Scd̄m alium ſenſum,ſic
maledicentes loquuntur ex opinione p̃ſequẽtiũ aduerſãtiũ
& erroneè ſentiẽtiũ, nõ ſimpliciter, & ſic ſtat expoſitio po-
ſtillatoris. In eodem c.vbi dicitur. *Maledicant ei ſicut qui ma
ledicunt diei,qui parati ſũt ſuſcitare Leuiathã.* ibi poſtillator addu
cit duas expoſitiones S.Th. quarum primam, tanquam fal-
ſam abiicit,ſecundam vero myſticam dicit. Prima autem ex
poſitio eſt,quod Leuiathan eſt ad literam magnus piſcis,
quem propter ſui magnitudinem piſcatores nõ audent in
die inuadere,ſed tñ in nocte,in qua laborantes,& ꝑ pceleri
tatẽ diei oriẽtis capere nõ potẽtes, maledicũt diei quaſi im-
pedimẽto ſui ꝓfectus. Sed poſtillator hoc dicit eẽ falsũ,ꝙ̄ ĩ
nocte ille piſcis capi poſſit,ſed ſolũ in die clara,prout dicit ſe
didiciſſe a piſcatorib.in captione talis piſcis expertis. Bur.ãt
hãc expoſitionẽ ꝗuis fabuloſã defendere volẽs cõcedit ꝙ᷑
tñ in die capi põt,& addit,ſi dies terminetur añ captionẽ ,
tũc maledicũt diei , quia nimis accelerauit ad finẽ añ piſcis
captionẽ. Sed illud non vr̃ rõnabile, quia maledicerent po-
tius nocti,ꝗ nimis cito aduenit, ꝗ̄ diei,qui nimis cito trãſit

A quia ſpecificatio fit a termino ad quem,non a quo. Etiamſi vult dicere conſequenter ad dictum Sancti Thom. potius deberent dici cito tranſeunti benedicere, quam maledicere, quia die terminato gauderent quod nox veniſſet in qua capere poſſent. ſed quia res fabuloſa eſt,tranſeat. De eo autem quod poſtillator dicit ſecūdam expoſitionem fore myſticam, Burg. dicit eam literalem,quod etſi uerum eſſet ſm allegoricum ſenſum,non tamen eſt verum ſm primam terminorum ſignificationem nihil abſurditatis habentem, ꝑut exponitur iſte paſſus ſecundū Hebræos poſtil.& ēt Burg.

Itē in eo.c.vbi dr̄. *Viro cuius abſcōdita eſt uia,cur data eſt lex?* hoc verbū cū bn̄ expoſuiſſet poſtillator. Bur.aliter exponendo ſi verū diceret,nō veniret reꝓbādū,qa eiuſdē paſſus pn̄t eſſe plures expoſitiones veræ:ſed in expoſitione Burgen.illud non videtur verum, q̄ Iob ignorauit iuſtum a Deo iuſte flagellari: quia hoc nitebatur probare contra amicos ſuos in hoc errantes,vt patet in proceſſu libri,& ſupra oſtenſum eſt. 1.Corinth.1. D

Item in eodem cap.ſuper verbo: *Timor quem timebat, euenit mihi*, vſque ad finem cap.Burgen.eſt cum poſtilla.ſed in fine vbi poſtillator dicit Iob tetigiſſe materiam ſuæ innocentiæ, Burgenſis opponit dicens, viro iuſto indecens ſe commendare abſolute abſq; aduerſariorum falſa impugnatione:qualiter in hoc ab amicis Iob contra eum adhuc nihil actum dicitur:ſed Burgen.falſus intellectus oſtenſus eſt clare ſupra in primo correctorio huius,&c.

C A P. IIII.

R*Eſpon.autem,&c.*

⁂ Olym.Iobus oſtendit non ſe doloris ſenſu carere,& tamen eſſe conſtantem,cuius præſtantiſſima eſt doctrina. Animos cum corporibus non extingui,ſed in infernis ſedib. cōmorari. Diuites erudiuit,& pauperes conſolatus eſt dum iucundorū, & terribilium finem eſſe, Deumque morte hominum reb.utiliter conſuluiſſe. Ac optabilius eſſe mori,quam ſcelere diuinū lumē uiolare,oſtendit. Quę cum ab amicis non eſſent B intellecta,arbitrātib.eum maledicta iacere in Deum,& mala omnia quib.hominum uita tentatur, in ſcelus referenda, inſipienti ſtudio,Dei cauſam ſuſcipiunt,& Iob,tanquā culpis obnoxium iuſtis a Deo pœnis coerceri contendunt, nō mente improba,ſed vt amicum ad ſaniora conſilia traducerent. Quare ſtomachatur eis Deus,tanquam iuſta minime loquutis. At ueniam impetrant,quod nō a ſcelerato animo, ſed a beneuolentia erga hunc iuſtum,atque a pietate aduerſus Deum illorum conformabatur orō. vn̄ docemur adhortationes inſtitui dēre cum religione, ac precib. Deo adhibitis,ne rōcinādo erremus,& peruertamur. Eliphazus aūt utitur principio accommodato,ſed tn̄ i media cōcidit orone.

Hiſtorialiter. Amici Iob cā pietatis venerāt,ſed ad cōtētionis verba ꝓſiliunt nō praua intentione,ſed qa pcuſſum credunt ꝓ iniquitate,dērent aūt ex anteacta vita verba eius pēſare,& ſi diuerſa ſentirent, humiliter dicere,non percuſſo per immoderata C verba vulnus addere,& flēdo ſe ei ſociare,nō ſcientiā ſuā oſ̄dere. Sūt aūt dicta eorum in multis recta,& fortia,& in ſe magna,unde eorum autoritate utitur Apoſtolus, q̄ tn̄ Dn̄s reprehendit,ſed comparatione melioris,dicens, *Non eſtis loquuti rectum,ſicut ſeruus meus Iob.* Etſi mira,tumide tamen dicuntur, in ſancti viri aduerſitatem. Paulus ergo ea penſat ex eorum virtute: Deus incaute prolata reprehendit ex perſonæ qualitate. Inter recta ad peruerſa dilabuntur. Sic hæretici ex bonis mala abſcondunt, vt recipiantur, & ex malis bona inficiunt,vt corrumpant. E

Infra.42.b. — Rom.2.b Gal.2.a.

C A P. IIII.

a b c R*Eſpōdens autem Eliphaz Themanites,dixit,Si cœ-* 1
a ¶Hoc dicitur,quia locuturus erat contra eum. 2
*perimus loqui tibi, forſitan moleſte accipies. Sed* 3

b *Si cœperimus loqui tibi, &c.* Molliter incipiunt, ſed in aſpera prorumpunt. Sic hæretici blanda verba proponunt, ne caueātur, ſed aſpera ſubinferunt.

Greg.5.c. 1.Cor.15

⁂ Hierony.& Philipp. In ipſo exordio oſtendit ſe iniurioſa loquuturum.

⁂ Origen.legit: Num ſæpe in moleſtia loquutus es,i. nunquamne aliàs in hæc mala incidiſti? an tibi in more poſitum eſt etiam alio tempore aliqua eiuſmodi dicere?

⁂ Cate.Græ.ſuſcipiens Eliphaz ſubaudi verba Iob.

⁂ Olym. at nunquid ſæpe tibi ſermo eſt habitus in labore.

⁂ Chryſ.Nouit ſcriptura laboris nomine peccatum ſignificare,vt cum dicit: Sub lingua eorum labor,& dolor:ſic ergo Eliphaz, vide ne aliqd loquutus ſis in peccato. Quāuis enim tuę actiones pręclarę ſint, accidit tamē vt peccetur in verbis.

⁂ Didym.nunquid laborantibus conſolationem adhibuiſti aliquando, nunc autem oratio tua contemptus plena eſt, vt nullus ferre poſsit etiam qui libenter ſileret.

⁂ Olym.Theodotionis hæc eſt expoſitio:Si cœperimus loqui ad te laborioſe feres. Symmachus: Si receperimus ſermonem aſfligeris, i. cum tibi nunquam moleſta loquuti ſimus,cogimur tibi nunc contradicere. F

c *Sed conceptum.* Perfecti nec in corde peruerſa concipiunt quæ ſilentio compeſcant. Alij praua concipiunt,ſed ſilentij vigore magno conſtringunt: alij & concipiunt, & mox efferunt. In ſenſu leues,in lingua præcipites. De his eſt Eliphaz, qui ſuo experimento de omnibus idem ſentit.

a *Tenere*

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. IIII

1 R*Eſpondens autem. Poſtquam deſcripta eſt ipſius Iob propoſitio querulofa,hic conſequenter ponitur amicorum eius obiectio calumnioſa, & primo ponuntur obiectiones trium amicorum eius principalium,& ſecundo ipſius Helin,qui cum eis uenerat ad Iob conſolandum,c.32. Prima in duas,quia primo ponuntur dictæ obiectiones, & ſecundo eorum replicationes, c. 15. Prima in tres,ſecundum tres amicos Iob,quia primo ponuntur obiectiones primi,ſecundo ſecundi,c.8.tertio tertii.c.11. Prima adhuc in duas, quia primo ponitur ipſius Eliphaz obiectio, ſecundo Iob reſponſio, capit.6. Prima in duas,quia primo Eliphaz proponit ſuam obiectionem, ſecundo inducit Iob ad eius attentionem, capit.5. Prima adhuc in duas, quia primo obiectio ponitur,ſecundo dici reuelatio ad hoc inducitur,ibi.* Porrò. *Circa primum ſciendum,quod Eliphaz recte accepit verba Iob quantum ad illud in quo diſcordabat ab eo, ſcilicet quòd aliqui abſque culpa affliguntur in præſenti vita: & hoc accepit ex verbis Iob in fine capit.præced. vt patet ex dictis ibidem, ſed ex modo loquendi credidit eum eſſe impatientem,& ideo arguit primo eum de impatientia. ſecundo de erronea ſententia, ibi;* Recordare obſecro. *Circa primum dicitur.*

Diuiſio

Reſpondens autem. *Licet obijceret, tamen dicitur hic reſpondens, quia poſt ipſum Iob loquitur: & quia obijciendo reſpondet quodammodo dictis eius.*

2 Si cœpe. lo.ti. *Modus eſt hominis impatientis non expectare finem verbi quod ſibi dicitur,& in hoc notat Iob de impatientia.*

3 Sed conceptum ſermo.&c. *Licet enim iniurias proprias diſſimulare ſit virtuoſum, iniurias tamen diuinas tolerare vitioſum eſt. videbantur autem ipſi Eliphaz verba Iob prædicta ſonare in Dei iniuriam: propter quod dicit ſe non poſſe tacere ſecundum rectam conſcientiam.*

1 Ecce

MORALITER.

2 *Reſpondens autem.* Sciendum aūt quod liber iſte procedit rhetorice,ꝓp qd̄ replicatur pluries eadem ſententia ad magis exaggerandum,ut patet ex dictis, & patebit ex dicēdis. Sīr procedit diſputatiue,ꝓp q̄ eadem etiam aliqn̄ repetuntur. Nam rn̄dens reperit dicta opponentis,& opponens replicando dicta reſpondentis. Sciendum etiā quod licet amici Iob primo venerint ad eius conſolationem, tamen poſtea proruperunt ad eius iniuſtam increpationem:propter quod in fine libri dixit eis Dominus: nō eſtis locuti rectum coram me, ſicut ſeruus meus Iob: & ideo per ipſos ſignificantur illi qui iuſtos iniuſte increpare conantur: tales autem ſunt præcipites in loquendo:quod notatur cum ſubditur.

3 *Sed conceptum.* Et vt acrius increpent,prius eum commendant de doctrina,cum dicitur.

1 Ecce

a ¶Ex ſe de aliis iudicat. ¶His verbis innuitur manifeſte, quia diſpoſuerant eum offendere. b ¶Vel poteſt; quaſi nullus ſecundum hoc quod ſentit.
a conceptum ſermonem tenere, quis poterit? Ecce docuiſti mul 1
b a ¶Volentes deficere in aliquo bono. b ¶Qui feſſi erant operando, vt perſeuerarent docuiſti. c ¶Titubantes dubios. ¶Qui dubitabant, an inciperent, an in cœpto perſeuerarent. d ¶In bonam partem traxerunt.
tos, & manus laſſas roboraſti. Vacillantes confirmauerunt 2
a ¶In quibus prius apparet timor. b ¶Vel roboraſti. c ¶Ecce non eſt in te quod doces.
c ſermones tui, & genua trementia confortaſti. Nunc autem 3 4 5
a ¶Tribulatio. q ¶Non teipſum roboraſti. ¶Tam cito. c ¶Plaga.
d venit † ſuper te plaga, & defeciſti, tetigit te, & conturbatus 6
a ¶Quem fingebus te habere ad Deum. 7
es. † Vbi eſt timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & per- 8 9
a ¶Quaſi, apparet, quia non fuerint vera in te. b ¶Quaſi diceret, patieris quod meruiſti. 10
e fectio uiarum tuarum? Recordare, obſecro te, quis enim un- 11 12
¶De præteritis. a ¶Innocens in opere, & rectus in corde. b ¶Ideſt affligitur res ſuas perdendo. 13
f quam innocens periit? aut quando recti deleti ſunt? Quin po- 14 15 16

A a *Tenere quis po.* Quaſi uellet retinere, in quo innuit ſe in loquendo offenſurum.

✲ Cat.græc. Robur uerborum tuorum quis ſuſtinebit.

✲ Orig. Vim verborum tuorum quis feret?

✲ Didym. Orationis tuæ tanta eſt aſperitas, vt omnes excitet ad refellendum.

b *Ecce docuiſti plurimos.* Certa bona ſunt quæ & ille fatetur, qui criminari uult. Quantus ante fuit qui tot ſuis occupatus diſponendis, etiam libere alios docuit? actu, & verbo recta oſtendens. Quia uero criminator bona de eodem dicit, ad crimen inflexit, dicens.

c *Nunc autem ve. &c.* Quaſi non ſeruaſti recta quæ dicebas. Nota autẽ quod sũt iniqui, & bona iuſtorum quæ nota negare non poſſunt, di-

(ſuper te (ſub. alum, vel qđ mebas) & gre ſers nonne timor ius fuit ob pem tuam, & ropter expectationẽ tuã .nonne ideo mebas Deũ, perans ab eo onſequi bona emporalia, c.)

B cunt, ne praui videantur, & vt inde magis credatur eis, in malis quæ inferunt, & hæc ipſa bona ad cumulum reatus inuertunt. Hic recta Iob ergo dixiſſe, ſed non ſeruaſſe, quaſi ſuo teſtimonio malus reprehenditur, inferius male loqui notatur, vt taceat. Et hi ſunt duo modi quibus bonos impetunt mali, dicentes eos, vel praua dicere, vel bona quæ dicunt non tenere.

d *Defeciſti &c. Vbi eſt ti. tuus.* quaſi de virtutibus miretur perditis, quas congruo ordine ponit. Sicut in uia ſeculi audacia fortitudinem, timor debilitatem parit, ita & in uia Dei audacia debilitatem, timor Dei fortitudinem, quia qui Deo iungitur, poteſtate quadam ſuper omnia leuatur, fortitudo non niſi in aduerſis oſtenditur, unde patientia additur, quia in fortitudine quaſi proficit, qui mala aliena non motus tolerat. De patientia perfectio naſcitur, unde in patientia animam poſſidere homo dicitur. i. in omnibus recte uiuere, cũ cũctis motibus mentis ex virtute dominari, qui. n. ſe vincit, contra omnia eſt fortis.

ath.Græ. ✲ Chryſ. Polychr. feſtinaſti. i. perturbatus es. Ductum ab iis, qui tumultu perterrefacti, celeritatem addunt ad gradũ.

C Illudque obſerua Iobum diuinitus illud muneris habuiſſe, vt ad mala tranquille ferenda alios adhortaretur.



✲ Orig. Falſam de patientia, & fortitudine tua omnes habebant opinionem, quia conturbatus es. *ἐταράχθης*. n. eſt. illud conturbatus es. D in Comm.

✲ Phili. docuiſti multos, ab erroribus reuocaſti, roboraſti manus laſſas paupertate, deficientes in bono opere deſperãtes, vacillantes, circa religionem. Genua trementia roboraſti, quia Deo uni firmiſſime ſeruiendum eſt.

✲ Hieronym. iſta dicuntur in Iob cũ irriſione. quaſi dicerent, ſi hæc feciſſes ex animo, iſta non patereris.

✲ Polych. Aquila legit vbi patientia tua, & ſimplicitas viarum tuarum. E Quia autem dixerat. *Timor quem metuebam euenit mihi.* ait inſanum fuiſſe metum, & ſpem improbitate ſubnixam.

✲ Orige. Perſpicuum eſt Eliphaz ex iis quæ ſuadet, fuiſſe ſapientem quendam in Dei iuſtitia meditatum. in comm.

✲ Polychr. diſcede, inquit, ab inani uirtutis tuæ æſtimatione.

Quoniam autem inuehendo corripuit, nunc quaſi exhortando ſubdit.

e *Recordare obſecro te, & cætera.* Sed & hoc reprehenſibiliter agit. Innocens enim, & rectus ſæpe hic funditus delentur, etſi ad æterna ſeruantur, ſed qui non pro æterna, ſed terrena mercede Deo ſeruiunt, ipſi ſibi fingunt quod quærunt, & docere præſumentes cum terrenam ſecuritatem prædicant, cunctis ſuis laboribus oſtendunt quod amant. Cap. 14

✲ Olymp. illud autem, radicitus perierunt, uim magnam habet, nam alii mala perpeſſi ſunt. At illa mala ad poſteros haud quaquam permanarunt.

✲ Phil. Quis innocens periit. Ergo ignoras Abel innocentem occiſum, Abraham, Iſaac, Iacob, Ioſeph, multa eſſe perpeſſos, idem D. Hier. in comm.

f *Quin potius vidi eos.* Dolores ſeminat, qui dicit, Fraudulenta metit, qui dicendo præualet. Vel dolores ſeminat, qui peruerſa agit. Metit, qui in eis proſperatur. Hi nõ (vt ait) pereunt, Cap. 15 F



## NICOLAVS DE LYRA.

1 Ecce do. plu. *Turpe eſt doctori, cum culpa redarguit ipſum, propter quod, ut oſtendat impatientiam Iob, vt credebat, eſſe turpiorem primo inducit præcedentem eius doctrinam. Circa quam ſciẽdum quod aliqui ſunt impatientes ex ſola ignorantia boni patientiæ, & quantum ad tales dicit.* Ecce docuiſti plu. *Sunt etiam aliqui impatientes non ex ignorantia boni patientiæ, ſed ex animi debilitate, & quantum ad iſtos dicit.*

2 Et manus laſſas robo. *i. opera patientiæ relaxata ex debilitate animi. Sunt etiam aliqui impatientes ex diuturnitate aduerſitatis, qui incipiunt dubitare an talia eueniant eis ex iudicio diuinæ prouidentia & quantum ad tales dicit.*

3 Vacillantes confirma. ſer. tui. *Sunt etiam aliqui qui aduerſa parua, & mediocria ſuſtinent, ſed ſuperuenientiaus grauibus incipiunt frangi, & quantum ad tales dicit.*

4 Et genua tremen. *Homini. n. portanti graue pondus genua incipiunt tremere, & per hoc deſignatur magnæ aduerſitatis pondus, ſub quo aliqui incipiunt deficere, præmiſſa igitur doctrina Iob de patientia inuehitur contra ipſum de defectu patientiæ, dicens.*

5 Nunc autem, &c. *i. amiſſio bonorum exteriorum.*



6 Et defeciſti. *per impatientiam.*

7 Tetigit te. *flagellando in proprio corpore.*

8 Et conturbatus es. *prorumpendo in blaſphemiam dixerat. n. Iob in fine præcedentis capituli ſe percuſſum a Deo, quamuis eſſet innocẽs, & hoc Eliphaz reputabat blaſphemiam, ut magis patebit infra, & ideo concludit.*

9 Vbi timor tuus. *reſpectu Dei.*

10 Fortitudo tua. *reſpectu mali ſufferendi, tamen cum difficultate.*

11 Patientia tua. *abſque tali difficultate, ut ſic talis differentia ſit inter fortitudinem, & patientiam, ſicut Philoſophus ponit 7. Eth. inter continentiam, & temperantiam.*

12 Et perfectio uiarum tuarum. *quam prius ſimulabas, quaſi diceret, ex effectu patet quod iſta fuerunt in te ficta, & non vera.*

13 Recordare. *Hic conſequenter Eliphaz arguit Iob de erronea ſententia, quia dicit innocentem a Deo puniri, dicens.* Recordare, obſecro te. *reducendo ad memoriam facta præterita.*

14 Quis enim unquam innocens periit. *q. d. non poſſes oſtendere, nec per conſequens credendum eſt tibi de te.*

15 Aut quando recti deleti ſunt. *per amiſſionem ſubſtantiæ, & prolis ſuæ, ſicut tu deletus es.*

16 Quin potius uidi. *per experientiam cui credendum eſt.*



## MORALITER.

1 *Ecce docuiſti plu.* Et de charitate fraterna, cum ſubditur.

2 *Et manus laſſas, &c.* Conſequenter vertunt uerbum ad increpationem.

3 *Nunc autem, &c.* Quaſi dicant, doctrinam tuam operibus deſtruxiſti.

5 *Vbi eſt timor tuus.* erga Deum?

10 *Fortitudo tua.* q. d. iſta non fuerunt in te ſecundum veritatem, ſed tantummodo ſecundum fictionem.



13 *Recordare obſecro te, &c.* q. d. nullus. Increpantes autem iniuſte frequenter ex verbis ſuis oſtenduntur deficere, niſi. n. in uita præſenti de qua loquebatur Eliphaz, quia non credebat aliam, innocens aliquando periret, Eſaias non diceret. Iuſtus perit, & non eſt qui recogitet. Innocentes. n. aliquando pereunt in hoc mundo, vt ſaluentur in cælo.

15 *Aut quando recti deleti ſunt.* quaſi dicat nunquam, quod ſimiliter eſt falſum. Nam aliquãdo de memoriis hominum delentur, ut in libro uitæ ſcribantur.

16 *Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem, &c.* ſequitur.

ſed fœlicius hic iuſtis viuunt, patitur.n.Deus quoſdam hic
A præualere., vt mundius vita iuſtorum purgetur, punit mox alios,ne putetur humana negligere, & multa mala præterire,vt corda innocentium,qui puſillanimes ſunt, confirmet. Verius autem diceret de omnibus.In fine generaliter poterat dici,quod innocens, & rectus non perit, quia etſi hic atteritur apud Deū vera ſalute reparatur. Et mali pereunt, quia etſi hic altius creſcant in fine durius ferientur. Sed quia dicit, recordare, patet tranſacta ad mentem reduci,non futura enunciari.

†leo maior

† ſeparauerūt ſe

a ¶Fraudes quæ inſerant dolores.
tius uidi eos qui operantur iniquitatem,& ſeminant †dolores 1
a ¶Dum proficiunt,dum proſperantur in eis. b ¶Iudicante. c ¶Quandoque. 2
a & metunt eos,flāte Deo periſſe,& ſpiritu irę eius eſſe cōſum 3 4
a ¶Quod patet in te. b ¶Vxoris. c ¶Edacitas filiorum. 5
b ptos.Rugitus leonis,& vox leænæ,& dentes catulorum leonū 6
a¶Gloria iuſtorum propria eſt iuſtis, malis vero quaſi præda,& non propria,quam aliquando ſibi uſurpant. 7 8
c contriti ſunt †Tigris periit,eo ꝙ non haberet p̄dam & catuli 9 10
¶Quia tantus ſum. a ¶Quod mihi reuelatum,nemo ſcit, quia ſine uoce, & ſine ſono.
d leonum†diſſipati ſunt.porro ad me dictum eſt verbum abſcō 11

⁂ Origen.Dei iuſtitia aperta eſt,& clara,cuius iuſſu improbi puniuntur.

⁂ CATE.GRAEC.Arant quod non oportebat.

Ad Gal.6 ⁂ Chryſ.Quæ ſeminat quis,hæc & metet,inquit Apoſtolus,ſed hoc non vidit Eliphazus, non cunctorum hominum eſſe in hac vita remunerationem, cum multorum ſcelera diuinis tribunalib.reſeruentur,& pii hic exerceantur,vt eorum nota ſit virtus. Et contradicit ſcripturæ appellanti Iob verum.*A præcepto Domini.*huc pertinet. Non a dæmone,aut ab hominibus, ſed a Deo vltore malorum dolores immittuntur.

⁂ Polyc.ſolo imperio,nulla defatigatione.

⁂ Olymp. a ſpiritu,a minis eius,vt ſeminibus a vento conſumptis accidere ſolet.

a *Flante Deo periſſe.* Nos conflamus aerem, dum ab extra
B intus trahimus,& ab intus extra reddimus. Deus ergo in retributione flare dicitur,quia ab exterioribus cauſis intus iudicii conſilium concipit,& ab interno conſilio exterius ſententiam emittit.i.a malis noſtris quæ extra uidet, iudicium intus diſponit, & ab interno conceptu extra damnationem facit.Vel flare Deus.i.iraſci dicitur per ſimile,quia nos cum iraſcimur, flatu furoris inflamur. Flat ergo Deus iraſcendo vindictam cogitans, cum poſt longam patientiam qui in ſe tranquillus eſt,reis videtur turbulentus, cum ipſi coram eo reatu ſuo turbentur.

In comm. b *Rugitus leonis.* ⁂ Orig.fretus Dei iuſtitia illius diſpenſationem declarat, qui iniuſtos, & arrogantes punit, quibus autem charus eſt conſeruat.

⁂ Didym. naturis mutorum ſumptis, quæ ex inſidiis nobis ſunt infeſta

Phil.1.lib. Polychronius in Cath.Græ. Greg.5.c.16

Poſtquam clementer monuit, aperte increpat. Rugitus leonis.i.ſeueritas,& terror ipſius Iob.Vox leænæ loquacitas coniugis,dentes catulorum,edacitas filiorum deſtructa eſt. Rugitus exultat quaſi in re damnata. Tigridi etiam Iob cō-
C parat pro maculis ſimulationis.Hypocrita.n.qui rectus videtur,habet latentia vitia,quę aliquando erumpentia colorem variant.Præda eſt iuſtorum gloria,quam ſibi arripit. putans ergo iſte ſanctum Iob bona quæ in eo nouerat,per hypocri- D
ſim tenuiſſe,dicit.

c *Tigris periit.*Hoc eſt,varietas tuæ ſimulationis extincta eſt quia adulatio laudis ablata eſt,pro tigride hic apud Septuaginta μυρμηκολέων legitur, quod Latine dicitur formicarum leo, vel expreſſius formica, & leo. Eſt autem paruum animal quod latēs in puluere, inſidiatur formicis, & eas comedit. Volatilibus vero, & aliis animalibus eſt formica, a quibus comeditur,per hoc notat Iob fuiſſe contra erectos timidum, contra ſubditos audacem,ſed iam non habet prædam eius elatio,quia percuſſus ab aliena læſione prohibetur.Typice eadem de hæreticis. Leo,diabolus pro ſæuitia. Leæna ciuitas mundi Babylonia ſociata leoni. Catuli,quique reprobi ab illis generati.Ab his cauent ſibi ſancti. At hæretici ſecuri omnia ſe ſuperaſſe putant.Quaſi diceret.Ideo non flagellamur quia virtutem diaboli vincimus,& vocem.i.gloriam ſeculi, & dentes.i.perſuaſionem reproborum. Tigris,iterum diabolus,pro multiformi aſtutia. Vel myrmicoleon,qui contra reſiſtentes debilis,contra conſentientes fortis,quem dicunt periiſſe, quia in eis prædam non habet. Hoc præ gaudio repetunt, quia ſæpe repetitur id quod per gaudium dicitur. Hi tales per ſapientiam putant ſe omnes tranſcendere.

† peruerſitatem ( vel malam cogitationem)

†ſæuiſſi

Idem c.17 Li.

⁂ OLYMPIO. Negant nonnulli Myrmecoleonem animal eſſe ad veritatem, ſed compoſitione duntaxat fabricatum. Alii beſtiolam eſſe ab Oceano, ſiue e terra ortam, interit autem quod cibo caret naturæ congruente. Quidam,ſine cibo vitam tueri. Inquit autem Eliphaz. Omnia animalia naturæ metas tuentur,ſic, tu ſi verus homo extitiſſes, nec verbis tantum pietatem iactaſſes,nihil tibi horum accidiſſet.Myrmecoleo autem eſt diabolus impiis leo, piis formica, qui perit ſi perturbationes in nobis oppreſſas inuenerit.

Pſal.136 ⁂ Iulia. Idcirco ſemen Babylonis Propheta deleri iubet. Sunt autem in principio tentationes formicæ, deinde fiunt leones vehementia,eſtque difficile eas domare.

In anni 1. * AVGVST.In nouiſſimo non erunt quos inducens comedat diabolus,ſeparabuntur etiam pii ab impiis. Hic autē errat,qui de dæmone dicta,Iob tribuit.

* CATE. GRAEC. hæc addit, ſi verbum aliquod verum fuiſſet in ſermonibus tuis, nihil tibi horum occurriſſet.

* Chryſoſ. Innuit ſæpe numero plenam grauitatis orationem a Iob vſurpatam fuiſſe.

* Aug.non accidiſſent illa damna, vel te conſolareris, nec dolor te premeret,ſi aliis ex corde dixiſſes.

d *Porro ad me dictum eſt uerbum abſcon.* Abſcondita ſe heretici au-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Eos qui operantur iniquitatem.*manifeſte inimicando.*
2 Et ſeminant dolores.*occulte inſidiando.*
3 Et metunt eos.*ad finem deducendo.*
4 Flante deo periſſe.*in propria perſona.*
5 Et ſpiritu iræ eius eſſe conſump.*in bonis ſuis, & prole ſua, & in hoc notat Iob hoc modo conſumptum propter peccata ſua præterita,ideo ſubditur.*
6 Rugitus leonis.*i.ipſius Iob quem leoni comparat propter crudelitatem,& rapacitatem quam ei imponit.*
7 Et uox le.*i.uxoris ſuæ, quæ ipſum Iob ad prædicta mala per ſua uerba incitauerat,ut iſte dicit.*
8 Et dentes catu.leonum. *i.rapacitas filiorum Iob ipſum imitantium.*

Con-
9 Contriti ſunt.*Supple diuino iudicio.Et quia poſſet ei dici, quod uxor Iob percuſſa non fuerat,ideo hoc remouet,dicens.*
10 Tigris periit. *Quam prius leænæ comparauerat hic tigridem uocat,propter uelocitatem eius ad malum,ſicut tigris eſt animal uelociſſimum,dicit igitur.*Tigris periit eo quod non habe.prædam. *q.d. licet uxor Iob non fuerit mortua,ſicut filii,& filiæ,nec ſicut Iob percuſſa ulcere,tamen in hoc percuſſa eſt, quod non poteſt bona aliorum rapere per ſe,nec per maritū,nec etiam per filios,ideo ſubditur.* Et catuli leonis diſſipati ſunt.
11 Porro. *Hic conſequenter Eliphaz ad ſuum propoſitum inducit diuinam reuelationem,utrum autem fuerit uera reuelatio,uel conficta ab eo,Tho.ſub dubio relinquit.uidetur tamen quod fuerit conficta,quia in fine libri dominus dixit ad eum.* Iratus eſt furor meus ꝯ duos amicos tuos,quia non eſtis locuti coram me ad rectū. *Itē qa hoc*

MORALITER.

4 *Flante Deo periſſe.*Similiter hoc eſt falſum.Nam aliquando impii proſperantur vſque ad mortem in vita præſenti, vt habetur inf.co.c.Greg. Sepe nāq.dominus diu tolerat quos in perpetuum damnat. Sed quia mali non ſolum bonos arguunt de ficta bonitate,ſed etiā de crudelitate,ideo ſubdit.

Rugi-
6 *Rugitus leonis.*Vocant eos leones ipſos de crudelitate notantes,& quia non ſolum eos diffamant in perſonis propriis ſed etiam in ſibi coniunctis,vtpote in uxoribus, & famulis; ideo ſubditur.
7 *Et uox leænæ,& dentes catu.&c.porro ad me dictum eſt verbum abſconditum,& quaſi furtiue,&c.*Tales.n.maligni,ut iuſtius bonos arguere uideantur,fingunt aliquando,quod occulta ſibi diuinitus reuelentur,& quæ ſint illa,ſubditur.

Nun-

audire ſimulant, unde & latenter prædicant, ut ſanctior eorum prædicatio habeatur, non aliis æqua.

A ✱ Orige. Nunquid auris mea capiet inſueta, ſunt.n.ei metus inſueti.

✱ Niceras. Vtrum non accipiet auris mea magnifica ab eo? Symmachus autē, ad me ſermo factus clā furtiue, & accepit auris mea ſuſurrū ab eo.

✱ Phil. Venas ſuſurri. i. latenter ad aurē cor dis mei uirtus ſapientię velut quodam ſpiramine, penetrauit.

a ¶Tenuiter, & latenter.

a ditum, & quaſi furtiue ſuſcepit auris mea † uenas ſuſurri e- 1 2

a ¶Quia vero fur lumen timet, addit in horro. &c. b ¶Cum ſopitis ſenſibus, phantaſiæ per ſenſus non ſe ingerunt animæ.

b ius. † In horrore uiſionis nocturnæ, quando ſolet ſopor oc- 3 4

a ¶Animi. b ¶Corporis. c ¶Si qua uirtus erat.

c d cupare homines. Pauor tenuit me, & tremor, & oīa oſſa mea 5 6

¶Quia incomprehenſibilem cognouit, tranſire eum dicit

e perterrita ſunt. Et cum ſpiritus me præſente tranſiret inhor 7 8 9

a *Furtiue.* Quia non cum aliis per oſtium intrant, ſed rimas quærunt prauę intelligentię, quia vero fur lumen timet, addit.

b *In horrore uiſi. no.* in pauore nocturnæ uiſionis ſe percepiſſe uenas ſuſurri diuini dicunt; quia vt alta iacent, vix ea poſſe ſe capere dicunt. Sed dum ita alta notant, teſtes contra ſe nequitiæ ſunt. in nocturna.n. uiſione dubie cernitur.

c *Quando ſolet ſopor ocu.* Hoc eſt, dū omnes inferius dormiūt torpore, nos ad alta, & ſuperna percipienda uigilamus. Et dum aliquando hoc deſpici uident, ſeipſos timere ſimulant quod dicunt, unde ſubdit.

d *Pauor tenuit me.* Vt miri uideantur in altis, quaſi pertimeſcunt, quæ fingunt, & tamen audaces ſunt proferre, quæ aſſerunt vix ſe potuiſſe audire.

✱ Olym. Fortaſſe terrorem Iob afferre conatur dicens, vereri eum qui etiam in ſomniis irrogat hominibus ſupplicia. Vel hæc dicit, ut in Iobi animum facilius eius influat oratio.

B Polyc. accipiet, pro accipit, tempus pro tempore in ſcriptura aliquando ſumitur: cur non Deum pertimes qui natura adeo excellenti eſt præditus?

e *Et cum ſpiritus me præſ. tranſiret, &c.*

Lib. 1 ✱ Phil. per ſpiritum forte Angelum intelligit quem occulta fide uidere ſe dicit, quem prius in ſomno uidere ceperat.

✱ Aug. quaſi flatum ſe ſenſiſſe uult intelligi. Negat.n. in ſequentibus fuiſſe figuram.

*Ad me dictum eſt verbum.* Filius Dei.

*Abſconditum.* Quod erat apud Deum. Hoc dicitur fidelib. dum credentib. manifeſtatur. Vel verbum, locutio intimæ aſpirationis per ſpiritum latentem in corde, quę ſciri non poteſt, niſi a quo haberi poteſt. Vnde de hoc ſpiritu dicitur, *quem mundus non poteſt accipere.* Quia uiſibilia diligit, cū ſpiritus ad ſola inuiſibilia aſcendat. Quod ergo pauci intus audiunt, a maxima parte hominum neſcitur.

Vel, Abſconditum, quia ſilenter in corde ſonat, ſine ſtrepitu locutionis. Et quaſi furtiue, quia raptim, & occulte, niſi. n. ab exterioribus mens abſcondatur, interna non penetrat.

*Suſcepit.* non ſuſurrum ſed venas eius. Suſurrum eſt ipſa locutio intima.

Venæ, modi quibus illa ad mentem noſtram venit, quia aliquando nos amore, aliquando terrore compungit & aliis modis. Venas ergo ſuſurri furtim audire, eſt occultos diuinæ aſpirationis modos tenuiter, & latenter cognoſcere.

Vel qui ſuſurrat, occulte loquitur, & uocem non exprimit ſed imitatur, ita cū Deus modo nobis aliquid de ſe intimat, nō ita quidem ut eſt ſuſurrat. Loquetur vero in futuro, cum ſe vt eſt, oſtendet.

Vel venæ ſuſurri ſunt omnia creata, quibus notitiam colligimus deitatis. Sed & hæc furtiue, quia nec ipſa mira opera niſi raptim, & tenuiter penſamus, ſed quo plus mens leuata virtutem dei conſiderat eo magis rectitudinem eius re preſſa formidat, vnde ſubdit.

C *In horrore uiſionis nocturnæ, &c.* i. in pauore occultæ contemplationis, in qua nihil manifeſte, ſed quaſi imaginarie uidetur. Sed ad hanc nemo pertingit, niſi carnalibus deſideriis repreſſis, vnde.

D Quando ſolet ſopor occupare homines. Pauor tenuit. Vigilat qui curis ſeculis intendit. Dormit in quiete, qui fugit. Hic eſt Iacob, qui in itinere dormit & angelos uidet. i. in cur ſu huius uitæ a ſecularibus rebus oculos claudit, quos ad concupiſcendum culpa primis parētibus aperuit. Et nemo ad uidenda interna perducitur, niſi ab his quæ exterius implicāt, ſub trahatur, vnde. *Vacate, & uidete, quoniā ego ſum Deus.* Sed quo animus in contemplatione leuatus ſuper ſe altiora conſpicit, eo in ſe terribilius tremit, vnde.

*Pauor te. &c. & omnia. oſ.* i. fortiora acta, quia nec bona ſua digna examini eius quem conſpiciunt penſant, quę per ſe alicuius pretii uidebantur, vnde dicitur. Omnia oſſa mea dicent, Domine quis ſimilis tibi? Carnes non habent verbum, quia infirma apud te penitus ſilent, ſed fortia magnum laudant, & tremunt. Hinc eſt quod Manue viſo angelo timet, ſed mulier audet. Quia viſis cæleſtibus ſpiritus qui prior uidet, pauore concutitur, ſed tamen ſpes præſumit, quia inde ſpes ſe erigit ad maiora, vnde ſpiritus turbatur. Quia ergo viſa Dei iuſtitia, & bona noſtra ſordent, merito ait. *Pauor tenu. me, & omnia oſſa mea perterrita ſunt.* vnde & Paulus non conſcius ſibi de meritis, Deo iudice non præſumit. Sed cum

E mens leuata intima ſpeculatur, ſtare ſuper ſe diu non poteſt quia ſi ſpiritus ad ſumma vehit, caro corruptionis ſuæ pondere deorſum premit, vnde. *Cum ſpiritus me præ. tran.* Spiritus nobis præſentibus tranſit, quia inuiſibilia non ſolide, ſed raptim videmus, nec in ſummitate contemplationis diu mens figitur, quia a lumine reuerberata ad ſe reuocatur, & magna virtute proficiens, videt, quam videre non poſſit quod ardē ter diligit, nec tamen ardenter diligeret, niſi aliquatenus videret. Et quia quātumlibet quis profecerit, ſtimulum carnis ſentit, addit.

*Stetit qui.* Vt incomprehenſibilia ſe nouiſſe iudicent, non ſtetiſſe ſed tranſiſſe ſpiritum narrant, & uultum incognitum ſe vidiſſe ſimulant, vt eſſe ſe incognitos ei qui ab humana mente cognoſci non valet, oſtendant.

*Imago coram o.* Quia hæretici ſępe deum ſibi imaginabiliter fingunt, quem intueri ſpiritualiter nequeunt.

*Vocem quaſi au. le.* Quia ad ſecreta illius cognoſcenda ſe cęteris familiariores gaudent. Non enim docent quæ deus publice loquitur, ſed quę ſibi quaſi latenter aſpirantur, prædicta veraciter a recte ſentientibus proferri poſſunt, vnde ea repetimus ex perſona amicorum Iob, qui etſi in correctione, non tamen errant in veritatis cognitione. Vel hæreticorum, qui non viam ſcientiæ, ſed tantum verba tenent. Hic autem Eliphaz magnæ ſcientiæ oſtenditur, ſed non in eo humilis fuit, qa bonum commune ſpecialiter ſibi arrogauit.

*Inhorruerunt pili ca. me.* pili ſunt ſuperflua quælibet humanæ corruptionis, cogitationes vitæ veteris, quas ſi a mente excludimus, pilos carne incidimus, vt nō dolore fatigemur. Vnde Moyſes. *Leuitæ radant omnes pilos carnis ſuæ.* Hæc autem ſubtilius in nobis conſpicimus, cum alta penetramus, vnde recte nunc dicitur.

*Cum ſpiritu tranſiret in.* Cum. n. mens vera videt, durius ſe de ſuperfluis cruciat. Tranſeunte ergo ſpiritu pili pertimeſcunt, quia ante vim compunctionis ſuperfluæ cogitationes fugiunt, qui intima uiſio animam contra ſe inflammat, & dum illicita diſtricte reſecat, mens latius ſpeculationi inhæret, & pene figit ſpiritum qui tranſibat, nec tamen hæc ipſa mora contemplationis vim deitatis plene aperit, vñ ſubdit.

F *Stetit*

In anno | furtiue | Cum conſideraremuiſio es nocturnas | ann. | e. c. 19 | 14. b | Idem c. 20 | Idem c. 21 | Idem c. 2. | Gen. 2. | Pſal. 45. b | Gre. 5. c. 23 | Pſal. 34 b | 1. Cor. 4 a | Idem c. 3 | Inf. 25. a. b | Gre. c. 24. | Leu. 14. b | 2. Pet. 1. a

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ *hoc inducitur ad falſum intellectum. ſ. quod nullus a Deo punitur in præſenti abſque culpa præcedenti, falſum autem non poteſt a deo reuelari, in hac igitur reuelatione primo tangitur reuelationis modus, ſecundo reuelationis ſenſus, ibi.* Nunquid homo. *Circa primum dicitur, porro ad me dictum eſt verbum abſcon. quia quæ reuelantur alicui ſunt aliis abſcondita, & ideo ſubditur.*

1 Et quaſi furtiue. *i. occulte.*

2 Suſcepit auris mea uenas ſuſurri eius. *quia talia reuelantur ſecrete, nec capiuntur perfecte, & ſubditur tempus.*

3 In horrore uiſionis nocturnę. *Tempus. n. nocturnum propter eius quietudinem magis eſt aptum ad percipiendum ea quæ reuelantur quam diurnum, quod inquietatur tumultibus actionum humanarum.*

4 Quando ſolet ſopor. *i. grauis ſomnus.*

5 Occupare homines. *per hoc innuit quod non erat tunc ſopore grauatus, ſicut cæteri.*

6 Pauor tenuit me, & tremor, & omnia oſſa mea perterrita ſunt. *Tum ex tempore nocturno, tum ex inſolita uiſione.*

7 Et cum ſpi. *i. Angelus.*

8 Me præſente tranſiret. *i. ad me accederet.*

9 Inhorruerunt pili carnis me. *quia præſentiam Angelicæ uirtutis fragilitas humana uidens deijcit, ſecundum quod dicitur Dan. 2. b.* Vidi uiſionem hanc grandem, & non emanſit in me fortitudo.

2 Pet. 2 | Iſa 38. c

a ¶Quid mirum ſi hic præſente ſpiritu horreant pili, cum etiam oſſa perterreantur. b ¶Superfluæ, & inanes cogitationes. c ¶Quia ſolus incommutabilis. d ¶Quia non plene cognoſcebam, ſed quaſi per imaginem.

a ruerunt pili carnis meæ. Stetit quidam cuius non agnoſcebam 1

a ¶Scilicet filius qui patris imago, & ars eſt in rerum creatione, & gubernatione primum percipitur per quem, & pater. 2
¶Hæc omnia quæ ſequuntur vſque ad finem ſui ſermonis in viſione percepit.

b uultum, imago coram oculis meis, & † vocem quaſi auræ le- 3

c
d nis audiui. Nunquid homo Dei comparatione iuſtificabitur, 4 5

¶Angeli.

e aut factore ſuo purior erit vir? Ecce † qui ſeruiunt ei non ſunt 6

f a ¶Ex ſe ſine mutabilitate. b ¶Apoſtatis. c ¶Hæc de omnibus generaliter poſſunt dici, quia etiam boni non ſunt ſine tumore, uel de his tantum intelligitur qui huius uitæ lutoſæ fœdiſſimas exequuntur voluptates, quos hic notatã ſe diſſerre. 7

g ſtabiles, † & in Angelis ſuis reperit † prauitatem. Quanto ma- 8
h

A a *Stetit quidam cuius non agnoſcebam vultum.* Quidam non dicitur niſi de eo quem exprimere, vel nolumus, vel non poſſumus, quomodo & hic exponit, cuius non agn. uultum. Quia homo qui obediendo, & carne ſpiritualis futurus erat peccãdo etiam, & mente carnalis factus eſt, vt ſola cogitet quę ad animum per imagines corporis trahit, ſed vix conando repreſſa ſpecie corporali ſe cognoſcit, & ſic fit ei via vt eternã ſubiã cogitet Et oĩb. phãt aliis abiectis aliquatenus eã cõſpicit, & ſi nõ q̃d ſit apprehendit, agnouit certe, quid non ſit. Qui ſtare uidetur cum omnia tranſeant niſi qui ipſe retinet in ſe, ut bonos, inde cum dicit. *Cum ſpiritus tranſiret,* recte addit. *Stetit quidam,* quaſi quem per tranſitum ſenſi non tranſire deprehendi. Tranſit, quia non poteſt cognitus teneri. *Stat:* quia ſcitur eſſe immutabilis. Sed quia quiſquis aliquid inde apprehendit, per coæternam eius ſpeciem conſpicit. ſubdit.

(Idem c.15 Hiſtorice) (De pæn. diſt. 3, ca ſi. n. ante finem)

b *Imago coram oculis me.* imago patris filius eſt, qui dicit. nemo venit ad patrem, niſi per me.

B c *Et vocem quaſi auræ lenis audi.* Vox auræ cognitio ſancti ſpiritus eſt, qui leuis, & vehemens ſuper Apoſtolos dicitur, q̃a notitiam ſuam nobis temperat, vt poſſit vtrumque cognoſci, & non ſicut eſt, ſed ut lippis ſe tenuiter inſinuat. Vehemens, quia qui leniter tangit, inopiam noſtram inaniter concutit. Quia ergo mens domini, quantumcunque ſe extenderit, vix aliquando aliquid inde videt, recte dicitur, & uocem quaſi auræ. Sed quia, vel parum diuinę cognitionis nos perfecte docet, qui ex hoc auditu didicit, ſubdit:

(Idem c.26 Io.14.a Myſtice)

d *Nunquid homo comparatione Dei iuſtificabitur?* Hoc in contemplatione nouit, quod iuſtitia humana diuinæ comparata iniuſtitia eſt, vt quæ lucerna in tenebris lucet, in ſole caligat, quod potuit, quia qui lucem videt, ſcit quid de tenebris æſtimet.

(Idem c.27)

✲ Didym. & Polyc. Inexplicabili Dei natura probata, ad hominis refrenandam audaciam naturæ infirmitatem demonſtrat.

✲ Chryſ. Deus tamen de Iob teſtatus erat illum reprehenſione uacare. Phil. Nec Iob ſe dixit creatore meliorem, aut cum Deo ſe comparauit.

(Cath. græc. 1. lib.)

C e *Aut facto ſuo purior.* Hoc æſtimat qui contra flagellantem murmurat. Sed debet ſcire, quia impie non flagellat, qui mira ex nihilo fecit, & conditor naturæ non eſt iniquus iudex culpæ. Etſi iſte iniuſte Iob redarguit, recte tamen modũ creaturæ in comparatione creatoris deſcribit. puriorem ergo ſe uir factore ſuo æſtimat, ſi contra flagellum querelam parat. Eumque ſibi proculdubio poſtponit, cum eius iudicium de ſua afflictione redarguit. D

f *Ecce qui ſeruiunt ei.* Angelos etſi in ſtatu ſuo immutabilis p̃manet, in hoc tamen quod creatura eſt, viciſſitudinem mutabilitatis habet, & ita ſtabilis non eſt. Si, n. natura hec mutabilis nõ eſſet, cum eſſet bene condita, in nullis cecidiſſet. Sed ex arbitrio habuit ruere, vel ſtare & in ſtantibus meritum fuit motum mutabilitatis ſuæ, ſtudio voluntatis fixiſſe. Hoc mutabilitatis argumẽtum eſt quod de apoſtata ſubdit.

(Idem c.28)

g *Et in Angelis ſuis reperit praui.* Ex quorum comparatione infirmitas humana colligitur.

✲ Origen. Nullos iuſtos omni uirtute inuenit. Didym. Olymp. Chryſoſ. Symmachus ſic expreſſit, *in ſeruis ſuis inconſtantia, & in Angelis ſuis inueniet ſtultitiam.* Argumento a maiore nititur quando angeli naturam adepti mirabilem ſi diuini iudicii ponderibus examinentur haud ſint legitimi Dei ſerui, & adminiſtri. Ath. Rerum, quæ effectæ ſunt natura eſt mutabilis, vt quæ extra Dei ſit eſſentiam, atque ex iis, quæ non erant conſtiterit, & diabolus, qui erat inter medios cherubinos, de cælo decidit. Hic etiam dicitur, contra ſeruos ſuos non credit. E

✲ ORIGE. Deus contra ſeruos ſuos non recipit calumniam.

✲ AVGVS. Ideo Eliæ dictum. *Reliqui mihi ſeptem milia uirorum.*

(In ann. 3. Reg. 19)

✲ Olym prauum quid excogitauit mutabilem eorum naturam fabricauit, qua libertatis conſilio de ſua ſtatione deceſſerunt. ✲ Chryſ. deſertores ſupplicio conſtrinxit. Phil. de diabolo hoc dicitur non de omnib. Angelis, quanquam. n. natura angelica delicti capax eſt, tamen ſancti nec uolunt, nec poſſunt peccare. h *Quanto magis hi qui ha. do. lu.* i. terrena corpora, Terrenum quoque eſt fundamentum ſubſtantia carnis. Tinea de veſte oritur, & oriendo eam corrumpit, Veſtis animæ eſt caro, vnde naſcitur tentatio carnalis, per quam ad interitum peruenit. Et eſt. Si Angeli ex ſe non ſunt immutabiles, quomodo homo in bono permanere putatur, qui in ſe habet vnde a nouitate veteraſcat? Vel Angeli ſunt Sancti Doctores, quia non ſine culpa in hoc itinere habitant domos luteas, qui de illecebroſa uita exul-

(Cath. Græ. Orig. 1. lib. Hier.) F

(† tacitam, ve[l] ſubmiſſam u[o]cem audiui[t] i. tacebat qu[an]doque illa i[mago], quin[que] loqueba[tur], ſed tacite & ſub niſſe † inter ſeruo[s] ſuos non eſt f[i]delis, aliis ſeruis ſuis non [ſe cre]dit † ſtultitiam. Alii, nec in a[n]gelis ſuis po[-]net lumen in Comm.)

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Stetit quidam. *q. d. iſta uiſio non fuit in raptu, vel tranſitoria, ſed magis ſtabilis, & fixa, ad denotandum maiorem eius certitudinem.*

2 Cuius non ag. uultum. *ad denotandum quod excederet humanum modum, cuiuſmodi eſt angelus.*

3 Imago co. o. me. *q. d. angelus fuit in ſpecie uiſibili apparens mihi uigilanti, quæ viſio excellentior eſt, quam in ſomnis.*

4 Et uocem quaſi auræ lenis. *ad denotandum, quod fuerit angelus bonus a deo miſſus per talem modum loquendi dicitur 3. Reg. 19. c.* Poſt ignem ſibilus auræ tenuis, ibi dominus.

5 Nunquid homo. *Deſcripto reuelationis modo hic conſequenter ponitur ipſa reuelatio, in qua Eliphaz oſtendit ſibi reuelatum, nullum innocentem a deo punitum, primo ad hoc inducitur ratio ex comparatione hominis ad Deum, quæ talis eſt. Nullus homo poteſt eſſe iuſtior, aut purior a peccato ipſo Deo, qui eſt regula iuſtitiæ, & in ſupremo puritatis, & mundiciæ, ſed ſi Deus puniret aliquem innocentem, inueniretur aliquis homo iuſtior, aut purior ipſo, quia inueniuntur aliqui homine ſita iuſti, quod nullo modo punirent innocentem, ergo, &c. hæc ratio tangitur cum dicitur. Nunquid homo Dei con. iuſt. i. iuſtior ipſo inuenietur. q. d. non. iſta vero ratio non valet, quia Deus punitionem innocentis ordinat ad magnitudinem præmii conſequendam, ſicut tormẽta martyrum ad gloriæ triumphum, & ideo iuſte facit, homo autem punitionem innocentis non ſic poteſt ordinare, & ideo non eſt ſimile. Secunda uero ratio accipitur ex comparatione hominis ad Angelum, qui eſt ſubſtantia pure ſpiritualis, & ideo de ſe nullum habens inclinatiuũ ad peccandum. Homo uero compoſitus ex ſpiritu, & corpore corruptibili, ex fomite habet inclinationem ad peccatum, ſecundum illud Sap. 9. c.* Corpus q̃d corrumpitur, aggrauat aĩam, &c. *& Geneſ. 8.* Senſus, & cogitatio hominis prona ſunt ab malum ab adoleſcentia ſua. *igitur cum natura angelica non immunis ſit a peccato, quia aliqui eorum ceciderunt, & per conſequens nullus homo debet iudicari immunis a peccato, & ſic nullus innocens punitur a deo. iſta ratio tangitur, cum dicitur.*

6 Ecce qui ſer. ei. *i. Angeli qui creati ſunt in miniſterium Dei, ſecundum illud Dan. 7. d.* Milia milium miniſtrabant ei, &c.

7 Non ſunt ſta. *quia aliqui ceciderunt a ſtatu ſuæ conditionis.*

8 Quanto magis hi qui ha. do. lu. *i. homines quorum ſpiritus corpora terrena inhabitant.*

Qui

## MORALITER.

5 *Nunquid homo Dei comp. iuſ.* Licet, n. hæc ſint impoſſibilia, tamen maledici uiris ſanctis improperant de ſe ſentire talia, eo quod reprobant in hominibus, & bene, ea quæ Deus homo legitur feciſſe, ut quod a peccatrice tangi ſe permiſit, & cum peccatoribus comedit, & bibit. Saluator. n. noſter talibus peiorari non poterat, quibus tamen peccatoribus melius erat, ſic autem non eſt de nobis fragilibus, ideo ſequitur.

6 *Ecce qui ſer. ei.* ſ. religioſi.

7 *Non ſunt ſtabiles.* propter quod vitare debent peccatorum occaſiones, & multo fortius hoc facere debent infirmiores, ideo ſubditur.

8 *Quanto magis hi qui habitant domos luteas,* Domos autem luteas inhabitant qui terrenis negotiis ad peccatum inducentibus uacant.

A exultant. Tinea damnum facit, ſed non ſonum: Ita mẽtes iniquorũ, quia damna ſua cõſiderare negligunt, innocẽtiã perdunt. Amittũt namq; a corde innocentiã: ab ore veritatem, a carne continentiam: & per acceſſum temporis ab ætate vitam. Sed hæc ſe perdere nõ conſpiciunt curis ſeculi occupati. vnde ſubdit.

Cathe. Græ.

✱ Olym. Habitantes domos luteas, ex quibus, & ipſi ex eodẽ luto ſumus. ſi in Angelis reperit quod reprehendi poſſit, quid nobis fiet?

†nec fuerit æturus, id eſt ſemper. †ia non eſt, qui ponat cor, qui ſentiat. †relicti †non intelligẽtes, & improuidi.

✱ Philipp. poſt D. Hieronym. Lutea domus ſunt corpora noſtra, vita eorum fundamentum, qua ſubtra cta, ruerent. Auguſt. Aut aliqua corruptio, percuſsit eos, tanquam tinea, aut Deus percuſsit, vel hac tinea, vel vt percutit tinea. hoc eſt latenter intrinſecus corruptione ex eis exorta per concupiſcentias.

B In ann.

a ¶Terrena corpora. ¶Terrenis alimentis ſubſiſtunt corpore, & anima.

gis hi qui habitant domos luteas[a], qui terrenum habent fun- 1
a damentum, conſumentur † velut a tinea? de mane vſque ad 2

a ¶Spiritualiter, vel tota vita eorum ſucciſio eſt. b ¶Recogitare quod bonum eſt. ¶Se ſuccidi. 3

veſperam ſuccidentur: & † quia nullus intelligit[b], † in æternum 4

¶Boni viles abiecti. a ¶Malis qui hanc vitam perdunt, nec æternam acquirunt, vt ſapientes &c. 5

b peribunt. Qui autem † reliqui fuerint, auferentur ex eis. Mo- 6
c ¶In peccato. 7
d rientur, † & non in ſapientia. 8

Comment. ✱ Origen. Vt ſi quis comprimat tineã, perit: ſic Deus, ſi ſubtraxerit ſuam prouidentiam, nihil eorũ, quę ſunt, põt viuere.

a *De mane vſque ad veſp.* Id eſt, a vitæ ſuæ exordio vſque ad terminum perpetratione iniquitatis vulnerantur, a qua ſucciſi in profundum ruunt.

In Cathena. In Cõmmẽt. 1. Lib.

✱ Chryſoſt. Hæc forte Iobi cauſa dicta ſunt, quod vno die ſuſtinuiſſet oia, dolentis. Hieron. & Philip. In vno die totã vitã hominũ mõſtrauit, quæ in modũ herbę vernat, in paruulis floret, in iuuenibus cõualeſcit, & roboratur matura ætate in ſenioribus, tanq̃ in fructibus, & ad poſtremũ decrepita ætate conficitur: quam veſperã appellat, vnde in Pſalmo: *Mane ſicut*

C *herba tranſeat, mane floreat, & prætereat, veſpere decidat, induret, & areſcat.* decidat in morte, induret in cadauere, areſcat ĩ ſepulc. D

Greg. 5. c. 28

Vel mane, pſperitas: veſpera, aduerſitas, ſed per vtrumq; pereunt: qa p proſpera laſciui, per aduerſa impatientes ad inſaniã ſurgunt. Et quia nullus eorũ, ſ. qui de mane vſq; ad veſperã ſuc. intelligit, qd bonis afflictis hic ſeruetur, quid ſibi futurũ qui hic bona putãt. Sed quia nõ oẽs ſic deſeruntur, ſubdit.

Greg. 5. c. 29

†vel, nonne amotus eſt funis eorum, i. neruí, in quibus continuerant dolores, hoc eſt diſſoluti perierũt, vel, nonne dignitas, & potentia quæ erat in illis, trãslata eſt, & ablata.

b *Qui autem reliqui fu.* Id eſt, deſpecti mũdi, quos ſeculum vt indignos reliquit, vt puer Aegyptius, id eſt, amator ſeculi, peccatis niger, ſæpe a ſeculo deſpectus relinquitur, vt nõ cum eo currat, ſed fractus aduerſis torpeat. Sed hunc Dauid, i. Chriſtus, inuenit, & in ſuum amorem conuertit, & cibo verbi paſcit, & ducem itineris, i. prædicatorem ſuum facit; quo duce continuantes, id eſt mundi lętitiam deſtruit, quæ eum comitem habere deſpexit.

E

1. lib.

✱ Philippus. Si nullus intelligit, quomodo reliqui erunt? ſed hic nullus intelligit, dixit de ijs, qui intellecturi non ſunt. ſicut Dominus in Euangelio ſui eum non receperunt: *quotquot autem receperunt eum.* quia credentes accipiunt: Infideles non accipiunt.

Ioan. 1.

c *Auferentur ex eis.* Quia Deus ſibi eos elegit.

d *Morientur, & non in ſapientia.* Interpoſita ſorte iuſtorum, redit ad interitum non intelligentium. Reprobi iuſtos deſpiciunt, quia per mortem ſuã inuiſibilia quærunt, vel per mortem vitam inuiſibilem quærũt. Sed ipſi qui pariter mortem, & ſapientiam fugiunt, ſapientiam quidem penitus deſerunt, nolentes pro veritate mori, mortem tamen non euadunt.

CAP. F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Qui terrenum habent fundamentum. *Hoc additur, ne aliquis crederet, quod ex anima, & corpore non fieret vnum per ſe, ſicut nec ex domo, & homine eam inhabitante: quia ſicut fundamentum eſt pars domus, ſic terrenum corpus eſt pars hominis, niſi quod homo eſt quoddam compoſitum ſubſtantiale, domus autem artificiale.*

Tinea.

2 Conſumentur ve. a tinea. *Id eſt deficient, & per fomitem incident in peccata: quia ſicut tinea naſcitur ex veſte, & eam corrodit, ſic fomes naſcens ex homine, ipſum ad corruptionem peccati inducit.*

3 De mane vſque ad veſpe. ſucci. *Id eſt, quaſi continue in peccata labuntur.*

4 Et quia nullus intelligit. *Id eſt, pauci valde intelligunt propria peccata, ſecundum illud Pſal. 18.* Delicta quis intelligit, &c.

5 In æternum peribunt. *Id eſt, abſque releuatione a culpa, & miſeria in præſenti vita.*

6 Qui au. reliqui fuerint. *Id eſt, filij hominum peccatorum morientium poſt eos remanentes, & ſcelera eorum imitantes.*

7 Auferentur ex eis. *Li ex eis, non eſt in Hebræo, nec eſt de textu. & ideo litera eſt plana, cum dicitur;* Auferentur. *ſcilicet de præſenti vita poſt patres ſuos, ideo ſubditur.*

8 Morientur, & non in ſapientia. *Quia omnis peccator a claritate ſapientiæ cadit in tenebras ignorantiæ. Ratio autem inducta de Angelis non valet, quia peccatum Angeli eſt irremediabile: peccatum autem hominis originale, & actuale, remediabile eſt. & ideo homo peccator poteſt recuperare innocentiam: & ſic abſque culpa a Deo flagellari ad ſuæ beatitudinis futuræ augmentationem, ſicut prædictum eſt.*

Angeli peccatum.

CAP.

## ADDITIO I.

In cap. 3. vbi dicitur in poſtil. Vtrum autem fuerit vera reuelatio, vel conficta ab eo, Tho. ſub dubio relinquit.

Ex hoc quod dicitur infra amicis Iob: *Non eſtis locuti coram me rectum*: non intelligitur quod oia quæ dicebant iſti aduerſarij Iob fuiſſent non recta: quia multa dixerunt vera, vt cum dr̃ in hac rõtione Eliphaz, de eo quod in Angelis ſuis reperit prauitatẽ. Qui diſſipat cogitationes malignorum. Beatus homo qui corripitur a Dño, & multa ſimilia, quæ manifeſte continent veritatẽ, & etiã in dictis Sanctorũ talia reperiuntur, ſed hoc quod dr̃: *Non fuiſtis locuti coram me rectum*: intelligitur in concluſione principali, circa quam eorum intentio verſabatur, ſ. de condemnatione Iob. Diuinæ reuelationes etiam aliquando fiunt malis, ſicut patet de Balaam mago, Numeri 22. Et ideo hęc reuelatio potuit eſſe non ficta, ſed vera, licet eam induxiſſet Eliphaz ad falſum intellectum, ſicut autoritates ſacræ ſcripturæ aliquando hęretici inducunt ad falſum probãdum. & tũc autoritas eſt vera, licet inductio ſit falſa: & ſic potuit eſſe in propoſito, ſ. q̃ reuelatio fuerit vera, & non ficta, & tamen fuit ab Eliphaz inducta ad falſum probandum. vnde Sanctus Tho. rationabiliter ſub diſiunctione relinquit hanc reuelationem ab Eliphaz dictam confictam fuiſſe, vel verã, neq; ex hoc formauit quæſtionẽ arguens ad aliquã partẽ: qa nihil refert in ꝓpoſito, an hæc reuelatio fuerit vera, vel ficta.

1. pę. diſt. 2. c. enim ante ſ. m.

## ADDITIO II.

In eodem capit. 4. vbi dicitur in poſtill. *Nunquid homo, &c.* deſcripto reuelationis modo.

Expoſitio poſtillatoris ſuper hoc verbum: *Nunquid homo Dei comparatione iuſtificabitur*: non videtur rationabilis. Contingit enim quandoq; q̃ aliqui homines iuſti cauſa maioris eruditionis aliquem flagellãt ſine culpa, vt cum pater filium ſuum cauſa maioris eruditionis, ſeu diſciplinæ flagellat, ſeu verberat. De quo Prouerb. 13. d. *Qui autem diligit filium ſuum, inſtanter erudit eum.* Vnde melius videtur dicendum ſecundum Gregor. in 2. Moral. vbi ſic dicit: Dum quis de perſecutione murmurat, quid aliud q̃ iuſtitiam ferientis accuſat? Puriorem ſe ergo vir factore ſuo æſtimat, ſi contra flagellum querelã parat: eumq; ſibi proculdubio poſtponit, cuius iudicium de ſua afflictione redarguit. Vt ergo homo reprehendere iudicem culpæ non audeat, hunc humiliter cogitet autorem naturæ: quia qui mire ex nihilo hominem fecit: factum impie non affligit. hæc ille. Quæ quidem expoſitio videtur ſatis propria, & non myſtica, ſed literalis. Sanctus Tho. in expoſitione ſuper Iob dicit ſic: Si enim homo abſque culpa punitur a Deo, ſequitur quòd homo ſit iuſtior Deo. Cum enim opus iuſtitiæ ſit reddere vnicuique quod ſuum eſt: ſi Deus homini innocenti cui non debetur pœna inferat pœnam, non illi reddit quod ſuum eſt. Homo autem ille qui a Deo ſic patitur pœnam, non facit iniuſtum: nam iniuſtum pati, nõ eſt iniuſtum ſecundum Philoſophum in Ethic. quæ quidem expoſitio ſatis rationabilis videtur.

Philoſoph.

REPLICA. In cap. 4. vbi poſtilla, dicit Eliphaz primũ amicũ induxiſſe fictam reuelationem pro eo, quia Deus non reuelat falſa, qualia ſunt quæ dicit ſibi reuelata, &c. Burgen. ſe opponit dicens eam fuiſſe veram, quamuis ipſe eam adduxerit ad falſum intellectum, ſed non reſpõdet per hæc ad poſtillatoris rationem: etiam Beati Gregor. 2. Moral. cap. 38. qui dicit in hoc typum ſignificari hæreticorũ, qui quamuis multa vera dixerint, & ex ſcientia acquiſita, quæ quandoque fingunt ſibi reuelata, vt licentius introducant falſa. Nec hic ſolum finxit reuelationem, vt eam introduceret ad falſum intellectum, ſed quatenus per eam fictam in tanta crudelitate

aſſereret falſum. Nam illud quod dicit ſibi reuelatum, eſt formaliter falſum, videlicet, q; nullus iuſtus flagellatur apud iuſtum hominem; minus igitur apud Deum iuſtiſſimũ, cuius iuſtitia hominis iuſtitiæ comparari non poteſt: Sic igitur patet fictio. Preterea ſi vera fuit, vt dicit Burg. non potuit inferre falſum, quia ex vero non niſi verum, ſed ipſe ex ea intulit falſum, vt patet in litera: non igitur vera, ſed ficta. Nec valet dicere, vt Burgen. quia Sanctus Tho. nõ mouet quæſtionem de hac propoſitione, igitur non reliquit eam dubiam: immo quilibet non exponens id quod eſt expoſitione neceſſarium, ipſum dubium ſub opinione relinquit. De hac autem reuelatione neceſſariũ eſt videre, an ſit vera, vel falſa. quia quamuis multa vera dicat: allegata tamen ſibi facta reuelatione falſa nititur autorizare. Spiritus autem Dei quem deſcribit reuelationem feciſſe, non autorizat falſum, eſt igitur ficta reuelatio: nam vera quæ dicit autoritate non indigent: quia verum a quocunque dicatur, a Spirituſancto eſt. Si igitur Deus per reuelationem falſa per eum dicta autorizet, fruſtra eum, & alios duos redarguiſſet de non recta locutione, vt patet infra vlti. cap.

Item in eod. cap. vbi poſtillator primum argumẽtum Eliphaz reducit ad formã ſyllogiſticam ſic; Omnis parcens innocenti, eſt iuſtior flagellante innocẽtem: Sed aliquis homo iuſtus parcit innocẽti: Deus aũt ſecũdũ dicta Iob flagellat innocentẽ, qa ſine culpa, igitur aliqs homo eſt iuſtior Deo. Impoſſibilitatẽ illius cõcluſionis oſtẽdit Eliphaz in lra, dicens: *Nunquid homo Dei comparatione iuſtificabitur, &c.* Si concluſio eſt impoſſibilis, ergo aliqua præmiſſarũ: Nõ maior: ergo minor, pro illa parte q; Deus flagellat innocentem, ſicut vult Iob, & poſtillator. Rñdeo ad maiorẽ, q; illa eſt falſa in comparatione Dei, & hoĩs: quia Deus pœnas innocentũ ordinat ad magnitudinẽ præmiorũ, ſicut tormẽta martyrũ ad triumphũ: homo aũt ſic nõ põt. Hunc magiſtralẽ proceſſum Burgen. dicit irrationabilem ex debili motiuo: quia vt dicit, contingit aliquando q; iuſtus homo flagellat innocentẽ ad maiorem eius profectũ: & ad id allegat illud Prouerb. 13.d. *Qui diligit filium ſuum, inſtanter erudit eum: qui parcit virgæ, odit eum.* Sed illud allegatum loquitur de filio reprehenſibili ſecundũ gl. ideo de innocente nõ eſt ad propoſitum. Dato tñ quod verum ſit de aliquibus, non arguit dictum poſtillatoris irrationabile. Quia duæ partes ſubcontrariæ rationabiliter ſtant ſimul in veritate, maxime in materia cõtingenti, vt eſt in propoſito. Stat ẽt quemlibet iuſtum leui pœna plectere innocẽtem ad ſui profectũ: ſed graui pœna, & deſtructiua qualis eſt de qua agitur, non puto poſſibile, neque iuſtum. Sic enim nullo modo tendiſſet Abraham ad immolandum innocẽtem filium, niſi interueniſſet Dominicum mandatũ, quo interueniente adhuc valde apud eum penſatum eſt. Dicitur enim a Dño; *Quia feciſti rem hanc, &c.* Geneſ. 22.c. Nec eſt cõtra poſtillatorẽ quod Burgẽ. de Beato Greg. adducit. nam Beatus Greg. vult, quod contra flagellũ Dei nõ eſt murmurandũ ſpecialiter pro culpis inflictũ, ſi tñ ſine culpa qualiter Eliphaz nõ intellexit; tũc ẽt murmurandũ non eſt, ſed opifex naturę recognoſcendus, & ſic Iob facit, quãuis Eliphaz non intellexerit errore cęcus.

## CAP. V.

A a *Greg. c. 30.* Voca ergo. Quoniã hoc veraciter contra iniquos protulit, quãuis latẽter Iob in numero eorum propoſuerit, faſtu ſapientię inflatus apertã irriſionem in Iob ſubdit: *Voca er.* i. ſi afflictus clames, Deus nõ reſpondet. id eſt, non dat effectum, quia in tranquillitate eum contẽpſiſti, & ad aliquem ſanctorum, id eſt, ſanctos in afflictione adiutores nõ habes, qa ſocios in hilaritate nõ habuiſti.

*† Nomina mihi, aut cita mihi vnum, &c. Allegorice.*

B *In ann.* ✣ Origen. Aut aliquem ſanctorum Angelorum videas. Quia magnifice de te ſentis. Appel la, ſi quis te audiet, aut quod minus eſt, ſi Angelus aliquis te videbit, ne dicam viſione aliqua diuina dignus iudicatus ſis.

*In Cath. Grę.* ✣ Olym. Quid præter dignitatem loqueris. vſque enim eo homo Deo inferior eſt, vt nõ ſolũ, nec videre queas, nec cõprehendere, ſed ẽt vt, nec millies a te inclamatus, ſit reſpõſurus. immo nec Angeli in noſtrũ cõſpectũ poſſunt incurrere.

✣ Polychr. Ea vſus es orationis aſperitate, vt nec Angeli conſpectu dignandus ſis, ſi eum inuocaueris.

✣ Philip. Voca, ſi eſt aliquis qui tibi aliter dicat &, vt ego ex C hac viſione perſpexi, ad aliquẽ ſanctorum hominum, aut Angelorum te cõuerte. Non enim quiſquam illorum tibi aliter eſt dicturus, cum hic ſenſus meus ſenſibus eorum cõueniat.

✣ D. Auguſtin. Illis enim reſpondetur, qui ſunt mundi coram Deo. D

b *Virum ſtultum.* ✣ Origen. Stulti cum ſine cauſa iraſcuntur, de ſe ipſi ſupplicium ſumunt. *In ann.*

✣ Olym. Diuina iracundia ſtultum interficit, & Zelus, i. Dei odium in improbos.

## CAP. V.

a ¶Quia ſic conſumuntur, & tu de illis es. ¶Quia nec dignus es reſponſione.

a 1 † Voca ergo ſi eſt qui tibi reſpondeat, & ad ali- 2

a ¶Alias vere.

b quẽ ſanctorum conuertere. Virũ ſtultũ in- 3

a ¶Sapientem turbat, ſed non interficit. b ¶Inferiorem, vel æterna diligentem.

c terficit iracũdia, & † paruulũ occidit inuidia 5

✣ Chryſoſt. Stultum appellat qui peccat.

✣ Olym. Stulte iraſceris, & inuides ijs q; vitam trãquille agũt, nec Dei vim effugies.

✣ Philip. Iracundum appellat qui diei maledixit, & Paruulum quod puſillanimis videatur, & Inuidus, quia ſibi ipſi vitam inuidit. E

*† inclinant ſe ſub. ad quæ videt, concupiſcit affligit ſe non proſpe tur viæ ſu eumque ira dolor occid*

Poſt irriſionẽ ſubdit ſuam quæ vera eſt, ſed in Iob male illata. *Virũ ſtul.* Mãſuetudo imaginẽ Dei in nobis ſeruat, q; ſemper trãquillus eſt, ſed ira diſſipat, q̃ multis virtutibus priuat; qa dũ quietẽ mẽti tollit, ſpiritusſanctus ibi nõ qeſcit. Sed alia ira eſt quã impatiẽtia, alia quã zelus facit. Illa ex vitio, hæc ex virtute, quã Phinees habuit; hac iraſci ſicut nřis, ita erratibus ,ximorũ debemus. q̃ melior riſu, qa p triſtitiã vultus corrigitur ,ximus, ſed nõ debet hęc mẽti dominari, ſed vt ancilla ſubeſſe rõni, ne ſit immoderata, ſed in vltione peccati tps, & modum conſideret, prius ſe per patientiam vincens. Hæc ſapientes turbat, ſed ira per vitium ſtultos trucidat. *Num. 25.b*

c *Et paruu. occi.* i. dũ ei ĩuidet quẽ putat maiorẽ, vt diabol' homini. F

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. V.

*Diuiſio.* 1 Voca ergo ſi eſt. *Hic conſequenter Eliphaz excitat Iob ad ſententiæ ſuæ attentionem; & primo ponitur eius excitatio ſecundo ipſius Iob increpatio, ibi: Vere ſtultum, & tertio eius monitio, ibi: Beatus homo. Circa primum dicitur.*

Voca ergo. *Q. d. ſi non intelligis verba mea, voca Dominum, vt aperiat tibi intellectum.*

2 Et ad ali. ſan. con. *Id eſt, ſi non confidis de tuis meritis, de quibus non videtur quòd debeas confidere propter malitiam tuam, deprecare vnum de ſanctis Angelis, vt intercedat pro te.*

3 Vere ſtultum. *Hic conſequenter Eliphaz increpat ipſum Iob & primo conuertit ſe ad eum increpandum. ſecundo ad ſuum propoſitum probandum, ibi: Nihil in terra. Circa primum dicitur:* Vere ſtultum. *ſic habet litera correcta.* *Diuiſio.*

4 Interficit iracundia. *Ille enim eſt vere ſtultus, qui a virtute patientiæ cadit propter aduerſitatis pondus.*

5 Et paruulum occi. inui. *Inuidia enim eſt triſtitia de bono alieno, inquantum æſtimatur proprij boni diminutiuum: & ſic omnis inuidus in ſua æſtimatione eſt diminutus, & paruulus. talem autem eſſe Sanctum Iob credebat Eliphaz, & in hoc increpat ipſum. ideo ſubditur.*

## MORALITER.

1 *Voca ergo ſi eſt qui tibi reſpondeat.* Licet autem Eliphaz credens Iob obſtinatum in malitia increparet eum, iniuſte tamẽ eius verba cõtra ſic obſtinatum, retorqueri poſſunt vere, pp quod ſic exponatur ad præſens ei dicendo; *Voca ergo ſi eſt qui tibi reſpondeat.* q. d. ſi Deũ inuocaueris nõ exaudiet te propter impedimentum malitiæ tuæ, ita q; hic accipitur ſi, pro non.

2 *Et ad aliquem ſanctorum conuertere.* q. d. ſi hoc feceris, eius tibi non valebit oratio propter obſtinationem tuam in malo.

3 *Vere ſtultum interficit iracundia.* Stultus dicitur quaſi ſtatu altus, & talis eſt ſuperbus, qui ſe exiſtimat alios excellere, & propter hoc frequenter occiditur, quia vult alios cõculcare.

5 *Et paruulum occidit inuidia.* Quia triſtatur de alterius excellentia.

A mini. Cain fratri, cuius ſacrificiũ præferri doluit. Eſau quoq; ſuo fratri. Paruulus ergo inuidia occidit̛, qa niſi inferior eẽt, de bono alterius nõ doleret. Vel paruus eſt q terrena diligit, magnus q æterna. Paruus ergo inuidia occidit̛: qa nullus hac peſte morit̛, niſi q hæc terrena appetit, q̃ tota nõ proueniunt pluribus. Vnde ſi qua deſideramus, illi inuidemus qui penitus ea accipit, vel partem habendo quantitatem nobis reſtringit.

a ¶Sicut forſan tu fuiſti. b ¶In terra fixum. c ¶Reprobaui. d ¶Id eſt gloriæ terrenæ.
a b Ego vidi ſtultum firmã radice, & maledixi † pulchritudini eius 1
a ¶Non expectata mutatione. ¶Imitatores. b ¶In die iudicij. Quondam in portis vrbium 2
ſedebant iudices prouidentes, ne quis ingrederetur inulte, vel inde repelleretur. 3
c d ſtatim. Longe fient filij eius a ſalute, & contérentur in porta, 4
a ¶Stulti. b ¶Bona. c ¶Deum deſiderans.
e f & non erit qui eruat. Cuius meſſem famelicus comedet, & ip- 5
a ¶Stultum. b ¶Diabolus. c ¶Armis peſtiferæ perſuaſionis: 6
¶Armatus eſt diabolus cum ſapientes ad ſe inclinat, non aperte, ſed occulte decipiens. 7
g h i ſum rapiet armatus, & bibent ſitientes diuitias eius. † Nihil in † 8

a *Ego vidi ſtultũ fir. radi.* ✻ Orig. Quoniam priorem tuam fęlicitatẽ in magnis rebus ponis, & ex ea vis declarare tuam iuſtitiã, intellige ſtultos in eiuſmodi rebus ſecundis fuiſſe, ſed hoc non fuiſſe eis ſaluti. ſcriptura autem futura, vt præſentia deſcribit, & quæ adſunt, vt futura.

In anno.

B ✻ Olym. *Præſertim in hoc volumine.*

Olym.

✻ Nicetas. Symmachus, & maledixi decori illorum ſtatim.

Cat. Græ.

✻ Olym. Radices agere: Eſt res ſeptas eſſe fœlicitate, & ſecuritate, & deuorari: translatio eſt a plantis, quæ, exeſis radicibus, exareſcunt. quæ autem optando offeruntur, ex effectu debent intelligi.

✻ Philip. Pulchritudinem nomine falſæ fœlicitatis appellat, quæ eſt execranda.

Quia totis deſiderijs in terreno amore ſolidat̛. vñ primus Cain ĩ terra ciuitatẽ cõſtruxit, alienus a cęlo hic fęlici⁹ degit.

Gẽ.6.c. M aliter.

b *Et maledixi pulchritudini eius.* Quia cum ex viſa proſperitate malorum, pedes infirmorum nutent: fortes videntes quæ pœna ad gloriã eorũ ſequatur, proſperitatem eorũ reprobãt ſtatim. Infirmus cum qualitate rerum mutatur, dũ videt proſpera laudat: dum mutãtur, nihil eſſe iudicat. ſed firmus cum ipſa gloria pœnam conſiderat ſequentem: & mox damnat. Sed quia proficiẽtes in mundo multos ſecum trahũt, ſubdit.

c *Longe fient filii eius.* Id eſt, ſequaces.

C ✻ Philip. Hæc in Sancti Iob exprobrationem dicuntur: cum tamen ſi patres ſint mali nõ continuo filii ſunt ſimiles eorũ.

Idẽ 5.c.

d *In porta.* Porta regni eſt dies iudicij, in quo electi intrãt ad gloriã, ante quẽ filij huius mũdi ſtulti ſunt, ſed tũc cõterent̛.

✻ Cate. Græ. Tanquam porci verſentur in portis inferiorum, & non erit, qui liberet.

Olym. κόχλαβοι, puſillus eſt porcus. hic Aquila, cõterentur. Theodotio, Cõtracti ſũt; Symmach⁹, humiliati ſũt, reddidit.

Philip. conterent̛ in porta. Vel malo exitu cõſummabunt̛, vel portam pro publico noĩauit eo quod ſecundum conſuetudinem Iudæorũ, iudices in portis ſedebant, vt prætereunti populo iudicarẽt, i. filij tui in publico iudicio cõdemnabunt̛.

Nicetas. Symmachus: Edent famelici.

Cate. Græ. quæ illi congregauerunt iuſti comedent.

Polych. Iniuſti priuabantur bonis, nec malis liberabuntur.

Cate. Græc. Exhaurietur eorum fortitudo. Symm. Exorbeat ſitiens potentiam eorum.

In Cõmmẽt, 1. Lib.

Hiero. Philip. Famelici, ſitientes, &c. ſunt diaboli, aut mali homines, qui accepta poteſtate, graſſantur in homines.

Auguſt. Iudæi prophetias congregauerunt, quas gentiles comederunt. & multi dicunt, quæ alij faciunt.

D

e *Et non erit qui eruat.* Quia illos ibi veritas eripit, quos hic per diſciplinam premit.

f *Cuius meſſem.* Habet quiſq; donum intelligentiæ, quo recta intelligit, & dicit. Sed quia eadem nõ amat, nec facit a meſſe quam habet ieiunat: ſed qui eſurit iuſtitiã ab illo audiens recta, ſe reficit. vnde: *quæ dicunt facite.*

Idem 6.c.2.

†habitaculo Matth. 23. a

g *Et ipſum rapiet armatus.* Diabolus vt inermis vincitur, cum aperta mala ſuggerens, omnia bona ſimiliter tollere conatur. Sed armatus vincit̛, cum alia bona intacta præterit, alia latenter corrumpit.

†de ſpinis tollet eum; & abſorbebit præd o, vel latro.

†Non egredietur de humo iniquitas, vel mendacium.

E

h *Et bibent.* Stultus ſæpe habet diuitias, ingenium intelligentiæ, ſacra verba: ſed non bibit, quia ſe non exercet in illis. Habet autem alius ſitim qui non habet ingenium, & amãdo ſtudens aſſequitur quod neſcit ingenioſus. Iſte eſt ſtellio *qui manibus nititur, & moratur in ædibus regis*, vt ait Salomon. Nam manibus ſenſum adiuuat, & nitens manibus regni ędificium tenet, ſicut ſtellio auis quæ non habet pennas ad volatum. Aliquando autem aues quæ pennas habent, id eſt ingenioſi, in vepribus reſident. Sed quia quæreretur, cur ergo negligenti datur ingenium, & ſtudioſus tarditate præpeditur? reſpõdet.

Stellio. Prouer. 30. d.

i *Nihil in terra fit ſine cauſa.* Quia inde ille iuſtius de negligentia punitur, iſte de ſtudio coronatur. Sed quia ad intelligendum recta non modo ſtudio, ſed & perſecutionibus erudimur, additum.

Origen. Non exibit ex terra moleſtia, nec ex montibus erumpet labor.

In anno.

Cate. Græc. Non egreſſus eſt de terra labor, nec de montibus germinabit labor. Symmachus: Non egredietur de puluere labor.

Origen. Terræ enim, & montes ſunt res inanimatæ, ſenſus expertes.

F

Olym. Tacite Iobum conſolatur. Minime decet, inquit, ideo te confici, quod ærumnis afficiare, homo cum ſis. Neque enim eſt cruciatus rerum ſenſu carentium.

Philipp. De humo, id eſt, de natura hominum matre, non exibit malum, cum in terra nihil ſine Dei iuſtitia fiat. Ex hoc dicit, quod omne malum naturale non ſit, quod hic dolorem dixit, ſed omne malum accidens eſt naturæ bonæ. Et eſt aliud malum, id eſt vindicta, quod propter peccatum a Domino infertur hominibus. Malum eſt quidem peccatum, ſed liberi arbitrij malum eſt, quia hominis voluntate committitur. Et malum eſt retributio mali, id eſt, peccati, quando irrogat Deus ſupplicia peccatoribus. Hoc ergo dicit, quod nihil horum accidentium malorum ſine iudicio Dei fiat: Non enim ita naturale eſt homini, vt a Deo creatum putetur: Et ideo dicit, de humo non oritur dolor, non enim eſt naturæ, ſed culpæ. Etiam ſic ſentiendum eſt de terra non naſcitur dolor, quia peccatum de te ideo natum eſt, quia peccaſti.

1. lib.

Auguſtin. De terra non conquerantur, ſed de ſe.

In annó.

a Et

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Ego vidi ſtultum firma radice. *Id eſt ipſum Iob in proſperis exiſtentem, & in talibus confirmatum ſecundum ſuam opinionem.*

2 Et maledixi pulchritudini eius. *Id eſt eius proſperitatem dixi malam, id eſt, aliis nociuam. vnde præced. cap. vocauit Iob aliorum oppreſſorem dicens: Rugitus leonis, &c. vt ibi fuit expoſitum.*

3 Longe fient filij eius a ſalute. *Per oppreſſionem ab alienis.*

4 Et conterentur in porta. *Per condemnationem in iudicio a conciuibus ſuis. iudices enim antiquitus ſedebant in portis, vt in promptu haberentur ab iniuriatis; per hoc notat Eliphaz, quod talia mala euenirent ſimilibus ipſi Iob.*

5 Cuius meſſem. *Id eſt diuitias congregatas.*

6 Famelicus comedet. *Id eſt raptor, qui deſiderat bona aliorum rapere.*

7 Et ipſum rapiet, & armatus. *Quoniam non ſolum patietur in bonis exterioribus, ſed etiam in perſona propria.*

8 Nihil in terra. *Hic conſequenter nititur probare ſuum propoſitum, ſcilicet quod Deus non punit aliquem in vita præſenti, niſi propter peccata ſua præterita, dicens:* Nihil in terra ſine cauſa fit. *quia licet aliqui effectus ſint fortuiti, & caſuales reſpectu ſecundarum cauſarum, tamen reſpectu primæ cauſæ quæ Deus eſt, nihil eſt fortuitum, & nihil caſuale.*

5 Cuius

1 Et

## MORALITER.

1 *Ego vidi ſtultum firma radice.* Id eſt, proſperari in bonis huius vitæ.

2 *Et maledixi pulchritudini eius ſtatim.* Id eſt, proſperitati, quia nociua eſt bonis hominibus.

3 *Longe fient filii eius a ſalute.* Id eſt, imitatores ſuæ ſuperbiæ.

4 *Et conterentur in porta.* Id eſt, in morte per quam exitur de præſenti vita.

5 *Cuius meſſem famelicus comedet.* Quia ſi fecit opus bonum de genere, ſibi non proficiet.

7 *Et ipſum rapiet armatus.* Id eſt diabolus: de quo dicitur, Lucæ 11. c. Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, &c.

† *Et bibent ſitientes diuitias eius.* Id eſt tyranni, qui ſunt alienæ ſubſtantiæ ſitibundi.

8 *Nihil in terra fit ſine cauſa.* Per terrã ſignificatur homo, cui

dicitur

A a *Et de humo non egredietur.* Humus, i. elementa mundi in pœnam vertuntur delinquentium. vnde dicitur. *Pugnabit pro eo.* id eſt pro Dño, orbis terrarum cōtra inſenſatos, ſed tñ de eis nō egredietur dolor, quia pœna non naſcitur de his q̄ feriūt, ſed de his q peccādo percuſſiones extorſerunt: ſed quo extemor pœna caſtigat, eo mens ad ſuperna leuatur. vnde ſubdit.

b *Homo ad laborem naſcitur.* Quia impoſſibile eſt in hac peregrinatione ſine labore eſſe, ſed in eo q, caro affligitur, mens ad petenda alta leuatur.

*Vel homo.* Id eſt carnalis mala mundi ſentit, quia inhianter bona eius appetit. Sed cuius mens hæc tranſit, vt auis ad alta, penna ſpei leuatus nil mali ſentit, congaudeat, & de flagellis, ſed quia hæc nullus ſuis viribus valet, ſubdit.

† ſcintillæ eleuabūt volatū. Chald. interpre & filijs hominis tanquā ſcintillæ, quæ ſaltant e prunis, & eleuant ſe, ac ſi volarent.

† pullati, vel pauperes exaltati ſunt ad ſalutem.

In anno.

⁘ Origen. Pulli autem vulturum in excelſis locis volant.

B ⁘ Cate. Græ. Pulli Aquilarum.

⁘ Origen. Animalia quæ ad opus apta non ſunt, volant ad parandum victum: Apta autem tardiora ſunt, & laborem vltro ſuſcipiunt. Tu autem, qui hanc naturam accepiſti, quemadmodum volare non vis, ſic diſce fortiter ferre, quę accepiſti pro nutu eius, qui te in lucem protulit.

⁘ Chryſoſt. Ergo ne voluenbus magis conſulit Deus. apage. non enim queunt infœlicitatem ſubterfugere.

⁘ Hieron. Philip. Labor hominem monet, vt ab omnibus vitijs caſtigatus incedat.

In anno. ⁘ Auguſt. Vultur bene intelligitur Dominus qui altitudine prophetiæ vidit mortalitatem noſtram, qua deſcendens paſceretur, conuertens nos in corpus ſuum. Pulli autem filij ſponſi ſunt conuerſationem in cœlis habentes, vt a labore liberentur in quo homo naſcitur: poſſunt & intelligi aereæ poteſtates, quæ peccatis paſcuntur, & ſuperbiunt quod non ſint perductæ ad humilitatem mortalitatis laborioſam.

c *Quamobrem ego de.* Id eſt illū rogo per quē hæc tribui ſcio.

⁘ Olym. Vt ad metum, & pœnitentiam Iobum adducat, Dei narrat excellentiam. Illud autem, ego, dictum eſt arroganter, vt a Iobo ſe ſecernat, tanquam diceret: Ego ipſe precabor, quandoquidem tu precationem aſpernaris.

C ⁘ Didy. Inuectus eſt in inſipientes, prouidentiæ Deum auctorem confitetur, Dominum temporum, locorum, rerum.

1. lib. ⁘ Philipp. Nihil mihi laudis, ſicut & tu, de iuſtitiæ merito tribuens, ſermonem meum in conſpectu Domini conſtituā, id eſt hęc loquar ante Deum, quod humilitatem meam ante ipſum cōmendet, nō vt me ſuperbia, ſicut te, notabilē faciat.

Greg. c. 8. d *Qui facit ma.* Quę nemo ſufficit ſcrutari q̄ mira ſunt, ſi vſu viluerūt, minoris eēt magnitudinis facere magna, ſi q̄s poſſet pſcrutari. & iterū minoris, inſcrutabilia, ſi pauca, & iō addit. D

a ¶Ideo ingenium deſidioſus accipit, vt de negligentia iuſtius puniatur.
b ¶Caro: quia ideo corpus flagellatur, vt mens ad Deum volet.

terraª fit ſine cauſa, & de humo non egredietur dolor. Hoᵇmo 1
a ¶Anima. b ¶Vt & tu ad laborem aduoles. †
ad laborem naſcitur, & †aᵃuis ad voᵇlatū. †Quāobrem ego †de- 2 3
a ¶Per quem hoc tribui ſcio. b ¶Vt me audiat. c ¶Hæc de electis poſſunt intelligi, vbi humiles alta mente omnia temporalia tranſcendunt, & afflicti ſunt recti ſoſpitate, non inſania.
precabor Dᵃominū, & ad Dᵇeum ponā eloquiᶜū meum. Qui fa- 4
cit magna, & īſcrutabilia, & mirabilia abſq; numero. Qui dat 5 6
a ¶Donis ſpiritualibus.
b ¶Contemnentes temporalia erigit ad cœleſtia.
pluuiā ſuper faciē terræ, & irrigat aquᵃis † vniuerſa. Qui ponit † 7
humiles in ſublimi, & †mᵇęrentes erigit ſoſpitate. Qui diſſipat 8 9

In Commen ⁘ Hierony. Deus facit magna: Vt in filio Dei homo Chriſtus ſit Deus, & per eum Eccleſia.

1. lib. ⁘ Philip. Quod ſacramentum a ſeculis fuit abſconditū. mirabilia abſque numero, tot animarū ſalus in Chriſto. Pluuia ſuper faciem terræ. Verbum Dei ſuper animā carnis humanæ. Irrigat aquis vniuerſa, doctrinæ Apoſtolorum, & baptiſmi: ponit humiles in ſublimi, ſanctos in cœlo, & męrētes erigit. Beati enim qui lugēt. qui diſſipat cogitationes malignorū, Iudæorū volētium nomen Chriſti de terra delere, & pſecutorū cōtra martyres.

† veruntamen ego requiram Deum, & Deo faciā ſermonem meum.
† deprecor
† plateas

c *Mirabilia abſque nu.* Quia diuinorum operum magnitudo, nec ex qualitate valet diſcuti, nec ex quantitate numerari. E

Allegorice f *Qui dat pluuiam.* Hæc verba myſtica ſunt, quia amici Iob ſocietate eius eruditi erant. Dat pluuiam terrę: cum arida Gentilium corda gratia prædicationis infundit.

g *Aquis vniuerſa.* Cum hominem ſpiritu replet ad fructificandum. Homo dicitur omnia, quia cum omnibus habet aliquid cōmune. Vel vniuerſa, i. diuites, & pauperes, & omnes differētias hominum, quia bonum opus ſequitur retributio.

In anno. ⁘ Origen. Vt ſemina in terra moriuntur, ſed per pluuiam ea Deus excitat, & auget: ſic eos qui lapſi ſunt, erigit: aſtutorum autem conſilia, mutat.

⁘ Chryſoſt. Hoc primum illius beneficentię munus, quo vita noſtra continetur, & temporum viciſſitudo declaratur.

⁘ Didym. Ad eam prouidentiam delabitur, quę propius genus noſtrum attingit. Atque hęc de Deo conſtituit, ipſum ſolitum è ſummo loco deturbare ad imum, & ex obtemperantibus imperantes efficere.

⁘ Polych. Hunc inuoca, cuius par in omnia eſt poteſtas.

⁘ Philipp. Qui hęc operatur, ſcias, quia in te contemnendo non fallitur.

Greg. c. 10. h *Qui po. hu. in ſublimi.* Vt modo deſpecti iudicēt cum Dño.

i *Mærentes.* Quia quanto magis nunc aduerſis tribulantur, & ſe per lamenta caſtigant, tāto ſublimiorem ſoſpitatem habebunt etiam in hac vita. Hęc de electis poſſunt intelligi, vbi humiles alta mente omnia temporalia tranſcendunt, & afflicti ſunt erecti ſoſpitate, non inſania, vt qui lętantur cum malefecerint. Hi vero de certitudine ęternę ſalutis hilareſcunt. F

Idem c. 11. Prou. 1. c. k *Qui diſſipat cogitationes.* Cum reprobi cogitent mala, Deus aliquando ne contra bonos pręualeant, vires tollit, vt effectu careant operis, & apud Deum conſcientia rei ſint.

⁘ Orig.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et de humo non egredietur dolor. *Id eſt aduerſitas non contingit alicui ſine cauſa, quod eſſet ſi quis puniretur abſque peccato præterito, & inducit ad hoc ſimile dicens.*

2 Homo ad laborem naſcitur, & auis ad vo. *eo enim ipſo quod natura dedit aui plumas, & alas, per hoc oſtenditur quòd naſcitur, vt per volatum quærat ſibi victum: quia res naturales ſunt propter ſuas operationes. eodem modo, eo quod homo naſcitur nudus tegumento, & armis, quia natura non dat ſibi veſtes, nec arma ad ſe veſtiendum, & ſe defendendum, ſicut dat aui plumas ad cooperimentum, roſtrum, & vngues, ad ſe defendendum: oſtenditur q, homo naſcitur, vt per laborem manuum ſuarum faciat ſibi veſtes, & fabricet arma. Ex hoc igitur concludit E.iphaz, quòd nihil fit ſine cauſa determinata: quia omnia quantuncunque minima cadunt ſub prouidentia diuina. ideo ſubditur.*

3 Quamobrem ego deprecabor Dñm. *vt dirigat me in agēdis.*

4 Qui facit magna. *In creaturis ſuperioribus.*

5 Et inſcrutabilia. *Etiam in inferioribus, vt patet de folio arboris, cuius omnes rationes in particulari nullus homo poſſet ad plenum ſcrutari, vtpote quaſi ſic eſt figuratum, vel vnde habeat virtutem ad talem infirmitatem ſanandam.*

6 Qui dat pluuiā ſup faciē terræ. *Conuertendo vapores in aquā.*

7 Qui ponit humiles. *Id eſt homines ſua peccata humiliter cognoſcentes, & emendantes.*

8 In ſublimi. *Id eſt, in maiori proſperitate, quàm ante.*

9 Qui diſſipat cogitationes malignorum. *Id eſt, cogitantium male facere innocentibus.*

1 Ne-

## M O R A L I T E R.

dicitur Geneſ. 3. d. Puluis es, & in puluerem reuerteris. Et alia tranſlatio habet: Terra es, & in terram reuerteris. In hac autem terra nihil debet fieri ſine cauſa, quia per membra corporis quę ſunt terrea nihil fieri dēt, niſi quod dictat recta rō.

1 *Et de humo.* De corpore humano.

† *Non egredietur dolor.* Scilicet gehennę: nam mortale peccatum non incurritur, niſi per conſenſum animę.

2 *Homo ad laborem naſcitur, & auis ad vo.* Per hominē exterior homo, p auem, interior deſignatur. igit' *Homo naſcitur ad laborem, & auis ad volandum.* Nā homo exterior operib. actiuę vitę, interior autem contemplatiuę deputatur; in vtraq; tamē vita homo indiget adiutorio diuino. ideo ſubditur.

3 *Quamobrem ego deprecabor Dominum, &c. qui facit ma. & inſcrutabilia.* Dum terrenum hominem eleuat ad cęleſtia, vnde cecidit angelica creatura.

6 *Qui dat pluuiam ſuper faciem terræ.* Infundens hominibus ſtillicidia ſuę gratię.

† *Et irrigat aquis.* ſacramentalibus. † *Vniuerſa.* ſcilicet rationabilia ad hoc ſe diſponētia. 7 *Qui po. hu. ſubli.* Mat. 5. a. *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.*

† *Et mæren. eri. ſoſpi.* Mat. 5. a. *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.* 9 *Qui diſſipat cogitatio. mali.* & hoc eſt diuinę miſericordię, quando mala cogitata non permittit adimplere.

3 Qui

cogitationes † malignorum, ne poſſint implere manus eorũ 1
¶ Quia ex eo, quod male agunt, dominus bona educit.
a quod cœperant. Qui apprehendit ſapientes in aſtutia eorum 2
a Id eſt Chriſtum. b Simul. 3
b & conſilium prauorum † diſſipat. Per diem incurrent tene- 4
Id eſt tentabant. 5
c d bras, & quaſi in nocte, ſic palpabunt in meridie. Porro ſal- 6
a Deus. b Detractione. c Prauorum. 7
e uum faciet egenum a gladio oris eorum, & de manu † vio- 8
a Humilem. 9
lenti pauperem. Et erit egeno ſpes, iniquitas autem contra- 10
f het os ſuum. Beatus homo qui corripitur a † domino. In- 11
g a Permittit deus quandoque animam affectu deſiderij ſui vulnerari, ut fortior ſurgat & ſanetur. 12
b Carnem. 13
h cerpationem ergo † domini ne reprobes, quia ipſe vul- 14
a Diuinę.
nerat & medetur: percutit; & manus eius ſanabunt. 15

† aſtutorum
† infatuatum eſt.
† egenum
† omnipotente.
† forti
† Deo

A * Orig. Callidorum conſilia peruertit. Aquila, Irrita facit. Symmach', diſſoluit. Theodotio, diſſipat: illud vero diſſipat .i. auertit, inutilia eſſe oſtẽdit, irrita facit, vt a ſcopo aberrẽt, Symmachus: Cõſilium prauũ perturbabitur. Diei aũt ac meridiei nomine hilaritas vitę ſignificat' vt tenebris ac nocte calamitas quã hi homines non poſſunt euitare.

Cath. græ.

In Anno. * Orig. Vt Aegyptijs tenebrę triũ dierũ inductæ ſunt, & palpatio Sodomitis ad fores iuſti, legit, pereant autẽ in bello veluti Paleſtini & Phænices.

In comm. * Hierony. Apprehẽdit Philoſophos & Iudæos doctrina apoſtolica conuincens. Dies autẽ erat Iudæis de regno, ſacerdotio, lege vnius Dei religione gloriãtib. ſed nõ credẽtes in tenebras perfidiæ inciderunt.

B 3. Lib. * Philip. In prędicatione crucis inuenta eſt ſtulta ſapiẽtia huius ſeculi. Iudæi aũt egredientibus duob. vrſis Veſpatiano & Tito incurrerunt in tenebras quas Moſes in deuteronomio prædixit. Percutiet te Deus amentia, & cæcitate, ac furore mentis, vt palpes in meridie, ſicut palpare ſolet cæcus in tenebris, vt non dirigas vias tuas. (Deut. 28)

a *Qui appreben. ſap.* Quia conſiliis dei humana facta ẽt tunc congrue ſeruiunt cum reſiſtunt, vt in venditione Ioſeph ne adoraretur. In petitione præputiorum a Saul vt Dauid extingueretur. In morte dñi ne omnes crederent in eum. Deus alia concedit propitius, alia permittit iratus: quæ tunc in vsũ ſui conſilij vertit, vt quæ eius conſilio repugnant, eius conſilio militent, & quod ſine eius voluntate geritur, eius voluntati contrarium non ſit. vnde: *Omnia quæcunque voluit do. fe.* (Idem c. 11. Gen. 37. c. 1. Reg. 18. f. Iohan. 11. f. Pſal. 113.)

Myſtice. b *Per diẽ incur.* Quia in ipſa veritatis pñtia, perfidiæ errore cęcati sũt, vidẽtes miracula Chri & de eius deitate dubitãtes.

c *Quaſi in nocte.* Palpando quærimus quæ oculis non videmus. Iudæi miracula viderant, & adhuc quaſi palpantes quęrebant. *Si tu es Chriſtus dic nobis palam.* Sed horũ manibus diu retineri non potuit Chriſtus. (Idem c. 13. Iean. 10. c.)

* Hiero. & Philip. Chriſtus pauper pro nobis factus, qui ad patrem ſuum dixit: *Maledicent illi, & tu benedices.* Erutus de manu violenti diaboli, cuius caro requieuit in ſpe; *os autem obſtructum eſt loquentium iniqua in eum.* (Pſal. 108. Pſal. 62.)

Moraliter. b *Per diem incurrent tenebras.* Mens inuidi cum de bono alieno affligitur, de radio ſolis obſcuratur.

c *Et quaſi in nocte ſic palpa. in meri.* diei boni operis in proximo exterius lucet, quaſi in nocte palpant, quia liuore cęci. aliqua quæ reprehendant, inuenire ſatagunt. Ecce Loth, i. iuſtus (Gen. 19. b.) C

D ſtus malis aduerſantib. intra domum recluditur & munitur, i. ad mentẽ reuertitur & manet internus. Sodomitæ cæci circumeunt. i. inuidentes facta dictaque ſcrutantur, nec oſtium .i. aditum reprehenſionis inueniunt, ſed parietem palpant, quia vbique laudabilis actio iuſti eis obuiat.

*Palpabant.* Sed pauper ſpiritu, id eſt qui apud ſe nõ eſt elatus, ſaluatur a gladio oris .i. iniqua perſuaſione.

d *Porro ſaluum faciet egenum a gladio oris.* Gladius oris eſt accuſatio Iudęorum. Manus violenti Gentilitas quæ crucifixit. Sed hos Chriſtus reſurgendo ſuperauit. In quo egeno, id eſt, humili populo fidelium ſpes vitæ ſequẽtis ſolidatur. Iniquitas autẽ q̃ mõ dilatat o ſuũ in cõtumeliã Chriſti, claudet p ſupliciũ, vel cõuerſa ceſſat ab iniurijs. Eadẽ deprauis gñraliter. E

e *De ma. vio. pau.* i. aduerſa poteſtate, vt nec blandimentis ſuaſionum trahatur, nec dolore ſuppliciorum frangatur. Paup aũt non trahitur, quia ſpes eius fixa in æternis contra hæc ſolidatur. Ad cuius ſpei fructum cũ pauper venerit, elatus obmuteſcit, & contrahit os, q̃a tormẽta linguã ligant, q̃ loquebatur cõtra iuſtos detrahẽdo. Sed vt electus ſupplicia euadat & ad pmia pertingat, dẽt hic flagellis purgari, vnde ſubdit.

f *Beatus homo qui corri. a dño.* * Orig. Beatus vere qui hic pęnas dedit ſcelerum, ſutura leniora habebit. Nam Salomõ ait. *Fili mi noli negligere diſciplinam Domini &c.* & Apoſtolus. *Si diſciplinam recipitis vt filiis vobis loquitur Deus.* Ait enim Deus per Malachiam. *Non vindicabis bis in idipſum.* (In anno.)

* Olym. Aptam emendationi tradit diſciplinam vt quamuis eius errata corrigantur, non ferat acerbe. Deum plagę autorem precibus exoret.

* Didym. Deus enim arguit vt ſeruet non vt perimat.

* Polich Hęc enim facit vt tu erratorum cognitor conſtitutus priſtinum ſplendorem recipias.

* Philip. Iſta in Iob quaſi pũaricatorem non recte dicuntur. (In anno.)

* D. Aug. Eliphaz hic errat, quia putat de Iob intelligenda, quę ei reuelata ſunt, cum ſolum Domino competat, qui venit in ſepulchrum poſt paſſionẽ, cuius domus eccleſia fuit in pace, & cui cũ lapidib. gentib. & beſtijs Iudæis fuit pactum. (In anno.)

g *Increpationẽ er. do. &c.* Reprobat qui ſe iniuſte pati cõqueritur. Eliphaz ergo putans Iob pro purgatione percuti nõ pbatione fortitudinis. quia Iob libere loquitur, cãs ſuæ percuſſionis q̃rẽs, putat eum increpationẽ domini reprobare. Sic hæretici quod recte ab eccleſia agitur, ad malum conuertunt. (Greg. c. 14.)

h *Quia ipſe vulnerat.* Duobus modis vulnerat Deus, quos ad ſalutem (Iacob. 1. b. Deus quomodo vulnerat.) F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Ne poſſint implere manus eorum. *in effectu.*
2 Quod ceperant. *tractare in mentis cogitatu.*
3 Qui apprehendit ſapientes. *id eſt, aſtutos ſeu cautelofos.*
4 In aſtutia eorum. *conuertendo ſuper eos malũ quod aliis inſidioſè parabant inferre: ſicut in libro Eſther de Aman dicitur, quod ſuſpenſus fuit in ligno quod parauerat Mardochæo.*
5 Per diem incurrent tenebras. *id eſt, in die proſperitatis ſubito incurrent tenebras aduerſitatis.*
6 Et quaſi in nocte ſic palpabunt in meridie. *id eſt dum credent eſſe firmati in potiſſimo ſtatu, ſubito erunt in peſſimo.*
7 Porro ſaluum faciet ege. *per egeſtatem a delictis ſuis emendatũ.*
8 A gladio oris eorum & de manu. *id eſt ab increpationibus & mendaciis, detractionibus & condemnationibus in iudiciis.*
9 Et erit egeno ſpes. *id eſt, certa expectatio futuræ proſperitatis in præſenti vita dum ante fuerit emendatus.*
10 Iniquitas aũt contrahet os ſuum. *Ita quod nõ poterit loqui, ſcilicet impius ſic in peccato perſeuerans. Sciendum autẽ quod ratio Eliphaz ſupra inducta no valet: quia licet Deus affligat innocentem, hoc tamen non eſt ſine cauſa: quia hoc ſit ad exercitium ſuæ patientiæ in vita præſenti, & augmentum gloriæ in vita futura: quod iſte Eliphaz non intelligebat.*
11 Beatus homo *Hic conſequenter Eliphaz poſt ipſius Iob increpationem conuertit ſe ad eius monitionem dicens:*
Beatus homo qui corripitur a dño. *id eſt, qui eius correctionem patienter recipit ſe emendando: quia per hoc conuertitur ad maiorem proſperitatem, quam ante in vita præſenti ſecundum opinionem Eliphaz: quod tamen non eſt ſemper verum. & ideo concludit:*
12 Increpationem ergo domini. *quia te iuſte flagellauit.*
13 Ne reprobes. *per impatientiam in blaſphemiã prorumpendo.*
14 Quia ipſe vulnerat. *peccatores puniendo.*
15 Et medetur. *emendatos conſolando magis quam ante.*

## MORALITER.

3 *Qui appre. ſ. in aſtu. eorum.* Credentes. n. impedire ꝓuidẽtiã diuinam implent, ſicut fratres Ioſeph vendiderunt eum ne dominaretur eis, & per hoc habuit dominium ſuper eos.
5 *Per diem incurrent tene.* qđ fit cũ per aſtutiã incurrũt tenebras peccati. 7 *Porro ſaluũ faciet egenũ.* a gladio enim oris de manu violenti eripit', qui nec blandimẽto ſeducit', nec pſecutione frangitur, & hoc contingit egenis voluntarie q cõtemnunt oĩa amore cæleſtis pñæ. 10 *Iniquitas autem contrahes os ſuũ.* qñ videbunt ſe deijci & egenos exaltari: tunc. n. dicent illud Sap. 5. a. *Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniã, & finem illorũ ſine honore. Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei & inter ſanctos ſors illorum eſt.* 11 *Beatus homo qui cor. a. do.* nã ipſe dixit Apoc. 3. d. *Ego quos amo, arguo, & caſtigo.* 12 *Increpationem ergo domini ne reprobes.* Eſt. n. medicina ſanitatis ſpiritualis inductiua, propter quod nõ eſt reprobanda.

A ſalutem reducit. Aliqñ percutit in corpore vt mentē ſanet. Aliquando ſine exteriorib. flagellis mentis duritiā ſuo deſiderio percutit,& ſic eam ſanat,que ſecura in mũdo mortua quieſcebat. Sed dum mens ad Deũ anhelat,& oīa ſecularia deſpicit,oīa mox ei vertuntur in tentationē,& eā affligunt: ſed dum tranſitorio labore atteritur,a perpetuo liberatur. & ideo ſubdit:

¶Per ſex,omnia mala præſentis ſeculi intelligit,quod ſex diebus ope.i deputatis diſcurrit. b ¶Tribu'atus.

a In ſex tribulationibus liberabit te, & in ſeptima non tanget 1

a ¶Etiam tunc ſuis fidelibus quid ageadum ſit abſque ſono inſpirat. b Tentatione carnis.

b c te malum. In fame eruet te de morte,& in bello de manu gla 2 3

a A verbo detractorio vel contumelioſo. ¶Liberaberis.

d dij. A flagello linguæ abſconderis,& non timebis † calami- 4

e a Corporis. b Animæ. 5

f tatem cum venerit. In vaſtitate & fame ridebis, & be- 6

g a Diabolum & complices eius. b In exitu præſentis vitæ c Electis eccleſiæ. 7

h ſtias terræ non formidabis. † ſed cum lapidibus regio- 8

a Scilicet erit. ¶Societas tua. b Spiritus nequam non impugnabunt te. 9

num pactum tuum, & beſtiæ terræ pacificæ erunt tibi. 10 11

Greg.c.15. a *In ſex tribulationibus.* Senario quē ſeptimus ſequitur, præſentis vitæ operatio & diſcurſus ſignatur, quia ſexto die Deus oīa perficiens hominem cōdidit, & ſeptimo quieuit, qui non habet veſperā,ideſt finem. In ſexta ergo tribulatione liberat, ne in ſeptimo malum attingat, quia hic paterne erudiens atterit,ſed in die iudicij a verbere abſcondit.

† qui dominũ cuſtodem hēt & lapides cāpi cuſtodes habebit, vt aut in murum cōpoſiti eum cuſtodiā, aut ne offendat ad lapidem pedem ſuum.

In anno. * Orig. Plerunque Deus a periculis homines liberat & ad extremum eos qui in ipſius amore acquieſcunt ab omni ca-
B lamitate vt Noe, Dauidem, Ezechiam &c.

* Olym. ſexies. i. ſæpius & in ſeptima tandē liberaberis.

* Didym. In hoc æuo ſex diebus fabricato exercebit, te in altero gloria cumulabit.

* Polych. Quidam mala hoc ordine exponunt. Fames, Bellum, flagellum linguæ ſiue calumnia, calamitas, Vaſtitas ab iniuſtis,& beſtiarũ incurſus, ſed numerus certus pro incerto vſurpatur.

* Polych. Aquila legit a direptione ingruentium illa a malis ingruentibus, meminit autem famis, belli, contumeliæ, propter Iob inopiam, Chaldæorum incurſiones, & verba quæ de eo iactabantur. Iacob autem, Ioſeph,& Elias ſeruati ſunt in fame inquit.

1.Lib. * Philip. de manu gladij Dauid & Ioſaphat.

* D.Hier. fames verbi Dei, gladius peccatũ aut diabolus.

* Orig. A flagello linguæ. Dauid a Semei & Doek lingua non timebat calamitatem, vt nec filij Iſrael Aegyptijs plagas ſentientibus.

* Philip.& Hierony. beſtiæ aut animantia rationis expertia aut homines mali: lapides ſunt homines iuſti, ſtabiles & quieti: Beſtiæ, feri & mali.

Greg.c.16. Philip. 1.lib. b *In fame.* Enumerat mala pñtis vitæ & adiutoria Dei. Fa-
C mes mētis eſt ſilentiũ verbi Dei, quo ſubtracto tētatio carnis inualeſcit, quę eſt bellum. Sed Deus ēt in fame a morte animam

D animam eripit,quia verbo ſuo reficit.

c *Et in bello.* Contra tentationes carnis fortes facit. Sed talis factus aliquando detractiones metuit. vnde addit:

d *A flagello linguæ.* i. ab exprobratione contumeliæ, pp quā irriſus a bono ceſſat. vnde Dauid: *Et à verbo aſpero.* Ab hac ſanctus abſcondit᷑, qa dum hic laudem non quęrit, nec cōtumelias ſentit. Sed quia poſt hæc aliquis cruciatus corporum timet, ſequitur:

† vaſtitates e *Et non timebis calamitatem.* perſecutionis, ſed quia talis in terrore iudicij futuri ſecuritatem ſibi parat, ſubdit:

Vaſtitas. f *In vaſtitate & fame.* Vaſtitas eſt gehenna q̄ foris cruciat, fames, inedia, quia a viſione æterni panis erunt ſeparati. Sicut intus & extra deliquerunt, ſic intus & extra puniunt᷑. Vel a flagello linguæ. i. a ſnīa damnationis æternæ, q̄ eſt: Ite maledicti in ignem æternũ, & a calamitate venien-
E te iuſtus abſcondetur, quia in illa diſtrictione blāda voce re-
Matth.25. fouebitur: *Eſuriui, & dediſtis mihi manducare:* & ridebit hilaris ex gloria. nec iā compatiens dānatis, diuinæ per ſpeciē inhęrens iuſtitiæ,& imminutio eſſet beatitudinis, ſi quid vellet quod implere nō poſſet. Sed quia hic initia ſequuturæ ſecuritatis deguſtat, vt hoſtem antiquum non metuat, vt in articulo mortis eius impetus non horreat, ſubditur:

g *Et beſtiæ terræ.* quæ tempore mortis ad rapiendas animas effręnantur, ſed ſæuientes non timet, qui blandientes ſecutus non eſt,& initiũ retributionis, eſt in obitu ſecuritas mentis. Cum autem bene viuitur, cauendum eſt ne quis deſpectis cæteris de ſingularitate glorietur, ſed ſociale bonum recogitet. vnde addit:

h *Sed cum lapidibus regionũ pactum.* Quaſi diuiſę ſunt regiones gentium, eccleſiæ moribus & lingua diſtantes. Lapides electi, qui in ædificio ponuntur. Qui ergo rectè viuit pacto ſe lapidibus iungit, quia in eo quod mundum deſerit, ſanctis per imitationem ſe alligat. vnde impugnatio creſcit, qua tamē attritus humilius Deo ſubditur. vnde ſubijcit:

i *Et beſtiæ terræ.* Non pacatę ſed pacificæ, quia non pacē hñt, ſed pacem faciunt: quia cum acrius homo a diabolo impugnat᷑, amplius ad amorē impellit᷑, & cũ eo robuſtior pax efficit᷑. Vel beſtiæ ſũt motus carnis, q̄ continentia quaſi cauea
F preſſæ, etſi tentando rugiunt, nō tamē ad effectum quaſi ad rabiem

## NICOLAVS DE LYRA.

1 In ſex tribulationibus liberabit te.& in ſeptima. *ſecundum Grego.homil.25. quia ſeptem dieb. omne tempus comprehenditur, rectè ſeptenario numero vniuerſitas figuratur. & ideo Eliphaz 7. tribulationes enumerat a quibus aſſerit Iob fore ſecurũ ſi fuerit emēdatus, per hoc inſinuans quod in vita præſenti poterit maiorē proſperitatē recuperare, et abſque timore aduerſitatis viuere, prima ponitur ibi.*

2 In fame eruet &c. *ideſt, aliis fame morientibus præ defectu bonorum, tu habebis ad ſufficientiam, ſecunda ibi.*

3 Et in bello de manu gladij. *ideſt, aliis gladio aduerſariorum interfectis dominus te ſaluabit, tertia ibi.*

4 A flagello linguæ abſconderis. *i. a detractionibus et increpationibus malignantium eris quaſi abſconſus, quia non audebunt vel non erunt memores ad murmurandum et detrahendum de te, quarta ibi.*

5 Et non timebis calamitatem. *id eſt luctum communem ex peſtilentia ſeu corruptione aeris ſuperuenientem, quia Deus ſaluabit te. quinta & ſexta ibi ponuntur.*

In

6 In vaſti.& fa. *accipitur hic vaſtitas pro deſtructione terræ ab hoſtibus, & ſimiliter fames ex hoc ſequens. Tum quia bona terræ ab hoſtibus ſunt ablata: Tum quia ligna fructifera ſunt abſciſa: & ideo iſta tribulatio famis differt a præcedenti, quæ cauſabatur ex ſterilitate terræ, iſta vero ex hoſtili vaſtatione.*

7 Ridebit. *i. iſtæ tribulationes aliis ſuperuenientes non diminuent ſtatum tuæ proſperitatis.*

8 Et beſt.ter. *Quæ in terra deuaſtata ſolēt multiplicari et creſcere.*

9 Non formidabis. *quia non nocebunt tibi in perſona tua, nec familiæ tuæ, nec gregibus tuis.*

10 Sed cum lapidibus regionis pactũ tuum. *Deſcripta liberatione a tribulationib. promittit ei abundantiam bonorum alias inſolitā di.* Sed cum lapidibus regionis &c. *i. terræ lapidoſæ quæ non ſolent aliis fructificare, tibi afferent fructum multum quaſi ex pacto tibi ſeruientes.*

11 Et beſtiæ terræ pacificæ tibi. *quę tamen erant valde moleſtæ aliis in perſonis & in gregibus ſuis.*

Et ſcies

## MORALITER.

1 *In ſex tribulationibus liberabit te, & in ſe. non tanget malum.* In ſex diebus Deus omnia creauit,& in ſeptima requieuit. igit᷑ per ſex dies intelligitur totus mundi decurſus, in quo fideles tribulantur, vt æterna deinde requie conſolentur.

2 *In fame eruet te de morte.* nam malis deficientibus ex ſubtractione verbi diuini, ipſo reficiuntur electi.

3 *Et in bello de manu gladij.* nam in tentationibus ſuccumbunt,& electi deuincunt.

4 *A flagello linguæ abſconderis.* a flagello linguæ abſconditur qui

qui verbis iniurioſis non turbatur.

5 *Non timebis calamitatem cum venerit.* Ideſt cum gehennę calamitas aliis venerit, non timebis: quia tibi non nocebit.

6 *In vaſtitate & fame ridebis.* ideſt tempore iudicij horribilis ſicut. Luc. xxi. dicitur electis: *Reſpicite & leuate capita veſtra.* ideſt exhilarate corda, ſicut exponit Gregori. homi,

8 *Et beſtias terræ non formidabis.* ideſt dæmones, qui comparantur in ſcriptura ferocibus beſtijs.

9 *Sed cum lapidibus regionis pactum tuum.* ideſt cum electis de quibus dicitur Zacha. ix. d. *Lapides ſancti eleuabuntur ſuper terra.*

Et

a Et ſcies quòd pacem habeat tabernaculum tuum, & viſitans 1
b †ſpeciem tuam, non peccabis. Scies quoque, quoniam † mul- 2 3
¶Verbum prædicationis. 4
c d tiplex erit ſemen tuum, & progenies tua quaſi herba terræ.
a ¶In horreum:
e Ingredieris in † abundantia ſepulchrum, ſicut † infertur acer- 5
f a ¶Quaſi non ſum mentitus. 6
g uus tritici in tempore ſuo. Ecce hoc, vt inueſtigauimus ita eſt, 7 8
a ¶Aduerte.
h quod auditum, mente pertracta. 9

rabiem morſus excedunt, in quo ſunt pacificæ. Vel quia perturbant, amplius illud vbi nulla contradictione viuitur, diligitur: & ſic ad amorem intimæ quietis impellunt.

a *Et ſcies quòd pacem.* Pax, vel inchoata, quæ hic eſt concepta ex deſiderio Dei: vel plena, quę in futuro ex viſione Dei. Cum ergo mẽs Deo, vel caro menti ſubiugatur, tabernaculum iuſti, id eſt, corpus quod mens inhabitat, pacẽ habet motibus deſideriorum ſub iuſtitia refrenatis. Sed nihil eſt hæc caſtitas carnis, ſi non adſit mentis ſuauitas in amore proximi.

†abitaculum, i. curatio, i. domicilium.

† ſenio

In anno. ⁂ Origen. Dei prouidentiam, & humanitatem commendat.

⁂ Chryſoſt. Meminit liberorum, quia eorum copia erat pars benedictionis illis temporibus, quibus tradita hęreditate ad lętam perducetur ſenectutem.

⁂ Didym. Aceruo abſoluta copia, & vbertas declaratur.

B ⁂ Hieron. & Philip. Tabernaculum, i. domus corporis tui, Species animę pulchritudo, ſemen optimę cogitationis ex quibus bona opera, tanquam filij procreantur. Sepulchrum vitiorum exterius ad mortificandum intrabis, vt in iudicio inueniaris purgatus, ſicut triticum quod coaceruatur ad areã.

In anno. ⁂ D. Auguſt. ſic legit: Tu vero, Scito te ipſum. vnde illud, σὺ δὲ γνῶθι σεαυτόν.

b *Et viſitans ſpeciem tuam non peccabis.* Species noſtra eſt proximus, in quo videmus quod ſumus, quem viſitat qui ad eum paſſibus amoris tendit: & ex ſe viſo, illi condeſcendit. Et hoc eſt lignum quod ſecundum ſpeciem ſuam ſemen producit, id eſt mens quę ex ſe alium cõſiderat, & recti operis germen parit. Ecce Paulus qui omnibus appropiat, condeſcendendo quidem, nõ cadendo. Hic autem plene peccatum vincit, qui ex ſe perpẽdit, quomodo dilatetur in dilectione proximi. Cũ aũt caro reſtringitur, & mens virtutibus exercetur: reſtat vt loquẽdo vitam doceat, quã moribus ſeruat, q a ex ſemine boni operis vberes fructus prędicationis colligit. vnde ſubditur,

Geneſ. 1.
1. Cor. 9. c

C c *Scies quoque quoniam multiplex erit ſemen tuum.* Ille enim bene loquendi facundiã accipit, qui bene viuit, nec conſcientia loquentem prępedit. Hinc eſt, q. Aegyptij ſerui facti, frumenta ad ſemen percipiunt, qui ante liberi ad eſum acceperant: q a cũ plene Deo ſubdimur, verbo prædicationis replemur. Ante liberi, ſacro eloquio paſti; & tñ ad quędam quę in mũdo petimus vacãtes. Ex prędicatione, magna proles fidelium ſequitur. Et hoc eſt. D

d *Et progenies tua, quaſi herba terræ.* Id eſt, innumerabilis. Vel herbæ comparatur, quia arentem mundi gloriam deferens, ſpe interna vireſcit. Iuſto autem non ſufficit hęc magna exterius agere, niſi etiam per contemplationem in ęterna penetret. vnde ſubditur.

† multum
† vel exciditur

e *Ingredieris in abundantia ſepulchrum.* Sepulchrum eſt contemplatio quę a mũdo mortuos in intimis abſcondit, & actiuã vitã quodammodo ſepelit, quę a prauis moribus mortuos tegit. Sed hęc perfectius in abundantia, quia prius actiuę vitę opera congregauit. Non eſt perfectus prędicator, qui propter contemplationem, opera: vel propter opera illam poſtponit. Vnde Chriſtus forma vitę, in die miracula fecit in vrbibus, orans per noctem in montibus. Contemplantes fixi in amore Dei ſorbent quod vtilitati proximorum refundant.

Greg. 6. c. 17. Sepulchrum. Moraliter. E

f *Sicut infertur aceruus tritici.* Quia tempus actionis primum eſt, extremum contemplationis. Et neceſſe eſt, vt perfectus mẽtem prius virtutibus exerceat, & eam poſtea in horreum quietis condat. Vel ſepulchrum eſt quies ęterna, in qua tanto verius quieſcitur, quanto perfectius vita corruptionis necat. Hanc in abundantia ingreditur, qui poſt congeſta huius vitę opera, huic mutabilitati plenè mortuus, in ſecreto veri luminis occultatur, ſicut triticum. Quia iuſti in alieno tempore percuſſiones ſentiunt, ſed in ſuo, vt grana in horreũ intrant.

g *Inueſtigauimus.* In hoc notat ſe, nõ ſecundum ſuperficiem dixiſſe ſupra ſepulchrum, beſtias, lapides, tabernaculum, & huiuſmodi, ſed in his interiora quęſiſſe.

h *Quod auditum mente pertracta.* Verba iactantiæ, & ſi bene docuit, imperitia eſt velle docere meliorem: vnde dicta amicorum etſi recta, non recte dicta arguuntur. F

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ſcies q, pa. habe. tuum. *Id eſt tota familia manens in domo tua, quod cedit ad magnam proſperitatem patrisfamilias.*

2 Et viſitans ſpeciem tuam. *Id eſt conſiderans proſperitatẽ tuã.*

3 Non peccabis. *Quia non eleuaberis in ſuperbiam, ſed magis Deum laudabis.*

4 Scies quoque quoniam multiplex erit ſemen tuum. *Id eſt videbis filios tuos, & nepotes in magno numero fortes, & diuites ad ſuccedendu tibi proſpere, quod cedit ad magnam conſolationem hominis, quia moriens remanet quodammodo in filiis, & nepotibus ſuis.*

I Ingre-

5 Ingredieris in abundantia ſepulchrum. *Id eſt iſta proſperitas durabit vſque ad finem vitæ tuæ.*

6 Sicut infertur aceruus tritici in tempore ſuo. *ſ. maturitatis tempore. per hoc inſinuat, quod vita ſua debeat prolongari quantum poteſt via naturæ ita quod mors eius ſit naturalis, & non anticipata.*

7 Ecce hoc vt inueſtigauimus. *per ſcripturas, & experientias.*

8 Ita eſt. *ſecundum veritatem.*

9 Quod auditum mente pertracta. *Depoſita impatientiæ tuæ triſtitia, quæ impedit veritatis conſiderationem. Conturbati enim minus præuident, ſecundum Philoſophum 2. Elenchorum.*

Philoſophus

CAP.

## MORALITER.

1 *Et ſcies q pacem habeat tuum.* Id eſt corpus quod eſt tabernaculum animæ. nam glorioſum erit in reſurrectione.

2 *Et viſitans ſpeciem tuam.* Id eſt conſiderans corporis tui glorioſi decorem.

3 *Nõ pecc.* ſicut mõ ſuperbit hõ de pulchritudine corporis.

4 Scies

4 *Scies quoque quoniam multiplex erit ſemen tuum.* Id eſt fructus operum tuorum.

5 *Ingredieris in abundantia ſepulchrum.* i. ęternę quietis locum.

9 *Quod auditum mente.* Id eſt diligenter conſidera. nam attentio finis eſt directio operantis; ſicut viſio ſigni eſt directio ſagittantis.

## ADDITIO I.

In cap. 5. vbi dicitur in poſtilla: *Voca ergo.* Hoc quod dicitur: *Voca ergo ſi eſt qui tibi reſpondeat,* non videtur referendum ad defectum intellectus ipſius Iob, ita quod monebat eũ Eliphaz, vt oraret Deum, vt aperiret ſibi intellectum verborũ Eliphaz: cum ipſemet Eliphaz potuiſſet aperire intellectum prædictorum verborum. vnde melius videtur dicendum ſecundum Sanctum Tho. qui dicit: *Voca ergo ſi eſt qui reſpondeat.* q. d. ſi mihi hoc reuelatum non credis, tu ipſe inuoca Deum, ſi forte ipſe tibi ad hanc dubitationem reſpondere voluerit: & ſi per merita propria hoc obtinere a Deo non putas, ad aliquem ſanctorum conuertere, vt eo mediante huius rei veritatem a Deo cognoſcere poſſis. Hæc ille, &c.

## ADDITIO II.

In eodem cap. 5. vbi dicitur in poſtil. *Sed cum lapidibus regionum pactum tuum.* Vbi tranſlatio noſtra habet: *Cum lapidibus regionum pactum tuum.* In Hebręo habetur: *Sed cum lapidibus agri pactum tuum.* & eſt ſenſus, quod Deus liberaret eum ab offenſione

ſione lapidum, eo modo quo dicitur in Pſal. 90. de illo: *Qui habitat in adiutorio al. &c. ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* & ſic hęc verba non pertinent ad abundantiam bonorum, ſed pertinent ad liberationem a tribulationibus, ſicut immediate pręcedentia vbi dicitur; *Et beſtias terræ non formidabis.* Similiter immediate ſequentia vbi dicitur; *Et beſtię terræ pacificę erunt tibi.*

REPLICA. In capit. 5. vbi poſtil. paſſum iſtum; *Voca ergo ſi quis eſt qui reſpondeat tibi*: exponit de arrogantia Eliphaz, qua putauit ſe adeo ſubtiliter loqui, vt Iob non intelligeret; ideo ſuadet ſi non habeat hominem docentem ſe, ſaltem ad aliquem ſanctorũ debeat habere recurſum. Huic expoſitioni contradicit Burgen. volens cum Sancto Thom. quod velit perſuadere, ſi ab homine non poteſt certificari, quòd reuelatio vera ei ſit facta, quęrat ab aliquo ſanctorum; & arguit contra expoſitionem poſtil. ex eo, quòd Eliphaz de ſuis verbis per ſe potuit inſtruere Iob. non igitur oportuit eũ remittere ad alios pro intellectu ſuorũ verborũ. Ita arguo

contra

A contra Burg.quia non debebat eũ remittere pro acquirenda fide reuelationis ſibi factæ, ſed ipſe tenebatur probare, vel p ſcripturã de ſe dictã, vel per ſigna: ſicut Moyſes non fuit auſus ſibi reuelationẽ factã publicare,nec ſe miſſum dicere,niſi a Dño obtinuiſſet virtutẽ faciẽdi ſigna,q̃ poſſet ꝓbare, vt late dr̃ Exod.3. Et Chriſtus primo volens probare ſe miſſum,

Ioan. 10.c direxit ad ſcripturã Iudæos incredulos dicens: *Scrutamini ſcripturas*, Ioã.5.f. Sed nolentes attẽdere ſcripturas, direxit ad ſigna,dicens: *Opera quæ facio, teſtimonium perhibent de me*, Ibidem 15 d. *Si enim opera non feciſſem quæ nemo alius fecit,peccatum non haberent.* Ecce Chriſtus ſuæ miſſionis,& reuelationis duplicẽ ponit probationem. Eliphaz autem nullam,& tamen Burg. exponit q remiſerit Iob ad acquirendum fidem ſuæ miſſionis nulla probatione precedente. Similiter Chriſtus hanc ꝓbationem ſpiritus Dei ſuis Apoſtolis adiunxit: quia dicitur:

Marc.16.d Illi autem profecti prædicauerunt vbiq; Domino cooperante,& ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Ex quibus patet,q Eliphaz tenebatur reuelationem ſibi factam probare, & non ſic Iob ad Domini, vel ſanctorum merita remittere,prout exponit Burgen.cum Sancto Thom.

B In eod.cap.vbi poſtil.illud verbũ, *Et cum lapidibus regionum erit pactum tuum*: exponit de abundantia inconſueta, ſ. q agri lapidoſi fructificarent præter cõſuetum, vt viderentur ſeruire quaſi ex pacto. Sed Burg.exponit de offenſione pedum ad lapides,prout de Chriſto dixit diabolus: *Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* Sed modicũ eſt quod Burg.hic ſignificat p pactum cum lapidibus: nã inter minima incõmoda æſtimat offenſio pedis ad lapidẽ: in quo ſenſu diabolus allegauit illud quod Burg. Ne forte offendas,arguens a minori.q.d.tãta eſt cura Angelorũ circa te,vt non poſſis offendere. igitur nullũ incõmodũ incurrere poteris mittẽdo te deorſum, vt q circa te cauent minima,etiã cætera oĩa. Simile eſt argm̃ Apoſtoli:

1.Cor.9 Deo eſt cura de bobus, igitur & de hoĩbus. Si eñ illud quod minus vr̃ ineſſe ineſt,& illud quod magis. Per pactũ igitur cũ lapidibus agri, nõ ſignificatur illud modicum, ſ.nõ offendere pedem, qa magis ꝓprie dicẽdũ foret de lapidibus plateãrũ,ad quos ſępe tranſeundo offendimus. Sed aliquid magnũ ſignificatur, vt patet; ſicut beſtiæ ſeruiunt innocẽti ad nutũ, ita lapides agri fructum nõ impedientes, videntur ſeruire ad pactum. Et poteſt accipi illa fructificatio pro abundãtia a minori,ſi lapides ſeruiunt ad nutum qui ſunt inſenſibiles, multo amplius omnia viuentia quæ in litera enumerantur. E

D

---

## CAP. VI.

Cathe.Græ. a Reſpondens autem Iob dixit. ⁂ Olym. Iobus,animaduerſo amici ad reſipiſcendum cohortantis ſtudio, ſe tuetur, Deo ſancto ſe fidere dicens,a quo tamen veretur,ne ſit abiectus,ſuadetque externis non eſſe fidendum, & amicis,vt ſuo exemplo ſibi metuãt, cum vita tentationibus ſit infecta, a Deoque petit, vt inuiſat ſe, nec recordetur,ſi quid peccauerit.

† contritio Allegorice. b *Vtinam appenderentur.* Tactus flagellis verbis laceſſitur, non vt erectus in defenſionẽ contumax caderet; ſed vt percuſſus tacens gratias egit,laceſſitus recta reſpondit; *Vtinam appenderentur peccata.*

In anni. ⁂ Orig.Chryſ.Olym. Si quis appendens appenderit iram meã,dolores autem meos ſimul ſuſtulerit in ſtateram,profecto arena maritima grauior erit. Vtinam cunctæ acerbitates meæ in vnum congererentur aceruum,atq; hæ in vnam,maris aũt arena in alteram eiuſdem ſtateræ lancem imponeret, meorum lanx illa malorũ, multo maiore pondere deprimeretur. Maris autem ſumpſit arenã,vt quæ ſit magis humida. C

⁂ Hieronym. Philipp. Calamitas velut arena maris ſuper meorum merita peccatorum ponderat.

Greg.ex Mystice c *Statera.* In manu patris Chriſtus ſtãs lãcem miſericordiæ, & iuſtitiæ,peccatũ per miſericordiã laxans,leue eſſe,calamitatẽ moriendo grauis eſſe ponderis oſtẽdit. Cui & hoc gratię dat, vt ipſa cognoſcibilis ſit calamitas. Cæcus enim homo in exilio quaſi in patria gaudebat; ſed Deus extra apparens hominem intus reuocat, vt viſo quod amiſit, graue doleat quod tolerat.dicit ergo.

*Vtinam appenderentur.* Id eſt, malum noſtræ damnationis leue creditur, ſed vtinam veniat qui oſtendens patriam graue eſſe exilium doceat. Arenæ autem quæ æſtu vndarum exterius pellitur calamitas cõparatur: quia homo peccãs fluctibus tentationum,motus ab intimis exterius exiuit. Grauior dicitur,quia dura fuiſſe pœna oſtenditur, dum per miſericordiam culpa leuiatur. Qui autem per gratiam Chriſti patriam præſentit, in præſentibus vbi neſcij rident gemit,penſans iudicia Dei quibus affligitur.& hoc eſt. F

d *Vnde & verba mea dolore ſunt plena*, *quia ſagittæ Domini*. Id eſt percuſſio animaduerſionis Dei, quæ non me vt multos inemendatum dimittit;ſed

### CAP. VI.

a b 1 Reſpondens autem Iob dixit: Vtinam† appenderentur peccata mea quibus iram merui, 2

† appreh retur ira

a ¶Peccati pœna. b ¶Quaſi vtinam veniat ſtatera, id eſt Chriſtus: qui habet duas lances, miſericordiam,& iuſtitiam: miſericordia dimittendo leuis:iuſtitia corrigendo,& puniendo maioris eſt ponderis.

c &† calamitas quam patior,in ſtatera, *quaſi

* leuat ſimul

¶Statera.

d arena maris hęc grauior appareret:vnde & 3

a Ebibit

---

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. VI.

1 Reſpondens autem. *Poſita ipſius Eliphaz obiectione, hic conſequenter ponitur ipſius Iob reſponſio,in qua primo deſtruit ipſius Eliphaz obiectionẽ,ſecundo aſſtruit ſuã principalem intentionem cap.7. Circa primum ſciendum q Eliphaz obiecerat contra Iob,arguens eum primo de impatientia,ſecundo de falſa ſententia,vt dictum eſt cap.præced.& ideo Iob in ſua reſponſione primo deſtruit primum quod videbatur grauius, & ſecundo ibi;* Vnde & verba mea. *Circa primum ſciendum eſt, q Eliphaz imponebat Iob falſam, & erroneam ſententiam, eo q dixerat ſe innocentem a Deo flagellatum, & ex cõſideratione fragilitatis humanæ conatus fuerat oſtendere omnem hominem peccatorem, & ſic iuſte puniri a Deo,per hoc vlterius concludens ſuum propoſitum, ſ. q nullus punitur in vita præſenti, niſi pro peccato præterito, & non pro expectatione præmii in futuro: & quia dictum Eliphaz quantum ad aliquid erat verum, ſ. q nullus homo eſt omnino immunis a peccato ſaltem a veniali,ſecundum illud Prouerb.24.b.* Septies in die cad.iu. & reſur. *ideo Iob reſpondendo concedit ſe eſſe in aliquo peccatorem;ſed dicit peccata ſua eſſe leuia,reſpectu pœnæ a Deo ſibi inflictæ; & hoc ſatis erat euidens ex bonitate vitæ ſuæ:& hoc eſt quod dicitur.*

2 Vtinam appenderentur peccata mea. *Et patet ex dictis litera.per hoc autem infringitur ipſius Eliphaz argumentum;quia ſi Deus puniret hominem in præſenti pro peccato præterito tantum,& non pro expectatione præmii, & exercitio patientiæ,ſequeretur quod pœna inflicta ſecundum quandam æqualitatẽ correſponderet delicto,ita quod maiores culpæ grauius punirentur, & minores minus cum Deus ſit iuſtus; videmus autem ſceleratiſſimos homines in vita præſenti puniri modicum,& aliquando iuſtos multum affligi,qualis erat Iob. Ex quo concluditur quòd punitio vltima non eſt in vita præſenti, nec afflictio iuſtorum pro peccato præterito ſolum, ſed magis pro præmio recipiendo in futurum ſecundum patientiæ meritum.*

3 Vnde & verba mea. *Hic conſequenter Iob excludit obiectionem Eliphaz de vitio impatientiæ, oſtendens ſe rationabiliter conqueſtum, quando ſupra dixerat;* Pereat dies. *& primo oſtendit Iob propoſitum ex magnitudine mali ſibi inflicti. ſecundo ex ſubtractione ſubſidii, ibi;* Ecce non eſt auxilium. *Prima in tres,quia primo oſtẽdit Iob ſuam querimoniam fuiſſe rationabilem.& ſecundo remouet quandam obiectionẽ irrationabilem, ibi;* Nunquid rugiet. *tertio reuertitur ad ſuam materiam,ibi;* Quis det,&c. *Circa primum concludit Iob ſe rationabiliter deploraſſe natiuitatem ſuam,& vitam ex dictis Eliphaz, quia dixerat ex afflictione in præſenti vita nullam remunerationem eſſe expectandam in alia,& ideo cum ſua pœna excederet culpam præteritam, nec appareret liberatio poſſibilis humana uia, ideo merito deplorauerat uitam ſuam,quaſi deſiderans liberari a pœna per mortem, & hoc eſt quod dicitur.* Vnde & verba mea. *ſupra poſita 3.*

Dolore

---

## MORALITER.

1 *Reſpondens autem Iob, dixit*: Sicut dictum eſt ſupra, Iob ſignificat bonum doctorem, uel prælatum, propter quod tenet typum Chriſti,qui doctorum princeps eſt, & paſtorum. Sicut autem perſecutionem membrorum ſuorum ſuam dixit. Act.9.a. *Saule, Saule quid me perſequeris.* ſic eorum peccata dixit ſua, Pſal.21.a. *Longe a ſalute mea verba delictorum meorum.* quorum remiſſionem deſiderat di.

2 *Vtinam appenderentur peccata mea.* In ſtatera,nanque diuinæ iuſtitię paſſio Chriſti ꝑpõderat peccatis humanę naturę.

3 *Vnde & verba dolore ſunt plena.* Mat.26.d. *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.*

Quia

a *Ebibit ſpi.* Ideſt elationem compeſcit, vt dicat. *Defecit ſpiritus meus.* Et non ſolum gemo, quòd patior, ſed timeo quod minaris. Et hoc eſt:

A

Pſal.76.a.

b *Terrores domi. mili.* ne poſt hoc mors æterna ſequatur. Sed quia ſtateræ aduentū deſiderat, quo ardore eundē Gētilitas, et Iudæa ſitiat, ſupponit.

✣ Cath. Græc. praua ſunt: Symmachus, amara. Olym. & Polychr. probroſam vſurpatis orationē ex veſtra mollitie, nō ex auctoritate mei doloris, quæ vix orationis poteſtatem facit, de meis verbis, iudicantes.

† abſorpta eſt quarum venenum ebibit ſpiritus meus.

Num eſt ſapor in albumine uitelli? Prou.27.b. 1.Lib.

✣ Philip. Sagittæ ſunt pœnæ, aut vermes, quos diabolus inſtigabat ad humorem ſugendum, vt ſolito eſſent moleſtiores. Terrores autem ſunt latrones, aut aeriæ poteſtates. Apertius antiqua tranſlatio, & cum loquor ſtimulant me, vnde apparet, quod ſagittarum nomine, vermes dixerit, qui Dei pmiſſu, diaboli inſtinctu, acriores erāt, vt muſcæ, & locuſtæ ægyptiæ, quas ab Angelis malis immiſſas legimus. Hierony. Diabolus terroribus minabatur.

In com. ego cap.4. Tropolo. B

c *Nunquid ru. ona.* i. agreſtis aſinus. Aſinus eſt Gentilis populus, quē ſicut natura extra ſtabula diſciplinæ edidit, ita vagus in cāpo voluptatū permanſit. Bos Iudæus, qui iugo Dei ſuppoſitus, proſelytos colligens, per corda quæ valuit nomē legis traxit. De vtroque populo multi, vt Iob, & Simeon aduentum Chriſti expectauerunt, herba & fœnum eorum eſt incarnatio qua ſatiantur. Omnis enim caro fœnum. Cuius gratia refectus onager iam non gemit. Et bos non habet præſepe legis vacuum, cum accepit quem ipſa lex prædixit. Vnde natus in præſepe ponitur, vt ieiuna in lege animalia fœno carnis reficeret. Lex autem quia ante aduentum Chriſti nō ſpiritualiter, ſed carnaliter tenebatur, ſubdit.

Eſaiæ.40.b. Luc.2.a.

Idem capit. 5.

d *Aut po. come. inſul.* Sal eſt virtus occultæ intelligētiæ, ſine qua gentes legi dura iubenti noluerunt ſubdi, nec guſtare eam, quæ guſtata carnaliter affert mortem, quia commiſſa, dura animaduerſione diſtringit, & quia culpam docet, ſed non delet. Sed cum in ea veritatem cognouerunt, quæ prius nolebant tangere deſiderijs ſuis, anguſtiatæ comedunt, requirētes inter illa carnalia eum quem vehementer diligūt. Sed & Iudææ hæc congruunt, quæ per legem ex vnius Dei cognitione ſal habuit, & inſulſas gentes recipere faſtidiebat. Quia diuina ſententia propoſita morte vetuerat, ne Iudæa cū alienigenis fœdus iungeret, & vitā inquinaret vnde dicit. *Aut po. eſt quis guſ. &c.* Sedm electos ad Chriſtū conuerſa, ſuis verbū Dei reſpuentib. ad gentes conuertitur, & quas nec ſocietate tangebat modo anguſtias prædicationis, (quę apud ſuos deſpicitur) patiens conuertendo eſuriens recepit.

Moraliter.

C

✣ Origenes. Rationis expertia non clamant, niſi quid moleſtiam afferat, nec ego. Cathena Græca. quid enim? non fruſtra clamabit aſinus ſylueſter, verum cibos quærens? D

✣ Didym. Vitio dare nō debes ſi moleſtia coactus vociferor, cū aſinus ſylueſter voce teſtet̄ pturbationē, cū cibo indiget. nā iuſtus humanū ſenſum non exuit, quamuis conſtanter ferat caſus aduerſos, atque cum quis in cruciatu propter Deū exclamat, ea demum virtus eſt.

†Omnipotentis, uel fortis, & infra.

Ille deſiderat ſtaterā nos iā per fidē eius viuimus, ſed tamē pro purgatione ſagittas eius patimur, & terrore futuri timemus. Sed quia filij non debemus timere, vt dominum, ſed diligere, vt patrem, & ad eū anhelare, vbi cibo, i. æternitate eius paſcamur,

†iuxta pabulū ſuum.

Moraliter.

¶Ideo ſcilicet. a ¶Percuſſiones.
verba mea † dolore ſunt plena, quia ſagittæ † domini in me 1 2
¶Cum ſunt. a ¶Vindicta. b ¶Elationem.
a ſunt, † quarum indignatio ebibit ſpiritum meum, & terro- 3 4
b c res domini militant contra me. Nūquid rugiet onager cum 5 6
¶Quaſi non.
habuerit herbam, aut mugiet bos † cum ante præſepe plenū 7 8 9
a ¶Inſulſum poteſt intelligi, aut ex ſine ſpirituali intellectu, aut philoſophia Gentilium de incarnatione verbi Dei.
d ſteterit? Aut poterit comedi inſulſum, quod non eſt ſale con- 10
e ditum? † Aut poteſt aliquis guſtare, quod guſtatum affert 11
f mortem? † Animæ enim eſurienti etiam amara dulcia
eſſe videntur. Quæ prius nolebat tangere anima mea, 12

pro quo modo rugimus, vnde.

*Nunquid rugiet onager.* Onager eſt populus, qui in campo fidei nullius officij loris ligatur. Bos, prælati officiorum iugo preſſi. Paſtus vtriuſque æterna refectio, quam in exilio ieiunus ardenter cupit. Sed huic intētioni mali obuiant ſuis verbis, & moribus, quę ſunt inſulſa bonis oblata, vt in ventrem electionis admittant, inter quę verba importunē auribus ingeſta tentationem in corde gignunt, & quamuis hęc ratio reſpuat, lingua damnet, tamen difficile intus vincitur, quod foris iudicatur. Cum ergo ſancti ad æternam vitam leuati inſulſa à corde repellant, etiam ab huiuſmodi verbis ſe ſeparant, & hoc eſt. E

*Aut po. co. inſul.* Sed iam in alto poſiti à ſtultis ſemoti, ſępe dum ſola propria ad ferendum dura procurant, pro amore veritatis non ſunt accincti.

✣ Nicetas. Si eſt ſapor in verbis inanibus. Olym. vt panis, cui nihil ſalis eſt aſperſum, edi nequit, ſic ſermones à probabilitate remoti, quales ſunt veſtri, perſuaſionem admouere non poſſunt, quamobrem Apoſtolus, *ſermo veſter ſemper in gratia ſit ſale conditus.* ideſt dulcis, & iucundus. Iſidor. Aut innuit conuitium ſalſum ab auribus longius non digredi, neque enim auditorum pellit intelligentiam: Aut quod temperanter in oratione ſal eſt adhibendum, vt grata influat in animos audientium. Didym. ſermo inanis eſt, qui virtutis actione caret. Non enim in ſermone eſt regnum Dei, ſed in virtute. Hiero. ego nihil ſtultum contra Deum, nihil quod ſale fidei non ſit conditum, operatus ſum, & ſemper peccatum contingere pertimui.

Cathe. Græc.

In com.

e *Aut poteſt ali. gu.* Durum eſt petere, quod cruciat, quod vitam fugat, ſed ſępe cum ſit in alto, ad ferenda ſtultorum mala ſe inclinat, vt eos trahat. Aucto enim deſiderio cęleſtiū anguſtiatur, & prę dulcedine illorum amara ſeculi non metuit. Vnde & poſt impoſſibilē mortis guſtum ſubdit. F

f *Quæ prius no. tan.* id eſt, mala ſeculi iā ſunt dulces cibi prę amore

Idem capit. 7.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Dolore ſunt plena. *rationabiliter, & non ſine cauſa.*
2 Quia ſagittæ do. *ideſt, eius afflictiones.*
3 In me ſ. *vſque ad intima penetrantes.*
4 Quarum indignatio. *ideſt violentia, & magnitudo.*
5 Ebibit ſpi. meum. *ideſt, intercidit (alias intercipit) anhelitum meum.*
6 Et terrores do. *ſcilicet de continuatione huius mali in futuro.*
7 Militant contra me. *quia his non poſſum reſiſtere.*
8 Nunquid rugiet. *Hic remouet obiectionem irrationabilē, quia poſſet dicere Eliphaz, aliqua paſſus ſum, non tamen prorupi in talem querimoniam, quod remouet Iob per hoc, quòd ſi aliquid paſſus eſt, nō tamen fuit tanti ponderis, quod eum deijceret à ſtatu terrenę proſperitatis, & ſic non habuit materiam querulandi, & hoc eſt, quod dicitur per quandā metaphorā. Nunquid ru. ona. reſpondendo ſuum dolorem.*
9 Cum habu. her. *ideſt, paſtum ad ſufficientiam, quaſi dicat nō, et per hoc intelligit, quod homo rationalis multo minus debet conqueri ſtans in ſtatu proſperitatis.*
10 Aut pote. co. inſulſum. *ideſt cibus inſipidus.*
11 Aut po. ali. gu. *ſ. cibum ægrotantium, qui poteſt inducere mortē quaſi dicat: Homines abundantes in delicijs talia nullo modo comederent, veruntamen homines anxiati præ magnitudine famis talia non abhorrerent comedere. ſecundum quod dicitur Prou.27.a.* Anima autem eſuriens etiam amarum pro dulci ſumet, *& hoc eſt, quod dicit Iob de ſeipſo.*
12 Quę prius. *tempore proſperitatis meæ.*

1 Nunc.

## MORALITER.

2 *Quia ſa. do. ſunt in me.* Claui enim, & lancea Chriſti corpus perforantes poſſunt dici ſagittę.
4 *Quarum indi. ebi. ſpi. meum.* Iohan.19.f. *Et inclinato capite tradidit ſpiritum.*
6 *Et terrores do. militant con. me.* ideſt pœnę mortis, quę eſt vltimum terribilium.
8 *Nunquid rugiet ona. &c.* Per onagrū, & bouē, qui ſunt animalia bruta, ſignificantur homines carnales vitā pecudū ducentes, & per herbā, & pręſepe plenū, abundantia deliciarū in quibus quieſcunt voluptuoſi tanquam in optato fine, & per conſequens abhorrent labores corporis, & dolores, io ſubditur.
10 *Aut poterit comedi in.* ſed per mutationem dexterę excelſi de carnali fit aliquando fortis amore Chriſti ad perferendum aſpera, ſicut patet de ſancto Bonifacio martyre. Ideo in perſona talis dicitur.
12 *Quæ prius no. tam. ani. me.* Nam martyrium, quod prius abhorrebat, ardenter pro Chriſto deſiderabat, ſicut famelicus eſcam, cuius dilatio anguſtiat fameſcentem.

Bonifacius martyr.

amore cæli.'Et cum hæc dulcia ſint.

A ⁂Orig. Non poteſt quieſcere anima mea. Rugitum.n.video triticum meum, quaſi odorē leonis. Rugitus,& clamor tantus à me editur, cū ad cibū accedo, quantum proditū eſt leonem habere. Cath. Græca. non poteſt ceſſare animus meus, fœtorem enim video cibos meos, ſicut odorem leonis.

⁂ Chryſ. famis neceſſitas manus in mēſā porrigere cogebat fetor autem intolerabilis, qui mittebatur è corpore, vim famis facile ſuperabat. leo autem mirādum in modum tetri eſt odoris, feruntque illius cibi reliquias, à cæteris animantibus reſpui oīno, idque ob grauem in eas inſpiratum odorem, qui ex illius corpore exhalatur.

† vel illa ſunt veluti ægritudines carnis meæ.

¶Deſiderio.

a ¶Hinc patet eum increpationem domini non reprobaſſe, quam quia quidam reprobant, dominus ad correctionem etſi iam cœpta, iratus manum retrahit.

a †nunc præ anguſtia cibi mei ſunt . Quis det, vt veniat peti- 1 2
¶ Scilicet me conterere. 3
b tio mea, & quod expecto tribuat mihi Deus, & † qui cœpit, 4
¶Id eſt extendat. 5
c d ipſe me conterat. Soluat manum ſuam, & ſuccidat me, † & 6 7
e hæc mihi ſit conſolatio, vt affligens me dolore non parcat, 8 9
¶Ideſt diſcutionibus eius non murmurabo. ¶Id eſt Dei.
f nec contradicam ſermonibus ſancti? quæ eſt enim fortitu- 10 11
g h do mea, vt ſuſtineam, aut quis finis meus, vt patienter agam? 12 13
Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea †

Orig. in ann. ⁂Iulianus. Huius cauſa non in morbo ſolum, ſed in improbi dæmonis opera conſiſtebat. Hic enim Deo inuiſus odoris ſæpenumero afflare dicitur fęditatem. Hiero. & Philip. Nunc verbis paſcor aſperis, quæ immenſitas doloris extorquet, & ſm antiquos interpretes, odor cum de eius viſcerib. erumperet, eſcæ ſuæ id ei faciebant, quod ſuarum ſpirabant interna fibrarum, vnde ait halitum exhorruit vxor mea.

B a *Quis det, vt ve.pe.mea.* ſcilicet.

b *Qui cœpit, ipſe me con.* Cōterit aduerſarius, & defecit à virtute homo. Conterit Deus, & fractus à vitijs in virtute ſolidatur. Qui ergo ꝑ flagella deo appropiare deſiderat, dicit: Qui cœpit, ipſe conterat, q̄a aliqn̄ incipit Deus cōtritionē vitiorū, & in ipſo ꝓuectus initio hō extollit̃, & ſic hoſtis excluſus grauior aſſumptis alijs ſpiritib. ſurrepit, & virtutes ꝯterit.

c *Soluat manum.* ideſt exerceat effectum, dū enim inflatus longa proſperitate amorem ſuum per flagella non exercet, quaſi manum ad ferienda vitia ligatam tenet. vnde peccāti populo dicit: Iam nō iraſcar tibi, & zelus meus receſſit à te.

d *Succidat me.* Cum enim dolor, vel tentatio nos percutit, elatio mentis ſucciſa cadit, vt iam quærat manum leuantis.

In ann. ⁂ Orig. Aut mihi exponat cur hæc patiar, aut nō ſollicitū me faciat de futuris. Qđ ergo me excruciat eſt, qđ nec rñſo me dignū iudicat. Hoc ēt ſcio, ſi vulnus mihi infligat, eū tñ non eſſe tandē perditurum. Cath. Gręca. Si enim dederit, & mea venerit poſtulatio, & ſpem meā dederit dominus, cum cœperit dominus, vulneret me, in finem autem non me in-

C terficiat. Chryſ. Iobi petitio ac ſpes, quam optat non eſſe inanē, vitæ exitus, ne diuturniores ſint cruciatus, huc pertinet, *ne interficiat me in finem*, i. nō poſſum me educere ex hac vita, dñm imploro, vt non me ſinat in finē excindi, ideſt ſupplicium eſſe diuturnius. Itaque mortem beneficium poſtulat, vt ægritudine liberetur. Philip. quæ patiebatur, Deo ſinēte ſe pati dicit, manuque Dei ſe contineri, quam exoptat ſolui quatenus præſentes pœnas euadat, cum ex hac vita, velut arbor, fuerit ſucciſus. D

e *Et hæc mihi ſit con. vt affli.* Quaſi quibuſdam hic parcit, vt in æternū feriat, ſed me hic nō parcens feriat, quod eſt mihi conſolatio. Timent enim ſancti hic ſibi parci. Quòd hæc non tumenti, ſed humili mēte dixit, oſtēdit ī his.

† velit De[us] conterere m[e]

†tunc eſſet huc mihi c[on]ſolatio, & [...] ſecrarem dolore me vt non par[ceret], (vel & [...] lefaciam [...] dolore, [...] parcat, id calefaciā [...] in dolore, ſubſiliam p[...] lætitia, ſi in[...] fecerit me [...] us, & non p[...] percerit, q[...] non abſco[n...] ſermones ſ[an]cti.

f *Nec contra ſer.* Sermōes dei ad nos, nec modo dicta, ſed & facta, vt hic percuſſio Iob, cui murmurādo non contradicit, quia & quem feriēdo tolerat ſanctū vocat.

⁂ Cath. Græca. & Orig. Sit autem mea vrbs ſepulchrum, in qua ſuper muros ſaliebam in ipſa. Aquila, & Theodotio, & adhuc erit conſolatio mea. Nicetas. Illud mihi ſolatium erit ſi in ipſa mihi ciuitate mori atque humari contingat. Chryſ. in qua cum voluptate verſabar, id enim ſignificatur verbis illis, ſuper muros ſaliebam. Cath. Græc. Non parcam non enim mentitus ſum verbo ſancta Dei mei. Olym. Vobis non parcam, ſed libera vtar oratione, cum præcepti alicuius violati nulla me conſcientia arguat, nec contra, q̄ ſentio, loquar. Philip. Ita conuenit dicere humilitati ſanctorū, vt etiam tres pueri in fornace poſiti feciſſe referuntur. E

In ann.

Grego. cap.

g *Quæ eſt enim forti. mea.* Alia eſt fortitudo bonorū, alia malorū. Fortitudo bonorū, eſt carnis, ac ſeculi blandimēta vincere, mala hic pro æternis tolerare. Malorū fortitudo, eſt ꝑſentia ſemper amare, & contra flagella Dei inſenſibiliter indurari, ab appetitu temporalium, nec pro aduerſis quieſcere in ſe ſpē ponere. De vtraque Eſaias: *Qui confidunt in domino, mutabunt fortitudinem.* Qui.n. nequaquā ſumunt, ſed mutabūt dixit, profecto patenter innotuit, quia alia eſt, quæ ponitur, alia quæ *inchoatur.* Iniquus pro mūdo mala, & pericula ſuſtinet, iuſtus ꝓ mūdo pati hæc debilis finē cōſpicit, quā breuis eſt hæc vita, & pro ea, q̄ non amat, pati recuſat. Dicit ergo.

Idem capit.

h *Quæ eſt enim fortitudo, aut quis finis.* Id eſt mala pro mundo tolerare nequeo, q̄a fortis nō ſum in eius deſiderio, q̄a dū finē huius vitæ cōſidero, cur ꝓ ea patiar, q̄ ſperno? Nō.n. ſimilis ſum duritiæ iniquorū, q̄ inſēſibiles, vt lapis, & æs. Lapides ꝑcuſſi clarū ſonū nō reddunt, qđ facit æs. Sed q̄a lapis vita caret, ſenſum in ſonitu non hēt, ſic aliqui ſunt ita duri, vt & percuſſi ſonitū non reddant humilis confeſſionis. Alij vero reddūt, ſed nō ex corde, & ita nō ſentiunt bona, q̄ loquunt̃, & non F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Nunc prę angu. *famis, & inopiæ.*

2 Cibi mei ſunt. *ideſt mihi accepti.*

3 Quis det. *Hic Iob reuertitur ad præcedentem materiam, ſ. quod vita ſua ſubiecta tot miſerijs debeat ſibi eſſe deteſtabilis ſecundū errorē Eliphaz dicentis, ex talibus miſeriis nullam remunerationē expectari in futuro, ipſum ad inconueniens ducendo, quod habebat Eliphaz pro inconuenienti.* Quis det, vt ve.pe.mea. *Id eſt, in effectu impleatur.*

4 Et quod expecto. *cum magno deſiderio. Tribuat mihi Deus, & quid ſit illud oſtendit, dicens.*

5 Qui cœpit. *flagellare, ſcilicet Deus.*

6 Ipſe me conte. *per mortem.*

7 Soluat ma. ſuā. *dicitur autem manus domini ligata, quando non inducit effectum aliquem, ſoluta vero quando inducit.*

8 Et ſuccidat me. *à præſenti vita.*

9 Et hęc mi. ſit conſo. vt affli. me dolo. nō par. &c. *ſ. à morte.*

10 Nec contra. ſermon. ſancti. *Ideſt, voluntati, & ꝓceptis ipſius Dei, qui eſt ſanctus ſanctorū. Viri enim ſancti quando non ſunt in bono confirmati cuiuſmodi erat Iob, debent timere ne oppreſſi tribulationis pondere, ruant in deſperationem, & blaſphemiam, quibus mors eſt præeligenda, & præoptanda, ideo ſubdit.*

11 Quę eſt enim forti. mea. *quaſi dicat non eſt intantum confirmata in bono, quin debeam timere de caſu.*

12 Aut quis finis meus, &c. *Hoc expreſſe dicitur contra errorem Eliphaz, qui negabat aduerſitates huius vitæ ordinari ad finem vitæ beatæ in futuro. Et quia conſideratio huius finis facit patienter tolerare aduerſa huius vitæ, vt patet in martyribus, & ideo hoc remoto ſecundum errorem Eliphaz, non remanet ratio patienter ſuſtinendi, ſed magis mortem optandi, vt miſeriis finis imponatur.*

13 Nec forti. la. for. mea. *Fortitudo enim lapidum eſt ſine ſenſu, et ideo non dolent ſi conterantur, vel ſcindantur, & ſimiliter eſt de ære. Fortitudo autem humana, & caro ſunt in natura ſenſitiua, quæ de neceſſitate percipit læſionem, & dolet, niſi hoc miraculo impediatur per potentiam diuinam.*

1 Ecce

## MORALITER.

3 *Quis det, vt ve.pe.mea.* vt ad cęli gaudium veniam per martyrium. Philip. 1.c. *Deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto.*

5 *Qui cœpit ipſe me conterat.* ideſt Deus, qui dedit mihi martyrij deſiderium, ipſe perficiat.

10 *Nec contra ſer. ſancti.* ſed magis benedicam Deum cœli.

11 *Quæ eſt enim for. me.* quaſi dicat tolerantia martyrij non prouenit ex hominis virtute, ſed ex dono Dei.

12 *Aut quis fi. me.* q.d. nō proſperitas huius vitę, ſed futurę, quòd ꝗ ſuſtinebat Iob ꝯ amicos ſuos, vitam aliam non credentes. Sed quoniam martyres de communi curſu ſentiebant dolores, inde dicebat Eleazarus 2. Mach. 6.g. *Tu ſcis domine cum à morte poſſem liberari graues corporis ſuſtineo dolores, ſecundum animam autem propter timorem tuum libenter hæc patior, ideo ſequitur.*

13 *Nec forti. la.* qui ſunt inſenſibiles.

† *Fortitudo me.* Et quoniam propinqui martyrum aliquando martyrizabāt eos, ſicut patet de patre ſancti Chriſanti, et de patre ſanctę Chriſtinę. ideo ſequitur:

1 Ecce

& non implentes ſine vita clamant.Sed Iob neq́,ita pduruit
A vt percuſſus à confeſſione ſileat, nec vocis ſenſum ignorat.
Negato, q́ non eſt fortis per inſaniã oñdit, quia fortis per
ſtatum ſalutis. Sed ne hoc ſibi arroget, ponit vnde habet, at-
que vt ita dixerit, infirmus habet vires. vnde ſubiungit.

a *Ecce non eſt auxi.* Ad maioris quoq; meritum fortitudinis, quo modo à proximis deſtituitur, addit.

b *Neceſſarij quo.* Si exterius deſpectus intus ſolio iudicij præſidet: Nam ad ſententias erumpit.

a eſt. Ecce non eſt auxilium mihi in me, & neceſſarij quoque 1
b 2
c mei receſſerunt à me. Qui tollit ab amico ſuo miſericordiã, 3
timorem domini derelinquit. Fratres mei præterierunt me, 4 5
ſicut torrens, qui raptim tranſit in conuallibus. Qui timent 6 7
pruinam, irruet ſuper eos nix. Tempore quo † fuerint diſſi- 8 9
d pati, peribunt, & vt incaluerint, ſoluentur de loco ſuo. In- 10
e 11
f uolutæ ſunt ſemitæ greſſuum eorum, ambulabunt ĩ vacuum, 12 13

In ana. ✻ Orige. Non ſum ſenſus expers, vt æs, & lapis. Olym. Polyc. vt hæc mea ſine dolore ferre poſſim, nec breuis eſt mea calamitas. Chryſ. Ergo tolerantia illa non à robore corporis, ſed pietatis ac timoris Dei manabat. Cate. Græca. An non in ipſo confidebam? adiutorium autẽ mihi abeſt, deſeruit me miſericordia, viſitatio autẽ domini deſpexit me. Chryſ. Corporis calamitas eſt huiuſmodi. Quod aũt animum ægritudine lacerat maxime illud eſt. Quod ex his malis coniecturã facere licet, me à Deo, qui mihi pręcipue cordi erat in quo ſpes oẽs meas collocatas hẽbã, prorſus eſſe derelictũ, eiuſdẽque viſitationib. & miſerationib. plane nu-
B datũ. Et certe maximus eſt męror hominis eius, qui cũ diuino ſit amore ſauciatus, à Deo, quem vnũ optabat, deſertũ ſe tũ eſſe ſuſpicetur. Philip. Renuit cõſolari anima mea. Hier.
Pſal. 37. tam ex ſua, quam ex perſona Chriſti hoc dicit, quod poſt ꝓpheta: Amici mei, & proximi mei aduerſum me ſteterunt.
Gg. 7 c. 10. Amicus quid ſit. c *Qui tollit ab ami. ſuo.* Amicus eſt quilibet proximus, cui cũ benefacimus, ipſe nobis ad vitã auxiliatur. Ex amore Dei a-
Deutero. 6. a. mor proximi gignitur, quia qui Deum negligit, proximum diligere neſcit. Vnde dicturus: *Diliges proximum, &c.* præmiſit, *Diliges dominum Deum tuum.* Per amorem vero proximi, a-
Iohan. 4 d. mor Dei coaleſcit. vnde: *Qui non diligit fratrem quem videt, Deũ quem non videt, quomodo poteſt diligere?* Qui tamen amor Dei ꝑ timorem naſcitur, ſed creſcendo in affectum mutatur. Deus vero, vt quã prope, vel longe ſit quiſque à charitate, videat, quoſdam percutit, in quo, & ipſos erudit, & fictos amicos ꝓdit, & non percuſſis dat occaſionem boni operis. Qui ergo à percuſſo miſericordiam tollit, timorem Dei relinquit, quia aperte oſtendit, quòd eum non amauit, & nequiter contra Deum ſe erigit, quem nec piũ in ſe, nec iuſtum in percuſſo agnoſcit. In Iob vita totius electi populi, cuius membrũ eſt ſignatur. Reprobi cũ probis in fide, & ſacramentis, ſed non
C in charitate iungunt, vnde & fratres dicunt. Et prætereũtes cõparat torrenti, qui de montib. in valles trãſit, qui hyemalibus

libus pluuijs collectus æſtate areſcit. Qui. n. pro mundo ſu- D
perna deſerunt, de mõtib. ima petunt. In hyemẽ huius vitæ multi, in æſtate iudicij ſiccandi, raptim, ideſt ſine obſtaculo & difficultate, q̃a aſcẽſus eſt ĩ labore, & deſcenſus in voluptate. Labore ſaxũ ſurſum impellitur, facile ad ima relabit, labore creſcunt, quæ cito cadunt, vel ad valles, id eſt, ad ima pœnarũ loca repẽte tranſeunt, quibus quotidie dies vitæ rapiuntur. Sunt vero aliqui, qui recte agere volunt, ſed eis infirmis, aliqua in pręſenti obſiſtũt, & dum hęc pati metuũt, Deũ offendũt. Hi ſunt, qui timent pruinam, quæ inferius congelaſcit, & nix quæ de ſuperioribus ruit, id eſt animaduerſio æterna, ſuper eos cadit, & qui calcanda ab infimis timent, à ſummis timenda patiũtur. Qui quidem ſi modo ſunt glorioſi, tempore quo fuerint diſſipati, omnibus his amiſſis peribunt, etiam exterius, qui intus dudum æterna negligendo perierunt, de quibus recte dicitur.

† effluxerunt, (vel premet eos æſtus.) Quidã ſic vertunt, Tempore (ſub. hyemis) quo frigeſcent, congelabuntur.

d *Et vt incaluerunt.* i. cum per cognitionem pœnæ feruere cęperint, à delectatione carnis, quam deſiderio tenebant, ſeparabuntur. Mali æterna non intelligunt, niſi cum iam pro terrenis puniuntur, tunc mens æſtuat, & igne ſeræ pęnitentiæ ſe inflammat, tunc eius duritia per ſupplicium liquatur. vnde propheta: Tantummodo vexatio ſola intellectum dabit auditui, hec tunc paſſuri, interim his implicantur. — Idem capi. 11. E — Eſa. 28. c.

e *Inuolutæ ſunt.* Omne quod inuoluitur in ſe replicatur, ſic mali, volentes aliqñ bona quaſi extra ſe tenſi, ad cõſueta mala tentati replicantur. Vel, inuolutæ ſunt, qui etſi aliquando victa vna nequitia pedem leuant, regnans altera, & ad eam, quam vicerant implicat, vt qui iam ſpreta auaritia adhuc luxurioſus eſt, pro pretio luxuriæ ad auaritiam redit. Sic ope vicaria fugitiuum ſuum vitia retinent, & quaſi laqueis egreſſus ligant. vnde ſæpe lapſi ad ſuas voluptates redeunt, nec curant ea, quę permanent. vnde ſubdit. — Idem cap. 12.

f *Ambulabunt in vacuum, & peribunt.* Quia nihil ſecum de fructu ſui laboris portant. Sed iuſtus in conſpectu domini non apparet vacuus, portat enim manipulos iuſtitiæ. Ab illorum autem imitatione per finem terret. — Idem capi. 13.

✻ Orig. Qui in ſecundis rebus reuerebant, nũc in aduerſis opprimũt. Et vt nix copia, & cãdore pſtantior eſt, liquata autẽ ſolis radijs diffluit, ſic ego antea locuples, & eximius nũc ab omnib. deſertus ſum, & quaſi in terrã ꝓiectus, ne domo quidẽ integumenti cauſa, dignus iudicatus ſum. POLICH. F
Olym. torrenti ſe comparat, q̃ hyeme modo aquis redũdat, modo

## NICOLAVS DE LYRA.

Diuiſio. 1 Ecce non eſt auxi. *Hic conſequenter Iob oſtendit ſuam querimoniam fuiſſe rationabilem propter defectum remedij contra malum ſibi à Deo inflictum, & primo Iob oſtendit propoſitum, ſecundo reſpõdet cuidam obiectioni, ibi.* Conſiderate. *tertio remouet quoddam dubium, ibi.* Verumtamen. *Circa primum ſciẽdum, quod contra malũ illatum homo habet remedium. Vno modo per ſe, ſ. quando habet diuitias, vel filios potentes, ſeu robur corporis, per quæ poteſt malum illatũ repellere, ſed omnia iſta erant ipſi Iob ſubtracta, vt dictum eſt ſupra j. cap. & 2. Et ideo dicit.* Ecce non eſt auxilium mihi in me. *Sc̃do habet remedium per amicos bonos, ſi ſibi remanſerint, quia multa per amicos poſſumus, quæ per noſipſos non poſſumus. Talia autem erant ſubtracta ipſi Iob per procurationem ipſius Sathan, vt dictum eſt ſupra ſecundo capitulo, & hoc eſt, quod dicit.*
2 Et neceſſarij quoque mei. *Ideſt amici chariſſimi.*
3 Receſſerunt à me. *de mea aduerſitate non curantes, quia tamen iſtud eſt culpabile in amicis, ideo ſubdit.*
4 Qui tollit ab amico ſuo miſericordiam. *ſubtrahendo ſibi auxilium tempore neceſſitatis.*

5 Timorem

5 Timor. domini dere. *ſcilicet filialem, quia Deum offendit.*
6 Fratres mei. *id eſt conſanguinei mei.*
7 Pręterierunt me, &c. *non curantes de mea releuatione, & quia hoc eſt culpabile, ideo ſubditur.*
8 Qui timent pruinam, irruet ſuper eos nix. *Ideſt, qui propter timorem minoris periculi dimittit ſubuenire amico ſuo in neceſſitate poſito, ſcilicet ne per tale adiutorium eius facultates diminuantur, incurret maius periculum, ſcilicet pœnam à Deo ſibi infligendam.*
9 Tempore quo fuerint diſſipati. *per mortem.*
10 Peribunt. *quia iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui non miſeretur, Iaco 2. c.*
11 Et vt incaluerint, ſoluentur de loco ſuo. *Loquitur de eis ſecundũ metaphorã pruinæ, quæ ſtatim diſſoluitur cum tangitur à ſole, ſic ad tactũ diuini iudicij ſoluentur à proſperitate præſentis vitæ.*
12 Inuolutæ ſunt ſemitæ greſſuum eorum. *fraudulentijs, & aſtutijs.*
13 Ambulabunt in vacuum. *quia non venient ad terminum debitum, qui eſt beatitudo futura, ſicut medicina dicitur in vacuum propinata, quæ non inducit ſanitatem.*

1 Conſi-

## MORALITER.

1 *Ecce non eſt auxi. mi. in me.* ideſt in mea cognatione.
2 *Neceſſarij quoque mei.* i. amici mei. Sed econtra molles, & effœminati pœnas pręſentis vitę fugientes, incurrunt pœnas inferni, quę ſunt multo maiores, ideo ſubditur.
8 *Qui timẽt pruinam, irruet ſuper eos nix, tempore quo fuerint diſſipati,* ideſt, diſcraſſiati.
11 *Et vt incaluerint.* ideſt, infirmitas inualuerit.
11 *Soluentur de loco ſuo.* per ſeparationem animę à corpore.
12 *Inuolutæ ſunt ſemitæ greſſuum eorum.* quia ſicut inuolutus reti, quando vult ſurgere iterum cadit, ſic iſti ruunt de peccato in peccatum.
13 *Ambulabunt in vacuum.* quia non attingent ad brauium, ſed ad contrarium. ideo ſequitur.

modo exinanitur,& fluctui,qui nunquã manet idẽ,ſed inter
A dũ ſublimis effert,nonnunquam deprimitur, & abit in ſpumã. Didym. Ficti amici ſimiles torrenti, qui rudibus perennis fluuij ſpeciem præbet, quaſi nunquam ſiccandus.

✠ Chryſ. Diuinæ derelictionis eſt opus,vbi enim à quopiã Deus receſſerit,cũctę res in illum odia conuertunt. CATEN. GRAECA. Qui vere bantur me nũc irruerunt in me, ſicut nix & glacies concreta, liquefacta orto calore, nõ eſt agnita, id quod fuit,ſic ego derelictus ſum ab omnibus, perij autem, & exul de domo mea fact⁹ ſum.

† aſpiciunt.
† expectant.
† ad eas (ſub. ſemitas), vel ad ea itinera.
† fractionem, calamitatem.

a & peribunt. † Conſiderate ſemitas Themã,itinera Saba,& † 1
¶Veniunt mali ad bonos,vt arguant,& cum non poſſunt,erubeſcunt. 2
b †expectate pauliſper. Confuſi ſunt,†quia ſperaui. Venerunt †
c d quoque vſque†ad me, & pudore cooperti ſunt. * Nunc ve-
e f niſtis,& modo videntes† plagam meam,timetis? Nunquid †
a ¶Vobis. ¶Quaſi non. ¶Aliquid. 3
dixi,afferte mihi, & de ſubſtantia veſtra donate mihi,vel li- 4 5
a ¶Sathanæ. b ¶Malignorum ſpirituum. 6
berate me de manu hoſtis, & de manu robuſtorum eruite 7
a ¶Sed non poteſtis. 8
g me? docete me, & ego tacebo, & † ſi quid forte ignoraui, 9

✠ Chryſ. multo eſt atrocius inſultare iacenti. Didym. fortaſſe incuſat amicos,q oratione ſua imminebant audacius. Eſt & illud veriſimile, alios cõplures calamitoſo ĩſultaſſe. Didym. Calamitas ſimulatã amicitiã patefecit. Illud aũt, *perii* ad,vulgi dictũ eſt opinionẽ, q cunctarũ rerum amiſſionem exitium exiſtimat, & exul factus ſum,huic par eſt:Cũ omni domo funditus iterij.

✠ Philip. Timor dñi obſeruare facit,quod pręcepit. In ſcripturis autem propinqui patrum nomine ſolent appellari.

✠ Hieronym. & Philip. Timebam peccata minima perpetrare,ne pro eis Dei in me vltio ſæuiret,& ecce nunc,ita punior quaſi ſcelera immania, & execranda commiſerim. Et ſequentibus,diem afflictionis ſuæ recordatur,quo,diſſipatis
B rebus ſuis, perijt à ſtatu florentiſſimi regni ſui, ſemitas autẽ virtutes dixit,inuolutas tot ærumnis. Concionandoque addit ambulabunt in vacuum,quaſi videatur,qui perituri ſunt incaſſum ſemitas virtutis calcaſſe.

Greg. cap. 14. a *Conſiderate ſemitas.* Thema interpretatur auſter, Saba rete. Auſter, qui tepore mẽbra diſſoluit, eſt hic fluxa viuendi remiſſio. Rete eſt actionis obligatio,& fluxis actibus hõ implicatur,dum non perfecte mundũ deſerit, dum non diſtricto ſtudio,ſed diſſolutis greſſibus vadit,vt qui pro amore carnali parentum ad ea,quę Dei ſunt præpeditur. *Conſiderate*,dicit quia peruerſa agendo diligimus, ſed hæc viſa in alijs dijudicamus. vnde ad nos reuerſi de huiuſmodi erubeſcimus.

b *Expectate pauliſper.* Quia parum eſt quicquid finitur,ſed q hoc longum putat,de æternis non curat.

Dicta breuitate vitæ contra iniquos inſurgit voce iuſtorũ.

c *Confuſi ſunt.* Quia ,ſ. mali bonos per aſpera à ſpe conantur retrahere,quod ſi peragunt, exultant,ſi non,incaſſum crudeles fuiſſe erubeſcũt,vnde & quid in retributione fiat,ſubdit.

d *Venerunt quoque.* In iudicio mali ad iuſtos peueniunt,qa eorũ gloriã videbunt, vt grauius doleant videntes,quod perdiderunt. Tunc pudor eos operit, cũ teſtis conſcientia vrit. Eadem ſpũaliter. Amici Iob confuſi ſunt, quia dũ me ad deſperationẽ inflectere nequeunt, confundunt, venerunt dũ iam
C mentis cõſtantiã intus agnoſcunt, & erubeſcunt. Quos oſtẽdit

D dit de numero eorum, qui Deum non timent, niſi ſuis,vel aliorum aduerſis territi.

In ann.

✠ Origenes. Conſiderate gloriam veſtram,quam reb.incertis nitatur. Cat. Græc. Videte vias Thæmanorum,qui ſemitas Sabæorum intuemini,& cõfundentur,q in ciuitatibus, & pecunijs confiſi ſunt. Olym. Alius quidam interpres his verbis expreſſit. Reſpiciũt in vias Themã itinera Saba expectãt ſibi ipſis. Saba autem Aethiopes ſunt. Ergo hoc dicit, q mercaturam exercetis, opibus ne confidite. Ponit autem loca in conſpectu, ac regiones, quæ quondam beatæ fuerunt,nunc deſertæ ac ruina collapſæ. Hieronym. Videte vias diuerſas regnorum, per quas ad me omnium gentium frequentiæ cõfluebant, & intuebimini ſolitudine deſolatas.

† cum ſ... eſſent.
* Quoni...
† in quo... ui.

✠ Philip. ſic Hierony. Viç Sion lugent eo,quod nemo veniat ad ſolemnitatem. confuſi ſunt, quia ſperaui perpetuum curſum proſperitatis, aut ſperauerunt eo, quod ſpem ſuam in eum falſa eius ſeducti fœlicitate poſuiſſent, vel quia à cliẽtibus ſuis ſperaret auxilium.

e *Nunc veniſtis,& modo viden.* plagam meam. Quaſi ego Deũ & ante aduerſa timui, vos qui ex amore Deum non timetis ex ſolo verbere formidatis.

f *Nunquid di.* Eccleſia,ſubſtantia hæreticorum (quorum figura ſunt amici Iob) non eget,i. carnali ſapientia,& recta,q
E contra diabolum de conuerſione aliquando loquuntur,audire ab eis renuit, quia per hæc ad perfidiã trahunt. Manus hoſtis eſt fortitudo Sathanæ. Robuſti ſunt maligni ſpiritus.

Greg. 7. c... Moraliter.

*Nunquid dixi afferte.* Contra diuites mundi, pauper,contra potentes, oppreſſus,contra ſapientes, ſtultus Dei tria rñdet, quia nec pauper eorum ſubſtantiam, nec oppreſſus adiutorium contra robuſtos,i. ſpiritus malignos nec ſtultus doctrinam ſapientiæ carnalis quærit. Boni enim mente in alto fixi hæc omnia quaſi in imo deſpiciunt. vnde & potentibus ſeculi intus humiles libere cõtradicunt, vbi verba eorũ amor exaſperat,nec ex elatione ſunt liberi,nec ex timore ſubmiſſi ſed rectitudo facit liberos, infirmitas ſua humiles, & quod in ſeipſis deſpiciunt, & in alijs.

g *Docete me.* Hoc vel prioribus ſubiungitur,vel per ſe dicitur per increpationem.

✠ Orig. ſcio non ſatis fore præſidij in homine conſtitutũ, itaque neque veſtrũ auxilium deſidero,nec ignoro quis me ita percuſſerit. Olym. dignum conſilium explicat Oportet eos,qui alienas calamitates intuentur vereri, & ptimeſcere.

✠ Chryſ. Ipſi veſtra ſponte conſolandi cauſa veniſtis, cur inimicorum officia vſurpatis. Didym. docere debetis,non arguere importune,ſed cum Apoſtolo,in omni longanimitate,& doctrina.
F

a Quare

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Conſiderate ſemitas Thema.* Hic conſequenter reſpondet cuidã obiectioni, quæ poſſet ſibi fieri,eo q dixeret amicos ſuos ab eo declinaſſe, quia tres amici ſui ſupradicti venerãt ad eũ conſolandũ,vt hr̃ ſupr. 2. c. tamen per ipſum Sathan fuerunt inducti ad ipſum Iob increpandũ, & ſic aduentus eorũ non fuit ei conſolabilis,& hoc eſt,quod dicitur: Conſiderate ſemitas Thema. ideſt, aduentum Eliphaz Themanitis.

2 *Itinera Saba.* id eſt,aduentum aliorum.

3 *Et expectate pauliſper.* i. conſiderate,quòd aduentus eorum non fuit mihi conſolabilis,nec in aliqđ auxilium, iõ ſubdit.

4 *Confuſi ſunt,quia ſperaui.* ideſt,quia eram in ſtatu miſeriæ,in quo derẽ auxilium ab eis ſperare,confuſi ſunt,qa non hẽbãt volũtatẽ adiuuãdi p ipſum Sathã à bono ꝓpoſito immutati.

5 *Venerunt quoque vſque ad me,& pudore cooperti ſunt.* quod homo in tanta miſeria conſtitutus reputaretur eorum amicus, & ideo conuertendo ſermonem ad eos dicit.

6 *Et modo videntes plagam meam timetis.* ne aliquid pro ſubleuatione mea repetam à vobis.

7 *Nunquid dixi,affer.mi.* q.d. iſte timor in vobis eſt fruſtra.

8 *Docete me.* ſi habetis maiorem ſcientiam.

9 *Et ego ta.* vt audiam, & per hoc innuit contrarium,quia pro conſolationibus dixerunt ſibi verba pungitiua, & detractoria. ideo ſequitur.

1 Quare

## MORALITER.

† *Peribunt,cõſiderate ſemitas Thema,&c.* dicit contra amicos Iob,qui felicitatem hominis ponebant in proſperis huius vitæ,per quos ſignificantur carnales, contra quos dicitur hic.

1 *Conſiderate ſemitas,&c.* acſi dicatur,ſi ſententia taliũ penſetur, nulla aut paruula felicitas eſt, quæ ab eis expectatur.

4 *Confuſi ſunt.* vitam pecudum eligentes.

† *Quia ſperaui.* in bonis ſpiritualibus, & æternis.

5 *Venerunt quoq; vſque ad me.* ad cõſolandũ, & verſi ſunt ad deſolandum.

† *Et pudore cooperti ſunt.* reputantes me percuſſum propter magnitudinem flagitiorum meorum.

6 *Et modo videntes plagam meam timetis.* ne temporale ſubſidium quæram à vobis, quod non eſt verum, ideo ſubditur.

7 *Nunquid dixi.* Sed ſi ſpirituale bonum poſſetis mihi conferre libenter acciperem, ideo ſubditur.

8 *Docete me.* Sed quoniam mali non diligũt veritatem, ſed magis eius ſubuerſionem, ideo ſequitur, Quare detraxiſti ſermonibus veritatis, &c.

a *Quare dextra.* Mundus eſſe dẽt, qui aliena corrigit, quomo A do.n. videt maculã in alio oculus, quẽ puluis grauat? vel, quo tergit ſordes manus, quæ lutum tenet: vnde per ſignificatio nem dicitur Dauid. *Non ædificabis mihi templum, quia vir ſanguinum es.* Quia qui actis carnalibus incumbit, neceſſe eſt, vt mentes aliorum ſpiritualiter inſtruere erubeſcat. Dixit ergo: *Quare de.* Id eſt, qua temeritate audita reprehenditis, qui cauſas percuſſionis meæ ignorantes, reprehenſibilia profertis ad increpandum?

✣ Cat. GRAECA. Verba Veracis mala ſunt. OLYM. Grauis multis accidit veritas. ORIG. & IVLIAN. Quando auxilium cũctatur diuinũ, licet vera quis dixerit, nulla tamen fides ei habebitur ab auditoribus. Philip. mentem aliorum attendens, quamuis vnus Eliphas locutus ſit, omnes B reprehendit. Quomodo autem vana loquuti ſunt, cum in principio operis definitum ſit, quod aliqua prophetarunt? Prophetauerunt quidem, quando adimpleti ſunt ſpiritu ꝑ phetiæ, & mala ac vana loquuti ſunt, propria voluntate, qñ Iob exprobrare, tanquam inimici, voluerunt. Sicut, & Balaã qui cum populo Iſrael in Chriſto futura æternæ ſalutis tempora prophetaret, contra eundem populum, inimicis eius, quomodo ſacrilegio perire poſſit, oſtendit.

Duo genera locutionis noxia ſunt, quod & peruerſa laudat, & quod etiam recta vituperat, ibi fauor, hic ira, de hoc amicos Iob arguit. Ad quod vitium ex otioſis dictis peruenitur. vnde ſubdit.

b *Et in ven. ver. profer.* In ventum verba proferre, eſt otioſa dicere (quibus noxia lingua effrenatur,) & conſueta de alijs loqui poſtea, & ad detractiones eorum proſilit. vnde rixæ, odia, & pax petit. vnde Salomon. *Qui dimittit aquam,* i. linguã, *in fluxum laxat loquendi, caput eſt iurgiorum,* quia qui linguã non refrenat, concordiam diſſipat. vnde Eccleſiaſtes. *Qui imponit ſtulto ſilentium, iras mitigat.*

Ab omni ſtatu rectitudinis pereunt, qui per noxia verba dilabunt, quia ſicut aqua. ita mens circumcluſa ad ſuperiora vnde exit, redit, & laxata per ima deperit. Id eſt cẽſura ſiletij ad ſui cognitionẽ redit, ſed ſuperuacuis verbis extra ſe diſpgit, & tota hoſti detegitur. vnde dr. *Sicut urbs patens, & abſque murorum ambitu, ita v.r, qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum.* Silentiũ eſt mentis murus, intra quem tñ nimis aliqñ C arctatur, & dum ab eloquio immoderate cõpeſcitur, intus feruet cogitationibus, alioſq; loquentes deſpicit liberius, q̃ ſecretius: & dum aliqua iniuſta patitur, plus intus feruet dolor, quia per tranquillam linguam non emanat. Viſis eriã D aliorum malis negat vſum medicaminis: Vnde. *Væ mihi, quia tacui.* Sit ergo oſtium linguę, quod modo claudatur, modo aperiatur.

c *Super pupil.* Ecce quantę infirmitatis ſe eſſe perpendat, & quamuis ſubuerti vel leſe queritur, tamen ſe amicum teſtatur, quia charitas, nec læſa ceſſat. Idem agit eccleſia contra hæreticos Boni autem, nec timent aduerſa pati, vt fortes. vnde ſubdit: Veruntamen quod cępiſtis exple. Nec ipſis perſecutoribus veritatem prædicare ceſſant, vt benigni. vnde ait: *Præbete. au. &c.* Nõ enim bene armantur ſcuto patientię contra illata quo tuti ſint ſi ne gladio verbi quo vincant. Hoc eſt, qđ Apoſtolus ait: *Charitas patiens eſt, benigna eſt.* Si alterũ deeſt, charitas non eſt, ſcilicet ſi tolerat quos non amat, vel ſi non tolerat, quos amat.

✣ Cate. Græca. Neque à vobis robur flagito, neque redargutio veſtra ceſſare me faciet à verbis, neque loquutionẽ verbi veſtri ſufferam. Veruntamẽ in pupillum irruitis, & inſultatis in amicum veſtrum. Chryſ. Me omni diuina ope orbatũ eſſe arbitramini, ſed tñ meam cauſam tuebor, cũ nihil mihi ſim cõſcius. Didym. eſt opus fortitudinis nõ deijci.

d *Videte an me.* Quia humilis, quæ dicit, non ex auctoritate præcipit, ſed ex ratione perſuadet. Sed quia occaſione ratio nis contrarij ad contentionem effrenantur, ſubdit.

e *Reſponde. ob. abſque co.* Quia hæretici inquiſitionibus non intendunt veritatem aſſequi, ſed victores videri.

f *Et loquentes, id quod iuſtum eſt.* Quia qui loquitur iudicio auditoris ſubditur: Inter cor, & linguam eius æquus arbiter ſit, vt nihil præcipitanter de corde per linguã prodeat, ſed prius examinet, quam dicat. Et quia prius de ſuis recte iudicant, de dictis alienis addit.

g *Et non inuenie is i i lingua mea.* Quia non vobis in me ſtultitia ſonat, ſi à veſtra conſcientia nõ ꝓcedat, ſic eccleſia prius falſa hoſtium deſtruit, poſt vera aperit, quibus non eſt locus dum falſa pro veris habentur. per linguam aperta locutio, ꝑ fauces occulta tractatio, quia quod eccleſia foris prædicat, viuendo cuſtodit.

✣ Cate. Gręca. Sedete & non ſit iniuſtum. Nicetas. ac rurſus cum iuſto congredimini. Didym. Verbo *ſedete* docet animum vacuum ad ſermocinandum afferendum, & *non ſit iniuſtum.* haud eſſe paruum in ſermone minime labi, verbaque vſurpans grauitatis, & libertatis, labefactat eorum opinionem dicens, ſe nihil iniuſtum, aut ſtultum loquutum. F

[Margin: Eccl. capi. 16. Luch 7. a. — Quam fortia ſunt eloquia veri, & quid eſt quis ex vobis corripe re — * etiam. — * reditor iniquitates. — Num. 22. — Locutionis noxia duo ſunt genera. — In ventum verba proferre. — Prou. 17. c. — Prou. 26. b. — Prou. 25. b. — Quid ſit ſilentium. — Eſa. 6. b. — Grego. 8. c. — † deſperati, (id eſt, loquimini hęc verba, vt animum meum i deſperationem adducatis.) — 1. Cor. 13. b E — Idem capit. 2.]

¶ Hoc etiam.
a instruite me. † quare detraxiſtis ſermonibus veritatis, cum 1
è vobis nullus ſit, qui poſſit arguere me? Ad increpandum 2
¶ In vanum.
b tantum eloquia concinnatis, & in ventum verba † profer- 3
a ¶ Id eſt humilem.
c tis. * Super pupillum irruitis, & ſubuertere nitimini amicum 4
a ¶ Id eſt moleſtias b ¶ Quia ego non tremo. 5
veſtrum Veruntamen, quod cœpiſtis, explete. Præbete au- 6
¶ Acſi aperte dicat, licet ingrati ſitis correctioni, tamen interiora vobis non abſcondo.
d rem, & videte an mentiar. Reſpondete, obſecro abſque con- 7
e tentione, & loquentes, id quod iuſtum eſt, iudicate, & non 8
f inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis 9
g † ſtultitia perſonauit. 10

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Quare dextra. ſer. veri. *quibus Iob dixerat, flagella præſentis vitæ in ſanctis hominibus ordinari ad conſolationem vitæ futuræ.*
2 Ad incre. tan. eloq. con. *id eſt, curioſe compon. tis, vt videantur magis bona.*
3 Et in ven. ver. profer. *id eſt, ad oſtentationem veſtram.*
4 Super pu. irrui. *vocat autem Iob ſe pupillum, tanquam omnibus bonis temporalibus denudatum.*
5 Et ſubuer. niti. ami. ve. *conantes eum oſtendere erroneum, & blaſphemum, vt patet ex prædictis.*
6 Veruntamen, quod cœpiſtis exple. *Hic conſequẽter Iob remouet dubium, quia ex eius verbis immediate ꝓpoſitis poſſet aliquis credere, quod reformidaret cum Eliphaz, & eius ſocijs diſputare de ſupra poſita quæſtione, ideo hoc remouet, dicens.* Verum tamen, quod cœpi. exple *arguendo contra me. Et quia arguens debet etiam audire, ideo ſubditur:* Præbete au. &c. *& debitum modum diſputandi tangit, dicens.*
7 Reſpondete obſe. abſque conten. *quia litigioſi in diſputationibus magis volunt obt. nere iniurioſis clamoribus, quam veris rationibus. & ideo ſubditur:*
8 Loquentes id quod iu. eſt iudi. *Id eſt, proponatis tantum vera & recipiatis.*
9 Et non inue. in lin. mea ini. *Id eſt, aliquid contra iuſtitiam, quæ debetur proximo.*
10 Nec in fauci. meis ſtulti perſo. *Id eſt, aliquid contra ſapientiã qua recte de Deo ſentitur. Intendebant enim defendere, & probare veritatem circa humana, & diuina.*

CAP.

## ADDITIO I.

In c. 6. vbi dicitur in poſtilla. Circa primum ſciendum, q. Eliphaz imponebat Iob falſam, & erroneam ſententiam.

In hoc, quod dicit Iob: *Vtinã appenderentur peccata mea,* trãslatio nřa multum deuiat ab Hebraica veritate in Hebræo enim ſic habetur: *Vtinam appenderetur ira mea, & calamitas, quã patior ſimul in ſtatera, quoniam arena maris hæ grauiores apparent, vnde, & verba mea abſorpta ſunt.* Ad quorũ intelligentiã attẽdẽdũ eſt, qđ hic icipit Iob diſputare ꝯ amicos ſeu aduerſarios. In prima. n. propoſitione, quæ ſup. c. 3. continetur, nihil contra eos dixerat, cum nondũ mentẽ eorũ habuiſſet, ſed ſolũ triſtitiã ſuã tragœdice propoſuerat, vt dictũ eſt, ſed mõ poſt quã audiuit Eliphaz imponentẽ ſibi totã flagellorum ſuorũ culpã, vt patet in dictis ſuis, prouocatus eſt ad irã, eo q, videbatur parui pendi ſeu contemni ab ipſo Eliphaz. Paruipẽſio enim

A enim ſeu contemptus cauſant iram, ſecundum Philoſophū in ſecundo Rhetoricæ. Ira autem impedit rationem. Vnde Greg. in Moralibus. Ira intelligētiæ lucem ſubtrahit, & mētem prouocando confundit. Triſtitia etiam aggrauat animū in tantum, quòd ſi omnem ſpem euaſionis excludat, ipſum abſorbet, vt in prima ſecundæ q.37.art.2. in reſponſione ad tertium argum. Vnde videns Iob in ſeipſo paſſionem iræ ex dictis Eliphaz cauſatam, ſimiliter, & triſtitiam magnam ex ſuis calamitatibus, timens ne forte in dicendis per ipſum aliquid inconuenienter diceretur ex perturbatione prædictarum paſſionum, idcirco in primordio ſuæ diſputationis ꝓpoſuit, quòd ſua ira, & calamitas erant grauiores arenis, & hoc cum dicit: *Vtinam appenderetur ira mea.* ſcilicet quam dicta Eliphaz in me cauſat unt, & calamitas, quam patior, ſ. in afflictionibus meis. *Simul in ſtatera*, ita quòd ira, & calamitas in vna ſtatera ponerentur, & arena maris in alia, & ſic dicit, quòd iſtę duæ paſſiōes eſſent grauiores arena maris. Ex quo concludit: *Vnde, & verba mea ſunt, abſorpta*, eo quòd iudicium rationis ex vehementia talium paſſionum conſueuit abſorberi, & per conſequens verba prolata, talibus exiſtentib. paſſionibus, & iſti duo verſus ſunt quoddam præambulum notabiliter excuſans ipſum Iob à multis, quæ per ipſum in proceſſu diſputationis minus caute fuerunt dicta, vt in ſequentibus patet. Quam quidem excuſationem Iob, qui locum reſpondentis in huiuſmodi altercationibus principaliter tenuit, in proprio poſuit loco, ſcilicet in ſuæ diſputationis primordio, in quo reſpondētes conſueuerunt huiuſmodi excuſationes ſeu proteſtationes proponere. Si autē dicatur, quomodo Iob, qui virtuoſus, & patiens erat, iraſceretur contra Eliphaz, & alios, & non potius diſſimulaſſet ſeu patienter toleraſſet: Iuxta illud Pſ.37.c. *Ego autem tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum.*

Philoſophus.

B Dicendum quòd Iob poteſt excuſari ab impatientia in hoc multipliciter: Tum quia ira, quam dicit ſe habere, intelligenda eſt ſecundum vires inferiores tantum, ſicut dictum eſt de ſua triſtitia. vnde notāter dicit: *Verba mea abſorpta ſunt.* quaſi dicat. Licet intellectus meus, vel ratio non eſt abſorpta, verba tamen exteriora ſunt abſorpta: Tum quia hoc faciebat propter bonum eorum, qui ei contumelias inferebāt vt de cætero talia non attentarent, iuxta illud Pro.26.a. *Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens videatur.* Tū etiā propter bonum multorum, quorum profectus impeditur ꝑ contumelias iuſtis illatas. Vnde Greg. ſuper Ezech. homil. 20. Hi quorum vita exemplo imitationis eſt poſita, debēt ſi poſſunt detrahentium ſibi verba compeſcere, &c.

Excuſatio Iob ab impatientia.

## ADDITIO II.

In eodem cap.6. vbi dicitur in poſtilla, ideo ſequitur. *Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis.*

Secundum ſanctum Thomam in ſua expoſitione hoc, quod dicit Iob: *Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis*, non eſt referendum ad hoc, quod Iob dixerat, flagella præſentis vitæ in ſanctis hominibus ordinari ad conſolationem futuræ vitæ, cum hoc Iob non dixerat adhuc, licet hoc poſtea dicat, ſed referendum eſt ad afflictionem, quam patiebatur ex dictis Eliphaz dicens quòd mala, quæ ipſi Iob cōtigerant, procedebant ex ſua culpa, in qua detractione ſeu contumelia ipſe Eliphaz lædebat ipſum Iob in ſua fama, quæ eſt maximū hominis bonum inter bona exteriora, & quia hoc faciebat Eliphaz ſine hoc, quòd haberet rationem ad talem detractionem faciendam, ideo dicit: *Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis.* Et vt hæc detractio oſtendatur inexcuſabilis, excludit omnia illa quibus aliquis reprehenſor poſſet à detractione excuſari. Quorum primum eſt, cum quis maioris auctoritatis alium reprehendit, & hoc excludit dicens, *cum ex vobis nullus ſit, qui poſſet me arguere.* Secundum cum aliquis verba dura contra aliquem profert ad eius vtilitatem, non ad exacerbandum ipſum, & hoc remouet, dicens: *Ad increpandum tantum, ſcilicet, & non ad vtilitatem eloquia concinnatis,* id eſt, ſtudio ſe componitis, vt non videantur leuiter eſſe dicta. Tertium eſt, cum aliquis verba, quæ profert contra aliquem efficacibus rationibus munit, quod remouet dicens: *Et in ventum verba profertis,* quaſi dicat verba veſtra inania ſunt nullum robur rationis habentia. Quartum eſt, cum aliquis aliquem reprehendit eo tempore, & ſtatu, in quo præſumi poteſt, quòd

Quādo reprehenſor poſſit à detractione excuſari.

C

non inde deterior, ſed melior fiat. Vnde tempore quo aliqs eſt vehementer contriſtatus, & ad iram diſpoſitus, non eſt reprehendendus, quia ſic non videtur, quòd reprehenſor vult correctionem, ſed potius ſubuerſionem eius, ideo dicit: *Super pupillum irruitis, & ſubuertere nitimini amicum veſtrum.* Seipſum pupillum nominat, quia in triſtitia omnium auxilio deſtitutus erat. D

REPLICA. In cap.6. vbi dicitur: *Vtinam appenderentur, etc.* Burg. corrigendo literam noſtram aliqua ſupponit, & aliqua infert. Supponit primò, quòd Iob vſque ad illum locū ignorauerit errores amicorum ſuorum, ideo vſque huc nihil contra eos dixit. Hoc autem ſuppoſitum fore falſum oſtenſum eſt, ſupra in correctorio primo tertij cap. Supponit ſecundo, quòd Iob fuit per Eliphaz prouocatus ad iram propter eius paruipenſionem, & contemptum. Illud ſuppoſitū etiam videtur falſum, quia talis ira multipliciter culpabilis fuiſſet in tam ſancto viro, nec in aliqua autentica ſcriptura reperitur ſimile huic ſuppoſito de Iob, imo ipſemet in fine huius capituli proteſtatur ſe rationabiliter dixiſſe, & dicere velle, quod non eſt irati ſic deſcripti per Burgen. cuius ratio confuſa eſt, & abſorpta. Et etiam dominus reprehendens Iob, infra 38 capit. non reprehendit eum de huiuſmodi ira contra amicos ſumpta, ſed ſolum de incauta locutione contra Deum, vt patet ibidē. Tertio ſupponit, quòd arenæ maris debeant poni pro pondere contra iram, & calamitatem ipſius Iob, quod ſuppoſitum extranee ſonat. Nam in ſcripturis, arena non accipitur communiter pro continuo, ſed diſcreto, vt non ſignificet magnum, ſed multum, vt patet Ge. 22. & 32. Ioſue 11. & alijs locis plurimis. Ponitur hic igitur pro multitudine paſſionum, non pro magnitudine, per conſequens, nec pro pondere in ſtatera appendendo. Poſt illa ſic ſuppoſita infert Burgen. primo quòd ex talibus paſſionibus iræ verba Iob fuerunt abſorpta ex defectu iudicij rationis, quod non videtur viro recto huic aſcribendum. Infert ſecundo Burgen. quòd allegatio huiuſmodi paſſionum excuſat Iob in multis incaute dictis, & ſic tenet modum proteſtationis in ſcholis fieri conſuetæ, quæ excuſatio etiā modici ponderis eſt, nam apud amicos non fuit excuſatus, qui verba ſua ęgre ferentes, & erronea reprobauerunt, nec apud Deū, quia ipſum de incaute dictis corripiebat, vt patet 38. huius. Ideoque Hebraicam literam per Burgen. confictam, & ſuper talibus falſis ſuppoſitis, & illatis fundatam, non oportet attendere, præſertim cum ſanctus Gre. & alij omnes in tranſlatione rationabiliter expoſita ſunt contenti, vt peccata Iob, & eius calamitas ponderentur, & ꝙ calamitas videtur grauior peccatis quaſi arena maris, idest, multipliciter, vt poſtilla. exponit.

De quo d... nus Iob re... henderit.

E

In eod. c. vbi poſtillator exponit illud. *Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis*, de ſententia ipſius Iob, ſ. quòd afflictio in pſenti non ſemper eſt punitio peccatorum, ſed tentatio aliqñ ob cumulum meritorum, & pręmiorum. Burg. cum ſancto Tho. ſe opponit exponens de Eliphaz, qui detraxit famę ipſius Iob, dicens eum ſic flagellatum propter peccata ſua exceſſiua. Sed quia detractio famę conſiſtit in facto, & non in ſermone, impropria videtur expoſitio, cum in litera non dicatur, detractū facto famę, ſed ſermonib. veritatis. Qui autē ſint ſermones veritatis quib. hic Iob cōqueritur detractū requirendum eſt: Non enim ſermones Eliphaz contra Iob, qui illi nō ſunt ſermones veritatis, ſed erronei, & ſi qua dixit intermiſcēdo vera, illis veris nō detraxit, ſed potius propoſuit. Reſtat igitur, quòd fuerunt ſermones Iob, quib. obiurgabat errores amicorū ab olim ſibi notos, vt ꝑ c.3. dictū eſt in correctorio primo, & ad illū ſenſum tendunt modi loquendi in hoc c. cū dr: Quis det, vt veniat petitio mea, & tribuat mihi Deus quod expecto, & qui cœpit ipſe me conterat, & hæc ſit mihi conſolatio, vt affligens me dolore non parcat. Hi n. ſermones ſunt ſermones veritatis ex ſupradictis ſermonib. c.3. ortum habentes, & reſpectū, vbi dicitur: *Quare non in vulua mortuus ſum, &c.* Sicut ibi poſtil. exponit. vnde ſermones huius cap. niſi ad futuram ſanctorum in hac vita afflictorū remunerationem pertineant, non ſermones veritatis, ſed fatuitatis ſunt. Quis enim, niſi deſipiens. petit afflictionem finalem ſuperaddi ſine reſpectu, & ſpe premij, niſi velit incidere in errores amicorum Iob in huiuſmodi afflictione deſperantium de vita futura. F

## CAP. VII.

a M† Ilitia eſt vita hominis ſuper terram, 1
b & ſicut dies mercenarij, dies eius. Sicut 2 †
c ¶ Requiem.
d †ſeruus† deſiderat vmbrã, & ſicut mer- 3
cenarius præſtolatur† finẽ operis ſui, ſic 4
a ¶Sine præmio. b ¶Tenebras aduerſitatis. 5
e & ego† habui mẽſes vacuos, & noctes 6
f a ¶ Quando perueniam ad diem. 7 8
g laborioſas enumeraui mihi. Si dormiero, dico quãdo conſur- † †

CAP. VII.

A a MIlitia eſt, &c. ✻ Olym. Iobus ſuã ex hac vita migrãdi cupiditatẽ vacare culpa ꝯfirmat. Primũ q; vita hæc fragilis vndiq; eſt obuallata piculis, deinde q; quibuſdam eſt irretitus ærumnis. Quid ergo recte ſentiat, exprimit. Militia eſt, vel tẽtatio ſecũdũ aliã trãſlationẽ, quod idẽ valet, qa tẽtatio ẽ militia, i. pugna cõtra dæmones. Nec tẽtari dicitur vita, ſed ipſa tẽtatio, quia caro corrupta ex ſe contra ſe moleſtias gignit, & licet iam in bonis, tamen ſemper ex infirmitate generat, quod virtus ꝑimat, & in ipſis bonis ma'a ſuboriri ſentit, vt in otio B contẽplationis, deſidiã, in abſtinentia, vanã gloriã. Nomine vero militiæ aliquid amplius innuitur, quod & pugna eſt, & quotidie ad finẽ tendit, vnde & curſus militiæ exprimitur. ✻ Orig. Hominib. vita eſt approbatio, & demõſtratio vniuſcuiuſq; noſtrũ voluntatis, & cõſilij. Olym. Vita tẽtationib' eſt referta. Polych. Nullus eſt, qui vitæ neceſſitatibus nõ ſeruiat, & qui ab alio nõ metuẽdũ ſibi putet. Vt ergo ſeruo aduerſus dñi moroſitatẽ eſt in vna nocte perfugiũ, ſic miſeriarũ in vnica morte liberatio, pro vmbra.n. mortẽ ac requiem intellexit. Chryſ. Quocirca in ijs, quibus affligor, malis eſſe, non iniuſtitię tantum culpa, ſed naturæ ẽt neceſſitate cõtingit. Philip. Arma huius militię deſcribit Apoſtolus ad Epheſios, quibus dimicemus contra vitia, & inuiſibiles aduerſarios, ſiue tentatio eſt vita, quoniam in medio tentationum eſt tota vita ſanctorum. Et ſicut miles, aut mercenarius, ſic homo qui pręcepta factis implere voluit, deſudauit, vt mercedem iuſti laboris acciperet. At ego pro mercede operis, pondus tribulationis ſuſcepi, inquit Iob.

b *Et ſicut di. mer.* Qui dies cito trãſire optat, vt ad laboris pręmium veniat, ſic omnis iuſtus: Et ſicut ille in alienis laborib. ſudat, ſed propriũ præmium ſibi parat: Sic iuſtus in mundanis malis ſudet, vt cęleſtia bona capiat. Caue ne vacuus ab opere dies eat, & præmiũ minuatur. Patitur dura, vt magis C coronet̃, licet merces iã ſit in corde, ſed tñ grauius eſtus ſentitur in corpore, vt poſt ſit refrigerium in quiete. Et hoc eſt.

c *Sicut ſeruus.* Bene omnis electus ſeruus dr̃, quandiu ſub iugo corruptionis huius eſt, anteq̃ veniat in libertatẽ gloriæ.

✻ Orig. & Cate. Græca.: Sicut ſeruus timens dominum ſuum, & conſequutus vmbram.

d *Et ſicut mer.* Qui de grauitate operis laſſeſcit, niſi ſpe finis releuaretur, ſed illo viſo nihil putat, quod ſentit.

e *Menſes vac.* A rebus mũdi, quia non eas, q̃rũt p actus ſuos boni, & noctes aduerſitatũ tolerant laborioſas, qñ iam ſunt in cruciatu corporis. Vel menſes vacui, qa modo eſt labor, ſed nondum præmium.

f *Noctes labo.* Enumerat, qui ſibi præſentis temporis aduerſitates ſeſe in virtutib. exercendo coaceruant. Eccleſia vero menſes habet vacuos in infirmis, qui terrena agũt ſine vitæ præmio. Noctes laborioſas in fortibus, qui multiplicia ſuſtinent. Et bene non dies, ſed mẽſes, qa nõ in ipſis actionib. ſed in fine, qđ in caſſum egerint, ſentiunt. Vel, per noctẽ ignorantia accipit̃, de qua, qui adhuc redit, fletu lauat, qđ inaniter egit. Is ergo, ſicut ſeruus deſiderat vmbrã, hẽt dies vacuos, quia quo magis æternũ refrigeriũ q̃rit, videt q̃ vacue pro hac vita laborauerit. Et ſicut mercenarius præſtolatur finẽ, enumerat noctes laborioſas, quia quo magis ex fine operis præmium conſpicit, eo magis gemit diu neſciſſe, quod quærit, & quod inaniter laborauit.

✻ Orig. Interdiu, & noctu contraria concupiſco, quoniã.n. noctẽ luctuoſam exiſtimo, optabã luceſcere, cũ ãt illuxit noctẽ optabã, vt æquiorẽ, & eodẽ mõ ſp ſum affectus. Pus autẽ ex carne tanta copia defluit, vt glebæ terrę, quę aſperſę ſunt luti inſtar humeſcant. Cate. Græca. menſes vanos, i. ærũnis plenos. Chryſ. perterrefiebat terribilib per noctẽ viſis obiectis. Et innuit ſe tanta inopia laborare, vt non amplius tela, ſed gleba ſaniem abſtergere cogatur. Quę omnia inuicti animi fortitudinẽ teſtificabant̃. Philip. Diebus, & noctib. dixit, i. laborib. indeſinentib. Poteſt & intelligi Chriſtus, qui poſt ſomnum mortis reſurrexit, & vſq; ad finẽ mundi replet̃ doloribus, exacerbatus criminib. delinquentium, & perſecutionibus eccleſiæ. Et induta eſt caro putredine, cum vulnus antiquum, & peccatum originale in omnem carnem de primi hominis præuaricatione pertranſijt.

g *Si dormie.* Secundum hiſtoriam animus dolentis exprimitur, qui cogente mœſtitia per diuerſa deſideria vagatur, in nocte diem, in die veſperam deſiderat̃, quia dolor non finit placere, quod adeſt, & iam hoc expertus graue, conſolante deſiderio aliud expectat, ſed nec ſic dolor finitur. vnde.

a Et

Marginalia: Grego. 8. 3. c. — Determinatum tempus. — † ceruus. — † reſpicit. — hæreditatẽ. — cepi. — In ann. — Hier. in 1. r. commen. Ad Ephe. 6. — Grego. 8. c. 4. — In ann. — D — Idem capit 5. — † mercedem. — E — Eſaiæ 38. — In ann. — 1. lib. — Hiſtorice. — F

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. VII.

Diuiſio. 1 MIlitia eſt. *Poſtquã Iob deſtruxit ipſius Eliphaz obiectionẽ, hic conſequenter aſtruxit principalẽ intẽtionẽ, videlicet, q; felicitas hominis non eſt in pſenti vita, ſicut Eliphaz ſentiebat, propter qđ ipſi Iob promittebat felicitatem in præſenti vita poſt flagella ſi ſe emendaret, vt patuit in ſi. pręce. ca. Primo igitur Iob oſtendit, q; talis expectatio felicitatis eſt friuola. ſecundo quę ſit expectatio vera, ibi.* Parce mihi. *Prima in duas, quia primo oſtendit propoſitum rationibus oſtenſiuis. ſecundo ducentib. ad impoſſibile, ibi.* Quapropter, & ego. *Prima in duas, quia primo oſtẽdit propoſitum ratione generali quantum ad omnem hominem. ſecundo ratione ſpeciali quantum ad ſeipſum, ibi.* Induta eſt. *Circa primũ primo proponit intentum dicens.*

Militia eſt vita hominis ſup. ter. ſicut, &c. *Militia.n. ordinatur ad finẽ aliũ, i. pacẽ, per laborem militiæ conſequendum. Vnde ſecũdum Philoſo. 4. Ethico. Bellamus, vt pacẽ habeamus. Similiter intẽtio mercenarij eſt merces recipienda pro qua ſeruit. Per hoc igitur proponit Iob, & bene, quòd in vita præſenti non eſt vltimus finis ſeu felicitas hominis, ſed magis in quiete habenda, & mercede recipienda poſt hanc vitam. Et ſtatim probat aſſumptum, cum dicit.*

2 Sicut ſer. deſi. vm. *Et eſt ratio talis. Conſecuto fine vltimo hominis, appetitus eius quieſcit, aliter non eſſet finis vltimus, ſed quilibet homo experitur in ſeipſo, quòd quocunque bono in vita præſenti obtento, appetitus eius non quieſcit, ſed ad aliud obtinendum tendit, ergo vltimus finis ſeu felicitas hominis non habetur in vita præſenti. Huius rationis ponit minorem, dicens.* Sicut ſeruus deſiderat vmbram. *vt ibi quieſcat poſt laborem.*

3 Et ſicut merce. præſto. fi. operis ſui. *vt recipiat mercedem.*

4 Sic, & ego. *Non ſolũ loquitur pro ſe, ſed pro toto genere humano.*

5 Habui mẽ. va. *id eſt carentes conſecutione finis vltimi, quod patet per tendentiam, ſiue ſitim humani deſiderij in aliud.*

6 Et nocte la. enu. mi. *quia laborioſum eſt expectare bonum de ſide ratum, ſecundum illud Pro. 13. b. Spes quæ differtur, affligit animam. Et ad hoc plenius exprimendum ſubdit.*

7 Si dormi. dico. *poſt euigilationem.*

8 Quando conſurgam, & rur. expe. verſ. *Experitur enim homo, quod*

Marginalia: Philoſ. — Appetitus quomodo, & quando quieſcit.

## MORALITER.

1 *Militia eſt vita ho. ſuper terram.* Supra 3. ca. Iob tenuit typum hominis de peccato pœnitentis. Ita poteſt dici, quod hic tenet figuram hominis continentis, qui fortes paſſiones, vel tentationes patitur, ſed ab eis non ſuperatur. Dicit igitur. *Militia eſt vita hominis ſuper terram.* contra paſſiones carnis, & tentationes dæmonis.

3 *Et ſicut dies mercenarij.* Qui non ſunt quietis, ſed laboris.

† *Dies eius.* ſcilicet hominis continentis. Sicut ſeruus, & cet. vmbram umbram, ad ſui refrigerium, ſic continens refrigerari deſiderat ab æſtu tentationum.

3 *Et ſicut mer. & c. operis ſui.* ut recipiat mercedem.

4 *Sic, & ego habui menſes vacuos.* nam hæc merces non recipitur in præſenti.

6 *Et noctes laborioſas.* Ideſt mentis obnubilationes.

† *Enumeraui mihi.* propter inſurgentes paſſiones.

7 *Si dormiero.* peccati ſomno.

† *Dico quando conſurgam.* per ſynderesim peccato remurmurantem.

a *Et replebor doloribus*. Cauſa autem doloris hęc eſt.

A b *Induta eſt*. Eadẽ ſubtilius ĩ eccleſia. Sõno torpor otij: Veſpera, q̃ ſomno cõgruit, deſideriũ otij figurat. Per ſurgere exercitatio actionis. Mens ergo hominis, quia ſtare noluit cum potuit, iã non põt ſtare, etiam cum velit, ſed ſp̃ deſiderijs variat, vt quietus actionẽ deſideret, occupatus qetẽ. Vel dormite eſt in peccatis iacere, à quib. ſurgere conat̃ iuſtus, ſed cũ ſurrexerit ipſius virtutib. ſe extolli ſentit. Vnde & tẽtari aduerſis quibus melius ſeruet̃, quærit dicẽs: *Proba me, & tenta me.* Vel veſpera eſt tẽtatio peccati, & iuſtiorẽ acrius laceſſit. Vñ & Moyſes dicit, mane ad veſperũ duci,

(Idem cap. 6. Allegorice.)

(†oculus videntis me.)

B cũ lucem ſequitur vmbra tentationis, q̃ tñ in electis non eſt nox, ſed veſpera, q̃a lucẽ obſcurat, ſed nõ extinguit, quę etiã non timet̃, ſed vt eis ꝓficiat pro futura expectat̃. Sed quãtũcunque contendant, non eis eſt hic integra ſalus. Vñ ſubdit.

c *Et replebor doloribus vſque ad tenebras*. Quia ſecuritatem nõ inuenit, donec penitus tempus tentationis relinquit. Doloris autem cauſam ſubdit.

d *Induta eſt ca.* i. carnalis vita, quã ago, vel mala operatione polluitur, vel inde reſtricta ex memoria imaginib. peccatorũ fuſcatur, quę quaſi puluis ante oculos ſurgũt. Eccleſia vero in quibuſdã putredinẽ luxurię carnis ſentit, in quibus terrenis actibus deditis puluere cõſpergitur. de vtriſque ſubdit.

e *Cutis mea*. Cutis ſunt in eccleſia, qui ſolis exteriorib. curis vacant, quorum corda deſperatio ſiccat, & ideo trahuntur non extenũ per longanimitatem ad ęternam vitam. Pręſentibus hęrent, quod ideo fit, quia non attendunt, quam fugitiua hęc vita ſit. Sed eccleſia econtra.

(Idem cap. 7.) f *Dies mei velo.* Sicut tela filis, ſic vita diebus ſingulis proficit ſed quo magis creſcit, ad inciſionem tendit. Sed & telę feſtinantiam velocitas vitę tranſit, quę ſemper deficit. Et ideo electi cor non in ea figunt. Vnde ait.

g *Et conſumpti ſunt*. ideſt, nullam mihi fiduciam pono in his, quod faciunt reprobi, ego non.

(Cathena, Græca. Ann. in Iob.) ⁜Nicetas. Vita aũt mea velocior eſt loquela. Alij curſore D. Aug. exilior. D. Greg. vita quaſi quędã loquutio dilabitur

C & euaneſcit, aut vt curſores neſciunt, anteq̃ inſiſtant, ſic gloria non ante acceſſit, q̃ auolauit. Olym. Vita tanquam curſor properat ad metã, nec ad ſpem meliorem quicquam affert. Id enim valet̃, in ſpe vana. Philip. Vento prętereunti ſimilis eſt vita mea, quę nunc iter iam pręterijt.

D

h *Memento*. Id eſt, benignus velociter tranſeuntem reſpice, quia humanę breuitatis conſideratio deo eſt grata oblatio. (Idem capit.)

a ¶Scilicet in die dico.

a gãm, & rurſum expectabo veſperam, & replebor doloribus †

a ¶Quia ſedens in ſterquilinio.

b vſque ad tenebras. Induta eſt caro mea putredine, & ſordibus 1

c d a ¶ Exterior pars corporis, quæ dum non trahit humorem de interioribus areſcit, & contrahitur. 2

e pulueris. cutis mea aruit, & contracta eſt. Dies mei velocius 3 †

f a ¶Ideo non placent mihi, quæ affluunt.

g tranſierunt, quam à texente tela ſucciditur, & conſumpti ſunt 4 5

a ¶Sine meditatione. b ¶ Vnde, c ¶Ideo dimitte peccata mea. d ¶Breuis.

h abſque vlla ſpe. Memento, quia ventus eſt vita mea, & non re-

i a ¶Vt recta faciam opera. b ¶Conſolabitur. 6

k l uertetur oculus meus, vt videat bona, nec aſpiciet me 7 8

a ¶Miſericordia redemptoris. b ¶ Sine iudicio. †

m † viſus hominis. Oculi tui in me, & non ſubſiſtam. 9 10

i *Quia ventus eſt*. Vita ęterna, & ſolida. hic vita, nec ſolida nec manens iudicatur.

⁜ Orig. Vide vt ſola mihi reliqua eſt reſpiratio, ac ſi ex corpore exceſſero nihil videbo eorũ, q̃ bona hic dicuntur. Nubis autẽ inſtar diſſipatus ſum, quia deſtitutus ſum pręſidio tuo, nudusq́, factus ſum, qui etiam alijs vmbra, & patronus. Nicetas: (In ann.)

A diſputatione amicorũ ad precationã traducit orationem. Olym. ſic Dauid; Dimitte mihi, vt refrigerer, priuſquã abeã & amplius non ero. Chryſo. & Polych. ſpiritus eſt vita mea. Hoc loco cum dicit ſpiritus reſpirationẽ hanc, quę ſenſu ꝑcipitur, & ſpiritum hunc, quẽ reſpirando ducimus, intelligit ſimile eſt illud Salomonis: Quia ſpiritus in naribus vita nr̃a. Quod vero Iobus dicit eſt eiuſmodi: Memineris eſſe vitam hominũ diſſolubilẽ, à qua cum nos mors ipſa abſtraxerit, illius reuocandę omnis eſt nobis pręciſa facultas, nec datur, vt huius vitę bona intueri, atque vt ijs frui poſſimus. Philip. Ignorabat ſe recepturum duplicia. (E) (In Iob 1.)

Et quia poſtq̃ trãſit vita, nõ eſt locus merẽdi veniã, ſubdit.

k *Et non reuer.* Id eſt poſt mortẽ mens ſuam retributionẽ videns, non reuocatur ad exhibenda bona opera. vnde diues de ſe deſperans, quod eſt aggrauatio pœnę, pro fratribus rogat. Ecce vita tranſit, quod ſequitur permanet. Poſt etiam. (Luc. 16. g.)

l *Nec aſpiciet me viſus ho.* Ideſt miſericordia redemptoris, q̃ peccantium duritiam emollit, vt cum Petrum reſpexit. Sed poſt mortem non liberat, quem ante gratia non reformat. Non viſus hominis, ſed. (Luc. 22. g.)

m *Oculi tui in*. i. diſtrictus iudex ad feriẽdũ videbit, & qui hic expectatus ad pœnitentiam ſubſtitit, iam non ſubſiſtat. Hoc iuſto conuenit, qui timet omne, quod agit, & remota pietate ſe periturum preſſit, & non ſubſiſtit ante oculos, quia pœnę vita non ſufficit, ſi iuſtitia eum premit. Nec enim aſtra, i. qui ſanctitate lucent. coram eo munda ſunt. Culpa autem, & pœna humani generis breuiter ſubditur. (Greg. 8.) (F)

a *Sicut*

## NICOLAVS DE LYRA.

(Expectatio felicitatis in pręſenti vita.) *quod ſemper deſiderat aduentum futuri temporis, quod non eſt, niſi ꝓpter aliquod bonum non habitum, conſequendum.*

1 Induta eſt. *Hic conſequenter oſtendit propoſitum ratione ſpeciali ſumpta ex parte ſui. Expectatio enim felicitatis in præſenti vita friuola eſt duplici de cauſa potiſſime. Vna eſt, quando percuſſus eſt inſanabili languore ſecundum viam humanam, propter quod non eſt ſibi delectabilis prolongatio vitæ, & hoc allegat Iob dicens. Induta eſt caro mea putredine, ideſt, circundata vndique ſicut homo circundatur veſtimento.*

2 Et ſor. pul. *quia ſedebat in ſterquilinio.*

3 Cutis mea aru. & con. eſt. *Ex defectu enim virtutis naturalis caro interius conſumitur, & ſic cutis exterius ſiccatur, & rugatur. Secunda vero cauſa eſt, quando ætas hominis pro maiori parte tranſiit, & modicum remanet, & ſic parum appretiatur, quod poteſt haberi in vita præſenti, quia quod modicum eſt, quaſi nihil reputatur, vt habetur 2. Phyſicorum, & hoc tangitur cum dicitur.*

(Comparatio vitæ ad telam.) 4 Dies mei velo. tran. quam à tex. tela. ſuc. *Cõparatur enim vita humana telæ, quia ſicut texitur addendo fila filis, ſic humana vita deducitur addendo dies diebus. Et ſicut perfecta tela ſucciditur à texente, ſic humana vita à Deo de vita præſenti, ideo ſubditur.*

5 Et conſumpti ſunt abſque vlla ſpe. *ſcilicet felicitatis in hac vita expectandæ.*

6 Memẽto, quia ventus eſt vita mea. *Hic conſequẽter rñdet cuidã rationi erroneæ, quæ poſſet ſibi fieri. Quia dixerunt aliqui philoſophi, quod poſt tranſitum magni anni, qui completur in trigintaſex milibus annorum, effectus inferiores reuertentur ijdem numero, vtpote, ꝙ Plato leget Athenis, & in eiſdem ſcholis eiſdem ſcholaribus, ſicut ante quando vixerat, & ſic poſſet aliquis dicere ipſi Iob, quamuis non expectes felicitatem temporalem pro iſto tempore, tamen debes expectare in dicta annorum reuolutione, hoc remouet dirigens ſermonem ad Deum, & dicens. Memento quia ventus eſt vita mea. ventus enim tranſiens deficit, & non reuertitur idem numero.* (Magnus annus Platonis.)

7 Et non reuertetur oculus meus, vt videat bona. *ſcilicet vitæ præſentis in carnali vita.*

8 Nec aſpiciet me viſus ho. *in tali ſtatu, ſicut nũc, q̃a ſicut nõ reuertar idẽ numero in tali reuolutione annorum, ſic nec alij homines.*

9 Oculi tui in me. *quia etiam mortui patent diuino conſpectui.*

10 Et non ſub. *in tali vitæ mortali, ſicut imaginantur prædicti.*

1 Sicut

## MORALITER.

† *Et rurſum expectabo veſperam*, timens peccati recidiuationẽ. Talis autem conflictus hominis conſurgit ex infectione carnis, ideo ſubditur.

1 *Induta eſt caro mea.* & quia conuerſatio exterior ex hoc fœdatur: Sequitur.

3 *Cutis mea aruit, &c.* Dies mei, id eſt illuminationes animi.

† *Velocius tranſierunt.* propter paſſiones redeuntes, & animũ obnubilantes.

5 *Et conſumpti ſunt abſque vlla ſpe*. firmitatis in virtute. Et quoniam in tali conflictu implorandum eſt diuinum auxilium, ideo ſubditur.

6 *Memento quia ventus eſt vita mea.* ideſt, inſtabilis in bono, niſi ex virtute tua.

7 *Et non reuer. ocu. meus.* poſt hanc vitam.

† *Videat bona.* ideſt, bonorum operum merita.

Sicut

a ¶ Euaneſcit. b ¶ Quia ſe ad alta leuauit pulſus vento tentationum.
a Sicut conſumitur nubes & pertranſit, ſic qui deſcendit ad 1
a ¶ Ad hanc vitam.
inferos, nõ aſcendet, nec reuertetur vltrà in domum ſuam, 2
b neque cognoſcet eum amplius locus eius. Quapropter & e- 3 4
a ¶ Iob. b ¶ Quin confitear. c ¶ In confeſſiona. d ¶ Vel dolore cordis.
gò nõ † parcã ori meo, loquar in tribulatione ſpiritus mei: 5 6
a ¶ Id eſt inſtigabo me ad compunctionem. b ¶ Vitæ. c ¶ Dicit quaſi conſtringendus ſim.
c confabulabor † cũ amaritudine animæ meæ. Nũquid mare 7 †
a ¶ Contra hoc quod ſit delicatus carne.
ſum ego, aut cetus, quia † circũdediſti me carcere? Si dixero, 8

A a *Sicut conſumi. nub.* Nubes ad alta leuat̃, denſata vento impellitur, vt currat: calore diſſoluit̃, vt euaneſcat. Sic cor hoĩs per ingeniũ emicat, flatu dæmonũ, p mala deſideria agitat̃: ſed reſpectu iudicis quaſi calore ſolis deficit, & poſtquã traditſ locis pœnalibus, nõ redit ad id cui per amorẽ inhæſit, qđ eſt domus mentis. Vel infernus eſt deſperatio, ĩ qua peccatis mortuus cadit, & poſt non eſt via reuerſionis. Deſperans nubibus comparatur, quia caligine obſcurat̃ peccatis multis denſatur, ſed claritate iudicij diſſipatur: hic talis non redit in domum, id eſt ad cor: de quo ſanato dicitur: Vade in domum tuã.

[margin: ...m cap. 10. ...bes. — ...mparatio. — ...rohibet os ...um. — ...l, de amaritudine. — ...nis mihi ...adiam.]

⁎ Nicetas. Symmachus: Sicut conſumpta nubes recedit.

⁎ Polychr. & Olym. ſubitos mortis caſus declarat. ſiquidem ſolo tuæ voluntatis nutu, vno oculorum conicctu, cum me non amplius in vita morari volueris, ſtatim interimes. hæc enim eſt his verbis, oculi tui in me, & non ſubſiſtam, B ſubiecta ſententia, diſiectæque nubi ſimilis ſum.

b *Neque cognoſcet eum amp. lo.* Locus hominis Deus eſt, qui eũ creauit vt in ſe conſiſteret: quẽ hõ peccando deſeruit: ſed Deus fugitiuũ per incarnationẽ requiſiuit. Poſt autem iam nequius agentem dãnatum nõ cognoſcit, dicẽs: neſcio vos. Hoc timẽs iuſtus ſolicitius pœnitet, & nõ parcit ori, ſed cõfitetur peccata. Os aũt aperit tribulatio ſpiritus, quæ ſit timor præuiſi iudicij. Et reprobi peccata fatẽtur, ſed nõ cõtrito ſpiritu vt mala defleant. Hæc autẽ amaritudo mentis facit ipſũ contra ſe loqui & rixari, iã & alia attendit, quæ ſecurus pterit: & ſibi obijcit quæ bona à Deo accepit, quæ mala reddidit: ſed ſic pœnitens voluptuoſa pro æternis ſpernens, adhuc de corruptione carnis contradictionem ſentit.

[margin: ...n cap. 11.]

⁎ Origen. Cat. Græ. Si enim Homo deſcenderit in infernum. Origen. Hęc ait non quod reſurrectionẽ improbet, vt Manichæi putauerũt & Valentini. ſed qđ dicat cũ qui mortuus eſt iã hoc viuendi genus nõ repetiturũ decurſum, ac cõfectum, & morte impeditum. Didym. Quidã ſentiunt hoc loco nõ tolli reſurrectionẽ, ſed doceri vitam hominum caducam, nec vita functum amplius rediturũ ad vitã mortalẽ. Quare illa verba non amplius aſcendet ex inferno, cũ ijs cõnectunt, in domum ſuam, ac ſi diceret reuocabitur quidẽ ad C vitam, ſed tamen domum ſuam minimè reuertetur. D

⁎ Philippus. Non eſt ſanctus Iob hoc loco ita loquutus vt reſurrectionis incredulus eſſe æſtimet̃, qui alibi dixit: *Ho cũ dormierit non reſurget, donec atteratur cælum.* Vbi ſomnũ mortis in finẽ vſque tantum ſeculi dicit futurũ, poſt ſequuturam reſurrectionem. Ita & intelligendum, ſicut nubes denſata, quæ ab aere ſoluitur, & rursũ de ipſo aere concreſcit in nubem. *Ita in puluerem redactus, de pulueris ſubſtantia reparabitur:* vel, vt Eccleſiaſtes, comminando hæc dixit, ſuſcepta eorum perſona qui præſentia tantum cogitant. Origen. Volui cogitare in cubili, quare hæc euenerint, ſed ne permiſiſti quidem, vehementibus magniſque doloribus cogitationes meas obruentibus. Itaque lubenter vitam ærumnarum plenam cum morte permuto. Nicetas. Symmachus, mitigabit. Verũ Theodotio, Cõgeſtabit me in meditatione mea lectus meus. Chryſ. nulli id preterea euenit, vt terribilia ſpectra noctis viri malis nouã aſſiduè afferrẽt. Quod phyſica rõne ijs accidere ſolet, q quidpiã grauius ſunt die perpeſſi. Id qđ Sapiẽs cõfirmauit Eccleſiaſtes, cũ dixit: In multitudine tentationũ aduenire inſomnium. Id etiã ad veritatẽ valde propẽdet, à diabolo fuiſſe terribilia illa viſa oblata. Philip. Cum extorqueatur ei cruciatu, vt loquatur: timore dñi reprimente, ne Deo reſiſtere videatur ad amaritudinem animæ ſuæ eloquium conuertit. dicitque dolores ſibi eſſe pro carcere: Et Deo tribuit quæ patiebatur à dæmonibus, qui ad ea facienda, acceperant poteſtatem: & in ſomnis diurnos dolores repræſentabant, & frendentes dentibus apparebant, ad deuorandum eum, quaſi ora aperientes.

[margin: 1. Comm. Iob 14. — In comm. — Cate. græ. — E]

c *Nũquid mare ſum.* Carcer eſt caro, q̃ impedit ab altis. Mare corda carnaliũ. Cetus diabolus, q natat p lubricas cogitationes. Hic ergo cũ ſuis carnali. rectè carcere pene ſuę arctat̃, ne liceat eis qcqđ mali volũt. Sed ego q iã corde i cęlo, cur carcere carnis pmor? q, nõ ſuperbè, ſed amore veritatis dr̃. Deᵒ verò vtiliter differt. Dilatus aũt à vera qete redit ad cor quaſi ad qetẽ ꝯ rixã carnis. Et hoc ſecretũ cordis lectus vel ſtratus dicit̃, vbi feſſus extrinſecus occulta verba cogitationũ verſat, ſed & ibi rixa, quia dum caro quaſi paries domus quatitur, & cubile turbatur, & quo magis cogitat, videt q̃ diſtrictus iu-

[margin: Idem cap. 12. Allegoricè. — Idem cap. 13. — F]

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Sicut conſumitur nubes & pertranſit. *quia non reuertitur eadem numero.*

2 Sic qui deſcendit ad inferos. *id eſt ad ſepulchrum infra terram, in qua dicitur eſſe infernus.*

3 Non aſcendet. *ad ſtatum vitæ mortalis.*

4 Nec reuertetur vltra in domum ſuam. *ad viuendum tali vita ſicut modo.*

5 Neque cogno. eum amplius locus eius. *id eſt præſentis vitæ ſtatus. per talem enim modum loquendi dicitur: talis tenet magnum locum in ciuitate. Hæc autem ſententia ſancti Iob non ſolum concordat fidei quæ talem reditum damnat poſt reuolutionem tot annorum, ſed etiam ſententiæ Philoſophi 2. de Generatione, qui dicit expreſſe, quod ea quæ ſunt incorruptibilia, redeunt eadem numero per motum: vt ſol, luna, & ſtellæ: ſed generabilia & corruptibilia non redeunt eadem numero, ſed ſpecie. Hoc etiam dictum non contrariatur articulo reſurrectionis futuræ. Tum quia illa reſurrectio non fiet per motum vel mutationem, ſed per diuinam virtutem quæ poteſt agere ſine motu & tranſmutatione. Tum quia homines non reſurgent ad vitam mortalem & animalem ſicut nunc, vt prædictus error dicit.*

[margin: Philoſophus.]

6 Quapropter &c. *Hic conſequenter Iob aſtruit ſuum propoſitum ducendo ad inconueniens ſuum aduerſarium, videlicet quod homo in miſeria poſitus debet cõſiderare finem vitæ ſuæ, vt imponatur finis ſuæ miſeriæ, ex quo felicitas temporalis non erat pro termino expectanda, vt viſum eſt: & felicitas futura in alia vita ab aduerſario negabatur. & hoc eſt quod dicitur:* Quapropter non parcam ori meo. *quin conquerar de vita præſenti, ſicut à principio dixi:* Pereat dies in qua natus ſum &c.

7 Loquar in tribulatione ſpiritus mei. *Modus eſt enim afflictorum de ſua afflictione loqui per modum querelæ, inquirendo cauſam afflictionis ſuæ. vnde ſubditur.* Nunquid mare ſum ego aut cetus, quia circundediſti me car. *i. inſanabili lãguore. vnde ſic afflicti dicuntur eſſe in carcere ſecundum communem modum loquendi. Quærit ergo Iob vtrum cauſa huius fuerit, ne noceret alijs ſi eſſet potens & ſanus. ſicut mare intra ripas ſuas arctatur à Deo, ne effluat & ſubmergat habitantes in arida: & cetus qui eſt piſcis maximus intra oceanum detinetur, ne veniat ad maria mediterranea, in quibus homines communius nauigant, ne ſit hominibus nimis nociuus, quaſi dicat Iob: hæc non eſt cauſa: quia exiſtens in proſperitate non fueram alijs nociuus, ſed magis beneficus: vt magis patebit infrà, & patuit ex dictis ſuprà 1. cap.*

[margin: Quæſtio.]

*Sciendum eſt etiam, quòd ad releuationem doloris duo faciunt, ſcilicet corporalis ſomnus, & meditatio ſpeculatiua in vigilia: & vtrunque dicit ſibi eſſe ſubtractum, cum dicit.*

[margin: Duo ſunt releuatiua doloris.]

8 Si dixero conſolabitur me lectulus meus. *per ſomnum in quo eſt quies ſenſuum.*

1 Et releua-

## MORALITER.

1 *Sicut conſumitur nubes.* reſoluta in pluuiam, & deſcendit propter grauitatem.

2 *Sic qui deſcendit ad inferos.* propter pondus peccatorum.

3 *Non aſcendet.* ad præſentem ſtatum.

6 *Quapropter & ego non par. &c.* ſed perfectè confitebor dum viuo in amaritudine ſpiritus mei. Et quoniam *corpus quod corrumpitur, aggrauat animam.* Sequitur.

† *Nunquid mare ſum ego aut cetus, quia circundediſti me carcere,* id eſt mortali corpore.

8 *Si dixero conſolabitur me lectulus meus.* id eſt contemplationis diuinæ actus.

MORA

A ctus iudex, quæ verecundia ſit corā angelis & oībus ſanctis confundi:q deinde pœna:& ita quaſi ſomno & viſione terretur, quia vtcunq; imaginatur, ſed nō ita videt vt eſt res. Sed & ad literā diabolus cupidis proſpera, timidis aduerſa p ſomnia igerit, vt magis afficiat:ſed & ſanctos quominus valet vigilantes, grauius tentat dormientes: quod Deus benigne pmittit, ne ſaltem ſomnus à paſſionis præmio vacet. Vnde facere dicitur quod malus facit ſpirit⁹. Expoſuit quot vndiq; ſcandala, nunc ſubdit conſilium contra ea.

† quam eſſe eſt oſſibus meis. † Ceſſa a me. Greg. 8. c. 4.

a *Quamobrē el.* Anima eſt intentio mentis, oſſa fortitudo carnis. Quod ſuſpenditur, ab imo eleuatur. Anima ergo ſuſpen-

B ditur ad æterna, vt oſſa moriantur: quia amore ęternę vitæ omnem fortitudinē exterioris vitæ in ſe necat, ita vt deſperet, id eſt pręſentis vitæ bona penitus deſerat: ne in eis ſpem habeat, & vlterius in eis non viuat. Non ſic deficit ab his omnis qui cupit in atria Dei, ſed eis licite vtitur: perfectus autem deficit. Et quia ab his deſpero.

Cate. Græ.

✣ Nicetas. liberabis animam meam à ſpiritu, pro libera. Aquila, elegit ſuſpendium anima mea. Symmachus. Et mortem propter oſſa mea.

✣ Olym. Accipe animā meā, & illata morte, à dolore libera, vt quiete in poſterū viuā. Nihilq; indignum tuo decreto, Dñe, cōtendo, nēpe me mortalē nō immortalē procreaſti.

✣ Chryſ. Nihil ago iniuſti, ſi mortalis cum ſim, interitū expoto. Id quoque Moyſes his verbis precabatur: Si hoc mihi facturus es, interfice me.

✣ Polych. ſpiritum, aut dolorē intelligit, aut reſpirationē, quæ à functione muneris, quod præſtat corpori, ſimul cū animo abſoluitur. denique precatur doloris, qui ad oſſa vſque

C peruaſerat, liberationem in morte: idē enim valet, à morte.

a ¶ Mens in qua quieſco.

conſolabitur me lectulus meus, & † releuabor, loquens me- 1 2

a ¶ Cordis ſecreto. b ¶ Poſt, dum iudicem iuſtum expecto. c ¶ Per imaginationes. d ¶ Nocturnis.

cū in ſtratu meo, terrebis me per ſomnia, & per viſiones hor- 3 4

a ¶ terrore. b ¶ Deſiderij ad alta.

a rore concuties quamobrem ſuſpendium elegit anima mea, 5 6

a ¶ Vt ſcilicet ad vitam peruenirem æternam. b ¶ A terrenis. c ¶ Nullam conſolationem habeo in terrenis.

& mortem † oſſa mea. † Deſperaui. Nequaquam vltra iam 7 8 9

a ¶ Vt conſoler de æternis.

b viuam. † Parce mihi domine, † nihil enim ſunt dies mei. 10 11

c a ¶ Largitione rationis & infuſione gratiæ.

d quid eſt homo, quia magnificas eum, aut quid apponis er- 12 13

a ¶ Subleuas b ¶ Claritate virtutum. c ¶ Humilias.

e ga eum cor tuum? Viſitas eum diluculo, & ſubito probas illū. 14 15

D b *Parce mihi do.* vt æterna des, quia contēptu illorū hæc melius ſperantur. Dñ parci ſibi petit, probat q; non à Deo deſperauit: qđ eſt, ſuſpendiū elegit: hoc eſt, deſperaui: de eodē tulit, parce; q. eſt, mortē oſſ.: hoc ē, nō vltra viuā: hoc tertio

Idem c.

c *Nihil enim ſunt di. me.* Qui æterna cōſiderat, ad ſe rediens bene hos dies nihil vocat, & diſtricte iudicari formidat.

† vel ard eloquio cubile m In comm

✣ Orige. diſcede à me, inanis eſt enim vita mea. Humilitatem ſuam Iob exponens, dicit, ſi peccaui, quid tibi facere poſſū? cur non expias iniquitatē meā? qs tibi reſiſtet? In nouo genere viuēdi eiuſmodi ſunt tibi leuia & vilia ſupplicia: quęnam erunt ijs cōſtituta, qui ſemper puniuntur.

† Tædio ctus ſum.

† vanitas

✣ Nicetas. Symmachus: Vanitas ſunt dies mei. Alius quidā: Vapor ſunt dies mei. Olym. & Polych. Sic Dauid Amoue à me plagas tuas, à fortitudine.n. manus tuæ defeci. Mos

E eſt ſanctis plagas quas ab hoſtibus acceperunt, Deo acceptas referre, quod eas & depellere poſſit, & permittēdo haud quaquā prohibeat. Olym. Humanæ aūt naturæ humilem conditionem, & Dei prouidentiā ad ſupplicationē adhibet. hominis uero præſtantiā hac vna re declaratur, qđ eius vindex & vltor eſt Deus. Nicetas. in requiē iudicabis? pro illo eſt: Mori iubes, & in quiete cōſidero, & ſubito probas illum. Philip. ſatius eſt vt de morte cogitem, quam tuæ maieſtati irrogem blaſphemiam. non quod ſuſpendio velit perire, & quaſi peccauerit, pœnitentiam illius profitetur, dicens, parce mihi.

d *Quid eſt homo.* Magnificat Deus hominem multo ſpirituali munere, & erga eum ponit cor: quia pro datis diſtrictius iudicat. Sed quid homo? quaſi, etſi magnificatus vltra ſe donis tuis, tamen quia caro eſt, ſi ſine pietate iudicetur, ferre non poteſt. vnde adhuc addit.

F e *Viſitas eum di.* Diluculū eſt cum de nocte vitiorū & ignorantiæ

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et releua. *à magnitudine afflictionis meæ.*

2 Loquens me. *id eſt meditans ſancta & honeſta.*

3 Terrebis me per ſom. *id eſt permittes terreri, quia Sathan à Deo permiſſus mouendo phātaſiam ipſius Iob, immittebat ſibi ſomnia terribilia & afflictiua.*

4 Et per viſio. hor. concuties. *quia etiam in vigilia dæmon formabat ante eum ſpecies horribiles. ideo concludit quod talis vita tātis afflictionibus expoſita, eſt odioſa, ſi ſecundum dictum Eliphaz non expectatur ex hoc præmiatio in vita futura: & ſic ducit Eliphaz ad inconueniens, qui ponebat felicitatem hominis in præſenti vita: & ſic ſecundum eum non poterat eſſe odibilis. dixit igitur.*

5 Quamobrem. *id eſt propter miſerias quas ſentio, à quibus in præſenti vita non apparet releuatio.*

6 Suſpendium elegit. *Id eſt, mortem quantumcunque vilem. cuius cauſa ſubditur.*

7 Deſperaui. *ſcilicet à felicitate temporali, quam promittit mihi Eliphaz poſt flagella. Tum quia modicum vitę meæ remanet: tum quia talis felicitas non apparet probabiliter mihi ventura.*

8 Nequaquam vltra iam viuam. *Id eſt poſt reuolutionem annorum non reuertar ad vitam animalem, quam ponebant aliqui philoſophi, vt dictum eſt.*

9 Parce mi. *Poſtquam oſtendit Iob q expectatio ſibi promiſſa ab Eliphaz erat friuola, hic cōſequenter oſtendit quæ ſit & vnde expectatio vera, ſcilicet quod à Deo tollatur de præſenti miſeria, vt fruatur quiete in alia vita. Primò igitur petit Iob dictam quietationem. ſecundo impedimenti retardationem, ibi:* Peccaui. *Prima in duas, quia primo ponit propoſitum. ſecundò probat ſuppoſitum, ibi:* Quid eſt homo. *Circa primum dicit:* Parce mihi. *ſcilicet ſubtrahendo me de præſenti miſeria.*

Diuiſio.

10 Nihil enim ſunt di. me. *id eſt pauci dies remanent mihi præ ſenectute. & ideo quaſi pro nihilo debent computari, ſecundum quod dicitur 2. Phyſico. Quod modicum eſt, quaſi nihil computatur. quaſi dicat Iob: Tēpus eſt vt corpus meum tradatur ſepulturæ, & anima mea ſit in quiete cum ſanctis patribus in ſinu Abrahæ.*

11 Quid eſt ho. *Hic probat ſuppoſitū, ſcilicet quod homo ad beatitudinem ſupernaturalem ordinetur, quæ in præſenti uita non habetur: & hoc probat ex dignitate hominis ſuper alias creaturas corporales, & ex ſpeciali prouidentia Dei circa hominē, quæ ſufficienter oſtendunt ipſum ordinari ad alium finem. & hoc eſt quod dicitur:* Quid eſt ho. *quaſi dicat non eſt ſicut animalia bruta, ſed aliquid maius: ideo ſubditur.*

12 Quia ma. eum. *dando ei rationem & intellectū, quibus præeſt creaturis inferioribus, & eſt capax ſui conditoris per cognitionem & amorem.*

13 Aut quid appo. er. eum cor tuum. *per ſpecialem curam & diligentiam, & ſecundum talem modum loquendi dicit Apoſtolus 1. Cor. 9. b.* Nunquid eſt Deo cura de bobus.

14 Viſitas eum di. *dando ei à principio natiuitatis angelū cuſtodē.*

15 Et ſubito pro il. *flagellis & tribulationibus, ne in ſuperbiā eleuetur, ſed per patientiam quaſi aurū in fornace probet. & iſta oſtēdunt hominem ordinari ad finem habendum in alia uita. ideo ſubdit.*

1 Vſquequo

## MORALITER.

3 *Terrebis me per ſomnia & per &c.* Nam menti ſic cogitanti frequenter occurrunt diſtricta Dei iudicia quæ ſunt valde terrentia. Et quia propter talem conflictum cogitationum vita pręſens triſtabilis redditur viris perfectis, Sequitur.

5 *Quamobrem ſuſpendium elegit ani. mea.* Id eſt ſeparationem à carne terrea.

7 *Deſperaui &c.* Gre. Iuſte quippe deſperare eſt pſentis vitę bona æternitatis electione deſerere. Sed quoniā in exitu pręſentis vitæ debet oīs quantumcūque iuſtus de peccatis occultis timere, ideo ſubditur.

9 *Parce mi. do.* de pœna peccatorum.

10 *Nihil enim. ſunt di. me.* id eſt merita mea nulla ſunt reſpectu tui præmij. Et quoniam recognitio bonitatis diuinæ eſt impetratio ſuæ miſericordiæ: ideo ſubditur.

11 *Quid eſt homo quia ma. eum.* Imaginis tuæ dignitate.

13 *Aut quid apponis erga eum cor tuum?* Super addendo ſimilitudinem gratiæ tuæ.

14 *Viſitas eum di.* Id eſt, viſitaſti eū incarnationis tuę beneficio. Oſeæ 6. b. *Quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus eius &c.*

15 *Et ſubito probas illum.* ſ. flagellis ad accelerandū iter ſuū.

Grego.

rantiæ ad lucem venit homo, in quo & mox probatur: ne
A enim bona à ſe habere glorietur, tentatione concuti permittitur, vt alta Dei & ſui infirmitas videatur, ſicut Salomõ poſt ſapientiam tentatur à meretricibus: hæc tota hac mortalitate homo patitur. vnde: *Vſquequo non parcis mihi?*

Idem cap. 18. a *Saliuam.* Saliua in os à capite labitur, ab ore in ventrem glutitur. Caput eſt Deus, à quo initiũ ſumimus. Venter mens, quæ cibum intellectus capit, & omnia membra actionum regit. Saliua ſapor intimæ cõtemplationis hoc modo ad os, ſed non in ventrem tranſit: quia ea

† neri.

a ¶ Quandiu permittis me tentationibus percuti.
a Vſquequo † non parcis mihi, nec dimittis me, vt glutiam ſa- 1
¶ Vt à culpis abluar.
b liuam meam? Peccaui: Quid faciam tibi ò cuſtos hominum? 2
c ¶ Inimicum.
d quare poſuiſti me contrarium tibi, & factus ſum mihi met- 3
¶ Carnalis concupiſcentiæ.
e ipſi † grauis? Cur non tollis peccatum meum, & quare non 4
aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in puluere † dormiam, 5 6 7
f & ſi mane me quæſieris, non † ſubſiſtam. 8

† recedes a me.
† dormio.
† ero.

nunc noſter intellectus infunditur, ſed mens non plenè ſatia
B tur: in guſtu eſt nõ in ſaturitate. Hanc luto humanæ cogitationis miſcuit Chriſtus, & homo in mũdo & cęcus natus illuminatur. Tunc aũt Deus plenè homini parcit, cum ſaliuã glutire permittit: cum ad perfectionem ſuæ contemplationis admittit. Qui hoc vult mereri, fatetur malũ quod fecit.

✱ Nicetas. Non ſunt verba irati, ſed ſcire cupientis, quãdiu ſit illi in cruciatibus manendum.

✱ Polych. Illud glutiam ſaliuam quod ſolet accidere morientibus, exprimit.

✱ Olym. ſic Dauid: Quouſque Deus iraſceris? accendetur ſicut ignis ira tua? Recordare quæ mea ſubſtantia. Dein de deliniens Deum ſubiungit.

✱ Olym. Tenes, Dñe, quod cum me ſeruũ tuum abiectũ intuentur, obtrectant nomini tuo. Illud igitur obloquutorẽ ſiue cõtrariũ, querelæ cauſam cogitare debemus, quãuis de Deo nequaquã ipſe conquereretur. Philip. Synanchin ſe habere fatetur, qua tumore faucium hominis halitus intercluditur.

Idem cap. 19. b *Peccaui, quid fa. tibi.* Quaſi quid in recompenſationem tibi offeram non inuenio, quia omnis virtus hominis ad cul-
C pam abluendam infirma eſt. Vel, *quid faciam tibi*, quaſi: omnia bona non tibi, ſed nobis proſunt.

c *O cuſtos hominum.*

c *O cuſtos ho.* quia nos ſic deſtituis, vt nos cuſtodire nequea
D mus: & ſi quid conamur, peccatis grauamur. vnde.

d *Quare po. me con.* Cum hõ ſerpenti credidit, hoſtis Dei extitit: quærere contẽpſit, & Deus cõtrariũ ſibi poſuit, quẽ inimicũ ex elatione deputauit. Sed hęc contrarietas culpæ homini eſt põdus pœnę, & ſeipſum grauiter pondus portat, dum tot in carne, tot in anima tolerat: ſic debuit ſubijci qui ſe ſuperbè erexit: hoc eſt quod dicitur: *Graue iugum ſuper Adæ filios.* Hoc autem dicit Iob ingemiſcendo quod ita ſunt, non iuſtitiam arguit, ſed miſericordiam quærit. vnde addit.

Idem cap. 20.
Eccl. 40. a.

e *Cur non tollis.* Ecce deſiderium mediatoris, qui tollit pec
E cata mundi. Vel tunc peccatũ plenè tolletur, cum in incorruptionẽ hõ mutabitur. Deſiderat ergo redẽptorẽ vel reſurrectionem: vnde & pęnam quam ex origine meruit, & iudicium quod ex propria actione timet, adiungit: Ecce nunc peccãti homini dictum eſt: Cinis es, & in cinerẽ reuerteris.

✱ Nicetas. Cur, optandi eſt & deprecandi. Chryſ. Qua de cauſa, quæ tua eſt humanitas, præterita pęna, culpas aut non contempſiſti, aut planè deleuiſti.

Gen. 3. d. ſecundum aliam literam.

*Quare poſuiſti me con.* quia inferior, factus contrarius modo ſuperiori, id eſt Deo: ideo noſtrum inferius, i. ſenſualitas factũ eſt cõtrariũ ſuperiori, id eſt ſpiritui vt ſemper pugnent.

f *Mane.* i. in aduentu iudicis, cui oĩa aperta. Quærere Dei eſt diſtrictè iudicare, ante quem nec iuſtus ſubſiſtit: ſed hoc eſt ſolatiũ liberationis, qđ ſe ſufficere nõ poſſe dicit humilis: plangit ergo mortẽ quæ nũc eſt, timet iudiciũ qđ imminet.

Greg. c. 21. lib. 3.

✱ Nicetas. Nõ inquit, perinde, vt ſomnus eſt mors. Hoĩes enim poſt ſomnũ ſurgunt, qui autem mortuus eſt, non expectat orientem auroram. Quare, quamuis culpam minimè vitauiſſem in breuiſſimo vitæ ſpatio, benignitatem Dei debueram experiri. Ita Iobi voluntas, quamuis obſcuriore ſermone vſus fuerit, ab omni reprehenſione eſt vacua.

F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Vſquequo non par. mihi. *auferendo me de miſeria præſenti.*

2 Nec dimit. me vt glu. ſa. meam. *Saliua enim deglutitur, qñ aliquid dulce in ore ſentitur. per hoc ergo quod petit ſaliuam ſuam deglutire, petit quietem & dulcedinem vitæ futuræ, loquẽs metaphoricè, ſicut communiter fit in hoc libro. Licet enim ſancti poſt mortem non ſtatim admitterentur ad gloriam ante Chriſti paſſionem, tamen recipiebantur ad magnam requiem & conſolationem in limbo ſanctorum patrum, & erant certi de futura viſione & fruitione Dei.*

3 Peccaui. *Hic conſequenter Iob petit remotionẽ impedimenti: illud autem quod maximè impedit à prædictis eſt peccatum, à quo nullus quantumcunque ſanctus in præſenti vita debet ſe reputare omnino immunem propter peccati occultationem. vnde dicit Apoſtolus 1. Cor. 4. a.* Nihil enim mihi conſcius ſum, ſed nõ in hoc iuſtificatus ſum, *propter q ſanctus Iob dicit*: Peccaui, quid faciam tibi ò cuſtos hominum. *quaſi dicat non poſſum aliquid tibi facere ex me, per quod liberer à peccato, niſi ex tua gratia.*

4 Quare poſuiſti me contrariũ tibi. *dimittẽdo me in peccato.*

5 Et factus ſum mihi metipſi grauis. *quia peccatum eſt quoddam pondus aggrauans animam.*

6 Cur non tol. pec. me. *qui ſolus hoc potes. Et dicitur peccatum quod committitur in Deum, iniquitas autem quod committitur in proximum. per hæc autem dicta non inſinuatur aliud niſi deſiderium ipſius Iob: vt per Deum à peccato liberetur, ſi aliquod habuerit: vt ſic à vita futura non retardetur. vnde ſubditur.*

7 Ecce nunc in pul. dor. *ſcilicet per ſepulturam, quaſi dicat imminet tempus mortis meæ, & ideo niſi me citò liberaueris à peccato, decætero liberari non potero: quia talis liberatio poſt mortem non habet locum.*

8 Et ſi ma. me quæ. non ſubſi. *id eſt non habeo certum tempus viuendi vſq; ad craſtinum diem: & ideo feſtina me à peccato liberare.*

CAP.

## MORALITER.

Greg. Mala quæ nos hic comprimunt, ad Deum ire compellunt. Et quoniam hæc flagella peccatis noſtris ſunt imputanda, ſequitur.

3 *Quid fa. ti. &c.* Quaſi dicat: non poſſunt remitti niſi ex tua gratia.

4 *Quare poſuiſti me contrarium tibi.* Me dimittendo in offenſa peccati.

5 *Et factus ſum mihi metipſi grauis.* Ex pondere peccati aggrauantis.

6 *Cur non tollis peccatum meum.* Antequam ſim extra miſericordiæ ſtatum.

7 *Ecce nunc in pul. dor.* id eſt propinquus ſum mortis ſomno: ideo ſequitur.

8 *Et ſi mane me quæſieris, non ſubſiſtam.*

MORA-

## ADDITIO.

In cap. 7. vbi dicitur in poſtilla: Peccaui. Hic conſequenter petit remotionem impedimenti.

In hoc quod dr̃ hic: *Peccaui*: quid faciã tibi ò cuſtos hominum &c. Secundum ſanctum Tho. in ſua expoſitione Iob ponit tres rõnes ſumptas ex humana infirmitate, quibus vr̃ q; poſito quod propter peccata meruiſſet flagellari, debuiſſet tamen Deus ei parcere. Quarum prima rõ ſumitur ex impotentia ſatiſfaciendi. homo. n. nihil dignũ põt facere proprijs viribus ad recõpenſandã offenſam cõtra Deũ cõmiſſam. de quo dicit: Quid faciã tibi o cuſtos hominũ. q. d. Si tantã ſolicitudinẽ de hominibus habes, vt quaſi cuſtos eorũ de ſingulis actibus rationem requiras, non ſuppetunt vires meæ, ad ſatiſfaciẽdum propter peccata mea remittenda. vnde ſi hoc ſpectatur, nunquam mihi parces. & ideo hoc non obſtante debes parcere. Secunda ratio ſumitur, ex impotentia perſeuerandi, homo. n. perſeuerare nõ poteſt in bono ſine gratia Dei. vnde in ſcriptura conſuetũ eſt dici, quod Deus aliquem indurat ex hoc quod gratiã ei non largitur per quam emolliatur: ſecundum quem modũ Iob dicit: *Quare me poſuiſti contrarium tibi.* id eſt quare mihi gratiam non dediſti per quam in bono perſeuerans cõtrarius tibi nõ eſſem per peccatũ: & quia per peccatũ qđã pugna fit hoĩs ad ſeipſum: Iuxta illud Pſal. 37. a. *Non eſt pax in oſſi. me à fa. pec. meo.* Et ſic cum homo cõtrarius ſit ſibiipſi per peccatum, fit etiam ſibiipſi grauis, de quo dicit: *Factus ſum mihimetipſi grauis.* In quo apparet quod peccatum ſtatim ſuam pœnam habet: vnde poſt hanc pęnam facilius videtur hominis parcendum eſſe. Tertia

tia ratio ſumitur ex impotentia hominis ad purgandū peccatum. Homo enim per ſeipſum in peccatū labitur, ſed ſolius Dei eſt peccatum dimittere: & ideo quærit Iob: Si mea pœna ceſſare non debet quandiu peccatum maneat, & tu ſolus peccatum auferre potes &c. Cur non tollis peccatum meum? &c. Et circa prædicta attendendum eſt, quod in prædictis rationibus non eſt intelligendum, quod Iob loquatur tanquam ſcrutator diuinorum officiorum: hoc enim eſſet temerarium, vnde infra 9. b. *Quis poteſt dicere ei: Cur ita facis?* ſed loquitur implorando diuinam miſericordiam ſecundū conſiderationem humanæ fragilitatis & impotentiæ, vt patet ex dictis.

## CAP. VIII.

¶ Aggreditur de hypocritis. ¶ Id eſt ſemper.
Reſpondēs autem Baldath Suites, dixit: Vſ- 1 2
quequo loqueris talia, & ſpiritus † multi-
plex ſermonis oris tui? Nūquid Deus † ſup 3
a ¶ Id eſt præcipitat. ¶ Iniuſtè iudicat.
plantat iudiciū, & omnipotens ſubuertit
a ¶ Contra eum. ¶ Dereliquit.
quod iuſtū eſt? Etiā ſi filij tui peccauerunt ei, † & dimiſit eos 4 5
¶ In meritu mortis.
in manu iniquitatis ſuæ, tu tamen ſi diluculo conſurrexeris
a ¶ Scilicet cogitatione.
ad Deum, & omnipotētē fueris deprecatus, ſi mundus & re- 6 7
a ¶ Scilicet operatione. b ¶ Id eſt tranquillitatis ſecuritatem reddet tibi. 8
ctus inceſſeris: ſtatim euigilabit ad te, & pacatum reddet 9

† fortis (...) elatus ) ... mones id quandiu arrogante[r] queris? † peruerti[t] --Etiam † expulit e mundo p[ro]pter præu[ari]cationem [eo]rum.

### CAP. VIII.

Hiſtorice. a Reſpondens autem Bal. Sciendum eſt in primis, quia ſicut Eliphaz ſanctiſſimū Iob de ſuperbia principaliter notauit, licet & de hypocriſi breuiter tetigerit, ita & iſte de hypocriſi principaliter notare intendit: ſed priuſquā hoc faciat, quiddam præmittit. vnde perpenditur quam onerosa ei fuerint verba ipſius Iob, verba ſcilicet ędificationis: quaſi ergo vlterius bene loquentem pati non poſſit, indignatiuè in hæc verba prorupit dicens.

b *Vſquequo lo. tal.* quaſi dicat quare loqueris inutilia? & ſpiritus multiplex ſ. o. t.

B ⁂ Orig. Iob eam de ſe amicis opinionem reliquerat, vt fortiter contradixiſſe videretur: Eliphazque vi ſermonis, & magnitudine ac veritate ſic ſuperauit, vt contra amplius non audeat diſputare. Cui, nullum amico dans reſpirandi ſpatium, Baldad Suchites.

⁂ Olym. Grauiſſimus ſuccedit, delabenſque ad opinionē Eliphazi, non niſi peccatis irrogari ſupplicia contendit.

Idē D. Hier. ⁂ Philip. Preſ. Iratus quaſi Iob temerè loquutus fuiſſet ad Deum, & ſe potentiorem cęteris regibus dixiſſet.

⁂ Orig. illius loquacitatem accuſat.

Cap. 22. *Vſquequo lo. tal.* Quia grauia ſunt iniquo verba ædificationis quaſi ferre non poſſit: & quia non vult corrigi, bene dicta criminatur.

⁂ Polychr. & Olym. At illud noſſe etiam oportebat non facinoroſis modo, ſed etiam frugi hominibus, illa, quæ ancipitem naturam habent, accidere ſolere, & iuſtum tum eſſe admirabiliorem, cum in miſerijs & doloribus verſatur.

c *Et ſpiritus mul.* dū multiplicitatē ſermonis eius tribuit, inopiā intelligētiæ ipſius reprehendit. Et nota eſſe quatuor genera loquēdi. (Quatuor genera loquendi.) Alij. n. ampli ſunt ore & ſenſu, qui laudādi ſūt: alij vero vtroq; ſtricti, qui miſerādi: alij ſenſu ampli, ſed non C pñt eloqui, qui ſunt adiuuandi: alij ſenſu inopes ſed lingua torrentes, qui deſpiciendi: quod iſte in crimen Iob torquet. D

⁂ Olym. Corā eo quē latere nihil pōt: in manu, i. in actione: id enim dicit eos ſuarū actionum mercedem recepiſſe. Et miſit in manu ſua iniquitates eorū, id eſt ſcelerū pęnas.

d *Nūquid Deus ſub.* Hæc Iob nec negauerat nec ignorabat: (Orig. in Io[b]) ſed mos eſt prauorū, ne videātur neſcij: bona omnibus nota iactanter dicere quaſi incognita. Baldath ergo quaſi Iob doluiſſet de ereptione bonorū ſuorum, laudat iuſtitiam Dei: ſed more falſorum, qui in proſperis Deum laudant: quę ſibi quaſi iuſtis putant deberi: alios quaſi pro culpa dicunt flagellari: ſed ſi qua aduerſitas eos tetigerit, examen Dei reprehēdunt. Sic hęretici dum E eccleſiam à Deo vident corripi, peruerſa prædicatione intumeſcunt. dicentes ſe ex meritis proſperari, illam dignè affligi: & ſic aditum ſurreptionis quærunt. Exprobratis etiam aliorum mortibus, quaſi iuſtè perierint, alios feriunt. vnde ſubdit.

e *Etiam ſi fi. tu. pec.* Si diluculo. quaſi ipſi in luce, eccleſia ſit in nocte: quam vocant vt per cognitionem Dei ſurgat, & per precem pœnitentiæ præterita diluat, ſi mundus in cogitatione, rectus in opere. (Olym.)

f *Euigilabit.* Qui ab adiutorio tui modo errantis dormit.

⁂ Chryſ. Nec illud omnino verū eſt veracis & integri hominis orationi Deum ſemper fauere: vſu enim venit interdum, vt, quæ conducibilia non ſunt, poſtulet. Polychr. & putat frui in hac vita bonis ad beatā iuſtorū ſortem pertinere.

⁂ Hier. & Philip. Baldad mirificè de Dei miſericordia loquit, cuius tāta eſt bonitas vt quos in Adā à principio incolas fecerat paradiſi, eoſdem nunc ad cęli hęreditatem inuitet, quos iunior filius in Euāgelio figurauit, q. ſecūdū Apoſtolū nō ſolū angelorū fiūt ciues, ſed hędes Dei, cohęredes Chri. (Luc. 15. Rom. 3.)

g *Et paca. reddet.* id eſt præſentis vitæ tranquillitatem reſtituet, quam ſolam æſtimant eſſe Dei remunerationem. F

a *Habiea-*

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. VIII.

Diuiſio. 1 Reſpondens au. Bal. *hic ponitur contra ipſum Iob Baldath obiectio, vbi primo ponitur obiectionis deductio. ſecundò infertur intenta concluſio, ibi: Deus non proijciet. Prima in duas, quia primo Baldath proponit ſuum propoſitum. ſecundo probat per exemplum, ibi:* Interroga &c. *Circa primum primo arguit eum de modo diſputandi, dicens.*

2 Vſquequo lo. ta. *Reputabat enim ipſum loqui ex impetu paſſionis, & ſic multiplicare verba friuola ſine ordine rationis. Conſequenter arguit eum de dictis dicens.*

3 Nunquid Deus ſup. &c. *Circa quod ſciendum, quod ſanctus Iob reſpondens ipſi Eliphaz ſupra 6. c. dixerat:* Vtinam appenderentur peccata mea quibus iram merui &c. *oſtendens quod maior eſſet pęna ſua quā peccatū. ideo Baldath dicit cōtra ipſum:* Nunquid de ſup. iudi. &c. *quaſi dicat: Hoc eſt impoſſibile, cū ſit regula prima iuſtitiæ: & tñ hoc ſequitur ex dicto tuo, quia per te punit peccatū vltra condignū. Hæc aūt ratio cōcluderet, ſi vera eſſet opinio ipſius Baldath, in qua conueniebat cum Eliphaz, ſcilicet quod pœnæ temporales infligerentur à Deo tantummodo pro peccato commiſſo. ſed hoc non eſt verum, ſicut frequenter ſuperius eſt oſtenſum. Secundò ſanctus Iob reſpondens Eliphaz promittenti ſibi poſt flagella felicitatem temporalem, dixerat:* Deſperaui reputans illam promiſſionem friuolam: *quod dictum videbatur habere apparentiam, potiſſime ex hoc quod filij Iob erant mortui, qui etiam ſecundum Eliphaz non poterant ſibi reſtitui, eo quod negabat aliam vitam poſt iſtam: contra hoc dicit Baldath.*

4 Etiam ſi filij tū. pec. ei. *Et accipitur hic ſi, pro quia: quia reputabat eos domino peccaſſe, & propter hoc periſſe.*

5 Tu ta. ſi di. con. ad Deum. *per conuerſionem tempeſtiuam.*

6 Et omni po. fue. de pre. *per conuerſionem veram & non fictā.*

7 Si mun. & re. in ceſ. *diligenter cauendo à peccati recidiuo. iſtis tribus concurrentibus quæ requiruntur ad debitam conuerſionem ad Deum.*

8 Statim euigilabit ad te. *liberando te de afflictione. Dicitur enim Deus per quandam ſimilitudinem dormire alicui, cum ipſum non adiuuat: euigilare vero quando incipit eum adiuuare.*

9 Et pecca. red. habi. iuſtitiæ tuæ. *ita quod ſicut domus tua fuit perturbata afflictionibus propter peccata tua, ita propter cōuerſionem tuam ad Deum per iuſtitiam replebitur pace & conſolatione.*

r Intantum

## MORALITER.

1 *Reſpondens autem Baldath & c.* Iuſti verba impio ſunt ad audiendum grauia. ideo dicitur in eius perſona.

2 *Vſquequo loqueris talia.* Et quoniam iuſti hic frequenter affliguntur, ideo ab impiis felicitatem ponentibus in bonis huius vitæ mali reputantur. propter quod dicunt.

3 *Nunquid Deus ſupplantat iudicium.* videtur enim eis quod hoc faceret, ſi hic affligeret innocentes, cū tñ Deus frequēter hoc faciat, vt eos per patientiæ meritū ad gloriā pducat.

4 *Etiam ſi filij tui pecca. ei & c.* Hoc dicunt infideles eccleſiæ pdicatoribus, eos auertere à fide conantes cū alijs credentibus, qui dicuntur eorum filij. 1. Corin. 4. d. *In Chriſto enim Ieſu per euangelium ego vos genui.* Promittentes ei bona temporalia quæ ſola reputant eſſe vera. Hoc etiā aliquando confirmant ex an-

a *Habitaculum iuſti.* Conſilium mentis dicunt quod pacatur,
A quia ſi eos ad ſua trahunt, à contentione conticeſcunt. Opes quoque intelligentiæ promittunt dicendo.

b *Intan.* Sed quia verbis eorum non facilè creditur, ſententias patrum in argumentũ ſui erroris inflectunt. vnde addit.

c *Vt priora.* Quia & amiſſa recuperari, & adhuc maiora præſentis vitæ præmia promittunt.

Reg. 8. c. 23. d *Interroga enim generat.* Non videri ſed inueſtigari monent, quia hoc nolunt conſpici, quod liquido patet cunctis.

† ſine † Moraliter. † accidatur. e *Heſterni.* Aliquando moraliter docent ex præteritis præſentia coniici, ſcilicet ex
B † opij. tranſitu eorum quod hæc nulla ſint vnde ſubdit heſterni. Quia ſi priſtina recolitur generatio, hæc vita cito tranſire vt vmbra cognoſcitur.

f *Ipſi doce.* Laudant patres nobiſcũ, vñ magis nos impugnẽt.

✲ Hier. & Philip. Inuenies alios in diluuio, alios in Sodoma, alios in diuerſis locis pro peccatis ſui diuerſas accepiſſe ſententias.

g *De cor.* Quaſi tu habes ſimplicitatem ſpiritus in ore non in corde illi contra. Sæpe mali ſe non attendentes bonos lacerant, & vel bona quæ non videndo ſed audiendo didicerunt, proferunt: vel mala quæ ipſi agunt aliis ingerunt, & ita factis ſe excuſant, verbis iudicant. Sic Baldath ſimulator iuſtitiæ contra hypocritas mira dicit, & de his docere iuſtum præſumit quæ conuenirent prauis. Vecors qui hortis ſitientibus in flumine aquam fundit.

✲ Olym. Vt enim diei inclinatione vmbra, ſic noſtrum omnium vita commouetur, & hac illacque perfluit.

Isa. c. 14. h *Nunquid vi. po.* Scirpo vel carecto hypocritã comparat, qui calore ſanctitatis vireſcit, ſine fructu operis, qui tñ non ſine aqua: quia gratias accipit ut prophetet, dæmones eijciat & cetera: ſed colore viridis dũ extra laudes q̃rit, ſuperbus in altũ creſcit, ſed à fructu inaneſcit. Scirpus in flore, hypocrita in laude. Carectũ nõ carpit᷑ manu, quia acutis angulis ſurgens manũ ſecat: ſic hypocrita ſi manu correctionis carpitur, pro leſa opinione exaſperatur: vitam corripiẽtis ſecat, vt ſe innocentem non ſuis acti bus ſed alienis criminibus oſtendat.

D Allegoricè.

✲ Orige. cum adhuc eſt in radice, nõ carpitur manu, ante quam omnem herbam edat: ſi nõ edat, areſcit prouidẽtiam Dei demõſtrat etiã ex rebus minimis, quæ præbitoris bonitatem profitentur. Nihil enim, quod ſeipſum non fecit, ſeipſum conſeruare poteſt. vt de maioribus nullum ſit dubium.

Didymus. † creſcere. F † Cuius ſucci dicitur ſpes.

✲ Cate. græ. πάπυρος βότομον, herba paluſtris.

✲ Hiero. Carex. Chryſ. vt herba ſine humore, ſic nec fœlicitas ſine iuſtitia conſiſtere poteſt.

✲ Olym. ſine ſtudio pietatis.

✲ Didym. Impiorum ſpes, eſt rerum non ſubſiſtentium, ideo cito euaneſcit.

Eſa. 40. b. i *Ante omnes herbas.* Et iuſti herbæ, ſecundum carnem, quia omnis caro fœnum. Qui areſcunt, quia eorum opera cũ carnis vita deficiunt. Sed hypocritarum antè: quia mox bona deſerunt vt ea conſecuti ſunt propter quæ ſimulauerunt. Hi ſunt fœnum tectorum, quod prius quam euellatur, exaruit.

k *Sic viæ omnium.* Ecce cui comparat ſcirpum vel carectum. Spes hypocritæ eſt gloria, & huiuſmodi ſecularia quæ pereunt, æterna permanent.

a habitaculum iuſtitiæ tuæ, intantum vt priora tua fuerint par- 1
b ua, & nouiſſima tua multiplicentur nimis. Interroga enim ge- 2
c neratioñem priſtinam, & diligenter inueſtiga patrum memo- 3
d riam (heſterni quippe ſumus, & ignoramus, quoniã ſicut vm- 4 5
e bra dies noſtri ſunt ſuper terram) ipſi docebunt te: Loquentur 6 7
f tibi, & de corde ſuo proferent eloquia. Nunquid virere poteſt 8 9
g ſcirpus † abſque humore, † aut creſcet carectum ſine aqua? Cũ 10 11
h adhuc ſit in flore, nec † carpatur manu, ante oẽs herbas areſcit: 12 13
i ſic viæ oĩum, q̃ obliuiſcuntur Deũ, & ſpes † hypocritę peribit. † 14 15
k

a ¶ Quaſi in patribus diſces quod Deus benefaciat bonis: ſed ſpes hypocritæ peribit.

¶ Scirpus. ¶ Carectum. a ¶ Amittit virorem.

C F

a Non

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Intantum vt priora tua fuerint &c. *Hoc addidit Baldath ad reſpondendum dicto Iob, qui ſuprà dixerat parum remanere de tempore vitæ ſuæ quaſi dicat, quod deficiet tibi in longitudine temporis, ſupplebitur copia bonorum quæ tibi reddentur reſpectu priorum.*

2 Interroga enim &c. *Hic conſequenter Baldath probat ſuum propoſitum: & primò experimento præcedentium, ſecundò ſimilitudine rerum naturalium, ibi:* Nunquid viuere poteſt. *Circa primum dicit:* Interroga enim generationem priſtinam. *quãtum ad actus patrum antiquorum.*

3 Et diligenter inue. pa. me. *Quantum ad actus præcedentium magis de propinquo de quibus haberi poteſt memoria, vt ſic ex pluribus habeatur maior certitudo, quia ex pluribus memoriis fit vnum experimentum, vt habetur 1. Meta.*

Philoſophus. 4 Heſterni quippe ſu. & igno. *Quaſi dicat, ex vita noſtra quæ breuis eſt pauca vidimus, & experti ſumus: & ideo parum aut nihil ſcire poſſumus niſi recurrendo ad patrum præteritorum actus.*

5 Ipſi docebunt te. *Per ſcripturas quas dimiſerunt.*

6 Et de corde ſuo proferent eloquia. *Quia nihil ſcripſerunt niſi quod eis certum erat, & ſupplendum eſt quod intendebat Baldath, ſcilicet quòd propter actus patrum præteritorum non inuenirentur aliqui flagellati niſi pro peccatis præteritis eorum: & ſi ſic aliqui fuiſſent per flagella emendati fuerant etiam tunc reducti ad ſtatum temporalis felicitatis, quod tamen non eſt verum in omnibus, quia multi iuſti mortui ſunt in miſeriis propter maius meritum reſpectu futuræ beatitudinis.*

7 Nunquid virere poteſt ſcirpus. *Hic Baldath nititur declarare ſuum propoſitum per exemplum in rebus naturalibus: & primo ponit exemplum. ſecundo applicat ad propoſitũ, ibi.* Sic viæ omnium. *Circa primum dicit.* Nunquid virere poteſt ſcirpus. *id eſt, iuncus.*

8 Abſque humore. *in terra latente.*

9 Aut creſcet carectum ſine aqua. *id eſt ſine humore exterius apparente, quaſi dicat non. Eſt autem carectũ locus in quo creſcit herba quæ vocatur carex longa & lata, nec poteſt creſcere niſi in aqua. ideo dicitur à careo cares, quia caret virtute ſubſiſtendi in vigore, niſi habeat aquam ſaltem in pede, vnde hic accipitur locus pro locato, cum dicitur.* Carectum *& conſequenter proba. ſuppoſitum, ſcilicet quod talis herba non poſſit creſcere ſine aqua. cum ſubditur.*

Carectum.

10 Cum adhuc ſit in flore &c. *Herba enim dupliciter deſiccatur. Vno modo per defectum naturalis virtutis ex tranſitu temporis. Alio modo per euulſionem à terra, & vtrumque remouet à carice, dicens.* Cum adhuc ſit in flore. *id eſt in virtute ſua naturali.*

Siccatio herbæ fit dupliciter.

11 Nec carpat᷑ manu. *i. euellat, nihilominus ſi deficiat ſibi aqua.*

12 Ante omnes herbas are. *id eſt citius quam quæcunque herba, & ſic probatum eſt propoſitum.*

13 Sic viæ omnium. *Hic conſequenter applicat exemplũ ad propoſitum. Circa quod ſciendum quod Baldath virorem iunci & caricis aſſimilat proſperitati temporali, humorem autem terræ & aquæ adhæſioni diuinæ, ita quod ſicut humor terreus aut aqueus eſt cauſa viroris iunci & caricis, ita adhæſio ad Deum per iuſtitiam eſt in hominibus cauſa proſperitatis temporalis, quam putabat remunerationem bonorum operũ & felicitatem humanam & per conſequens homines à Deo recedentes per iniuſtitiam cadere à felicitate temporali in calamitatem, & hoc eſt quod dicitur.* Sic viæ omnium qui obliuiſcuntur Deum. *Iſti ſunt manifeſtè mali quaſi obliti mandatorum Dei.*

14 Et ſpes hypocritæ. *Qui eſt malus occultè.*

15 Peribit. *Quia cadet à temporali felicitate pro qua agebat bona de genere.*

1 Mon

## MORALITER.

ex antiquis patribus, qui leguntur fuiſſe diuites in temporalibus. Gen. 13. a. *Erat autem Abraham diues valde in poſſeſſione auri & argenti.* ideo ſequitur.

2 *Interroga enim generationem priſtinam &c.* Sed quoniam fideles & iuſti, aliqua bona faciunt quæ non poſſunt ab infidelibus etiam malis ſecundum ſe reprobari: ideo imputant ea hypocriſi, dicentes.

7 *Nunquid virere poteſt ſcirpus abſque humore &c.* id eſt ſicut ſcirpus & carex virorem non habent ſine aqua, ſic hypocrita viuere non poteſt ſine laude humana: propter quam facit opera de genere bona. Et quia talis iam mercedem recepit, ſubditur.

14 *Et ſpes hypocritæ.* De alia mercede.

15 *Peribit.* Et quia præmium æternum pro laude temporali perdere inſania videtur eſſe. ideo ſequitur.

Non

a ¶Scilicet in die retributionis. b ¶Quæ etſi modo placet tamen diſplicebit. 1
¶Cum res magna vili pretio venditur. 2
a Nõ ei placebit vecordia ſua, & ſicut tela aranearũ fiducia ei⁹ 3
b ¶Inclinabit ſe. ¶Ipſa. 4
c Innitetur ſuper domũ ſuã, & non ſtabit: fulciet eam & non † 5 6
d ¶Virens. ¶Sibi, a ¶Sed non ſtabit. 7
e conſurget. Humectus * videt̃ antequam veniat ſol, & in ortu 8
f a ¶Remuneratio præſens. ¶Hypocritæ b ¶Prædari deſiderat qui theſaurum in via portat. 9
g ſuo germẽ eius egredit̃. Sup † aceruum petrarũ radices eius† 10 11
¶Scirpi. a ¶Homines quorum fauorem quærit, & inter quos habitat: ideo dicit, lapides: quia inter eos fructificare non poteſt. 12
b ¶Mors. ¶Separauerit. 13
h denſabunt̃, & † inter lapides cõmorabit̃. Si abſorbuerit eum 14
a ¶Id eſt de fauoribus huius vitæ. ¶Scilicet internus arbiter. 15
i de loco ſuo, negabit eum, & dicet: Nõ noui te. Hæc eſt enim 16 17

A a *Non ei placebit vecordia.* Vecordia eſt magnam rẽ vili pretio vendere, id eſt bona laborioſa agere pro fauore. hac modo delectatur, ſed in pœna diſplicebit, & tũc ſciet nihil fuiſſe omnia quæ tranſierant. vnde:

Greg c.25. Idem ca.26. b *Et ſicut tela aranearum fiducia eius.* Tela aranearum ſtudioſè texitur, flatu venti diſſipatur, ſic quicquid hypocrita exudat, fauoris aura tollit.

Idem c.22. c *Innitetur ſuper domum ſuã.* Dom⁹ mẽtis eſt quęlibet res quam per dilectionem habitat animus. Domus ergo hypocritæ eſt fauor. Vel domus eſt fiducia ſanctitatis quæ corã hominibus, ſed non corã Deo ſtabit.

* ſcirpus

† fon.em

† iuxta domũ lapideã cõplicabit ſe. vel, denſabit & intricabit ſe.

* Cat.Græ. Si ſuſtulerit domum ſuã, non

B ſtabit: captus ſi fuerit ipſe non ſuſtinebit.

* Olym. A diuina vltione comprehenſus, non ſubſiſtat.

d *Fulciet eam.* Qđ per ſe ſtare nequit, fulcitur, vt ſtet, ſic hypocritam cũ vitam ſuam in iudicio cadere conſpicit, enumeratione operũ fulcit, dicens: *Dñe nonne in nomine tuo prophetauimus, & dæmonia eiecimus?* Sed domus laudis ſic fulcita nõ ſurgit, quia in omnib. quę egit, animum nunquam a terra leuauit: & ideo ad pręmium retributionis non erigitur, ſic in iudicio reprobabitur. Sed ante talis habetur hominibus.

Matth.c.7.

Greg.8.c.18. e *Humectus vi.* Scirpus hypocrita in nocte humidus videt̃, id eſt gratia ſanctitatis infuſus apparet hominibus, ſed corã ſole in die iudicij areſcet.

f *Et in or. ſuo ger.* Quælibet herba prius a terra ꝓducitur, aura & æſtibus tangit̃, pluuia nutrit, demũ profert germen ſui ſeminis, ſed ſcirpus cũ flore ſuo naſcit̃, & ſecum germen ſui ſeminis ꝓducit. Sic ſancti hic agẽdo bona creſcũt, æſtus ſentiũt, demũ in fine retributionẽ quęrunt. Sed hypocrita mox cum bonũ incipit, pręmiũ laudis recipit, oblitus etiam quid añ fuerit, cum & bona citius pereunt quæ ante tempus innoteſcunt. ſ. aĩo nondum per humilitatem confirmato, ſicut nouæ plãtæ tactu areſcunt, nouus murus leuiter cadit, q ſiccatus nec arieti cedit, vnde Moyſes, *Non arabis in primogenito bouis.* Hypocrita etiam cum recte agit, a multis vult videri.

Deut.15.d.

* Cat.Grę. Aquila, ſqualidus eſt in conſpectu ſolis. Et in pu

C tredine ſua Rhadamnus eius egredietur.

* Orig.

D * Orig. Vt ex humida gutta corpus hẽt. i. ex ſemine, quod eſt cibi ſcoria, cibus aũt eſt ex elemẽtis, ſic is qui viuit extra, & a ſole fouetur, operã laborib. plenam ſuſcipit, ſudorib. victus pſundit̃. ex loco illo: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Germen aũt cariem dicit, non vt ſemen contẽnat Manichæorum & falſorum continentiũ ſententia, neque enim malũ eſt corpus, nec alimenta mala, nec turpes eorũ reliquiæ: nihil enim malum a bono factum eſt, ſed cariem appellat ortũ, qui cum interitu exiſtit. hocque modo intelligimus: Non erit impio auxiliũ a Deo, quinetiam elementa eum delebunt, vt Pharaonẽ, & Aegyptios.

† permane

† complicabantur

E Et quod anima pręditus rebus inanimis deditus fuerit, eum quis aſſumet, quem Deus auerſatus eſt?

* Olym. Aut radices nullas agunt, aut ſi egerint, quia terra altitudine caret, ita areſcunt, vt in eo loco nunquam fuiſſe appareant, quibus ſunt hypocritæ ſimiles.

Greg.c.1 g *Super aceruum pet. &c.* Radices ſunt cogitationes. Lapides, q nõ additur viui, hoĩes boni & mali sũt. Hypocrita ergo q inter lapides moratur, cogitationes in quærenda admiratione hoĩum multiplicat. per oĩa enim quæ agit occulta cogitatione laudes quærit, palam habens quod hoſtes prędentur. Vt Ezechias, qui poſt multa beneficia ſibi facta, nũtijs regis Babylonis omnia ſua bona oſtẽdit. Vnde mox audit: *tollentur omnes in Babylonem.* Ita & dum laus quęritur, virtus & pulchritudo in manus inimici traditur. vnde Baldaht dicit.

2.Reg.10.

Idem c.30. h *Et inter lapides commorabitur.* Quia ibi ſtat, vbi ſuę mẽtis intentionẽ ſolidat: qui & ſi ſit plenus bonis, ſi abſorbuerit eũ Deus. i. per mortẽ tulerit, de loco, id eſt fauoribus huius uitæ, dicet, nõ noui te, vt & fatuis virginibus dicit̃ & merito: quia non ſatis eſt ei niſi & alios ſibi ſimiles fecerit, & hoc eſt quod dicit.

Matt.15.a.

* Philip. Sic ſemen cecidit aut ſecus viam, aut in petroſa aut inter ſpinas.

Matt.13.

* Philip. Abſorpti Dathan, Core & Abiron. Et in euangelio quibuſdam dicitur: non noui vos.

Matt.7.

F 1 *Hæc eſt enim læti. &c.* ut & pro illorum reatu puniatur. ſed:

*Deus*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Non ei placebit vecordia ſua. *Dicit hic Grego. Nulla maior vecordia eſt quam diuinis præceptis fortiter inſiſtere pro humana retributione: & talis vecordia diſplicet hypocritæ, quando cadit a temporali bono ſeu humana laude.*

2 Et ſicut tela aranearum. *Quæ modico flatu diſſipatur.*

3 Fiducia eius. *Quia de facili fruſtratur.*

4 Innitetur ſuper domum ſua. *Confidens de diuitiis & familiis ſuis.*

5 Et non ſtabit: *Quia Deus vno flatu totum diſſipabit.*

6 Fulciet eam. *Quærendo quædam munimenta contra futura pericula.*

7 Et non conſurget. *id eſt proſperabitur, Conſequenter reſumit parabolã de ſcirpo, per quam deſignatur hypocrita, vt dictum eſt: & ponit duo ex quibus habetur ſpecies de duratione ſcirpi, Primũ eſt viror ipſius, qui aliquando ſtat poſt defectum humoris, licet ad modicum tempus, & hoc eſt quod dicitur:*

8 Humectus uidetur. *ſcilicet ſcirpus: quod ſubintelligitur hic licet non ſit de textu.*

Ante-

9 Antequam ve. ſol. *& hoc propter virorem quem retinet, ſed orto calore ſolis ſtatim viror marceſcit.*

10 Et in ortu ſuo ger. eius egre. *id eſt, in ortu ſolis perdit virtutẽ germinis: & ſic eſt de hypocrita qui videbatur bonus, ſed adueniente æſtu tribulationis apparet malitia eius.*

11 Super aceruum. *Hic ponit ſecundum, per quod ſperatur de duratione ſcirpi, videlicet quando multi alij ſcirpi ſunt ſibi adiuncti, & quãdo creſcit in loco lapidoſo, tamen aqueo, ita quod propter lapides non poteſt de facili euelli, & hoc eſt quod dicitur:* Super aceruum pe. *i. in magno numero valde.*

12 Radices eius denſabun. *ad faciendum multitudinẽ ſcirporum.*

13 Et inter la. commorabi. *quando inter lapides creſcit modo prędicto.*

14 Si abſorbuerit, de loco ſuo. *aliquis eum euellens.*

15 Negabit eum. *ſcilicet locus ſuus.*

16 Et di. *Nõ noui te: per hoc intelligitur ſimilitudinarie, quod locus vnde ſcirpus euellitur, nihil operatur ad hoc quod iterum inſeratur vel plantetur, cuius cauſa ſubditur:*

17 Hęc eſt enim lætitia uię. *id eſt naturalis proceſſus & appetitus.*

Vt

## MORALITER.

1 *Non ei placebit vecor.* Greg, Magna quippe vecordia eſt laborioſa agere, & auræ laudis inhiare.

2 *Sicut tela aranea.* Greg. Aranearum tela ſtudioſe texitur, ſed ſubito venti flatu diſſipatur, quia quicquid hypocrita cũ labore agit, aura humani fauoris tollit.

4 *Innitetur ſuper domum ſuam & non.* quia laus humana ſuper quam ædificantur eius opera, cito tranſit.

8 *Humectus v. ſcir.* nam hypocrita ſanctitate viret apparenti, ſed viror eius deficiet in furore diuini iudicii.

*Et in*

10 *Et in ortu ſuo.* nam in principio boni operis laudẽ intendit humanam, quæ eſt eius finis.

11 *Super aceruum pe. ra. eius denſabun.* creſcit. n. ſcirpus in aqua arenoſa. Per arenã in aqua ſignantur homines terreni & delicioſi, qui conſiderant tantum apparentia, & a talib. videri vult hypocrita, & ibi ponitur radix ſua.

14 *Si abſorbuerit eum Deus de loco ſuo.* id eſt. corpore humano per mortem.

16 *Dicet, non noui te.* eum reprobando, ſicut fatuis virginibus dicitur, Mat.25.a. *Neſcio vos.*

*Deus*

a *Deus non proijci. ſim.* Cuius ſimplicitas modo à calliditate A duplicium vocatur fatuitas.

✠ Didy. ſimplicem poſuit pro vitij experte vt cū ait ſimplices & recti adhæſerūt tibi, non pro ſtolido vt cū de hæreticis dī: decipiunt corda ſimpliciū. rem enim vtramque nomē ſimplex declarat.

b *Nec por. ma.* Vt ab imo in quo quærunt gloriam eleuet. Mali gni ſunt hypocritæ qui nec bona bene agunt. Vel, quia proximo extra puros & ſimplices ſe oſtendūt intus duplicitatē celāt, cōtra quos dicit Moyſes: *Non indues veſtē ex lana linoq; contextam.*

a ¶ Intentionis. b ¶ Amore terreno. c ¶ Hypocritæ ſibi cōſimiles. d ¶ Quia gaudet habere ſequaces.

a lætitia viæ eius, vt rurſum de terra alij germinentur. Deus 1

¶ Innocentem. a ¶ In præſenti vel in futuro. b ¶ Id eſt adiutorium, vt denuo erigantur. 2

b non proijciet † ſimplicem, nec porriget manum malignis, 3 4

a ¶ De Iob hic agitur pro omnibus bonis. 5

c donec impleatur riſu os tuum, & labia tua iubilo. Qui ode- 6 7

d ¶ Quaſi diceret, qui poſt pœnitentiam bonus eris. a ¶ Mundus in quo tabernaculum fixerunt peribit: quid ig tur ipſis.

e f g runt te, induentur confuſione, & tabernaculum impiorum 8

non ſubſiſtet.

c *Donec impleatur.* Non quod poſt, quod conſtat, ſed non antè, quod dubium hominibus poteſt videri. quaſi nec ante iudicium ſimplices deſerit, nec malos percutere deſinit.

d *Im. riſu os tuum.* id eſt mens gaudio æternæ ſecuritatis. B vnde.

e *Et labia tua iu.* Iubilum cum tanta lætitia corde concipitur, quam ſermo non explicet, ſed tamen os ſonet.

f *Qui oderunt.* Iuſtorum hoſtes in iudicio confuſio induet, D quia tūc viſo iudice mala omnia ante oculos mentis verſantur, & reatus deprimens eos vndiq; veſtit. Qui ad hoc ideo veniunt, quia ſola hic tranſitoria dilexerunt. vnde addit. Greg. c. 32.

g *Et tabernaculum.* i. ædificatio æternæ felicitatis, quam ſupra ſe caſuram multiplicant, vt ſe hic à neceſſitatibus quaſi ab æſtu & imbre defendant: in qua mens habitat, quam bonus viator deſpicit.

✠ Cat. græ. Omne donum impij non recipiet, veracium autem os implebit riſu: Labia autem ipſorū confeſſione.

✠ Olym. Polychr. quaſi Iob adulterinam & aſſimulatam virtutem ſit ſectatus. riſu autē implebit, i. lætitia: & pro cōfeſſione. Alij dixerunt, Alacri vociferatione. Philip. In riſu lætitiam cordis intellige. In iubilo vocē exultationis aduerte. E

✠ D. Baſ. interro. 17. regularum fuſius diſputat lætitiam & feſtiuitatem quę ex rebus bonis in animo exoritur riſum appellari familiare ſcripturæ.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Vt rurſum de terra.* ſcilicet ſcirpi.

2 *Germinen.* & non ille qui euulſus eſt, quia ſecundum proceſſum naturæ corrupta non reuertuntur eadē numero, ſed ſpecie tantum, vt habetur 2. de Generatione. & ſic eſt de hypocrita, quia licet multitudine amicorū fuerit virens & germinans radices ad permanēdū & cōmoretur inter lapides, i. in ſocietate fortium, vtpote in ciuitate forti vel regno, ſi tñ euulſus fuerit per mortē, ſocietas ſua dat eum obliuioni: nec quærit eius reditum, ſed gaudet de alijs qui ei ſuccedunt.

3 *Deus non proijcit.* Hic ponitur intenta concluſio ab ipſo Baldath ſcilicet, quod proſperitas temporalis ſemper adeſt bonis & aduerſitas malis, & hoc eſt quod dicitur: *Deus non pro.* elongando à ſe temporali proſperitate.

4 *Simplicem.* ſcilicet corde vero & non ficto ei ſeruientem.

5 *Nec por. manum ma.* ad dandum eis felicitatem proſperitatis temporalis.

6 *Donec impleatur riſu os tuum.* quaſi dicat ipſi Iob, ſi ſimpliciter ac rectè Deo ſeruieris, hoc in te experieris: quia dabit tibi proſperitatem talem, quod non poteris continere à riſu & à iubilo prę nimio cordis gaudio.

7 *Qui ode. te. induentur confu.* id eſt circundabuntur ſicut veſtimento.

8 *Et tabernaculum im. non ſubſiſtet.* Orientales autem populi antiquitus in tabernaculis habitabant: & ideo per tabernaculum hic intelliguntur filij familiæ, & etiam diuitiæ, quæ omnia in tabernaculis reponebantur. Quod autē dicit Baldath: Deus non proijciet ſimplicem, ſemper habet veritatem in ſpiritualibus bonis, q̄ nō auferunt à iuſtis: ſed in tēporalibus bonis nō eſt ſemp verū, quia multis ſimplicibus & iuſtis ſubtrahit bona temporalia reſeruando eis ſpiritualia & æterna.

## MORALITER.

3 *Deus non proijciet ſimplicem.* id eſt ſine plica hypocriſis incedentem.

6 *Donec impleatur riſu os tuū.* ſecundum intentionem Baldath non eſt verū: loquitur enim de tēporali proſperitate ſignificata per riſum, quæ poſt iuſtificationē afflicti non ſemp ſequitur: ſed ſi referatur ad felicitatem futuram, eſt veriſſimum: nā ibi erit inenarrabile gaudium.

7 *Qui oderunt te induentur confu.* ſcilicet dæmones videntes ſe victos ab homine.

8 *Et tabernaculum im. non ſubſiſtet.* Gregor. Quia vitæ fugientis amatores, dum in bonis præſentibus ſtudioſè conſtituuntur, ad æternam pœnam repente rapiuntur.

## CAP. IX.

C a *Et reſpondens Iob ait.* ✠ Cat. græ. Iuſto Dei iudicio Iob aſſentitur, cuius potentiā confirmat, & vitæ breuitatē in ſupplicationem ſumit.

Peruerſi, quibus loquens perſona diſplicet. Omnia quæ dicit praua ſeu recta impugnant: ſed Iob cui non diſplicet perſona, ſed culpa, videns Baldath recta dixiſſe: nunquid Deus ſupplantat iudicium: & vera contra hypocritas protuliſſe. Audita probat. Verè ſcio q̄ hō humilis & Deo ſuppoſitus iuſtitiam accipit, cōpoſitus perdit: quia qui ſe ei cōparat, parat, quod Dei eſt ſibi arrogans bono quod accepit, ſe priuat. Sed & omne meritum noſtræ virtutis (ſi diſtrictè iudicetur) vitium eſt. F

## CAP. IX.

a ¶ Id eſt quod Deus non ſubuertit vel ſupplantat iudicium.

a E T reſpondens Iob ait: Verè ſcio 1

q̄ ita ſit, & q̄ non iuſtificetur 2 3

¶ Quod iuſtum eſt.

b hō † cōpoſitus Deo. Si voluerit 4

✠ Olym. Quia dictum eſt, niſi cor noſtrum nos reprehenderit, fiduciā habemus ad Deū. ideo hoc vtitur proœmio, vt illius conſcientiam nullius fuiſſe peccati labe aſperſam, ex illius verbis perſpicuū eſſet.

b *Si voluerit conten. c. eo.* De ſuis meritis præſumendo: & gloriam ſuæ virtutis, non Deo, ſed ſibi arrogando.

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. IX.

1 E T reſpondens Iob. Poſita obiectione ipſius Baldath, hic conſequēter ponitur ipſius Iob rñſio: & quia Baldath in opponendo dixerat: Nunquid Deus ſupplantat iudicium &c. imponens ipſi Iob quod contradiceret diuinæ iuſtitiæ. ideo ipſe Iob reſpondendo oſtēdit primo ſe nolle diuinam iuſtitiam impugnare. ſecundò declarat de quibus intendit cum aduerſarijs diſputare, ibi. *Vnum eſt.* Circa primum primo proponit intentum. ſecundo probat aſſumptum, ibi: *Qui tranſtulit.* Circa primum Iob tanquam rationabiliter diſputans concedit, quod verum eſt in dictis aduerſariorū. di.

2 *Verè ſcio quod ita ſit.* ſcilicet quod Deus non ſupplantat iudiciū, nec ſubuertit quod iuſtum eſt, ſicut dixerat Baldath.

3 *Et quod non iu. homo compo. Deo.* id eſt cōparatus Deo. quod dixerat Eliphaz ſuprà 4. c. ſed Iob illud prius omiſerat. ideo hic reſumpſit. Quod autem ponitur hic compoſitus, pro cōparatus hoc eſt, quia in comparatione vnum ponitur iuxta aliud: & ſic eſt ibi quædam cōpoſitio i. ſimul poſitio. cōceſſo igitur hoc quod erat verum, Iob proponit intentum dicens.

4 *Si voluerit contendere cum eo.* ſi aliquis voluerit cōtendere de diuina iuſtitia debet inſanus reputari. cuius cauſa ſubdit.

1 *Non*

## MORALITER.

1 *Et reſpon. Iob.* qm̄ Baldath de hypocritis multa vera dixeret, licet malè applicaret ad Iob qui talis nō erat: ideo Iob id quod erat verū reſpōdendo nō negat, ſed magis affirmat, di.

2 *Verè ſcio quod ita ſit.* De realiter hypocritis.

3 *Et q̄ nō iuſtifi. hō co.* Nā finiti ad infinitū nulla eſt cōparatio.

*Non*

Mille. a *Non poterit ei reſp.vn.pro mil.* id eſt non poterit ſe contra eũ
A extollere,etiã de ipſo initio bonæ vitæ, q͂d per vnũ deſignatur.Mille pro vniuerſitate ponit̃,vt q͂d mãdauit in mille generationes.Monos multiplicat̃ in denariũ,denarius in mil-
Pſal.104.a. le,q͂a ergo ab vno incipimus,vt ad mille veniamus:per vnũ, initiũ bonę vitæ:per mille, perfectio vitæ accipitur. Qui ergo ſumma dona percipit, ſi de eis extollitur, nec initiũ ſe habere oſtendit.Ne autem contendat, infirmum terreat,viſa eius potentia.

⁜ Polychr. Eius rei duplex poteſt eſſe interpretatio. Nã vel vt ad Deum contemnentem nec reſpondentem, vel vt ad Iobum hæſitantem & æſtuantem, & qui contradicere non poſſit referamus. Olym. Iuſti autem verba, illis Dauidis ſunt cognata: Non intres in iudicium cum ſeruo tuo do-
B mine, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuẽs. vultque omnibus eſſe perſpectum,iudicia ſe vitare hominũ, imperitè & ad gratiam loquentium.

⁜ Orige. Si Deus non annuat, & confirmet ſuo iudicio, quiſnam alius ſe iuſtificabit? Quid enim eſt aliud hominis iuſtitia,quam æqualitas cum proximo?

⁜ Philip. mille pro multis dixit.

b *Sapiens cor.eo.* Occulta tua ne putes latere quia ſapiens,cognitus, non effugies,quia fortis, cui reſiſtens ſe confundit.

c *Qui reſtitit ei & pa.ba.* Qui creat vt ſibi creata conueniãt, ordinat in quo ſit eis pax, & qui eius diſpoſitioni repugnare conatur, pacem perdit, vt angelus qui ſua inquietudine elatus, homo qui carnis moleſtia vexatur, quia conditori ſubeſſe noluit, pacem vterque amiſit.

⁜ Cath.græ. ſuſtinuit. Symmachus, perſeuerauit.

⁜ Polych. vt Diabolus, Pharao, Dathan &c.

d *Qui tranſtulit montes &c.* Dicta generaliter confuſione ſuperbiæ,quæ pœna maneat elatos in interitu Iſrael oſtendit.

Tranſtulit mõtes,ſanctos prædicatores à Iudęis ad gẽtes,
C quod

a contendere cum eo,non poterit ei reſpondere vnum pro mil- 1
¶ Id eſt Deus.
b le. Sapiens corde eſt, & fortis robore. Quis † reſtitit ei, & 2
c a ¶ Ab infidelitate. b ¶ Id eſt ſanctos. c ¶ Scilicet hoc. 3
d pacem habuit? qui tranſtulit montes, & neſcierunt hi quos 4 5
¶ Id eſt Iudæos.
e ſubuertit in furore ſuo. Qui commouet terram de loco 6
¶ Sacerdotes. ¶ Id eſt claritati prædicatorum. 7
f ſuo, & columnæ eius concutiuntur. Qui præcipit ſoli, 8
g & non oritur, & ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo, 9 10

† iudicauit ſuum ei. Heb.

D quod neſcierunt Iudæi,qui in hoc ſubuerſi ſunt,putantes ſibi gaudium quod lumen perdiderunt. Tranſlatis montibus.

⁜ Cath. græ. Qui montes redigit ad vetuſtatẽ,& ignorãt, & ſubuertit eos ira. Symmachus,qui ſummouet mõtes, nec apparere eos facit. ſi verba ſpectes hoc dicit qui tangit montes, & in fumũ euaneſcunt. Illud autem ad intelligentiam pertinet. Qui elatas improbi Dæmonis inſidias vincit, transfertq; ab hoĩbus illis nec ſentientibus. Didym. Alios noui mõtes Moyſen & ꝓphetas.Leuaui oculos meos in mõtes.Chriſtus ſenio cõficit vetus teſtamẽtũ nec id aĩaduertunt Iudæi, in quos literæ adhærentes ꝓuenit ira Dei.Hier.& Phil. Montes Angeli & homines ſunt,quorum elatio ita intumuit, vt excelſis montibus comparẽtur.

e *Commouet terram de lo.* Qui Iudæos de finibus ſuis per Ro-
E manos extraxit.

f *Columnæ.* Sacerdotes,principes.legis doctores. Concuſſi ſunt, quia nec ipſi ſibi viuere permiſſi ſunt:vnde apoſtolos expulerunt: præterea in erroris ſui tenebris deſerti ſunt.

⁜ Olym. huius ſimile in pſalmis,qui reſpicit terram, & facit eam tremere.

⁜ Didym.Columnæ Apoſtoli,quibus fluctuantibus dictũ: omnes vos ſcandalizabimini in me in hac nocte. Terræmotus autem ſæpe fiunt, verum Chriſti mei tempore tota terra conquaſſata eſt è centro conuulſa.

⁜ Hier.columnas pro terræ ſtabilitate dixit, quam Deus ſuper ſemetipſam immobiliſſima mole fundauit.

cap 3 g *Qui præcipit ſoli.* Sol per diem lucet,ſtellæ per noctẽ:quia prædicatores & contemplationem veræ lucis aperiũt, & de terrenis rectè inſtruunt ſub ſignaculo.Ideo aliquid ſub ſigillo claudimus,vt cum tempus erit,proferamus:ſic Iudęa modo lumine priuatur,ſed ĩ fine viſitabitur. Sic Elias & Enoch modo occultantur, poſt apparebunt. Gloria prædicantium à Iudęis repulſa, in omnes gentes dilatatur. vnde.
F a *Qui*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Non poterit ei reſponde.vnum pro mil. *id eſt nihil poterit rationabiliter dicere. Et ponitur hic numerus determinatus pro indeterminato.Et rationem huius aſſignat dicens.*

2 Sapiens corde eſt & fortis robore. *Iuſtitia enim Dei exigit in eo ſapientiam dirigentem & potentiam exequentem,& quælibet eſt infinita, cum ſit idem quod diuina eſſentia. Finiti autem ad infinitum nulla eſt proportio,& ideo nullus contra diuinam iuſtitiam poteſt contendere.Ideo ſubditur.*

3 Quis reſtitit ei. *Diſputando per ſapientiam:vel repugnando per fortitudinem.*

4 Et pacem ha. *quaſi dicat nullus, quia licet cum aliquo minoris potentiæ vel æqualis aliquis poſſit reſiſtentiam diſputando vel repugnando pacem acquirere, tamen cum eo qui eſt ſapientiæ & potentiæ infinitæ, non poteſt pacem acquirere niſi ſe ei ſubijciendo.*

Diuiſio. 5 Qui tranſtulit. *Hic conſequenter declarat aſſumptũ, ſcilicet q͂d diuina ſapientia & potentia excedunt omnem aliam in infinitum: & primò oſtendit propoſitum,ſecundò concludit intentũ,ibi:* Quantus. *Propoſitum autem declarat per effectus mirabiles: & primò in rebus naturalibus.ſecundò in humanis actibus,ibi:*Si venerit ad me. *Circa primũ primò declarat propoſitũ in rebus naturalibus inferioribus, ſecundò in ſuperioribus,ibi:* Qui præcipit ſoli. *Circa primũ ſciendũ, quod in inferioribus creaturis terra videtur firmior & ſtabilior, quia eſt centrum mundi:& in his quæ ſunt ſuper terrã,montes videntur magis ſtabiles,& tamen Deus in terræmotu ipſam terram mouet,& montes aliquando ſubuertit per ſuam potentiam: & hoc eſt quod dicitur:* Qui tranſt.modo & neſcie.hi quos ſub. *id eſt homines habitantes iuxta illos montes, in quo declaratur magnitudo diuinæ potentiæ, quæ ita ſubitò facit tantum effectum,vt homines non poſſint prouidere nec ſibi cauere.*

6 In furore ſuo. *Hoc addidit Iob,quod Deus aliquando talia facit in vindictam peccatorum ſecundum ordinem ſapientiæ ſuæ.*

7 Qui commouet ter. de loco ſuo. *Non ſecundum ſe totam cum ſit centrum mundi,ſed ſecundum aliquas eius partes.*

8 Et columnæ eius concutien. *Dicuntur autem columnæ terræ, partes eius interiores:ſuſtentantes exteriores quæ concutiuntur in terræmotu: quia cauſatur ex vapore incluſo in viſceribus terræ, qui per motum ſuum concutit terræ interiora: & ſic exteriora mouentur.*

9 Qui præcipit ſo. *Hic conſequenter oſtendit magnitudinem diuinæ ſapientiæ & potentiæ in corporibus ſuperioribus dicens.* Qui præcipit ſo.& non ori. *id eſt poteſt præcipere vt non oriatur,ſicut enim tempore Ioſue fecit eum ſtare in medio cęli,vt non procederet ad occaſum ſpatio vnius diei,vt habetur Ioſue* 10.c. *ita poſſet præcipere quod ſtaret ante ortum, ita quod non procederet ad ortum per aliquod temporis ſpatium,ſecundum ordinem voluntatis ſuæ & ſapientiæ. Poteſt etiam hoc exponi ſecundum curſum naturæ,inquantum tegit ſolem nubibus ante ortum, ita quod non videtur oriri ſecundum noſtrum aſpectum.*

10 Et ſtel.clau. *quod fit dupliciter. Vno modo per præſentiam maioris lucis,ſicut de die non apparent ſtellæ, quaſi ſub ſignaculo clauſæ: & hoc propter præſentiam ſolis in hemiſphærio noſtro. Alio modo de nocte,quando teguntur nubium caligine.*

1 Qui

## MORALITER.

1 *Non poterit ei reſpõde.* id eſt nihil poterit reſpondere,quia rationes diuinorum operum nobis ſunt ignotæ.

2 *Sapiens corde.* quod oſtendit dicens:

5 *Qui tranſtulit montes & neſcie.* Superbos deijciendo quando firmiores eſſe credunt̃ in hoc mundo, ſicut Nabuchodonoſor dictum fuit Daniel. 4. *Regnum tuum tranſit à te.*

7 *Qui commouet &c.* Homines in terrenis confidentes de præſenti vita ſubitò transferendo,Lucæ 12.c. *Stulte hac nocte repetent animam tuam à te.*

9 *Qui pręcipit ſoli.* Quando prædicatio propter malitiam populi à Deo ſubtrahitur, Ezech.3.g. *Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quaſi vir obiurgans, quia domus exaſperans eſt.*

10 *Et ſtellas claudit.* Quando virtutes humilium ne ſuperbiant,ſeruat in occulto.

*Qui ex-*

a b qui extendit cælos ſolus,& graditur ſuper fluctus maris. 1 2
c d Qui facit arcturum, & oriona, & hyadas, & † inte- 3 4
e f riora auſtri. qui facit magna, † & inſcrutabilia,& mi- 5 6
g h rabilia, quorum non eſt numerus. † Si uenerit ad 7 8
i k l me, non uidebo eum: ſi abierit: non † intelligam. 9 10 11
m 12

A a *Qui extendit cælos.* i.apoſtolos a Iudæis fugatos ubique facit honorari.

b *Solus.* Qui mire hoc diſpenſauit, & cum amaritudo mundi in nece bonorum ſæuiret.

c *Graditur ſuper flu.* i.calcat dum mitigat admiratione ſignorum. Iere. Poſui arenā terminum mari. i. ad frangendam gloriam mūdi, abiectos & pauperes elegit, dum ante mare ſęuit, eccleſia proficit. r.5.e.

✻ Didym. Fertur tempore paſſionis ſolum tres horas defeciſſe,& uiſas tunc ſtellas quaſi in nocte.

✻ Orig. Triduo in Aegypto non illuxit, inſtitit Ioſue duce, inflexit curſum Ezechia rege.

✻ Phil. Adueniente die ſtellę quotidie clauduntur. Orig. Pleiades diebus quadraginta ſolum deliteſcunt.

✻ Cat. Græc. Sic alio loco dicitur. Qui extendit cælum, ſicut pellem. Verbo.n. Domini cæli firmati ſunt, verbum autem eſt filius Dei.

✻ Olym. Incarnationem Verbi vates videtur ſignificare. Cuius via fuit in mari, quando ad Apoſtolicam nauem accedens, fluctus extimos ambulabat.

d *Qui facit arcturum.* Nominib. philoſophorum vtitur, vt res B illas vſitata appellatione exprimat, & vt deus verba hominū aſſumit. Pœnitet me, & huiuſmodi. Arcturus in axe cœli ſeptem ſtellis lucet, ſemper verſatur, & nunquam mergitur. Hic eſt generalis eccleſia quæ in ſeptem eccleſiis, & in ſeptem cādelabris in Apocalypſi ſignatur, habens dona ſeptiformis grãæ, ab axe ueritatis lucet qui ſemper tribulat᷑: ſed ipſe vſq; ad finē mūdi nō deficit, imo vt arcturus verſat᷑, erigit᷑. Arturus. Aoc.1.c.

*Olymp. Cum inſigniora appellauit, complexus eſt reliqua acſi diceret, qui oēm cæli ornatum diſtinxit: a Noto cęteros ventos ſignificauit. Hebræus ſic. Et omnia aſtra circundātia Notum: differt autem aſtrum a ſtella: aſtrū.n. cōſtat e ſtellis.

✻ Baſi. Arcturi meminit aſtri ſubruſi, quem poſt Orionis partes ſitum uideo. Pleiades ſcriptura dixit, vtens nomine ſimiliter, vt ii vtuntur qui reconditiora una cum hebræis curioſius perueſtigant. in ipſis autem Vergiliis ſeptem apparent ſtellæ, non ſex, vt nonnullis uiſum eſt. Trianguli tuentur figuram. Heſperus aūt ſydus eſt luciďiſſimum, qui lucifer etiā appellatur, auroram.n. antecedit, vt hæc diem. ille igitur qui numerat multitudinem ſtellarum, & oīb. eis noīa vocat, earum numerum, & nomina tenet. Paucæ ſuis ſunt appellatæ nominib. ſed tamen quibuſdam vocabulis notāt, cum & errantes faciunt, & inerrantes, & quaſdam in 12. partes diſtri- C buūt, & ad ſigniferi orbis, quē ſol cōficit, rōnem partiuntur.

✻ Polychr. Sapientiæ, & prouidentiæ ſuæ Deus dedit documenta, ſapientiæ in tanta rerum uarietate, prouidentiæ in earum uſu. Aſtrorum.n. ortus, & occaſus agricolis tempora ſementis oſtendunt, & Phœnices ad maritimos ſuos curſus Vrſam minorem ducem dicuntur aſciſcere. D

✻ Orig. Hyas cum oritur, meſſis principium indicat, cum occidit aratrum tractandi u...

e *Oriona.* Qui hyemali tempore oriuntur, & in ortu tempeſtates excitāt, & mare terraſque perturbant. Hi ſunt martyres quos dum cœlum. i. eccleſia edidit hyems, id eſt fragilitas malorum in tempeſtate exercuit, & non ſolum turbidos, ſed placidos in eorum necem erexit.

f *Hyadas.* In fronte Tauri in uere naſcuntur, cum ſol extendit dies. Hi ſunt Eccleſiæ doctores, qui ſubductis martyrib. eo tempore ad mundi notitiam uenerunt, quo repreſſi hyeme, fides clarius lucet, & calet. Hyetus Græce, Latine pluuia, vnde hyadæ a pluuiis dicūtur, quas ortæ ferunt, vnde fruges vberius creſcunt, tunc nouus ſol mētibus hominum clarius micat, poſt iſta reſtat, vt eccleſia ad uidenda ſupernæ patriæ interna perueniat, vnde addit. Hyades unde dicuntur. E

g *Et interiora.au.* Auſter feruor ſpiritusſancti. Interiora eius occulti ordines angelorum, & ſecreti ſinus illius patrię, quos implet calor ſpiritus, vbi animæ ſanctorum, & poſt ſuſcitati quaſi aſtra in abditis occultantur, vbi ſol in meridie videt᷑. Hæc aſtra ſunt oculi ſponſę.i. interiora auſtri, quod intrinſecus latet. Iob per exterius dicta, intrans in interiora, conatur dicere, omne quod extrinſecus, vel interius agitur. Sed quia hoc non poteſt explicari, melius deficiendo comprehendit dicens.

h *Qui fa.mi.* Melius explet, qui ſe non poſſe explere fatetur, & facundius loquitur qui obſtupeſcendo tacet.

i *Magna.* uirtute.

k *Et inſc.* ratione.

l *Et mira.quo.non.* multiplicitate. Sed qd miremur quę extra nos ſunt, cum & hoc quod erga nos agitur, ignoramus? F

✻ Dionyſ. Quamuis numerus ſemper augeri poſſit, nec vllū numerandi exitum habeat, tamen cum opera Dei longe ſuperant, quanto magis ille.

m *Si venerit ad me.* Venit, cum dona dat, abit, cum tentationibus carnis homo laceſſitur, ſed acceſſus, & receſſus ignoratur, dum finis rerum prouideri nequit, quia aliquando & virtutibus elatus corruit, & quod putabatur gratia, fuit ira, & infirmatus humilis ſurgit, & eſt gratia quod videtur ira, & tamen ſic cæcus homo rationem reddet de actibus deo.

✻ Olym. Vt mentis aciem fugit, ſic eius iudicia naturæ conditæ non poſſunt eſſe comprehenſa.

✻ Phil.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Qui extendit cœlos ſo. *i.dans eis tantam quantitatem ſecundum ordinem ſuæ ſapientiæ menſuratam, cuius non poteſt homo inueſtigare rationem. ſ. quare cælum ſit tantæ quantitatis, & non maioris, nec minoris.*

2 Et grad. ſuper fluc. maris. *Subiiciendo eos ordini ſuæ ſapientiæ, licet uideantur maxime mutabiles, quia mouentur continue.*

3 Qui facit arcturum. *Quędam conſtellatio eſt quæ vocatur Vrſa maior, & vocatur arcturus, quia continue voluitur circa polum arcticum, ſiue ſeptentrionalem.*

4 Et oriona. *Quædam conſtellatio eſt clara, & nota, quæ partim dicitur eſſe in ſigno Tauri, & partim in ſigno Geminorum, & eius ortus ſignificat tempeſtates, propter quod dicit Philoſophus 2. li. Meteorum. Quia Orion eſt indiſcretus, & difficilis.*

Hyades. 5 Et hyadas. *quædam conſtellatio eſt in fronte Tauri, & in ortu ſuo ſignificat pluuias.*

Et

6 Et interio. auſtri. *i. polum antarcticum, ſeu auſtralem, & ſtellas quæ mouentur circa ipſum, quia quantum polus arcticus eleuatur ſup terram in hemiſphærio noſtro, & regione noſtra, propter quod eſt nobis ſemper manifeſtus, tantum polus antarcticus ſub orizonte noſtro deprimitur, & iō eſt nobis ſemper occultus, & pars cæli prope ipſū exiſtens.*

7 Qui fa. mag. & inſc. *nobis vt patet ex prædictis.*

8 Et mir. quorum non eſt nu. *quia numerare non poſſumus omnia, tamen ſunt comprehenſa a deo, & menſurata, eo quod facit omnia in pondere, numero, & menſura, ut habetur Sap. 11.d.*

9 Si vene. ad me. *Hic conſequenter oſtendit magnitudinem ſapientiæ, & potentiæ dei in humanis, & primo in exhibitione beneficiorum ſuæ gratiæ.d.* Si vene. ad me. *per ſuam gratiam.*

10 Non vi. eum. *hunc aduentum percipiendo.*

11 Si abierit. *retrahendo ſuam gratiam.*

12 Non intelligam. *huiuſmodi ſubtractionem, quia* neſcit homo vtrum amore, vel odio dignus ſit. *Eccl. 9.a. Secundo in examinatione ſubtili factorum noſtrorum, dicens.*

1 Si

## MORALITER.

1 *Qui extēdit cælos ſolus.* Hoc ſpiritualiter facit, quando contemplatiuos ad prædicandum mittit. Et quia per hoc terrena ptās Chriſto ſubiicitur per fidei receptionem, iō ſubdit᷑.

2 *Et graditur ſuper fluctus maris.* Quod fuit impletum in conuerſione Conſtantini imperatoris.

3 *Qui facit arcturum.* Diuerſæ ſunt conſtellationes, varios ſtatus eccleſiæ ſignantes, per arcturum qui ſemper ſuper orizontem noſtrum apparet, ſignificatur ſtatus apoſtolorum q in epiſcopis remanet: per orionas qui ſunt tempeſtatis ſignū ſignificatur ſtatus martyrum: per hyades quæ ſignificant pluuias, ſtatus doctorum doctrinæ pluuiam effundentium, per interiora auſtri, quæ ſunt nobis occulta, ſtatus anachoritarum, hominum aſpectus declinantium.

7 *Qui facit ma. & inſcru.* Ecc. 1 b. *Cunctæ res difficiles, nec eſt qui poſſit eas explicare ſermone.* Sed quoniam magis occultæ ſunt proprietates gratiæ, quam naturæ, ſubditur.

9 *Si vene. ad me.* gratiam conferendo.

11 *Et ſi abierit.* eam retrahendo.

12 *Non intelligam.* Ecc. 9.a. Neſcit homo vtrum amore, vel odio dignus ſit.

A ✣Philip. Moſes Deum in rubo non eſt auſus conſiderare, & Daniel conſternatus uiſione Dei in terram, cæterique ſancti tremore concuſſi ſunt.

a *Si repente inter.* Repente interrogat, cum inopinatos ad iudicium uocat, ſed nemo reſpondere ſufficit, quia & uita iuſtorum ſuccumbit, ſi pietas deſit. Vel interrogat, dum duris pulſat, ut quid ſit homo cognoſcat, ſed reſpondere non ſufficit, quia cum ſit puluis, contra diuina iudicia nihil dicit, quod planius oſtẽditur, dum ſubditur.

b *Quis dice. poteſt cur ita fa.* Facta dei debemus uenerari, quia iniuſta eſſe non poſſunt. Nec diſcutere, quia rationem conſilii eius quærere eſt illud ſuperbire.

B Qui ante ſe infirmum reſpicit, cum non uideat conſilium dei, rationem habet, & humilis iram placat, quam ſuperbus inextinguibiliter accendit, unde ait.

c *Deus cuius iræ reſiſ.ne.poteſt.* Moyſes, & Phinees, & alii ſancti ſæpe reſtiterunt iræ dei, ſed eos ipſe deus, vt ſibi reſiſterent, ſic erexit, ut pro his quæ iuſte paterentur pietas eorum quæ tanta eſt apud deum obtineret, ſed in his quæ apud deũ diffinita ſunt, nemo reſiſtit, cum ipſe ut precentur non aſpirat, ut etiam ipſe Moyſes terram promiſſionis non intrauit. Iræ dei nemo reſiſtit, vt patet in Iudæis quos deſerit, & gentes aſſumit. & curuat ſibi eos, qui orbem portant. i. curas ſeculi tolerant principes terræ Græce baſileos dictos. λαος populus: βασιλευς. i. baſis populi quem ſuſtinet. Qui ergo portant orbem, poteſtates ſunt gentium, vel angelicæ virtutes, quarum miniſterio mundus regitur. Quis ergo illi obuiat cuius potentiæ, & angeli curui: quia ſublimitatem dei non comprehendunt, ab his reuerſus ad ſe humiliter præ poteſtate

C dei ſibi uileſcit.

✣ Catena Græc. Ipſe enim auertit iram. Olymp. nulla animi commotione ab eo irrogantur ſupplicia. Symmachus, cuius ira auerti nequit, ut intelligamus diuinum impetum vitari non poſſe.

✣ Olym.

*Marginalia:* †rapuerit quis reſtituere faciet eum? — † i. eſt nemo retractabit, vel poteſt ſiſtere iram eius, ſub eo curuantur ſe frenti ſuperbia, aut fortitudine, vel dominatores. — † iuſtus fuero

Si †repente interroget, quis reſpondebit ei? Vel quis dicere 1 2

a ¶Non debemus eum ſuperba præſumptione ad iram prouocare, quia ipſe deus talis, & tantus eſt quod eius iræ reſiſtere nemo poteſt.

poteſt, cur ita facis? Deus †cuius iræ reſiſtere nemo poteſt, 3 4 5

& ſub quo curuantur, qui portant orbem. †Quantus ergo 6 7

ſum ego, vt reſpondeam ei, & loquar verbis meis cum eo? 8 9

Qui etiam ſi habuero quippiam iuſtum, non reſpondebo: 10

ſed meum iudicem deprecabor. Et cum inuocantem exau 11

dierit me, non credo quod audierit uocem meam. 12 13

D ✣Olym. Symmachus, ſub eo curuabuntur obnitentes faſtus. Hebræus, ab eo omnia perduntur, niſi ſponte iracundiam fle xerit. Græcus cete dixit ab eo incuruata, vt omnia indicaret, quæ ſunt inuicto corpore.

✣ Didym. Cete ipſi nequam ſpiritus ſunt, qui animi noſtri fluctib. innatant, quib. non poteſt natura hominum obſiſtere, niſi in flectantur a Deo.

✣Phil. Sancti portant orbem, qui cũ Dauide dicunt. ſi iniquitates obſeruaueris domine, quis ſuſtinebit? & cũ Moſe, cur impoſuiſti põdus vniuerſi ppli huius ſup me? cũ & ipſe homo minor mũdus appelletur.

*Marginalia:* † Quomodo ergo reſpõderem ego & eligerem vel inueni verba mea cum eo. Num. 11.

E d *Quantus ergo e.ſ.* i. ſi angelus hunc conſiderare non ſufficit, quid mente de eius iudiciis diſputo, qui carne premor? Verba noſtra ad Deum ſunt opera, ſed his quia nõ poteſt homo loqui cum Deo: quia in eis apud ſubtile iudicium Dei nulla fiducia eſt, vnde addit.

e *Qui etiamſi hab. &c. depreca.* prece poſt iuſtitiam Dei indiget, ut quæ minus ex ſe, ex pietate iudicis ualeat. Etſi plena imperfectionibus ſit iuſtitia.

f *Quippiam.* Dicitur quia mens hominis quæ comprehendit uix q̃ peragit, & parum eſt quod comprehendit. Oratio vero q̃a multis cogitationib. quatit̃ et ſi audit̃, repelli timet.

✣Cat. Græc. Locus arduus, Deo duce, Ioboq; illũ ſua illa teſta complanante, tentandus aſcenſus. Baldadi hęc fuerãt verba, non iniuria afficiet Deus iudicans. Surge diluculo ad eũ deprecans, ad quæ Iobus reſpondet, cum videri prorſus nequeat vereor, vt turbine, & procella me conterat, quod de iure cum eo ſim auſus diſceptare. Olymp. Turbo cum circumagatur, undique cuncta complectitur.

g *Cum inuocantem exaudierit me non.* Cum.n. (ut ait Dauid) modo aſcendunt uſque ad cælos, cum ſumma penetrant, modo deſcendunt in abyſſos, per turpia tentamenta, certitudinem exauditionis non habent. Vide quam ſubtiliter ſe iudicat, infirmitatem ſuam aperit.

F *Pſal. 106. c*

*Quantus ergo.* In iuſtitia non confidit, ſed ad precem confugit:

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Si repente inter. *me reducendo ad conſiderationem conſcientiæ propriæ quod facit aliquando per flagella, aliquando per beneficia.*

2 Quis reſponde.ei. *ſ. ſufficienter. q.d. nullus: in hoc.n. reſpondet ſufficienter homo deo quando ſecure poteſt dicere ſe eſſe purum a peccato: quod nullus poteſt dicere, ſecundum illud Prou. 20. b.* Quis poteſt dicere. Mundum eſt cor meum, purus ſum a peccato?

3 Vel quis dicere. *ei po.ſ.*

4 Cur ita facis. *quaſi ipſum caſtigando, alias corrigendo, vel corripiendo? certe nullus, cum in nullo deficere poſſit. Tertio oſtenditur profunditas diuinæ ſapientiæ in peccatorum punitione, quia quocunque ſe vertit homo, nulla aſtutia, nulla potentia poteſt Dei vindictam declinare, ſecundum illud Pſal.* Quo ibo a ſpiritu tuo, & quo a facie tua fugiam? *& hoc eſt quod dicitur.* Pſal. 138. b

5 Deus cuius iræ ne.reſi.poteſt. *vindictam eius euadendo.*

6 Sub quo cur. qui por. orbem. *i. angeli qui adminiſtrant omnẽ creaturam corporalem, & tamen dicuntur incuruati ad Dei reuerentiam, ſecundum illud Pſalm.* Adorate eum omnes Angeli eius. *Licet autem effectus prædicti ſint finiti, tamen declarant infinitatem ſapientiæ, & potentiæ diuinæ, quia reducuntur in Deum tanquam in cauſam effectiuam ſimpliciter primam, & per conſequens actum purum, & illimitatum, quia actus non limitatur niſi per aliquam potentiam, vnde & formæ magis materiales ſunt magis reſtrictæ, cuiuſmodi ſunt formæ elementares.* Pſal. 96. a

7 Quantus ergo ſum ego. *Hic conſequenter ex prædictis Iob concludit ſuum propoſitum. ſ. quod non intendit contra Deum contendere, quia hoc eſſet fruſtratorium, & inſanum, & primo hoc concludit ex ſui paruitate, ſecundo ex Dei maieſtate, ibi. Si fortitudo. Circa primum dicit.* Quantus ergo ſum ego. *q.d. nullius momenti.*

8 Vt reſpondeam ei. *qui eſt ſapientiæ, & potentiæ infinitæ.*

9 Et loquar verbis me. *eius iudicia diſcutiendo, contingit autem aliquando quod aliquis paruus homo. ſ. dignitate, & poteſtate, confidẽs de ſua iuſtitia conſtanter loquitur coram iudice terreno, ſed hoc non poteſt fieri coram iudice Deo. Et hoc eſt quod dicitur.*

10 Qui etiam ſi h. *non reſpondebo petendo iuſtitiam.*

11 Sed meum iud.depr. *petendo miſericordiam. Et bene dicit. Si habuero quippiam iuſtum ſub conditione propter incertitudinem propriæ iuſtitiæ, quia* neſcit homo utrum amore, uel odio dignus ſit. *Eccl. 9. a.*

12 Et cum inuo.me exau. *ſ. ad profectum.*

13 Non credo quod au. uocem meam. *quia uidelicet non exaudiuit me ad uotum. contingit.n. quod aliquis exaudiatur aliquando ad profectum ſuum, non tamen ad uotum, ſicut febricitans cum petit potũ a medico qui negat: exaudit.n. ille eum ad profectum ſuum. ſ. ad ſanitatem procurandam, non tamen ad uotum ſuum, & eodem modo hominem petentem liberari a flagellis præſentis vitæ Deus aliquando non exaudit ad uotum: exaudit tamen ad profectum, ordinans huiuſmodi flagella ad meritum vitæ æternæ, & quia homo flagellatus hoc non uidet, ideo exauditus non credit ſe exauditum, ideo ſequitur.*

In

## MORALITER.

1 *Si repen.inter.* in mortis articulo.

2 *Qui reſpon.ei.* quaſi dicat nullus, quia non eſt ſufficienter promtus.

5 *Deus cuius iræ re. &c.* Ira in deo dicitur voluntas puniendi. In deo dicitur eſſe duplex uoluntas. ſ. facti, & ſigni, uoluntati uero puniendi quæ eſt facti, nullus reſiſtit, ſed uoluntati puniendi quæ eſt ſigni, aliquando uiri ſancti obſiſtunt, quando ſ. iram aliquibus debitam ſuis orationibus auertunt, & ſic dixit dominus Ier. 7. d. *Noli orare pro populo iſto, neque aſſumas pro eis laudem, & orationem, & non obſiſtas mihi.*

*Voluntas in deo dicitur eſſe duplex*

6 *Sub quo cur.* nam principes, & prælati debent ſub eo humiliari.

7 *Quantus ergo.ſ.* q.d. nihil, ad reſpondendum ſibi.

10 *Qui etiam ſi ha.* quia neſcit homo ſi ſit in vera iuſtitia q̃ eſt per gratiam, propter quod neceſſe habet deprecari iudicem pro miſericordia habenda, & non iuſtitiam allegare.

12 *Cum inuocant.me ex.* non credo propter incertitudinem gratiæ.

In

A git: qui etiam ſi habuero quippiam iuſtum: de ipſa quoque prece pauidus ait: Cum inuocantem. Ideo ſic circumſpicit, quia vim iudicij ſe non poſſe ferre videt, de quo ait.

a *In turbine enim conteret me.* Qui in tranquillitate expectatus contempſit, in turbine conteretur.

*Turbine.* quia in cōmotione elementorū ibi diſtricte requiri opera timet: cum & quoſdam ſine operibus, originali reatu damnari videt, quorū voce ait.

a In turbine enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea,
b etiam ſine cauſa: Non concedit requieſcere ſpiritum meum,
c & implet me amaritudinibus. Si † fortitudo quæritur, robu-
d ſtiſſimus eſt. Si † æquitas iudicij, † nemo audet pro me
e teſtimonium dicere: † Si iuſtificare me voluero, os meum
f condemnabit me. Si innocentem † oſtendero, prauum me
g comprobabit. † Etiam ſi ſimplex fuero, hoc ipſum igno-
h rabit anima mea, & tædebit me vitæ meæ. Vnum eſt
i quod locutus ſum, & innocentem, & impium ipſe con-

b *Multiplicabit vuln. mea.* Quia ipſi nihil egerunt. vnde dicitur: *Non eſt mundus in conſpectu eius, nec infans vnius diei.*

c *Sine cauſa.* Pro ęſti-
B matione humani ſenſus, ſed apud Deum iuſtum eſt, vt arbor in ramis amaritudinem ſeruet quam traxit a radice. Hæc etiam ſpiritualiter de Iob, qui flagella Dei in turbine, & metuens præuidit, & præuidens pertulit. vnde ait; *Et multiplicabit vulnera mea ſine cauſa, quia non pro culpa percuſſus eſt:* vnde ſupra, vt affligerem eum fruſtra.

✻ Origen. Nullum ſcelus me admiſiſſe recordor, ſed licet a ſcelere magis abhorreo, tamen non ſatis eſt mihi iuſtitia, niſi Dei teſtimonium comprobauerit.

✻ Chryſoſ. Quod Deus de Iobo diabolo dixerat, vt fruſtra perderem ſubſtantiam eius miraris dici a Iobo fruſtra, aut ſine cauſa, quod nihil diabolus ex tot tormentis ſit cōſecutus.

✻ Catena Græc. Nihil, ait Iob, attinebat Deum periculum de me facere, quem probe antea norat.

d *Non conſ.* Plena probatio: extra lacerant tormenta, intus caſtigāt tētamēta. vnde ſe impletū amaritudinibus dicit, ſed mitigat vim doloris æquitas, & potentia ferientis. Et hoc eſt.

e *Si for. quæ.* Quaſi: nemo audet: quia ille merita examinat, qui per alienum teſtimonium ea non explorat, ſed tacitus
C conſiderator diu expectat. Alius non poteſt mihi eſſe teſtis, quia nec ego ipſe mihi.

f *Si iuſtifica.* Non ſufficio eſſe teſtis innocentiæ, nec ſcio quod iam habeam. D

g *Si ſimplex fuero.* Qui ſcit bona quę agit quomodo ſuperbit? Itē q̃ neſcit in ſe bona, quomodo cuſtodit? cōtra vtrāq; opus eſt, & recta ęſtimare, vt cuſtodiant̃, & minima ne erigamur. Cap. 13.

Sed ſunt quędam quę non facile pñt ſciri: nā aliquādo quod virtus incipit, culpa peragit. Vnde Moyſes: *iuſte q̃ iuſtum eſt, exequere,* vt qui iuſtitiam amore eius, non præmij defendit. Et quia ſeipſum plene, nequit, examinare hoc exilium cæcitatis ægreſert, vnde ſubdit.

h *Et tædebit me vitæ meæ.* Sed eſt conſolatio huius caliginis reductæ animo, iuſta potentia Dei: quæ & iniquos punit, & iuſtos tranſcendit. E

✻ Olymp. Etſi factorum fuero iuſtitiam conſequutus, non tamen verborum: ſi enim me iuſtum dicere audeam, id demum dicere puto eſſe impietatis. idipſum enim erat ſilendum, neque enim de ſe Iuſtus prædicat. cui finitimum factus ſum inſipiens: vos me coegiſtis.

✻ Polych. Licet vitam a labe vacuam vixerim, improba tamen apud Deum videbitur, cuius accuſandæ, atque emendandæ habet poteſtatem.

✻ Origen. Si impie feci, neſcio in anima mea. Olymp. Illud Apoſtoli dixit; Nihil mihi conſcius ſum, ſed in hoc non ſum iuſtificatus.

i *Vnum eſt quod lo.* Vel, innocens conſumitur, q̃a ex conſideratione intimæ puritatis nihil eſſe videtur. Impius, q̃ cognitus damnatur; & hoc verbum cogitationis apud me protuli. Vel, innocentem, & impiū conſumit, quia merito primæ culpæ ad interitum carnis æque trahuntur. Contra hæc damna humani generis gratiam Redemptoris quærit, qui ſimpla morte carnis, noſtram duplam carnis, & animæ deſtruat. Cap. 14.

✻ Orig. Cate. Græc. Magnum, & potentem perdit ira, quia improbi F

† ad potentiā ſub. re ꝑexero vel uenero

† qui teſtis meus erit? aut conuenire faciet me ad iudicium cum deo. conſtituetque mihi tempus? † oſtendere

## NICOLAVS DE LYRA.

1 In turbine. n. conteret me. *ideſt in obſcuritate, quia neſcio cauſam ſuæ diſpoſitionis aduertere.*

2 Et multiplicabit uulnera mea etiam ſine cauſa. *ſ. nota mihi quamuis ſit nota ſibi, vnde ſubditur.*

3 Non concedit requieſcere ſpiritum meum. *Si. n. homo ſciret afflictionem ſuam ordinari ad bonum ſuum ſimpliciter, licet affligeretur carne, quieſceret tamen mente: ſicut ſciens præciſionem membri ſui putridi ualere ad conſeruationem corporis, licet affligeretur carne, quieſceret tamen mente illam præciſionem acceptando, homo autem a deo flagellatus in pręſenti, non poteſt certitudinaliter ſcire, quod hoc ſibi cedat ad meritum uitæ beatæ, niſi ſibi fuerit a deo reuelatum, et ideo dicit:* Non concedit requieſcere ſpiritum meum.

4 Et im. me ama. *Carnis, & mentis. Poteſt etiam dici quod hoc concluditur quaſi quoddam inconueniens contra amicos Iob, qui pſentē afflictionem negabant ordinari ad conſolationem in alia uita futura.*

5 Si fortitudo. *Hic conſequēter oſtendit Iob ſe nolle contendere cum deo ratione ſuæ maieſtatis, quando. n. iudex terrenus eſt paruæ fortitudinis, ita quod non poteſt coercere peccantem, ſecure contendit contra iudicem, ſed hoc non poteſt dici de deo, cuius fortitudo eſt infinita, ideo dicitur.* Si for. quæri. *in iudice.*

6 Robuſtiſſi. eſt. *Ad coercendum quemcunque. Secundo audet aliquis contendere contra iudicem, quando poteſt manifeſte oſtendere ſuā iuſtitiam per teſtimonium aliorum, vel per ſeipſum. Primum eſt impoſſibile reſpectu dei, qui ſolus cognoſcit occulta cordium hominum, et ideo nullus de bonitate proximi poteſt ferre teſtimonium contra ſententiam Dei, & hoc eſt quod dicitur.*

7 Si æqui. iu. *ſupple quæritur in iudice, ad oſtendendum alicuius innocentiam.*

8 Nemo au. pro. *Coram deo cum ignoret ſecreta conſcientiæ meæ ſoli deo nota, ſimiliter ſecundum eſt impoſſibile, ideo ſubditur.*

9 Si iuſti. me uo. *Per teſtimonium meum contra dei iudicium.*

10 Os me. condem me. *ſ. de blaſphemia contra ipſum.*

11 Si inn. oſten. *Peccatum meum non ſolum aliis, ſed etiam mihi occultum reuelando, ſecundum illud Pſal. 18. a.* Delicta quis intelligit.

12 Etiam ſi ſimplex fue. *i. ſine plica doloſitatis, & falſitatis.*

13 Hoc ipſum ign. animam. *Propter varietatem motionum, & afflictionum, alias affectionum animæ, quia ſicut dictum eſt: neſcit homo vtrum odio, vel amore dignus ſit.* Eccl. 9. a.

14 Et tædebit m. v. m. *Ex hoc. n. quod homo non poteſt eſſe ſecurus de ſtatu ſuo in uita præſenti, cōſurgit quodammodo tædium uiuēdi.*

15 Vnum eſt. *Poſtquam Iob oſtendit ſe nolle cum deo contendere; hic conſequenter oſtendit de quo intendit cum ſuis aduerſariis diſputare, & primo probat propoſitum per rationem, ſecundo per exemplum, ibi.* Dies mei. *illud autem quod intendit oſtendere eſt quod flagella huius uitæ non ſolum infliguntur homini a deo propter peccatum, quod fuit principale propoſitum, & hoc eſt quod dicit.* Vnum eſt quod locutus ſum. *& uolo ſuſtinere.*

16 Innocentem, & impium ipſe conſumet. *i. morte affliget, ut patet ad ſenſum. Cum igitur mors ſit quædam pæna, imo maxima in præſenti uita, & hæc indifferenter inferatur iuſtis, & innocētib. uidetur ſequi quod innocens a deo punitur in præſenti. Sed quia ſtatim poteſt ad hoc dici, quod nullus eſt innocens a peccato originali, propter quod eſt debitor mortis, ideo per hoc innocens non punitur, propter hoc arguit ultra.* Mortis pœna

## MORALITER.

1 *In turbine. n. conteret me.* i. in tali perplexitate mei ſtatus ſum territus.

2 *Et multiplicabit uulnera mea etiam ſine cauſa.* Scilicet mihi nota. Et ſic remanet timor, & conturbatio in conſcientia.

5 *Si fortitudo quæritur.* Hic oſtenditur, quod cum deo non eſt contendendum propter ſuæ poteſtatis exceſſum. Et quia nulla iuſtitia poteſt allegari ante ipſum ex parte hominis, q̃a neſcit ſi ſit iuſtus, vt prædictum eſt, & multo minus poteſt allegari per teſtimonium alterius. Ideo dicitur.

8 *Nemo audet pro me teſtimonium dicere.* Et ex tali perplexitate inſurgit tædiū præſentis vitæ, ideo ſubditur. 14 *Et tædebit me uitæ meæ. Vnum eſt quod locutus ſum, & innocentem, & impium ipſe conſumet.* Hic oſtenditur quod ex afflictionibus pręſentis uitæ etiam vſque ad mortem non poteſt argui iuſtitia vel iniuſtitia: nam hæc infliguntur iuſtis, & iniuſtis, ſed qm̃ perfecti appetūt affligi, & ēt p mortem diſſolui, ut ſint cum

improbi erunt in morte ingenti:ſed iuſti deridētur: traditi.n: A ſunt in manus impij. Origen.Cōmunia ſunt bonorū,& malorū in hac vita mala,nec quiſquā eſt tam acri ingenio,q. horum rōnem poſſit reddere : ſed ſolus Deus eorum, quæ proprie priuatim eueniunt,prouidentiam tenet. Olymp.Deridentur pij, dū Dei bonitas delitescit, & q̄ in poſterū ſunt reſeruata vtriſque, haud ipſa ſe produnt.

a *Si flagellat occidat ſe.* Ridere Dei eſt afflictioni nolle miſereri. vnde reprobis dicit: *Ego in interitu veſtro ridebo.* Omne deſiderium pęna eſt dum differtur. vnde Salomon ait: *Spes quæ differtur, affligit animam.* Hæc pœna fuit omnibus electis ante aduentum: quorum vota dum Deus diſtulit,riſit. Vel riſus Dei lætitia eſt, quia gaudet cum ardentius quæritur a nobis. Gaudium ergo facit ei B de pœna, qui per ſancta deſideria pro eius amore ſe caſtigat. Quòd ſolus carnis mortem pertulit,aperit.

† Si flagellauerit, occidet ſtatim qui ad tentationem, vel pœnam innocentium ridet
† tradita
† non eſt ſic quomodo ergo
Cap.15
Ridere dei Prou.1.c
Ibi.13.b

a ¶Quotidiana vindicta. b ¶Veniat qui ſemel moriatur,vt iam vota iuſtorum non differat:ipſum quoque ordinem paſſionis adiungit:Terra data eſt.

a ſumet. † Si flagellat, occidat ſemel, & non de pœnis inno- 1 2
b centum rideat. Terra † data eſt in † manus impij: vultum 3 4
c iudicum eius operit. Quòd ſi † ille non eſt, quis ergo eſt? † 5 6
d Dies mei velociores fuerunt curſore: fugerunt, & non vide- 7 8
e f runt bonum. Pertranſierunt quaſi naues poma portantes, ſi- 9
g cut aquila volans ad eſcam. Cum dixero, † nequaquam ita 10 11

b *Terra data.* Vel, *tradita.* Terra caro,impius diabolus.

Myſticę. c *Manus.* eius occiſores Chriſti: in cuius mentem qui diabolus nil potuit,carnem per ſatellites ſuos occidit.Huius terræ iudices fuerunt ſacerdotes,& Pilatus, quorum vultum, id eſt corda impius velauit ne Deum cognoſcerent. Quia diabolus cum ſuis ſequacibus vna perſona eſt, ſæpe ſcriptura ſic de eo loquitur,vt repente ad corpus eius deriuetur.Bene nomine impij,populus perſecutor accipitur, dum dicit: Quòd ſi non ille populus impius eſt: quis vnquam impius putandus eſt? A perfidia Iudæorum ad ſe oculos vertens dolet, quòd ante de mundo exit,quàm Chriſtus venerit.

✻ Catena Grę.Facies iudicium eius cooperit.Olymp.Peccatum iudicantium ſubterfugit cognitionem,cum iuſtitiam C ſæpe numero nuntiatur. Polychr. Qui audacius diuinæ iræ æquitatem perſpicere conantur,eorum facies cooperiuntur, quia tenebræ illis cognitionis offunduntur. Acſi horum omnium auctor non eſt Deus,quiſnam ſit docere.

d *Dies mei,vel fu.cur.* Curſoris eſt ſecutura nuntiare: Sic omnes electi ante aduentum nuntiantes Chriſtum curſores fuerunt: ſed quia ante moriuntur, tranſire ſe velocius curſore dolent, ut non uideant præſentem illum qui ſingulariter bonus dicitur,de quibus etiam addit.

e *Quaſi na.* Qui poma portat,odore fruit̃, ſed alijs cibū fert: ſic antiqui odore věturi paſti ſunt,ſed nobis prophetando ipſum fructū detulerūt. Solēt poma paleis miſceri,vt illeſa vſque ad terras ferantur: ſic in dictis patrū,palea hiſtoriæ ſpiritualia ſeruat, q ſæpe ab alto diuinitatis ad incarnationem ver- D tuntur,vt aquila quæ figit oculos in Sole, quos tñ inclinat ad cadauer cum cibo indiget:eſt cadauer Chriſtus in morte qua reficimur. Sed qa populus Iſrael olim ſpiritu ꝓphetię plenus, in fide quā pronuntiauit non permāſit,prophetiam perdidit: per compaſsionem ad eorum duritiam quoque ſermo vertitur ita.

✻ Catena Græca. Vita mea vt nauis nullum, & aquila curſus veſtigium relinquunt, ſic bona mea pari celeritate auolarunt.

f *Cum dixero nequaquam.* Iſrael vt prius noluit loqui,cū quem prædixit negauit, in quo facies eius interior cōmutatur ſordibus perfidiæ,vt non agnoſcatur a Deo; vnde reſtat torqueri doloribus ęternis.

*Dies mei velocius tranſierunt.* Primus homo ſic conditus eſt, vt vita eius per tempora poſsit tendi,nō euolui. ſed quia peccauit decurſum pertulit,quē homo ſemper tolerat, & tamen optat, dum viuere appetit. Huius decurſus damna voce humani generis gemit.

*Fugerunt.* Quia ad lucem ſtare homo noluit, fugiendo viſum perdidit,ne bonum quod eſt videre poſsit,ad quod conditus fuit.

*Quaſi naues poma portantes.* Fructus terræ per fluctus. Terra hominis paradiſus eſt, in qua innocens permanſiſſet, ſed per culpam ad vndas mutabilitatis venit. Poma terræ,ſermo mandati,poſſibilitas operis,intelligentia Dei: quę quia in terra quietis noluit homo edere, per mare portat: & in tot tentationibus ſeruare conatur, non ſine ligno, id eſt cruce, qua E reformamur. Vel nauis quę poma portat, ſuauitatem odoris habet, ſed grauitatem ponderis non habet: ſic & homo expulſus cum ad ſuperna repetenda ſe erigit, odorem cœleſtiū recordatione ſentit:ſed pondus vitę non habens huc,& illuc leuiter impellitur.Et ſicut aqla quę in altū volat,ſed appetitu ventris terram expetit; ita homo in alto conditus, pro guſtu vetiti cibi ad terram cecidit,vbi carnibus voluptatis paſcitur. Queſtio. Sed cum hæc tractamus,quæſtio nos vrget. Cur Deus fecit quem periturum præuidit? Cur bonus omnipotens non talem fecit qui perire non poſſet? Quæ cogitatio ne in ſuperbiam erumpat,humiliter ſe comprimit,dicens.

g *Nequaq̄ ita loquar.* Sed infirmus a tali inqſitione cōpeſcar. F In quo facies mętis commutat̃, qa q̄ alta q̄rebat, infirmā ſe videns,

†manibus … † deſider…les,i deſi… tes port… Alii inir…rum, vel …tarum …tunt Ali…lunt Ebel… nomen … rapidiſſi… naues Eb… † obliuiſc… loqui … uel que… meæ, … quam … meam,& … fortabo … meum. Moralit… Terra h… nis para… eſt

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Si flagellat occidat ſemel.*qu.d.ex hoc habetur quod deus deberet innocentem tantum ſemel affligere.ſ.in morte,& non in vita cuius contrarium uidemus in multis innocentibus a deo afflictis in præſenti vita quaſi delectetur in eorum pœnis propter ſe,& hoc eſt quod dicit.*

2 Et non de pœnis innocentum rideat. *Homo.n.ſolet ridere de his quæ placent propter ſe,ſed quia hoc eſt impoſſibile, quod deus delectetur per ſe in pœnis innocentum,ideo oportet dare aliam cauſam iſtarum pœnarum,ideo ſubditur.*

3 Terra data eſt in manus impii.*Quaſi dicat Iob.Si iudicas reſpondendo,quod ipſe Sathan eſt cauſa,quia habet poteſtatem in terra, & ſic inducit potentes huius mundi ad affligendum innocentes inique. Vnde ſubditur.*

4 Vultum iu.eius op.*i.intellectum iudicum terræ operit muneribus fauore,& aliis huiuſmodi,ne uideant æquitatem innocentes condemnando,& affligendo.Hanc reſponſionem deſtruit Iob,quia Sathan nihil poteſt niſi permiſſus a deo,et ideo iſtas pœnas innocentum oportet reducere in aliam cauſam.ſ.in deum permittentem,& in permiſſionis cauſam, & hoc eſt,quod dicitur.*

5 Quod ſi ille non eſt.*ſ.Sathan cauſa prima dictarum pœnarū.* Quis

6 Quis ergo. *q.d.ipſe deus permittens.ſ.talem afflictionem ad bonum innocentum in alia uita,quod aduerſarii Iob negabant.*

7 Dies mei.*Hic declarat propoſitum per exemplum ſui, oſtendens ſe eſſe punitum a Deo non pro peccato præcedente, & ſecundo inquirit cauſam punitionis ſuæ.10.c. Circa primum oſtendit primo innocentem punitum,ſecūdo remouet dicti ſui falſum intellectum,ibi.* Si lotus fuero. *Circa primum præmittit afflictionem ſuam,dic.* Dies mei. *ſ. proſperitatis meæ.*

8 Velo.fue.cur. *qui abſque ſtatione tendit ad terminum, & per hoc oſtendit Iob, quod proſperitas ſua temporalis non habuerit aliquam fixionem,ſed tranſiit ſtatim ad miſeriam,ideo ſubditur.*

9 Fugerunt,& non ui.bonum.*ſ.ſtabile,ſed hoc eſt valde miſerabile,quando homo in miſeria poſitus recolit tempus ſuum proſperum ſic cito tranſiiſſe, & ad idem exprimendum ponit aliud exemplum de naui uelociter tranſeunte ad portum, & de aquila famelica uolante ad cibum,di.*

10 Pertranſierunt quaſi na.po.*quarum nautæ feſtinant non ſolum propter deſiderium portus, ſed etiam ne poma propter moram in mari putreſiant.*

11 Cum dix.ne.ita lo.*conquerēdo de mea afflictione, & miſeria.* Commuto

## MORALITER.

† Chriſto,ideo pro ipſis dicitur.

1 *Si flagellat occidat ſemel.* Ideſt occidi permittat.

2 *Et non de pœnis innocentum rideat.* Ideſt deriſionem fieri nō permittat, quam abhorrebant aliquando ſancti non pro ſe, ſed in quantum hoc fiebat a tyrannis, & infidelibus in contemptum dei,ideo ſubditur.

3 *Terra data eſt in manus impij.* Quod fit quando poteſtas dat̃ impiis bonos perſequendi.

4 *Vul.iu.e.o.*i.operiri permittit errore.

5 *Quod ſi non,&c.* q.d.non eſt dubium, quin talis poteſtas impiis conceſſa ſit a Deo, quamuis abutantur, ueruntamen quia parum durat,ſicut hominis uita,ſubditur.

7 *Dies m.ve.&c.*nam curſor aliquando ſiſtit pro cibo ſumendo,& ſomno, tempus autem continue tranſit. Ad idem ponit exemplum de tranſitu nauis,& aquilæ uolantis.

10 *Pertranſierunt,&c.Cum dixero nequaquā ita lo.*de trāſitu vi- † te

A videns, ueneratur quod ignorat. in qua eſt dolor, quia ualde affligitur qui ad intelligenda quæ de ſe ſunt cæcatur. His cõmunibus malis ſua propria adiungere metuit.

Olym. Si me tueri uoluero oratione, vereor ne alicuius rei per imprudentiam contractæ forte conuincar. Chryſo mihi dicere conanti doloris acerbitas obliuionem adducit.

Olym. Emori me præſtabat, quam impietatis poſtulari mortemque magis opto, quam tantis uexari cõuitiis, quaſi diuinas leges perfregerim.

a *Verebar oĩa opera*. Bona quidem erant, ſed & hæc timẽda his qui uere volunt Deo placere. Quia duo in bonis timenda ſunt,

loquar, commuto faciem meam, & dolore torqueor. †Vere- 1 2
bar omnia opera mea, ſciens quod nõ †parceres delinquen 3

a ¶Poſt metum peruenit ad lachrymas deſperationis, ut humilitas poſtulationis opus bonum ſubuehat ad præmium, ſed nec uita, nec lachrymæ perfecte mundos reddunt, dum hæc corruptio tenet, vnde addit, ſi lotus fuero, &c.

ti. Si au'tem, & ſic impius ſum, quare fruſtra laboraui? Si lo- 4 5
tus fuero quaſi aquis niuis, † & fulſerint velut mundiſſimæ 6
manus meæ, tamen ſordibus intinges me, & abominabun- 7 8
tur me veſtimenta mea. Neque enim † viro qui ſimilis mei 9
eſt reſpondebo, nec qui mecum in iudicio ex æquo poſſit au 10 11

a ¶ Sicut Eſaias dicit. Quieſcite agere peruerſe, diſcite bene facere, & venite, & arguite me Eſa 1.

diri. Non eſt †qui vtrumque valeat arguere, & ponere manũ 12 13

D cens ego ſum, ſic Pilatus. & Dauid, Lauabo inter innocentes manus meas. Dicit ergo. Quantalibet mea extiterit innocentia, hæc ſupplicia peracerba ex præiudicata iam opinione impuritatem meam coarguũt, vt iam, vel ex ipſa veſtis meæ contractatione inquinari ſe cæteri ſuſpicentur, cum arbitrentur ob ſcelera me hæc pati.

Chryſ. Qui me pari, ac veſtis corpus propinquitate, contingũt oderũt me ipſum mihi corpus inuiſum, & execrandum inuaſit, vel ipſa me veſtis quaſi incitata odio fugit. Nec ob plagarũ acerbitatẽ poſſũ amiciri.

e *Manus*. ſunt opera.

f *Velut mundiſſimæ*. quaſi non uere mundæ ſub hac corruptione.

† Timui tunc omnes dolores meos.
† innocente. iudicabis me.
† eſt ſub. deus uir, ſicut ego, cui reſpondere poſſem, ut una iremus ad iudicium.

E

deſidia, & fraus, Deſidiam facit minor amor Dei. Fraudem proprius amor ſui, dum pro bene actis tacita humani cordis gratia, uel fauoris aura, vel quelibet res exterior deſideratur ſed beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere, cordis manus, & oris. Contra hæc timor habendus eſt, qui munit, quod non parcit delinquenti, etſi.n. peccantes ad pœnitentiam uocat, tamen nunquam peccatum ſine ultione præterit. Vel homo punit, uel Deus, unde & poſt baptiſmum pro originali morimur, ſed dum plus iuſto trepidat, tædet uiuere, qua ſi nec per labores ad vitam perueniat, vnde.

Cp. 17
E. 33.c
C.18
C.19

b *Si autem, & ſic impius ſum*. Non pœnitet laboraſſe, ſed inter labores de præmiis incertum ſe eſſe dolet, ita eſt incertus iuſtus, ut confidat, ita confidit, ne ſecutus torpeat.

B c *Fruſtra*. dico quia.

d *Si lotus fuero quaſi aquis niuis*. Qui conterit ſe ut lamentis

C affligatur, aquis ſe lauat, ſed non niuis, niſi adſit humilitas, quæ coram deo cadet, dum nec alium deſpicit, nec contra Deum murmurat. Vel, aqua niuis ex aere eſt, cum aliæ aquę extra oriuntur. Qui compungitur in prece pro terrenis aqua terræ.

Chry. Olym. Mos erat antiquis balneis eluere ſordes. illud item, ut cum probare uellent, cuiuſpiam ſceleris ſocietatem ad ſe minime pertinere, manus lauarent dicerentque. Innocens

g *Intin*. i. intinctum demonſtrabis, quia quanto plus ei proximatur, ſordes noſtras ex eius mũditia agnoſcimus.

h *Veſtimenta*. Veſtimentum animæ eſt corpus quod præcipit Salomon omni tempore candidum eſſe, & ſi ſit mistum ſanguine. i. carnalibus deſideriis, dicit Eſaias comburendum. Eccl. 9.a Eſa 9.

i *Abom*. i. abominabilẽ reddent, ut de Iuda dr̃. Poſſedit agrũ de mercede iniquitatis. i. poſſideri fecit. in abominatione veſtis hoc grauius hẽt, quod ſenſum ſui reprehenſoris ignorat. Act. 1.c Cap. 20.

k *Neque.n.ui*. inter homines, & audimus obiecta, & ad ea reſpondemus, & audimur, ſed in iudicio dei, ipſe nos audit, qa uidet omnia quæ agimus. ſed non audimus eum, quia quod ei diſplicet, plene non intelligimus. Non ex ęquo põt audiri.

Orig. Si homo eſſet cum quo contenderem innocens declaratus fuiſſem. Polyc. Non.n. homo es ſicut, & ego cui in iudicio reſpondeam, vt ſimul veniamus in iudicium, hoc mihi euenit, quia apud eum mihi eſt dicẽdum cum quo nulla mihi naturę communio, vtinam ſicut apud homines, ſic apud te experiundi ęqua daretur poteſtas, & dum ad maiorem aſſilit libertatem, interuentorem adeſſe optat, vtinam mediator eẽt inter nos, & redarguẽs, & audiẽs inter vtrũq;. F

l *Vtrumque ualeat*. i. Deum, & me poſſit.

m *Argu*. Arguit, q ex autoritate rõnis ꝑſuadit. Qui ergo recta agit, iã non gemitu precis, ſed fiducia autoritatis iræ iudicis contradicit.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Commuto fa.m. & dolo. tor. *i. augetur dolor meus interior, & per conſequens in facie commutor, dolor.n. celatus in corde intenditur, quaſi intus uiolenter retentus, & incluſus, ſed quando aperitur exterius per fletum. ſ. ſeu querulationem, minuitur quaſi per quandam euaporationem. Poſita afflictione ſua declarat innocentiam ſuam, di.*

2 Verebar o. *ne eſſet ibi aliquid iniuſtum, modus.n. hominis diligẽter ſuam innocentiam cuſtodientis eſt ſemper timere, ne aliquid iniuſtum faciat.*

3 Sciens quod non par. delin. *quia ad deum non pertinet dimittere dedecus culpæ, ſine decore iuſtitiæ.*

4 Si au. & ſit im. *vt meruerim tantum flagellum.*

5 Quare fru. la. *ad cuſtodiendã innocentiam, tam diligenter. q.d. hoc non eſt ueriſimile, & ſic concluditur, quod ſua flagellatio non fuerit pro peccato præcedente, ſed pro alia cauſa. ſ. ad exercitium ſuæ patientiæ pro merito uitæ futuræ, quod intendit Iob contra aduerſarios concludere, ut dictum fuit a principio.*

6 Si lo. fue. *Hic conſequenter Iob remouet falſum intellectum ſui dicti, per hoc.n. quod dixit ſe innocentem a deo punitum poſſet ab aliquo intelligi quod diceret ſe iuſtum in comparatione ad Deum, cuius contrarium aſſeruit in principio huius c. & ideo oſtendit quod nullus quantuncunque iuſtus comparatus deo poteſt dici proprie purus a peccato, pallidum.n. comparatum ad album dicitur nigrum, & imperfectum ad perfectum dicitur defectiuum, & hoc modo omnis creatura, quantuncunque lucida dicitur tenebroſa comparata ad Deum, & eodem modo humana innocentia comparata ad puritatem diuinam dicitur immunditia, ſecũdum illud Eſa. 64. c.* Vniuerſę iuſtitię noſtrę quaſi pannus menſtruatę. *& hoc eſt quod dicitur. Si lo. fue. a peccato commiſſo per pœnitentiam.*

7 Et fulſerint ve. mun. ma. meę. *ſeruando innocentiam.*

8 Tamen ſordibus intinges me. *i. uidebor ſordidus iuxta te.*

9 Et abom. me ve. mea. *i. opera, quia immunditia operum procedit ab immunditia operantis. Quod autem per veſtimenta deſignentur opa exteriora, patet Mat. 7.b.* Attẽdite a falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, &c. *Conſequenter ſubdit cãm quare homo comparatus deo uideatur ſordidus, & iniuſtus, dicens.*

10 Neque.n.ui. &c. reſpon. *ſ. in tali comparatione, vir.n. iuxta virum poteſt apparere iuſtus, ſed non iuxta deum, cuius iuſtitia excedit in infinitum, & ſic intelligitur, quod ſubditur,*

11 Nec qui me. in iu. &c. *quia deus a nullo poteſt iudicari, ideo ſubditur.*

12 Non eſt qui vtrun. *va. ar. quia deus a nullo poteſt argui.*

13 Et po. ma. ſuam in amb. *i. coercere ſua poteſtate me, & deũ, quia deus a nullo poteſt coerceri. Per iſta omnia inſinuat Iob infinitatem quo ad iuſtitiam diuinæ excellentiæ, ratione cuius homo quantuncunque iuſtus non poteſt dici purus, nec per conſequens poteſt de diuinis iudiciis contendere, vnde ſubditur.*

## MORALITER.

Auferte præſentis.

1 *Commuto fa. meam.* i. intellectum meum conuerto ad cogitandum iudicium futurum.

2 *Et do. tor.* horrore ſequentis pœnę. Et quia talis horror incutit timorem peccandi, ſubditur.

2 *Verebar omnia.* Sed quomodo impii iuſtos eſſe malos reputant, ideo in perſona iuſti, ſubditur.

4 *Si autem ſic impius ſum* ut a malis dicitur.

5 *Quare fruſtra laboraui.* ad pręcauendum mihi de peccatis, & ad operandum bona. q.d. non eſt pro remuneratione in vita pręſenti, ſed futura, quod erat concluſio Iob intẽta. Sed quoniam, ſicut lux creata comparata ad diuinam eſt tenebrę, ſic iuſtitia humana comparata ad diuinam eſt iniuſtitia. Eſa. 64. c. *Quaſi pannus menſtruatæ uniuerſæ iuſtitiæ noſtræ.* Ideo ſubditur. 6 *Si lo. fue.* ſequitur.

8 *Tamen ſordibus intinget me.* ſicut ſol obſcurat lumẽ cãdelę.

8 *Et abom. me. ue. me.* id eſt virtutes meę erunt quaſi nullę.

10 *Neq.n.ui. qui ſi. me.* Id eſt, deus non eſt ſimilis mihi, ſicut alius uir, ut poſſim ei comparari ex ęquo.

12 *Non eſt qui utrun. ua. ar.* i. ipſe, & ego non habemus iudicem communem, quia non habet ſuperiorem.

A contradicit. Videt autem Iob, quam peruerſe fecit homo, q̃ diſtricte iraſcitur deus, & non eſſe humanam iuſtitiam quæ contradicat, & ideo optat. ſ. poſt uenturum mediatorem, q & hominem arguit, ne delinqueret, & patiendo deo obſtitit, ne feriret. Et manum poſuit in ambobus, quia & homini exemplum agendi p̄buit, & deo in ſe opa quib. placaretur oſtendit, q, nullus ante eũ potuit. ipſe ẽt hoc mirabilius fecit, q, corda deliquẽtiũ mãſuetudine potius q̃ terrore correxit, uñ addit.

Cap.13 a *Auferat a me uirgam.* Legis qua punit, ſed eam Chriſtus abſtulit, & per manſuetudinem uias uitæ oſtendit. Voluit ut deus timeri, ſed vt pater amari.

B ✻ Polych. Ad interuentorem hæc nonnulli referunt quaſi ſit

a ſuam in ambob. Auferat a me uirgam ſuam, & pauor eius 1
b non me terreat. Loquar, & non timebo eum. Neque enim †
c poſſum metuens reſpondere.

D ſit certus ſe ẽ malis eripiendum. Alii in Deũ conuenire confirmant. Orig. a quo duo poſtulat, doloris, metuſque ad doloris liberationem.

b *Loqu.&c.eum.* iam non hẽt metum, ſed ut ad patrẽ affectũ. Ecce baculus. i. timor legis miſſus non ſuſcitat puerũ, ſed ipſe Eliſeus, puero contẽ patus, & ſepties aſpirãs. i. per amorem ſpiritus. (4.Re.4.f)

E ✻Polych. Aduerſus Deũ nihil loquar omnino: abſit, ſed contra ſeipsũ ſe uoces emiſſurum ait.

†ſic mihi cu ipſo conuen (vel ſic qu quam po agere cum ſo)

c *Rñdere*, Eſt factis digna recompenſare, ſed beneficiis dei nemo ſeruiliter timens rñdet. Tantummodo qui per fiduciam amoris non timet, digna ei reddidit obſequia. Non eſt purus, q mala ageret, ſi liceret. Amanti autem eſt tẹdium huius uitæ, quæ prius dulcis erat etiam mœrens eam tolerat.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Auferat a me uir. ſuam, & pa. eius non me terreat. Loqu. q. d. *iſta duo. ſ. terror diuinæ uindictæ, & pauor, ne inferatur irreuerentia diuinæ excellentiæ, debent homini ſilentium imponere, ne audeat de*

*ae eius iudiciis contendere. Totus. n. liber iſte rhetoricus eſt, cuius modus eſt candem ſententiam modis plurib. explicare, & maxime quãdo homo loquitur in perſona dolentis, qui conceptus ſolet exprimere pluribus modis, aliquando interrogatiue, aliquando optatiue, & aliquãdo aſſertiue, & aliis modis pluribus, ut patet in proceſſu huius libri.* (Rhetoricus modus.)

MORALITER.

1 *Auſe. a me uir.* timoris ſeruilis.

*Loquar.* in oratione deuota,

*Et non ti.* quia pfecta charitas foras mittit timorẽ. 1, Io. 4. d.

ADDITIO I.

In c. 9. ubi dicitur in poſtil. *Et columnæ eius concutientur.* Per columnas terræ poſſunt intelligi ad litteram columnæ, vel quæcunque alia ædificia quæ uidentur adhærere terræ, vel etiam montes qui ſunt quaſi columnæ ſuper terram fundatæ, quæ omnia in terræmotu concutiuntur.

ADDITIO II. In eo. c. 9. ubi dicitur in poſt. *Qui præcipit ſoli & non oritur*: id eſt, poteſt præcipere. Tempore Ioſue quando deus fecit ſtare ſolem in medio cæli vt non procederet ad occaſum ſpatio unius diei. Ex eadem F ſtatione ſecutum eſt, quod ſtaret ante ortũ reſpectu hemiſphærii antipodum, & ſic eodem tempore deus fecit, qđ non procederet ſol ad ortum, unde non requiritur, quod arguatur a ſimilitudine poteſtatis in præcipiendo, quia in una, & eadem ſtatione ſol ſtetit, ut nõ procederet ad occaſum, nec ẽt ad ortum, & hoc reſpectu diuerſorũ hemiſphæriorũ, &c.

CAP. X.

Cap.23 a *Aedet ani. meam vi. meæ.* Cum autem hæc vita vileſcit amore cæleſtis, qui defendebat culpas, iam eas accuſat. Et hoc eſt.

b *Dimit. elo.* quo vtebar in defenſione iam,

c *Aduer. me.* quia confitendo me accuſo, nõ vt qui adhuc erubeſcit confiteri, quia non tãto deſiderio mala deſerit, ſed quia aliquando aperte confitẽs nõ gemit, ſed lugenda gaudens dicit, ſubdit.

(Excisa eſt anima mea in uitæ mea (vel, abominatur anima mea uitam meam))

Cap.24 d *Loquar in ama.* Vt amaritudo puniat, qđ C lingua accuſat. Ex pẹnitentia naſcitur ſecuritas, & confidentior interrogat, quomodo erga ſe agatur. Et hoc eſt.

e *Di. deo: no. me con.* quia pœna mea extinguit tua ſupplicia.

f *Indica mihi*. i. flagellas utrum ad ſecuritatem, vel pro qua culpa ſpecialiter, quia etſi iuſtus, habet tamen aliqua mala, & ideo petit, ut deus ſe ſibi indicet, utquod deus in eo punit ipſe quoque flendo puniat, ideo cauſam quæro, ſcio. n. quod non iniuſte.

CAP. X.

a b c d e f g TÆdet animam meam uitæ meæ, dimittam 1 aduerſum me eloquium meum, 2 loquar in amaritudine animæ meæ. 3 Dicam Deo. Noli me condemnare. Indica mihi, cur me ita 4

a ¶In præſenti afflictione, utrum pro ſecuritate futura, vel pro qua culpa ſpecialiter, qu a etſi iuſtus, habet tamen aliqua mala.

✻ Orig. Si impie faciam. Catena Græc. Ne impium me eſſe doceas. i. ne me permittas tentari amplius, & ſupra id q, poſſum, impiam a me remoue orationem. Plerique. n. ſuas nõ ferẽtes ærumnas ad impia conuitia conuerſi ſunt.

✻ Olym. impios dæmones appellat, quibus ſe permiſſum intelligit, nec prouidẽtiæ rõnem, cur diabolo in eum ſit data ptãs, adhuc perdiſcere potuit, iõ tam varios circuitus conficit. Orig. Deum mitigat q, opus manuũ eius eſt homo, diabolus autem ſua malitia talis effectus eſt.

g *Cur, &c. iu.* Duob. modis hic iudicat. Vel pẹnã imittit, q nõ mutatos ad ẹternã trahit. vł p hãc pẹnã extiguit futurã hui ergo

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. X.

TAedet an. meam uitæ meæ. *Poſtquam Iob declarauit ſe innocentem punitum fuiſſe, hic conſequenter inquirit cauſam punitionis ſuæ, quam maxime ſolent afflicti quærere. Et primo ponit ſuam inquiſitionem, ſecundo infert contra aduerſarios unam concluſionem, ibi.* Quare de uulua. *Prima in duas, quia primo inquirit cauſam ſuæ punitionis ex ſuppoſitione ſuæ innocentiæ, ſecundo abſque tali ſuppoſitione, ſecunda ibi.* Si peccaui. *Prima in duas ſecundum duplicem cauſam, quam remouet a deo, ſecunda ibi,* Nunquid oculi. *Prima cauſa punitionis innocentis eſt malitia in puniente, quando calumniatur innocentem per ſuam malitiam, vel opprimit per uiolentiam,* (Diuiſio)

*lentiam, & hoc nullo modo poteſt eſſe in deo. Sic igitur iſtam ſententiam deducit Iob, primo lamentando afflictionem ſuam, dicens.* Tẹdet animã meam uitæ meæ, *quia licet uiuere ſecundum ſe ſit delectabile, ſubiectur. tñ multis anguſtiis efficitur tædioſum, ſicut erat in Iob.*

2 Dimittã aduerſum me eloquium meum. *tunc. n. uidetur homo loqui contra ſe, quando loquitur de abbreuiatione uitæ ſuæ.*

3 Dicã deo, noli me condem. *ex hoc patet, q, Iob non loquebatur ex deſperatione, ſed magis ex ſuppoſitione aduerſariorum ſuorum, futuram uitam negantium, ad quod ſequitur breuiatio uitæ Iob optanda, ut ſic terminaretur ſua pœna, ut frequenter dictum eſt ſupra.*

4 Indica mi. &c. *Oſtendendo mihi cauſam quare ſic grauiter me punis innocentem.* Nun-

MORALITER.

(Delectabile ẽ viuere, ſed per accidens fit triſtabile dupliciter.)

1 *Tædet animã meã vitæ meæ, &c.* Licet uiuere per ſe ſit delectabile, tamen per accidens fit triſtabile. Hoc autem contingit dupliciter. Vno modo, quia multis, & grauibus malis eſt adiunctum, propter quod aliqui ſe interimunt, expediri uolentes a malis quæ ſentiunt. Alio modo, quia boni melioris eſt retardatiuum. ſ. uitæ gloriæ, & ſic Apoſtolus dicebat, deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Primum modũ tenui literaliter exponendo, nunc autem exponendo myſtice ſecundum tenere propono. Dicit igitur uir perfectus deſiderio uitæ cæleſtis accenſus.

*Tædet animam meam uitæ meæ.* ſcilicet præſentis, propter retardationem melioris.

2 *Dimittam aduerſum me eloquium meum, loquar in amaritudine animæ meæ.* propter tædium manſionis in hac miſeria.

3 *Dicam Deo noli me condemnare.* ad amplius hic manendum quaſi in carcere. Sic dicebat Iohannes euangeliſta. Quoties te rogaui ut uenirem ad te, ſicut ſcribitur in eius legenda.

4 *Indi. mi. &c.* q. d. cauſam detentionis in hac uita ſcire vellem, ut cum patientia ſuſtinerem. Sicut dixit Iohanni. Expecta populum crediturum mihi.

Nun-

ergo iudicii incertitudine turbat̃,& cogitatione interrogat, A qui de ſua ambigit uita. Sed cum virtus vitæ reſpicitur, quaſi conſolatio a iudice rñdetur, quia non ad perdendum percutit, quem & feriendo in innocentia cuſtodit. Dicit ergo,

a *Nunquid bo.* Interrogatio hæc negationem exigit, acſi diceret, ſcio q̃ tu ſumme bonus es, non æſtimas bonum, vt pauperem per calumniã premas. Vnde ſcio q̃, non eſt iniuſtũ quod patior, & ideo pl' doleo, quia cãm ignoro. Non ait, opprimas innocentem, quia non audet de iuſtitia, ſed pauperem, quia infirmum conſiderat.

b *Opus ma.* Quaſi, impie non perdis quem gratuito feciſti.

c *Imp.* i. malignorum ſpirituum qui cum ad vitã redire nequeunt, ſocios ad mortem querunt, quorum cõſilium fuit, ut Iob rectum in proſperis, frangerent aduerſis, B ſed Deus ſupra uires non ſinit tentari.

¶Quæro quare, ſed ſcio quod iuſte, & non perniti oſe.

a iudices? Nunquid bonum tibi uidetur, ſi †calumnieris, & †op 1 2

a ¶Vel pauperem, alia litera.

b primas me, opus manuum tuarum, & conſilium impiorum 3 4

c d †adiuues? Nunquid oculi carnei tibi ſunt, aut ſicut videt 5

e f homo, & tu uidebis? Nunquid ſicut dies hominis, dies tui, 6

& anni tui ſicut †humana ſunt tempora, ut quæras iniquita- 7

g tem meam, & peccatum meum ſcruteris? Et ſcias, quia ni 8

h hil impium fecerim, cum ſit nemo qui de manu tua poſſit e- 9

a ¶Quaſi, quia nullus eſt qui eruat, ergo tu me erue, quia feciſti.

i k ruere Manus tuæ domine fecerunt me, & plaſmauerunt me 10

l totum ĩ circumitu, & †ſic repente præcipitas me? Memento, 11 12

m n quæſo, quod ſicut lutum feceris me, & in puluerem reduces 13

o me. Nonne ſicut lac †mulſiſti me, & ſicut caſeum me coagu 14 15

p laſti? Pelle, & carnibus veſtiſti me, oſſib. & neruis cõpegiſti 16 17

18

†uim intuleris

†reprobes

†illuſtres?

∴ Didym. Plaſmatum eſt corpus, formatumque ex ſubiecta terra, facta autem eſt anima non ex aliqua materia ſubiecta, ut. n. eſt expers corporis, ſic & diuiſionis. D

k *Totum in cir.* Secundum hoc intelligendum eſt, vt dignior conditio hominis præ cæteris oſtendatur, manib. dicitur factus præmiſſo conſilio. *Faciamus hominẽ ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* cũ de cæteris dixit tantum. *fiat.* (Gen. 1. c)

l *Et ſic re.* quaſi quem tanta dignitate præponis, cur tanta uilitate deſpicis? Sed cum hac dignitate quę eſt per ſpiritũ, eſt infirmitas per carnem, quæ moueat pium iudicem. unde dicit. (Cap. 28) E

m *Memento quæ, &c.* Vnde venialis eſt culpa, cum irremiſſibilis ſit in Angelo, qui robuſtus fuit. Lutum eſt cum aqua terram infundit. Ita homo cum anima rigat carnem, cuius mortem aperte ſubdit. (Cap. 28)

d *Nunquid oc. ca.* Oculi carnis non niſi aliqua facta in tempore agnoſcunt, quia & cum tempore clauduntur, & humanus uiſus quodlibet opus ſequitur, non præcurrit.

e *Dies.* Dies quoque, & anni hominis differunt ab æterno, cui nihil prę terit, nihil eſt futurum, ſed omnia conſpicit prę ſentia.

f *Vt qua. ini. m.* Et ita ſcias quod nihil impie feci, quaſi humiliter quærat, cur in tempore per flagella probas quem apud te perfecte, & ante tempora ſciſti.

∗Orig. Peccatum & *ἀσέβειαν* dixit, quia illud, eſt in Deum, & hominem, hæc circa cultum diuinum. Idem Iul. non es hominib. ſimilis, qui paria exigunt cum de multis pauca requiras, noſti autem me nullius conſcientia peruelli.

g *Cum ſit ne.* Quaſi quid reſtat tibi niſi parcere, cui nemo poteſt obuiare? Quo. n. nullus poteſt tuam vindictam retinere, eo facilius pietas debet parcere, ut autem placetur, quia noſtrum opus non poſſumus, ſuum opus ei offeramus.

h *Manus tu. do.* Quaſi penſa miſericorditer ne peat qđ feciſti.

C i *Fecerunt.* Secundum animam.

Didym.

n *Et in pul. &c.* quaſi uide materiam, & pœnam, & culpæ parce, quia qualitatem hominis conditi protulit, ſubdit ordinem propagationis, vnde dicit.

o *Nonne ſicut lac, &c.* Factus homo, ut lutum, propagatus autem, ſicut lac mulgetur ſemine, vt caſeus coagulatur in carne. Carne, & pelle induitur, oſſibus, & neruis ſolidatur. Poſt creationem corporis quod minus eſt, ſubditur mira aſpiratio uiuificationis. (Cap. 29)

*Nonne ſicut lac.* dum mens per ſpiritum Dei, & vetuſtate trahitur, ſicut lac mulgetur, quia in quadã inchoatione formatur. Sicut caſeus coagulatur, cum pingueſcens cogitationibus ſtringitur, vt iam non defluat deſideriis, ſed in uno amore ſolidetur. Sed contra hæc rudimenta caro ex veteri vſu murmurat.

p *Pelle, & carnibus.* ideſt carnalium motuum obſidione mens vallatur, qui autem exterius laxat ad bella, intus roborat per oſſa virtutum, vt humilis ſit, & fortis. Ideo autẽ Deus recte viuendi rectitudinem tribuit, quia præteritis delictis parcit. F

a Vitam

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Nunq. bo. tibi ſi ca. *per aſtutiam.* 2 Et opp. me. *per uiolentiam.* 3 Opus ma. tua. *i. cum ſim creatura tua.* 4 Et cõſi. *quorum ſtudium uertitur ad depreſſionem innocentum. iſta propoſuit Iob interrogatiue. q. d. iſta nullo modo poſſunt in deo eſſe, & ſic excluditur a deo prima cauſa punitionis ſuæ, quæ eſt malitia punientis.* 5 Nunq. oc. *hic remouetur ſecunda cauſa quæ eſt ignorantia ueritatis, ſicut iudex punit aliquando innocentem etiam ſecundum ordinẽ iuſtitiæ, utpote quando ſuſpectus eſt de crimine, licet falſo, & ſic per tormenta, ſeu quæſtiones punit innocẽtẽ, ut p hæc extorqueat ueritatẽ, iſta aũt cã puniendi innocentem non poteſt eſſe in deo, cui nihil põt eẽ occultum. Sic igitur procedit Iob primo quaſi inquirendo vtrum ꝑpter talem ignorantiam puniatur a deo, & ſcdo oñdit q̃ non ibi.* Manus tuæ. *Circa primum dicit loquens deo.* Nunquid ocu. car. ti. ſunt. *ita quod accipias cognitionem intelligibilem a ſenſibus, inter quos in hoc principalior eſt uiſus, quia plures differentias rerum nobis demõſtrat, vt habetur 1. Meta.* 6 Nunquid ſi. di. &c. *ita q̃ per proceſſum temporis augeatur, & in te cognitio ueritatis, ſicut accipitur cognitio in hominib. & propter talem modum cognoſcendi, aliqua ueritas te lateat.* 7 Vt quæ. ini. me. & pec. &c. *Per tormenta mihi inflicta, ſicut iudices humani inquirunt de ignotis.* 8 Et ſcias quia nihil, &c. *Per talem diſquiſitionem, ſicut iudices terrent per hoc cognoſcũt q̃onati innocentiam.* 9 Cũ ſit, &c. poſ. erue. *illum quẽ tu uoluc ris prædicto modo q̃onare.* 10 Manus tu. *Hic conſequenter oñdit Iob talia nõ hẽre locum in deo cum cognoſcat hoĩem perfectiſſime intus, & extra, & hoc eſt q̃ dicit.* Manus tu. *i. potentia operatiua tua.* 11 Fecerunt me. *Quantum ad aĩam quæ fit a deo per creationem.* 12 Et plaſ. me, &c. *Quantum ad corpus, quo aĩa circundatur, ſicut veſtimento quodammodo.* 13 Et ſic &c. præci. per flagella. *q. d. mirabile eſt q̃ cum tanta diligentia feceris me, & ſtatim per flagella velis me deſtruere, hoc interponitur cõtra errorem amicorum Iob, qui poſt mortem negabant aĩam remanere, quaſi ſequens ad dictum eorum quod prima facie inconueniens vr̃.* 14 Memẽto quæ. &c. *hoc dr̃ ad alludendum ei, quod dr̃ in Gen. hominem formatum de limo terræ. Gen. 1. d. & redigendo in puluerem. Gen. 3. d.* 15 Nõ. ſi. &c. *incipit deſcribere formationem hoĩs a principio ſeminis, quod eſt de ſuperfluo alimenti dealbato ad modum lactis.* 16 Et ſi. ca. &c. *informatione. n. pueri ſemen uiri in quo eſt uis actiua, ſe habet ad materiam miniſtratam a matre in formatione corporis pueri, ſicut coagulum ad lac in formatione caſei.* 17 Pelle, & carn. &c. *quia membra uitalia, ut cor, & epar, & cætera, operiuntur carnibus, & pelle quibuſdam ueſtimentis.* 18 Oſſi. & ner. &c. *ad robur corporis. Deſcripta ergo* corpo-

(Diuiſio.) (Philoſ.)

## MORALITER.

1 *Nunquid bo. ti. ui. ſi ca. & op. &c.* calumniari, & opprimi me permittas conflictib. dæmonum qui durant uſq. ad huius uitæ terminũ, quaſi diceret, non eſt ſic, quia ſi tuos in hoc conflictu relinquis, hoc eſt propter bonum uictoriæ ſequentis.

5 *Nunquid ocu. car. &c.* i. accipis ne cognitionem a ſenſib. & ſic me dimittis hic diu uiuere, ut habeas maiorem cognitionem de me. q. d. non: nã ab æterno cognoſcis omnia pfecte.

10 *Manus tu. do. f. &c.* Hoc exponitur myſtice de conſtitutione hominis in eſſe gratiæ quæ a ſolo deo datur.

12 *Et plaſ. me to. in cir.* Quia cum gratia dat uirtutes perficientes animæ potentias, ſed quia per hæc homo non confirmatur in bono, ideo ſubditur.

13 *Et ſic repen. præ. me.* i. exponis me præcipitationi, exponẽs me multiplici tentationi, tamen reparabilis eſt hominis caſus, cuius aſſignatur una cauſa, quia fomitem habet ex carne quem non habuit angelus, ideo ſubditur.

14 *Memento quæſo, quod ſicut lutum feceris me.* Dando mihi carnem terream, quod patet ex reſolutione, cum dicitur.

14 *Et in pulue. redu. me.* Conſequenter ponitur ordo formationis, cum dicitur.

15 *Nonne ſicut lac mul. &c.* Albus. n. humor eſt materia corporis humani ex quo formantur carnes, oſſa, pellis, & nerui.

A a *Vitam, & mi.* Sed hęc bona fruſtra dedit, niſi ipſe cuſtodiat vnde ſubdit. D

b *Et uiſi.tua.* Eadem de interiori homine, interior homo lutum eſt, quia terrenæ menti gratia ſpiritus infundit, & irrigat, ut ad Deum eleuetur. Sed ne continuo vſu ſuperbiat, ſpiritus ad tēpus deſerit, & in puluerem redacta aret, ut iam vento tentationis agatur, vt ſic ſe homo cognoſcat, dum. n. homo relictus cōcutitur, dona dei cogitat ſubtilius.

✣ Caten. Grę. Poſtea mutat⁹ percuſſiſti me. Aquila & Theodotio, ī circuitu demerſiſti me. Iulia. Tanta es benignitate, vt animali ex materia fragili, intelligentiam conceſſeris. ✣ Orig. Phyſicorum more aptum ordinem ponit, ac primum animal ex animali per generationem naſcitur, principium quidem appellans ſeminis effuſionem, & concretionem, deinde partium conformationem cutis, carnis, oſſium, poſtremo animæ infuſionē. quæ, contra diabolum, non Deo inuiſa eſt, & ab eo aliena, ut criminabatur, ſed ſapientia refertum opus declarat. Nec minus ſyriacam amentiam refellit, que ait, cum ſemine animū effundi. Cum animus a corpore differat, & natura, & dignitate. Hoc lex declarat, quæ iubet eum animam pro anima reddere qui calce petiuerit prægnantem mulierem, & aborſum procurarit fœtus efformati, non dubium quod hominem necauerit. ſi figuratus non eſt, mulcta erit pœna, & in geneſi, inſpirauit in faciem corporis è luto formari ſpiraculum uitæ. Chryſ. Vitam impartiuiſti, quæ opificii certa eſt ſignificatio, & miſericordiam quæ prouidentiam non obſcure teſtatur.

†ignominia & videre afflictione m meā 15

me. Vitam, & miſericordiam tribuiſti mihi, & uiſitatio tua 1 2
a ¶Sicut mihi ita & omnibus.
cuſtodiuit ſpiritum meum. Licet hæc celes in corde tuo, ta- 3 4
men ſcio, quia uniuerſorum memineris. † Si peccaui, & ad 5 6
a ¶Sed non ex toto mundus. b Si culpam venia abſtulit cur hanc ex memoriam non abſtergit.
horam pepercisti mihi, cur ab iniquitate mea mundum me 7
a ¶Et cum non mundus, vel impius ero, vel miſer in laboribus certaminis.
eſſe non pateris. Et ſi impius fuero, væ mihi eſt, & ſi iuſtus 8
nō leuabo caput, ſaturatus† afflictione, & miſeria. †Et pp ſuper 9 10
a ¶Captus eſt homo, quia inde nunc carcere tenetur, unde audacter eſt tranſgreſſus. ¶ Et hoc fit ne ſuperbiam. ¶ Quia a ſuperbo diſcedis. 11 12
biam quaſi leænam capies me, reuerſuſque mirabiliter me cru 13 14

*Vitam & miſe.* Vita datur cum malis mentibus benignitas aſpiratur, ſed hæc nō datur, niſi prius miſericordia anteacta C mala diluat. Vel miſericordia eſt ſubſequens datam uitam, ut cuſtodiat, quia miſericorditer viſitat, vel ad amorem cōpungendo, vel ad timorem flagellando, vt humanus cuſtodiatur ſpiritus. Poſtquam de ſe dixit dona miſericordiæ generaliter, ſubdit.

c *Tamen ſcio quia vni.me.* q.d. cur de me trepido, qui omnes gentes colligendas ſcio.

d *Licet hæc ce..in co.t.* quia adhuc non indicas aperto ſermone. Certi de venia, ſolent prioris nequitię memoria tangi, & illicita cogitatione nolentes pulſari, vnde ſubdit. Cap.30 Cap.31

1 Orieris vt Lucifer. *Per proſperitatis abundantiam. q.d. quod tibi de proſperitate ſubtrahetur ex breuitate temporis, ſupplebitur ex intentione & ſuperabundantia proſperitatis.* 2 Et habebis fiduciam. *Hic reſpondet dicto Iob quo ſupra dixerat nullum bonum ſibi remanere poſt mortem ſecundum amicorum ſuorum errorē, oſtendens quod imo, ſcilicet memoria bona remaneat inter homines & veneratio: & hoc eſt quod dicit.* Et habebis fiduciam. *de futuro bono poſt mortem.* 3 Propoſita tibi ſpe. *Et certa expectatione illius boni: quid ſit illud bonum, ſubdit:* 4 Et defoſſus, *Ideſt ſepultus & tumulatus.* 5 Securus dormies. *Quia nullus murmurabit aut detrahet de tua vita præterita.* 6 Requieſces & non erit. *Quia nullus audebit ſepulturam tuam frangere ſeu vituperare, vel imaginem te repræſentātem, ſicut fiebat antiquitus valentibus perſonis: vt poſt mortem venerarentur in imaginibus ſuis, & propter talem gloriam poſt mortem habendam, multi Gentiles expoſuerunt ſe pro republica morti & periculis ideo, ſubditur:* 7 Et deprecabuntur faciem tuam plurimi. *Te in ſepultura vel imagine tua venerando, conſequenter oſtendit contrarium euenire malis hominibus in ſua malitia permanentibus dicens:* 8 Oculi autem imp. *Quia non obtinebunt bonū, quod aſſequi intendebant.* 9 Et effugium peribit. *Quia non poterunt liberari de malo eis ſuperueniente.* 10 Et ſpes illorum abominatio animæ. *Quia poſt mortem non habebunt honorem quem ſperabant: ſed omnes abominabuntur vitam eorum præteritam, ſepulturam, & memoriam. Quod autem aliquādo vocaui diſputantes contra Iob eius amicos, aliquādo aduerſarios, nulla eſt repugnantia, quia ſicut dictū fuit ſupra 2. c. Venerunt ad ipſum amici, ad eū conſolandū: ſed per procurationē Sathan conuerſi ſunt vt inimici, ad increpandū.*

## MORALITER.

1 *Orieris vt Lucifer.* Per diuinæ gratiæ conſolationem.
4 *Et defoſſus ſe.* Quia ſepulto corpore ſpiritus erit in requie.
5 *Et non erit.* Quia tunc omnis tentatio ceſſat.
7 *Et deprecab.* Quia ſanctorum ſuffragia poſtulant viui:
8 *Oculi autem imp.* A ſpe beatitudinis.
9 *Et effugium peribit ab eis.* Quia fugere non poterunt de manu dæmonis.
10 *Et ſpes eorum abominatio animæ.* Abominantur enim iuſti, quę mali ſperant in vita præſenti.

## ADDITIO.

In cap. 13. vbi dr̄ in poſtilla *& multiplex ſit lex eius, &c.* Vbi tranſlatio noſtra habet: *& quod multiplex ſit lex eius.* Hebraica litera habet: *Et quod duplex ſit lex eius.* Quæ quidē litera non poteſt bene exponi, ex hoc quod lex diuina ad omnia quantumcunq; minima ſe extendit: nam pp hoc non diceret͛ lex duplex, vnde ad veritatē literę Hebraicę propriè exponendam, aliter vr̄ dicendum. Pro quo ſciendum, qđ lex diuina apud Iob & ſocios eius non eſt accipiēda pro lege Moſaica, quę apud eos non erat diuulgata, nec ēt pro lege euāgelica, quę nondum erat, ſed apud eos poteſt lex diuina dupliciter accipi. Vno modo pro lege æterna quę ſecundum Auguſt. in lib. de libero arbitrio eſt ſumma ratio, cui ſemper obtēperandū eſt cuius quidem æternæ legis notio ſm eundē Auguſtinum ibidem nobis impreſſa eſt. Nam licet ſcđm ſanctum Thomam 1.2.q.93.artic 3. rn̄dendo ad qōnem, nullus legem ęternam cognoſcat ſecundum quod in ſeipſa eſt, niſi ſolum beati, qui ipſam Dei eſſentiam vident, omnis tn̄ creatura rationabilis ipſam cognoſcit ſecundum aliquā irradiationem & participationem legis æternæ, quæ eſt veritas incommutabilis. Imprimitur ēt rationali creaturæ lex æterna inquantum ineſt ei naturalis inclinatio ad id quod eſt conſonum legi æternę. Vnde 2. Ethic. Sumus inclinati ad hn̄dum virtutes, quæ quidē impreſſio in malis eſt corrupta, inquantum in ipſis naturalis cognitio boni p paſſiones & vitia obtenebratur, ſimiliter & inclinatio eorum naturalis ad virtutem deprauatur per habitum vitioſum. Secundo modo accipitur lex diuina pro lege naturali quæ ſm Auguſt. 2. confeſ. ſcripta eſt in cordibus hominum, & ſic quod eam nulla delet iniquitas. Quod intelligitur quantum ad principia prima & communia legis naturalis, vnde de iſtis duabus legib. propriè poteſt intelligi iſtud verbum, ſcilicet quòd duplex ſit lex eius, quarum legum prima ſcilicet æterna eſt altiſſima, & abſcondita a nobis, ideo de ipſa dicit Sophar: vt oſtenderet tibi ſecreta ſapientiæ, & ſequit͛ qđ duplex ſit lex eius, q.d. non ſolum lex naturalis quæ cōiter eſt hoībus nota quo ad prima principia eius, eſt lex Dei, ſed ēt lex æterna, quę eſt ſecreta ſapientiæ Dei, ſecundum quam ex cōuenientiſſimis rationibus nobis ignotis, punit & præmiat, & ideo ſecundū illam legem tibi ignotam ſi tibi reuelaretur, intelligeres qđ multo minora exigaris ab eo quam meretur iniquitas tua. Conſequenter oſtendit quòd iudicia Dei ſecundum huiuſmodi legis æternę conſiderationem ſunt nobis incomprehenſibilia, vnde ſubdit: Forſitan veſtigia Dei comprehendes. Conſequenter dicit q. huiuſmodi ſapientia Dei abſcondita, quæ eſt lex Dei ęterna, eſt altiſſima, & profundiſſima, & longiſſima, & latiſſima. De primo dicit: *Excelſior eſt cælo.* de ſcđo: *Profundior inferno.* de tertio: *Longior terra.* de quarto: *Latior mari.* quæ omnia ponit ad deſignandum ipſius legis æternæ incomprehenſibilitatem. Ex quibus concludit, quòd quicquid Deus agat ſecundum huiuſmodi legē æternā, ſicut nec poteſt impediri, de quo dicit: *Si ſubuerteret omnia, &c. quis contradicet ei,* ſic nec reprehendi de quo dicit: *Quis ei dicere poteſt, cur ita facis?* Quod ad gubernationem hominis applicat dicens: Ipſe enim nouit hominum vanitatē q.d. Si ſecundum iudicium ſuæ legis æternæ hominē ſubuertit, vel vehementer punit, quis ei dicere poteſt cur ita facis? ipſe enim nouit hominum vanitatem.

Lex diuina.

REPLICA. In cap. vbi tranſlatio nr̄a habet de multiplici lege. Burg. fortaſſe prout cōſueuit, fingit q. in Hebræo habetur duplex, vbi nos multiplex habemus quod dico ad hoc fictum, quia id quod applicat, mòdici ponderis eſt: etiā non oportuit eum facere tātam vim de vno termino, cū ēt Hebraica litera quam prætendit, cum tranſlatione noſtra coincidat. Cum enim ſecundum omnes vnū & multa opponuntur, & binarius nō eſt vnitas, eſt igit͛ pluralitas: ſi igitur dualitas

dualitas eſt multitudo,duplex poteſt dici multiplex;& ſic eſt coincidẽtia.Sed ad rẽ de diſtinctione Burgẽ.quã ponit de lege eterna,& naturali,illa diſtinctio non vr̃ ad ꝓpoſitũ lr̃æ;nã lr̃a ꝓſeqtur de ęterna lege hoĩum incomprehẽſibili;vt patet ꝑ totũ proceſſum capituli huius;qualiter nõ eſt de lege naturę,cuius principia ſunt cordibus hoĩum indelebiliter inſerta; & ſecundũ iudiciũ rectę rõnis ad particularia applicata, q̃ nõ pñt dici incõprehenſibilia ſecundũ q̃ ẽt põt bene dici, cur ita facis,&c.prout in litera. Sed non eſt ſic de lege ęterna q̃ duplex eſt, immo multiplex quo ad effectus; vn̄ tñ in ſe, ſicut ſpiritus multiformis,tñ vnus in ſe, diuidẽs ſingulis,ꝓut vult. Et vr̃ Burgẽ.intrare id pelagus in ꝓpoſito volens cum Beato Auguſt. de doctrina Chriſtiana lib. 1. q̃ illa lex ęterna, quam Beatus Auguſtinus vocat lucem , ſit intellectui creato ratio cognoſcendi veritates incommutabiles ; in quo tamen Beatus Auguſtinus communiter non tenetur a modernis.

C A P. X I I.

A a Reſpondens autem Iob. ✲ Cat.Greca.Iob Sopharum reprehendit,quod fidẽ ijs rebus adiungere adortus ſit,quæ dubitari a quopiã nõ poſſunt; deinde a Deo veniã precatur,rogatq; ne ſummo iure ſecum agat.Illudq; mirum quod Iobum in tantis ærumnis nihil fugerit eorum quę dicebantur ab amicis.

✲ Philip.Qui hæreticorum figuram gerunt ſanctitatis priuilegium ſibi vſurpantes,& iactantię nomina.Heliphas enim eſt Dei mei aurum quo quaſi pretioſo metallo doctrinę veriſſimæ glorient̃. Sophar ſpeculator,& buccina,vt ſpeculatores ſe Dei eſſe arbitrẽtur ad quos tuba Euangelij vere debeat pertinere . Baldad,vetuſtas, quod veteris,& antiqui nominis vetuſtatem ſibi vendicent.

B Hoc Sophar vere dixit, ſed indiſcrete, quia meliori liquore pleno vaſculo ſuperfundit,non vt doceat, ſed vt ipſe innoteſcat. Audet in meliorem, quia omnes putat ſe inferiores. Sic & omnes hæretici. Sed Eccleſia elatos a ſua æſtimatione ad æqualitatem reuocat,vnde Iob ſubdit.

b *Ergo vos eſtis ſoli homines.* Qui ſe omnes præire ratione putat:ſe ſolum hominem eſſe exultat. *Ergo vos eſtis ſoli hom.*Qui enim ſe ſolum ſapere ęſtimat,quid aliud quàm hanc eandem ſecum mori ſapientiam putat ?

c *Et mihi eſt cor ſi.* Vt eorũ ſupbiã corrigat eẽ ſe inferiorem negat,& ne ſuæ humilitatis limitẽ trãſeat, ſe ſuperiorẽ tacet.

C Ecce quã diſcrete,in quo indicat q̃d illi de ſe ſentire deberẽt.

d *Quis enim hæc quæ noſtis ignorat?* Acſi dicat;Cum cũctis ſint nota quę dicitis:de dictorum ſciẽtia cur ſingulariter tumetis? D

✲ Orig. Neque vos iuſti eſtis quod eadem vobis non acciderunt;neque ego,ex eo quod hęc mala accepi iniuſtus.

✲ Olym. Neq; ex ijs ſum qui rectã,& cõſentaneam animi functionẽ abiecerũt.

e *Qui deridetur ab.* Quia illũ facit humana deriſio Deo proximũ, quẽ ab humanis prauitat b. vitæ innocẽtia ſeruat alienum .

✲ Orig. Cat.Græc. Iuſtus & irreprehenſibilis factus eſt in deriſionẽ , ad tẽpus enim conſtitutũ præparatũ erat,vt caderet ſub alios,& domus eius ab iniquis deuaſtaretur, verumtamen nullus , qui eſt improbus,confidat ſe innocentẽ futurum:quicunque ad iracundiã ꝓuocãt Dñm,quaſi non futurũ ſit eorũ ſuppliciũ. E

✲ Poly.Grauiſſimũ eſt me,q̃ neminẽ leſi,eẽ veſtrũ ludibriũ.

✲ Didym. Illud obſerua,Iob cum minora dicit ad ſe transfert, cum maiora ad genus vniuerſum orationem traducit, ferme enim eius hæc eſt oratio ne irrideantur iuſti: hactenus enim patiuntur,vt illos ipſos pati Deus voluerit.

✲ Philip.In Saluatore nr̃o põt hac intelligẽtia coaptari,qui tanq̃ agnus pſecutionẽ ad mortẽ ſuſtinuit , q̃ fuit lãpas cõtẽpta ob carnẽ in paſſione miſere tractatã,ſed eũ *vnxit Deus oleo lætitiæ præ cõſortib.ſuis.*q̃d de Iob, & quolibet ſctõ põt intelligi. Pſal.41.

f *Lampas con.* Noĩe diuitũ,deſignat elationẽ ſupborũ: Iuſti aũt ſimplicitas,& lãpas dr̃,& contẽpta. Lãpas,q̃ interius lucet;contempta, q̃a apud mẽtes carnalium abiecta æſtimatur. Cap. 17.

g *Parata ad tempus ſtatutum.* Statutum contẽptę lampadis tempus F

Cap.15. † Vere ſub.video quod eſtis populares. * orietur

† ſectio

† vel pa... hominis ... ſ,aut

† vel ad decorem, & puritatẽ diuitis, de ſe ipſo volunt q̃dã Iob loq. † nutantibus pede, vel ad offendiculum pedis.

c.14.

C A P. X I I.

a Reſpondens autem Iob dixit: † Ergo vos eſtis 1
b ſoli homines, & vobiſcum * morietur ſa- 2
pientia ? Et mihi eſt cor, ſicut & vobis, nec 3 4
c inferior veſtri ſum . Quis enim hæc quæ no- 5 6
d ſtis,ignorat ? Qui[a] deridetur ab amico ſuo, 7
e ſicut ego[a], inuocabit Deu[b]m , & exaudiet eum . Deride[c]tur 8 9
f enim iuſti † ſimplicitas , la[a]mpas contempta[b] † apud co- 10
g gitationes † diuitu[a]m , parata † ad tempus ſtatutum. 11

a ¶Sed. ¶Vnde ad ſe redit nil habens extra , & afflictus in precem funditur. ¶Poſtquam a timore ad æqualitatem arguendo reuocauit,docere incipit.

a ¶Quia qui pro cu pa irridetur non eſt exaudibilis. b ¶Internum teſtem. c ¶A duplicibus quaſi fatuitas.

a ¶Mortuus putatur a carnalibus qui a diabolo liberatur:ſed Chriſto viuit. a ¶Quæ eſt. b ¶Quia non habet quod ipſi amant.

a ¶Non res in crimine eſt, ſed tumor . ¶Sed lucebunt,quia cum Chriſto iudicabunt .

d Quis

N I C O L A V S D E L Y R A.

C A P. X I I.

1 Reſpondens autem Iob. *Hic conſequenter poſt obiectionẽ Sophar ponitur ipſius Iob rñſio.Circa quã ſciendũ,ꝙ Sophar, & ſocij eius ad duo tendebant, vt patet ex prædictis.Primũ eſt dicere aliqua magnifica de Dei potentia,& ſapientia, & huiuſmodi, vt per hoc viderentur ipſo Iob ſapientiores,& ſententiæ eorũ cõtra Iob veriores.Secũdũ eſt,ex dictis de Deo aliqua falſa concludere contra Iob,propter quod Sanctus Iob in ſua rñſione primo remouet primum, ſecundo ſecundum capit.ſeq. Circa primum primo oſtendit Iob,ꝙ ea quæ dixerant de Deo, non erant ſibi ignota. Secundo ꝙ ẽt alijs hominibus erant, vel poterant eſſe communiter nota:& per hoc excluditur ab eis excellentia reſpectu aliorũ, & confutatur eorũ iactãtia: ſecunda ibi:* Nimirũ interroga. *Circa primum dicit Iob ex dictis eorum iactatoriis concludendo.*

2 Ergo vos eſtis ſoli homines.*Quia homo differt ab animalibus brutis per intellectum:& ideo ex hoc quod prætenditis,vos tantũ habere intellectum de diuinis,videtur ꝙ alios homines quaſi bruta animalia reputetis;& per conſequens.* 3 Vobiſcũ mo.*Si tantum eſt in vobis,ſed hoc eſt falſum,vnde ſubdit.* 4 Et mihi eſt.*Id eſt intellectus qui per cor in ſacra ſcriptura deſignatur ſecundũ illud Pſal.36.f.* Lex Dei eius in corde ipſius. 5 Nec infe. *In notitia , vel ſcientia diuinorũ de qua vos iactatis,& ne hoc dictũ imputetur iactantia ipſius Iob,ſubdit.* 6 Quis enim. *Quaſi diceret non eſt præſumptuoſum quod dico me ſcire illa quæ poſſunt ab aliis communiter ſciri,& ideo ꝙ mihi imponitis horũ ignorãtia,eſt magna deriſio,propter quod ſequitur.*

7 Qui deri..*A quo deberet honorari,ꝓpter quod grauior eſt deriſio.*

8 Inuocabit Deũ. *Quia propriũ eius eſt ſubuenire vbi ſubtrahitur humanũ ſubſidiũ;& quia talis deriſio,vt frequenter ſe extẽdit ad alios ſanctos,ideo ſequitur.* 9 Deridetur enim. *i.vita eorũ ſine plica doloſitatis deridetur ab hominibus mundanis,qui conſtituunt ſinẽ ſuum in temporalibus bonis,quæ vt frequenter acquirũtur fraudibus, & mendaciis.Ideo reputãt iuſtos talia fugiẽtes fatuos,& ignorãtes,võ dicitur.*

10 Lampas contempta apud cogitationes diui.*Id eſt,illorum qui finem conſtituunt in huiuſmodi diuitiis, apud tales enim contemnitur vita iuſtorum,licet ſit lampas,& contentiua lucis ſapientiæ, & ardoris charitatis,ideo ſubditur.*

11 Parata ad tempus ſtat.*Id eſt,ad beatitudinem futuram per vitæ meritum;& quia homines mali non ſolum derident iuſtos, ſed etiam prorumpunt vſque ad contemptum Dei,ideo ſubditur.*

1 Abun-

M O R A L I T E R.

1 *Reſpondens autem Iob.* Licet amici Iob multa vera dicerẽt: falſe tamẽ,& pręſumptuoſe ipſum arguebãt,cũ talis nõ eſſet, ſicut ei imponebant,propter quod Iob eis reſpõdens typũ illius gerit qui pręſumptiones taliũ rõnabiliter reprimit:ſic ex eorũ dictis cõcludit. 2 *Ergo vos.* Pręſumptuoſi năq; maxime de ſua ſcientia ſe ſolos homines eſſe reputãt: ꝓpter quod alios beſtias vocant. 3 *Vobiſcum mori.* Sicut videtur pſumptuoſis. Vnde quidã talis noĩe Lucas:cum infirmaretur fecit hos verſus: Phyſica q̃d facies,Metaphyſica vidua fies. Si Lucas moritur,Logica deſtruitur. 6 *Quis enim* . Quaſi dicat nulli,aut pauci;& ſic non debetis ex hoc ſuper alios efferri.

4 *Et mihi eſt.* i.intellectus,Pſal.36.f. *Lex Dei eius in corde ipſius.*

5 *Nec inferior.* Vt enim reprimendo præſumptuoſos teneat modeſtiam,ſuperiorem ſe non dicit,ſed æqualem.

7 *Qui deridetur.* A quo deberet honorari propter quod grauius eſt ab eo derideri. 8 *Inuocauit Deum.* Qui eſt fidelis amicus,nec deficit in neceſſitatibus. 9 *Deridetur enim.*Greg. Nã ab huius mũdi ſapiẽtibus fatuitas credit̃ puritatis virtus.

10 *Lampas contempta apud cogitationes diui.&c.* Id eſt ſuperborum. Dicitur autem lampas,quoniam interius lucet;contempta,quia exterius non apparet;intus ardet flamma charitatis, foris nulla reſplendet gloria decoris.

11 *Parata ad tempus ſta.* ſ. extremi iudicij , tunc apparebit fulgor

... de ſua ... glo-

4 Et

A tempus eſt extremi iudicij prędeſtinatus dies,quo iuſtus qſq; qui nunc deſpicitur, quanta poteſtate fulgeat demonſtratur.
⁂ Olim. Hinc fatum quidam tuentur,quaſi Iob tēpus fuerit ſtatutū,quo hęc pateretur. Sed id ſcriptura minime dicit; noſtra enim fato nō ſubſunt,nec naturalia,nec volūtaria,nec tentantia prima naturæ infirmitati adſcribenda ſunt, media libero arbitrio, poſtrema Dei prudētiæ,qui ad tēps illa permittit.
a *Abundant tabernacula prædonum.* Oſtendit nihil eſſe præſentis vitæ diuitias quas abundare reprobis dicit, qui Deum audacter prouocant, qui plerunque eo magis B contra Deum ſuperbiunt,quo ab eius largitate, & contra meritum ditantur. Poſſunt prędones appellari,qui dum loquuntur quæ non faciunt in locutione, verba iuſtorum tollunt. Quomodo vt prædones violenter tulerunt quod ipſe dat, Sed aliud miſericorditer dat Deus, aliud habere ſinit iratus. Et quod prædones agunt peruerſe,hoc Deus ſinit iuſte, vt & illis culpa augeatur: & qui patitur pro priſtinis feriatur: & quod fieri prohibet, iuſte fieri ſinit. Sed & donis doctrinæ aliquos replet, qui inde ſuperbientes eum prouocant, qui & per ſe prædones peruerſe verba iuſtorum vſurpant:& tamen bona quæ habent,a Deo acceperunt.
⁂ Philip. Prædones Sabæi,Chaldæi:Vt reges Aſſyriorum non intelligentes omnia ſibi data a Deo in manibus, vel dæmones,quorum impij,vt Iudæi,ſunt tabernacula.
b *Nimirum interroga iumenta, &c.* Iumenta ſenſu pigriores. Volatilia cœli ſublimia ſapientes.
⁂ Orig. Rōnis expertia Dei prouidentiæ non obſiſtere docet,cū leones Danielem non attigerint, corui Eliā pauerint, Balena Ionā deuorauit:imò nec inanimata:nā ignis tres pueros in Babylone non contigit:quin Deus cū vult ea mutat:vt C in aſina,quæ Balaam alloquuta eſt,ſi autē illa omnia nihil faciunt,pter Dei preſcriptū,multo minus homo:neq; id ignorabit,cum omnia ſuo more diuinam teſtentur prouidētiam.
⁂ Philip. Iumenta ſunt hoīes inconditi;volatilia, dęmones: terra

†Infra 34.a
†palatum cibū guſtat ſibi.

a ¶Sed non ſunt hæc curanda, quibus & reprobi abundant. ¶Facile deſpicit diuitias, qui non habet, difficile viles æſtimat qui habet,quod tamen Iob facit dicens eas abundare reprobis.
b ¶Quia non grati,ſed peiores de bonis.

a Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouo- 1 2
b cant Deum, cum ipſe dederit omnia in † manus eorum. Ni- 3
¶Vel ipſe. a ¶Quaſi etſi hi non concorditer de poteſtate Dei ſentiunt,vel ipſæ creaturæ in ſe creatorem oſtendunt. 4
mirum interroga iumenta, & docebunt te, & volatilia cœli, 5
a ¶Deditis terreno actui.
& indicabunt tibi. Loquere terræ, & † reſpondebit tibi, & nar-
a ¶Inquiſitores mundi. b ¶Quid hæc inquiſita doceant ſubdit.
c rabunt piſces maris. Quis ignorat, quòd omnia hæc manus 6
a ¶Qui omnia condidit,qualiter debeant adminiſtrari diſponit. ¶Poteſtate. b ¶Vita quæ animalia ſenſificat. ¶Vel anima vita corporalis accipitur:ſpiritus hic ponitur non pro anima,ſed pro ſpirituali effectu.
d Domini fecerit? In cuius manu anima omnis viuentis, & ſpi- 7
a ¶Hominis qui ad ſpiritualem intellectum tendit.
e ritus vniuerſæ carnis hominis? † Nonne auris verba † diju- 8
f dicat, & † fauces comedentis ſaporem? In antiquis † eſt ſa- 9 10

D terra luxurioſi:piſces,philoſophi curioſi. Vel è contrario, Iumenta ſunt boni in quibus Dn̄s ſalutem operatur. Volucres, contemplatiui: Terra,caro ſanctorum: Piſces,baptizati,& confeſſores in medijs tentationum fluctibus conſtantes.
c *Piſces.* Curioſi intelliguntur. Et eſt ſenſus:Si hos requiras: creatorem omnium Deum fatentur. Poteſt, & iuxta literam intelligi.
d *In cuius manu ani.* Hoc loco anima omnis viuentis,ipſa corporis vita ſignatur.
⁂ Philipp. Sic Moſes, in dextera illius ignea lex, & omnes ſancti in manu illius ſunt:poteſt enim fieri vt aliquis ſāctus hinc ſubito exeat, minus E purgatus a minimis peccatis, quæ a Domino ibidem miſericordiſsime conceduntur, & præualentibus bonis operibus,& ſanctorum interceſſionibus.
*Spiritus vniuer. carnis.* Id eſt hominis effectus intelligentiæ ſpiritualis qui in Dei poteſtate ſunt. Poteſt, & per animam omnis viuentis iumentorum vita ſignari.
e *Nonne auris verba dijudi.* Ex iſtis corporalibus quam diuerſa idem ſpiritus operetur oſtendit, quatenus ille ſapientiæ, ille ſcientiæ, ille linguarum dona percipiat. Vel: *Auris verba dijudi. & fau.* Acſi aperte dicat: Doctrinæ verba quæ vobis vſque ad aurem perueniunt, mihi etiam per ſaporem intimum intelligentiæ faucem tangunt. Vnus ſenſus eſt cerebri,ſed in aure,& in ore,& in cæteris diuerſis inſtrumentis,quaſi diuerſis diuerſo modo diſcernit, ita vt in aure non videat, nec in oculo audiat:ſic vna eſt ſapientia,ſed alij plus,alij minus dat, alij ſcientiam,alij genera linguarum,&c. Vel quæ reprobi audiunt, ſicut vos,ego guſto: & quod vos ſcitis, mihi per intimum amorem medullitus ſapit.
f *In antiquis eſt ſapientia, & multo temp.* ⁂ Orig. Nobis diſciplina horū cognitio comparatur. Deo eſt ſciētia ſine principio.
⁂ Chryſ. Nolite exiſtimare vobis omnia iam eſſe inuēta,& F tempus ad ſcientiā mihi aſciui. Illa enim dicta in ſapientiæ radice ſolidata ſunt,quæ per viuendi vſum etiam actuum experimento cōualeſcūt. Ex cuius aūt dono pendeāt,demōſtrat.
*Apud*

Cap. 3
†manib.
Deute
†doceb.
† prob. ſentit.
† ſub. opinio ſtram, uera Deū ſap
Cap.4.
1.Cor.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Abundant taber. *Quia bona aliorum per fas, & nefas indifferenter rapiunt ſibi.* 2 Et audacter prouo. *Id eſt, ſine timore.*
3 Cum ipſe dederit,&c. *Quia poteſtas qua male faciunt ineſt eis a Deo, licet ea abutantur, tanquam Deo ingrati.*
Diuiſio. 4 Nimirum,&c. *Hic conſequenter oſtendit Iob ea de quorum notitia amici ſui ſe iactabant, etiam aliis hominibus eſſe nota: & primo hoc proponit, ſecundo declarat modum per quem homines deueniunt in cognitionem diuinorum, ibi;* Nonne auris. *Circa primum dicit.*
5 Interroga iumenta,&c. *Interrogare creaturas, eſt earū naturas conſiderare: & reſponſio earū eſt in hoc, ꝙ ex tali conſideratione homo aſſurgit ad cognitionem Dei, qui eſt prima cauſa omnium, ideo ſubditur.*
6 Quis ignorat quòd omn. *Quaſi diceret, nullus, aut pauci: quia omnes confitentur Deum eſſe primam cauſam omnium; in cuius manu eſt anima omnis viuentis, ſcilicet irrationabilis, cuiuſmodi ſunt animalia, piſces, & aues.* 7 Et ſpiritus vni. *Id eſt, anima rationalis.*
8 Nonne auris,&c. *Hic conſequenter oſtendit modum deueniendi in cognitionem Dei. Secundo oſtendit, ꝙ per talem modum cognoſcuntur proprietates diuinæ, ibi;* Apud ipſum. *Circa primum ſciendum, quòd omnis cognitio humana quæ modo naturali acquiritur, de qua hic agitur, a ſenſibus oritur; ſenſus autem auditus maxime valet ad notitiam, quæ acquiritur per doctrinam, & quantum ad hoc dicit;* Nonne auris verba, &c. *experientia vero maxime valet ad cognitionem quæ eſt per inuentionem, vt habetur 1. Metaphyſicæ, talis autem experientia deſignatur cum dicitur.* 9 Et fauces comeden. *Licet enim ſenſus viſus plus faciat ad accipiendum experientiam, quàm guſtus; tamen quia guſtus eſt quidam tactus, & homo in certitudine tactus excedit omnia animalia, non autem in aliis ſenſibus; ideo per guſtum certitudo experientiæ deſignatur, quæ etiam in aliis ſenſibus inuenitur, & ex duobus modis acquirendi ſcientiam prædictis ſubdit.*
10 In antiquis eſt ſapientia. *Quia per longitudinem temporis potuerunt plura audire, & experiri circa ſpeculabilia, & etiam circa agibilia, ideo ſubditur:* Et in multo tempo. pru. *Hic conſequenter oſtendit qualiter modis prædictis habetur notitia de diuinis, & primo proponit*

## MORALITER.

fulgor ſui meriti. Sapient. 3. b. *Fulgebunt iuſti, ſicut Sol, &c.* Sed econtra mali tunc extinguentur, qui nunc frequenter proſperantur, propter quod ſubditur.
1 *Abundant taber. præ.* Greg. Quia plerūq; mali eo magis cōtra Deū eleuant̃, quo ab eiꝰ largitate, & cōtra meritū ditant̃.
5 *Interroga iumenta.* Per iumenta quæ ſunt quędam hominis iuuamenta, intelliguntur actiui, per volatilia cœli contemplatiui, per terram quæ calcatur humiles, per piſces qui vocem non habent, in iniurijs illatis ſibi tacentes. Hos autem interrogare eſt virtutes eorum conſiderare, & eorum reſponſio eſt conſiderantium imitatio. Sed quoniam hoc ex dono Dei procedit, ideo ſubditur.
6 *Quis ignorat.* Et quoniam non ſolum proficit homo conſiderando, ſed etiam audiendo, ſubditur.
8 *Nonne auris ver. di.* Quod fit quando bona verba ſuſcipit, & mala repellit.
9 *Et fauces come. ſapo.* Quod fit cum ex cognitione veritatis ſequitur guſtus deuotionis: hoc autem contingit in illis qui ſunt inmemores Domini paſſionum, ideo ſequitur.
10 *In antiquis eſt ſapientia, & in multo temp.* De qua dicitur Sapient. 4. b. *Senectus enim venerabilis eſt, non diuturna, nec numero annorum computata. Cani enim ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata.* Et hæc ſenectus virtualiter continet multa tempora, vt ſubditur ibidem. Quod autem Deus iſta dare poſſit iuuenibus ætate, oſtenditur, cum dicitur.

6 *Quis*   1 *Apud*

a pientia, & in multo tẽpore prudentia Apud ipſum eſt ſapien †
a ¶In priori aduentu præcedit ſapientia, fortitudo in ſecundo aduentu.
b ¶Poteſt in conſilio notari mora occulti iudicij qua ſuſtinet peccatores ad pœnitentiam, quaſi, intelligit omnia, non neſcit, ſed conſilio agit.
b tia, & fortitudo, ipſe habet conſilium & intelligentiam. ſi 1
¶ Reprobando.
c deſtruxerit, nemo eſt qui ædificet: ſi incluſerit hominem, 2 3
a ¶Vt nec Iſaac primogenito ſuo Eſau.
d nullus eſt qui aperiat. Si continuerit aquas, omnia ſiccabun- 4 5
a ¶ Vt contraria prioribus agat. b ¶ Sed quia in multis datur longior vita, & non ſapientia, in cuius iudicio dona pendeant ſubdit, apud ipſum.
e f tur: & ſi emiſerit eas, ſubuertent terram. Apud ipſum eſt for 6 7 8
a ¶Sed quia & ante extremum occulte iudicat ſubdit. Ipſe nouit: ſciens iudicat quem neſcit, ideſt non approbat.
g h titudo & ſapientia. † Ipſe nouit & decipientem, & eum qui 9 10
i k decipitur. † Adducit conſiliarios in ſtultum finem, & iudi- 11 12
ces in ſtuporem. † Baltheum regum diſſoluit, & præcingit 13 14

A a *Apud ipſum eſt ſapientia, &c.* Apud Deũ.n. in principio Deus erat verbum. qui & Dei virtus, & Dei ſapientia: habet conſilium, quia diſponit ſua. intelligentiam, quia cognoſcit nr̃a.

b *Si deſtruxerit, nemo eſt qui &c.* Oĩpotens humanum genus deſtruit cum relinquit. Aedificat cũ replet, quod niſi fiat, incaſſum exterius a prædicatore monetur.

c *Si incluſerit hom.* Oĩs homo q per id quod male agit, quid ſibi aliud, quàm carcerẽ facit, vt hunc animi reatus premat, ẽt ſi exterius nemo accuſet. Includere autẽ Dei eſt clauſis non aperire, & cor reprobum per gratiam non emollire.

B d *Si continuerit aquas omnia ſic.* Quia ſi ſcientia prædicatorum ſubtrahitur, eorum: qui virideſcere in ſpe ęterna poterãt corda areſiũt. Vel quia aquæ nomine ſpiritusſancti gratia deſignatur. Si ſanctiſpiritus gratia ab audientis mente ſubtrahitur, areſcit protinus intellectus. Quod autem aquas pluraliter dicit, ad ſeptiformem gratiam retulit.

e *Si emiſe. eas ſubuer.* Si enim ſpiritusſancti gratia infunditur, ſtatim terra ſubuertitur, quia peccatricis mentis duritia ab immobilitatis ſuæ obſtinatione permutatur.

f *Apud ipſum eſt for.* In verbis prioribus quib. ait: *Apud ipſum eſt ſapientia & fortitudo.* apertè indicat, quia hoc quod manſuetus edocuit, qualiter credendum fuerit, in virtute iudicij terribilis oſtendit. In verbis verò ſequentibus quibus ipſe ait: *Apud ipſum eſt fortitudo & ſapientia.* luce clarius demõſtrat, quod prius in iudicio per virtutem reprobos deſtruet:

C & repulſis reprobis, electis in regno qualiter ſit ſapientia patris indicabit.

* Olym. Potentia & Conſiliũ Patris, filius eſt quemadmodum eſt pſalmo: In conſilio tuo deduxiſti me.

* Philip. paulò poſt. Apud Deum eſt ſapientia & fortitudo filius & Spiritusſanctus.

* Philip. Deſtruxit Chriſtus clauſtra inferni, & Idoli, & loco illorũ erit altare Dñi in terra Aegypti, & titulus eius iuxta altare, i. quod ſacrificium corporis Chri ſigno crucis celebrãdum eſſet in ſeculo, & incluſit damnatos in inferno.

D

* Olym. Quę propter noſtra errata moliatus is fuerit, ea ſunt prorſus euentura. Aquas aũt tpe Eliæ cõtinuit, emiſit ætate Noe.

* Philip. aquas continuit doctrinæ Iudæis, emiſit gẽtibus. Nouit autem decipientẽ Balaam, Achab, & ſimiles per præſcientiam.

E

g *Nouit decipientem, & eũ qui deci.* Nouit decipientem, quia plerunq; anteriora eius mala conſpicit, & hunc iuſto iudicio cadere etiã in alia peccata dimittit. *Nouit eum qui deci.* Quoniam enim ſæpe committunt homines mala quæ ſciunt, permittuntur decipi, vt cadant in mala quæ neſciunt, quod aliquando ad purgationem, aliquando ad vltionis initium fieri ſolet.

h *Adducit conſiliarios in ſtultũ fi.* Conſiliarios dicit prædicatores, qui auditoribus vitę conſilium præbent. Qui cum propter temporalia prædicant, in ſtultum finem deducuntur, quia illuc per laborem tendunt, vnde per mentis rectitudinem fugere deberent.

i *Et iudices.* Qui examinandis aliorum moribus præſunt, rectè iudices vocantur, ſed cum eos nequaquam ſolicitè diſcutiũt, nec qualiter corrigant agnoſcunt, in ſtuporem deducti ſunt.

F

K *Baltheum re. diſ.* In his.n. qui bene regere membra ſua videbantur,

Margin: Cap.6. — † Vinculum Cap.8.

## NICOLAVS DE LYRA.

ponit propoſitum, & ſecundo declarat ibi: Si ſtruxerit. *Circa primũ proponit quatuor de Deo. Circa quod ſciendum eſt, quod in cognitione noſtra primũ eſt notitia principiorum, quæ ſunt naturaliter nota, tã in ſpeculabilibus quã in agibilibus: & hoc deſignatur hic per intelligentiam, vnde & habitus principiorum vocatur intellectus. Secundum eſt notitia concluſionum quæ ex principijs deducuntur: & hoc deſignatur per conſilium largo modo acceptum, prout importat quandam inueſtigationem & diſcurſum a principijs ad concluſiones in ſpeculabilibus & agibilibus: quamuis proprie loquendo conſiliũ tantum ſit in agibilibus. Tertium eſt certũ iudicium de concluſionibus inuentis, & hoc vocatur hic ſapientia. Quartũ autem ſequitur ad iſta, ſcilicet potentia exequens, & hæc vocatur hic fortitudo. Quicquid autẽ pfectionis eſt in creaturis, excellentius eſt in Deo: & ideo iſta quatuor dicuntur hic in Deo eſſe quantũ ad id quod habent perfectionis, remota omni imperfectione: licet enim Deus cognoſcat principia & concluſiones quod eſt perfectionis, non tamen acquirit notitiam concluſionũ per notitiam principiorum: quia talis acquiſitio per diſcurſum, imperfectionem includit. Sciendum etiam quod licet iſta quatuor realiter diſtinguantur in nobis, in Deo tamen diſtinguuntur ſola ratione: quia perfectiones quæ ſunt in creaturis diuiſim & diſtincte, in Deo ſunt vnitæ.*

1 Si ſtruxe. *Hic conſequenter oſtendit, quod quatuor prædicta apparent in Deo ex effectibus ſuis hominibus notis, & primo hoc oſtẽdit de tribus ſcilicet de fortitudine, ſapientia, & conſilio. ſecundo de intelligentia, ibi:* Qui immutat. *Primũ autem oſtendit dupliciter: primo in quodam generali. ſecundo applicando ad ſtatus hominum in ſpeciali ibi:* Baltheum regum. *Circa primum dicit:* Si ſtruxerit. *regna vel ciuitates vel huiuſmodi.* (Diuiſio.)

Nemo

2 Nemo eſt qui ædifi. *contra eius voluntatem.*

3 Si inclu. homi. *materiali carcere vel infirmitate.*

4 Nullus eſt qui ape. *ipſum liberãdo: & ſic patet qđ in eo eſt fortitudo maxima, quia nullus poteſt ei reſiſtere: hoc etiam concludit ex effectibus magis generalibus dicens:*

5 Si continuerit aquas. *ita quod non deſcendat de cælo pluuia, ſicut fecit ad preces Eliæ 2. Regum xvii.c.*

6 Omnia ſicca. *in ſuperficie terræ.*

7 Si emiſerit eas. *in nimia abundantia, ſicut fecit tempore Noe.*

8 Subuertent terram. *ideſt, habitantes in terra, quia tunc ſolũ remanſerunt octo perſonæ, & quia iſta oſtendunt infinitatem diuinæ potentiæ, concludit:* Apud ipſum eſt for. *Cõſequenter idem oſtendit de ſapientia dicens:* Et ſapien. *quod declarat dicens:*

9 Ipſe nouit & decipientem, &c. *perfecte.n. ſapientis eſt deprehendere aſtutias decipientium & ſimplicitates ab eis deceptorum. Conſequenter idem oſtendit de conſilio, dicens:* (Sapientis officium.)

10 Adducit conſiliarios in ſtultum finem. *quando ſubtrahendo gratias ſuas obnubilat eorũ intellectus, qui cõſueuerũt dare certa conſilia & cõgrua ad finem intentum, & tũc dant incõgrua: & ſic perueniunt ad finem oppoſitum: ſicut dicitur Eſaiæ. 19. b. Sapientes conſiliarii Pharaonis dederunt conſilium.*

11 Et iudices in ſtu. *Hic accipiuntur iudices qui ſolẽt bene iudicare de agibilibus: & ideo quando contrarium iudicii ſui accidit, ſtupent & admirantur.* (Applicatio.)

12 Bal. re. *Hic oſtendit prædicta applicãdo in ſpeciali ad ſtatus hominum, qui videntur potiores, dicens:* Baltheum re. *ideſt, virtutem eorum militarem ſcilicet exercitum.*

13 Diſ. *quando contra ſpem humanam debellantur.*

14 Et præcingit. *quãdo ſic deuicti ligati in captiuitatem ducũtur.*

Ducit

## MORALITER.

† *Apud ipſum, &c. Si ſtruxerit.* ſcilicet ſapientiam alicuius ſicut fecit Nabuchodonoſor propter ſuã ſuperbiã. Danie. 4.

3 *Si inclu. ho.* auferendo ſibi loquelam, ſicut fecit Zachariæ propter ſuam incredulitatem Lu. 1. e.

5 *Si continu. aquas.* ſuæ gratiæ.

6 *Omnia ſicca.* nam omnia opera bona mortificabuntur.

7 *Si emi. eas.* abũdãter, ſicut fecit apoſtolis in die pẽtecoſtes.

8 *Subuer. ter.* i. homines terrenos, conuertendo eos ad fidẽ, ſicut factum eſt per apoſtolorum prædicationem.

9 *Ipſe no. deci.* ad ipſum puniendum.

9 *Et eum qui decipi.* ad damnum eius releuandum.

10 *Addu. conſi.* ſcilicet malos.

10 *In ſtu.* exemplũ de Achitophel, q ſe ſuſpendit. 2. Re. 17. f. (Lib. 11. ca.)

11 *Et iudi.* exemplũ Dani. 13. de iudicibus pueris, quos Daniel conuicit. 12 *Balt.* cũ eos ĩ luxuriã cadere pmittit, ſicut de Salomone dicit 3. Reg. 11. Cumque eſſet ſenex deprauatum eſt cor eius per mulieres. 14 *Et præcingit.* peccatis.

bātur, propter elationis culpā caſtitatis cingulum deſtruit.
A Et quiam renibus delectatio eſt carnis, fune peccati ac dele ctationis præcingit renes eorum.
* Polych. hæc fortè non de ijs dicit qui capiuntur in bello, ſed de ijs qui ingenij ſolertiam vendicant, qui ad cōſilij ſummā inopiā rediguntᷣ,
Eſa.19. ſic.n.Symmach⁹, Ad ducēs conſiliarios ad conſilij inopiam.
† Principes, vel ſacerdotes, ſpoliatos. vel, ſicut prædam,& fortes ſubuertit.
* Phil. Vt Magos Aegypti, Principes Taneos, Nabuchodonoſor ſeptennio, Balthaſar, Iudęos.
* Poly.Symmachus. Cingēs eos funiculo ſupra lūbos pro illo, in ſeruitutē redigēs.
* Phyl. in baltheo, gloria, in fune ignominia regnantis regno depoſiti. Manaſse Sedechiæ & ſimilium.
† & fortitudinem fortium debilitat.
B
Cap.9. a *Ducit ſacerdotes inglorios.* Quia añ iudicem non inuenient gloriam, quam modo in ſubditorum moribus ſtudio prædicationis non requirunt.
† vel remouet

a Peccato cuius delectatio membris dominatur, vt quos intus ſuperbia inquinat, quam ſint deteſtabiles in publico oſtendat. b Quarum gloria eſt rectitudo ſubditorum.
¶ Apud Deum cui fructus non afferunt.

a b fune renes eorum. † Ducit ſacerdotes † inglorios, & optima- 1

a Cum pro æterno de principatu temporali gratulantur, & in voluptates cadunt. 2
b Quia non, agenti ſermo ſubtrahitur ne loqui audeat quod non operatur, & iuſto iudicio fit, vt non habeat linguam qui recuſat bonam vitam.
c Quia priorum ſuorum præcepta non ſequuntur.
¶Elias reducet corda filiorum ad patres eorum, quando faciet intelligere de Chriſto quod patres prædixerunt.

c tes ſupplantat. † Commutans labium veracium, & † doctri- 3

a Ne quis de bono glorietur, vel de malis deſperet. 4

d e nam ſenum auferens, effundit deſpectionem ſuper princi- 5

a Super eos qui vitiis dominantur, ſi inde ſuperbiunt. b Vitijs: c Per pœnitentiam.
¶ Ne qu s de bono glorietur vel de malis deſperet.
d Et dum illi cadunt, hi releuantur aperta ſententia, de occulto conſilio Dei producitur vt oſtendat de vnoquoque quid ſentiat. 6

f pes, † & eos qui oppreſſi fuerant † releuat. Qui reuelat pro- 7

a Vmbra mortis eſt praua operatio quæ de diabolo quaſi corpore exit quæ latet operantes, ſed Deus producit in lucem dum ſci e eam facit vt poſſit deſtrui 8

g funda de tenebris, & producit in lucem † vmbram mortis. 9

a Ad literam, quia quotidie naſcuntur, & moriuntur, ſed in reſurrectione reſtituit. 10

h Qui multiplicat gentes & perdit eas, † & ſubuerſas in inte- 11 12
i grum reſtituit. Qui † immutat, cor principum populi ter- 13

ea credendo ſecuti ſunt, quæ pr̄es ſuos p̄dixiſſe meminerūt. D
c *Effundit deſpectionem ſuper principes.* Iudęi in legis mādatis permanentes principati per fidem videbantur. Gentiles in profundo preſſi per infidelitatem latuerunt, ſed cū incarnationis dominicæ myſterium negauit Iudæa, Gentilitas credidit. Sic,
f *Reuelat profunda de tenebris.* Cum myſtici allegoriarum ſenſus in verbis occultis p̄phetarū agnoſcunt.
† inglor[ios]
* Olym. Huic ſimili: Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles: Vt Dauidē.
† Remou[et]
† conſiliu[m]
g *Et producit in lucem vmbram mortis.* Vmbram mortis dicit duritiā legis, quæ mortē carnis inferebat, quę vmbra mortis animę eſt. In lucē aūt vmbra mortis producitur, cum intellecta morte ſpiritus, quam timere Chriſtus pręcepit, remota punitione carnali, mors carnis minime timetur.
Cap.10.
† releuat
† quidam[...] ſcondita [in]terpretat[a] ſunt.
E
† dilatat [gen]tes & [...] eas.

* Orig. noīe abuſus, ſacerdotes dixit, pro ijs, quibus honores maxime ab hoībus hn̄tur. Fuerunt aūt & pij ſacerdotes, vt Melchiſedech ſummus Dei ſacerdos, & idem ſemper Deo ſacrificium faciebat & offerebat pro numero liberorū.
* Olym.& ſepenumero hos captiuos adducit, vt commodi multitudinis cōſulatᷣ, vt qui cum Daniele & Ieſu Ioſedechi ad reliqui populi vtilitatem fuerunt in ſeruitutem abrepti.
i. Reg.19. * Phil. ſupplantat optimates, dū Dauidem ſubſtituit Sauli.
b *Et optimates ſupplantat.* q̄a cum mentē regētiū iuſto iudicio deſerit, cęleſtia negligunt, & in ſuis hic voluptatib. cadunt.
c *Comutans labium veracium.* quia ſæpe hi qui cęleſtia predicādo veraces erant, dum tp̄alia diligunt, ad terrena diligenda corruunt, labium veracium commutatur. Vel de Iudæis poteſt intelligi, qui ante veraces Chriſtum venturum nuntiauerunt, ſed præſentem hunc negauerunt.
* Olym. Symmachus, qui ſubuertit labia inerrantium, i. eorum qui in deliberando ab errore abeſſe videntur, quam longiſſime, vt Balaam.
C * Philip. Cōmutat labiū veracium p̄phetarū, qn̄ veritas figuræ ſuccedit, labiū autem dixit propter conſonantiam prophetiarum. Doctrina ſenum ſunt traditiones Iudęorum.
d *Et doctrinam.* Doctrina ſenū ablata eſt, quia Iudęi nequaq̄ ea

* Olym. p̄phetice vr̄ hic nūciare Dn̄i aduentū, qui dixit ijs qui erāt in vinculis, Egredimini, & q̄ in tenebris, Reuelamini, & apparuit ijs q̄ in tenebris, & in vmbra mortis ſedebāt.
* Orig. Suſanna orabat: Deus ęterne, qui es ſecretorum cognitor, qui omnia ſcis antequam fiant.
Cap.11. h *Qui multipli. gentes.* Quia gentes & per fęcunditatē ſobolis extendit, & tamē in propria infidelitate derelinquit, & quas in infidelitatis caſu reliquerat, quandoque ad fidem reduxit, quibus ita reſtitutis fit quod ſequitur.
* Orig. ſubijcit gn̄alem prouidentiam poſt ſingularē, eos q̄ peccauerunt in ſtultitia ſua perijſſe, cuiuſmodi fuerunt Sodomitę, Chananæi, Aegyptij, & pręter hos Iſraelitę.
* Olym. nam incredulorū cadauera in deſerto fuerūt proſtrata, alijs dux itineris fuit.
* Poly. Mos eſt ſcripturę eū errorē q̄ libera a nobis volūtate ſuſcipitᷣ, Deo, ob ſūmā eius patiētiā, indulgētiāq; adſcribere.
* Olym. Theodotio, μεθιών, transferens, Symmachus παρατρέπων, inuertēs. Aquila ἀφιστῶν inhibens, vt eſt in Pſalmis: *Diſſipat cogitationes populorū, & reprobat conſilia principum.* Id quod Sedechię contigit, his autem verbis, errare faciet, euentum tantummodo declarat. F
i *Qui immutat cor princi.* Cor principum terrę immutatum eſt

NICOLAVS DE LYRA.

1 Du. ſacerdotes inglorios. *quando ſimul ducuntur in captiuitatem cum regibus, ſicut ſacerdos ſummus fuit ductus in captiuitatē cum Sedechia rege. Et bene dicit inglorios, quia ſacerdotes ſolent in populo præ cæteris honorari: & ſic p oppoſitū oſtēdit calamitatē eorū: & ſic patet quod in deo eſt fortitudo. Et idē oſtendit de cōſilio, dicens:*
2 Et optimates ſup. *dicūtur autē optimates optimi cōſiliarii, quos ſupplantat inuoluēdo eos in aſtutiis ſuis: & ſic dant inutile cōſiliū vel nociuum loco boni. conſequenter hoc idem oſtendit de ſapientia, dicens:*
3 Commutans labium veracium. *i. eorū qui ſolent vera loqui, ſicut philoſophi, quibus aliquando propter eorum elationem ſubtrahitur lumen cognitionis veræ: & ſic falſa loquuntur ſecundū quod dicitur ad Roma. 1. capit. Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, &c.*
4 Et doctrinam ſenum auferēs, &c. *eos infatuando prædicto modo, non quod aliquando falſum a Deo immittatur intellectibus eorum: ſed quia ex demeritis eorum ſubtrahit illuſtrationem ſuam: & ſic cadunt a veritate per proprium defectum.*
5 Effundit deſpectionem ſuper principes. *Quando aufert eos a ſtatu honoris, & ſubiicit eos illis qui prius fuerant eis ſubiecti.*
6 Et eos qui oppreſſi fuerant. *Per violentiam principum.* Re-
7 Releuat. *a ſubiectione eorum.*
8 Qui reue. *auferēdo incarceratos de imis carceribus & tenebroſis.*
9 Et producit in lucem vmbram mortis. *i. habitantes quaſi in vmbra mortis. ſicut ſunt incarcerati qui timent quotidie interfici, cum & iſti producuntur in lucem, quādo ex inſperato liberantur, ſicut fuit de Ioachin rege Iudę, quem Euilmerodach extraxit de carcere, ponens eum inter primos regni ſui.*
10 Qui multiplicat gen. *ſicut fuit ante diluuiū, vt habetur Gen. 6.*
11 Et perdit, &c. *ſicut fuit in diluuio.*
12 Et ſubuerſas, &c. *ſicut fuit poſt diluuium per Noe & poſteritatem eius. Omnia iſta induxit Iob. quia declarant magnitudinem diuinæ potentiæ, & profunditatem ſapientiæ, & certitudinem ſui conſilii, quia nunquam deficit a fine intento.*
13 Qui immutat. *Hic oſtendit quod in Deo eſt intelligentia: quod maxime patet per hoc quod ad voluntatē ſuam immutat intellectum & voluntatē hominum, etiam maximorum, ſecundum quod dicitur Prouer. 20. a.* Cor regis in manu dn̄i, quocunque voluerit inclinabit illud: *& ſic patet quod in cordibus hominū intime opatur: & hoc eſt qđ dicit:* Qui immutat cor principū populi terræ, *& per conſequens ſubditorum qui ſolent ſequi voluntatem principum.* Et

MORALITER.

1 *Renes eorū.* Prouer. v. d. Iniquitates ſuæ capiunt impiū, & funibus peccatorū ſuorū cōſtringitᷣ. 1 *Ducit ſacerdo.* cum pp malā vitā ſuā gloria priuantᷣ, & iuſti ſimplices ad eā eleuātᷣ.
4 *Commu. labium veracium.* i. permittens commutari quando timore damni vel amore lucri veritas omittitur prędicari.
5 *Effūdit deſpe. ſu.* id eſt, dæmones Eph. vj. b. *Non eſt nobis colluctat o aduerſus carnē & ſanguinē, ſed aduerſus principes & p̄tātes, aduerſus mundi rectores tenebrarū, &c.* ſup iſtos principes effūdit deſpectionem quando reprimit eorum poteſtatem.
6 *Et eos qui oppreſſi.* Quādo peccatores a diaboli iugo liberat. Et quoniā hoc p̄cedit ex dei iudicijs nobis occultis: ſubditᷣ.
8 *Qui reuelat profunda.* Quando diaboli machinationes occultas aperit, vt remedium adhiberi poſſit.
10 *Qui multiplicat gentes.* Exemplum de Niniuitis qui multi erant, & ſubuertendos eos dixit propter culpam, & non fecit propter penitentiam.
13 *Qui immutat cor principū populi,* ſcilicet Iudaici, cuius ſacerdotes

A est cum ſummi ſacerdotes & ſeniores populi illi conabātur obſiſtere quem prius prędicabant, & decepti ſua malitia incedere per inuium fruſtra conabantur, q̃a crudelitati eorū, quęrentiū nomē ſuū extinguere patere via nō poterat cōtra auctorem omnium. a *Palpabunt quaſi in tenebris*. Quaſi enim in tenebris palpat, qui quod tāgit nō videt, ſic & hi inter tot miracula requirebant: q; ſignum facis vt credamus tibi? Errabant aūt quaſi ebrij. Omnis qui errat, nūc huc nūc illuc ducitur: ita hi aliqñ dicebant: *Niſi eſſet hic a Deo, non poſſet facere quicquā*. Aliquando: *Nonne hic eſt filius fabri?* D Ioan 9.f. Matt. 19.g.

† errare faciet eos in ſolitudine, & in inuio & tenebras & non lucem

a ¶Dum talem ſe eis exhibet, qui poſſit & diuina operari, & humana pati.
a ræ, † & decipit eos, vt fruſtra incedant per inuium. Palpabunt 1
† quaſi in tenebris, & non in luce, & errare faciet eos quaſi 2
ebrios. 3

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et decipit eos, &c. *Non ſic intelligendo, q̇ deceptio directe ſit à Deo, ſed quia ſuo iuſto iudicio ſubtrahit lumen ſuum directiuum, & ſic homo cadit in deceptionem per proprium defectum.*

2 Vt fruſtra incedant per inuium. *Quia non perueniunt ad finē intentum. Errat autem homo dupliciter. Vno modo per ignorantiam, & quantum ad hoc dicit:* Palpabunt quaſi in tenebris. *Alio modo per paſſionem, & quantum ad hoc dicit.*

3 Et errare faciet eos quaſi ebrios. *Paſſionati enim ſunt ſicut ebrii, qui aliter iudicant de agendis in ebrietate quādo ſunt extra paſſionati, aliter iudicant quando ſunt extra paſſionem quam paſſione detenti, ſicut iratus inquantum talis iudicat ſtatim vindicandum, ſedata autem ira iudicat tempus & locum expectandum.*

## MORALITER.

† dotes inuidia & odio moti contra Chriſtum, eum interfecerunt quem deſiderauerant venturum.

1 *Et decipit.* i. decipi permittit, & ſic erunt permulta falſa.

## CAP. XIII.

B a ECce omnia. Hæc enim cuncta beato Iob præſentia per prophetiæ ſpiritum facta ſunt: In eo enim ſecutura videbat adſiſtentia, cui nec futura veniunt, nec præterita diſcedunt. Sed quia ea ipſa quæ ventura erant alia vidit eſſe in operibus, alia in dictis, ſequitur: Cap. 12.

b *Hæc vidit oculus meus, & audiuit auris mea.* Sed quia dicta vtilitatē non habēt, ſi intellectu carent, ſequitur:

c *Et intellexi ſingula.* Cum enim aliquid oſtenditur vel auditur ſi intellectus non tribuitur prophetia minime eſt de quo intellectu quia non extollitur, oſtendit cum ait:

## CAP. XIII.

a ¶Iam ſunt. b ¶Quaſi præſentia.
a ECce oīa hæc vidit oculus meus & audi- 1
¶Vt propheta
b c uit auris mea, & intellexi ſingula. Secū- 2 3
d dum ſcientiam veſtrā, & ego noui, nec 4
¶In vita. ¶Vel veſtri.
e inferior vobis ſū Sed tñ † ad oīpotentē
¶In oratione. De proprijs. a ¶In iudicio.
f loquar, & diſputare cū Deo cupio: † pri⁹ 5 6
a ¶ Veritas non ex fabrica, ſed ex natura ſurgit.
vos oñdēs fabricatores mēdacij, & cultores peruerſorum dog- 7 8
g matum. Atque vtinam taceretis, vt putaremini eſſe ſapien- 9 10

† quidam ſic vertūt de omnipotente loquar & volūtati mihi eſt inquirere de Deo.
† ſed verè vos eſtis cōpoſitores mēdaciorum, & medici vani eſtis vos omnes.

d *Secun. ſcien. ve.* His verbis innotuit quātæ humilitatis fuit, qui ſe eis inferiorem negat, quorum longe vitam ſanctè viuendo tranſcenderat, & ſecūdum eorum ſcientiam ſe noſſe confirmat, qui ſciendo cœleſtia eorum terrenas cogitationes per prophetiæ ſpiritum tranſibat.

* Orig. Olym. Licet ætate minor vobis videar, in ſapientia tamen non ſum inferior. Cumq; ſitis mali medici, nec accōmodata ad conſolationem verba attuleritis, volo meā cauſam cognoſci a Deo iuſto iudice, & animorum medico, & coram illo vos mendacij arguam.

C * Philip. Ita oportuit eis rñderi, qui de ſapiētia ſibi blandiebant ita, vt Iob quaſi imprudentē & peccantē condēnarēt.

* Orig. Cat. Græc. Vos eſtis medici iniuſti, & curatores malorum omnes. Symmachus? Adhæreſcitis mendacio, & mihi fraudulenti medici. E

* Poly. Medicos imperitos imitamini, qui cū ſanātia negligunt medicamina, ſtultè vulnera ægrotorum quaſi morſu diſcerpunt.

* Didym. Medicus iniuſtus eſt, aut ex malitia, aut ex imperitia, vt amici Iob, q̃ dicuntur curatores malorum, qui profitentur ſe aduerſos caſus poſſe ſanare.

e *Sed tamen ad om. lo. &c.* Cū omnipotente loquimur, dū eius miſericordiā deprecamur. Cū eo diſputamus, dū nos illius iuſtitiæ cōiungentes facta noſtra ſubtili indagatione diſcutimus, Vel cum Deo diſputat qui hic ei obediens, poſt cum eo populos iudicabit, qui etiam interim de iniquis iudicare non ceſſat.

* Philip. ſic Dominus: diſcite benefacere, quęrite iudicium & venite, diſputemus. fabricatores eſtis mēdacij, quia docetis neminem hæc pati poſſe, niſi peccatorem.

f *Prius vos oſtē.* Sic eccleſia de hæreticis: *Prius vos oſtē. faciet, &c.* Sicut. n. ędificiū lapidibus, ita mendaciū ſermonib. fabricat. Eſa. 1.

g *Atque vtinā taceretis.* Videns eos velle apparere quod non erant, admonuit ad tacēdū, ne poſſint apparere qđ erāt. *Stultus enim ſi tacuerit, ſapiens reputabitur*, ſi cum alijs ſignis non prodatur. Quia ſtultus obloquendo, verba ſapientis penſare non Prou. 17. d. F

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XIII.

1 ECce omnia hæc. Poſtquam Iob arguit amicorū ſuorum inſtantiam, hic excludit eorum falſam ſententiā, & primò eam proponit. ſecundò puniendam prædicit, ibi: *Audite ergo.* tertiò eam oſtendit ibi: *Tacete paulifper.* Circa primum continuat dicta ſua præcedentibus, ad hoc arguens amicorum præſumptionem dicens:

2 *Ecce omnia hæc.* Quia prædicta ſunt de fortitudine diuina, ſapientia eius, conſilio & intelligentia.

3 *Vidit oculus meus.* per effectus prædictos.

4 *Et audi. auris mea.* a doctoribus, ideo ſubditur:

5 *Secundum ſcien. ve. &c.* Et ideo in hoc non poteſtis vos pręferre mihi, & me deſpicere.

6 *Sed tamen ad omnipo. loquar.* per deuotam orationem, quia tempore orationis homo cum Deo loquitur: Et

7 *Et diſpu. cum Deo.* Non temerariè eius facta arguendo, ſed humiliter veritatē inquirendo. q. d. ipſe diſputādo ɔ̄ me nō vtetur verbis pungitiuis & mendacibus, ſicut & vos, vnde ſubditur: 8 *Prius vos.* Vt aūt patebit infra antequam inciperet diſputare cum Deo, oſtēdit eos fabricatores mēdacij, ſed diſputando cum Deo, oſtendit eos cultores peruerſorum dogmatum ſimul tēpore, ſed prius voce & intentione. intendebat enim declarare eorum falſam ſniam per illam diſputationem. & ſic factum eſt finaliter, vt hr̄, infra vlt. cap. qñ dominus determinando q̃ōnem dixit ipſi Eliphaz: Iratus eſt furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniā non eſtis locuti corā me rectū, ſicut ſeruus meus Iob. iō ſubdit:

9 *Atque vti. &c.* ab iniurijs & falſis ſententijs.

10 *Vt putare. eſſe ſa.* ſecundum illud Prouerb. 17. d. Stultus ſi tacuerit, ſapiens reputabitur. Audite

## MORALITER.

1 *Ecce omnia hæc.* Præſumptuoſus in ſcientia reprimit, quando ſpretus ab eo æqualiter ſcire declaratur, propter qđ Iob reprimens Sophar arrogantiam in verbis iſtis oſtendit ſuā ſcientiam non eſſe minorem, ſed quia quantumcunq; ſciēs deſiderare debet plus ſcire, ſequitur: Sed

6 *Sed tamen.* In oratione, vt velit meā ſcientiā augmentare, ideo ſubditur: 7 *Et diſputare.* Per diſputationem veritas inquiritur, & ideo cum Deo diſputare eſt ab eo veritatem inquirere. 8 *Prius vos.* Vnum enim opus ſapientis eſt mentientem manifeſtare poſſe. 9 *Atq; vti. &c.* Prouer. 17. d. Stultus, ſi tacuerit, prudens reputabitur.

A non ſufficit, adhuc poſt ſilentium ſubdit: *Audite*. Quia hæretici ea q̄ praue de Deo intelligunt, ex veritate tueri non pñt, falſitates requirunt, quibus infirmas mentes ſeducant.
* Greg. Tacete, vt cōprobē, nec me iure a vobis cōdēnatū.
* Chryſ. Sapientior quis hēbitur, & erit, qui tacuerit, quam ſi dixerit rationi aduerſaria.

m *Et ignis deuorabit tabernacula eorum, &c.* Corpora, in quibus animæ eorum habitant tabernacula dicit, quę hic deſideriū laudis, poſtmodum autem concremabit ignis gehennæ.
n *Tabernacula.* Cogitatio eſt tabernaculum, in qua mens habitat, quam æſtus auaritiæ vaſtat. Vel cor tabernaculū dicit, qđ conſumit ardor laudis. Vel corpus eſt tabernaculum animæ: & qui hic ardent mente, ardebunt carne ignib. gehēnę.
o *Concepit dolorem.* Cum peruerſa cogitat, iniquitatem parturit, cū explere cęperit, concepit. Mens etiam hypocritę nunquam vacat a malo, quia quæ appetit alijs inuidet, ex quorū deſpectu clarior ſit, vnde & dolos parat vt ſolus ęſtimationem capiat.
p *Vterus eius præparat dolos.* i. mens in qua cogitationes generantur maiorem malitiam contra proximos cōcipit, quanto ſolus præ omnib. videri innocentior quærit, hoc dicit, quia percuſſum Iob pro hypocriſi putant.
✻ Nicetas. Vterum, pro anima poſuit, docetque impiū incidere in foueam, quam facit, aut iniuſte diuitias comparando dolorē quaſi parturientis ſibi acquirere, quaſi Iobus ſententia Eliphazi ſit ei ſimilis.

a Vt arbor quæ non habet in terra radicem etiam leui flatu cadit, ſic qui contra Deum roboratur ſine radice ſtat, & cito ſententia Dei eruitur.
a b nec perſeuerabit ſubſtantia eius, nec mittet in terram radicē 1
a Cuius exemplo qui ſibi adhærent, deſiderijs vtuntur.
c d ſuam. Nō recedet de tenebris. Ramos eius arefaciet flamma, 2 3
a Superbus quo hic plus valet, eo amplius lingua eius effrenatur contra homines & contra Deum.
e f & auferetur † ſpiritu oris ſui ab eo. † Non credet fruſtra erro- 4
¶ Et iuſte. ¶ Eleemoſyna poſt culpam pretium quo redimatur, ſed non valet ei qui in malo permanet. 5
g re deceptus, quod aliquo pretio redimendus ſit. Antequam 6
¶ Quia & nequitia eius vitam intercidit. a ¶ Etſi bona agit, quia tamen non recta intentione.
h i dies eius impleantur, peribit, & manus eius areſcet. † Lædetur 7
¶ Opus ſcilicet. 8
K quaſi vinea in primo flore botrus eius, & quaſi oliua proij- 9
a Florem quem produxit oliua proijcit, quia rudimenta boni operis ad perfectum non producit.
b Lædetur quia. ¶ His enim hoc contingit qui Deum puro corde non ſequuntur.
c Si bona intentio non ſit, & bonum opus quod videtur perit.
l ciens florem ſuum Congregatio enim hypocritæ † ſterilis, & 10
m a Quia æſtu auaritiæ maiora bona oſtendunt. b Laudis. ¶ Terrena quia maiora ab omnibus dona petunt ignis deuorabit tabernacula eorum. 11
n ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter acci- 12
¶ In videndo. ¶ Derogando.
o piunt. Cōcepit dolorem, & peperit † iniquitatem, & vterus eius 13 14
p præparat dolos. 15

† Non credet recto [...] bo [...] dacij [...] Alij [...] erro[...] pte quod [...] a nis [...] am titudo eius.
† Inhebit ſolitaria
† mendacium.
E

F ☞ CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Nec mittet in terra radicem. *ideſt, non habebit ſtabilem & ſecuram manſionem.*
2 Non re. de te. *ideſt, non releuabitur a ſuis miſerijs propter maliā ſuæ obſtinationis: & alia pœna eſt quando priuatur prole ſua quod ipſi Iob contigerat. & quantum ad hoc dicitur:*
3 Ramos eius. *ideſt, filios, & filias.*
4 Are. fa. flam. *ideſt, interficiat diuina iuſtitia: per hoc inſinuans, quod pueri Iob iuſte pro peccatis ſuis fuerant occiſi.*
5 Non crede. *Redimendus ſit ideſt liberandus a miſeria aliquo auxilio, quia eſt indignus.*
6 Antequam dies eius impleantur. *quia mors eius accelerabitur ante curſum naturæ.*
7 Et manus areſcet. *ideſt, omnia eius opera deficient.*
8 Lædetur quaſi vinea &c. *ideſt de eo non expectabitur aliquis bonus fructus. ideo ſubditur:*
9 Et quaſi oliua &c. *& ſic amittit fructum ſuum futurum.*
10 Congregatio enim hypocritæ. *ideſt ipſius Iob quem dicebat hypocritam prætendendo falſo exterius ſanctitatem.*
11 Sterilis. *quia omnia bona quæ congregauerat Iob, fuerunt ei ſubtracta.*
12 Et ignis deuorabit tabernacula eorū &c. *In hoc notat Iob, quod dum eſſet in poteſtate, fuerat acceptor munerum ad peruertē dum iudicium: & ex hoc fuiſſe punitum pœna ignis, oues ſuas & pueros cōſumentis, vt habetur ſupra 1. c. Ignis Dei cecidit e cælo, & tactas oues, puerosque conſumpſit. & ideo dicitur hic. Et ignis deuorabi taber. eorum, quia cuſtodes ouium ſolent in tabernaculis habitare.*
13 Concepit dolorem. *ideſt precogitauit malum alii facere.*
14 Et peperit iniquitatem. *deducens ad effectum cogitationem ſuam iniquam, dum eſſet in poteſtate.*
15 Et vterus eius præparat dolos. *ideſt poſt deiectionem ſuam nō mutauit mentem, quia ſi poſſet, haberet adhuc nocendi volūtatem.*

Et CAP.

## MORALITER.

1 *Nec mittet in terram radicem.* ſcilicet viuentium, in qua non habebit partem.
3 *Ramos eius areſa. flam.* ſcilicet gehennæ puniens eius opera.
5 *Non credet.* quia in inferno nulla eſt redemptio.
6 *Antequam dies eius impleantur.* per mortis accelerationem.
12 *Et ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt &c.* ad iuſtitię ſubuerſionē Iſta dicitur ab hereticis, falſo contra bonos principes Chriſtianos, ſed a catholicis veraciter dici poſſunt cōtra malos, qui tyrannizant ſup bonos.

Ante-

## ADDITIO.

In cap. 15. vbi dicitur in poſtilla: Docuit enim iniquitas tua os tuum. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Litera hebraica in hoc loco uidetur ſonare ſic: Condemnet te os tuū, & non ego, & labia tua teſtantur in te: & eſt ſenſus: Ex quo iniquitas tua tam manifeſtata eſt per os tuum: quia dictum eſt: Docuit iniquitas tua os tuum &c. De cętero melius eſt ut condemnet te os tuum. vt te ſcilicet confitearis eſſe condemnandum: quia mitius agitur contra confitentem peccatum ſuum, quam contra illum qui peccata ſua etiam manifeſta nititur defendere, & idem intelligitur ex hoc qđ dicit: Et labia tua teſtantur in te, ſub alijs tñ uerbis.

A

## CAP. XVI.

a RESpondens autem &c. * Nicetas. Eliphazo exiſtimanti ſolis impijs ſlagitia irrogari, occurrit Deū teſtem ſuæ conſcientiæ laudans, & lamentis orationem concludens.

## CAP. XVI.

a RESpondens autem Iob dixit. Audiui frequē- 1
2
a Quæ ſcilicet mali bonis ſibi aduerſantibus obiiciunt, priuſquam inde accuſantur, & eſt bonis merces de patientia, etſi non de conuerſione illorum. b In his eſtis oneroſi, quia videmini conſolari, quia inter dulcia virus inſerunt, non tamen inde facti boni, recta defendunt, vnde Iob. Nunquid &c.
b ter talia. Conſolatores oneroſi omnes vos 3
c eſtis. Nunquid habebunt finem verba ven- 4
a Ideo non habent finem. b .i. veniet tibi moleſtia de tua locutione, non quia patienti quam non reddit, ſed ſi hoc malo faceres redderet tibi moleſtiam & citius taceres. c Quaſi non venit tibi moleſtia. Sed.
d toſa, † aut aliquid tibi moleſtum eſt ſi loquaris? Poteram & 5
e a Et quia verbis non corrigimini, vtinam ſentiretis quod ſentio. Pia oratio qua optat eis flagella Dei non ad pœnam ſed correctionem. b Non mea pro veſtra, ne ſimilis nequam. 6
f ſimilia veſtri loqui. Atque vtinam eſſet anima veſtra pro ani- 7
a Tunc. ¶ Dicens flagella prodeſſe. ¶ Sic vos modo debueratis facere mihi.
ma mea: † Conſolarer & ego vos ſermonibus, & mouerem ca- 8
¶ Non ex toto, quia & ſi extemperantius, vitia non ferrem. 9
put meum ſuper vos. Roboraren vos ore meo, & † mouerem 10
¶ Sed quia nihil vos domat. 11
g labia quaſi parcens vobis. Sed quid agam? Si locutus fue- 12
h ¶ Quia peruerſis hic felicibus. a Sed mala fortis ab exterioribus. 13
ro, non quieſcet dolor meus, & ſi tacuero, non recedet a 14 15

Oneroſi conſolatores.

‡ quid roborabit te, ſi re pōderis? (vel, quid moleſti eſt tibi quod reſpondeas?

† Cumularem ſuper uos ſermones

Audiui frequenter talia. Electi frequenter aliena mala quaſi ſua audiunt, & ab his eis crimē impingitur, a quib. crimina impacta pperantur. b Conſola. oneroſi omnes vos. Praui cum laborare bonos in aduerſitate cōſpiciunt, in eo quod cōſolari eos appetunt, mala eis pſuadere conāt. Cōſolatores oneroſi. Cauendum eſt ne tēpore luctus increpatio fiat, quia etſi recte quidam debent increpari, non tamē in afflictione, ne qui lenire debet, dolorem augeat.

B

c Nunquid habebunt finem verba ventoſa. Mali ventoſa verba proferunt. Nam dicta eorum etſi quandoque ſana ſunt per ſententiam, inflata tamen ſunt per elationem.
d Aut aliquid tibi moleſtum eſt ſi loquaris. Acſi diceret, eo q plus loqueris quo a me aliquid moleſtū de tua actione nō audis.
e Poteram & ego ſimilia veſtri loqui. Narrat quid facere potuit ſed ne iuſtitiam deſerat, quod facere potuit, declinat.
f Atque vtinam eſſet anima veſtra pro anima mea. In his verbis hoc monſtratur intendere, vt amici eius qui per charitatem cōpati neſciebant, ab experimēto diſcerent alienæ afflictioni qualiter miſereri debuiſſent, quos dolorib. edomitos cōſolaret. cū de exteriori paſſione interiorē in eis conualeſcere ſalutē indicaret. Caput ēt moueret, quia mentem ad cōpaſ-

C

ſionē inflecteret, eoſque inter flagella roboraret, cū doloris corū vim verbis mitib. leniret. Et moueret labia quaſi parcēs eis, quia mala corū ſub moderata increparet inuectione.

D

g Quaſi parcens. Nota quaſi, qa eccleſia rigorē diſciplinæ cū manſuetudine miſcens bñ ſubdito nō parcens parcit, qa libere arguit, ſed a culpa eximit. Proteruo vero q. de correctione peior efficeretur, parcens non parcit; quia tempus quærit dum omnibus communiter loquens in eiuſmodi culpam inuehitur, qua ſic detecta latens ille temperantius percutitur & ſanatur. Hoc autem dicit de occultis proteruorum potētium. Nam de apertis, ſi pdicator tacet, approbare videtur, & creſcunt in exemplum.

E

* Chryſ. Optarim meas a vobis ſuſcipi calamitates, fortaſſe tūc caput mouerem veſtris malis gratulans, vt nūc facitis, & tunc diſceretis philoſophari in alienis malis. Aut, ſi in meis miſerijs verſaremini, vtrum ipſe in vos verbis inſultarem? minime vero, quin verbis accōmodatis vos erigerem. Aut alio verborum genere vobiſcum eſſem congreſſus, capitiſque motu veſtrum ad me dolorem pertinuiſſe declararem, meoque vos ore confirmaſſem.

† motu rum auert dolo bis.

* Philip. Euge accipitur aliquando in bonum, vt Euge ſerue bone, aut in malum, vt, Erubeſcant qui dicunt Euge, ſic capitis motio pro varia intentione.

Matt.

* Didym. erga amicos declarat egregiam ſuam voluntatē Quia veſtra ſalus mihi curæ eſt, idcirco vel in hoc meo cruciatu vos commonefacio.

F

h Sed quid agam ſi locutus, &c. Hoc quamquā perſonæ B Iob, tñ eccleſiæ ſic ſuperiora, congruit, quę cum loquitur, dolor eius minime quieſcit, qñ locutione ſua puerſos corrigi minime

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XVI.

1 RESpondens autē Iob. Hic ponitur ipſius Iob reſpōſio. Circa qd ſciendum, quod ſicut patet ex prędictis Eliphaz non replicauerat aliquid contra Iob de principali propoſito, ſcilicet de immortalitate animæ & futura reſurrectione, ſed ex verbis Iob conatus fuerat condemnare ipſum, primo oſtendens eum præſumptuoſum & blaſphemum, & ſecundo pp iniquitates ſuas eſſe afflictū. igitur Iob in ſua rñſione primo euacuat ipſius Eliphaz increpationem. & ſecundo declarat principale propoſitū, ſcilicet futuram remunerationem, c. 18. Prima in duas: quia primo excludit increpationem Eliphaz in quantum nitebatur oſtendere Iob pręſumptuoſum & blaſphemum, ſecundo quantum ad hoc quod dicebat eum pro peccatis afflictum, ibi. Nunc autem, Circa primum dicit: Audiui frequenter talia. ſcilicet verba pungitiua & increpatiua ab Eliphaz & ſociis eius: ideo ſubditur:
3 Conſolatores onero. omnes vos eſtis. quia licet veniſſent ad conſolandum Iob, tamen peruerſi erant ad ipſum increpandum & moleſtandum.
4 Nunquid habebunt finem verba ventoſa. ideſt iactatoria & ſoliditate ueritatis carentia.
5 Aut aliquid tibi moleſtum eſt, ſi loquaris. prouocando me ad iram quantum in te eſt, quaſi diceret non, & tamen deberet tibi eſſe moleſtum increpationib. affligere amicum tuum.
6 Poteram & ego ſimilia veſtri loqui. ideſt vos pungere ſi eſſetis in loco mei, ſed hoc non facerem, vnde ſubditur.
7 Atque vtinam eſſet anima veſtra pro anima mea. id eſt in afflictione & triſtitia in qua ſum, & ego eſſem liberatus, hoc nō dixit Iob appetitu uindictæ, ſed zelo iuſtitię, & vt ipſi in afflictione poſiti experirentur ueritatem amicitię ſuę. Iō ſubdit.
8 Conſolarer & ego vos &c. ueris & dulcib. & non pungitiuis.
9 Et mouerem caput meum. i. ſignum intrinſecę compaſſionis.
10 Roborarem vos ore meo. inducendo vos ad patientiam.
11 Et mouerem la. mea &c. quaſi parcens uo. ad mitigationem doloris ueſtri, non ad augmentationem.
12 Sed quid agam? ad doloris mei releuationem. q. d. non habeo, ideo ſubditur.
13 Si locutus fuero. Quaſi ad aliqualem mei conſolationem.
14 Non quieſcet dolor meus. Quia eſt intrinſecus radicatus.
15 Et ſi tacuero non recedet à me. Quia quādo dolor celatur quaſi clauſus interius magis intenditur, quam ſi per uerba aperiatur exterius.

## MORALITER.

1 Reſpondens autem Iob &c. Qui tenet hic typum doctoris catholici, ſicut Eliphaz tenuit typum hæretici. Dicit igitur:
2 Audiui frequenter talia. ſcilicet aſpera & falſa ab hæreticis dicta: Sed quoniam aliquando blandis vtuntur, vt per hoc incauti decipiantur, ſubdit:
3 Conſolatores oneroſi omnes vos eſtis. quia talia blanda duris & aſperis ſunt peiora.
5 Aut aliquid tibi moleſtum eſt ſi loquaris &c. ſcilicet veraciter & modeſte: nam hoc nulli moleſtum debet eſſe.
6 Poteram & ego ſimilia verba loqui. ſed nolo: nam indecens eſſet mihi.
7 Atque vtinam eſſet anima mea pro anima veſtra. ſcilicet in afflictione: Nec dicit hoc zelo vindictæ, ſed iuſtitiæ, vt pœna docente ſcirent compati catholicis poſitis in tribulatione.
8 Conſolarer & ego vos. Veraciter & ex corde.
9 Et mouerem labia quaſi parcens. ideſt compatiens & magis ratione culpę quam pęnæ.
12 Sed quid agam. q. d. ſum perplexus.
13 Si locutus fuero. vos arguendo.
14 Nō quieſcet dolor meus. Eo qđ veſtra correctio nō ſeqtur.
15 Et ſi tacuero non recedet a me. Quia pungat aculeo cōſcientiæ: quia dimittenda non eſt veritas doctrinæ. Sed quoniam doctor eccleſiæ nō ſolum dolere debet de obſtinatione infidelium, ſed etiam de peccatis fidelium. ideo ſubditur:

A nime conſpicit,& cum tacet,dolor non recedit,quia etſi ad uerſata conticuerit, hoc ipſum amplius quod tacet gemit, quia ſe tacente peruerſorum culpas excreſcere conſpicit.

a *Nunc autem op.me.do.&c.* Dolore eccleſia premitur,quan do in malitia creſcere peruerſos intuetur. Et ad nihilum mẽbra eius redigunt,qñ ex imitatione prauorũ, infirmi deterius infirmantur & velut ĩ nihilum redigunt. quia dum manẽtem Dei eſſentiam deſerunt diligentes trãſitoria quaſi ad non eſſe tendunt. Nũc aũt dr̃, qa tp̃s doloris eccleſiæ modo eſt, gaudiũ poſt modum ſeq̃tur. Sæpe vero cõtingit,vt ſancta eccleſia non ſolum infideles atque extra poſitos

a ¶ Oſtendit ſub perſona ſua perſecutionem eccleſiæ in vltimis temporibus.ſcilicet Antichriſti.

a me. † Nunc autem oppreſſit me dolor meus, & in nihilum re- 1 2

¶ Dum praui creſcunt,infirmi inde mouentur ad terrena. a ¶ Sicut per oſſa fortes,ſic per artus infirmi. b ¶ Mala intus a domeſticis.

b dacti ſunt omnes artus mei. † Rugæ meæ teſtimonium dicũt † 3

a ¶ Iam. b ¶ Hoc in fine ſub Antichriſto.

c contra me,& ſuſcitatur falſiloquus aduerſus † faciem meam, 4

d contradicens mihi. Collegit furorem ſuum in me, & † com- 5 6

a ¶ In potentibus. b ¶ Perſecutoribus ſuis,qui laniant.

minans mihi infremuit contra me dentibus ſuis. Hoſtis 7 8

¶ Inſipientibus ſeculi. a ¶ Qui prouident,& conſiliis perſecutionis inflammant.

e meus † terribilibus oculis me intuitus eſt. Aperuerunt ſu- 9

f g per me ora ſua, & † exprobrantes percuſſerunt maxillam 10 11

h meam † ſatiati ſunt pœnis meis. † Concluſit me Deus apud 12 13

† animam. † acuit oculos ſuos contra me. † odiens me. † probro. † ſimul aduerſum me congregati ſunt. † Vel tradidit me Deus mẽdaci (aut peruerſo.)

aduerſarios toleret,ſed eorum quoque inſidias,atque aduerſitatẽ nix ferat,quos intus habet. Vnde beati viri voce mox apte ſubditur.

b *Rugæ meæ,&c.* Rugæ eccleſiæ ſunt omnes qui in ea dupliciter viuunt,qui fidem vocib. clamant,operib. denegant. Hi pacis tempore, quia huius mundi poteſtatib. eãdem fidem honori eſſe conſpiciunt,fideles ſe eſſe mentiuntur. Sed cum

B eccleſiam ſubita aduerſitas turbauerit,illud illico oſtendunt quod in perfida mente moliuntur. Et eſt ſenſus,me inſequẽdo increpant,qui in meo corpore poſiti duplicitatis ſuæ malitiam non emendant.

✠ Polyc. Criminatio me inceſſit nulla veritate,ſolis ęrumnis meis ſubnixa,nec quiſquam ẽ teſt.ſed ex iis tantum quæ acciderunt malis pronunciat,& me iniuſtum dicit.

c *Et ſuſc.falſi.adu.fa.&c.* Dum prædicationi eius aperte contradicere non præſumunt, eccleſia falſiloquium quaſi poſt dorſum patitur. Sed cum malitiæ tp̃s eruperit, is qui nunc metuens derogat ad cõtradicendum ante faciem venit, qa verbis veræ fidei apertis vocib. obſiſtit. Quod quoniam per malignũ ſpiritũ fit ad eum deſcribendum uerba conuertit.

d *Colleg.furor.ſu.* Diabolus princeps falſiloquii hẽt nunc cõtra eccleſiam furorem,ſed ſparſus eſt: quia occultas tẽtationes per ſingulos mouet. Cum uero contra eã accepta licẽtia

C aperte ſæuierit, furorem ſuum in eam colligit, quia in eius

D afflictionem tota ſe intentione conſtringit. Qui contra eam dentib. fremit,eamq́; terribilib. oculis intuetur: quia pœ alios contra eam crudelia exercet, & pœ alios q̃ exerceat, gaudet.

✠ Olym. Si de Deo loquitur, vehementem eius iram indicam declarat, ſi de diabolo,idem de dæmonib. cecinit Dauid, ſtridue runt ſuper me dentib. ſuis. Phil. Vetus interpres legit. Sagittæ pyratarum ſuper me qñ mundas nomine maris itelligitur diabolus pyrata dicitur aut Cetus,aut draco, in terra appellatur Leuiathan illue enormis beſtia & per terribiles oculos inſomnia, vel amicos a dęmone incitatos vt maxilla percutitur quando glorioſa conſcientiæ fidelis percuſſio opprobriis uerberatur.

✠ Orig. Per inimicum diabolum intelligit,& nomine impiorum non amicos,qui erant pii,& boni,ſed prædones. Idem Nicetas.

e *Aperuerunt ſuper me ora,&c.* quia ora ſua reprobi exprobrantes aperiunt, cum & errorem prædicare non metuunt, & prædicamenta rectæ fidei irrident.

f *Percuſ.ma.meam.* Maxilla eccleſiæ ſunt ſancti p̃dicatores, q̃ vitam carnalium verbo correctionis conuertunt,hos reprobi p̃ pue perſequuntur, quos dum ẽt necant, illa eos pœna ſatiat quæ mentem eccleſiæ præcipue cruciat, vel caſtigat. Maxilla.

E

g *Maxillam meam.* Petrus eſt maxilla qui mactat,& manducat. Samſon maxillam aſini tenet, & hoſtes occidit.i. Chr̃s ſimplices præcones manu virtutis tenet, & a vitiis carnales occidit. Maxilla proiecta eſt in terram,aquas effudit,quia data morti corpora præconum magna oſtendunt miracula. Act. 10.b. Iud. 15.c

h *Concluſit me Deus,&c.* Electorum populus apud iniquum concluditur: cum eius caro antiqui hoſtis perſecutorib. temporaliter datur. Qui non ſpiritu, ſed manibus inimicorum traditur, quia quo nunc mente capere nequeunt, eo contra illius carnes crudelius mardeſcunt.

Ego

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Nunc autem oppreſſit me dolor,&c.* Hic conſequenter excludit verba Eliphaz,prout oſtendebat ipſum pro peccatis afflictum,& primo oſtendit ſuę afflictionis grauitatem,& ſecundo ſuæ innocentiæ puritatem,ibi. Hæc paſſus ſum,& tertio conſolationis ſibi promiſſæ vanitatem ibi: Verboſi amici mei. Prima in tres,quia primo exprimit ſuam afflictionem, ſecundo remouet quandam dubitationem, ibi: Concluſit me,tertio reſpondet ad quãdam obiectionem,ibi: Saccum. Circa primum ſciendum,quod ſanctus Iob fuerat afflictus a diabolo immediate, quantum ad ablationẽ ſubſtantiæ ſuæ, & filiorum,& corporis ſui percuſſionem,& etiam mediate, inquantum amicos excitauerat ad eius increpationem,& iõ loquendo de affligente ipſum aliquando loquitur in ſingulari,notando ipſum dæmonem,aliquando in plurali,notando cum ipſo amicos ſuos per eum excitatos. Dicit igit. *Nunc autem oppreſſit me dolor meus.* i. quantum ad corpus: quia anima non fuit oppreſſa tanquam a ſtabilitate virtutis deiecta.

2 *Et in nihilum, &c.* Quia percuſſus erat vlcere peſſimo a planta pedis vſque ad verticem.

3 *Rugæ meæ,&c.* Humor.n. interior deſiccatus erat,& ſic vltra cutis exterior rugas contraxerat, & ſic erant teſtimonium percuſſionis eius.

4 *Et ſuſcitatur falſiloquus.* i. diabolus,qui eſt mendax,& pater eius.ſ. mendacii, vt habetur Io. 8.

5 *Contradicens mihi.* per amicos meos,quos ẽ me excitauit.

6 *Collegit furorem ſuum,&c.* i. appoſuit totum conatum ad mihi nocendum.

F

7 *Et comminans mihi.* Loquitur de dæmone ad modum crudelis beſtiæ, quæ frendens dentib. comminatur ei que uult deuorare. Et ad idem pertinet,quod ſubditur.

8 *Hoſtis meus.* Quia fera volens aliquem deuorare, terribiliter aſpicit eum.

9 *Aperuerunt ſuper me ora ſua,& exprobrantes.* dæmon,& amici mei per eum excitati. dæmon coram Deo me infamando vt habetur ſupra 1. capitul. & amici mei falſo me condemnando.

10 *Percuſſerunt maxillam meam.* i. contempſerunt me manifeſte,ſicut contemnitur ille,qui percutitur in facie.

11 *Satiati ſunt.* i. lætati.

12 *Pœnis meis.* Quia dæmon lætatur de afflictione innocentum. Amici.n. Iob lætabantur inquantum reputabant eum iuſte percuſſum,ſecundum quod dicitur in Pſal. Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam. Ipſi autem reputabãt ſe iuſtos & ideo oſtendebant ſe applaudere diuinæ iuſtitiæ. Pſal. 57 b.

13 *Con.me.* Hic conſequenter remouet quandam dubitationem,ex hoc.n. quod dixit ſe afflictum a dæmone, poſſet aliquis credere quod illa afflictio non proceſſiſſet ex ordine diuinæ ſapientiæ,ideo hoc remouet,dicens. *Concluſit me Deus apud iniquum,& manib.* i. diabolum, cui ex ordine ſuæ ſapientiæ conceſſit poteſtatem affligendi me.

Et

## MORALITER.

1 *Nunc autem oppreſſit me dolor meus.* propter fidelium defectus.

2 *Et in nihilum redacti ſunt omnes artus mei.* Nam inter catholicos qui ſunt eccleſiæ membra, multi prægrauantur culpa. Quod ſignificatur per omnes cum dicitur.

† *Omnes artus,&c.* Sicut dicitur omnes de ciuitate currunt ad tale ſpectaculum,licet frequenter maior ſit numerus remanentium.

3 *Rugæ meæ teſtimonium dicunt contra me.* Eccleſiæ rugæ,Chriſtiani duplices,& ficti dicuntur,qui tempore aduerſitatis veros,& catholicos accuſant,& perſequuntur, ſicut legitur de Torquato.

9 *Aperuerunt in me ora ſua.* Me vituperando.

10 *Percuſſerunt maxillam meam.* i. perſonam honore dignam, ſicut frequenter prælatis eccleſię legitur eſſe factum.

12 *Concluſit me Deus apud iniquum.* Gre. Electorum populus apud iniquum concluditur cum eius antiqui hoſtis perſecutionibus temporaliter datur. Sed quia Chriſtus in membris ſuis patitur,ſequitur.

A a *Ego ille quondam opul.* Infirmorum mentem deſignat, quia dum aduerſa præuidere neſciunt, tanto eis grauiora ſunt, quanto ab eis inopinata tolerantur. Vel in quibuſdam eiſdẽ retro labentib. hæc eccleſia patitur, qui poſt doctrinæ opulẽtiam aliquando ſubitis vitiis conuertuntur.

b *Tenuit ceruí. meam.* Ceruix hic libertatis erectionem ſignificat quam hoſtis tenet ꝑſecutionis tempore. Conſtringit, dum infirmi uera quę ſentiunt prędicare libere non præſumunt. Vel ceruicem ſuam dicit eos, qui ĩ eccleſia ſub occaſione defendendæ rectitudinis uitio elationis deſeruiunt, quã hoſtis diſtrictione ſuæ perſecutionis inclinat.

†uel, quietus.

† iaculatorib,

† operuit.
† puluere cornu meum, id eſt caput meũ. Chal. interpres uertit gloriam meã. Alii ſplendorem ſup. 15. b. Signum.

a ¶ Et cum hoc ſit.

a iniquum, & manibus impiorum me†tradidit. Ego[a] ille quon 1 2

a ¶ Eccleſia pacis tempore ſuos opulentia prædicationis paſcebat.
¶ Quia improuida mens infirmorum cadit.

b dam † opu[a]lentus repente contritus ſum. Tenuit ceruicem 3 4

c d meam, confregit me, & poſuit me†ſibi quaſi in ſignum. Cir- 5 6

a ¶ In uobis conſentientibus.

e f cundedit me† lanceis ſuis, con[a]uulnerauit lumbos meos. Non 7 †

a ¶ Hoc non ad literam de Iob, & per hoc nota hæc omnia myſtice dici.

g pepercit, & effu[a]dit in terra viſcera mea. Conſcidit me vulne- 8 9

a ¶ Et ita. b ¶ Cui etiam aſſuetus nequit reluctari. c ¶ Propter hoc. d ¶ Alias conſuit.

h i re ſuper vulnus, irru[a]it in me[b] quaſi gigas. Saccu[c]m con[d]ſui ſup 10 11

a ¶ Hæc omnia dicit in perſona Chriſti: cuius figura eſt. b ¶ Fortis quod non fecit, in debili plangit quem iuuat ad veniam: quaſi fecerit.

K l cutem meam, &†operu[a]it†cinere*carnem meam. Fac[b]ies mea 12 13

m intumuit a fletu, & palpebræ meæ†caligauerunt. Hæc paſ- 14

h *Irruit in me qua. gigas.* Quia nimirum malignus ſpiritus cõtra hanc ex praua conſuetudine deuictam quaſi more gigãtis pugnat, quia quanto ſe ei anima ſubiicit crebrius, tanto cum ſibi intolerabiliorem ſe facit. Sed quia plerunque ad pœnitentiam redit, ſequitur. D

i *Saccum conſ. ſuper cu.* in ſacco, & cinere pęnitentia, in cute, & carne pctm̃ carnis intelligitur. Ergo quaſi ſaccus ſuper cutẽ conſuitur, & cinere caro operitur, quia culpa carnis per pœnitẽtiam tegitur, ne in diſtricti iudicis examine ad vltionẽ videatur

†uel, diu... re fecit ... ſub. a ui...

†uel, ſco...

✠ Nicetas. nigrorem nacta eſt cutis mea propter cruciatuum acerbitatẽ, quaſi ſaccus ex uillis contextis effectus. Aut quemadmodum, qui ſaccum geſtant, corpore contabeſcunt, ſic ſe plane confici docet. Vel qui antea regia induebar veſte, nunc ſaccus eſt mihi amictus.

* cornu...
† umbro...
Plenæ lu...

E

✠ Phili. Ceruix ſignũ fortitudinis. Et homo in ſignum ponitur, qui illuditur ſic: Hier. Thr. 3. *poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam, & miſit in renibus meis filias pharetræ ſuæ.*

✠ Cat. Græc. tenuit comam meam: quod in capillis quorundam, vt Sanſonis fuerit certa virtus.

c *Et poſuit me quaſi in ſignum.* Signum ad hoc ponitͬ, vt ſagittarũ emiſſione feriatur. Fidelis itaq. populus in ſignum hoſti ſuo ponitur, quia eum ſp ſuis ictib. impetit, cum ſuis perſecutionib. affligit, vñ Apoſtolus. *Ipſi. n. ſcitis qd in hoc poſiti ſumus.* Ac ſi aperte dicat. Quid in hoc tpe uulnera noſtra miramini? q ſi æterna gaudia q̃rimus, ad hoc venimus, vt feriamur?

B

1. Theſſ. 3. c.

d *Circundedit me.* Eccleſia lanceis ab hoſte ſuo circundatur, quando in membris ſuis ab impugnatore callido tentationũ iaculis ab omni parte impetitur.

e *Conuulner. lumb. me.* Cum hoſtis fidelem populum ad luxuriam pertrahit, hunc in lumbis ferit. Conuulnerare aũt dr̃, qa qđ nobis male ſuggerit, nos ſequentes ex propria voluntate implemus, & quaſi cum ipſo nos pariter uulneramus.

C

f *Non pepercit, & effudit in ter. vi. mea.* Viſcera eccleſiæ dicit eorum mentes, qui eius in ſe continent myſteria: quos dum antiquus hoſtis ad ſecularia negotia pertrahit, eius uiſcera in terra fundit.

*Non pepercit.* i. non deſtitit.

g *Conſcidit me.* In infirmis ſuis eccleſia vulnere ſuper uulnus conſcinditur, quando peccatum peccato additur, vt culpa vehementius exaggeretur.

Irruit

k *Facies me. intu.* Facies eccleſiæ ſunt qui in regimine poſiti apparent primi, vt ex eorum ſpecie ſit honor fidelis populi. Hi plangunt culpas infirmantium. Sed dum uident quoſdam ad veniam redire, quoſdam vero in iniquitate periſtere, occulta Dei iudicia obſtupeſcunt, quę non intelligunt

Facies ec... ſiæ.

✠ Orig. & Cat. Græc. Venter meus combuſtus eſt a planctu, & ſuper palpebras meas vmbra. Nicetas. Venter eſt aia fugiens obtutum, & cibos qui a ratione ſubminiſtrantͬ coquẽs

✠ Philipp. a verbis illis. Rugæ meæ. ad hæc. Terra, &c. dicta ſunt in figura de Chriſto Domino maxime tempore paſſionis.

l *Et palpebræ.* Palpebræ appellantur, qui ad prouidenda plebium itinera uigilant, ſed cum occulta Dei iudicia, nec ꝑpoſiti vigilantes intelligunt, palpebræ eccleſiæ ſanctæ caligãt.

Palpebræ

m *Hæc paſſus ſum.* A verbis corporis ad capitis verba vertitur, quia abſque iniquitate manus ſuæ pertulit. *qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.* Terra ſanguinem eius non operuit, quia ſancta eccleſia redemptionis ſuę myſterium in cunctis iam mundi partibus prædicauit.

1. Pet. 2.

F

✠ Orig. Vt in Abele, vel non impediatur uox mea, quin ad Deum perueniat.

*Olym. O beate non magis, vt ſupplex, q̃ vt vates hæc enunciaſti, tua enim virtus in omnium ore verſatur, & tua certamina

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et man. impiorum me tr.* Inquantum ab eis perſequi me permiſit, & qualiter hoc ſit oſtendit, dicens.

2 *Ego ille quondam opulentus.* i. diues, & famoſus.

3 *Repente contritus ſum.* Quod non ſolet communiter accidere, ſed a magno ſtatu homo decidit paulatim. Iob autem repentine decidit a temporali proſperitate, dæmone hoc ꝓcurante, & Deo permittente: quod fuit ſatis grauius, quam ſi paulatim cecidiſſet, & ſignum diuinæ permiſſionis in ſpeciali, eo quod non ſic conſueuit fieri.

4 *Tenuit cer. meam.* Loquitur ad modum hominis debilis, cuius caput tenetur a fortiſſimo eum pro ſua uoluntate conterente. 5 *Et po. me ſibi quaſi in ſig.* Ad cuius percuſſionem multæ ſagittæ mittuntur, & per hoc innuit Iob multiplices percuſſiones ſuas, & idem deſignat per multitudinem lãcearum, di. 6 *Circumdedit me lan. ſuis, &c.* Per hoc deſignat interfectionem filiorum, qui de lumbis eius egreſſi fuerant.

7 *Non pepercit, &c.* Etiam percutiendo me in proprio corpore, ideo ſubditur. 8 *Et effudit.* per hoc deſignans, quod dolor eius ſenſibilis non tantum erat in ſuperficie corporis, ſed etiam penetrabat vſque ad intima.

Con-

9 *Conſcidit me vulnere.* Quia poſtquam vulneratus fuerat de filiorum morte, fuit vulneratus in proprio corpore.

10 *Irruit in me quaſi gigas.* i. in tanta fortitudine, quod quaſi nihil virtutis remanſit in me.

11 *Sac.* Hic reſpondet ad quandam obiectionem, quam Eliphaz ſibi ſupra fecerat c. præc. dicens. *Nunquid grande eſt, vt conſoletur te Deus? ſed verba tua praua hoc prohibent, quid te eleuat cor tuum?* in quo ſignificauit Eliphaz ipſum Iob remanere in afflictione propter ſuperbiam ſuam, eo quod non fuerat humiliatus diuina percuſſione, quod oſtendit Iob falſum, dicens. *Saccum conſui ſuper cutem me.* quod faciebant homines tunc temporis in ſignum humiliationis, & ſimiliter capita ſua cinere aſpergebant.

12 *Facies mea intu. a fletu.* Quia fletus eſt ſignum contritionis, & humiliationis. *Facies mea intu. a fletu.* quia per magnum fletum multa humiditas reſoluitur a cerebro, deſcendens verſus oculos, & faciem, & ſic inflatur.

Facies fl... flatur.

13 *Et palpebræ.* i. oculi intra palpebras contenti, quia ex magno, & continuo fletu viſus obſcuratur. 14 *Hæc paſ. ſum* Poſtquam Iob oſtendit ſuam perſecutionem multiplicem, hic conſequenter oſtendit ſuam innocentiã, dicens. *Hæc paſ-*

✠ ſus

## MORALITER.

2 *Ego ille. Nam cum diues eſſet, pro nobis egenus factus eſt.* 2. Cor. 8 b.

4 *Tenuit cer.* i. ſummum pontificem qui frequenter legitur ductus ad martyrii palmam.

5 *Et po. me qua. ſi.* Sagittariis ſicut de beato Sebaſtiano legitur, & pluribus aliis.

† *Conuulne. lum. meos.* i. prædicatores eccleſiæ, in quibus eſt potentia generandi filios Dei per prædicationem 1. Cor. 4. d. *In Chriſto Ieſu per euangelium ego vos genui.*

Et

8 *Et eff. in te. ui. mea.* per quæ ſignificantur matronæ deuotę de ſuis facultatibus pauperib. Catholicis miniſtrantes, quæ propter hoc fuerunt martyrizatæ.

9 *Conciſit me. vulne.* hoc dicitur propter illos qui in tormentis molles effecti thurificauerunt idolis, & ſic eccleſia in eis conciſa fuit uulnere culpæ ſuper vulnus corporis. Sed quoniam de talibus aliqui vere pęnituerunt, ſicut de beato Marcello papa legitur, ideo ſubditur.

11 *Saccum conſui, &c. Hæc paſſus ſum abſque.* Hoc dicit eccleſia pro membris ſuis cõſtantib. in tormentis. Et qñ eorũ

†martyria

A tamina Magnus Agonotheta coronauit,& Iobum iuſtum, amicos non vera loquutos pronunciauit.

a *Neque inueniat in te locum latendi clamor meus.* Clamor redẽptoris noſtri eſt ſanguis redemptionis,qui a fidelibus ſumitur,qui ut ait Apoſtolus,melius loquitur quã ſanguis Abel: qa ſanguis Abel mortem fratricidæ petiit, ſanguis domini uitã perſecutorib.impetrauit. B Qui clamor locũ latendi inuenit in nobis,ſi quod mens credidit,lingua tacet.

b *Ecce.n.in.* Teſtis filii pater eſt,vt in euãgelio.*Et qui miſit me pater, ipſe teſtimonium perhibuit de me.*

c *Et conſcius meus.* Quia vna voluntate, vno conſilio pater cũ filio operatur. Quæ etiam ad corpus referri ualent: eccleſia nã-C que patitur hæc mala pro æternis,quæ ne de ſua reſurrectione trepidet, iam eum in cælo qui reſurrexit ex mortuis teſtem habet. Qui etiam conſcius dicitur, quia naturã noſtrã non ſolum creando nouit,ſed ẽt aſſumendo.Poteſt ẽt nobis ſingulis hæc vox congruere cum ipſo Iob. Omnis.n.qui ex eo quod agit, terrenas laudes appetit, teſtem in terra q̃rit, qui autem in ſuis actib.omnipotenti placere feſtinat,teſtem ſe habere in cælo conſiderat. Sed talis hominum reprehenſiones metuere non debet,vnde ſubditur. D

d *Verboſi amici mei.* Cum verboſi amici ſunt.i.eum,& ipſi derogant qui in fide ſociantur,ad Deum neceſſe eſt,vt oculus ſtillet,quatenus noſtra intentio tota in amoris intimi compunctione deſluat, & tanto ſe ad interiora erigat, quãto per exteriora opprobria intus redire cogitur.

a ¶ Solus ad Deum mundas preces habuit præ omnibus,qui & in paſſione pro inimicis orauit.

ſus ſum abſq; iniquitate manus meæ,cum haberem mundas 1

a ¶ Et ideo. ¶ Peccator pretium redemptionis ſumens confitetur,& laudat.
b ¶ Ne ſit otioſum ſacramentum paſſionis,debemus imitari quod ſumimus, & prædicare, vt aliis innoteſcat.

a ad Deum preces. Terra ne operias ſanguinem meum, neque 2

a ¶ Non lateat.quia & ſi qui negauerunt,quia in paſſione Deus non apparebat, cælum eſt teſtis, &c.

b inueniat in te locum latendi clamor meus. †Ecce.n.in cœlo 3

a ¶ Quia nemo nouit filium niſi pater. b ¶ Quidam ſunt. ¶ Qui teſtem in cælo habet,ſi ab hominibus reprehenditur,non curet.

c teſtis meus,&†cõſcius meus in excelſis.†Verboſi amici mei, 4 5

d a ¶ Sed. b ¶ Vtinam ſcirem cui hoc mihi,ut ſicut audior a Deo, ſic audirem quod Deus de me dicit. 6

e ad Deum ſtillat oculus meus. Atque vtinam ſic† iudicaretur 7

vir cum eo,quomodo† iudicatur filius hominis cum†collega

a ¶ Ideo dico utinam de te quæ non eſt quia. 8

f ſuo.Ecce.n.†breues anni tranſeunt,& ſemitam per quam nõ 9

reuertar,ambulo.

e *Atque vtinam,&c.* Peccatores quidem nos ea ſemper agnoſcimus,ſed tamen in flagello poſiti ꝑ quo magis peccato flagellamur,ignoramus,et nos diſcutimus, ut ſi quo modo poſſum cauſam percuſſionis inuenire valeamus. E Et eſt ſenſus. Sicut qui cum collega ſuo ad iudicium accedit & quod ſentit dicit, & quod contra dicitur agnoſcit,ſic omne quod de me ad te dicitur, audirem. Sed quia hoc in præſenti fieri nequit,de cæcitate quidem vitæ præſentis gemit, ſed tamen de eius breuitate ſe conſolatur.

f *Ecce.n.breues anni tran.* Omne quod trãſit breue eſt,in mortis autem ſemita per quam non reuertimur,ambulamus,nõ quod ad vitam reſurgendo non reducamur, ſed quia ad labores huius vitæ mortalis,vel ad acquirenda laboribus præmia iterum non venimus. F

CAP.

†11.q.3.c. inter uerba.

† Rhetores, aut derident me.

† diſputaret, vel, iudicio contenderet.

Philoſ.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *ſus ſum abſque iniquitate manus meæ.* i.operis mei,quod per manum deſignatur,quæ eſt organum organorum,vt habet̃ 3.de Anima.hoc autem dixit Iob non ad ſui iactantiam. ſed ad veritatis declarationem, & amicorum ſuorum confutationem,qui non poterant oſtendere ex operib Iob præteritis quod demeruiſſet percuti tot,& tantis plagis, & qa poſſent dicere, licet non poſſumus oſtendere opera tua mala commiſſa,tamen illud quod omiſiſti Deum colere,tanquã ingratus de eius beneficiis hoc demeruit,ideo Iob dicit excludens hanc obiectionem.

1 *Cum haberem mundas ad Deum.* ipſum debite venerando

2 *Terra ne op.* Terram autem appellat amicos ſuos,qui felicitatem ſuam ponebant in terrena proſperitate, illo modo loquendi quo dicit Aug.Si aurum diligis,aurum es, ipſi aũt nitebantur operire ſanguinem Iob.i.eius afflictionem, dicẽtes quod erat punitus pro culpa,& ſic non habebat iuſtum titulum conquerẽdi de hoc coram Deo ad declarationem ſuæ innocentiæ,& quia poſſet dici Iob:tu de teipſo teſtimonium perhibes,teſtimonium tuum non eſt verum,ideo inuocat diuinum teſtimoniũ,dicens. 3 *Ecce.n.in cæ.teſt.me.* qui eſt teſtis cordium,ideo ſubditur. 4 *Et conſcius meus.* quia ſcit ſecreta conſcientiæ,licet aũt nullus per ſe poſſet ſcire ſe carere mortali peccato,tamen hoc aliquando uiris ſanctis conceditur ex diuina reuelatione,& ſic videtur fuiſſe de Iob propter quod ſic confidens inducebat eum teſtem non ad ſui iactantiam,ſed ad gloriam Dei,& veritatis declarationem. 5 *Verb.* Hic conſequenter Iob oſtendit conſolationis ſibi promiſſæ vanitatem. Vt.n.patet ex ſupradictis,amici Iob promittebant ei reditum ad felicitatem terrenæ proſperitatis,ſi ſe emendaret,quam promiſſionem Iob pro nihilo habebat,di. *Verb.a.m.* in hoc ſupple quod promittũt mihi. 6 *Ad Deum ſtil.oc.m.* ab eo expectando remunerationem in futuro. 7 *Atq.vti.ſic iu.uir cum eo,quo.iud.fil.ho.cum col.ſuo.* Sic autem iudicatur homo cum homine compari ſuo,quod cã vtriuſque proponitur manifeſte per hoc ergo dicit Iob ſe deſiderare,quod cauſa quare ſic Deus ordinauerat eum affligi,eſſet manifeſta,ſicut afflictio ſua, vt per hoc ordo diuinæ ſapientiæ appareret,flagellando iuſtos in pñti ad augmẽtũ felicitatis eorũ in futurũ,ac ꝑ hoc amici Iob qui hoc negabant,ab errore ſuo reſilirent, qui felicitatem hominis in hac vita ponebant, quod ẽt vlterius remouet. 8 *Ecce.etc.trã.* vitæ humanæ,q̃ eſt valde breuis q.d.in re tã inſtabili, & parui momenti non põt eſſe vera felicitas hõis. 9 *Et ſemitam per q̃ non re.am.* quia hõ a pueritia ꝑ iuuẽtutẽ,& alias ętates trãſit ad ſenſum,ſed inde nõ reuertit̃ ad ætates ꝑteritas.

CAP.

MORALITER.

martyria ſunt ſolenniter celebranda,ſubditur.

2 *Terra ne operias ſanguinem meum.* i.ne taceas laudes martyrum. 3 *Ecce.n.in cæ.teſtis me.* Sicut.n.martyres Dei teſtes fuerunt in terris,ſic Deus teſtis eorum eſt in cælis. Et quoniam tale teſtimoniũ habens non curat de verbis humanis, ſubditur. 5 *Verboſi ami.&c.oculus me.* i.tota intentio mea.

7 *Atque vti.ſic iu.&c.cum col.ſuo.* i.ſic familiariter poſſet loqui cum eo.Et quoniam ſancti hoc obtinent poſt hanc vitam quæ breuis eſt,ideo ſubditur.

8 *Ecce enim breues anni tranſeunt.* ſed vlterius ad pręſentiam domini tranſibo.

ADDITIO I.

In capit.16.ubi dicitur in poſt. *Aut aliquid tibi moleſtum eſt.*

Hoc quod dicitur. *Aut aliquid tibi moleſtum eſt ſi loquaris.* ſecundum Sanctum Thom.aliter exponitur,ſic.ſ.vt in hoc oſtenderet Iob,quod non erat paritas in vtraque parte in hac diſputatione:nam anima Iob abſque moleſtia loquebatur in ſuam calumniam,& hoc dicit.Nunquid aliquid moleſtum tibi eſt ſi loquaris?q.d.ſi tibi eſſet moleſtum,ſicut mihi qui patior calumniam,non tantum te extenderes in locutione. Conſequenter vbi dicitur. *Vtinam eſſet anima veſtra pro anima mea.* attendendum eſt quod in Heb.ponitur quædam dictio quæ vno modo habet ſignificationem optatiuam,& ſic idẽ ſignificat quod in tranſlatione noſtra.ſ. *Vtinam eſſet anima veſtra ꝑ anima mea.* & exponitur prout in poſtilla. Alio modo ſignificat ſimplicem conditionem dicens. *Si eſſet anima veſtra pro anima mea.* ſecundum quod intelligitur,quod Iob non appeteret afflictionem amicorum aliquo mõ,ſed ſolũ dicit, q. ſi cõtingeret eos eſſe in tali afflictione,cõſolaret̃ eos libẽter.

AD-

ADDITIO II.

In eo.c.16.vbi dicitur in poſti. *Terra ne operias ſanguinem meum.*

Cum ſanguis innocentis effunditur,ſecundum modum loquendi ſacræ ſcripturæ,illi dicuntur operire ſanguinem eius,qui culpam occidentium occultant: ſicut dicebat Iudas fratrib.ſuis.Gen.37.c. *Quid prodeſt ſi occiderimus fratrem noſtrum,& operiamus ſanguinem eius.* i.occultemus culpã noſtrã, & ideo Iob in hoc quod dicit. *Terra ne operias ſanguinem meum* uidetur petere quod afflictio ſua non operiatur,ſed declaretur,ſi pro culpa ſua fuerit.Conſequenter in hoc quod dicit. *Nec inueniat in te locum latendi clamor meus.* intelligitur petere, quod iuſta conqueſtio ſua quæ ſignificatur per hoc quod dr̃. *Clamor meus* nõ inueniret in terra locũ latẽdi.ſ.ut ex terrenæ fragilitatis condõne,non uideatur iniuſte conqueri quaſi ꝑ culpa punitus,vnde Ge.4.b. *Ecce uox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Nã cum alicuius ſanguis abſque culpa fundit̃,

eius iuſta querela quaſi clamat de terra, &c.

ADDITIO III.

In eo.c.16.vbi dicitur in poſtil. *Verboſi amici mei.*
Vbi tranſlatio noſtra habet. *Verboſi*: Hebraica litera habet quandam dictionem, que proprie ſignificat interpretes. Eadem.n.dictio ponitur hic, & Gen.42.e.ubi dicitur quod interpres erat inter Ioſeph, & fratres, & eſt ſenſus, quia Iob uocabat aduerſarios ſuos quos dicebat amicos per antiphraſin interpretes ſuos, eo quod interpreta bantur verba ſua non vere, ſed ad ſiniſtram partem.ex hoc.n.quod Iob promiſſiones amicorum temporales ad nihilum reputabat, interpretabantur eum diuinas conſolationes ſpernere. Vnde in præcedenti capitulo dicebat ſibi Eliphaz ſecundum veram literam. *Nunquid parum tibi eſt ſi conſoletur te Deus* Sed quia talis interpretatio erat falſa, ideo ſubdit. *Ad Deum ſtillat oculus meus, qui mentem meam reſpicit*, de quo ſtatim ſupra dixerat. *Ecce in cælo teſtis meus.*

CAP. XVII.

A a Spiritus meus attenuabi. *Cate. Græc. Grauiter diſcrucior ſpiritu agitatus: rogo autem ſepulturā & non adipiſcor: preces adhibeo laborans: & quid faciam. Furati ſunt bona mea externi. At tenuatur ſpiritus electorum, timore iudicis, & ſi quas in ſe carnales cogitationes inueniunt, pœnitentiæ ardore conſumunt. ſpiritus autem iniquorū per tumorem elationis craſſeſcit.

b *Et ſolum mihi ſupereſt ſe.* Pene mortuum ſe conſiderat, quia moriturum ſe minime ignorat, unde ſequitur.

c *Non peccaui.* Non intantum peccauit, ut hæc flagella mereretur quia non pro corrigenda culpa, ſed pro augenda gratia percuſſus eſt. Vel capit: hoc dicit qui ſine culpa, pœnam culpę, i. amaritudinem paſſionis ſuſcepit.

*Phil. Non peccaui ſecundum Dei teſtimonium, uel non tātum, quantum patior, tum quia adoleſcentiæ peccata uita meliore deleuerat, & licet in reſponſionibus ſuis non omnino caruerit peccato, tamen melius locutus eſt quam amici.

d *Libera.* per remiſſionem.

e *Pone me iu.te.* iuxta per aſcenſionem. Poſt quia Iudæa cōmota eſt in diſcipulos, addit.

f *Cuiuſuis ma.* Quia iam fruſtra agunt contra eum qui ſedet in cælo.

B †corruptus e.

†Niſi illuſores eſſent mihi, ſub. non optarem diſputare cum Deo, & in irritationibus moraretur.

†Pone quæſo ſub. pignus fideiuſſorem da mihi tecum, quis eſt qui manum meam tangens pollicea‍tur? uel. Etiam ſi noles ſponſorem pro me, quis pro me ſpōderet?

C

CAP. XVII.

a ¶ Ideo. ut electi ſpiritum attenuent, propinquum ſibi exitum ſuſpicantur, conſiderantes breuitatem uitæ. b ¶ Qui conſiderat qualis erit in morte, ſemper eſt timidus in operatione. Vnde. In omnibus memorare nouiſſima tua, & non peccabis in æternum. Eccleſ.7.d. vnde etiam iſte dicit non peccaui.

a Spiritus meus † attenuabitur, dies mei breuiabuntur, & ſolum mihi ſupereſt ſepul- 1 † 2

a ¶ Culpam non feci, & flagella ſuſcepi, non quod prorſus ſine peccato, ſed non hæc merui.

b chrum. † Nō peccaui, & in amaritudinib. 3
c moratur oculus meus. † Libera me, & pone me iuxta te, & cu- 4 5
d a ¶ Longe eſſe, ut erant, permiſiſti. 6
e iuſuis manus pugnet contra me. † Cor eorum longe feciſti a 7 8
f a ¶ Diſciplina eſt in omnibus quæ pro peccato intulit Deus, a qua longe eſt cor eorum, & ſi corpus ſub ea. 9
g h i diſciplina, propterea non exaltabuntur. † Prædā pollicetur 10

*Polyc. Quis mecū uult in iudicio diſceptare? ad manū meā alliget, vt vna ad diuinū tribunal deducamur.

*Phi. Hæc omnia de Chriſto domino.

g *Cor eo. lon.* Si.n. diſciplinæ cuſtodiam noſſent, nequaquā redemptoris præcepta contemnerent.

h *Propterea non.* Qui n.p diſciplinam minime cuſtodire uitam ſtudent, ſemper per deſideria in imis iacent, nec mentem ad ſpem cæleſtis patriæ erigunt.

i *Prædam pollicetur, &c.* Ad caput malorum, diabolum.ſ. ſententiam conuertit, cuius ſocii ſunt apoſtatæ angeli qui cum eo ceciderunt. Filii, ſunt hoīes peruerſi, qui de eius praua pſuaſione in malitiā gñant. Prædam igitur ſociis pollicet, qa malignis ſpiritib. aīas prauorum promittit in fine rapiēdas.

†Quorum taſti ctum. non eos. †Blanc

D E F

Libera Oculi

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XVII.

Diuiſio.

Spiritus meus attenuab. Poſtquam ſanctus Iob uerba Eliphaz increpatoria excluſerat, hic conſequenter principale propoſitum declarat. ſ. de futura iuſtorum remuneratione, & primo oſtendit propoſitum, ſecundo concludit intentum, ibi. Igitur. Circa primum ponitur primo expectatio futuræ remunerationis, ſecundo ponitur circa amicos Iob defectus huius cognitionis, ibi. *Cor eorum.* Primum autem oſtenditur per breuitatem uitæ humanæ, & calamitatem, cui ſubditur, ex quibus ſequitur felicitatem hominis in futuro expectandam, ſicut & frequenter ſupra dictum eſt. Iſte.n. liber Rhetoricus eſt, & ideo eadem ſententia ſub diuerſis verbis, & ſimilitudinibus frequenter replicatur. Item procedit per modum diſputationis. In eadem autem diſputatione frequenter multiplicantur argumenta per varia verba, licet argumentorum non ſit vis diuerſa. Sic in propoſito Iob per breuitatem, & miſeriam uitæ humanæ frequenter probat expectationem felicitatis futuræ, & hoc eſt quod dicit. Spiritus meus attenuabitur, &c. Vita enim humana continuatur per uitales ſpiritus egredientes a corde, qui in ſenectute debilitantur, & tandem deficiunt, & ſic uita terminatur, ideo ſubditur.

2 *Et ſolum mihi ſupereſt ſepulchrum.* Quaſi diceret. Intantum ſenui, & debilitatus ſum, quod non habeo expectare proſperitatem præſentis uitæ, ſed tantum ſepulturam, iō ſubditur.

Non

3 *Non peccaui.* Licet.n. præſentem uitam non tranſiſſet abſque aliquibus peccatis, tamen erat tanti ponderis, quod propter ipſa infligeretur ſibi pœna, tam grauis, de qua ſubditur.

4 *Et in amaritudinibus moratur oculus meus.* Et magis facit mētionem de oculo quam de alia parte, quia illa afflictio interior mentis magis apparet in oculo, quam in partibus aliis.

5 *Libera me a præſenti afflictione.* Quia in aliquibus libris ponitur, domine, non eſt de textu, ſed ſubintelligitur, quia uerbum Iob ad deum dirigitur. Et ne credatur quod petat liberari per reſtitutionem ad proſperitatem terrenam, iō ſubdit.

6 *Et pone me iux.te.* i. in limbo ſanctorum patrum, ubi defuncti erant de ſua beatitudine futura ſecuri.

7 *Et cuiuſuis manus pugnet contra me.* Quaſi diceret, ibi non debeo timere de inſultu cuiuſcunq. hominis, uel dæmonis.

8 *Cor eorum lon.* Hic oſtendit ignorantiam amicorum ſuorum circa uitam futuram, quam negabant, & primo oſtēdit eorum ignorantiam, ſecundo ſuam diſplicentiam, ibi. *Caligauit.* Circa primum oſtendit ignorantiam eorum, dicens. *Cor eorum longe feciſti a diſciplina.* ſ. veritatis prædictæ. Elongat autem Deus homines a cognitione ueritatis indirecte, inquātum ex eorū demerito retrahit influxum illuſtrationis ſuæ.

Diuiſio

9 *Propterea non exaltabuntur.* In remuneratione futuræ vitæ, quia ignorans ignorabitur, vt habetur 1.Cor.14.

10 *Prædam pollicetur ſociis.* ſ. ipſe Eliphaz, qui felicitatē hominis in proſperitate terrena, & ſic eam promittebat pro pmio illis, qui erant ſuæ opinionis quę per prædam deſignat.

Et

MORALITER.

1 *Spiritus meus attenuab.* Sicut ſupra dictum eſt, Iob tenet typum catholici doctoris; Chriſtus autem doctor eſt principalis. Mat.24.a. *Vnus eſt magiſter veſter Chriſtus*, ideo verbum Iob allegorice de Chriſto poteſt exponi, cum dicitur. Spiritus meus attenuabitur. Ex laborib.n. & afflictionib. quas Chriſtus ſuſtinuit, maioris ætatis uidebatur, quam eſſet, propter quod ſibi dictum fuit Io.8.g. *Quadraginta annos, &c.*

† *Dies mei breuia.* quia 33. annos paſſus fuit ſecundum communius dictum.

2 *Et ſolum mihi ſupereſt ſepulchrum.* Chriſtus.n. præter ſepulturam nihil habuiſſe legitur pretioſum, vt impleretur verbum Eſa.11.c. *Et erit ſepulchrum eius glorioſum.*

3 *Non peccaui.* 1.Pet.2.d. *Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.*

4 *Et in amaritudinibus moratur oculus meus.* In ſua benedicta paſſione pro noſtra ſalute.

5 *Libera me.* In mea reſurrectione.

6 *Et pone me iuxta te.* In mea aſcenſione.

7 *Et cuiuſuis manus pugnet contra me.* q.d. non poterit præualere. Pſal.109.a. *Dixit Dominus Domino meo, ſede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum.*

8 *Cor eorum longe feciſti a diſciplina.* Cor.n. Iudæorum Chriſtum perſequentium a diſciplina Chriſtianā fuit elongatū.

9 *Propterea non exal.* ſed deprimentur, quod fuit impletum per exercitum Romanorum.

10 *Prædam pollicetur ſo.* ſ. Iudæa de Chriſtianis, vt legitur Act.8.& 9.

Poſuit

A a *Oculi filiorū eius defi.* Quia intentiones hominum ad ſola terrena ſperanda excitat, non autem praui amoris intentio permanet, quando & hoc quod amat, conſtat ſub celeritate deficere. Vel, ſocios eius dicit homines crudeliſſimos. Filios, quorum adhuc prauitas augetur.

✱Caten. Græc. Oculi mei ſuper filios extabuerunt. Nicet. Ideo omnes inſultant in meas ærumnas, qui miſericordiā aliquā tribuere deberent.

✱Philip. per filios dęmones itelligit a diabolo immiſſos.

b *Poſuit me.* Omnis q̃ flagello percutitur, quaſi in prouerbium vulgi ponitur, & in exēplum, quia ſtultus quiſque dum cuiquā maledicere appetit, ex eius ſimilitudine maledictionē ſumit, quem percuſſum tēporaliter videt.

B

a ¶ Ita unum corpus ſunt diabolus & omnes iniqui, ut nomine capitis corpus cenſeatur, & econuerſo & ideo hic a multitudine ad ſingularitatem redit.

a †ſociis, & oculi filiorum eius deficient. Poſuit me quaſi in 1 2
a ¶ Quia ſecretum Dei non penetrat.
b c prouerbium uulgi, & †exemplum ſum coram eis. Caliga- 3 4
¶ Infirmitatis.
d uit ab †indignatione oculus meus, & membra mea †quaſi 5
a ¶ Aperit planius quod dixit. Caligauit ad indignationem. b ¶ Qui & ſi aliis non nocet, perfecta agere non ualet, & gloriæ ſimulator s inuide, quia nondum omnia perfecte deſpicit.
e in nihilum redacta ſunt. Stupebunt iuſti ſuper hoc, & inno- 6
f g cens contra hypocritam ſuſcitabitur. Et tenebit iuſtus viam 7
h ſuā, & mundis manib⁹ addet fortitudinem. Igitur omnes uos 8
a ¶ Fide, uel a malo. b ¶ Opere, uel bene agendo. c ¶ Vtinam.
i K conuertimini, & venite, & non inueniam in vobis vllum ſa- 9 10
a ¶ Quia. ¶ Poſt quietis otia perſecutio redit, & cum felicitas tranſit, cura terrenæ diſpoſitionis quæ aliquo modo ab æternis retrahit, in electis ceſſat. ¶ Proponit ſe exemplum.
l pientem. Dies mei tranſierunt, cogitationes meæ diſsipatæ 11
a ¶ Qui cæleſtia petit, torqueri ſe dicit, dum de imis agere cogitur, vnde aduerſitatem lætitiam ducit propter quietem cordis: & hoc eſt: Noctem verterunt in diem.
m ſunt, † torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem, 12 13 14

c *Calig. ad ind.* Ab indignatione oculus caligat, quando ipſi qui in eccleſia lumen veritatis habent, peruerſos contra innocentes præualere conſpiciunt, quia de occulti iudicii admiratione turbantur. Sed cum iuſti ad indignationem caligant, infirmi plerunque vſque ad infidelitatem corruunt, vnde ſequitur.

d *Et membra mea qua. in nihi.* Membrorum nomine teneritudo exprimitur infirmorum, qui dum peruerſos proſpiciunt florere, iuſtos cruciari, bona ſe inchoaſſe pœnitent.

e *Stupebunt iuſti ſuper hoc.* Hoc eſt quod dixerat, ad indignationem oculus meus.

C f *Et innocens contra hypocritam ſu.* Contra hypocritam ſuſcitatur innocens perfectus, quando hunc cum ſuo flore contēnit, eumque prædicando quæ recta ſunt, deſpiciendum eſſe cæteris denuntiat.

✱Olym. Tanquam de alio ſermonem haberet, ſic loquitur: ſed hæc tamen ad ſeipſum refert.

✱Orig. Ego ſcio, qui innocens ſum, recuperaturum priſtinā fortitudinem, fortitudinem, quia vere cecinit Dauid. Non dimittet dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum, vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas. D

✱Phil. Hæc familiaris eſt querela iuſtorum. *Quare non reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces deuorante impio iuſtiorem ſe, & facies homini s ſicut piſces maris, & quaſi reptile non habens principem.*

Abac 1.
Hier. 12.
Pſal. 72.

g *Et tenebit iuſtus uiā ſuam.* Quia dum illū ex peruerſa volūtate obtinere ea quæ mūdi ſunt, intuetur, ipſe ad amorem cœleſtiū robuſtius ſtringitur.

†uniuerſa ſūt ſicut umbra.

h *Et mundis manibus addet fortitudinē.* Quia videns peruerſorum terrenam gloriam, tāto amplius temporalia deſpicit, quanto hęc habere etiam malos cernit. E

i *Igitur omnes uos.* Poſt quam exteriores profectus malorum, bonorum vero interiores intulit, exhortatur electos, vt conuertantur, deſerendo mala, & veniant, bona faciendo.

k *Et non in vo.* Conuerſionem eorum deſiderans exoptat, ne vllum ſapientem in eis inueniat, acti dicat. Stulti eſſe apud vos diſcite, vt in Deo vere eſſe ſapientes valeatis.

✱Phil. Nullus amicorum Iob ſapiens dici poterat, quod contra eum loquerentur, quem Deus laudauerat.

l *Dies mei tranſ.* Dies, proſperitates. Cogitationes cor torquētes, curā terrenæ felicitatis dicit, quæ quāto grauius electos premunt, tanto ſubtilius a iudice rationes de ipſis cogitant exquiri. hæc cogitationes cū ipſa terrena felicitate diſſipant. F

✱Phil. Dies fęlicitatis pterite, & cogitationes i Deū defixę.

m *Noctem ver. in diem.* Diſſipatæ cogitationes noctem in diem vertunt, quia iuſtis nonnunquam amplius placet ex aduerſitate mala perpeti, quam ex proſperitate terrenæ diſpenſationis cura fatigari.

✱Orig. Syri aiunt: noctem in diem verterunt de prædonib dici, qui veſtes detrahunt,

Et

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et oculi filiorum eius. *Qui ſunt imbuti ab eo ſuo errore.*

2 Deficient. *A vera beatitudinis conſecutione.*

3 Poſuit me quaſi in prouerbium uulgi. *Ex dictis. n. Eliphaz qui dicebat Iob punitum pro ſuis peccatis, ſequebatur quod Iob inter uulgares in prouerbium poneretur, vt quando aliquis malus a proſperitate deiiceretur, communiter diceretur. Accidit iſti ſicut, & Iob, et ad idem pertinet, quod ſequitur.* Et exemplum ſum coram eis.

4 Caligauit ad indignationem oculus meus. *Poſtquam Iob oſtendit amicorum ignorantiam, hic conſequenter circa hoc oſtēdit ſuā diſplicentiam, quia plus debet diſplicere defectus amici in ſapientia, quam in pecunia, & ideo dicit.* Caligauit ad indignationem oculus meus. *Triſtitia. n. & ira quæ eſt per zelum, quamuis non excedit animum, tamen ipſum turbat ſecundum Greg.*

5 Et membra mea quaſi in nihilum redacta ſunt. *Quia ira, & triſtitia, quæ ſunt in mente redundant in corpore.*

6 Stupebunt iuſti ſuper hoc. *Videlicet quod homines, tam literati, ſicut erant amici Iob. tanto errore eſſent decepti.*

7 Et innocens contra hypocritam ſuſcitabitur. *Quia ira quæ eſt per zelum ueritatis excitat innocentes ad inſurgendum contra fictionem falſitatis.*

8 Et tenebit iuſtus viam ſuam. *Quia propter errorem magnorū illi qui ſunt firmi, & ſtabiles in virtute non dimittunt viam iuſtitiæ, ſed magis excitantur ad opera perfectionis maioris. Ideo ſequitur, Et mundis manibus addet fortitudinem.*

9 Igitur omnes vos conuertimini. *Hic ex prędictis Iob concludit intentum: intendebat autem Iob duo. Vnum erat, quod amici ſui ab errore reuocarentur, & quantū ad hoc dicit.* Igitur omnes vos conuertimini, & venite. *recedendo ab errore, & veniendo ad veritatē.*

10 Et non inueniam in vo. vllum ſapientem. *quantum ad illud quod de felicitate humana tenetis. ſ. quod ſit in terrena proſperitate, quod eſt a vera ſapientia deuiare, cuius eſt omnia opera in finem optimum, et vltimum ordinare. Secundum quod intendebat Iob declarare, erat quod felicitas hominis non erat in hac uita, ſed in futura expectanda, & quantum ad hoc dicit.*

11 Dies mei tran. *q. d. in hac vita non eſt mihi felicitas expectāda.*

12 Cogitationes meæ diſſipatæ ſunt. *i. impeditæ a contemplationis diuinæ dulcedine propter acerbitatem afflictionis meæ.*

13 Torquentes cor me. *i. retorquentes ipſum a contemplatione primæ veritatis, ad conſiderandum magnitudinem meæ calamitatis.*

14 Noctem ver. in di. *auferentes mihi ſomnum, & inducentes uigiliam, ſicut ſolet fieri de die, ideo ſubditur.*

Et Et

MORALITER.

3 *Poſuit me quaſi in prou.* Greg. Omnis qui flagello percutitur, in prouerbium vulgi ponitur: quia cum maledicitur alicui, dicitur. Sic accidat tibi ſicut illi.

4 *Caligauit ad in. &c.* In perſecutionibus Chriſtianorum aliqui etiam literati aliquando turbantur, de quibus dicitur. *Caligauit ad indignationem oculus meus.* Eccleſiæ oculi ſunt homines literati, & aliqui infirmi franguntur, de quibus dicitur.

5 *Et membra mea qua.* Greg. Nomine membrorum exprimitur teneritudo infirmorum.

6 *Stupebunt iuſti ſuper hoc.* De patientia Dei quæ ſic permittit fideles deprimi.

7 *Et innocens contra hyp. ſuſ.* i. de eius tpali proſperitate mirabitur: quia tamen per hoc ab innocentia nō recedit, ſubdit.

8 *Et tenebit iuſtus viam ſuam, & mun. ma. &c.* Iuſti etiam optant impiorum conuerſionem, ideo ſubditur.

9 *Igitur omnes v. conuertimini.* a malo.

10 *Et ve.* ad bonum.

10 *Et non in. in vo. &c.* Omnis. n. qui ſic conuertitur, ſe fuiſſe fatuum confitetur.

11 *Dies mei tranſierunt.* Impetus. n. tribulationis impedit claritatem contemplationis, propter quod eccleſia tribulata dicit. *Dies mei tranſierunt.* i. meditationes clariores.

12 *Cogitationes meæ diſſipa. ſunt.* i. verſæ ad diuerſa.

13 *Torquentes cor meum.* i. ipſum retrahentes a clara meditatione diuina.

14 *Noctem verterunt in diem.* inducentes me ad vigiliam, quæ magis pertinet ad diem.

Et

a ¶ Quia uiciſſim proſpera, & aduerſa alternant. ¶ Sed &.

a †& rurſum poſt tenebras ſpero lucem. † Si ſuſtinuero, infer- 1 2
b a ¶ Quia nondum venit qui educat. b ¶ Quia nondum videt ibi ſpeciem creatoris. c ¶ Sed quia hoc ex pœna infirmitatis venit, ipſam infirmitatem, ſubdit. 3
c nus domus mea eſt, & in tenebris ſtraui lectulum meū. † Pu- 4
tredini dixi. Pater meus es, mater mea, & ſoror mea vermi- 5
d a ¶ In his languoribus, vel doloribus. b ¶ Exprimit deſiderium ardens. 6
e bus Vbi eſt ergo nunc præſtolatio mea, & † patientiam meā 7
a ¶ Dilationis damna ſubdit, quod dixerat, uoce doloris ingeminat.
f quis conſiderat? † In profundiſſimum infernum deſcendent 8
a ¶ Omnia id eſt, anima, quia ibi totus eſt, vbi ſentire poteſt quod recipit: vel, omnes labores, omne quod erit vnde ibi merces. Vnde ſubdit. b Sed. ¶ Hoc non tam pro ſe, quam ut nos timere faciat dicit. ¶ Sine iudicio mentis quod tu habes. c ¶ Hoc ſe deſiderare, ſed dubium eſſe oſtendit.
g omnia mea. Putas ne ſaltem ibi erit requies mihi? 9

† lucem propinquam a facie tenebrarum Quidam ſubaudiunt, abſorpta eſt, & legunt Lux propinqua facie tenebrarū abſorpta eſt.

† Ad infernū deſcendet, & ſimul in puluere requieſcet.

†Et iam ſi... expectau... Infernus... fundiſſim... quis qual... ue dica...

†Foueæ, corrupti...

† præſtol... nem

A a *Et rur. poſt ten.* Lux poſt tenebras ſperatur, quia poſt noctē vitæ præſentis æternum lumen proſpicitur.

b *Si ſuſtinuero.* priores, & ſancti ſuſtinere aduerſa poterant, & tamen ex corporibus educti ab inferni locis liberari non poterant. Tunc vero homo lectulum ſuum in tenebris ſtrauit, quando lumen iuſtitiæ, per ſuaſori conſentiendo deſeruit. Et quia in inferno iuſti tenebantur, & tamen ex propriis actibus ſupplicium nō habebant, quaſi in tenebris ſtrauiſſe lectulū, eſt in inferno ſibi requiem præparaſſe.

B c *Putredini dixi.* Putredinem, patrem dicit, quia omnis homo ab origine iam vitiata deſcendit: mater vero & ſoror, vermes, quantum ad materiam corruptibilis carnis, quia & de putredine proceſſimus, & cū putredine venimus quam portamus. Vel, mater, natura, & conſuetudo ſoror vocatur, quia ab illa cum iſta ſumus, quæ videlicet mater, & ſoror vermes ſunt, quia ex natura corruptibili, & conſuetudine peruerſa cogimur, vt quaſi quibuſdam vermibus ſic in quietis cogitationibus in mente fatigemur.

⁂ Orig. Vt pueri conſolatores parentes habent, ſic ego mortem, & putredinem. Olympio. Vtque partus nondum editi ſunt in ſordibus, ſic ego in putredine ante mortem.

d *Vbi eſt ergo nunc præſt. mea.* Præſtolatio iuſtorum, Chriſtus quem quandoque venturum nouerant, ſed venire citius

C quærebant: vnde hic additur, nunc:

e *Et patientiā meā quis conſiderat.* Patientiam iuſtorum Deus conſiderat, ſed quaſi non conſiderare dicitur, ad votum deſi-

D derii minus citius apparere, & prolixiora tempora diſpenſationis ſuæ gratiam differre.

f *In profundiſſimum infernum deſcendent omnia mea.* Ante mediatoris aduentum Iob in infernum deſcenſurus erat. Sed quomodo in profundiſſimum. An ſuperiora loca inferi, profundiſſimum infernum vocat? Nam quantum ad celſitudinem cæli, aer iſte infernus eſt, quantum ad eiuſdem aeris altitudinē terra quæ inferius iacet, & infernum intelligi, & profundū poteſt. Quantum vero ad altitudinē terræ, illa loca inferni, quæ ſuperiora ſunt

E aliis receptaculis inferni, hoc loco Profundiſſimum infernum dicit. Omnia autem ſua illuc deſcendere dicit, quo ſola anima eius deſcenſura erat, quia quod ex ſe in terra deſerit, vſquequo ad incorruptionem redeat ſe non eſſe ſentit. Vel, in inferno omnia deſcendunt, quia laborum omnium retributio adhuc in ſola inferni quiete recipi præſtolabatur.

⁂ Phil. Per omnia ſua animam intelligit in qua omnis ſtatus hominis continetur, quod addit: putas ne ſaltem ibi requies erit mihi, potius affectus miſeriis, quam deuictus diffidentia loquitur qui alibi dicit: ſcio quia in inferno proteges me.

g *Putaſne ſaltem ibi erit requies mihi.* Penſandum eſt quis noſtrum de requie ſecurus ſit: ſi de ea trepidat, & ille, cuius uirtutis præconia, & ipſe iudex qui percutit, clamat.

F

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et rur. poſt te. ſpe. lu. *i. cum deſiderio expecto. Et quia amici Iob dicebant ipſum reuerti ad terrenam proſperitatem, et ſpecialiter ſi ſuſtineret patienter, ideo hoc excludit, dicens.*

2 Si ſuſtinuero. *prædicta patienter.*

3 Infernus do mea eſt. *i. ſepultura intra terram, quia non expecto vltra felicitatem terrenam. Et propter illud quod hic dicitur de inferno, ſciendum quod in hoc loco, & in aliis locis huius libri communiter pro inferno ponitur Seol in Hebræo, quod apud Hebræos frequēter accipitur pro foſſa, vel ſepulchro, & ideo ſubditur.*

4 Et in ten. ſtraui. *Ille. n. qui ſepelitur, quaſi in ſtratu ſub terra ponitur quæ eſt tenebroſa.*

5 Putredini di. *quia poſt mortem reſoluitur homo in putredinem, & inde vermes oriuntur, & ſic habent quandam affinitatem, & propinquitatem ad hominem mortuum, ſicut pueri habent propinquitatē cum parentibus, & econuerſo, & etiam inter ſe.*

6 Vbi eſt ergo nunc præſ. mea. *i. expectatio felicitatis, quam mihi promittunt amici in hac uita? q. d. nulla eſt, & per conſequens eſt in futuro expectanda a deo, vnde ſubditur.*

7 Et patientiam meam quis con. *ſ. ad remunerandum. q. d. nullus ſecundum opinionem amicorum meorum felicitatem futuram negantium. Et ex hoc ſequitur, quod Deus non habet prouidentiam de humanis actib quod eſt inconueniens etiam ſecundum amicos Iob, et ideo ducendo eos ad hoc inconueniens, concludit felicitatem hominis in futuro expectandam a deo. Et quia amici Iob dicebant felicitatem aliquo modo ineſſe homini poſt mortem, inquantum remanet in memoria hominum, ut patet ex ſupradictis, ideo Iob excludit hoc di.*

8 In prof. inf. de. omnia mea. *i. quicquid ad me pertinet in terra per ſepulturam, ſecundum errorem amicorum Iob, negantium animæ immortalitatem.*

9 Putas ne ſaltem ibi erit requies mihi. *i. aliquid pertinens ad felicitatem meam? q. d. hoc dicere eſt valde ridiculoſum, cū corpus mortuum nullum habeat ſenſum, nec percipiat aliquid de his quæ fiunt, uel dicuntur extra ptinentia ad laudem hominis mortui, uel uituperium, et ideo Philoſophus 1. Ethicorum reprobat opinionem dicentium hominem uere dici felicem poſt mortem, eo modo quo dicebant amici Iob.*

CAP.

## MORALITER.

1 *Et rur. poſt tenebras.* tribulationes.

2 *Spero lucem.* diuinæ conſolationis. Tobiæ 3. d. *Poſt tempeſtatem tranquillum facis, & poſt lachrymationem, & fletum, gaudium, & exultationem infundis.* Et quoniam tempore Iob per tolerātiā aduerſorum, ſancti non admittebantur ad regnū, ſubdit.

3 *Si ſu. in do. m. eſt.* i. limbus ſanctorum patrum, ubi erat carentia diuinæ viſionis, & ideo ſubditur.

4 *Et in ten. ſtra. le. meum.* quantum ad ſtatum animæ, & ſubditur de corpore.

5 *Putredini di. pa. m.* Sicut. n. iſtæ perſonæ propinquæ ſunt adinuicem, ſic corpus mortuum, fetor, vermis, & horror, habent quandam conſequentiam.

6 *Vbi eſt ergo præſt. mea.* i. expectatio pro tempore nunc Chriſti paſſionem præcedente. q. d. non eſt in cælo.

7 *Et patientiam meam quis conſ.* ſ. ad imitandum. q. d. pauci.

8 *In prof. infernum deſ. omnia.* i. in limbum qui dicitur profundiſſimus infernus reſpectu aeris caliginoſi qui dicitur carcer vel infernus dæmonum.

9 *Putas ne ſaltem.* q. d. erit in parte. ſ. a pœna ſenſibili: ſed non quies perfecta quæ conſiſtit in adeptione, & fruitione ſummi boni.

## ADDITIO.

In c. 17. vbi dicitur in poſtil. *Non peccaui, &c.*

In hoc loco ubi dicitur in tranſlatione noſtra. *Non peccaui & in amaritudinibus moratur oculus meus.* Hebraica litera multū diſtat. Dicit. n. ſic. *Si non mendaces mecum & in amaricando memoratur oculus meus.* & eſt ſenſus quod Iob in his verbis conquerebatur de amicis ſuis qui ſecum erant, de quib. dicit. *Si non mendaces mecum.* qui per mendacia ipſum improbantes in amaritudinem ducebant eum, intantū quod oculus eius morabatur continue in afflictione, de quo dicit. *Et in amaricando moratur oculus meus.* & ut ab iſta perſecutione amicorum euaderet, ſubdit petendo. *Pone me iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra me.* q. d. ſic poſſem ab impugnatione, ſeu inſultu continuo iſtorū euadere, & vt oſtēdat impugnationem iſtorum quō eum eſſe iniuſtam, ſubiungit. *Cor eorum longe feciſti a di. &c.*

RE-

REPLICA. In c. 17. vbi dicitur. *Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus.* hanc noſtram tranſlationem concorditer exponunt doctores, & ſancti, & alii. Sed Burg. finxit puto ſecundum Hebraicam literam, quod debeat ſic ſtare. *Si non mendaces mecum, & in amaricando memoratur oculus meus.* Quod exponendo non bene continuat ſenſum literæ, & nō eſt veriſimile quod poſtillator in lingua peritus tantam varietatem diſſimulauerit, & non viderit. Nec eſt veriſimile, quod beatus Hieronymus tantam orationem transferendo variauerit. Contingit. n. aliquādo propter æquiuocationem, vel alias propter dictionum, ſimilitudinem variare verbū: prout ſæpe poſtillator notauit in opere ſuo de differentia tranſlationis noſtræ, & Hebraicæ veritatis, vbi in hoc loco nullam poſuit differentiam. Iudicet igitur de illo qui vult.

## C A P. X V I I I.

a R*ſpondens,&c.* ⁂ Nicetas. Iuſtum impietatis inſimulat quaſi de ſe ſuperbe ſentientem.

b *Vſque ad q.fi.ver.ia.* Beatum Iob in ſuperbiam aſtruit erupiſſe, quem fatetur verba iactare.

c *Intellige prius.* Signat quanta elatione tumuerat, qui Iob loqui quod non intelligeret, putabat.

c *Quare reputat.ſum.* Humanæ mentis eſt proprium, hoc ſibi fieri ſuſpicari qđ facit. Arbitratur.n. ſe deſpici qui bonos deſpicere conſueuit, & ex ſuſpicione contemptus ad indignationem ꝓſilit, & contumelias ingerit

d *Quid perdis ani. tu.* Reprobi zelum rectitudinis, vel ſpiritualē gratiam ſanctæ prædicationis inſaniam furoris æſtimant, quo petire fidelium animas arbitrantur.

## G A P. X V I I I.

Eſpondens autem Baldath Suites dixit 1
a ¶ De iactantia primo arguit: poſt de impietate.
Vſque ad quem finem verba † iactabis? Intel 2 3
a ¶ Quæ dicis tunc. ¶ Enim. ¶ A te.
lige prius, & ſic loquamur. Quare reputati 4
a ¶ Sine iudicio mentis quod tu habes.
ſumus, ut iumenta, & ſorduimus coram uo- 5
a ¶ Alias Qui perdet. b ¶ Quaſi furor ſit quicquid contra eum eſt.
bis? Quid perdis animam tuam in furore tuo. Nunquid pro- 6 7
¶ A Deo. ¶ Quaſi: nunquid noſtri doctores dimittēt ſua pro tuis? nō: quia mala quæ pateris probant te iniquũ.
pter te derelinquetur terra, & transferentur † rupes de loco
a ¶ Hoc ſi de præſenti uita dicit fallitur, de fine impii verum eſt.
ſuo? † Nonne lux impii extinguetur, nec ſplendebit † flamma 8
ignis eius? Lux obtenebreſcet in tabernaculo illius, & lu- 9 10
¶ Et tunc. ¶ Etiam hic ne ad bona reddant.
cerna quæ ſuper eum eſt, extinguetur. Arctabuntur greſſus 11
† virtutis eius, & † præcipitabit eum conſilium ſuum. 12 13

⁂ Nicetas. Sic Theodotio. Orig. cur in furorem adactus es.
⁂ Cat. Græ. Male affecit te ira, quia Iobus dixerat. Ira ſua vſus deiecit me. Phil. per rupes Angeli, aut potentes, & ſuperbi intelliguntur aut vniuerſa multitudo populorum.

e *Nunquid prop.te dere.ter.* Eccleſia dicit quod non niſi in ſe veraciter colatur Deus, & ibi tantum ſit ſalus. At contra hæretici, ſi hoc eſt verum, omnis terra a deo eſt derelicta, q̄ nos multi vbique incolimus. Quaſi extra te eſt nobis Deus, & ſalus. Vel. *Nūqd p.te.* i. vt quiſquis extra te fuerit, minime ſaluet?

f *Et transferentur ru.&c.* Rupes hæretici vocant, quos ſublimibus excedere ſenſibus æſtimant, quos propter vocem eccleſiæ negant de loco proprio transferri, quoniam tales humilibus

milibus conſentire renituntur. Reprobi aduerſa eccleſiæ videntes, in arrogantiam iuſtitiæ eriguntur, quaſi iuſti pro culpa patiantur. Vnde iſte flagellis Iob inſultat, vnde ſubdit.

g *Nonne lux impii extin.* Hoc dici de impio recte potuit, contra ſanctum non debuit. Lucem proſperitatem præſentis vitæ dicit. Sed lux impii extinguitur quia fugitiuę vitę proſperitas, cum ipſa terminatur.

h *Nec ſplendebit flamma ignis eius.* ignem dicit feruorem temporalium deſideriorũ, cuius flamma eſt decor, vel poteſtas exterior, quæ de interno eius ardore procedit ſed non ſplendebit, quia in die exitus omnis exterior decor ſubtrahitur.

i *Lux obtenebr.in tabern.* Aliquādo triſtitiam tenebras, lucem gaudium accipimus. lux ergo in tabernaculo impii tenebreſcit, quia in eius cōſciētia gaudium quod de temporalibus fuerat, deficit.

k *Et lucerna quæ ſuper eum eſt extin.* Lucerna lumen in teſta eſt lumen ergo in teſta gaudium in carne. Lucerna ergo quæ ſuper eum eſt extinguitur, quia cum malorum ſuorum retributio impium ſequitur, in eius mente gaudium carnale diſſipatur. Bene autem, non quę apud eum, ſed quę ſuper eũ eſt, dicitur, quia iniquorum mentem terrena gaudia poſſident.

l *Arctabuntur greſſus virtut.&c.* Quia vires malitiæ eius quas nunc exercet, poſtmodum pœna conſtringet,

m *Et præcipitabit eum.* Habet nunc conſilium iniquus p̄ſentia appetere, æterna deſerere, ſed ſuo conſilio præcipitatur, quia per hoc in æterni ſupplicii tenebras mergitur.

*Immiſit*

Id in P

† montes. † ſcintilla.

Lucerna.

## N I C O L A V S D E L Y R A.

## C A P. X V I I I.

1 RESpondens autem. *Hic conſequenter ponitur contra Iob ipſius Baldath replicatio, & ſecundo ipſius Iob reſponſio capit. 19. Prima in duas, quia primo Baldath de ſtultiloquio Iob reprehendit, & ſecundo ad principale propoſitum arguit, ibi.* Nunquid propter te. *Circa primum dicit,*

2 Vſque ad quem fi.ver.ia. *q.d. detines tempus in verbis ſuperfluis, & ſuperbis.*

3 Intellige prius. *q.d. non intelligis quæ dicis.*

4 Qua.re.ſ.ut iu.&c. *Dixerat.n.Iob.* Non inueniam in vobis vllum ſapientem. *homo autem carens ſapientia reputatur quaſi beſtia.*

5 Et ſorduimus coram te. *Tanquam ignorantes, & viles pſonę.*

6 Quid perdis animam tuam in furore tuo. *q.d. talia dixiſti ex impetu furoris tui, qui animam a ſapientia, & virtute deiicit, & ſic eam deſtruit, & perdit.*

7 Nunquid propter, &c. *Hic conſequenter arguit ad propoſitum videlicet quod aduerſitates præſentis vitæ non ſunt, niſi pœnæ peccatorum, & hanc opinionem primo aſtruit per ſapientum ſententiam, & ſecundo per experientiam, ibi.* Nonne lux impii. *Circa primum ſciēdum, quod terra inter elementa eſt maxime ſtabilis, cum ſit centrum mundi, & rupes valde ſolida. per hoc ergo deſignat firmitatem, & ſoliditatem ſuæ opinionis tanquam a ſapientibus approbatam, & hoc eſt*

*quod*

*quod dicit.* Nunquid propter te der.terra. *i. firmitas, & ſoliditas noſtræ ſententiæ propter uerba tua irrationabilia, quaſi diceret non.*

8 Nonne lux impii extinguetur. *Hic aſtruit propoſitum per experientiam, et primo propoſitum declarat, et ſecundo epilogat, ibi.* hæc ſunt ergo. *Prima in tres, quia primo aſtruit propoſitum per aduerſitates quæ contingunt in uita præſenti, & ſecundo per illas quę contingunt in morte, ibi.* Auellatur. *tertio per eas quæ contingunt poſt mortem, ibi.* Memoria illius *Prima adhuc in duas, quia primo declarat propoſitum per aduerſitates contingentes extrinſecus, ſecundo per contingentes intrinſecus, ibi.* Attenuetur. *Circa primum dicitur.* Nōne lux impii extinguetur. *i. proſperitas eius temporalis.*

9 Nec ſplendebit flamma ignis eius. *i. deſiderium non ueniet ad effectum, quod eſt maxima pœna hominis ſuperbi.*

10 Lux obtenebreſcet in tabern.il. *i. temporalis proſperitas illorum qui ſunt de domo, & familia eius, decidet ad maiorem pœnam ipſius.*

11 Et lucerna quæ ſuper eum eſt extinguetur. *i. Deus qui a ſuperiori dederat ſibi proſperitatem retrahet manum ſuam, & ſic extinguetur hæc lucerna, non in ſe, ſed in effectu quantum ad ipſum impiũ. Iſta inducit Baldath quaſi diceret, per experientiam vidimus contingere talia mala impiis, & etiam illa quæ ſequuntur, vnde ſubditur.*

12 Arctabuntur greſſus virtutis eius. *i. diffuſio ſuæ potentiæ, quia non poterit ea quæ cogitauerat, perficere.*

13 Et præcipitabit eum conſ.ſuum. *Quia conſilium quod cogitabat ſibi fore ad commodum, erit ſibi nociuum. Et cauſam prædictorum, ſubdit dicens.*

Immiſit

Stabilitas terræ.

## M O R A L I T E R.

1 *Reſpondens autem, &c.* Hic ponitur replicatio Baldath contra Iob, in qua notat eum de ſuperbia, & fatua locutione, licet iniuſte, quia Iob talis non erat, poſſunt tamen dici verba Baldath veraciter contra hominem ſuperbe, & impatiēter loquentem, vt ſibi dicatur.

2 *Vſque ad quem finem verba iactabis?* Modus.n. ſuperbi eſt velle ſemper loqui.

3 *Intellige pri.* vt loquaris rationabiliter. Sed quia ſuperbus noluit intelligere, ut bene ageret, ſequitur.

*Quare*

4 *Quare reput.ſumus, ut iu.* Superbus enim putat alios beſtias reſpectu ſui, & indignos audiri.

6 *Quid perdis animam tu.* i. intellectum tuum quem excæcat ira per vitium. Sed quia propter ſuperbiam hominis veritas non mutatur, ideo ſubditur.

7 *Nunquid prop.te der.ter.* i. veritas firma,

8 *Nonne lux.in.ex.* i. apparentia ſuæ ſapientiæ. q.d. ſic.

12 *Arctabun.gre.uir.eius.* Ita quod perficere non poterit mala, quæ cogitauit.

13 *Præcipitabit eum con.ſuum.* i. conſiliatores ſui, qui ſicut ipſe ſunt peruerſi. Ideo ſequitur.

A a *Immiſit.n.in re.* Qui pedes in rete mittit, non cum uoluerit, eiicit. Sic qui in peccatis ſe deiicit, non mox cum voluerit, ſurgit.
⁂ Chryſ. Translatione ſumpta ab auibus quæ retibus captæ ſe expedire non pñt, innuit impium mala non poſſe vitare.

a †Immiſit enim in rete pedes ſuos, & in maculi eius ambu- 1
b a Exequitur obligationem, ideſt vſque ad finem vitæ in culpa conſtringitur, vnde deſperans ad peiora ſuccenditur. b ¶Impio ſitire eſt huius mundi bona concupiſcere. 2
c lat. Tenebitur planta illius laqueo, & †exardeſcet contra eum 3 4
d ¶Dum diabolus peccatis obligat, mortem peccantis ſitit. a ¶Dum eſca, & quod placet petitur, laqueus tenetur occultus, & quia quod alius facit, ab aliis metuit, addit. Vndique terras eum. Tales omnes ſibi putat, qualis eſt omnibus.
e f ſitis. Abſcondita eſt in terra pedica eius, & decipula illius ſu 5
a ¶In actione quam homo appetit. b ¶Et quid hæc agunt? ¶ Vt non liberi greſſus ſint ad bene agendum.
g per ſemitam. Vndiq; terrebunt eũ formidines & †inuoluent 6
a ¶Sed utinam. ¶Optat, non maledicentis animo, ſed prædicentis. 7
h i pedes eius. Attenuetur fame † robur eius, & †inedia inuadat 8
¶Et. a ¶Gloriam. quæ extra quaſi in cute. 9
K coſtas illius. Deuoret † pulchritudinem cutis eius, & conſu- 10
a ¶Et operibus poterat deo commendari niſi elatio eſſet. b ¶Etiam. c ¶ De terra. 11
l m mat †brachia illius primogenita mors. Auellatur de taberna- 12 13
a ¶Diues gloriam, & opes ſine culpa poſſet habere, ſi hæc in humilitate haberet, ſi in his confidit Deus euellit. b ¶Dum vitiis hic premit, vel in fine, pœna. c¶Cui non reſiſtitur.
n culo ſuo fiducia eius, & †calcet ſuper eum (quaſi rex) inte- 14
a ¶Diabolus, vel peccatum. ¶Ideo interitus dominatur eis, quia & ſi deeſt occaſio peccandi, tamen in cordibus deſiderium non deeſt. 15
o ritus. Habitent in tabernaculo illius † ſocii eius qui non eſt 16

† Miſſus.n eſt in rete ped.b. ſuis, & ſuper rete ambulat

⁂ Phil. Rete.n.eſt malum incurabile, & laqueus, ac ſitis diabol⁹ calcaneo inſidians de quo omnia quę ſequũtur, interpretatur, vt pedica, decipula, fames, primogenita mors interitus, & qui non eſt, quia Deo alienus. ſic Heſter. Ne tradas Domine ſceptrũ B tuum iis qui nõ ſunt.

† vel ſemen, i. filii eius

† membra

† ducet eum ſob. conſilium eius ad regem terrorum, id eſt conſilium, & ſpes ipſius ducet eum ad maximos terrores

† non ſui. i. qui non ſint de familia eius, ſed alieni, ac beſtiæ. i. deſoletur habitatio eius

b *Et in mac. eius am.* Qui in maculis retis ambulat, greſſus ſuos ambulando implicat: & cum ſe expedire ad ambulandum nititur, ne ambulet obligatur.
c *Tenebitur plan. il. la.* Quia uidelicet ſtringetur finis peccato.
d *Et exarde. con. eum.* quia quo ſe malis obligatum penſat, eo de quo reditu deſperat, & ipſa deſperatione acrius ad huius mundi concupiſcentias æſtuat. In eius animo contra eum ſitis exardeſcit, quia qui peruerſe egit, vt peruerſius agat, accenditur.
⁂ Cat. Græc. Multi circa pedes eius in fame anguſta. Alii ſic. Circa multorum autem pedes ueniat in fame anguſta, ideſt, ſupplex, Caten. Græ. legit Ramos, ideſt filios, & pedes, ideſt actiones.
e *Abſcondita eſt in ter.* In terra pedica abſconditur, cum culpa ſub terrenis commodis occultatur, quatenus homo uideat, quid concupiſcere valeat, & tamẽ nequaquam videat, in quo culpæ laqueo pedem ponat.

Decipula hoſtis antiqui.

f *Et dec. il.* Intuetur.n. hoſtis mores cuiuſque cui uitio ſint propinqui, & illa opponit ante faciem, ad quæ agnoſcit facilius inclinari mentem, vt blandis, ac lętis moribus luxuriam aſperis mentibus iram, & ſuperbiam. Ibi ergo decipulam ponit, vbi eſſe ſemitam mentis conſpicit, quia illic periculum C deceptionis inſerit, vbi viam eſſe inuenerit propinquæ cogitationis.
g *Vndique ter.* quia ſæpe idcirco quiſque bonus eſſe metuit, ne hoc a prauis patiatur, quod ſe bonis feciſſe reminiſcitur, D dumque hoc pati quod facit metuit, vndique territus, vndique ſuſpectus in bono opere greſſum perdit.
h *Attenuetur fa.* Caro noſtra infirmitas eſt. Robur autem anima rationalis quæ in expugnandis vitiis reſiſtere per rationem valet. Quæ ſi fame attenuatur, cum nulla interni cibi refectione paſcitur.
i *Et inedia inuadat coſtas illius.* Coſtæ ſunt ſenſus animi qui latẽtes, vt viſcera cogitationes muniunt. inedia inuadit iniqui coſtas quia fames interna ſenſus mentis extenuat, vt cogitationes ſuas intus nullatenus regant, ſed ad exteriora uagentur quæ petunt.
k *Deuoret pulchritudinem cutis eius, & conſumat brachia illius.* Pulchritudo cutis ẽ gloria temporalis exterior, per brachia opera deſignantur. Mortem peccatum dicit, quod animam occidit.
l *Primogenita mors.* ſuperbia ergo eſt initium oĩs pctĩ. Pulchritudinẽ ergo cutis eius, & brachia illius primogenita mors deuorat, qa iniq gĩã, vel opationẽ ſupbia ſupplãtat. Potuit.n.& in hac vita glorioſus exiſtere, ſi ſuperbus minime fuiſſet.
E m *Auellatur de tabernaculo ſuo fiducia eius.* De tabernaculo fiducia eius euellitur, quando peruerſus qui multa in hac uita patrauerat, repentina morte diſſipatur.
n *Et calcet ſuper eum quaſi rex interitus.* Quia hic vel vitiis premitur quæ ad interitum trahunt, vel mortis tempore, poteſtati dæmoniacæ ſubiugatur.
o *Habitent in tabernaculo.* i. in mente eius apoſtatæ angeli per cogitationes nequiſſimas conuerſentur, eius uidelicet ſocii, qui idcirco iam non eſt, quia a ſumma eſſentia iam receſſit.
⁂ Nicetas. i. ſupplicium inexorabile, aut impius, & ab inferioribus, & a regibus multabitur. Aquila ſic. Et incidet ei regis ἀνυπαρξία. fortunarum ſpoliatio a rege illi continget.
F ⁂ Cat. Gr. Habitabit in tabernaculo ſuo in nocte ſua. Nicetas alii in corpore ſuo. i. habitatio illius erit in caligine, & præter corpus nihil erit ei reliquum. Theodotio, habitabit in tabernaculo

† fortit... tur ſupe... ſiciens... pere

† diſp... eum p... ſuis, i.c... gent eu... co ſuo, atque... giat p... ſuis

† tenent... lus par... teri ei... † angeli... tis, uel infirmi... quamo... vel pr... rus eſt... comed... prim... filioru... Ecc.10

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Immiſit in rete pedes ſuos. *ideſt uoluntarie ſe implicauit peccato.*
2 Et in ma. eius am. *cadendo de peccato in peccatum.*
3 Tenebitur plan. *i. conſuetudine peccandi, quæ eſt laqueus detinens in peccato, ſecundum quod dicit Anſelmus libro de ſimilitudinibus.*
4 Et exardeſcet con. eum ſitis. *i. ardor, & deſiderium peccandi contra ſyndereſin remurmurantem ei præualens propter conſuetudinẽ.*
5 Abſcondita eſt in ter. *quia peccator conſiderat tantum bonum extra apparens, & non videt malum intra latens.*
6 Vndique ter. e. f. *quia homo malus propter inimicos, quos acquiſiuit, ſemper eſt timidus.*
7 Et inuo. pe. e. *quia capietur ab aduerſariis ſibi inſidiantibus.*
8 Attenue. *Hic conſequenter oſtendit propoſitum per aduerſitates intrinſecus contingentes. Et quia iuſtus lætatur in uindicta peccatorum propter diuinæ iuſtitiæ zelum, ideo Baldath, qui ſe iuſtum reputabat, mala quæ ſequantur, exprimit per modum deſiderantis, & deprecantis, ve ſuperueniant impiis, di. Attenuetur fame robur eius. Ideſt impii, per defectum enim nutrimenti corpus attenuatur, & robur debilitatur.*

Pſal.57.b

9 Et inedia inuadat coſtas illius. *ipſum vſque ad intima debilitando.*
10 Deuoret pulchritudinem cutis. *i. iuuentutem eius, in qua ætate magis relucet pulchritudo.*
11 Et conſumat brachia illius. *i. fortitudinem eius, quæ per brachia deſignatur.*
12 Primogenita mors. *i. anticipata præueniens mortem naturalem.*
13 Auellatur de tabernaculo ſuo. *Hic aſtruit propoſitum per aduerſitates in morte contingentes. Quarum prima eſt eiectio de loco proprio tanquam quid horribile, & fœtidum, & hoc tangitur, cum dicitur.* Auellatur de tabernaculo ſuo. *quia antiqui in tabernaculis habitabant.*
14 Fiducia eius, *eo quod amplius ibi non reuertetur.*
15 Et calcet ſuper eum, quaſi rex, interitus. *ideſt, per mortem deducatur in cinerem, ſicut in terra quæ calcatur in pulueres redigendo.*
16 Habitent in tabernaculo illius ſocii. *i. ſocii defuncti, qui iã non eſt cum uiuentibus, cuius tabernaculum eſt ſepulchrum, vbi non habet ſocietatem, niſi vermium.*

## MORALITER.

1 *Immiſit in re. &c.* Exardeſcit contra eum ſitis, id eſt voluntas nocendi bonis.
5 *Abſcondita eſt, &c.* quia conſiderat tantum delectationem apparentem, ſed non pœnam ſequentem.
6 *Vndique ter.* qa pp mala q̃ fecit, inſidiari ſibi ſemp credit.
8 *Attenuetur ro.* i. nulla refectione verbi diuini confortetur cor illius.
9 *Et inedia, &c. co. illius.* i. collaterales eius.
10 *Deuoret pulchr. cu. e.* i. ſuperbia, quę principium eſt omnis peccati, deſtruat in eo quicquid habet apparentiam boni. Vnde verſus: Si tibi copia, ſi ſapientia formaque detur: Sola ſuperbia inquinat omnia, ſi comitetur.

Bernar... contr... mundi

13 *Auellatur de ta. ſuo fi. e.* i. anima eius de corpore, quod eſt tabernaculum animæ.
15 *Et calce ſuper.* i. diabolus, de quo dicitur Apoc. 6. b. nomẽ illi mors: qui animam de corpore exeuntem calcat, & ad gehennam ſecum portat.
16 *Habitent in taberna.* i. vermes qui ſunt ſocij defuncti, & iam non eſt, habitent in corpore eius, ipſum comedendo.

1 *Aſpergatur*

A bernaculo eius cunctarum rerum interitus. Hebræus: habitabit in tabernaculis non ſuis. Sulphur autem diuinam dixit vltionem, Idq; factum in regione Sodomitide, & Dauid de improbis vaticinatus eſt dicens: Ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellæ pars calicis eorum. Philip. radix fides, meſſis opera.

a ¶Vnde æternus ignis accenditur.
a aſpergatur in tabernaculo eius ſulphur. Deorſum radices 1
b ¶Quicquid hominibus videatur. 2
c eius ſiccentur, ſurſum autem † atteratur meſſis eius. Memo- 3
¶Etiam. 4
ria illius pereat de terra, & non celebretur nomen eius in pla-
a ¶In quo gloriatur.
d teis. † Expellet eum de luce in tenebras, & de orbe transferet 5
e a ¶Quia in fine cum omnibus ſequacibus ſuis damnabitur. ¶Quia eius iniquitas cum mundo terminatur, & populus eius cum eo punietur. b ¶Perſuaſio.
¶Actio.
f eum. Non erit † ſemen eius, neque progenies in populo ſuo, †
g nec vllæ reliquiæ in † regionibus eius. In die eius ſtupebunt † 6
¶Electi. a ¶Quia multa de iniquis, & capite dixit, generaliter concludit. b ¶In quibus permanet.
h nouiſſimi, & primos inuadet horror. Hæc ſunt ergo taberna- 7 8
i a ¶Qui prius alienum tenebat. 9
cula iniqui, & iſte locus eius qui ignorat Deum. 10

a *Aſpergatur in tabernaculo.* In tabernaculo iniqui, ſulphur aſpergitur, quoties carnis delectatio in eius mẽte dominatur. Per ſulphur enim fœtor carnis accipitur. Et quia talis in malo permanet, vnde nec fructum boni facere poteſt, addit.

b *Deorſum radices eius ſic.* Per radices cogitationes accipimus, quæ in occulto ſitæ ſunt, & B viſibilia opera producunt. Per meſſem aperta operatio: prauus itaque quiſque, dum cogitationes ſuas in infimis rebus ponit, & ſupernę viriditatis gaudia non appetit, radices ſuas deorſum ſiccari permittit, cuius ſurſum meſſis atteritur: quia omnis eius operatio ſuperno iudicio quaſi nihilum deputať.

c *Memoria il. pe.* Memoriam ſuam iniquus in terra ſtatuere conatur, cum gloriam laudis ſuæ extendere nititur. Et nomen ſuum in plateis celebrari gaudet, cum longe lateq; operationem ſuæ iniquitatis extendit.

✲ Nicetas. Memoria, id eſt filij eius morientur qui ſunt monimentum parentum. Quæ omnia Iobo euenerunt excepta neceſſitate regali. Philip. In plateis, & portis reges quondam, & principes reſidebant.

d *Expellet eum de lu.* De luce ad tenebras ducitur, cũ de honore vitæ præſentis ad ſupplicia æterna damnatur. C Sic de vnoquoque iniquo loquitur: vt ad caput, id eſt diabolũ vertatur, qui in Antichriſto nomen extẽdet, quod nũc mali imitanť.

c Et

e *Et de or. tranſ. &c.* Cũ ſuperno apparẽte iudice de hoc mũdo ad penas trãſfertur, quæ oĩa, & de capite malorũ Antichriſto poſſunt accipi. D ✲ Philip. De orbe hoc ſic Apoſt. *Cum iterum introducet primogenitum in orbem terrarum*: vnde & ſequitur. (Hebr. 1.)

f *Non erit ſe. &c.* Quia omnes iniqui qui de eius pſuaſione in prauis actionibus nati ſunt, cum eodem ſuo capite ferientur. Quia hæc de Antichriſto accipienda ſunt, in hoc aperit dum dicit.

g *In die eius ſtu.* Quia tanta tunc ſigna demonſtraturus, & crudelia, ac dura facturus eſt: vt ad ſtuporẽ perducat quos in fine mũdi inuenerit, & priores patres Eliam, & E Enoch (qui in eius expugnationem ſeruati ſunt) carnalis mortis timore, & dolore trãſfigat, quia etſi electi tormentis vinci nequeunt, tamen quia homines ſunt, metuunt tormenta quæ vincunt.

† vel, qui poſt eum venient, & eos qui ante eum ſunt.

h. *Et pri. inua. hor.* Id eſt corda electorum pauore ferientur. vnde ſcriptum eſt: Ita vt in errorem inducãtur ſi fieri poteſt etiam electi: non quidem caſuri, ſed trepidaturi ex carne. (Matt. 24. b)

✲ Nicetas. Primos dixit æquales, poſtremos, qui poſt eum futuri ſunt.

✲ Philip. primos angelos, & ſanctos, nouiſſimos peccatores.

i *Hæc ſunt ergo ta.* De hoc illud retulit quod dixerat: expellet eũ de luce ad tenebras, & de orbe trãſferet eũ. Et eſt ſenſus: Is q nunc Deũ ignorãdo extollitur, tunc ad propria tabernacula peruenit, qñ in ſupplicia demergitur. Vel: Hęc ergo ſunt tabernacula, quaſi in die eius ſtupebũt ſancti, ergo hæc predicta, & tenebrę, &c. erunt tabernacula eius, & ibi habitabit. F Vide quia in concluſionibus ſuarum orationũ ſatis aperte oſtendunt, quod ſanctum Iob credebãt pro iniquitate percuſſum.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA,

1 Aſpergatur in tabernaculo eius ſulphur. *Id eſt fœtor qui per ſulphur, & fœtorem eius deſignatur: in ſepulchro autem non eſt, niſi fœtor, & horror. Thomas autem aliter exponit dicens: Habitent in tabernaculo illius ſocij eius qui non eſt, id eſt amici defuncti, qui iam non eſt cum eis: & ipſi ſuccedunt ei in domo ſua, & bonis. Aſpergatur in tabernaculo eius ſulphur, id eſt in domo in qua ſuccedunt ei amici, qui antiquitus in ſignum triſtitiæ de amici morte aſpergebant aliqua fœtida in domo defuncti, ſicut & modo aliqui accipiunt veſtes nigras. Sed hæc expoſitio non videtur conueniens, quia quod amici defuncti habitent in domo eius, & quod ex morte eius fiant ſigna triſtitiæ, non pertinet ad aduerſitatẽ defuncti, ſed magis ad proſperitates, eo modo quo poſſunt dici: quia cedunt ad eius honorem. hic autem ponuntur aduerſitates quæ contingunt in morte, vt dictum eſt, & ideo prima expoſitio melior videtur.*

2 Deorſum radices eius ſiccentur. *Id eſt illa quæ plantauerat, annihilentur ſine fructu.*

3 Surſum autem at. &c. *ſ. tempeſtate deſuper veniente. q. d. omnia opera eius diſſipentur, tanquam in deteſtationem vitæ eius præteritæ.*

4 Memoria. *Hic aſtruit propoſitum per aduerſitates poſt mortem contingentes. Amici enim Iob ad proſperitatem hominis poſt mortem dicebant pertinere ipſius bonam memoriam, & eius contrarium ad aduerſitatem. ideo dicitur;* Memoria illius pereat de ter. & cę. *& patet litera vſque ibi.*

5 Et de orbe tran. eum. *Ita quod nullo modo remanebit in memoria hominum, nec etiam remanebit aliqualiter in ſua poſteritate. ideo ſubditur: Non erit ſemen eius, &c.*

6 In die eius ſtu, no. *Id eſt minores de populo admirabuntur de tempore ſuæ proſperitatis, ita ſubito deiectæ ad nihilum.*

7 Et primos. *Id eſt maiores in populo.*

8 Inuadet hor. *Ne ſimile eis contingat.*

9 Hęc ſunt er. &c. *Poſtquam Baldath conatus fuerat oſtendere, quod aduerſitates huius vitæ ſunt pœnæ præcedentium peccatorum, hic epilogando concludit:* Hęc er. ſunt ta. ini. *id eſt proceſſus quantum ad aduerſitates huius vitæ, in qua homines ſunt viatores qui tabernaculis vtuntur.*

10 Et iſte lo. eius qui ig. de. *Quãtũ ad aduerſitates poſt iſtã vitã, qñ impii ſunt extra viã, & quaſi in termino. Et ſic patet ex prædictis, ꝙ proceſſus Baldath non eſt efficax ad probandum propoſitum; quia aduerſitates prædictæ non ſolum contingunt impiis, ſed etiã frequenter iuſtis, qui non ſolum in vita, & in morte affliguntur, ſed etiam poſt mortem inter homines dehonorantur, ſicut patet de martyribus, quorum corpora prohibebantur ſepeliri, & relinquebantur feris, & auibus deuoranda, licet aliquando hoc impediretur diuina prouidentia.*

CAP.

## MORALITER.

1 *Aſpergatur in taber.* Id eſt fœtor ex corporis putrefactione.

2 *Deorſum radices eius ſic.* Id eſt cogitationes in mente latentes humore gratię priuentur.

3 *Surſum autem atte. meſſis eius.* Id eſt actus eius procedentes ex cogitationibus puniantur.

4 *Memoria.* ſecũdũ illud Prou. 10. b. *Nomen impiorum putreſcit.*

5 *Et de or.* ſ. corpus ad foſſam, & ſpiritum ad gehennam.

† *Non erit ſe. eius, & c. e.* i. nullum bonum remanebit de eo.

6 *In die eius ſtu.* parui, & magni, ſicut de Nabuchodonoſor dicitur Eſa. 14.

9 *Hæc ſunt er. ta. ini. &c.* Greg. Tunc enim ad ꝓpria tabernacula deueniet, qñ eum ſua iniquitas in ſupplicia demerget.

4 Memoria.

## ADDITIO.

In cap. 18. vbi dicitur in poſtilla: Circa primum ſciendum, quod terra inter elementa eſt maxime ſtabilis.

Hoc quod dr̃: *Nunquid propter te derelinquitur terra.* aliter vr̃ exponendũ. Pro quo ſciendũ eſt, ꝙ ſicut Iob ex opinione amicorũ ſuorũ fęlicitatẽ futurã negantiũ intendebat eos ducere ad hoc incõueniẽs, ſ. quod Deus nõ haberet prouidentiã de humanis actibus, vt circa finẽ ꝓced. cap. poſtillator allegat: ſic ecõuerſo, ſocij eius ex hoc quod Iob aſſerebat, ꝙ aduerſitates huius vitę nõ dabãtur in pęnã peccatorũ: volebãt ducere ipſum Iob ad ipſum incõueniẽs, ſ. quod Deus nõ hẽbat ꝓuidẽtiã de actib. humanis. Cuius rõ ẽ: Nã ꝑſuppoſita eorũ opione erronea,

erronea, ſ. quod in alia vita nõ eẽt ſpectãdũ p̃miũ, nec pena, ſi in hac vita ſaltẽ peccatores nõ haberẽt punitionẽ, manifeſte tolleret diuina prouidentia ab actib. humanis. Ex quo ſequeret̃ quod Deus relinq̃ret terrã, eo modo quo dr̃ Ezech. 9. c. *Dixerũt enim: Derelinquit Dñs terrã, & Dñs nõ videt*, i. non prouidet. Et hoc eſt quod Baldath intẽdebat di. *Nũquid propter te.* quaſi dicat: Nunqd pp̃ opinionẽ tuã erroneã ſecũdũ quã dicis, quod mali pſperant̃ in hac vita, derelinquet̃ terra, ſ. a Dei prouidentia: vt dictũ eſt: Et qa ſi Deus terrã derelinqueret, ſequeretur quod nulla firmitas, nec ſtabilitas eẽt ẽt in rebus ſolidiſſimis, ſicut ſunt rupes. iõ dicit: *Et trãſferetur rupes de loco ſuo*, & vt oſtẽdat Baldath opinionẽ ſuã eſſe notã per experientiam, ſubdit: *Nonne lux impij extinguetur.* quaſi dicat per experientiã eſt notum quod impij in hac vita puniuntur. Hoc enim aſſumebãt amici Iob, tanquam notum, ſ. quod nullus innocẽs in hac vita puniebatur, nec impius in præſenti vita remanebat impunitus. Vnde Eliphaz in ſua prima reſpõſione ſupra cap. 4. dicebat: *Recordare obſecro te, quis vnquam innocens perijt.*

## CAP. XIX.

A a Reſpondens autem Iob, &c. ✠ Nicetas. Iobus amicos reprehendit, quod rõnem ſedulo inibant, quemadmodum ipſum ſermonibus lacerarent, cum amici hominis miſereri debuiſſent.

b *Vſquequo affli. &c.* Atteruntur boni ſermonibus iniquorum, quando contra eos illi in verbis tument, qui aut in peruerſa fide, aut in prauis moribus iacent.

✠ Origen. in Cate. Græc. Sæpenumero qui corporis cruciamenta tolerauit, non paſſus eſt verba: contumeliã enim perferre magni eſt viri.

c *En decies con. me.* Quia ab eis quinquies increpationes audierat, & quinquies reſpondit, decies ſe perhibet eſſe confuſum. Quia in eo quod grauiter increpatus eſt, & in eo quod verba doctrinæ non audientibus dicit, cõfuſionem pertulit in ſuis increpationibus, quia in eis non proficit. In eorum increpationibus, quia dolet de prauitate, quam audit.

B ✠ Philip. In numeris aliqñ ſola rõ perfectionis tenenda eſt, non ratio perſcrutanda: nã Sophar ſemel tñ, Eliphas, & Baldad bis numero vſq; ad iſtum locũ r̃nderunt. hic itaq; in maiori numero minor intelligitur, vt alias in minori maior.

*En decies.* Eccleſia decalogũ ſeruat, cui iniqui toties cõfuſionem faciunt, quoties in ſuis actibus diuinis vocibus obſiſtũt.

Myſtice. d *Et non eru. opprimen. me.* Sunt nonnulli quos ad perpetrandam nequitiam oborta ſubito nequitia inuitat, ſed tamen humana verecundia reuocat.

C Nota. e *Nempe & ſi ig.* Sciẽtia hereticorũ nõ eſt cum eis, ſed cõtra eos, dũ inflat. Sed eccl̃ię ignorãtia, q̃ arcana nõ põt penetrare cũ ea eſt, qa pro ea dũ ſe humiliat: & qa hæretici q̃ quærunt ſcire, elatio eſt, vt cõtra bonos docti videant̃, ſubdit: vos cõtra ex me perculſo q̃ vos deberetis erigi timẽtes vobis deteriora. Bonus enim prius in ſe, poſtea in alios erigitur. Et hoc eſt. D

f *At vos con. me. e.* i. voſmetipſos redarguendos relinquitis, & me diſtrictis ſententijs increpatis.

g *Et arguitis me.* Quia qui eum iuſtum ante flagella nouerant, iniuſtum eẽ ex ipſa iam ſua percuſſione iudicabant.

h *Sal. nunc inte. &c.* Hoc Dominus de illo dixerat (commouiſti me aduerſus eum fruſtra) quod ipſe de ſe aſſerit: quia non æquo iudicio a Domino ſit afflictus. Si enim vita eius, & flagella penſantur, non æquo iudicio videtur afflictus, quia vero merita eius ex flagello cumulauit, Deus non iniuſto iudicio Iob afflixit.

## CAP. XIX.

a ¶Quia hæc & ſi iuſta, iniuſte dicuntur contra Iob, affligi ſe dicit.

1 Reſpondens autem Iob dicit: Vſquequo
2 affligitis animam meam, & atteritis me
3 ſermonibus? En, decies † confudiſtis me,
4

a ¶Timore hominum aliquando mali ad ſe redeunt, plus timentes diſplicere Deo: aliquando vero deſpecto Deo minus hoiem reuerẽtur.

& non erubeſcitis † opprimentes me. †

a ¶Quia. b ¶Quaſi, quod non debetis.

5 Nempe & ſi ignoraui, mecum erit igno-

a ¶Vel Et. ¶Dũ i veſtri. ¶Elati opprobria putant mala temporalia.

6 rantia mea. At vos contra me erigimini, & arguitis me op-
7

a ¶Sed.

8 probrijs † meis. Saltem nunc intelligite, quia Deus †
9

a ¶Quantum ad vitam quam egit.

non æquo iudicio afflixerit me, & flagellis ſuis me cinxerit.

†id eſt ad opprobriũ quod iuſte probris afficiar.

† con

† ſubſ. † Elto ... ie erra mecum bitur meus.

† perui & ieti

✠ Cate. Græc. Scitote ſolum, quia Dominus fecit mihi ſic.

✠ Orige. Quandoquidem eiuſdem naturæ eſtis conſortes, nolite mihi eſſe infeſti, q̃ ſimilibus malis implicari poteſtis.

✠ Orig. & Philip. Hæc ait per conceſſionem pro faciamus me erraſſe, oportebatne vos mihi ita inſultare?

✠ Cat. Græ. Cognoſcite, quia Dominus eſt, qui conturbauit. Hebræus, percuſſit me.

i *Quia Deus non æquo iu.* Aſtruendũ igit̃ eſt, quod & Deus cũ Iob recte egit: & tñ nõ mẽtit̃, q̃ nõ ęque fieri dicit, alioqn diabolus vicit (in eo qd̃ de beati viri culpa p̃miſerat) quẽ Deus laudauit. Hoc nõ elatio, ſed dolor extorſit. Bonus ſi in humilimente exigente cauſa, vel dolore bona de ſe dicit, nõ peccat.

k *Et fla. ſuis me cin.* Cum tanta nos afflictio deprimit, vt nullus rei conſolatione reſpirare animus poſſit, non iam flagellis ſolummodo ferimur: ſed etiam cingimur, quia tribulationum verbere ex omni parte circundamur. F

a Ecce

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XIX.

1 RESpondens autem Iob. *Hic conſequenter ponitur ipſius Iob reſponſio: & primo excludit verba Baldath, & aliorum amicorum ſuorum. & ſecundo accedit ad principale propoſitũ, ibi;* Saltem nunc. *Circa primũ dicitur.* 2 Vſquequo affligitis animã meã. *iniurioſis verbis obiurgando.* 3 Et atteritis me ſermonibus. *i. tædioſis me affligitis verbis, & non rationibus.* 4 En decies confunditis me. *Iob enim quinquies locutus fuerat incipiendo ab illo loco: Pereat dies in qua natus ſum, &c. & amici ſui quinquies contra eum locuti fuerant, obijciendo, & replicando; vt patet ex ſupradictis: & ideo dicit;* En decies confunditis me, *i. nitimini me confundere; quia nitebantur Iob confundere tam ex verbis ſuis proprijs, quàm ex verbis de ore Iob prolatis, vt frequenter patuit in prædictis. Et quia Baldath notauerat Iob de ignorantia, ſcilicet in principio præcedentis capituli dicens;* Intellige prius: *ideo quaſi ad hoc reſpondens Iob dicit.* 5 Nempe & ſi igno. me. erit igno. me. *Id eſt nihil vobis nocebit. Et ideo deberetis tacere de ipſa.* 6 At vos con. me erigi. *verbis præſumptuoſis.* 7 Et argui. me oppro. *Id eſt verbis iniurioſis.* 8 Sal. nunc, &c. *Hic conſequenter Iob accedit ad principale propoſitum. & primo oſtendit ſe non propter peccatum afflictum, quod Baldath conatus fuerat oſtendere. ſecundo remouet quoddam dubium, ibi;* Quis mihi tribuat. *Circa primum primo proponit intentum di.* Saltem nunc intel. *quaſi dicat prius noluiſtis intelligere.* 9 Quia Deus non æquo iu. affl. me. *Hoc non dixit Iob ex propria intentione, ſed tanquam concludens ex dictis aduerſariorum, qui dicebant omnes aduerſitates huius vitæ inferri a Deo in pœnam peccatorum præteritorum tantum; ex quo ſequitur iudicium Dei non eſſe æquum circa Iob, cuius afflictio excedebat culpam.*

Diuiſi

1. Ecce

## MORALITER.

1 *Reſpon. autem Iob, &c.* Sicut dictum eſt ſupra, Beatus Iob boni prælati, vel doctoris gerit typum. Chriſtus aũt princeps eſt paſtorũ, & doctorũ propter quod de ipſo præſens capitulũ exponetur; In quo aliquando pro ſe loquitur, aliquando de ſuis membris, varie tamen. nam aliquãdo loquitur pro membris fortibus, aliquando pro infirmis, dicit ergo.

2 *Vſquequo affli. ani. me. & atte. me ſer.* vt ſit verbũ Chriſti ad inſidiãtes ſibi: de quibus dr̃ Luc. 11. g. *Cœperunt Phariſæi, & legiſperiti grauiter inſiſtere, & os eius opprimere de multis inſidiantes ei.*

4 *En de. con. me.* i. conanini me confundere perfecte. Denarius enim numerus perfectus eſt, ideo ſignificat perfectionẽ.

5 *Nempe ſi igno. &c.* Hic accipitur ſi pro non: nam ignorãtia non fuit in Chriſto, licet Phariſæi tenerent cõtrarium. vnde Luc. 7. f. dixit Phariſeus; *Hic ſi eſſet propheta, ſciret vtique quæ & qualis eſt mulier quæ tangit eum, quia peccatrix eſt.*

6 *At vos con. me eri.* per ſuperbiam.

7 *Et ar. me.* de ſabbathi tranſgreſſione, & peccatorum familiaritate, & huiuſmodi, ſicut patet ex textu Euangelij.

8 *Saltem nunc intel. quod de. afflix. me.* i. quod non affligit me pro peccatis proprijs.

4 En Ecce

¶Cum inimicis.
xerit. † Ecce clamabo † vt impatiens, & nemo † exaudiet. 1 †audiet
¶Quia. a ¶Adhuc de ſua paſſione ſubdit. ¶Quia & ſe percuti aſpicit, nec vitam d giam percuſſione repetit.
b Vociferabor, & non eſt qui iudicet. Semitam meam circum- 2
ſepſit, & tranſire non poſſum, & in calle meo tenebras po- 3 4
c ſuit. Spoliauit me gloria mea, & abſtulit coronam de capite 5 6
d meo. Deſtruxit me vndique, & pereo, & quaſi † euulſæ arbori 7 8 †lignum
e abſtulit ſpem meã. Iratus eſt cõtra me furor eius, & ſic me ha- 9
a ¶Sic ſua narrat, vt ſui, & Eccleſiæ myſteria aperiat. b ¶A Deo permiſſi. 10
f buit quaſi hoſtẽ ſuũ. Simul venerunt † latrones eius, & fecerũt 11 12 †exercitus
g ſibi via † per me, & obſederunt in gyro tabernaculum meum. 13

a *Ecce cla. vt impa.* Deus qd nobis profuturũ ſit ſciens, diſſimulat exaudire dolentiũ, vel merentiũ vocem, vt augeat vtilitatẽ, & purgetur vita p pęnã. Sed hãc diſpẽſationis gratiam nonnulli fidelium ignorant: ex quorum perſona nũc dicitur: *Ecce clamabo, &c. & non eſt qui iu.* Dicitur: quando Deus contra aduerſarium cauſam iudicare diſſimulat, quod iudicium differt, vt ſancti viri merita, & aduerſarij pœna creſcat. *Ecce clama. Semitam meam circum.* Ex figura Eccleſiæ in qua infirmi ſe deſperatos putant, quia tardius audiũtur: in quorum alijs via ſepta ne tranſeant: qui vident agenda, ſed implere non poſſunt. Alijs tenebræ in calle, qui nec agenda queunt diſcernere.

A

B

✣ Orig. Niſi fuerit mihi certamen perfectum, de mea corona haudquaquã iudiciũ fiet. Philip. Aegrotorũ more loqtur, q nõ ex iudicio, ſed ex amaritudine iniurioſa verba pferunt.

b *Semi. me cir. &c.* Circumſeptam verberibus ſemitam ſuam vidit, cum tranſire ad ſecuritatem cupiens, euadere flagella non potuit: & quaſi in calle cordis ignorantiæ tenebras inuenit, qui cur ita flagellaretur, penetrare non potuit.

✣ Cate. Græc. Super faciem meam, id eſt non video vnde egrediar ex ijs malis.

C

c *Spo. me glo. me.* Plane hæc Iob conueniunt. Myſtice aũt gloria cuiuſq; iuſtitia eſt, quæ tegit, & munit a morte, quæ p aduerſa infirmis tollitur, qa vt veſtis exterius hęſit. Corona pręmium victoriæ quę in capite eſt, ſuperna remuneratio in mẽte, ſed hanc perdunt qui in certamine non perdurant. Vel caput, ſunt ſacerdotes, & Eccleſiæ duces: ſed & hi ſuperna præmia deſerunt, quibus ruentibus latius cadit exercitus. D

✣ Polychr. Coronã dixit, vel quia Rex erat, vel quod omni dignitate ſic ſpoliatus.

d *Deſtrux. me vndi. & pe. & qua. euul. ar. &c.* Arbor vento impellitur vt cadat, ſic infirmus nimis ad iniuſtitiam trahitur, & æterna quæ ſperabat relinquit, & quia aliquando qui pœnis territus iuſtitiam relinquit, pęnas tamen nõ euadit. E

✣ Nicetas. Tanquam addidit, vel quaſi: neque enim hoſtili animo, aut perturbato Deus ſupplicia irrogat.

e *Iratus eſt contra me.* Qui enim ita percutitur, vt vires eius ſuperentur, non hunc Deus, vt filium per diſciplinam, ſed vt hoſtem ferit per iram. vnde & propheta: Plaga inimici percuſſi te caſtigatione crudeli. Et quia ſępe maligni ſpiritus cordibus afflictorum multa ſuadent, & ſi quid boni eſt furantur, addit. Ierem. 30.c

f *Simul venerunt la.* i. maligni ſpiritus, qui exquirendis hominum moribus occupãtur: qui viam ſibi in afflictorum cordibus faciunt, quando inter aduerſa quæ exterius tolerantur, cogitationes quoque prauas immittere non deſiſtunt.

g *Et obſederunt in gyro ta. &c.* In gyro tabernaculum obſidẽt, quando ex omni latere tentationibus mentẽ cingũt. Vel etiã F

iuxta

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Ecce clam. *Hic conſequenter procedit ad declarandum proceſſum afflictionis ſuæ reſpectu culpæ: & primo oſtendit magnitudinem ſuæ afflictionis, & ſecundo minoritatem ſuæ tranſgreſſionis, ibi:* Miſeremini mei. *Primum oſtendit dupliciter. Primo per afflictiones ab extrinſeco. Secundo ab intrinſeco, ibi;* Pelli meæ. *Prima in duas, quia primo oſtendit propoſitum per defectum remedii. ſecundo per exceſſum afflictiui, ibi;* Spoliauit me. *Circa primum ſciendum, quod afflictus poteſt habere remedium dupliciter. vno modo per alium, alio modo per ſeipſum. Per alium vero habet remedium, quando aliquis ei compatiens eripit ipſum. Alio modo per recurſum ad iudicem qui liberat ipſum. Vtrũque autem erat excluſum a Iob: & ideo dicit;* Ecce cla. vim pa. & ne. exau. *per compaſſionem auxiliando.*

2 Vocife. *Faciens ad iudicem querimoniam.*

3 Et non eſt qui iu. *Quia Deus non habet iudicem ſuperiorem, qui de pœnis ab eo inflictis ipſi Iob poſſit iudicare. Per ſeipſum autem habet homo remedium dupliciter. Vno modo per ſuam potentiam ſe liberando. Alio modo per ſuam patientiam euadendo; & vtrumque excluditur cum dicitur.*

4 Semitam meam cir. & tran. non poſ. *Id eſt proceſſui meo tot impedimenta poſuit, quod non poſſum amouere.*

5 Et in cal. me. te. poſuit. *Ita quod non poſſum videre quid mihi expediat: triſtitia enim obnubilat intellectum.*

6 Spolia. &c. *Hic oſtendit propoſitum per magnitudinem afflictiui; & primo facit quod dictum eſt. ſecundo probat quoddam ſuppoſitum, ibi:* Iratus. *Circa primum ſciendum, quod inter bona extrinſeca maxima ſunt honor, & dignitas; & ideo iactura iſtorum eſt maxime afflictiua. & quantum ad primum dicit;* Spoliauit me gloria mea. *i. honore excellenti, qui fiebat mihi, ſecundum enim Commentatorem 1. Ethicorũ: Honor eſt reuerentia quæ fit alicui in teſtimonium ſuæ virtutis, ſi fiat in ſecreto, vel corã paucis; ſed ſi fiat in palam, & coram multis, tunc dicitur gloria. Eſt enim gloria longe patens præconium. Et ſic patet quod gloria eſt honoris excellentia. Quantum vero ad ſecundum dicitur.* Gloria.

7 Et abſtu. co. de ca. me. *A ſtatu dignitatis me deiiciendo. Poſt bonum autem honorabile eſt bonum vtile, quo ſuſtentatur vita, & ideo eius ſubtractio eſt afflictiua, quod notat Iob di.*

8 Deſtru. me vn. *Omnia bona interiora ſubtrahendo, vt patuit ſupra 1. cap.*

9 Et pe. *propter defectum bonorum exteriorum. Ideo ſubditur.*

10 Et qua. euul. ar. ab. ſpem me. *Quandiu enim arbor adhæret terræ per radices, ſi abſcindatur remanet ſpes pullulationis: ſed ſi euellatur non remanet talis ſpes, ſed oportet quod deſiccetur: & per hoc deſignat Iob quod non habebat ſpem reuertendi ad proſperitatem temporalem. Tum quia in hoc non habebat ſpem ſuam, ſed in futura remuneratione. Tum quia non apparebat poſſibilitas per viam humanam.*

11 Iratus eſt contra me furor eius, &c. *Hic conſequenter probat quod de recuperatione temporalis fœlicitatis ſperare non debebat; quia ſi hoc eſſet, vel eſſet a Deo, vel ab homine. primo excludit primum, & ſecundo ſecundum, ibi: Fratres meos. Ad probationem autem primi dicit;* Iratus eſt con. me. *mihi afflictiones infligendo; & hoc ſequitur ex dictis amicorum, qui dicebant talia inferri propter peccatum. Ab irato autem contra ſe nullus ſperat auxilium, & maxime quando ira videtur indurata; quod videbatur in propoſito ex continuatione afflictionum. ideo ſubditur:* Et ſic me habuit quaſi hoſtem ſuum.

12 Simul vene. la. eius. *Id eſt, dæmones, vel prædatores, qui bona Iob abſtulerant. Et dicuntur iſti, & illi latrones Dei, quia ex permiſſione eius ipſi Iob mala intulerunt.*

13 Et obſederunt in gyro taber. meum. *Quia dæmones adhuc quærebant nocere ipſi Iob ſi poſſent.*

1 Fratres

## MORALITER.

1 *Ecce clamabo vim patiens, &c.* Nam in Cruce clamauit *Eli, Eli, &c.*

2 *Vociferabor, & non eſt qui iudicet.* Id eſt vindicet. Mors enim Chriſti tunc non fuit vindicata.

3 *Semitam meam cir.* Id eſt vitam meam in omnibus partibus corporis, & ſenſibus afflixit.

5 *Et in cal. me. te. po.* Quia tunc Chriſti diſcipulos Deus in fide dubitare permiſit.

6 *Spol. me gloria mea.* Quando principalis diſcipulus eum in ſua facie ter negauit,

7 *Et abſtulit coronam de capite meo.* Quando ſui negauerunt eum eſſe regem coram Pilato.

8 *Deſtru-*

8 *Deſtruxit me vndique, &c.* Fugientibus diſcipulis ad mortem eundo.

10 *Et quaſi euul. &c.* In diſcipulis deſperantibus Chriſti reſurrectionem, Luc. 24. c. Nos autem ſperabamus, &c. quaſi dicat iam non ſperamus.

11 *Iratus eſt contra me furor eius.* Secundum apparentiam humanam tantum. Ideo ſequitur.

11 *Sic me habuit quaſi hoſtem.* Ly *quaſi* notat apparentiam, & non exiſtentiam.

12 *Simul venerunt latrones eius.* qui in cruce cõuitiabant' Chriſto, vt dr̃ Mar. 15. licet vnus poſt pęnituerit, vt dicit Theo.

13 *Et obſederunt in gyro tabernaculum meum.* Milites cuſtodientes ſepulchrum.

*Fratres*

A iuxta hiſtoriã Beato Iob hęc congruunt, qui non quaſi corrigendũ filiũ, ſed quaſi hoſtem percuſſum ſe iudicauit, dũ mala quæ pertulit, ante oculos cõgeſſit. Per quē latrones fecerũt viã: quia maligni ſpiritus cõtra eũ licentiã percuſſionis acceperunt. Cuius in gyro tabernaculum obſederunt, q̃a ſublatis rebus, & filijs omne corpus eius vlceribus attriuerunt.

Hiſtorice.

a *Fratres me.lon.* Modo voce redemptoris vtitur: ab eo longe facti ſunt fratres: & noti receſſerunt, quem tenentes legem prophetate nouerant, & præſentem minime recognoſcebant. Iudæi etenim propinqui per carnem, & noti, per legis inſtructionem: quaſi obliti quem verbis legis per fidem ꝓphetauerant, verbis perfidiæ incarnatum negabant.

† mihi.

† eis aſſurgebam, loquebãtur contra me

B

a Fratres meos longe fecit a me, & noti mei quaſi alieni receſ- 1
ſerunt a me. Dereliquerunt me propinqui mei, & qui me 2 3
¶Quorum eſt ſeruire in domo aſſidue. 4
b nouerunt, obliti ſunt mei. Inquilini domus meæ, & ancillæ 5
a ¶Incarnatum venerati non ſunt. b ¶Dum non eſt agnitus in domo ſua quaſi peregrinus fuit. 6
c meæ, ſicut alienum habuerunt me, & quaſi peregrinus fui 7 8
d in oculis eorum. Seruum meum vocaui, & non reſpon- 9 †
a ¶Id eſt cum ab eius ore verba corporaliter audiret. 10
e dit: † ore proprio deprecabar illum. Halitum meum exhor- 11
f a ¶Populi, vt Phariſæi, & Doctores. 12
g ruit vxor mea, & orabam filios vteri mei. † Stulti quoque de- 13 14
h ſpiciebant me, & cum † ab eis receſſiſſem, detrahebant mi-
i a ¶Et quid mirum de populo. b ¶Qui ei in ſuis conſulunt, quos eo plus diligit quo plures ei acquirunt.
k hi. Abominati ſunt me quondam conſiliarij mei, † & †
l quem maxime diligebam, auerſatus eſt me. Pelli meæ † con- † 15
m

cum ab ijs diſiunctus fuero ſic loquuntur: Necdum eſt mortuus, quod in diuturnioribus morbis vſu uenit. D

e *Ore pro.de.* Qui autē ei tot præcepta, prophetarũ ore mandaueram, ore proprio deprecabar: q̃a in carne mõſtratus dñi mandata vitę humiliter dixit, quaſi ſuperbientem ſeruum, vt veniret, rogauit.

f *Halitum me.exhor.vxor &c.* Vxor Domini ſynagoga in legis fœdere, carnali ei intelligentia ſubiecta; quæ halitum exhorruit, dũ carnem Domini carnaliter intellexit, & quem videbat hoĩem, Deũ credere expauit. Halitus.n.ex carne ē.

g *Et ora.fi.vte.* Vterũ Dei conſilium eius debemus accipere, ĩ quo ante ſecula per prædeſtinationem concepti ſumus, vt creati per ſecula ꝑducamur. Orauit ergo filios vteri ſui: quia eos quos condidit, incarnatus humiliter rogauit.

† Ini

† & geh ſunt † 3 mei

E

✤ Philipp. Fieri potuit, vt apoſtema habuerit in viſceribus, vnde loquendo odorem ingratum emittebat.

b *Inqui.do.me.* i. ſacerdotes quorum origo in Dei ſeruitio deputata, iam per officium in conditione tenebatur. Ancillæ Leuitarum animæ ſunt ad ſecreta tabernaculi, quaſi ad interiora cubiculi familiarius ſeruientes.

c *Et qua.pere.fui, &c.* quia a ſynagoga non eſt cognitus. vnde & propheta: Quaſi colonus futurus es in terra, & quaſi viator declinans ad manendum. Qui enim vt Dominus auditus nõ eſt, nõ poſſeſſor agri, ſed colonus eſt creditus. *Qui quaſi viator ad manendum declinauit*, quia paucos ex Iudæa abſtulit, & ad vocationem gentium pergens iter cœptum peregit.

Ierem.14.b.

d *Ser.me.vo.* Seruus Iudaicus populus fuit timore obſequēs, quem collatis muneribus quaſi emiſſis vocibus ad ſe ducere ſtatuit, ſed non reſpondit: quia digna opera donis eius reddere contempſit.

✤ Cat.Græ. Blandiens vocabam filios concubinarũ mearũ. Theodotio: Et ſtulti expulerunt me. Symmachus: Inuocabã blandiēs filios puerorũ meorũ. Nicetas. Filios concubinarũ appellat q̃ nõ ſunt ex legitimis nuptijs, vt Iſmael, Dan, & Nephtalim. Nam olim ad liberorũ procreationē pellicibus vti ad generis propagationem haud vetitum erat. Nam omnes filij fuerãt extincti. Philip. Filios appellauit. aut diſcipulos quos ſa pietie doctrina formauerat, aut cõſãguineos more ſcripturę.

C

✤ Philip. Quia dicit ſe receſſiſſe, aduertimus Iob in ſterquilinio non ſemper fuiſſe.

✤ Cate.Græc. Cum ſurrexero, id eſt vbi nox præterijt, aut cum

h *Stul.quoque deſpicie.&c.* Quia dum legiſperitis Deum deſpicerent, eorum incredulitatem turba populi ſecuta eſt. Relictis ſapientibus, pauperes, & ſtultos venerat quærere: vnde cum augmento doloris dicit: *Stulti quoque.* pro quibus ego ſtultitiam ſuſcepi, verbum caro factum deſpiciebant me.

✤ Nicetas. ſic Dauid: Poſuerunt mihi mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.

i *Et cum ab eis re.* Quaſi accedebat ad cor populorũ Dñs, cũ eis miracula demonſtraret, & quaſi recedebat, cũ nulla ſigna oſtenderet, & a miraculis quieſcenti prebere fidem nolebãt.

K *Abomi.ſunt me, &c.* Scribæ, & legis doctores, qui erudire populum ad vitam conſueuerant, venturi redemptoris conſiliarij in membris eius fuerant, vt in membris dicit ſe Deus paſci, & veſtiri, ſic & conſilium accipere.

l *Et quem ma.di.&c.* Ordo doctorum: qui prius in prædicatione ſeruiens, maxime diligebatur: quem non ſolum ad non credendum, ſed vſque ad perſequendum Deum turba ſecuta eſt. Et tunc factum eſt quod ſequitur.

m *Pelli meæ conſumptis.* In oſsibus fortitudo, in carnibus infirmitas corporis deſignatur. Per os ergo Chriſtus, per carnem diſcipuli, qui tempore paſsionis infirma ſapuerunt. Per pellem quæ eſt exterior carne, ſanctæ fœminæ figurantur, quæ exterioribus Domino ſeruierunt miniſterijs. Quaſi ergo conſumpta carne os Domini pelli ſuæ adhæſit, quia fortitudo eius fugientibus diſcipulis, paſsionis tempore iuxta ſe mulieres inuenit. F

Ioann

Cat.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Fratres me.&c. *Hic conſequenter oſtendit ſe deſperare de adiutorio humano: quia ſi hoc eſſet, maxime ſperare poſſet di perſonis, quæ tenentur eum auxiliari: quod remouet di.* Fratres me. *id eſt conſanguineos meos.* 2 Longe fecit a me. *non curantes de mea afflictione.* 3 Et noti mei. *ex quadam familiaritate, & ſocietate ſpeciali.* 4 Receſſerunt a me. *nolētes mihi auxiliari.* 5 Dereliquerunt me. propin. mei. *i. vicinitate coniuncti.* 6 Et qui me no. *excommunicatione in vita.* 7 Obliti ſunt mei. *quia nullum remedium apponunt circa me.* 8 Inquilini, &c. *Hic cõſequenter remouet auxilium perſonarum domeſticarum dicens:* Inquilini do.&c. *id eſt perſonæ quæ tenebantur mihi ſeruire.* 9 Sicut alienum ha.me. *miſeriam meam non attendentes, & ad maiorem contemptum ſubdit.* 10 Seruum meum vocaui. *ad meum auxiliũ.* 11 Et non reſpondit. *ex contemptu, cum tamen ſine vocatione, & deprecatione deberet ſe ingerere.* 12 Halitum me.exhor.vxor me. *quæ mihi deberet maxime eſſe intima, eo q̃ vir, & vxor ſunt duo in carne vna: & tamen horret appropinquare mihi propter fœtorem de meis vlceribus exhalantem.* 13 Et ora.fi.vte. *qui ex obligatione naturali deberet miniſtrare mihi. Et vocantur hic filij Iob nepotes ipſius, qui ſaltē quantum ad plures eorum non fuerunt in illo conuiuio vbi filij Iob fuerunt oppreſſi.* 14 Stulti quoque, &c. *Hic ad maiorem aggrauationem oſtendit ſe non ſolum ab amicis derelictum, ſed etiam ab omnibus deſpectum etiam ab inſipientibus; quod notatur ibi,* Stulti quoque, &c. *& ſapientibus cum dicitur;* Conſiliarij mei: *& etiam ab his qui ante eum dilexerant, ibi;* Et quem maxime diligebam. *ſequitur.* 15 Pelli meæ. *Hic conſequenter oſtendit grauitatē ſuæ afflictionis ab intrinſeco: quia caro eius quæ eſt media inter cutem, & oſſa, ex vlceribus, & doloribus conſumpta erat: & ſic pellis oſſibus adhæſerat.*

Diui

## MORALITER.

1 *Fratres meos longe fecit a me.* Per fratres intelliguntur Apoſtoli, per notos, ſeptuagintaduo diſcipuli: per propinquos, illi qui erant de cognatione Chriſti.

8 *Inquilini domus, &c.* Id eſt perſonæ meo ſeruitio deputatę.

10 *Seruum meum.* Id eſt populum Iudaicum, qui in ſuſceptione legis obligauit ſe ſeruituti diuinæ.

† *Vocaui.* ad gratiam.

11 *Et non reſpondit mihi.* contemnendo eam.

12 *Halitum meum exhorruit vxor mea.* ſynagoga abhorrens Chriſti verba.

13 *Et orabam filios vteri mei.* Eſai. 1. a. *Filios enutriui, & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me.*

14 *Stulti quoque deſpiciebant me.* i. ignari legis, de quibus dicitur, Matth. 27. e. *Prætereuntes autem blaſphemabant eum, &c.*

† *Abominati ſunt me quondam conſiliarij mei.* i. legiſperiti.

† *Et quem maxime diligebam aduerſatus eſt me.* Iſte eſt populus Iudaicus, qui fuit peculiaris Domino, & prædilectus.

15 *Pelli meæ conſumptis carnibus adhæſit os meum, &c.* Per hoc innuitur, quod Saluator noſter fuit multum macilentus, maxime tempore mortis ſuę propter ieiunia, & afflictiones præteritas, & præſentes.

a b ſumptis carnibus adhæſit os meum, & derelicta ſunt † tantum- 1
Sermo. a ¶Apoſtolos qui carnales correctione mordent, & obſtinatorum duritiam frangant. b ¶Et cum hæc ita.
c d modo labia circa dentes meos. Miſeremini mei, miſeremini 2
a ¶Etſi contumeliis affligunt, tamen amicos vocat: quia bonis mentibus etiam ipſa ſiunt proſpera, quæ videntur aduerſa. b ¶Non Sathanæ.
mei, ſaltem vos amici mei: quia manus Domini tetigit me. 3 4
a ¶Enim.
e f Quare perſequimini me, ſicut Deus, & carnibus meis * ſatu- 5 6
a ¶Quaſi, hæc deſidero ſcribi, vt & aliis in exemplum innoteſcant.
g h ramini? Quis mihi tribuat, vt ſcribantur ſermones mei? 7
a ¶Forti ſententia. b ¶Aut exarentur in.
i Quis mihi det, vt exarentur in libro ſtylo ferreo, & plum- 8 9
¶Vel certe. a ¶Ideo hæc volo ſcribi.
K bi lamina, vel celte ſculpantur in ſilice? Scio enim quòd 10 11
a ¶Quem alij putant mortuum.
l Redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſur- 12 13

† eſt tantummodo pellis

* non

-ſaltem

A ✻ Cat. Græ. Septuaginta: Oſſa mea in dentibus tenentur, i. Oſſa ſenſus expertia dolore minime vacāt, ſed quaſi dētib. cōficiūtur. Symmachus: cutim meā dētibus vellicabam, nempe vbi iam extabuerat, diuulſaq; erat, ſic tranſit a malis extrinſecus illatis ad ea quę ſunt corporis. Philip. hanc infirmitatem peſſimam μαρασμὸν appellant medici.

a *Carnibus.* Quæ oſſi hæſerant, dum diſcipuli, licet infirmi, veritatis fidem populis prædicarent. Et cum ſanctæ mulieres, ea q̄ neceſſaria erant exteriora corporis ſubſidia preparatent, quaſi pellis extra manebāt in corpore.

B b *Et derelicta.* ſ. Dentes Apoſtoli ſunt. Labia tantummodo circa dentes relicta ſunt. cum de eo duo poſt mortē eius ambulātes cōfabulari q̄ dē nouerāt: ſed p̄dicare iā eū, aut mordere infideliū vitia formidabāt. Sed iā ad p̄pria verba Iob reuertitur.

✻ Philip. Diabolus vaſa verborū reſeruauerat, vt aliquā blaſphemiā ex ei9 ore, ſi fieri poſſet, extortā doloríb. obſeruaret.

c *Tantummodo.* Nec fęlicibus aliud eſt circa dentes quam labia: & ſic patet hoc myſtice dici.

d *Miſeremini mei.* Piorū eſt cū ab aduerſarijs patiuntur, nō tā ad irā quā ad preces moueri. Tactū aūt ſe manu Domini appellat, ſicut ipſe Sathan dixerat: *Mitte manu tuā, & tange os eius.*

✻ Nicetas. Non propter peccatū, ſed ſua dūtaxat poteſtate vſus Deus calamitatem inuexit. Philip. Tāgere eſt affligere.

e *Quare perſe. me.* Tāto Deus iuſtius aliena vitia pcutit, quāto in ſe nihil hēt vitiorū. Et eſt ſenſus: Ita me ex infirmitatib. meis affligitis, acſi ipſi more Dei de infirmitate nihil hēatis.

✻ Nicetas. Etiamſi a Deo caſtigamur, tamē mutuā a nobis, inter nos exigit charitatem. Etſi Deum oſſendi, vos tamē docete ſi q̄d in vos admiſi. Deo enim ſoli licet oīa in opere ſuo.

f *Sicut de.* Idē cū Deo agūt, q̄a hoc faciūt quod Deus omnipotens fieri permittit. Sed nō idē volūt, q̄a cum omnipotens Deus amādo purgationē exhibet, iniuſtorū prauitas ſæuiēdo malitiā exercet. Vel, quaſi nō infirmi, q̄ nō deberēt increpare cū Deus percutit, ne addant dolorē dolori, ſed cōſolari. Cum

C vero manus Domini ceſſat, tunc dignis increpatio pōt fieri.

g *Et de car. me. ſa.* Quorum mens proximorum pęnas eſurit, ſaturari alienis carnibus quærit. Vel, qui alienæ vitæ detractione paſcuntur, alienis carnibus ſaturantur. Myſtice

h *Quis mi. tri. &c.* Dura quę ſuſtinet, nō vult per ſilētiū tegi, ſed exēplo ad notitiā p̄trahi, vt alij ad patiētiā valeāt ędificari. D

✻ Chryſ. Amplius quā poſtulauit p̄fectū eſt. nā ſi illud factū eēt, iā t̄ps obliteraſſet. hęc vero ſcripta multo magis p̄ſeuerāt.

✻ Nicetas. petitq; patientię ſuę exemplū ſcriptis mandari.

*Quis mi. tri.* Hæc quoq; Eccleſiæ congruunt, quæ duo teſtamēta ſeruat. Cū enim primo dicat, vt ſcribātur ſermones mei, dicit vt exarentur, q̄d idē eſt. ſecūdo ſermones ſuos ſcribi expetit, dicens: *Quis mihi tribuat, vt ſcribantur ſermones mei? Quis mihi det, vt exarentur, &c.* Quæ quia forti ſentētia, modo grauibus p̄ pondus auaritiæ, modo duris cordibus loquitur: ſtylo ferreo in plūbi lamina, vel celte in ſilice ſcribit. Notādū quoq; q̄a p̄ librū vtrorūq; corda intelligit, poſtea vero ipſū librū in lamina plūbi, & in ſilice diuidit. E Nota.

i *Quis mihi det, &c.* Per ſtylum ferreum fortis ſententia patrum. Per plumbū Iudęæ populus grauis peccato. Per ſilicem Gentilitas figuratur. Cuncta ergo quæ pertulit, forti ſententia patrum edoctus: & Iudęæ populus, & Gentilitas agnouit. Quod in plumbo ſcribitur, citius deletur. In ſilice difficile ſculpitur, ſed manet: ſic Iudæa verba Dei cito recepit, & cito deſeruit: Gentilitas vix recepit, ſed recepta fortior ſeruauit.

K *Scio enim quod re. &c.* Nō ait cōditor, ſed redēptor, eū apte denūtiās, q̄ poſtq̄ oīa creauit: de captiuitate, paſſione ſua nos redemit. Viuit autem qui inter manus impiorum occubuit.

✻ Chryſ. Reſurrectionem corporū aperte teſtatur, quę impetus, & cruciatus exceperant. Tertull. cum tempora totius ſpei fixa ſint ſacro ſtylo, nec licet eam ante conſtitui quā aduentū Chriſti, noſtra vota ſuſpirant in ſeculi huius occaſum.

l *Et in nouiſſimo die de terra ſur. ſum: & rur. &c.* Quia reſurrectionē quā in ſe oſtēdit, in nobis ēt q̄nq; facturus eſt. Reſurrectionē quippe quā in ſe oſtēdit, nobis p̄miſit: q̄a ſui capitis gloriā ſequuntur membra. Exemplo quippe monſtrauit quod promittit in præmio, vt ſicut ipſum reſurrexiſſe fideles agnoſcerent, ita in ſeipſis in fine mundi reſurrectionis præmia ſperarent. Et hoc eſt quod dicit: *Et in nouiſſimo die de terra, &c.* Quaſi per eius reſurrectionē ſpero mihi ſimile, ſed in fine: quia noſtra adhuc corpora vſq; in finē mundi a reſurrectionis gloria differūtur: vt alię virgę māſerunt aridę, ſed ſola virga Aaron, id eſt corpus ſacerdotis noſtri in flore reſurrectionis erupit: quo flore ſacerdos eſſe oſtenditur, qui pro nobis interpellat. F

a Quem

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et de. ſunt. tan. la. *Per hoc innuit, q̄ officiis aliorum membrorum ceſſantibus, officium locutionis tantummodo ſibi remanſerat.*

2 Miſeremini. *Hic conſequenter oſtendit Iob trāſgreſſionis, & culpæ ſuæ minoritatem. quando enim aliquis punitur vltra condignum, iuſtū eſt eius miſereri, & maxime ab amicis. & propter hoc dicit:* Miſere. me. *quod verbum duplicat ad maiorem aſſertionem ſuæ innocentiæ: quia talibus afflictis magis eſt compatiendū.* 3 Sal. vos, &c. *Quia cognouiſtis vitam meam præteritam, & per conſequens debetis aduertere me non tanta flagella demeruiſſe.* 4 Qu a ma. te. me. &c. *ſ. totū intra, & extra affligens me.* 5 Quare per. ſi. de. &c. *q. d. non eſt cauſa: quia ipſe poteſt mihi retribuere in futuro præmium patientiæ meæ, vos autem non ſic.* 6 Et car. me. ſa. *Detrahendo mihi aſſerentes me pro peccatis iuſte punitum, detractores enim viuis carnibus ſaturātur.* 7 Quis mi. tri. &c. *Hic conſequenter Iob remouet quoddam dubium. dixerat enim ſupra de Deo: quaſi euulſæ arbori abſtulit ſpem meam, & propter hoc poſſent amici eius credere, quod de Deo totaliter deſperaret: ideo hoc remouet, primo inſinuans quod velit aliquid valde notabile dicere, dicens:* Quis mi. tri. vt ſcri. ſer. m. *Illa. n. ſunt ſcribenda quæ tanquam notabilia ſunt in futurum retinenda, & tanto diligentius debent ſcribi quanto tenacius debēt in memoria haberi; ideo ſubditur.* 8 Quis mi. det vt exa. in li. *id eſt diligenter ſcribantur in pergameno; & ſi hoc non ſufficit.* 9 Stylo fer. & plum. la. *i. cum ſtylo ferreo ſcribantur in plumbo. & ſi lamina plumbi non ſufficit propter mollitiem.* 10 Vel cel. ſcul. in ſili. *Omnia iſta dicit Iob ad deſignādum, quod ea quæ dicturus erat, erant notabilia, & poſt longum tempus futura; cuiuſmodi eſt reſurrectio mortuorum in fine mundi.*

11 Scio enim. *Hic oſtendit quid ſit illud quod deſiderabat ſic ſcribi & retineri, videlicet quod non deſperabat de Deo, ſed magis ſperabat obtinere ab eo fœlicitatem non tranſitoriam, & temporalem, ſed magis æternam, & integram in corpore, & anima per futuram reſurrectionē, & hoc eſt quod dicit;* Scio. *ſ. certa fide teneo.* 12 Quod re. me. vi. &c. *Redemptorem ſuum dicit Dei filium incarnandum qui ab æterno in deitate vixit, ſecundum quod dicitur ad Hebr. vlt. b.* Ieſus Chriſtus heri, & hodie ipſe, & in ſecula. 13 Et in nouiſſi. die de &c. *Non per naturam, ſed per Redemptoris ſui virtutem. & ideo dicit;* In nouiſſi. die. *contra illos qui dixerunt poſt reuolutionem multorum annorum eoſdem homines numero futuros eſſe, & ante etiam fuiſſe, ponentes mundum æternum; & ſecundum hoc non ſuiſſet primus dies, nec futurus eſſet vltimus.*

1 Et

## MORALITER.

2 *Miſeremini mei, miſeremini me.* quaſi dicat omnis creatura compati debet Chriſto morienti.

3 *Saltem vos, &c.* i. Iudæi, ex quibus natus fuit Chriſtus ſecundum carnem. & quia fecerunt contrarium, ſequitur.

5 *Quare me perſe. ſi. De. &c.* Deus enim pater perſecutus fuit filium inquantum pro nobis tradidit illum.

6 *Et car. me. ſatu.* i. afflictionibus corporis mei.

7 *Quis mi. tri. vt ſcri. ſer. me. &c.* per hoc oſtendit Iob, quod volebat dicere aliquid magnum, & firmiter retinendum, cuiuſmodi eſt reſurrectio generalis omnium. ideo ſubditur.

11 *Scio enim quod Redemptor meus viuit.*

Quare

A a *Quem viſurus ſum, &c.* Caro noſtra poſt reſurrectionem eadem erit,& diuerſa. Eadem per naturam,diuerſa per gloriam. Eritque ſpiritualis, quia incorruptibilis, & palpabilis: quia non amittet eſſentiam veracis naturæ.

✠ Cat.Græ. Hæc a Deo mihi facta ſunt, q̃ oculus meus vidit:& non alius. Omnia autem mihi cõfecta ſunt in ſinu, i. mihi vni nota ſunt mea mala. Theodotio.De fecerunt renes mei in ſinu meo.omnia pręcordia contabuerũt.

✠ Philip. Antiqui interpretes dixerunt. Hęc omnia mihi con ſumpta ſunt in ſinu.

b *Ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius.* Expreſſe indicat veritatem reſurrectionis. non enim

B alius moritur,& alius reſurgit (vt qui dicunt inuiſibile,& impalpabile corpus futurũ, ſicut Eutycius dixit) ſed idem ipſe.

c *Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſi.meo.* Nihil nos certius hēre credimus, q̃ quod in ſinu tenemus. In ſinu ergo ſpem repoſitã tenuit, quia vera certitudine de ſpe reſurrectionis pſumpſit. Sed quia venturum diẽ reſurrectionis innotuit,iam nunc,ſeu voce ſua,ſeu typo ſãctę vniuerſalis Eccleſię prauorũ facta redarguit,

D darguit,& iudicium quod in reſurrectionis die ſequitur,prędicit. Quaſi & quia futura eſt reſurrectio, timete iudicium quod tunc fiet,& deſiſtite a malo. Vnde protinus ſubdit.

d *Quare ergo nunc.* Peruerſi quia in lingua iuſti accuſationem inuenire appetunt,verbi radicẽ quęrũt,ex qua loquendi originem ſumant, & ramos loquacitatis dilatent: ſed tamen ſanctus vir mala q̃ fugiãt miſeratus oſtendit.

✠ Nicetas.Hebreus: Et peccatum ſermonis, aut interius latentem culpam.

e *Fugite ergo.* Faciem gladij fugere eſt animaduerſionis diſtrictæ ſententiam prius quàm appareat, placare.

✠ Cate. Græc. Ira enim ſuper humeros veniet, & tunc cognoſcent, vbi eſt eorum materia, aut verborum,aut diuitiarum,in quarum affluentia gloriamini,tanquam virtuti veſtræ debita.

✠ Philip. Gladius eſt regis lingua,cuicunque traditus fuerit,conteretur.

f *Et ſcitote eſſe in.* Omnis qui peruerſe agit,eo ipſo quo hoc deſpicit,eſſe Dei iudicium neſcit.

*Marginal notes:* † vel, & poſt pellem meã, contriuerũt, & hanc (ſub. vermes,i.poſt contritam, & perforatã pellẽ meam,vermes perforauerunt carnẽ meam.) †ira iniquitatum, (.i. gladius eſt qui iniquitates vlciſcitur.

a ¶Exponit effectum reſurrectionis. b ¶Scilicet ne putent aliam.
rectur*us* ſum, & rurſum circundabor pelle mea, & in car- 1 2
a ¶Non aereo,vel alio corpore,ſed in eadem carne.
¶Ero. ¶Cum. ¶Spiritu. b ¶Non tantum cordis,ſed & corporis.
a ne mea videbo Deum. Quem viſurus ſum † ego ipſe, & oculi 3
a ¶Hoc eſt mihi certiſſimum.
b c mei conſpecturi ſunt, & non alius. † Repoſita eſt hæc ſpes 4 5
a ¶Facta reprehendit.
d mea in ſinu meo. † Quare ergo nunc dicitis, perſequamur 6
a ¶A prauis. b ¶Pœnam indicat 7
e eum, & radicem verbi inueniamus contra eum? † Fugite er- 8
go a facie gladij, quoniam † vltor iniquitatum gladius eſt, 9 10
a ¶Quod non timendo neſcitis. 11
f & ſcitote eſſe iudicium. 12

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et rur.cir.pel.me. *Contra illos qui ponunt reſurrectionem futuram non in corpore ex elementis compoſito,ſed magis in corpore de natura cœleſti.* 2 Et in carne mea vi.Deum,&c. *Hoc dicit contra errorem illorum qui dicunt reſurrectionem futuram in carne corporali cibis indigente: quia talis caro aggrauat animam,& non poteſt videre ſic diuinam eſſentiam: in reſurrectione autem ex gloria animæ ad corpus redundante fiet caro incorruptibilis in nullo aggrauans animam,nec impediens a diuina viſione.* 3 Quẽ viſu.ſum ego ipſe. *Hoc dixit ad excludendum errorem Porphyrii dicentis, quod ſola anima eſſet beatificabilis, & corpus eſſet omnino fugiendum: & ſic non idem ipſe homo qui compoſitus eſt ex anima, & corpore.* 4 Et non alius. *Hoc dicit contra dictum Ariſt.2.de Generatione, qui dicit ea quæ corrumpuntur redire non eadem numero,ſed tantum ſpecie. Declarata igitur veritate reſurrectionis futuræ dicit.* 5 Repoſita eſt hæc ſpes mea. *Quaſi diceret,non de Deo deſpero,ſed maxime ſpero.* 6 In ſinu meo. *i.in corde meo: & loquitur de iſta ſpe,tãquã de re chariſſima quæ in ſinu abſconditur,ne perdatur.* 7 Qua.er. *Hic ex prædictis repellit verba amicorũ ſuorum qui dicebant eum deſperatum di.* Qua.er.nunc di.perſe.eũ. *tanquã de Deo non ſperantẽ,nec ipſum timẽtẽ.*
8 Et ra.ver.inue.con.eum. *Ad improbandum dicta eius de Dei prouidentia prouidente in futurum iuſtis, & peccatoribus præmia, & ſupplicia,quod erit in futuro iudicio.ideo ſubditur.*
9 Fugi.er.a fa. *Id eſt a ſententia extremi iudicij.*
10 Quo.vl.in. *quæ non puniuntur hic in præſenti.*
11 Gla.eſt. *ſ.ſententia extremi iudicij.ideo ſubditur.*
12 Et ſci.eſſe iu.&c. *non ſolum in hac vita,ſed etiã poſt hanc vitã in reſurrectione bonorum, & malorum: quia tunc erit omnium generale iudiciũ; & oĩa quæ nũc videntur inordinata de proſperitate temporali malorũ,& afflictione innocentium,videbũtur tunc ordinatiſſime facta.*

Porphyrii error. Philoſophus.

## MORALITER.

7 *Qua.er.nunc di.per eum,&c.* Tanquam malum,& deſperatum, cum ſperem in Saluatorem meum: hoc dicitur in perſona Iob:& poteſt exponi myſtice de membris Chriſti futuris tempore Antichriſti.

8 *Et ra.ver.in.con.eum.* Id eſt occaſionem cõdemnandi eum ex verbis eius.
9 *Fu.er.a fa.gladii.* i.ſententiæ diuinæ,
12 *Et ſcito eſſe iudi.* ſ.generale futurum,in quo punietur grauiſſime id quod videtur nunc oblitum.

8 *Et*

## ADDITIO I.

In cap.19.vbi dicitur in poſtil. *Celte ſculpantur in ſilice.* Licet qdã legant,vel celte ſculpant̃ in ſilice,in Biblijs antiqs habet̃: *vel certe ſculpantur in ſilice*;q᷑ magis cõſonat cũ Hebręo.
In eodem cap.19. vbi dicitur in poſtil. *Repoſita eſt ergo ſpes mea.* quaſi dicat non de Deo deſpero.

## ADDITIO II.

Vbi in tranſlatione noſtra dicitur: *Repoſita eſt ergo ſpes mea,* in Hebræo ponuntur aliquæ dictiones habentes multa ſignificata,quę vno modo,prout ad propoſitũ ſpectat,ſignificant: *Conſummata ſunt*, ſeu *completa ſunt, deſideria mea in ſinu meo*; & erit ſententia eadem cum noſtra tr.&c.

AD-

## CAP. XX.

a RESPONDENS. ✠ Nicetas.Sopharus diuinam in impios,inter quorum fœlicitatem,& ſomnia nihil intereſt, animaduerſionem commemorat.

b *Idcirco co.* Acſi dicat: quia extremi iudicij terrorem cõſidero, idcirco cogitationum tumultibus in timore confundor.

C c *Et mens in diuer. rapi.* Quando modo, mala q̃ agere agere neglexit:modo reprehenſibilia in q̃b.eſt mõ recta ſibi adhuc deeſſe cõſpicit ſolito pauore perpẽdit.Iſti ex ſocietate Iob nouerũt qdem recte viuere,ſed iudicia Dei ſubtil̃r pẽſare neſcientes,iuſtos hic non poſſe percuti credunt. Et ideo hũc ſuſpicati ſunt iniquum, & ad increpationem dilabuntur; ad quam tamen ſub quadam reuerentia deſcendunt. vnde iſte ſubdit.

d *Doctrinam qua, & cæt.* Quibus moderate præ-

## CAP. XX.

a RESPONDENS autem Sophar Naamathites, dixit: 1
b Idcirco cogitationes meæ † variæ ſuccedunt 2 3
c ſibi, & mens in diuerſa rapitur. † Doctri- 4
a ¶Quaſi ego ſic ago: ſed. ¶Quaſi tu iuſtus non videris qui iam puniris. 5
d nam qua me arguis audiã,& ſpiritus intelligẽ- 6

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XX.

1 RESPONDENS autem So. *Hic ponitur ipſius Sophar replicatio. & primo aperit intentum ſuum.ſecundo proſequitur propoſitũ, ibi:* Hoc ſcio. *Circa primum ſciendũ,quod auditis verbis Iob,Sophar aſſenſit ei in parte,ſ.de iudicio futuro, & immortalitate animæ. & hoc eſt quod dicitur.* 1 Idcirco. *propter ea quæ dixiſti.* 3 Cogitationes meæ,&c. *credens illud eſſe verum quod prius nõ credidi;quia tamẽ nõ aſſentiebat ei in toto, ideo ſubditur.* 4 Et mens in di.ra. *partim tibi aſſentiẽdo,& partim diſſentiẽdo.* 5 Doctri.qua me ar. au. *i.aſſẽtiã his q̃ dixiſti de immortalitate animę,& Dei futuro iudicio.* 6 Et ſpi.intel.meę re.mi. *i.adhuc rationes habeo ad ſuſtinendum illud*

## MORALITER.

1 *Reſpon.au.So.&c.* contra Iob replicãdo quantũ ad illud in quo quo adhuc diſſentiebat ab eo,ſ.q᷑ pęnæ vitę pſentis infligunt̃ a Deo ꝑ pteritis peccatis: & quia videbat Iob grauiter pcuſſum,

premiſſis aperte exprobrat di. *Doctri. qua me ar.* Qui dicētis verba diſcernunt, doctrinā eius non ad adiutorium, ſed ad occaſionem certaminis ſumunt, vt audita potius iudicēt quam ſequātur: & hoc eſt: *Doctri. qua &c.* Acſi aperte dicat: Tua quidē verba audio, ſed an recte prolata ſint, ſpiritu meę intelligētię diſcerno. Et hoc inuenio quod laus impiorum, &c.

✻ Orige. reprehenſiones pro doctrina accipio.

✻ Nicetas. Quidam interpretes hæc ironice dicta putant: at vera hæc eſt ſentētia: non ſic exiſtimabam contradicere te hæc: & num hæc intelligitis magis, quam ego? Eruditionem confuſionis meæ audiā, & ſpiritus ex intelligentia reſpondebit mihi, id eſt te ſilentio vſurum, & noſtra monita comprobaturum.

¶Inflatus ſpiritu ſcientiæ ſuæ, in Iob retorquet quæ impijs conueniunt.

a tiæ meæ reſpondebit † mihi. † Hoc ſcio a principio ex quo 1 2
¶Quæ in fauoribus linguarum eſt
poſitus eſt homo ſuper terram, quòd laus impiorum breuis 3 4
a ¶In his honoribus. b ¶Pro pœnis quas videt: putat hypocriſim bona quæ olim viderit.
b ſit, & gaudium hypocritæ ad inſtar puncti. Si aſcenderit vſ- 5 6
c ¶Intellectus ſanctis æquetur.
d que ad cœlum † ſuperbia eius, & caput eius nubes tetigerit, 7 8
a ¶Pro vitijs in morte conculcabitur qui hic glorioſus erat.
e quaſi ſterquilinium † in fine perdetur, & qui eum viderant di- 9 10
¶Hoc ſcito.
f cent: vbi eſt? Velut ſomnium auolans non inuenietur, tranſiet 11 12
a ¶Quia non eſt res, ſed viſio.
g ſicut viſio nocturna. Oculus qui eum viderat, non videbit, 13 14
h neque vltra intuebitur eum locus † ſuus. Filii eius † atterentur 15 16
i a ¶Quaſi debitum. b ¶Quia hic ſe talem exhibet: vlus confirmat quod male cœpit, vel bona quæ habet perdet propter ſimulata.
k l egeſtate, & manus illius reddent † ei dolorem ſuum. Oſſa eius 17 18 19

† An non hoc nouerit a ſæculo,

† vel cogētur placare pauperes (quorū bona rapuit impius.)

† vel quæ rapuerat ipſe.

a *Hoc ſcio a prin.* Si enim ab ipſo humani generis exortu vſque ad hoc tempus mentis oculos ducimus, omne quod finiri potuit quam breue fuerit, videmus.

b *Et gau. hy.* Gaudium hypocritæ in ſimilitudinem puncti eſt. Nam ſicut ſtylus in puncto dum ponitur leuatur, ſic hypocrita præſentis vitæ laudem dum tangit, amittit.

c *Ad inſtar pun.* quia lætitia pertranſit, pœna permanet, apparet ad momentum, diſparet in perpetuum.

d *Si aſcen.* Id eſt etſi cœleſtem vitam ſe agere ſimulat, etſi intellectum ſuū ſimilem veris prędicatoribus oſtentat, quaſi ſterquilinium tamen in fine perdetur, quia mens illius pro vitiorum ſuorum fœtore damnabitur.

✻ Orig. & Cat. Græ. Si aſcenderint in cœlum dona eius, ſacrificiū autē eius nubes tetigerit, &c. Orig. muneribus Deus nō corrumpitur, ſed animi quit affectione, & ſpiritū contribulatū. hinc Nabuchodonoſor dictū: peccata tua eleemoſynis redime. Et hæreticus quidem cū preces Deo adhibuerit, tūc funditus interibit: oratio enim eius reputatur in peccatum.

e *Et qui eum viderant, dicent.* Qui hūc elatum viderant, extincto dicent, vbi eſt? quia neque in hoc ſeculo vbi elatus fuerat, apparet: neque in æternitatis requie, de qua eſſe putabatur.

f *Velut ſomnium auo.* Vita hypocritæ quædam viſio phātaſmatis eſt, quæ hoc oſtendit imagine quod nō hēt ex veritate. Quæ ſomno comparatur, qa ab eo omnis laus, & gloria dum tenetur, amittitur. Tranſiet autem velut nocturna viſio: qa quod ſe ad momentum diuitem humanis æſtimationibus videt, de oſtētatione eſt phantaſmatis, non de ſoliditate virtutis: & cum mens eius in morte euigilat, cognoſcit, quia hominum fauores dormiens videbat.

g *Oculus qui eum vi.* Locus hypocritæ cor adulantium. Ibi quippe requieſcit vbi fauores inuenit. Oculus ergo qui eum viderat non videbit, quia in morte amatoribus ſuis abſconditur, qui eum conſueuerant admirando conſpicere.

h *Neque vl. intue.* Quia linguę adulantium hunc ad iudicium fauoribus non ſequuntur.

i *Filij eius atte. &c.* Quia hi qui in hypocriſim ex eius imitatione naſcuntur, dum veritatis ſoliditatem nō tenent, in cordis egeſtate deficiunt.

k *Et ma. il.* Quia dānationē iuſtā ex iniqua rapiēt opatione.

✻ Cat. Græc. manus eius ſuccendent dolores. Aquila, reddent. Symmachus, inferent.

✻ Nicetas. Manus ſunt actiones malæ, quæ flammam ſupplicij excitabunt. Interim autem fit quod ſequitur.

l *Oſſa eius imple.* Adoleſcētia hypocritæ inchoatio prauitatis eſt.

## NICOLAVS DE LYRA.

*illud in quo diſſentio: illud autem erat de aduerſitatibus, & proſperitatibus huius vitæ, ſcilicet quod ſint pœnæ, & præmia bonorum, & malorum præteritorum: & hoc intendit proſequi; propter quod facta ſibi de hoc ſatisfactione per reſponſionem Iob ſequentem, non replicauit vltra contra ipſum.*

1 Hoc ſcio, &c. *Hic proſequitur intentum. Circa quod ſciendum, quod Sophar de aduerſitatibus, & proſperitatibus huius vitæ diſputando cum Iob in aliquo concordabat ei de immortalitate, ſcilicet animæ, & iudicio futuro: & per conſequens ei aſſentiebat, quod eſſent punitiones, & præmiationes in futuro, & per conſequens ſolæ aduerſitates, & proſperitates huius vitæ non ſunt punitiones, & præmiationes vitiorum, & virtutum: ſed cum iſtis ſunt aliæ in futuro expectandæ. Diſſentiebat tamen a Iob in hoc quod omnem aduerſitatem huius vitæ ponebat punitionem alicuius peccati præcedentis, licet non totalem: & ſimiliter de proſperitate reſpectu virtutis. Ergo Sophar primo proſequitur quantum ad hoc illud in quo diſſentiebat a Iob, ſecundo illud in quo conſentiebat, ibi;* Fugiet arma. *Contra illud in quo diſſentiebat a Iob, maxime videtur eſſe quod impiis, & peccatoribus frequenter contingunt proſperitates huius vitæ: quod non eſſet ſi ſemper eſſent præmiationes actuū virtutis, quo non ſunt impiis; ideo hoc nititur Sophar excludere dicens, quod ſunt ita breues quod quaſi pro nihilo debent computari, & maxime quia faciunt ad augmentum doloris ſubito ſequentis. & primo deſcribit huiuſmodi impii tribulationem; & ſecundo aſſignat cauſam, ibi;* Cum enim dulce. *Prima in duas; quia primo oſtendit dictam tribulationem in perſonis impiorum. ſecundo in perſonis aliorum ſibi adhærentium, ibi;* Filij eius. *Circa primū dicit;* Hoc ſcio *ſ. quod ſeqtur.*

2 A prin. ex quo po. &c. *hoc eſt, a principio mundi expertum eſt, & in ſcriptis redactum.*

3 Quod laus impio. *Id eſt celebritas famæ ipſorum.*

4 Breuis ſit *quia ſtatim ſuccedit diffamatio eorum.*

5 Et gau. hypo. *qui gaudet de apparenti ſanctitate.*

6 Ad inſtar pun. *Id eſt nullius durationis, ſeu momenti.*

7 Si aſ. vſ. ad cœ. *Id eſt ad altiſſimum ſtatum.*

8 Quaſi ſterquilinium in fine perdetur, &c. *quia ſubito tanquam quid vile, & fœtidum conculcabitur.*

9 Et qui eum vi. *In alto ſtatu.*

10 Dicent. *præ admiratione.*

11 Vbi eſt? *quaſi dicat ad nihilum redactus eſt. ideo ſubditur.*

12 Velut ſomnium auo. &c. *Quod velociter tranſit ſine veſtigio, & memoria.*

13 Oculus qui eum viderat. *In vita præſenti.*

14 Non vi. eum. *quia auferetur morte contemptibili.*

15 Neque vltra in eum lo. &c. *quia de morte non reuertitur aliquis ad ſtatum præſentis vitæ.*

16 Filij eius. *Hic conſequenter oſtendit tribulationem impii in perſonis coniunctis, dicens;* Filij eius atte. egeſta. *poſt mortem patris in pœnam ſuæ iniquitatis.*

17 Et ma. il. *Id eſt opera eius iniqua.*

18 Reddent ei do. ſuum. *Non ſolum in ſe, ſed etiam in filiis ſuis.*

19 Oſſa eius. *Id eſt ſui ſatellites ei robur præſtantes, ſicut exponit hic Ra. Sa.*

1 Imple-

## MORALITER.

ſum, reputabat eum fuiſſe valde malum: ſed quoniam in ipſo Iob multa bona apparuerāt quæ negare nō poterat, illa fuiſſe facta per hypocriſim aſſerebat: licet aūt eius verba nō valeāt contra Iob, valent tamen contra eos q tales ſunt. & ſic dixit.

1 *Scio a prin. &c. quod l. im. b. ſit.* quia non durat vltra præſentem vitam quæ breuis eſt: & frequenter eius fictio ante mortem deprehenditur: & ſic eius laus in vituperium reuerſatur.

5 *Et gau. hypo. ad in. pun* Id eſt nullius momenti.

7 *Si aſcen. vſque &c.* per ſanctitatis apparentiam.

8 *Quaſi ſter. &c.* quia propter peccati fœtorem ad æternum ſupplicium protrahetur.

9 *Et qui vi. eum.* In gloria mundana.

10 *Dicent, vbi eſt?* Id eſt non apparet vltra.

16 *Filii eius atterentur egeſta.* Id eſt eius imitatores punientur pœna gehennæ.

17 *Et manus eius reddent ei dolo. ſuum.* Id eſt eius opera facient eum pœna dignum.

19 *Oſſa eius imple. vi.* Id eſt eius ſatellites qui eum roborant in malis, ſimiles erunt ei in vitijs, & in pœnis.

8 Quaſi

Cum

eſt. Oſſa dura in eo, prauitatis eſt conſuetudo. Oſſa itaq; eius
A impletur vitijs adoleſcētiæ: qa duræ in eo prauitatū conſuetudines, a vitio ſumpt æ ſunt peſſimæ inchoationis, q̄ oſſa cū eo in puluere dormient. In puluere dormire, eſt vſq; ad puluerē, i. vſque ad mortē ab iniquitate non ceſſare. Aliter, oſſa dicit aliquid forte, ac validū, quod nonnunquam hypocrita habet in operatione. Cuius oſſa implebuntur vitijs eius adoleſcentiæ, quia cum mobilis, ac leuis multa pueriliter facit, etiam in his quæ fortiter egerit, in vitio molleſcit. Cuius oſſa in puluere dormire, eſt cum prauis a-
B ctionibus eius, etiam ſi qua ſunt bene acta, omni ſoliditate vacuari, ac deperire.

† poſſunt hæc verba verti in præterito imperfecto, indicat etiam in ſequenti: verſu, parcebat
† in medio eius
† ſurget

a ¶Prouerbium eſt: Adoleſcens iuxta viam ſuam, & cum ſenuerit non recedet ab ea Prouer. 22. a.
b ¶Omnis ſimulatio puluis eſt, in qua & os perit.

implebuntur vitijs adoleſcentiæ eius, & cum eo in puluere 1
a dormient. Cum enim † dulce fuerit in ore eius malum, ab- 2 3
¶Quæ bene ſonat.
b ſcondet illud ſub lingua ſua. Parcet illi, & non derelinquet 4 5
c illud, & celabit in gutture ſuo. Panis eius in vtero illius, ver- 6 7
d tetur in fel aſpidum † intrinſecus. Diuitias quas deuorauit, 8 9
e euomet: & de ventre illius extrahet eas Deus. Caput aſpi- 10 11 12 13

a ¶Aſpis paruus eſt latens tentatio dæmonum, cuius caput, id eſt initium prius in corde naſcitur, qua captus etiam poſt violenter trahitur, ſicut & in paradiſo diabolus prius blande perſuaſit hominem: poſt conſenſum, nunc etiam renitentem trahit. b ¶Quaſi vi patiens: per quam ſignatur violenta tentatio. c ¶Hypocrita dæmonum quaſi ſerpentum veneno penetratus, dona Spiritusſancti non videt, qui ſit extra fauoribus intentus. vnde: Luet quæ fecit omnia.

f dum † ſuget, & occidet eum lingua viperæ. Non † videat 14 15
g riuulos fluminis torrentis mellis, & butyri. † Luet quæ fecit 16 17

⁂ Origen. In vigore doloris ſui ſceleſtus ad inferos detrudetur.

⁂ Olymp. Partes animæ firmiores iuuenili cupiditate ſunt completæ.

a *Cum enim dul. fue.* In ore cordis ſuauis eſt iniquitas, quam ſub tegmine blandæ locutionis operit. Malū enim in lingua, & non ſub lingua eſſet, ſi loquens hypocrita malitiā aperiret.

b *Parcet illi, & non.* Malo quod diligit parcit, qui non hoc pœnitendo perſequitur, & non derelinquit, ſed celat in gutture: qa ſic ſeruat in cogitatione, vt nunquā proferat in voce.

c *Panis eius in vtero.* Plerunque hypocrita pane ſacri eloquij erudiri ſtudet, non vt ex eo viuat, ſed vt doctus appareat: ſed dum doctrinæ verbū quod male quærit praue intelligit, & in hereſes labitur, cōtingit ei, vt ſicut de felle aſpidū, ſic moriatur de pane. Sed qa Dei eloquia ēt ſi recte intelligat, in opere nequaquā ſeruat, in pſenti vita pdit, vt neſciat qđ agere voluit.

⁂ Cat. Græ. Fel aſpidis in vētre eius. Hebræus, & factum eſt veneū aſpidū in viſceribus eorū, quia iniuſtitia illos enecat.

d *Diuitias.* Sacræ legis quas legendo deuorauit, obliuiſcendo euomet: quas Deus iuſto iudicio de eius memoria euellit.

C ⁂ Olym. Impius opes partas in tuto collocatas quando putat, accedit diuina ira, quaſi medicamentum temperatum, quæ male parta cogit, vt euomat.

⁂ Cat. Græ. Diuitiæ iniuſte congregatæ euomentur: de domo ipſius extrahet eum Angelus. Nicetas. Angelus ex eorū numero qui tortorū munere funguntur illū p vim interimet. D

e *Caput aſpidum.* Aſpis paruus eſt ſerpēs, vipera prolixioris eſt corporis, & ſic naſcitur vt violēter exeat. Caput itaq; aſpidū ſuget, & occidet eum lingua viperæ: quia cum initium ſuggeſtionis occulte libenter ſuſcipit, violentis ſe poſtmodum tentationibus deuictus tradet. Vel, quia veneno aſpis concite, vipera tardius occidit. Per aſpidem violenta, & ſubita, per viperam lenis, & diuturna tenta- E tio ſignatur. Vnde illi mors in ſuctione capitis, viperæ in lingua eſſe dicitur: quia repentina tentatio ſæpe vt ſurgit, interficit. Longa: quia praua diutius perſuadendo ſuggerit, velut ex lingua vipera occidit.

Aſp. Vipe.

⁂ Cat. Græ. Furorem draconum lactet.

⁂ Nicetas. Alij venenum aſpidum ſuget.

f *Non videat riuulos.* Riuuli fluminis ſunt dona Spiritusſancti, fides, ſpes, charitas, quę hypocrita non vere cōſiderat, quia ſolis viſibilibus intendit. Fluuius autē torrens eſt, exuberans inundatio ſpiritus, quę in contemplantis animum colligitur. Qui ſpiritus melle nos pariter, & butyro ſatiat, quia quem repleuerit, & diuinitatis Chriſti dulcedine, & incarnationis fide lætificat. Mel enim deſuper, id eſt ex aere cadens dulcedinem diuinitatis. Butyrum vero quod ex carne eſt, myſterium incarnationis Chriſti ſignificat.

⁂ Cat. Græc. Ne videat mulſionem gregum, neque paſcua mellis, & butyri.

g *Luet quæ fecit omnia.* Perſoluet enim in tormento ea quæ hic illicita ſeruauit deſideria, nec in morte conſumetur, ſed vt ſine fine crucietur viuere ſine fine compellitur, vt cuius vita hic mortua fuit in culpa, illic eius mors viuat in pœna. Dicat ergo *luet quæ fecit omnia*, nec tamen conſumetur, quia cruciatur, & nō extinguitur: moritur, & viuit, deficit, & ſubſiſtit ſemper, & ſine fine eſt. F

⁂ Cat. a *Iuxta*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Implebuntur vi. &c. *Id eſt erunt vitioſi, ſicut ipſe: ſecundum illud Eccl. 10. a.* Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius.

2 Et cum eo in pul. dor. *Id eſt cum eo ſubito morientur ſimiles ei in pœna, ſicut & in culpa.*

3 Cum enim. *Hic conſequenter reddit cauſam dictæ tribulationis, quæ eſt delectatio in peccato: & primo ponit iſtam cauſam. ſecundo deſcribit correſpondentiam pœnæ ad culpam, ibi: Iuxta multitudinem. Circa primum dicit:* Cum enim dul. fue. in ore eius ma. *id eſt delectabile: quod contingit illis qui peccant ex habitu, & ex certa malitia, ſecundum illud Prouerb. 2. c.* Qui lætantur cum maleſecerint, & exultant in rebus peſſimis, &c. *talibus debetur maior pœna, quam illis qui peccant ex paſſione, vel ignorantia.*

4 Abſcon. il. ſub lin. *Loquitur de peccatore delectante ſe in peccato, ad modū hoīs habentis aliquid dulce in ore: quod non ſtatim transglutit, ſed diu tenet ſub lingua, vt diutius delectetur. ideo ſubditur.*

5 Parcet il. *quia non ſtatim transglutit.*

6 Et non de re. il. *cito deſcendere in ventrem.*

Philoſophus. 7 Et ce. in &c. *vt diutius delectetur: ſicut dicit Philoſophus 2. Ethicorum, quod quidam pultinorax deſiderabat habere longum collum ad modum gruis, vt diutius in guſtu ſapidi pulmenti delectaretur. per hoc inſinuat Sophar, quod peccans ex certa malitia quærit omnes vias remanendi, & delectandi in peccato ſuo.*

8 Panis eius. *Id eſt peccatum quo delectabatur, & reficiebatur.*

9 Verte. in fel. aſpi. *propter amaritudinem pœnæ ſequentis, ſicut cibus venenoſus inducit amaritudinem mortis.*

10 Diuitias quas de. *Id eſt ab aliis rapuit.*

11 Euomet. *Id eſt cum abominatione, & dolore perdet.*

12 Et de ventre il. ex eas. Deus. *Id eſt de loco vbi repoſuerat eas in theſauro.*

13 Caput aſ. ſur. *Id eſt diabolus, vel aliquis potens ſurget ad inuadendum eum, ſicut caput aſpidis eleuatur ad mordendum: ſic exponit Thomas, & aliqui alii. Sed hæc expoſitio non videtur conueniens; quia in Hebræo, & in libris correctis habetur,* Suget. *ſed tunc non videtur bene concordare cum eo quod præmittitur: Caput aſpidum. Propter quod ſciendum quod in Hebræo vbi habemus* caput, *ponitur hæc dictio Hebraica ros; quæ eſt æquiuoca ad ſignificandum caput, & fel: & ſi accipiatur in ſecunda ſignificatione, plana eſt litera, ſic dicendo;* Fel aſpidum ſuget, *quia ſicut puer delectatur in ſugendo lac e mamilla, ſic peccator in operatione peccati: ſuget tamen cum hoc fel amaritudinis ipſius pœnæ ſequentis.*

14 Et occidet eum lingua vipe. *i. detractoris, ſeu accuſatoris.*

15 Non videat riuulos. *Id eſt abundantiam.*

16 Mellis, & buty. *per mel quod ſine labore hominum per apes efficitur, & per butyrum quod labore humano de lacte extrahitur, intelligitur omne bonum delectabile quod habetur abſque labore hominis, & etiam cum labore. & per hoc innuitur quod peccator ſit priuandus omni bono.*

17 Luet quæ fecit omnia. *i. omnia peccata ſua per pœnā ſequētē.*

1 Nec

## MORALITER.

3 *Cum enim dul. fue. in ore eius malum.* Id eſt delectabile ſibi propter habitum vitioſum.

4 *Abſcondet il. ſub lin. ſu.* Id eſt diu retinet, ſicut dulce non ſtatim glutitur, ſed in lingua retinetur.

ADDITIO II. In eo. cap. vbi dicitur in poſtil. *Bos eorũ concepit.* Vbi in tranſlatione noſtra dicitur: *Bos eorũ concepit, & non abortiuit:* in Hebræo habetur: *Bos eorũ imprægnat, & non excludit.* Et eſt ſenſus: nam fœcunditas animalium per coitũ generantium poteſt impediri ex parte maris, quando ſemẽ non proijcitur in vtero: ad quod remouendum dicit: *Bos eorũ imprægnat, & non excludit.* ſcilicet ſemen extra vterum. Similiter impeditur fœcunditas ex parte fœminæ per abortum: & hoc remouet, di. *Et vacca peperit.* ſcilicet ſine abortu: & ſic non eſt priuata fœtu ſuo: & ſecundum hoc accipitur propriè bos pro mare, ſicut vacca pro fœmina &c.

ADDITIO III. In eo. c. 21. vbi dicitur in poſtil. *Interrogate:* hæc eſt ſecunda concluſio. Secundum quod poſtil. exponit iſtum verſum. *Interrogate quemlibet de viatoribus.* Iob intendebat monere ſocios, vt interrogarent illos qui per viã huius vitæ tranſeunt ad terminum futuræ felicitatis, vt ab eis cognoſcerent veritatem de futuro iudicio: quibus viatoribus dicit eſſe credendum, eo quod non habent intellectũ obſcuratum prauis actibus, & affectionibus. Quæ quidem expoſitio non vr̃ conſona rationi: nam aut viatores iſti quos dicit interrogandos, ſunt iam in alia vita: & ſic non poſſunt interrogari à nobis. Magnum. n. chaos firmatũ eſt inter hos & illos, teſte veritate, Lucæ 16. g. Vnde de curſu cõi nec ipſi pñt nos auiſare, nec nos illos interrogare, & ſic fruſtra diceret Iob: Interrogate quemlibet de viatoribus. Si aũt iſti viatores de quibus loquitur, ſunt adhuc in ſtatu huius vitæ, tũc tales de lege cõi neſciunt vtrum trãſituri ſint ad terminum felicitatis vel non. Similiter nec nos ſcimus de ipſis, an ſint tranſituri ad felicitatem: nec ẽt tales per nãlem rõnẽ ſeu experiẽtiam ſciunt diem iudicii de quo hic agitur eſſe futurũ, cum hoc non habeatur niſi ex diuina reuelatione: vñ inconueniẽter diceretur: *Interrogate quẽlibet de viatoribus.* Hodie. n. iam fide Chriſti per orbẽ ꝑdicata & diuulgata, non quilibet viator ſcit ſeu credit diẽ iudicii gñralis fore, vt patet de multitudine paganorũ & hęreticorũ hoc negãtiũ. Quidã aũt dicunt, q̃ per hoc quod dr̃: Viatores, intelligendi ſunt illi qui hac vita vtunt̃, nõ vt termino ſed vt via: & ſic per tales viatores intelligunt̃ iuſti viri. ſed nec hoc vr̃ ſufficere ad ĩtellectũ huius dicti: tũ quia tales hoĩes nõ ſunt nobis cõiter noti, q̃ tales ſint, cũ vſus ſit ꝓpriæ actus voluntatis. vñ Aug. 10. de tri. Vti. eſt aſſumere aliquid in facultatẽ volũtatis. & iõ per operõnes exteriores alicuius hoĩs, q̃ cadũt ſub ſenſu nr̃o, nõ deueniũt ad verã cognitionẽ interioris motus voluntatis ipſius hoĩs: in quo motu interiori vſus cõſiſtit. Tũ q̃a tales ẽt ſi cognoſcerent̃, nõ ſuffeciſſẽt ad certificãdũ ſocios ipſi⁹ Iob de q̃ſito. Idẽ. n. iudiciũ eẽt de talib. apud aduerſarios, ſicut ď ipſo Iob, cũ tã illi q̃ ille eſſẽt vni⁹ opiniõis ſeu ſectę apud eos: & ſic nullam

nullam certificationem adderẽt in hoc ſuper dictum ipſius
A Iob. Vnde ad verũ intellectũ huius dicti habendũ, quod pon derare vř in hac diſputatione, vt poſt patebit, ad Hebraicæ literæ veritatẽ recurrẽdũ eſt, vbi ſic hř: *Interrogate viatores, & ſigna eorũ non ignoretis.* Cuius ſententia ad propoſitũ talis eſſe vř: nã viatores hic vocat Iſraelitas, qui exeuntes ab Aegypto & ad terrã promiſſionis pergentes, legẽ diuinã in via ſuſceperunt, quã viã longo tpe continuantes in deſerto, viatores pñt dici tanq̃ non habentes quietã manſionẽ. Qui quidẽ viatores multa ſigna & portenta in eadẽ via à deo habuerũt, ſimiliter diuinas reuelationes ad diuinã prouidẽtiã de humanis actibus ptinẽtes: vnde talibus meritò de hac materia eſt credendũ: nã iſti de ſupernaturalibus fuerũt illuminati, quorũ doctrina per ſigna pdicta fuit cõfirmata. vñ Iob in veritatẽ ſuæ fidei de die iudicij ſeu de remuneratione futura aſſignabat teſtimoniũ viatorũ pdictorũ, in quorũ ppheticis ſcripturis multa de hoc tradunť, & iõ dicebat: *Interrogate viatores:* q.d. quia iſta nõ pñt cognoſci p rõnẽ nãlẽ, nec per experientiã in hac vita acquiſitã, idcirco interrogãdi ſunt illi viatores qui reuelationes ſupernaturales de talibus, & ſigna cõfirmãtia ſuã doctrinã à deo habuerũt. Et ſm hanc ſentẽtiam
B tolli põt qdã obiectio, q̃ in hac diſputatione Iob cum amicis animũ pulſat. ſ. quõ amici Iob tãquã heretici ſeu infideles reputanť, ex hoc q, remunerationẽ futurã videnť negare. Vita eñi futura, ſimiliter reſurrectio mortuorũ de articulis fidei eſt, quorũ notitia non põt haberi p inquiſitionẽ nãlis rõnis, nec per experiẽtiã in hac vita, niſi ſolũ per diuinã reuelationẽ: ipſi tñ nõ leguně habuiſſe propheticas reuelationes, nec inter ſe prophetas fuiſſe: vnde excuſabiles videntur ad hoc quod talia non crederent. Vnde Apoſtolus ad Rom. 10. cap. *Quomodo credent ei quem non audierunt? quomodo audient ſine prædicante? &c.* Qua propter Iob aduerſarios remittebat ad prędictos viatores, qui de talibus erant ſupernaturaliter eruditi, quorũ doctrina per ſigna quę non niſi diuinitus fieri pñt erat cõfirmata, & hoc eſt qd dicit: *Interrogate viatores, & ſigna eorũ nõ ignoretis,* per qd patet qd aduerſarij hãc probationẽ non admittentes, excuſabiles nõ erãt, ex quo poterãt habere eruditionẽ illã à prędictis viatoribus præſertim cũ in locis non valde remotis cõmorarenť: quia Hus terra Iob erat de conuicinis Arã quæ eſt Meſopotamia, in qua terra habitauerũt Abrahã & Nachor frater eius, cuius primogenitus erat Hus, vt patet Gen. 22. d. de qua terra erat Iob, vt patet i principio
C huius lib. Similiter & Huz erat ſecũdus genitus Nachor, vt patet ibidẽ: à quo. ſ. Huz deſcẽdebat Heliu: & iõ dř Huzites. Balaã ẽt qui multa prophetauit de ſtatu populi Iſraelitici, vt patet Num. 24. erat de Meſopotamia. ex quo pſumẽdũ eſt, q, iſti multa poterant ſcire de geſtis populi Iſraelitici, & reuelationibus & ſignis quæ illis fuerunt facta: geſta. n. Moyſi & ẽt Ioſue multũ fuerũt famoſa. vt in multis locis ſacræ ſcripturæ hř. Si aũt dicať q, ẽt filij Iſrael tranſeuntes p deſertũ, de quibus ſm hanc expoſitionẽ hic fit mentio, iſta nõ credebant, ſaltẽ explicitè: imo per tpales promiſſiones & cõminationes ad obſeruantiã legis ducebanť, vt patet Deut. 28. & in multis alijs locis: dicẽdũ eſt, q, hoc erat tñ quãtũ ad ſimplices & vulgares, qui cõparanť puero ſub pædagogo exiſtẽti, vt ad Gal. 4. nõ aũt quantũ ad prophetas & viros perfectos, de quibus hic intẽdit, ſ. per quos ſigna fiebãt, de quib⁹ dicit: Et ſigna eorũ nõ ignoretis: & iõ in Hebraica nõ dicit: Interrogate quęlibet de viatoribus, *ſed interrogate viatores*: vt non referať hęc interrogatio ad oẽs viatores illos, quorũ maior pars erant ſimplices & vulgares, ſed tñ ad illos viatores per quos ſigna fiebãt. vel per hoc qđ dř: *Et ſigna eorũ,* intelliguně figuræ ſub quibus in lege Moſaica veritates inuiſibiliũ tradebanť. vnde 1. Cor. 10. c. *Oĩa contingebant eis in figura.* vñ in hoc quod dicit: *Signa eorum non ignoretis,* innuit quod intelligant figuras traditas in ſcripturis illorum viatorum, in quibus pręmia & punitiones futuræ vitæ ſignificantur &c.

Replica. In c. 21. vbi dř: *Interrogate quẽlibet de viatoribus.* qđ exponẽs poſtil. vocat viatores, qui ad terminũ felicitatis tetẽrũt viã & curſum ſuũ rectã rõne: & hos dixit Iob interrogãdos. &c. Hoc aũt dictum Burgẽſis dicit rõni nõ cõſonare ex motiuis inualidis & fundamẽto ruinoſo cui innitiť, aliter hũc paſſum exponẽdo. Primũ patet: nã arguit cõtra poſtil. ex diſiunctiua dicẽs: illi viatores aut ſunt in pſenti vita aut in alia. Si in alia ſic, inquit, de eis nihil poſſumus ſcire ſicut certũ eſt de cõi curſu: imo apud doctos mortui nõ dicunť viatores nã illi ſoli viatores dicuntur, qui ſunt in via & ſtatu merendi reſpectu beatitudinis eſſentialis, qualiter ſunt nõ defuncti. Et quis illa ſecũda pars diſiunctiuę cõiter non concedať. tñ ipſe Burg. circa eius falſitatẽ laborat vſq; ad aſſertionẽ errorũ inſinuẽ. Dicit. n. de illis in alia vita poſitis, qđ ipſi nõ pñt nos iuuare, nec nos illos. Primũ eſt cõtra fidẽ & vſum eccleſię catholicæ, quę ſm Aug. & alios ſanctos doctores, ideo celebrat ſancto-

ſanctorũ feſtiuitates, quia credunt ſe ipſorũ interceſſionibus D
adiuuari. Scdm illud eſt cõtra praxim eccleſiæ ſacroſanctæ, q̃ idcirco orat pro defunctis, quatenus indulgentiã piis ſupplicationib⁹ cõſequanť. De reſurrectione. n. cũ amici Iob videãtur erroneẽ ſentire, qui putãt cũ Burg. defunctos a nobis iuuari nõ poſſe: ita. n. arguiť 2. Mach. 12. g. *Niſi. n. in eos qui ceciderat, reſurrecturos ſperaret, ſuperfluũ videretur & vanũ orare pro mortuis &c.* cũ poſtil. igiť cõcedo aliã partẽ diſiunctiuę: videlicet qđ viatores hic intelliganť, recta rõne pcedẽtes per viã huius vitæ ad terminũ. Oĩs. n. viator ſm rectã rõnẽ ſciẽs tñ uirtutũ, & terminũ felicitatis futuræ actibus uirtutum correſpõdẽtẽ põt certificare amicos Iob in hoc errore deceptos: quaſi pmiũ uirtutũ, & penã peccatorũ tñ in hac uita putẽt, & nõ in futurũ ſint expectãda. Hi igiť errãtes remittunť ab ipſo Iob ad tales uiatores recta rõne incedentes: Qui interrogati oẽs rñdebunt, q, curſus huius uitæ eſt pp finem, gratia cuius oĩa fiũt. Sed opera uirtutũ nõ fiũt gratia tpalis rei, niſi in relatione ad aliquid melius: q. ẽt ſm purũ Philoſophũ in hac uita dari nõ põt, ut pbat Burg. ſ. in prima additione huius lib. Quo ad ſm qđ uidelicet fundamẽtũ expoſitionis Burg. ruinoſum ſit, patet: quia fundat ſe ſuper litera Hebraica, q̃ hẽt vt dicit: Interrogate viatores, & ſigna eorũ nõ ignoretis: dicens filios Iſrael eſſe hmõi viatores per deſertũ, qui 50. annis tranſierunt per deſertũ, & multa ſigna à deo acceperũt. Sed E
hoc fundamẽtũ, ut dixi ruinoſum eſt. Primò quia filij Iſrael per deſertum fuerũt potius vagabũdi deuiatores q̃ viatores: in quo; nõ ſolũ ſimplices, ſed & eorũ principes oberrabant, vt patet ad aquas cõtradictionis, in cuius erroris penã etiam Moyſes terrã promiſſionis intrare non eſt permiſſus, vt patet Deut. vlt. Exo. 32. & alijs murmurationibus. & in fabricatione vituli. Vnde quãuis aliqñ erant viatores verſus terram promiſſam, ad cuius figurã, ẽt tendentes ad terrã viuentium deuius error abducit: & ſic ſecundũ modũ loquendi Boetij, nõ recta rõne incendentes, potius dicendi ſunt deuiantes q̃ viatores propriè loquẽdo. Nec illi Iſraelitę tanq̃ viatores interrogandi ſunt pp ſigna eis facta, quia vt dicit Burge. litera Hebraica hẽt: *Et ſigna eorũ non ignoretis:* ſtãte. n. litera Hebraica, ſi per ſigna, accipiunť rõnes viatorũ ſupra deſcriptorũ ſecundũ poſtil. quia oẽ ſignũ eſt ad aliquid deſignandũ inſtitutũ, ut dicit bea. Aug. 1. de doc. Chriſtiana. Rõnes igitur taliũ viatorũ ſunt ſigna quæ amici Iob ignorare non debuerunt. F
Secundo ẽt fundamentũ Burge. ruinoſum eſt, quia fundatũ ſuper opinione in qua ẽt ſancti doctores non concordant. ſ. quo tpe fuerit Iob: Quibuſdã dicẽtibus q, fuerit tpe Iacob, & poſt flagella duxerit Dinã filiã Iacob in vxorẽ, de qua genuit filiã pulcherrimã, quã duxit Putiphar, de qua venit Aſſenez, q̃ duxit Ioſeph vxorẽ in Aegypto. vnde Hebræi excuſant Ioſeph de matrimonio alienigenę: quia ex parte matris eius fuit de ſua gente: Alijs dicentibus quod fuerit tertia generatione poſt Iacob, & ſi fuiſſet tpe preſſuræ filiorũ Iſrael in Aegypto. Et hanc opinionẽ recitat bea. Aug 18 de ciuitate dei, c. 47. Et ſecundum vtrãq; opinionẽ fuiſſet ante tranſitũ filiorũ Iſrael per deſertũ. Quo igitur veri erit Iob remiſiſſe amicos ſuos ad id q, nondum fuit, niſi per modũ prophetiæ, quæ modicam tunc fidem amicis ſuis feciſſet, imò nullam. A his aũt dicentibus, q, fuerit tpe iudicum: & illius opinionis vř eſſe beat. Greg. in principio moralium: ſecundum quam opinionem factum Burg. haberet colorem: ſed ruinoſum eſt expoſitionem veram ſacræ ſcripturæ fundare ſuper re ſic opinabili, & contemnere rõnabilẽ poſtillatoris expoſitionem: cum etiam rõnes eius contra poſtillatorem ſint inualidæ. Non. n. ſequitur. *Si quis neſcit, an ſit tranſiturus ad terminum, quod igitur neſciat terminum.* Nec ſequitur. *Nos non ſcimus ſortem tranſituum ad terminũ,* igitur a ſorte non poſſumus interrogare & inſtrui de termino, quia quamuis verus uiator ſupra deſcriptus ignoret, an trãſeat ad terminum felicitatis, ſcit tñ ex recta rõne, quod talis terminus ſit pp quem verus viator currit: in quo ſe nondum eſſe cognoſcit. Ita. n. vult gl. quæ deſcribit viatorem eum qui præſentem vitam, viam ſibi eſſe non patriã attendit. qui in delectationibus præterentis ſeculi cor figere deſpicit ſed æterna petit. Non dicit: qui peruenit. Nunquid ſoli filij Iſrael per deſertum. 40. annos pp peccata vagabũdi, tales viatores ſunt oſtẽdi? prout Burgenſis exponit: certe puri philoſophi ducti lumine rectæ rationis tales viatores exiſtentes, interrogati an præmium virtutum ſolum expectent in præſenti vita & non in futura: ſicut amici Iob errantes ſenſerunt, reſponderent utique ſicut Iob. Bene enim penſando dicta philoſophorum & dicta eorum comparãdo, videre poſſumus ex eis reſurrectionem futuram, prout beatus Aug. 22. de ciuita dei, capit. 27. oſtendit ex dictis Platonis & Porphyrij. ad tales igitur, & quemlibet alium viatorum Iob amicos ſuos, & eorum errores ſequentes remittit, & non ſolum ad Iudæos.

Aſſenez uxor Ioſeph.

## CAP. XXII.

A 1 R Eſpondens &c. Nunquid deo. Qui contra veritatis verba deficiunt, etiã nota replicant, ne tacendo victi videantur: vnde Eliphaz beati Iob ſermonibus preſſus, ea dicit quæ nullus ignorat. ait enim.

b Nunquid deo compa. In comparatione etenim dei ſcientia noſtra ignorantia eſt. Ex dei nanque participatione ſapimus, non comparatione. Quid ergo mirum, quòd illud quaſi per doctrinam dicit, quod ſciri potuit etiam ſi taceret. Qui adhuc dei potentiam quaſi defendendo ſubiungit.

c Quid pro. In omni quippe quod bene agimus, noſmetipſos non dominum iuuamus. vnde per Pſalmiſtam ei dicitur. *Dixit domino, deus meus es tu, quoniã bonorũ non eges.* Ipſe enim bono non indiget ſeruitis, ſed bonitatẽ confert quã recipit: vt oblata bonitas, non ipſi ſed prius accipientibus & poſt reddentibus proſit. Adhuc adiungit Eliphaz quod nullus ignorat.

ſcientia noſtra de deo ignorantia eſt.
† Nunquid deo prodeſt vir ſi ob vitam ſuam rectam imo ſibi ipſi proficerit intelligens. Alias ſic verſio. Nunquid deo æquiparabitur vir, æquiparabitur cum ipſo intelligens.
† Num omni potenti placere putas, quòd ſic te iuſtifices: num pro futurum ei putas ſi innocenter proſtantia ueris vias tuas.
† expoliaſti.
† acceptor pignorum vel elenitus vidua, habitabas in ea.

## CAP. XXII.

a R Eſpondens autem Eliphaz Themanites, 1
b dixit: † Nunquid deo comparari poteſt 2
a ¶ Quia ſcientia hominis nihil eſt ad ſcientiam dei.
homo, etiam cum perfectæ fuerit ſcien-
¶ Te non eum iuuas: vnde Quoniam bonorum meorum non eges: Pſalmus 15. a.
c d tiæ? † Quid prodeſt deo ſi iuſtus fueris, 3 4
e aut quid ei confers, ſi immaculata fue- 5 6
¶ a Nec tua iuſtitia prodeſt ei, nec te timens arguit, ſed propter malitiam.
rit vita tua? Nunquid timens arguet te, & veniet tecum in iu-
f dicium, & non propter malitiam tuam plurimam, & infinitas 7
g h iniquitates tuas? Abſtuliſti enim pignus fratrũ tuorum ſine cau- 8
ſa, & nudos † ſpoliaſti veſtibus. Aquã laſſo non dediſti, & eſu- 9 10
a ¶ Cum dicit altiora te, ne quæſieris. Eccleſiaſtici. 4. c.
rienti ſubtraxiſti panem. In fortitudine brachij tui poſſidebas 11
i terram, & † potentiſſimus obtinebas eam. Viduas dimiſiſti va- 12

B ✣ Orig. Ad poſteritatis vtilitatẽ verba amicorũ Iob deſcripta ſunt, licet in illũ malè dirigerentur. Eliphazus.n. fatetur Deũ vnum eſſe qui docet hominem ſcientiam. At non eſſe autorẽ mali Iob, quia hoc Deo nihil damni aut lucri affert inquit.

d *Nunquid timens argu.* Quis hoc vel deſipiens ſentiat quod deus ex timore nos arguat, & ex metu contra nos iudicium ſuum proponat. *Num. ti. argu.* Qui verba ſua metiri neſciũt, ad otioſa dicta dilabuntur.

e *Et non prop. ma. tu. pluri.* A verbis otioſis ad contumelioſa exarſit, qui ab otioſis ſe non repreſſit. ecce à torpenti corde ad verba venit otioſa, ab otioſis etiam verbis per crimen fallaciæ ad contumelias exarſit. Iſti quippe ſunt caſus culpæ creſcentis: vt lingua cum non reſtringitur, nequaquam vbi ceciderit iaceat, ſed ſemp ad deteriora deſcẽdat. Nã ſequitur.

Myſticè Deut. 14. f *Ab. e. im. pi.* quæ ſequuntur. Hæc ad literã aperta ſunt etſi de Iob ſint ficta. Sed myſticè per illos hæretici, per Iob (vt diximus) eccleſia figuratur. Pignus ergo donũ eſt ſpũs. quo certi ſumus de promiſſis. Vel, cõfeſſio pcti. vnde Moyſes: *Cũ det tibi quippiã frater tuus.* i. cũ deliquit in te *& abſtuleris pignus ab eo.* i. cũ iã pcti eius cõfeſſionẽ tenes, *ante ſolis occaſũ pignus reſtitue.*

C ideſt confeſſionem veniæ redde, priuſquam tibi per dolorẽ cordis ſol iuſtitiæ occidat. Quia ergo eccleſia reuertentibus ab hæreticis culpam erroris cõfiteri ſuadet, dicit hæreticus: D *Abſtuliſti pig. &c.* ideſt mutiliter confeſſionem exigis: vel dona ſpiritualia perdunt, qui ad te veniunt.

g *Nu. ſpo.* Nudus eſt, qui puritate cordis fruitur ſine velo duplicitatis: & talis aliqñ dogmata hæreticorũ recipit, q̃ ipſi veſtimẽta dicũt: ſed quia talis facilè ad eccleſiã redit, eũ hæretici nudũ dicunt, & eorum veſte ab eccleſia ſpoliatũ. Laſſus dr̃ qui ſub ſeculi onere fatigatur: cui eccleſiam (quam de imperitia irrident) dicunt aquam doctrinæ non dediſſe, ſicut ipſi quibus loquaces ſũt, & panem ſe non ſubtraxiſſe putant: dũ de incomprehẽſibilibus audacter reſpondent. Et tũc ſe doctos p̃ oĩbus credũt, cũ loq. de incognitis infelicius E præſumũt: cũ eccleſia vel cognita modeſtè tacet ei, cui pdeſſe nõ poſſent. Vel neſcire incognita humiliter pfitetur, curioſoſq; ad ordinatæ humilitatis ſenſum reuocat, cũ p ſuũ illis prædicatorẽ dicit: *Non plus ſapere quã oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatẽ.* Et rurſum. *Noli altũ ſapere, ſed time.* Atq, iterũ: *Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris.* Et rurſum: *Mel inueniſti, comede quod ſufficit tibi, ne fortè ſatiatus euomas illud.* Rom. 12. Ioh. 1. Eccl. Pro.

✣ Nicetas. Non affirmantis ſed dubitantis ſunt. q. dicat vide ne te peccãte multa fortè latuerint: nudi aũt ſpoliãtur veſtibus. i. inopes & qui alterã nõ habẽt veſtẽ. Orig. Nudo veſtis eripitur qñ debitorẽ inopẽ, rei noſtræ habẽdæ cauſa, vexamus: aut ablationẽ nũcupauit, amictũ nudo non præbere.

h *In fortitu. brachij tui &c.* quaſi dicat quod tua prædicatione terram vniuerſaliter occupaſti, potentia fuit, non ratio veritatis, id eſt populus credidit propter potentes ſeculi. In quo ſe detegunt, inuidere magnitudini eccleſiæ.

* Catena græ. Admiratus es quorundam perſonam, collocaſti autem pauperem in terra.

i *Viduas &c.* Dicunt hæretici plebes, quibus eccleſia prædicatores eorum tollit conuerſos vel conuictos: vnde & lacertos diſcipulorum comminutos queruntur. Vel quia eccleſia à ſuperſtitione eorum qui prohibent nubere, & cibos damnant, reuocat: lacertos dicitur comminuere. vnde F ſi quid

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XXII.

Diuiſio. 1 R *Eſpon. au. Eli.* Hic ponuntur duæ replicationes amicorũ Iob, & primò ponitur replicatio Eliphaz, ſecundo ipſius Baldath, cap. 25. Sophar aũt contentus fuit reſponſione Iob vltimo poſita: & ideo contra ipſum nõ replicauit vltra. Circa primũ primo ponitur ipſius Eliphaz replicatio, ſecũdo ipſius Iob reſpõſio c. 23 Prima in duas: quia primò arguit Iob de ſtultiloquio: ſecundo de multiplici vitio, ibi: *Abſtulit.* Circa primũ ſciendũ, quòd Iob ſuperius rñdens Eliphaz 26. c. dixerat: *Vtina ſic iudicaretur vir cum deo, quõ iudicatur filius hominis cum collega ſuo.* Item ibidem dixerat. *Hæc paſſus ſum abſque iniquitate manus meæ.* & de his verbis arguit eum, dicens.

2 *Nunquid deo poteſt comparari. ho.* vt adducatur ad iudicium cum ipſo de pari, ſicut tu petiſti.

3 *Etiam cum per. fue. ſcien.* quia quantumcunque fuerit perfecta ſcientia humana, diſtat tamen in infinitum à diuina: & ideo fatuum eſt, imo inſanum prouocare eum ad iudicium.

4 *Quid prodeſt ideo ſi iuſtus fue.* quia nihil accreſcit ei de bonis humanis.

5 *Nunquid ti. arguet te.* accuſans apud aliquem Iudicem.

6 *Et ve. tecum in iudi.* vt petiſti, quaſi diceret non.

7 *Et non propter mali. tu. plurimam.* q. d. quod factum eſt tibi, demeruiſti: & ideo non es ita innocens, ſicut dixiſti.

8 *Abſtuliſti.* Hic conſequenter arguit Iob de multiplici vitio, & primo ponit ſuam reprehenſionem. ſecundo conſultoriam monitionem, ibi. *Acquieſce igitur.* Prima in duas, quia primo arguit Iob de multiplici vitio cõtra proximũ. ſecũdo contra deũ, ibi: *An cogitans.* primo igitur arguit Iob de rapacitate, dicens: *Abſtu. enim pi. f. tuo.* quib. debebas magis cõpati. Diui.

9 *Et nu. ſpo. veſt.* i. parum indutos qui dicuntur quodammodo nudi, quia quod modicũ eſt, quaſi nihil reputatur 2. Phyſicor. q. di. ſpoliaſti illos modicis veſtibus quas habebant. Secũdo arguit eũ de defectu pietatis etiã in caſu neceſſitatis, di.

10 *Aquam laſ. non dedi.* ad eius refocillationem.

11 *Et eſuri. ſub. pane.* quia non dare in tali caſu eſt ſubtrahere. propter quod dicit Aug. Paſce fame morientem: ſi non paſciſti, occidiſti. Tertio arguit eum de tyrannide di. In fortitudine brachij tui &c.

12 *Viduas dimi. vacuas.* repellendo cauſam earum.

## MORALITER.

1 *Reſpon. au. Eli. &c.* Hic ponitur tertia replicatio eius contra Iob, in qua arguit eum de crudelitate & infidelitate: licet autem eius verba contra Iob non valeant, quia talis non erat: valent tamen contra eos, qui tales ſunt ſecũdum veritatem: & ſic intendo exponere incipiendo à loco vbi incipit eum de dictis vitijs notare, dicens.

2 *Abſtuli. pi. fra ſi. c.* hoc enim faciunt domini crudeles, & eorum miniſtri.

7 *Et nu. ſpo.* id eſt pauperes malè veſtitos.

10 *Aquam laſ. non de.* nomine panis & aquæ intelligitur omnis cibus & potus, quem auferunt tyranni etiam ab indigentibus, & hoc notatur cum dicitur.

4 *Non de.* i. abſtuliſti: minus enim dicendo plus ſignificat.

5 *In forti. brach. tui poſ. terram.* i. per tyrannidem.

5 *Viduas dimi. vacuas &c.* earum auferendo ſubſtantiam

Et

ſi quid aduerſi ei contingit, pro peccatis dicunt retribui ei.
A Et hoc eſt: *Propterea circundatus es laqueis.*

a *Et putabas te.* Quaſi diceret. Securitatem pacis in ſpe tibi propoſueras, & iō de p̄ſumptione tua gaudebas, nec tribulationib. te opprimi æſtimabas, ſed mō in malis, q̄ pateris, apparet qualis fueris. Et vide, quòd tribulationes aquis inundantibus comparantur, quia aliæ ſuper alias irruunt, ſicut vnda ſuper vndam.

b *An cogitas, quòd Deus.* Quaſi an ideo putabas te non opprimendum, quia cogitabas Deum non videre hæc inferiora, & an adhuc cogitas? Hæretici ſe ſapientes putant, & irrident catholicos, quòd Deum nō timeant, quia corporaliter eum nō vidēt. Nec putant eum videre terrena ex longin-
B quo, ideo quòd cęlo altior ſit, & quaſi in nube latens per caliginem iudicet, ideo quòd inter nos, & cælum aereæ ſint partes, & ſuperiorib. intentus minus ima perpendat, & dum ambiendo cardines cæli conſtringit, in inferiora non reſpiciat. Sed quis de Deo iſta, vel deſipiens ſuſpicetur? Qui nimirum dum ſit ſemper omnipotens, ſic intendit omnibus, vt adſit ſingulis: ſic adeſt ſingulis, vt ſimul omnibus nunq̄ deſit. Nam etſi quoſdam peccātes deſerit, eiſdem tamen ipſis adeſt per iudiciū, quibus deeſſe cernitur per adiumentū. Sic itaque exteriora circundat, vt interiora impleat. Sic interiora implet, vt exteriora circundet. Sic ſumma regit, vt ima non deſerat. Sic imis præſens eſt, vt a ſuperioribus non recedat. Sic latet in ſua ſpecie, vt tamen cognoſcatur in operatione. Sic cognoſcitur in ſuo opere, vt tamen comprehendi non valeat cognóſcentis æſtimatione. Sic adeſt, vt videri
C nequeat, ſic videri non valet, vt tamen eius præſentiam ipſa ſua iudicia teſtentur. Sic ſe nobis intelligēdū p̄bet, vt ipſum
D tū nobis radiū ſui intellectus obnubilet, & rurſum. Sic caligine nos ignorantię reprimit, vt tamē menti nr̄ę radius ſuæ claritatis intermiſceat, quatenus, & ſubleuata quippiā videat & reuerberata contremiſcat. Et quia eſt ſicuti eſt videre nō poteſt, aliquatenus videndo cognoſcat. Sed hęc heretici ſine rerum eccleſiā ſcire nō æſtimant, quia ſtulto iudicio ſolos ſe ſapientes putant.

*a ¶Qui in tua percuſſione futura non preuides.*

cuas, & lacertos pupillorum comminuiſti. Propterea circun- 1

*a ¶ſubita formido illum perturbat, qui non attendit, quid ex futuro iudicio ſibi immineat.* 2

a datus es laqueis, & conturbat te formido ſubita. † Et putabas, 3
te tenebras non viſurum, & impetu aquarum inundantium 4
b non oppreſſum iri. An cogitas, quòd Deus excelſior cælo ſit, 5 6

*a ¶Ideo. b ¶Quaſi ex tam longinquo videre non poteſt.* 7

& † ſuper ſtellarum verticem ſublimetur? Et dicis. Quid eñ, 8 9

*¶Iterum dicis. ¶Et iterum dicis.* 10

nouit Deus? † Et quaſi per caliginē iudicat. Nubes latibulum 11
eius, nec † noſtra cōſiderat, & † circa cardines cæli perābulat. 12
c Nunquid † ſemitam ſeculorum cuſtodire cupis, quam calca- 13 14
d uerunt viri iniqui, qui ſublati ſunt ante tempus ſuum, & flu- 15
e 16

*a ¶Iniqui. b ¶Hoc etiam ſupra Iob dixit.*

uius ſubuertit fundamentum eorum. † Qui dicebant Deo, 17 18

*a ¶Hoc eſt, quod ſupra dixit Iob, quis eſt omnipotens, vt ſeruiamus ei.* 19

recede à nobis, & quaſi nihil poſſit facere omnipotens, 20 21 22

† uel etiam tenebræ ſuper te, vt non uideas, & multitudo aquarū operuit te.

⁂ Nicetas. Sententia diuidenda, vt illud ſit Iob: Quid enim nouit Deus. Eliphazi autem, per caliginem iudicat.

⁂ Cathe. Græ. Pro, noſtra non cōſiderat, legit: Nubes latibulū eius, & nō videbitur.

c *Nunquid ſemitam.* Sicut ſemita redemptoris humilitas, ita
E ſemita ſeculorum ſuperbia. Seculorum itaque ſemitam viri iniqui calcant, qui p huius vitæ deſideria in elatione perambulant.

† Supra 18. b.

⁂ Cath. Græc. Nunquid ſemitam æternam cuſtodies, quā calcauerunt viri iuſti?

⁂ Nicetas. Iuſtos appellat, qui iuſtitiam ſimulabant, aut vere iuſtos quos tamen Deus probare voluit aduerſitatibus.

d *Qui ſubla.* Qui præſentem vitam diligunt, longiora tibi eiuſdem vitæ ſpatia promittunt. Sed cum eos ſuperueniens mors ſubtrahit, eorum vitæ ſpatia, quę in cogitatione tetenderant, intercidit, ſciendum, q, ordinās nos Deus, iuxta merita diſponit, & terminū, vt vel malus breuiter viuat, ne plurib. noceat, vel bonus diutius viuat, vt plurib. proſit. Vel rurſus malus diutius, vt mala augeat quib. boni probentur, vel bonus citius ſubtrahitur, ne ſi diutius viuat, malitia corrumpatur. Et mutatur ſententia, ſed non conſilium æternum.

Nota contra amatores ſæculi.

F e *Et flu. ſub. fun. eo.* Iniqui dū præſentia eſſe fugitiua non intuentur,

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et lacertos pu. commi. *Auferendo eis virtutem ſe defendendi, & ſic eorum iudicium peruertiſti.*
2 Propterea circun. *Ideſt propter mala prædicta illaqueatus es angustiis, de quibus non potes exire.*
3 Et contur. *De malis futuris.*
4 Et puta. *Quando erat in poteſtate.*
5 Te te. non. *Ideſt aduerſitates, quæ tenebris deſignantur.*
6 Et impe. *Ideſt magnarum tribulationum.*
7 Non oppreſ. *Ideſt, non fore opprimendum.*
8 An co. *Hic conſequenter arguit Iob de peccato contra Deū, ſcilicet de infidelitate, & primo arguit eum de infidelitate, ſecundo de eius effectu, ibi.* Nunquid ſemitam. *Circa primum ſciendum, quòd aliq dixerunt Deum habere notitiam determinatam de ſubſtantiis incorruptibilibus, & ſuperioribus, non autem de inferioribus, quæ ſubiacent corruptioni, de quibus ſecundum eos non habet cognitionem, niſi in vniuerſali, dicentes, quòd intellectus eius vileſceret ſi talia determinate, & in particulari cognoſceret, ad hoc autem ſequitur, quòd eius prouidentia non ſe extendat determinate ad iſta particularia, & corruptibilia. Hoc autem dictum non ſolum eſt contra ſacram ſcripturam, q̄ dicit Deum omnia ſcire in particulari, & determinate, ſed etiam contra dictum Philoſophi 1. de Anima, qui habet pro inconuenienti, q Deus aliquid ignoret, quod nos cognoſcimus, nos autem cognoſcimus particularia corruptibilia. Nec valet ſi dicatur. Deus cognoſcit illa in vniuerſali, quia talis cognitio, quæ eſt tantum in vniuerſali, eſt cōfuſa & imperfecta, vt habetur 1. Phyſicorum, in Deo autem nihil imperfectionis ponendū eſt. Similiter non valet, quòd dicunt intellectum diuinum vileſcere ex talium cognitione, quia non cognoſcit recipiendo aliquid ab eis, ſed per eſſentiam ſuam, quæ perfecte omnia repræſentat, et ideo Eliphaz hoc dictum merito reputabat erroneum, in quem errorē dicebat Iob incidiſſe, di.* An co. quòd de. excel. cælo ſit? *Hoc eſt, quia excelſior cælo eſt, tu credis, quòd de cæleſtibus habeat tantum determinatam cognitionem. Ideo ſubdit.*
9 Et dicis. *In corde tuo.*
10 Quid enim nouit Deus. *Scilicet de iſtis inferioribus quaſi dicat nihil, vel modicum. Ideo ſequitur.*
11 Et quaſi. *Quia cognitio, q̄ eſt tantū in vniuerſali, eſt confuſa.*
12 Nubes latibu. *Ideſt infra nubes non ſe extendit eius cognitio ad inferiora. vnde ſubdit.* Nec noſtra conſiderat.
13 Nunquid ſemi. *Hic conſequenter arguit eum de effectu dicti erroris, quia remota Dei prouidentia ab operibus humanis, ſequitur quòd homo ſine freno timoris Dei, ſe exponat voluptatibus, & peccatis, & hoc eſt, quod dicit.* Nunquid ſemi. *Ideſt vitam hominum ſeculariter, & diſſolute viuentium.*
14 Cuſto. *Exponendo te vitiis, quaſi dicat, videtur quòd ſic.*
15 Quam calcaue. *Ideſt frequenter ambulauerunt.*
16 Viri ini. *Vitiis expoſiti, & aſſueti.*
17 Qui ſubla. *De præſenti vita iuſto Dei iudicio.*
18 Ante tem. *Ideſt ante tempus mortis naturalis.*
19 Et flu. *Ideſt impetus tribulationum ſuperuenientium.*
20 Subuertit fun. *Ideſt poteſtatē, & diuitias in quibus cōfidebāt.*
21 Qui di. Deo. *Inquantum dicebant eius prouidentiam ad actus humanos determinate ſe non extendere.*
22 Et quaſi nihil poſ. face. om. *Circa actus humanos puniēdos.*

1 Actli-

## MORALITER.

1 *Et lacertos pupil.* Ideſt tutores eorum dure tractaſti. Sed quia Deus aliquando talia punit in præſenti, ſubditur.
2 *Propterea circun.* Ideſt multiplicibus malis.
3 *Et conturbat te for.* Ne veniant adhuc tibi maiora mala.
4 *Et puta. te te. non vi.* Ideſt te non puniendum, præ ſuperbia non timens Deum, ideo ſubditur.
8 *An cogitas, q Deus excel.* q. d. videtur, quòd tu credas Deū de iſtis inferioribus notitiam non habere, per hoc, q peccas ſine freno, & inuerecunde.
13 *Nunquid ſemi.* Ideſt, vitam iniquorum imitaris, quaſi dicat patet, quod ſic, ex modo tuo viuendi.
17 *Qui ſubla. ſunt ante.* Ideſt, mortui ante terminum naturalem propter ſuam malitiam.
19 *Et fluuius.* Id eſt, illud in quo habebant fiduciam.
21 *Qui dicebant Deo.* Eius nuntios repellendo, ſcilicet prophetas, & apoſtolos, & prædicatores alios.
22 *Et quaſi nihil.* Vt videtur ex operibus eorum.

tuentur, mentē in amore vitæ præſentis figũt, & quaſi lõgæ habitationis in ea fundamenta conſtruunt. Sed fluuius ſubuertit fundamenta eorũ, quia curſus mutabilitatis ſtatum in eis ſubruit peruerſæ conſtructioni.

a *Cum ille im.* Malorũ domos dñs implet, quia etiam ingratis ſua dona nõ denegat.

k *Dabit pro terra.* Per terram infirmitas actionis, per ſilicē fortitudo ſignatur, per torrentes aureos doctrina intimæ claritatis. Ad ſe ergo cõuerſis ꝑ terra dat ſilicem robuſti operis.

l *Pro ſili. tor. au.* Qui pro robuſto opere doctrinam multiplicat claræ prædicationis.

b *Quorum ſententia pro.* Hoc etiam Iob, ſupra quorum conſilium longe ſit à me. Sed conſilium in corde, ſententia in ore. Iſte ergo verbis malorum Iob, & cogitationibus optat eſſe diſſimilis.

†Sed conſiliũ impiorum. †longe.

c *Videbunt iuſti.* Iniquorum interitum.

d *Et læta.* Cum diſtricto iudici perfecta iam ſecuritate inhæſerint. Nunc enim reprobos proſpiciunt & gemunt.

*quæſo.

e *Nonne ſuc.* Hic ini qui erecti ſunt, quia prauis actionibus extolluntur: Sed eorum erectio ſucciditur, cũ à præſenti vita ad interitum, vel a conſpectu iudicis ad gehennam pertrahuntur.

† vel delectaberis.

a ¶ Vt bonitate eius erubeſcant. & redeant, & contemnentes grauius puniantur.
a æſtimabant eum, cum ille impleſſet domos eorum bonis: 1 2
a ¶Et hoc. ¶In iudicio.
b †Quorum ſententia † procul ſit à me. + Videbunt iuſti, & læ- 3 4
c a ¶Qui hic dolent de erroribus eorum. b ¶Quia eos tunc exultando deſpiciet. 5
d e ta buntur, & innocens ſubſannabit eos. † Nonne ſucciſa eſt 6 7
a ¶Carnem quam hic relinquunt. b ¶Deo, quod erit dum mihi conſentis. 8
f erectio eorum, & reliqas eorum deuorauit ignis? † Acquieſce 9
g a ¶Vel. bis. b ¶Quia iam non iurgabor contra te. c ¶Si me ſequaris. d ¶Opera.
igitur ei, & habeto pacē, & per hæc habebis fructus optimos. 10 11
a ¶Quaſi quod dico ex ore illius procedat. b ¶ Ac ſi dicat, quod nunc vſque in ore, & non in corde habuiſti.
Suſcipe ex ore illius legē, & pone ſermones eius ī corde tuo. 12
¶ Quia. ¶In iuſtitia.
h i Si reuerſus fueris ad omnipotentē, ædificaberis, & longe † fa- 13 14
a ¶Et b ¶Conuerſus ex infirmo fit fortis, & in ore bene viuentis doctrina abundabit. ¶ Deus.
k cies iniquitatē à tabernaculo tuo. † Dabit pro terra ſilicem, & 15
l pro ſilice torrentes aureos. Eritq; omnipotens † contra hoſtes 16
m a ¶ Quieſcens ab exterioribus.
n tuos, & argētum coaceruabitur tibi. Tunc ſuper omnipoten- 17 18
a ¶Cordis, quia Deo es conſpicabilis. b Et tunc.
o tem † delicijs afflues, & eleuabis ad Deum faciē tuā. Rogabis 19
a ¶Qui modo pro culpa tua non exaudit. b ¶Proprium eſt infirmorum, quod iuſtum iudicent, quem videm adipiſci omne, quod petit, quod tamen Deus ſæpe negat ſuis, vel de ſpiritualibus dicit. 20 21
p q r eũ, & exaudiet, & vota tua reddes. Decernes rem, & veniet 22 23 24

✣ Nicetas. Per ſilicem, & petram intelligit opes ſtabiles.

✣ Cath. Græ. Sicut petra torrentis Sophir. affirmãt nõnulli Sophir Aphricam eſſe, porro hoc nomē ſcriptura vſurpat cũ de diuitijs eſt ſermo.

m *Eritque omn. con.* Sæpe cum ſacris eloquijs intendimus, malignorum ſpirituum inſidias grauiter toleramus. Et eſt ſenſus, dum malignos ſpiritus à te repulerit, diuini in te eloquij talentum lucidum excreſcet.

✣ Origen. Sanctum dogma, pœnas ſuſtinentem malorum ꝑpeſſione, tanquã aurũ in fornace purgari.

n *Tunc ſu.* Super omnipotentem delicijs affluere, eſt in amore illius epulis ſacræ ſcripturæ ſatiari.

f *Et reliquias eorum deuo.* Quia & ſi hic carnem relinquant, in reſurrectione recipient, vt in carne ardeant in qua peccauerunt.

g *Acquieſce igi.* Culpa ſuperbiæ eſt docere meliorem, quod ſæpe hæretici faciunt catholicis.

✣ Orig. Aut mores muta, diuinamque legem complectere, aut peccata confitere: nam pro ἐξηγορίαν ἐξμωολόγησιν apud Symmachum reperio, Apud Aquilam autem νόμον.

h *Si reuerſus fue.* Quia à iuſtitiæ ædificatione deſtructus es.

i *Et longe facies.* Corpus animæ accipitur tabernaculum, & mens cogitationum. Et eſt ſenſus: Si ad Deum poſt errata reuertaris, in cogitatione, & in opere mundaberis.

k *Dabit*

o *Et eleua. ad de.* Ad Deum leuare faciem, eſt cor ad ſublimia inueſtiganda attollere.

✣ Nicetas. Iob Deum iudicem admittit.

p *Et vota tua reddes.* Qui vota vouit, ſed pro infirmitate ſoluere non valet, ex peccati pœna hoc agitur, vt volenti bonum poſſe ſubtrahatur. Cum vero ea, quæ obſiſtit culpa detergitur, fit protinus, vt votum poſſibilitas ſequatur.

q *Decer.* Res decernitur & venit, cũ virtus, q̃ ex deſiderio appetitur, largiente domino etiam per effectum proſperat.

r *Et ve.* Eadem promittunt hæretici afflictis ſi eos ſequantur.

a *Et*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Aeſti. *Quia non plus ſe extendit eius potentia, quàm ſcientia.*
2 Cum ille impleſſet. *Scilicet temporalibus, quæ à Deo conceduntur hominibus.*
3 Quo ſen. *Qui teneo diuinã prouidentiam ad omnia ſe extendere.*
4 Vide. iu. *Deſtructionem prædictorum errantium.*
5 Et læ. *Non zelo vindictæ, ſed applaudentes diuinæ iuſtitiæ.*
6 Et inno. ſub. *Errorem eorum deſpiciendo.*
7 Nonne ſucci. *Excreſcentia in proſperitate temporali.*
8 Et reli. *Si enim de arbore ſucciſa remaneat truncus in terra, adhuc pullulat, ſed quando truncus, qui remanſerat euellitur, & comburitur, ſpes, & poſſibilitas talis pullulationis tollitur, & per hoc intelligit, quòd ſic totaliter proſperitas ab incredulis tolletur.*
9 Acquieſce igitur. *Poſtquã Eliphaz arguit Iob de vitijs, hic admonet eũ de virtutibus ad recuperandum proſperitatem temporalem, quam amiſerat, di.* Acqui. igi. *ideſt ipſi Deo cui repugnare non potes.*
10 Et ha. pa. *Suſtinendo patienter eius caſtigationem.*
11 Et per hæc ha. *Ideſt temporalem proſperitatem valde magnã.*
12 Suſcipe ex ore il. *Confitendo ore, & tenendo corde, eius prouidentiam ad omnia ſe extendere.*

13 Si

13 Si reuer. *Sicut deſtructus es per auerſionem ab eo.*
14 Et lon. *Ideſt ſi elongaueris iniquitatem non ſolum à te, ſed etiam ab illis, qui ſunt in cura tua.*
15 Dabit pro ter. *Id eſt multo meliora, quam ante habuiſti, ſicut ſilex præualet terræ ſimplici, & aurum adhuc amplius ſilici.*
16 Eritque omni. *Ita quòd non poterunt amplius tibi nocere.*
17 Et argen. *Ideſt diuitiæ generaliter, quæ nomine argenti deſignãtur. Et non ſolum promittit ei Eliphaz proſperitatem in bonis corporalibus, ſed etiam in ſpiritualibus, quæ ſe tenent ex parte animæ, & talia non promiſerat ante. Dicit igitur.*
18 Tunc ſuper. *Experiendo interius diuinas conſolationes.*
19 Et ele. *Eum quiete, & delectabiliter contemplando. Intelligit tamen de conſolationibus, & contemplationibus, quæ poſſunt haberi in vita præſenti, quia futuram negabat.*
20 Rogabis eum. *Confidenter.*
21 Et ex. te. *Velociter.*
22 Et vo. tua. red. *Modus eſt enim hominis exauditi Deo reddere vota, quæ ei promiſerat.*
23 Decernes rem. *Secundum diſpoſitionem, & voluntatem tuã.*
24 Et veniet. *Abſque defectu. Cuius cauſa ſubditur.*

1 Et in

## MORALITER.

1 *Cum ille impleſſet domos.* Et ſic in eis patet peccatum ingratitudinis.
4 *Videbunt iu.* De eorum eiectione, Pſal. 57. b. Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam, &c. Et quia quilibet quantumlibet malus redire poteſt ad bonum dum viuit, ſubditur.
6 *Acquieſce.* Vere pœnitendo, & ipſum humiliter depcãdo.
11 *Et per hæc.* Scilicet gratiã in præſenti, & gloriã in futuro.
12 *Suſcipe ex ore.* Euangelicam, quam ore proprio promulgauit, Hebr. 1. a. *Nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio.*
13 *Si reuer.* Replicatio eſt eiuſdem per alia verba.

15 Dabit

15 *Dabit pro terra.* Ideſt pro terrenis cæleſtia, & pro tranſitorijs æterna.
16 *Eritque omnipo.* A te repellendo ſpiritus malignos.
17 *Et argentum coacerua.* Ideſt vere diuitiæ cæli.
18 *Tunc ſuper omnipo. delicijs afflues.* Eius bonitate fruendo.
19 *Et eleuabis ad Deum faciem tuam.* Ipſum clare videndo.
20 *Rogabis eum, & exaudiet te.* Pro tibi deuotis orando.
22 *Et vota.* Deum iugiter laudando.
23 *Decernes rem, & veniet ti. & in vijs, &c.* Nam ſanctis ad votum ſuccedunt omnia. Sed quoniam gloriam cæli præcedit humilitas in præſenti, ideo ſubditur.

1 *Qui*

a *Et in vijs.* In vijs iuſtorũ lumen ſplẽdere eſt ꝑ mira opera virtutum ſigna ſuæ claritatis aſpergere. b *Qui enim hu.* Quia qui ſe humiliat, exaltabitur. c *Et qui.* Quãtũ per

tibi, & in ũijs tuis ſplendebit lumen: † Qui enim humiliatus 1 2

a ¶ Quod non valet ſine humilitate. b Id eſt qui nullum reſpiciendo deſpicit, ſed ſe minorem omnibus ſeruis.

fuerit, erit in gloria: & qui inclinauerit oculos ſuos, ipſe ſal- 3 4

a Quæ etſi à Deo, ita tamen remuneratur ac ſi tantum ab homine.

uabitur. † Saluabitur innocens, ſaluabitur autem mũnditia 5 6

manuum tuarum. 7

membrorũ miniſteriũ deprehẽdi poteſt prima oſtẽſio ſupbię in oculis eſſe ſolet. d *Saluabi.in.* Quia q̃ hic ꝑuenit gratia, vt innocẽs fiat cũ ad iudiciũ ducitur, ex merito remuneratur.

D † Cum humiliauerint ſe impii, dices. Excellẽs ſum. (alii ſic, quoniam, qui humiliati ſu erit magnificabuntur.)

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et in vijs tuis. *Ideſt Deus illuſtrabit te ad diſponendum de futuro, quod eſt tibi vtile, & quod vult tibi dare.*
2 Qui enim hum. *Deo ſe fideliter ſubiiciendo.*
3 Erit in gloria. *Id eſt in proſperitate temporali, quantum ad corpus, & animam modo prædicto.*
4 Et qui incli. *Ad conſiderandum humiliter proprios defectus.*
5 Ipſe ſaluabitur. *A tribulationibus ſuper impios obſtinatos venientibus. Ideo ſubditur:*
6 Saluabitur innocens. *Scilicet corpore.*
7 Saluabitur autem. *q.d. ad perfectam ſalutem requiritur munditia cordis, & operis: per manus enim opera deſignantur.*

## MORALITER.

1 *Qui enim humi.fue.* Et ſimiliter vitæ puritas, Apo.21.g. Nihil iniqui intrat in illam. Ideo ſequitur.
7 *Saluabitur autem mundi.*

## CAP. XXIII.

¶ Dum conuerſo meliora promittis.

a b c R Eſpõdens autem Iob dixit: † Nunc quoque 1 2

a ¶ Fortitudo percuſſionis, quia non ſolum à Deo diuiſi, vnde cæci, ſed in hoc exilio ligati.

in amaritudine eſt ſermo meus, & † manus 3

a ¶ Qui erat etiam ſine aduerſis.

plagæ meæ aggrauata eſt ſuper gemitum 4 5

a ¶ Et cum ita grauer. b ¶ Per ſpeciem. c ¶ In re, vt eſt, quod modo differt Deus, vt plus deſideretur.

d e meum. Quis mihi tribuat, vt cognoſcam, & inueniam illum, 6

a ¶ Etſi videro tunc po. b ¶ Quid, ſcilicet nos egimus, & quam terribilis ſit iudex.

f g & veniam vſque ad ſolium eius? Ponam coram eo iudi- 7

h i cium, & os meum replebo increpationibus, vt ſciam verba †

k quæ mihi reſpondeat, & intelligam, quid loquatur mihi. 8 9

† Etiã hodie. † manus mea, vel plaga mea.

## CAP. XXIII.

a R *Eſpondens autem Iob dixit.* b *Nunc quo. in ama.* Mens iuſti in amaritudine eſt ſemper, etiam in proſperis, quam amaritudinem aduerſitas ingeminat. vnde. *Nunc quo.* Sicut fuit in proſperis. Vel. *Nunc quo.* Id eſt dum meliora promittis. *Nunc quo. in ama. eſt.* Quia inordinatę conſolationis intentio ꝑcuſſionem, quam minuere debuit, multiplicauit. Iuſti enim eo amplius gemunt, quo malos blandiri perſpiciunt, qui per dulces ſermones ſeducere quęrunt.

B

✲ Chry. Ex plagis meis, non ex rebus quas geſſi me reprehenditis.

✲ Olym. Non ex verbis veſtris, ſed ex factis iudicabor.

c *Et ma.pla.me.* Manus autem plagę eſt fortitudo percuſſionis. Sed quia ex aduerſitatibus, iuſti plus ſitiunt faciem auctoris. Sequitur.

d *Quis mihi tribuat.* Electi cum contra votum quęlibet agi cõſpiciunt, ad occulta Dei iudicia recurrũt, vt in eis videãt, quia inordinate intus non diſponitur, quod inordinate foris currere videtur. Et hoc eſt, quod ſubdit.

C

e *Vt cognoſcam.* Per ſpeciem, quem noui per fidem, quod ſe ſentire indicat ibi, veniam vſque ad ſolium eius.

f *Inueniam.* Vt eſt, q̃d mõ differt Deus, vt plus deſideret.

g *Et ven.* Soliũ ſunt angeli, quibus intereſſe cupit. Vel hęc verba, poſitis in hac vita conueniunt, quia cum pręſidentẽ angelis fide vident, ſciunt quòd qui mire eos regit, iniuſte de hominibus non diſponit, & ſua vota damnant, dum meliora diſponere Deũ vident. vnde:

E

h *Ponam co.* Coram Deo iudiciũ ponere, eſt intra ſecretũ mentis per fidei contemplationem ad tremendũ examen illius oculos noſtræ conſiderationis aperire, quid peccator homo mereatur, attendere, & occultus nunc, & tacitus iudex, quam terribilis poſt appareat, conſiderare.

Ponere coram Deo iudiciũ.

i *Os meum re.* Quia dum examen iudicis contra ſe contemplatur, amarę ſe pœnitentię inuectione perſequitur.

K *Vt ſciam verba quæ, &c.* Cum enim culpas pœnitendo perſequimur, quid nobis de eis iudex in ſuo examine dicere poſſit inuenimus, quod neſcit, qui mala ſua negligit.

F

a *Nolo*

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XXIII.

1 R Eſpondens autem Iob. *Hic ponitur ipſius Iob reſponſio, notauerat autem eum Eliphaz de duobus, ſcilicet, quòd erat flagellatus propter peccata ſua, & quod male ſentiebat de diuina prouidentia, ideo primo excludit primum, & ſecundo ſecundum capit. ſequen. Circa primum* Iob *primo ſe iniuriatum conqueritur, ſecundo propoſitum exequitur, ibi.* Quis mihi tribuat. *Circa primum dicit.*
2 Nunc quo.in amarit. *Cuius rationem ſubdit.*
3 Et manus plagę. *Ideſt poteſtas ſeu grauitas flagellationis, quam ſuſtinui.*
4 Aggra.eſt. *Per iniuriam mihi irrogatam, eo quòd imponitur mihi propter culpam meam fuiſſe illatam.*
5 Super ge. *Quaſi dicat, prius habui cauſam gemendi ſilenter, ſed modo habeo cauſam conquerendi patenter.*
6 Quis mihi. *Hic proſequitur intentum ſuum declarans ſe propter peccata non fuiſſe flagellatum, & hoc dupliciter, primo per diuinum iudicium cui nihil eſt occultum, ſecundo per euidentiam operum ſuorũ, ibi.* Veſtigia eius. *Prima in duas, quia primo oſtendit propoſitum ſecundo declarat quoddam dictum ſuum, ibi.* Si ad orientem. *Circa primum inuocando diuinum iudicium dicit.* Quis mihi tribuat. *Deũ iudicem meum ad ſciendum cauſam afflictionis meæ. Et veniam vſque ad ſolium eius, ſcilicet, vt poſſim audire ab eo, quod quæro.*

Diuiſio.

7 Ponam co. *Non dicit cõtra eũ, ſicut contra partẽ aduerſam, ſed coram eo, ſicut coram iudice, cui obtemperare volo, & ſic excludit verbum Eliphaz imponentis ſibi, quod vellet cum Deo cõtendere de pari.*
8 Os meum re. *In Hebræo habetur:* in argumentationibus, *ſicut diſcipulus coram magiſtro aliquando multiplicat argumenta non ad contentionem, ſed ad veritatis inquiſitionem, quam deſiderat audire à magiſtro, & hoc oſtendit litera ſequens, cum dicitur.*
9 Vt ſciam. *Hoc etiam oſtendit per hoc, quod ſubditur.*

1 Nolo

## MORALITER.

1 *Reſpondens autem.* Superius pluries fuit dictum, quòd Iob viri perfecti gerit typum, vir autem perfectus ad pręmium ſuſpirat, & eius dilationem cum gemitu portat, dicens.
2 *Nunc quo.in amarit.* Sed quando conſiderat, quòd ex tali dilatione poteſt in peccatum cadere, cum non ſit in bono confirmatus, tunc eius gemitus aggrauatur. Ideo ſequitur.
3 *Et manus plagæ meæ aggrauata eſt ſuper gemitum meum.*
6 *Quis mihi.* Sicut, & cognitus ſum.

† *Et ve.vſque ad ſolitum eius.* Quod eſt in gloria cęleſti. Sed quoniam oportet pręcedere iudicium particulare mortis, ſequitur.
7 *Ponam co.eo.iudi.* Conſiderando quid in iudicio reſpondeam coram ipſo.
8 *Os meum re.increpa.* Meditando peccata mea, quibus ſum increpandus.
9 *Vt ſciam verba, quæ mi.* Penſando nãque peccatorum grauitatem, quis aduertit increpationis qualitatem.

1 *Nolo*

A a *Nolo mul. fortitu. con.* Quis.n.in examine inueniri iuſtus valeat, ſi ſecundum ſuæ fortitudinis maieſtatē vitam hominū diſcutiat Deus? Quamlibet enim iuſtus ſi diſtricte iudicatur mole magnitudinis premitur, vnde ſubdit.

b *Nec magnitudi.* Quaſi diceret, ſi ſecundū fortitudinē ſuā mecum contenderet, mole ſua me premeret. Et nota, quia dū fortitudinem vitat, infirmitatem incarnationis optat, vnde ſubdit.

c *Proponat æquita.* Mediator Dei, & hominum æquitatis nomine deſignatur, de quo ſcriptum eſt: Qui factus eſt nobis à deo ſapientia, & iuſtitia. Et eſt ſenſus: Ad redarguēdas vias meas incarnatum filium mittat, & tunc inſidiātem aduerſarium per abſolutionis meę iudicium victor excludam.

† Ibi rectum diſputet ſecū, vel ponat æquam rectitudinem ſecum tūc liberabor in perpetuum a iudicāte me. 1. Corint. 1.d. † Si ſe verterit ad ſiniſtrā, non apprehēdetur, ſi abſcōderit ſe ad dexteram, nō videbo illum. † ſi probauerit me, ſicut aurū egrediar.

B ⁜ Cath. Greg. Educat ad finem iudicium meum.

⁜ Chry. Apud Hebręos victoria, & finis vno verbo declaratur. Ita cum quorundam pſalmorum hęc debet eſſe inſcriptio in finem, nihilominus victori inſcribuntur.

d *Si ad orientē.* Acſi dicat, filium incarnatū mittat: In altitudine ſua, diuinitas apprehendi non poterat, ſed mōſtrauit ſe hominib. per humilitatē. Deus in parte non eſt, quia vbique eſt, & minus inuenitur, ſi in parte quęritur. Vel, ad oriētē it, qui mentē in cōſideratione attollit maieſtatis, ſed Deus in natura nō apparet ei. Inde aūt mens reuerberata ad ſe redit quaſi ad occidentē, & videt, q̄ ſupra ſit, & ſe indignā videre. Ad ſiniſtrā vertit̄, q. peccatis conſentit, qui nullatenus Deū apprehēdit. Ad dexterā vertit̄, qui de virtutib. eleuat̄, q. Deū

C nō videt. Sed nec in his oīb. plenē ſe anima cognoſcit, vnde.

e *Ipſe vero ſcit viam.* Ideſt videre non valeo videntem me. D

⁜ Cath. Græc. Ad prima proficiſcar, & non amplius ſum, quæ autem in extremis, quid noui?

⁜ Diony. & Alex. Oſtendit nos tantum id viuere tēporis quod inſtat, nam preteritum amiſimus, futurū nō tenemus.

⁜ Olym. Symmachus magis enucleatam attulit interpretationē. Ecce ſi antegrediar ipſum, apparere non poteſt. Deꝰ enim vbique eſt, nos tamen mēte ad eum nō poſſumꝰ accedere.

f *Et proba.* Non elatus comparat ſe auro, ſed ſua humiliter cōſiderat, qđ licet omni iuſto. Et hoc eſt: *Et proba me quaſi au.* Ex vſtione enim tribulationis, & ſubtrahuntur vitia, & augentur merita. E

t ¶ Sed quis ibi iuſtus ſi ſecundum fortitudinem diſcutiat? b ¶ Dum fortitudinem vitat, infirmitatē optat incarnationis. c ¶ Quamlibet iuſtus, ſi diſtricte ab omnipotente iudicatur, mole magnitudinis premitur.

a Nolo multa fortitudine contendat mecum † nec magnitu- 1
b ¶ Sed.
c d dinis ſuæ mole me premat. † Proponat æquitatem contra 2
me, & perueniat ad victoriam iudicium meum. Si ad orien- 3
tem iero, non apparet. Si ad occidentem, non intelligā eum. 4 5
† Si ad ſiniſtram, quid agam? Non apprehendam eum. Si me 6 7
a ¶ Quaſi, ego non poſſum videre eum, ſed ipſe me videt, vnde magis eſt timendus. 8
e vertam ad dexteram, non videbo illum. Ipſe vero ſcit viam 9
a ¶ Iuſtus ante flagellū à Deo dicitur, ſed minus de ſe ſentit dicens ſe ibi purgari. b ¶ Probauit me. 10
f meam, † & probauit me quaſi aurum, quod p ignem tranſit. 11 12
a ¶ Et ergo. ¶ Operationes, quòd bonos iuuat. malos tolerat, vel exempla verbi incarnati, qui non potuit videre ſublimia occultæ diſpoſitionis. b ¶ Cuſtodit, & non declinat, qui hoc vbi intendit, operatur. 13
g h Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus, viam eius cuſtodiui, & nō 14
i k declinaui ex ea. A mandatis labiorum eius nō receſſi, & † in 15

g *Veſtigia eius ſecu.* Beatus Iob in futura operatione incarnandæ ſapientiæ intēdebat. Cuius vitā dum ſuperno ſpiritu repletus ſolicita intētione conſpiceret, futurā manſuetudinis illius humilitatem præuidens, quaſi ad exemplum ſibi propoſitum recurrit.

h *Viam eius cuſtod.* Cuſtodire per intentionem eſt, non declinare per operationem.

i *A mandatis la.* Iuſtorū mentes per intentionē ſuam omnipotēti Deo aſſiſtunt, atque in ſcriptura quaſi os eius intuēt̄.

⁜ Nice. Precepta dicit nō auditiōe accepta, aut ſcriptis cōſignata (hic enim ſanctus legē p̄cucurrit,) ſed animis inſita.

K *Et in ſinu meo ab.* In ſinu cordis verba oris eius abſcondimus, quoniam mandata eius non tranſitoriē, ſed implenda opere audimus, & ſi verba in opere prodeunt, latent tamen in corde. Si intus non eleuatur animus, ſed ſi laus extra quęritur, tunc ſermo Dei in ſinu non occultatur.

† ſed me ſi vt. th ſim c — † in vel præ mih F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Nolo mul. *Ideſt in tanta ſublimitate mecum loquatur, quod non poſſim capere, ſed magis contemperet ſe capacitati intellectus mei.*

2 Proponat æquita. *Id eſt declaret per effectum reuelationis, vel manifeſtationis ſuæ grauitatem pœnæ meæ, & culpæ:*

3 Et perueniat ad vict. *Ideſt iudicet pro me, ita q̄ appareat victoria mea ſuſtinendo veritatem contra amicos meos impugnantes ipſam, & ſic poſtea factū fuit, vt habetur in fine huius libri, vbi dominus dicit:* Nō eſtis locuti corā me rectū ſicut ſeruus meus Iob.

4 Si ad orientem. *Hic declarat quoddā dictū ſuū. Dixerat enī de Deo.* Quis mihi tribuat, vt cognoſcā, & inueniā illum. *per hoc inſinuans manifeſte, quòd homo virtute naturali non poteſt ad perfectam Dei cognitionē pertingere, ideo hoc declarat dicens.* Si ad orientem. *Ad cuius intellectū ſciendū, q̄ homo ad cognitionem Dei aſcendit ex creaturis viſibilibus, ſecundum quod dicitur Sap. 13. a.* A magnitudine ſpeciei creaturæ poterit cognoſcibiliter creator horū videri, *inter creaturas aūt viſibiles firmamentū tenet primum locū, cuius motus incipit ab oriente tendens verſus occidentē, & quātū ad hoc dicit.* Si ad orientē. *motum firmamenti conſiderando.*

Aſcenſio hominis in Deū.

5 Non apparet. *Scilicet ipſe Deus per hoc perfecte cognitus, quia licet firmamentum ſit creatura valde nobilis, tamen in infinitum deficit à perfectione creatoris. Secundum vero locum tenet proprius motus planetarum, qui incipit ab occidente tendens verſus orientem, & quantum ad hoc dicit.*

6 Si ad occi. *Me conuertero, planetas, & corū motus conſiderādo.*

7 Non intelligam eum. *Scilicet perfectè, cadē ratione qua de firmamento dictum eſt.*

8 Si ad ſiniſtram. *Ideſt aquilonem conſiderando ſtabilitatem poli arctici, & ſtellarum, quæ mouentur prope ipſum.*

9 Quid agam. *quaſi dicat non habeo ſufficiens medium ad cognoſcendum perfectè Deum.*

10 Si me vertam ad dexteram. *Ideſt ad meridiem, vnde eſt fortitudo luminis.*

11 Non videbo illum. *Quia illud lumen eſt tantū corporale, & in infinitum deficiens à diuino lumine, et quia eadem eſt diſtantia Dei ad creaturas, & creaturarum ad ipſum, ſicut eſt eadem via à Thebis ad Athenas, & econuerſo, poſſet aliquis credere, quòd ſicut non cognoſcimus Deum, niſi valde imperfectè propter diſtantiam ipſius à nobis, ſic econuerſo non cognoſceret nos perfectè ratione huius diſtantiæ, ideo hoc excludit, dicens.*

12 Ipſe vero ſcit. *Ideſt omnia opera mea vſque ad minima.*

13 Et prob. a. *Ignis aūt probans aurū non dat ei veritatem auri, ſed cā præexiſtentem declarat, ita dicit Iob, quod ignis tribulationis no dedit ſibi innocentiam, ſed illam declarauit per eius patientiam, & ſic Deus eum probauit, non ad cognoſcendum eius innocentiam ſibi incognitam, ſed vt alijs manifeſtaretur, ſicut & tentauit Abraham, Gene. 22. vt eius obedientia alijs notificaretur.*

14 Veſtigia eius. *Hic conſequenter oſtendit propoſitū teſtimonio ſuorū operū, quæ fuerant hominibus nota, dicens.* Veſtigia eius. *ideſt dictamen rectæ rationis ſecutus ſum in omnibus operibus meis, quod eſt quaſi quoddam veſtigium impreſſum à Deo mentibus humanis.*

15 A mādatis labi. eius nō. receſ. *Ideſt ab illis, quæ per diuinam reue-*

## MORALITER.

1 *Nolo mul. forti. conten.* Id eſt rigore iuſtitiæ, ſed cum temperamento miſericordiæ.

2 *Proponat æqui.* Aequum eſt.n.q. cum in iudicio proponit̄ obligatio, ſic & ſatisfactio proponatur. Si autem conſideret̄ ſatisfactio facta pro nobis per Chriſtum, excedit omne peccatum humanū, & ſic ad victoriā peruenit iudicium hominis contra inimicum. Quod autem excedat, oſtendit dicēs.

4 *Si ad orientem.* Oriens eſt Chriſti ortus, occidēs aūt mors eius, ſiniſtra verò deſcēdēs ad inferna, dextera ſeſſio eius in patris dextera. Hæc aūt ſunt incomprehenſibilia à nobis, & excedunt obligationē pro peccatis. Sed quia vir p̄fectus timere ſibi dēt propter incertitudinem ſui ſtatus, iō ſubditur.

12 *Ipſe vero ſcit vi. me.* q.d. neſcio eam: De re enim ignota cōmuniter dicitur: *Deus ſcit.* Sed quamuis iuſtus ſtatum ſuū neſciat per certitudinem, ſcit tamen per coniecturam, quando de mortali peccato non eſt ſibi conſcius, & eſt ad obediendum Deo promptus, ideo ſequitur.

† *Probauit me quaſi aurum.* Ideſt approbauit. Et ſubditur huius ſignum.

14 *Veſtigia eius ſecu. eſt pes me.* In bonis ambulando, & à malis declinando.

1 Ipſe

a *Ipſe enim ſolus eſt.* Principaliter, & immutabiliter. Solus.n. per ſe eſt, qui omnia agit, in quibus eſt ipſe timendus, non quæ patimur. De cuius immutabilitate ſubdit.

b *Et nemo auer.* Quia ſemel fixa iudicia mutari nequaquam poſſunt.

c *Et anima eius.* Ea ipſa vis qua cuncta diſponit, anima illius appellatur.

d *Cum exple.* Explet in me voluntatē ſuā, quia multis me percuſſionibus affligit. Sed multa ſimilia præſto ſunt ei, quia ſi ferire cogitat, adhuc inuenitur, vbi plaga creſcat.

e *Et idcirco à fa.* Rectitudinis pauore cōcutitur, cum ſe reddendis rationibus cōſpicit non eſſe idoneum, ſi diſtrictè iudicetur.

✻Nicetas. Animi neruos ac vires eliſit.

f *Deus molli.* Virtutē ergo ſuæ fortitudinis non ſibi, ſed autori tribuit.

g *Conturbauit me.* Nunquā ſecura ſunt corda iuſtorum, ſed turbata timore iudicis, q̄ tamen cōſolantur donis, quæ acceperunt. vnde: *Non enim perij.* Flagella iuſtorū. vel p̄terita purgant, vel futura peccata auertunt, quod non in Iob, ſed virtus augetur.

a ¶Ideo ſic ego. b ¶In hoc oſtendit, quòd in tot bonis, quæ egerat, nihil ſe eſſe credidit. c ¶Sicut immutabilis ſubſtantia eſt, ſic & voluntas.

a ſinu meo abſcōdi verba oris eius. Ipſe enim ſolus eſt, & † ne- 1 2
b

a ¶Ideo timendum eſt infirmo. b ¶Vel qui reuncit.

c mo auertere poteſt cognitionē eius, & anima eius, quodcūq; 3 4

a ¶ Id eſt quod voluntati eius repugnare videtur, ferunt illi. b ¶ Et ideo. ¶ Quaſi, etſi ista non timeri debet, quod nondum eſt, ego in malis iam poſitus timeo alia.

d voluit, hoc fecit. † Cumque expleuerit in me voluntatē ſuā & 5 6

a ¶Quibus me feriat. b ¶ Quia timorem maieſtatis, cordi proponit. 7

e alia multa ſimilia præſto ſunt ei. Et idcirco à facie eius turba- 8

a ¶Qui enim vim animaduerſionis eius non conſiderat, non timet. b ¶ Nec a me eſt illud, quia. c ¶Vt timore iudicii penetretur.

f tus ſum, & conſiderans eum, timore ſolicitor. Deus molliuit 9 10

¶Vere Deus molliuit cor meum, & ſemper timeo.

g h cor meum, & omnipotens conturbauit me. † Non enim perij 11 12

¶ Etſi aliquando tetigit. 13

i propter imminentes tenebras, nec faciē meā operuit caligo. 14 15

h *Non enim.* Ille in flagello poſitus à ſalute corporis, p̄pter imminētes tenebras perit, qui pro tranſactis percutitur, vt à futuris ſupplicijs abſcondatur.

i *Nec fa.* Qui enim ſemper diuinæ fortitudinis pondus aſpexit, eius cordis faciē caligo peccati non operuit.

✻Cate. Græ. Non enim ſciebam, quod venirent ſuper me tenebræ, ante faciem operuit caligo.

✻Nicetas. Ideſt, non expectabam hanc calamitatem, quæ vni mihi eſt propria.

† quis redire faciet eum? non troſum, vel quis reſpondebit ei?

† Non enim ſi exciſus à facie tenebrarum, nec a facie mea occultaſ caligo, id eſt tenebræ infelicitatis à me non recedunt, caligo mortis ſemper ob oculos uerſans non abit.

## NICOLAVS DE LYRA.

*reuelationem habui, vltra naturalem cognitionem, quamuis enim Gentiles non habuerunt legem à Deo reuelatam, quæ data fuit Iudæis in monte Sinai, tamen illis Gentilibus, qui viuendo ſecundum dictamen rectæ rationis conuertebant ſe ad Deum deprecandum, reuelabantur ea, quæ erant ad ſalutem neceſſaria à Deo immediatè, vel mediantibus aliquibus in ſanctitate excellētibus, cuiuſmodi fuit Iob, qui habuit reuelationem valde claram de reſurrectione futura, vt patuit ſupra 19. & quantum ad dicta reuelata dicit.* A mandatis labiorū eius. *Veruntamen quia ipſe Deus in ſe, nec per cognitionem naturalem, nec per reuelationem comprehenditur, ideo ſequitur.*

1 Ipſe.n. ſo. *Scilicet infinitæ ſcientiæ.* 2 Et nemo auer. *Id eſt eius conſilia cōprehendere. Eſt etiā infinitæ poteſtatis, ideo ſubditur.* 3 Et anima. *Ideſt voluntas.* 4 Quodcunque vo. *Nullo potēte ſibi reſiſtere.* 5 Cum expleue. *Me, flagellando tanquā creaturam ſuā.* 6 Et alia multa. *Scilicet flagella.* 7 Præſto ſunt. *Quia mihi, & alijs poteſt infligere de facili.* 8 Et idcir. *Turbatione triſtitiæ de præſenti malo.* 9 Et conſi. *Quod poteſt multa ſimilia iterum facere.* 10 Timore ſoli. *De futuro malo. Sciendum quod iſta triſtitia & iſte timor in ipſo Iob non erant abſorbentes rationem, neque deiiciētes à virtute, ſed ſequentes naturam ſenſitiuam naturali neceſſitate.* 11 Deus mol. *Liquefaciēs à firmitate temporali.* 12 Et omnip. *Modo iā p̄dicto, & quòd non ſuſtinuerit pro peccato ſuo, oſtendit di.* 13 Non.n. *Ideſt afflictiones paſſus ſum.* 14 Propter im. *Ideſt p̄pter peccata patentia.* 15 Nec fa. *Id eſt propter peccata latentia quæ faciem animæ obnubilant interius, licet non appareant exterius.*

## MORALITER.

1 *Ipſe enim ſo.* Qui per certitudinem ſcit ſtatum meum, tā præſentem, quàm futurum.
2 *Et nemo auer.* Nam eius conſilia ſunt incomprehēſibilia.
3 *Cum explene.* Nam de me poteſt facere quicquid ſibi placuerit nunc, & in futurum.
8 *Et idcirco à fa.* Propter mortis periculum.
9 *Et conſiderans eum.* Iudicem venturum.
10 *Timore ſoli.* Neſciens in qua parte ſim ponendus.
11 *Deus molli.* Faciens ipſum perplexum. Illud enim, quod eſt molle ad partes oppoſitas eſt flexibile:
13 *Non enim imperij propter immi. tene.* Ideſt non ſum mihi cōſcius de peccatis grauibus, propter quæ debeam perire, ſed quia per hoc non ſum iuſtificatus, maneo in perplexitate.

## CAP. XXIIII.

a *B omnipotente.* ✻ Nicetas. Licet impij abutantur diuina patientia, tandem tamē pęnas dant. Quia ipſe quidē noſtra tēpora comprehenſibiliter conſpicit.

b *Qui autem.* Quia etſi iā per fidē Deum nouimus, qualiter tn̄ ſit eius æternitas ſine præterito, vel futuro, non videmus: Beatus Iob ne plus ſapiat, quam oportet ſapere, dies domini non poſſe comprehendi teſtificans, ad hæreticorū mox ſuperbiā reſpectū mentis conuertit, qui alta ſapere appetunt, de quibus ſequitur.

c *Alii termi.* Quos aliorum nomine, niſi hęreticos deſignat qui à ſanctæ eccleſiæ gremio extranei exiſtūt. Ipſi terminos transfe-

## CAP. XXIIII.

¶Moderatur ſe freno ſcientiæ non plus ſapere, quam oportet. a ¶ Sed non poſſum de eo comprehendere.

A † B omnipotēte nō ſunt abſcondita tem- 1

a ¶Inter, quæ viuimus. b ¶Deus natura ſimplex, neque aliud ipſe atque dies eius ſunt, æternitatem quippe habet, ſed ipſe ſibi eſt æternitas. Et ideo, qui eum cognoſcunt adhuc neſciunt, quia quem veraciter credimus, qualiter tamen ſit ipſa eius æternitas eſt, ignoramus.

a pora, qui autē nouerunt eum, ignorant 2
b c dies illius. Alij terminos tranſtulerunt, 3 4

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. XXIIII.

1 AB omnipo. *Poſtquā oſtendit Iob ſe non fuiſſe punitum propter peccata ſua, hic conſequenter oſtendit ſe non male ſenſiſſe de diuina prouidentia, & primo declarat propoſitum, ſecundo concludit intentum, ibi.* Qđ ſi non ita eſt. *Prima in duas, primo oſtendit propoſitum in generali, di.* Ab omnipo. non ſunt. *q.d. intuitus ſuæ ſcientiæ fertur ſuper omnia tempora, ita quòd perfectè cognoſcit præterita, præſentia, & futura.*
2 Qui autem no. *Per inueſtigationem rationis, vel etiam vlterius per reuelationem.*
3 Ignorant di. *Ideſt modum ſuæ æternitatis non comprehendunt, et ſic oſtendit ſe Iob bene ſentire ac diuina prouidentia in generali.*
4 Alij termi. *Hic conſequenter oſtendit idem in ſpeciali, & hoc per diuerſos peccatores ſine freno timoris Dei peccantes, acſi eorum facta non proſpiceret, cuius tamen contrarium oſtendit per hoc, quod eos manifeſte puniuit, & punit. Primo igitur deſcribit eorum multiplicē culpam, ſecundo pœnam à Deo inflictam, ibi.* Maledicta ſit pars eius. *Prima in duas, quia primo exprimit peccata ex concupiſcentia oculorum orientia, & ſecundo ex carnis concupiſcentia, ibi.* Oculus adulteri. *Circa primum dicit.* Alij terminos tranſtulerunt. *defalcantes de aliorum hæreditate.*

## MORALITER.

1 *Ab omnipotente.* Secundum Greg. Iob loquitur hic cōtra infideles, quorum aliqui negauerunt diuinā prouidentiā extendi ad hæc inferiora, cō quos dicit: *Ab omnipotente non ſunt ab. tem.* quia ſua æternitate totū tempus includit, & ſic omnia entia ſecundū quodcunq; tempus vno intuitu cōprehēdit.
2 *Qui au.* Per rationis inueſtigationem, & etiam per fidē.
3 *Ignorant dies.* Quia nō cōprehēdūt modū æternitatis eius.
4 *Alii termi. tranſtulerunt.* A patribus poſitos, & diuerſas hæreſes condiderunt.

1 Diui-

A transferunt, quia conſtitutiones patrum præuaricando tranſcendunt. Qui greges diripiunt, & paſcũt, quia imperitos ad ſe peruerſis perſuaſionibus trahunt, & doctrinis peſtiferis ad interficiendum nutriunt.

a *Aſinum pupil.* Pupillos dicit electos, qui magna fidei gratia nutriuntur: & patris ſui iam ꝑ ſe mortui faciem needum vident. Et ſunt pleriq; qui dũ tales conſpiciunt cæleſtia appetere, terrena deſpectui habere, de rebus quas poſſident ſubſidia subminiſtrant: quaſi ergo aſinus electorũ eſt, qui deportat onera vſibus eorum. Sed cum heretici talē ab eccleſia, auertunt quaſi pupillorum aſinũ abigunt quia cum ad perfidiā pertrahunt, à miniſterio bonorũ repellũt.

B

b *Et abſtulerunt.* Vidua dicitur eccleſia, quę occiſi viri ſui interim viſione priuata eſt. Bos huius viduæ eſt vnuſquiſque prædicator. Et contingit, vt hęretici peruerſis dogmatibus ipſos etiam prędicatores trahant, pignus namque cum tollitur, aliud quidem eſt, quod tenetur, ſed tamen adhuc aliud quæritur, & ideo hęretici eos conantur auferre, qui prędicant, vt eorum etiam ſequaces trahant, vnde ſubdit.

a ¶Populos imperitos.
a diripuerunt greges, & pauerunt eos. Aſinũ pupillorum † abe- 1 2
b c gerunt, & abſtulerunt pro pignore bouē viduæ. † Subuerte- 3
a ¶Humilium.
runt pauperum viam, & oppreſſerunt pariter manſuetos ter- 4 5 6
¶ Effrenes. ¶Vbi fructus non eſt.
d e f rę. Alij quaſi onagri in deſerto egrediuntur ad opus ſuum, 7
a ¶ Scripturam de qua hæretici ſententias à ſuis ſenſibus tollunt.
g † vigilantes ad prædam præparant panem liberis. Agrum †
a ¶ Scripturam quoque, quæ botros virtutum profert. b ¶ Conditorem ſcripturæ vi opprimunt, cuius ſenium violentum inficiunt. †
non ſuum demetunt, & vineam † eius, quem vi oppreſſerint,
a ¶Quia de ea pro ſe ſententias colligunt.
h vindemiant. Nudos † dimittunt homines indumenta tollen- †
a ¶Fluenta ſanctorum patrum. †
i k tes, quibus non eſt operimentũ in frigore, quos imbres mon †
¶Cum ipſi potentes ſunt in ſeculo.
l tium † rigant, & non habentes velamen amplexantur lapi- 8 9
¶Teneros eccleſiæ. ¶Vel, gus.
m des. † Vim fecerunt deprædantes pupillos, & vulgum paupe- 10
n ¶Vel, rum. ¶Vel expoliauerunt. ¶Otioſis. Mala agentibus. a Idem quod nudus.
o rem ſpoliauerunt. † Nudis incedentibus abſque veſtitu, & eſu- 11
p rientibus tulerunt ſpicas. † Inter aceruos eorũ meridiati ſunt, 12 13

c *Subuerterunt pau.* Nõnunq̃ hi, qui manſueti atq; humiles videntur, ſi ſeruare diſcretionē neſciũt, exēplis aliorũ cadũt.

d *Alij quaſi.* Sunt n. hęretici, qui populis admiſceri refugiunt, ſed ſeceſſum vitæ ſecretioris petunt, & eo amplius peſte ſuę perſuaſionis inficiunt, quo quaſi ex vitę meritis, reuerentiores videntur. Onagris autem comparantur, qui in ſuis voluptatibus dimiſſi, à vinculo fidei rationis ſunt alieni.

C ✻ Nicet. Impudenter cęteros homines connecantes.

e *Egrediuntur.* Non enim Dei, ſed opus ſuum peragunt, dũ non recta dogmata, ſed propria deſideria ſequuntur.

f *Vigilanteſque ad prædam.* Ad prędam vigilant, qui verba iuſtorum ad proprium ſenſum ſemper rapere conantur, vt ꝑ hoc peruerſis filijs panem erroris parent.

✻ Cat. Grę. Dulcis factus eſt panis eorum in iuniores.

✻ Nice. Iucundum eſt eis alere iuuenes, quibus adminiſtris vtantur ad inferendas cęteris contumelias.

g *Agrum non ſuum.* Agri, vel vineę nomine eccleſia ſignat, quam peruerſi prędicatores demetũt, & auctorē eius in mēbris ſuis opprimendo vindemiant, qui creatoris gratiam per ſequentes, dum quoſdam de illa, qui recti videbantur rapiũt quid aliud, quam ſpicas, vel botros animarum tollunt? D

✻ Cat. Grę. Agrum, qui non eſt ipſorum, ante tempus meſſuerunt.

h *Nudos di. ho.* Sicut veſtimenta corpus, ſic bona opera protegunt animam. Hęretici itaque cum quorundam bona opera deſtruunt, veſtimenta tollunt.

i *Quibus non.* Operimētũ ad iuſtitiā pertinet, frigus ad culpā. Alget ergo, & tegitur, qui ex alio opere ferueſcit ad iuſtitiā, ex alio frigeſcit ad culpam. Sed cum hęretici talibus bona opera ſubtrahunt, agunt ne in frigore habeāt vnde veſtiātur.

E

Vel frigus eſt malum deſideriũ, contra quod boni veſte boni operis ſe tegunt, ſed praui hoc agunt, vt qui frigent deſiderio, ſine veſte boni operis moriantur.

K *Quos im. mo. rigant.* Ideſt fluenta prędicatorum ſatiant.

l *Et non haben.* Lapides dicit fortes viros in eccleſia, vt martyres, qui itaq; de nullo opere ſuo cõfidunt, ſed ad ſanctorũ martyrũ protectiõnē orando currunt; quid iſti faciunt, niſi quia bonę actionis velamen nõ habent, lapides amplexant?

✻ Olym. Speluncis, pro tectis vtuntur.

m *Vim fece.* Hęretici deꝑdantes vim faciunt, quia cõtra infirmas fideliũ mentes verborũ, & operũ violentia graſſant.

n *Vulgum pau expoliaue.* Quia dum doctis non prȩualent, indoctos à velamine fidei denudant.

F

o *Nudis, & ince. abſque veſti.* Qui nec bona, nec mala operatnudus eſt, & otioſus. Qui autem mala agit, nudus incedit, qa ſine velamine boni operis per iter prauitatis pergit. Eſurientibus, & per pœnitentiā pabulum verbi concupiſcentibus hęretici ſpicas tollunt, quia in eorũ mente patrum ſententias deſtruunt: Quæ per ſpicas ſignificantur, quia dum per figuram eloquia proferuntur, ab eis tegumen literę, quaſi ariſtarum paleas ſubtrahimus, vt medulla ſpiritus reficiamur.

✻ Nicetas. Quibus pro ſtrato vtebantur, coegerunt que nudos iacere in terra.

p *Inter aceruos eorum meridiati ſunt.* ✻ Cate. Græ. In anguſtijs

†mane ſurgentes.

† pernoctare ſinunt abſque veſtimento.

† madefaciũt.

†Diripuerunt māmilla pupillum, & a paupere munus extorquent. † Nudum ambulare ſinunt abſque veſtimento. † Intra muros oleum producunt ſub pauperes torcularī calcauerũt, & ſitiuerunt.

† duxe... mum ... † D... paupe... via, p... ſcódu... perei...

† vel i... quiſi...

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Diripuerunt greges. *Quantum ad bona mobilia.*
2 Et pauerunt eos. *Ac ſi eſſent ſui proprij.*
3 Aſinum pupil. abege. *Minando ad domum ſuam.*
4 Et abſtule. *Ideſt titulo pignoris ſub colore iuſtitiæ, licet falſo.*
5 Subuerte. pau. *Ideſt ſubuerterunt iuſtitiam eorum pro munere.*
6 Et oppreſ. *De quibus credebant, quòd non defenderent ſe, & tamen perſonis prædictis eſſet compatiendum propter conditionem eorũ. Conſequenter addit de manifeſtis latronibus, & raptoribus, dicens.*
7 Alij quaſi. *Supple morantur ad latrocinia, & prædas exercendum, & patet per literam ſequentem, quæ plana eſt vſque ibi.* 8 Quos
8 Quos imbr. monti. *Homines enim ſpoliati fugiunt ad loca cauernoſa montium, & antequam illuc poſſint ingredi, rigantur imbribus, qui generantur in montibus.*
9 Et non habentes velamen. *Veſtes, nec domos contra imbrem.*
10 Amplexantur lapi. *Ponendo ſe intra cauernas, acceptando loca illa pro aliquali remedio.*
11 Vim fe. *Quibus deberent parcere, eo quòd carent nutritoribus.*
12 Et eſurientibus tulerunt. *Id eſt pauperibus non habentibus meſſem, ſed tantum aliquas ſpicas poſt meſſores collectas, illas etiam abſtulerunt, quod eſt vile, & crudele.*
13 Inter acer. eorum. me. ſunt. *Ideſt in meridie occultati.* 1 Qui

## MORALITER.

1 *Diripuerunt greges.* Domini à ſuo ouili.
2 *Et pauerunt eos.* Pabulo erroris ſui.
3 *Aſinum pupillorum abege.* Ideſt ſuſtentatores Chriſtianorũ deceperunt, vt Iulianum apoſtatam, & aliquos alios principes, qui erant Chriſtianorum ſuſtentatores.
4 *Et abſtulerunt pro pignore bouem.* Per quem ſignificatur prędicator in agro laborans eccleſiæ, quem aliquando hæretici perſecuti ſunt calumnioſe.
5 *Subuerterunt paupe.* A veritatis via ſimplices deuiando.
7 *Alii quaſi.* Sub ſimulatione ſingularis pœnitentię decipiē tes à trāite directo, ſicut Albigenſes, & paupes de Lugduno.
† *Præparant panem libe.* Id eſt doctrinam peſtiferam ſuis diſcipulis. De qua dicit Pro. 9. Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuauior.
† *Agrum non ſuum demetunt.* Ideſt detruncant, quia doctrinā eccleſiæ defalcant.
† *Nudos dimit.* Virtutibus ſpoliantes.
† *Quibus non eſt operimentum.* Virtutis.
† *In frigore.* Ideſt contra frigus infidelitatis.
8 *Quos imbres montium.* Ideſt doctrinæ ſuperborum hæreticorum informant.
9 *Et non ha. velamen.* Virtutum.
10 *Amplexantur.* Hæreticis induratis ſe firmiter ꝯiungētes.
11 *Vim fece.* Perſequentes quos verbis trahere non poterũt ad ſua documenta.
12 *Et eſurienti.* Ideſt illud modicum, quod habebant.
14 *Inter acer.* Ideſt in meridie occultati ad rapiendum.

1 Qui

ſtijs iniuſte inſidiati ſunt. Viam iuſtorum non cognouerunt, qui è ciuitatibus, & domibus proprijs eijciebantur, anima paruulorum ingemuit valde. Qui eccleſiã perſequũtur, torcular calcant, nam dum iniuſti iuſtos deprimunt, botros ſub pedibus mittunt, vt animarũ botri ſpirituale vinum defluant, quæ carne corruptibili exutę, ad cæleſtia velut in apothecam currant. Calcant autem, & ſitiũt, qui agendo crudelia eo ipſo ferociores fiunt, & grauiora facere ambiunt. Quos dum contra catholicos hæretici agere crudelia conſpiciunt inter aceruos eorum meridiãtur. *Qui, et calcatis torcularibus ſitiunt*, quia eorum ſe multitudini adiũgũt, quos vident grauia agere, & adhuc grauiora ſitire. Et cum per ſe nõ poſſunt perſecutionẽ ſuſcitare, potẽtes ſeculi ad hoc excitant, quorum terror dum eorum deſideria ſatiat, in eorum actibus quaſi in meridie quieſcunt.

a ¶Quos magis inſtant extinguere.
a qui calcatis torcularibus ſitiunt. † De ciuitatib. fecerunt viros 1
¶Quia etſi iuſto ordine iniuſtum aliquid fieri permitti t, inultum tamen abire non ſinit iniuſtũ, quod fieri iuſte permittit. 2
b gemere, & anima vulneratorum † clamabit, & Deus inultum
a ¶Non ignorantia, ſed ſuperbia delinquunt, qui non faciunt, quod ſciunt, vnde & cæcantur, vt neſciant, quod non agunt. 3
c d abire nõ patitur. Ipſi fuerunt rebelles lumini, neſcierunt vias 4
a ¶Saltem. 5
e f eius, nec reuerſi ſunt per ſemitas illius. Mane primo conſur- 6
¶Iuſtus e.t alius homicida, alius adulter. a ¶Mutata proſperitate eadem mens manet. 7
get homicida, interficiet egenum, & pauperem, per noctem 8
a ¶Quia adulterium in mente difficile eſt, vt ab humano viſu penetretur, & eo ſecurius facit, quo ſe non metuit videri. 9
g vero erit quaſi fur. Oculus adulteri obſeruat † caliginẽ, dicens: 10
a ¶Adulter ne cognoſcatur. b ¶Tales adulteri. ¶Ex bonorum aduerſitate eos lædere moliuntur. 11
h i Non me videbit oculus, & operiet vultũ ſuum. † Perfodiunt 12
K in tenebris domos ſicut in die condixerant ſibi, & ignoraue- 13
¶Alias lumen. ¶Mens iuſti. 14
l runt lucẽ. † Si ſubito apparuerit aurora, arbitrantur vmbram 15 16
m ¶Hoc dolent. ¶Hoc amant. 17
n o mortis, & ſic in tenebris quaſi in luce ambulant. Leuis eſt ſup 18 19

a *De ciuitatibus fece. vi. geme.* Quia ciuitates à conuiuentibus populis appellantur, ciuitatum nomine eccleſiæ deſignantur. Hæretici autem, quia potentibus adhęrentes bonorum B ſocialem vitã perſequuntur, de ciuitatibus fecerunt gemere viros, i. eos qui per viam Dei non fluxè, ſed viriliter currunt.

b *Et anima vul. cla.* Vulneratã anima iuſtorum, cum fides infirmorum turbatur. Clamat autem, dũ alieno lapſu tabeſcit.

c *Ipſi fue. re. lu.* Lumini rebelles ſunt, qui ſua deſideria ſequẽdo bonum deſpiciunt, quod nouerunt.

d *Neſcierunt vi. eius.* Qui enim prius ſciendo rebelles ſunt, poſtmodum cæcantur, vt neſciant.

e *Nec re. ſunt.* Anguſtior eſt ſemita, quàm via. Quia aũt manifeſtiora agere contẽnunt, ad ſubtiliora intelligẽda nõ perueniũt. Expectauit aũt Deus, vt per eius ſemitas pergerent, ſed vtinã per eas, vel reuerti voluiſſent, vt vitæ itinera, q̃ noluerunt per innocentiam, ſaltem tenerent per pœnitẽtiam.

C f *Mane primo con. ho.* Quia peruerſus quiſque in ꝓſperitate præſentis vitæ, (quæ per mane deſignatur) humiliũ vitã deprimẽdo interimit, & in aduerſitate, & deiectiõe poſitus, (q̃ per noctẽ deſignatur) per iniqua cõſilia latẽter lædit vt fur. D

g *Oculus adulte.* Hoc de hæreticis dicitur: Sicut enim is, qui adulterium facit, carnem alienæ coniugis ſibi illicite coniũgit, ita hęretici, cum fidelem animam in ſuo errore rapiunt, quaſi alienam coniugem tollunt.

h *Et operiet vult. ſu.* Vultus humani cordis eſt ſimilitudo Dei quem peruerſus operit, vt cognoſci à diſtricto iudice neq̃at, cũ vitã ſuã malis actibus cõfundit, vnde dicet. *Nunquã noui vos.*

† non prohibuit eorum opera, vel non reddit, quod meriti ſunt. Matthæ. 7. d.

✲Cat. Grec. Quare autẽ ipſe horũ conſiderationem nõ fecit: cum illi eſſent ſuper terram, & non agnouerunt? viam iuſtitiæ nõ cognouerunt, nec ſemitas eius ambulauerunt cognoſcẽs autem opera eorũ, tradidit ipſos in tenebras.

-interficiet.

† crepuſculum E

† Perfodit.

✲Nicet. De Deo interpretatur.

i *Perſo.* Domorũ nomine, cõſcientiæ deſignãtur, in quibus habitamus, cũ aliquid tractam⁹ bonum. Hæretici conſilia exquirũt, deiectionẽ proſperitatis iuſtorũ præſtolantur, vt in tenebris aduerſitatis dicentes hoc ꝓ peccatis eis euenire, mentes eorum ſuadendo perfodiant, quib. proſpere viuentibus, peruerſa loqui minime audebant.

K *Sicut in.* Quia cũ iuſtos conſpicerent in proſperitate, qm̃ loqui non poterant, ad maligna contra eos conſilia vacabãt.

l *Si ſubito.* Cũ.n. iuſtos ad regẽdę poteſtatis viderint culmẽ erũpere, perturbantᷣ. Hi gaudẽt de deiectione bonorũ. Sed ſi ſubito apparuerit au. idest ſi ad regimẽ veniũt boni, arbitrãtᷣ vmbrã mortis, quia q̃ peruerſè egerunt puniri timent, corrigi nolũt, ſed laxe ire eligunt, & in culpa gaudere, vnde dicit.

m *Vmbra mortis.* ✲ Nice. Vmbra mortis in ſcriptura ſæpenumero pericula morti propinqua nominantur.

n *Et ſic in.* Quia ita gaudent in nocte peccati, acſi eos lux iuſtitiæ circunfundat, vel in præſenti cæcitate, ita læti ſunt, ac ſi iam æternę patrię luce perfruantur.

o *Leuis eſt ſuper faciẽ aquæ.* Aquę ſuperficies huc atq; illuc aura impellitur. Iniqui aũt mens plus, q̃ aquæ ſuperficies leuis eſt, quia quælibet hanc aura tentationis attigerit, ſine tarditate retractionis trahit. Leuis eſt, à plurali ad ſingularẽ redit F

quia

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Qui cal. *Id eſt, qui vindemia perfecta, ita modicum habent de vino, quod non ſufficit ad eorum neceſſitatem. Per omnia iſta intendit exprimere, quod tales raptores præ nimia cupiditate non parcunt pauperibus.*

2 De ciuit. *Quia propter illos quos ſpoliauerunt, vel occiderunt in agro illi de ciuitate gemunt eis compatientes.*

3 Et Deus inultum abire. *Secundum diſpoſitionem ſuæ ſapientiæ reducens ad ordinem iuſtitiæ.*

4 Ipſi fu. rebel. lumi. *Scienter agentes contra dictamen rectæ rationis, quod procedit ex lumine naturali intellectus.*

5 Neſcierunt vias eius. *Per ignorantiam affectatam.*

6 Nec re. *Quia nun pœnituerunt de malis ſuis, quod explicat di.*

7 Mane pri. *Ad inſidiandum his, qui ſurgunt ante claram lucem.*

8 Interficit ege. *Qui neceſſitate compulſus ponit ſe in via antequam alii ſurgant.*

9 Per no. *Intrans domum occulte ad interficiendum, & rapiẽdum.*

10 Oculus adulteri. *Hic conſſequenter exprimit peccata ex concupiſcentia carnis procedentia, di.* Oculus adulte. obſer. *ideſt expectat noctem ad committendem adulterium.*

11 Dicens. *Ideſt cogitans.*

12 Non me vi. ocu. *Et ſic perfidiam, & adulterium ſecutus.*

13 Et operiet. *Ad maiorem ſui ſecuritatem, ne cognoſcatur ab aliquo obuiante ſeu per feneſtram ſpectante.*

14 Perfodiunt in tene. *Scilicet adulter, & adultera, occultum introitum adinueniendo.*

15 Sicut in. *Per nuntiũ ſignificando ſeu per literas adinuicẽ miſſas.*

16 Si ſubito appa. *Antequam compleuerint libidinem ſuam.*

17 Arbitrantur vmbram. *Quia fruſtrantur in toto, vel in parte deſiderata delectatione ſua.*

18 Et ſic in tene. *Ideſt ſicut bene agentes ambulant in luce, ſic iſti in tenebris, propter quod dicit ſaluator Ioan. 3. c.* Qui male agit odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius, qui autem facit veritatem, venit ad lucem, &c.

19 Leuis eſt ſuper faciem aquæ. *Superficies enĩ aquæ impulſum cuiuslibet venti ſequitur, & ſimiliter adulter impetum ſuæ paſſionis.*

1 Male-

## MORALITER.

1 *Qui calcatis torcularibus.* Id eſt, ſemper deſiderant facere peius, quod poſſunt.

2 *De ciuitatibus fe. viros geme.* Ideſt, de ſocietatibus catholicorum virtuoſos gemere fecerunt, eo quod hæreticorum mala repellere non potuerunt.

4 *Ipſi fuerunt rebel. lu.* Ideſt, Chriſto, qui lux eſt mundi.

6 *Nec reuerſi ſunt.* Quia non pœnituerunt.

7 *Mane pri. con. ho.* Per mane tẽpus proſperitatis intelligitᷣ, in quo hęreticus apertè fideles perſequitur.

9 *Per noctem vero erit quaſi fur.* Quia tẽpore aduerſitatis occultè fideles decipere conatur.

10 *Oculus adulteri ob. ca.* Nam hæreticus, qui adulter eſt verbi diuini, quęrit latebras ad docendum ſe.

16 *Si ſubito appa.* Horrent enim hęretici catholici doctoris pręſentiam, ne manifeſtet eorum errorem.

19 *Leuis eſt ſu. ſa. aquæ.* Nam hęreticus ſtatim flectitur ad impulſum ſuggeſtionis malę.

1 *Male*

A quia vno mala inchoante plures imitantur, ſed principaliter eius culpa eſt, qui præcedit, vnde crebro ſententia ad eum redit, qui eſt auctor mali.

⁜ Nicetas. Vt leuia aquæ innatantia hac, & illac iactantur, ſic impius tentationibus rapitur.

a *Maledicta ſit pars.* Quiſquis in vita præſenti recta agit, aduerſa ſuſtinet, laborare quidē in aduerſitate cernitur, ſed ad benedictionem hereditatis perpetuæ conſummatur. Quiſquis vero peruerſa agit, & tamen proſpera recipit, ſeque à malis actibus, nec donorū largitate cōpeſcit proſperari ſe quidem cōſpicit, ſed reatu perpetuæ maledictionis

B ligatur. Vnde rectè nunc dicitur. *Maledicta ſit pars illi.* Quia etſi ad tempus benedicitur, in reatu tamen maledictionis æternæ tenetur.

⁜ Nicetas. Maledicta terra in operibus illorum.

b *Nec ambulet per viam vi.* Ille per viam vinearum ambulat, qui vniuerſalis eccleſiæ prædicationem penſans, neque à fidei, neque à bonorum actuum rectitudine declinat.

c *Ad nimium calorem tranſiet.* Iniquitas frigori comparatur, quia peccantis mentem torpore conſtringit. Charitas calor eſt, quia mentem accendit, quam replet. Et ſunt nonnulli, qui dum iniquitatum ſuarum frigora declinant, ad veram fidem, & ad ſanctitatis habitum veniunt, quia cū ſæpe per inquiſitionē nimiā ſecretorū Dei in errorē dilabuntur ad nimiū calorem trāſeunt ab aquis niuium. Infidelis, vel iniqua agens, aqua niuis eſt, ſed cū hęc deſerit, in fide, ad quā ducit & plus appetit perſcrutari, q̄ capit, i. plus ſapere, quam oportet, plus calet, quā calere oportet. Et quia, qui ſe ſapientem putat, vix humiliatur, vt credat recta prædicantibus, addit:

d *Et vſque ad inferos peccatum illius.* Peccatum vſque ad inferos deducitur, quod ante finem vitæ non emendatur.

C ⁜ Cathe. Græca. Faſciculum pupillorum rapuerunt. Deinde ad memoriam rediit peccatum eius, deinde non apparens factus eſt, reddantur autem ei, quæ fecit.

e *Obliuiſcatur eius miſericordia.* Dei miſericordia obliuiſci eius dicitur, qui omnipotentis iuſtitiæ fuerit oblitus. Quiſquis enim iuſtum nunc non timet, poſt inuenire non poteſt miſericordem.

† Sicut æſtus, & calor abſorbent aquas niuis, ita infernus, vel ſepulchrum, eos qui peccauerunt.
† miſericors, vel amicus.
† Aſſixit.
† ne pareret.

a ¶Bonus, etſi laboret benedicitur. ¶Quia nec donis præſentibus compeſcitur.
a faciem aquæ. Maledicta ſit pars eius in terra, nec† ambu- 1
b
a ¶Eccleſiarum. b ¶Quod maius eſt.
c let per viam vinearum. † Ad nimium calorem tranſiet ab 2 3
d aquis niuium, & vſque ad inferos peccatum illius. Obli- 4 5
e ¶Ideo.
f uiſcatur eius † miſericordia, † dulcedo illius vermes. Non 6 †
g a ¶Dei, vt Deus eum ab iniquitate reuocet, vt aliquid gratiæ ei detur. b ¶Conteri eſt in gehenna abſcindi in morte. c ¶Quod terra Dei pauit, pluuia infudit.
ſit in recordatione, ſed conteratur quaſi lignum † infru- 7
a ¶Seruit carni. b Quia ſunt ſteriles, quæ poſt pariunt. c Animam negligit.
h ctuoſum. † Pauit. n. ſterilem, & quæ non parit, & viduę bene 8
i a Quia ſuperbi in mundo facilius capiuntur, contra. Infirma elegit Deus, vt for. quæque confun. 9
b Elata ſentent a locutionis. c Stat, & quilibet iniquus in eccleſia per fidem, & tamen non credere arguitur, quia ſine operibus.
k non fecit. Detraxit fortes in fortitudine ſua, & cum ſteterit, 10
l 11

⁜ Nicetas. Iuſtus non execrationi addicit, ſed id quod euenit, enunciat.

f *Dulcedo illius.* Quia naturę vermium eſt, momentis ſingulis moueri, nomine vermiū ſignat, inquietudo cogitationū, peruerſæ itaque mentis dulcedo vermis eſt, qua inde delectat, vnde per inquietudinē ſecularis curæ inceſſanter agitatur. Poteſt etiā vermis nomine caro ſignari, quæ luxurioſo, & cuilibet carni dedito, dulcedo eſt. Ecce quā cęcus qui vermē amat. *Vermes.* Exprimitur corruptio carnis. Nihil adeò valet ad domanda carnis deſideria, quam penſare qualis ipſa ſit mortua, ibi enim videtur, quòd ſi ipſa amatur, tabes, & fœtor putredinis amatur.

g *Non ſit in re.* Deus prauorum vitam intuetur, & obliuiſcitur, quia quos per diſtrictionem ſententiæ iudicat, quantū eſt ad memoriam miſericordiæ ignorat.

h *Pauit enim ſteri.* Hoc loco ſterilis, caro nominat, quæ dū ſola præſentia appetit, bonas gignere cogitationes neſcit.

⁜ Cat. Græ. Sterili non benefecit.

i *Et viduæ.* Vidua anima dicitur, quia eius vir pro ea mortē pertulit, & nunc ab eius oculis occultatus eſt, vel prædicator erroris, dum plebem extra vnitatem eccleſiæ poſitam docet, profecto ſterilem paſcit, quæ ſpirituales fructus nequaq̄ reddit. Bene autem viduæ non facit, quia eccleſiæ cuius vir in cælo viuit, quaſi in alio loco deſeruire contemnit.

k *Detraxit fortes.* In fortitudine ſuæ prauitatis fortes detrahit, cū per ſui erroris aſtutiam potentes huius mundi rapit.

F l *Et cum ſte.* Stat in hoc mundo peruerſus p̄dicator, quouſq; ter-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Maledicta ſit. *Hic conſequenter deſcribitur pœna à Deo inflicta vel infligenda, cum dicitur.* Maledicta ſit pars eius. *i. hereditas, quę per partem frequenter deſignatur in vete. teſta. quæ maledicta dicitur, quando non profert aliquod vtile, ſed tantum ſpinas, & tribulos, ſecūdum quod dicitur Gen. 3. c.* Maledicta terra in opere tuo, cum operatus fu. eam, non da. fru. ſu. ſed ſpi. & tri. ger. ti.

2 Nec ambulet per viam vinea. *Ideſt vineæ eius ſint, ita ſteriles, & deſtructæ, quod non velit eas viſitare.*

3 Ad nimium. *Aliqui exponunt de pœna gehennæ, dicentes quòd ibi eſt quædam commutatio de maximo frigore ad maximum incendium ad maiorem afflictionē, & ſequens litera concordat cum dicitur.*

4 Vt vſque. *Secundum Hebræos per hoc intelliguntur duo tēpora anni, qui diſtinguitur in ſex tempora, ut habetur Gen. 8. in fine.* Cunctis dieb. ſementis, & meſſis, frigus, & æſtus, æſtas, & hyems non requieſcent, *& quodlibet iſtorū ſex temporū continet ſpatium duorū menſiū, vt ibidem fuit plenius declaratū. Et dictū fuit ibi, quòd tempus frigoris eſt à medio Nouembris vſque ad medium Ianuarij, tēpus autem æſtus à medio Iulij vſque ad medium Septembris. Dicunt ergo Hebræi, quòd Iob loquendo de peccatoribus prædictis, ſcilicet raptoribus, & adulteris, loquitur de illis, qui fuerūt tempore diluuij, quo vigebat rapina, & luxuria, ſecundum quod dicitur Gene. 6. b.* Corrupta eſt autē terra corā dn̄o, & repleta eſt iniquitate, *quantum ad primum. Et ſequitur.* Omnis quippe caro corruperat viam ſuam. *quantum ad ſecundum. Dicunt igitur, quod propter mala illius temporis Deus antequam induceret diluuium, fecit vnum annum, in quo durauit tempus frigoris in vna medietate, & æſtus in alia, ſed quia hoc de ſcripturis non habet auctoritatem, ideo eadē facilitate cōtemnitur, qua probatur, tamen ſecundum iſtam viam poſſet hæc litera continuari ad præcedentem, in qua fit mentio de ſterilitate terræ, & vinearum, & ideo ſubditur.* Ad nimium ca. *vt ſit ſenſus. Sit eius terra ita ſterilis bonis, ac ſi non habuiſſet, niſi tempus æſtus in quo terræ naſcentia deſiccantur, & tempus frigoris in quo mortificantur, & quia pœna p̄ſentis vitę nō eſt ſufficiens pro peccatorib. obſtinatis, ideo ſequit.* Et vſq; ad in. *i. faciat peccatorem deſcendere ad pœnam gehennæ.*

5 Obliuiſcatur eius. *Quia non eſt à dānatis vlterius expectāda.*

6 Non ſit in recor. *Ideſt in bonorum memoria.*

7 Sed cont. *Q̄d exciditur, & in ignē mittitur, cuius cauſa ſubdit.*

8 Pauit enim ſterilem. *Ideſt bona ſua conſumpſit in operibus vanis, & infructuoſis.*

9 Et viduæ. *Ideſt in bonis operibus, & fructuoſis nihil expēdit, ſic exponunt doc. noſtri. Hebræi autem hoc reducunt ad tempus diluuij, ſicut, & prædicta, dicentes quod homines tunc accipiebant duas vxores vnam ad delectationem concubitus carnalis tantum, & illi dabant ſterilitatis potum, ne per conceptum, & partū puerorū debilitaretur, & deturparetur, & illam bene veſtiebant, & paſcebant, vt ad cōcubitum eſſet delectabilior, aliam autem vxorem accipiebant ad generationem prolis, & ad illam non accedebant, niſi cauſa impregnationis dimittentes eam male paſtam, & veſtitam.* 10 Detraxit for. *A ſuo ſtatu per violentiam.* 11 Et cum ſtete. *In magno ſtatu.*

1 Non

## MORALITER.

1 *Maledicta ſit pars eius.* Deſcripta hæretici malitia, hic deſcribitur eius pœna, cuius pars eſt cum dæmonibus.

2 *Nec ambulet per viam.* Ideſt conſolationum diuinarum.

3 *Ad nimium.* Talis enim alternatio dicitur inferni pœna.

5 *Obliuiſcatur eius.* Quia in inferno nulla eſt redemptio.

† *Dulcedo il.* Nā peccatū, quod fuit eis dulce, verſum eſt in vermem conſcientiæ, de quo dr̄. Eſa. lxvj. g. *Vermis eorum non morietur, & c.*

6 *Non ſit in recor.* Inter ſanctos.

7 *Sed contera.* Ad ignem gehennæ præparatum.

8 *Pauit enim ſte.* Ideſt carnem.

9 *Et vi. bene.* Ideſt animæ ſuæ è Chriſto derelictæ.

10 *Detra. for.* Catholicos deprimēs per principes hæreticos.

11 *Et cum ſtete.* Quia quandiu ſtat in hæreſi, non credit Chriſto, qui eſt animæ vita.

1 *Dedit*

terreno viuit in corpore, ſed vitæ ſuæ credere renuit, quia
A de Deo vera cognoſcere contemnit.

a *Oculi enim eius.* Vias ſuas peccator intuetur, quia ſola cogitare, ſola cernere nititur, quæ ſibi ad commodum temporale ſuffragentur.

b *Eleuati ſunt ad modicum.* Subſiſtere n. nequeunt, qui ab æterna ſoliditate diuiduntur.

c *Et humiliabuntur ſicut omnia.* Oia profecto terrena. Et eſt ſenſus: Stare nullo mõ queũt, quia ipſa quoque fugiunt quib. innituntur, dumq; tẽporalia diligunt cũ his ex temporis volubilitate percurrũt.
B

a ¶ Tamen mira diſpenſatione &c.

non credet vitæ ſuæ. † Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, &

a ¶ Quia quæ ſua ſunt quærit. Salomon: Oculi ſultorum in finibus terræ. Eccleſiaſtes 1. d.

a ille abutitur eo in ſuperbiam, oculi autem eius ſunt in vijs

a ¶ Non in vijs Dei, ſed quiſque in ſuo vitio. b ¶ Quia eo ipſo quod elati ſunt a vero Deo eſſe longe ſunt, quia inflatio eſt non res. c ¶ Quia & ſi hic diu, breue tamen eſt quod finitur.

b c illius. Eleuati ſunt ad modicum, & non ſubſiſtent? & † humi-

a ¶ Tunc ablati ſicut ſummita &c.

d liabuntur ſicut omnia, & auferentur, et ſicut ſummitates ſpi-

a ¶ Ariſtæ ad alta proſiliunt, grana inferius latent, ſed ariſtis contritis grana patebunt. b ¶ Iuſtus, & ſi aliquando delinquendo loquatur, non eſt tamen dignum vt a prauis iudicetur.

e carum conterentur. Quod ſi non eſt ita, quis me poteſt ar-
f guere eſſe mentitum, & ponere † ante Deum verba mea?

† paupertate cõſicient ſicut omni ſeſtinanter deficiant.

† ad nihilum.

d *Et ſicut ſum. ſpicarum, &c.* Spicarũ ſummitates ariſtæ ſunt, quid prauos huius mundi diuites dixerim, niſi ariſtas quaſdam humani generis: Qui ex tumore mentis a charitatis vnitate ſe ſeparant, & quaſi ariſtæ rigidi ſtant, ſed tamen concorditer grana deorſum premunt, ſed horum rigiditas, tritu-
C rę vltimę fortitudine frangitur, & grana apparent.

⁂ Cat. Græc. Emarcuit ſicut malua in æſtu, aut ſicut ſpica, D
quæ de culmo ſua ſponte cecidit.

* Nicetas. Sicut olera herbarum cito decident.

c *Quod ſi non eſt ita, &c.* Senſus eſt: Ita ſunt cuncta, vt protuli, quæ tamen ſi non ita eſſent, a vobis redargui nequaquam poſſem, quia dum ad
1 huc proprie ſuccum-
2 bitis, alienam repre-
3 hendere fallaciã non
4 valetis. Vnde habe-
5 mus auctoritatẽ, quia
6 etſi iuſtus aliquando
7 delinquendo loquit,
8 non eſt dignum ta-
9 men vt a prauis iudi- E
cetur.
10 f *Quis me poteſt argue-*
11 *re eſſe mentitũ.* Quaſi
12 diceret, quæ loquor, ponere ante iudicem non valetis, quia eius vobis faciem peccantes abſconditis: Verba fallacia ante Deum ponit, qui ea apud ſe in conſpectu veritatis examinat, qui conſiderato intimo iudice, exteriora penſat.

* Nicetas. ſi vera non dixi, redarguite, hæc enim mea eſt de Deo puniente, & impijs pœnas dantibus ſententia. F

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Non credet vitæ ſuæ. *quia tales propter mala quæ fecerunt ſemper timent interfici gladio vel veneno, ſicut dictum fuit ſupra 15. cap. de Dionyſio tyranno.*
2 Dedit ei Deus locum pęnitentiæ. *pęnam debitã differendo.*
3 Et ille abutitur eo in ſuperbiam. *Augendo contemptum per multiplicationem peccatorum, quaſi Deus non videat ipſum, quod eſt falſum, ideo ſubditur:*
4 Oculi autem eius. *ſcilicet Dei.*
5 Sunt in vijs illius. *conſiderando omnia peccata eius.*
6 Eleuati ſunt ad modicum. *ideſt, ad aliquam poteſtatem terrenam caducam, ideo ſubditur:*
7 Et non ſubſiſtent. *quia deyicientur ad inferni pœnam.*
8 Et humili. ſicut omnia & auferentur. *ideſt, ſicut omnia terrænaſcentia quæ non colliguntur donec tempus meſſis aduenerit: & ſic peccatores permittuntur a Deo ſtare, donec venerit tempus punitionis ſecundum ordinem ſuæ iuſtitiæ, ſecundum quod dicitur Geneſ. 15. d.* Nondum ſunt impletæ iniquitates Amorrhæorum. *& ideo ſequitur:*
9 Et ſicut ſum. ſpi. *videlicet impleto tempore maturitatis ſuæ.*
10 Qđ ſi non eſt ita. *hic Iob ex prædictis concludit intentum, ſcilicet ſe propter peccata punitum non fuiſſe, nec de Dei prouidentiæ malè ſenſiſſe.* Quod ſi non eſt ita. *ſicut dixi, ideſt, quod afflictio mea nõ correſpondet peccatis, ſed excedit, & q diuina prouidentia ſe extendens ad omnia, differt aliquando punitionem peccatorum in præſenti, reſeruans eos pœnæ gehennæ ſecundum ordinem ſapientiæ.*
11 Quis me po. *q. d. arguat ſecurè.*
12 Et ponere ante. *tanquam irreuerenter ſeu blaſphematoriè prelata, q. d. nullus veſtrum hoc poterit.*

CAP.

## MORALITER.

2 *Dedit ei Deus lo.* ſed abutitur eo nolens redire.
4 *Oculi autem eius ſunt in viis.* cogitat enim aſſiduè, qualiter poſſit malum ſuum continuare.

Eleua-

7 *Eleuati ſunt ad modi.* ſ. in præſenti vita quę eſt modica.
8 *Et humiliabuntur ſi.* ſ. per mortem ſicut terręnaſcentia.
9 *Et ſicut ſummitates ſpi.* flagello diaboli cum in area inferni ponentur.

## ADDITIO I.

In cap. 24. vbi dicitur in poſtil. *Nec ambulet per viam vinearum.* Hoc quod dicitur: *Nec ambulet per viam vinearum.* Secundum S. Thom. exponitur de peccatore qui in rebus terrenis quas in ſua parte eligit, vltimum finem conſtituit. ſecundũ illud Sap. 2. b. *Hæc eſt pars noſtra cui bona huius mundi quibus malè vtitur, vertuntur in malum:* & hoc manifeſtat ſubdens: *Nec ambulet per viam vinearum.* Solent enim viæ vinearum vmbroſę eſſe, & per cõſequens temperatę, & etiam determinatę per ſepes ſeu macerias ex vtraque parte poſitas, vnde impius p viam vinearum non ambulat, quia rebus huius mundi moderate non vtitur, ſed quandoque declinat ad vnum extremum, quandoque ad aliud: & quantum ad hoc ſubdit: *Ad nimium calorem tranſeat ab aquis niuium,* quaſi a contrario vitio in contrarium tranſeat, quia in medio virtutis non manet: cuius pœnam finalem oſtẽdit, dicens: *Et vſque ad inferos peccatũ illius,* quaſi diceret: non ſolum in terra pars eius male dicitur vt dictum fuit antea, ſed etiam pęnas in inferno poſtea patietur.

## ADDITIO II.

In eo. c. ubi dicitur in poſtil. *Et ponere ante Deum verba mea:* Vbi dicitur in tranſlatione noſtra, *Et ponere ante Deum verba mea,* in Hebręo habetur: *Et ponere ad nihilum verba mea:* & eſt ſenſus, quod non ſolum ſe dicit immunem a mendacio: quod eſt contra mentem loqui, ſed etiam a locutione uana, quę ad nihilum reputatur: & de hoc dicit: *Et ponere ad nihilum verba mea.*

In c. 24. *Nec ambulet per viã vinearũ, &c.* hoc quia eſt maledictio exponit poſt de pęna reproborum. Bur. autem & ſanctus Tho. exponunt hoc & quod ſequitur, de peccatis impiorum. Sed prima expoſitio plus quam ſecunda literam & eius ueritatem continuat.



EX BIBL. THEOL. [illegible]

## CAP. XXV.

R Eſpōdens autem Baldath Suites, dixit: 1
Poteſtas & error apud eū eſt, q facit † 2 3
¶ Qui illuminat milites. 4
concordiam in ſublimibus ſuis † Nun 5 6
a ¶ Angelorum vel electorum hominum.
quid eſt numerus militum eius: Et ſu-
a ¶ Non ex virtute illius, ſed ex gratia. b ¶ Illorum, c ¶ Gratia præueniens. 7
per quem nō ſurgit lumen illius? Nū-
a ¶ Iſte verſus ſupra a Iob dic.tur, nunc in eum retorquetur. ¶ Et cum hoc ſit. b ¶ Etſi non peccaſſet homo, Deo tamen comparari non poſſet, cui acceſſit & culpa mulieris.
quid iuſtificari poteſt homo comparatus Deo, aut appare- 8
a ¶ Non, quia nec ſummi ſancti ſine culpa. ¶ Nec eccleſia virtute propria tot miraculis emicat. 9
g re mundus natus de muliere? Ecce enim luna nō ſplendet, & 10
¶ A maculis peccatorum. ¶ Non eſt mundus. 11
ſtellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius. Quanto magis 12 13
h homo † putredo, & filius hominis vermis?

† vermis.

### CAP. XXV.

A a R Eſpondens autem &c. * Nicetas. Iobum calumnijs inſectatur vt impium, extollens Dei puritatem Baldadus.

Quia Iob multa dixit contra tumidos poteſtatibus iſtis, Baldath ex eius correctione proficiēs apud quem vera ſit potentia, agnoſcit, dicens:

b *Poteſtas et error apud eum eſt.* Solus corda mortalium terret veraciter, qui ex diuinitatis ſuæ potentia hęc veraciter poſſidet. Humana enim potentia quem terrorē incutit, quæ iure eiuſdē B potentiæ quando careat, neſcit.

* Olym. Initium ſapientiæ timor Domini, quem minimè, ô Iob tam libere diſſerens, es aſſequutus: Timor autem Dei opus noſtrum eſt proficiſcens a libero arbitrio. Timor a Deo, eſt gratia & donum eius quo ſuppletur, quod nobis deeſt.

* Cat. Græc. Timor ab eo qui facit vniuerſum in altiſſimo.

* Nicetas. in filio.

* Cat. Græc. neque enim quis exiſtimet, quod dilatio ſit piratis, in quos non veniet inſidiatio ab eo?

c *Qui facit concordiam.* In concordiā cōponunt ſumma, dum conſunduntur infima, & inde electi ſociantur angelis, vnde reprobos ꝯ eos ſequire & ſibi aduerſari pmittit. Cū pax ſumma ſit in ſublimibus, legunt tamen in Danie. angeli angelis Dan.10.c. reſiſtere, non qđ ipſi inter ſe, ſed merita gentiū quib. pſunt, C diſſideant, etſi oratio prophetę de ereptione populi meretur audiri, vita eiuſdem populi adhuc purganda contradicit, D & non eſt hoc pro illis certare, ſed facti illorum angelos iuſte examinare, & videntes voluntatem Dei, quod obtinere non valent, nunquam volunt.

d *Nunquid eſt.* In cognitione humana, ſuperiorū numerus ſpirituum non eſt, qui milites dicuntur, quia decertant contra aereas poteſtates, non labore, ſed imperio.

e *Et ſuper.* Quia militum eorundem, ſiue electorum virtus non proprijs viribus, ſed ſupernæ gratiæ infuſione roboratur: Quę ſi in corde noſtro non ſurgeret, pfecto mēs noſtra in tenebris maneret, vnde ſubdit: E

f *Nunquid iu.* Quia per mulierē culpę ſubditā naſcitur homo: reatus primi infirmitas in prole propagauit.

g *Ecce enim.* Per lunā eccleſia, per ſtellas ſingulorum bene viuentium animę deſignantur, cui culpas ſubigere perfecte deſiderāt. Sed quouſque corruptione carnis aſtringuntur, eius vinculis ligantur, quanto magis homo putredo?

h *Et filius.* ac ſi dicat: Si a pctō eſſe liberi nequeunt, qui iā in cęleſti deſiderio cōuerſant, quę peccatorū pondera tolerāt, qui adhuc carnaliter viuunt? Notandū, ꝙ hō putredo, filius hōis vermis vocat. Primus quippe homo putredo, nos uermis, quia etſi per carnem putruit, non ex putredine per natiuitatem uenit. Qui aūt filius hominis uermis dicitur, quia ex iam mortalium corporum corruptione propagatur: ſicut ex homine filius hominis, ita ex putredine naſcitur uermis. F

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XXV.

1 R Eſpondens autem. *Hic ponitur ipſius Baldath replicatio: & ſecundo ipſius Iob reſponſio, cap. ſequenti. Circa primum ſciendum, quod Baldath verbis* Iob *aſſentiens, quantum ad hoc quod dixerat de Dei prouidentia, quæ aliquando differt punitionem peccatorum, contra hoc noluit arguere, ſed contra illud quod dixerat ſē non punitum pro peccatis, quaſi omnino ſe aſſereret innocentem. Contra hoc arguit de diuina ſublimitate & humana fragilitate. Ex quibus videtur quod nullus poſſit ſe apud Deum innocentem aſſerere ſecundum dictum Apoſtol. 1. Cor. 4. a.* Nihil enim mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. *Præmittit igitur Dei ſublimitatem, & ſecundo ſubdit humanā fragilitatem ibi:* Nunquid, *Circa primum dicitur:*

2 Poteſtas. *ſcilicet abſque menſura.*

3 Et terror. *quia coram Deo debet tremere omnis creatura.*

4 Apud eum eſt. *ſcilicet Deum.*

5 Qui facit concor. in ſublimibus ſuis. *ideſt, in corporibus cæleſtibus. Quam concordiam exponunt Hebræi dicentes, quod corpora cæleſtia ſunt de igne & aqua, ita quod corpus cęli eſt de aqua, ſtellę de igne: & tamen non corrumpunt ſe inuicē ex diuina poteſtate ea concordāte. Iſtud autem dictum improbatur a Philoſopho li. de cælo & mundo probante multipliciter quod corpora cæleſtia non ſunt de natura elementari. Sed quia hanc improbationem pauci Iudæi intelligunt, ideo alia pōt adduci de Gen. i. a. vbi dicit:* Fecit Deus firmamentum in medio aquarū, & diuiſit aquas q̄ erāt ſup firmamentū, &c. *Nō aūt diuideret inter aquas & aquas ſi eſſet de natura aquæ, & ideo hāc concordiam aliter exponūt doctores catholici: quia in regione elementari vbi eſt mutua corruptio & generatio, eſt pugna cōtinua: ſed in corporibus cæleſtibus cum non ſit talis corruptio, conſequens eſt vt ſit ibi concordia. Conſeqenter oſtendit eminentiam Dei in angelica natura dicens:*

6 Nunquid eſt numerus. *Dicuntur autem cæleſtes ſpiritus Dei milites: quia obſequuntur diuino nutui, ſicut milites duci vel imperatori.*

7 Et ſuper quem. *quia illuminationes diuinæ primo pertingunt ad angelos ſuperiores: et inde ad medios & inferiores, & inde conſequenter ad homines.*

8 Nunquid iuſti. *Hic conſequenter ponit humanam fragilitatē ex ea arguens impuritatē di.* Nūquid iuſtificari poteſt homo comparatus Deo? *q.d. non: propter quod dicit Eſa. lxiiii. c.* Omnes iuſtitiæ noſtræ tanquam pannus menſtruatæ.

9 Aut appa. mundus. *coram Deo.*

10 Natus de mulie. *quaſi diceret non: quin homo eo quod eſt propagatus ex tali origine, ex ſeminum commiſtione contrahit inclinationē ad malum, & difficultatem ad bonum: ſecundum illud Gen. viii. c.* Senſus & cogitatio cordis humani prona ſunt ad malum ab adoleſcentia ſua: *Et hoc oſtendit per locum a maiori dic.*

11 Ecce enim luna non. *quia non habet lumen a ſe, ſed a ſole.*

12 Et ſtellæ non ſunt. *quia omnis creatura ad Deum comparata, eſt quaſi tenebrę, & impuritatem habens.*

13 Quanto magis. *ideſt, immundus & vilis, ſi Deo comparetur. Ex dictis patet, quod iſte Baldath non concludebat contra Iob: quia non ſe aſſeruerat iuſtum per omnem modum nec in comparatione ad Deum, ſed ſolum quod non habebat tanta peccata quanta erat pæna a Deo inflicta, quare ſecūdum ordinem diuinæ ſapientiæ ſeſe remunerandum in futuro ſperabat propter meritum ſuæ ſapientiæ.*

CAP.

## MORALITER.

1 *Reſpondens autem Bal.* Licet autem eius verba contra Iob non valeant, qui ſe Deo non comparabat, nec ſe falſo de iuſtitia commendabat, valent tamen cōtra quemcunque qui hæc attentat, & ſic dicit:

2 *Poteſtas.* in remuneratione iuſtorū quib. dat bonū infinitum.

3 *Et terror.* in punitione malorum. Heb. 10. f. Horrendū eſt incidere in manus Dei viuētis. 5 *Qui facit concor. in.* Ideſt, in viris perfectis, in quib. concordat caro ſpiritui obediendo ei. 6 *Nunquid eſt.* q.d. non, quantum ad homines, quia ſoli Deo cognitus eſt electorum numerus.

7 *Et ſuper.* quia lumen rōnis datum eſt omnib. hominibus, Ioan. 1. c. Illuminat oēm hoīem venientem in hūc mūdum.

8 *Nunquid iuſtificari poteſt homo comparatus, &c.* q.d. non, quod probat per hoc, quod ſequitur:

11 *Ecce.* i. eccleſia quandiu malos cum bonis admiſtos hēt.

12 *Et ſtellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius.* Per ſtellas intelliguntur viri perfecti in ſcientia & vita. Dan. 12. b. *Qui ad iuſtitiam erudiunt plurimos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.* Iſti verò non ſunt mundi ſaltem a venialibus peccatis.

13 *Quanto magis homo.* Ideſt, carnaliter viuens, qui putreſcit in ſordibus carnis.

Et

## ADDITIO.

In c.25.vbi dicitur in poſt. Hanc concordiam aliter expo nũt doctores catholici. Hoc quod dicitur. *Qui facit concordiam in ſublimibus ſuis.* non ſolum intelligendũ eſt de corporib.cęleſtib.ſed etiam de ſuperiorib.ſubſtantijs intellectualib.quę in ſumma concordia viuunt, inquantũ in participatione perfectiſſima diuinæ bonitatis exiſtunt, vnde de illis principaliter dicitur. *In ſublimibus ſuis.* id eſt, in magis ſibi conformibus, de quibus ſtatim ſubdit. *Nunquid eſt numerus militum eius?*

## CAP. XXVI.

a Adiuuatur tamen ipſe potens vt Paulus dicit, ſed humiliter, non vt de ſuo ſenſu præſumant, arbitrantes ſe deo vtiles.

a b RESpõdens autem Iob, dixit. Cuius adiutor es? Nunquid imbecillis, & ſuſtentas bra- 1 2
chium eius qui non eſt fortis? Cui dediſti 3
c cõſilium? Forſitan illi qui nõ habet ſapien

a Dediſti conſilium,

tiam, & prudentiam tuam oſtendiſti pluri 4

a Quaſi plus eo ſapiens ſis a quo habetes viuere.

d e mam? † Quem docere voluiſti? Nonne eum qui fecit ſpi-

a Ideſt, ſpiritum vitalis vitæ.

f g h ramentum? Ecce gigantes gemunt ſub aquis, & qui habi- 5 6
i k tãt cum eis. Nudus eſt infernus coram illo, & nullum eſt o- 7 8

a Diabolo. b Diabolo Iudæi ſunt ſubditi.

l m perimentum perditioni. Qui extendit aquilonem ſuper va 9 10

## CAP. XXVI.

A a RESpondens autem Iob.
* Nicet. Iob. vberiorẽ de Dei ſapiẽtia orõnẽ inſtituit necnõ de vnigenito & diaboli internecione vaticiniũ fũdit, docetq; homini ad ſapiẽtiã eſſe ſatis ſi pietatis religioniſq; muneribus defungatur.

Finitis amicorum verbis, iam in extremis Iob, contra eos acutius ſurgit, vt mos eſt peritis in concluſione fortiora ſeruare.

B b *Cuius auditor? Nunquid imbeci.* Adiuuare imbecillem charitatis eſt, adiuuare potẽtem velle, elationis eſt. Et eſt ſenſus, dum eum iuuare intendis, ſub cuius magnitudine ſuccũbis, quod impendis ſolatium de oſtentatione eſt, non de pietate.

c *Cui dedidi.* Conſilium dare ſtulto charitatis eſt, conſiliũ dare ipſi ſapienti peruerſitatis eſt, vnde ſequitur.

d *Et prudentiam, &c.* Omnis qui prudentia recta eſt, plurima non eſt, quia non plus appetit ſapere quam oportet ſapere.

e *Plurimam.* Vltra modum vt qui prę alijs uideri appetũt doctiores, unde fit ut immoderati etiam fatua loquãtur, unde exceſſus prudentię ſubditur.

f *Quem docere.* Spiramento uiuimus ſine quo nõ ſapimus, ſed per quod. Qui ergo dat uitam, dat & ſapientiam.

g *Spiramentum.* Aug. Sicut nos poſſumus non de noſtra natura, quia omnes ſumus, ſed de iſto aere circũfuſo quẽ ſpirãdo ducimus ac reducimus, flatũ ducere cũ flamus, ſic oĩpotens

C non de ſua neque de ſubiacenti creatura, ſed & de nihilo potuit facere flatum, quẽ corpori hominis inferendo inſpiraſſe conuenientiſſime dictus eſt, non mõ corporeus corporeum ſed immutabilis mutabilem, quia non creatus creatum.

D h *Nonne eum qui.* Baldath quia Iob flagellatũ pro culpa credidit occultũ Dei iudiciũ quod venerari debuit humiliter, ſuperba viſus eſt temeritate penetrare. Ipſi ergo ſe p prudentiam prętulit, cuius iudiciũ non intelligendo iudicauit. Sed quia Iob eccleſię typum gerens, pauca in ſuperborum correctionem protulit, repente ſe ad docrinam per ſententias expandit dicens.

i *Ecce gigantes gemunt ſub aquis.*

E Poſtquam repreſſit tumorem ſapientię, docet. Quaſi cur de ſcientia homo ſuperbit, cum ignorãtię abyſſus, & ſupbos angelos premat? Gigantes ſuperbi, aquę ſunt populi. Elati aũt dum in hoc ſeculo aſſequi honorem celſitudinis cupiunt, ſub ponderib. populorũ gemũt, & eis populis ſupponitur, quiſq; mente, quibus ſuperponitur dignitate. Et his uerbis indicatur, quia omnis ſuperbia eo ipſo in imo iacet, quo in altum ſe erigit.

K *Et qui habitant cum.* pariter gemunt hi qui talibus ſociãtur, quia ipſi etiã laboris eorũ participatione deprimũtur & quia deſideratę celſitudines ſine peccatis nequeũt adminiſtrari, & malum quod agitur diuinę irę nõ abſconditur, ſequitur.

l *Nudus eſt infer.* Inferni & perditionis nomine diabolum & omnis damnationis eius ſocios deſignat.

* Nicetas. Non poſſunt diluuij gigantes ſe excitare. Vnus eſt filius Dei qui mortem & vicit & infernum deprędatus eſt.

m *Qui extendit.* Aquilonis nomine diabolus appellat, qui ut corporis frigore gentiũ corda cõſtringeret, dixit: Sedebo in

F monte

## NICOLAVS DE LYRA. XXVI.

Diviſio. 1 REſpondens autem. *Hic conſequenter ponitur ipſius Iob reſponſio, & quia ſicut dictum eſt, dicta Baldath contra Iob nihil efficaciter concludebant, iõ in ſua rñſione primo eius dicta euacuat, ſecundo principale propoſitum declarat. cap. ſequenti ſicut patuit ex prædictis. Baldath conatus fuerat de eminentia poteſtatis & ſapientiæ diuinæ quædam magnifica dicere, & ex hoc Iob iniuſtum concludere, ideo eius dicta euacuat tanquam impertinentia ad propoſitum, ſed ad eius iactantiam tantum. Circa quod primo intentum proponit, & ſecũdo oſtendit propoſitum, ibi.* Ecce gigantes. *Circa primum ſciendum, quod Baldath dicendo de Deo magnifica, vt contra Iob concluderet, videbatur in hoc ipſi Deo fauere, eius poteſtatem & ſapientiam defendẽdo, & ideo Iob contra ipſum inuehendo dicit.* 2 Cuius adiu. *q.d. nõ cum ſit infinitæ virtutis, tuo auxilio non indigentis.*

3 Cui de. *pro eius ſapientia allegando acſi eſſet inſufficiens eius ſcientia, cum tamen ſit infinita.* 4 Et prudentiam. *q.d. dicta tua non valent ad propoſiti oſtenſionem, ſed tantum ad tuam oſtentationem.*

5 Quem do. *pro eo allegando acſi neſciret allegare.* 6 Nonne eum. *i. animã humanã quæ intelligit per intellectiuam partem, & corpus adminiſtrat, per alias vires vitam animalium dando, quæ ſtat quandiu durat reſpiratio.* 7 Ecce gi. *Hic conſequenter oſtẽdit propoſitum, ſcilicet quod verba Baldath erant ad vanam gloriã, per hoc quod maiora ſatis infra dicit de Dei potentia & ſapientia, et tamen oſtendit illa nullius eſſe momenti, propter quod Baldath nõ debebat de cognitione minorum gloriari, primo igitur illa maiora exprimit & ſecundo propoſitum concludit, ibi.* Ecce hæc ex parte. *Circa primũ primo exprimit aliqua magna Dei facta ſub terra, dicens.* Ecce gigantes gemunt ſub aquis. *Gen. 6. dicitur, quod gigãtes erãt in terra diebus illis ſcilicet ante diluuium, qui in diluuio fuerunt ſubmerſi, & cum eis omnes alii, excepto Noe & qui cum eo erant in arca, et hoc factũ fuit ex poteſtate diuina ſecundum ordinem ſuæ ſapientiæ et iuſtitiæ ad puniendũ illius tẽporis peccata, vt habetur Gen. 6 et hoc eſt q dicitur.*

Ecce gi. *ideſt, gigantes qui tunc fuerunt in aquis ſubmerſi, mõ gemunt in pęnis inferni, qui etiam infernus eſt ſub aquis, quia eſt in partibus terræ infimis.*

8 Et qui habitant. *ideſt, alii damnati qui cum eis fuerunt ſubmerſi.*

9 Nudus eſt infernus. *quia quamuis ſit in terræ profundo, patet tamen conſpectui diuino vt & omnia quæ fiunt ibi. Vlterius procedit ad exprimendum aliqua magna quæ fiunt a Deo ſuper terram di.*

10 Qui ex. *Cælum autem ſuper terram videtur extenſum ad modum tentorij in hemiſphærio noſtro, qđ hemiſphęrium per aquilonem intelligitur, eo quod polus aquilonaris ſtat ſemper eleuatus ſuper hemiſphęrium noſtrum, inter cælum autem & terram non videmus niſi aerem, qui a vulgaribus vocatur vacuum, ſicut dicitur olla vacua quamuis ſit aere plena, dicit ergo.* Qui exten. *ideſt, cælum in hemiſperio noſtro ad modum tentorij.* 11 Super va. *id eſt, ſuper aerem inter nos & cælum medium exiſtentem.*

Et

## MORALITER.

1 *Reſpondens autem.* Quoniam Baldath aliqua dixerat de poteſtate Dei quaſi loquens pro ipſo: propter quod Iob eius imperitiam confutando dicit:

2 *Cuius adiutor es? Nunquid imbecil. &c.* q. d. adiuuare debilem eſt charitatis opus: ſed adiuuare fortem adulationis.

2 *Cui dediſti conſilium.* q. d. dare conſilium ignoranti eſt pietatis: ſed ſapienti eſt præſumptionis.

5 *Ecce gigantes.* ideſt, dęmones damnati gemunt in inferno quis ſub eſt terræ quæ eſt inferior aquis.

9 *Nudus eſt infernus.* quaſi diceret: iſta omnia patẽt oculis domini quantumcunque ſint occulta, & multo fortius alia.

10 *Qui extendit.* Per aquilonẽ dæmon intelligitur: ſecundũ illud Iere. 1. ca. *Ab aquilone pandetur omne malum.* ergo extendit aquilonem ſuper vacuum, quia permittit dęmonis poteſtatem ſuper homines gratię vacuos.

Ecce

montc teſtamenti in latere aquilonis. Qui ſuper vacuū extē
A ditur, quia illa corda poſſidet quę diuini amoris gratia non
Eſai.14.d. poſſidentur.
✠ Nicet. Vacuum, eſt Inane. Boreas, aer interuallum a cælo ad terram replens. Græc. Theolo. nihil eſt aliud, præter Dei voluntatem quod terram fulciat.

a *Et append t ter.* Terrę nomine eccleſia deſignatur, quæ fructus boni operis reddit. Per nihilum Gentiles populi. In nihilo ergo terra ſuſpenditur, quod prius vacuum ab aquilone tenebatur, quia illa corda Gentilium repleta ſunt, charitate Dei, quæ prius preſſa fuerant torpore diaboli. Vel per vacuum Iudææ infidelitas deſignatur. Per nihilum gentes de quib. ꝑ prophetam dicitur. *Omnes gentes velut nihilum, & inane reputatæ ſunt.*

† non rumpitur nubes ſub ipſis.

† & admirantur ob increpatione eius.

15 † ſua transfixit fortitudinem eius, id eſt timorem maris, vel cetum & maiores pisces maris.

Eſai.40.d.

a Sed quia & vacuos replet gratia. b Eccleſiam ſuper gentes fundat. c Sed quo ordine hoc. d Scientiam.

a b cuum, et appendit terram ſuper nihilo. Qui ligat aquas in 1
a Infirmis b Sed aliquid ſeruetur perfectis. 2
c nubibus ſuis, † vt non erumpant pariter deorſum. Qui te- 3
¶ Ita prædicator non omnia quæ nouit fundat inferius, ſicut ei Deus non oſtendit omnia ſuperna. 4
a Qui a ad illud videndum noſtræ ignorantiæ obſcuritate caligamus. Vnde ca
lig: ſub pedibus, quia non eo claritate ab inferioribus cernitur, qua in ſuperioribus dominatur. 5
d net vultum ſolii ſui, & expādit ſuper illud nebulam ſuā. Ter 6
a Populis. b Dum curſus finiatur iu ſtorum & iniuſtorum.
e minum circundedit aquis, vſque dum finiantur lux & tene- 7
a Non mirum, ſi carnales non ſciunt ſuper eo, quia & hi ſuper quos ſpiritualis fabrica ſurgit.
b Eccleſiæ. c Non timore penali, ſed admiratione. d Admirādo. 8
f bræ. Columnæ cęli contremiſcūt, † & pauent ad nutum eius. 9
a Et nullus tanti. b Sed quomodo: Non vi, ſed ratione vicit, vt Deus homo: fieret immolandus pro peccatis, & iuſte liberaret.
g In fortitudine illius † repēte maria cōgregata ſūt, & prudē- 10
h a Per illos ornatos. 11
i tia † eius ꝑcuſſit ſuꝑbū. Spiritus eius ornauit cęlos, & † obſte- 12
k 13

b *Qui ligat.* Initia naſcentis eccleſię narrat dicens, quia Deus predicationē doctorum tēperat, vt auditorum infirmitas, doctorū rore nutrita cōualeſcat. Nā ſi ſcientiā vt hauriebāt corde ita ore funderēt, de immēſitate eius auditores opprimerēt.
c *Qui tenet vul.* In vultu cognitio demōſtratur. Solij ergo eius vultus tenetur, quia a nobis in hac vita regni eius gloria non cognoſcitur. Super quod expandi nebula dicitur, quia ſicut eſt, illa celeſtis gloria non videtur.
✠ Nicet. Thronus Dei eſt cęlum, vultus & facies eſt aer.
d *Vultum ſolii.* Solium eſt maieſtas eius, vel angeli, qui modo non plene poſſunt cognoſci. Vel noſipſi, quorum vultus.i.
C ſcientia progredi prohibetur ad altiora, ſuper quos nebula, in quibus occulta exerit iudicia, vnde ſubdit:

*Ter-*

D
e *Terminum circunde.* Quia humani generis ſcientiā moderatur, vt quouſq; viciſſitudines alternantium temporum tranſeūt, perfecte ad cognitionem claritatis intime nō ꝑtingant.
✠ Græg. Theol. multa inania Phyſici philoſophati ſunt de arena termino maris, ipſū cyatho metientes. At nihil verius præceptum Dei illius eſſe vinculum.

f *Columnæ.* Columnas cæli ſanctos angelos, vel ſummos eccleſiæ prædicatores appellat.
* Nicetas. Tremor & commotio, quo tēpore futura eſt conſūmatio, accidet. Chriſtus autem eſt qui mari imperauit, portas inferni & cęli reſerauit, atque diabolum proſtrauit, Antichriſtum que domabit.
E
g *In fortitudine.* Quia incarnato domino diſcordantium ſecularium corda concorditer credunt.
h *Et prudentia eius.* Prudentia, non virtute percuſſus eſt antiquus hoſtis, quia dū audacter olim Chriſtū in quo ſibi nihil competebat, appetijt, iure hominem, quem & iuſte tenebat, amiſit. Sed domino occiſo, quæ prædicatoris gloria ſit ſecutura, ſequitur.
i *Spiritus eius ornauit cælos.* Quia ꝑdicatores niſi promiſſa parackleti dona ſuſciperēt, nullo fortitudinis decore claruiſſēt.
K *Et obſtetricante manu eius.* antiquus hoſtis qui homini ore colubri locutus eſt, qui tortuoſus dicitur, quia in veritatis, rectitudine non ſtetit. Hic obſtetricāte manu domini eiectus eſt ab Eccleſia. In paucis autem ſententiis primi aduentus Dominici ordinem retulit, ſed ſecundum ſubdit valde eſſe timendum.
F

*Et*

## NICOLAVS DE LYRA.

2 *Et appen.* terra.n. videtur fulcimentum aquæ, & aeris, ſed ſub terra nihil eſt cum ſit infima pars mundi, dicitur ergo appenſa ſuper nihilum, quia non habet inferius elementum, tamen ſic ſtat in medio mundi tanquam centrum, per naturā ſuam a Deo ſibi datam.
3 *Qui li.* dicuntur autem aquæ quaſi ligatæ in nubibus antequam deſcendant per pluuiam.
4 *Vt non erumpant.* ſic.n. Deus ordinauit nubes paulatim reſolui, vt tota pluuia non ſimul cadat, ſed ſucceſſiue & guttatim, prout expēdit hominibus & terrę naſcentibus.
5 *Qui tenet vultum.* Ex reſiduis.n. vaporibus qui non reſoluuntur in pluuiam, generatur aliquando nebula impediens nos a conſpectu cęli, quod dicitur ſolium Dei, ſecundum illud Eſa.66. *Cælum mihi ſedes eſt.*
6 *Terminum cir.* Quia congregauit eas in locum vnum qui maxime eſt oceanus, vt appareat aliqua pars terrę arida pro habitatione hominum & animalium, quamuis aqua de natura elementi circūdaret totā terram cū ſit minus pōderoſa.
7 *Vſque dum finiantur lux & tenebræ.* i. ſucceſſio diei & noctis ꝑ motū cęli. q.d. quandiu ſtabit iſte ſtatus mundi ꝑ reuolutionem cæli, & mare ſtabit intra terminos a Deo ſibi ꝑfixos. Vlterius procedit ad ea quæ facta ſunt ſuper cælū ſydereū di.
8 *Columnæ cæli.* Id eſt, angeli, quia per eos miniſtratur motus cęli.
9 *Contremiſcunt & pauent.* Iſte autem tremor & pauor non ſignant in angelis eſſe aliquam pęnam, ſed tantum reuerentiā ad Deum.
10 *In fortitudine.* Hoc dicit de diſtinctione elementorum a Deo facta, per hoc quod aquæ a principio non habuerunt plenam denſitatem, ſed erant vaporaliter extenſę per aerē ſed die tertia accepta a Deo denſitate debita, receptæ ſunt in locū vnum & congregatę, & ſic apparuit diſtinctio terrę & aquę & aeris, per hoc quod aliqua pars terrę apparuit diſcooperta, & aquę per denſitatem ab aere ſeparatę, vt dictū fuit Gen.1. Et ex iſta diſtinctione elementorum ſenſibili, procedit ad declarandum diſtinctionem angelorum di.
11 *Prudentia eius percuſſit ſuper.* i. angelos ſuperbos quos deiecit de cęlo empyreo, & bonos angelos ad ſe cōuerſos glorię decore perfecit, ideo ſubditur.
12 *Spiritus eius ornauit cælos.* ideſt, angelos qui ſunt ciues cęleſtes: ſicut ciuitas ornari dicitur, quando ciues ornantur.
13 *Et obſtetricante manu eius.* ideſt potentia Dei.

*Edu-*

## MORALITER.

2 *Et appendit terrā ſuper nihilo.* i. confidere permittit terrenos homines ſuper bona tranſitoria, q̄ pro nihilo ſunt reputāda.
3 *Qui ligat aquas in nubibus.* Nam aquas ſapientię dat predicatoribus Eccleſię, de quibus dicitur Eſa.lx.b. *Qui ſunt iſti qui vt nubes volant.*
4 *Vt non erump.* prędicatores.n. non debent ſimul effundere ſuā ſcientiā, ſed ſecundū auditorum capacitatē, ſimplicib. enim non ſunt difficilia prędicanda.1.Cor.3.a. *Tāquam paruulis in Chriſto lac potum dedi vobis, non eſcam, &c.*
5 *Qui te. vul. ſolii ſui.* ideſt, glorię ſuæ magnitudinem tenet a nobis abſconditam.
5 *Et expandit.* Ignorantię, quia non habemus inde cognitionem niſi valde imperfectam.
6 *Terminum circun. aquis.* Per aquas populi ſignificātur Apoc. 17 d. *Aquæ, ſuper quas mulier ſedet, populi ſunt, &c.* Terminus autem videndi Deū populis eſt in fine meriti ac demeriti, quę per lucem & tenebras intelliguntur, ſuppoſita tamen purgatione totali.
8 *Columnæ cæli con.* Quia non ſolum ſimplices Chriſtiani, ſed etiam eccleſiæ prælati Deum timent timore filiali.
10 *In fortitudine.* Per maria quæ ſunt congregationes aquarum ſignificantur cōgregationes gentium ſub Chriſti fide.
11 *Et prudentia eius percuſſit ſuper.* Quia diabolum ſuperauit in cruce.
12 *Spiritus eius ornauit cælos.* i. apoſtolos, de quibus dicitur: Pſal.28.a. *Cæli enarrant gloriam Dei, &c.* Qui fuerunt ornati donis ſpiritusſancti: Act.2.
13 *Et obſtetricā.* ideſt, diabolus qui per virtutem Chriſti eductus eſt de cordibus humanis, in quibus habitabaț tanquam proprijs cauernis.

a *Et ecce hæc ex parte dicta ſunt uia.* Viarum nomine actiones dñi appellat. Aduentum ergo dominicum narrans vias dñi ex parte retulerat, quia alia eius actio fuit qua nos condidit, alia qua redemit. Qđ paruam ſtillam ſermonũ eius appellat, quia quicquid altum in hac vita poſiti de eius conſideratione, cognoſcimus, velut tenuis gutta ſuper ni liquoris ad nos emanat.

b *Et cum uix paruam.* Ac ſi dicat. Si humilitatis illius admirāda vix ferimus, terribilē aduentū maieſtatis eius qua virtute tolerabimus?

✣ Nicet. ſi fulgur, aut eius radiatione nō ferimus aut aſſequimur, quomodo loquentem Deum audiemus, aut prouidentiæ rationes intelligemus?

¶ Mediante grati a. a De cordibus in quibus quieuit.

a tricante manu eius eductus eſt coluber tortuoſus. Ecce hæc 1
b † ex parte dicta ſunt viarum eius. Et cum † vix paruam ſtil- 2 3
n Secundum aduentum.
lam ſermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum ma 4
gnitudinis illius † intueri?

† puſillum quod audiuimus de eo.

## NICOLAVS DE LYRA.

✣ Eductus eſt. *De ſocietate bonorum angelorum.*

1 Coluber tortuoſus. *id eſt, diabolus qui dicitur coluber, quia in ſpecie ſerpentis Adam tentauit. Et tortuoſus, propter malitiæ ſuæ calliditatē, & de hac ſeparatione loquitur per modū obſtetricationis, quia obſtetrix fœtum mortuum ſtudet educere de vtero matris, tanquā quid putridum & corruptum, & ſic mali angeli de ſocietate bonorum per manum Dei. Omnia iſta prædicta expreſſit Iob, ad oſtendendum quod illa quæ dixerat Baldath de poteſtate & ſapientia Dei non latebāt ipſum, cum multo maiora ſciret, & hoc ad reprimendū ipſius Baldath oſtentationem.*

2 Ecce hæc. *Hic concludit intētũ.* Ecce hęc ex parte dicta ſunt viarum eius. *effectuū diuinæ poteſtatis & ſapientiæ quæ ſunt quedā viæ ad cognoſcendum Deum. Nec ſunt dicta a me niſi imperfecte, nec eius potentiam et ſapientiam adæquant, quia in cognitionem eius imperfecte ducunt, ideo ſubditur.*

3 Et cum vix paruam ſtillam. *id eſt, per iſta modica de perfectione poteſtatis & ſapientiæ diuinæ cognouerimus.*

4 Quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri. *i. ad cognitionem perfectam eorum peruenire. q. d. nullus, quia minor eſt comparatio vocis minimæ quæ ſilenter inſtillatur auribus ad ſonum maximi tonitrui, quam prædictorum effectuum ad magnitudinem ſapientiæ & poteſtatis diuinæ, et per hoc concluditur quod Baldath non debebat gloriari de ſua ſcientia, cum adhuc attingeret ad multo maiora.*

## CAP. XXVII.

a A*Ddidit quoque, &c.*

* Orig. & Olym. Iob cū ſilētiū amicis impoſuiſſet, quaſi pdicta eſſet proœmij loco, ſermonē aggredit. Parabola. n. nõtm eſt ſermo remotus, a vulgo, ſed quis oratio ſapiens. Huius viri dicta quam myſtice ſunt prolata oſtēditur, dum parabola, .i. ſimilitudo aſſumpta narratur, ne iuxta textum eius verba tantū modo penſemus, qui & ſua narrat, & ſanctæ eccleſię afflictę tempora ſignificat.

Eccleſia duob. modis patitur amara ab hoſtibus, vel verbis, vbi exercetur eius ſapiētia, vel gladijs, vbi probatur patientia. Nunc de ea perſecutione ait vbi laceſſitur falſis aſſertionib.

b *Viuit de.* Sunt qui aduerſa patientes, Deū eſſe non credūt, nõnulli Deū eſſe æſtimāt, ſed res humanas minime curare. Iſte in typo eccleſiæ poſitus ĩ afflictione vt Deū eſſe fateretur ait. *Viuit Deus.* Vt vero res humanas curare eū perhiberet, ſubdit. Qui abſtulit iudicium meum, &c.

✣ Cat. Græ. qui me ſic iudicauit. Symmachus. Qui neglexit iudicium meum.

* Olym. Nonnulli dixerūt Trinitatis Iobū meminiſſe cum dixit Deus, Omnipotens, Spiritus Dei.

* Nicet. etiamſi verbis veſtris prouocatus ſim ad male loquēdū de prouidentia, tamen conſtanter eam prædicabo.

c *Non loquentur labia mea.* Quod prius iniquitatem, hic poſt mendacium dicit, quia omnis iniquitas mendacium quæ diſcordat ab æquitate & veritate Dei, ſed peius eſt mendacium meditari, quam loqui. Nam loqui plerumque præcipitationis eſt, meditari ſtudioſæ prauitatis.

d *Abſit a me.* Quia dicit Salomon: *Qui iuſtificat impium, & qui condēnat iuſtu, vterq; abominabilis eſt añ Deū.* Et hoc ē. *Abſit a me.* Ab innocentia. n. recederet, ſi bona de illis malis æſtimaret.

## CAP. XXVII.

¶ Cum loqueretur de ſermone Dei & magnitudine tonitrui, quaſi cum ita ſit, non cedam verbis vel flagellis vel gladijs.

a Ddidit quoque Iob aſſumēs parabolā 1
a Inuocata vita Dei a ſtringit ſe ad id quod ſubdit. ſ. Quia donec.
b ſuam, & dixit. Viuit Deus qui abſtulit 2
a Nam ſe perpeti non caſu, ſed Deo diſponente putat.
iudicium meum, & omnipotēs qui ad 3 4
amaritudinem adduxit aĩam meam,
quia donec ſupereſt halitus in me, & 5
ſpiritus Dei in naribus meis, non lo- 6 7
c a Vt perfecte hæreat veritati, nec ſtudio, nec præcipitatione perhibet ſe mentiri. ¶ Cordis.
quentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea † medita-
¶ Qui reſpondet ſe non mentiri, ſubdit, in quibus congruit veritati, dicens. ¶ Sed.
d bitur mendacium. † Abſit a me, vt iuſtos vos eſſe iudicem. 8

† loquitur de lum.

Prou. 17. c.

## NICOLAVS DE LYRA. XXVII.

1 A*Ddidit quoque, &c.* Repulſo dicto Baldath, hic conſequenter accedit ad principale propoſitum declarandum, ſcilicet quod ex Dei prouidentia mali aliquando in vita præſenti proſperantur, & boni tribulantur, & primo oſtendit hoc in generali, ſecundo in ſeipſo in ſpeciali 29. capitul. & in hoc ſatisfacit amicis ſuis, quia de ipſo erat mota quæſtio, & in ſpeciali ſatisfacit ipſi Baldath, qui ex magnitudine diuinæ ſapientiæ volebat ipſum iniuſtum concludere, eo quod a Deo percuſſus erat flagellis pręſentis vitę. Primum autem probat dupliciter. Primo ratione accepta ex paruitate boni quod mali in hoc mundo percipiunt, ſecundo ex magnitudine boni, quod iuſti in hoc etiam mundo a Deo recipiunt cap. ſeq. Prius enim ad probandum propoſitum, acceperat rationes ex immortalitate animæ & iudicio futuro, quæ reperiuntur poſt hac vitam, vt patuit in præcedentibus. Circa primum autem Iob oſtendit ſuæ ſententiæ firmitatē, ſecundo declarat eam, ibi. *Quæ eſt enim ſpes hypocritæ.* Circa primum dicit.

2 *Viuit deus.* pręmittit iuramentum, ad maiorem aſſertionē dicendorum.

3 *Qui abſtulit iudicium.* Hoc dicit Iob concludēs ex dictis amicorum qui dicebant pęnas huius vitę inferri tantū pro peccato ſecundum ordinem diuinæ iuſtitiæ, & ad hoc ſequebatur iudicium Iob ſublatum, qui ſentiebat ſe innocentē reſpectu tantorum malorum, quæ ſuſtinebat.

4 *Et omnipotens qui ad amaritudinem.* Iſta amaritudo non erat deiiciens a virtute conſtantiæ, ſed ſequens flagella in parte ſenſitiua de neceſſitate naturæ, & redundabat in parte intellectiuam, naturæ corporis condeſcendentem.

5 *Quia donec.* id eſt, vita præſens.

6 *Et ſpiritus Dei in.* i. virtus reſpirandi a Deo mihi data, quę præcipue eſt in naribus, quia ſecundum Philoſophum li. de hiſtorijs animalium, reſpiratio quę eſt per nares conuenientior eſt naturę, quam illa quæ eſt per os. Philoſophus.

7 *Non loquentur.* dicendo, quod ſoli mali tribulantur in hac uita, ſicut uos tenetis, ideo ſubditur.

8 *Abſit a me.* hunc errorem tenendo, cuius cauſa ſubditur. Donec

## MORALITER.

1 *Addidit, &c.* Iudicium aliquando pro damnatione accipitur: & ſic iuſti iudicium aufertur, quando ab ęterna damnatione liberatur, qđ fit uno mõ, quando peccator de peccatis proprijs hic punitur: & ſic dicit Iob.

2 *Viuit Deus qui abſtu.* Quia p amaritudinem pręſentis pęnę liberatus fuit a pęnis gehennę, & obtinuit augmentū glorię. Sed quoniam ad iuſtum pertinet vt nulli deferat contra ueritatem, quę magis eſt amica, vt dicitur 1. Ethic. ideo ſubdit.

a *Iuſtificationem meam.* Cęptam iudificationē deſereret, ſi in peccantiū laudē d clinaret. Bene ab alienis abſiſtit, qui prius ſe a proprijs cuſtodit, quaſi ideo de eis peccare timeo, qa nō reprehendit me cor meum.

b *Neque enim reprehendit cor meum.* Acſi dicat, pro vobis non debeo ad culpam pertrahi, qui peccare in propriis formidaui. Sed quo pacto a corde ſuo reprehendi ſe denegat, qui ſuperius dicit, peccaui? Peccauit quidem vel cogitādo, ſed nequaquam ſe a ſuo corde reprehendi confitetur, quia etſi illicita cogitando rectitudini defuit, fortiter tamen cogitationi reſtitit.

† reiiciam innocentiam meam & me.

† ſi recōdiderit vel qđ tam auarus eſt tā extirpaturus ſit Deus animam eius?

* Orig. Sic D. Paulus addens ſed in hoc nō iuſtificatus ſum.

c *Sicut impius inimicus meus.* Impius infidelis dicitur. Iniquus qui prauitate operis ab æquitate diſcordat. Eccleſia igitur & extra impios habet inimicos, & intus patitur iniquos. Et ſunt ſicut & quaſi pro affirmatione. Si autem pro ſimilitudine, quos intus patitur carnales de ſimilitudine impiorum notat, quaſi diceret. A me etiam fide diſcrepat, qui mihi opere non concordat.

† videtis vel prudentes videmini.

* vt

d *Quæ eſt enim hypocri.* Hypocrita qui Latine dicitur ſimulator, eſt auarus raptor, qui dū inique agens deſiderat de ſanctitate venerari, laudem vitæ rapit alienæ.

e *Nunquid Deus audiet.* Quia in iudicio remediū in clamore non inuenit, qui nunc tempus congruum clamoris perdit. De cuius prauitate ſubiungitur.

f *Aut poterit in omnipotēte delectari.* Qui terrenarum rerum amore vincitur, in Deo nullatenus delectatur.

g *Et inuocare Deum in omni.* Tantū Deum hypocrita inuocat, cum hunc terrenarum rerum tribulatio anguſtiat.

h *Docebo vos per manus.* Manus Dei, vocatur filius. Oia quippe p ipſū facta ſunt. Et eſt ſenſus. Ego ex me aliquid neſcio, ſed quicquid ex veritate ſentio, hoc ex eiuſdem veritatis largitate comprehendo.

† t. Ioan

† Sit v Iacob.

i *Ecce vos omnes noſtis.* Scienti bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi.

K *Hæc eſt pars hominis impii.* * Caten. Græ. poſſeſſio potentū veniet ab Omnipotente Deo. Impii vocantur hæretici, qui per errorem a cognitione veritatis ſunt alieni, quos etiam violentos appellat, quia ſacrā ſcripturam ad intellectum prauū violēter conant flectere.

† quæ manu quod omnip non ab * vt

l *Si multiplicati fue.* Qui hæreticorum generantur prædicatione, venturi iudicii ſententia feriuntur.

m *Et nepotes.* Nepotes hæreticorū ſunt, qui de errantium filiorū prædicatione naſcuntur. Quos nequaquā panis ſatiat, qa dū in ſacri verbi pabulo plus quęrūt quam capiunt, ſemper a veritatis cognitione ieiunāt. Sed quia nōnullos ex hęreticis eccleſia colligit, nōnullos in malitia ptinaces reliquit, Sequit.

n *Qui reliqui fuer.* Ex eo videlicet hæreticorū populo derelicti ſepelientur in interitu, quia dum ad lucem veritatis nō redeunt, intelligentia terrena deprimuntur.

o *Et viduæ illius non plorabunt.* Viduas dicit plebes ſubiectas mor-

Cordis. ¶ In operibus.

a Donec deficiam, non † recedam ab innocentia mea. Iuſtifi- 1 2

a Dum aliquis legit, vel audit bona quæ contempſit, grauiter eum conſcientia reprehendit.

b cationem meam quam cœpi tenere, non deſeram. † Neque 3

¶ Sed.

c enim reprehendit me cor meum, in omni vita mea. † Sicut 4 5

¶ Eſt. ¶ Vere iniquus, etſi iuſtus videatur.

d impius inimicus meus, & aduerſarius meus quaſi iniqu⁹. Quę 6

a In futuro cum hic totum quærat.

eſt enim ſpes hypocritæ † ſi auare rapiat, & non liberet Deus 7 8

a Quaſi, non audietur a Deo tempore anguſtiæ, qui tempore pacis Deum non audiuit.

e animam eius? Nunquid Deus audiet clamorem eius, cum ve- 9

a Qui diligit mundum, non eſt charitas patris in eo, & ſi non amat, non inuocat.

nerit ſuper eū anguſtia? Aut poterit ī omnipotēte delectari, 10

a Eius is hactenus malis recta plantat.

f g & inuocare Deum in omni tempore? Docebo vos † per ma- 11

¶ Quaſi vos ideo non ſapitis, qui non manu Dei, ſed vobis datis. a Sic etiam docet vt nihil veritatis abſcondat quod ſcire expedit. 12 b Quaſi, & ſi quid ſapitis, ad iudicium eſt vobis.

h num Dei, quæ omnipotēs habeat, nec abſcondam. Ecce vos 13

¶ Sed.

i omnes † noſtis, & * quid ſine cauſa vana loquimini? Hæc eſt 14

a Qui etſi a ſeipſis habent inique agere, Dei tamen eſt iuſte ita iudicare. 15

pars hominis impii apud Deum, & hæreditas violentorum,

a Modo in prædicta libertate: ¶ Sequaces hæreticorum.

k quam ab omnipotente ſuſcipient. Si multiplicati fuerint fi- 16

l m lij eius in gladio erunt, & nepotes eius non ſaturabuntur pa- 17 18

a Ex cuius interitu viderentur affligendę. ¶ Vel viduæ in errore manentes, dum ſanctum fuiſſe ſuum prædicatorem æſtimant, ſpe falſa non lugent. 19 20

n o ne. Qui reliqui fuerint ex eo, ſepelientur, in interitu, & viduæ 21

*Aut*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Donec deficiam. *ideſt, quandiu viuam.*

2 Non recedam ab innocentia mea. *a qua recederem, ſi vobis in prædicto errore aſſentirem.*

3 Neque enim reprehendit me cor me. *quod tales errores vel conſimiles tenuerim.*

4 In omni vita mea. *& ideo concludit oppoſitum de errantibus.*

5 Sicut impius inimicus meus. *Amicos ſuos vocat inimicos, inquantum aduerſabantur ei in veritate doctrinæ fidei & morum.*

6 Quæ eſt. *Hic accedit ad declarandum veritatem ſuæ ſniæ, ſcilicet quod ex Dei prouidentia, mali aliquando hic proſperantur ratione accepta ex paruitate boni quod hic recipiunt, et ideo non contrariatur diuinæ ſapientiæ talia eis concedere, et iuſtis meliora reſeruare. Et circa hoc ſic procedit, quia primo exprimit huius boni breuitatem, ſecūdo in futuro ſequentem calamitatem, ibi.* Diues cum dormi. *Circa primū dicit.* Quæ eſt enim ſpes hy. *magis ponit exemplum de hypocrita, quam de aperto pccatore, quia ſecundum Hier. Simulata ſanctitas duplex eſt iniquitas.*

7 Si auare rapiat. *bona huius vitæ coaceruando.*

8 Et non liberet Deus, &c. *q.d. talis nullum bonum pōt ſperare, in futuro, nec in præſenti, niſi bonū tranſitorium et caducū, qđ eſt modicū.*

9 Nunquid Deus aut, &c. anguſtia. *ſ. mortis. q.d. non. Iſtud dicitur contra illos qui peccata continuant, cogitantes in fine ad Deū per pœnitentiam clamare, ſed iſta ſpe priuantur, quia tunc non pœnitent. ſecundum quod dicit Auguſtin. Hac animaduerſione percutitur peccator vt moriens obliuiſcatur ſui, qui dum viueret, oblitus eſt Dei, vel ſi pœnitet hoc eſt timore pœnæ & non diſplicentia culpæ.*

10 Aut po. in omni. de. *in beatitudine futura.*

11 Et inuo. Deum omni tem. *quia ibi eſt laus continua. q.d. non, et hoc ſpecialiter dicitur cōtra peccatores de beatitudine futura ſeipſos aſſecurantes, dicendo. Deus non fecit nos ad damnandum, ſed ad ſaluādum, quia hoc non eſt verum, niſi ex ſuppoſitione meritorum.*

12 Docebo vos. *de illis quæ a Deo accepi.*

13 Ecce vos omnes noſtis. *id eſt, deberetis idem cognoſcere & per conſequens de errore veſtro defendendo tacere, ideo ſubditur.*

14 Et ſine cauſa. *quid autem ſit illud quod ille vult docere, ſubdit.*

15 Hæc eſt pars hominis impii *illud quod recipiet a Deo patre pro parte et hæreditate, ſcilicet bonū præſentis vitæ quod eſt breue, vñ in perſona talium dicitur. Sap. 2.* Fruamur bonis quæ ſunt, &c. *& ſubditur ibidē.* Et hæc ſit pars noſtra & ſors noſtra. *Et quia iſtud bonum breue, non tranſit ad filios, ideo ſubditur.*

16 Si multiplicati fuerint filij eius. *Qui tamen reputantur inter maiora bona.*

17 In gladio erunt. *ideſt, occidentur.*

18 Et nepotes eius non ſaturabuntur pane. *ide, morietur fame, Minus enim dicit, & plus ſignificat.*

19 Qui reliqui fuerint. *ideſt, alii amici non ita propinqui.*

20 Sepelien. in interi. *ideſt, ſepultura aſini, cuius cadauer dimittitur in campo conſumi, ideo ſubditur.*

21 Et viduæ il. *In ſepultura funeris, ſicut ſolet fieri.*

*Si*

## MORALITER.

1 *Donec deficiam.* ideſt, in vita.

2 *Non recedam.* Sequitur.

3 *Neque enim.* quod iuſti inuerim aliquod falſum, ſicut autem eſt falſitas in verbo, ita & in facto, de qua ſubditur.

6 *Quæ eſt enim ſpes.* ſcilicet pecuniam vel humanam laudem q.d. nulla.

9 *Nunquid Deus audiet.* ideſt, eius orationem q.d. non.

10 *Aut po. in omni.* q.d. non; quia ſi fecit aliquod bonum, hoc non fuit amore Dei, ſed ſui.

13 *Ecce vos omnes.* qđ ueritatem dico & fruſtra impugnatis.

15 *Hæc eſt.* ideſt, eius pœna.

16 *Si multiplicati fuerint filij.* ideſt eius poſteritas deficiat gladio & fame. 21 *Et viduæ illius non plorabunt.* eis compatientes, & per conſequens nullus alius compatietur, quia viduæ magis ad hoc diſponuntur.

*Aut* *Si*

morte hęretici deſtitutas, quę dū p̄dicator erroris ad æterna
A ſupplicia rapit, ſæpe ad cognitionis verę grām reuertuntur.
a *Si compor.* Argentū, i. eloquium hæreticorum, terræ eſt cō paratum, quia de ſcriptura ſacra, vt aliquid ſciāt, ex appetitu terrenæ laudis elaborant. Qui ēt ſicut lutum præparant veſtiméta, quia fluxe & inquinabiliter ea quibus ſe tueri volunt, ſacræ ſcripturæ contexunt teſtimonia.

b *Præparabit quidem.* Quia vir recta fide plenus, ſcripturæ quæ hęreticus affert teſtimonia colligit, & erroris pertinaciam inde cōuincit, vt Dauid Goliam gladio ſuo occidit.

F.17.f.

c *Et argentum innocens diuidet.* Argentum innocētem diuidere, eſt eloquia Dei minutè diſcreteque exponere, & vnicuique quod dignè congruat, coaptare. Vel argentum innocens diuidit, ideſt, quæ ab hæreticis ſalubriter, vel quæ peſtiferè fuerint dicta, diſcernit, quia illi miſcent falſa veris.

* Nicetas. Sic in Aegypto factum Aegyptiorum opes Iſraelitis aſportantibus.

d *Aedificauit ſi. tinea do.* Tinea domum ſibi corrumpendo ædificat, ſic & hæreticus locū perfidiæ ſuæ non niſi in mentibus quas corrumpit, facit.

e *Et ſicut cu.* Vmbraculum cuſtodis nullo fundamento ſolidatur, ſed tempore tranſeunte mox deſtruitur: ſic promiſſa ab hæreticis requies cum tempore deſtruitur, quæ poſt hāc vitam nullatenus inuenitur. Sed quia ſæpe hęretici potentium patrocinijs fulciuntur, a ſpeciali hęreticorum interitu
C ad generalem elatorum diffinitionem ſermo erigitur.

Dormire diuitis. Luc.16.f.

f *Diues cum dor.* Dormit diues, & oculos aperit, q a cū carne morit, eius anima videre cogit, quod prouidere contēpſit. D
g *Apprehendit eum.* Agente nāque inopia, apud inferos vſq; ad minima petenda diues ardens cōpulſus eſt, qui hic agente tenacia vſque ad minima neganda peruenit.

a illius non † plorabunt. Si † cōportauerit quaſi terrā argētū,
b & ſicut lutum præparauerit veſtiméta: præparabit quidem,
c ſed iuſtus veſtietur illis, & argentū innocēs diuidet. Aedifi-
d
e cauit ſicut tinea, domū ſuam: & ſicut cuſtos, fecit vmbracu-

a ¶Qui rebus temporalibus tumet. b ¶Corpore. c ¶Ex his habitis, d ¶In cognitione vera.

f lum. † Diues cū dormierit, nihil ſecum auferet: aperiet ocu-

a ¶De his quæ in ſomnio tenebat. b ¶Quia in lacu inferni anima illius cruciabitur.

g los ſuos, & nihil inueniet. Apprehendet eum quaſi aqua †

a ¶Quia dum ignorat turbo iudicij rapit.

h inopia, nocte † opprimet eum tempeſtas. Tollet eum † ven-
i
k tus vrens, & auferet: & † velut turbo rapiet eum de loco ſuo.

a ¶Flagellum. b ¶De manu ferientis Dei fugit, qui ſe corrigit. Vel, de iniquo opere percuſſit

l
m Et mittet ſuper eum & non parcet, de manu eius fugiens fu-

a ¶Diſſoluta opera, reſtringit viſa pœna impij.
b ¶Admirabitur, vel iam prædicabit quæ florente impio non credidit.

n
o giet. † Stringet ſuper eum manus ſuas, & ſibilabit ſuper il-

a ¶Tormentorum eius.

lum, intuens locum eius.

† terror. † ſubſolanus, eurus.

h *Nocte opprimet eum.*
1 Noctem abſcōditum
2 tempus repentini exi
3 tus appellat, tempeſta
4 tis nomine iudicij tur
5 binem deſignat.
6 i *Tollet eum ventus.* Vē
7 tus vrens, malignus
8 ſpiritus vocatur, qui
9 eum quem nunc ſuc-
10 cenderit igne peruer-
11 ſæ concupiſcentiæ ca
12 pit, poſtmodum ad
13 flammas gehennę.
K *Et velut turbo ra.* Lo
14 cus peruerſorum, tem
poralis vitæ delecta-
15 tio.
16 l *Et mittet ſuper eum.* E
17 Peccatorē Deus quo-
18 ties feriendo corrigit, ad hoc flagellum emittit, ut parcat. Cum uerò eius uitam in peccato permanentem feriendo concludit flagellum emittit, ſed nequaquam parcit.

* Nicetas. Vita diuitis, ſomno beati ſimilis, quem vndique aqua tribulationis inuadit. Solet autem ſcriptura Deo hoſtis & aduerſarij ſpeciem attingere.

m *De manu eius.* Quia manus operatio intelligitur, de manu percuſſi fugit, quia dum praui interitum conſpicit, & vias prauitatis relinquit. vnde ſequitur:

Stringere manus.

n *Stringet ſuper eum.* Manus ſtringere, eſt vitæ opa in rectitudine confirmare, in aliena pœna conſpiciendo qd timeat.

o *Et ſibilabit ſuper illum intuens locum eius.* In ſibilo intentio admirationis exprimitur, F

Diues ... CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Si comportauerit. *In domo ſua congregando.*
2 Quaſi terram argen. *Ideſt, in magna quantitate valde.*
3 Et ſicut lutum præp. *Ideſt, in magno numero, & ad magna tempora.*
4 Iuſtus ueſtietur. *Quia talia aliquando conceduntur iuſtis.*
5 Aedificauit ſicut tinea domum ſuam. *Tinea.n. rodendo veſtē facit ibi domunculam ſuam: ſed cum veſtis excutitur, tinea de domo ſua eiicitur: ſic talis eiicitur de domibus ſuis, quas ædificauit cum magno labore & expenſis.*
6 Et ſicut cuſtos fecit vmbraculum. *Ad habitandum tempus modicum, ſcilicet tempore maturationis fructuum.*
7 Diues cum dormierit. *Hic conſequenter deſcribit calamitatem impij poſt breuitatem huius vitæ conſequentem, di.* Diues cum dormierit. *per mortem.*
8 Nihil ſe auſe. *De bonis præſentis vitæ ad portandum ſecum.*
9 Aperiet oculos ſuos. *In pęna qui prius erant clauſi in culpa.*
Et
10 Et nihil inueniet. *De bonis præſentis vitæ, nec etiam futuræ, ideo ſubdit:*
11 Apprehendet eum quaſi aqua inopia. *ideſt, defectus cuiuſlibet boni, & ſentiet afflictionem ſummi mali. ideo ſubditur.*
12 Nocte opprimet. *ideſt, violentia pęnæ infernalis, quæ dicitur in nocte, eo quod eſt in tenebris.*
13 Tollet eum uentus. *ideſt, diabolus, qui ſemper ardes cupiditate nocendi,*
14 Et mittet ſuper eum, &c. *ſcilicet flagella.*
15 De manu eius *fugere deſiderabit ſi poſſet: ſed quia hoc eſt impoſſibile, ſubditur:*
16 Stringet ſuper eum. *Loquitur de diabolo ad modum accipitris, qui tenes auiculam captam, & ſentiens quod velit euadere, magis ſtringit eam vnguibus ſuis.*
17 Et ſibilabit. *ipſum deridendo, quē in vita deceperat blandiendo,*
18 Intuens locum. *ideſt, inferni locum ſuæ punitioni deputatū. Vel aliter: Locum eius quem tenuit in ſeculo, a quod eſt totaliter deiectus.*
CAP.

## MORALITER.

1 *Si comportauerit quaſi terram argentum.* Per quod ſignificatur ſacræ ſcripturæ eloquium, Pſ.xi.b. *Eloquia domini eloquia caſta, argentum igne examinatum.* Et quaſi terra comportatur, quando ad quæſtum applicatur.
3 *Et ſicut lutum.* ideſt, virtutum opera de genere, ſed peruerſo fine facta.
4 *Iuſtus veſtietur.* Nam vnde hypocrita damnatur, iuſtus ſaluatur diuerſo tamen fine.
5 *Aedificauit ſicut tinea.* Quæ fecit eā corrumpendo pannū, ſicut hypocrita corrumpit intentione peruerſa opus bonū.
Et
6 *Et ſicut cuſtos.* Quod eſt inſtabile habitaculū. ideo ſubdit:
7 *Diues cum.* per mortem.
8 *Nihil ſecum.* in pœna qui clauſi erant in culpa.
12 *Nocte opprimet.* ideſt, in morte tollet eum vrens ventus, ideſt, ſpiritus malignus ad gehennam eum portans.
14 *Et mittet.* ſcilicet pœnas ſine miſericordia.
15 *De manu.* Hoc dicitur ironicè tāquam impoſſibile. propter quod ſubditur:
15 *Stringet ſuper.* ita quòd erui non poterit.
16 *Et ſibilabit.* irridendo.
18 *Intuens locum.* ſcilicet infernum vbi nulla eſt redemptio.

## ADDITIO.

In cap. 27. vbi dr̄ in poſtil. Circa primū dicit: *Quæ eſt enim ſpes hypocritæ.* Hoc quod dicitur hic: *Quæ eſt enim ſpes hypocritæ,* videtur exponendum in continuationem ad prædicta, & etiam ad ſequentia ſic: Nam Iob intēdebat in hoc loco certificare ſocios de veritate exiſtente in mente ſua circa ea de quibus altercabant, ſcilicet de innocentia vitę ſuę, & de punitione malorum, & præmiatione bonorum: propter quod prę miſit iuramentum, di. *Viuit Deus &c.* per quod iuramentum firmauit, quod dum eſſet in vita præſenti non loqueretur iniquitatem, nec recederet ab innocentia ſua & quia aduerſarij imponebant ei vitium hypocriſis patet ſuprà in dictis Eliphaz, cap 15. & in alijs locis: hypocrita uerò cum ſit duplex, unum habet in corde, & aliud in ore, & ſic licet non loquatur iniquitatem per labia, tenet tamen eā in corde. Similiter licet non recedat ab innocētia in actibus exte-

A tionibus,recedit tñ in mente, prout ſaluator docet multipliciter.Matt.22. Ex quo ſequeretur, q, ſocij nõ crederent dictis ſuis.idcirco ad amouendum ab eis iſtam ſuſpicionem, dicit: *Quæ eſt enim ſpes hypocritæ,&c. Nunquid clamorem illius exaudiet dñs,&c.* Aut poterit in oĩpotenti delectari. q. d. non debetis mihi imponere pcĩm hypocriſis, cũ ego ſim in magna anguſtia cõſtitutus, & indigeo maximè vt Deus liberet animam meam,& vt audiat clamorẽ meum,& hmõi.& ſic nullo modo debetis dubitare de iuſto meo. hoc intelligitur ad modũ alicuius exiſtentis in maximis tribulationib. ſeu tormentis, qui ad firmãdũ dicta ſua ſeu iuſta,dicit: Videtis,q, ſum in tot tribulationibus,a quibus niſi diuino auxilio nõ poſſum liberari:vñ in hoc paſſu mihi credere debetis, qđ illa quæ dico, non

non ſunt ficta. vnde ſubdit: *Docebo vos per manum Dei, &c.* Et D quia ſocij vitam ſuam priſtinam cognoſcebant,& etiam tribulationes in quibus erat, ex quibus debebant moueri ad aſſentiendum ſibi in prædictis.ideo ſubdit: *Ecce vos omnes noſtis,* ſcilicet prædicta,& quòd ſine cauſa vana loquimini,imponendo mihi fictionem,ſeu hypocriſim.

REPLICA. In ca.27.vbi dr: *Quæ enim ſpes hypocritæ.*Burgen.facit continuationem diſcõtinuam. continuat.n.hic dicta dictis in 15.cap.medijs prætermiſſis.qualiter nõ facit poſtil.qui continuat ſingula ſingulis. In hac ſua diſcontinuatione Burgen. ſicut ſæpe repetitis vicibus facit, imponit beato viro Iob, quòd principaliter velit ſe oſtendere innocentem & iuſtum,ſed hoc ſupra in princ.cap.3. correctum eſt.

## CAP. XXVIII.

a Habet argentum venarum ſuarum principia. Poſtquam potentium pœnas ſuperborum ſufficienter expleuit, ruſum ad hæreticos verba cõuertit. Acſi dicat: Qui ad veræ

B prædicationis verba ſe præparat, neceſſe eſt,vt cauſarũ origines a ſacris paginis ſumat quæ ad loquendũ nobis quaſi quædã argenti venæ ſunt: q̃a de ipſis locutionis nr̃æ originem trahimus: hæretici autẽ ſic de eloquij ſui nitore ſuperbiũt,vt nulla ſacrorũ librorũ auctoritate ſolidentur.

b *Et auro locus eſt.* Hoc loco hæretici de ſtulta paſſione ſua increpantur. Nam pro Chriſto multa ſepe patiunt̃,ſeque eiuſdem paſſionis martyres fieri ſperant. De quibus Paulus. *Si tradidero corpus meũ,ita vt ardeam,charitatẽ aũt non habeã,nihil mihi prodeſt.*Quia ergo non niſi in catholica eccleſia veri martyres fiunt, dicatur rectè.*Auro locus eſt,in quo con.* Quaſi veręſapientię locus eſt,in quo purgatur tribulatio iniquorum, quia non clareſcet aĩa in fulgore ęternę pulchritudinis, niſi(vt ita dicam) prius hic arferit in officina charitatis.

†Finem,

c *Ferrum de terra tollitur.* Solẽt hęretici de iuſtitia gloriari,&

C catholicos fuiſſe iniquos criminant̃.Contra quos ꝑ humilẽ confeſſionem dicitur: *Ferrum de terra to.* Quia fortiores viri, a terrena quam prius tenuerunt actione ſeparantur,& propugnatores Eccleſiæ fiant.

d *Et la.* Quia cor durũ & diuini ignis amore frigidũ, feruore ſpiritus tangitur: ex quo ardore & emollitur ad amorẽ,& ſolidatur ad operationẽ,vt ſicut prius durus fuerat in amore ſeculi, ita ſe poſtmodum exerat in amore Dei. E

⁂ Cat. Græc. Aes ſicut lapis exſcinditur. Hebræus ex lapidibus conflatur.

†ſo.

e *Tempus poſuit te.* Iniquitatis videlicet modum,quo iniqui eſſe deſiſtant.

f *Et vni.* Quia intuetur electorum terminum, quo ex malo mutetur in bonum. Intuetur et finem reproborum,quo ex malo opere trahuntur ad ſupplicium. Vidit Gentilitatis finem,quod quandoque fidei luce clareſceret: Vidit etiam Iudeę terminum, quòd obduratę perfidię ſe tenebris cęcaret.

†in eſt, prof mis late labo getu cem

* Nicc.Aquila,finem:Theodotio,terminum:Symmachus legem interpretatus eſt. Chry. Si cuncta Deus ratione diſpoſuit multo magis humana. Oly. omnium rationẽ aſſequimur prouidentię cognitio omni coiectura eſt ſuperior.

g *Lapi.quo ca.& ca.di.to.*Populus Iudęorũ perfidia durus qui aucto- F

## CAP. XXVIII.

a Autem.Non eſt abſolutus debitor qui multa reddiderit,ſed qui omnia.

a HAbet argentum venarum ſuarum princi 1

a ¶ Quod non habet eloquium ſuperborum, aut qui noua fingunt.

¶ Sed & ſi prius terra,modo fortis & aptus ad defendendum,& ſi prius durus & inſenſibilis,igne Dei liquefactus, in veram fortitudinem mutatur.

b pia,& auro locus eſt in quo cõflatur.†Fer 2

c rum de terra tollitur, & lapis ſolutus calo 3

d re in æs vertitur. † Tẽpus poſuit tenebris, 4

e 5

a ¶ Electorum,& reproborum. b Id eſt,eos quos modo vel infidelitas excæcat,vel crudelitas obdurat,fluuius flammarum ab electorum populo ſeparabit,vel modo prędicatio obduratas mentes reproborum deſerit & ad humiles ſe conuertit.

f & vniuerſorũ finem ipſe † conſiderat.Lapidẽ quoque caligi 6

g 7

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XXVIII.

HAbet argentum.*poſtquã oſtendit Iob non eſſe indecẽs diuinæ prouidentiæ.imo decens, quod impij aliquando tẽporaliter proſperantur:& hoc ratione accepta ex paruitate boni, quod a Deo conſequuntur,hic conſequenter hoc idem oſtẽdit ex magnitudine boni quod iuſti accipiunt a Deo,etiam in vita præſenti,quod eſt bonum ſpirituale,quod tantum excedit temporale,ſicut ſi centenarius numerus paruo numero comparetur, ſecundum quod dicit Hier.exponens illud Matt. xix.d.*Centuplum accipiet &c. *Et ideo licet iuſti bonis temporalibus priuati iudicentur miſeri ab illis,qui ſolum temporalia bona conſiderant:tamen ſecundum veritatem ſunt in maiori proſperitate conſiſtenti propter bona ſpiritualia quibus abundant.Et hoc diffuſe oſtendit Boetius li.4.de conſola.propter quod non eſt indecens diuinæ prouidentiæ. quod aliquando permittat impios temporaliter abundare, quibus nõ uult bona ſpiritualia quæ maiora ſunt concedere:Sicut & pater ſapiẽs bonis filiis concedit meliora, mala autẽ dimittens aliqua minora eo qđ ſunt eius filii:Sic in propoſito,quia impii quãuis non ſint Dei filii per adoptionis gratiam, ſunt tamen eius filii inquantum ſunt ad eius imaginem facti per naturam intellectualem. Circa proceſſum autem huius capituli conſiderandum, quod licet tam bona temporalia quam ſpiritualia ſint Dei dona,aliter tamen & aliter, quia temporalia dat mediate, dando ſcilicet homini robur corporis, & induſtriam mentis,& conſimilia per quæ poteſt illa acquirere:Sed bona ſpiritualia, cuiuſmodi ſunt, gratia & virtutes infuſæ per ipſum, dat immediate,& hoc propter bonorum iſtorum magnitudinem.primo igitur oſtendit primum,& ſecundo ſecundũ ibi:*Sapientia vero vbi inuenitur. *Inter illa bona corporalia quæ reputantur pretioſa, ſunt metalla auri & argenti & lapides pretioſi.primo igitur oſtendit propoſitũ in metallis,& ſecundo in lapidibus pretioſis,ibi:* Terra de qua. *Circa primum dicitur:*

Boetius

1 Habet argentum uenarum ſuarum. *mineras ex quibus tãquã ex quibuſdam principiis materialibus efficitur argentum:& iſtæ mineræ ſunt in aliquibus determinatis uenis terræ quæ per laborem & humanum ſtudium reperiuntur,licet cum difficultate.*

2 Et auro locus eſt in quo confla. *i.generatur, cuius generatio vocatur conflatio,eo quod materia auri magis eſt digeſta virtute calidi quam aliorum metallorum,propter quod eſt ductilius & purius.*

3 Ferrum de terra tollitur.*ideſt,materia mineræ de qua fit ferrũ.*

4 Et lapis ſolutus calore in æs vertitur. *ideſt,minera æris,quæ vocatur hic lapis eo quod propter ſui duritiam habet ſimilitudinem cum lapide.*

5 Tempus poſuit tenebris.*ſcilicet ipſe Deus,qui ordinauit ſucceſſionem diei ac noctis.*

6 Et uniuerſorum finem ipſe. *Hoc interponitur ad oſtendendum quod quamuis mineræ prædictæ ſint in terra occultæ, & cum difficultate & labore magno inueniantur ab hominibus, tamen ipſi Deo nihil eſt occultum.Et quia mineræ metallorum prædictæ,frequenter in montibus quaſi inacceſſibilibus reperiũtur, ideo de ipſis mõtibus ſubditur:*

7 Lapidem quo. *In ſummitate enim talium montium ſunt communiter lapides a ſole denigrati, & inferius valles profundiſſimæ, vbi ſol parum aut nihil lucet,qui eſt principium viæ & quantum ad hoc dicit:*Lapidem quoque caliginis.*quantum ad ſummitatem montis.* Et

## MORALITER.

1 *Habet ar.&c.* Sicut dictum eſt per argentum, intelligitur eloquium caſtum quod emanat de ſacra ſcriptura.

2 *Et auro locus eſt,&c.*quia vera ſapientia q̃ ꝑ aurum deſignatur,per ſpiritum ſanctum qui diuinus ignis eſt,confertur.

3 *Ferrum de ter.tol.*Per ferrum qđ omnia domat,intelligitur fortis cõtra aduerſa:ſed ad hoc exigit̃ vt a terrenis deſiderijs tollatur.

4 *Et la.ca.ſo.in æs ver.*Nam cor prius lapideum ſi calore ſpiritus ſancti penetretur,fit es,ideſt ſonorum ad diuinas laudes.

5 *Tempus po.te.* ſcilicet noctem.

6 *Et vniuerſo.fi.&c.* attingit enim a fine vſque ad finem fortiter Sapien.8.a.

7 *Lapidem quo.c.*ideſt dæmonem cum angelis ſuis.

Et

A autorē vitæ noluit videre, quē per prophetiam prædixit, lapis ſunt caliginis, q & crudelitate durus extitit, & infidelitate nebuloſus. Qui etiam vmbra mortis dicitur. i. diaboli, quia illius iniquitatem ſequens eius in ſe imaginem expreſſit.

* Nicetas. Torrens impetu ſuo in apertum profert lapides in imis terræ partibus latentes, qui ſunt materia ferri.

* Cate. Græ. Abſciſſio torrentis ab arena, qui autem obliuiſcuntur uiæ iuſtæ, infirmati ſunt, de mortalibus moti ſunt.

* Nicetas. Vt arena vi torrentis diſtrahitur, ſic qui honeſti rationibus non nititur.

B Torrentis autem nomine, ignis a conſpectu iudicis in examine egrediens, & electos & reprobos diuidens, vocatur, vnde propheta. *Fluuius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius.* Peregrinus autem populus, omnium eſt numerus electorum, qui hanc viam ſibi exilium, deputantes, ad ſupernam patriam tota cordis intentione ſuſpirant. Vel nomine torrentis poteſt irrigatio ſanctæ prædicationis intelligi.

a & vmbrā mortis † diuidet torrēs a populo peregrinante, eos 1 2
(a Scilicet. a Hic Iudæa qualis ante fuit vel quid modo pertulit ſubdit.)
b quos oblitus eſt pes egentis hominis & inuios. Terra de qua † †
(¶ Iudæa. a Verba legis proferebat, eſt ideo arſit inuidia, quia ſuperbiam non reliquit. b Locus eſt ſuperbia de qua naſci ſolet inuidia, & c Adhuc eam deſcribit, ex præcedente gloria augetur ſequens culpa.)
c oriebatur panis in loco ſuo igni ſubuerſa eſt. Locus ſapphiri 3 4 5
(a Mentes fortium. b In prophetis & doctoribus. c Humilitatem quæ ad alta leuat.)
d lapides eius, & glebæ illius aurum. Semitam ignorauit a- 6
(e a Intentionem mortis qua nos reformat. b Vultur dum volat, ſi videt cadauer ad illud declinat, ſic filius Dei. c Ab eius vocatione ceſſant doctores quæ patres apoſtolos repulit.) 7
f uis, nec intuitus eſt eam oculus vulturis. Non calcauerunt †
g h eam † filij inſtitorum, nec pertranſiuit per eam leæna. 8 9
(¶ Sed. Gentiles. a Fortitudinem prædicationis: b Quia quos exhaurit a terrenis, ſupernis irrigat.)
i k Ad ſilicem extendit manum ſuam, ſubuertit a radici- 10 11

a *Eos quos oblitus.* i. Iudæos quos pedes & prædicatores dñi ſecundum humanitatem pauperis, pro ſuperbiæ tumore reliquerunt. Eorumque obliti ſunt, dum pdicationis ſuę ſemina ad fructificationem ſolam gentium tranſtulerunt. Quos inuios dicit, quia verbis ad cor viam præbere noluerunt.

b *Terra de qua orie.* Quia Iudæa & prius habuit legē q reficeret, & poſt viſis miraculis redēptoris, inuidiā q cōcremaret.

* Nicetas. Terra alia eſt ſulphurea, alia ſeminib. apta Ita alia gemmas, alia aurum producit, hanc ſapientiam nulla auis, nullum animans brutum, ſolus homo nouit.

* Cat. Græ. filii ſuperborum.

* Nicetas. immanes belluas filios ſuperborum appellat.

c *Locus ſapphiri lapides eius.* Sapphiri, coloris aerii ſūt. Et hoc dicit, quia nunquam de Iudęa animę ſanctę quę cęleſtem vitam ducerent, defuerunt.

C d *Et glebæ illius.* Glebas dicit collectiones ſingulorū ordinū prophetarū, doctorū, qui magna ſe infuſione gratiæ in pſeſſionis & operis vnanimitate tenuerūt. Glebæ. n. ex humore & puluere cōſtringuntur. Aurum aūt dicuntur, q virtute vitæ & ſapientia claruerunt. Sed cur bona perdidit, ſequitur. D

e *Semitam ignorauit.* Hoc loco auis nomine ille ſignatur, qui corpus carneū quod aſſumpſit, aſcendēdo ad æthera liberauit. Iudęa ſemitam ignorauit auis, quia humilitatis Chriſti vias quib. nos ad alta ſubleuauit conſiderare noluit.

f *Nec intuitus eſt ocu.* Redēptor noſter vulturis appellatione deſignatur, qui manens in altitudine diuinitatis ſuæ, quaſi quodā volatu ſublimi cadauer noſtrę mortalitatis conſpexit in infimis, & ſeſe de cæleſtib. ad ima ſubmiſit. Et dum animal mortuum petit mortem apud nos inuenit. Sed huius vulturis oculus fuit intentio noſtrę reſurrectionis. Ille ergo populus cōſpexit quidem vulturem, ſed oculos vulturis non aſpexit, vnde & eius prædicatores repulit, de quibus ſubdit.

† & ſub eis euertitur vel eruitur ſicut ignis. 12

g *Non calcaue. eam fi. in.* Inſtitores ſunt qui ſpirituale negotiū gerunt, qui prędicationē ſuis auditorib. prębent, vt ab eis fidem & opera recipiāt recta. Hi erant prophetę, quorū alii apoſtoli nuncupantur, qui Iudęā calcarent, ſi eius vitia calce virtutis premerent. Vel inſtitores, ſanctę eccleſię prædicatores accipimus, inſtitorum filios paſtores & doctores.

h *Nec pertranſ. per eam leæna.* Leęna dicitur eccleſia, quia male viuentes in vitiis ore prędicationis ſanctæ interficit, vnde Petro dr̄ Macta, & manduca. Eccleſia itaq; per Iudaā tranſijt, ſed non pertranſiit: quia ex illa paucos ad fidē rapuit, ſed tamen infidelem populum a perfidia funditus nō extinxit. Sed a Iudæis repulſa quid fecit? Act. 10. b.

i *Ad ſilicem ex. ma. ſuam.* Quia ad duritiam gentium brachiū ſuæ prædicationis miſit.

K *Subuertit a radicibus montes.* Radices, cogitationes intimæ ſuperborū. Montes a radicib. ſunt euerſi, quia ſeculi poteſtates ad colendum Deum ab intima cogitatione ceciderunt. F

Nice-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et vmbram mortis.* quantum ad profunditatem vallis.

2 *Diuidet torrens a populo pere.* Ex talibus etiam montibus deſcendunt aliquando torrentes, iuxta quos eſt via inter montes, & ex altera parte torrentium habitant aliquando aliqui pauci homines, inter quorum habitationem & viam prædictam diuidunt torrentes prohibentes acceſſum ad habitatores montium, & hoc eſt quod dicitur.

*Diuidet torrens a populo pere.* i. perambulante per uiā prædictā. Eos quos oblitus eſt pes hominis egentis. i. habitatores prædictos montium ad quos non eſt acceſſus ēt pauperum, qui ſolent circumire loca etiam difficilia ad mendicādum.

3 *Terra.* Hic conſequenter oñdit propoſitum in lapidib. pretioſis, di. *Terra de qua oriebatur pa.* i. bladū de quo panis efficit̄.

4 *In loco ſuo.* Quia aliquando contingit, quod ſub terra habitabili & arabili ſunt venæ ſulphureæ, ex quibus accenditur aliquando ignis per modum vaporis intra terram incluſi, & fit terræ motus ſubuertens terram illam reddendo eam inhabitabilem, tamen ſunt ibi aliquando lapides pretioſi rōne caloris & ſulphuris, unde in 4. Meteororum ſecundum trāslationem antiquam dicitur, quod alchimiſtæ qui nituntur metalla & lapides ſophiſticare, maxime vtuntur ſulphure, ideo ſubditur.

5 *Locus ſapphi.* Quia inter lapillos illius terræ generatur ſapphirus.

6 *Et glebæ illius aurum.* ideſt minera auri,

7 *Semitam ignorauit auis.* i. per illam terram ſic ſubuersā, ibi aues non volitant, quia non eſt apta ad nidificandum, nec ad quærendum paſtum earum.

8 *Non calcauerunt eam fily.* ad vendendum mercimonia ſua.

9 *Nec pertranſiuit per eam leæna.* Per omnia iſta dat intelligere quod talis terra non eſt apta habitationi hominum, aialiū, ſeu auium, tamen eſt Deo nota vſq; ad minima, iō ſubditur.

10 *Ad ſilicem exten.* ideſt poteſtatem ſuam, quod probat per effectum, di.

11 *Subuertit a radicibus.* Quorum radices ſunt ſilices.

In

## MORALITER.

1 *Et vmbram mortis.* i. cateruam præſcitorum ad gehennam.

2 *Diuidet torrens.* diuinę ſententię.

† *A populo pere.* i. ab electis tendentib. ad patriam, & hęc diuiſio fiet quando dicetur illis. *Ite maledicti &c.* & iſtis, *Venite benedicti &c.* Matt. 25. c. Sed mō ſimul habitāt in hoc mūdo.

† *Quos oblitus.* i. affectio Chriſti qui fuit egenus pro nobis.

† *Et inuios.* ſ. adeo per gratiam, ad quam non reuertentur.

3 *Terra &c.* hoc eſt Iudęa in qua per legē & prophetas oriebatur panis verbi diuini, ſed per ignem inuidię contra Chriſtum fuit ſubuerſa & ſterilis effecta.

5 *Locus ſapphiri.* p quos intelliguntur prophetę contemplatores cęleſtium, quia ſapphirus habet colorem cęlicum.

6 *Et glebæ.* i. patriarchę fulgētes auro ſapiētię, ex iſtis vero q fuerūt in Iudęa grauior apparet infidelitas ſua, de qua ſubdit̄

7 *Semitam.* euangeliū Chriſti tenuit qui de cęlo pro prędicatione eius aduolauit.

† *Nec intuitus.* Sicut Chriſtus typū auis tenuit in prędicatione, ſic vulturis in paſſione, tunc. n. ſicut vult̄ declinauit ad locum cadaueris, qui a caluarijs decollatorū ibidē, mōs Caluarię dicebatur, ſed oculus vulturis non vidit Iudęā, quia Chriſti paſſio ſibi non profuit ad ſalutem.

8 *Non calcauerunt eam filii inſtitorum.* i. prędicatores eccleſię qui ſunt filii prophetarum & apoſtolorum, nam a Iudæa repulſi tranſierunt ad Gentilem populum conuertendum.

9 *Nec pertranſiuit per eam leæna.* id eſt eccleſia q bene leæna dicitur, ſicut & Chriſtus dicitur leo de tribu Iuda.

10 *Ad ſilicem.* Poſt obſtinationem Iudæorū hic ponit̄ vocatio gentiū, quę lapides dictę ſunt, eo quod lapides coluerūt. dicit igitur. *Ad ſilicem extendit.* Gentilitatē vocando ad fidē.

11 *Subuertit.* Quia principes qui erant in idololatria radicati, conuertit ad fidem Chriſti.

a b bus mõtes. In petris riuos † excidit, & omne pretioſum uidit 1 2
c oculus eius. † Profunda quoq; fluuiorum ſcrutatus eſt, & abſ 3 4
d condita produxit in lucem. † Sapientia vero vbi inuenitur? 5 6
e & quis eſt locus intelligẽtiæ? Neſcit homo † pretium eius, nec 7 8
f inuenitur in terra ſuauiter viuentiũ. Abyſſus dicit, non eſt in 9
g h me, & mare loquitur, nõ eſt mecũ. Nõ dabit aurũ obrizũ ꝓ 10 11
i k ea, nec appẽdet argẽtũ ĩ cõmutatione ei⁹. † Nõ cõferet tinctis 12
l Indiæ colorib. nec lapidi ſardonyco ꝓtioſiſſimo vel ſapphi-

a Ex duris fluuius prædicationis emanat. b Sibiipſi deſpectus Deo eſt magnus. ¶ Elegit. a Iudæus ſuperficiem videt. ¶ Facit ſcrutari. a Mens enim quæ intelligit ea iuſte loquitur. b Non dicitur eſſe pretium & neſciri, ſed ideo neſciri quia deeſt. ¶ Nam ſi vere ſaperent, in hoc exilio potius lugerent. a Ad id reſpicit quod ſupra dixit. Sapientia vero vbi &c. ¶ Non dicit vbi ſapientia ſit, ſed vbi non ſit. a Ad id reſpicit quod dixit. Neſcit homo pretium &c. ¶ Non dixit quid ſit eius pretium, ſed quid non ſit. ¶ Nec Moyſes eſt auctor ſalutis, qui indicat mala, non ſanat. a Sed nec honeſtas vitæ ex philoſophis ſufficit. a Nec hi lapides pretioſiſſimi, ſed hos elegit qui myſtice aliud ſignant.

A * Nicetas. Homo a Deo commonefactus nihil intactum reliquit, ſed oẽs venas fontiũ & metallorum perſcrutatus eſt.
a *In petris riuos excidit, &c.* i. in duris gentium cordibus fluuios prædicationis aperuit.
b *Et omne pretioſum vidit oculus eius.* Vidit Deus ꝓtioſum, cum humanam animam de ſe abiectam ſapientiæ gratię illuſtratione reſpexit. († ſcidit)
c *Profunda quoq;.* Profunda fluuiorum ſcrutatur dominus, & abſcondita producit in lucem, quia antiquorum caliginoſa dicta eo donante nunc expoſitio ſpiritualis illuſtrat. Sed quia dicta Dei ſine eius ſapientia non penetrantur, de inueſtiganda eadẽ verba ſubiungit. († Ne ſtillaret flumina, ligauit vel, perplexa fluminum gyrauit. – ſuauiter-)
d *Sapientia vero, &c.*
B ✲ Nicetas. Nonnulli ſapientiam intelligunt, rationes opifices, quibus Deus mundum condidit ac moderatur, alii, veram religionem & pietatem.

Duo propoſuit, & duo ſubdit reſpondendo, non ſoluẽdo ſed augendo qđ obiicit. Duo proponit, de loco, & de pretio. Conſtat aũt quod nec hominis ſapientia loco teneri, vel rebus emi põt. Non tamen de creata, ſed de creante ſapientia myſtice loquit᷑. Alioquin inferius poſt aurũ qđ carius, quo vitrum pro immenſa laude dicit ei non poſſe æquari. Non ſoluendo ergo, ſed augendo, qđ obiecerat dicit. Sapientiam aũt dicit Chriſtum, *Dei virtutem & Dei ſapientiam*. Huius hõ pretium neſcit, quia nullum dignum operis meritum, quo illam percipiat, inuenit *Gratia quippe redempti ſumus, & nullo merito noſtro ſapientia Dei venit ad nos.* (Nota. 1.Cor. 11.d. Roma.11.a.)
e *Nec inuenitur in terra.* Terram humanam animã dicit. Hæc ſapientia in terra ſuauiter viuentium inueniri non põt, quia quiſquis adhuc huius vitæ voluptatibus paſcitur, ab æternæ ſapientiæ intellectu ſeparatur.
f *Abyſſus dicit.* Abyſſus dicit corda hominum, quæ & per lapſum fluida, & ꝑ duplicitatis caliginẽ ſũt tenebroſa. Quę nimirũ abyſſus, non eſſe in ſe hãc ſapientiam profitetur, quia iniqua mens dũ eſſe ſapiẽs carnaliter appetit, ſtultã ſe ad ſpiritualia oñdit. C Abyſſus ſapientia mundi, q ſtulta apud Deum dicit, iniquis operibus.
g *Mare loquitur non.* inquietorum mentes. Iſrael habet ſabbathum. Aegyptus muſcas, ideſt inquietudinẽ. *Et mare loquitur, non eſt mecum.* Nullus quippe eam plene recipit, niſi qui ab oĩ ſe abſtrahere actionũ carnalium fluctuatione contendit. Et perturbatæ mentes ſeculariũ eo ipſo clamãt, quoniam a vera ſapientia longe ſunt, quo quietæ non ſunt. Quia vero hæc ſapiẽtia incarnanda erat, vt ad redimendũ genus humanum nõ ſanctos angelos, non ſanctos homines mitteret, ſed per ſemetipſã veniret. Sequitur.
h *Non dabitur aurum obrizum pro ea.* Aurum obrizum ſancti angeli nuncupantur, qui in ea in qua ſunt conditi innocentia perdurantes, & fulgent claritate iuſtitiæ, & nullis maculantur ſordibus culpæ. Sed nullus eorum ad redemptionem eorum miſſus eſt. *Non dabitur aurum obrizum.* Homines aurum poſſunt eſſe, ſed non obrizum, quia fulgent, ſed non ſine contagio culpæ.
i *Nec appendetur argentum in commutatione eius.* Quia vita iuſtorum prædicantiũ, vel eloquia Dei ſcribentium quantalibet ſanctitatis luce polleat, aduentum nobis ſupernæ ſapientiæ per ſuam præſentiam non communicat.
K *Non conferetur tinctis Indiæ coloribus.* Per Indiã hic mundus accipitur, in quo vita hominum per culpã obſcura gñratur. Tincti colores Indię ſunt huius mũdi ſapiẽtes, qui prius per infidelitatem & plerumq; per actionem fędi, ante humanos oculos ſuperductæ honeſtatis colore fuſcantur, & cum uerũ virtute careãt, aliud ſe eſſe quã ſunt verborum compoſitionibus quaſi ſuper dictis colorib. mentiuntur, a quibus longe ſapientia Dei diſtat. Mãdata Dei ſine eloquentia placent, & veſtis ſine tinctura.
l *Nec lapidi ſardonyco.* Sardonycus terrę rubrę ſimilitudinem tenet, ſapphirus aeream ſpeciem. Per ſardonycũ ergo hoĩes vel patres ve. teſt. terre na quędam ſectantes. Per ſapphirum noui teſtamenti prędicatores, cęleſtia ſola quærentes, vel angeli accipiuntur.

(D 1.Cor. Exo. Exod. E F)

Non

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *In petris riuos.* Quia per terræ motum aliquando apparet riuus tranſiens inter lapides, qui prius erat opertus.
2 *Et omne pretioſum.* quantuncunque occcultum.
3 *Vidit oculus eius.* Quia nihil latet ipſum. ideo ſubditur:
4 *Profunda &c.* Quia ea quę ſunt ibi occulta ſibi ſunt nota.
5 *Et abſcondita produxit in lucem.* ideſt, ad hominum manifeſtationem.
6 *Sapientia.* Poſtquam oſtendit, quod illa quæ reputatur pretioſa in corporalibus licet ſint occulta, tamen labore & ſtudio hominum poſſunt inueniri, quamuis cum difficultate: hic oſtendit, quod hoc impoſſibile de bono ſpirituali, cuiuſmodi ſunt gratia & virtutes infuſæ, quę intelliguntur nomine ſapientię. Eſt enim ſapientia ſapida ſcientia, ideo includit cognitionem Dei & amorem: & per conſequẽs gratiã & omnem virtutem infuſam: quia ſicut virtutes morales acquiſitę ſunt connexæ ipſi prudentię ſine qua non poſſunt eſſe, nec econuerſo, vt habetur vi. Eth. ſic virtutes infuſę connexę ſunt cum gratia & charitate. Primo igitur oſtenditur, quod huiuſmodi ſapientia includens prædicta non habetur virtute humana. Secundo oſtendit a quo habetur, & quibus datur, *Deus intelligit viam eius:* Primum autem oſtenditur ex ſublimitate ipſius ſapientię, cum dicitur: *Sapientia vero vbi inuenitur.* q.d. non eſt in loco determinato, vt ſic ab hominibus inueniatur ſicut prædicta.
7 *Neſcit homo pretium eius.* quia non poteſt comparari aliquo bono corporeo ſeu temporali.
8 *Nec inuenitur in terra.* quia homines delectationibus carnalibus intenti ad diuinas illuminationes & conſolationes nõ ſunt apti. 9 *Abyſſus dicit.* ideſt facto oſtendit. Et dicitur hic abyſſus profundum oceani, vbi habitant piſces ſapientiæ nõ capaces. 10 *Et mare loquitur.* ideſt nauigantes per mare, qui quamuis per hoc poſſint bona temporalia acquirere, non tamen prædictam ſapientiam.
11 *Non dabitur aurum obrizum pro ea.* ideſt valde purum, & dicitur ab ob & radio as, eo quod habet colorem optimum.
12 *Non conferetur tinctis Indiæ.* ideſt lapidibus pretioſis & optimi coloris, qui maxime in India reperiuntur.

Non adæ-

## MORALITER.

1 *In petris.* quia gentibus fluenta gratiæ diuiſit.
2 *Omne pretioſum.* Nam opus ęternę glorię dignum approbauit in gentibus.
4 *Profunda.* Quia profunda ſcripturarũ ꝑ doctores ex gentibus conuerſos ſcrutari fecit Dionyſiũ ſci. & Aug. & huiuſmodi.
5 *Et abſcondita.* Per eorũ expoſitionem. Sed quoniã diuina maxime quantum ad ꝓpria perſonarum declarari non poſſunt, niſi per ſpecialem Dei illuſtrationem, ſubditur:
6 *Sapientia uero &c.* ideſt, Dei filius qui eſt ſapientia patris & intelligentia.
7 *Neſcit homo.* i. quib. meritis ſit incarnata. qa nulla ſufficiũt ad hoc, ſed ꝓceſſit ex miſericordia & liberalitate diuina.
8 *Nec inuenitur inter.* i. in carnalibus hominibus, ſed ſpiritualibus qui beneficio reuelationis diuinę habent notitiã Dei habitantis in ſe. Sic enim dicebat Paul. 2. Cor. 13. a. *An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus.*
9 *Abyſſus dicit, &c.* Per abyſſum intelligitur vir aſtutus: & per mare, turbulentus, in quibus non eſt iſta ſapientia, ſed illa quæ terrena eſt animalis & diabolica.
11 *Non dabitur aurum obrizum.* nam in comparatione eius vileſcũt omnia, qđ ſignificatur per omnia pretioſa hic expreſſa.

Neſcit

Vo-

a ¶In ſe fulgentes. b ¶Viciſſim patientes.

a ro: Nō adæquabitur ei aurum † vel vitrum, nec commutabun 1
b
a ¶Quia iſte ex ſe, iſti ex eo. 2
c tur pro ea vaſa auri † excelſa & eminentia, nec commemora-
d buntur in comparatione eius. † Trahitur autem ſapientia de 3
a ¶Quia neſcis vnde veniat, aut quò vadat. b Qui de cœlis. c Homo a peccati nigredine conuerſus. d Suprà dixit Indiæ colores non mundos.
e occultis. Non adæquabitur ei topazius de Æthiopia, nec † 4
f a Baptiſma, tinctio dicitur vbi fœdi fiunt decori. b Ab eo venit a quo orta eſt. 5
g tincturæ mundiſſimæ componentur. Vnde ergo ſapientia ve- 6
a Non enim videbit me homo, & uiuet: quia nullus ſpiritualiter videt & carnaliter viuit, ſed moritur carni.
h nit, & quis eſt locus intelligentiæ? Abſcondita eſt ab oculis 7
a Angelos. b Id eſt inuentores mortis & perditionis, maligni ſpiritus, ſcilicet dixerunt au. no. audi.
i omnium viuentium, volucres quoque cæli latet. Perditio & 8
k a ¶Pater. 9
l mors dixerunt, auribus noſtris audiuimus famam eius. Deus 10
a Via eſt per tranſitum humanitatis. ¶ Locus per ſtatum diuinitatis vel: via eius 11 eſt quo venit ad cor hominis. Locus, cor in quo permanet.
m intelligit viam eius, & ipſe nouit locum † eius. Ipſe enim fines 12
n mundi intuetur, & oīa quę ſub cęlo ſunt, reſpicit. Qui fecit vē- 13 14

A a *Non adæquabitur ei aurū vel.* Poſtq̄ dictum eſt, q aurum huic ſapientiæ non cōparatˀ, adhuc quaſi creſcendo ſubiungitˀ, q, ei nec vitrum poſſit æquari, quod ad literam non ꝓcedit. In vitro quilibet liquor qualis continetur, talis exterius demonſtratˀ. In auro & vitro accepimus ſanctorū in ſuperna pr̄ia ſocietatem, qui beatitudinis claritate fulgebūt, & vniuſcuiuſque mentem ab alterius oculis mēbrorū corpulentia non abſcondet. Qui etſi ſimiles ei erūt, q̄a beati fient, non tñ adæquantur, quia creaturę ſunt.

b *Nec cōmutabuntur pro ea vaſa.* Excelſum vas auri: Elias & Ioannes & Ieremias. Sed quiſquis Chr̄m quēlibet eorum crediderit, vas auri excelſum & eminēs pro ſapientia commutauit, quia B eccleſia Chriſtū non vnum prophetarū, ſed dominū prophetarum credit.

c *Nec commemorabuntur in compara.* Quid enim ſunt homines Deo cōparati: nihil.

d *Trahitur aūt ſapientia.* Quia cū ſit inuiſibilis, non niſi inuiſibiliter inuenitˀ. Quę trahi dr̄, quia ſicut flatū trahimus, vt corpus viuat, ſic ab intimis ſapiētiæ ſpūs ducitˀ, vt ad vitā a ia ſubſiſtat: Et bñ de occultis, quia hæc ſapiētia latenter cordib. infunditur, vt de ſpiritu dicitˀ: *Et neſcis vnde veniat, aut quo vadat.*

e *Non adæquabitur ei topazius.* Pro eo q, omni colore reſplendet, topazion, quaſi topantion vocantˀ. Et eſt ſenſus: Nullus ſanctorū quibuslibet virtutib. plenus ex iſta tñ nigredine mūdi collectus æquari pōt ei. Et vide, quia cū prius prætulerat eā angelis, antiqs patribus ſanctis, glorificatis, prophetis, philoſophis: nunc in iſto loco ſpāliter hæreticos increpat qui homini deo hoīes a peccatis conuerſos æquant, cum iſti ſint filij per gratiam, ille per naturam, quod oſtendit dum ſubdit:

f *Nec tincturæ mundiſſimæ.* Mundiſſimæ tincturę ſunt q humiliter cuſtodiunt ſuperuenientem in ſe virtutum gratiā. Tincti enim non eſſent, ſi ſanctitatem naturaliter habuiſſent.

g *Vnde ergo ſapientia venit.* Quia ab inuiſibili patre naſcitur, eius via occulta eſt, vnde Propheta: *Gn̄ationem eius quis enar.* Locus vero intelligentiæ eius eſt humana mens. Quia ergo inuiſibilis eſt de quo prodijt, & incertum eſt nobis in cuius mente intellecta requieſcat, recte dicitur: *Vnde ergo ſapientia veniet, & quis eſt locus intelligentiæ?*

C h *Abſcondita eſt.* Quia quandiu hic viuitur, videri Deus per ſuæ naturæ ſpeciem non poteſt: per imagines verò viſus eſt Moſi, Iacob, & alijs.

i *Volucres quoq; cæli latet.* Quia in hac carne corruptibili conſtituti, naturæ eius potentiā ipſi quoq; videndo nō penetrāt, D quia iā per meritū ſanctæ contēplationis volant. In ſcriptura ſacra volucres aliqñ in malo, aliquando in bono debent intelligi. Per volucres namq; nonnunquam poteſtates aeriæ deſignantur, bonorum ſtudijs aduerſæ. Vnde veritatis voce dr̄: Quoad ſemen quod ſecus viam cecidit, *venerunt volucres, & comederunt illud.* (Matt. 13. a.) Quia nimirum maligni ſpiritus humanas mētes obſidentes, dum cogitationes noxias ingerunt, verbum vitæ a memoria euellunt. Et iterum: *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos &c.* (Matt. 8. c.) Nomine vulpium, doloſa & fraudulenta. Nomine autē volucrū, hæc eadē ſuperba dæmonia deſignantur. At contra in bono volucres poni ſolent. E Sicut in euāgelio dōminus (cum ſimilitudinem regni cœleſtis ex grano ſinapis denuntiaret) & dixit: Simile eſt grano ſinapis, quod *acceptū homo miſit in hortum ſuum, & creuit, & factū eſt in arborem magnam, & volucres cæli requieuerunt in ramis eius.* (Lucę 13. d.) Chriſtus quippe eſt granū ſinapis, qui in mortis ſepultura plātatus, arbor magna ſurrexit. Granum namq; fuit cum moreretˀ, arbor cum reſurgeret. Granum per humilitatē carnis. Arbor per potentiam maieſtatis. Huius arboris rami, ſancti prædicatores, de qu. b. *In omnem ter. ex. ſo. eorum &c.* (Pſal. 18.) In iſtis ramis volucres requieſcunt, quia ſanctæ animæ, quę quibuſdam virtutum pennis a terrena cogitatione ſe ſubleuant; & in eorum dictis atq; conſolationibus ab huius vitæ fatigatione reſpirant.

† Pretioſior eſt ſapientia margaritis

† auro mundo æſtimabitur.

† illius

K *Perditio & mors dixerunt, &c.* Quia videre Deū, hoc eſt qd habere: ideo iniqui hanc ſapientiam non vident. quia repulſi per ſuperbiam nequaquam habere potuerunt. Famam autē eius audiſſe, eſt eius potentiam ex virtute cognouiſſe.

l *Deus intelligit viam.* Acſi dicat: Deo notū eſt, vel qñ per carnem ad homines ſapientia veniat, vel qūo apud patrem inuiſibiliter (ēt cum fores aperuerit) perſiſtat. Locus enim nō localis ſapiētiæ pater eſt, iuxta illud: *Ego in patre.* Vel, Deus intelligit viā eius, quia ſolius diuinæ viſionis eſt cernere, vel quibus modis ſapientię intellectus ad cor hominis veniat, vel cuius mens intellectum vitę quem percepit, nō amittat. Sed quia hæc ſapientia per carnem manifeſtata, in cunctis mundi partibus electorum fuerat corda repletura, Sequitur:

m *Ipſe enim mundi fines intuetur.* Reſpicere Dei, eſt perdita ad gratiam reformare. (Dei reſpicere.)

F n *Qui fecit ventis pondus.* Velocitate & ſublimitate vētorum

in ſcriptura

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Non adæquabitur ei aurum. *in pretioſitate.*
2 Vel vitrum. *in preſpicuitate, qui clara eſt & nunquam marceſcit, vt habetur Sap. 6.*
3 Trahitur autem, &c. *Sapientiæ enim, prædicto videlicet modo dicta ita occulte conceditur, quod latet etiam eos quibus datur, ſecundum quod dicitur Ecc. ix. a.* Neſcit homo vtrum amore an odio dignus ſit.
4 Non adæquabitur ei topazius. *Lapis enim huius ſpecie melior inuenitur in Aethiopia, quam alibi.*
5 Nec tincturæ mundiſſimæ componentur. *i. ſimul ponentur in pretio. Et vocatur hic tinctura mundiſſima panni ſericei pretioſiſſime tincti. Et omnia iſta dicta ſunt ad oſtendendum, quod omnia corporalia quantuncunque pretioſa, non poſſunt ſapientiæ comparari. ideo ſubditur:*
6 Vnde ergo ſapientia venit. *q. d. non poteſt haberi per induſtriam hominum. ideo ſubditur:*
7 Abſcondita. *Nec etiā per angelos poteſt conferri. ideo ſubditur:*
8 Volucres quoque cæli latet. *ideſt angelos, qui quibus, & qualiter ſit danda neſciunt, niſi habuerint ex reuelatione diuina.*
9 Perditio & mors dixerunt. *ideſt diabolus & infernus.*
10 Auribus noſtris audiuimus famam eius. *Dæmones enim & homines damnati de iſta ſapientia bene loqui audierunt, ſed non conſecuti ſunt. & ideo bene dicitur:* Audiuimus famam eius. *ſed nō pręſentiam eius percepimus.*
11 Deus intelligit. *Hic cōſequēter oſtenditur a quo & quibus iſta ſapientia datur, cū dicitur:* Deus in. vi. eius. *i. qualiter debeat dari.*
12 Et ipſe nouit, &c. *ideſt quibus debeat conferri ſecundum diſpoſitionem ſuæ prædeſtinationis, quod probatur, cum dicitur:*
13 Ipſe enim fin. &c. *i. omnia tempora & loca, & omnia quæ fient in eis, & ſunt facta.*
14 Qui fecit ventis pondus: *dando eis inclinationem ſui motus. Inclinationes enim rerum ſunt pondera eorum. Vnde dicit Augu. Amor meus pondus meum, eo feror, quocunque feror.*

Abſcon- Et aquas

## MORALITER.

8 *Volucres quoque cæli latet.* ideſt dęmones, qui dicuntur volucres. Matth. 13.
9 *Perditio & mors dixerūt &c.* Licet enim angeli ante caſum de cęlo clariorē cognitionē habuerint quā homines, tamen non viderunt diuinam eſſentiam, nec propria perſonarum.
11 *Deus intelligit viam eius.* ideſt proceſſum eius per naturam a patre, & proceſſum eius in mente per gratiam.
12 *Ipſe nouit locum eius.* ſ. ſinum patris, & ſecretum mentis.
14 *Qui fecit ventis.* ſuperbos humiliando.

*Et aquas.*

A in ſcriptura ſolent animæ ſignari, quas dum ſuperna grã replet maturitate indita graues reddit, vt ab intẽtione Dei nõ leui motu diſſimilant. Vel uentis pondus facere, eſt cõceſsã hic electis de uirtutib. gloriã permiſta infirmitate tẽperare.
a *Et aquas appendit &c.* Aquas dicit mentes ſpũſancto repletas, quas appendit in menſura, quia ſancti qui ſpiritu leuãte ad ſũma rapiunt, ne aliqua elatiõe ſupbiãt, quibuſdã tẽtationib. reprimunt. Leuat qdem ſed cũ menſura, non quãtũ volũt, proficiũt: ne eleuentur. Elias mira fecit, ſed mulierem fugit, timore perculſus.

† fulguri & tonitruis. Ioan. 14. b.

B

a ¶In hoc virtus eius apparet. b ¶In hoc cuſtodia ex ſua infirmitate.

a b tis pondus, & aquas appendit in menſura. Quando ponebat 1 2

a ¶Quia ſpiritus & verbum patris, quod ſi poteſt ſciri, dixit homini quod inde poteſt capere.

c d pluuijs legem, & viam † procellis ſonãtibus. Tunc vidit illã, & 3 4

e f enarrauit, & præparauit, & inueſtigauit, & dixit homini: Ecce 5 6 7

a ¶Initium ſapientiæ timor domini. Pſal. 110. b.

timor dñi, ipſa eſt ſapientia: & recedere a malo, intelligentia. 8 † 9

b *Quando ponebat pluuiis legem.* Pluuia, pdicantiũ dicta q blande ſuadent, ſunt. Prædicatori lex eſt poſita, vt viuẽdo impleat quod ſuadet. Procellas ſonãtes dicit verba terribilia de vẽturo iudicio. Viam aũt procellis poſuit, cum prædicatorib. ſuis, ad corda terrore iudicij percuſſa aditum fecit. Prius autẽ lex ponitur, vt poſtmodum via pandatur, quia illa uox cor auditoris penetrat, quæ hoc quod ſonuit, opere conſeruat.

C c *Tunc vidit illam, & enarrauit.* Hanc incarnatã ſapiẽtiam, uidit, id

D eſt uideri fecit & enarrari, a prædicatoribus ꝑparari, & inueſtigari ab audientib. fecit. Sibi quippe illã præparat, quiſquis illã bene uiuẽdo in diẽ iudicij propitiã habere curauit.
d *Vidit illam, &c.* Vidit, qa ſpecies eſt, enarrauit, quia verbum præparauit, qa remedium inueſtigauit, quia occultũ. Notandum quòd hæc quatuor pdicta ipſi Deo Dei filio conueniũt.
e *Et dixit homi. &c.* Quia naturã ſapientiæ penetrare nõ poſſumus quid ſit in ſe, ex cõdeſcẽſione Dei audiuimus quid ſit ĩ nobis. Namque hãc habere certum eſt, quem timere Deum incertum non eſt.

E

* Iſidor. Summa ſapientia eſt vera de Deo opinio, ſcientia ſummè diuina, actio optima.
* Græc. Theolo. Prima ſapientia uita laudabilis.
* Chryſ. Maxima ſapientia Deum piè ac religioſè colere.
f *Ecce timor domini ipſa, &c.* q. d. Si Deũ times, conſtat quia ſapiẽtia plenus es, quæ apud hoĩem timor dñi uocatur. Sed qa ille uerè uim diuini timoris intelligit, qui ſe ab omnib. prauis operibus cuſtodit, ſubdit: Et recedere a malo, intelli.

F

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et aquas appendit in menſura. *continẽs eas infra limites oceani, ne effundant ſe ſuper aridam.*
2 Quando ponebat pluuijs legem. *vt certis tẽporibus deſcenderent, & certis modis ſcilicet guttatim & non totum ſimul, prout expedit terræ naſcentibus.*
3 Et viam procellis ſonantibus. *id eſt vndis maris ſonitum ex ſua concuſſione generantibus.*
4 Tũc vidit illã. *in ſeipſo in quo omnia cõtinetur: & licet iſta intuitio ſit ab æterno, tamen dicitur ſpeciali modo vidiſſe, quando ex ſapientia ſua æterna mundus proceſſit in effectu in tempore: de cuius productione loquitur, vt patet ex dictis. Et quia non ſolum ſapientiam in ſeipſo vidit, ſed etiam eam communicauit angelis & hominibus, qui ſunt capaces ipſius, ideo ſubditur:*
5 Et enarrauit. *angelis eam communicando omnibus ſecundum illos, qui dicũt eos fuiſſe creatos in gratia, vel bonis tantum ſecũdum alios: quia hic eſt ſermo de ſapientia prout habet annexam gratiam, vt patet per præd cta.*
6 Et prẽparauit. *dãdo eam hominibus, quæ datio dicitur quædam præparatio inquantum prius ſaltem ordine naturæ creauit animam humanam capacem gratiæ, tanquam præparans locum ſapientię.*
7 Et inueſtigauit. *id eſt inueſtigari fecit, quod eſt quando ex prima gratia diuinitus data proceditur per meritum ad gratiæ augmentum, ſicut ĩ ſpeculabilibus inueſtigatio eſt ꝓceſſus a principijs ad cõcluſiones.*
8 Et dixit homini. *id eſt ipſi Adæ, & aliis ſanctis quibus inſpirauit, quod ſubditur:* Ecce timor domini ipſa eſt ſapientia.
9 Et recedere a malo. *Sicut intellectus q eſt habitus principiorum, eſt principium ſciẽtiæ quæ eſt habitus concluſionum: Sic intelligentia ſuo modo eſt principiũ ſapientiæ, de qua hic eſt ſermo. Intelligentia autem iſta eſt recedere a malo, quia hic receſſus eſt principium accedendi ad Deum, per hoc quod anima ipſi Deo totaliter ſubditur, vt inſtinctũ & voluntatem Dei totaliter ſequatur: & iſta ſubiectio includit gratiã & virtutes infuſas, ſecundum quod dicitur Ro. viii.* Qui ſpiritu Dei agunt, hi filij Dei ſunt. *Et talis ſubiectio ad Deũ propriè dicitur timor, qui eſt ſpiritusſancti donũ: cui annectũtur gratiæ & virtutes infuſæ. Et ſic patet, quod timor Dei bene dicitur ſapiẽtia, de qua hic eſt ſermo: Et recedere a malo, intelligentia: Et ſic etiam patet magnitudo boni quod confertur iuſtis etiã in præſenti: propter q̃ vere dicuntur felices, licet bonis temporalibus careant: & impii, vere ſunt miſeri, licet bonis temporalibus abundent.*

* CAP.

## MORALITER.

1 *Et aquas appendit &c.* vnicuique dans ſapientiam ſecundum propriam virtutem.
2 *Quando ponebat.* dirigendo linguam doctoris ſecundum auditorum capacitatem.
3 *Et viam procellis ſonantib.* quod fit, quando per ſonum prędicationis incutit iudicij futuri terrorem mentib. humanis.
4 *Tunc vidit illam.* id eſt videri fecit, quia per talia cognoſcitur imperfectè tamen.
8 *Et dixit homini.* per ſcripturas & doctores.
† *Timor domini &c.* Timor enim filialis habet annexum ſapientiæ donum.
9 *Et recedere a malo.* quia per talem receſſum mens hominis purgatur, & ſic ad primæ veritatis intelligentiam eleuatur.

## ADDITIO I.

In cap. 28. vbi dicitur in poſtil. *Hẽt argentum venarum ſuarũ princi.* Circa illa quæ continent̃ in hoc ca. præter ea q̃ in poſtil. traduntur vñr tria notanda: primum eſt qđ Iob intendit inſtruere ſocios quib. in præcedente cap. dixerat: *Docebo vos per manum Dei,* vt cũ pro inueniendo ſeu acquirendo bona tẽporalia pretioſa, vt aurum & argentũ, & pretioſos lapides diligenter hoĩes laborẽt, vt patet ex loco & modo inuẽtionis eorũ, de quib. hic agitur: peramplius & diligẽtius debẽt laborare pro bonis ſpũalibus, quę per ſapientiam intelligunt̃, acquirendis, cum ſint inæſtimabiliter meliora, quia vt dicit: *Neſcit homo pre. &c.* nõ adæquabitur ei au. &c. per quem modum ſapiens exhortatur filium per diſciplinam ſuã. Pro. 2. a. *Si quæſieris eã. ſ. ſapientiam, de qua ibi loquitur, quaſi pecuniã, & quaſi theſauros effoderis illã, tunc intelliges timorem dñi, & ſciẽtiam Dei inuenies.* Secũdum eſt, q̃ Iob intendit ſocios prædictos docere, quòd prẽcipua bona temporalia, vt metalla, & pretioſi lapides, de quibus hic facit mentionem, hñt ſuæ emanationis principia ſubtus terram, & in profundis fluuiorũ ſunt abſcõdita, vt in hoc ca. traditur. Ex quo patet, q̃ non ſunt excellentis naturæ ſeu conditionis, ſñm enim ordinem naturę diuinitus inſtitutum, illa quæ altiorem locũ tenent, altioris dignitatis ſunt, vt patet de regione empyrea reſpectu ęthereę, & de ętherea reſpectu elementaris. Sapientia verò de qua hic agitur, etiã ſi intelligatur de ſapientia creata, quę grãm & virtutes infuſas importat: hẽt emanationem immediatã a ſummo rerum principio. vnde cõcludit: *Deus intelligit viã eius, &c.* Ex quo ſequitur, quòd huiuſmodi ſapientia a Deo procedẽs inæſtimabiliter excedit bona alia ab inferioribus emanãtia: in quo conformat̃ Iob ſapiẽti, qui Prou. 2. ca. ſupradicto poſtquã diſcipulum ſuũ erudiendo dixerat: *Si quæſieris ſapientiam quaſi pecuniam & quaſi theſauros effoderis illã &c.* ſubiũgit: *Quia dñs dat ſapientiã: ex ore eius ſcientia.* q. d. eminentior eſt, ſapientia quę a ſũmo Deo procedit, q̃ theſauri quos fodiẽdo in terra inuenis. Tertiũ eſt quod Iob in hoc cap. & in pręced. voluit informare ſocios de illis virtutibus, de quib. Deus ipſum Iob commendauerat. Fuerat. n. Iob cõmendatus a Deo de quatuor virtutibus, de quibus dicitur in principio libri: Iob erat vir ſimplex & rectus, timens Deum, & recedens a malo. Vnde de ſimplicitate quę eſt quędã innocentia, dixit in pręced. cap. *Donec deficiam non recedã ab innocentia mea.* De rectitudine verò quę conſiſtit quodammodo in perſeuerando in bono propoſito indeclinabiliter incedendo, dixit ibidem: Iuſtificationẽ meam quam cępi tenere, non deſeram. De timore verò Dei, & receſſu a malo concludit in hoc ca. finaliter dicẽs: *Ecce timor domini ipſe eſt ſapientia. Et recedere a malo, intelligentia.* q. d. ſocijs, iſta ſunt quæ a Deo habui, & ideo non abſcondã a vobis, ſicut eis pręmiſit, di. *Docebo vos per manum Dei, quæ omnipotens habuit.* q. d. in me non abſcondam &c.

## ADDITIO II.

In eod. cap. 28. vbi dicitur in poſtil. *Tunc vidit illam in ſeipſo.* Hoc quod dicitur? *Tunc vidit illam &c.* in glo. interline. de ſapientia incarnata, ſic exponit: *Tunc vidit illam.* id eſt videri fecit, & enarrauit per ora prędicantium, & prępárauit in cordibus auditorum, & inueſtigauit occulta &c.

REPLI-

REPLICA. In ca.28.vbi poſtillator illum paſsũ: *Tunc vidit illam*, exponit de ſapientia creaturis communicata per modum gratiæ infuſæ.Bur.dicit glo interli. exponere de ſapientia incarnata ad literam, ſed Burgẽ. falſe allegat gloſſam interlinearem,quia nec illa, nec quæcunque alia ſic exponit per allegoriam. Ait enim incarnatam ſapientiã: *Tunc vidit*, ideſt videri fecit. Manifeſtum eſt autem per proceſſum literę,quòd hic ad literam non dicitur de Chriſto, quia literaliter fit comparatio bonorum ſpiritualium ad tranſitoria prout in poſtilla.

## CAP. XXIX.

a ¶In figuris ſe myſteria loqui innuit
A Ddidit quoq; Iob aſſumens parabolam 1
a ¶Eccleſia tantis premetur malis, vt hæc noſtra tempora miſera cum ſuſpirio deſideret.
ſuã,& dixit. Quis mihi tribuat, vt ſim 2 3
a ¶Qualis in illis menſibus fuit enumerat, modo infirmi in ſinu pacis cu todiuntur,ſed tunc cadent.
iuxta mẽſes priſtinos, ſcd'm dies qbus 4
Deus cuſtodiebat me? Qñ ſplendebat 5
lucerna eius ſup caput meũ,& ad lumẽ 6
eius ambulabã ĩ tenebris? Sicut fui in dieb adoleſcẽtiæ meæ, 7
h ¶His verbis non immerito etiam ſimulatio religionis plangitur, quia nonnulli etiam nunc Chriſtiani eſſe non appetunt,ſed videri,quibus videlicet Deus in publico eſt, non in ſecreto. 8
a ¶Vt in eius ſecreto proficerem. ¶Et etiam extra cuſtodiui. 9
qñ † ſecretò Deus erat in tabernaculo meo. Qñ erat omnipo 10
tens mecũ,& in circumitu meo pueri mei. Qñ lauabam † pe- 11

## CAP. XXIX.

a A Ddidit quoque Iob &c. * Nicetas.Coactus Iob ſe laudat diuina id volente prouidentia vt ſanctorũ virorũ expreſſas quas imitaremur haberemus imagines. In hoc vltimo ſermone,vltimum tempus eccleſiæ deſignat, quando aduerſarios ſuos,i. carnales & hæreticos vel Gẽtiles (quos nũc ſtudet ſapientię aucto ritate cõprimere) effrena iactantia elatos, cogitur irriſa tolerare. Beatus autem Iob typũ eccleſiæ tenens, quę tunc in anguſtijs erit: & tamen reminiſcetur noſtrę quietis, & ſua tranſacta narrat, & alijs vẽtura denũtiat. Eccleſia enim tantis premetur malis, vt hæc noſtra miſera tempora cum ſuſpirio deſideret. vnde dicit.

b *Quis mihi tribuat, vt ſim.&c.* Statutus dierum numerus menſes vocantur. Nomine autem menſium collectiones ſignat animarum. Reminiſcitur ergo eccleſia quãta prædicationis ſuæ colleſtis animabus lucra reportabat.

Congruè vltimus ſermo agit de vltimis tẽporibus, quando erit error apertus qui modo occultus eſt.

c *Menſes priſtinos.* Dies cũ colligunt' in menſib. ſubtrahunt', quia eccleſia dum lucentes animas colligit,in intimis abſcõdit. Vel menſis ꝑ perfectione ponitur, quę erit eis in requie, quib.nunc eſt in operatione,cuius nunc reminiſcit' eccleſia.

d *Secundum dies &c.* Quia ſe tunc in deficientib. ex perſecutione æſtimabit, eadem quæ ſe nũc in iſtis reſpicit cuſtodiri.

e *Qñ ſplendebat lucer.&c.* Lucerna lumen ſacrę ſcripturę vocatur. Nunc ergo lucerna ſuper caput eccleſiæ ſplendet, quia ſacra eloquia tenebras noſtræ mentis irradiant.

✤ Olym. lucerna eſt diuina lex & rõ q̃ ĩ mẽte Iob loquebat'.

f *Et ad lu.eius &c.* Eccleſia, etſi alienæ cogitationis occulta non penetrat, quia quaſi faciem Dei non cognoſcit in nocte, ponit tñ greſſus boni operis directa lumine ſupernę locutionis.

g *Sicut fui in diebus adoleſcẽtiæ.* Adulta erat eccleſia, qñ repleta ſpiritu ꝑ prædicationis miniſterium, in filiorum conceptione fatebat'. Paruula eccleſia, vbera nõ habuit cum antequã proficeret, nullos prędicatione fouit adulta, qñ verbo Dei copulata, filios prædicando gñat, ſed tunc erit ſenio ſterilis.

h *Qñ ſecreto Deus erat in ta.* Tabernaculum habitationẽ mentis dicit. Quiſquis aũt mandata Dei tacitus cogitat, ſecreto illi Deus in tabernaculo eſt, vt.n.demonſtraret quantus intus proficeret, ſecreto Deũ fuiſſe ſuo in tabernaculo perhibuit, vt etiam oſtendat opera rectitudinis quãtum extrinſecus cuſtodiuit, adiungit: *Quando erat omnipotens mec.* ſequitur:

i *Et in.&c.* Pueri vocant', q cœleſtib. mãdatis inſeruiũt, q nũc in circumitu eius ſunt, quia in cunctis ferè gentib. reperiunt'.

K *Quando lauabam pe.&c.* Pedes eccleſiæ ſunt inferiorũ operum miniſtri, qui dũ ad vſus neceſſarios ea quæ ſunt exterius exercent

† ſocietas (vel abſconditum) Dei et.
† vel vias meas (aut greſſus meos)

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XXIX.

1 A Ddidit quoque Iob &c. *Poſtquam ſanctus Iob oſtendit in generali, quod iuſti aliquando flagellantur in præſenti, hic conſequẽter hoc idem oſtendit in ſpeciali applicando ad ſeipſum. Et primo circa hoc enumerat felicitatem in qua fuit. Secundo calamitatem in quam incidit.ca.ſe. Tertio innocentiam quã ſemper tenuit ca. 31. Circa primum primo declarat modum ſuę proſperitatis. Secundo circa hoc confidentiam ſuæ ſecuritatis, ibi:* Dicebatque. *Prima in duas, quia primo declarat ſuam proſperitatem in bonis ſpiritualibus. Secundo in temporalibus, ibi:* Quando lauabam. *Circa primum dicitur:* Addi. quoque Iob &c. *Et in hoc deſignatur alius modus declarandi ſuum propoſitum, ſcilicet per ſui ipſius exemplum, di.*

2 Quis mi.tri. *Incipiendo declarare proſperitatem ſuam incipit a ſpiritualibus bonis: & ideo hoc exprimit per modum optantis, quia ſpiritualia bona quibus nullus male vtitur, ſunt ſimpliciter optanda.*

3 Vt ſim iuxta menſes pri. *ideſt in priſtina proſperitate.*

4 Secundum dies &c. *In anima & corpore.*

5 Quando ſplen.lu.&c. *ideſt diuina illuſtratio procedens a ſuperiori de ſua gratia ſpeciali vltra naturalem illuſtrationem me illuſtrabat.*

6 Et ad lumen eius ambulabam in tenebris. *ideſt in dubijs recte procedebam per eius ſpecialem directionem.*

7 Sicut fui in diebus adoleſcentię meę. *Quia ex tunc fuit ſanctæ vitæ & deuotæ. vnde ſubditur:*

8 Quando ſecreto Deus erat in tabenaculo meo. *ideſt quando in ſecreto loco tabernaculi mei ꝑparato ad actum orandi Deus mihi aderat, quia in actu orationis homo loquitur cum Deo, & Deus cum homine ipſum illuſtrando & conſolando.*

Quan-

9 Qñ erat omnipo.&c. *per ſpecialem gratiam & protectionem.*

10 Et in circũitu,&c. *Quos nutriebam in amore Dei. Ex dictis videtur alicui, quod Iob cecidiſſet a ſapientia quæ includit gratiã dei, quia dicit:* Quis mihi tribuat, vt ſim iuxta mẽſes priſtinos &c. *Cuius tamen contrarium dictum eſt frequenter, ſcilicet quod aduerſitas non deiecit eum a virtute. Dicendum, quod licet aduerſitas non deiecerit eũ ab habitu ſapientiæ, nec ab actu, cum aduerſitates ſuſtinuerit pariter, quod eſt proprium ſapientis, ſcilicet fortunas aduerſas æquanimiter ferre, vt habetur 1. Ethicor. tamen aduerſitas ſuperueniens ſublimitatem actus ſapientiæ, qui in contemplatione ſummi veri, & amore ſummi boni conſiſtit, in aliquo impedit in quantum attentionem animæ retrahit, ne in ſummum verum & bonum tota intentione feratur pro dolore ſenſitiuæ partis, cui naturaliter compatitur retracta in aliquo, niſi hoc diuina virtute impediatur, ſicut fuit in Chriſto, in quo dolor paſſionis non impediebat ſuperiorem animæ partem a ſublimitate contemplationis, & hoc impedimentum ex parte ſenſitiuæ partis proueniens deſiderabat ſanctus Iob amoueri, dicens:* Quis mihi.

Aduerſitas.

11 Quando lauabam. *Hic cõſequenter declarat proſperitatem ſuã in temporalibus bonis, & primo quantum ad diuitias. Secundo quantũ ad honores, ibi.* Qñ procedebam ad portam. *Circa primum ſciendum quod diuitiæ antiquorum principaliter erant in pecudibus, & inde dicta eſt pecunia. Illud autem quod eſt præcipuum inter illa, quæ de pecudibus extrahuntur eſt butyrum, quod eſt pinguedo lactis: & ideo per abundantiam ipſius intelligitur abundantia in alijs bonis, quæ de animalibus proueniunt, cum dicitur:*

Pecunia vnde dicatur. Præcipuũ ex pecudibus.

Quando lauabã pedes meos butyro. *Id eſt tantam abundantiam habebam butyri, quòd poterant ibi pedes lauari, ſicut quando habetur magna copia vini, ad illam exprimendam dicitur, quod abundat vſque ad lotionem pedum, quamuis ibi non lauentur.*

Butyri & vini abundantia quomodo exprimatur.

Et pe-

## MORALITER.

1 *Addidit quoque &c.* Secundum beatum Grego. Iob tenet hic typum eccleſię quæ erit tempore tribulationis ſub Antichriſto futuræ: & ſic primo deſiderando recolit tempus pacis præteritæ, dicens:

2 *Quis mi.&c.* ideſt ſicut eram tempore pacis præteritæ.

4 *Secundũ &c.* Per potentiã principum Chrianorũ in pace.

5 *Quando ſplendebat lucerna eius ſu.&c.* i. ſuper prælatos qui capita ſunt eccleſiæ, quibus fiebant illuminationes diuinę.

Et

6 *Et ad lumen eius &c.* ſcilicet in via morum inter malos homines, qui tenebræ dicuntur ratione vitiorum.

7 *Sicut fui in diebus &c.* ideſt tempore Conſtantini. Nam in adoleſcentia robur notabiliter inualeſcit, nunc autem eccleſia notabiliter profecit.

8 *Quando ſe.de.erat &c.* In ſecretis orationibus me conſolando.

10 *Et in circumitu meo pueri &c.* id eſt eccleſię miniſtri.

11 *Quando lauabam, &c.* ideſt affectiones cordis mei pinguedine ſpiritusſancti.

Et pe-

exercent per extremũ miniſteriũ, velut pedes terræ inherẽt. Sed debẽt qui pſunt crebræ admonitionis voce infuſionem pinguedinis talibus miniſtrare: qđ Iob ſuis fecit. Solẽt enim pedes itineris aſperitate lacerari. Pedes Dei, pdicatores, q nõ ſine culpa, ſed lauantur butyro, quia pinguedine boni operis mũdat̃ collectus pulueris gloria pdicatiõis. Vel, quaſi feſſi pedes butyro vnguntur, dũ pdicatores bonis ope ribus ſibi miniſtrãtiũ fouentur: ideſt fructu magis quam dato: Ita ex voce capitis, ex voce corporis, pedes sũt qui exteriora miniſtrant.

* Nicetas. Vim pecoris declarat, & gregẽ armentorum lacte & butyro.

a *Et petra fundebat mihi, &c.* Quia ĩ ea Chriſti prædicamẽta intimæ vnctionis emanant. De hac petra riui olei exierunt euangeliſtarum libri. Vel riuos olei dona ſpiritus dicit.

b *Qñ procedebam, &c.* Per portã ciuitatis quæque bona actio deſignatur, per quam anima ad cõuentum regni cęleſtis ingreditur. Nunc ergo eccleſia ad ciuitatis portam procedit, quia vt aditum regni cęleſtis percipiat, in ſanctis ſe actionib. exerit. Mos veterum fuit, vt ſeniores in porta conſiſterent, & cauſas introeuntium iudicarent, vt vrbis populus eſſet pacificus, in quam diſcordes ingredi non liceret, quod & Iob fecit.

* Nicetas. Verberat amicos inſultantes quibus antea erat formidoloſus & glorioſus.

c *Et in platea parabant, &c.* Quia in magnæ auctoritatis latitudine ſui magiſterij exhibet libertatem. Qui enim recta quæ ſentit publica voce prædicat, quaſi in platea, ſuper cathedrã ſedet, cum nulla de ſua prædicatione metuit, nullius preſſus terroribus ſe ſub ſilentio abſcondit.

d *Videbant me iuuenes &c.* Iuuenes dicit, quia nulla cõſilij grauitate fulciuntur: ſenes, morum grandæuitate maturos. Et eſt ſenſus: Eccleſiæ vigorem & rectitudinem maturi formidant, & grandeui glorificant.

e *Principes ceſſabant loqui.* Principes vel duces dicit hereticæ prauitatis auctores. Et eſt ſenſus. Cum prædicare mihi publica voce licuit, omnis me qui veritati non fuit ſubiectus expauit. Digitum ori ſuperponunt, dum falſis querelis non ratione vocis ſe reprimi, ſed virtutis manu ſignificant.

* Orig. Digitus ori iniectus index ſilentij, vel innuit illorum facta eorundem labra concluſiſſe, conſcij. n. erãt ſe minima feciſſe, Iobum maxima. Digitus enim minimam actionum declarat.

* Iſidorus. Non mirũ ſi Phariſæus ſe laudans reprehenditur, Iob cõmẽdatur, quia ille ſpõte, hic coactus ſe laudauit.

f *Vocem ſuam cohibebant duces.* Nimirum hi qui poſt ſe errãtes populos trahere conantur, ne loqui peruerſa nũc audeant, & auctoritatis frenantur pondere & virtute rationis. Quorum lingua gutturi ſuo adhæret, quia & ſi peruerſa loqui verba voce non audent, intus tamẽ apud ſe contegunt cuncta quæ contra veram fidem proponere falſa moliuntur.

Contra hæc fere. de vltimis: *Lamiæ nudauerunt mammam.* id eſt, hæretici qui humanã faciem ſed per impietatẽ belluina habent corda, tunc liberè errorem ſuũ prędicabunt. Illo nãque tempore cum ſancta eccleſia aduerſitate premit̃, prauis quibuſq; prædicatoribus licentia locutionis datur. Tunc catulos lactant, quia malè ſequaces paruulorum animas dum peruerſa inſinuant ad impietatem nutriendo confirmant.

g *Auris audiens.* Ibi dixit, quod exhibuit per doctrinam, hic quid per miſericordiam. Ibi verbis parit & ſatiat, hic a malis defendit: *Auris audiens beati. me.* Qualis in ſermone, qualis in opere fuerit, oſtenditur. Ille autem eccleſiæ verba beatificat, qui ea quæ audierat, opere conſummat. Ille ei teſtimonium perhibet: qui exemplis vitæ illius bene viuendo reſpondet.

h *Eo quod liberaſſem pauperem vociferantem.* Eccleſia pauperem vociferantem liberat, cum peccatori veniam deprecãti, eas quas commiſit culpas, relaxat.

i *Et pupillum cui non eſſet adiutor.* Pupillum liberat, dum vnuſquiſque

a ¶ Chriſtus quo docente riui vbique manauerunt. b ¶ Prædicamenta intimæ vnctionis. ¶ Quia currunt & vngunt.

a des meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei. Quando 1 2
b procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant ca- 3 4
c a ¶ Tunc. ¶ Quia deprehendi in ſuis maculis timent
d thedram mihi: Videbant me iuuenes, & abſcondebantur, & 5 6 7
a ¶ Leues fugiunt, perfecti vitæ meritis aſſurgendo venerantur.
e ſenes aſſurgentes ſtabant. Principes ceſſabant loqui, & † digi- 8 9
a ¶ Qui poſt ſe trahunt errantes.
f tum ſuperponebant ori ſuo. Vocem ſuam cohibebant duces, 10 11
a ¶ Quia & ſi peruerſa libere loqui non audent, intus tamen apud ſe contegunt.
b Audientibus & videntibus venerationi ſe fuiſſe dicit contra increpationes amicorum.
g & lingua eorũ gutturi ſuo adhærebat. Auris audiẽs beatifica- 12 13
¶ De hoc eſt teſtimonium.
h bat me, & oculus vidẽs teſtimoniũ reddebat mihi, eo q libe- 14 15
i raſſem pauperẽ vociferantem, & pupillũ cui nõ eſſet adiutor. 16 17

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et petra.* ideſt terra petroſa ad fructificandum inepta.
2 *Fundebat mihi riuos, &c.* ideſt proferebat oleũ in abundantia: & per hoc intelligitur abundantia in alijs terrænaſcentibus, inter quæ oleum eſt de præcipuis.
Diuiſio.
3 *Quando procedebam.* Hic conſequenter declarat in honoribus ſuam proſperitatem. ſecundo ſubdit huius honoris cauſam, ibi: *Auris audiens bea.* Circa primum dicit: *Quando procedebam ad portam ciuitatis.* vbi erat locus iudicij.
4 *Et in platea.* ideſt in manifeſto & patenti loco.
5 *Parabant cathedram mihi.* tanquam omnibus ſuperiori.
6 *Videbant me iuuenes.* ideſt inſolentes.
7 *Et abſcondebantur.* timore iuſtitiæ meæ.
8 *Et ſenes aſſurgentes ſtabant.* ad faciendum mihi reuerentiã.
9 *Principes ceſſabant loqui.* ideſt, principales in iudicio poſt me tacebant me ſuperueniente.
10 *Et digitum ſuperponebant ori ſuo.* Quia nullus præſumebat verbum meum interrumpere.
11 *Vocem ſuam cohibebant duces.* ſcilicet militum qui inter alios ſunt audaciores, & tamen non audebant ſententiæ meæ contradicere.
12 *Et lingua eorum gutturi ſuo adhęrebat.* ideſt ſilebant, ac ſi facti fuiſſent muti neſcientes aliquid contradicere: Diuitias autẽ & honores prędictos dicit Iob pertinere ad ſuam felicitatẽ temporalem: quia talia ſicut impedimenta ſunt reprobis, ita probis ſunt adiumenta virtutis, vt dicit beatus Ambroſius ſuper Lucam: qualis erat ipſe Iob, qui ad opera virtutum talibus vſus fuerat, vt patebit ex ſequentibus.
13 *Auris audiens.* Hic conſequenter ponit prædicti honoris ſui cauſam. honor enim deferendus eſt alicui in teſtimoniũ ſuæ virtutis: & ideo conſequenter oſtenditur quomodo Iob potentia & honoribus virtuoſe vtebatur: cum ſubditur: *Auris audiens.* ſententiam meam.
14 *Beatificabat me.* propter eius æquitatem.
15 *Et oculus uidens teſtimonium &c.* de veritate mea & iuſtitia.
16 *Eo quod liberaßem pauperem uociferantem.* ideſt querimoniam coram me facientem de iniuſta oppreſſione.
17 *Et pupillum cui non eſſet adiutor.* propter quod eram eius defenſor.

Bene-

## MORALITER.

1 *Et petra,* ideſt Chriſtus.
2 *Fundebat mihi riuos olei.* ideſt fluenta gratiæ in ſacramentis noui teſtamenti.
3 *Quando procedebam ad portam ciuitatis.* Hic recolitur auctoritas eccleſiæ, cum dicitur: *Quando procedebam ad portam ciuitatis.* ad determinandum cauſas quę antiquitus determinabantur in portis.
4 *Et in platea parabant cathedram mihi.* Per plateam latitudo orbis ſignificatur, in qua eccleſiæ ſententia tenetur.
6 *Videbant me iuuc. & abſcon.* Nam timore eccleſiæ multi iuuenes ab inſolentijs retrahebantur.
8 *Et ſenes aſſurgentes ſtabant &c.* mandatum eccleſiæ reuerenter ſuſcipiendo.
9 *Principes ceſſabant loqui &c.* mandatis eccleſię aſſentiendo.
13 *Auris audiens &c.* ideſt videntes & audientes proceſſum eccleſiæ iuſtum approbant eum.
16 *Eo quod liberaſſem pauperem &c.* a facientibus calumniam. Poteſt etiã hoc exponi magis ſpiritualiter ſic: *Eo quod liberaſſem pauperem.* ideſt peccatorem virtutibus & gratia ſpoliatũ. † *Vociferantem.* in vera confeſſione.
17 *Et pupillum.* ideſt ſeparatum ab eccleſia matre ſua per fraudem hæreticorum.

Benedi-

A quiſq; mortuo antiquo patre diabolo,ad ſanctę eccleſię ſinũ currens,in ea exhortationis adiutoriũ inuenit. Magnæ miſæ iſta ſunt opera,pauperem liberare, & pupillum periturum eripere,viduam conſolari. Hæc etiam eccleſia & corporaliter exhibet & ſpiritualiter.

a Vel,quod. b Non iuuenis uel iuuenes. c Ecce quam manſuetus, qui ſupra rigidus cum dixit. Videbant me iuuenes & abſcon &c. Rectoribus vtraque tenenda, vt ſcilicet diſciplinæ vigor manſuetudinem regat,& manſuetudo ornet vigorem,& ſic alterum commendetur ex altero, vt nec vigor ſit rigidus, nec manſuetudo diſſoluta.

a b Benedictio perituri ſuper me veniebat,& cor viduæ † conſo- 1 2
a Vndique vt necubi ſit aditus hoſti,aliter non valet. Iuſtitia.
c latus ſum. † Iuſtitia indutus ſum, & veſtiuit me ſicut veſtimẽ 3 4
a Quia iuſtorum iudicia per magni operis gloriam, ad retributionis ducunt coronam.
b bonus ſemper apud ſe iudicat,quid Deo,quid proximo debeat & ſe de vitiis emendat.
c Ecce quæ viſcera miſericordiæ. d Ego ipſe.
d to,& † diademate iudicio meo. Oculus fui cæco, & pes clau- †
e a Quæ largiebatur,ex affectu dedit,non timore iudicii. ¶ Quia vis miſericordiæ illius, naturam fuerat imitata,vt eos quaſi filios cerneret,per amorem quibus pater præ erat per protectionem 5 6
b Operando. ¶ Vnde nemo ſit præceps in ſententia.
f do. Pater eram pauperum,& cauſam quam neſciebam, dili- 7
g h a ¶ Inſidias eius nudando. 8
gentiſſime inueſtigabam. Contere bam molas iniqui, & 9
a Animam quam iam a peccato frangendo momorderat,ad ſalutem vitæ conuertendo. 10
i de dentibus illius auferebam prædam. Dicebamque in 11
a In tranquillitate pacis. b Id eſt paulatim creſcens,vel demum erit proſperitas & robur. 12
c Dicebam.
k nidulo meo, moriar, & ſicut † palma multiplicabo dies. 13 14

a *Benedictio perituri.* Benedictio perituri ſuper eam venit, cum peccatoris interitum præuenit, & ſãctis exhortationib. a culpę ſouea reducit.

b *Et cor viduæ conſolatus ſum.* Magnam conſolationem cor viduæ ſuſcipit, quando fidelis anima in verbis eccleſiæ de aduentu illius, aliquid, cui ſpiritualiter eſt coniuncta, cognoſcit.

c *Iuſtitia indutus ſum.* Ille iuſtitia ſicut veſtimento induitur, qui ſe vndique bono opere protegit, & nullam B actionis ſuę partem nudam relinquit. Phariſæus namque ille qui in templum oraturus aſcendit,ciuitatem cordis ſui inſidiantib. hoſtib. per elationem aperuit, quam fruſtra per ieiunium & eleemoſynas clauſit, incaſſum munita ſunt cætera,cum locus vnus de quo hoſti patet aditus munitus nõ eſt. Eleazar elephantum occidens ſub ipſo occubuit. Sic qui vitia ſuperat,ſi ſuperbit ſub ipſis occumbit. Sub hoſte quem occidit moritur qui de culpa quam ſuperat,eleuatur.

d *Et diademate iudicio meo.* Iuſtorum iudicium diadema dicitur,quia per hoc non in terrenis & in infimis, ſed ſurſum remunerari concupiſcunt.

Indutus ſum iudicio quod comparatur coronæ,q̃ ſupra ponitur,quia in cælo q̃rit coronari,nõ in terra. Bona ſua aperit, vt amici nõ increpãtes erigant,ſed tacẽtes imitentur. Valet ẽt memoria priorũ contra deſperationẽ pro increpationib.

e *Oculus fui cęco &c.* Beatus.n. Iob & illi per ſemetipſum manũ p̃buerat,& hũc portando ſuſtinebat per ſemetipsũ, quia ſcit a Deo plus pẽſari animum q̃ factum. Eccleſia oculus eſt cæco & pes claudo. Cęcos.n. prędicãdo illuminat, claudum opitulãdo ſuſtẽtat. Cæcus quippe eſt q adhuc quo pergat,nõ videt. Claudus eſt qui non p̃t ire,quo videt. vel cæcum Gẽtilẽ,claudũ aũt Iudaicũ populum dicit,quia ille oculos nõ habuit.i.legem,quia non accepta lege nõ videt quo ire debuiſſet,hic econtra legem ſciendo quidẽ tenuit, ſed in ea greſ- C ſum recti operis non tetendit. *Oculus fui &c.* Poſt iuſtitiã pietatis quia bñ agit, quæ pia ſunt,qui prius ſeruat iuſta, vt pie- D tas ex fonte iuſtitiæ ducatur, q̃uo enim alii eſt pius, qui ſibi impius & nondum ſe diligit,qui ſibi nequam cui bonus?

f *Pater eram pauperum.* Pauperes enim ſpiritu ex eius prædicatione generantur.

g *Et cauſam quam neſciebam.* Eccleſia cum per electos mala carnalium iudicat, hoc quod neſcit, inueſtigat, quia mala quæ neſcit operando, inueſtigat per iudicium corrigendo. *Cauſam quam neſciebam, &c.* Iuſtus in ſuis actionibus, & pius in infirmitate proximorum, eſt etiam ſtrenuus in negotijs pauperum, vt qui æterna quærit, ad omnia merita extẽdatur. vnde Salomon. *Qui Deum timet, negligit.* ſunt tamen minora pro maioribus relinquenda.

Eccle.14.a.

†lætificabam.

Eccl.7.c.

† arena vel phęnix.

Mysticè.

h *Conterebam molas &c.* Iniquus dicitur diabolus. Per molas, occultæ eius inſidiæ:p dentes apertę culpæ demonſtrat̃ per E petratio. Prius ergo neceſſe eſt occulta conſiliorũ illius machinamenta prodere, ut auditoris noſtri animam in aperto lapſu ualeamus reuocare.

* Chryſ. quaſi ex ore leonis ouibus abſtractis erga conſeruos utebar prouidentia.

i *Dicebamque in nidulo meo moriar.* Per nidi nomẽ exprimitur tranquilla quies fidei,qua vnuſquiſq; infirmus nutrit̃. Igit̃ eorũ vox,B. Iob voce præuenitur,qui tunc erũt,qui tempore pacis ſe ad ſuperna migrare.i.a nido euolare crediderũt.

K *Et ſicut palma &c.* Palma tarde p̃ficit, ſed diu in viriditate ſubſiſtit,& i imo gracilior,ſuperius iuxta fruct⁹ groſſeſcit cõtra alias arbores,& inferius eſt aſpera,ſupius tactu & uiſu pulcha. Quaſi palma ergo ſe dies multiplicare credidit,q ſibi pacis otiũ ex multorũ lõgitudine dierũ p̃mittebat, & mentes fidelũ vſq; ad extremũ robuſtiores exurgere putabat quod iã non eſt. Sicut palma multiplicare ſe dies credidit eccleſia q̃ ſubito emergẽte periculo pacis ſuæ gratiã,& tarde a fidelib. adeptam,& citius ab infidelib. dolet interceptam. Eccleſia vt palma inferius deſpecta,& aſperis cincta,ſuperius pulchra,& cũ alii ſint in terrenis fortes,in cęleſtib. debiles,pro q b. parũ agere vel pati volũt. Ipſa eſt ad terrã debilis,ſup. fortis,nec vt quidã in initio plus agit,in cõſummatione minus.

Palmę natura, & quid ſignificet.

Radix F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Benedictio perituri. *id eſt, illius qui timebat ſtatim perire.*
2 Super veniebat. *eo quod ſaluabam eum.*
3 Et cor viduæ conſolatus ſum. *id eſt,efficaciter & non vane.*
4 Iuſtitia indutus ſum. *id eſt, ex omni parte ſtudebã iuſtitiã facere.*
5 Oculus fui cæco. *ignorantem dirigendo.*
6 Et pes claudo. *impotentem adiuuando.*
7 Pater eram pauperum. *per affectum & effectum: & ne crederetur quod faueret eis nimis in præiudicium iuſtitiæ. ſubditur.*
8 Et cauſam quam neſciebam,&c. *id eſt, cauſam pauperis,ne forte motu pietatis indiſcrete condeſcenderem ei in præiudicium iuſtitiæ.*
9 Conterebam.&c. *eius potentias & violentas.*

Et

10 Et de dentibus illius &c. *Quia ablata reſtituere cogebam, & de iniuriis facere emendam.*
11 Dicebamque &c. *Hic conſequenter deſcribitur confidentia ſuæ ſecuritatis,quia honores & diuitiæ quæ habent annexum timorem perdendi,quaſi continue ſunt magis cauſa triſtitiæ quam delectationis: & ideo hæc ſecuritas opinata a beato Iob primo deſcribitur. ſecundo quoddam ſuperius dictum plenius exprimitur, ibi.* Qui me audiebant. *Circa primum dicitur:* Dicebamque. *in corde meo tenendo.*
12 In nidulo meo moriar. *id eſt, in proſperitate mea ſpirituali & temporali.*
13 Et ſicut palma. *quæ multo viuit tempore.*
14 Muluplicabo. *ducendo curſum vitæ meæ in dicta proſperitate.*

Radix

## MORALITER.

1 *Benedictio perituri.* ſpiritualiter.
2 *Super me veniebat.* nam hoc in meritum boni paſtoris redundat.
3 *Et cor viduę conſolatus ſum.* eccleſiæ pręlato ſuo viduatę prouidendo de bono paſtore.
4 *Iuſtitia &c.* Et accipitur hic iuſtitia legalis quæ includit omnem virtutem animam veſtientem.
† *Et diademate iudicio.* Iudicium.n. eſt executio iuſtitiæ cui debetur corona,vnde dicit Philoſop. 4. Ethi. Non fortes ſed bene agonizantes coronantur.
5 *Oculus fui cæco.* ignorantem dirigendo.

Et

6 *Et pes claudo.* infirmum ſupportando.
7 *Pater eram pauperum.* eos de bonis eccleſiæ nutriendo.
8 *Et cauſam &c.* Nã eccleſia non debet cito proferre ſententiam,ſed bonam deliberationem.
9 *Conterebam molas,&c.* Per dentes cibus diuiditur, p molas aũt cõminuitur vt incorporetur, ergo hæretici, q ſimplices diuidũt ab eccleſia, & cõſequẽter ſua doctrina peſtifera diſponũt eos,vt eorũ ſectæ totaliter incorporentur, dẽtes diaboli & molæ dĩr. Et ſic eccleſia molas iniqui conterit, & de dentib. eius prædam rapit,quãdo hæreticos obſtinatos ſeculari iuſtitię tradit,& deceptos ab eis ad eccleſiam reducit.
11 *Dicebamque in nidulo meo moriar.* id eſt deſiderabam in tali ſtatu mori.

Radix

¶ Quia ſpirituali mente ſemper intendit ſcientiæ.
a Alios ſecus. b Qui deſuper venit. c Quæ deorſum colligitur.

a b Radix mea aperta eſt iuxta aquas, & ros morabitur in† meſ- 1 2
a Dicebam.
c d ſione mea. Gloria mea †ſemper innouabitur, & arcus meus in 3 4
a Operatione. b Hoc vere de Iob, ſed in figura eccleſiæ.
c Non vt hi erronei qui modo quaſi docendo præcurrunt.
e manu mea inſtaurabitur. Qui me audiebant, expectabant 5 6
a Vide reuerentiam audientium
f ſententiam, & intenti tacebant ad conſilium meum. Verbis 7
a Ecce diſpenſationem docentium.
g h meis addere nihil audebant, & ſuper illos ſtillabat eloquium 8 9
i meum. Expectabant me ſicut pluuiam, & os ſuum aperiebāt 10
k a Chriſti tempus ſero eſt in fine mundi. ¶ Chriſtus in fine mundi ſeipſum pro nobis ſacrificium veſpertinum dedit. ¶ Vnde. Dabo vobis pluuiam temporaneam & ſerotinam. Deut. 11. b.
l quaſi ad imbrem ſerotinum. Si quando ridebā ad eos, nō cre- 11
a Oculi ſapientis in capite id eſt Chriſto, cuius opera videt imitanda, ſed oculi ſtulti in finibus terræ.
m debant, & †lux vultus mei non cadebat in terram. Si voluiſ- 12 13
n a Quia boni prius æterna, inde terrena curant in eis dominus primus ſedet, in aliis vltimus.
o ſem ire ad eos, ſedebam primus. † Cumq; ſederem quaſi rex 14 15 16
p circunſtante exercitu, eram tamen mœrentium conſolator. 17 18

A a *Radix &c.* eccleſiæ, incarnatus Chriſtus qui inuiſibilis deitate per carnem apertus eſt & cognitus populis.
Radicis nomine occulta cogitatio deſignatur. Iuxta aquas radix aperitur, quū ad percipienda veritatis fluenta latenter cogitatio mentis aperitur.
b *Et ros morabitur &c.* Subaudi dicebam, Meſſio eccleſiæ accipitur, cum perfectæ animæ corporibus abſtractæ, velut maturæ ſegetes a terra deciſæ ad cæleſtia horrea demigrant. Ros morabitur in meſſione quia gratia deſuper veniens agit, vt digni ſimus, qui de inferioribus colligamus.
c *Gloria mea ſemper innouabitur.* Idem quaſi amiſſam gloriā deplorat, quia eos quos ipſe nouæ vitæ militare credidit, vetuſtis deſiderijs ſeruire cognoſcit.
B d *Et arcus meus.* Scriptura eſt arcus de qua ad corda hominum ſicut ferientes ſagittæ, ſic terrentes ſententiæ veniunt. Inſtauratur arcus in manu dum quicquid de ſacro eloquio cognoſcitur, viuendo completur, quod in fine multis deficiet, quod etiam nunc eſt.
e *Qui me audiebant.* Præteritorum temporum reminiſcitur, in quib. omne quod ab ea dicitur, cum metu a fidelib. auditur, & aduerſariorum proteruiam deplorat.
f *Et intenti tacebant.* Ad conſilium eius tacent, qui verba eius non audent impugnare, ſed credere.
g *Verbis meis addere.* Dictis eius hæretici aliqd addere præſumūt, cū pdicamentorū rectitudinē quaſi emēdare moliunt.
h *Et ſuper illos ſtillabat.* In hac ſtillatione eloquii menſura prædicationis iuxta capacitatem audientium accipitur.
i *Expectabant me ſicut pluuiam.* Verba prædicationis ſanctæ ſicut pluuiā ſuſtinemus, cū vera humilitate auiditatem cordis noſtri agnoſcimus, vt potu ſanctæ prædicationis irrigemur.
K *Et os ſuum aperiebant quaſi ad imbrem.* Quia dū in extrema parte ſeculi verba ſanctæ prædicationis accipimus, quaſi ad imbrem ſerotinum os cordis aperimus.
l *Si quando ridebam ad eos non credebant.* Hoc dicit eccleſia ex voce capitis. Ridere aūt deum, eſt ſanctorū viā proſequēte fauore proſperare. Sed redēptori noſtro ridēti nō credimus, dū C multis iā donis eius teſtantib. gratiā fauoris accipimus, & tamen mē adhuc ſub eius iudicio de noſtra infirmitate titubamus. D Talē ſe Iob exhibuit ſubditis, vt ridēs timeri poſſet. Sic plerus ridens timeri, & iratus amari dēt, ne nimia lætitia vilem, vel immoderata ſeueritas odioſum reddat.
* Nicetas. quod per riſum ab eo fiebat periclitandi alterius cauſa fieri arbitrabantur, & de morum ſeb grauitate non dubitabant, cuius vultu terrebantur mali, boni autē conſolationē recipiebāt: aut aperta erat Iobi doctrina, & ab omnibus illius iudicia percipiebantur.
m *Et lux vultus mei non ca.* Lux vultus beati Iob in terram non cadit, quia terrena p concupiſcentiam nō aſpexit. Lux etiā vultus domini in terram non cadit, quia viſionis eius claritas peccatoribus non apparet. E Eccleſia etiam clara myſteria terrenis nō prædicat.
n *Si voluiſſem ire &c.* Dominus & cum vult, venit, & cum venit, primus ſedet, quia & aduentus eius in corde noſtro gratuitus eſt, & appetitus eius deſiderij in cogitatione noſtra æqualis cæteris deſiderijs non eſt.
o *Cumque ſederem quaſi. &c.* Et litera ædificat, docēs vt in recto re miſceat, & regēdi autoritas, & benignitas conſolādi vinū & oleum. *Cumque ſe. quaſi. rex. Quaſi rex.* dns ſedet in corde, qa circūſtrepentes regit animorū motus in cogitatione, qui vt exercitus eū circunſtant. Vel, quaſi rex ſedet circūſtāte exercitu, quia præſidentem illum mentib. electorum, circūſtabat turba virtutū. Qui & mœrentiū conſolator eſt, ex promiſſione qua dicit. Videbo vos, & gaudebit cor veſtrū. Qd ſi ad eccleſiā referamus, i ea ordo doctorū quaſi rex pſidet, quē fideliū turba circūdat, q corda mœrētiū ɔſolatur, dū p pñtis peregrinationis ærumnā mētes afflictas, æternę pſię pmiſſionē leniat. Sedere āt virga ē regiminis: ɔſolari, miniſteriū pietatis
* Cate. Græ. Habitabam ſicut rex inter monozonos.
* Nicetas. Monozeni ſunt qui in militibus honore excellunt, vel latronum more viuentes:
* Iſidorus. legitime præerā, & terrorē latronibus inferebā.
p *Mœrentium conſolator.* Qui audiunt de iuſtitia Dei vt timeat, audiat, & de miſericordia, vt ɔfidat; vt ſit ſimul metꝰ & ſpes In arca cū tabulis virga ſimul ē & mānna, i. cū ſciā ſacræ ſcripturę i pectore rectoris, virga diſtrictiōis & māna dulcedinis. F

CAP.

Margin notes: † mecum. † innouabimus. † lucē vultus mei non cadere faciebā (... non) ſinebant cadere, non flocci facte bant nō ſperne bāt, ſed me etiam videre, nō recedebāt a facie illorū timor mei. Ridere Deū. † tranſ... † in ſplin... Sed qua...

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Radix mea &c. *Arbor enim habens radices in humido multiplicat ſurſum fructum, ita Iob ex humore gratiæ in quo cor eius erat fixum, faciebat fructum multiplicem bonorū operum.* 2 Et ros mo. *Contingit autem quod fructus multiplicatus in arbore propter æſtum nimium deſiccatur & perit, ſed talis æſtus temperatur per deſcenſum roris: & ſimiliter fructus boni operis aliquando deſiccat & perditur propter aduentū elationis, ſed hoc non fuit in Iob: Quia Deus faciebat cum tētatione prouentum rore ſuæ benedictionis & gratiæ.* 3 Glo. me. &c. *Hoc dicebat propter multa bona opa, quæ multiplicare intēdebat.* 4 Et ar. meus &c. *id eſt fortitudo mea & defenſio mea cōtra inſultus tentationum.* 5 Qui me &c. *Hic reuertitur ad exprimendum aliqua prædicta clarius quæ pertinent ad ſuam iuſtitiam & ſapientiam, di.* Qui me &c. *loquentem in iudiciis.* 6 Expectabāt. ſententiam meā. *tanquam veritatis lineam.* 7 Et intenti tacebant ad conſilium. *nihil vltra quærentes.* 8 Verbis meis addere. *reputantes quod nihil rationabile poſſet addi.* 9 Et ſuper illos ſtillabat. *reputantes magnum, quod de verbis meis aliquid intelligebant.* 10 Expectabant me ſicut pluuiam. *Id eſt deſiderabant audire verbum meum, ſicut terra ſitiens pluuiam.* 11 Si quando ridebam ad eos. *oſtendendo vultus lætitiam.* 12 Non credebant. *propter maturitatem meā præcedentem.* 13 Et lux vultus mei. *id eſt lætitia faciei meę.* 14 Non cadebat in terram. *tanquam confuſa propter lætitiæ ineptitudinē. Per hoc dat intelligere, quod lætitia non erat diſſolutus, nec mœſtitia confuſus: & tenebat virtutis medium.* 15 Si voluiſſem ire ad eos. *conſolandum.* 16 Sedebam primus. *id eſt principalis inter eos. ideo ſubditur:* 17 Cumque ſederem quaſi rex circunſtante exercitu. *quaſi de nullo timens.* 18 Eram tamen mœrentium cōſolator. *tanquā eis ex veritate compaſſionis condeſcendens: & ſic patet quod ſanctus Iob proſperitate temporali vſus fuerat virtuoſe, & per conſequens peruenit ad eius felicitatem, quæ eſt in operibus virtutum.*

CAP.

## MORALITER.

1 *Radix mea &c.* Radix per quam ſumitur corporis alimentū, doctorē eccleſiæ ſignificat, q eſt intentus ad inquirendū ſacræ ſcripturæ intellectum: & hic ſecus aquas aperitur, quando gratia ſpiritusſancti edocetur.
2 *Et ros mor. in meſſione mea &c.* Quod ſit quando deriuatur ad alios eius doctrina. ideo ſubditur:
3 *Gloria mea ſemper innouabitur.* In melius proficiendo.
4 *Et arcus meus.* Contra diabolum fortius pugnando.
5 *Qui me audiebant.* Et intenti tacebant ad cōſilium meū. In dubijs enim expectanda eſt eccleſię ſententia, & ſine additione & diminutione tenenda.
11 *Si quando ridebam &c.* prælatorū. n. eccleſię tanta maturitas debet eſſe, quod quaſi nunquam videantur ridere & ſi aliquando hoc contingat, debet cum tali maturitate fieri, quod nullo modo debeant verecundari. ideo ſequitur:
13 *Et lux vultus mei &c.* ad docendum filios.
16 *Sedebam primus.* quia tali debetur honoris locus, qa tamē honor iſte non eſt quærendus niſi pro populi vtilitate, Sequitur: *Cumque ſederem quaſi rex &c.*

CAP. XXX.

A a N*Vnc au.de.me iu.* Iuniores tempore eccleſiã irridẽt cum hi qui ab ea egreſſi ſunt, doctrinæ eius verba deſpiciunt.

b *Quorum pa.non di.&c.* Igitur grex eccleſię multitudo fidelium. Canes gregis, doctores ſancti qui fidelium doctores extiterunt. Eccleſia ergo cum canib. gregis ſui hęreticorũ patres ponere dedignat̃ quia inuentores errorum diiudicando reſpuit, eoſque inter veros patres numerare cõtemnit.

✻Nicetas. Id ad nullũ inſolentiæ uerbũ pertinet, ſed innuit illos nullo in numero, aut pretio extitiſſe quibus non perinde, ac canib. Iob rerum copia ſuppeteret.

✻Chryſ. non uidebantur digni qui canes illius curarent.

B c *Quo.uir.ma.erat.* Virtus manuum eſt magnitudo in operatione. Sed uirtus manuum hæreticorum ſanctæ eccleſię pro nihilo eſſe dicitur, quia nullius eſſe meriti conſpicit, vera fide perdita, quicquid operantur. *Quo.uir.ma.* Quò magis errãt eo amplius operib. ſe magnos oñdunt, ſed aliq̃n miracula faciunt. Neque iõ tñ ſancti. probatio quippe ſanctitatis non eſt ſigna facere, ſed vnumquemque vt ſe diligere, de Deo autẽ vera, de proximo vero meliora quam de ipſo ſentire.

d *Egeſta.* Immoderatis namque luſib. cognitionem ſupernæ ſcientiæ quo plus appetunt, plus amittunt.

e *Et fa.ſte.* Quia deſiderãt ſcire, vnde docti, & loquaces ſint non moribus compoſiti: vnde vix exteriora capiunt, qui ſecreta putant ſe penetraſſe.

✻Nicet. ſterilis eſt qui nec reperire, nec parere poteſt rationem quampiam uitæ ſuſtentandæ. Id autem proponitur ne iniquo aĩo feramus iniuria a contemptis hominibus affecti.

f *Qui rod.in ſol.&c.* Hæretici qui ab vniuerſalis eccleſiæ ſocietate disiuncti ſunt, in ſolitudine rodere memorantur. Roditur quod non poteſt comedi, quia qui ſcripturam intelligere ſua uirtute moliuntur, ſuperna gratia non adiuti, hanc edere nequeunt, ſed quaſi quibuſdam morſib. rodunt, dum non ad eius interiora perueniunt. Vel auari dente rodunt, aliena ui tollentes. Lambunt uero qui blandimento linguæ tollunt.

g *Squalentes cala.* Calamitate, & miſeria ſqualidi perhibentur, quia & motum ſunt pernicie & ſenſuum prauitate deſpecti. Calamitas eſt quaſi ægritudo. Miſeria eſt illius negligentia, vnde grauior fit. Nullus ſqualeret ſi in ſuis neceſſitatibus C miſeriam uoluptatis non adderet.

h *Et man.her.&c.* Herbas mandere, eſt dicta planiora ſcripturæ intelligere, vel minima præcepta ſeruare. Arborum autẽ cortices mandunt, qui in ſacris uoluminibus ſolam literæ ſuperficiem uenerantur. Vel certe herbas mandere, eſt leuia quędam ac tenera de antiquis patribus imitari. Arborum vero cortices edere, eſt eorũ opera ſuperficie tenus agere, ſed intentionem rectam in eiſdem operibus non tenere. D

CAP. XXX.

¶ Contraria prædictis in tempore nouiſſimo deinceps oſtendit.

a ¶ Quia ipſi ab eccleſia non eccleſia ab eis.

a N*Vnc autem derident me iuniores tempore,* 1

¶ Etſi uiſi ſunt quædam recta habere, quia tamen de domino non recte ſenſerunt, eos cum canibus gregis ſui non ponit. i. rectis prædicatoribus non aſcribit.

b *quorum patres non dignabar ponere cum*

c *canib. gregis mei. Quorum virtus manuũ* 3

a ¶ Quia ſine charitate, ſine ſanctitatis ſpecimine. b ¶ Id eſt miraculis quæ agunt, quia non humiles: vel Chriſtiano nomine, quod impugnant. 4

d *erat mihi pro nihilo, & uita ipſa putabantur indigni, ege-* 5

e *ſtate, & fame ſteriles. Qui rodebant in ſolitudine, ſqualen-* † 6

f g h *tes calamitate, & miſeria. †Et mandebant herbas, & arborũ*

a ¶ Quia in erroribus terrena lucra quærunt. ¶ Auaritia latet in corde, ſed punctiones peccatorum omnium patenter producit in opera.

i K *cortices, & radix iuniperorũ erat cibus eorum. † Qui de con-* 7 †

✻Cate. Græc. qui frangebant alima inſonante.

✻ Nicetas. Alima eſt herba celeriter explẽs comedentem, gignẽſque ſatietatem. Inſonante. i. in uallib. locis quæ ſaxoſis. Euiuſmodi .n. loca apte perſonãt, loquentibuſque reſpõdẽt, aut locum nemoroſum, qui uentis perflatur, ſonãtem dicit.

Quid .n. per herbas niſi tenera, ac terræ proxima bene inchoantium uita? Et quid per arborum cortices niſi exteriora opera eorũ, qui iam ſublimia appetunt, deſignantur? Herbas itaque & arborum cortices mandere, eſt vel ſtudia bene inchoantium, vel operationes quorundam iam more arborum ad ſuperiora rendẽtium peſtiferis perſuaſionibus quaſi quibuſdam malitiæ ſuæ dentib. diſſipare. Herbas mandunt reprobi, cum infirmorum initia irridendo conſumunt. Arborum quoque cortices mandunt, cum manu peruerſi conſilii a vita recte creſcentium tegmen bonorum operum ſubtrahunt. Hos autem in quibuſdam actibus velut arbores expoliant. Illos vero uelut herbas, quia deſpicientes trahunt, quaſi quæ calcãt, comedunt. Quorundam iam fortitudinem in alta ſurgẽtem ex parte demoliuntur. Quorundam vero teneritudinem, & adhuc in imis poſitam penitus conterunt. E

† Et cum de medio (uel interiori) euulſiſſent ea, cum ibant ſuper ipſas quaſi fur

Vel, herba eſt terrena conſolatio. Cortex exterior gloria quæ Deus aliquando ſuis electis dat, quando eos exteriorib' honorib. ſubleuat, & p̃ cæteris honorabiles reddit. Sed praui nonnunquam eorum quidem vitam deſpiciunt, ſed felicitatem in hoc mundo aſſequi concupiſcunt. Quia igitur blandimenta hic tranſitoriæ conſolationis quærunt, herbas comedũt. Et quia in cogitationib. ſuis exteriorem eorum gloriam meditantur, arborum cortices mandunt. Et quoniam in his omnibus ſoli auaritiæ deſeruiunt, radice iuniperi replentur, & hoc eſt.

i *Et radix iunipe.* Iuniperi pro foliis quaſi ſpinas habẽt. Spina vero eſt omne peccatum, quia dum trahit ad delectationẽ, quaſi pungendo lacerat mentem. Per radicem ergo iuniperi auaritia deſignatur, quæ radix eſt omnium malorum quaſi ſpinarum. Quę cibus eſt hęreticorum, quia plerunque ſola in verbis ſuis exteriora lucra ſectantur.

Quid deſignetur per iuniperum. Eph. 5. b

K *Qui de conuallib. iſta rapientes.* De conuallib. illa rapiunt, q̃a hęc de humilib. dictis patrum ſuperbo ſpiritu colligũt. Quę dum pro ſuis ſe patribus inueniſſe gloriantur, ad ea cum clamori F

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXX.

1 N*Vnc au.deri.&c.* Poſtquam Iob deſcripſerat magnitudinem proſperitatis in qua fuerat, hic conſequẽter deſcribit magnitudinem aduerſitatis, in quam inciderat. Et primo deſcribit eam ex multiplicatione mali. Secundo ex ſubtractione remedii, ibi. *Clamo ad te.* Primum autem oſtendit per oppoſitum bona quæ in proſperitate ſua habuerat, & vt continuet ſe ad vltimo dicta capituli pręcedentis, ideo primo oſtendit ſe turpiter vilipenſum contra precedentes honores, & excellentias. Secundo omnibus bonis ſpoliatum contra abundantes diuitias, ibi. *Pharetram.* Tertio grauiter afflictum contra ſpirituales delitias, ibi. *Nunc autem.* Circa primum ſciendum quod ſecundum Philoſophũ 2. Rhetoricę: paruipẽſio iniuſta eſt cauſa irę, tanto autem eſt iniuſtior, quanto perſona uilipendens eſt vilior, & per conſequens ad ſuſtinendum grauior, propter quod ſanctus Iob oñdit ſe vilipenſum, etiam a vilibus perſonis. Primo propter defectum ętatis, dicens.

Diuiſio.

Philoſophus.

2 *Nunc autem derident me iuniores tempore.* Secundo propter defectum generis, di.

3 *Quorum patres non dignabar ponere cum canibus gregis mei*, i. ad cuſtodiam canum. Tertio propter defectum virtutis, dicẽs.

4 *Quorum virtus manuum erat mihi pro nihilo.* Quarto propter defectum mortis, dicens.

5 *Et vita ipſa putabantur indigni.* tanquam peſtiferi, & maligni. Quinto propter defectum victus, & veſtitus, dicens.

6 *Qui rodebant in ſolitudine ſqualentes calamitate, &c.* 7 *De conuallib. iſta rap.* q.d. De cibis tam vilibus adhuc ad ſufficientiam non habebant. Sexto pp defectum habitationis, dicens. In

MORALITER.

1 *Nunc autem deri.&c.* Deſcripto tempore pacis eccleſię, conſequenter hic ponitur lamẽtatio perſecutionis Antichriſti tpe, acſi iam præſens eẽt, ideo dicitur in perſona eccleſiæ. *Nunc autem derident me iuniores tempore.* i. hæretici illius temporis qui erunt ultimi.

3 *Quorum patres non dignabar ponere cum canibus gregis mei.* nã hæreſiarchæ non ſunt digni cum doctorib. eccleſiæ computari, quia nec vita ſunt digni.

† *Egeſtate & fame ſteriles.* propter defectum pabuli ſpiritualis. ſ. ſanæ doctrinæ, & euchariſtiæ.

6 *Qui rodebant in ſolitu.&c.* Nam hæretici vilib. pabulis. ſ. errorum doctrinis vtuntur, in locis ab eccleſia ſegregatis.

† *Qui de conual. iſta rapiens.&c.* Per conualles intelliguntur ſancti patres humiles, quorum verba male intellecta aliquando rapiunt hæretici ad confirmationem erroris ſui.

a ¶ Omnis præſens uita comparatione ſupernorum in imo eſt, in quo dum, vel paruum lucrum inueniunt, cum clamore currunt, inde litigantes, & ſpeciem ſuperductæ ſanctitatis rumpentes.

ualllibus ida rapientes, cum ſingula reperiſſent, ad ea cum cla

a ¶ Vnde: Aquæ furtiuæ dulciores ſunt.

more currebant. In † deſertis habitabant torrentium, & in 1

a ¶ Fluctuanter animos. b ¶ Etiam. c ¶ De quibus flendum eſſet.

cauernis terræ, vel † ſuper glaream. Qui inter † huiuſcemodi †

a ¶ Ignari ueri gaudii. b ¶ Quia vnde ſpinas perdendo alios portant, inde ſe per lætitiam iactant quaſi duces ad iuſtitiam. Vel, mali in his delectantur in quibus tamen punguntur aduerſis, quod a ſtultis dicerant. Vel, nullus eſt qui a conditione ſuæ fortunæ non diſcordet. c ¶ Propter ignorantiam.

lætabantur, & eſſe ſub ſentibus delicias côputabant. Filii ſtul 2 3

a ¶ Pro prauis operibus infamium. b ¶ E. ſi uideri appetunt, uel in eccleſia pro uilitate operum non parent Deo.

torum, & † ignobilium, & in terra penitus non parentes. 4 †

a ¶ Et qui prius quaſi uenerabantur dum ſpecie tenus eſſent in eccleſia.

Nunc in eorum canticum verſus ſum, & factus ſum eis pro- 5 6

¶ Exprobrando.

uerbium. Abominantur me, & longe fugiunt a me, & fa- 7 8

a ¶ Hoc ideo fit quia Deus.

ciem meam conſpuere non uerentur. † Pharetram enim 9

a ¶ Plus autem dolemus quod ab his patimur, in quibus fidebamus.

ſuam aperuit, & afflixit me, & frenum poſuit in os meum. 10

clamoribus currunt: quia omne quod ſentiunt, appetitu lau
A dis ad aures hominum diffamare conantur.

Hæc omnia ſunt de hæreticis, uel de aliis carnalibus quæ intus premunt.

a *In deſertis habitabant torrentium*. Inuentores peruerſorum dogmatum torrentes dicit, qui a calore charitatis frigidi, quaſi in torpore t'pis hyemalis excreſcunt: ſed catholicorum allegationib. quaſi æſtib. ſolis exiccantur. Hi ergo qui illorum ſequuntur errores, in deſertis habitant torrentium. Inuẽtores quidẽ per ueritatem extincti ſunt, ſed diſcipuli quæ illi docuerunt, adhuc defendunt. Vel torrentes sũt ſancti pcones quorum deſerta ſunt terrena quę mali amant.

¶ fractura. † petras (aut petrarum) † nullius nominis abiectiores quam terra.

B ✠Cat Grec. inſurrexerunt in me fures, quorum domus erant foramina petrarum.

b *Et in cauernis terræ*. Hæretici.n. clandeſtinis conuenticulis coeunt, vt errori ſuo reuerentiam quam ex ratione non ualent, præbeant ex occultatione. vnde. Aquæ furtiuæ dulciores ſunt. Prou. 9. d.

Vel, cauernæ ſunt cogitationes malæ, ubi hypocritæ latẽt: glarea uita præſens quæ ſemper impellitur, cui inhærentis in ſuperficie glareæ pes ponitur, ſed ad ima labitur: ſic pro amore mundi, qui uel licita agit, uſque ad mala deſcendit.

c *Vel ſuper glaream*. Glaream minutiſſimos lapides dicimus, quos aqua fluuialis trahit. Hæretici ſuper glaream habitant, quia illas hominum mentes trahunt, quæ nulla ſtabilitatis grauitate ſolidantur. Glarea.

d *Qui inter huiuſcemodi læta*. Nomine ſentium punctiones ſignificat peccatorum. Peruerſę autem mentes gaudent in iniquitatib. quas flere deberent, unde Salomon. *Qui lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis*. Quia nimirum attendunt tranſitoria quæ percipiunt, & intueri negligunt permanentia bona quæ perdunt. unde & aperte ſubiungitur. Prou. 2. c.

e *Et eſſe ſub ſent. bus, &c*. De rebus quidem temporalibus gaudent, ſed tamen dum diſpenſare eadem ſine tribulatione nõ
C valent, ea cura punguntur miſeri qua pmũtur. Et hoc eſt qđ ait

D ait Ieremias. *Inebriauit me abſynthio*. quia humanum genus etſi amara multa recipit, tamen ut ebrius non intelligit, quæ patitur, ſed gaudet quaſi in bonis adeo terrenis inhians, unde Oſee. *Ephraim uitula docta diligere trituram*. quia etſi quando libere poſſet uacare a laboribus mundi, ex uſu tamen ad eũdẽ laboris uſum etiã non compulſa reuertitur, ita ut aſſueta. fatigationibus a iugo ſeruitutis mundanæ ceſſare non libeat etiam ſi liceat. Oſee 10

f *Filii ſtultorum, & ignobilium*. Eorum filii qui fuerunt errorum magiſtri, qui docẽdo peruerſa ſtulti per ignorãtiam uiuẽdo nequiter, ignobiles per actionẽ, quia a terra uiuentium extorres facti ſunt.

† arbuſta giebant, ter congregatur. † in nem.

g *Nunc in eorum canticum, &c*. Eccleſię tẽpus exprimitur, quo publice a reprobis irridetur.

E ¶ Funem ſuum, meum uit.

h *Et factus ſum eis in prouerbium*. Prauis prouerbium efficietur, qa cum bonos mori per tormenta conſpiciunt, ab eis ſimilitudinem maledictionis ſumunt, dicentes. Sit uenia tibi ſicut illi trucidato.

i *Abominantur me, & longe fugiunt a me*. Longe ab eccleſia fugiunt iniqui, non paſſib. greſſuum, ſed qualitatib. morum. Faciem autem eius conſpuere, eſt iuſtos etiam in præſenti cõfutare, & in eorum contumelias fluxa uerba quaſi defluentes, ſaliuas mittere. Sed qa eccleſia ſancta ſcit bona ſua miſericordiæ redẽptoris, ſcit mala ſua iuſtitiæ iudicis tribuere. Sequit.

K *Pharetram.n.ſu.a*. Per pharetram occultum Dei iudicium deſignatur. Cum ergo dominus peccata uidet, & tamen manum ad uindictam non commouet, quaſi clauſam pharetrã tenet, ſed feriendo indicat, quantum ei in nobis diſplicuit, quod diu uidendo tolerauit.

Pharetram cõſilium occultum. unde ſagittam. i. apertam ſententiam emittit. Quod flagellatur homo, uidemus: ſed nõ ex qua cauſa, ſed in correptione uirtus conſilii aperitur.

l *Et frenum poſuit in os m*. Sancti quippe doctores dum corda reſiſtẽtiũ relicta diuinitus uident, afflicti gemẽteſq; conticeſcũt, ne loquant' indignis, qui & deteriores fierent. Parcit malis tacendo, quib. tamen uitam ſuam per patientiã ſuadet. F

a *Ad*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *In deſ. hab. & c*. Propter defectum domorum.
2 *Et eſſe ſub ſen*. i. ſub frutetis paruis, & vilibus. protecti ab eis contra intemperiem aeris.
3 *Deli. com*. Quia melius refugium non habebant, & vtilitatem originis repetit, dicens.
4 *Filii ſtul. & igno*. i. nullius apparentiæ, aut reputationis.
5 *Nunc in eo. can*. Quia cantabant cantilenas de aduerſitatibus Iob factas.
6 *Et fa. & c*. Quia loquendo de miſeriis quibuſcunque ponunt me in exemplum.
7 *Abominan. me, & c*. Propter fœtorem vlcerum meorum.
8 *Et faciem meam con. non ue*. In maximum contemptum, ad hoc.n. induxerat eos diabolus, vt propter percuſſiones ipſius Iob, reputarent eum hominem a deo maledictum, & propter hoc ab hominibus contemnendum.

*Tha-*

9 *Pharetram.n.ſuam*. Hic conſequenter oſtendit ſe omnibus bonis temporalibus denudatum contra præcedentes diuitias, dicens. *Phare.n.ſuam aper*. tunc enim dicitur Deus pharetram ſuam contra Iob aperuiſſe, quando dedit diabolo licentiam percutiendi eum in bonis exterioribus, & in prole, quaſi quibuſdam ſagittis de pharetra diſpoſitionis diuinæ extractis.
10 *Et frenum po. in os me*. Quia ex dictis percuſſionibus non eſt effeminate locutus, vt habetur ſupra 2. capitul. In omnibus his non peccauit Iob labiis ſuis. Vel poteſt referri ad augmẽtum ſuæ calamitatis, eo quod ſanctus Iob non habebat libertatem reſpondendi maledictis ſuis. Prima autem percuſſio diaboli in bonis Iob fuit per Sabæos tollentes boues, & aſinas, vt habetur ſupra 1. c. qui Sabæi habitabant verſus meridiem reſpectu ipſius Iob, qui habitabat verſus orientem, vt habetur ſupra 1. c. *Eratque uir ille magnus inter omnes orientales*. & hoc eſt quod dicitur.

*Ad*

## MORALITER.

1 *In deſertis hab. torr*. i. in conuenticulis hæreſiarcharũ. Qui torrentes dicuntur, quia torrens eſt aquæ fluxus violentus: ipſi uero ad hæreſim ſuam confirmandam trahunt aquam ſcripturæ ſacræ repugnantem.
† *Vel ſuper gla*. Glarea in vna ſignificatione idem eſt quod immunditia ſtans in ſuperficie aquæ: aliqui.n. ſtant in hęreſibus propter immunditias carnis, quas hæreſiarchæ dicunt eſſe felicitas, & in talib. delectantur, quamuis mala ſint ſimpliciter, & ab eis conſcientia mordeatur.
4 *Filii ſtultorum, & ignobilium*. Nam hęreſiarchę defectũ ſcientię patiuntur, atque morum.
† *Et in terra penitus non parentes*. ſ. inter bonos.
5 *Nunc in eorum canticum uerſus ſum*. Quia publice me deridens.
7 *Abominantur me, & c*. Quia dicent eccleſiam lepra peruerſæ doctrinę corruptam, iſta vero permittet Deus ad meritũ patientię electorum, ideo ſubditur.
9 *Pharetram.n.ſuam aperuit*. i. conſilium quo me affligi diſpoſuit, oſtendit.
10 *Et frenum poſuit in os meum*. Tunc.n. doctores eccleſię non permittentur docere.

*Ad*

a *Ad dexteram orientis cala.* Redemptor noſter oriẽs dicitur.
A Nã quia ab oriẽte lux ſurgit, recte oriẽs dicitur, cuius iuſtitię lumine nox noſtrę iniuſtitiæ illuſtratur. Ad oriẽtis ergo dexteram calamitates ſurgunt. Quia hi quoque ad perſecutionẽ proſiliunt, qui electi ad dexterã futuri credebãtur. Et illico recte aſſerit ſurgere, quia dum non erant extranei qui perſequuntur, ab eis repente mala & illico fiũt. Si vero dextera veraciter fideles appellantur, calamitates ad dexteram orientis ſurgunt, quia erumpẽte perſecutione prauorum impetus iuſti patiuntur.

* Nicetas. Quando rerum vbertate florebam, in me inuaſerũt, aut iuſta mea facinora inſectantur.

a b Ad dexteram † orientis † calamitates meæ illico ſurrexe- 1
c d runt. Pedes meos ſubuerterunt, & † oppreſſerunt quaſi flu- 2
e ctibus † ſemitis ſuis. Diſſipauerunt itinera mea, † inſidiati 3 4
a Quia Deus ad tempus reliquit vt probet.
f ſunt mihi, & præualuerunt, & non fuit qui ferret auxilium. 5 6
a ¶Vel murus est munitio diſciplinæ.
g h Quaſi rupto muro, & aperta ianua irruerunt ſuper me, & ad 7
i K meas miſerias deuoluti ſunt. † Redactus ſum in nihilum. 8
l Abſtuliſti quaſi ventus deſiderium meum, & velut nubes 9
a In futuro virideſcet ſeipſam tranſiens.
m n pertranſijt ſalus mea. Nunc autem † in memetipſo marce- 10
a Poſt erunt dies lætitiæ.
o ſcit anima mea, & poſſident me dies afflictionis. Nocte † os 11 12

† LXX. & viã fecit in me, ſemitas perditionis eorum † vt calamitate afficeret, promouerunt * eis † verſi ſunt ad me terrores pſequuti ſunt ſicut vẽtus animum meum ſpontaneum † contra me vertit ſe, † oſſa pluraliter

Allegori.

b *Pedes meos ſub.* Per pedes eccleſiæ extrema illius mẽbra ſignantur, quæ dũ ad opera terrena deſeruiunt, tanto celerius falli poſſunt, quanto ſublimia minus intelligunt.
B * Cat. Græ. pedes ſuos extendit, & vias fecit ſuper me, ſemitas perditionis eorum, attritæ ſunt ſemitæ meæ, exuit me ſtola mea. Iaculis ſuis ſagittauit me, vſus eſt aũt me, ſicut voluit, in dolorib. cõcretus ſum, redeunt aũt mihi dolores, abiit ſpes mea, ſicut ſpiritus, & ſicut nubes, ſalus mea.
c *Et oppreſſerũt quaſi fluctibus ſemitis.* Aduerſariorũ ſemita fluctibus cõparatur, quia vita prauorũ inſolenti inquietudine moleſta ad obruendam (vt ita dixerim) nauem cordis quaſi tempeſtas illabitur.
d *Diſſipauerunt itinera mea.* Dicat hoc beatus Iob de malignis ſpiritibus: Dicat eccleſia de perſequentibus, qui eius itinera diſſipant, dum in quorundam infirmorum mentibus veritatis viam ſqualida perſuaſione perturbant.
e *Inſidiati ſunt mihi & præualuerunt.* Inſidiantes præualent, cũ eos quos aperte ad malum trahere nequeunt, ſimulando bona peruertunt.
f *Et non fuit qui ferret auxilium.* Plerumq; iuſti tribulatione deprehenſi tardari manũ ſubuenientis ęſtimant, cum ſe perſequentium immanitas paulo longius anguſtiat, & concita quidem ſunt ereptoris remedia, ſed tarda dolori videntur.
g *Quaſi rupto muro.* Redemptor nobis eſt murus, q ad corda noſtra pungere malignorũ ſpirituũ curſum vetat: ſed quaſi murus rumpitur, cũ prauorũ perſuaſionibus fides, quæ in redemptore noſtro eſt, in quorundam cordibus diſſipatur,
C quicquid fit, quia datur a Deo poteſtas inimicis.

h *Et aperta ianua irruerunt ſuper me.* Cum peruerſis in hac vita D
poteſtas tribuitur, quid aliud quã ianua erroris aperit? Quaſi rupto muro & aperta ianua ſup bonos mali irruũt, cum accepta tẽporaliter poteſtate peruerſi, ipſa quoq; in quorundam corde deſtruere minima fidei conantur.
i *Et ad meas miſerias deuo ſunt.* Reprobi per ſuas & ad noſtras miſerias reuoluũtur, quã do ad ea mala, in qb. ipſi implicati ſunt etiã quoſdam nobis vnitos trahunt.
K *Redactus ſum in nihilum.* Apud æſtimationem malorum in nihilo redigimur, quando ea quæ quaſi ſumma diligũt bona temporalia, non tenemus. Talib. nihil eſt quicquid de virtutib. bonorum vident. Et ſi quando ęterna cogitant, delectatio tranſitoria tollit. Hæc omnia quæ allegorice ſunt dicta, & ſecundum hiſtoriam accipienda ſunt, quod eſt planum.
l *Abſtulit quaſi ventus deſide. m.* Fidelis populus ſe pati denuntiat, quod eos quos diligit, pati dolet. Ventus ergo deſideriũ tollit, cum res quælibet tranſitoria ęternitatis appetitum deſtruit.
E ⁜ Caten. Graeca. In multo robore apprehendit veſtimentum meum, ſicut periſtomium circumplexus eſt me.
⁜ Nicetas. Tranſlata vſus eſt oratione. Nam qui periſtomio cuiuſdam collum conſtringunt, ſuffocant illum & ſtrangulant, ſic Deus Iobum tam arcte complexus eſt, quaſi comprimeret & ſtrangularet.
m *Velut nubes pertranſiit.* Nubes in alto eminet, ſed hanc ad curſum flatus impellit. Salus ergo vt nubes tranſit, quia per uerſorum gloria quo alta eſt, fixa non eſt. Expletis deſideriis & actibus infirmantium, ad vocem electorum redit.
n *Nunc autem in memetipſo.* In nobiſmetipſis nunc anima noſtra marceſcit & afficitur, ſed in deo reſoluetur: tantoq; a viriditate gaudij longe fit, quanto adhuc autoris lumine repulſa ad ſe recedit.
Quia tempore vltimę perſecutionis plures caden t, pauci ſtabunt, ideo hic pauca de bonis, plura de peruerſis dicit, vnde mox ad corruentes redit.
o *Nocte os meum perfo. dolor.* Sic ſua dicit, vt & cadentibus cõgruant, quia ſancti viri corpus per ſinus vlcerum ſcaturiens, vermium multitudo lacerabat. Eccleſiæ autẽ os nocte perforatꝰ doloribus, quia tribulationis tenebris preſſi, afflictione ſancti F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Ad dexteram *idest, verſus meridiem quæ eſt dextera pars noſtræ habitationis, vt dictum eſt ſuprà 24. cap.*
2 Orientis calamitatis meę. *Quia inde ſurrexit principium percuſſionis ſuæ, vt dictum eſt.*
3 Pedes meos ſubuerterunt. *ideſt, proceſſum proſperitatis meę. Secunda verò percuſſio fuit ab igne de cælo deſcendente, oues ſuas & pueros conſumente, & hoc notatur cum dicitur:*
4 Oppreſſerunt quaſi fluctibus ſemitis ſuis. *Quia ignis de cælo deſcendens, procuratione dæmonum flammis operuit oues & pueros ad modum fluctuum. Tertia percuſſio fuit in raptu camelorum a Chaldæis, & quantum ad hoc dicitur:*
5 Diſſipauerunt iti. mea. *quia cameli per vias portant onera.*
6 Inſidiati ſunt. *Quia Chaldæi fecerunt tres turmas, vnam ad rapiendum camelos, alias duas ad inſidiandum & præſeruandum, ne aliquis poſſet impedire prædam eorum. Quarta verò percuſſio fuit in pueris Iob in domo primogeniti oppreſſis, quod notatur cum dicitur:*
7 Quaſi rupt. &c. *Quia Sathan per ventum vehementem concuſſit quatuor angulos domus, et oppreſſit filios & filias ipſius Iob, ideo ſubditur:*
8 Redactus. *quia non apparebat vltrà ſpes relinquendi poſt ſe filium.*
9 Abſtulit quaſi deſiderium meum. *Naturale enim deſiderium hominum eſt relinquere poſt ſe prolem, in qua quodammodo maneant, vt habetur 2. de Anima. & 2. Reg. 7.* Philoſophus.
10 Et velut nubes pertranſijt ſalus mea. *ideſt, ſtatus proſperitatis meæ tam in bonis exterioribus, quàm in prole.*
11 Nunc autem in memet. *Hic conſequenter Iob oſtendit ſe grauiter afflictum in corpore contra delicias contemplationis diuinæ, quas perfectius habuerat in quiete proſperitatis ſuæ, & hoc eſt quod dicitur:* Nunc autem in memetipſo marceſcit anima mea. *dolore partis ſenſitiuæ a contemplationis dulcedine impedita, ſicut dictum eſt cap. præcedenti.*
12 Nocte os meum. *dolores enim corporis de nocte aggrauantur, & ideo dicit quod in eo aggrauabantur, ſic quòd pertingebant vſque ad oſſa.*

Et

## MORALITER.

1 *Ad dexteram orientis.* ideſt, ad electos Chriſti dextra reponendos, repente perſecutiones conſurgent.
5 *Diſſipauerunt itinera, &c.* ideſt, proceſſus ad multiplicandum fideles ſana doctrina.
† *Et non fuit qui fer. &c.* quia tunc Chriſtiani principes iuuare non audebunt fideles. ideo ſubditur:
7 *Quaſi rupto muro.* ideſt, omni defenſione ſublata.
9 *Abſtulit quaſi ven. deſi. me.* ideſt, Chriſti cultum, qui dicitur deſiderium gentium, Aggæi 2.
11 *Nunc autem in memetipſo marceſcit anima mea.* omni conſolatione remota.
12 *Nocte os meum perforatur doloribus.* Nam in nocte illius tribulationis doctores eccleſiæ prę cęteris affligentur.

† *Quaſi*

A ne ſancti terebrantur, ut & ipſi qui in ea habebant uigorem fortitudinis, quaſi iam quoddam habeant foramen timoris.
a *Et qui me co.* Quia maligni ſpiritus qui carnales de Eccleſia conſumunt, tanto magis quieſcere a tentatione neſciunt quanto nullo carnis pondere grauantur.

g *Et in du.ma.tu.e.* Manus Dei dicitur tunc uoluntati noſtræ contraria, cum quod ei in nobis diſplicet, feriendo perſequitur. D
h *Eleuaſti me, & quaſi.* Quia præſentis uitæ gloria quaſi in alto cernitur, ſed nulla ſtabilitate ſolidatur, velut eleuatus ſuper ventũ ponitur, qui proſperitate trãſitoria lætatur. Quæ uerba perſonæ Iob congruunt, non ad id quod erat, ſed ad id quod eſſe uidebatur. Neque.n. hunc caſum in mente pertulit, q̃a nulla aduerſitas deiecit, quem proſperitas nulla corrupit. Etiam in eccleſia infirmi qui tranſitoriis ſucceſſionib. lætantur, ſuper vẽtum uidentur leuati: ſed perſecutionis tempore dũ proſperitatis aura pertrãſit, eorũ prinus eleuatio corruit.

a meum perforatur doloribus, & † qui me comedunt, non dor- 1 2
a ¶ Graues ſunt, & multi.
b miunt. In multitudine † eorum conſumitur veſtimentum 3
a ¶ Si qui malint mori quam tacere, uiles habentur.
c d meum, & quaſi capitio tunicæ ſuccinxerunt me. † Compara- 4 5
a ¶ Ideo opto mutari, ſed quia Deus differt, ideo gemo.
e tus ſum luto, & aſſimulatus ſum fauillæ, & cineri. Clamo ad 6 7
f te, & non exaudis me: ſto, & non reſpicis me Mutatus es mi- 8 9
a ¶ Diſtricte ferientem, nec parcentem culpæ.
g h hi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduerſaris mihi. Ele 10 11
a ¶ Eleuatio temporalis, & fugitiuæ felicitatis ad hoc ſolum fit, vt ſubito deterius ſternat in infimis, Iob eſſe, viſa eſt, in alienis oculis, in infirmis vere eſt.
uaſti me, & quaſi ſuper ventum † ponens, eliſiſti me † vali- 12 13
i de. Scio quia morti † trades me, vbi conſtituta eſt domus om- 14 15
a ¶ Aeternaliter. b ¶ Dum hoc non de ſe, ſed de aliis ſubdidit, quod multorum perſonas in ſe ſignificet oſtendit.
k ni uiuenti. Veruntamen non † ad conſumptionem eorum 16 17
a ¶ Plus eſt de ſeipſo dare quam de ſuis. 18
l emittis manum tuam, & ſi corruerint, ipſe ſaluabis. Flebam 19

† roboris. † pulſus non requirunt. † Proieci in lutum eſt timor eut puluis cinis. -& quaſi. † trades. † in tumulum ſepulchri mitter manum, non in deſtructione eius quæ euenict, erit clamor. † equitasti me ... eum, & cisti a ... pientia ualde.

c *Si adue. me.* Ad maiorem oſtenſionem ſuæ perfectionis, ad vltimum imprecatiuam conditionem ponit. Quia hoc ad literam non poteſt, myſtice debet intelligi. Omnis qui iura regiminis in commiſſis fidelibus poſsidet, quid aliud quàm terram incolendam tenet? Sed terra contra poſſeſſorem clamat, cum contra eum qui præeſt aliquid iuſtum, vel priuata domus, vel ſancta Eccleſia murmurat, quæ quantum ad rudes, & nullis operibus excultos terra dicitur.

Myſtice.

⁂ Nicetas. Imperfecta oratio, ac pendens: dicit enim. Hæc patiar mala, ſi in cuiuſquã poſſeſsione p̃datus ſum, vt illũ cogerẽ ingemiſcere, neq; ſulcos alterius ad meos adiũxi, vt ij, a q̃bus eſſent erepti, ploratũ ederent vllũ, ſed neq; terrã meã quiſquam coluit, qui nõ eſſet pretio conductus, ne forte eum cachinnis vexarem ſi ipſius operam mercede ſpoliaſſem.

d *Et cum ip. ſul.* Sulci dicuntur hi qui ad audiendum, atque retinendum, ſanctis prædicationibus intenti, a priore mentis duritia, quaſi quodam vomere linguæ ſciſsi, ſemina exhortationis accipiunt, qui vomere lectionis attriti, cum grauati in

C minimis innocentes aſpiciunt per compaſsionem ad lamenta vertuntur. Si ergo qui præeſt peruerſe in ſubditis agit, & rudes contra eum clamant, & perfecti deflent.

e *Si fructus eius comedi.* Qui pręeſt, & ſubeſt inuicẽ ſerui ſunt: ſi hic obtẽperat, ille ſolicite p̃uideat. Et fructus eius comedi abſq; pecunia. Fructus abſq; pecunia comedere, eſt ex Eccleſia ſumptus accipere: ſed eidẽ Eccleſiæ prædicationis pretiũ non præbere. Iob fructus terræ abſq; pecunia non comedit: quia ſubditis verbum admonitionis reddidit, a quibus fructus corporeę ſeruitutis accepit. D

Alleg.

⁂ Nicetas. Nunquam alieni ſoli fructus comedit, non prius p̃ſoluto pretio.

f *Animam agricola. eius af.* Animas agricolarũ affligit rector Eccleſiæ, ſi alijs recte prædicãtibus inuidia ſe mordente contradicat. Et animã agri. eius. Aliqñ rector Eccleſiæ, dum ſibi ſoli ius vendicat, alijs recte prædicantibus per inuidiam contradicit: ſed pius paſtor qui non ſuam gloriam quærit, ab omnibus vult adiuuari. Si inquam hoc, vel illud feci, pro frumento, i. maioribus bonis tribulus mala minima, pro hordeo, i. pro minimis bonis, ſpina, maiora mala. Tribulus enim mollior, ſpina ad pungendũ eſt durior: & eſt breuiter dicere: Si hoc, vel illud feci, pro bonis quę in æternũ reficiũt, retribuãtur mihi mala quę pungũt. Vel in frumẽto, ſpirituale opus quod mentẽ reficit. in hordeo, terrenarũ rerum diſpenſatio figuratur: in qua quaſi iumentis carnalibus alimenta paramus, quæ etiam habet aliquid paleæ admiſtũ. Hoc autem frumentum, & hordeum ſerit, aliquando etiam ille rector, contra quem terra clamat: Sed ſubditi qui in pluribus grauantur, illa pauca bona quæ aliquo modo polluuntur, bona non putant. Dicit ergo: Si magna quæ debui non feci, punctiones murmuris a ſubditis recipiam, etiam de bono quod feci. Curandum eſt ergo prælaris ne dent exemplum mali, & ſubditis, ne facile iudicent facta prȩlatorum, contradicentes ordinationi Dei qui illis poteſtatem dedit, ſicut ſcriptum eſt: *Omnis poteſtas a Domino Deo eſt.* De iſtis vero ſcriptum eſt: *Obedite præpoſitis veſtris*, ne de vobis dictum ſit illud: *Et murmurauerunt, & a ſerpentibus perierunt.* De illis ergo: *Gloria eius quaſi flos fœni.* E

* fin e verb:

Ro... He... 1.C... 1.I...

F g *Pro frumento.* Pro frumento quippe tribulus, & pro hordeo ſpina oritur, cum in retributione vltima in qua remuneratio laboris quæritur, punctio doloris inuenitur.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Per ſingulos gradus meos. *Id eſt per omnes proceſſus meos.*
2 Pronuntiabo il. *ad Dei gloriam. ideo ſubditur.*
3 Et quaſi principi offeram eum. *quia de omnibus bonis humanis gloria Deo eſt attribuenda.*
Diuiſio 4 Si aduerſum me terra mea. *Hęc eſt decima pars in qua oſtendit ſe immunem a peccato cupiditatis, quod apparet vitium quando homo de terra vult extrahere fructus exceſſiuos. Quod fit dupliciter. Vno modo quando nimis continue colitur, & non permittitur quieſcere: & hoc excludit a ſe dicens* Si aduerſum me terra mea clama. *id eſt ex opere oſtendit quaſi ſe afflictam de nimia cultura. Alio modo quando ſubtrahitur merces debita agricolis: & quantum ad hoc dicit:* Si fructus eius comedi abſque pecunia: *& ſubditur conueniens pœna:* Pro frumento oriatur mihi tribulus, &c.

CAP.

## ADDITIO I.

In cap. 31. dicitur in poſtilla: *Si non dixerunt viri tabernaculi mei,* id eſt, domeſtici mei.

Valde improprie dici videtur, quod illi qui deſiderant ſocietatẽ alicuius, dicuntur deſiderare refici de carnibus eius. Sed hoc dictũ aliter vr̃ exponendũ, ſ. quod Iob ſic erat amator, & recollector peregrinorũ, quod oẽs recolligebat in domo, nec permittebat quod aliquis peregrinus maneret extra. de quo dicit; *Foris non manſit peregrinus.* Similiter nec volebat quod viatores haberent aliquod impedimentũ ne intrarẽt in domum ſuam. de quo dicit: *Oſtium meum viatori patuit:* in quo tñ excedebat, quod domeſtici, & ſeruitores ſui fatigati a frequẽti ſeruitio peregrinorũ, & extraneorũ, videntes quod magis curabat de recollectione, & refectione extraneorũ quã de domeſticorũ quiete, & refrigerio, quaſi habebãt eum in odium deſiderãtes ab eo vindicari. vnde dicebãt; *Quis det de carnibus eius, vt ſaturemur*: ſicut cõſueuit eſſe multoties, ꝙ cũ paterfamilias vr̃ excedere in benefaciendo alienis, domeſtici ꝓprij de hoc murmurãt, quaſi ꝑ illũ modũ quod legit̃ Matt. 22. b. de operarijs cõtra patrẽfamilias murmurantibus, eo ꝙ pares fecerat eos q̃ minus laborauerãt his q̃ portauerãt põdus diei, & ęſtus: vnde & in ꝓpoſito familiares domeſtici per amplius excitabantur in odiũ patrisfamilias, cum extraneos tantũ foueret, vt proprij fatigarentur. Et ſecundum hanc expoſitionem cum dixiſſet: *Si non dixerint viri tabernaculi mei: quis det de carnibus eius, vt ſaturemur*, quaſi reddens cauſam immediate ſubdit: *Foris non manſit peregrinus.*

## ADDITIO II.

In eod. cap. 31. vbi dicitur in poſtilla. Circa primum dicit: *Si expaui ad multitudinem nimiam.*

Vbi dicitur: *Si expaui ad multitudinem nimiam, &c.* In Hebræo habetur: *Si expaueſcere feci multitudinem nimiam, & deſpectio cognationum terruit me, & non magis tacui.* Cuius ſenſus eſt, quod Iob in hoc loco excuſabat ſe ab acceptione perſonarum, intantum quod multitudinem nimiam a qua ſolent quandoq; iudices terreri, cum iuſtitia hoc ſuaderet, expaueſcere faciebat: & tamen cum contigiſſet ꝙ aliquis deſpectus cognationum, ſcilicet qui magis cõtemptibilis erat in cognatione aliquid iuſtum pro ſe allegaret, terrebat eum de quo dicit: *Deſpectio cognationum terruit me*, intantum quòd tacebat, aſſentiendo iuſtitiæ, de quo dicit: *Et non magis tacui*, neque audebat contra eum procedere, de quo dicit; *Neque egreſſus ſum oſtium, &c.*

Replica. In cap. 31. vbi poſtillator diſtinguit decẽ partes ſm̃ decẽ vitia a q̃b. Iob ſe excuſat i ea parte qua dr̃; Si nõ dixerint viri tabernaculi mei: Quis det de carnib⁹ ei⁹, vt ſaturemur, ſe excuſat

excuſat a vitio inhumanitatis q. d. ita fui humanus domeſticis, vt ĕt carnis, i. corporis mei, iugĕ affectarĕt pſentiă pro ſui refectione, i. cōſolatione. Burgĕ. aũt hāc expoſitionĕ dicit impropriă, volens quod hęc verba dixerũt famuli ſui ex odio in vim vindictę Sed certe magis eſt impropria vindicta p Burg. ficta, q; qs ex odio velit carnes humanas deuorare. Tũ ĕt quia verba illa nō ſonāt in excuſationĕ Iob, ſicut patet p totũ cap. ſed potius in accuſationĕ, quaſi ſuis fuerit adeo inhumanus, put Burg. exponit, vt ex odio affectarĕt eius carnes mãducare. Nec eſt veriſimile, q; ſanctus vir opere pietatis fouĕdo peregrinos, & aduenas vſq; ad tantă domeſticorum fatigă proceſſerit, vt carnes eius ex odio affectarĕt. Tum quia dr̃ ſupra cap. 1. erat ipſi *Iob familia multa nimis*, & per conſequens nō ſic faciliter fatigabilis, vbi vna familia per aliă potuit ſubleuari. Tum quia ita heroicus fuit vir iſte, vt etiă a Deo meruerit ſic ſingulariter cōmendari, vt patet cap. 1. non eſt veriſimile ꝑpter connexionem virtutum vitium inhumanitatis tantæ in eo fuiſſe, cum ſecundum Philoſophum bonum tantum vno modo fiat, id eſt cum aſſiſtentia omnium virtutum moraliũ, & circumſtantiarum earundem: & in fine huius capit. dicit ſe non fuiſſe onerosum terræ in nimia eius cultura, dicēs: *Si aduerſum me clamat terra, &c.* Qui igitur terræ inſenſibili ſecundum illum ſenſum onerosus non extitit, cōſequens eſt, quòd rationabili familiæ moleſtus nō fuerit: ſed et quād in humanitate pepercit: Nec eſt veriſimile Sanctum Iob ſcienter ſuſtinuiſſe iniquam familiam, quæ ex odio ſuam expeteret carnem deuorandam: qui enim erat omnium conſolator, vt dicitur in litera, quomodo familiæ ſuæ vſque ad odium ſui fuiſſet oppreſſor? Nec opinabile eſt familiam ſuam tantum poſſe concipere contra eum odium, qui vt dicitur in hoc capit. cum ſeruo non contempſit ſubire iudicium. Ex his omnibus patet Burgen. deliramentum.

## CAP. XXXII.

a *Miſerunt au. tres.* ⁜ Nicetas. Elius Iobum iuſtum agnoſcit, tres amicos reprehĕdit quod ſcelerũ illũ dare pęnas diceret. ſed Iobi mentĕ nō aſſequutus eũ arguit, qđ ad Deũ iudicĕ ꝑuocauit.

Tādĕ qa Beati Iob plenas myſtica virtute ſententias, in quibus contra amicorum verba reſpondit digeſſimus, nunc ſupereſt, vt ad Eliu verba veniamus: quæ tanto grauiori circumſpectione penſanda ſunt, quanto & per iuuentutis audaciam ſpiritu ferventiore proferuntur.

## C A P. XXXII.

a Miſerunt autem tres viri iſti reſpondere Iob, 1
a ¶Tribus: non ſibi Iob quaſi tumido.
eo quòd ſibi iuſtus videretur. Et iratus in-
b dignatuſque eſt Eliu filius Barachel Buzites
de cognatione Ram. Iratus eſt autem ad-
c uerſus Iob, eo quòd † iuſtum ſe eſſe diceret coram Deo. Porro aduerſum * amicos

† iuſtum dicere ſe eſſe animã ſuam magis, quam Deum. * tres

Beatus Iob Deo ſoli ſibiq; cognitus, in trãquillitate ad noſtrã notitiă perducendus, tactus eſt verbere, vt odorem ſuarũ virtũ tanto latius ſpargeret, quãto more aromatum melius ex inceſſione flagraret. Nouerat in bonis pie ſubditos regere, & a malis ſe diſtricte cuſtodire. Nouerat bene vti rebus habitis, ſed neſciebamus ſi patiĕs maneret ipſis ablatis. Nouerat quotidiana Deo ꝑ ſanis pignoribus ſacrificia ſoluere, ſed incertũ erat ſi ei gratiarũ ſacrificiũ ĕt orbatus immolaret. Ne qđ ergo vitij ſalus tegeret, dignũ fuit, vt hoc dolor aperiret. Data itaq; eſt cōtra ſanctũ virũ hoſti callido tentandi licentia, qui dum bona eius multis cognita modis interimere appetit, ĕt bonũ patientiæ quod latebat oſtendit. Nam combuſſit greges, extinxit familias, obruit hæredes, percuſſit ſalutem corporis, & ad intorquendũ grauioris tentationis iaculum, linguă ſeruauit vxoris, vt ſancti viri forte, ac ſolidum pectus, & per damna rerũ dolor ſterneret, & per verba coniugis maledictio pforaret. Sed quot vulnera ſæuiens intulit, tot ſancto viro neſciens victorias miniſtrauit. Amici vero eius q. quaſi dũ conſulũt, inuehũtur, hęreticorũ figuram exprimunt, qui ſub ſpecie cōſulendi agũt negotiũ ſeducĕdi. vnde & ad Beatũ Iob dum pro Domino verba faciunt, a Domino reprobantur; q̃a oĕs hęretici dũ Deum defendere nituntur, offendũt. vnde & eis apte a Iob dr̃; *Diſputare enim cum Deo cupio*, prius vos oſtendens fabricatores mendacij, & cultores peruerſorum dogmatum. Conſtat ergo eos hæreticorũ typũ gerere, quos ſãctus vir redarguit cultui peruerſorũ dogmatũ deſeruire. In tribus itaq; amicorũ Iob nominibus, tres in hæreticis pditionũ caſus exprimuntur. Niſi enim Deũ contemnerent, nequaquã de illo peruerſa ſentirĕt: & niſi vetuſtate ſe cōtraherĕt, in noue vitæ intelligentia nō errarent: & niſi ſpeculationem bonorũ deſtruerent, nequaquam eos ſuperna iudicia tã diſtricto examine ꝑ verborũ ſuorũ culpa reprobarĕt. Contĕnĕdo igit̃ Deũ in vetuſtate ſe retinĕt, & in vetuſtate ſe retinendo prauis ſuis ſermonibus ſpeculationi rectoris nocĕt. D

b *Et iratus indignatuſque eſt Eliu.* Eliu Deus meus iſte, vel Deus Dominus interpretatur, per quem recte fides deſignat̃ arrogantium intra Eccleſiam poſitorum: quia Deum Dominum confitentur. Barachel benedictio Domini: Buzites contemptibilis, quod arrogăter prædicătibus cōgruit: qa in prædicationis facundia benedictionem diuinæ gratiæ percipiũt: ſed in elatis moribus eſſe eam contemptibilem oſtendunt. Ram, excelſus. Excelſus namq; eſt fidelium populus, qui huius vitæ infima, & abiecta contemnit. Eliu itaq; de cognatione Ram dicitur, quia vnuſquiſque arrogans prædicator intra Eccleſiă poſitus, ſanctis populis fidei veritate ſociatur, quamuis ab eorum vita elationis prauitate diſiungitur. E

Eliu affinis ſpeciilius deſcribitur.

⁜ Nicetas. Buzites dictus, ſeu quod Buzi, vnde orta eſt Ram, cognatione tenebatur, ſeu, quod id nomen a quadă ꝓuinciæ Auſitidis vrbe inuenerit. Sane illud nobis compertum eſt, Nachor Abrahami fratrem, ſecundum è Melcha filium ſuſcepiſſe, qui ſit Buz appellatus: forte inde Elius genus ducit.

c *Iratus eſt au. ad Iob.* Vanæ enim gloriæ ſectatores cum ſe hoibus pręferũt, alios de fatuis ſenſibus, alios de indignis meritis reprehendunt, i. alios cenſent nihil ſcire, alios non bene viuere; etiam cum omnes extra Eccleſiam poſitos praua ſentire iuſte arguunt, eos etiam qui intus ſunt, pro vitę contemptu deſpiciunt, & extra poſitos premunt veritate dicti, intus poſitos premunt qualitate dicendi, id eſt vitio elationis. F

Vanæglorię ſectatores.

⁜ Nicetas.

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XXXII.

1 Miſerunt autem. *Terminata diſputatione triũ amicorũ Iob cōtra ipſum, hic cōſequenter ponitur diſputatio quarti, ſ. Eliu. Circa quă primo ponitur quædă præfatio. ſecũdo ſubditur iſta diſputatio, cap. ſeq. Prima in duas, quia primo ponitur huius diſputationis occaſio. & ſecũdo diſputătis excuſatio, ibi:* Iunior ſum. *Occaſio aũt huius diſputationis fuit, eo quòd tres amici Iob ſupra poſiti auditis verbis Iob, quibus innocentiam ſuam multipliciter declarauerat, reputauerunt eum eſſe iuſtum: & ideo merito tacuerunt: quia cum eo diſputare cœperant, eo quod ante contrarium tenebant, ſcilicet ipſum a Deo fuiſſe propter ſuam iniuſtitiam flagellatum: Eliu autem adhuc idem tenebat, & iuſtitiam quam Iob pro ſe declarauerat, ſimulatam, & non veram credebat. Item ipſe Iob in diſputando quædam verba dixerat, quæ videbantur ipſi Eliu blaſphematoria, propter quæ erat arguendus etiam ſi alias fuiſſet iuſtus, propter quod iratus fuit contra Iob ſe iuſtificantem, & contra tres viros prædictos, eo quod non poterant, prout ipſe aſtimabat defendere veritatem. & hoc eſt quod dicitur:* Omiſerunt autem tres viri iſti. *reſpondere Iob; & patet litera, hoc excepto.*

1 Sed

## MORALITER.

1 *Omiſerunt au. tres vi.* Ex hoc habemus documentum, quod in diſputando tacere debemus, cum nobis datur rationabile riſum; ergo Eliu expectauit Iob loquentem. licet autĕ eſſet multũ arrogans, & præſumptuoſus, vt patet ex ſequentibus, tamen ſiluit reuerenter, quandiu Iob, & tres alij qui ſeniores erant, voluerũt loqui; & multo fortius hoĩes moderati, & religioſi, maxime verba ſeniorũ cũ reuerĕtia debĕt audire. Per hoc aũt quod Eliu cōtra quatuor pdictos in contumeliă erupit, vt ex ſequentibus patet, eius arrogătia quæ latebat in mĕte apparuit in ſermone, Matth. 12. c. *Ex abundantia cordis os loquitur.* Et ſic diſpoſitio mentis per verbum oris aperitur.

⁂ Nicetas. Elius arbitratur Iobum ſe dicere Deo iuſtiorem.
A Amicos autem arguebat quod bonam cauſam male agendo, & tandem ſilendo prodidiſſent.
⁂ Nicetas Zelo commotus eſt.

a eius indignatus eſt, eo quòd non inueniſſent reſponſionem †
¶Hoc facto indicauit quod fecerat ante.
rationabilem, ſed tãtummodo cõdemnaſſent Iob. Igitur Eliu 1
¶Sicut ab illis veritate ſenſuum, ita ab his prauitate mentium diſcordat.
expectauit Iob loquentem, eo quòd ſeniores eſſent qui lo-
a ¶Hæretici.
quebantur. Cum autem vidiſſet, quòd tres reſpondere non
a ¶Alias poſſent. ¶Catholicis.
b potuiſſent, iratus eſt vehemẽter. Reſpondenſq; Eliu filius Ba-
rachel, Buzites, dixit: Iunior ſum tẽpore, vos autem antiquio- 2
res. Idcirco † demiſſo capite, veritus ſum vobis indicare meã †
ſententiam. † Sperabam enim quòd ætas prolixior loquere- 3
¶Hæc recte diceret, ſi eam intelligentiam ſibi non arrogaret.
c tur, & annorum multitudo doceret ſapientiam. Sed vt video, 4
ſpiritus eſt in hominibus, & inſpiratio omnipotentis dat in- 5
telligentiam. Non ſunt † longæui ſapientes, nec ſenes intel- 6
ligunt iudicium. Ideo dicam: audite me, oſtendam vobis 7 8
¶Superbe ſe tacuiſſe indicat.
d etiam ego meam ſcientiã. Expectaui enim ſermones veſtros,
audiui prudentiam veſtram, donec † diſceptaremini ſermoni-
a ¶Non annos, ſed intentionem penſat verborum.
bus, & donec putabam vos aliquid dicere, conſiderabam.
e Sed, vt video, non eſt qui arguere poſſit Iob, & reſpondere
¶Prohibitio eſt, quaſi ne dicatis hoc: Iob proiectum a Deo, ſicut incorrigibilem qui non cedit ſententijs, & auctoritatibus veſtris.
f ex vobis ſermonibus eius. Ne forte dicatis, inuenimus 9

a *Igitur Eliu expe. Iob lo.* Cum dicitur quia Eliu expectauit Iob loquentem, eo quod ſeniores eſſent qui loquebantur, aperte beatum Iob non pro ſua, ſed pro amicorum reuerẽtia honorem ſeruaſſe mõſtratur: quia arrogãtes intra Eccleſiam poſiti quam defendunt, deſpiciunt. Et plerumq; plus ingenia male ſapientiũ, quam ſimplicem vitã innocẽtium venerantur. Quamuis autem Eccleſia, hæreticis ſit antiquior, quia de illa exierunt, Eliu tamen iunior fuiſſe deſcribitur, quia poſt exercitata bella hæreticorũ viri feruẽtes ingenio contra hoſtium prodiere certamina, & inde arrogãtes eſſe cœperunt. Poſt hos quoque Eliu iunior in exprobratione beati Iob iungitur: ex cuius perſona ſpecies quorundam Doctorũ fideliũ, ſed tamen arrogantiũ deſignatur. Cuius verba non facile intelligimus, niſi ea ex ſubſequentis dominicæ correptione penſemus. Ait namque de illo Dominus: Quis eſt iſte inuoluens ſententias ſermonibus imperitis? Cum vero dicit ſententias, ſed non addit protinus quales, vult proculdubio bonas intelligi. Nam cum ſententię nominantur, niſi etiam malę dicantur, malę ſentiri nõ poſſunt. In bono enim ſententias accipimus, quę ſine adiectione reprobationis ponuntur, ſicut ſcriptum eſt: *Sapientior ſibi videtur piger ſeptem viris loquentibus ſententias.*

*Marg.:* † expraui, & † ſupra 12. b. — † magnates nobiles. — † opinionem — B — Infra — Prouerb. 26. c

b *Reſpondenſque Eliu fi.* Hęc quia ſoliditate grauitatis carent, expoſitionis ſubtilitate non indigent: quia dum pro ętatis ſuę reſpectu tacuit, ſapientior fuit: dum autem ſe præferens, & in alijs longæuitatem deſpexit, pueriliter deſipuit: nam contra eius ſentẽtiam ætas prolixior loquitur, & per annorum multitudinem ſapientia docetur. Quia etſi ætas ſenſum non præbet, vſum tamen exercet vehementer.

⁂ Olymp. Non eſt neceſſe ſeniores eſſe ſapientes, Spiritusſancti gratia ad eam rem omnino opus eſt: quod ſi tempus gignit ſapientes, multomagis Deus, ſed tempus ſine diuina ope ſapientiam præſtare non poteſt.

C c *Sed vt video ſpiritus eſt in homi.* Nõ parua cõdemnatio eſt ex bono quod cõmuniter datur, priuate gloriari, ſcire bonũ, vnde cœperit, & neſcire quomodo bono vti dẽat quod accepit. Quatuor quippe ſunt ſpecies tumoris, cũ homo bonum a ſeipſo habere æſtimat: vel ſi id deſuper credit datũ pro ſuis tamen meritis accepiſſe putat: vel cum iactat ſe habere quod non habet, vel cum cæteris deſpectis ſingulariter vult videri. Hæc quarta ſpecies vicinius proximat diabolo, qui præ Angelis eſſe voluit, quia in ea quidem ſpecie crebro omnis humanus animus labitur, vt id quod habet ſingulariter habere glorietur, quia quiſquis bonum ſingulariter ſe habere gaudet, quiſquis ſublimior videri cæteris quærit, illum ſcilicet imitando, qui deſpecto bono ſocietatis angelorum, ſedẽ ſuam ad aquilonẽ ponens, & altiſſimi ſuperbe ſimilitudinem appetẽs, per iniquum deſiderium quaſi ad quoddam culmen conatus eſt ſingularitatis erumpere. Ab hac Dominus diſcipulos de prædicatione reuerſos compeſcuit, ne de ſingularitate miraculorum gauderent, dicens: *Videbam Sathan, ſicut fulgur deſcendentem de cœlo,* qui ſingulariter erat elatus, vt in eius ruinas diſcerent, quid de elatione timerent.

*Marg.:* D Quatuor ſpecies tumoris. — † quamen. — Eſa. † ſcilicet — E † in his Luc.

d *Expectaui enim ſermones ve. audiui prudentiam ve.* Cum dicit expectaui, &c. declarat ſe ad verba ſenũ, iudicãtis potius ſtudio quã docẽtis voto tacuiſſe, quãuis hęc melius vitã arrogãtiũ ſignãt, quia aliquãdo intra Eccleſiã poſiti cũ eiuſdẽ Eccleſiæ aduerſarios conſpiciunt, nõ in eis annos temporũ, ſed intentionem ſolent pẽſare verborum. Nam quantolibet ſint eiſdẽ arrogãtibus antiquiores hęretici, eos tñ audacter cõprimere conantur: in quorum verbis dogmata peruerſa reprehendũt.

⁂ Nicet. Audite me quia patiẽter audiui vos. Alij: Audite nõ. n. prius loquẽdi finẽ faciã, quàm meos ipſi ſermones cõprobaueritis.

e *Sed, vt video, non eſt qui arg. poſ. Iob.* Sæpe hæretici per hoc quia eſſe, & hominibus deſpicabiles ſolent, cum a cunctis Eccleſiam regentibus venerari cõſpiciunt: opinionem eius quibus valent obtrectationibus lacerare contendunt, dicentes: Idcirco illi cuncta temporalia ſuppetunt, quia ei præmia æternorum munerum ſubtrahũtur: quorũ voce Eliu obuiat, dicens.

f *Ne for. di.* Quaſi incaſſum dicitis, quia Deus eũ proiecerit, & nõ homo, qui veneratur: quia ſic mõ gloria terrena datur, vt multiplicius celeſtis ſequatur. Ac ſi arrogãtes fideles cõtra hęreticos dicant, per hoc quia Eccleſiã in honore hominũ florere tẽporaliter cernitis: proiectã eã a Dño nõ credatis. ſed nihil eſt: Dat enim Deus in hoc itinere ſolatia, & perueniẽti ęterna pmia ſeruat. F

a *Nibil*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Sed tantummodo condemnaſſent Iob. *Id eſt conati fuiſſent ipſum oſtendere iniuſtum magis ſermonibus, quàm rationibus.*

Diuiſio. 2 Iunior ſum tempore, vos autem antiquiores. Idcirco. *Hic conſequenter ponitur ipſius diſputantis excuſatio: & primo excuſat ſuam tarditatem, ſecundo oſtendit loquendi neceſſitatem, ibi;* Sed vt video. *Cauſam autem quare tandiu tacuerat alijs loquentibus, oſtendit rationabilem dicens;* Iunior ſum tempore. *ideo debebam antiquioribus locum dare. ideo ſubditur.*

3 Sperabam enim quòd ætas prolixior loqueretur. *ſ. rationabiliter, & efficaciter, eo quòd per longitudinem temporis multa videntur per experientiam, quæ dirigunt ad loquendum efficaciter. Franguntur etiam paſſiones, quæ impediunt ad loquendum rationabiliter.*

4 Sed vt video ſpiritus eſt in hominibus. *Hic conſequenter oſtendit ſuæ locutionis neceſſitatem, quando enim aliquis æſtimat veritatem perire propter defectum defenſionis, & credit ſe ſufficientem ad eius defenſionem, tunc imminet ſibi neceſſitas loquendi, ne pereat veritas propter eius taciturnitatem. Sic autem æſtimabat Eliu, vt patet ex prædictis: & ideo primo oſtendit prædictorum virorum inſufficientiam ad defenſionem veritatis. Secundo ſuam ſufficientiam, ibi;* Plenus ſum ſermonibus. *Circa primum dicitur;* Sed vt video ſpiritus eſt in hominibus. *ſcilicet rationalis, qui eſt in iuuenibus, ſicut in ſenibus.* I ſo.

5 Et inſpiratio omnipotentis dat intel. *de his quæ ſunt ſupra rationem, ita iuuenibus, ſicut & antiquis. vnde dicit Dauid; Super ſenes intellexi. ideo ſubditur.* F. 118

6 Non ſunt longæui ſapien. *in ſpeculabilibus.*

7 Nec ſenes intelligunt iudicium. *Id eſt quid ſit in agibilibus recte agendum, & iſtum duplicem defectum notat in tribus viris prædictis, ideo ſubditur.*

8 Ideo dicam. audite me. *Ne veritas pereat propter eorum defectum. Mouebatur etiam ex præſumptione ſuæ ſcientiæ; quam præſumptuoſi vix, aut nunquam poſſunt occultare, ideo ſubditur;* Oſtendam vobis etiam ego meam ſcientiam. *Cætera patent ex dictis vſque ibi.*

9 Ne forte dicatis, inuenimus ſapientiam. *Id eſt, diximus contra Iob quicquid poteſt contra eum dici; & quid ſit illud ſubdit.*

1 Deus

¶Ego autem loquer, quia nihil ad me quicquid dixit: De ſuperbia ſe argui non æſtimat, qui ſe humilem putat, & arguit ſapientiorem.

a ſapientiam: Deus proiecit eum, & non homo. Nihil locutus eſt 1
b mihi, & ego non ſecundum ſermones veſtros reſpondebo illi. 2 3
c Extimuerunt, nec reſponderunt vltra, abſtuleruntque a ſe elo-

¶Aperta oſtentatio.

d quia. Quoniam igitur expectaui, & non ſunt locuti, ſteterunt,

a ¶Quia nihil putant, quod habent ſi occultum eſt.

e nec reſponderunt vltra, reſpondebo, & ego partem meam, &

¶Quia ſuperbi vident ſanctos magna loqui, & inde honorari, & ipſi hæc ſequuntur tantum, vt clari habeantur.

f oſtendam † ſcientiam meam. Plenus ſum enim ſermonibus, & 4
coarctat me ſpiritus vteri mei. En, venter meus quaſi muſtum 5 6
g abſque ſpiraculo, quod laguncuIas nouas diſrumpit. Loquar, 7
h & reſpirabo paululum, aperiam labia mea, & reſpondebo. 8

a ¶Quia ſicut labor eſt iuſtorum, videre mala, nec corrigere: ita labor eſt arguentibus, ſi quod ſapiunt non oſtendunt.

i Non accipiam perſonam viri, & † Deum homini non æqua- 9
bo. Neſcio enim † quandiu ſubſiſtam, & ſi poſt modicum 10 11
tollat me factor meus. 12

A a *Nihil lo. eſt mihi.* Eliu quidem publice Beatū Iob audierat, ſed dicit: *Nihil lo. eſt mihi.* quia nimirum oēs arrogantes voces Eccleſię audiūt, ſed ſibi eas dici diſſimulāt, qa elationis vitiū emēdare cōtemnūt. Nec ſe de ſuperbia redargui æſtimāt, qa eſſe ſe humiles putant, qui ēt redargui deſpiciunt: cū ſapientiores ſe, & ipſis redarguentibus arbitrātur. Quia vero ait.

b *Et ego non ſec. ſer. ve. re.* Bene Beato Iob nō ſecundum ſermones eorum reſpondere illi ſe dicit, quia arrogātes reſpōdent contra Eccleſiam, ſed non ſicut hæretici exterius conſtituti. Neq; enim contradicunt ei praua prædicando, ſed peruerſe viuendo, quia nec de Deo, vt hæretici indigna ſentiunt, B ſed de ſe plus, quàm neceſſe eſt, digna ſuſpicantur.

c *Extimur. nec re. vl.* Bene ab Eliu verba amici Iob extimuiſſe referuntur, quia nunquam arrogantes Eccleſiæ defenſores, quamuis ordinem dicendi non teneant, tamen aduerſarios virtute dictorum perturbant.

✻ Nicetas. Nonnulli putant illos verſus duos non eſſe Eliu, ſed ſcriptoris, ſed ſunt illius apoſtrophe vtentis quaſi ad alios de amicis Iob loqueretur.

d *Quo. igi. expe. &c.* Finis locutionis ſapientium eſſe ſolet, vt vſque eo dicant, quouſque aduerſarijs ſilentium imponant: non enim ſe oſtendere, ſed praua docentes compeſcere cupiunt. Poſtquam autem de amicis Iob dictum eſt, extimuerunt; nec reſponderunt vltra, abſtuleruntq; a ſe elo. Eliu ſubiungens ait: Expectaui, & non ſunt locuti: ſteterunt, nec reſponderunt vltra. Et Eliu illis iam ſilentibus verba multiplicat, quia arrogans non aduerſariorum dicta ſuperare, ſed ſuam ſapientiam oſtentare feſtinat. vnde ſequitur.

e *Reſpon. & ego par. me. &c.* Hanc partem ſuam omnis arrogans æſtimat: ſi ſcientiam non tam habeat quam oſtendat, quia nimirum omnes elati ſcientiam habere non appetunt, ſed oſtendere. Quocirca bene per Moyſen dicitur: Vas quod non habuerit opericulum, nec ligaturam deſuper, immundum erit, &c. Prædicatores autem ſancti partem ſuam reputant, ſi intus quidem ipſi de ſapientia gaudeant, foris autem alios ab errore compeſcant. Neque a ſe ita loquendo exeunt, vt gaudium mentis in oſtenſione ponant diſcretæ locutionis: ſed bonum ſcientiæ in cordis ſecreto meditantur, & ibi gaudent vbi hoc percipiunt, non vbi inter tot tentationum laqueos innoteſcere compelluntur.

f *Ple. ſum ſer.* Sæpe contingit, vt ſapientes viri, cum ſe nō audiri cōſiderāt, ori ſuo ſilētiū indicāt. Sed dū cōſpiciūt, q. facinota ipſis tacētibus creſcūt, vim quādā ſpiritus ſui ſuſtinēt, vt in locutione apertę correptionis erūpāt. Vñ Ieremias cū ſibi ſilētiū indixiſſet, dicēs: Nō recordabor eius, neq; loquar vltra in noīe illius, illico adiunxit: & factus eſt in corde meo quaſi ignis charitatis ęſtuās clauſuſque in oſſibus meis, & defeci ferre non ſuſtinens. Sed plerumque ſimiliter arrogantiū mētē ad loquēdi impetum vanæ gloriæ anxietas, nequaquā ſe intra ſilentiū capiens quaſi zelus charitatis inflammat: atque ad effrenationem locutiōis impellit: vnde Eliu ſpiritu elationis extēſus, & ſeſe intra ſilētij clauſtra non capiens, ait: *Plenus ſum ſer. &c.* In ventre ſinus cordis, in muſto feruor Spiritusſancti accipitur. Eliu enim ſic inflatione elationis oſtenditur, ac ſi ardore Spiritusſancti accendatur: ſenſus ſui ſpiritum in eo quod tacuit, quaſi muſto abſque ſpiraculo comparauit. D E

Ierem. 20. b.

✻ Nicetas. Aut periphraſi animum dixit, aut eam partem in qua ardor irarum exiſtit. Origen. Vt prægnans ante partum cruciatur, ſic loquuturus quæ ſilentio continuit.

✻ Cat. Græ. Aut ſicut follis ferrarijs ruptur. Chryſoſt. poſſe verba cohibere ſapientiæ eſt opus. Cat. Græ. Non ſcio admirari perſonam: Si autem non vermes me comedant. Nicetas. Vt Iobum me ſimiliter depaſcant.

g *Quod lagun. no. di.* Quia ſancti ſpiritus feruor non ſolum veteri, ſed etiam noua vita vix capitur. Muſtum ergo lagunculas nouas dirumpit, quia feruoris eius potentia, & ſpiritualia corda tranſcendit. Lagunculas autem dicit infirmas cōſcientias, vel terrena corporum vaſcula.

h *Loquar, & reſ.* Bene ait reſpirabo, quia ſicut labor iuſtorū eſt videre praua, nec corrigere, ita grauis eſt labor arrogantiū ſi quod ſapiunt, non oſtendunt. Vim quippe intrinſecus æſtuantem ferre vix poſſunt, ſi omne quod ſentiunt, paulo tardius innoteſcunt. Neceſſe eſt igitur, vt cum res bona agitur, prius eorum elatio in corde vincatur, ne ſi a radice miſeræ elationis prodeat, miſeros nequitiæ producat fructus.

i *Non accipiam perſonā viri.* Recte homini Deū nō ęquat, qa quandiu hic ſubſiſtat, vel quādo ad Dei iudiciū tollatur, ignorat: & bene ait, poſt modicum: quia quàm longū fuerit tēpus vitę pręſentis, eo ipſo breuius eſt, quo permanēs nō eſt. Neq; enim dignum eſt, vt diutinū iudicetur quicquid fine circumſcribitur. Sed inter has ſentētias quas ex veritate ſolidas profert, ad verba rurſum elationis erumpit dicens. *Audi, &c.* F

† & hominem non cognominabo, nō vocabo nomine occulto nō diſſimulabo nomen tuum, ſi fueris impius, nomine tuo te vocabo non alieno more adulatorum.

☞ CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Deus proiecit eum, non homo. *In hoc breuiter tangitur virtus omnium rationum, quas adduxerant contra Iob, ſcilicet, quòd Deus flagellauerat eum, qui non poteſt decipi, nec decipere: ſicut homo frequenter decipit, & decipitur: eſt etiam ipſe Deus regula iuſtitiæ. & ex hoc concludebant ipſum Iob iniuſtum eſſe, & fuiſſe.* 2 Nihil locutus eſt mihi. *q.d. illa quæ dicam, non dicam eo quòd prouocauerit me ad iram, quia contra me non eſt locutus.* 3 Et ego non ſecundum ſermones veſtros reſpondebo illi. *Iſte enim Eliu in aliquo conueniebat cum Iob, ſcilicet in hoc quòd ponebat aliquam malorum punitionem, & præmiationem bonorum poſt mortem: diſcordabat tamen ab eo, ſicut & alij; quia dicebat aduerſitates præſentis vitæ pro peccato infligi, licet non ſint ſemper tota pœna pro eo debita; & ſic vlterius reputabat Iob iniuſtum, & pro peccatis punitum. In eo igitur in quo conueniebat cum Iob, diſcordabat ab alijs: & ſic non proceſſit ſecundum ſermones eorum. In illis etiam in quibus conueniebat cum eis, alias rationes efficaciores adduxit, & pluribus alijs motiuis vſus eſt, vt patebit in proſequendo.*

4 Plenus ſum. *Hic conſequenter oſtendit ſuam ſufficientiam ad veritatis defenſionem, prout æſtimabat dicens;* Plenus ſum ſermonibus. *id eſt, rationibus efficacibus contra Iob.*

5 Et coarctat me ſpiritus vteri mei. *id eſt mentis meæ in qua concipiuntur ea quæ ſunt proponenda, ſicut fœtus in vtero, & dicit; Coarctat me, quaſi dicat, zelus defendendæ veritatis me coarctat ad loquendum.*

6 En venter meus. *id eſt, mens mea, vt dictum eſt.*

7 Quaſi muſtum abſque ſpiraculo. *quod propter multitudinem caloris cauſat rarefactionem, & ex conſequenti dolij fractionem, niſi habeat reſpiraculum; propter hoc innuit quòd ſibi immineret periculum conſcientiæ, niſi loqueretur. ideo ſubditur.*

8 Loquar, & reſpirabo pau. *& ſic conſolabor, & euadam conſcientiæ periculum.*

9 Non accipiam perſonam viri. *id eſt ipſius Iob, deferendo ei in præiudicium veritatis; quia ſanctum eſt præhonorare veritatem, vt habetur 1. Ethicorum.*

10 Et Deum homini non æquabo. *videbatur enim ſibi, quod ſi deferret ipſi Iob in hoc caſu, qui locutus fuerat contra diuinam reuerentiam, vt ſibi videbatur, quòd æquaret eum ipſi Deo, non audens ei contradicere; ſicut nec Deo. Et cauſam huius ſubdit, dicens,*

11 Neſcio enim quandiu ſubſiſtam. *in præſenti vita, quia nihil incertius eſt hora mortis.*

12 Et ſi poſt modicum, &c. *Adducens ſuam examinationem, & iudicium, & tunc condemnaret me pro iſta taciturnitate, ſi omitterem veritatem defendere quandiu habeo ſpatium vitæ. Ex hoc patet, quod iſte Eliu credebat punitionem peccatorum poſt vitam iſtam, aliter non timuiſſet diuinum iudicium poſt mortem; & eadem ratione ponebat præmiationem bonorum poſt mortem.*

CAP.

## ADDITIO I.

In eod.cap.32.vbi dicitur in poſtilla: *Nihil locutus eſt mihi, quaſi diceret: illa quæ dicam, &c.*

Licet Iob contra Eliu nõ legatur aliquid fuiſſe locutus in particulari, vr̃ tamẽ aliq̃d fuiſſe cõtra eũ locutus in generali. Dixerat enim Iob ſupra 30. capit. *Nunc autem derideat me iuniores tempore.* Ex quo patet, q̃ ſentiebat ſe nimis afflictũ ex vilipenſione, ſeu deriſione iuniorũ tpe, q̃ cõtra eũ talia cõmittebãt: de quorũ numero veriſimiliter vr̃ fuiſſe ipſe Eliu, vt patet per effectũ. Ipſe enim non ſolũ increpauit eũ, ſed ẽt vilipendit, vt patebit infra in multis ſuis dictis. vnde & in principio ſuæ locutionis in hoc cap. dixit: Iunior ſum tpe, quaſi dicat licet ſim de iunioribus, ſicut Iob dixerat, nihilominus tamẽ oſtendam vobis, & ego meã ſcientiã, vt ſupra eo.cap. Confirmatur autẽ hæc ſententia ex hoc, q̃ Iob nec tres amici ſui non leguntur genealogizari in hoc libro: ſed ſolũ cognominantur a regionibus ſuis, vt Iob de terra Hus, Eliphaz Themanites, Baldath Suites, & Sophat Naamathites: ſed Eliu non ſolũ cognominatur a regione, cũ dr̃ Buſites, ſed ẽt ponitur ibi nomẽ patris, cum dr̃: *Eliu filius Barachel.* ſimiliter & nomen cognationis, cum dicitur, de cognatione Ram. Ram autem interpretatur altũ, quaſi dicat Eliu: Licet ego ſim de iunioribus increpantibus, ſeu vilipendentibus Iob, non tamen patres mei erant tales, de quibus Iob potuiſſet dicere: quorum non dignabar patres cum canibus gregis mei ponere: habeo enim patrem, & cognationem notam, ſeu notabilem. Ex quo etiam videtur, q̃ iſte Eliu per arrogantiam, & vanam gloriam proceſſit. vnde & vtramq; partem diſputãtium vanæ gloriæ motu reprehendit. vnde glo. ſuper illud: iratus eſt Eliu. vanę enim glorię ſectatores cum ſe hoĩbus præferunt, alios de fatuis ſenſibus, alios indignis meritis reprehendunt. Hæc in gl. Quòd ꝓprie verificatur de Eliu, q̃ ipſum Iob de fatuitate, & blaſphemia, & ſocios de ignorãtia reprehẽdit, prout in dictis ſuis patet, &c.

## ADDITIO II.

In eodem cap.32. vbi dicitur in poſtilla: *Et ſi poſt modicum tollat me factor meus.*

Hoc quod dicitur: *Et ſi poſt modicum tollat me factor meus*, poteſt intelligi quòd timebat Eliu, ne propter eius taciturnitatem in præiudicium veritatis Deus condemnaret eũ ad mortem temporalem, tollendo eum a præſenti vita ante tempus ſibi debitum ſecundum naturam, ſcilicet in ætate iuuenili, in qua erat, vt patet in princ. cap. & ſic ex hoc dicto ſic intellecto non habetur, quòd Eliu crederet punitionem peccatorum poſt hanc vitam, &c.

## CAP. XXXIII.

A a Audi igitur. ✠ Nicetas. Elius dum putat Iobum in ea eſſe opinione, ut exiſtimet, fortuito agitari humana, de prouidentia differit. Penſandum de quanta elatione deſcendit, quod beatum Iob audire ſe admonet, quod os aperuiſſe ſe perhibet, & loqui in faucib. linguam ſuã promittit. Proprium eſt. n. arrogantium recta quæ ſapiunt, recte miniſtrare non poſſe, nec humiliter inferre ea quę docent.

b *Loqu.lin.mea in fau.* In faucibus loqui eſt ſilenter dicere, & nõ clamorib. vociferare. B Arrogantes intra eccleſiam uelut in faucibus loqui dicuntur, quando non contra aduerſarios extra uiuentes clamant, ſed intra eccleſiam poſitos increpant. Sæpe uero arrogantes ſe fugere arrogantiam ſimulant, & priuate ſingulis quaſi latenter loquuntur, ut ſicut de ſenſu, ita etiam de contemptu arrogantię glorientur. Aliquando ita impudentes ſunt, ut aliis tacentibus laudent quod dicunt, unde ſubdit.

c *Sim.co.me ſer.* Magnæ uirtutis laus eſt ſimplicitas locutionis, q̃ quia arrogantes non habent, habere ſe aſſerunt, vt ſecurius audiantur. Et pure ſe locuturos denuntiant, q̃a hmõi C timẽt deprehendi duplicitatẽ ſuã, & falſis uera miſcẽt, ut citius eis credatur. ✠ Chryſ. non inuidia ulla, uel odio incenſus verba facio. Quia igitur Eliu, & pure ſe locuturũ perhibuit, & dicta ſua appellando ſententias fauore præcurrit, eandem iã ſententiam, quam promiſit, adiungit dicens: D

d *Spi.de.fe.me.* Per ſpiritum, factum: & per ſpiraculum ſe narrat animatum. Facto quippe Adam ſcriptum eſt. Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum uitæ. Gen.b Et nota quia veram ſentẽtiam protulit, dum ſe ſpiritu Dei factum eſſe dixit, ſed inutiliter, nec ſuo loco, vnde Moyſes. Leuit.1 vir qui fluxum ſeminis ſuſtinet, immundus erit. ſẽmẽ eſt ſermo qui fœcundat audientes, ſed ſi importune defluit, emittentem polluit, ut etiam quod recte ſenſerit, fœdetur, nec creditur ei, & uirtutem E perdit generandi. Sed hæc quæ recte aſtruit vtrum recte exequatur, audiamus. ✠ Nicetas. In ipſo orationis exordio Deo gratias agit ſuæ effectionis, & ſapientiæ parenti. ✠ Seuer. Ex iis docemur Deum eſſe ipſum ſpiritum, & ſicut eſt filius, opificem.

e *Si potes.* Iterum in faſtum ſuperbæ elationis erumpit, dum narrat ordinem verę conditionis. Atque aliis verbis hoc idẽ replicat, dicens.

f *Ecce & me, ſicut & te.* Arrogantes cum hominibus æqualiter ſe conditos meminerunt, ſed ſe per tumorem ſcientiæ ſuperponunt, atque in eo quod æquales iam non ſunt, illud ad miraculum reuocant, quod ęquales naſcendo fuerunt.

g *Verũ.mi.me.* Paulus humiliter ſua alta, verbũ ſolatii vocat F loquens

## CAP. XXXIII.

¶ Inter ueras ſententias iterum ad uerba elationis prorumpit.
a Audi igitur Iob eloquia mea, & omnes ſermo- 1
nes meos auſculta Ecce aperui os meum, lo-
a ¶ Quæ contra uos ſentio prudenter, hic ſilenter narro.
b quatur lingua mea in faucibus meis Simpli 2
a ¶ Quæ non niſi uera.
c ci corde meo ſermones mei, & ſcientiam pu 3
¶ Ecce ſententia.
ram labia mea loquentur. Spũs Deus fecit me, & ſpiraculum 4
d oĩpotentis uiuificauit me. Si potes, reſponde mihi, & aduer- 5 6
e ſus faciem meam cõſiſte. Ecce, † & me ſicut, & te fecit Deus: 7 8
f & de eodem luto ego quoq; formatus ſum. Veruntñ † mira- 9
g culũ meũ nõ te terreat, & † eloquẽtia mea non ſit tibi grauis. 10 11

† iuxta ſermonem tuum reſpondebo pro Deo,
† manus mea ſuper te.
† fron (vel, ſ mea)

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XXXIII.

1 Audi igitur. *Præmiſſa igitur præfatione, hic conſequenter ponitur diſputatio, & primo Eliu repetit verba Iob contra quæ* Diuiſio. *diſputare intendit. ſecũdo diſputare incipit cap. ſeq. Prima in duas, quia primo facit ſuam repetitionem, ſecundo quibuſdam dictis Iob dat reſponſionem, ibi;* Reſpondebo tibi. *Prima adhuc in duas, quia primo excitat ipſius Iob attentionem, & ſecundo facit ſuam repetitionem, ibi;* Dixiſti ergo. *Circa primum primo excitat ipſius Iob attentionem dicens;* Audi.igi.&c. *ſubdit etiam ſuæ excitationis rationem di.*

2 Simplici corde meo ſermones mei. *ſcilicet ad defenſionem veritatis, & non ad calumniandum.*

3 Et ſcien.pu.la.mea lo. *id eſt veram abſque admiſtione falſitatis, & talia debent attente audiri, & quia poſſet ſibi dici, tu es iuuenis, non eſt ſic attendendum tibi, ideo hoc remouet dicens.*

4 Spiri.de.fe.me. *Et ideo quia ſum factura ſua, poteſt mihi dare ſcientiam, & eloquentiam. ideo ſubditur.*

5 Et ſpiracu.omni.vi.me. *mouens me ad opera vitæ, quæ ſunt intelligere, & loqui.*

6 Si potes, reſponde mihi. *quaſi dicat non debes contemnere iuuentutem meam. propter quod ſubditur.*

7 Ecce & me ſi.& te fe.de. *animam rationalem dando.*

8 Et de eo.lu.ego quo.for.ſum. *quaſi dicat, nec ex parte animæ, nec ex parte corporis habes aliquam prærogatiuam ante me in naturalibus, nec etiam in ſupernaturali cognitione, ſed magis econuerſo. ideo ſubditur.*

9 Veruntamen miraculum meum. *id eſt ſcientia mihi diuinitus data.*

10 Non te ter. *vt non audeas reſpondere.*

11 Et elo.mea non ſit ti.&c. *tibi incutiens ſtupefactionem.*

## MORALITER.

1 *Audi igitur Iob.* Modus arrogantis eſt cum diſputatur de ſcientia, & eloquẽtia ſe iactare. Primum fecit Eliu cum dicit.

3 *Et ſcien.pu.la.&c.* Secundum autem cum ſubditur.

11 *Et elo.me.non ſit ti.gra.* Ergo qui vult iactantiæ notam euitare, debet in legendo, diſputando, & alijs actibus ſcholaſticis exercendo, a verbis talibus abſtinere.

A loquens Hebræis;iſte ſua minima miraculum,& eloquẽtiam vocat: quia proprium eſt arrogantium, quod priuſquam dicant mira ſe dicere æſtimant, & locutionem ſuam admirando præueniunt, quod facit elatio ſenſus.

✲ Nicetas. Dixerat Iob,& timor eius non me commoueat, idcirco ait Elius: nihil a me, cũ inter nos ambos nihil interſit, nihil terribile, ſicut à Deo, poteſt accidere.

a *Dixi. ergo in au. me.* Quid dixerit, ſubiungit.

b *Mun. ſum ego, &c.* Cõtra hæc verba quæ beatũ Iob dixiſſe narrat, ſententiam ſuam proferens ait: Hoc eſt ergo in quo nõ es,&c. Profecto namq; beatus Iob veraciter dixerat, q; abſq; culpa fuerat flagellatus. Hoc enim ipſe de ſe quando de illo ad diabolum Dominus dixit: Commouiſti me aduerſus eum, vt affligerem illum fruſtra.

c *Hoc eſt ergo in quo non es iu.* Neſciebat enim flagellis eius nõ deleri vitiũ, ſed augeri meritum,& quia ſe ſine delicto dixerat flagellatum: hac eum ſententia increpat. Notandum autem quod beatus Iob in neruo pedem ſuum poſitum ait: Sed nequaquã hoc modo q ei obijcitur, mundũ ſe,& abſq; peccato, vel immaculatũ,& ſine iniq̃tate fuiſſe memorauit. Sed Eliu dũ cũ auſteritate ſtuduit increpare quæ dicta ſunt, mentiens addit quæ dicta non ſunt, vt docte arguere videatur. Et hoc ideo, quia arrogantes plus appetunt arguere quam conſolari, & hoĩbus euenire mala, non niſi pro iniquitatibus credunt.

✲ Cat. Græc. Quomodo dicis, Iuſtus ſum,& non exaudiuit me? Chryſoſt. Qua ratione auſus es dicere, Iuſtus ſum, Deus autem non me audit.

d *Reſpon. ti.* Hoc ideo dr̃, vt flagellatus homo conſiderans, quia illo maior eſt Deus: in omni quod patitur, eius iudicio ſe poſtponat, quo ſe minorem non dubitat: & quod a meliore patitur iuſtum credat, etiã ſi eiuſdem iuſtitię cauſas ignorat.

a Dixiſti ergo in auribus meis,& vocem verborum tuorum au- 1
b diui: Mundus ſum ego,& abſque delicto immaculatus,& non 2
eſt iniquitas in me. Quia † querelas in me reperit, ideo arbi- 3 4
tratus eſt me inimicum ſibi. Poſuit in neruo pedes meos, cu- 5 6
c ſtodiuit omnes ſemitas meas. Hoc eſt ergo in quo non es iu- 7 8
a ¶Sed ego. ¶Poſt tot verba elationis, ſcientiam ſuam aperit.
d ſtificatus. Reſpondebo tibi, quia maior ſit Deus homine Ad- 9
e ¶Tu autem.
uerſus eum contendis, quòd non ad omnia verba reſpon- 10 11 12
a ¶Scilicet Deus ſingulis priuata voce non reſpondet, quia eloquium condidit quod omnibus ſatisfacit.
f derit tibi. † Semel loquitur Deus, & ſecundo idipſum 13 14
a ¶Mente, tranquilla ab actu ſeculi vt Moyſes in monte legem accepit.
b ¶Id eſt cum ceſſat ab exteriori actione, vnde fit quies in mente.
g non repetit. Per ſomnium in viſione nocturna, quando irruit 15

e *Aduer. eum con.* Afflicti cordis eſt proprium, vt in hoc quod apperit (& tamen rerum ordinem contrarium ſentit) ſi poſſit fieri, cur ita, vel non ita ſit, diuinis ſibi vocibus reſpondere velit, vt Deum de cuncta rerum controuerſia conſulat, & reſponſionis eius cognita ratione conquieſcat. D

f *Semel lo. Deus.* Eliu autem pręuidẽs quod ſcripturã ſacram Dominus condiderit, & in ea, vel publicis, vel occultis cũctorũ quæſtionibus reſpõderit, ait: *Aduer. eũ con. quod non ad oĩa ver. reſpon. ti. Se. lo. de. &c.* Acſi di. Deus ſingulorum cordibus priuatis vocibus non reſpõdet, ſed tale eloquiũ conſtruit, per quod cũctorum quæſtionibus ſatisfacit. In ſcripturæ quippe eius eloquio cauſas noſtras E ſinguli ſi requiramus, inuenimus. Ibi enim nobis oĩbus in eo quod ſpecialiter patimur, cõiter rñdetur. Ibi vita præcedẽtiũ, fit forma ſequentiũ. Vt.n. vnũ è pluribus proferamus, ecce dũ paſſione aliqua, vel moleſtia carnis afficimur, ſcire fortaſſe occultas cauſas paſſionis eiuſdem, vel moleſtię optamus, quatenus in eo quod patimur, ex ipſa rerum ſciẽtia cõſolemur. Sed q̃a de ſpecialibus tẽtationibus noſtris nequaquã nobis ſingulis ſpecialiter rñdetur, ad ſcripturã ſacrã recurrimus, vbi inuenimus, q; dũ Paulus carnis infirmitate tẽtatus fuerat, audiuit: Sufficit tibi grã mea: nã virtus in infirmitate pficit̃. Quod iõ illi in infirmitate ꝓpria dictũ eſt, ne ſingulatim nobis oĩb. diceret̃: In ſcriptura igit̃ ſacra vocẽ Dei afflicto Paulo audiuimus, ne cũ fortaſſe affligimur, ſinguli eã audire priuata cõſolatione q̃ramus. Loq̃ n. Dei, eſt verbũ gñare, q̃a pter vnigenitũ aliud nõ genuit verbũ, q; nos mirari ẽ aliquo mõ videre, vt clauſus oculus ſẽtit lucẽ. Sed q̃a hæc admiratio occupatis in F terra nõ facile eſt, qũo fiat ad nos locutio Dei, p ſõmũ aperit.

g *Per ſom. &c.* In ſõno exteriores dormiũt ſenſus,& interiora cernũtur. Si ergo interna cõtemplari volumus, ab externa impli-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Dixiſti er. *Hic conſequenter facit ſuam repetitionem, dicens.* Dixi. er. in au. me. *ita quod tu non potes negare te dixiſſe.*

2 Mundus ſum. *a vitijs carnis.*

3 Et abſ. de. *id eſt peccato om.ſſionis.*

4 Imma. *ſ. a grauibus culpis quæ ſunt contra Deum, vt idololatria, & huiuſmodi.*

5 Et nõ eſt ini. in me. *i. peccatũ contra proximũ. hoc acceperat ex verbis Iob, qb. innocẽtiã ſuã multipliciter, & diffuſe oſtẽderat. ſup. 31. c.*

6 Quia quę. in me, &c. *Hoc autem accepit Eliu ex hoc quod Iob dixerat ſupra 13. cap. interrogatiue: Cur faciem tuam abſcondis, & arbitraris me inimicum tuum?*

7 Poſuit in ner. pe. me. *Hoc dixerat Iob ſupra 13. cap.*

8 Hoc eſt ergo in quo non es iuſt. *Hoc eſt dictum, ex iſtis verbis tuis concludam te iniuſtum, ſi non eſſet aliud contra te dicendum.*

9 Reſpon. tibi. *Hic antequam incipiat probare Iob iniuſtum, primo reſpondet ad quædam dicta ſua, quæ videbantur impedire diſputationis proceſſum; quia dixerat ſupra Iob;* Diſputare cum Deo cupio. *q.d. non cum homine; ideo primo oſtendit Eliu, quòd iſta petitio ſit irrationabilis, quia Deus ſufficienter reſponderat, primo igitur proponit intentum dicens:* Reſpondebo tibi. *diſputare cum Deo cupienti.*

10 Quia maior ſit Deus homine. *& ideo præſumptuoſum eſt ipſum ad diſputationem prouocare.*

11 Aduerſus eum contendis. *id eſt vis contendere de pari.*

12 Quia non ad omnia verba reſponderit tibi. *ſicut homo homini quaſi ſuo compari, hoc autem non decet maieſtatem Dei, tamen per alios modos ſufficienter reſpondit tibi.*

13 Semel lo. *Hic conſequenter declarat, quòd Deus ſufficienter ei reſponderit. Circa quod ponit primo triplicem modum diuinæ reſponſionis. & ſecũdo infert propoſitum per modum concluſionis, ibi:* Ecce hæc omnia. *Primus autem modus eſt per hoc quod Deus dedit homini naturale lumen intellectus, quod eſt quaſi quædam impreſſio luminis diuini, per quod poteſt videre quid ſit bonum, & malum: quid agendum, quid fugiendũ. Et propter hoc dicitur Pſal. 4. b.* Multi dicunt, quis oſtendit nobis bona, *& ſubdit propheta per modũ reſpõſionis.* Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. *q.d. ad eorum quæſtionem reſpondiſti, per hoc quòd lumen intellectus, in quo poſſunt videre bonum, & malum eis dediſti. Et ſecundum hoc poſſet ipſi Iob dici: Quod quæris, intus habes, & hoc eſt quod dicitur:* Semel loquit̃ Deus. *dando homini naturale lumen intellectus, quod eſt in quolibet homine.*

14 Et ſecundo idipſum non repetit. *quia anima intellectiua eſt immortalis, & ſic non indiget repetitione, nec per conſequens lumen eius naturale.*

15 Per ſomniũ in viſione noctur. &c. *Hic ponitur ſecũdus modus diuinæ*

## MORALITER.

1 *Dixi. er.* Sicut dixi plenius in expoſitione literali, Eliu cum Iob in aliquo cõcordabat, ſ. quod poſt mortẽ ſit aliqua punitio peccatorũ licet nõ nota: & p cõſequens præmiatio meritorũ. & in hoc a trib. amicis ſuis diſcordabat. ſimiliter diſcordabat a Iob in hoc q; pęnas hic infligi ſentiebat nĩ pro peccatis: & in hoc conueniebat cũ alijs. ergo quia videbat Iob grauiter afflictum, conſequenter tenebat ipſum peccaſſe multum: & per conſequens iniuſte conqueri de punitione graui, vt patet in textu. & ſic ex duobus iſtis concludit contra Iob.

8 *Hoc eſt ergo in quo non es iuſtificatus, &c.* Sciendum autem quòd licet Eliu contra Iob arroganter in pluribus, & male loquatur, tamen multa vera dicit, quæ nunc ſecundum ſenſum myſticum exponentur.

13 *Semel loqui. Deus, &c.* In ſacris ſcripturis Deus locutus eſt ſanctis ſuis, non ſolum pro ſe, ſed pro alijs: & ideo per diligẽs ſtudium debet homo in ſcripturis illis de credibilibus, & agibilibus quærere Dei intentionem; & non ex præſumptione ſuæ ſanctitatis petere, vel expectare iterum ſibi fieri reuelationem, ſicut ſunt aliqui qui phantaſias ſuas, & ſomnia credunt eſſe oracula diuina. Sed quoniam humilibus, & deuotis Deus aliquando reuelat ſua ſecreta, ſicut dicitur Matt. 11. d. *Abſcondiſti hæc a ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.* ideo ſequitur.

15 *Per ſomnium in viſione nocturna, &c.* Per ſomniũ. n. in quo vacant ſenſus exteriores, & laborant interiores, ſignificatur ceſſatio

A implicatione dormiamus. In diurna autem luce certius cernimus, in nocturna vero viſione per imagines videmus, & ſancti quandiu in hac vita ſunt, diuinæ naturæ ſecreta quaſi ſub quadam imaginatione conſpiciunt, quia necdum ſicut ſunt, ea manifeſtius contemplantur.

a ſopor ſuper homines, & dormiunt in lectulo: Tunc aperit 1 2
b ¶Aperiendo. a ¶Qui ab his quæ fecit auertitur, a ſuperbia liberatur, quia initium omnis peccati ſuperbia, Eccl. 10.
c aures virorum, & erudiens eos inſtruit diſciplina, vt auertat 3 4
d hominem ab his quæ fecit, & liberet eum de ſuperbia, eruens 5 6
e animam eius a corruptione, & vitam illius, vt non tranſeat in 7
a ¶Intus pungimur ne ſit elatio. 8
f gladium. Increpat quoque per dolorem in lectulo, † & om- 9 10
g a ¶Quia conſcii bonorum quaſi impugnamur. b ¶Vt probet quid ex ſe, quid ex Dei munere.
h ¶Ita eſt afflictæ menti in amaritudinem vertitur quicquid ante blande ſatiabat. 11
nia oſſa eius marceſcere facit. Abominabilis ei fit in vita 12
i ſua panis, & animæ illius cibus ante deſiderabilis. Tabe- 13
a ¶Quia per aduerſa, virtutum merita patefiunt.
K ſcet caro eius, † & oſſa quæ tecta fuerant, nudabuntur. Ap- 14 15
a ¶In aduerſis non ſolum robur fortitudinis detegitur, ſed & infirmitas humanitatis. 16
propinquabit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis. 17

a *Et dor. in lec.* Quia tunc ſecreta diuinitatis agnoſcimus, cum ab huius mūdi tumultuoſa concupiſcentia intra mentis noſtræ cubilia ſegregamur.

※ Nicetas. Deus per ſomnium admonet delinquentes, qui ſi non aduerterint, ad-

B dit morbos, vt pœnitentia deleant peccata, & reſtituantur priſtinæ ſanitati.

† vt non videatur, & confringentur oſſa eius, vt euaneſcant.

b *Tunc aperit aur. vir.* Cum enim ab exterioribus actionibus ſopiuntur, aperta aure interni examinis cauſas audiunt.

c *Et eru. &c.* Quia dū ſubtiliter, vel flagella publica, vel iudicia occulta cōſiderāt, ſemetipſos affligere flendo nō ceſſant. Et bene dictū eſt, & erudiens eos, &c. qa cōſideranti mēti, & ſeſe p pœnitentiā lacerāti quaſi quædam plagæ paſſionis ſunt lamenta compūctionis. Quatuor quippe ſunt qualitates, qbus iuſti viri anima in cōpunctione vehementer afficitur. Cū autē malorū ſuorū reminiſcitur conſiderās vbi fuerit. de quo Paulus: *Non ſum dignus voca. &c.* Aut iudiciorū Dei ſniam metuēs,
1. Cor. 15. b. & ſecū querens cogitat vbi erit. de quo: *Caſtigo corpus meum, &*
Ibid 9. d. *in ſer. &c.* Aut cū mala præſentis vitæ ſolerter attendens, mœrens cōſiderat vbi eſt. vnde: *Dum ſumus in hoc corpore, peregrina-*
2 Cor. 5. b. *mur a Domino*; aut cum bona ſupernæ patriæ cōtemplatur, quę quia necdum adipiſcitur, lugens conſpicit vbi non eſt. vnde
Ibid. 13. d. Apoſtolus. *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, &c.*

d *Vt auer. ho.* Quia homo de ſe, niſi peccatū fecit, atq; quod fecit, vitare appetit: & ad cōditionis ſuę ordinē humiliter redit, dū ſua opera fugit, talem ſe qualis a Deo factus eſt diligit.

C Contra conditorem autē ſuperbire, eſt pcepta eius peccādo tranſcendere, quia quaſi a ſe iugū dominationis eius excutit, cui per inobedientiam ſubeſſe contemnit.

e *Eruens animam.* de corruptione ad gladium tranſire, eſt ab hac corruptione vitiorum ad gladium trāſire pœnarum. Sed nimirum illius vitam illic eripit ab vltione ſupplicij, cuius hic mentem ſubtrahit a delectatione peccati.

f *Increpat quoque per dolo. in lect.* Lectus requies temporalis accipitur. Increpat ergo per dolorem in lectulo, id eſt in præſentis vitæ requie, vel tentationis ſtimulis, vel flagelli afflictione conturbat. Electus enim huius mundi iter aſperum facit, ne dū quiſquam vitæ præſentis requie quaſi vitę amœnitate paſcitur, magis eum diu pergere, quā citius peruenire delectet.

g *Et omnia oſſa, &c.* Oſſa virtutes accipimus. oſſa autem facit marceſcere, quia cum in ea requie quam nobis ab hoc ſeculo præparamus, flagello tentationis afficimur, qui de virtutibus noſtris inflari potuimus, cognitæ infirmitatis noſtræ tædio extenuamur, & omnis illa noſtrarum virium pinguis viridiſque gratulatio, ſubito anxietatis mœrore ſiccabitur.

h *Abomi. ei fit in vi. ſua pa.* Panem præſentis vitæ delectationem vocat. Vnuſquiſque enim cum ſibi bene viuendi proſperitas arridet, hilareſcit: at ipſa hilaritas animum velut deſiderabilis cibus reficit. Sed cum tentatione pulſatur, a mente eius omne gaudium reſpuitur, quæ prius eodem gaudio quaſi ſatiata lætabatur.

i *Tabe. ca. eius, &c.* Sicut vitijs tētamur ne intus extollamur, ita extra flagellis terimur: ne quod extra quæramus, mundo blandiente ſeducamur. *Tabeſcet caro, &c.* Carnis nōie, carnis delectatio accipitur. Tabeſcit ergo, & oſſa nudātur, quia dum flagellis arguentibus carnalis delectatio extenuatur, ea quæ quaſi ſub carne latuerant, virtutum fortia patefiunt. Nemo quippe quantum profecerit, niſi inter aduerſa cognoſcit.

k *Appro. cor. &c.* Tentati iuſti aīa corruptioni propinquare dicitur,

NICOLAVS DE LYRA.

*diuinæ locutionis cum homine, ſeu reſponſionis, ſ. per reuelationem diuinam, quæ vt frequentius fit in ſomnis, eo quòd quietatis ſenſibus a tumultibus exterioribus, anima eſt magis apta ad percipiendum diuinas reuelationes. & hoc eſt quod dicitur:* Per ſomnium in viſione nocturna, quando irruit ſopor ſuper homines.

1 Et dormiunt in lectulo. *Tunc enim ſunt inſomnia minus diſtorta.*

2 Tunc aperit aures virorum. *Id eſt potentias eorum cognitiuas ad percipiendum diuinam inſtructionem. vnde & frequenter intellectus per auditum ſignatur, ſicut frequenter dicimus alicui, audis tu, id eſt intelligis.*

3 Et erudiens eos inſtruit diſciplina, &c. *Accipitur hic diſciplina non pro cognitione ſpeculabilium, ſed agibilium. vnde ſubditur.*

4 Vt auertat hominem ab his quæ fecit. *quod aliquando fit per reuelationem ipſi factam, quandoque autem per reuelationem factam alteri qui mittitur a Deo ad eius inſtructionem, ſicut Petrus miſſus fuit ad docendum Cornelium Centurionem, Actu. 10. d.*

5 Et liberet eum de ſu. &c. *id eſt a peccato, quia in omni peccato mortali includitur Dei contemptus.*

6 Eruens ani. eius a cor. *ſcilicet culpæ.*

7 Et vi. il. *a corruptione pœnæ. ideo ſubditur.*

8 Vt non tran. in gla. *Et ſecundum hunc modum loquendi poterat dici Iob, quod Deus reſponderat ſibi terrendo eum per ſomnia, vt pœniteret de malitia ſua, quia ipſemet Iob dixerat ſupra 7. cap.* Terrebis me per ſomnia, &c.

9 Incre. quo. *Hic ponitur tertius modus diuinæ locutionis, ſeu reſponſionis, ſ. per infirmitatem carnis a Deo immiſſam, quia vexatio dat intellectum, & facit reuerti ad Deum. vnde dicitur Pſal. 15. a.* Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, *poſtea accelerauerunt, & tunc angelus hominis cuſtos præſentans coram Deo eius pœnitentiam, impetrat ſibi gratiam: & hoc eſt quod dicitur:* Incre. quoque. *ſcilicet Deus ipſum peccatorem.*

10 Per do. &c. *id eſt per infirmitatem doloroſam, quæ facit eum iacere in lectulo.*

11 Et omnia oſſa, &c. *robur corporis debilitando.*

12 Abomi. ei, &c. pa. *id eſt omnis cibus, etiam ille qui ante erat ſibi delectabilis: & hoc propter caſum appetitus.*

13 Tabe. ca. eius. *Quia hoc ſequitur ad abominationem nutrimēti.*

14 Et oſſa quæ tecta fuerant. *carne.*

15 Nuda. *id eſt apparebunt conſumpta carne.*

16 Appropinquabit, &c. *id eſt vita quæ per animam deſignatur, eo quòd viuificat corpus.*

17 Et vita illius mortiferis. *id eſt cauſis mortem inducentibus: & ſecundum hoc poterat dici ipſi Iob, quod Deus reſponderat ei, carnem eius multipliciter affligendo.*

Si

MORALITER.

ceſſatio ab exterioribus negotijs, & diligens ſtudium in ſcripturis: & tunc Deus inſtruit hominem de ſuis ſecretis.

4 *Vt auertat eum ab his quæ fecit.* id eſt a peccatis quæ non ſunt a Deo, ſed a nobis.

5 *Et liberet a ſu. &c.* Quæ eſt in omni mortali culpa: & ſic eruit eum a corruptione culpæ, & a gladio gehennæ.

9 *Incre. quo. &c.* Lectulus iſte dici pōt carnalis delectatio, in quo nimis iacuerat ille, cui Paulus dicebat, Eph. 5. d. *Surge qui dormis, & exurge, &c.* In hoc lectulo increpat Deꝰ p dolorē, qui viuenti carnaliter icutit extremi iudicii, & pęnarū iferni terrorē.

11 *Et omnia oſſa eius mar. &c.* quia tunc animus hominis præ horrore ſtupeſcit.

12 *Abom. ei. &c.* Nam delectatio praua, qua viuebat in peccatis, fit ei abominabilis.

14 *Et oſſa quæ te. fu. &c.* carnis putredine.

15 *Nudabuntur.* ex aſperitate pœnitentiæ.

16 *Appropinquabit cor. &c.* Quia per diligentem conſiderationem peccatorum penſat fœditatem aliorum.

17 *Et vi. il. mo.* i. mortalib. peccatis in pcedēti vita cōtractis.

*Si*

dicitur,quia ex ſuis ſe virib.pditioni pximũ non ignorat, vt hoc qđ a pditione lõge eſt,nõ ſibi ſed dño tribuat. Appropinquat ergo mortiferis, quia ex infirmitate carnis pximum ſe peccatis mortẽ ferentib.reſpicit,a quibus diuino munere tãto magis lõge fit,quãto ſe eis proximũ ex ſuis meritis deprehendit. Protectio tñ Dei minus neceſſaria creditur,ſi ſemper habetur:vtiliter aliquando ſubtrahitur, vt qđ ſine ea nihil eſt, homo oſtendatur.

a ¶In vno oſtenſa generali peſtilentia,generale remedium ſubinfert. ¶Alias vnus.

a b Si fuerit pro eo angelus † loquens vnum de † ſimilibus, vt 1
c annuntiet hominis æquitatem, miſerebitur eius, & dicet: Li- 2 3
d e bera eum, vt non deſcendat in corruptionem. Inueni in quo 4 5

a ¶Mira diſpoſitione Deus hoc nobis vertit in pœnam per quod fecimus culpam. b ¶Sed iam.

f g h ei propitier. † Conſumpta eſt caro eius a ſupplicijs, reuerta- 6

a ¶Etiam ipſe homo poſt angelum, aliter homo ad æterna petenda nunquam ſe erigeret.

i tur ad dies adoleſcentiæ ſuæ. Deprecabitur Deum, & placabi- 7

a ¶Hoc recte poſt amaritudines,vt de ſe terrore iudicij triſtis,& iſta mundatis oculis bona videat quæ quærit. b ¶Deus.

K l lis ei erit, & videbit faciem eius in iubilo, & reddet homini 8

¶Ex gratia contemplationis,ſequitur iuſtitia operationis, a ¶Iuſtitia Dei eſt dando,hominis accipiendo. b ¶Peccatorem ſe non cognoſceret,niſi iuſtitiam haberet.

m n iuſtitiam ſuam. Reſpiciet homines, & dicet: Peccaui, & vere 9

a ¶Pœna interrogat, ſi ſe homo vere cognoſcit.

o deliqui, † & vt eram dignus, non recepi. Liberauit ani-

a ¶Viua enim lectio eſt vita bonorum,quam reſpiciendo dicet.

p mam ſuam, ne pergeret in interitum, ſed viuens lu- 10
q cem videret. Ecce hæc omnia operatur Deus tribus vici- 11

† Vel ... † mihi

a *Si fue.pro eo an. &c.* Angelus iſte Chriſt⁹ accipitur, pro nobis aũt patri loquitur, vnum de ſimilib. Cum enim in cunctis operationibus ſuis immẽſa nos virtute trãſcendit, in vno tm̃ a nobis ... in formæ veritate non diſcrepat,qui patri pro nobis loquit᷑, per hoc ꝙ ſe nobis ſimilem oſtendit. Loqui enim eius eſt ſe p nobis hominem oſtendere,præter quem nullus æquus inueniretur,qui ſine peccato pro peccatoribus intercederet.

b *Vnum de ſi.* Quia vere homo,ſed non ita natus, vt alij, non ita mortuus,neceſſitate enim ſurgit per ſe & die tertio.

B * Catena Græ. Si fuerint mille angeli mortiferi, vnus ex ijs non vulnerabit eum.

※ Nicetas. Si ægrotus conuerterit ſe ad dominum, conualeſcet,etiam ſi ſexcenta quædam ſunt quæ mortẽ acceſſant.

c *Vt annun.ho.&c.* Angelus æquitatem hominis annũciauit. Intercedens enim pro peccatoribus ſemetipſum iuſtum hominem,qui pro alijs indulgentiam mereretur, oſtendit.

d *Miſere.eius.* Mediator in eo miſeretur hominis, quia formam hominis ſumpſit.

e *Et di.Libe.eum.* Dicere eius eſt liberare hoĩem, naturã hominis aſſumendo,& liberam demõſtrare. Ex ea quippe carne quam ſumpſit,etiam hanc oſtẽdit liberã,quam redemit.

f *Vt non de.in cor.* de quo ſuprà. Appropinquabit corruptioni ideſt, quia cognoſcendo ſe corruptioni proximũ non ignorat,ideo non deſcendat in corruptionem.

g *Inue.in quo &c.* Acſi aperte dicat, quia nullus hoĩum fuit, qui coram Deo interceſſor iuſtus pro hominibus appareret: memetipſum ad propitiandum hominibus hominem feci, & dum me hominem exhibui, in quo iuſto homine hominibus propitier,inueni.

h *Conſum.eſt ca.&c.* Innumeris.n.humanũ genus ſupplicijs vitiorum & pœnarum premebatur, ſed veniente redemptore reuertitur ad dies adoleſcentiæ ſuæ, ideſt prioris vitæ integritate renouatur,vt non in eo remaneat quo lapſus eſt, ſed ad hoc redemptus redeat, ad quod percipiendum conditus fuit,

De

D i *Depre.de.* quia dũ redemptor nr̃ patrem pro nobis interpellat, nos quoq; priſtinæ vitæ torpore diſcuſſo ad ſtatũ orõnis accendimur. Iõ apte dr̃: *Depre.de.& pla.erit ei.* Prius enim poſtulare angelũ, & poſtea hoĩem dicit,quia niſi ante ipſe dñs per incarnationem ſuam interpellans prẽm vitam noſtram peteret, nunꝗ ſe inſenſibilitas noſtra ad poſtulanda ea quæ æterna ſunt, excitaret,ſed incarnationis eius pceſſit oratio, vt corporis noſtri euigilatio ſubſequatur.

※ Nicet. Theodotio: obſecrabit Deum, & benedicet eum.

※ Cate.Grec. Ingredietur facie munda cum confeſſione.

* Nicetas. Cæteri, Hilari,& pro cũ confeſſione: Aquila, in alacri vociferatione: Symmachus, in hymnologia.

K *Et videbit fac. eius,* Poſt laborum enim E certamina, poſt tentationũ fluctus in exceſſu anima ſuſpẽditur, vt cognitionem diuinæ præſentiæ contempletur. Iubilum autem dicitur ineffabile mentis gaudium,ꝗ nec abſcondi poteſt,nec ſermonibus aperiri. Et tamen quibuſdam motibus proditur, quamuis nullis proprietatibus exprimatur.

l *Et red.ho.iu.ſu.* non quam ex ſemetipſo habuit, ſed quam conditus,vt haberet,accepit, vt inhæreret Deo liber,vt minacem eius ſententiam pertimeſcat.

m *Reſpiciet ho.* Scriptura nunquam homines dicit,quos a beſtijs ratione diſtinguit, ideſt quos non atteri beſtiali paſſionum motu demonſtrat.& eſt ſenſus: Sanctorum virorum exempla conſpicit, atque ex eorum cooperatione ſe penſans,iniquum ſe eſſe comprehendit.

n *Pecca.& ve.* Qui malorum exempla conſiderat, minus ſe percuſſum quam merebatur agnoſcit, quia in illorum iuſtitia conſpicit quam grauis culpa fuerit quod errauit. *Peccaui & vere.* Vere non vt qui verbotenus ſe peccatorem fatetur, & tamen ſe defendit ſi arguitur: hic talis humilis vult videri non eſſe.

* Nicet. Gratias ago qđ me ab interitu liberaueris,dicet pœnitens. Aut precibus a Deo contendet, vt corpore ſolutus non ad iniquorum partes,ſed ad iuſtorum lumẽ demigret.

o *Liberauit an.&c.* quia præueniẽte diuina gratia in operatione bona, noſtrum liberum arbitrium ſequitur: noſmetipſi nos liberare dicimus,qui liberanti nos dño conſentimus.

p *Sed vi.lu.vi.lucem.* ſ.veritatis, quam corde mortuus videre non poſſit,vel viuens tunc lucem reſpicit, qui dñm ad iudicium liberis oculis cordis in forma diuinitatis attendit.

q *Ecce hæc omnia ope.de.* De tẽtato flagellatoq; hoĩe dictũ eſt F ſuperius. Abominabilis ei fit in vita ſua panis &c. Inferius verò

NICOLAVS DE LYRA.

1 Si fue.pro eo. *pro eo ſic afflicto pœnitente tamen.*
2 Angelus lo. *i.pœnitentiam eius deo proponens.*
3 Vnus de mi. *Secundum illud Dan.8.* Millia milium miniſtrabant ei &c.
4 Miſerebitur eius & di.Li.eum. *vt ſit executor diuinæ miſericordiæ,cuius erat allegator.*
5 Reuertatur ad di.ado. *ideſt ad priſtinam ſanitatem & proſperitatem.*
6 Deprecabitur deum. *pro remiſſione ſui peccati.*
7 Et placabilis ei erit. *dando ei effectum deſideratum.*
8 Et videbit eius &c. *i.in mirabili gaudio,quæ quidem viſio incipit hic per fidem.ſed conſummabitur in futuro per apertam viſionem.*
9 Reſp.ho.&c.pec. *i.nõ verebitur cõfiteri peccatum ſuum etiam in conſpectu hominũ:& iſto modo poterat dici Iob, ꝗ erat ſibi reſponſum à deo, qui ſibi dederat angelum cuſtodem paratum ei impetrare gratiam,ſi emendatus fuiſſet poſt corporis ſui flagellationem.*
10 Ecce hęc omnia. *Hic applicat Eliu prædicta ad propoſitum,& ſecundo monet Iob ad intelligendum,ibi:* Attẽde Iob. *Circa primum dicitur:* Ecce hæc omnia. *i.reuocationes a peccatis prædictis modis, & reſponſiones de agendis.*
11 Ope.de.t.vi.&c. *ſcilicet peccatores. In hoc loco dicit Ra.Sa.quod* ※ *tribus*

Et

MORALITER.

1 *Si fue.pro eo &c.* Hic accipitur ſi pro quia, qa angeli ſancti offerunt Deo bonorum merita, To.12.c. *Quando orabas cum lachrymis.* Sequitur: *Ego obtuli orationem tuam domino.*
2 *Vnus de milibus.* ſecundum illud Dan.12.c. *Millia milium miniſtrabant ei.&c.*
3 *Miſerebitur eius.* remittendo culpam.
4 *Et dicet:Libera eum.* reprimendo dęmonis potentiam.
5 *Vt non deſcendat.* in gehennam.
6 *Inueni in quo propitier ei.* Et quid ſit illud oſtẽditur,cũ dicit:
7 *Conſumpta eſt caro eius a ſup.* i.carnalis eius vita, p pœnitentię ſupplicia.
8 *Reuertatur ad dies ad.* per puritatem conſcientię.
9 *Deprecabitur Deum.* pro conſecutione gloriæ.
10 *Et vide.fa.eius in iubi.* in pręſenti per internam conſolationem,& in futuro per apertam viſionem.
11 *Reſp.ho.* de ſua mutatione mirantes.
12 *Et dicet pec.&c.* ideſt auſteritatem pęnitentię non accepi ſecundum quantitatem peccati.
13 *Ecce hæc omnia ope.de.tri.&c* nam in iuuentute,ſenectute, & medio tempore inducit homines ad emendationem vitę ſuę.

tię

A vero ſubnexum eſt. *Deprecabitur Deum , & placabilis ei erit &c.* In his ſententijs,& ſupra mœror amaritudinis,& infra ſubiecta eſt lætitia ſecuritatis.

※ Nicetas. Verbis,ſomnijs, & morbis peccatores conuertit. Moxque ſubditur.

Tres enim ſtatus ſunt in quibus quilibet iuſtus.

*Hæc omnia ope.do.tri. vi.per.* Ac ſi di. quod de vno dixi, hoc trib. vicibus per ſingulos agitur,i.mœrorem & lætitiam , in vniuſcuiuſq; electi animo tribus modis alternari inuenimus, i.conuerſione,probatione, morte. In conuerſione enim grauis mœror eſt, cum vult deſideriorum temporalium graue onus abijcere, & leue iugum domini libera ſeruitute portare, ſed occurrit illa familiaris ſua carnalis delectatio, quæ autem tunc cordis in illo anxietas, cum hinc ſpiritus vocat,hinc caro reuocat, vt dici poſsit de

B eo: *Abominabilis ei fit in vita.ſ.p. &c.* Sed quia diuina gratia diu eum hac difficultate affici non permittit,ruptis peccatorum vinculis ad libertatē nouę conuerſationis conſolando perducit,& precedentem triſtitiam ſubſequens lętitia refouet, quia in inchoatione prouidebat Deus blāda, quę nemo putet perfectionē,vt de eo dici poſsit: *Deprecabitur Deū,& placabilis ei erit &c.* Poſt primā aūt vocem mœroris & lętitiæ quā vnuſquiſq; per ſtudiū cōuerſionis agnoſcit,ſecūda ſuboritur:ne ſecuritatis negligentia diſſoluat,vt hoſtes in deſerto occurrūt, poſt ſubmerſos Aegyptios immediatē amara ut probet in fine ſumma. Plerūque.n.euenit, ut iā conuerſum inſurgentia plus quā in initio vitia crucient,& repugnantis aīum iamiāq; quaſi in lapſum deſperationis inclinēt,ut de eo dici deat: Abominabilis ei fit in vi.&c.Sed quia miſericors Deus probari nos permittit tētationib.nō reprobari,cuius cōſolatio occurrit,īpugnātesq; cogitationū motus interna pace tranquillat , vt de hoc tentato liberatoq; hoīe deat dici: *Videbit fa.eius in iu.* Poſt percuſſionis

C certamina,& poſt probationis ærumnā ſolutioni carnis appropinquās, nōnunquā terrore diſtrictæ vindictæ etiam iuſta anima turbat,timens magis mala quæ non intelligit, cui etſi quid

D in hac vita tranquillū ſapere potuit, mortis articulo interueniēte concurit, vt iure dici debeat: *Abominabilis ei fit in vi.* Sed quia iuſtorū aīæ alienis quibuſq; cōtagijs ipſo ſæpe mortis pauore purgant, & æternam retributionē percipiunt. Plerūque verò cōtemplatione quadam retributionis internæ priuſquā carne expolient hilareſcūt, & rectè dr: *Videbit faciem eius in iu. &c.* Sed quia electi cuiuſque mens vel labore conuerſionis,vel tentatione probationis , vel formidine ſolutionis atteritur, atque ipſa attritione purgata liberatur,Sequitur.

a bus per ſingulos, vt reuocet animas eorum a corruptione,

a ¶ Proprium eſt arrogantis,veris ſuperba miſcere.

b & illuminet luce viuentium. Attende Iob & audi me,& tace 1

c dum ego loquor. ſi autem habes quid loquaris, reſpon-

¶ Non ex corde hoc dixit,cum non expectans ſtatim ſubdit.

d de mihi: Loquere : Volo enim te apparere iuſtum . quod ſi 2

e non habes,audi me:tace,& docebo te ſapientiam. 3

a *Vt reuo.animas &c.& illu.lu.* Lux morientium eſt, quā corporeis oculis cernimus. Illuminantur autem a luce viuentium, qui deſpecto temporali lumine ad ſplendorem internæ claritatis recurrunt , vt ibi viuant, vbi uerum lumen uideant,vbi non aliud lumen, aliud vita eſt. E

b *Attende Iob &c.* Eliu poſtquam multa ſapientia profunda digeſsit,qualē ſe apud ſe habeat , hac locutione manifeſtat. Immenſa enim ſuperbia eſt, a ſeniore ſibi reuerentiam exigere,& ſilentium imperare meliori.

c *Si autem habes &c.* Iuſti prædicatores dum corripiunt ſe humilitatis gratia, in eo quod corripiunt,ne fortè fallantur exquirunt:correptiſque licentiam tribuunt,vt ſiquid pro ſe ipſi iuſtius ſentiunt , fateantur : hoc arrogantes imitari appetunt.Pauliſper enim in verbis elatione poſtpoſita,quaſi quos corripiunt,ſi fortè reperire poterunt,iuſtitiam quærunt,non quia ita ſentiunt, ſed quia ornari per humilitatis ſpeciē concupiſcunt,ne videantur tumidi,vt ſunt.

d *Volo enim te appare. &c.* Quia hoc ex corde non protulit, audire quod quæſierat, non expectauit. Nam illico ſubiunxit.

e *Quod ſi non ha.au.* Eliu dici quod quæſierat , non permiſit, ſed mox quod intrinſecus geſtabat,erupit. F

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

Error Ra. Sa. de pœnitētia.

※ *tribus vicibus tantum recipit Deus peccatorem ad pœnitentiam , ſed ſi quarto recidiuet, non recipitur amplius,ſed reſeruatur ad gehennā. Et ad hoc inducit verbum Amos prophetæ 2.a. Super tribus ſceleribus Iſrael,& ſuper quatuor non conuertam, quaſi dicat dominus : ſi quarto recidiuet,ad miſericordiam eum non recipiam: Sed illud dictū eſt erroneum,quia eſt contra dicta omnium ſanctorum, & contra ſcripturam no.ac ve.teſta.Dicit enim ſaluator Lu.6.f.* Eſtote miſericordes ſicut & pater veſter &c. *Et Petro quærenti quoties peccatū ſit dimittendū fratri, Mat.19.ca.dicit:* Non dico tibi vſq; ſepties,ſed vſq; ſeptuagieſſepties.*i.toties quoties vt exponit Aug. ergo & pater cæleſtis dimittit peccatum peccatori toties quoties vere pœnitet.Item eſt contra ſcripturam ve.te.quia* 1.*Re.legitur Dauid peccaſſe in morte ſacerdotum Nobe. vnde peccatū ſuū recognoſcēs & pœnitens dixit* 1.*Re.*22.*d.* Ego ſum reus omnium animarum patris tui, *ſicut ibidē expoſui.Item in adulterio cū Bethſabee,& homicidio Vriæ,de quo etiam pœnituit & veniam obtinuit.propter quod dixit ei Nathan* 2.*Re.*13. Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum.*Tertio in fractione iuramenti, quod fecerat Ionathæ de fœdere cōſeruādo ad ipſum & ſemē ſuū . & in hæreditatis medietatē Miphiboſeth filij Ionathæ dedit Sibæ peſſimo detractori: & poſtquā ſciuit innocentiā Miphiboſeth & malitiā Sibæ , vt habetur* 2.*Re.*16. *& de hoc ſimiliter pœnituit,& veniam habuit,licet nō ſit expreſſe ſcriptum:quia poſtea ſancte vixit. Quarto peccauit in numeratione populi & veniam obtinuit,vt habetur* 2.*Reg.vlti. Ex quo patet manifeſte falſum dictum Rab.Sa.ſcilicet quod poſt tertium recidiuum venia non detur. Ad hoc etiam facit dictum domini per Ezech.*24.*d.*Morte morieris &c. *ſubditur poſtea:* Omnium peccatorum eius non recordabor. *Ex quo patet,quod quantumcunque recidiuando quis peccauerit,vere tamen pœnitens, veniam obtinebit.Item eſt contra rationem , quia ſi poſt tertium recidiuum non habetur venia,hoc eſt propter aggrauationem peccati ex recidiuo . Si autem aliquis ponatur peccare tanto tempore abſque interruptione peccati per pœnitentiam,non eſt dubiū , quia eius peccatum grauius eſt quam ſi fuiſſet interruptum frequenter per pœnitentiam,& tamen de iſto ſic continuante peccatum ſi finaliter pœniteat,oportet ſecundum Ra.Sa.concedere,quod veniam obtinet, eo quod nō ſolum ſemel, ſed etiam ter recipitur ad pœnitentiam:ſecundum eum ergo multo fortiùs ille,qui frequenter peccatum interrupit per pœnitentiam, & recidiuauit per culpam quantumcunque recidiuauerit, dum tamen finaliter vere pœnituerit, veniam obtinebit. Dictum etiam Amos allegatum non valet, quia non inducit verum ipſius intellectū: propter quod aliter exponitur ſupra poſitus locus :* Hæc oīa op.de.tri. vi. *i.monens peccatorem ad pœnitentiam toties quoties iudicat expedire:vtitur tamen Eliu numero ternario humanis iudicijs alludendo , in quibus ſententiam præcedit trina monitio.*

Quoties Dauid peccauit.

1 Attende Iob.*Hic conſequenter Eliu iterum excitat Iob ad attentionem quaſi magna dicturus.Et patet litera vſque ibi:*

2 Vo.enim te appa.iu. *q.d.vellē quod tu poſſes vere hoc oſtendere.*

4 Quod ſi non ha.*i.quia nō habes. reputabat enim eum certitudinaliter iniuſtum. vt patet ex ſupradictis , & ex ſequentibus apparebit. Si autem conſideretur prædicta Eliu reſponſio ad dicta Iob, non videtur valere.Iob enim nō quærebat diſputare cū deo præſumptuoſe & de pari,ſicut Eliu imponit ſibi,prout fuit ſupra declaratum* 12.*cap.Item petebat Iob declarationem veritatis ſuæ innocentiæ per diuinam ſententiam,non tantum pro ſe quantum pro alijs,vt recederent ab errore, quo credebant nullum flagellari in præſenti,niſi pro peccatis ſuis, ſicut & dominus fecit in fine libri, dicens :* Non eſtis locuti coram me rectum, ſicut ſeruus meus Iob: *& ideo petitio Iob nō fuit fruſtra aut ſuperflua,vt aſſerit Eliu,ſicut nec domini finalis ſententia.*

CAP.

## ADDITIO I.

In ca.33.vbi dicitur in poſtilla : *Si potes,reſponde mihi.* quaſi dicat non debes contemnere iuuentutem meam &c.

Hoc quod dicitur : *Si potes , reſponde mihi &c.* non videtur exponendum ſic , quod Eliu in his verbis & ſequentibus intendebat monere ipſum Iob, nec contemnere Eliu propter iuuentutem ſuam. ipſe enim Eliu erat ita arrogans , quòd præſumebat de ſe , quòd eſſet dignior & ſapientior ipſo Iob. vnde in fine huius cap. dicebat : *Audi , tace , & docebo te ſapientiam.* Sed iſta verba videntur potius referenda ad hoc quod ſuprà dixerat Iob cap.9. *Auferat a me virgam ſuam , & pauor eius non me terreat: loquar & non timebo eum, neque enim poſſum metuens reſpondere.* De quibus verbis videtur , quod Iob licet quando-

A qñq; videbatur ſe deſiderare diſputare cũ deo, tñ cũ hoc deſiderabat, q, poſſet talẽ diſputationẽ facere ſine terrore, ne p metũ ſua reſponſio impediret: ideo Eliu dicebat ipſi Iob immediate ante verba pdicta. *Si potes, reſponde mihi: aduerſus faciẽ meã cõſiſte,* i. non debes te excuſare a reſponſione mea pp timorẽ ſeu terrorẽ, quẽ a me habeas. Cuius rationẽ ſubdit, dicens. *Ecce & me, ſicut & te fecit deus.* i. ambo ſumus purę creaturę qua ratione nõ debes me timere, & de eodẽ luto ego quoq; formatus ſum. q.d. non habeo prærogatiuã ſup te in naturalibus, pp q̃ debeas me timere, & excuſare te ne reſpõdeas: Sed qa ipſe Eliu pręſumebat de ſe, q, habebat magnã ſcientiã ſibi diuinitus datã, ſilr & altã eloquentiã, ideo ſubditur: *Veruntamen miraculũ meũ te nõ terreat &c.* q.d. licet in bonis naturalibus nõ excedã te, pp quę debeas me timere, excedo tñ te in ſcientia, & eloquentia mihi diuinitus datis: & ita rogo, ne terreant te, ne pp hoc dimittas reſponſionem: & iſta dicebat alliciens eũ ad reſponſionẽ. ſicut infra in fine huius capituli dicit: *Si autem habes quid loquaris, reſponde mihi: volo enim te apparere iuſtum.* Et prędicta expoſitio concordat cum glo: quę ſuper illud verbum: *Veruntamen miraculum meum &c.* ſic dicit: Paulus humiliter ſua alta, verbum ſolatij vocat, lo-
B quens Hebręis: iſte ſua minima, ſcientiam, eloquentiam, miraculum vocat, &c.

### ADDITIO II.

In eo. c. 33. vbi dicitur in poſtilla: Circa primum dicitur: *Ecce hæc omnia.* i. reuocationes a peccatis &c.

Licet dictũ Ra. Sa. in hoc q, aſſerit, q, tribus uicibus tantũ recipit deus peccatores ad pęnitẽtiã & nõ amplius, ſit manifeſte erroneũ prout poſtillator ſufficienter oſtẽdit: nõ tñ eſt inconueniens dicere, q, Eliu dicens: *Ecce hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per ſingulos,* hoc intendebat ſicut Ra. Sa. expoſuit, prout ẽt verba magis ſanant. Eliu. n. non credit fuiſſe propheta, vt ſtandũ ſit dictis ipſius: potuit. n. in hoc errare, ſicut ẽt errando in condemnatione Iob. Qđ aũt inducit poſtil. de Dauid, q, peccauit in morte ſacerdotũ Nobe: improbatũ fuit in additione ſuper 2. Reg. 15. nihilominus tñ ex hiſtoria Dauid põt induci, q, Deus recipit pctõres ad pñiam ẽt poſt tertiam recidiuationem. Peccauit. n. Dauid primo in adulterio Berſabee, ſecundo in homicidio Vriæ, tertiò in fractione iurĩ facti Ionathæ. quarto in numeratione populi prout poſtil. deducit, & tñ Dauid finaliter pœnituit, & cõnumeratur inter

D inter ſanctos, cum Deus poſt mortem ipſius Dauid ſæpe vocet eum ſeruum in ſcripturis ſacris, propter quem etiam poſteritati ſuæ multa beneficia conceſſit, vt patet Eſa. 37. *Et protegam ciuitatem iſtam, vt ſaluem eam propter me, & propter Dauid ſeruum meum.* Et in eo. Eſa. 5. a. *Feriam vobiſcũ pactum ſempiternum, miſericordias Dauid fidelis:* & in multis alijs locis.

REPLICA. In cap. 33. vbi poſtil exponit verba Eliu, dicens: *Si potes, reſponde mihi.* q.d. non debes contemnere iuuentutem meam: Sed Bur. aliter volens verba Eliu interpretari, inuoluit ipſum in cõtradictorijs, quibus vt puto, ipſe Eliu inuolui noluiſſet. Primo Burgẽ. dicit eum fuiſſe arrogantem ſic q, præſumebat ſe digniorem ipſo Iob, & magis ſapiẽtem. Secundo Bur. dicit Eliu ſentire, q, nullam prærogatiuam haberet vltra Iob in naturalibus: Sed qũo, quæſo ſtant illa in figura q, arrogans ſe præſumeret digniorem, & diceret ſe nullam habere prærogatiuam in naturalibus? Verè. n. arrogans naturalia ſani hominis non æquiparat naturalibus leproſi & extreme infirmi, cuiuſmodi fuit Iob: Nec ſunt illa verba arrogantis, ſed humiliter ſentientis, cum dr̄: Me ſicut te de eodem luto fecit Deus. Nec valet quod Bur. adducit de 9. cap. quod quia Iob allegauit ſe timere Deũ, ideo metuebat Deo
E reſpõdere: quod ideo Eliu æſtimauit Iob timere ſimiliter ſe ſe, & ſic metuere reſpondere. Iob enim ſanctus timens Deũ rationabiliter hominem timere non debuit, & qui & amicos ſeniores diſputando, & errores eorum obiurgãdo conuicerat, veriſimiliter iuuenem Eliu non timuit, nec ei reſpondere recuſauit. Et ſic patet quod Burgẽ. timorem Iob erga Deum, ad Eliu malè tranſtulit & comparauit.

In eo. vbi poſtil. reprobat errorem Ra. Sa circa expoſitionem illius dicti Eliu: *Hæc omnia operatur Deus tribus vicibus &c.* & verius exponit. Bur. notat poſtil. in duobus primo quod exponit dictum Eliu ſecundum modum faciendi humanum, ſed Burg. dicit quod Eliu errauit, ſicut Ra. Sa. qui eum erroneè expoſuit. In hoc autem Burg. videtur deficere. nam non eſt veriſimile, quod. ſ. Iob tam magnum errorem, ſcilicet quod Deus tantum tribus vicibus parceret peccanti, reliquiſſet intactum, cum etiam minores amicorum errores obiurgabat. Secundo Burgen. notat poſtil. in exemplo poſito de Dauid circa necem ſacerdotũ. Huius correctionem vide 2. Reg. 15.

### CAP. XXXIIII.

a PRonuntians &c. * Nicetas. Eliu iuſtè impios mulctari confirmat, Ioboque ſuccenſet quod æquo iure cum
C Deo velit in iudicio confligere: ſed Iobus vt amicos coargueret apud Deum experiri voluit. Quid per huius pronuntiationis vocabulum, niſi iflatio elationis oſtenditur? vt verba quę de alta radice ſuperbiæ veniebant, cũ quadam quaſi altitudine & diſtrictione procederent.

b *Audite ſa. ver. me.* Acſi di. Sicut nec auris eſcas, nec guttur verba cognoſcit, ita nec ſtultus quiſque ſapientum ſententiam intelligit. Sapientes ergo intelligite quod

F quod dico, qui poteſtis ea quæ fuerint dicta, cognoſcere. Sed quia prædicationem arrogantium nullus admitteret, ſi non aliquid humilitatis imagine permiſcerent, rurſum quaſi ad quandam æqualitatis concordiam condeſcendit.

c *Iudi. eli. &c.* Vtrũ hoc iudicium ex humilitate quęſierit, ex ſequentib. penſatur.

* Cate. Græc. Dominus mutauit iudiciũ meũ. Aquila & Symmachus: Peruertit & alienauit a me iudicium.

* Nicetas. Sic acceperat verba Iobi, qui tãtum dixit de factis meis Deus iudicare cunctatur.

d *Qui. di. Iob. &c.* quia hoc minimè dixerit, requiſita ſacri eloquij verba teſtantur.

### CAP. XXXIIII.

a ¶ Quaſi, ſuper indignos hæc cęlitus effundantur.
a PRonuntians itaque Eliu etiam hæc locutus 1
a ¶ Nimis tumet quia ſua verba non putat decenter audiri niſi a ſapientibus.
b eſt. Audite ſapientes verba mea, & eruditi au 2
a ¶ Auris non quærit ſapientes facere, ſed ſapientibus ſe oſtendere, vt doctus à doctis audiatur.
c ſcultate me. Auris enim verba probat, & gut- 3
tur eſcas guſtu dijudicat. Iudiciũ eligamus no 4
¶ De hoc iudicemus.
d bis, & inter nos videamus qđ ſit melius. Quia dixit Iob: Iuſtus 5
6

Quis

### NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. XXXIIII.

1 PRonuntians &c. *Præmiſſa Eliu repetitione, & reſponſione eius ad dicta Iob, hic incipit arguere contra ipſum. Dixerat autem Iob duo contra quæ arguere intendebat. Vnum erat, q, videbatur ſibi, quòd Iob Deo imponeret iniuſtitiam. Secundo quod ſibi falſo attribueret iuſtitiam. Et ideo primo arguit contra primum, ſecundo contra ſecundum, cap. ſeq. tertio contra vtrumque ſimul, quaſi diſputationem a principio reſumendo, cap. 36. Prima in tres, quia primo audientiam petit. ſecundo ad propoſitum arguit, ibi:* Abſit a Deo impietas. *tertio ipſi Iob locum loquendi tribuit, ibi:* Quia ergo ego locutus &c. *Circa primum ſciendum, quod Eliu reputabat ipſum Iob paſſionibus iræ & triſtitiæ mente turbatum, & per conſequens ad capiendum verba eius minus aptum: propter quod petit audientium ſapientum, di.*

2 Audite ſa. &c. *Et cauſam ſubdit, dicens:*

3 Auris enim verba pro. &c. *q.d. Sicut ſenſus exteriores de propriis ſenſibilibus rectè iudicant, ſic & ſapientes de intelligibilibus. ideo ſubdit:*

4 Iudicium eli. &c. *de dictis Iob, & de illis quæ dicturus ſum.*

5 Et inter nos vi. &c. *i. verius dictum. ſ. ſuum an meum. Conſequenter repetit in breui dicta Iob contra quæ intendit diſputare.*

6 Quia dixit Iob, iuſtus ſum. *Hoc accepit ex eo quod ſupra dixerat Iob 27. a.* Iuſtificationem meam quam cœpi tenere, non deſeram: *& in hoc ſatis bene repetiuit dictum Iob.*

Er

### MORALITER.

1 *Pronuntians. Eliu etiam hæc &c.* Modus arrogantis eſt ſuam ſcientiam nimis magnificare. & ſic dicit.

2 *Audite ſa. ver. me.* q.d. tam alta ſunt, quòd non ſunt ſimplicibus proponenda. Et veris falſa miſcere. & ſic dicit: *Dixiſti Iob: Deus ſubuertit iudicium meum.* hoc enim Iob non dixerat, vt in expoſitione literali fuit oſtenſum. Et ad iniurias procedere, & ſic loquitur.

A a *Quis eſt vir, &c.* vt ſubaudiatur nullus. Ecce quem dominus dixit diabolo abſque comparatione iuſtum, eum Eliu aſſerit abſque comparatione peccatorem, de quo ſubdit;

✲ Cat Græ. Quis vir ſicut Iob, bibens ſubſannationem ſicut aquam? qui non peccauit, neque impiè egit, nec deniq; communicauit cū facientibus inique, vt ambularet cum impijs.

✲ Clement. Rerum omnium pretioſiſſimum peculium tranquillitas. Talē nobis Iobum hic liber deſcribit.

b *Qui bi. ſubſa. &c.* Aqua cum bibitur ita liquidè ſumitur, vt ad ſorbendum nulla ſui pinguedine retardetur. Subſannationem verò vt aquā bibere, B eſt Deum ſine aliquo obſtaculo cogitationis irridere.

c *Dixit enim, non pla. &c.* quia quòd minimè dixerit, ſiquis beati Iob verba legit, agnoſcit.

d *Ideo vi. cor. &c.* Iterum faſtu ſuperbiæ eos quærit qui quaſi digni ſe valeant intelligere.

e *Abſit a de. im.* Bene dixit, quia omnipotenti Deo iniquitas vel impietas non eſt.

✲ Cat. Grec. Non enim dicas, quod non erit viſitatio viri, & viſitatio illi a domino.

* Nicet. Conqueritur quaſi Iob res noſtras a Dei contēplatione ſepoſuerit. Theodotio ſic interpretatur, nō periclitabitur vir, cū ſe ꝓbauerit cū Deo. Symmachus, non ęquabit vir.

f *Opus enim &c.* In hac vita nequaquam hoc agitur. Nam & C multos illicita perpetrantes gratuito præuenit, atque ad ſancta opera conuertit, & nonnullos actibus rectis deditos, flagello interueniente corripit. D

g *Vere enim de. non &c.* Fruſtra condemnare non poteſt ea condēnatione, quæ in extremo punit omne quod hic quiſq; iniquè commiſerit, nec omnipotēs ſubuertit iudicium, quia etſi minus recta videntur eſſe quæ patimur, recta tamē in occulto examine decernuntur.

h *Quem conſtituit &c.* Nullum, per ſe enim regit mundum, qui per ſe condidit, nec eget adiutorijs ad regendum, qui non eguit ad faciendum. Sed hoc idcirco dicit vt indicet, quia omnipotens Deus ſi per ſemetipſum regere non negligit quod creauit, quod bene creauit, vtique bene regit, quia quod piè condidit impiè non diſpoſuit. E

i *Si dire. ad eū.* Curuū eſt cor eius, cum ima appetit: dirigitur cū ad ſuperna ſubleuatur. Spiritum autem, pro internis cogitationibus & flatum, qui per corpus trahitur pro externis actionibus ponit. Deum ergo ſpiritum hominis & flatum ad ſe trahere, eſt ad conuerſionem ſui deſiderij, & interiora noſtra, & exteriora commutare, vt omne quod eſt homo ad Deum a quo eſt, & interius deſiderando ferueat, & exterius ſe edomando conſtringat.

K *Deficiet omnis ca. ſi.* Simul omnis caro deficit, quando iam nullus ſuis motibus ſeruit. Homo in cinerem reuertitur, cum humilitatis ſpiritu tangitur, & nil ſe eſſe aliud quam cinerem recordatur. F

a ¶ Ecce qui iudicium quæſiuit, iudicium protulit ex culpa, quam finxit. vt poſt, nulla Iob expectetur ſententia.

ſum, & Deus ſubuertit iudicium meum. † In iudicando e- 1

¶ Arrogans magis quærit obiurgare, quam refouere vt ſuperior videatur. 2

nim me, mendaciū eſt, violēta ſagitta mea abſq; vllo peccato. 3

a Quis eſt vir, vt eſt Iob, qui bibit ſubſannationem quaſi aquā, 4

¶ Ex ſocietate reproborum dignum damnatione iudicauit. 5

b qui graditur cum operantibus iniquitatem, & ambulat 6

¶ Quia ſuperbus a veritate alienus eſt, mox ad falſa prorumpit qui ſe extollit, quæ in alio reprehendat nequiter fingit.

c cum viris impiis? Dixit enim: Non † placabitur Deo, etiam ſi 7

¶ Non eſt vt Iob dicit.

d currerit cum eo. Ideo viri cordati audite me: Abſit a Deo im- 8

e a ¶ Quod non tamen ſic vt ille putat. 9

f pietas, & ab omnipotente iniquitas. Opus enim hominis red-

g det ei, & iuxta vias ſingulorum reſtituet eis. Vere enim Deus

a ¶ In extremo, & ſi hic fruſtra affligit.

non condemnabit fruſtra, nec omnipotens ſubuertet iudi-

¶ Enim.

h cium. † Quem conſtituit alium ſuper terram, aut quem poſuit 10

¶ Ergo.

i ſuper orbem, quem fabricatus eſt? Si direxerit ad eum 11

¶ Et tunc.

K cor ſuum, ſpiritum illius & flatum ad ſe trahet. Deficiet om- 12

† vel, Quis conſtituit cū ipſo terrā? & quis poſuit orbē vniuerſū? Chal. interpr. Quis præcepit ei vt faceret terrā? non ne voluntate ſua fecit? Alii vertunt, Quē præfecit ſibi (vel pro ſe) ſuper terram?

† (i. mentiri etiam habeo, ... ctus ... gitais ... ſi nullu... lus in...

† Vel p... viro c... cucurr... Deo (i... vixerit)

Si

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et Deus ſub. &c. *Hoc accepit Eliu ex eo quod ibidem Iob præmiſerat.* Viuit Deus, qui abſtulit iudicium meum. *& in hoc malè repetiuit, quia hoc non dixerat Iob ex propria ſnīa, ſed quaſi cōcludens ex dictis aduerſariorū, ſicut ibidē dictū fuit. Dato ēt q̄ Iob ex propria ſnīa hoc dixiſſet adhuc malè repetiuiſſet. Aliud enim eſt iudicium ſubuertere, & aliud auferre. Subuertere .n. iudicium ſemper eſt malum, nec poteſt bene fieri, propter quod non pōt Deo competere. Auferre verò iudicium, non eſt aliud niſi non vti iudicio, quod poteſt bene fieri in caſu, in quo iudex vtitur miſericordiæ & non rigore: & hoc maximè poteſt fieri a iudice qui habet plenitudinem poteſtatis, & qui nulli aſtringitur, cuiuſmodi eſt ipſe Deus. Et ex hoc patet, quòd quicquid Eliu in hoc cap. concludit contra Iob imponens ei quòd dixiſſet Deum iniuſtum, vel iuſtitiæ ſubuerſorem, non concludit contra eum.*

2 In iud. enim me men. eſt. *i. falſitas iudicij.*

3 Violen. ſa. me. *i. aduerſitas qua ſum percuſſus, eſt mihi inflicta per violentiam Dei, & non per iuſtitiam. Iſta imponit Iob falſo, vt patet ex præmiſſis, conſequenter increpat Iob de prædictis, dic.*

4 Quis eſt vir, vt e. Io. *i. ita peſſimus ſicut ipſe.*

5 Qui bi. ſub. *Ideſt diuini iudicij deriſionem.*

6 Quaſi aq. *Ideſt ſine freno & menſura diuinum iudiciam deridet. vnde poſtea ſubditur:*

7 Dixit e. &c. cuc. cam. e. *hoc autem imponit ipſi Iob, eo quòd dixerat ſuprà 23.* Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus, *& poſtea 33. cap.* Mutatus es mihi in crudelem &c. *& ideo ex hoc credidit iſte Eliu, quòd Iob ſentiret ſe Deo diſplicere, quamuis eum ſecutus fuiſſe, quod eſt falſum, quia Iob prædicta verba retulerat ad exteriorem ſui flagellationem, non autem ad interiorem reprobationem: & quia Eliu ex turbatione mentis ipſum Iob reputabat verba ſua non capere, vt prædictum eſt: ideo redit ad petendum attentionem aliorum, di.*

8 Ideo vi. cor. *i. intelligentes. per cor enim frequenter intellectus in ſacra ſcriptura deſignatur.*

9 Abſit a de. im. *Hic conſequenter Eliu contra Iob arguit ſecundum æſtimationem ſuam, oſtendens quòd in Deo non ſit iniuſtitia, quod Iob nunquam negauerat. Et primo proponit intentum, dicens:* Abſit a de. im. *& patet litera vſque ibi:*

Diuiſio.

10 Quem conſti. &c. *vbi ad probandum propoſitum accedit. Circa quod ſciendum, quod homo declinat a iuſtitia quadrupliciter: Aliquando propter impotentiam, aliquando propter timorem, aliquando propter ignorantiam, aliquando propter fauorem. Iſta autem quatuor a Deo excludit: & ſic Deum eſſe iuſtum concludere intendit. Primo igitur excludit primum, dicens:* Quem conſti. ali. ter. *q. d. tanta eſt eius potentia, quod directè & immediatè ſe extendit ad omnia a ſummitate cœli vſque ad imum terræ: quia ſicut omnia fecit de nihilo, ita poteſt omnia annihilare. ideo ſubditur:*

Homo ... pliciter ... nat a

11 Si direxerit ad e. &c. *ideſt ad voluntatem ſuam ad quemcunque deſtruendum.*

12 Spiri. il. & fla. ad ſe tra. *& ſic totaliter deficiet, ſiue fuerit angelus ſiue homo: & ſic patet quod non declinat a iuſtitia propter defectum poteſtatis. propter quod dicitur.*

Si ha.

## MORALITER.

4 *Quis eſt vir vt Iob, qui bibit quaſi aquam ſubſannationem &c.* Igitur qui vult arrogantię notā effugere, debet a tribus prędictis cum diligentia præcauere. Alia verò plura dicit, quæ licet nō valeant contra Iob, ſunt tamen hic myſticè exponenda.

10 *Quem conſtituit alium ſu. ter. &c.* q. d. nullum, & hoc verum eſt, æqualem ſibi, ſed tamen conſtituit vicarios ad regimen populi, prælatos in ſpiritualibus, & principes in tēporalibus.

11 *Si direxerit ad eum cor ſuum.* ſcilicet ſic cōſtitutus a Deo honorem Dei, & bonum populi quærendo.

12 *Spiritum illius & flatum ad ſe trahet.* ideſt interiores motus eius, & exteriores actus in finem debitum diriget.

12 *Deficiet om. ca. ſimul.* Nam ex carnali affectu nihil faciet.

Et

a *Si ha. ergo intel. &c.* Iſti ſunt quotidiani defectus, qui in cor-
A dibus reproborũ fiunt, vt ſemper in deterius eant. Superius dubitauit, ſi poſſet beatus Iob proferre quod iuſtũ eſt: nunc verò diſcutit, ſi hoc quod dicitur, ſaltem poſſet audire.

b *Nunquid qui non amat &c.* Amat iudiciũ quiſquis vias ſuas ſubtiliter diſcutit, & ſecretariũ mẽtis ingreſſus, quid dñs ipſi tribuat, quid ipſe dño debeat, pẽſat. Quod Iob fecerat, qui ĩ expiatione filiorum. etiã ꝓ cognationib. offerebat, nec condemnauerat eum qui iuſtus eſt, ſed cur ſine peccato percuſſus fuerat, in dolore poſitus cum humilitate regrebat. Quia ergo Eliu dixit, quod is qui non amat iudicium ſanari nõ poteſt.
B Arguens beatũ Iob, ꝙ iudicium nõ amaret, & ꝙ eũ qui iuſtus eſt, condemnaſſet, illico eiuſdem iuſti, i. dñi iuſtitiam ſubdit. dicens:

c *Qui dicit regi. apo.* Superbus rector toties ad culpam apoſtaſiæ dilabitur, quoties pręeſſe hominibus delectatur, & honoris ſui ſingularitate lætatur, quaſi non ſit vnus ex his quibus pręeſt, & non ſub domino, quòd non niſi ex imitatione illius qui deſpectis angelorũ ſocietatibus dixit. *Aſcendam ſuper altitudinem nubium, & ſimilis ero altiſſimo.*

* Cat. Græ. Impius eſt qui dicit regi, Iniquè agis: impijſſimus principibus.

* Nicet. Quia exiſtimant id dici odio dominationis.

* Chryſ. Multa Dei iudicio licet tibi ignota permittere debes. Rectè verò dixit, apud principes impium iudicari eum qui terreno regi exprobrat iniuſtitiam. Neque enim apud Deum neceſſe eſt eſſe eiuſmodi.

d *Qui vocat du. im.* quia dum dñando præſunt, exẽplo ſuę ſuperbiæ ſubditos ad impietatẽ trahunt. Tunc vero ſolũ ptãs bene regitur, cũ non amando ſed timendo retinetur, quæ vt miniſtrari rectè valeat, oportet primum vt hanc non cupiditas, ſed neceſſitas imponat. Præcepta autẽ nec ex formidine
C debent deſeri, nec pro libidine amplecti, ne aut peius quis D quaſi ex humilitate ſuperbiat, ſi diuinæ diſpenſationis ordinem fugiendo cõtemnat, aut eo iugum ſuperni rectoris abijciat, quo eum ſuper cęteros priuatum regimen delectat.

e *Qui nõ acci. perſo.* Tyrannum contra pauperem diſceptantem nõ cognoſcit, qa ſuperbos omnes vitã humilium deprimentes, in iudicio neſcire ſe perhibebit.

f *Opus enim ma. &c.* Ac ſi dicat: Sic potentes eum vult deſtruit, ſicut cum voluit, potentes creauit. †dominabitur?

g *Subitò morientur.* Quãlibet ſero de hac vita tollantur iniqui, ſubito & repente tolluntur, quia finem ſuum præuidere cogitando neſciunt. E

h *Et in me. no. &c.* Noctem dicit cordis obſcuritatem. In media aũt nocte curuati pertranſeunt, qui obſcuritatis ſuæ neglĩgẽtiam humiliati ad mortem pertranſeunt, qui tranſeunt quidem dum viuunt, ſed pertrãſeunt dum moriuntur.

†Deu. 10. d. 2. Pa. 19. c. Sap. 6. b. Eccl. 35. b. Rom 2 b. Gal. 2. b. Ephe 6 b. Coloſ. 3 d. Act. 10. c. 1. Pet. 1. c.

i *Et au. vio. &c.* Subaudi diuina iudicia, quia ſubito exitu vrgente inuiſibiliter rapitur, qui viſibiliter rapiebat. †neceſſe eſt homini

K *Oculi enim eius ſu. vias ho.* Iniquus qui diu expectatus eſt; idcirco eſt repente ſublatus, quia oculi domini ſuper vias hominum.

l *Et om. greſ. eo. &c.* Greſſus dicit ſingulas operationes, vel alternantes motus cogitationis, quib. quaſi paſſibus vel a Deo recedimus, vel ei propinquamus.

m *Non ſunt te.* Per tenebras ignorantiam, per vmbram mortis obliuionem deſignat. Obliuio vmbra mortis dicitur quã imitatur, quia ita tollit rem a ſenſu, ſicut mors a vita, vel quęlibet immatatio mortis eſt limitatio, quæ non eſt in Deo, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. Et vt eſt incommutabilis, ita penetrabiliter videt, nec obliuiſcitur qui non mutatur. F

n *Neq; enim &c.* Iudiciũ dicit; non ꝙ per æternã retributionem

---

a ¶Ex his quæ acute ſenſit intumuit, & alios deſpicit, & ſic plus videndo cæcus eſt, quia ſe non videt.
a nis caro ſimul, & homo in cinerem reuertetur. Si habes er- 1
go intellectum, audi quod dicitur, & auſculta vocem 2
a ¶Et hoc tibi opus eſt. b ¶Et hoc verum, ſed non vere dicit. ¶Vt tu.
b eloquij mei. Nunquid qui non amat iudicium, † ſanari po- 3
a ¶Scilicet dominum, cuius iuſtitiam ſubdit: Qui dicit regi.
teſt? Et quomodo tu eum qui iuſtus eſt, in tantum condem- 4
¶Es. a ¶Quia ſequaces ad mala trahunt.
c d nas? Qui dicit regi, † apoſtata: qui vocat duces impios? 5
a ¶Quia hominem ex eo quod eſt, ipſe homo iudicat: Deus non ex rebus adiacentibus, vt nos. 6
b ¶Per principem & tyrannum quiſque ſuperbus poteſt accipi: per pauperem humilis.
e Qui non accipit perſonas principum, nec cognouit tyran- 7 8
f num, cum diſceptaret contra pauperem. † Opus enim ma- 9
¶Sententia iudicis.
g h nuum eius ſunt vniuerſi. Subitò morientur, & in media 10
a ¶Qui hic noluerunt humiliari. b ¶Illi quorum eſt colligere. 11
i nocte curuabuntur populi, & pertranſibunt, & aufe- 12
a ¶Qui manu violentus fuit. b ¶Inuiſibiliter. ¶Non videt quæ eum rapit, ſed rapitur. c ¶Iniquus expectatus non credebat ſe videri. d ¶Opera. 13
K rent † violentum abſque manu. Oculi enim eius ſuper vias 14
a ¶Cogitationes. b ¶Ideſt qui dies patienter conſpicit, quandoque inulta non deſerit. c ¶In domino, vt ignoret cogitata. 15
l m hominum, & omnes greſſus eorum conſiderat. Non ſunt te-
a ¶Non obliuiſcitur perpetrata, ſed videt quod agitur, & quod videt, non obliuiſcitur. c ¶Nec abſcondi poſſunt, nec tamen tunc emendari.
nebræ, & non eſt vmbra mortis, vt abſcondantur ibi qui o-
n perantur iniquitatem. Neque enim vltra † in hominis po- 16

---

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Si ha. er. intel. *diuinæ poteſtatis.*
2 Audi quod di. *i. intellige, quod ex iſta parte non poteſt a iuſtitia deficere.*
3 Nunquid qui non amat iu. *ſ. diuinum.*
4 Sanari poteſt. *quaſi dicat pp hoc non potes ſanari a plagis tuis, quia tu non amas iudicia dei, ſed magis ea reprobas, & ideo ſubditur:* Et quomodo &c.
5 Qui. di. &c. *hic excludit a deo ſecũdũ, videlicet declinare a iuſtitia propter timorem: quia nullum timet, ſed abſque timore omnes increpat quantuncumque magnos, & quando vult annihilat, & hoc eſt quod dicit:* Qui di. regi. *qui tamen præcellens eſt in hominibus.*
6 Apoſtata. *quando non conſeruat iuſtitiam & bonum commune, quod eſt a ſuo ſtatu apoſtatare.*
7 Qui vocat duces. *ſ. militiæ, qui inter alios ſunt audaciores.*
8 Impios. *quando crudeliter vtuntur data ſibi poteſtate.*
9 Nec cognouit &c. *cognitione approbationis, nec magis reprobationis. Ideo ſubditur:*
10 Subi. mo. *quãdo deus voluerit, quod fit dupliciter. Vno modo percuſſione diuina immediate, & hoc tangitur cum dicitur: Subito morientur. Alio modo ſeditione populi contra tyrannum vel principem mota, & hoc tangitur cum dicitur:*
11 Et in me. no. &c. *commoti ad rebellionem, quæ ſolet fieri clanculum & de nocte.*
12 Et per. *in furore multitudinis commotæ.*
13 Et au. vio. *i. tyrannum qui violentia regebat, & non iuſtitia.*
14 Abſque ma. *abſq; ptãte aduerſariorum tyranni q ſunt ab extra*
15 Ocu. enim &c. *Hic excludit tertium, ſcilicet declinare a iuſtitia per ignorantiam, quia ſicut dicitur Prou. 15. a.* In omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos: *& ideo non poteſt deficere per ignorantiam: & hoc eſt quod dicitur:* Ocu. enim eius &c. *Et patet litera vſque ibi:*
16 Neq;. n. vl. in ho. po. eſt, vt ve. ad de. in iu. *ſ. Poſtquã fuerit a Deo diffinitiua ſententia condemnatus.*

Conte.

## MORALITER.

1 *Et homo in cinerẽ reuertetur.* q. a talis de morte ſua meditatur: propter quod antiquitus imperatore creato ſtatim quęrebatur ab eo, quo marmore vellet ſepulchrum habere.
2 *Audi ꝙ dicitur.* q. d. hoc verbũ eſt memoriter retinẽdũ. Sed quoniam aliqui in regimine conſtituti male regũt, ſequitur:
3 *Nunquid qui non amat &c.* ſcilicet ab infirmitate morũ. q. d. non: nam princeps vel pręlatus qui de ſeipſo non facit iudicium, non bene regit populum. ideo contra talem ſubditur:
4 *Et quõ tu eũ qui iuſtus eſt, imãtũ codẽnas.* ſcilicet deũ in quem redundat quodamõ malitia vicariorum ſuorum. vnde cõtingit aliquãdo, quod homines grauati inſurgũt ad blaſphemiã dei, eo quod dedit talem rectorem populi. & quia deus pro talibus frequenter audit clamorem populi, ſequitur:
6 *Qui dicit regi, apoſtata, &c.* Malum rectorem deponens ab officio pariter & a vita, ideo ſequitur:
10 *Subito morientur.* Nec poteſt quis conqueri iuſte, cum ſit dominus mortis & vitę. & hoc eſt quod ſubditur:
16 *Neq; enim vltra in hominis poteſtate eſt &c.* Et quoniã tale dei iudiciũ maxime debet peccãtibus ex certa malitia, Sequit.

nem punit, ſed q̄ mente conceptum per conuerſionē diluit.
A In hoc mentis iudicio tanto citius abſoluimur, quāto nos diſtrictius reos tenemus. Nec ad hoc agendum prætermittenda ſunt tempora quibus vacat, quia ad hoc agendum poſt huius vitæ tempora, non vacat.

⁂ Cat. Grec. Quia non ſuper hominem ponet amplius.

* Nicet. Veniet nox in qua nemo poteſt operari.

a *Vt ve. ad de.* Hic licuit reprobis ad Deū venire in iudiciū, q̄d non tunc, etſi deſiderarēt. Hoc iudicium eſt, quo hic nos iudicamus. iudiciū enim damnationis non deſiderarent.

¶ Ita tunc, nunc autem occulto iudicio: Conteret multos, quare modo eſt cuique prouidendum ne extra ſe vagetur.

a teſtate eſt, vt veniat ad Deum in iudicium. Conteret † mul- 1
¶ Quod iuſtè.
b tos & innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis. Nouit enim 2
opera eorum, & idcirco inducet noctem, & conterentur: 3
a ¶ Etſi non impii hominibus videntur, qui enim malè agit, & fidem perdit, dum impune peccare ſe putat. ¶ Impius proprie infidelis dicitur, eccleſia locus videntium eſt, vbi lumen, id eſt Deus videtur.
c Quaſi impios percuſſit eos † in loco videntium. † Qui quaſi de 4
d 5
a ¶ Humilitatis exempla. ¶ Via eſt quicquid incarnata ſapientia geſſit ex tempore. b ¶ Viderunt mali opprobria Chriſti, ſed quo ducunt, non intellexerunt.
induſtria receſſerunt ab eo, & oēs vias eius intelligere noluerunt,
e runt, vt peruenire facerent ad eū clamorē egeni, & audiret vo- 6
f cem pauperū. Ipſo enim concedente pacē, quis eſt qui † con- 7
a ¶ Ita pater, quia ſic fuit placitum ante te: Non poteſt eſſe iniuſtum quod placet Deo.
demnet? Ex quo abſconderit vultum, quis eſt qui contēpletur 8
g eum? Et ſuper gentes, & ſuper omnes homines † qui regnare 9
h 10
¶ Antichriſtum quem iam ſequuntur viuendo etiam hi qui deſpiciunt verbo.
a ¶ Arrogans, quia mala defendit in bonis, humiliter ambigit, quia fauorem quærit, ſed vere eſt humilis in bonis, qui non eſt defenſor in malis.
i facit hominem hypocritam † propter peccata populi. † Quia 11
12

† terrebit? vel inquietabit?

† ad capiendū populum, vel affligendū populum

a *Conteret multos &c.* hoc quotidie agitur. Labuntur alij a ſtatu iuſtitiæ & locū vitæ, alij illis cadentib. ſortiuntur. Quia innumerabiles dixit, vel multitudinem exprimere voluit reproborum, vel indicare voluit, quoniam qui pereunt, intra electorum numerum non habentur.
B

Nota. Matt.22.b.

b *Nouit enim opera eorum.* Sciendum q̄, iniquus duobus modis in nocte conteritur, vel cum exterioris pœnæ, tribulatione percutietur. vnde dicitur: *in tenebras exteriores.* Vel cum occulta ſententia interius cæcatur. Inducere autem noctem dominus dicitur, a cæcitate liberare noluiſſe.

c *Quaſi impios &c.* hoc dicitur de his, quos intra eccleſiam diuina vltio inuenit iniquitatibus perdurantes. Ibi quippe ſtabant vbi Deum videre videbantur. Ibi tenebras dilexerunt, vbi lumen veritatis aſpicitur: hi pios in eccleſia ſe oſtēdunt, ſed quia diuina iudicia latere non poſſunt, quaſi impij feriuntur.

Tribus modis peccatū committitur. 1.Tim.1.c. Matt.26.g.

d *Qui quaſi de induſtria.* Ex infirmitate ſolet accidere, amare bonū ſed implere nō poſſe. Ex ſtudio verò peccare eſt, bonū nec facere, nec amare. Peccatur autem vel ignorātia, vt Paulus perſecutor, quod leuius, vel infirmitate, vt Petrus qui negat, quod grauius, vel ſtudio quod peſſimum.

*Et om. vias intel.* Neſcire ignorātia eſt: ſcire noluiſſe, ſuperbia eſt. Superbi enim humilitatis dominicæ facta contemnunt.

Allegoricè.

e *Vt peruenire &c.* Cum enim iſti ſuperbiunt, clamāt ad Deū hi qui a ſuperbientibus opprimuntur, vel quia iſtis cadentib. in eorum locum pauperes, ideſt ſpiritu humiles ſurrogātur, quod facere dicuntur, quia caſu eorum fit, vel illis peccantibus pauperū clamor auditur: quia dum Iudæi ꝯ dn̄m ſuper-
C biunt: ad Deū vota Gentilium peruenerūt. Vel quia hęc de rectoribus

Nota de prælatis.

D rectoribus poſſunt accipi, dū pro curis ſæculi officiū prædicationis deſerunt, ſubditos in clamorē compellūt, qui murmurant cū fictus tenet locum, ſed quia rectores hn̄t iudicē ſuū, magna cautela ſubditorum eſt, non temerè iudicare vitā regentium. Neq; enim fruſtra per ſemetipſum dn̄s æs nūmulariorū effudit, & cathedras vendentium columbas euertit: Nimirū ſignificans, q̄ per magiſtros quidē vitam iudicat plebiū, ſed per ſeipſum facta examinat magiſtrorum: quamuis etiam ſubditorū vitia quę a magiſtris mō vel diſſimulant͛ iudicari, vel nequeunt: eius tamē proculdubio iudicio reſeruantur. Vel per tumorem potentiū, ſuperbiam Iudæorū, per clamorē egeni, deſideria gētium figuratur. Iudęis ergo ſuperbientibus vota Gētilium ad Deum peruenerunt, quæ iudicia non audet diſcutere, ſed admiratione veneratur.
E

† fort

f *Ipſo enim conce.* Si Gentilitatem miratis aſſumpta, ipſo concedente pacem, quis eſt qui condemnet? Si Iudæam obſtupeſcis perditam, ex quo abſcondit vultum ſuum quis eſt qui contempletur eum? Et quia ſic minima ſicut maxima, ſic ſingula iudicat Deus, ſicut cuncta, addit.

⁂ Caten: Græc. Quia ad fortem dices accepiſti, non pignus ſumpſiſti, ſine me videbo, tu oſtende mihi.

* Nicetas. Quidam ſic: Nemo potentiori dicere audet. Iniuſte mea ſuſtuliſti, cum non pignoris nomine tibi deberētur, multo minus contra Deum. Symmachus, quia ad Deum loquutionem aſſumpſi, non recuſo interpellari.

g *Et ſuper gen.* Acſi apertè moneat, hoc iudiciū q̄ ſuper vnā gentē deſcribitur, et ſuper oēs intelligere, vt alius repellatur, alius eligatur occultè, ſed nullus iniuſtè. Quòd ergo in maximis fieri cernimus, et ī nobis ſingulis cautè timeamus. Subtile hoc iudiciū, vt alius repellat͛ alius eligat͛, exercet & ſup gētes & ſuper oēs hoīes, quia ſic intēdit dn̄s ſingulis, acſi vacet a cunctis, & ſic ſimul intendit omnibus, acſi vacet a ſingulis. Quia vero de ſpecie tranſiuit ad genus, nunc de gn̄e ſe conuertit ad ſpeciem, & quid Iudæa proprie mereatur, oſtendit.

h *Qui re. fa.* Omnium hypocritarum caput Antichriſtum deſignat, quem Iudæa exigentibus meritis accipiet, quia ſuper ſe verum regem regnare noluit. Sicut in euangelio dicitur: *Ego veni in nomine patris mei, & non recepiſtis me.* Si alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis.
F
i *Quia ergo.* Hoc arrogātes propriū hr̄e ſolēt, q̄ auditoribus ſuis

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Conte. &c. *Hic excludit a Deo quartum, ſ. declinare a iuſtitia propter fauorem. Solet aūt aliquis maxime fauere multitudini. vnde & dominus propter decem iuſtos voluit parcere quinque ciuitatibus in fauorem multitudinis, vt habetur Ge. 19. d. tamen nō parcit in pręiudicium: propter quod dicitur:* Conteret mul. innume. *& ſtare faciet alios pro eis, ſicut habitatores terrę Chanaan contriuit, & filios Iſrael pro illis habitare eam fecit.*

2 Nouit enim opera eorum. *peſſima.*

3 Idcirco inducet noct. &c. *Ideſt mortem repentinam.*

4 Quaſi impios. *Ideſt a pietate ſcienter recedentes.*

5 Percuſſit eos in loco videntium. *i. in præſenti vita, in qua poterant videre per rationē naturalem quid agendum & quid fugiendum. Qui tamen videre noluerunt. ideo ſubditur: Qui quaſi de induſtria receſſerunt ab eo &c.*

6 Vt peruenire facerent ad eum clamo. &c. *Sicut clamor filiorum Iſrael contra Aegyptios venit ad deum propter nimiam oppreſſionem eorum, vt habetur Exo. 3.*

7 Ipſo enim &c. *Iniuſte oppreſſis.*

8 Quis eſt qui con. *q. d. nullus, quia nullus poteſt impedire ordinationem eius.*

9 Ex quo ab. *Ab impijs propter iniquitatem ipſorum.*

10 Quis eſt qui con. *ideſt poſſit in eo conſolationem inuenire, quaſi pulchritudinem eius contemplando.*

11 Et ſuper gent. *Habet poteſtatē talia faciēdi. & ſi quæratur: quare ergo permittit regnare malos & proſperari? Reſpondet, ꝓpter peccata populi: vt ſic ab impio dominante opprimantur, & de peccatis puniantur.*

12 Quia er. lo. ſū. *Poſtquam Eliu contra Iob arguit, hic conſequenter locum reſpondendi ei tribuit, dicens:* Quia ergo lo. ſum ad de. *i. quantum ad illa quæ ſpectant ad honorem diuinum.*

Vt Te

## MORALITER.

1 *Qui quaſi de indu. receſſe. ab eo.* Sed quia poſſet aliquis quærere, cur dominus permittit impios regnare? Reſpondetur, quia facit regnare hominem hypocritam propter peccata populi, vt ſic puniatur.

¶ Sed.
ergo ego locutus ſum ad Denm, te quoque non † prohibe- 1
a ¶Hoc non quæreret, ſi ſe erraſſe ſciret.
¶ Et ego.
bo. † Si errâui, tu doce me, ſi iniquitatem † locutus ſum,
¶ Sed.
a b yltra non addam. † Nunquid à te Deus expetit eam, quia
a ¶Quaſi, ego innocens qui pulſatus reſpondeo.
c diſplicuit tibi? Tu enim cœpiſti loqui, & non ego. Quòd ſi 2
a ¶Ad te non pertinet, ſed tamen iterum palliatur. b ¶Ad te non pertinet, apparet elatio.
quid noſti melius; lóquere. Viri intelligêntes lóquantur 3
d mihi, & vir ſapiens audiat me. Iob autem ſtulte locutus eſt, 4
e a ¶ Sed. ¶ Quia aſperitas ſuperborum vſque ad maledicendum extenditur, contra Iob Deum precatur.
b ¶Non beneuole probationem ei optat quem iam inter flagella lapſum accuſat: ſed crudelis compati neſcit dolori, nec altus humili, ſed potius affligit.
f & verba illius non ſonant diſciplinam. Pâter mi, probetur 5 6
g Iob vſque ad finem. † Ne deſinas ab homine iniquitatis, 7 8
h qui † addidit ſuper peccata ſua † blaſphemiam. † Inter nos 9 10
¶ Quaſi non poterit.
interim † conſtringatur, & tunc ad iudicium prouocet ſer- 11 12
i monibus ſuis Deum. 13

† prohibebo

† feci

† iniquitatē

† Inter nos plaudit & multiplicat ſermões ſuos cōtra Deum, vel interim cócutiat aut cedatur & poſtea cōtendat verbis ſuis cū Deo.

ſuis ne quid forte inordinate dixerint, tūc requirunt, cū ſe lau-
A dabiliter aliquid dixiſſe cognoſcūt. Hoc aūt faciūt, nō q; de dictis ſuis ambigūt, ſed q; ab audientiū iudicio fauores quærunt. Sed diu morari nō poſſunt in ipſa humilitatis imagine, quam ſpecie tenus ſumunt. Si enim pauliſper tacitus auditor dicta eorū cōſiderat, mox illi ſe detegunt. Vnde Eliu ſubito ab humilitatis ſpecie ad verba tumidæ accuſationis exiliuit, dicēs: *Quia ergo lo. Si erraui, tu doce me, &c.* Sicut enim ſæpe contingit, vt bona loquantur & mali: ſic Eliu multa fortia paulo ſuperius ſe dixiſſe memorat: & ſecutus idcirco ne fortaſſe errauerit, requirebat. Neq; enim requireret, ſi ſe erraſſe crederet. Eſt nanque vt dictū fuit, pro-
B pria arrogātiū fraus, vt tunc de errore requirere ſtudeant, qñ ſe nouerint nō erraſſe: qui rurſum requirere, vel argui deſpiciunt, ſi quando ſe erraſſe veraciter cognoſcunt. Arrogans enim non eſſe, ſed videri humilis cupit, & hæc ficta humilitas dum eſt, elato quaſi onus eſt. vnde mox eam excutit, dicens:

a *Nunquid a te Deus expetit &c.* Ego rationem domino redditurus ſum. Cur modo iniquitas mea a te reprehenditur, quæ conſtat quòd in iudicio à te non requiratur? Iuſti cum ab hominibus iniuſtè impetuntur, teſtem ſibi Deum requirūt. vnde conſuetudo eſt malis, vt cum arguuntur, magis iudicium Dei quam hominum quærant, nec Deum timēt, ſed coram
C hominibus erubeſcunt, ne quis modo arguat, quòd non ipſe ſed Deus iudicabit.

b *Tu enim cœpiſti loqui &c.* Hoc ideo dicit, q̃a culpabiliores eſſe ſolent, qui loqui in contentione inchoant, quam qui rñ-
D dent. Sed tamen iſte recte inchoanti praua reſpondit.

c *Quod ſi quid noſti melius.* Quod locū loquendi tribuit humilitatē ſe exhibuiſſe indicauit, quamuis dum ait: *Si quid melius noſti, loquere:* nimis hoc ipſum ſuperbiſſe eſt, de melioris ſcientia dubitaſſe.

* Cate. Græ. Nunquid a te pſoluet eā? quia repuliſti? quia tu eliges & non ego, & quod noſti loquere.

d *Viri intelligētes &c.* Acſi dicat: Huic loqui iuſte nō conceditur, q̃a & audire verba ſapientum nō meretur.

e *Iob autem ſtul. &c.* Sine diſciplina locutum Iob credidit, q̃a iuſtum ſe in ſuis operibus memorauit. Verum fortaſſe Eliu diceret, ſi non de illo hæc eadem quæ Iob
E de ſe dixit, ipſius diſciplinæ auctor æſtimaſſet. Hunc enim fruſtra percuſſū perhibuit.

f *Pater mi.* Verbis maledictionis: adhuc eum feriri poſtulat, quem iam peccaſſe ſub manu ferientis accuſat. Et quia pro culpa percuſſum credidit, ideo exhibenda ei pietatis viſcera, nec inter tot dolores exiſtimauit.

g *Ne deſinas ab ho. ini.* Hominem iniquitatis vocat, quē Deus iuſtum præ omnibus ſua atteſtatione denuntiat.

* Chryſ. Non pp facta, ſed verba docet eum eſſe in culpa.

h *Qui addi.* Accuſat eum & pro peccatis flagella meruiſſe, & poſt flagella peccaſſe.

i *Inter nos.* Acſi diceret: Ex noſtra aſſertione cognoſcat, quia nequaquam diuinæ examinationi ſufficiat.

* Cate. Grę. Iniquitas enim in nobis reputabitur, multa verba coram Deo loquentibus.

CAP. F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Te quoque.* Quin poſſis loqui, & reſpondere, & quia credebat Eliu Iob turbatum de his quæ dixerat contra eum, oſtendit q; nō debeat ſibi diſplicere: & hoc triplici ratione. Prima eſt, quia ſi Eliu defecerat in loquendo, iſte defectus non erat a Deo repetendus ab ipſo Iob. & hoc eſt quòd dicit:
2 *Nunquid a te Deus ex.* i. iniquitatem ſi eam loquendo incurrit. Secunda eſt, quia Iob dederat occaſionem dicens a principio: *Pereat dies in qua natus ſum &c.* Ex hoc verbo occaſionem habuit tota diſputatio: & hoc notatur cum dicitur: *Tu enim cœpiſti loqui.* Tertia eſt, quia ipſi Iob dabatur locus reſpōdendi. ideo dicitur: *Quòd ſi quid melius noſti &c.* Sed quia reputabat Iob inſufficientem ad ſibi reſpondendum, ideo ſubdit:
3 *Viri intel. lo.* ideſt diſputent mecum obijciendo.
4 *Et vir ſa. audi. me &c.* Mihi reſpondendo, & quia Iob nō eſt talis, ideo ſubditur: *Iob autem ſtultè locutus eſt &c.* Et quia reputabat Iob in ſua malitia obſtinatum; ideo conuertit ſe ad Deum, dicens:
5 *Pater mi.* per creationem.
6 *Probetur Iob.* Hoc eſt probetur ipſius veritas per flagella tua, quia non recipit rationem, & contra tales vtendum eſt magis flagellis quam verbis.
7 *Vſque ad fi.* i. vſque ad mortem, quæ eſt finis vitæ.
8 *Ne deſi. ab ho. ini.* i. obſtinatio in iniquitate, & ideo non deſiſtas ab eius flagellatione.
9 *Qui ad. ſup. pec. ſu.* quæ fecerat ante flagella.
10 *Blaſphe.* imponendo tibi iniuſtitiam.
11 *Inter nos.* præſenti vita.
12 *Interim conſtrin. &c.* Pœna a te inflicta, quia talis indiget pœna.
13 *Et tunc.* ideſt poſt vitam pręſentem ad iudicium æternæ condemnationis.
14 *Prouo. ſermo. ſuis Deum.* ideſt verbis blaſphematorijs.

CAP.

## ADDITIO.

In ca. 34. vbi dicitur in poſtil. Ideo conuertit ſe ad Deum, dicens: *Pater mi.*

Quòd autem Eliu inuocet Deum per ſingularem paternitatem, dicens: *Pater mi.* non ad modicā pertinet arrogantiam. vnde Aug. in oratione dominica dicit: Noli tibi aliquid ſpecialiter vendicare, ſolum Chriſti ſpecialiter eſt pater: nobis verò omnibus pater eſt in communi, quia illum ſolum genuit, nos autem creauit. ideo dicitur: *Pater noſter, &c.*



BIBL. THEOL.

## CAP. XXXV.

a 2 Igitur Eliu hæc rurſum locutus eſt. 1
b æqua tibi vř tua cogitato, vt diceres: iu- 2 3
c ¶Fortes ſententiæ ſequuntur, ſed perſonæ Iob non congruunt.
d ſtior Deo ſum? Dixiſti enim: † Non tibi 4
placet quod † rectũ eſt, vel quid tibi pro- 5
e derit, ſi ego peccauero? Itaq; ego reſpon 6
debo ſermonibus tuis, & amicis tuis
a ¶In creaturis cognoſcimus, quantum à creatore diſtamus. ¶ Aether.
f tecum. Suſpice cœlum, & intuere, & contẽplare æthera, quod 7 8
altior te ſit: Si peccaueris, quid † ei nocebis? Et ſi multiplica- 9
tæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum? Porrò ſi 10 11
iuſte egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? 12 13
a ¶Quod non ſupernis ſpiritibus, qui mutari non poſſunt.
g †Homini qui ſimilis tui eſt nocebit † impietas tua, & filiũ hoĩs 14 15
¶ Sed & mala hominum bonis proſunt. ¶Quia hi in mundo abundant. 16
h adiuuabit iuſtitia tua. Propter multitudinem calumniatorum 17
i ¶ Infirmus vt Iob, putat ſe deſeri.
k clamabunt, & eiulabunt pp vim brachij tyrannorũ. Et nõ di- 18

## CAP. XXXV.

A Arrogantiũ loquacitas. a Igitur Eliu hæc rurſum locutus eſt. * Nicetas. De diſciplina Dei diſſeruit, nunc de patientia. Hoc bene de illo infertur frequenter, qui non modo inepta, ſed & multa peruerſius ſtudet dicere: alia finiens, alia incipit, ut immenſa loquacitas concionet. Arrogantes enim & multa inepta loquuntur, & in locutione ſua ſemper incipere ſtudent: quatenus ipſa locutione ſuſpenſos auditores faciãt, quo quaſi nouum audire aliqd expectẽt. († bonum)

b *Nun. æqua.* Iuſtiorẽ ſe Deo non dixerat, ſed proponat æquitatem contra me, & perueniat ad victoriam iudicium meum. († 1. q. 4. c. homini.)

B * Nicet. Verè te iuſtum dixiſti, ſed ſtulte corã Deo, quia in conſpectu eius nõ iuſtificabitur omnis viuens.

c *Vi. di. in. &c.* Sic viſum eſt illi ex verbis Iob, ſed nõ ita Deo, quia homines pẽſant cor ex verbis, deus verba ex corde.

d *Dixiſti enim.* Nihil horũ dixerat, ſed arrogantes dũ nõ poſsũt reſpondere iuſte, q̃ ſunt reprehendũt mẽtiẽdo q̃ nõ sũt.

* Cat. Grae. Dices, quid faciam cum peccauero?

e *Itaque ego reſ. ſer. tu.* Superioribus dictis quaſi beati Iob culpabilia verba narrauit, atque ex eis ſibi materiã loquendi ꝓpoſuit, & forti acumine diſcutit hoc quod ſibi ad dicendi materiam fallaciter finxit.

f *Suſpice cæ. & intu.* Hoc dicẽs nimirũ colligit, vt cõſiderare debeat, q̃to minus deo actione ſua aut ꝓſit aut noceat, q altitudini cęli atq; ętheri ꝓdeſſe vel nocere nõ poſſit. Quãuis in

C cęlo & æthere poſſimus ſupnas poteſtates accipere, vt cũ angelicos ſpũs lõgè adhuc a nobis diſtare cõſpicimus, ipſi creatori & dominatori ſpirituũ quantũ diſtemus, cognoſcamus. D

g *Ho. qui ſi tu. eſt.* Humana impietas ei nocet quę peruertendo inquinat, & rurſus adiuuat noſtra iuſtitia, quem a prauis actionibus mutat. Sed quia reproborũ nequitia triturę more electorum vitã quaſi grana a paleis ſeparans, ꝓmit vt purget. Et Moyſe vocãte cogit Pharao etiam durè premendo exire, ita mala quę hic premũt, nos ire ad Deũ compellunt. (Exod. 1.)

* Nicet. Chryſ. Filio hominis iuſtitia tua. Ieſus Chriſtus de cœlis venit, vt quæ ſanari non poterant, ſanaret. Vnde Eliu labores electorum ſub oppreſſionibus iniquorum exequens, Ideo addit: († Quid derit vel quia tatẽ ſub ſi ro a pe)

E h *Pro. mul. cal.* Calumniatores dicere poſſumus omnes iniquos, nõ ſolum qui exteriora bona rapiunt, ſed ẽt qui malis moribus diſſipare cõtendunt. († face) († ini Calumniatores quoſ)

* Nicetas. Oppreſſi calumniis ad Deum clamant vt a tyrannide liberentur, qui omnia quaſi in nocte vigilias certe ordine diſpoſuit quod impii minime agnoſcunt. Quia vero quę verbis ſuadere non valent, extorquere nonnunquam effrenatis viribus ſtudent, ſequitur:

i *Et eiulabunt pro. vim. bra.* Dũ vi peccare cogimur, iam tyrannum ſuſtinemus. Sed quia infirmi ſi qua eis fiunt ex aduerſo obiecta, langueſcunt: Eliu præmiſſis vnde fortes proficiunt malorum oppreſſionibus, infirmorum mox puſillanimitates exequitur, Iob probra puſillanimitatis impingens.

F K *Et nõ di. vbi eſt de.* Mos ſacrę ſcripturę eſt, vt a ſingulari numero (Mos ſcrip.)

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Igitur Eliu. *Poſtquam Eliu improbauit dictum Iob, inquantum ſecundum ſuã æſtimationem deum reputabat iniuſtum, hic conſequenter eum reprobat inquantum dicebat ſe eſſe iuſtum. Circa quod primo proponit intentum, & ſecundo proſequitur, ibi:* Itaque ego reſpondebo. *Circa primum dicitur:*

2 Igitur Eliu hæc rur. locutus eſt. *dederat enim locum loquendo ipſi Iob, ſed quia non reſpondit, diſputationem ſuam reſumpſit di.*

3 Nunquid æqua tibi vi. &c. *Hoc aũt non inuenitur dixiſſe Iob tamẽ hoc ſequebatur ad dicta eius ſecũdũ intellectum Eliu. ideo ſequitur.*

4 Dixiſti enim: nõ ti. &c. *Hoc aũt accepit Eliu ex hoc quod Iob ſupra dixerat 10. c. Si iuſtus fuero, non leuabo caput. Solent autem homines caput leuare coram principe, de hoc quod ſciũt ſibi placere: & ex hoc intellexit Eliu verbum Iob quaſi dicat, quod iuſtitia ipſius deo non placeret.*

5 Vel qd tibi proderit, ſi ego peccauero &c. *Hoc accepit Eliu ex hoc quod Iob ibidẽ pręmiſerat: Quare mundũ me eſſe non pateris, quod intellexit Eliu ac Iob intelligeret qđ aliqua vtilitas deo accreſceret, ex hoc qđ in peccato ſeu pœna peccati detinebatur. Et ſic ex iſtis duobus ſi eſſent vera, ſequebatur quod Iob iuſtiorem deo ſe diceret: quia ſupra frequẽter dixerat, ꝙ ſibi placebant bona, & diſplicebant mala. ſed pędicta verba Iob ad alium referuntur intellectũ, ſicut ſupra 10. c. fuit expoſitum. Ex quo patet quod Eliu procedit in hoc ca. ex falſo intellectu verborum ipſius Iob.*

Diuiſio. 6 Itaq; ergo reſpon. ſer. tu. *Hic conſequenter Eliu proſequitur intẽtum, quãtũ ad duo dicta Iob ſecundum intellectũ ipſius Eliu. Et primo improbat ſecundũ, ſecundo primũ ibi:* Et non dixit. *Secũdum dictum Iob, vt Eliu intelligebat fuit, quod aliquid deo accreſcit ex culpa ſeu pœna hominum Quod improbat per diuinam excellentiam, quæ tanta eſt quod malum hominis ſeu eius bonum non poteſt ei valere ſeu nocere. & hoc eſt quod dicitur:*

7 Suſpice cæ. *quod eſt quaſi ſedes dei ſecundum illud Eſa. 66. a.* Cęlum mihi ſedes eſt.

8 Et intu. *oculis corporalibus.*

9 Et contem. *oculis mentalibus.*

10 Quod altiorre ſit. *ſ. ipſe deus incomparabiliter.*

11 Si pec *peccatis in deum.*

12 Quid ei noce. *nihil.*

13 Et ſimul. fu. ini. t. *i. peccata tua in proximum, quæ dicuntur iniquitates, eo quod ſunt contra æquitatem iuſtitiæ.*

14 Porro ſi iu. ege. quid don. *q. d. nihil: quia cum ſit infinitæ perfectionis, nihil ei accreſcit ex operibus noſtris.*

15 Homini &c. no. impie. *i. poterit nocere ſi per malitiam eum calumniaueris, aut per violentiam oppreſſeris.*

16 Et fi. ho. ad iu. tua. *ſi cũ eo iuſte aut miſericorditer, egeris: quod declarat conſequenter, dicens.*

17 Propter mul. cal. cla. *oppreſſi quęrentes auxilium non ſolum a deo, ſed etiam ab hominibus, quibus adiuuantur aliquando in talibus.*

18 Et non di. *Hic improbat primum dictum Iob ſecundum intellectum ſuum, ſcilicet quod deo non placet id quod rectum eſt: quod probat per hoc quod deus eſt autor omnium, & ſpeciali modo hominum, qui ad imaginem dei facti ſunt, opera autem dei bona ſunt: vnde dicitur Gen. 1. d.* Vidit deus cuncta q̃ fecerat, & erãt valde bona. *Cuilibet autem autori placent opera ſua: & ideo dicere quod Deo non placet hominis iuſtitia, eſt dicere quod Deus nõ ſit autor ipſius, & hoc eſt quod dicit Eliu, concludens contra Iob:* Et non dixit, *ſcilicet Iob.* (Deus omnium) *Vbi*

## MORALITER.

1 *Igitur Eliu.* In hoc ca. Eliu tanquam arrogans & ſuperbus multum ſe cõmendat, & Iob uituperat. in quo docemur de laudibus proprijs & aliorum vituperijs tacere, ſi notam ſuperbiæ volumus euitare.

7 *Suſpice c.* Per hoc oſtenditur ꝙ ſupereminentia dei eſt aſſidue meditanda, vt ei ſemper mens hominis ſit ſubiecta.

11 *Si pecca. quid ei no.* q. d. nihil, ſed tibi nocumẽto culpę & etiam pęnæ.

14 *Porro ſi iuſt. ege. &c.* q. d. nihil: ſed tibi per meritum ex quo ſequitur præmium.

17 *Propter mu. calũ. cla. &c.* ſ. iniuſte oppreſſi. ſed quia de hoc parum aut nihil curant tyranni, ſequitur:

18 *Et nõ dicit &c.* quia facto nõ videtur curare de deo, ſicut dixit Pharao, Exo. 5. a. Neſcio dominum, & Iſrael nõ dimittam. Sed quia deus tribulatos conſolatur, ſequitur:

*Qui*

G mero ad pluralē ſubito trāſeat & ecōuerſo. Quiſquis autem
A iam aduerſitatū tribulatione frangitur, a quo factus eſt mini me contemplatur. Nam qui eum qui non erat fecit, factum ſine gubernatione non deſerit.

a *Qui de.car.* Carmen in nocte lętitia eſt in tribulatione, quia etſi preſſuris tempora litatis affligimur, ſpe tamen de æternitate gaudemus. Et eſt ſenſus, Infirmus cum pre mitur, a ſpe gaudii nimia puſillanimitate laſ ſatur, nec dicitur. *Vbi eſt Deus q fecit me, qui dedit car.in no.* Si.n. iſta diceret, vim quam patitur, temperaret.

b *Qui do.* Quaſi. Infirmus, ideo nō eſt fortis in aduerſis, quia in pro ſperis nō temperat ab ingluuie iumentorum nec a volatu volucrū,
B nec recogitat qui fecit eum. Iumenta terræ ſunt, qui vſu vitæ carnalis ima appetunt. Volucres vero cæli ſunt, qui ſupfluæ curioſitatis ſtudio ſublimia perſcrutantur. Docet ergo nos Deus ſup iumenta terrę & volucres cæli, quia dum hoc q, ſumus agnoſcimus, nec defluendo imis ſubiicimur, nec ſuperbiendo de ſublimib. infiamur. Vel per iumenta terreni hoīes, per volucres dęmonia deſignātur. Subauditur autem: hoc quoq; non dixit. Vel reptilia quæ toto corpore hęrent terrę, ſunt cogitationes omnino terrenę. Animalia quę ven tre leuantur a terra, ſed prona ſunt ad terram, bona ſunt quę pro terrenis fiunt.

c *Ibi clama.* Ibi, vc; in tribulatione. Ac ſi diceret. Reatus opprimentiū audiri voces prohibet oppreſſorum, nec eripiunt viſibiliter iuſti, quia ſaluati inuiſibiliter non merentur iniuſti, & dummodo in tribulatione teruntur, illorū nequitia cō ſummatur. Et ſic non cito clamantem audit, & tamen q, pa-
C tit ſcit. Patet ergo pro bono differri, vn. *Non exaudies, &* non ad inſipiētiam mihi. Sed quia multi ex tarditate auxilij fran guntur, ſubdit, & cum dixerit.

D d *Non enim fru.* Duo dicit, q, clamantem non fruſtra audit, & tamen quod patitur reſpicit. Exaudit & diſſimulat, quia q, impleri cōcite cupimus, ex ipſa melius tarditate pſperamur

Ps. 1. a.

¶ Ideſt lætitiam in tribulatione.

a xit, vbi eſt Deus qui fecit me, qui dedit carmina in nocte? 1 2

¶ Hoc non dicet infirmus. ¶ Qui carne abundtur. ¶ Qui mente extolluntur.

b Qui docet nos ſuper iumenta terræ, & ſuper volucres cæli 3 4

¶ Sicut aliquando Deus ſuos propter inimicos eripit vt illi conuertantur, ita aliquando ſuos. non audit propter damnationem perſequentium.

c erudit nos? Ibi clamabunt, & non exaudiet propter ſuperbiā 5 6

d malorum. † Non enim fruſtra audiet Deus, & omnipotens 7

a Si ſurripit tibi deſperatio, attende omnia quæ tibi dedit, & iam non diffidis.

e ſingulorum cauſas intuebitur. Etia^a^m cum dixeris, non conſi 8

¶ Tibi hoc opus eſt.

f derat † iudicare coram illo, & expecta eum. † Nunc enim 9

a Vera quæ dixit ad deſpectum iuſti retorſit, vnde maior eſt virtus in humili. 10

g non infert furorē ſuum, nec vlciſcitur ſcelus valde. Ergo Iob 11

h i fruſtra aperit os ſuum, & abſque ſcientia verba multipicat. 12

e Nicetas. Dei oculum nihil fugit, licet ad tempus ſuſtineat impios, in quo elucet illius tolerantia, & iudiciorum magnitudo, quæ Iobo incognita exiſtimauit Elius.

e *Etiam cum di.* Ac ſi diceret. Cum idcirco Deus conſiderare nō creditur, quia tarde miſeretur, intima cogitationis ingredere, atq; illic coram eius oculis cauſæ tuæ iudicium ſuſcipe, & quæ ipſe viuēdo contuliſti, vel q̄ miſericorditer percepiſti diſcerne, & tunc ad ſpei fiduciam redis, cum bona tantæ benignitatis erubeſcis, quatenus fidenter inter aduerſa expectes, quē & poſt delicta propitium recolis, ſed dū nos diu affligimur, mali, quia ſine verbere, ad peius ruunt, vnde.

f *Nunc enim.* Diu malos tolerat, quia in perpetuum damnat.

g *Nec vlciſcitur ſcelus valde.* Pauca.n. ſunt, quæ in hac vita flagellat. Nō valde, quia ſiqua hic punit, plura reſeruat, & aliqn̄ ferire incipit, quod æterna damnatio conſummat. Quædam punit, ne videatur non curare humana, quædam reſeruat, vt iudicium reſtare ſentiamus.

h *Ergo Iob fruſtra.* Beatum Iob & multa dixiſſe & nihil ſciſſe aſſerit, de omnibus his quæ locutus eſt ipſe.

i *Et abſque ſcientia verba multip.* Proprium eſt arrogantis, vt multa quæ dicit, pauca putet, pauca quæ audit multa. Et quā uis Iob ei tacuerit de verbis ad amicos, arguit vt amplius ſilentium eius ſibi acquirat.

F † Et nūc quia paululum viſitauit ſub. ipſū Iob furor eius non cognoſcit enim in multitudine ſub. peccatorum ſuorum. Alii ſic leg. ſunt, Et nunc quia diſtat quod furor viſitauit te furor eius, quia non cognouit multitudinem ſub. bonorum operum tuorū, Ideo, &c. Alii ſic, Et nūc quia non viſitauit te eius, & non cognoſcit iniquitatem mul. a. Ideo, &c.
F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Vbi eſt Deus.* Quia per dictum ſuum quaſi negat Deum autorem ſuum.
2 *Qui de.car.* Ideſt reuelationes ad inſtructionem hominum, quæ carmina dicunt, eo quod tales reuelationes ſcriptæ ſūt frequenter per modum carminum. Et dicuntur dari in nocte, quia frequentius tunc dantur quam de die, quando anima non eſt impedita exterioribus tumultibus.
3 *Qui do.nos.* Dādo nobis intellectum, quo carēt bruta aīalia.
4 *Et ſuper.* Hoc dicit ad remouendum errorem illorum qui dixerunt homines doceri per garritum & volatum auiū de aliquibus futuris.
5 *Ibi cla.* Scilicet hoīes mali propter malitiam ſuā flagellati.
6 *Et non exau.* Scilicet Deus, propter ſuperbiam malorū, quia non pęnitent vere de malis ſuis, hoc autem non eſſet ſi Deo placeret iniqtas & diſpliceret iuſtitia, qđ imponebat Eliu Iob hoc ſentire, vnde adhuc ſubditur. 7 *Non enim fru.* q.d. fruſtra audiret clamantem, niſi videret eum vere pęnitentem, & quia talia non poſſunt eum latere, ideo ſubditur. Et omnipotens cauſas ſingulorum intuebitur. 8 *Etiam cum dix.* Id eſt in corde tuo tenueris. 8 *Non conſid.* Scilicet facta hominum, eo quod videntur aliquando mali regnare, ideo ſubdit.
9 *Iudicare co.* Ideſt præpara te ad eius iudicium futurum expectandum, & tunc videbis omnia puniri ſecūdum rectum iudicium. Cuius cauſam ſubdit, dicens.
10 *Nunc enim.* Ideſt in præſenti vita.
11 *Non in.fu.* Ideſt totam pęnam debitam pro peccatis, quia pęnæ præſentis vitæ ſunt quædam medicinę ad correctionem, et ideo frequenter obſtinatis apud quos non valet correctio, parcit a pęna vitæ pñtis ſaltē in parte reſeruās eis maiorē pęnā in futuro, & in hoc cōueniebat iſte Eliu cum ipſo Iob, qa tn̄ in plurib. alijs diſcordabat, iō inuehit cōtra ipſū di.
12 *Ergo Iob fruſtra aperit os ſuum.* Reputabat enim eum irrationabiliter multiplicaſſe verba.

## MORALITER.

1 *Qui dedit carmina in nocte?* Nam carmina conſolationis dat in nocte tribulationis & contra tyrannos, ſubditur.
5 *Ibi clama.* Prou. 21. b. *Qui obturat aurem ſuam, &c. & ipſe clamabit, & non exaudietur,* ſcilicet a domino.

## CAP. XXXVI.

a *ADdēs quoq; Eliu.* * Nicetas. De iuſtitia Dei, poteſtate, & ſapiētia diſſerit. Multa dixerat, & ſuſtineri adhuc paululū ſperat, qa arrogātes graue ſe dānū ppeti iudicant, ſi ſcientiam ſuā loquendi breuitate conſtringant. Tanto enim ſemetipſos credunt doctiores oſtendere, quāto ſe potuerint multiplicitate loquacitatis aperire.

## CAP. XXXVI.

¶ Quaſi nihil adhuc dixerit prolixa incipit.

a ADdens quoque Eliu, hæc locutus eſt. Suſtine me pau- 1 2

*Adhuc*

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XXXVI.

1 ADdens quoque Eliu. *Poſtquam Eliu diſputauerat contra Iob de hoc quod dixerat Deum iniuſtum, & ſeipſum iuſtum ſingulariter de vtroque, hic iterum communiter de vtroque diſputat contra ipſum, quaſi reſumens diſputationem a principio. Et primo proponit intentum, ſecundo proſequitur, ibi.* Deus potentes. *Circa primum dicitur.*

Addens quoque Eliu. *Videns enim, quod Iob tacebat, reſumpſit diſputationem, addens quæ ſequuntur. Et primo excitat eius attentionem, dicens.*

2 Suſtine me pau. *Et ſubdit rationem dicens.*

Adhuc

## MORALITER.

1 *Suſtine me pau.* Frequenter arrogans, vt reuerentius audiatur zelo veritatis loqui ſe dicit, licet amore ppriæ laudis moueatur, ideo ſubdit.

a *Adhuc enim ha.* Arrogantes quia ſepe ſentiũt ſilentij reuerentiam non deferri, dum ſibi ſilentium exigant, quod non merentur, ſpecie tenus Deum præferunt. A

b *Repe. ſcien.* Doctores ſancti crebro repetũt, ſi qua obſcurius dicũt vt cordib. auditorum voce hæc iterationis inſundant. quod arrogantes imitari appetunt, nõ quo auditoribus proſint, ſed quo eorum iudicio videri eloquentes volunt.

c *Et opera.* Ne nomine ſcientiæ tumor pateret, palliat, ſubinferẽs de Dei iuſtitia. Hoc ait, vt dum quaſi de Dei iuſtitia loquitur, apud humana iudicia quicquid arroganter effluit, excuſetur.

d *Vere enim.* Quod de ſemetipſo ſublimiter æſtimauit, tacere non potuit, & rectum quod ſentit, laudando præcurrit. Iuſti nãque non pro ſua laude, ſed vt attentos faciant ſuos auditores, laudant aliquando quod dicunt, vnde & ſuperbi ſua laudãt, ſed alio corde. B

Reuelauit.

† delectatione.

g *Non aufert a iuſto.* Abſtuliſſe a iuſtis oculos creditũr, quia ab iniuſtis hic ſine vindicta lacerantur, de quibus ſequitur. D

h *Et reges.* Reges ſunt, quia tentationum ſuarum motib. nõ conſentiẽdo ſuccũbere, ſed regẽdo præeſſe nouerunt. Hi in regni ſolio in perpetuũ collocãtur, & eo illic accipiũt digne alios iudicare, qui hic neſciunt ſibimet ipſis nequiter parcere. Subdẽs autẽ in perpetuum, non de terreno ſolio dicere ſe aperte inſinuat.

Reges quando perpetuantur.

¶ Sub prætextu Dei ſibi reuerentiam quærit.

a Iulum, & indicabo tibi. Adhuc enim habeo quod pro Deo 1
b loquar. Repetam ſciẽtiam meam a principio, & operatorem 2
c d in eum probabo iuſtum. Vere enim abſque mendacio ſermo 3 4
a ¶ In dicendis. b ¶ Quaſi diceret: potentia in natura ſua mala non eſt, ſed nequitia & ſuperbia quæ procedit ex ipſa.
e nes mei, & perfecta ſcientia probabitur tibi. Deus potentes 5
¶ De hoſte non conſulitur lex, ſed de ciue peccante, ſic in iudicio impius non iudicabitur ſed peccator.
f non abiicit, cum & ipſe ſit potens * · ſed non ſaluat impios, 6 7
a Et. b Sed tunc magis reſpicit, cum ſinit tribulari.
g & iudicium pauperibus tribuit. Non † aufert a iuſto oculos 8
a De hoc regno in æterno locat. b Qui hic humiliati ſunt. 9
h ſuos, & reges in ſolio collocat in perpetuum, & illi eriguntur. 10
i Et ſi fuerint in catenis, & vinciantur funibus † paupertatis, 11
k indicabit eis opera eorum & ſcelera eorum, quia violenti 12
l fuerunt. † Reuelabit quoque aurem eorum vt corripiat, & 13
m loquetur vt reuertantur ab iniquitate. Si audierint & obſer- 14
uauerint, complebunt dies ſuos in bono, & annos ſuos 15 16
a Hic feriuntur, & poſt ſupplicia non euadunt.
n in † gloria. ſi autem non audierint, tranſibunt per gladium, 17 18

* Cat. Gre. Et cum regib. in throno collocabit eos in victoriam, & exaltabũtur.

i *Et ſi fue.* Catenæ obligationes ſũt ipſa adhuc retenta peregrinatione. Ligatus his catenis Paulus dicebat. *Deſiderium habens diſſolui, & cum Chriſto eſſe.* Et funib. paupertatis ſe vinctũ eſſe cernebat, quãdo veras diuitias intuẽs dicebat. *Vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis eius, quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis.* Vel per catenas & funes temporalis pœna accipitur, vt pęnæ trahant quos pręmia non inuitant. Bene autem ſubdit. E

* corde. - Sed.

† miſeriæ afflictio.

Philip. Ephe.

e *Deus po.* Eos videlicet qui faſtigium potẽtiæ alienis intẽti vtilitatib. & non ſuis laudib. elati adminiſtrant, qui prodeſſe appetunt, non præeſſe. Vnde in lib. Reg. *Spiritus domini malus inuebat in Saulem.* Si domini, cur malus, ſi malus, cur domini? Malus volũtate quã habet a ſe domini poteſtate & creatura: vñ iuſtus quia omnis poteſtas a domino Deo eſt. Et quia nequaquam iuſta potentia, ſed praua actio damnatur.

4. Reg. 16. c.

Rom. 13.

* Cat. Græ. Deus non repellet innocentem, robore corda impiorum non viuificabit, & iudicia pauperum dabit.

f *Sed non ſal.* Ideſt elatos deſtruit. Humiles vero per iudiciũ liberos reddit, vel iudicium pauperib. tribuit, qa hi qui nũc nequiter opprimunt, ipſi tũc ſup oppreſſores ſuos iudicare venient. Nota quia quędã ex ſe noxia ſunt, vt peccata, qdã ex adiacentib. coniugium ex cura ſeculi, potẽtia ex elatione qua ſimilis eſt diabolo. Sed bene pręeſt qui vitiis potius dominatur quã fratrib. quia pro vitijs plꝫatus eſt, non pro natura. C

Nota.

K *Indica. eis ope.* Cum. n. ſupernam gloriam magis amando cognoſcimus, grauiora fuiſſe ſentimus.

l *Reuela.* Autem reuelare, eſt intellectum cogitationis aperire. Reuelata aũt aure vnuſquisque corripitur, quando intrinſecus ęternorum bonorum deſideria percipit, & quæ mala extrinſecus perpetrauit, agnoſcit.

m *Si audic.* Per bonũ recta actio, per gloriam ſuperna retributio ſignatur. Qui vero obedire præceptis cęleſtib. ſtudẽt, dies ſuos in bono complent, annos in gloria, quia & curſum preſentis temporis in bono opere, & conſummationẽ ſuam perficiunt fideli retributione.

n *Si autem non audierint.* Quia & vindicta eos in tribulatione percutit, & finis in fatuitate concludit. Fatuitas quippe eſt, quod ſic illos iniquitas obligat, vt a culpa eos nec pęna compeſcat. F

*Non* — a *Simu-*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Adhuc enim. *Ideſt adhuc habeo alias rationes ad declarationẽm diuinæ iuſtitiæ.*

2 Repe. ſcien. *Scilicet de duobus de quibus contra te diſputaui iterum diſputabo, ideo ſubdit.*

3 Et opera. *Ideſt ipſum Deum.*

4 Proba. *Te puniendo, & per conſequens te iniuſtum.*

5 Deus poten. *Hic proſequitur intentum, & pro primo probat Iob eſſe iniuſtum, & ſecũdo Deum iuſtum, ibi:* Ecce Deus excelſus. *Prima in quatuor: quia primo ponit ſuam rationem, ſecundo ex hoc elicit quandam aliam concluſionem, ibi:* Si audierint. *tertio remouet quandam obiectionem, ibi:* Simulatores. *quarto ponit quandam monitionem, ibi:* Igitur. *Circa primum ſciendum, quod ſimilitudo per ſe eſt cauſa dilectionis, ſecundum illud Eccle. 14. c.* Omne animal diligit ſimile ſibi, &c. *Per accidens tamen eſt aliquando cauſa odij inquantum æſtimatur impeditiua proprij boni, vnde & figuli rixantur adinuicem, inquantum vnus impedit lucrum alterius, ſecundum quod dicit Philoſophus 2. Rhetoricæ. Hoc autẽ nõ habet locũ in Deo, cui opera noſtra bona vel mala non poſſunt ei valere aut nocere, ſicut dictum eſt c. præce. Facit ergo Eliu talem rationẽ: Deus cum ſit potens, potentes diligit, & ſic eos a potentia nõ deiicit niſi propter eorũ culpam: & ex hoc concluditur Iob eſſe iniuſtus, quia a potentia ſua per Deũ deiectus eſt, & hoc eſt quod dicit:* Deus potentes nõ abii. *a ſtatu ſuę poteſtatis.*

Diuiſio.

Philoſophus.

6 Sed non ſaluat. *Ideſt damnat.*

7 Impios. *Propter ſuam nequitiam.*

8 Et iud. *Faciendo vindictam de oppreſſione eorum per potentiam.*

9 Non au. *Sed eum reſpiciet oculis ſuæ miſericordiæ.*

10 Et reges in ſo. *Si bene vtantur ſua poteſtate.*

11 Et ſi fuerint in. *Deiecti a ſuis aduerſariis propter peccata quæ incurrerunt.*

12 Indicabit eis ope. *Quia vexatio dat intellectum.* Eſa. 28.

13 Reuelabit quoque au. eo. *Per ſpeciales inſtinctus reuocando ad bonum.*

14 Si audierint. *Hic elicit quandam concluſionem ex dictis, quia ex quo diligit potentes, vt dictum eſt, nec deiicit eos niſi propter peccata, ex hoc concludit Eliu, quod remotis peccatis per pęnitentiã, reducet eos ad priſtinam gloriam, & hoc eſt quod dicitur:* Si audie. corde.

15 Et obſerua. *Opere.*

16 Complebunt dies ſuos. *Sicut legitur factum de Manaſſe rege Iuda 2. Para.*

17 Si au. non audie. *Obſtinati in malo.*

18 Tranſi. per gla. *Ideſt educentur de carcere vt interficiantur.*

*Et*

## MORALITER.

1 *Adhuc enim habeo.* Deus enim veritas eſt.

5 *Deus potentes non abiicit.* Qui prodeſſe cupiunt, non prſſe.

6 *Sed non ſal.* Qui motus habent contrarios.

9 *Non aufert.* Licet a mundanis hominib. hoc iudicetur, quãdo ab impijs dure tractãtur, nam a Deo ſibi meliora pro merito patientiæ reſeruantur, ideo ſubditur.

10 *Et reges in ſolio collocat in per.* Gregorius, reges ſunt qui tẽtationum ſuarum motibus non conſentiendo ſuccumbere, ſed bene regẽdo præeſſe nouerunt, & iſti in ſolio glorię collocantur, ideo ſubditur.

11 *Et ſi fue.* Mundanæ tribulationis.

16 *Comple. di. ſu. in bo.* Gratiæ.

† *Et annos ſu. in glo.* Supernæ patriæ.

17 *Si au. non audi.* Ideſt patienter non ſuſtinuerint.

12 *Tranſi.* Duræ ſententiæ.

*Et*

A a *Simulatores & calli.* Cũ ſimulatore diceret, apte ſubiunxit, & callidi, quia niſi ingenio calleant q̃ videri appetũt, & cõgrue ſimulare non poſſunt. Aũ iudicem itaq; de ignorantia excuſationem hẽre nõ poſſunt, quia dum ante oculos hominũ omnem modum ſanctitatis oſtentant, ipſi ſunt teſtimonio, quod bene viuere non ignorant.

b *Neque cla.* Simulator quaſi vincitur, cum flagello percuſſionis aſtringitur, qui tamen cum ſic percutitur, iniquum ſe prodere refugit, quia ſanctus videri conſueuit. Vel vincti ducuntur, & non clamabunt, quia humanæ laudis importunitate ſuperati, ſanctos ſe dici etiam cum in peccatis moriuntur, putant. Iniquus qui non appetit videri ſanctus, in flagello nõ erubeſcit fateri qđ eſt, quod nõ hypocrita, ſed extrema percuſſione moriturus talis, vult remanere iudicio hominum qualis videbatur. Vel ideo etiam tunc non confitetur, quia putat ſe eſſe quod dicitur, iudicio Dei intus deceptus, qui alios foris fallebat.

c *Morietur in tempe.* Quaſi tranquilli namq; videbantur viuere, cum de ſanctitatis curarent laude gaudere. Sed turbo eos ſubitus internæ percuſſionis deijcit, quos arrogantia externi fauoris extollit. Quia de damnatione reproborum dictũ eſt, de ereptione humilium ſequitur.

✠ Cat. Græ. Moriatur in iuuentute aĩa eorũ, vita aũt ipſorũ vulnerata ab angelis, eo q̃ attriuit debilem & impotentem.

d *Eripiet pau.* Pauper de anguſtia ſua eripitur, cum vnuſquiſque de afflictione liberatur.

e *Et reuelab. t in trib.* Aurem in tribulatione reuelare, eſt auditum cordis verberum plagis aperire.

✠ Cat. Græ. Iudicium manſuetorum exponet. Et preterea quia decepit te ex ore inimici.

✠ Nicet. Deus decernet vindictam manſuetorum, & plectitur hypocrita quod hoſtis, ore mãſuetum fefellit, cui vbi ex ceſſerit, abyſſus reſeruatur.

f *Igitur ſal.* Oĩs qui viam vitæ deſerens, in peccatorum tenebras ſe deijcit, ſemetipſum quaſi in puteũ vel in foueã mergit. Si diutina ꝑpetratione & cõſuetudine iniquitatis opprimitur, ne ad ſuperiora poſſit exurgere, quaſi anguſto ore putei coartat̃. Latiſſime aũt de ore anguſto ſoluit̃, qui poſt iniquitatum iugum ad libertatem boni operis pœnitẽdo reducitur, vt nullis difficultatibus ad bona agenda anguſtietur.

g *Non habente.* Peccatum fundamentum non hẽt, quia non ex proprio natura ſubſiſtit ſed in bono naturę coaleſcit. Vel fundamentũ ꝓ fundo poſuit inferni voraginẽ ſigñ ire volens, cuius os peccatũ per quod tenditur ad infernum. Vel peccatum fundum non habet, in quo lapſa anima quotidie ad deteriora deijcitur, quaſi in puteo quo cecidit, fundum non inuenit quo figatur.

h *Requies autem men.* Requies menſæ eſt refectio ſatietatis internæ, quæ pinguedine plena dicitur, quia internæ voluptatis delectatione preparatur.

i *Cauſa tua.* Bonorum cauſa iuſtitia eſt, quorum cauſa quaſi impij iudicatur, quia eorum hic iuſtitia paterno flagello fatigatur.

✠ Cat. Græ. Non deficiet a iuſtis iudicium, furor autẽ ſuper impios erit propter impietatẽ donorum, quæ acceperũt in iniuſtitijs ne ſe inclinet voluntaria mẽs obſeruationis, quando in neceſſitatib. ſunt impotentes, & omnes valido robore.

✠ Nice. Si imbecilles eguerint tuæ opis, pro viribus potentioribus obſiſte.

K *Cauſam iudic.* Quia ex ea iuſtitia qua modo viuunt, tunc in culmine iudiciariæ poteſtatis eniteſcunt. Et hæc quaſi noua Eliu rñdet, qui mos eſt arrogantis, quia qui ad blanda deſcẽdit, vileſcere ſe putat, vnde mox increpat vt timeatur.

l *Non te.* Arrogãtes, qui pro hoĩum laude volũt benigni apparere, irę motũ deputãt, quicquid gerit̃ cẽſura diſciplinę, & dũ pro hoĩum laude benigni volunt apparere, a bonis recto rib. opprimi æſtimant, quos inuitos cernũt a vitiis coerceri.

m *Nec multi. do.* Quia vbiq; reuerentia coleris, caue ne de eiuſdem reuerẽtię faſcib. extollaris. Inclinet aũt, ideo dixit, quoniã omnis qui temporaliter extollitur, eo ipſo q̃ extollitur, inclinatur. Hęc aũt uerba arrogantibus intra eccleſiam congruunt. Acſi eccleſię ſanctæ dicatur. Caue ne ſi vniuerſitatis veneratione extollaris ab interna intẽtione corruas.

n *Depo. magni.* Arrogantes ſubductis ad ſuperna martyribus, velut conſolãtes eccleſiam illudunt dicentes. Nequaquã te magnitudinem habere confidas, quia ſubductis priorib. patribus, iam non habes de quorum uita glorieris.

*a Quia flagellis peccata exaggerant.* ¶ *Deterius hypocritæ.*

a &†conſumentur in ſtultitia. Simulatores & callidi prouocãt 1 2

*a Confeſſio eſt validus clamor ad Deum.*

b iram Dei, neque clamabũt cum vincti fuerint. Morietur in 3 4

c ¶ *Quæ improuiſa ſurgit.* *a Non viriliter viuit quem laus corrumpit.* 5

†tempeſtate anima eorum, & vita eorũ inter† effęminatos. 6 7

*a Quam hic patitur vt æterna quærat, vnde addit, & reue.*

d e Eripiet pauperem de anguſtia ſua, & reuelabit in tribulatio- 8 †

*a Quam proſperitas claudit. b Propter flagella putat graui iniquitate grauari, cuius profunditatem ſubdit, non habente fun.*

f ne aurem eius. Igitur ſaluabit te de ore anguſto latiſſime, & 9 10

g h non†habente fundamentũ ſubter ſe.† Requies autem mẽſæ 11

*a Verba Iob, retributionem æternorum vult conſolari. Quaſi a ſe gratuito ꝓmittat, quod ei iure competebat.* 12

i tuę erit plena pinguedine.† Cauſa tua quaſi impii iudicata eſt, 13 14

*a Iudi tanto tunc potentius omnia iudicabunt, quanto magis hic iudicati ſunt. b Si ira correctionem ſuperat, ante opprimit quam corrigat, & ſub ſpecie zeli, iuſtitię furor eſt.*

k l cauſam iudiciũq; recipies.† Nõ te ergo ſuperet ira, vt aliquẽ 15

m *a Vel, donorum, quod in veteribus libris. i. quia vbique coleris. Si legis donorum expoſitione non eget.* 16

n opprimas, nec multitudo donorũ inclinet te.† Depone ma- 17 18

D

†ſcortatores.

† Poſiti, idest quod poſitum erit ſuper menſam tuam.

E

†Nunquid conſtabit potentia tua nulla tribulatione, & omnia robora fortitudinis? Alii ſic vertunt non æſtimabit opes tuas?

Notatur hic mos & modus arrogantium.

C

Et

F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et con. *Ideſt propter ſtultitiam ſuam.* 2 Simula. *Hic conſequẽter remouet quandam obiectionem, quæ poſſet ſibi fieri, quia dixerat, quod Deus potentes non abijciat a ſua poteſtate, niſi propter culpam, poſſet obiici quod aliquando potentes & iuſti deiiciuntur, ſicut dicebat Iob de ſeipſo. Hoc remouet dicens, quod talis iuſtitia non fuit vera, ſed tantum ſimulata: & per conſequens iræ Dei prouocatiua, quia ſimulata ſanctitas duplex eſt iniquitas, ſecundum Hiero. & hoc eſt quod dicitur.* Simula. *ſcilicet ſanctitatis.* 3 Et cal. *Per hoc malitioſe credentes obtinere durationem ſuæ poteſtatis.* 4 Prouo. *Eos deiicientem.* 5 Neq; cla. *Ad Deum, recognoſcentes culpam ſuam.* 6 Cum uincti fue. *Ideſt deiecti ab aduerſariis & incarcerati.* 7 Morietur. *Quia non tãtum punietur hic in corpore, ſed etiam in anima poſt mortem, quam punitionem ponebat Eliu, vt patet ex ſupra dictis.* 8 Et vita. *Id eſt inter illos qui non poſſunt ſe defendere a malis irruentibus.* 9 Igitur. *Hic conſequenter Eliu monet ipſũ Iob, quia dixerat quod deiecti a poteſtate per culpam, ſi pęniteant, reducuntur ad priſtinam gloriam, ideo monet Iob quod ſi pęniteat, quod erat in ſua poteſtate q̃ iuſte viuat de cætero, vt ſic permaneat in gloria ſibi reſtituta, et hoc eſt q̃ dicitur.* Igitur. *Si pęniteas.* 10 De ore. *Ideſt de tribulatione quæ eſt quoddã foramen anguſtũ, per quod homo intrat quandam latitudinem diuerſarũ miſeriarũ, quia abyſſus abyſſum inuocat. Vel aliter.* 11 Latiſſime. *Ideſt de arctitudine tribulationis eruet te ad latitudinẽ proſperitatis, et quod ſequitur.* 12 Non ha. *Refertur ad anguſtiã tribulationis, quæ niſi per pœnitentiam euadatur, ducit ad pœnã gehennæ quæ eſt ſine fundamento, ideſt ſine fine. Vel.* Nõ ha. *ſ. in quo poſſit quieſcere, quia ſẽper ſic poteſt procedere de malo in malũ vſq; ad mortẽ, et tunc incidit in pœnam, quæ non hẽt conſummationẽ.* 13 Requies. *i. poteris comedere ſecure et abundanter.* 14 Cauſa. *i. cauſa quare percuſſus es diuino iudicio, eſt impietas quã cõmiſiſti, nõ autẽ potẽtia in qua fuiſti, et ideo ſubditur.* 15 Cauſam. *Ideſt poteſtatẽ et autoritatem iudicandi, ſicut prius hẽbis, dum tamen fueris emendatus. Et quia hæc emendatio erat in ſua poteſtate, ideo docet eũ qualiter debeat vti reſtituta ſibi poteſtate dicens.* 16 Non te. *Peruertens iudicium ex paſſione.* 17 Nec mul. *Ad peruertendũ iudicium ex cupiditate.* 18 Depone magni. *Ideſt ſuperbiam.*

Abſque

## MORALITER.

1 *Et con.* Quia cum pena temporali ſuperueniet eis ęterna. 2 *Simulato.* Ideſt ſimulatores iuſtitiæ & deceptores ꝓximi. 4 *Prouocant.* Contra ſe. 5 *Neque cla.* Recognoſcẽtes ſe peccaſſe, ſed morientur in ſua iniquitate. 8 *Et vita.* Ideſt moles ad opus bonum. † *Eripiet pau.* Nã humiliter patientem frequenter eripit de anguſtia corporali, & de ignorãtia mẽtali. 9 *Igitur ſal.* Quod fit cum ad libertate gratię Deus reuocat hominem de mortali peccato. † *Et non ha.* Id eſt terminũ. quia mortale peccatũ ducit ad penã terminũ nõ habentem. 13 *Requies au.* Quia reuocatus ad gratiam, aptus eſt ad cibũ eucharıſtię, & quia talis aliquando cum gratia iuſtificãte iudiciariam conſequitur poteſtatem, Sequitur. 15 *Cauſam tuam.* Sed quoniam ex tali mutatione frequenter homo ſuperbit, & alios deprimit, ideo ſubditur. 16 *Non te.* Ideſt nullum opprimas ira vel auaritia aut ſupbia vel etiam officii negligentia, ideo ſubditur. *Ne protrahas nocens.* differendo facere iuſtitiam, quę ſtatim poteſt fieri.

Ecce

a Et omnes robu. Acſi dicatur. Illi veraciter robuſti inhęſerât, A qui in te hoc quod docêdo locuti ſunt, viuendo renuerunt. Allegorice. Nûc vero qui tibi præſidêt, viſione robuſti ſunt, nô fortitudi ne. Magnitudo namq; eccleſię in robuſtis eſt, qui pro verita te vſq; ad mortem certauerunt, quibus ſublatis ſuperbi qui ſe præferunt, quaſi ſoli eccleſię remanſerint, vt conſolantes eccleſiam illudunt, quaſi iã non ſunt tibi veri robu ſti qui tribulentur, & in quibus glorieris, ſed ſunt modo debiles qui tibi præſident. Ignorãt enim quod ablatis fortibus, debiles loco eorum a Deo roboren tur. Sed quia infirmos aliquando nouerunt, nunquam conualeſcere credunt. Et quia quoſdam prælatos terrena poteſtate, quę eſt debilitas, ſubnixos vident, pro illorum æſtimatione omnes deſpiciunt. Et quia hoc loco antiquorum patrum ſurrogari contemnunt, ſubditur.

† Ne deſideres noctem vt extermines populos in ea.

† vel magnifices.

a gnitudinem tuam abſque tribulatione, & omnes robuſtos 1 2
b fortitudine. † Ne protrahas noctem, vt aſcendant populi pro 3 4
¶ Sed.
c eis. Caue ne declines ad iniquitatem. Hanc enim † cœpiſti 5
d 6
¶ Alias loqui.
e f ſequi poſt miſeriam. Ecce Deus † excelſus in fortitudine ſua, 7
a Etſi aliqui dicunt eum eſſe Ioannem, Eliam vel Ieremiam. b Moyſes, Ioſue prophetæ ſunt legiſlatores. 8
g h & nullus ei ſimilis in legiſlatoribus. Qui † poterit ſcrutari 9 10
a Iudicia, quod hunc eligit hunc reprobat. Iudæa reprobatur, Gentilitas eligitur.
vias eius, aut quis audet ei dicere, operatus es iniquitatem? 11
a De cuius potentia.
¶ Iudicia.
i Memento quod † ignores opus eius, de quo † cecinerũt viri. 12 13

b Ne protrahas. Populi quaſi numeroſi ſunt, hi debiles q. paſ- B ſim viuũt pro libito. Hoc vere dicit, ſed nô humiliter, & plus increpando ferit quã conſoletur, vñ & ſubdit. Ne protrahas noctem. Acſi dicat. Ignorãtiæ tuæ obſcuritate nô agas, vt in lo co fortium infirmos ſurroges. Noctem.n. protrahere eſt, vt pro robuſtis populi aſcendãt, ſi per negligentiã agitur, vt do ctorũ fortiũ loca indocti ac debiles ſortiantur. Moraliter, in ſingulis. Nonte ergo ſu. ira. Qui aliena corrigit, prius videat ne ira ſuperetur, q̃ modũ vltionis excederet & opprimeret. Et vt ira mentem ſuperet, cã eſt multitudo locorum.i. cogitationum ſuperuacuarum quib. mens acquieſcit. Mens.n. per tot diffuſa & inclinata, iuſtitiæ nô ſtudet. Mens iuſti ſtudet vni ſêper hærere, iniqui variatur, quia præter Deũ nil ſuffi- cit, & iõ q. modo petit, mox faſtidit. Cũ aũt collecta eſt mẽs addidit, ſciat magnum eſſe quod agit, aliter.n. hoc non ageret. Ipſa namq; ſcientia eſt aditus elationis, vnde Deus têtari ſinit, vt infirmus humilietur vnde ait, Depone magnitudinem tuam. Pulſatus.n. vitio ſentit quod eſt, & deſinit magnus eſ- ſe, & deponit oẽs robuſtos mẽtis motus abſq; tribulatione, quia cum per tentationem humilitas proficit, proſpera eſt ipſa aduerſitas, non tamen ſine aduerſitate hoc agitur, quæ C menti noctem triſtitiæ facit. Sed hęc nox non dêt protrahi, ſed

ſed cito finiri cõſolatione, quia in ea pro robuſtis aſcendunt D populi.i. indignæ & multiplices cogitationes. Turbatus.n. mõ omnia ſe perdidiſſe cogitat, mõ quid fuerat, modo quid nũc eſt, modo reſurgere, modo an victus manere poſſit. Recte dicit talia Eliu ſi ſciret cui. Non hoc enim Iob congruit, ad cuius etiam contumeliam addit.

c Caue ne declines ad iniqui. Iniquitatẽ poſt miſeriam ſequitur, qui poſt mala quæ per cor reptionẽ ſuſtinet, feruenti corde impatientiæ ſe facibus inflammat. Quod B. Iob perpetraſſe Eliu credidit, quia eum intra flagella poſitũ liberis effari vocib. audiuit, neſciens quia omne quod dixit, non hoc de iniquitate impatientiæ, ſed de virtute veritatis protulit, quia ab interni iudicis ſententia nec cum ſe iuſtificaret, errauit.

† elec[...] pter nem[...] aſtis[...] terue[...] viſi[...] cum [...] deat [...] eum[...] re d[...] t ce[...]

* Cat. Græ. Obſerua ne facias indecentia, ab his.n. liberatus es a paupertate.

* Nic. Aequitate erga omnes vtere, nec potẽtes iniuria affi- E ce, ne forte nocte irrumpant in tuas aut imbecilliorũ ædes, ſic liberaberis ab ęrumna paupertatis.

d Ne declines. Hoc ſuperbi eccleſię miſeriam vocant, quod expectante Deo condemnantur.

e Hanc enim cœpiſti. Incerta & ignota ſicut certa & nota damnat, neſcit.n. vtrum ex impatiẽtia uel ex uirtute dixerit Iob, quæ ab eo audiuit.

f Ecce Deus ex. Eliu qui multa ſuperius moraliter intulit, nũc ad pphetię arcana ſe ſuſtulit. Nec mirũ cur arrogãs impleri prophetico ſpiritu potuit, cũ Saul ẽt in numero prophetarũ fuit, & aſina uerba rationabilia acceperit. Sic Eliu redẽptoris aduentũ humilẽ conſpicit dicens Ecce Deus ex. Acſi diceret. Qui humilis uidebit î infirmitate, celſus manet î fortitudine

g Nullus ei ſimi. Legiſlatores dicere poſſumus, quod ex lege adnonuiſſe recta populũ ſcimus, ſed huic nullus horum ſimilis eſt, qui nunc ſine peccato eſt, filius ſine adoptione.

h Quis poterit ſcrutari vias eius. Acſi dicat. Cuius ſcrutari actio non poteſt, quo pacto reprehendi poteſt? Nemo.n. bene iudicat, quod ignorat, unde ſubdit.

i Memento quod ignores opus eius. De domino uiri cantauerũt, F quia

NICOLAVS DE LYRA.

1 Abſque tribu. Ideſt ne incidas iterum in tribulationem.

2 Et omnes robu. Depone ſcilicet per ſententiam, ab oppreſſione pauperum.

3 Ne protrahas. Ideſt tempus ad dandum hanc ſententiam.

4 Vt aſcen. q.d. in tali protractione poſſent robuſti multitudinem ſibi aggregare, per quam non poſſes iuſtitiam exercere.

5 Caue ne decli. Quacunque in proximum uel in Deum.

6 Hanc enim cœ. Aeſtimabat.n. Eliu ipſum Iob ſe falſo iuſtificare, & ex flagellationibus ſuis iniuſtitiam Deo attribuere.

7 Ecce Deus. Hic conſequenter improbat ipſum Iob in hoc quod videbatur Deum dicere iniuſtum, et primo ponit ſuam probationem, ſecundo inducit Iob ad attentionem, ibi. Auſculta hæc Iob. Prima in duas, quia primo probat propoſitum, ſecundo declarat quoddam ſuppoſitum, ibi. Memento. Circa primum facit talem rationem. Ille qui propter ſuam excellentiam nullis legibus eſt ſubiectus, nec poſſunt ad plenum cognoſci opera eius, non poteſt ab aliquo dici iniuſtus, quia iniuſtitia procedit ex tranſgreſſione alicuius legis, & cognoſcitur ex conditione ſui operis. Deus eſt huiuſmodi, ergo, &c. Huius rationis ponit minorem quantum ad duplicem ſui partem, et primo quantum ad primam dicens. Ecce Deus excel. ſuper omnia. Hunc enim cogitant omnes Deum eſſe, qui omnibus præcellit.

8 Et nullus ei ſimilis in le. Quia omnes ſunt ſubiecti alicui legi ſaltem diuinæ, ipſe autem nulli. Secundo declarat minorem quantum ad ſecundam partem di.

9 Quis po. ſcru. Ideſt perfecte inueſtigare.

10 Vias eius. Ideſt opera quæ ſunt quaſi quædam uiæ ad Deum cognoſcendum q.d. nullus, & ideo concludit intentum, dicens.

11 Aut quis au. Ei imponendo iniuſtitiam q.d. nullus.

12 Memento. Hic declarat quoddam ſuppoſitum, ſcilicet quod nullus poteſt ſcrutari opera Dei, aliud autem erat ſatis notũ, ſcilicet quod Deus nullis legibus eſt ſubiectus, ſed quod eius opera ſint inſcrutabilia, non eſt ſic clarum, eo quod inueſtigamus opera Dei per intellectum, & ideo hic declarat quod non poſſunt perfecte a nobis cognoſci, et primo hoc declarat in generali, ſecundo magis in ſpeciali, ibi. Qui aufert Circa primũ dicit. Memento. Ideſt opera eius, & ponitur ſingulare pro plurali, ſicut Exod. 8. f. Venit muſca grauiſſima, id eſt multitudo muſcarum.

13 De quo ceci. Ideſt ſapientes, qui dicuntur viri a virtute. Et dixit. Cecinerunt, qui modus fuit antiquorum ſapientum ſcribere diuina metrice uel per modum laudis, vnde & liber iſte metrice ſcriptus eſt ab illo loco. Pereat dies in qua natus ſum, &c.

Omnes

MORALITER.

7 Ecce Deus excel. Secundum Greg. Eliu ſpiritu prophetico loquitur, hic de Chriſto. Nec obſtat quod Eliu fuit arrogãs & ſuperbus, nam aliqñ prophetia datur malis hominib. ut patet de Balaam Nu. 23. & 24. & ſecundum hoc expoſitio de Chriſto eſſet hic literalis. Sed ſine præiudicio mihi uidetur quod ſit ſpiritualis, & ſic eam pono, dicit ergo.

† Deus excel. in fortitu. Ideſt in ſua deitate, licet futurus ſit humilis in noſtra humanitate.

8 Et nullus ei ſimilis in le. Nã lex Moſaica pmittit aliqua mala, ſcilicet libellum repudij & uſuras cum extraneis, & alię leges multo plura. Sed euangelium Chriſti nullum malũ permittit, ſed de omni uerbo otioſo reddendam rationem in die iudicij dicit, & multo fortius de omni uerbo & facto nociuo.

12 Memento quod ignores. Hoc eſt opus recreationis de quo cecinerunt prophetæ, qui dicunt uiri a uirtute. Act. 10. g. Huic omnes prophetę teſtimonium perhibent. Et Rabbi Salomõ ſuper Zachariam dicit, quod omnes prophetæ locuti ſunt ad dies Meſſię.

Omnes

A quia eius potẽtiã nobis, vel ſuperni ſpiritus, vel pfecti quiq; doctores innoteſcũt, & iudicia illius hi ẽt qui eum prædicãt, impenetrata venerantur. Et eſt ſenſus. De quo fortes quiq; locuti ſunt, eius iudicia tuæ mentis oculi abſconduntur.

✣ Nicet. Admirabilis eſt fabrica eorum quæ ſunt in munde quorum homo habet dominium licet conſuetudinis vitio videantur minora. Et omni homini iuſta eſt Dei cognitio licet natura mortali.

a *Omnes hom. vid. eum.* Omnis homo eo ipſo quo rationabilis eſt cõditus, debet ex ratione colligere, eum qui ſe condidit Deũ eſſe. Procul autem eum intueri, eſt iam non illũ per ſpeciem cernere, ſed adhuc ex ſola operum ſuorum admiratione penſare.

b *Ecce Deus mag. vin.* Quia Deus vbique præſens eſt, cum de illo, ecce dicitur, & non videntibus adeſſe memoratur, de cuius claritudine ma
B gnitudinis quicquid ſcimus, infra ipſum eſt.

c *Numerus anno.* Dicere vtcunq; æternitatem voluit, & ipſã æternitatis longitudinem annos vocauit. Cum enim breuitatẽ tẽporis dilatare volumus, momẽta per horas, horas per dies, dies p menſes, menſes vero per annos extẽdimus. Quia ergo amplum quoddã dicere voluit, ſed quid diceret latius non inuenit, ideo annos ſine numeri æſtimatione multiplicauit, dicens. *Numerus anno. eius.* Vt dum ea quæ apud ſe ſunt prolixa multiplicat, æternitatis longitudinem ſe mentiri nõ poſſe infirmitas humana cognoſcat.

d *Qui aufert ſtil.* Stillæ pluuiæ ſunt, qui ſic meritis vitę lucẽt, vt ẽt ſermonem prædicationis pluant. Tales erant prophetæ, quos cum dñs abſtulit, eorũ vice apoſtolos miſit. Poſtq̃ exteriora ſacramenta ſiluerunt, qui in ſimilitudinem gurgitum pluerẽt, vel reductis ad ſuperna apoſtolis, per expoſitorum ſequentium linguas diuinam ſcientiam largiore dñs effuſione patefacit. Vel ſtillas pluuię dñs ſubtraxit, atq; ad inſtar gurgitum imbres fudit, quia cum a Iudæa prædicantes apoſtolos abſtulit, doctrinæ nouę gratia mundũ rigauit. *Stil*
C *las pluuiæ.* Stillę & nõ pluuię ſunt, qui bene viuunt, ſed nõ docent, ſicut in cęlo ſunt ſtillę, quas non ſequitur pluuia. Alij vero ſunt pluuioſę ſtillę, & hęc ſunt duo genera iuſtorum. D

Duo genera ſtellarum.

* Cat. Grę. Super ipſum autem extendit lætitiam. Symmachus, lucem. Alij habent, arcum Iridem.

✣ Nicetas. Ex pluuia vbertas, & Iride lætitia, quod diluuio mundus iterum non peribit.

a Ipſi videtur quod Deus eſt, ſed non eius iudicia. b Sed. Etiam iuſtus in hac vita, malus etiam in alia

a Omnes homines vident eum, vnuſquiſque intuetur procul. 1 2

a Tunc aliquid quaſi ex parte cognoſcimus, quando eum digne cognoſcere non poſſe ſentimus. b Longum eſſe ſignificat ſed, incomprehenſibile.

b c Ecce Deus magnus vincens ſcientiam noſtrã. Numerus an 3 4

a Quia homo æternitatem metiri non poteſt. Ne pareant mundo. 5

d norum eius † ineſtimabilis. Qui aufert ſtillas † pluuiæ, & ef- 6

a Copioſius. b Etſi ſtet aqua abundans in te, tamen a nube guttatim cecidit, ne te ei præferas. 7

e fundit imbres ad inſtar gurgitum † qui de nubibus † fluũt,

a Ecce quid per nubes agit in mundo

f g quæ † prætexerũt cuncta de ſuper. † Si voluerit extẽdere nu 8

a Nubes hominibus, Deo ſunt tentorium, qui in eis in via quieſcit latens. b Verba non ſufficiunt ad credendum ſine miraculis.

h bes quaſi tentoriũ ſuum, † & fulgurare lumine ſuo deſuper, 9 10

i k cardines quoq; maris opiet. Per hęc enim iudicat populos, 11

¶ Ideſt malis & tyrannis. ¶ Vel, in manibus.

l m & dat eſcas † multis mortalibus. Immanibus abſcondit 12 13

† aquarũ ſundent pluuiam propter, vaporem ſuum

Nubes aliqñ prophetæ, aliquãdo apoſtoli, aliqñ homines mobiles dicuntur.

† quam ſtillabunt nubes ſuper homines multos, vel affluenter

† pluunt

† Si propoſuerit diſpergere nubes & deponere tegumẽtum ſuum

c *Qui de nubibus ſlu.* Quia ſi ex ſanctis apoſtolis doctrina intelligentię non inciperet, nequaquã per ora ſanctorum largior manaret.

f *Prætexerunt cuncta.* Nubes cum æerem prætexunt, ſi in cælũ oculos attollimus, nõ ipſum cælum, ſed nubes intuemur, ſic intellectus noſter tranſire ad diuina non innitur, niſi prius per ſanctorum pręcedẽtium prophetarũ & apoſtolorum exempla formetur.

g *Si voluerit exten.* Extẽdit nubes dominus, dũ miniſtris ſuis viam prędicationis, aperiens, eos in mundi latitudines circũquaque diffundit. Hę nubes tentorium eius quod in itinere poni ſolet, dicuntur, quia ad nos per gratiam veniens intra prędicatorum ſuorum mentes operitur. E

h *Et fulgura. lumi. ſuo de. &c.* Per has nubes lumine ſuo fulgurat, quia per prędicatores ſuos inſenſibilitatis noſtrę tenebras etiam miraculis illuſtrat.

i *Cardines quoque ma.* Cum. n. nubes iſtę verbis pluunt, cũque miraculis vim coruſcę prędicationis aperiunt, extremos mũdi terminos in diuino amore conuertunt.

K *Per hæc enim.* Per verba prędicatorum. i. guttas nubium.

Per hęc fulgura miraculorum Deus populos iudicat, qa eorum corda territa ad pñiam vocat. Si quis dicat. Quid ſi Deus quoſdam poſt baptiſmum praue acturos videt, & iõ pueri morte ad baptiſmum nõ ducuntur (ſi ita eſt) tũc peccata quorundam puniuntur antequam ſint perpetrata, q, nõ facit Deus, qui & a pperratis liberat, ſed occulta ſũt iudicia.

l *Et dat.* Per eaſdẽ nubes per quas terror infligitur, etiã eſca datur, qa diſpenſatio pdicatorũ eſt, vt ſic ſciãt mẽtes affligere, vt ẽt afflictas nouerint conſolatione nutrire. Non aũt ait oĩbus ſed multis, non. n. oĩm eſt fides, vnde apte ſubiũgitur. F

m *Immanibus abſcon.* Immanes ſunt qui ſe elatis cogitationib. extol- Immanes.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Omnes ho. *Ideſt habent aliquam de eo notitiam, ſaltem quia eſt, vnde & Deum eſſe circa aliquos doctores, eſt per ſe notum. Sed quia notitia quam de Deo habemus, eſt valde imperfecta, ideo ſubditur.*

2 Vnuſquiſque intuetur proc. *Quia eius cognitio multum diſtat a perfectione diuina. Iſta tamen perfectio non prouenit ex defectu entitatis ſeu cognoſcibilitatis diuinæ, ſed ex noſtri intellectus infirmitate, qui ſe habet ad diuina, ſicut oculus noctuæ ad lucem ſolis, vt habetur 2. Metaphy. ideo ſubditur.*

3 Ecce Deus ma. *In entitate & cognoſcibilitate.*

4 Vincens ſcientiam no. *Et non ſolum intenſitiue, ſed etiam extenſiue, ideo ſubditur.*

5 Numerus an. *Quia duratio eius menſuratur æternitate, quæ a nobis eſt incomprehenſibilis.*

6 Qui aufert. *Hic oſtendit propoſitum in particulari, & primo in operibus Dei ſenſibilibus, ſecundo in ſpiritualibus, ibi.* Immanibus. *Circa primum dicit.* Qui aufert ſtillas pluuię. *faciendo ſiccitatẽ.*

7 Et effundit imbres ad inſtar gur. *Id eſt abundanter ſecundum ſuam voluntatem, & vtrumq; fecit ad preces Eliæ, vt habetur 3. Reg. 17. & 18. Et quia pluuiæ deſcendunt de nubibus in pluuiam reſolutis, ideo ſubditur.* de nubibus.

8 Si volue. exten. qua &c. *Aliquando enim ſic extenduntur ſuper hemiſphærium noſtrum, quod videtur tangere terram in circuitu, & in medio eleuari ſuper Genith capitum noſtrorum, & ſic videntur diſponi ad modum tentorij.*

9 Et fulgurare lu. ſuo deſuper. *Quia in nubibus cauſantur coruſcationes & fulgura.*

10 Cardines quoque ma ope. *Quia mare videtur incluſum intra dictam extenſionem nubium.*

11 Per hęc enim iudicat populos. *Puniendo pro peccatis aliquãdo, ſicut tempore diluuij facta eſt pluuia grandis quadraginta diebus et quadraginta noctibus, vt habetur Gen. 7.*

12 Et dat eſcas. *Quia aliquando dantur in gratiam, vt terra humectetur, & proferat fructus ad nutritionem hominum & animaliũ. Et quamuis iſta quæ dicta ſunt ſint ſenſibilia, tamen rationes eorũ & cauſas nõ poſſumus cognoſcere ad perfectũ. Et hoc idem dicit Philoſophus in principio Meteororũ, dicens de huiuſmodi impreſſionibus, in quibus hoc quidem dubitamus, hoc autẽ attingimus aliquo modo imperfecte.* Philoſophus

13 Imma. *Hic declarat propoſitum in ſpiritualib. & ſecundo reuertitur ad ſenſibilia c. ſe. ibi.* Poſt eum rugiet ſonitus. *Et iſte proceſſus* ✣ *eſt* Diuiſio.

MORALITER.

1 *Omnes homines vi.* Nam omnes aliqualiter cognoſcũt eum, quia tamen hoc eſt multum imperfecte, ideo ſequitur.

2 *Vnuſquiſque intuebitur.* Sequitur.

6 *Qui aufert ſtillas pluuiæ.* Illud. n. modicum quod habuit Iudęa de intellectu ſacrę ſcripturę Deus abſtulit, & abundãter ſuper doctores gentium effudit.

† *Quæ prætexerunt cuncta deſuper.* Gentium multitudinem docendo fideliter.

8 *Si voluerit exten.* Per nubes intelliguntur eccleſię doctores quos applicauit ad docẽdũ, & fulgurauit miraculis ad doctrinam eorum confirmandum, & ſic cardines maris operuit. i. principes ſeculi eorum doctrinę ſubiecit, ſicut patet de Conſtantino qui obediuit doctrinę S. Syluestri, & ſimiliter Theodoſius doctrinæ B. Ambroſij.

11 *Per hæc enim iudicat po.* Scilicet Chriſtianos qui per doctrinam ſanctorum iudicantur.

12 *Et dat eſ.* Qui eorum doctrina reficiuntur.

13 *Immanibus abſcon.* Quia Iudæi modo ſunt obtenebrati, & illuminabuntur circa finem mundi.

C extollunt, quibus veritatis cognitio denegatur.

A ✻ Caten. Grę. In manibus abſcondit lucem.

✻ Nice. Dominus eſt & effector lucis, dierumq; ac noctiū.

a *Et præcipit ei*. Quia veritatis lumē quod elatis occupatiſq; mentib. abſcōditur, afflictis humiliatiſq; reuelatur. Vel, in manibus lux abſconſa eſt, ſcilicet Iudæis, qui idcirco redemptori cōtradicere auſi ſunt, quia apud ſeimmanes extiterunt. Sed quia in fine mundi ad fidē recipiendi ſunt, pcipit ei vt rurſus adueniat. Vel, in manib. vt ſint duę partes, lux abſcōditur cum apud rectū iudicem iniqui quippe in ſuis operibus excęcantur. Cui tñ præcipitur vt rurſus adueniat, quia dum ſe peccatores cognouerint, gratię lumen accipiunt.

† vel propter orantem (id eſt propter orationes hominum.

b *Annun. de ea mi* Qui cuſtodire voluntatem Dei pręceptis illius nititur, eius amicus vocatur. De hac luce igitur ęternę patriæ amico ſuo Deus annūtiat, qđ poſſeſſio eius ſit, vt nequaquā infirmitatis ſuæ fragilitate deſperet, ſed exēplo capitis ad ſuperandum roboretur, quod ad eam poſſit aſcendere. Cuius itaque cor in ſubleuatione tātæ cōſiderationis non expaueſcit? vnde ſequitur.

* Nic. Hæc legenda aut cum interrogatione, nunquid cū altero cōmunicat de ei⁹ effectione? aut Deus cōmunicat horū cognitionē cū amicis, & ſapiētię poſſeſſionē illis pollicetur.

a lucem, & præcepit ei † vt rurſus adueniat. † Annuntiat de ea 1
b amico ſuo, quod poſſeſſio eius ſit, & ad eam poſſit aſcēdere. 2 3

a Et ne de ea dubites. a Solus Chriſtus aſcendit, quia vnus eſt cum corpore. b Vel accedere.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ *eſt rationabilis, quia ſicut ex ſenſibilib. manuducimur ad ſpiritualia licet vtraq; imperfecte cognoſcamus, ita cognitis vtcunq; ſpiritualibus, quæ ſunt maxime intelligibilia, non minus intelligimus ſenſibilia, poſt ea imo magis, in hoc enim differt intellectus a ſenſu, quia ſenſus poſt excellentia ſenſibilia non poteſt cognoſcere minora immediate, vt pote poſt aſpectum ſolis oculus non poteſt immediate diſcernere minima viſibilia. Circa primum dicitur.* Imma. ab. lu. *id eſt per eius virtutem & diſpoſitionem lux gratiæ & gloriæ aliquibus abſcōditur, vt pote reprobis, & aliquibus cōceditur, vt pote electis. Et quod de luce ſpirituali intelligatur, patet per hoc quod ſubditur.* 1 Annun. de ea. *Ideſt electis, quia charitas diuidit inter filios regni & perditionis.*

2 Quod poſ. *Non autem ipſius reprobi, lux autem corporalis viſibilis eſt, & communis eſt tam bonis quam malis. Vñ dicit ſaluator Mat.* 5. g. Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos.

3 Et ad eam poſ. *Scilicet ad lucem gloriæ, ad quam cum Dei adiutorio per opera meritoria poteſt homo peruenire.*

ADDITIO.

In c. 36. vbi dicitur in poſt. Circa primum dicitur. *Immanib. abſcondet lucem.* Super hoc quod dicitur. *Immanib. abſcondet lucem, &c.* S. Tho. in ſua expoſitione ſic dicit. Inter omnes ſenſibiles effectus ſpiritualior eſt lux, vnde efficacior eſt ad pro-

B ducendum intelligibilium cognitionem, inquātum. ſ. viſus, cuius cognitio per lucē perficitur, plurimū iuuat intellectualem cognitionē. Quia igitur iſta lux ſenſibilis ex ptāte Dei hominib. occultatur & communicatur, datur per hoc intelligi, q apud ipſum eſt quædam excellentior lux. ſ. ſpiritualis, quā Deus in præmium virtutis reſeruat, vñ ſubdit. *Annuntiat de ea.* i. de luce ſpirituali per corporalem. Amico ſuo, id eſt virtuoſo quem Deus amat. Quia poſſeſſio eius ſit. i. quod illa lux ſpiritualis ſit theſaurus, quem Deus amicis ſuis reſeruat in pręmium, & ad eam poſſit aſcendere. ſ. per opera virtutis ipſam promerendo, & ad eam poſſidendam ſe præparando, quāuis hoc ēt poſſet exponi de luce corporali. Poſuerunt. n. Platonici, q animæ hominū deriuabantur ab animabus ſtellarum, vñ qñ animę humanę ſuam dignitatē ſeruant ſecundum rōnem viuendo, reuertuntur ad claritatem ſtellarum, vñ defluxerunt. Iō in ſomnio Scipionis legitur q ciuitatum rectores & conſeruatores, imperfecti. ſ. a cælo huc reuertuntur. In quo & datur intelligi, quod Eliu nō ponebat vltimam remunerationē virtutis in temporalib. bonis, ſed in bonis ſpiritualib. poſt hāc vitam. Hoc aūt eſt inter omnia maxime admirandum, quod hō terrenus & corruptibilis ad ſpiritualiū vel cæleſtium poſſeſſionem perueniat, iō ſubdit. Super hoc. ſ. quod homo poſſet accedere ad hanc lucē poſſidendā, expauit cor meum timore. ſ. admirationis & ſtuporis. Et amotum eſt a loco ſuo, vt. ſ. nō ſolum deſideret & concupiſcat quæ videntur ei connaturalia ſecūdum ſenſibilem vitam ſed ad ſpiritualia celeſtia transferat, hęc ille. Circa q attendendū q, licet pdicta ſint vera & propriiſſime dicta tñ ſecūda expoſitio pdicta quā S. Tho. ponit, vr magis cōſona propoſito, nā Eliu licet magis videat eſſe eruditus circa ſpiritualia, q amici Iob, nō tñ attingebat ad veritatem eorum q de hac materia p fidē cognoſcūtur, vt patebit in principio. 38. c.

Animarū origo ſecundum platonicos.

Tullius de ſomnio Scipionis.

REPLICA. In c. 36. vbi dicitur. *Immanibus abſcondit lu.* poſtillator cum B. Greg. 28. moral. ca. 14. de paruis, & 9. de magnis, & Gloſ. ord. exponit de luce veritatis, quæ occultatur immanibus. Vocantur autem immanes, qui ſe elatis cogitationibus extollunt. Et ſic *immanibus* vna dictio eſt, a nominatiuo immanis deriuata. Sed Burg. cū ſancto Tho. ly in manibus exponendo, dicit eſſe ablatiuū illius nominatiui manus, rectū a ppoſitione in: qa exponunt illud dictū de luce corporali q in manibus Dei eſt, qa eius poteſtate cōmunicat: & qa recedūt a ſancto Greg. & Gloſ. ord. in voce: recedūt ēt in vocis ſignificatione, ſed tñ ſine ratione. Hoc aūt qđ ſequit: *Annunciat de amico ſuo*, exponit vno modo de luce corporali, ſimiliter per quædam quæ dicit Burg. vera & propriiſſime dicta, quæ tamen ſecundum fidem noſtram mihi videntur falſa, & erronea. Adducit. n. opinionem Platonicorum dicentium, q animę deriuantur a natura ſtellarum, & quę ſuā dignitatem ſeruant viuendo ſecundum rectam rōnem reuertuntur ad claritatem ſtellarum vnde defluxerunt, &c. quæ de ſomnio Scipionis allegat, quę ad errorem Origenis in ſuo Periarchon reduci poſſunt, quæ & eis ſimilia fides catholica deridet, quæ tamen ille ſenex Burg. pro ſacrę ſcripturę expoſitione adducere non veretur. Fides. n. vera docet animas infundendo creari, & creando infundi. Damnat autē eas a natura ſtellarū deriuari, & reliqua. Quę qa manifeſta ſunt apud oēs catholicos doctores, nō indigent ampliori ptractatione.

CAP. XXXVII.

a SVper hoc ex. ✻ Nicetas. Deus tonitru, & pluuia, loquitur hominibus, ſuęq; poteſtatis ſcientiam tradit. Pauor hic

C pro exceſſu ponitur: quia ſicut in exceſſu, ita, in pauore animus alienatur. Locus autem humani cordis eſt delectatio vitę pręſentis. Cor ita que pigrum & terrenis dudum cogitationibus deditum, cum repēte per exceſſum ſe ad ſumma ſuſpendit, cogitationis infimæ locum mutauit. Sed qualiter hoc agitur, ſequitur:

b *Audite audi.* Quia peccator dum cor oppreſſum in infimis cogitationibus geſtat: ſi diuinæ gratię aſpiratione tāgit, hoc intelligit qđ cūcta quę agit, diſtricti iudicis animaduerſione puniantur. Verſatur in mente, quam terribiliter ſentētia de ore iudicis prodeat. *Diſcedite a me, &c.* quia ergo ſuperbum cor prius terrore concutitur, vt concuſſum in amore ſolidetur, recte dicitur. *Audite auditionem vocis eius in terrore.* Et

CAP. XXXVII.

a SVper hoc expauit cor meum, & emotum eſt de 1
b loco ſuo. Audite auditionem in terrore vocis eius; 2

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXXVII.

1 SVper hoc ex. *Iſte pauor eſt admirationis. ſcilicet quomō homo terrenus efficitur ciuis cæleſtis. Vel poteſt exponi quod ſit pauor timoris, videlicet quod Eliu timeret priuari hac luce ſuis demeritis, qa neſcit homo vtrum amore vel odio dignus ſit, vnde ſubditur:*

2 Audite au. *Quia lux prædicta non eſt præparata omnibus, ſed ſolum dilectis, vt dictum eſt. Annuntiat de ea amico ſuo: & ideo debet quilibet timere, ne forte non ſit de numero dilectorum propter defectum bonorum operum, qui non latet Deum. vnde ſubditur:* Sub.

MORALITER.

1 *Super hoc ex.* Eccl. ix. a. dicitur: Neſcit homo vtrum amore vel odio dignus ſit: nec p cōſequēs vtrū dignus ſit ſupplicio vel pmio. Pauor autē cōſurgit ex cōſideratione ſupplicij, & emotio cordis ex cōſideratione pmij 1. Reg. 2. a. *Exultauit cor meum, &c.* i. extra ſaltauit. Vtrumq; tamen nobis innoteſcit per predicatores pęnam & gloriā nuntiantes. ideo ſubditur:

2 *Audite au. in ter.* Quantum ad primum.

a *Et ſonum.* Per os Dei vnigenitus deſignatur, quia ſicut eius brachium dicitur, quia per eum cuncta pater operatur, ita ēt os eius dr̄, per quem nobis loquitur. Per ſonum vero oris poteſt domini ſpiritus deſignari, de quo ſcriptum eſt. *Factus eſt repente de cælo ſonus, &c.* Poteſt & per terrorē vocis vis formidinis, & per ſonum oris dulcedo conſolationis intelligi, quia prius de terrena actione ſpirit' quos replet terrificat, & poſtmodum ſpe cæleſtiū cōſolatur.

b *Subter omnes.* Acſi dicat. Qui ſumma regit, & extrema non deſerit. Quia quod ſpiritualiter agitur, a carnalibus non videtur. Sunt enim qui Deum curare res humanas non eſtimant, & fortuitu agi, vnde ſubdit. *Subter omnes cæ.* Vel cælos prædicatores dicit. Eleuatis ergo cælis dominus inferiora conſiderat, quia & ablatis ſummis prędicatoribus inceſſanter etiam infirmitatem noſtram curat.

* Nic. Prouidentia Dei omnia attingit, & poſt eum. i. cum voluerit, tonabit, & non inueſtigabitur, ideſt ſecundum lxx. Vbi iuſſerit Deus, non fas eſt tonitrus ſonus commutare.

c *Et lumen.* Quia poſt ſublimem vitam precedentium, etiā peccatorū mores gratię ſuę illuſtratione comprehendit, vel gentes ad fidem colligit. Vel termini terrę ſunt fines hominum peccatorum. Sæpe. n. ſuperna gratia reſpecti, in extremis ſuis ad Deum redeunt, vnde ſequitur.

d *Poſt eum ru.* Quem enim dominus illuſtrando repleuerit eius vitā in lamentū vertit, & poſt eū rugiet ſonitus, quia cū mētem ingreditur, conſtat, q. pęnitentię gemitus ſequatur.

e *Tona. vo. ma.* Voce magnitudinis ſuę Deus tonat, cū ſe nobis iam per lamenta præparatus, quam ſit magnus in ſupernis inſinuat. In terra poſiti ſonum etiam de ſuperiorib. audimus, cum terrena cogitantes, ſuperni terroris ſententiam repente pertimeſcimus.

f *Et non in.* Vox domini auditur, cum gratię eius aſpiratio mēte concipitur. Sed iſtam vocem ſuperuenienis ſpiritus, q̄ ſe in aure cordis inſinuat, nec ipſa mēs quæ p hanc illuſtrata fuerit, inueſtigat. Penſare. n. nō valet inuiſibilis virtus, quib. ſibi meatib. influat, quib. ad ſe modis veniat, quib. recedat.

g *Tona. Deus.* Voce ſua Deus mirabiliter tonat, quia occulta in corda noſtra incomprehenſibiliter penetrat & fit eiuſdē impulſionis nimietas in mente, cum nihil ſonet in voce, ſicque vetuſtate vitę vſus mutatur, vnde ſubiungitur.

h *Qui fa. ma.* Vt hō terrenis vſib. deditus iniquis deſideriis preſſus, ſubito ad noua efferueat, atque ad cōſueta frigeſcat. Quod qualiter fiat ſequitur.

i *Qui præ ni.* Aquę ductę in ſuperiora conſtipantur, ut niues fiant. Sed cū ipſe niues ad terrā veniunt, in aquarum iterum liquorē vertuntur. Aquę igitur ſunt prędicatorum mentes, q̄ dum ad ſuperna contemplanda ſe erigunt, altiori intellectu ſolidantur. Niues ergo de celeſtibus ad terram veniunt, cum ſublimia corda ſanctorum, quæ iam ſolida contemplatione paſcuntur, pro fraterna charitate ad humilia prædicationis verba deſcendunt. Aqua enim ab inferioribus trahitur, vt poſt a ſuperioribus terræ reddatur, ſic qui a terra ſurſum eſt leuatus, reſpicit quod fuit, & cæteris condeſcendit, ideo ſequitur.

K *Et hyc. plu.* Hyems eſt vita pñs, in qua nos mortalitatis noſtræ frigidus torpor aſtringit. Hēt hęc hyems pluuias rectorū proculdubio pdicationes, quæ in æſtate ęterna ceſſabunt.

l *Et imbri for. ſua.* Imber fortitudinis Dei, eſt prædicatio diuinitatis. Nā imber infirmitatis, eſt prædicatio incarnationis. Et quia audita virtute Dei mox ad nos redimus, penſantes quid male uel bene egimus, ſubdit.

m *Qui in ma.* Mala. n. quæ agunt homines penſare contemnunt, ſed prædicatione pulſati euigilant, & prauorum operū pondus agnoſcunt. Vel creator hominem rationalem condidit, quatenus q̄d egerit ignorare nō poſſit, & naturę lege ſcire cōpellitur, ſeu prauū ſeu rectū ſit, quod operatur. Quia ſuperius Dei nubiū virtutes intulerat, agit nūc vt contra bonorum uitam ēt aduerſarii impugnationem innoteſcat. Vel poſt praua membra, de capite eorum ſubdit, nam ſequitur.

n *Ingredietur beſtia.* Hęc eſt illa beſtia quam agnus moriens a multorū cordib. eiecit, quæ corda reproborum intrat. Et ſic beſtia antiquus hoſtis accipitur, qui primum hominē læuus impetijt, & integritatē uitę illius male ſuadēdo laniauit. Qui cū poſt tonitruū nubiū in fine mundi Antichriſtum inuaſerit, quid aliud quam latibulum ſuum ingreditur, ut in antro proprio demoretur? Iudęorum ēt perſequentium corda, antrū huius beſtię ante fuerunt, qui eum legaliter interimere ipſi non poterant, feriendum gentibus tradiderunt.

* Cat. Græ. Tēpus poſuit inuentis, cognouerunt cubitis ordinem. In his omnib. non obſtupeſcit mens tua, neque recedit cor tuum a corpore. Fecit enim magna quæ non nouimus. In manu hominis obſignat.

* Nicet. Tempeſtas pene manus uinculis aſtringit, dum ab opere auocat, unde ſubiungitur.

a ¶ Quaſi poſt alios & inferiores reſpicit: putatur enim modo eccleſia deſeri, quia non facit miracula ſicut apoſtoli.

a & ſonum de ore illius procedentem. † Subter omnes cælos †
b c † ipſe conſiderat, & lumen illius ſuper terminos terræ. Poſt 1 †
d e eum rugiet ſonitus, tonabit voce magnitudinis ſuæ, & non 2

a ¶ Vnde: Vocem eius audis, dum compungeris, ſed neſcis vnde veniat aut quo vadat, Ioan. 3. a. 3

f g † inueſtigabitur, cū audita fuerit vox eius. Tonabit Deus in 4

a ¶ Perfectio operis extra patet, ſed qualitas operationis intus latet.

h voce ſua mirabiliter, qui facit magna & inſcrutabilia. Qui 5
i k p̄cipit niui, vt deſcēdat † ſup terrā, & hyemis pluuiis & imbri 6

a ¶ Primogenita aſini mutabis oue, ideſt Immundę vitę primordia ad innocentiam conuerte.

l m fortitudinis ſuæ. † Qui in manu oīum hoīum ſignat, vt noue 7 8

a ¶ Inſidians euntibus.

n rint ſinguli opa ſua. Ingredietr̄ beſtia latibulū ſuū, & in antro 9 10

†Super.

Ab

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Sub. om. cæ. *Quia non ſolum ſuperiora determinate cognoſcit, vt dicebant aliqui erronei, vt habetur ſupra 22. c. Circa cardines cæli perambulat, nec noſtra conſiderat: imo etiā inferiora quantumcunque minima determinate cognoſcit.*

2 Poſt eum ru. *Hic reuertitur ad effectus Dei ſenſibiles: & primo tangit aliquos effectus generatos in nubibus, & ſecundo ipſas nubes, ibi:* Frumentum deſiderat nubes. *Circa primū incipit a tonitruo, qui cauſatur in nubibus tempore calido, dicens:* Poſt eum ru. *ſcilicet tonitrui, & dicit poſt eum, quia effectus poſterior eſt ſua cauſa.*

3 Tonabit voce ma. *Dicitur autem vox tonitrui vox magnitudinis Dei, quia eſt quidam effectus ipſius. Cauſa enim prima prius influit in cauſatum, quam aliæ cauſæ ſecundæ, vt habetur prima propoſitione de cauſis.*

4 Et non in. *Ideſt ab homine in particulari & perfecte. Licet enim philoſophi aliqua dixerint de natura tonitrui & aliarum impreſſionum, quæ generantur in nubibus: hoc tamen fuit in generali tantum, & valde imperfecte, vt habetur per Philoſophum in principio libri Meteororum, ideo ſubditur:*

5 Qui fa. ma. *Conſequenter tangit de niue, quæ generatur in nubibus tempore frigido di.*

6 Qui præ. *Quia ſecundū Dei ordinationem fit deſcenſus niuiū & pluuiarū. Et quia prædicta varietas tēporū ſecundū calorē & frigus & diuerſarum impreſſionum deſeruit vtilitati hominū, ideo ſubditur:*

7 Qui in manu omnium hominum *Ideſt potentiæ hominū operatiuæ, quæ per manum deſignatur, quæ eſt organum organorum, aſſignat varietates temporum.*

8 Vt noue. ſin. *Ideſt vt attendant operibus ſuis tēpora apta. Aliquibus enim operibus magis eſt aptum tempus pluuioſum, aliquibus vero ſiccum, aliquibus calidum, aliquibus frigidum: & ſic de aliis. Et hęc etiam varietas procedit vſque ad animalia, vt vario modo ſe habeant, ideo ſubditur:*

9 Ingredietur beſt. *Propter intemperiem aeris.*

10 Et in antro ſuo morabitur. *Tempore conuenienti ad quieſcendum ſecundum naturæ ſuæ modum. Conſequenter tangit de origine ventorum principalium qui ſunt auſter & boreas, di.*

Ab

## MORALITER.

† *Et ſo. de ore illius.* Quantum ad ſecundum.

1 *Subter omnes cæ.* Ideſt contemplatiuos.

† *Super termi.* Ideſt actiuos, quibus præmia præparat.

2 *Poſt eum ru.* Quod fit quando contemplatiuum deſcendere facit ad prædicandum.

4 *Et non inueſti.* Scilicet ſpiritus loquēs in eo. Io. 3. a. Spiritus vbi vult ſpirat, & neſcit vnde veniat, aut quo vadit.

6 *Qui præ.* Per niuē, pluuiā, & imbrem, ſignificatur prædicatorum doctrina, quę ſecundum varietatem perſonarum, temporum & negotiorum eſt varianda, & ſecundum hoc ſciunt homines dirigere facta ſua.

9 *Ingre.* Quia prædicatio reprimit diabolum. Sed qm̄ circa finem mundi exibit de antro ſuo, Apoc. 20. ideo ſubditur.

Ab

A a *Ab interioribus*. Scriptura cum contra arcturũ inferiora memorat, aduerſam aquilonis partib. auſtri plagã deſignat. Interiorum ergo nomine plebs Iudaica exprimitur. Hi.n.qui Deũ nouerãt, quaſi ſub meridiano ſole feruentes, in fidei calore tenebantur. Gentiles aũt quia nullam ſcientiã ſupernæ cognitionis attigerãt, velut ſine ſole frigidi ſub aquilone tremebant. Ab interioribus ergo egredietur tempeſtas, & ab arcturo frigus. Ac ſi diceret. A Iudæis ſurgit malitia pſequens, a gentibus poteſtas premens, dum quod Iudæa ex inuidia petijt, hoc Gẽtilis iudex ex Romana autoritate perpetrauit. Vnde contra hanc inuidiam ſubditur.

† A meridie vel a commotione.
† a diſpergentibus. i. ventis quod aquilonaribus diſpergentib. nubes, veniet.
† E.tiã propter irrigationem, ſub terre fatigabit, vel aggrauabit nempe Deus, nubem, diſperget nubem pluuię ſuę.
† generatione

a ſuo morabitur. † Ab interioribus egredietur tempeſtas, &
a Ideſt a minori vrſa.
b † ab arcturo frigus. Flante Deo concreſcit gelu, & rurſum la-
c
d tiſſime funduntur aquæ. † Frumentum deſiderat nubes, & nu
e bes ſpargunt lumen ſuum. † Quæ luſtrãt cuncta per circum-
f
a Quaſi quo duxerit, & ad quid. quia ſicut non poſſunt ire quo volunt, ita nec agere ſicut volunt.
g itum quocunq; eas voluntas gubernantis duxerit, ad omne
h quod præceperit illis ſuper faciem orbis terrarum, ſiue in
† vna tribu, ſiue in terra ſua, ſiue in quocunq; loco miſericor-
a Quaſi pondere ſublimium feſſus, per iactantiam addit. Auſculta. q.d. qui minor me.
i diæ ſuæ eas iuſſerit inueniri. Auſculta hęc Iob, ſta & cõſidera
¶ Per verba lux nubium paret, niſi pluuia cadat quid in nubibus ſit, neſcitur.
K mirabilia Dei. Nũquid ſcis, quãdo præceperit Deus pluuijs,

B * Nicet. Ex viſcerib. iis qui obriguerunt, oriuntur dolores, ſummitates autem partium corporis tentantur frigore.

b *Flante Deo*. Quia quo fidelium cordib. ſpirituſſanctus aſpirauit, quo maiora virtutum miracula cõtulit, eo infidelium mentib. grauioris inuidiæ torpor excreuit. Aqua ergo in gelu verſa fuerat dum eunte poſt dominum mundo Iudęorum inuidia pigra remanebat. Sed quia etiam incredulitatis tãtæ dominus duritiam ſoluit. Sequitur.

c *Et rurſum*. Quia poſtquam Iudæorum ſæuitiã vſq; ad mortem dominus pertulit, eorum corda ab infidelitatis duritia liquefecit, & ex duris perſecutoribus magni prędicatores facti ſunt, vt tanto vberiorum electorum meſſis exurgeret, vnde ſequitur.

d *Frumentum deſi*. Electi, frumenta Dei ſunt, cæleſtib. horreis recondenda, quæ nunc in tritura areę paleas tolerãt, ſed hoc frumentum nubium fluuios expetit, vt creſcat.

⁜ Cat. Græ. Electum obſtupefacit nubes.

⁜ Nic. Sapiẽs miratur tenebras ex denſitate nubiũ oriẽtes.

Quid per nubes deſignat.

C e *Et nubes*. Nubes lumen ſuũ ſpargere, eſt prædicatores ſanctos exempla vitæ & loquendo & agendo dilatare.

f *Quæ luſtrant*. Nubes Dei cuncta per circumitum luſtrant, quia prædicationis luce mundi fines illuminant, ſed quia diuinis nutib. ſubditi nequeunt explere quod volunt, ire non poſſunt, niſi quo eos voluntas gubernantis duxerit. D

g *Ad omne*. Sæpe.n.aliter agere appetunt, aliter diſponũtur. Nam plerumque ſtudent blande corrigere, & tamen eorũ ſermo in aſperitatem
1 ducitur, plerũq; quoſ-
2 dam reſecare aſpere
3 appetunt, ſed tamen
4 eorum vigor per man
5 ſuetudinis ſpiritũ re-
6 frenatur.
7 ⁜ Cat. Græ. In thec-
8 bulathoth, in opera
9 eius.
10 * Nic. Symmachus,
11 in gubernatioue eius.
12 Alii in infimis ponẽs
13 opera ſua.
14 h *Siue in vna*. Vna tri-
15 bus, Iuda intelligitur, quæ in ſcriptura præ cæteris clara & multiplex memoratur. Terra autem Dei, ſimul omnis Iuda nominatur, quæ tũc ei fructum fidei protulit, cum totus ſub idolorum cultu mundus errauit. Locus autem miſericordiæ eſt ipſa Gentilitas, quæ reconciliationem ex ſola miſericordia accepit. Nubes ergo ſuas dñs duxit, ſiue in terra ſua ſiue in vna tribu, ſeu in quocunq; loco miſericordiæ ſuæ, quia prædicatores veteris nouique teſtãmenti, aliqñ ſoli tribui Iudæ contulit, & Iſrael pene totũ ex praua regum gubernatione reprobauit. Aliquãdo eundem Iſraeliticum populum ad antiquam gratiam poſt captiuitatem reuocauit. Aliquando loco miſericordiæ ſuæ nubes clareſcere voluit, quia prædicatores ſanctos etiam gentibus oſtendit. E

i *Auſculta hęc Iob, ſta & conſidera mirabilia Dei*. Quaſi in comparatione ſui iacentem vidit, quem per verba tantę prędicationis, vt ſtaret, admonuit. Sunt namq; qui Dei miracula iacentes conſiderant, quia operationis eius potentiam non ſequẽtes admirantur.

* Cat. Gręc. Siue ad diſciplinam, ſiue ad terram, ſiue ad miſericordiam inuenict eum.

K *Nunquid ſcis. quan. præ. Deus plu*. Eliu beatũ Iob de venturis diſcu- F

## NICOLAVS DE LYRA.

Antarcticus.

1 Ab interioribus egre. *Per interiora intelligitur polus antarcticus, qui ſemper eſt nobis occultus. A parte autem illa flant venti auſtrales, qui inter ventos ſunt magis impetuoſi. Non eſt tamen per hoc intelligendum, quod auſter incipiat flare a polo antarctico, ſed magis incipit a tropico æſtiuali, vt habetur 2. Meteororum. Dicitur autem auſter egredi a polo antarctico, quia tropicus æſtiualis, vnde ſtare incipit, eſt a parte illa reſpectu noſtræ habitationis.*

Philoſophus.

2 Et ab ar. *Arcturus eſt quedam conſtellatio, quæ alio nomine dicitur Vrſa, & voluitur circa polum arcticum, vnde flant venti boreales, qui ſunt magis frigidi, & ideo ex illa parte dicitur frigus venire.*

3 Flante Deo. *Quia flantibus ventis borealibus gelu augmentatur.*

4 Et rurſum latiſſime. fun. aquę. *Quia cum ab oppoſito, ſcilicet ab auſtro incipiunt uenti flare, fiunt pluuiæ.*

Frumẽtum deſiderat nubes, & quare.

5 Frumentum deſide. nubes. *Hic conſequenter tangit de nubib. in quib. fiunt impreſſiones prædictæ di.* Frumentum deſiderat nu. *& hoc duplici ratione. Vna eſt, quia quando eſt nimius calor, aduritur frumentum in campo creſcens, et per nubes tunc temperatur calor, ut non areſcat, ſed magis creſcat. Alia eſt, quia per nubes funduntur aquæ ad terræ humectationem & frumenti nutritionem, & ſic frumentum dicitur deſiderare nubes, quia quælibet res naturaliter deſiderat ſuam perfectionem, & hoc modo dicitur 1. Phyſic. quod materia appetit formam ſicut turpe bonum.*

Philoſophus.

6 Quę luſtrant cuncta. *Quia nubes non ſemper ſtant in eodem loco, ſed mouentur circa hemiſphærium noſtrum.*

7 Quocunque eas volun. guber. *Scilicet Dei.*

8 Duxerit. *Quia ſecundum eius diſpoſitionem mouentur.*

9 Siue in vna tribu, ſiue inter. *Quia aliquando contingit, quod in eadem regione uapores eleuantur, & in nubes condenſantur, & in pluuias conuertuntur. Aliquando autem contingit quod mouentur ad aliam regionem, antequam conuertantur in pluuiam.*

10 In quocunque loco miſericordię ſuę eas iuſſerit inueniri. *Reputatur enim effectus diuinæ miſericordiæ, quando in locis calidis, & ſiccis fiunt pluuiæ.*

11 Auſculta hęc Iob. *Hic conſequenter inducit Iob ad prædictorum attẽtionem, quaſi hominem præ triſtitia abſorptum ab intellectu rationabilium, & tamen circa idem primo nititur oſtendere ipſius Iob † arrogantiam, ſecundo reuertitur ad declarandum ex quibuſdam effectibus Dei ſapientiam, ibi. Subito aer. Circa primum dicit.* Auſculta hęc Iob. *diligenter.*

12 Sta & conſidera. *Non tranſitorie, ſed cum magna deliberatione.*

13 Mirabilia Dei. *Alias miracula, ideſt opera eius, quæ non poſſunt ad plenum perſcrutari, ut ſic temerarie non reprehendas iudicia Dei. Et conſequenter reſumit aliqua de prædictis, ut aliquid addat dicens.*

14 Nunquid ſcis. *q.d. non, imo totaliter ignoras.*

15 Quando præcepit Deus pluuiis. *Ideſt diſpoſuerit de tempore pluuioſo.*

Vt

## MORALITER.

1 *Ab interioribus egredie. tempe.* Ideſt diabolus commouens poteſtates.

2 *Et ab arctu. frigus.* Ideſt ab Antichriſto timor ſeruilis, per quẽ multi obedient ei, ſed quia deceptis ab eo dabitur tempus pęnitendi, ſequitur.

3 *Flan. Deo concreſcit.* Quia per inſtinctum ſpirituſſancti timor initialis creſcit in filialem.

4 *Et rurſum latiſſime fun.* Quia tunc lachrymę deuotionis & pęnitentię fluent abundanter.

5 *Frumentum deſiderat.* Per frumentum intelligitur cętus fidelium, Matt. 3. c. Congregabit triticum in horreũ ſuum. Qui cętus deſiderat prędicatores ſignificatos per nubes Eſ. 60. b. *Qui ſunt iſti qui ut nubes uolant.*

† *Et nubes ſpargunt lumen ſuum.* Id eſt vitę & doctrinę ſecundum inſtinctum gratię diuinę, qui inſtinctus eſt nobis occultus, ideo ſequitur.

14 *Nunquid ſcis quando præceperit Deus pluuiis.*

Nun-

diſcut it,& quaſi de ignorantia humiliat. Pluuias autem nu-
A bium dicit uerba prædicantium. Et eſt ſenſus. Nunquid ſi vẽturos in mundo prædicatores iam conſpicis, quando ad prędicandum eos dominus repletione ſpũs impellat, quibus ve modis eorum vitę claritatem mundo innoteſcat appħẽdis?

a *Nunquid noſti ſemitas.* Habent.n.iſtæ nubes ſemitas ſubtiliſſimas. ſ.ſanctæ prædicationis vias. Eos ergo per ſemitas aſtringũt, qui ab intentionis eorum tramite per lata mundi deſideria euagando nõ excũt. Quæ ſemitæ magnæ ſunt,
B quia quanto in pręſenti vita pro ipſa viuendi cuſtodia anguſtæ ſunt. tanto amplius in æterna retributione dilatantur.

a vt oñderẽt lucẽ nubiũ eius? Nunq̃d noſti ¹ ſemitas nubiũ ma 1 2
¶ Quod tantum modo dono ſanctiſpi itus agitur.
b gnas, & perfectaſ ſcĩas? Nonne veſtimenta tua calida sũt, cũ 3
c ¶ Irriſio eſt.
d † pflata fuerit terrá auſtro? Tu forſitá cũ eo fabricat⁹ es cœ- 4 5
¶ Quod non facile rubigine conſumitur.
e f los, q † ſolidiſſimi quaſi ære fuſi ſunt? Oñde nobis quid dica- 6
mus illi. † Nos quippe inuoluimur tenebris. Quis narrabit ei 7 8
g ¶ Qui arroganter intumuit, iam per doctrinam ſubdit, etiam ſi locu.fue.ho.
h quæ loquor? Etiam ſi locutus fuerit homo, deuorabitur, at 9 10
i ¶ Homines.
k nunc non vident lucem. † Subito aer† cogetur in nubes, & 11
l ¶ Sed quia uſque ad mortem cum pluuia currunt, quid inde fiat, ſubdit.
ventus tranſiens fugabit eas. Ab Aquilone† aurum venit, 12 13

b *Et per.ſcien.* Perfecta ſcientia eſt, & cuncta ſolicite agere, & ſcire de ſuis meritis ſe nihil eſſe.

c *Nonne veſtimenta tua.* Hoc generaliter de eccleſia, & ſpiritualiter de Iob dicitur. Per veſtimenta viuenti corpori adhęrentia, diſcipulorum vita, magiſtris bene viuentibus coniuncta ſignatur. Veſtimenta.n.per ſe calere non poſſunt, ſed adiuncta viuentium corpori, dum exhalantes membrorũ poros contegunt. emanantem ab intimis calorem exprimunt: ab eis calor ad corpus redit, dum pro bonis ſubditorum amplius doctores accenduntur. Et eſt ſenſus. Incaſſum tibi tribuis, ſi quos per te incaluiſſe æſtimas, profeciſſe in virtutib. contemplaris. quia niſi eos ſpiritus ſancti fauor attingeret, frigidi in ſua inſenſibilitate permanerent. Poſtquam hæc fortiter dixit, per arrogantiam ſubiungit.

d *Tu forſitan cum eo.f.a.es cæ.* Poſſunt per cælos hi qui in cœleſtibus ſunt conditi, angelici ſpiritus deſignari. Vel electorum mentes cæleſtibus inhærentes, qui ſolidiſſimi vt ære fuſi ſunt, quia ab integritate cœptæ fortitudinis, nulla mutabilitatis rubigine conſumuntur.

*Cat. Græc. Soliditates cum ipſo in vetuſtates. Validæ ſicut aſpectus effuſionis.

*Nicetas. Aquila, Ipſe firmauit cœlum in conuerſiones.

*Olym. firmauit cælum ẽ fluxa, & fluente aquarum ſubſtã-
C tia, & quaſi in cryſtallum redactæ aquæ cum eo ſunt.
D ✲Cat. Græc. quamobrem doce me, & ceſſabimus multa dicentes, nunquid liber, aut ſcriba mihi aſſiſtit, vt hominem ſtans ſilere faciam?

e *Oſtende nobis quid.* Tu qui iam magna intelligentiæ luce fulſeris, docere nos q̃ ignorãtiæ tenebris inuoluimur, debes.

f *Quis narrabit ei quæ loquor?* Hæc deſpiciendo dicit, Ac ſi aperte dicat. Quæ ego ei de ſuis laudib. acute ſentiens non audita loquor, quis hæc narrare, vel poſtquam audierit, poteſt?

E g *Etiam ſi locutus fuerit, &c.* omne quod aliquid deuorat hoc introrſus trahens, ad intuendum oculis occultat, & rẽ q̃ in ſupficie videri potuit in pſundũ rapit. Hõ igit̃ cum Deo tacet, per rõnem in qua eſt conditus, eſſe aliquid vr. At ſi loqui de Deo cœperit, illico quod nihil ſit oñditur, quia magnitudinis eius immenſitate deuoratur. Sed tunc hominibus vere innotuit, cum ſe eis humanitate ſuſcepta monſtrauit, quæ quia necdum reuelata fuerat, ſequitur.

h *At nunc non vident lucem.* Sed hæc lux eadem qualiter ab hominibus videatur, inſinuat cum dicit.

i *Subito aer cogetur in nubes.* Per aerem mentes ſæculariũ deſignantur, quæ innumeris vitæ huius deſideriis deditæ, huc illucque more aeris fluidę diſpergũtur. Sed aer in nubes cogitur, cum fluxæ mentes per ſuperni reſpectus gratiam virtutis ſoliditate roborãtur. Nubes.n.tãto firmiores ſunt, quãto denſiores. Apoſtoli aũt oẽs aer extiterãt, ſed ſubito aer in nubes coactus eſt, q̃a p reſpectum ſupernæ gratiæ fluxa corda piſcantium, in ſoliditatem verſa ſunt prædicatorum, qui qm̃ peracto miniſterio, ad cæli ſecreta recurrunt, ſequitur.

k *Et ven.* Ventus tranſiens eſt vita præſens, ventus tranſiẽs nubes fugat, quia vitæ temporalis excurſus a carne Apoſtolos ſubtrahit, & eos a terrę ſuperficie in ſecreta requie quaſi in cœlorum cardine abſcondit. Sed quid de eorum laboribus in ſancta Eccleſia agatur, ſubdit.

l *Ab aqui. aurum venit.* Per aquilonem peccati frigore con- F
ſtricta

† reuolutionẽ, vel diſtinctionem nubium mirabilia perfecti ſcientiis, (vel perfectis cognita.

† Splendidum eſt in nubibus.
† cogitur.
† aurum venit (.i. claræ tempeſtates, ut aurum purum) in laude coram terribili Deo.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Vt oſtenderent lucem nubium eius?* Quod maxime ſit in apparitione iridis, quæ apparet tempore pluuioſo, & tamẽ philoſophi quantumcunque ſapientes pauca valde, & generaliter, & imperfecte cognouerunt de natura iridis.

2 *Nunquid noſti ſemitas.* quia mouentur per aerem magnum, & ſpatioſum.

3 *Et perfectas ſcientias.* Dicit autem ſcientias in plurali, quia impreſſiones aeris de quibus dictum eſt, & adhuc dicetur, in nubibus generantur, & ideo notitia earum dependet ex notitia nubium.

4 *Nonne veſtimenta tua calida ſunt, &c.* Auſter.n.ſtat a regione calida, vt prædictum eſt, & ideo calefacit aerem, & hominum veſtimenta, & corpora. Omnia iſta poſuit Eliu, ad deſignandum quod erant ignota ipſi Iob, & ideo deriſorie ſubdit.

5 *Tu forſitan cum eo fabricatus es cælos.* qui facti ſunt a Deo per creationem, in qua nulla perſona Deo cooperatur.

6 *Qui ſoli. qua* Dicuntur autem ſolidi eo quod non ſunt diuiſibiles, ſicut aer, & aqua quæ faciliter diuidũtur, & reuniũtur. Soliditas.n.proprie, & aliæ qualitates elementares non ſunt in cœlis, qui ſunt alterius naturæ.

7 *Oſtende nobis quid dicamus, &c.* q.d. tu ſolus es ſapiens, & nos omnes ſumus inuoluti tenebris ignorantiæ. Quod dicit deriſorie quantum ad ipſum Iob, tamen ſecundum veritatem homines ſapientes, & ſi habeant de diuinis operibus aliquã notitiam, tamen plura ignorant quam ſciunt, ideo ſubditur.

8 *Quis narrabit ei.* q.d. nullus, quia illa quæ pro maiori parte ignorantur, non enarrantur niſi valde defectiue, vnde ſubditur.

9 *Etiam ſi lo.fu.ho.de.* ſ. eius verbum a magnitudine materię ſicut modicus fluuius a mari. Aliter punctuatur ab aliquibus ſic. *Etiam ſi locutus fuerit. ſ. Deus.*

10 *Homo deuorabi.* i. non poterit ſuſtinere. Ex. 20. Filii Iſrael ex locutione domini pauore concuſſi dixerunt Moyſi. *Loquere tu nobis, & audiemus, & non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur.*

11 *Subito aer, &c.* Oſtenſa ipſius Iob ignorantia, reuertitur ad tangendum quoſdam effectus Dei mirabiles, ad concludendum defectum humanæ ſapientiæ reſpectu diuinæ excellentiæ, di. *Subito aer cogetur.* i. condenſabitur in nubes. Hoc .n. videmus accidere, quod aliquando aere exiſtente valde puro, quod ſubito condenſatur in nube.

12 *Et uen.tran.fu.eas.* Quia ſi ventus aquilonaris qui diſſipat pluuias, vt habetur Pro. 24 *Incipiat fortiter flare, diſſipabit illas nubes*, vel transferet ad aliam regionem, & tales mutationes ſubitę ſunt nobis mirabiles. 13 *Ab aquilone au.ue.* Quia ſunt ibi aliquę minerę auri. Vnde libro de proprietatibus rerum dicitur, quod in montib. Saxonię qui ſunt verſus Aquilonẽ, omnia metalla fere fodiuntur p̃ter ſtannũ, & hoc eſt

## MORALITER.

2 *Nunquid noſti ſemitas.* i. virtutes prędicatorum, quaſi diceret, non, quia latent in mentibus eorum.

4 *Nonne veſtimenta tua calida ſunt, &c.* Auſtro terra perflatũ, quando mens hominis diuinitus inſpiratur, & tunc veſtimẽta calida ſunt, quia virtutes quæ ſunt animę veſtes, ad bonos actus ferueſcunt.

5 *Tu forſitan cum eo fabricatus es cælos, &c.* Hoc negatiue dr̃, nam a ſolo Deo proceſſit uirtus apoſtolorum, qui ſignificãtur nomine cœlorum, Pſal. 18. a, *Cæli enarrant gloriam Dei, &c.* *Oſten-*

7 *Oſtende nobis quid dicamus.* ſ.q.d. tu nõ poteris, & cauſa ſubditur, cum dicitur. *Nos quippe inuoluimur tenebris.* ignorantię multiplicis.

11 *Subito aer co.* Quod fit ſpiritualiter quando de fluidis p peccata fiunt prędicatores, ſicut de Saulo legitur Act. 9. a.

12 *Et ven.tran.fu.eas.* i. ſpiritusſanctus tranſire eos fecit ad regiones alias. Act. 13. dixit ſpiritusſanctus. Segregate mihi Barnabam, & Saulum, &c.

13 *Ab aq.* Nam a Gentilitate, prius frigida infidelitate, venit aurum ſapię, ut patet in Dionyſio, Ambroſio, & ſimilib.

A ſtricta Gentilitas ſignatur. Auri nomine animæ fidelium. ab aquilone ergo aurum venire dicitur, quia a Gentilitate dudũ perfidiæ torpore frigida, intra ſanctam Eccleſiam pretioſa Deo vita fidelium multiplicatur.

⁜Cat. Græc. a Borea nubes aurei fulgoris.

a *Et a Deo form.* Sic a Deo dicitur, acſi ab his qui in parte Dei ſunt diceretur. Auro igitur ab aquilone ueniente, a Deo formidoloſa laudatio prodit, quia dum claritatem ſuæ fidei Gentilitas attulit, multitudo Hebræorũ iam fidelium, diuina iudicia pertimeſcendo laudauit, quia nimirum iuſte Iudæa repulſa eſt, dum pie eſt Gentilitas uocata, & damna ſuæ repulſionis timuit, dum lucra alienæ uocationis uidit.

† ad Deum

a ¶ Non tantum læta, quia ſibi timet. b ¶ Etſi inueniemus, non tamen digne.

a & † a Deo formidoloſa laudatio. † Digne eum inuenire non 1 2
b poſſumus. Magnus fortitudine † & iudicio, & iuſtitia, & 3
c

a ¶ Sentiri digne non poteſt, quanto minus dici. b ¶ Recta dicit quæ tamen non agit, ut prauus arcus in ſe iacit. c ¶ Qui uult uidere in tranſitu ſapientiam Dei aſcendat arborem ſycomorum. i. mundi ſtultitiam humiliter eligat.

d enarrari non poteſt. Ideo timebunt eum viri, & † non aude- 4 5 6
e bunt contemplari omnes qui ſibi videntur eſſe ſapientes. 7 8

b *Dig.*

D b *Dig. cum in.* Quia quicquid in illo ſentimus ex fide eſt non dum ex ſpecie. Hoc tamen quod iam ſe inueniſſe conſiderat adiungit.

c *Mag. for. & iu.* Magnus fortitudine, quia fortem aduerſarium ſuperat. Magnus iudicio, quia & ſi hic electos ſuos per aduerſa deprimit, eos quoque in gloria æternæ proſperitatis extollit. Magnus iuſtitia, quia & ſi hic diu tolerat, quãdoque tamen ſine termino reprobos damnat.

d *Ideo timebunt eum.* Viros qui ad intelligẽtiã sũt fortes appellat.

e *Et non au. cont.* Peritos quidem, ſed arrogantes his verbis inſinuat, in quo ſe tetigit. Contemplari. n. Dei ſapientiã non poſſunt, qui ſibi ſapientes videntur, quia tanto ab eius luce longe ſunt, quanto apud ſe humiles non ſunt.

† Omnipo... quem. † & iudic... cauſæ iu... non reſp... bit, uel... re ſuo, & cauſa no... bit ratio... † ipſe a... nullos ſa... tes cor... met.

## NICOLAVS DE LYRA.

*eſt etiam mirabile, quia regiones aquilonares ſunt ualde frigidæ. Aurum autem generatur in uiſceribus terræ, a calore ſolis ibidem terram penetrante, et materiam digerente, quæ magis eſt digeſta in auro quam* B *in aliis metallis, omnia tamen iſta mirabilia, & maiora procedunt ex diuina ſapientia, ideo ſubditur.*

1 Et a Deo for. lau. *Ex diuina. n. excellentia procedit, quod homines quantumcunque ſapientes laudant eum cum formidine, eo quod non poſſunt ſufficienter laudare, ſecundum illud Eccl.* 43. Benedicentes magnificate Deum quantum poteſtis: maior eſt. n. omni laude. *Illa autem opera ſolent homines cum formidine facere, quæ neſciunt ſufficienter agere, ideo ſubditur.*

2 Digne eum in. non poſ. *Et hoc propter ſuam excellentiam ad quam ſe habet intellectus noſter, ſicut oculus noctuę ad lucem ſolis, ideo ſubditur.* 3 Magnus for. *in rerum productione.* 4 Et iu. *in earum gubernatione, quia omnia diſponit in pondere, & menſura, vt dicitur Sap.* 11. 5 Et enar. non po. *ſufficienter a nobis, ſicut nec intelligi, propter quod dicit Greg. Balbuciendo prout poſſumus excelſa Dei reſonamus. Et propoſitione 6. de cauſis dicitur. Cauſa prima ſuperior eſt in narratione, & ideo deficiunt linguæ a narratione eius, niſi propter narrationem eſſe ipſius. Et ex dictis concludit intentum, di.*

6 Ideo ti. vi. *quantumcunque fortes ſint, et audaces.*

7 Et non au. con. *quaſi perfectam eius notitiam aſſecuti, uel aſſecuturi.* 8 Om. qui ſibi vi. eſſe ſa. *i. illi qui plura ſciunt de effectib. diuinis, quia quanto ſunt ſapientiores, tãto magis percipiunt defectum ſuæ notitiæ, maxime circa diuina. Vnde & ſapiens Socrates dicebat.* E *Hoc tantum ſcio, quod neſcio, ſecundum quod refert Hieronymus in epiſtola ad Paulinam, de omnib. ſacræ ſcripturæ libris. Ex prædictis autem patet quod Eliu in aliquib. cum ipſo Iob concordabat, in aliis autem intellectum ipſius Iob non bene capiebat, & frequenter opprobria cõtra Iob immiſcebat, propter quæ Iob noluit ſibi reſpondere, ſed magis tacere, volens ſe a contentionib. ſecundum dictum Apoſtoli, ſegregare.*

Socra... uit q... ſciuit.

## MORALITER.

1 *Et a Deo for. lau.* Propter. n. exceſſum magnitudinis ſuæ, neſcimus, nec poſſumus eum digne laudare. Iſta uero quæ bene fieri neſciuntur, cum formidine aguntur, ſicut ecõuerſo, q̃ fieri bene ſciunt, ſine formidine agunt. Vegetius libro de re militari. Nemo facere metuit, q̃ ſe bñ didiciſſe cõfidit.

Veget... re mil...

## ADDITIO.

In cap. 37. vbi dicitur in poſtil. Ex prædictis patet, quod E- C liu in aliquibus cum ipſo Iob concordabat. Quod autem Iob nolebat reſpondere Eliu, ſicut fecit aliis ſociis ſibi contradicentibus, poſſet eſſe duplex ratio, prima. ſ. quia Eliu ſicut dictum fuit, loquebatur ex arrogantia, intendendo principaliter uilipendere ipſum Iob, vnde dicebat illi ſupra 13. capitulo. *Tace, & docebo te ſapientiam.* Et in 24. dicit. *Iob autem ſtulte locutus eſt, & verba illius non ſonant diſciplinam,* & ſic in aliis locis, & ideo Iob ipſi Eliu non curauit reſpondere, uidẽs quod intentio ſua verſabatur circa vanam gloriam, vt vitaret ne forte incideret in hoc uitium diſputando. In quo ſecutus eſt ſapientis conſilium, dicentis, Prouerbio. 26. a. *Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis.* Sed aliis qui non ſic arroganter videbantur loqui, ſed ſolum arguendo, ſeu increpando Iob reſpondit, ut ipſorum error pateficret, iuxta illud Pro. ca. ſupra dicto. *Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videatur.* Secunda, quia Eliu intantum per ſuperbiam elatus eſt, quod nec correctionem Iob deſiderabat ſed potius eius maiorem ruinam appetebat, quod eſt inhumanum, vel ſaltem inconſonum uiris perfectis. Quod patet ex hoc. Nam in fine 34. capitul. dicebat Eliu. *Pater mi, probetur Iob vſque ad finem.* In quibus verbis, prout communiter exponunt, & in poſtilla. Eliu petebat a Deo quod non deſiſteret a flagellatione ipſius Iob in præſenti vita, & etiam quod F in alia vita duceretur ad æternam condemnationem, vnde gloſſa ibidem dicit. *Quia aſperitas ſuperborum vſque ad maledicendum ſe extendit,* contra enim Iob Deum deprecatur, hæc in gloſſa. Vnde talia loquenti non uidetur dignum reſpondere, præſertim cum talia etiam ex exceſſu iræ videntur procedere, ſicut in propoſito, nam Eliu per iram fuit primo, & principaliter prouocatus, vnde ſupra 32. cap. Iratus eſt furor Eliu filii Barachiel, qua ratione laudabiliter Iob abſtinuit ſe a reſponſione, intendens iræ locum dare, iuxta illud Eccleſiaſt. 8. a. *Non litiges cum homine linguato, & non ſtruas in ignem illius ligna.*

# CAPVT XXXVIII.

# CAP. XXXVIII.

¶ Aliquando blande loquitur Deus: ut ametur: aliquando terribiliter, ut timeatur.

a RESpondens autem dominus, Iob de turbine, dixit. 1 2

R*Eſpõdens autem do. Iob de turbi.* eſt colloquutus. Cum autem turbo ſit uentorum conuerſio, atque contorſio, aſciſcitur, vt perterreantur circunſtantes, & intelligerent uocem de ſuperiore regione mitti.

⁜Nicetas. Iobum ſilentio filii de Deo recte differentis ſententiam comprobantem Dominus alloquitur de nube cœli ſymbolo, in nubis enim columna cum Moſe, & Aarone eſt

⁜Method. Et ad ſuperioris ærumnæ procellam ſignificãdã procel-

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXXVIII.

1 R*Eſpondens autem dominus.* Finita diſputatione Iob & amicorum eius, hic ponitur ipſius Domini determinatio. in qua primo arguit Eliu de præſumptione, ſecũdo reprehendit ipſum Iob de indiſcreta locutione, ibi. *Accinge ſicut uir.* Tertio tres amicos Iob de falſi aſſertione, c. 42. ibi. *Poſtquam autem,* & ſic determinat quęſtionem pro ipſo Iob quantum ad concluſionem intentam, licet ipſum increpet de modo loquendi indiſcreto. Circa primum dicitur.

Diuiſio.

*Reſpondens autem dominus.* i. pro ipſo Iob qui tacebat, ut dictum eſt.

2 *De turbine.* quia ſecundum aliquos virtute diuina, vel miniſterio Angelico formata fuit uox quaſi procedens de nubis denſitate, ſicut in monte Sinai, vt habetur Exodi vigeſimo, ſecundum alios vero non fuit ibi talis formatio uocis, ſed dominus loquebat' ipſi Iob p inſpirationẽ, quia

## MORALITER.

1 *Reſpondens autem.* De turbine loqui dicitur. quia fragilitas humana ex Dei locutione paueſcit, & turbatur. Exod. 20. c. *Non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur.*

*Accinge*

A procellam ſumit dum loquitur quod prius non facit q̄ vbi p̄ cultus rebus plurimis fuerit animus, & corroboratus, atque in locum editum, quantum humanæ naturæ fert conditio, p̄uenerit. Quia flagello loquitur, de turbine fuiſſe locutus perhibetur. Vtrum autem per ſemetipſum, aut per angelum ſit ei locutus, ambigitur. Potuerunt quippe per angelum commotiones aeris fieri, & hęc q̄ ſubiecta ſunt per eum verba mandari. Rurſumq; potuit exterius angelus in turbinem aerem excutere, & tamē interius Dominus per ſemetipſum vim ſn̄iæ cordi eius ſine verbis inſonare.

a ¶ Quaſi quod dicit ſcio, ſed qui dicit neſcio. b ¶ Quia per diſtrictionem premit ne exoluatur.
a Quis eſt iſte † inuoluēs ſententias ſermonib. imperitis? Ac 1
b a ¶ Dum ad ſublimia excitor, quæ non potes pecipere, reſponde. i. te humilē uide. 2
c cinge ſicut uir lumbos tuos, interrogabo te, & rn̄de mihi. 3 4
a ¶ Et ſi hoc futurum in opere, iam factum eſt prædeſtinatione.
d Vbi eras qn̄ ponebam fundamēta terræ? Indica mihi ſi ha 5
a ¶ Intra quas omnes electi ſunt, & extra reprobi, & ſi intra fidei limitem eſſe uideantur. 6
e bes intelligentiā. Quis poſuit mēnſuras eius ſi noſti, vel q̄s

† demonſtra.

✱ Tert. 3. contra Martio. ſi creator meus per ignem, & globum cum homine congreſſus eſt, & elementorū corporib. in repræſentationib. ſuis viſus eſt, ſatis hæc oſtēdunt Deum non eguiſſe falſæ, aut veræ carnis paratura.

B a *Quis eſt iſte.* Prima exprobratio, eſt talis interrogatio. Quis eſt iſte? & hoc non dicimus niſi de eo quem neſcimus. Neſcire autem Dei reprobare eſt, qui utique arrogantes neſcit. i. eorum vitam non approbat. In eo vero quo ait, ſententias, & non addidit quales, bonas accipimus quas imperitis ſermonibus addidit inuolutas, quia cum verbis iactantię fuerant p̄latæ. Imperitiæ quippe vitium eſt rectum non recte ſapere. i. cæleſte donum ad appetitum terrenæ laudis inclinare. Hoc itaque deſpecto ad erudiendum Iob verba vertuntur.

✱ Cat. G. Continens verba in corde, me autem putat celare.

✱ Chryſ. Multa Iobus animo verſabat, quæ palam efferri minime poterat, ad quæ occultiora indicat ſuam prouidentiam pertinere.

b *Accinge ſicut vir.* Lumbos accingere eſt, vel in opere, vel in cogitatione luxuriam refrenare. Sed cum Iob præditum caſtitate nouerimus, cur ei dicitur? Accinge ſicut vir fortis lumbos. i. reſtringe luxuriam, quia alia luxuria eſt carnis, alia cordis, qua de caſtitate, atque virtutib. gloriamur. Dicitur ergo ei, vt qui prius luxuriam corruptionis vicerat, nunc luxuriam reſtringat elationis.

C ✱ Chry. Iacentem Iobum excitat. Olym. ad meum congreſſum aſpirare cupiebas, en tecum diſputo, & tuæ poſtulationi ſatisfacio. D

c *Interrogabo te, &c.* Trib. modis conditor noſter nos īterrogare conſueuit. Cum aūt flagelli diſtrictione nos percutit, & quāta nobis inſit, vel deſit patientia oñdit. Aut q̄dam q̄ nolumus p̄cipit, & noſtram nobis obedientiā vel inobedientiā patefecit. Aut aliqua nobis occulta apit aliqua vero abſcondit, & nobis menſuram noſtræ humilitatis īnoteſcit. beatus itaque Iob poſt interrogationem verberū diſcutitur interrogatione ſermonis, vt quæ ſint ſuperna conſideret, quę dum minime comprehendit, ad ſemetipſum redeat, ut quam ſit iuxta nihilum in ſupernorum comparatione cognoſcat. Humiliandus .n. erat, qui proſtratus vlcerib. ſic in virtutib. ſtabat. Pręmittit ergo medicamen ſuperuicturo, & in proſpera reſtituendo.

Tribus modis Deus interrogat nos.

E d *Vbi eras quando ponebam.* ✱ Baſil. hinc diſcimus fundamenta terræ hominum naturæ eſſe ignorata, licet externorū Philoſophorum fuerit opinio eam p̄p æquilibrium ex omni parte tantundē diſtare a cœlo, & ideo baſim firmam eſſe nactā.

✱ Chryſ. Si terræ propter te fundamenta conſtitui, quomodo te contemnam? a quo neceſſe eſt ignorari altos ſapientiæ ſinus cum terræ ſint incognita fundamenta. Fundamenta in ſcriptura prędicatores, accipimus, quos dum primos dominus in eccleſia poſuit, tota in eis ſequentis fabricæ ſtructura ſurrexit. Ne ergo Iob de virtutum ſuarum potentia ſubleuetur in dominio, prima parte ſermonis de ſanctorum prædicatorum commemoratione diſcutitur, vt quanto illos admirabiles venire cōſpiceret, tanto in eorū cōparatione de ſe vilius æſtimaret. Et eſt ſenſus. Virtutē fortiū conſidera, meq; eorum ante ſecula autorem penſa, & cū eos quos in t̄pe condidi mirabiles ſuſpicis, perpende quantū mihi ſubdi debeas, quem autorem mirabilium ſine tempore eſſe cognoſcis.

F e *Vel quis tet.* Nullus neſcit Deū has lineas tēdere, ſed iō hoc dr̄ Iob, vt memoret q̄d poterat noſſe, & p̄termittere, acutius penſans diſpoſitionem hominis, non in humanis viribus, ſed in manu eſſe Dei. Menſurarum lineæ in terrarum parti-

tione

## NICOLAVS DE LYRA.

*qua quidem locutio per turbinem deſignatur, eo quod habet obſcuritatem annexam.* 1 Quis eſt. *Eliu. n. acceperat quaſi uices determinantis quæſtionem de diuina prouidentia, ad cuius determinationem ſolus Deus eſt ſufficiens, & ideo arguit eius prę ſumptionē di.* Quis eſt. *i. q. d. non eſt tantus, nec talis, quod debeat ſe de hoc intromittere propter ſuam ſufficientiam, ideo ſubditur.* 2 Inuoluens ſen. *Licet. n. plura de Dei poteſtate, & ſapientia vera dixiſſet, tamen intricate dixerat, & multa verba contumelioſa contra Iob immiſcuerat.*

3 Accinge, &c. *Hic conſequenter arguit Iob de indiſcreta locutione, ſpecialiter in duobus. Primo quia dixerat ſupra 13. a.* Diſputare cum Deo cupio. *quod dixerat non præſumptuoſe, ſed ſicut humilis diſcipulus diſputat cum magiſtro, quærens amplius doceri ab eo, ſicut ibidem fuit expoſitum: tamen ex modo loquendi poterat aliter iudicari ab aſſiſtentib. ſicut & iudicatum fuit, ut patet ex ſupradictis, quod. ſ. dixerat hoc præſumptuoſe, & volens cum Deo de pari diſputare. Secundo quia commemorando ſuam iuſtitiam, ex modo loquendi uidebatur aſſiſtentibus, quod diceret aliqua in diuinæ iuſtitiæ derogationem, & ideo vtrumque dictum, licet fuerit verum, ſicut patet ex ſupradictis, tamen habuit ſpeciem mali, & fuit generatiuum ſcandali, ideo dominus primo reprehendit primum, & ſecundo ſecundum, cap. 40. Prima in tres, quia primo excitatur ipſius Iob attentio, & ſecundo ſubditur eius reprehenſio, ibi.* Vbi eras. *& tertio eiuſdem confutatio c. 39. verſus finem, ibi.* Et adiecit dominus. *Circa primum dicitur.* Accin. ſicut vir. *Homo .n. pręparando ſe ad opus corporale ſolet lumbos ſuos accingere, et ideo per hoc deſignatur metaphorice præparatio ipſius ad attendendum verba domini diligenter.* 4 In te, &c. *alias oſtende mihi. Supra. n. 13. c. Iob quærens cum Deo diſputare, obtulerat ei optionem partis opponētis, vel reſpondentis, & ideo Dominus hic ſe determinat ad partem opponentis.* 5 Vbi eras quando. *Hic conſequenter ponitur argui-*

tio

*tio Iob de hoc quod indiſcrete dixerat ſe cum Deo velle diſputare. Q̄d fit per hoc, quod hic declaratur incomprehenſibilitas diuinæ ſapientiæ, & ideo fatuum eſt cum eo contendere, non ſolum in facto, ſed etiam in ſigno, ſicut uerba Iob prolata videbantur deſignare. Immenſitas ergo diuinæ ſapientiæ, & potentiæ oſtenditur, primo in partibus mundi principalibus. Secundo in animalibus, ibi.* Quis poſuit in viſceribus hominis, &c. *Principales autem mundi partes ſunt corpora cæleſtia, & elementa, & ideo primo oſtenditur propoſitum in elementis quæ ſunt nobis magis ſenſibilia, ſecundo in cælis, ibi.* Nunquid coniungere, &c. *vt ſic ſit proceſſus ordinatus a magis notis ad minus nota. Prima adhuc in duas, quia primo oſtenditur propoſitum in corporibus elementorum, ſecundo in diſpoſitionibus eorum, ibi.* Nunquid tenuiſti. *Prima in tres, quia primo oſtenditur propoſitum in elemento terræ, ſecundo in elemēto aquæ, ibi.* Quis concluſit. *tertio in aere, ibi.* Nunquid poſt or. &c. *De elemento autem ignis mentionem non facit, quia non videtur habere ſphæram propriam diſtinctam a ſphæra aeris, ſemper .n. videtur in aliqua materia in corporibus miſtis, & in aere ſurſum uidetur in exhalationibus ſiccis, quæ igniuntur per motum aeris, ſicut patet in ſtella comata, & a ſubaſcendente, & deſcendente, et ſimilibus. Circa primum de productione terræ loquitur ad modum ædificij, cuius artifex primo diſpoſuit modum fundamenti, quod notatur cum dicitur.* Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ. *Quaſi diceret nondum eras natus, & ideo non potes hoc ſcire. Secundo, artifex diſponit de quantitate ædificii fundamento ſuperponendi, quod fit per extenſionem lineæ, & quantum ad hoc dicitur.*

6 Quis poſuit menſuras eius, &c. *Quaſi diceret, non noſti. quantitas enim terræ non eſt determinata ex natura ſua, ſed poſſet eſſe maior, & minor, et ideo eius menſura dependet ex ſola Dei uoluntate. Tertio cogitat artifex quod ædificium bene poſſet ſtabiliri, & quantum ad hoc dicitur.*

Super

## MORALITER.

3 *Accinge ſicut vir.* Greg. Lumbos pręcingimus, cum carnis luxuriam per cōtinentiam coarctamus. Ergo theologi quibus Deus prę cęteris loquitur in ſcripturis ſacris, debent prę cæteris eſſe pręcincti cingulo caſtitatis.

5 *Vbi eras.* Per hanc terram ſignificatur eccleſia de qua dicitur Cant. 2. c. *Vox turturis audita eſt in terra noſtra.* Huius terræ fundamenta ſunt apoſtoli poſt Chriſtum. Apocalyp. *Habens fundamenta 12. & in ipſis 12. nomina apoſtolorum.*

6 *Quis poſuit.* Quę ſunt articuli fidei, ex quibus debent cętera credibilia menſurari.

6 *Vel quis tetendit ſuper eam.* Deus qui eam diſpoſuit per ſuā prudentiam.

A tione tenduntur. In carne autem dominus ad eccleſiam veniens, mẽſuras terræ lineis menſus eſt, quia fines eccleſiæ, occulti iudicii ſubtilitate diſtinxit. Huius terræ occultæ lineæ, vel menſuræ tendebantur, quando prędicatores ſancto agente ſpiritu, in aliis mundi partibus vocabantur, vt irent: ab aliis (Act.16.b.) autem arcebantur, ne accederent.

a Super quo. Terræ huius baſes ſãctæ eccleſię doctores accipimus, q̃ omne pondus eccleſię fixa morum ſuorum grauitate ſuſtentant.

(Moraliter.) b *Vbi eras.* Vt animus iniqui, puluis, ita iuſti terra, cuius fundamentum eſt fides. Ergo vbi eras. id eſt, iuſtificatus a me peccator, recole v- (1.Cor.11.b.) bi te inueni, & eris humilis. Et quia de bonis etiam homo ſuperbit, menſuram profectib. Deus ponit, vt per ea quæ deſũt ſeruentur humiliter quæ adſunt, vnde ſubdit. *Indi.mi.ſi ha.in. quis po.* Niſi Deus qui alii illud dedit, ut ex multis ſit vnũ corpus. Super animam iuſti linea tenditur, dum ei exempla patrum monſtrantur, vt ſuam ſeruet menſuram, ne citra, vel vltra eat, ſuper qua baſes. i. animæ intentiones a quibus totum (Mat.6.c) innititur, vnde. *Si oculus tuus fuerit nequam, &c.* Hæ in fundamẽ B to. i. Chriſto ſolidatæ ſunt, quia tunc robuſtius in fundamento ſolidamur, cum verba Dei ex interioribus præceptis ſequimur, & in intimo ſenſu intelligendo penſamus, ſubdit.

c *Quis de.* Lapis angularis duplex intellectus, vt in pręceptis (Moraliter. Lapis angularis duos populos deſignat.) Dei exteriora agamus, vel contemplando intima ſentiamus. Ad quod noſter animus nunquam ſurgeret, niſi conditor noſtram naturam ſuſciperet, qui in ſe vtriuſque vitæ exempla monſtrauit. Et ita eſt angularis, in vrbib. docet, curat: in montib. orat, ne contemplatio ſtudio proximorum, nec cura eorum contemplatione deſeratur. Cuius incarnationis myſterium, & angeli mirantur.

✻ Nicetas. Lapis ille Chriſto Domino accommodari debet, qui duos populos uno lapide angulari coniungit.

Aut, quis demiſit lapidem angu. eius. illũ q̃ dum in ſe, hinc Iudaicũ populũ. Illinc Gẽtilẽ populum ſuſcepit in vna eccleſiæ fabrica quaſi duos parietes iungit. Cũ hoc non de mũdi, ſed eccleſiæ condõne põt dici, patet & p̃cedentia non de origine mundi dici dẽre. Et cum multa dixit de conſtructione eccleſiæ, adiecit qũo etiam inimicæ nationes adiunctæ ſunt.

(Allegorice.) d *Cum me.* Incarnationis. n. Chriſti myſterium, etiam electi angeli mirati ſunt, quia qui primi in tempore creati ſunt, non immerito aſtra matutina dicuntur. Vel quia ſæpe ad exhortã- (Angeli, & homines ſimul laudauerunt domino incarnato.) dos homines miſſi, dum venturum mane nunciant, ab humanis cordibus præſentis vitæ tenebras fugant. Quæ matutina aſtra etiam cum veſpertinis, redemptoris potentiam laudãt, quia cum redemptis in fine mundi hominibus largitatem ſupernæ gratiæ glorificant.

C ✻ Caten. Græc. Cum facta ſunt aſtra, laudauerunt me uoce magna Angeli Dei.

D ✻ Chry. Alii vero: Simul filii Dei. Hinc planum eſt primum, ante mundum, angelos effectos eſſe.

e *Et iubilarent.* Iubilatio dicitur, cum cordis lętitia oris efficacia non expletur. Laudant itaque angeli, qui iam tantæ claritatis latitudinem in ſublimibus uident. Iubilant vero homines, qui adhuc in inferioribus oris ſui anguſtias ſuſtinent. Quæ quia futura dominus nouerat facta narrat. Sed quia cum boni iubilant, malos inuidia inflammat quos tamen Deus temperat, de quibus protinus, ſubditur.

a ¶ Occulti iudicii. b ¶ Niſi ſuper me. c ¶ Doctores, vel prophetæ.

a tetendit ſuper eã lineã? Super quo baſes illius † ſolidatæ ſunt? 1
b ¶ Quia, & duos populos inter ſe, & vtroſque angelis ſociauit.
c d Aut quis demiſit lapidẽ angularẽ eius, cum me laudarent ſi- 2
a ¶ Cum veſpertinis, i. electis hominibus. b ¶ Quid mari fecit Deus ſubdit. 3
e f mul aſtra matutina, & iubilarent oẽs filij Dei? Quis cõcluſit 4
5
¶ Vt non videret quid agit. 6
g h oſtiis mare, qñ erumpebat quaſi de uulua procedens, cum 7
ponerẽ nubẽ veſtimentũ eius, & caligine illud quaſi pannis
a ¶ Contra illud ſæuiens.
i K infantiæ obuoluerẽ? Circũdedi illud terminis meis, & poſui 8
9

f *Quis concluſit.* Mare ſeculum, vuluæ autem nomine occulta, & malitioſa carnaliũ cogitatio deſignatur. Per hanc vuluam praui concipiunt, cũ E mala cogitant. Per hanc pariunt, cum mala quæ cogitauerunt, operantur.

✻ Nicetas, τὸ ἐμάιμασεν ἀντὶ τὸ ὄιςρα ὁρμητικῶς ἔχε: quod eſt furiis quibuſdam impellebatur. Matrem autem appellat abyſſum, aut Dei potentiam.

✻ Chryſoſtom. ὅτε ἐμαιοῦτο. quando obſtetricabatur. Vt oſtendat non ſtatim, ſed paulatim mundum fuiſſe productum. Primum enim fuit diffuſum, deinde conformatum, atque collectum.

g *Erumpebat.* Cum minarum ſecularium fluctus de carnalis iniquitate cogitationis concepti in ſanctæ eccleſiæ interitũ ſęuirent. ſed autore Deo, oſtiis hoc mare concluſum eſt, quia contra tumores perſequẽtium ſancti viri quaſi quædam oſtia oppoſiti ſunt, vt eorum miraculis irę perſequentium frangerentur, & eccleſia ſtaret. de quo mari ſequitur.

h *Cum po.* Mare ſæuiens nube induitur, quia crudelitas perſequentium ſtultitiæ ſuæ velamento veſtitur, & lucem veritatis videre nõ ſufficit. Et q̃a ſuperna diſpenſatione conſtringitur, ne ꝯ ſanctos inquantum voluerit effrenetur, ſequitur.

✻ Nicet. nubes. n. oriuntur è mari, an quia mare non ſolum terra, verum etiam aere continetur.

h *Et caligine.* Pannis infantię pedes, ac brachia conſtringuntur, ne huc atque illuc diſſoluta libertate iactentur, quia perſecutores eccleſię in ſtabilitate cordis iniqui puerilia quidem faciunt, ſed occulta diſpenſatione conſtricti, quo volunt, brachia non extendunt, & ſi cuncta mala perpetrare leuiter appetunt, nequaquam implere permittuntur.

i *Circun.* Quia iras perſequentium iudiciorum ſuorum diſpenſatione modificat.

K *Et poſui vectem.* Doctores ſancti, p̃dicatione ſequẽtib. apti autoritate ſua reſiſtentib. clauſi, oſtia vocantur, quia & ingreſſum fidelib. aperiunt, & rurſum ſe perfidis ne ingrediant, opponunt. Per vectem autem, cuius oppoſitione oſtia ſolidantur, incarnatus Dominus deſignatur, quia hęc oſtia contra

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Super quo baſes illius. *Baſis autem terræ eſt centrum mundi. Quarto artifex ponit lapidem angularem in fundamento, cui alii lapides poſſint ex diuerſis partibus coniungi, & quantum ad hoc additur.*

2 Quis demiſit lapidem. *Lapis iſte intelligitur pars terræ propinquior centro, cui aliæ partes per circumitum annectuntur.*

3 Cum me laudarent, &c. *Ideſt, angeli, qui in ſcriptura filii Dei* (Angeli filii Dei dicuntur) *dicuntur, ut habetur in principio huius libri, & etiam aſtra matutina, quia a principio ſimul creati fuerunt cum cœlo empyreo ante diſtinctionem elementorum. Et hoc inducitur hic ad oſtendendum, quod productio terræ non fuit neceſſaria ad manifeſtationem diuinæ ſapientiæ, & gloriæ, cum iam ante ab angelis laudaretur.*

4 Quis con. *Hic conſequenter oſtenditur immenſitas diuinæ ſapientiæ in elemento aquæ, quod ſecundum conditionem naturæ ſuæ a principio terram circundedit, ſed ex diuina diſpenſatione factum eſt, ut aquæ congregarentur in locum unum, ut ſic appareret arida ad habitationem hominum, & animalium, ut habetur Geneſ. 1. & hoc eſt quod dicitur.* Quis concluſit oſtiis. *i. certis terminis.*

5 Mare. *In quo. ſ. congregantur aquæ.*

6 Quando erumpebat quaſi. *i. ex occulto diuinæ diſpoſitionis. Deſcribit autem productionem aquę per motum pueri naſcentis eo quod aqua eſt maxime formabilis in res viuas, unde & ſemina hominum, & animalium cæterorum ſunt humida.*

7 Cum ponerem. *Nubes enim generantur ex exhalationibus humidis, quæ maxime eleuantur a mari, & ſic nubes, et caligo fiunt ſuper mare.*

8 Circundedi illud terminis meis. *ideſt, terminis a me diſpoſitis.*

9 Et poſui. *ideſt, clauſuram per ripas, & altas, & ſolidas, ideo ſubditur.*

## MORALITER.

1 *Super quo baſes.* Iſtæ baſes ſunt doctores hæreticis reſiſtentes, fundati ſuper doctrinam Chriſti.

2 *Aut quis demiſit lapidem.* Deus pater mittens filium ſuum tanquam lapidem angularem, Iudæos, & Gentiles in vna eccleſia coniungentem.

3 *Cum me, &c.* i. angeli ſancti cantantes in natiuitate Chriſti, Gloria in excelſis Deo, &c. Luc. 2. d.

4 *Quis concluſit oſtiis mare, &c.* Mare ſignificat præſens ſeculum, cuius oſtia ſunt natiuitas hominis & eius mors, per quas ingreditur, & egreditur mundum.

7 *Cum ponerem.* Nube veſtitur, & caligine, nam inuoluitur obſcuritate multiplicis ignorantiæ.

9 *Et poſui vectem.* i. timorem ſeruilem.

Hic

tra ſæuientis maris impetum tantum ualentiora oppoſuit, quantum ea ſua obſeruatione roborauit.

✲Cat.Græc.Lucifer uidit ſuum ordinem, vt apprehenderet alas terræ.

✲Chryſ.latrones.n.oderunt lucem.

a *Et oſtia*.de oſtiis pro confirmatione reperit Sed ſi mare ſeculum generaliter accipis, ſecundo Dominus oſtia oppoſuit, prius lege frenans, poſt euangelio, & hoc de vulua.i. cum ſeculum origini vicinum creſceret. Et tũc nube veſtiuit, quia tunc nõ aperte lucem oſtendit,& rudes conſtrinxit pannis.i.præceptis figuralibus, & timore,& propter immoderatas euagationes terminis.i.limitibus pręceptorum circundedit.Et quia motus hominum miſſo mediatore compeſcuit,addit.

b *Poſui vectem*. Chriſtum qui oſtia.i.præcepta agendo ſolidauit,& amplius mare non procedit, vnde addit.Mare vidit, & fugit.

*Et hic*.Fracta vnda in ſe reliditur, cum nequitia victa ab ipſo qui egit,accuſatur.

c *Vſque huc venies*. Quia nimirum iudicii occulta menſura eſt,& quando perſecutionis procella proſiliat,& quando quieſcat,ne aut exagitata electos non exerceat,aut non moderata in profundum mergat.

d *Et hic*.Cum notitia fidei vſque ad proſequentes extenditur,turbati maris tumor ſedatur,ibique fluctus ſuos mare frãgit,quia ad cognitionem veritatis veniens omne quod nequiter egit erubeſcit. Sed quia idcirco hoc ad beatum Iob dicit, vt de tot virtutibus gloria cordis eius premeretur,hæc moraliter etiam differantur.

e *Quis concluſit*. Mare eſt cor noſtrum furore turbidum, rixis amarum,elatione tumidum.

f *Quando erumpebat*. Vulua prauæ cogitationis adoleſcentia eſt,de qua dicitur.Senſus,& cogitatio humani cordis, prona eſt in malum ab adoleſcẽtia ſua.Solus autem dominus oſtiis mare concludit, quia prauis motibus cordis clauſtra inſpitatæ formidinis obiicit.

g *Cum ponerem*. Tumultuoſum cogitationibus cor noſtrum nube veſtitur,quia ne in æternam quietem pure conſpiciat, inquietudinis ſuæ confuſione tenebratur.

h *Et caligine*.Quia a contemplandis ſublimibus,adhuc teneris ſenſibus ſuæ infirmitatis ligatur. *Circundedit illud*. Terminis ſuis dominus hoc mare circundat, quia cor noſtrum adhuc corruptionis ſuæ moleſtia, & cura turbulentum, ſub menſura contemplationis humiliat, ut licet plus appetat, vltra tamen quam ſibi conceditur,non aſcendat.Vel quia illicitos motus cordis reſpicit,& in quibuſdam eos a conſenſu prohibet,in quibuſdam etiam a delectatione reſtringit. Nimirum furenti mari terminos imponit, vt nequaquam in opere exeat,ſed intra ſinum mentis tentationum ſubmurmurans ſe unda collidat. *Poſui vectem*. Per oſtia virtutes,per vectem robur charitatis accipimus. Hæc itaque oſtia.i. virtutes,mare ſæuiens diſſipat, niſi ea ex occulto mentis oppoſita charitas aſtringat. *Vſque huc venies,& non procedes*. Quia dum electus quiſque,& tentatur vitiis, & tamen facere in ſe ſuggeſta renititur,quaſi mare clauſum tenetur. Quod etſi intus tumultuoſis cogitationum fluctibus mentem percutit,ſtatuta tamen bene viuendi littora non excedit. Allegori.

¶ Gloriam Chriſti,& reuerentiam prædicatorum.

vectem,& oſtia,& dixit Vſque huc venies,& non procedes

¶ Etiam tu.

amplius,& hic confringes tumentes fluctus tuos.Nunquid† 1 2

¶ Per incarnationem electos illuminat.

poſt ortum tuum præcepiſti diluculo, & oſtendiſti auroræ 3

¶ Futurum in quo erit perfectio. ¶ Reprobos damnat.

locũ ſuũ?†Et tenuiſti concutiens extrema terræ,&†excuſſiſti 4 5 6

¶ Fecerat de luto ſignaculum,nunc & econuerſo.Reſt.vt lu.ſi.

impios ex ea?†Reſtituetur ut lutum ſignaculũ,& ſtabit ſicut 7

† a diebus tuis.

† excutiantur impii.

i *Nunquid poſt ortum*. Subaudis, vt ego. Ortus diuinitatis Chriſti, ante & poſt non habet ortus vero humanitatis habet. Per hunc ortum, locum ſuum aurora cognouit, quia cognouit eũm diluculũ. Vel aurora a tenebris in lucem vertitur diluculi. Vel auroræ nomine eccleſia deſignatur. Vel quia aurora noctem quidem præteriſſe nuntiat,nec tamen diei claritatem integram oſtentat quia & quædam iam quæ lucis ſunt agimus,& tamen in quibuſdam adhuc tenebrarum reliquiis non caremus.

k *Et oſtendiſti*. Locus auroræ eſt perfecta claritas viſionis internæ.Locum ſuum aurora conſiderat,quando ſancta eccleſia ad contemplandam conditoris ſpeciem flagrat. Bene autem poſt ortum locum proprium auroræ oſtendiſſe ſe perhibet, quia futuræ retributionis beatitudinem priuſquam ipſe per corpus innoteſceret,in paucorum mente continuit.

l *Et tenuiſti concutiens*. Extrema terræ dominus tenuit,quia in fine ſeculorum,ad deſtitutam iam, & alienigenis regibus ſubditam ſynagogã venit. Atque ex illa impios excuſſit,quia fidei prædicamenta renuentes,etiam a carnalis ſacrificii gloria repulit. Vel extrema terræ tenuit,quia legiſdoctores deſerens,& excutiens.i.fortiter damnans,piſcatores ſumpſit. Recte autem extrema terræ concuſſit,& tenuit,quia cum infirma corda humilium pio timore terruit,nequaquam ea diſtricto iudicio dereliquit, & quia extrema Iudææ in Apoſtolis tenuit,ex ea impios excutit,quia Scribas,& Phariſæos impietatis ſuæ merito exigente reprobauit, vnde adhuc ſequitur.

m *Reſtituetur vt lu*. Dominus plebem Iſraeliticam lutum reperit, quam obſequiis Gentilium deditam in Aegypto ſeruientem lateribus inuenit,quam dum cognitionis ſuæ ſcientia impleuit,dum in prophetia clauſum continuit, quicquid de ſe veritas in fine reuelauit,quid aliud,quam ſeruandi myſterii ſignaculum fecit?Sed dum poſt diuina ſecreta plus terram,quam veritatem dilexit, ad lutum Aegypti redit. Lutũ ſe poſt ſignaculum in oculis veritatis exhibuit, cum per impietatis malitiam accepti verbi myſteria perdidit, & terrena ſapere elegit.

✲Cat.Græc. Aut tu ſumens lutum terræ,formaſti animal?& ad loquendum aptum poſuiſti illum ſuper terram?

✲Olym.Seuer.Iſidorus,& Chryſoſ. Vtroque nomine Deum admiror,vel quod corruptioni obnoxium humanum corpus conflauit, vel quod in ipſa corruptione vim, ac ſapientiam ſuam expreſſerit.

n *Et ſtabit ſicut veſt*. Groſſiora veſtimenta cũ induta fuerint quia inductis membris bñ applicata non inhærent, ſtare referuntur. Iudæa igitur circa notitiam veritatis ſtetit,quia ſeruire ſe domino oſtendit:ſed adhærere ei p charitatis intelligentiam

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et hic confringes.*quia fluctus maris confringuntur ad rupes in littore exiſtentes.*

2 Nunquid poſt. *Hic conſequenter oſtenditur immenſitas diuinæ ſapientiæ,& poteſtatis in aere,cum dicitur*. Nunquid poſt ortum tuum pręcepiſti diluculo..*ut appareret ſic ordinate in aere ſecundum diſpoſitionem tuam.*

3 Et oſtendiſti auroræ. *vt ſic appareat in diuerſis locis ſecundum varium ortum ſolis in æſtate,& hyeme, & temporibus mediis. Dicitur autem diluculum principium diei,quando primo incipit lux ſolis apparere. Aurora vero quando lux ſolis procedens irradiat vapores exiſtentes in aere in orientali parte. Omnia iſta præmiſſa ſunt ad oſtendendum inſufficientiam ipſius Iob ad comprehenſionem diuinorum operum, & per conſequens quod non ſit idoneus ad diſputandum cum Deo.*

4 Et tenuiſti.*Hic conſequenter oſtenditur immenſitas diuinę ſapientiæ,& poteſtatis in quibuſdam effectibus diuinis in elementis, & primo in terra, dicens*. Et tenuiſti concutiens extrema terræ.*i.faciens terræmotum tua virtute in quo concutiuntur exteriores partes terræ.*

5 Et excuſſiſti.*quia aliquando terræmotus fit a Deo ad punitionem impiorum.*

6 Reſtituetur vt lutum.*Lutum.n.diuiſum cito reunitur,ſic ſi aliquando per terræmotus fit aliqua ſiſſura, ceſſante terræmotu recluditur.*

7 Et ſtabit ſicut veſtimentum.*Quod ſtat in integritate ſua poſtquam eſt excuſſum, ſic & terra poſt talem concuſſionem per terræmotum.*

Auſe-

MORALITER.

1 *Hic confringes tumentes fluctus*. confractio fluctuum eſt mutua contentio ſuperborum.

2 *Nunquid poſt ortum tuum præcipiſti dilucu*. ſubintelligitur,ſicut ego præcepi,& ſimiliter in ſequentibus. Diluculum autẽ eſt diei principium,propter quod primi credentes Chriſto ſignificantur per ipſum.Ergo Chriſtus poſt ortum ſuum diluculo præcepit,quando diſcipulos ad prædicandum miſit.Et auroræ locum ſuum oſtendit, quando matrem ſuam ſuper angelos collocauit.Et extrema terræ concuſſit,quando principes orbis,fidei ſubiugauit. Et impios excuſſit, quando per Romanos populum Iudaicum captiuauit.

gentiam noluit. Vbi aperte ſubditur.

A a *Auferetur ab impiis lux ſua.* Quia dum credere veritatem renuunt, cognitionem legis in perpetuum amittunt. Scriptum eſt.n. *Excæca cor populi huius, & aures eorum agg.* Et quia de operibus legis ſe extulerunt, ſubditur.

Eſa.6.c. b *Et brachium excelſum.* Excelſum brachiū conteritur, quādo prędicata fidei gratia ſupba legis operatio reprobatur. Poſſunt & aliter hæc omnia dici, vt ſequitur.

a ¶ Alias conſtringetur.

a veſtimētū. Auferetur ab impiis lux ſua, & brachiū excelsū cōte 1 2

b a ¶ Vt ego propter hominem retrahendum in infernum. b ¶ Hæc ſunt profunda maris.

c ret. Nunqd ingreſſus es pfundum maris, & in nouiſſimis abyſſi 3

d a ¶ Ad ſingula loca electorum. 4

e deambulaſti? Nūquid apertæ ſunt tibi portæ mortis, & oſtia te 5 6

f nebroſa vidiſti? Nunquid cōſideraſti latitudinē terrę? Indica mi 7 8

g hi ſi noſti omnia, in qua via habitet lux, & tenebrarum quis lo- 9

h cus ſit, vt ducas vnumquodque ad terminos ſuos, & intelli- 10

i a ¶ Non debet extolli in his quæ agit qui neſcit quomodo huc venit, vel quomodo, vel quando exibit. 11

K l gas ſemitas domus eius. Sciebas tunc quod naſciturus eſſes,

Allegorice. *Concutiens ex.* Res cōcuſſa huc, & illuc agitur, ſic Iudæa fuit, per alios dicēs, quia bonus: per alios, non, ſed ſeducit turbas. Vel terra eſt eccleſia cuius extrema domus ſub antichriſto concutit, & tamen tenens non deſerit, a qua tunc impii cadent, qui ſpecie tenus intus ſunt, & q. ſignaculum ſunt dum fideles uidentur ad lutum quod ante fuerunt, redeunt.

*Et ſtabunt.* i. in malo perſiſtent.

B *Sicut ueſtis.* i. breui tempore, quia cito ueteraſcunt, Vel ſtare vt veſtis dicitur, vt non poſſe ſtare monſtretur, quia ueſtis induta per corpus tenſa videtur, exuta complicatur, ita q. in eccleſia ſtat, exutus iacet abiectus, hęc autem obſcura iam aperit dum dicit.

*Auferetur lux.* i. ſimulata, vel vera fides, quam male viuendo tenuerant, & tunc.

*Brachium.* eius. i. Antichriſtus ipſe conteretur. vel homines ſaltem in extremis timore concutit, & cōuerſos tenet, & impios motus ab eis excutit, & culpæ vindictam mors comitatur, in qua homo qui erat ſignaculum, & imago Dei lutum fit. Et hoc lutum vſque ad reſurrectionem perdurabit, vt veſtis exuta, & inanis a ſpiritu, hæc pœna ſpecialis eſt ſuperbię, ſed quia communis, ideo proprium eius additur.

*Lux tollitur.* i. gloria vitæ, & celſitudo cordis conteritur, ſed in morte iuſtis eſt lux.

c *Nunquid ingreſſus.* Acſi diceret. Vt ego qui non ſolum mare. i. ſeculum per aſſumptam carnem, & animam petii, ſed etiam per eam, ſponte in morte poſitam, vſque ad vltimum profundum deſcendi.

✠ Metho. Multi in abyſſum deſcenderunt, vt quaſi vincti tenerentur, ſolus Chriſtus Dominus illud ambulauit.

✠ Chry. & Iul. Geſta hęc ſunt quando in infernum Dominus deſcendit vt, qui illic erant ſpiritibus prædicaret.

✠ Theop. Alex. Splendorem quo iis qui in tenebris, & in umbra mortis ſedebant, ſeſe oſtendit, commemorat. quando autem dicit, inhorruerūt, admirationem declarat. Nam & animarum, quæ illuc delapſæ erant, domicilium diuinitatis ſuæ luce compleuit.

d *Et in non.* Sicut aquarum abyſſus nulla noſtra uiſione cō-

C phenditur, ita occulta inferni nulla a nobis cognitionis ſēſu penetrantur. In nouiſſimis ergo abyſſi, Deum deambulare, D eſt in loco ſuę damnationis nil ſuæ retentionis inuenire. Deambulare quippe eſt non conſtricti, ſed liberi.

e *Nunquid aper.* Portæ mortis, poteſtates ſunt aduerſæ, quas deſcendens dominus aperuit, quia eorum fortitudinem moriēdo ſuperauit, quę appellatione alia tenebroſa oſtia vocantur, quia dū per occultationis ſuæ tenebras non uident, deceptis mentibus viam mortis aperiunt quæ tenebroſa oſtia dominus videt, qa immundorum ſpirituum fraudulētam malitiam, & reſpicit & premit, & nos videre facit, vt caueamus. Vel tenebroſa oſtia dominus videt, cum clauſtra inferni penetrans crudeles ſpiritus perculit. *Moraliter.* vel in profundum. i. corda prauorum etiam deſperatiſſimorum Deus intrat, & compungit, & vitia quaſi fluctus calcat, vnde confeſſio naſcitur, & portæ. i. cogitationes prauæ domino aperiuntur: & ſic intrat, & oſtia. i. latentia mala quibus deſtructis virtus dilatat prius anguſtos, quę latendo cōſideranda eſt, quia aduerſis preſſa latet, ſed Deus videt. Vel conſidera quam lati ſunt iuſti, & deſine de te gloriari. Sed ad id quod dictum eſt ſupra in alia ſententia reuertamur, & dicamus, quia ideo hoc additur, quia poſt mortem, & reſurrectionem eius eccleſia creuit, vnde ait.

E

f *Nunquid conſideraſti.* Dum.n. dominus anguſtias mortis petiit, fidem ſuam in gentibus dilatauit, acſi diceret. Perpende quod pertuli, & penſa quod emi. Ne conqueraris de verbere, dum neſcis quæ tibi præmia maneant in retributione.

g *Indica mihi ſi noſti.* Iuſtitia lucis nomine, iniquitas per tenebras deſignatur. Et eſt ſenſus. Si plenam ſcientiam te habere ſuſpicaris, dic cuius mentem veniens impleat.

h *Et tene.* i. iniquitas in quo cæca perduret.

i *Vt ducas.* i. ut diiudices ſi vel is qui nunc iniquus cernitur in iniquitate vitam finiat, vel is qui iuſtus cernitur, extremitatē vitæ ſuæ cum iuſtitiæ protectione concludat.

K *Et intelligas.* i. diſcernas cui bona actio perſeuerans, æternā manſionem pręſtet in regno, vel quem vſque ad ſuum terminum ſua actio conſtringens, in æternum damnet ſupplicium. Domus quippe pro manſione ponitur. Semita pro actione quæ ad domum ducit. De tam valida autem quæſtione requiritur, quæ ab hoſtibus omnino ignoratur, vt aliorum finē cognoſcere non valens, idem de ſuo ſentiat.

l *Sciebas.* Acſi diceret aperte quid mirum ſi terminum non intelligis qui nec initium comprehendis? Vel ſciebas. ſ. vt ego, qui me naſciturum noui, quia & ante eram vt Deus, ſed quia homo tunc eſſe incipit cum in ventre naſcitur, ſe naſciturum neſcit. Cur ergo homo de flagellis queritur, ſi qui pręſciuit ad ea natus eſt?

Nun-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Auferetur ab impiis. *quia aliquando pereunt in terræmotu, ut prædictum eſt.*

2 Et brachium. *i. poteſtas ſuperborum, qui aliquando in terræmotu opprimuntur.*

3 Nunquid ingreſſus es. *Hic oſtenditur propoſitum in effectib. qui ſunt in aquis, cum dicitur.* Nunquid ingreſſus es. *ad uidēdum ea quæ ibi latitant.*

4 Et in nouiſſimis abyſſi. *i. in remotiſſimis partibus oceani, vbi nullus vnquam nauigauit.*

5 Nunquid apertæ ſunt. *i. inferni, quia ſancti deſcribuntur eſſe ſub aquis in inferioribus terræ.*

6 Et oſtia. *Idem notatur per tenebroſa oſtia, quod per portas mortis.*

7 Nun-

7 Nunquid conſideraſti. *quæ ſecundum aſtrologos accipitur ab auſtro in aquilonem, ubi nullus unquam hominum potuit tranſire ab vno termino in alium, quia torrida zona intermedia, eſt impertranſibilis propter exceſſum caloris.*

8 Indica mihi. *Hic oſtenditur propoſitum in effectibus qui fiunt in aere, inter quos primum locum tenet diffuſio lucis de die, & tenebrarum de nocte, & quantum ad hoc dicitur.* Indica mihi ſi noſti. *q.d. tu uideris hoc ſentire in eo quod uoluiſti cum Deo diſputare.*

9 In qua via. *i. naturam, & proceſſum ipſius.*

10 Vt ducas vnum. *omnia enim inferiora per effectum lucis ſolis, & ſtellarum generantur, & per ſubtractionem eius quod fit in tenebris corrumpuntur, & ſic ad ſuos terminos deducuntur.*

11 Sciebas tunc. *quaſi dic. non, quia cognoſcere præſupponit eſſe.*

Et

## MORALITER.

1 *Auferetur lux ſua.* nam a Iudæis ablata eſt cognitio legis vera.

2 *Et brachium.* quia templum in quo confidebant Iudæi, fuit destructum.

3 *Nunquid ingreſſus es* Per maris profundum intelligi poteſt cor impiorum. Eſ. 57. b. impii quaſi mare feruens. Igitur Deus ingreditur maris profundum, quando conuertit ad ſe cor prauum. 5 *Nunquid apertæ ſunt.* ſicut apertæ ſunt mihi ad inferos deſcendenti, & ſubintelligitur non, & ſimiliter in ſimilibus præmiſſis, & ſequentibus.

7 *Nunquid conſideraſti latitudinem.* ſicut ego qui per latitudinem terræ gentes ad fidem vocaui.

8 *Indica mihi ſi noſti.* q.d. tu neſcis, ſed ego ſcio in quo habitat lux gratiæ, & tenebrę culpę, per quas iuſti ducuntur ad gloriam, & reprobi ad pœnam.

11 *Sciebas tunc quod naſciturus eſſes.* Chriſtus autem inquantum Deus preſciuit ſe temporaliter naſciturum, & huius vitę ordinem, & modum.

Nun-

¶ De malis fiunt nix, ideſt candidi, & grando hoſtem feriens, & ideo nulli te præferas.
a & numerum dierum tuorum† noueras? Nunquid ingreſſus 1
¶ Frigoris. ¶ Duritiam. 2
es theſauros niuis, aut theſauros grãdinis aſpexiſti, quæ præ- 3
¶ Ve oſtiis. a ¶ Vt per ea nos impugnet, & purget.
b paraui in tempus† hoſtis, & in diem pugnæ, & belli? Per quã 4
¶ Niſi ego.
c viam ſpargitur lux, diuiditur† æſtus ſuper terram? Quis de- 5
d a ¶ Quanto creſcit perſecutio, tanto & prædicatio. ¶ Vehementiſſimus eſt qui facit omnia quæ hic ſunt ſperni, æterna diligi. b ¶ Vt cor pungat. c ¶ Datiuus eſt. 6
e dit uehementiſſimo imbri curſum, & viam ſonanti tonitrui 7
a ¶ Vt facit imber, & tonitruus. b ¶ Quæ eſt.
f vt plueret ſuper terram abſque homine ĩ deſerto, vbi nullus 8
g mortalium commoratur, vt impleret inuiam, & deſolatam, 9
a ¶ Adhuc gratia Dei altius commendatur.
h & produceret herbas virentes? Quis eſt pater pluuię, vel quis 10
i a ¶ Qui in tenebris huius uitæ nos infundit. 11
K genuit ſtillas roris? De cuius utero egreſſa eſt glacies, & † gelu 12 13

a *Nunquid ingreſſus.* In niue, vel grandine, frigida ac dura intelligenda ſunt corda prauorum, quæ dominus præparauit in tempus hoſtis, in die pugnæ, & belli, vt cum aduerſarius noſter diabolus tentare nititur, eorum moribus quaſi ſuis cõtra nos armis vtatur, vel quia dominus multos electos intra prauorum vitam nouit repoſitos, quia de talib. ſanctos facit. In niue, vel grandine theſauros habere ſe phibet. Aſi diceret. Nulli te de opib. pręferas, qui de his quos itueris, adhuc per culpã frigidos quantos operatores iuſtitiæ, & defenſores rectæ fidei ſim facturus ignoras; quod qa p aduentum mediatoris agitur. Sequitur.

B ✻ Nicetas. Niuem, & grandinem tum aduerſus hoſtes, tum cũ in nonnullos uult animaduertere, ſolitus eſt adhibere.

(D) ſonuit: vnde & apoſtoli filii tonitrui vocati ſunt. — Mat. 3. b

f *Vt plueret ſu. te.* Diuiſo æſtu, deſerta abſque homine terra, compluitur, quia diſperſa in Iudææ regionib. perſecutione fidelium derelicta dudum, & quaſi ab infuſione rationis aliena, prædicationis guttis Gentilitas irroratur. In qua quia legiſlator non fuit, & qui rationabiliter Deum quæreret non fuit, qua ſi homo nullus fuit.

✻ Chryſoſ. & Olym. Ex quo perſpicitur Deum feris prouidere dũ nulla adhibita induſtria ſolitudo herbeſcit. — † Eurus uentus orientalis.

g *Vt im. inu. & d.* Inuia Gentilitas fuit ad q̃ via Dei verbo non patuit. Deſolata uocata eſt, vel ratione conſilii, vel fructu boni operis dedit vehementiſſimo imbri curſum, & viam ſonantis tonitrui, vt in deſerto plueret, & impleret inuiam, & deſolatã, & produceret herbas virentes. i. exteriori prædicationi internam aſpirationem contulit, vt corda Gentilium areſcentia vireſcerent, clauſa patefierent, inania complerentur, infœcunda germinarent. Vel quiſque qui aure nõ corde verbum Dei accipit, terra deſerta eſt, quę non habet hominem. i. ſenſum rationis, uel ſi aliquando eſt, non ibi commorat̃, ſed & tales compungit Deus & implet, & illi fructum reddunt. Hoc loco autem herbas virentes, ſanæ doctrinæ ſcientiam, uel congruas operationes accipimus. — † pruinam. (E)

b *Per quam viam.* Ipſe eſt uia qui ait. *Ego ſum via:* per hanc viam ſpargitur lux, quia per eius pœnitentiam Gentilitas illuſtratur. Spargitur autem dixit, quia non anguſtata, ſed late fulgens lux prædicationis emicuit.

c *Diuiditur æſtus.* Sparſa luce æſtus diuiditur, dum dona ſpiritus diſpariliter quib. accendantur ſinguli accipiũt, vel poſtquam lux ſpargi dicitur, diuiditur æſtus ſuper terram, quia cum lux prædicationis inclaruit, mox a perfidorum cordibus ardor perſecutionis exarſit, vbique ſparſus. Vel iuſtitia eſt lux, quod ſpargitur nõ eſt continuum: ita in hac vita lux, dum hæc ſcimus hæc neſcimus. Sed dic qua via. i. quo ordine iuſtitiam in cordibus infundo, cum modo hac, modo illa virtute impleo. Neſcis ſpiritus vñ veniat, vel quo vadat. Contra lucem mox æſtus tentationis ſurgit, qui diuiditur, quia alius hoc, alius illo vitio tentatur ſibi vicino.

d *Quis de. ve.* Diuiſo æſtu, curſum vehementiſſimo imbri dediſſe, eſt inter perſecutionis anguſtias prædicationis impetum roboraſſe. Hic imber eſt aliquando, ſed curſum non habet, quia prædicatio ad aures uenit, ſed ceſſante interna gratia, ad corda audientium non pertranſit.

✻ NICETAS. Alii uero. Quis præparauit diluuio aquæductum.

e *Et viam ſo.* Per tonitruum pdicatio ſuperni terroris accipi
C tur, quę dum percipiunt humana corda quatiunt. Tonitruus et dr Chriſtus, qui ex patrum conueniente prophetia quaſi concurſione nubium nobis prolatus eſt, qui terribiliter intonuit;

h *Quis eſt pa.* Pater pluuiæ dominus dicitur, quia ſuperna pdicatio non de noſtro merito, ſed de eius gratia generatur. Stillæ ſunt prædicatores, quando. n. prædicationem temperant infirmis, quaſi rorem tenerum aſpergunt. Quando vero ea quæ de ſupernis ſentiunt, virtute qua prævalent loquũtur, quaſi vbertim manantem pluuiam fundunt.

i *De cuius.* Dicto qua gratia uocata eſt Gentilitas, ſubdit: q̃ diſtrictione Iudęa repulſa eſt, quia ſi eſt miſericordia, eſt & iudicium, in gelu. n. & glacie, torpore perfidiæ conſtricta accipimus corda Iudæorum, qui veniente domino feruorem fidei, & charitatis amiſerunt, & a ſecreto gratiæ ſinu proiecti, quaſi glacies de vtero creatoris egreſſi ſunt.

✻ Olym. Aerem cęlũ appellat. Chry. vocabulũ partus vſurpat, ut harum rerum primus, & ſolus auctor declaretur, rerumq; opificia antequam ipſæ ſecernerentur, extitiſſe demõſtraret.

✻ Cat. Græc. addit: faciem autem impii quis tabefecit.

K *Et gelu.* qa Iudæos quos naturaliter bonos cõdidit iuſto iudicio (F)

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et numerum dierum.* qui non poteſt ſciri determinate ab aliquo homine niſi ex diuina reuelatione, cum nihil incertius ſit mortis tempore. Conſequenter procedit ad effectus qui ſunt in medio interſtitio aeris, di.

2 *Nunquid ingreſſus es theſ.* Theſauri niuis dicuntur exhalationes humidæ, ex quarum congregatione generantur niues, & etiam grandines, quando congelantur frigore.

3 *Quæ præparauit in tempus.* Ideſt, ad punitionem hoſtium in bellis. Hoc modo fuit debellatus Siſara cum exercitu ſuo, vt habetur Iudi. 4. & Philiſthæi orante Samuele, vt habetur 1. Regum 7. Et quia poſt tempeſtatem ſequitur ſerenitas, ideo ſubditur.

4 *Per quam viam.* quantum ad ſui claritatem in aere.

5 *Diuiditur æſtus ſuper.* quia ad diffuſionem lucis ſequitur intenſio caloris. Conſequenter procedit ad effectus uentorum, quibus impelluntur nubes, & pluuiæ, dicens.

6 *Quis dedit vehementiſſimo. abſque.* hoc habet ex impetu venti eum propellentis, ſed impetu venti vlterius reducitur in diſpoſitionem diuinam, quæ non eſt ad plenum inueſtigabilis a nobis.

7 *Et viam.* dicit viam, quia ſonitus tonitrui nõ eſt ſicut rei permanentis in vno loco, ſed tranſeuntis de loco ad locum, cuius cauſa finalis ſubditur, cum dicitur.

8 *Vt plueret.* quia pluuia communiter ſequitur tonitruum.

9 *Super terram abſque.* i. quæ non colitur ab aliquo homine, vt ſic animalia ſylueſtria haberẽt herbam ad comedendum, ideo ſubditur.

10 *Et produceret.* & quia fecerat mentionem de utilitate pluuiæ, ideo ſubditur de cauſa effectiua ipſius, dicens.

11 *Quis eſt pater pluuiæ.* Ros autem & pluuia differunt tantũ ſecundum paucitatem, & multitudinem materiæ, & conſequens eadem eſt cauſa effectiua, differens ſecundum maius, & minus. — Differunt ros & pluuia.

12 *De cuius vtero egreſſa.* quæ eſt cã materialis ipſius, & loq̃t ad ſimilitudinem aĩalium, in quorũ gñatione vterus ſeminæ pparat materiam.

13 *Et gelu.* i. quæ cauſa ipſius effectiua, quia

## MORALITER.

2 *Nunquid ingreſſus es.* homini. n. Deus ingreditur cum homines prius frigidi per ipſum feruidi efficiuntur, & ſic ad bellum contra dęmones pręparantur, & ſic in eis apparet per quam viam ſpargitur lux diuinæ claritatis, & diuiditur ęſtus feruidę charitatis.

6 *Quis dedit vehementiſſimo. abſque.* Chriſtus, qui doctrinam apoſtolorum miraculis confirmando fecit efficaciter currere per mundum.

8 *Vt plueret.* i. ſuper Gentilitatem in qua pauci, aut nulli rationabiliter erant viuentes, vt puta ſimulacris ſeruientes.

10 *Et produceret.* i. ſanctas operationes.

11 *Quis eſt pluuiæ.* Deus qui dat pluuiam ſanæ doctrinæ, & rorem conſolationis internæ.

12 *De cuius vtero.* ipſius Dei qui dat timorem filialem fluxum concupiſcentię reſtringentem.

dicio per eorum malitiam frigido a ſe exire permiſit. Cęlum
A antiqui fuerunt patres, de quorum progenie hi frigidi proceſſerunt, quos Deus genuiſſe dicitur, quia cum bonos condidiſſet, iuſſe eos ꝓpter malitiam a ſe exire permiſit. Vel glacies, & gelu eſt Sathan, qui de calore ſecretorum Dei malitia frigidus exiuit, ipſe gelu de cęlo eſt conditus q̄ in cœleſtib. conditus a ſummis ad ima cecidit frigore corda ſequaciũ coſtricturus, qui aquas. i. apoſtolos in ſui ſimilitudinem qui lapis eſt durat, cuius conſilia fraudulenta a ſeductis nequeunt cognoſci. & hoc eſt. *Et ſu.ab.* aliud extra patet, aliud intus latet: bona eſt perſuaſionis eius ſpecies, quaſi ſolida deſuper glacies, ſed profunda malitia ſubtus eſt.

a ¶ Dum gentes molleſcunt, Iudæi dureſcunt, quod occulto agitur iudicio. unde Apoſtolus. O altitud. &c.

a de cœlo quis genuit? In ſimilitudinem lapidis aquæ duran- 1
b tur, & ſuperficies abyſſi conſtringitur. Nunquid † con- 2 3
c ¶ Vt ego.
d iungere valebis micantes ſtellas Pleiades, aut gyrum arctu- 4 5

a *In ſimilitudinem.* Aquas apoſtolos, lapidis nomine Gentiles accipimus. Et eſt ſenſus. Illa mollia, & penetrabilia fidei corda Iudęorum, in ſenſibilitatem vertuntur gentium. Sed quia ex occulto Dei iudicio fiunt, ſequitur.

b *Et ſuperficies.* Quia ſuperiecto quodam ignorantiæ noſtræ velamine, incomprehenſibilitas diuini iudicii humanæ mentis oculo nullatenus penetratur.

Moraliter.
B *De cuius ute.* Dum mentē hominis Deus in ſuo timore format, concipit: dum ad apertas uirtutes prouehit, gignit: ſed ſi extolluntur, relinquit: & frigidi de vtero exeunt. i. a uiſcerib. pietatis. Hæc egreſſio in iudicio, quia modo tolerat eos in ſinu eccleſiæ, vnde Iob humiliari debet. Cęlum eſt eloquium Dei, cuius ſcientiam ſæpe dat Deus, ſed qui inde ſuperbit in ipſo eloquio cæcatur, & duratus ad ima corruit, & alios conſtring. t. hos Deus gignit, non quod culpam faciat, ſed quia ab ea non liberat: ſed quia relicta vera imago virtutis tenet, pro laude hominum aqua in ſimilitudinem lapidis duratur.

*Et ſup. abyſſi.* Aqua per glaciem in ſuperficiem dureſcit, ſed intus fluida eſt: ſic corda eorum fluxa, foris per hypocriſim ſe fortes oſtendunt imitatores fortium, vel compluta terra, ſemen luxuriæ, & in herba de utero. i. ſecreto gelu. i. tentationes producit, vt quo tardius, per humilitatem fructus ſurgat vberius, & cum in cœlo ſit mens, ſolis æternis intenta frenatur, gelu humanæ infirmitatis. Si tamen has tētationes opprimit, & ſe in quodam rigore uiuendi componit, vt ſi intus fluxæ cogitationes laceſcunt, ad conſenſum operis non trahant, ſed quadam duritia premantur, & abyſſum cordis fluctuantem ſuperductus rigor premit. Vel glacies, & gelu præſentis uitæ aduerſitas quæ ſanctos comprimit, vt valentiores ſint in æſtate æterna, & quia ſola proſpera ſoluunt: aduerſa ſolidant. Aquæ in ſimilitudinem lapidis durantur. i. infirmus ꝑ tolerantiam iam paſſiones Chriſti imitatur, & quia exterius preſſus melius interna cuſtodit, ſuperficies abyſſi conſtringitur. i. mens ad conſeruanda profunda dona aduerſitatib. munitur, vt Paulus ne in laudibus difflueret, aduerſa tolerans arcana ſua texit. Ro 11 d.

c *Nunq. coniun.* Conſiat hoc nullum hominem poſſe, ſed tñ de his Iob interrogatur, vt humilis ad Deũ refugiat, qui ſolus hoc poſſe oſtenditur. Pleiades a pluralitate vocatæ ſunt, q̄ & vicinæ ſibi, & diuiſæ ſunt, per quas quæ ſeptem ſunt ſanctos omnes denũciat, qui inter vitæ præſentis tenebras ſpũs ſeptiformis

Pleiades a πλεῖον.

C formis gratiæ nos lumine illuſtrant: qui a mundi origine uſque ad eius terminum diuerſis temporib. miſſi quaſi diſiuncti ſunt, & coniuncti per intentionem mentis, dum unum ꝓdicant. Ac ſi dicat. *Nunquid coniungere valebis mi. ſtel. Ple.* ſicut ego qui unus omnia impleo, & vnitatis ſenſu electorum mētes coniungo? D

d *Aut gyrum.* In arcturo qui per gyrum ſuũ nocturna ſpatia non ceſſurus illuſtrat, nequaꝗ̄ particulatim edita vita ſctorũ, ſed tota ſimul eccleſia deſignatur, q̄ fatigationes quidem patitur, nec tamen ad defectum proprii ſtatus inclinatur. Gyrum laborum tolerat, ſed ad occaſum cũ temporib. non feſtinat, ſed illa ſtante nox mundi finitur. Hũc gyrum quandoque dominus diſſipat, quia labores eccleſię ad requiem permutat, tunc Pleiades plenius iungit, quia tũc ſancti oēs, viſionis ſibi ſpecie copulabuntur, qñ in fine ſeculi eccleſia ab his quos nunc ſuſtinet laborib. ſoluet. Habemus adhuc quod de ſtellis Pleiadib. atq; arcturo aliud ſētiamus. Pleiades quippe ab oriēte, arcturus vero ex parte aquilonis ſurgit. Quocunque autem ſe per gyrum arcturus verterit, Pleiades oñdit & cum lux diei iam vicina efficitur, ſtellarum eius ordo diſtēditur. Poteſt igitur per arcturum qui a plaga frigoris naſcitur, lex: per Pleiades vero quæ ab oriente ſurgunt, teſtamēti noui gratia deſignari: quaſi. n. ab aquilone lex venerat, q̄ tanta ſubditos rigiditatis aſperitate tenebat. Nam dum pro culpis ſuis alios præciperet lapidib. obrui, alios gladii morte mulctari, plaga torpens velut a ſole charitatis aliena ꝓceptorum ſuorũ ſemina plus ꝑmebat ex frigore, q̄ ex calore nutriebat. nec mirum ꝙ per arcturi ſeptem ſtellas teſta. vetus exprimitur, quia & in veneratione legis dies ſeptimus extitit venerabilis, & ꝑ hebdomadam integram conſtituti ſacrifici i uota tendebantur. Pleiades vero, q̄ ſicut ſuperius dictum eſt ſeptem ſunt, teſtamenti noui grãm tanto apertius indicãt; quãto cũctr liq. do cernimus, qđ ꝑ illam fideles ſuos ſpũſſanctus ſeptiformis muneris lumine illuſtrat. Quaque igitur acturus ſe vertat, Pleiades ſꝑ oñdit, quia per oē quod teſtamentum vetus loquitur; teſtamēti noui opera nuntiantur: ſub textu. n. literæ tegit myſterium prophetiæ. Redemptor aũt nr̃ in carne veniens Pleiades iunxit, quia operationes ſeptiformis ſpũs ſimul in ſe cunctas, & manentes habuit. Nullus vero hominum operationes ſãctiſpũs oēs ſimul habuit, niſi ſolus Dei mediator, & hoium cuius eſt idē ſpũs qui de patre ante ſecula proceſſit. Dum vero Pleiades iungit, arcturi gyrum diſſipat, quia dũ ſemetipsũ factum hominem habere cunctas ſctiſpũs operationes innotuit, in teſtamento veteri literæ laborem ſoluit, vt fidelis quiſque iam cũ libertate ſpũs illud intelligat, cui prius in formidine inter tot diſcrimina ſeruiebat. Audiat itaque beatus Iob. E

*Nunq. conſt. valeb. &c.* Ac ſi aperte diceretur. Habere quidē lumina quarundam virtutum potes, ſed nunquam exercere ſimul omnes operationes ſanctiſpiritus ſufficis. Aut etiam gyrum arcturi potes diſſipare? Ac ſi diceretur. Et ſi iam quę recta ſunt ſentis, nunquid virtute tu etiam quæ in alienis cordibus laborem groſſioris intelligentiæ deſtruis? Me itaq; cõſidera q̄ carnalium ſtulta eligo, dũ me per carnis ſtultitiam manifeſto, vt tanto magis hæc quæ putas tuarum virtutum fortia hu- F

## NICOLAVS DE LYRA.

*quia influxus corporum cœleſtium eſt cauſa effectiua omnium iſtorum, vt habetur 1. Meteororum, vbi dicitur quod tota elementaris regio contigua eſt lationi aſtrorum, vt omnis virtus eius gubernetur inde. Omnia autem prædicta hic poſita ſunt ad oſtendendum, quod non ſunt inueſtigabilia ad plenum naturali ratione, licet. n. philoſophi de cauſa iſtorum aliqua dixerunt in generali, tamen hoc fuit obſcure, & imperfecte, vt frequenter dictum eſt ſupra, ideo ſubditur.*

1 In ſimilitudinem lapid. *Nec unquam fuit dictum perfecte a quocunque homine in ſpeciali, & declaratum, quomodo res tam mollis, & fluida poſſit intantum ſolidari, & ſi aliquis eſſet qui non uidiſſet nullo modo crederet dicenti, ſicut & de motu ferri ſurſum ad magnetem contra naturam ſuam, & ideo quia cauſa talium determinata ignoratᷣ, dicitur quod habent hoc a tota ſpecie. i. a proprietate conſequente ſpeciem, ſed quæ ſit illa proprietas determinate nullus dicit.*

2 Et ſup. abyſſi *i. oceani.*

3 Conſtringitur. *quia in partibus aquilonaribus quæ ſunt ualde frigidæ, ſuperficies eius prope ripas aliquando congelatur.*

Nun-

4 Nunquid coniungere. *Hic conſequenter oſtenditur immenſitas diuinæ ſapientiæ, & potentiæ in corporibus cœleſtibus, in quibus unum eſt mirabile, quod ſtellæ fixæ habent ſitum, ita determinatum, & motum, quod nunquam appropinquant ſibi adinuicem magis uno tempore, quam in alio, & quantum ad hoc dicitur.* Nunquid coniungere valebis micantes ſtellas Pleiades. *Circa quod ſciendum, quod Pleiades ſeptem ſunt ſtellæ adinuicem ualde propinquæ, & a uulgaribus hominibus uocantur gallina cum pullis ſuis, & quamuis ſint multum propinquæ in ſitu, nunquam tamen coniunguntur, & adhuc minus poſſunt coniungi aliæ ſtellæ, quæ magis diſtant abinuicem.*

5 Aut gyrum. *Arcturus eſt quædam conſtellatio quæ voluitur circa polum arcticum, & uocatur maior Vrſa cuius circumitus non poteſt impediri niſi a ſolo Deo. Aliud autem mirabile in cœlo eſt in motibus planetarum, & maxime in motu Veneris, quia aliquando oritur ante ſolē quaſi deſerta a ſole, velociorem motum verſus orientem habente, & ſecundum hoc uocatur Heſperus, ſiue ſtella matutina, ſiue lucifer, aliquando autem oritur poſt ſolis occaſum quaſi deſerens ipſum uelocius mota uerſus orientem, & ſic dicitur veſperus, & quantum ad hoc dicitur.*

Nun-

## MORALITER.

4 *Nunquid coniungere valebis.* i. patres noui teſtamenti, & veteris, quos ſolus Deus coniunxit in fide mediatoris.

*Aut*

5 *Aut gyrum arcturi poteris.* Ideſt, cœtum apoſtolicum, quem Deus quodammodo diſſipauit, quando per orbem eos ad prædicandum diſperſit.

2 *Nun-*

humilies,quãto nec veſtigia meæ infirmitatis comprehẽdis.
A ✠ Chryſ.quę neceſſitas aſtra illa perpetua ſocietate cõiũxit.
✠ Baſil.in Eſaiam. Certũ eſt Orionem in ſacra ſcriptura vocari duarum, & viginti ſtellarũ coitionem cui Bootes eſt nomen. Ex q bus quatuor tertiæ magnitudinis, nouẽ quartæ, nouem reliquas quintæ eſſe confirmant. Et quidem in aquilonari parte eſt illa ſita ſyderum congeries, quæ Scriptura quaſi eſſet corpus, vnum Orion eſt nuncupata.
✠ Cat. Græ. an aperies Mazuroth in tempore ſuo.
✠ Nicetas. aut zodiacum intelligit, aut, vt alijs placet voce Hebræa Canem cœleſtẽ.

a ri poteris diſſipare? Nunquid produces †luciferum in tempo- 1
b re ſuo, & veſperum ſuper filios terræ conſurgere facies? Nun- 2 3
c d quid noſti ordinem cœli, & pones †rationẽ eius in terra? Nun- 4
quid eleuabis ad nebulã vocẽ tuã, & impetus aquarum operiet 5 6

a ¶Scilicet vt me: ne ergo de tua paſſione mireris. b ¶Poſt vocem miracula addit. ¶Alias reuerentia. ¶Vt mihi.

e te? Nunquid mittes fulgura, & ibunt, reuerentia dicent tibi 7

a ¶In ſenſibus, vt ſic viuat, ſicut ſonat.

f adſumus? Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiã, vel quis 8 9

a ¶Penetrandi inuiſibilia. ¶Qui ſomnum excutit, vt horas noctis, id eſt merita peccatorum dijudicet, & increpet: qui & ſe prius alis excitat. 10

g dedit †gallo intelligentiã? †Quis enarrabit cęlorum rationem 11 12

B ✠ Cat. Græ. Et Heſperum in coma ſua deduces eum.
✠ Nicetas. comam claritatem intelligit.
a *Nunquid produces, &c.* Pater in tẽpore ſuo luciferũ produxit, quia cum venit plenitudo tẽporis, miſit filiũ ſuũ, q natus eſt ex virgine velut lucifer inter tenebras noſtræ noctis apparuit: qa fugata obſcuritate pctĩ, æternũ nobis mane nũtiauit.
Quotidie electis lucifer oritur, & reprobis veſper. quia ſermo Dei credentibus lux, inuidentibus tenebræ.
b *Et veſperum ſuper filios terræ conſurgere facies.* Veſperũ ſuper terræ filios cõſurgere Dominus facit, quia in fidelibus Iudeorum cordibus dominari Antichriſtum eorum merito exigente permittit: qui idcirco a Domino huic veſpero iuſte ſubdũtur, quia ſua ſponte filij terræ eſſe volunt, terrena quippe, & non cœleſtia requirentes, ac perſpicienda luciferi noſtri claritate cæcati ſunt. Quod quia occultis iudicijs agitur, quæ in hac vita ab hominibus comprehendi non poſſunt, ſequitur.
c *Nunquid noſti ordinem.* ordinem cœli noſſe, eſt ſupernarum diſpoſitionum occultas prædeſtinationes videre. Rationem eius in terra ponere, eſt ante humana corda talium ſecretorum cauſas aperire. Et eſt ſenſus: Cuncta quæ pateris, tanto
C tolerare patientius debes, quanto ſecretorũ cœleſtium ignarus, cur hæc pateris neſcis.
d *Nunquid eleuabit in nebulam.* Vocem ſuã ad nebulã Dominus leuat, quando per prædicatorũ ſuorum linguas ad caligi- D
noſa corda infideliũ exhortationem format: cumq; aquarũ impetus operit, dum bene agentia membra eius, turba reſiſtentium populorum ſæuitia premit. Per ſemetipſum ad nebulam vocem leuauit, quando perſecutoribus multa figuris ænigmatũ velata prædicauit. Ad hanc eleuationem vocis eum impetus operuit, quia contra illum mox ſæuiens turba ſurrexit: vnde: *Nebula impleuit domum Domini.* id eſt, obſcuritas. & ideo ſacerdotes non poſſunt debitũ miniſterij peragere.
e *Nunquid mittes fulgura.* Fulgura de nubibus exeunt, ſic mira opera ex ſanctis prædicatoribus oſtendũtur. Vadũt fulgura cũ prædicatores miraculis coruſcãt, & ſuperna reuerentia auditorum corda transfigũt. vnde: *Ad locum vnde exeunt flu. reuer. vt iterum fluant.* qa ſancti a viſu Dei propter nos exeunt, ſed mox ad contemplationem recurrunt. Aliter enim prædicatio ſic- E
caretur, quia ibi ſumunt quod propinãt. Reuerentia vero dicunt, adſumus cum nõ ſibi, ſed Dei virtutibus tribuunt quicquid egiſſe ſe fortiter cognoſcunt. Vel mittuntur, & vadunt, cum a ſecreto contemplationis ad publicum operationis exeunt. Reuertuntur, & dicunt Deo, adſumus, quia poſt opera exteriora ad contemplationem recurrunt.
f *Quis poſuit in viſceri. ho.* Galli prędicatores ſunt, qui inter tenebras præſentis vitæ huius ſtudent venturam lucem prædicando quaſi cantando nuntiare. Acſi diceret: In cor hominis humana ſapientis, ſupernæ ſapientiæ gratiã quis infundit? vel ipſis ſanctis prædicatoribus, quis niſi ego intelligẽtiam dedit? vt ſciant quando, vel quibus debeant venturũ mane nũtiare.
✠ Cat. Gre. Quis dedit mulieribus texturę ſapientiã, aut variegatricẽ ſciẽtiã. quis autem eſt qui numeret nubes ſapiẽtia.
✠ Greg. Theolo. Textricis artis ſtudium non eſt contem- F
ptum, neque ſuperuacaneum in quo diuinæ ſapientiæ extant impreſſa veſtigia, cuius Deus ſe auctorem confirmat.
g *Quis enarrabit cœlorum.* Sicut intelligẽtię, ita & locutionis auctor

†planetas

†cũ filiis ſuis, id eſt, ſtellis minoribus? 3. Reg. 8. b.

†Quis numerauit cęlos in ſapientia, & ſtagenas cœli, i. nubes plenas aqua deſcendere faciet. Eccleſ. 1. b.

Galli intelligentia.

nter i.

lice. at. 4.

iter.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Nunquid produces. *id eſt facies oriri ſtellam Veneris.*
2 In tempore ſuo. *id eſt, ante ortum Solis tempore determinato.*
3 Et veſperum. *id eſt, eandem ſtellam.*
4 Super filios terræ. *poſt Solis occaſum. q. d. non. Ratio enim huius varietatis in ortu eius, & ſimiliter aliarum varietatum circa planetas ab homine non comprehenditur: licet enim ad ſaluandum talia apparentia aſtrologi poſuerint in circumitione motuum planetarum eccentricos, & epiciclos, tamen non habetur ex hoc certitudinaliter, quod iſta ab eis poſita ſint cauſæ talium varietatum, quia forſitan per alium modũ prædicta apparentia æque bene, vel melius poſſent ſaluari. Aliud mirabile eſt, quod ex motu corporum cœleſtium ſequitur varietas effectuũ in elemẽtis: quorũ rões in cœlo præexiſtẽtes nõ poſſunt ab hoĩbus plene comprehendi, nec ad effectus determinatos plene applicari. & ideo dicitur.*
Nunquid noſti ordinem cœli, &c. *quia in opinione vulgi tonitrua, & fulgura, quæ fiunt in aere ex corporis cœleſtis influxu ſunt magis mirabilia, quia terribiliora. ideo ſubditur.*
5 Nunquid eleu. *i. cauſabis vocem tonitrui qui in nube generatur.*
6 Et impetus aquarum operiet te. *quia ad tonitruum ſolet ſequi magnitudo pluuiarum, quæ operit cœlum ne videatur a nobis.*
7 Nunquid mit. *i. diſpones de eis ad voluntatẽ tuã, quaſi eſſent in obedientia tua: omnia prædicta poſita ſunt ad oſtendendũ quod Iob indiſcrete locutus fuerat di. Diſputare cum Deo cupio, eo quod diuina ſapientia ab homine non poſſit perſcrutari, vt patet in effectibus prædictis.*
8 Quis poſuit. *Poſtquam oſtenſa eſt immenſitas diuinæ ſapientiæ, & potentiæ in partibus mundi principalibus, hic conſequenter oſtenditur idem in animalibus; & primo quantum ad ea quæ pertinent ad cognitionem, ſecundo in pertinentibus ad nutritionem, ibi:* Nunquid capies. *tertio quantum ad generationem, in principio 39. capit. quarto quantum ad aliquorum animalium, & auium mirabilem conditionem, ibi;* Quis dimiſit onagrum. *Inter animalia autem homo tenet principatum, & ideo ab eius cognitione incipit dicens;* Quis poſuit in viſceribus hominis ſapien. *Id eſt in mente eius, quæ latet interius, ſicut & viſcera.*
9 Sapientiam. *Quia diceret; Solus Deus qui dedit ſibi lumen naturale intellectus, per quod poteſt acquirere ſcientiam eorum, quæ poſſunt ſciri, & inueſtigari per rationem, & aliquando illuſtrat per ſpecialem reuelationem, quantum ad ea quæ excedunt naturalem cognitionem. Deriuantur enim aliquæ prudẽtiæ ad animalia bruta, & aues ad aliqua opera determinata, ſicut aranea ad faciendum telã, & auibus ad faciendum nidos, & ſic de alijs; hoc tamen ſpecialiter oſtẽditur in gallo, qui eſt auis nota, & domeſtica, cum dicitur.* 10 Quis dedit gallo int. *Qui ſic horis in nocte determinatis cantat, acſi intelligeret horarum noctis diſtinctionem. Vocatur autem talis æſtimatio naturalis in gallo, intelligentia, eo quòd procedit ab intellectu diuino. Et hoc etiam modo, opus naturæ dicitur opus intelligentiæ. vnde ſubditur.*
11 Quis enarrabit. *ſcilicet gallo,*
12 Cęlorum rationem. *id eſt motuum cœleſtiũ ordinem, vt ſic determinatis*

## MORALITER.

1 *Nunquid produces luciferum in tempore ſuo.* Dicunt aliqui Aſtrologi, quod lucifer, & heſperus ſunt eadem ſtella, ſic nominata, eo quod aliquãdo apparet in mane, aliquando in veſpere: & ſignificat Dei filium, qui mane in ſuo aduentu primo apparuit, & ſecundo, tanquam ad veſperum apparebit.
5 *Nunquid noſti ordinem cœli.* Hunc ordinem Deus nouit, & rationem eius in terra poſuit, quando militantem Eccleſiam ad ſimilitudinem triumphantis inſtituit: propter quod eius filia nominatur.
6 *Nunquid eleuabis ad nebulam vocem tuam.* Hoc autem Dominus fecit, cum caliginem ignorantiæ ab Apoſtolis amouit: & tunc impetus aquarum, id eſt Spiritusſancti donorum in ſuo corpore myſtico ipſum operuit.
8 *Nunquid mittes fulgura.* Deus autem fulgura miſit, quando diſcipulis auctoritatem prædicandi, & dæmones expellendi conceſſit, & reuerſi ad eum cum gaudio dixerunt: Dęmones in nomine tuo ſubijciuntur nobis, Luc. 10. c.
9 *Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam.* Per hominem, & gallum prędicator doctus poteſt intelligi, cui Deus dat ſapientiam, & notitiam temporum prędicandi.
11 *Quis enarrabit cœlorum rationem.* Chriſtus dicit Ioan. 14. a. In domo patris mei manſiones multę ſunt, ſecundum meritorum diſtinctionem.

auctor eſt Deus, quę cum ſe per ſpeciem oſtendet, ceſſabit:
A vel, modo narrat ce. ra. dum ſuperna ſecreta electis inſinuat.

✠ Cat. Græ. Cœlum quis in terram declinauit? & diffuſum eſt, ſicut terrę cinis.

✠ Olym. Tenuitatem declarat cœli, quod Iſaias fumi ſimile eſſe dixit.

✠ Cat. Græ. Agglutinauit illud, ſicut lapidi cubum.

† congregationem ✠ Chryſ. Firmitatē, conſtātiam, figurāque poſuit in conſpectu.

† Pſal. 146. ✠ Olym. Cubus quadrati habet baſim. Is vero deſinit in acutū, id eſt, extrema habet acuta. Tenuiſſimam cœli naturam ſic inquit ſolidam effeci, tanquam cum lapide quis cubum coaptaſſet. quamquam ſcyphi in cœlum nonnulli figuram conferunt.

a & concentum cœli quis dormire faciet? † Quando † b fundabatur puluis in terra, & c glebę compingebantur? d Nunquid capies leænæ prædam, & † e animam catulorum eius implebis, quando cubant in antris, & in ſpecubus inſidiantur? † f Quis præparat coruo eſcam ſuam, g quando pulli eius clamant ad Deum h vagantes, eo quòd non habeant cibos? 1 2 3 4 5 6 7

a ¶ Id eſt occultantur in ſuis cogitationibus dum opportunitas venit. Capti vero, alios magna fame eſuriunt.
a ¶ Quia charitas vnum cor ad multos diuidit. ¶ Alias vagientes.

a *Et concentum cœli.* i. hymnos, & gaudia Angelorū a reprobis
B abſcōdit: quod tamē latius innotuit, cū Chriſtus apparēs, & indignos aſſumpſit, & eos q. digni videbātur excluſit: vnde quādo puluis, i. peccatores in terra, i. Eccleſia ſolidati ſunt, & glebę, i. infuſione ſpiritus vniti ſunt charitate: vel glebę ſecundum diuerſa merita, vt virgines, cōiuges, &c. Hęc autem Eccleſia ſpretis Iudęis gentes rapit, non ſuis, ſed viribus Dei.

Moraliter. Quis enarrabit cœlorū ratio. Tunc autem cœlorum rationem Dominus narrat, cum ſemetipſum nobis quomodo electis ſpiritibus præſtat inſinuat. Tunc cœlorū rationem narrat, cum deterſa mentis noſtræ caligine clara ſe viſione manifeſtat, & tunc concentus cœli dormit, quia apparēte in iudicio retributore operum, exhortationum verba iam ceſſabūt. Per concentum enim cœli, concors prædicantium ſermo ſignatur: vnde & aperte ipſum reſurrectionis tempus adiungitur.

b *Quando fundabatur.* Quæ adhuc futura ſunt, quaſi præterita dicit: fecit enim quę ventura ſunt. Puluis itaq; tūc in terra fundatur, quando per reſurrectionem in ſolida membra reducit.

c *Et glebæ compingebantur.* Quia nimirum firma corpora ex puluere collecta ſurgunt.

d *Nunquid capies leænæ.* Leęna eſt Eccleſia, q̄ gētes rapuit, & in ſuo corpore cōuertit. Huic Dn̄s prędā rapit, vt animā catulorū eius impleat, qa ad augmentū huius innumeros de Gēti-
C litate diripuit, & p̄ animarū lucrū eſurientia Apoſtolorū vota ſatiauit. Ipſi q̄ppe catuli ꝓ mētis teneritudine, & formidinis infirmitate paſſo Domino foribus clauſis ꝓp metū Iudęo-
Ioan. 20. c. rū reſidebāt, ſicut de illis ſcriptum eſt: *Cum fores eſſent clau. &c.*

✠ Origen. Si animantium, quę nec vobis ad ſeruitutem vllam prębent vtilitatem, rationem duco: quanto magis veſtris conſulam rationibus? D

e *Quando cubant in antris.* Clauſis foribus quaſi in quibuſdam abditi ſpecubus catuli mūdum rapturi cubabant, cum Apoſtoli necdum ſpiritu ſolidati firma auctoritate prędicabant; ſed cōtra aduerſarios quaſi in antris inſidiabantur, vt animarum prędam poſtmodum præſumentes diriperent. Sic & alij poſt eos cubant, tempus docendi pręſtolantes.

f *Quis præparat coruo eſcam ſuam.* Corui nomine, peccatis nigra Gentilitas deſignatur. Iſte coruus eſca fuit, dum ipſum Eccleſia quæreret: ſed nunc eſcam accipit, quia ipſe ad conuerſionem alios exquirit: Cuius videlicet pulli, id eſt prędicatores ex eo editi, non in ſe præſumunt, ſed in viribus ſui redemptoris.

✠ Chryſoſt. Dicitur Coruus propter ingluuiem ſuos non alere filios, illorumq; curam deſerere. Illos vero penuria cibi oppreſſos, naturali quadam apud Deum voce vti, & paruis quibuſdam, quæ intra nidum procreantur, beſtiolis nutriri. E

g *Quando pulli eius clamant ad.* Nihil enim ſua virtute poſſunt.

h *Vagantes eo quòd non habeant cibos.* In hac vagatione nihil aliud, quam æſtuantium prædicatorum vota ſignantur, qui dū in Eccleſiæ ſinum recipere populos ambiunt, magno ardore ſuccenſi, nunc ad illos colligendos deſiderium mittunt. Poteſt per coruum, nigra per infidelitatis meritum plebs Iudaica deſignari, cui dum pulli eius clamant, eſca pręparatur: quia dum Apoſtoli exorāt, plebs dudum perfida ad cognitionem fidei ducitur, & ex prædicatione filiorum quaſi ex pullorum voce ſatiatur. Sed & cum pulli vagantur, inde eſcam coruus inuenit, quia dum per laborem prædicantium conuerſam Gentilitatem Iudaicus populus reſpicit, ad extremum quandoque ſtultitiam ſuæ infidelitatis erubeſcit. Coruus eſt prædicator Euangelij qui magna voce clamat, memoriam peccatorum, & infirmitatis ſuæ nigredinem geſtans. Hic diſcipulos non plene paſcit de ſecretis ſublimibus, donec ſimiles ſibi, nigredinem humilitatis, & ſpeciē volatus ſui oſtendant: ante patitur eos inedia affici, vt clament ad Deum, & vagantes in nido, aperto ore cibum expectent. Pro hac diſcretione F largior copia ipſi coruo a Deo datur, non ſolum enim pro ſe, ſed & pro eis quos nutrit, maiora percipit.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

*terminatis horis cantet in nocte, quaſi diceret, nullus: non enim habet intellectum ad talia addiſcendum, tamen in eo apparent opera ex intellectu diuino, qui eſt auctor naturæ, procedentia: ſicut & horologia, quæ cognitione care t; tamen determinatis horis ſonant ad hoc diſpoſita per intellectum hominis. Conſiderandum etiam eſt, quòd vigiles de nocte ſolent determinatis horis cum aliquo inſtrumento ſonare, & intermediis temporibus ſilere, vt per hoc faciant horas noctis ab aliis cognoſci; quod non poteſt dici de gallo. ideo ſubditur.*

1 Et concentum cœli quis dormire faciet. *mediis temporibus inter principia horarum, vt per hoc faciat cognoſcere gallum horas noctis ad cantandum; quaſi diceret, nullus quia nunquam ceſſat cœli concentus. Conſiderandum autem quod Pythagorici dixerunt, ex proportione motuum cœleſtium ſonum armonicum cauſari. Sed hoc improbat Philoſo. 2. cœli, & mundi, probans quòd ex illis motibus non cauſatur aliquis ſonus. & ideo per concentum cœli no intelligitur hic aliud quam conuenientia motuum cœleſtium. Et quia iſta conuenientia eſt a principio mundi. ideo ſubditur.*

2 Quando fundabatur puluis in terra. *id eſt a principio producebatur a Deo. Et dicitur hic puluis, quia in aliquibus partibus eſt diſcontinuata ad modum pulueris, ſcilicet in locis ſabuloſis, & in aliquibus partibus eſt compacta ex humiditate eam continuante; & quantum ad hoc ſubditur; Et glebæ compingebantur.*

3 Nunquid capies leęnę prędam. *Hic conſequenter oſtenditur immenſitas diuinæ ſapientiæ, & potentiæ in pertinentibus ad nutritionem: & primo ponitur exempl m leænæ nutrien is catulos, qui cum ſint voraces, mirabile eſt quod ſibi, & catulis poſſit capere prædam ad nutritionem eorum ſufficientem; & quantum ad hoc dicitur:* Nunquid capies leęnę prędam. *ſibi, & catulis ſufficientem: ſecundo ponit exemplum de pullis corui, quibus coruus non quærit cibum ſeptem diebus, ſ. donec videat eos nigreſcere, & ſuos eſſe cognouerit ex nigredine, & interim nutriuntur diuina prouiſione ſecundum quod dicitur Pſal. 146. b.* Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum: *& quantum ad hoc dicitur.*

4 Quis pręparat coruo. *id eſt, pro ipſo coruo.*

5 Eſcam ſuam. *id eſt, nutritionem quam aues naturali inſtinctu miniſtrant pullis ſuis.*

6 Quando pulli eius. *ſ. corui deſerti ab ipſo, vt alieni.*

7 Clamant ad Deum. *Non eſt per hoc intelligendum, q̄ iſte clamor procedat ex cognitione Dei quæ ſit in pullis, ſed quia quælibet res naturalis eo ipſo quòd naturali deſiderio appetit aliquod bonum, quodammodo clamat ad Deum, a quo recipitur omne bonum.*

CAP.

## MORALITER.

1 *Et concentum cœli quis dormire faciet.* Ipſe Deus quando quietem cęlorum motibus imponet. Et quoniam hoc erit in tempore reſurrectionis, ſequitur.

2 *Quando fundabatur puluis in terra, & glebæ compin.* tunc enim de terræ puluere reformabuntur corpora humana.

3 *Nunquid capies leænæ prædam, & animam catulorum eius implebis.* Sicut Chriſtus leo dicitur, ſic Eccleſia leæna, cui Chriſtus prædam cepit, quando infernum ſpoliauit. Huius autem catuli ſunt Apoſtoli, qui in conuerſione multitudinis gentium fuerunt impleti: ſed quia tunc frequenter in carceribus recludebantur, ſubditur.

† *Quando cubant in antris, & in ſpecubus inſidiantur.* ſcilicet idololatriæ. tunc enim meditabantur de eius ſubuerſione.

4 *Quis præparat coruo eſcam.* Id eſt pro coruo qui dimittit pullos ſuos ſine paſtu quouſque ſint nigri, ſed Deus interim paſcit illos. Per coruum qui eſt auis immunda, ſignificantur homines peruerſi, qui volunt bene facere iuſtis: ſed a Deo paſcuntur, eo quod a malis hominibus vacui dimittuntur.

ADDITIO I.

A In cap.38.vbi dicitur in poſtilla: *Quis eſt iſte.* Eliu enim acceperat quaſi vices determinātis qōnem,&c. Quod aūt Eliu in hac qōne accepiſſet vices quaſi determinātis nō conſonat literę: ſed potius patet per literā, quod ipſe tenuit locū opponētis, ſicut & alij ſocij: niſi qa voluit ſupplere defectū eorū in opponēdo. Dicebat enim Eliu ſupra 32.c. *Quoniam igitur expectaui, & non ſunt locuti, nec reſponderunt vltra, reſpondebo, & ego partem meam.* Ex quo patet, ꝙ nō intendebat ſe ingerere per modum determinantis, ſed opponentis, ſicut & alij: ſufficientius tamen prout æſtimabat. Idē patet in cap.33. vbi Eliu dicebat Iob: *Si potes, reſpondere mihi, &c. Ecce & me, ſicut & te fecit Deus, & de eodem luto ego quoque formatus ſum.* Ex quo patet, ꝙ ipſe q̄rebat diſputare cum Iob de pari, non autem quæſtionem determinare. Vnde ad declarationem huius quod dicitur cōtra Eliu: *Quis eſt iſte inuoluens ſententias,* attendendum eſt ꝙ Elius in hac quæſtione in multis defecerat. Primo enim, quia cum ipſe conueniebat cum Iob in hoc, ꝙ præmia virtutū, & pœnæ vitiorum erant in vita futura: non debuiſſet eū condemnare, ſeu iudicare iniuſtum propter flagella, quæ patiebatur in hac vita. Credentes enim præmia, & punitiones in futuro ſeculo, non debent cōdemnare patientes tribulationes in vita. Quia vt dicitur Eccl.9.a. *Vniuerſa æque veniunt iuſto, & impio.* vnde ex hoc proprie dicitur Eliu inuoluens ſententias, eo ꝙ ſententiā ipſius Iob, aſſerentis in alia vita eſſe vera præmia, & punitiones, inuoluebat cum ſententia amicorum ipſum Iob cōdemnantium. Quæ quidem ſententiæ non cōſonant adinuicem, vt dictum eſt: & ideo inuoluere tales ſententias iudicatur hic
B a Deo eſſe erroneum, cum dicit: *Quis eſt iſte inuoluens ſententias.*

Item has ſententias ſic inuolutas miſcuit Eliu cum ſermonibus imperitis. Primo, qa multa erronea aſſeruerat, ſicut cū dixerat ſupra 33.cap. *Ecce hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per ſingulos.* quod proprie intelligitur ſecūdum expoſitionem Ra.Sal. ſ.ꝙ tribus vicibus tm̄ recipit Deus peccatores ad pœnitentiam, & non amplius: quod tamē eſt falſum, & erroneū, prout poſtillator ibidem deducit. Item ex ſerie illius capituli videtur Eliu aſſerere, ꝙ tribus modis tm̄ Deus loquitur homini. Primo ſcilicet dando ei lumen naturalis intellectus. Secundo per reuelationem in ſomno factam. Tertio per infirmitatem carnis a Deo immiſſam, quod tamen eſt falſum, quia teſte Apoſtolo ad Hebr.1.a. *Multifarie multiſque modis Deus loquitur.* Item ſermones ſui fuerunt imperiti, quia per magnam arrogantiam, & ſuperbiam proceſſit, prout in additione immediate præcedenti fuit dictum, &c.

ADDITIO II.

In eo.cap.38.vbi dicitur in poſtilla. *Vbi eras.* Hic conſequenter ponitur arguitio ipſius Iob. Secundum poſtillatorem oīa iſta quę in hoc loco, & ſequenti traduntur, ad immenſitatem diuinæ ſapientiæ, & potentiæ pertinentia dicuntur; ad oſtendendū quod indiſcrete, ſeu fatue ſe habuerat Iob cupiēdo diſputare, ſeu contēdere cū Deo. Quod nō vr̄ conuenienter dictū: nā Iob manifeſte cōfitebatur immenſitatē diuinæ ſapientiæ, & potentiæ, vt patet ſupra 26. vbi poſtquā narrauit multa de mirabilibus naturę a Deo facta, ſpecialiter circa partes mūdi principales, nō ſolū viſibiles, ſed et inuiſibiles: vt cū dr̄ ibi: *Spiritus eius ornauit cœlos,* quod exponitur de glorificatione angelorū beatorū ſimiliter, & de electione dęmonis dixit; *Obſte-*
C *tricante manu eius eductus eſt coluber tortuoſus,* quę ptinent ad magnalia Dei, & inuiſibilia: qa illa q̄ ibi narrauit ſentiebat eē parua, ſeu exigua, reſpectu diuinorū effectuū, idcirco ibidē ſubdit: Ecce hęc ex parte dicta ſunt viarū eius: & cū vix paruā ſtillā ſermonis eius audierimus, qs poterit tonitruū magnitudinis illius intueri? Ex qbus manifeſte patet, ꝙ Iob ꝓfitebatur immenſitatē, & incōprehenſibilitatē diuinæ ſapiētiæ, & potētiæ, quæ in diuinis effectibus apparet; nō ergo oportebat de hoc ſibi aliquid vlterius probare. Illa enim q̄ vnus diſputātiū per ſe concedit, nō requiritur, vt per alterum ſibi probentur.

Item ꝙ Iob cuperet diſputare cum Deo, nō eſt de eſſentia qōnis de qua principaliter agitur, ſ. de diuina ꝓuidentia circa actus humanos; ſed quoddā eſt incidēs quod ex indiſcreta locutione Iob vr̄ cōtigiſſe. incōuenienter igitur vr̄ quod de tali incidēte duo capitula ponerētur in determinatione huius qōnis, nihil tangēdo de his quę qōnem determinandā principaliter reſpiciūt. Vnde circa hoc aliter vr̄ dicendū. Pro quo conſiderādum eſt, quod Iob in ſuis proclamationibus querulofis inſtanter petebat, vt Deus reuelaret ſibi cauſam ſuæ flagellationis, cum ipſe credidiſſet ſe eſſe iuſtū; vnde ſupra Iob 10.c. Deo dicebat: *Indica mihi, cur me ita iudices?* Ad quā interrogationē in multis alijs locis vr̄ tendere; quam tamen interrogationem, ſeu inquiſitionem Deus in hoc cap. & in ſequenti oſtendit eſſe irrationabilem per hunc modum. Nam conſtat quod diuina prouidentia diſpoſuit omnia creata producēdo ea ſecundum mēſurā, & modū debite correſpōdentem cuiuslibet

rei

D rei exiſtentiæ, & durationi. Quod exemplificat primo de terra quæ habitationi hominis cui loquebatur, eſt deputata: de quo dr̄; *Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ, &c.* q.d. illa q̄ pertinēt ad exiſtentiā terræ, & eius ſtabilitatē fuerūt ꝑ meam prouidentiam fundata, & menſurata, & ſolidata te non exiſtēte, nec ēt nūc horū rōnem ad plenū comprehendente. Eodē modo intelligendum eſt, quod ſequitur; *Cum me laudarent ſimul, &c.* q.d. per meam prouidentiam diſpoſitū eſt. vt a principio creationis me laudarēt aſtra matutina, & filij Dei iubilarent; cuius prouidentiæ rōnem tu plene non ſcis. Similiter hoc quod ſequitur; *Quis concluſit oſtiis mare, &c.* & omnes aliæ interrogationes quas Deus ipſi Iob facit in his duobus capitulis, tam de partibus mūdi principalibus, quam de certis conditionibus aliquorū animaliū per hunc modum ſunt intelligendæ, ſ. ꝙ omnia illa per diuinam prouidētiam fiunt taliter ꝙ in ſuo eſſe naturali continue perſeuerant; de quibus per ſingula fragilitas humana non ſufficeret reddere rationem, niſi ſolum quod omnia prædicta, & quæcūq; ſimilia per diuinam prouidentiam fiunt, modo & ordine debitis, iuxta illud. Sapiētię 8.a. *Attingit a fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter.* Ex quo ſequitur quod indiſcretum eſt, ſeu inſanum, vt homo quærat a Deo rationem ſuæ prouidentiæ circa ſingulares perſonas humanas, prout Iob petebat de ſeipſo: Cur me ita iudices? Sed firmiter tenendum eſt, quod ſicut ſapientia, ſeu prouidentia diuina omnia ſuauiter diſponit, licet a nobis ipſius rationes ſint incomprehenſibiles, ſicut ipſius prouidētia intelligenda eſt eſſe iuſta, & rationabiliter circa actus humanos; quamuis a nobis nō omnino ipſius rationes compre-
E hendantur, iuxta illud Apoſtoli ad Rom.11.d. *Quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.* Et ſic in his duobus capitulis concluditur, quod de prouidentia diuina circa actus humanos non eſt cauſa quærēda eo modo quo Iob videbatur petere, & hoc eſt quoddam proprium, & principale circa materiam propoſitæ quæſtionis.

Conſiderandum tamē ꝙ licet Iob de indiſcreta locutione eſſet reprehēſibilis petēdo prædicta, nō tamē ſecundū ipſius rōnem deliberatam hoc petebat; dixerat enim ſupra 13.cap. mentē ſuā ſocijs reuelando; *Etiam ſi occidat me in ipſum ſperabo.* Ex quo patet, quod non murmurabat circa diuinā prouidentiā, ſeu iuſtitiā ex corde intimo, ſed ſecundū inferiorē rōnē, & inſtantiā ſociorū; vnde in his capitulis potius reprehendebātur aduerſarij, qui negando vitam futuram occaſionem præbebant ipſi Iob, vt inſtāter peteret cauſam ſuæ flagellationis quam ipſe Iob. Et ideo finaliter concluditur in vltimo capit. cōtra eos, ꝙ nō fuerant locuti rectum coram Deo, ſicut Iob.

De hoc autem ꝙ Iob indiſcrete dicebat ſe cum Deo velle diſputare, fuit reprehenſus a Deo in fine 39.capit. vbi dictum fuit ſibi: *Nunquid qui contendit cum Deo, tam facile conquieſcit, &c. non autem antea, &c.*

ADDITIO III.

In eo.cap.38. vbi dicitur in poſtilla: *Cum me laudarent ſimul aſtra matutina,* idest, angeli. Hoc quod dicitur: Cum me laudarent aſtra matutina, pōt intelligi proprie de ſyderibus corporalibus, quę dicuntur matutina; quia tunc erant de nouo condita, ſicut apud nos aſtra matutina dicuntur, quæ a principio diei ſolēt apparere. Dicūtur aūt aſtra matutina Deū laudare,
F inquantū ſcilicet propter ſui claritatē, & nobilitatē ſunt materia diuinæ laudis. vnde & illis attribuit laudē eo modo quo dicit in Pſal.148. *Laudate eum omnes ſtellæ, & lumen.* Filijs vero Dei qui ſunt angeli, attribuit iubilationem quę excellentiam quandam laudis importat, inquantū non ſolum materialiter, ſed etiā formaliter Deū laudant. Conſiderandū etiam, quod rō quare inducitur hoc ꝙ dr̄; Cū me laudarent pōt eſſe talis; nam Deus volebat oſtendere ipſi Iob fragilitatem humanæ conditionis, vt eū reprimeret ab inqſitione altiorū, & ſublimiū ad diuinam prouidentiam pertinentiū, vt dictū eſt: & iō excitabat eū ad attendendū differētiam inter ſubſtantias cęleſtes, quæ a principio creationis mūdi Deū laudabant, & iubilabant modo prędicto, & humanam naturā quæ poſt multas reuolutiones elementorū, & mixtorū ſunt producta, vt haberet in viſceribus ſapientiā, ſ. ſcintillā rōnis: vt circa finē huius cap. q.d. O Iob cognoſce fragilitatē cognitionis tuę reſpectu ſuperiorū ſubſtantiarū. Illę enim cum terra fundaretur, & antequam eſſet diſcooperta, & diſpoſita ad hoc, vt ex ea fuiſſes formatus, iam me laudabant, & iubilabant; vnde tu infimus, & creaturarum vltimus non debes alta inquirere.

ADDITIO IIII.

In eod.cap.38. vbi dicitur in poſtilla; *Nunquid conſideraſti latitudines terræ,* quæ ſecundum Aſtrologos accipitur ab Auſtro in Aquilonem, &c. Secundum aſtronomos cōſtat, quod locus terrę cuius Cenith capitis eſt polus arcticus, & per conſequens ipſius orizon eſt circulus æquinoctij, habet diem durantem per ſex menſes, qa Sole gradiente per ſigna ſeptentrionalia, Latitudo terræ, quomodo accipitur.

trionalia,

trionalia, ſ. a capite Arietis vſq; ad finem Virginis, continue lux eius fertur ſuper terram:& per conſequēs eſt ibi vna dies lucens ꝑ ſex mēſes cōtinuos ſine aliqua nocte, & in orizonte oppoſito,ſeu antipedali, ſ. illius loci, cuius Cenith capitis eſt polus antarcticus ꝑ ꝓdictos ſex mēſes erūt tenebræ cōtinuæ, cuius contrariū cōtingit Sole gratiēte ꝑ ſigna meridionalia. Quæ quidem conſideratio eſt applicabilis huic quod dr̄ hic: *Nunquid conſideraſti latitudines terræ.* ſ. a loco ſuppoſito de directo polo arctico vſq; ad locū ſuppoſitū de directo polo antarctico,inter quæ duo loca latitudo terræ cōprehenditur.& ſequitur:Indica mihi ſi noſti in qua habitat lux,& tenebrarum qs locus ſit.q.d.ſi tu latitudinē terræ ꝓdictā cōſideraſti,poſſes ſcire qua via habitat lux, ſ. ꝑ durationē continuā ſex menſiū: & quis ſit locus tenebrarum,ſ.locus oppoſitus, vbi nox durat totidem mēſibus: & quia inter iſta loca ſunt alia intermedia, in quibus ſecundū diſtantiā a polis prædictis magis,& minus durat latio Solis ſuꝑ terrā:quod difficile,& forte impoſſibile eſt,ꝑ ſingula exqſite ꝓꝑ fragilitatē humanæ conditionis inueſtigare,ideo ſubdit:Vt ducas vnūquodq;,ſ.hemiſphęriorum intermediorum ad terminos ſuos,ſ.proprios.Et intelligas ſemitas domus eius, ſ. lucis Solis q̄ cū in meridie circa ſummū cęli mouetur,tūc quaſi perambulat ſemitas domus ſuę.Et q̄a per motū cęleſtiū corporū tēpora generationis,& durationis corporū inferiorum naturaliter menſurātur ſm̄ Dionyſium in quarto de diuinis nominibus,ideo ſubdit̄: *Sciebas tunc quod naſciturus eſſes, & numerum dierum tuorum noueras.* q.d. ſi tu motus prædictos infallibiliter cognouiſſes a principio, naturaliter poſſes ſcire tempus natiuitatis tuæ, ſimiliter & durationis.quod tamen eſt tibi impoſſibile,vt dictum eſt,etiam quia non poſſes aliquid ſcire antequam eſſes,&c.

REPLICA. In cap.38.Circa expoſitionem huius literæ qua dr̄:*Vbi eras.*Burgen.falſum imponit poſtillatori,q̄ videlicet dicat Iob fatue ſe habuiſſe in ꝓuocando Deū ad diſputandū cū eo:nā poſtillator in toto ꝓceſſu ſemp excuſat Iob ſic:ſi dixit aliqua q̄ prima facie videbant̄ paſſionalia,q̄ illa non dixit,niſi ex ſuppoſitione qua amici ſui errabāt; & ſic deducendo eos ad incōueniēs opinioni eorū;intuenti poſtillatorē apparere pōt clare,q̄ reprehenſio qua Deus reprehēdit Iob,nō tendit ad aliud,niſi quod ex eius locutione amici ſui ſcandalizati ſunt,quāuis Iob nō intēdebat eos ſcandalizare;& iō reprehēſio directius eſt cōtra ſcādalizatos, quā cōtra Iob; ſicut cōtra Phariſęos ſcādalizatos non cōtra Chriſtū, cuius figurā Iob in multis geſſit. Burg.ēt hic ſe finaliter reſoluit,q̄ ea q̄ vident̄ reprehenſibilia Iob,non dixit ex rōne deliberatiua,ſed ex rōne inferiori ad impugnationem aduerſariorū; & ſic finaliter concedit quod ſępe in proceſſu improbauit.Cętera in q̄bus circa librū Iob Burg.notat poſtillatorē, non ſunt digna ꝑtractatione.quia ad clarā lr̄ę expoſitionē modice deſeruiūt.

## CAP. XXXIX.

A a *Nunquid noſti tempus partus ibi.* Ibices parua quadrupedia dicit,quæ in petris morantur,& pariunt,& ruentia in ſuis ſe cornibus illæſa ſuſcipiunt. In quibus magiſtrorū ſpiritualiū perſona ſignatur, qui velut ibices in petris pariunt,quia in doctrina patrum qui petræ pro ſoliditate vocatæ ſunt, ad conuerſionem aīas gignunt: ipſi velut ibices nullius caſus damna ſentiunt, dum in ſuis cornibus excipiūtur; quia quicquid ruinæ temporalis aduerſitatis acceſſerit, in teſtamentis ſe ſanctæ ſcripturæ ſuſcipiūt,& quaſi cornuum exceptione ſaluantur.Ipſi,ceruæ vocātur qui interemptis vitijs quaſi extinctis ſerpentibus viuunt, & de ipſa extinctione vitiorum ad fontem vitæ acrius inardeſcunt.Bene autem Iob de tempore partus ibicum ceruarumque diſcutit. Ac ſi dicatur ei: Idcirco te egiſſe aliquid ſublimiter credis:q̄a illud tempus necdū pręuides quo ſpirituales magiſtri in mundum miſſi,per doctrinā antiquorū patrū filios generāt.Nam ſi illorū fructū quaſi ibicū ceruarumq; partus aſpiceres, valde humiliter de tua virtute ſentires. Meridiana pars ibices aues vocat, quæ Nili fluenta inhabitāt. Oriens,& occidens,parua quadrupedia. Vel per hæc poſſunt auditores notari,qui opera pariunt per exempla fortium patrum. Tempus dicit,quia prius ſemen Dei in corde concipitur,poſt formatur,tandem
C exit in partum:quod quando fiat nouit Deus qui facit.

✻ Cat.Græc.Si cognouiſti tempus partus tragelaphorum.
✻ Olym.Id eſt,caprarum ſylueſtrium.
D ✻ Chryſ. Dimittes dolores ceruarum,id eſt ſedabis cruciatus,aut emittes prolem dolore editam,vt paſcatur.

Ibices,

B rugitum
crescunt foxis

## CAP. XXXIX.

a b c Nunquid noſti tempus partus ibicum in pe- 1
a ¶Doctores. 2
tris,vel parturientes ceruas obſeruaſti? Di- 3
a ¶Scilicet,vt ego. b ¶Tempus,quia ſancti non mox edunt quod intus habent,ſed opportune quod Deus agit in mentibus eorum. 4
d numeraſti menſes conceptus earum,& ſci-
a ¶Vnde: inclina cœlos,& ſic deſcende.
e ſti tempus partus earum? †Incuruantur ad 5
a ¶Vt nos ab æterno gemitu,& dolore retrahant.
f fœtum,& pariunt,& †rugitus emittunt. †Separātur filij earū, 6 7
g &†pergunt ad paſtum,egrediūtur, & non reuertuntur ad eas. 8 9

b *Nunquid noſti,vt ego.* Multi ante tp̄s abortiua producunt. Obſeruaſti quaſi diligenter,quia paucorū eſt penſari,q̄ labor, qui dolor ſit, quæ etiā cautela.vnde & addit.

c *Dinumeraſti menſes.* Per menſes qui congeſti dies ſunt, multiplicatę virtutes intelliḡutur, quas quia prius in ſe prędicatores congerunt, quaſi in conceptu ſanctæ prædicationis menſes virtutū fiunt:Quos menſes ſolus Dominus dinumerat, quia eadem bona in eorum cordibus, is qui dedit penſat. Et quia iuxta menſuram virtutum effectus iam ſequitur fructuum,recte ſubiungitur.

d *Et ſciſti tempus partus earum.* Subaudis,vt ego,quia nimirum dum cordis occulta conſpicio, futurum foris effectum operis,intus in pondere cogitationis penſo.

e *Incuruantur ad fœtum.* Prædicatores ſancti,nunc quaſi ceruę in dolores partus ſunt: quia nunc rugiendo in lachrymis ſeminant, qui incuruantur vt pariant: quia niſi ab immenſitate contemplationis internæ ad infirmitatem noſtram deſcenderent,nunquam filios procrearent.

f *Separantur filij earum,& pergunt.* Quia ipſi qui patrum prædicatione naſcuntur,aliquando Doctores ſuos pariendo pręueniunt.

F

g *Et pergunt ad paſtum.* Quia de corporibus excūtes illa pabula internę viriditatis inueniūt.Egreſſiq; iam non redeunt,q̄a angu-

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XXXIX.

1 Nunquid noſti. *Hic conſequenter oſtenditur immenſitas diuinæ ſapientiæ in pertinentibus ad generationem, faciendo mentionem ibicum,& ceruarum,in quibus eſt aliquid hominibus ignotum, eo quod ibices habitant in rupibus, vbi non eſt hominum acceſſus, & ibi pariunt. Similiter ceruæ habitant in magnis nemoribus inter denſitatem arbuſtorum, & ibi pariunt;& hoc eſt quod dicitur.*

1 Nunquid noſti tempus partus. *i.quæ ſunt capræ ſylueſtres.*

2 In petris. *Id eſt in rupibus petroſis, & cauernoſis vbi lupi non poſſunt accedere.*

3 Vel parturientes ceruas obſeruaſti? *loquitur de eis ad modum mulierum, quæ in partu indigent obſeruatione obſtetricum, ſed diuina prouidentia in animalibus,maxime ſylueſtribus, ſupplet iſtud officium. vnde ſubditur.*

4 Dinumeraſti menſes conceptus ea. *q.d.non obſtetrices inquirunt de tempore conceptus mulierum,numerando menſes,vt melius prognoſticent de tempore partus earum.*

5 Incuruantur ad fœtum. *Quia Deo prouidente facilius pariunt aīalia quam mulieres: non tamen ſine aliqua difficultate,ideo ſubditur.*

6 Et rugitus emittunt. *In ſignum afflictionis.*

7 Separantur filij earum. *Satis cito a conſortio matris.*

8 Et pergunt ad pa. *Ad quærendum ſibi victum.ideo ſubditur.*

9 Egrediuntur,& non reuertuntur ad eas. *Quaſi abſoluti,& emancipati a cura parentum:non ſic autem eſt in hominibus,ſed multo tempore oportet pueros eſſe cum parentibus pro victu, & veſtitu habendo,& doctrina:quæ non poſſunt habere a ſeipſis.*

1 Quis

## MORALITER.

1 *Nunquid noſti tempus partus ibicum.* Per ibices,& ceruas quarum conceptus ſunt hominibus occulti,ſignificātur humiles nondum tamen perfecti, qui bonos conceptus, & actus ſuos ſtudent abſcondere timentes ex hoc inaniter gloriari.

1 *Quis*

¶Niſi ego. a ¶Nodos infirmarum cogitationum.

a Quis dimiſit onagrum liberum, & uincula eius quis ſoluit? Cui 1
b a ¶Domus ſunt quando Deus inhabitat, tabernacula quando venit ad ea. 2
c b ¶Salſugo accendere ſolet ſitim. 3
d dedi in ſolitudine domum, & tabernacula eius in terra ſalſugi 4
a ¶Sed cum paucis per anguſtam portam intrabit. b ¶Grauem tentationem. c ¶Diaboli: 5
vel, ventris: de quo dicitur ſpecialiter: quia ipſe muros, id eſt virtutes animæ deſtruit: victo proximo
facilius vincitur exterior hoſtis. d ¶Conſentiendo.
e nis? Contēnit† multitudinē ciuitatis, clamorem exactoris non 6
f a ¶Quia inde vndique munitur. b ¶His domitis ſuperiora melius videntur. 7
g audit. †Circūſpicit mōtes paſcuę ſuę, & virentia queq; pquirit. 8
h ¶Rhinoceros, in nare cornu: in nare fatuitas, in cornu elatio. a ¶In typo Eccleſiæ: ſed quod eſt homini
i impoſſibile, Deo eſt facile videat ergo per quem poteſt.
K Nūqd volet rhinoceros ſeruire tibi, aut morabiī ad pſepe tuū? 9
10

A angustias præſentis vitæ euadentes, vltra a doctoribus prædicationem vitæ accipere non quærunt.

a *Quis dimiſit onagrum liberum.* Nunc ad eorum vitam qui remotæ conuerſationis ſecreta appetūt, verba vertuntur, quos onager qui in ſolitudine moratur, ſignificat qui apte liber dr̄, quia magna eſt ſeruitus negotiorum ſecularium, quibus mens vehemēter atteritur, dum proſpera appetuntur, dum aduerſa formidantur. Liber ergo dimittitur, qui calcatis terrenis deſiderijs ab appetitione rerum temporalium exoneratur. Vel onager, agri animal eſt, & quia Domin' animale corpus ſumens, Gentilitati magis quam Iudeæ profuit, quaſi non in domum, ſed in agrū potius venit, quilibet dimiſſus dr̄, quia particeps factus eſt noſtræ naturæ, non culpæ. Vel onager Chriſtus, de cuius incarnatione ſubditur, per quē virtus prædictæ prædicationis dat̄.

b *Et vincula eius.* Vincula eius tunc ſoluta ſunt, cum infirmi-
B tates paſſionis illius in reſurrectionis ſibi gloriam ſunt commutatæ. Eſurire etiam, & ſitire, & ſimilia, noſtræ mortalitatis vinculum ſunt. Soluuntur etiam vniuſcuiuſque vincula diuino adiutorio, cum interna deſideriorum carnaliū retinacula diſſoluuntur: Et quia poſt reſurrectionem ſuam ad fidem Gentilitatem vocauit, ſequitur.

c *Cui dedi in ſol. do.* Onagro Dominus in ſolitudine domum dat, dum ſancti a carnalibus deſiderijs remoti ſilentium mentis inhabitant. Idem in Gentilitate, in qua qui ad intelligendum Deum ratione vteretur, homo pœnæ non fuit.

✻ Olym. Solitaria hic vita deſcribitur, quæ exactoris dęmonis vocem recuſat.

✻ Nilus. & poſtquam affectuum humorem ſale condiuerit; diuinarum colloquutionum contemplatione fruitur.

d *Et taber nacula eius in terra.* Terra ſalſuginis hæc eadem ſolitudo, quæ priuſquam veram Dei ſapientiam cognoſceret, ſalſuginem protulerat, quia nullam viriditatē boni intellectus proferens peruerſa ſapiebat; quia etiam ſancti viri, quandiu in huius vitæ tabernaculis degunt, & ad ſupernam patriam deſiderij ſui quotidianis æſtibus accenduntur, in terra ſalſuginis habere tabernaculum perhibentur.

e *Contemnit multitudinem.* Multitudinē ciuitatis cōtemnere, eſt humanæ conuerſationis praua ſtudia deuitare: vt iam nō libeat, terrenorū hominū, qui per abundantiā iniquitatis multi ſunt, perditos mores imitari: Vel, id eſt, mores deſpicit hu-
C manæ conuerſationis. Vel certe multos per ſpatioſam viam vagantes deſeruit, & per anguſtam gradientes paucos elegit.

f *Clamorem exactoris.* Exactor intelligitur diabolus qui ſemel hoī nūmum malæ ſuaſionis contulit, & quotidie ab eo huius debiti reatum quęrit. Vel, exactorē ventrem dicit, qui a nobis
D quoddam debitū exigit: quia quotidianum fructū ſibi laboris humani impendi ēt per naturam quærit. Abſtinētes igit̄ viri; qui hoc loco onagri vocabulo figurantur, dum violenta gulæ deſideria reprimūt, quaſi clamātis exactoris verba cōtemnūt: Sed recte petentis audiunt. Exactor hic poteſt accipi diabolus, qui ſuadendo intulit culpam, & ſæuiendo exigit pœnam. Huius ſermo eſt, ante mortem aſtuta hominis perſuaſio;. Clamor eius eſt, violenta iam rapina poſt mortem.

g *Circunſpicit montes.* Montes, dicit elatos huius ſeculi, quos Dominus conſpicere dicitur, id eſt ab iniquitate ſua in melius commutare. Iſti montes paſcuæ eius ſunt, quia nimirum de conuerſione errantium, & humilitate ſuperborum ſatiantur. Intuendum autem quòd ait: Circunſpicit, non inſpicit. In Iudæa quippe incarnatus eſt, qui in medio gentium fuit: circunſpicit montes, quia elatos huius ſeculi circunquaque poſitos, ex Gentilitatis vniuerſitate collegit.

*Circunſpicit montes paſcuæ.* Montes paſcuę, ſunt altę contēpla-
E tiones internę refectionis, vel altę ſententię ſcripturę ſanctæ.

h *Et virentia quæque perquirit.* Huic onagro virētia q̄rere; eſt ſancto viro deſpectis trāſitorijs in æternū māſura deſiderare. Arentia q̄ppe, ſunt oīa quę tēporaliter condita venturo fine a iucunditate vitæ præſentis quaſi ęſtiuo Sole ſiccantur. Virētia aūt vocata ſunt, quę nulla tēporalitate areſcunt. Vel virētia ſunt corda, quę illi hęreditati inhærent, quā Petrus immarceſſibilē vocat. Quiſquis ergo a Dn̄o perquiri deſiderat æternā patriam appetens, in interna cordis plantatione vireſcat. 1.Pet.1.a.

i *Nunquid volet rhinoceros.* Rhinoceros eſt indomitę naturę, qui ſi captus tenetur, illico moritur. Deſignat autē potentes huius ſeculi. Et eſt ſenſus; Nunquid volet rhinoceros ſeruire tibi. Subaudi, ſicut per eos quos miſero, ſeruit mihi. Ad beati quippe Iob notitiam pro humilianda eius virtute deducitur: quam mira quandoq; per Apoſtolos agantur, qui mundum Deo ſubijciunt, eique edomitam huius ſeculi potentum ſuperbiam flectunt, vt tanto de ſe minus æſtimet beatus Iob, quanto aggregari Deo tam faciles animas videt per alios.

✻ Baſilius. Monoceros, quem Aquila Rhinocerota appellauit, qa hēt cornu in medio capite, a diuina ſcriptura in vtraq; partē capitur. in deteriorem ob indomitā, & contumacē naturā, in meliorem ob cornu quod deſignat animū qui Deum ſolum intuetur, eique ſoli fidit contemptis rebus humanis.

k *Aut morabitur ad præſepe tuum.* Pręſepe ſcriptura ſacra non incōuenienter accipitur, in qua verbi pabulo animalia ſancta
F ſatiantur. Deus aūt rhinocerota ad pręſepe ſuum religauit, vt vitæ

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Quis dimiſit. *Hic conſequenter oſtenditur diuina prouidentia, & potentia in conditionibus aliquorum animalium in ſpeciali. Et primo in onagro, qui eſt aſinus ſylueſtris, in quo eſt illud mirabile, quod non eſt bene domeſticabile animal, cum tamen aſinus domeſticus non videtur poſſe diu uiuere abſque cura hominis, cum tamen videatur eiuſdem ſpeciei. & hoc eſt quod dicitur:* Quis dimiſit onagrum liberum, *a ſeruitute hominum.*

2 Et vincula eius quis. *q.d. aſinus domeſticus capiſtro ligatur, & onager talibus non tenetur.*

3 Cui dedi in ſolitudine domum. *Quia magis eligit habitare in deſerto, quàm in optima ciuitate.*

4 Et tabernacula eius. *Id eſt, habitatio eius.*

5 In terra ſalſuginis. *Id eſt in terra Solis ardoribus exuſta, propter quam aduſtionem videtur conuerti in ſalis amaritudinem: ſal enim ex aduſtione terræ cauſatur, vt habetur in libro Meteororum.*

6 Contemnit multitudinem ciuitatis. *Magis appetens in deſerto habitare.*

7 Clamorem exactoris non audit. *Id eſt, illius qui vellet ab eo exigere laborem in portandis oneribus: quod omnino reſpuit.*

8 Circunſpicit montes paſcuæ, & virentia quæque perquirit. *Id eſt, magis eligit de herbis camporum viuere, quàm de annona ſibi ab hominibus miniſtrata.*

9 Nunquid volet rhinoceros ſeruire tibi. *Hic conſequenter ponit exemplum de rhinoceronte, quod eſt animal, habens vnum cornu in fronte, & alio nomine vocatur vnicornis: & eſt animal valde forte, nec poteſt domeſticari, & ad laborem pro hominibus applicari: immo ſi aliquando capiatur, ex indignatione cito moritur, ita quòd non poteſt hominibus deſeruire, & hoc eſt quod dicit:* Nunquid volet rhinoceros ſeruire tibi. *ſicut animalia domeſtica.*

10 Aut morabitur ad præſepe tuum. *Ad habendum ibi pabulum bonum. quaſi diceret, non: quia magis eligit viuere in ſolitudine.*

1 Nunquid

## MORALITER.

1 *Quis dimiſit onagrum liberum, &c.* per onagrum ſignificatur contemplatiuus a ſeruitute carnis liber effectus.

3 *Cui dedi in ſolitudine domum.* Id eſt extra multitudinis tumultum, vt vacare valeat circa vnum.

4 *In terra ſalſuginis.* i. exuſta ardore Solis; nam anachoretæ in locis talibus habitabant, vt patet in collationibus patrum.

7 *Clamorem exactoris non audit.* quia diabolo non obedit qui dicitur exactor, Luc. 12. Et iudex tradat te exactori, &c.

8 *Circunſpicit montes paſcuæ ſuæ, &c.* meditando loca viriditatis æternæ.

9 *Nunquid volet rhino. ſer. tibi.* ſubintelligit̄ ſicut mihi. Rhinoceros habens in fronte vnū cornu, ſignificat monarchiā Imperij

A vitæ pabulum bene clauſus accipiat, qui prius per voluptatis campum vagabatur. Iam enim principes prædicamenta dominica libenter audiunt, cum legunt. Sed quia poſt acceptum pabulum prædicationis rhinoceros iſte fructum boni operis debet oſtendere, ſequitur.

a *Nunquid alligabis*. Principes enim dum Deum in ſuis actibus metuunt, quid aliud quam loris ligantur? Cum vero eam fidem quam dudum perſequendo impugnauerunt, nunc prolatis legibus prædicare non ceſſant, tanquam aratri laboribus inſudāt.

b *Aut confringet glebas val. poſt te.* Solent excultæ terræ ſuperiacentes glebas iactata ſemina premere, & naſcentia ſuffocare. His illi ſignantur, qui per duritiā ſuam, nec ipſi ſemina verbi recipiūt, nec receptorū ſeminū fructus alios ferre permittūt: atq; poſtquā omnipotēs principes ſibi ſubiugauit, dura perſequentiū infideliū corda conuertit. Vel contriuit: Vel, falſorū qui in Eccleſia quos ptās premit, cū ſimplicitas Eccleſiæ rideretur: vt quaſi cōfractæ glebæ iam nō premerent, ſed ad pcepta verbi ſemina reſolutæ germinarent, ita vt principes nō ſolū credentes permaneant, ſed ēt alieni cordis duritiā zelantes frangant. Vallium autem nomine mollia pauperum corda dicit, quæ glebæ, id eſt quidam duri ſuperiecti impediunt.

B

a ¶Vt ego. b ¶Sanctæ diſciplinæ.

a Nunquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo, aut con 1

b a ¶Sicut poſt me cui ſubditus eſt. b ¶Adhuc addit ſublimia de poteſtatibus ſeculi, vt Iob de ſuis virtutibus humilia ſentiat. ¶Vt ego. 2 3

c fringet glebas vallium poſt te? Nunquid fiduciam habebis in 4 5

d magna fortitudine eius, & derelinques ei labores tuos? Nun- 6

e quid credes illi, quoniā ſementem reddat tibi, & * aream tuā 7 8

a ¶Horum timore preſſi, malum fingunt religionem, & intus nocent. b ¶In dolore, non in virtute.

f congregeit? Penna ſtruthionis: † ſimilis eſt pēnis herodij, & ac- 9 10

g a ¶Poſt ſpeciem, de operibus dicit quibus dignoſcuntur. 11

h cipitris? Quando derelinquit oua ſua in terra, tu forſitan in 12

i 13

K puluere calefacies ea? Obliuiſcitur quòd pes conculcet ea, 14

† Quæ

c *Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius.* In rhinocerontis fortitudine fiduciam Dñs habere ſe aſſerit, quia vires quas tpaliter terreno principi contulit, ad cultū ſuæ venerationis inclinauit. Nam quia a ſubiectis metuitur, tāto facilius perſuadet, quanto & cū poteſtate indicat qui vere metuatur.

d *Et derelinques ei labores tuos.* Labores ſuos huic rhinoceronti Dominus relinquit, quia conuerſo terreno principi eam quam ſua morte mercatus eſt, Eccleſiam credidit: quia videlicet in eius manu quāta ſolicitudine pax fidei ſit tuenda cōmiſit. Et eſt ſenſus: Ego vires terrenorum principum meo cultui ſeruituras aſpicio. Tanto ergo ea quæ nunc agis minora æſtimo, quanto iam præuideo: quia & maiores huius mundi poteſtates mihi inclinabo.

e *Nunquid cre. ei.* Semen verbū prædicationis accipitur: area Eccleſia. Quis ergo crederet, q̄ rhinoceros iſte Dño ſementem redderet, i. acceptum prædicationis verbū operibus repenſaret? Quis poſſet infirmorū credere, q̄ dñi areā congregaret. Ecce poſt ea pro Eccleſia leges promulgat, qui dudum cōtra eā per varia tormenta ſæuiebat. Audiat ergo Iob, ne de ſua ptāte extollatur, quid Gentilitatis principes faciant, & nequaquam apud ſe de gloria tantæ virtutis extollat. Sed quia principes

C

principes magna ſe humilitate ſubſternunt, praui qui dudum contra Eccleſiam aperta aduerſitate ſæuiebant, nunc ad alia fraudis argumenta vertuntur. vnde ſequitur. D

f *Penna ſtruthio.* Herodius, & accipiter reliquas aues velocitate trāſcendunt. Struthio vero pennæ eorum ſimilitudinem habet, ſed volatus eorum celeritatem non habet. A terra quippe eleuari non valet, & alas quaſi ad volatum ſpecie tenus erigit: ſed tamen nunquam ſe a terra volando ſuſpendit. Ita hypocritæ alas per figuras ſanctitatis extendunt: ſed curarū ſeculariū pondere prægrauati, nullatenus a terra ſubleuantur.

✣ Cat. Græc. Penna oblectantium, neelaſſa: Si conceperit aſida, & neeſſa: quia dimittet in terram oua ſua, & in puluerem fouebit, & oblita eſt, quod pes diſſipabit, & beſtiæ agri conculcabunt.

✣ Olym. quarundam auium differentias perſequitur, inter quas neelaſſa pulchra eſt aſpectu, Aſida, atque Neeſſa imprudentes. Aſida Erodius eſt, vt placet Aquilæ, aut, vt alij putant, Ciconia: ſed falluntur opinione. Nam Erodij, & Ciconiæ in arboribus nidos faciunt, Aſida in terra qui conteruntur pedibus, ne pullorū, ſi ſeruarentur, nimia eſſet multitudo. eſt enim adeo immani, & robuſto corpore, vt etiā equitem deſpiciat. Eam in Meſopotamia reperiri quidam dixerunt. E

g *Struthionis.* Cui immane corpus, raræ pennæ: econtra herodio, & accipitri. Ita enim hypocrita, ſi qua facit quæ leuant plura grauant, ſed veris prædicatoribus multa virtus, parum culpæ: & ſolidæ ſunt eis virtutes, vt ventos fauoris premant, illi raræ quas aura tranſit.

h *Quando derelinquit oua.* Progeniem terrenam, ſ. quæ fouenda diu eſt, donec viuum volatile fiat: ſed hypocrita loquendo generat: viuendo non fouet. Bonus etiam doctor ne inſoleſcat, quia & ſine eo Deus calefacit oua relicta, & in eo hoc repreſſo redit ad fatuitatem ſtruthionis. Oua in terra dereliquiſſe, eſt nullum cœleſtis vitæ exemplum filijs præbere. Sed quia eos ſuperna cura non deſerit, ſequitur.

i *Tu forſitan in puluere ca. ea?* Acſi dicat, vt ego, qui illa in puluere calefacio: quia ſcilicet paruulorū animas in medio peccantium poſitas, amoris mei igne ſuccendo.

K *Obliuiſcitur quod pes conculcet ea.* In pede tranſitus operationis intelligitur. Struthio itaque oua ſua deſerens, obliuiſcitur quod pes conculcet ea: quia videlicet hypocritæ eos quos filios generant derelinquunt, & omnino non curant, ne aut exhortationis ſolicitudine, aut diſciplinæ cuſtodia deſtitutos, prauorum exempla peruertant. F

a *Aut*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Nunquid alligabis rhi.* Id eſt animal quod in nominatiuo dicitur rhinoceros, vel, rhinoceron. Prout dicit' rhinoceron facit rhinocerontē in accuſatiuo: rhinoceros facit rhinocerota.

2 *Rhinocerota ad arandum loro tuo.* Id eſt, catena tua, ſicut ligantur boues in aratro.

3 *Aut confringet glebas vallium.* cum vomere aratri.

4 *Poſt te.* Id eſt, ſequēs te, ſicut ductorem ſuum. Alio modo exponitur hoc vltimum de quodam inſtrumento ligneo, oblongo, & rotūdo, quod trahitur ſuper terram aratam ad comminuēdū glebas nimis groſſas, vt ſic terra melius fructificet.

5 *Nunquid fiduciam habebis in ma. for. eius,* vt per eam cuſtodias poſſeſſiones tuas.

6 *Et dereliques ei labores tuos.* Id eſt fructus a te elaboratos ad cuſtodiendum, ſicut aliquando dimittūtur canes cum aliquo famulo ad cuſtodiam talium.

7 *Nunquid credes illi quo ſe red. ti.* ex frugibus ſic conſeruatis.

8 *Et aream tuam con.* ſicut cum boue, vel aſino fruges congregantur in area: & omnia iſta ſunt negatiue dicta.

9 *Penna*

9 *Penna ſtru.* Hic conſequēter ponitur exēplū de ſtruthione quæ eſt auis in pluribus mirabilis. In corpore enim quantum ad grauitatem aſſimilatur animalibus: quia per alas ſuas non erigitur in altum, ſed ſolum iuuatur ad fortius currendum ſuper duos pedes ſuos: & hoc eſt quod dicitur: *Penna ſtruthionis ſimilis eſt pennis hero.* qui alio nomine dicitur gelfodius.

10 *Et accipitris.* gallice oſtour: & vtraq; auis optime, & celeriter volat; & iō mirabile eſt q̄ pēnæ ſtruthionis, q̄ ſunt eis ſimiles nō deſeruiunt ei ad volatū. Aliud autē mirabile in ſtruthione, eſt quod oua ſua abſcondit in ſabulo, vt ibi per virtutē Solis calefiāt, & pullificent, cū tñ aliæ aues naturaliter ſint ſolicitæ fouere oua ſua, & pullos nutrire; & hoc eſt quod dr̄.

11 *Quando derelinquit oua ſua in terra.* ſcilicet ſabuloſa, vt dictum eſt.

12 *Tu forſitan in puluere calefacies ea?* quaſi diceret, non; ſed virtute Solis hoc fit ex diuina prouidentia.

13 *Obliuiſcitur quod pes.* ſcilicet hominis tranſeuntis.

14 *Conculcet ea.* Quia videtur ſe habere ad modum obliuiſcentis, eo quòd non reuertitur ad fouendum oua ſua.

1 *Duratur*

## MORALITER.

perij Romani, quæ ſeruire voluit Deo tempore Conſtantini, & morari ad eius præſepe per ſumptionem euchariſtiæ, & alligari iugo Chriſti. & con. gle. id eſt idolorū ſtatuas: & eius fortitudine prædicatores Eccleſiæ defenſati, fructum magnum fecerunt in Eccleſia Dei.

9 *Penna*

9 *Penna ſtruthionis.* Struthio quæ pennas habet ad currēdum velocius per terram, ſed non ad volādum, hypocritam ſignificat, qui habet alas, ſcilicet apparentiam ſanctitatis, & deuotionis, quibus feſtinat ad quæſtum terrenorum: ſed non eleuatur ad amorem ſupernorum.

11 *Derelinquit oua ſua in terra.* p hoc enim quod negligit oua fouere, & pullos nutrire, ſignificatur q̄ hypocrita vult eſſe ſingularis

a ¶Quia mens eius ſparſa eſt per exteriora: ſed boni mens collecta, vires viuendi habet ſibi, & his quos diligit: hypocrita vero inuentus extra, fruſtra laborauit.

a aut beſtia agri conterat. †Duratᷓ ad filios ſuos quaſi non ſint ſui,

b a ¶Sed de eorum exterioribus laborat. b ¶Non dare Dei eſt priuare: quaſi, non iniuſte abſtulit, ſed in re non dedit.

c fruſtra laborauit nullo timore cogẽte. Priuauit enim eũ Deus ſa-

d piẽtia, nec dedit illi intelligẽtiã. †Cũ fuerit tp̃s, ĩ altũ alas erigit,

e a ¶Hoc quidem in pace tegitur, ſed in tentatione aperitur, quod lupus ſub ſpecie ouis fuerit. ¶Et tunc.

f deridet equũ, & aſcenſorẽ eius. Nunqd p̃bebis equo fortitudi-

g

† vel tempore quo eleuatur, & exaltatur.

a *Aut beſtia agri conterat.* Ager mũdus eſt: Beſtia antiquus hoſtis, q̃ huius mũdi rapinis inſidiãs humana quotidie morte ſatiatur. Et eſt ſenſus: Si diabolus in hoc mũdo ſæuiẽs editos in bona cõuerſatione filios rapiat, hypocrita omnino nõ curat.

b *Duratur ad filios ſuos, &c.* Quem enim charitatis gratia non infundit, proximum ſuũ etiam ſi ipſe Deo hunc genuit, extraneum reſpicit. Synagoga quaſi non ſuos reſpicit: quos aliter viuere, quã docuit ipſa deprehẽdit, & dureſcẽte ſęuitia ſe ĩ eorũ cruciatibus exercet.

c *Fruſtra laborauit nullo timore cogente.* Hypocritæ torpent a cœleſtibus, flagrant terrenis anxietatibus. Illic itaque trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Qui ſæpe palatia irrumpunt, principatus pulſant, dicunt ſe Deum metuere, & idcirco tanto ſtudio defendendis aliorum patrimonijs inſudare.

d *Priua. enim eum Deus ſap.* Hoc repetit, ſubdendo: *Non de.* quod quia promiſit, priuauit.

*Cum tem. fue. in al. &c.* Alas, dicit preſſas hypocritæ cogitationes, cum tempus fuerit in altum eleuat, quia opportunitate comperta, eas ſuperbiendo manifeſtat. Nunc autem, quia ſe ſanctum ſimulat, quia in ſemetipſo ſtringit quæ cogitat, quaſi alas in corpore per humilitatem plicat.

*Deri. equum, & aſcen. eius.* Equus vnicuique ſanctæ animæ eſt corpus ſuum, quia videlicet nouit, & ab illicitis cõtinentię fręno reſtringere, & charitatis impulſu in exercitatione boni operis relaxare. Equitis noĩe aĩa ſancti viri exprimitur. Deridet ergo hypocrita equum, & aſcẽdit: quia cum in aperto iniquitatis eruperit, electorum deſpicit ſanctitatem. Aſcẽſor autem equi Dominus eſt, qui iuſti animam poſſidẽs regit. Deridere vero aſcenſorem equi, eſt proſilire vſque ad iniuriã creatoris.

Sed iam aliter rhinocerontis virtus, & ſtruthionis fatuitas exponatur. Poteſt ergo per rhinocerõtem, id eſt, vnicornem, populus ille intelligi, qui dum de accepta lege inter cunctos homines elationem ſumpſit, quaſi inter cæteras beſtias cornu ſingulare geſtauit. de quo dicitur.

*Nunquid vo. rhi.* Acſi dicatur: Nunquid populũ illum quem ſuperbire in nece fidelium ſtulta ſua elatione conſideras ſub iure tuæ p̃dicationis in figura ſanctę Eccleſię inclinas. Subaudis vt ego? Quod in Paulo factũ eſt, qui etiã ad p̃ſepe Dei moratus eſt, quia ruminare verba Euangelij non dedignatus eſt. Loris quoque Dei non tantum a veritate reſtringitur, ſed ẽt ad arãdum ligatur: vt iam hominum refectioni ſeruiens, aratrum prædicationis trahat, qui in valle poſt dñm glebas fregit: quia in humili mente fidelium quorundam, in quo iam Dominus intrauerat, cum tamẽ nequaquam a priſtina obſeruatione recederent, Paulus legis duritiam redarguendo con- C triuit: ne videlicet grana ſeminũ quę exciſus aratro fidei ſulcus cordis acciperet, per cuſtodiam literæ preſſa deperirent.

*Nunquid fiduciam habebis, &c.* In huius rhinocerõtis fortitudine fiduciam Deus habuit, quia quãto illum crudelius dura D ſibi inferentem pertulit, tãto pro ſe conſtãtius tolerãtem aduerſa præſciuit: cui labores etiã quos in carne pertulerat dereliquit, q̃a conuerſum illum vſq; ad imitationem proprię paſſionis traxit: qui ẽt ſemen Deo reddidit, & areã, id eſt Eccleſiã congregauit. Quę autem in Paulo diximus, & in multis alijs facta credamus. Sed quia quid de electis dominus egit, audiuimus: Nũc de reprobis audiamus. ideo ſequitur: *Penna ſtruthionis ſimilis eſt, &c.* Struthionis nomine ſynagoga ſignatur quę alas legis habuit: ſed corde in infimis repens, nunquã a terra ſe ſubleuauit. Per herodium vero, & accipitrem antiqui patres, qui ad ea quæ potuerunt intelligendo percipere, valuerunt etiam viuendo peruolare. Penna igitur ſtruthionis he. & ac. pennæ ſimilis eſt: quia ſynagogæ vox priorum do- E ctrinam loquendo tenuit, ſed viuendo neſciuit.

Quando derelinquit in ter. oua. In ouis aliud eſt quod cernitur, aliud quod ſperatᷓ. Per ſtruthionis ergo oua, ſynagogæ carne editi apoſtoli deſignantᷓ. Qui cũ ſe in mundo deſpectos exhibẽt, ſperare gloriã in ſupernis docent. Abiecti nãq; apud elatos in terra velut oua iacuerũt: ſed in eis latebat vnde viuerẽt, & ſubleuati pennis ſpei ad cęleſtia volarẽt. Quæ oua ſtruthio in terra dereliquit, q̃a ſynagoga apoſtolos audire cõtemnens vocãdæ Gẽtilitati deſeruit. Hęc Dñs in puluere calefecit, q̃a viuos apoſtolorũ fętus in illa abiecta dudũ Gentilitate ſuſcitauit: quos etiam ſynagoga genuit, a terra non ſuſpendit.

Obliuiſcitur quod pes. Tunc oua pes conculcat, & beſtia conterit, cum in terra deſeruntur: quia humana corda dum ſemp̃ terrena cogitare, quæ ima ſunt agere appetunt, ad conterendum ſe agri beſtiæ, id eſt diabolo ſternunt. Duratur ad filios ſuos. Synagoga quoque quaſi non ſuos reſpicit, quos aliter viuere quàm docuit ipſa deprehendit, & dureſcente ſęuitia ſe in eorum cruciatibus exercet.

Fruſtra laborauit nullo ti. co. In labore quippe illam perſecutionis anhelare, non timor, ſed crudelitas coegit.

Priuauit enim, &c. Quia ſciẽs, humilitatem perdidit, etiam veritatis intelligentiam neſciens amiſit.

e *Cum tem. fue. in al. &c.* In altum ſtruthio alas erigit, quando ſuo conditori ſynagoga, non vt antea formidando, ſed aperte iam repugnando in aduentum Antichriſti contradicit. De malis ad grauiora venitur: primum oſtẽdit quòd bonus non ſit, inde bonos deſpicit, tandem ad iniuriam Dei proſilit.

f *Deridet equum, &c.* quia nõ ſolũ humanitatẽ Dñi, quã equitatũ ſecundũ aĩam carni præſidentẽ deſpicit, ſed ẽt diuinitati eius cõtradicit. Deridet aſcenſorem equitis, rectorẽ videlicet animæ corpus regentis. Sed quia fideles tanto maiores vires F accipiunt, quanto contra ſolutum aduerſarium pugnant.

g *Nunquid præ. &c.* Sed q̃a malis miſti nunc ſunt boni, de his incipit, vt audito quod fugiens toleres, audias & quod imitãs ames.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Duratur ad filios ſuos. *Quia ſicut videtur negligens in fouendo oua, ita in nutriendo pullos natos. Alij vero dicunt, quòd quando fracta teſta oui, vel ouorum, apparent pulli, tunc eos recognoſcit, & nutrit. Sed pro tanto dicitur eſſe durus ad filios, quia non fouet oua, vt inde enaſcantur; ſed prima expoſitio magis concordat literæ ſequenti, cum dicitur.*

2 Fru. laborauit. *concipiendo, eo quod non curat de natiuitate pullorum, & nutritione, ſed dimittit.*

3 Nullo timore cogente. *Aliæ enim aues diligenter cuſtodiunt oua, & pullos: & ſi aliquando dimittant, hoc eſt ex timore alicuius ſuperuenientis, qui vult matrem cum ouis, vel pullis capere: ſed ſtruthio dimittit abſque tali timore.*

4 Priuauit enim eum De. ſa. *Id eſt, naturali induſtria ad fœtum ouorum, & pullorum, quæ eſt in omnibus aliis auibus.*

5 Nec dedit illi intelligentiam. *Id eſt talem induſtriam, quæ vocatur intelligentia, eo quod procedit ab intellectu diuino, ſicut præced. cap. dictum eſt de gallo.*

6 Cum tem. fu. *fugiendi inſequentes.*

7 In al. al. eri. &c. *ad currendum velocius.*

8 Deri. equum. *quia velocius currit.*

9 Et aſcen. eius. *quia non poteſt eum attingere. Aliter iſtud exponitur, quia libro de proprietatibus animalium dicitur, quod ſtruthio naturaliter odit equum, & quando videt eum venientem, erigit alas contra ipſum, & eum terrens facit fugere.* Alia expoſit.

10 Nunquid præbebis. *Hic ponitur exemplum de equo, qui inter alia animalia eſt mirabilis in multis. Primo in fortitudine, cum dicitur;* Nunquid præbebis equo fortitudinem. *qui oneratus armis ferreis cum hoc faciliter portat militem armatum. Secundo eſt mirabilis in libidine, quia iuba colli excitat eum ad libidinem, & ſi fuerit tonſa minuitur libido. & quantum ad hoc dicitur.* Mirabilia in equo.

## MORALITER.

ſingularis apparentiæ, vt poſſit dicere illud, Lucæ 18.b. *Non ſum ſicut cæteri hominum.*

6 *Cum tem. fue. in al. alas eri.* quia cum videt tempus aptum ad potentes huius mundi decipiendum, ſanctitatem, & deuotionem prætendit, & ſic eos decipiens illudit.

10 *Nun. præbebis equo for.* ſubintelligitur ſicut ego: per equum cuius fortitudo deſcribitur hic, & audacia, ſignificatur quicunque deſiderans ex feruore fidei martyrij ſupplicia, cuius fortitudo non eſt ab homine, ſed a Deo.

A ames. Hoc enim loco equi noīe ſanctus prędicator accipitur: huic Dñs prius ſe dare fortitudinem, & poſtmodū hinnitum aſſerit. Nam prædicator ante fortitudinem accipit vitia in ſe extinguēdo, tūc pro erudiēdis alijs ad vocē prædicationis venit. Et notandū cur hinnitus equi collo circūdari dicatur, q̄a vox prædicationis emanat de īternis, ſed extra circundat. Nam quo alios ad bene viuendum ſuſcitat, eo ad bene agēdum opera prædicantis ligat, ne extra ſermonē actio tranſeat. Collo ergo equi hinnitus circundatur, quia ne ad peruerſa opera prodeat, ſuis vocibus etiam vita prædicantis obſidetur.

Equi hinnitus collo circundari dicitur

† Robur (vel ſonitus fortis)

† ferri lanceę, & haſtæ

† commotione principum

nem, aut circundabis collo eius† hinnitum? Nunquid † ſuſci- 1 2
a b tabis eum quaſi locuſtas? † Gloria narium eius terror. † Ter- 3 4
a ¶Ibant gaudentes a.&c. b ¶Etiam cum non quæritur.
c d ram vngula fodit, exultat audacter, in occurſum pergit ar-
e f matis. Contemnit pauorem, nec cedit gladio: Super ipſum ſo- 5 6
a ¶Cum detegitur conſilium.
g h nabit pharetra, † vibrabit haſta, & clypeus. Feruens, & fre- 7 8
a ¶Quæ diſcrimen belli nuntiat.
i K mens, ſorbet terram, nec reputat tubæ ſonare clangorem 9 10 11
a ¶Hic patet quod de equo irrationabili non agit. b ¶Exercitio minorum interim ſe præparans.
l m Vbi audierit buccinam, dicit vah: Procul odoratur bel- 12 13
a ¶Quod proprium eſt luporum.
n o lum, † exhortationem ducum, & vlulatum exercitus 14 15 16

a *Aut circundabis, &c.* Quaſi exterius per gyrum cum interius per collum ducitur, a quo exit illud ligat: quia ſuis vocibus prædicātis vita tenetur, ne aliter agat: & eſt
B torques in collo, fortiter agens ſignum virtutis.

b *Nun. ſu. &c.* locuſtis prędicatorū perfectio exprimitur, quę quoties ſe in aerem attollere conantur, primū ſe cruribus impellentes ſubleuant, & poſt alis volant. Ita ſancti primū actiuę vitæ bonis operibus innituntur, & tunc demū ſe in contemplationis (in qua non diu durāt, ſed iterum ſe curis excipiūt) ſaltu ſuſpendūt. Aliter: Locuſtę matutinis horis vix a terra ſe ſubleuant, cum vero æſtus exarſerit, altius volant. Sic prædicator, dum quieta fidei tempora conſpicit, humilis, & deſpectus accipit. Si aūt pſecutionis ardor incaleat, quātæ ſit ſublimitatis oſtēdat. Et eſt ſenſus: Nunqd ſuſcitabis eū quaſi locuſtas, ſubaudis, vt ego: qui eo illum ad altiora excitanda ſubleuo, quo grauiori perſecutionis æſtu excruciari permitto.

Locuſtæ.

c *Gloria narium eius terror.* Naribus hoc loco præſcientia deſignatur. Per nares enim aliquando inuiſa præſentimus; vnde & hoc loco equi huius naribus prædicatoris ſancti præſcientia, atque præſtolatio deſignatur. Gloria narium eius terror eſt, quia viſionem diſtricti iudicis, quam iniuſtus venire formidat, iuſtus vehemēter expectat: & vnde gloriatur iuſtus mercedem expectans, inde terretur iniuſtus iudicium perhorreſcens; ſed iuſtus quid interim?

Allegorice.

d *Terram vn. fo.* In equi vngula laboris fortitudo monſtratur. Equus vngula terram fodit, cum prędicator de corde audientium exemplo ſuorum operū terrenas cogitationes ejicit, cum forti inquiſitione terrenas in ſe cogitationes diſcutit; & in ſe cauando puteum, terram ſemper exhaurit.

e *Exultat audacter.* quia aduerſis non frangitur.

f *In occurſum, &c.* Quia prauis, ac male agentibus ſeſe per defenſionem iuſtitiæ opponit.

C g *Contemnit pa. &c.* In pauore ventura pęna metuitur; In gladio iam pęna ſentitur de pręſenti pcuſſione. Quia ergo ventura aduerſa nō metuit, pauorē deſpicit. Quia vero nec ſuperueniente percuſſione vincitur, nequaquam gladio cedit. Sed quid ab aduerſarijs agatur, ſequitur.

h *Sup. ip.* Pharetrę noīe prauorū machinatio deſignatͬ. Iniqui enim cū dolos, quos bonis excogitāt ſecretis machinationibus exultāt, quaſi in pharetra ſagittas parāt. Pharetra ergo contra equum ſonitū reddit, cū contra prędicatorem prauorum machinatio cōſilium ſuum quod fraudulēter operit, fraudulentius innoteſcit: quia eoſdē dolos qui prodeſſe bonis debebant ipſi inſtituunt, & latenter mittunt, vt pręmiſſis minis, quaſi ex ſonitu pharetræ terreant. Cum vero minime terrentur, mox perſecutorum crudelitas ad ſupplicia manifeſta perducitur. vnde ſequitur.

i *Vibrabit ha.* Contra prædicatorem poſt pharetræ ſonitum haſta vibratur, quando poſt terrores exhibitos ē vicino iam feriens aperta pœna producitur. ſed nonnunquam agitur, vt ipſi qui in perſecutione ſæuiunt, non tam doleant quod prædicatorem non emolliant; quam quod per verba eius etiam alios amittunt: quia igitur eum feriendo non ſuperant, ne forte, & alij qui illum audiunt ſe derelinquant, mox contra loquentis verba ſcutum reſponſionis parant. vnde ſequitur.

k *Et clype.* Cōtra equū quippe Dei, q̄a prauorū conſilia perſtrepūt pharetra ſonat. Quia aperta pęna exquiritur, haſta vibratur; q̄a vero ei ēt dͥſputatione reſiſtitur, clypeus ante fertur. Sed a feruore ſuo per iſta nō compeſcitur. vnde ſubditur.

l *Feruens & fre. &c.* Peccanti homini dictū eſt; *Terra es, & in terram ibis.* Tubæ clangunt, cum huius ſeculi poteſtates loqui ſanctos terribiliter prohibent. Quia igitur prędicator zelo fidei inflammatus, quos libet peccatores ad ſe trahere non deſiſtit, feruens proculdubio terram ſorbet. Quia vero perſecutorum minas minime formidat, clangorem tubę ſonare non reputat. Non ſolum autem in laboribus perſeuerat, ſed quod maius eſt in laboribus exultat. vnde ſequitur.

m *Vbi audier. & c. dic. vah.* Vah ſermo exultationis eſt. Equus ergo audita buccina vah dicit, quia fortis prædicator cum certamen paſſionis ſibi propinquare conſiderat, de exercitio virtutis exultat Sed nequaquam ad hoc paſſionis bellum inconcuſſus veniret, niſi eandem paſſionem intenta meditatione præueniret. vnde ſequitur.

n *Procul odo.* Acſi dicat; Idcirco quodlibet certamen exuperat, quia mentem certamini ante certamen parat. Bellū quippe procul odorari, eſt aduerſa quæque longe adhuc poſita cogitando præcognoſcere, ne fortaſſe valeant improuiſa ſuperate.

o *Exhortatio. du.* Duces aduerſę partis erroris auctores ſunt. Notandū, q̄ duces exhortari, exercitū vero vlulare dicit, q̄a hi q̄ infidelibus, & hęreticis præſunt, praua quæ tenere pręcipiunt:

NICOLAVS DE LYRA.

1 Aut cir. col. eius hin. *Qui excitatur in equis ex appetitu coitus. propter quod dicitur Ierem. 5. c. Equi amatores in fœminas, & emiſſarij facti ſunt vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat. Tertio equus eſt mirabilis in agilitate, quia quamuis habeat magnum corpus, & ponderoſum, tamen facit magnos ſaltus. & hoc eſt quod dicitur.*

2 Nun. ſu. eum qua. lo. *q. volant per ſaltum. Quarto eſt mirabilis in audacia. & quantum ad hoc ſubditur.*

3 Glo. na. eius ter. *odorando enim per nares ſentit imminens bellum: & in hoc delectatur, cum tamen bellum ſit alijs terribile.*

4 Ter. vn. fodit. *per hoc oſtendendo quod deſiderat ad bellum currere. ideo ſubditur; Exultat audacter, &c.*

5 Nec ce. gla. *imo contra gladios euaginatos currit.*

6 Super ip. ſo. pha. *militis plena ſagittis.*

7 Vibra. ha. & cly. *omnia iſta ex motione equi faciunt ſonitum terribilem, tamen equus talibus non terretur, ſed magis ad audaciam prouocatur. ideo ſubditur.*

8 Feruens. *ex impetu.*

9 Et fremens. *id eſt hinniens.*

10 Sor. terram. *id eſt videtur eam ſorbere pedibus fodiendo.*

11 Nec re. tu. ſo. clan. *Qui eſt ſignum congreſſus belli: nec ab equo reputatur terribilis, ſed magis delectabilis: Ideo ſubditur.*

12 Vbi au. buc. *ad bellum exhortantem.*

13 Dicet vah. *Id eſt, faciet ſignum exultationis. Vah enim eſt interiectio exultantis. vnde Iſa. 44.* Vah calefactus ſum; vidi focum.

14 Procul odora. *Id eſt odoratu percipit.*

15 Exhor. du. *qui acies ſuas dirigūt, & exhortantur ad bellandum.*

16 Et vlu. exer. *Quia vnus exercitus in principio congreſſus contra alium clamat fortiter ad aduerſarios terrendum. Omnia iſta percipit equus naturali induſtria ſibi a Deo data, a quo factus eſt in adiutorium hominis, non ſolum ad ſubuectionem, ſed etiam ad iuſtitiæ, & reipublicæ defenſionem.*

1 Nun-

MORALITER.

3 *Gloria narium eius ter.* nam ex reſpiratione cœleſtium mortem appetit, quæ eſt vltimum terribilium.

4 *Terram vngu. fodit.* Nam omnia terrena contemnit.

4 *In occurſum pergit armatis.* Id eſt carnificibus ad eius iugulationem parat's.

6 *Contemnit pauorem.* Id eſt tormentorum horrorem.

12 *Vbi audierit bellum.* pro Chriſto exhortante.

13 *Dicit vah.* Quod ſignificat exultationem, ſicut Iſa. 44. c. *Vah calefactus ſum: vidi focum.*

1 Nun-

A piunt, quaſi ex ratione perſuadent. Turba verò eis ſubdita, quia ſine iudicio, eorum voces ſequitur, dum per confuſionis inſaniam perſtrepit, beſtiali mente vlulare perhibetur.

*Nunquid præbe. e.* Alia moralizatio. Sub ſpecie eq, de prędicatore, q in bello fortis eſt dux fidei, vel de quoquo milite, qũo à primæua conuerſatione ꝓficit, mẽtionẽ facit. Vnuſquiſque cui Deus p̃ſidet equus eſt, cui De⁹ ante omnia fidei fortitudinẽ dat, cui hinnitus ıñgitur, dũ quod corde credit ore confitetur.

a Nunquid per ſapientiam tuam plumeſcit accipiter, ex- 1
a ¶Hoc naturaliter agit accipiter. a ¶Renouatur quilibet, vel Gentilis ſpecialiter.
b pandens alas ſuas ad auſtrum? † Nunquid ad præceptum 2
a ¶Vt ad meum, qu quod præcipio inſpito. ¶ In ſupernis ponit conſilium.
tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum ſuum? 3

Suſcitatur, vt locuſta in exordio, qa ſi in quibuſdã actib terræ adhæret, in quibuſdã attollitur. Initia.n.conuerſionũ, ſunt permiſta noue vitę per intentionem & veteri per conſuetudinẽ, nec adeo nocet illa vetus, q̃ ſemper impugnat, hæc infirma Deus piè tolerat. Naris eius eſt p̃uiſio futuri iudicij, vbi gloria eſt de bonis, ſed & terror pro admiſtis adhuc malis. Iudiciũ ergo, quod eſt gloria, ei eſt, & terror, ſed timere ſeruile reputans, vt filius incipit patrem diligere. Et quia pro carnali actiõe erat timor, ante omnia carnem domat, quia cum vngula, id eſt, forti abſtinentia terrã fodit, carne preſſa ſecurius de ſpe cæleſti lætatur.

✻Olym. Dicitur Accipiter verſus Auſtrum explicatis alis erectus conſiſtere in aere, prædamque contemplari, & in eã hac ratione inuolare.

*Exul. au.* Audacter, quia valenter reprimit corpus. Exultat

B de ſpe æternorũ. Lætus aũt preſſo corpore hoſtiũ adiutore ſubtilius fraudes eorũ conſpicit, quas longe p̃uidere, & eis reſiſtere, eſt in occurſum pgere armatis, i. malignis ſpiritib⁹, q ſunt ꝯ nos fraudib. accincti, mala tegẽtes ſub ſpẽ boni, quaſi ne nudi videant᷑ armis ſunt tecti. Contra quas fruſtra nitit᷑, q ſeipſum prius non vincit. Sed in occurſum pergit, q exhortãdo in alieno corde eorũ inſidias præuenit. Vnde talẽ victorẽ hoſtes acrius tentant de ſeipſo, vt cura eius ab alijs ad ſe tuendum redeat, & illi deſerti pereant. Sed iſte fretus gratia Dei, & ſuã infirmitatẽ curat, & alios non deſerit. Et hoc eſt.

*Contem. pa. nec c. g.* Contẽnit, & qa nulla tentatione terret᷑, vt taceat: Nec cedit gladio, qa & ſi eũ violẽta tẽtatio pcutit, non tñ à cura ꝓximi repellit, vt Paulus, q grauiter pcuſſus, non tñ ſilet. Equus percutit᷑, nec à curſu prohibetur, vnde deſpectus hoſtis acutiora ſpicula pquirit, vt duce in fugã verſo equi quos regebat, diſſipẽt᷑. Diuerſa ergo multiplicat ex pharetra, p inſidias iacit, haſtã apertè vibrat, qa alia vitia virtutũ ſpẽ tegit, alia vt ſunt aperta p̃ponit, vt infirmari videt. Fraudes non q̃rit, niſi fortè decipere q̃rit. Si nec ſic proficit, clypeũ opponit, i. quaſdã difficultates conatibus illius, & ſic nõ põt vincere. Vel reſiſtit, & iter ꝓficientis intercludit. Cõtra hæc aũt equus Dei feruens, & tremens ſorbet terrã, i. terrena in ſe ꝯſumit, nec clangorẽ tubę reputat. Clangor tubę ſonat, cũ in bene geſtis è vicino aliqua culpa terribiliter tẽtat. Sed ille, nec bona deſerit, & vitiũ, quod de bono naſcitur, declinat. Sonare aũt reputaret, ſed ꝓpter malum, quod ſuboritur, rectè agere metueret. Ne autem dum proſperatur in virtutibus eleuetur, pulſari ſe tentationibus gaudet. Et hoc eſt.

*Vbi audi. &c.* Cõcuſſio tentationum infirmos prodit, agnitio infirmitatis cuſtodia eſt virtutum. Ideo autem tentationem ſuperat, quia non eſt improuiſa.

*Procul odo. &c.* Ideſt, ex cauſis precedentibus, quæ vitia ſub

C ſequantur agnoſcit, vt ex doctrina arrogantia, ex iuſtitia crudelitas, ex zelo ira, videt etiam, quæ turba malorum proruat ſi vel pauca admittat. Et hoc eſt.

*Exhorta-*

*Exhortationem du, &c.* Alia. n. ſunt duces, & alia, quæ mox D ſequunt᷑. Regina eſt ſuperbia, q̃ quẽ capit, ſeptẽ principalib. vitijs quaſi ducib. ſuis tradit, quos duces multa vitia ſequuntur. Initiũ omnis peccati ſupbia. Primæ filiæ eius ſunt inanis gloria, inuidia, ira, triſtitia, auaritia, vẽtris ingluuies, luxuria, ꝯ quę ſeptẽ datur ſeptiformis ſpirit⁹. De inani gloria, oriuntur inobediẽtia, iactãtia, hypocriſis, incontinẽtia, pertinacia, diſcordia, nouitatũ pręſumptiones. De inuidia, odium, ſuſurratio, detractio, exultatio in aduerſis ꝓximi, afflictio in ꝓſperis illius. De ira, rixę, tumor mẽtis, ꝯtumelię, clamor, indignatio, blaſphemia. De triſtitia malitia, rancor, puſillanimitas, deſperatio, torpor circa p̃cepta, vagatio mẽtis erga illicita. De auaritia, ꝓditio, fraus, fallacia, periuria, ingẽtudo, violẽtia, ꝯ miſcđiam obiurgationes cordis. De ventris ingluuie, inepta lętitia, ſcurrilitas, immũditia, multiloquiũ, hebetudo ſenſus circa intelligẽtiã. De luxuria, cecitas mẽtis, incõſideratio, incõſtãtia, p̃cipitatio, amor ſui, odiũ Dei, affectus p̃ntis ſeculi, horror, vel deſperatio futuri. De his ſeptem quinq; ſpũalia, duo carnalia ſunt, ſed ita cognata ſunt, vt vnũ ex altero ꝓferat᷑, qa inanis gloria generat iuidiã, inuidia irã. Et ita turbata mẽs triſtat᷑, triſtitia nõ habẽs in ſe vnde lætet᷑, foris q̃rit, & facit auarũ. In carnalib. de ingluuie naſcitur luxuria. Hæc 7. quaſi ſub quadã rõne menti ſe inferunt decep- E tæ, & ideo dicuntur exhortari ſequentia eorundẽ, dum ad oẽm inſaniam pertrahunt, beſtiali clamore ꝯfundunt. Inanis enim gloria ſuggerit p̃eſſe, vt plurib. proſit. Inuidia quaſi rõne oſtendit alios non ſuperiores, vel pares ei. Ira ſuadet non debere illata pati, ne conſueſcant inferri. Triſtitia quaſi probat nihil habere vnde gaudeat, cum oẽs proximi, ita ſint ei amari. Auaritia dicit rectè ꝯgregari, ne egeat, & melius expẽdat, qđ alij retinent. Ventris ingluuies dicit omnia immunda in eſum à Deo condita in donis Dei contradici non debere. Luxuria cũ breue ſit tempus, & neſciamus, quod ſequitur dicit non debere perdere, quod viuimus. Si enim Deus coitum improbaret, maſculum, & fœminam non feciſſet.

a *Nunquid per ſa. &c.* Dicto per ſpeciẽ equi, quãtus ſit, q̃ fortis ſanctus ꝯ certamina, incipit per ſpeciẽ auiũ quantum cõtemplatione volat. Per ſingulos enim annos accipiter pennam veterem noua naſcente proijcit. Quid eſt ergo accipitrẽ in auſtro plumeſcere, niſi q vnuſquiſq; ſanctorũ flatu ſpiritusſancti tactus concaleſcit, & vſum vetuſtę cõuerſationis abijciens, noui hominis formã ſumit. Et eſt ſenſus: Nunquid cuilibet electo tu intelligẽtiam, quam nec tu habes ex te cõtuliſti, vt flante ſancto ſpiritu cogitationum alas expandat, confitendo aperiat, quatenus pondera vetuſtæ conuerſationis abijciat, & virtutum plumas in vſum noui volat⁹ ſumat? Accipiter tempore auſtri veteres pennas deponit.

b *Nunquid ad præceptũ tuũ eleue. aquila.* Hoc loco aquilæ nomine ſubtilis ſanctorum intelligentia, & ſublimis eorũ contemplatio figuratur, ad præceptum Dei eleuatur aquila, dũ iuſſionibus diuinis obtemperans, in ſupernis ſuſpenditur fidelium vita: In ſupernis nidum ponit, quia habitationem mentis ſuæ in abiecta, & infima conuerſatione non ꝯſtituit.

✻Cate. Græ. In tuo autem præcepto exaltabitur. Aquila. Vultur autem in nidis ſuis ſedens morabitur.

✻Nicetas. Vultur cadaueribus veſcens, eſt homo impu- F rus, qui nunc voluptatibus fruitur, & in futurum reſipiſcentiam reijcit.

a *In petris*

Superbia cu filiabus. Eccleſ. 10 b.

†Aur.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Nun. per, &c. *Hic exponitur exemplũ de accipitre, qui habet mirabilem induſtriam in ſui renouatione, qui flante auſtro, qui eſt ventus calidus, extendit alas ſuas contra calorem ſolis, vt ſic aperiantur pori, & veteres pennæ, & pluma decidant, & nouæ ſupernaſcantur, cũ quibus agilius volet, & quod dicitur:* Nũ. per ſa. tu. plu. ac. *q. d. non, ſed per diuinam ſapientiam ipſum prædicto modo dirigentem.*

2 Nun. ad præ. &c. *Hic vltimo ponitur exemplũ de aquila, quę mirabilis eſt in multis. Primo in volatu, quia altius volat cæteris auib., & ideo dicitur.* Nunquid ad præceptũ tuum, *i. ſecundũ diſpoſitionem tuam, q. d. non, ſed ſecundũ diſpoſitionẽ diuinam. hoc enim facit aquila ex induſtria naturali à deo ſibi data. Curſus autem naturalis rerum eſt quædam motio creaturæ ad præceptum diuinum, ſecundum illud Pſalm. 148. a.* Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius.

3 Et in arduis ponet nidum ſuum? *vbi non eſt acceſſus hominum, nec beſtiarum, & hoc ne pulli ſui rapiantur ab hominibus, vel à beſtiis deuorentur. Secundò aquila mirabilis eſt in viſu, quia acutè, & de longe valde videt, ideo ſubditur.*

1 Inde

…tirabia in …ila.

## MORALITER.

1 *Nun. per ſa. tu. plu. me accipi.* Accipiter cuius pluma renouatur, per hoc qđ expandit alas ſuas ad auſtrũ, ſignificat pœnitentẽ, cuius conuerſatio renouat᷑ per hoc, q expandit intellectum ſuum, & affectum fideliter ad amorem diuinum.

2 *Nun. ad præ. tu. ele. aqui.* Ad Dei præceptum aquila ſubleuatur, qñ vir ingenioſus ad Dei contemplationem ſubleuatur.

3 *Et in ardu. po. ni. ſuum.* quando in eius amore firmatur.

a In petris manet; & in præruptis ſilicibus commoratur, atque
b c † inacceſſis rupibus. Inde contẽplatur eſcam, & delonge oculi 1
d a ¶ Sed nec, quod videt de altis, pullis aperit.
eius proſpiciunt. Pulli eius lambunt ſanguinẽ, & vbicunque 2
e f ¶ Peccatorum conuerſio, iuſtorum eſt refectio, uel, ¶ Chriſtus iam ſedens in cælo. 3
g cadauer fuerit, ſtatim adeſt. Et adiecit dominus, & locutus 4
a ¶ Vt tu dubitans an iuſte percuſſerim.
h eſt ad Iob. Nunquid, qui contendit cum Deo, † tam facile cõ 5
a ¶ Vt tu audens alios pares, alios maiores, & quod pœna eſt augmentum meriti. 6
b ¶ Si poteſt, quod tu his auditis iam non potes.
quieſcit? Vtiq; qui arguit Deum debet, & reſpondere ei. Re- 7
a ¶ Qui ſuperauit amicos ſuperatur à deo. 8
i ſpondens autẽ Iob domino dixit. † Qui leuiter locutus ſum, 9
k a ¶ Opus teget ſermonem, hoc de ſe dicit, & in typo eccleſiæ, quæ meritis uitæ tegit culpas linguæ, quam nullus poteſt domare.
l reſpondere quid poſſum? Manum meã ponã ſuper os meum. 10 11

A a *In petris ma.* In ſacro eloqo cũ ſingulari numero petra nominat̃, Chriſtus accipit̃, cũ plurali, ſancti viri exprimunt̃. vñ Petrus. *Vos tanquam lapides viui.* Aquila itaq; in petris manere dr̃, quia in dictis antiquorũ, & fortiũ patrũ mẽtis ſtatiõe collocat̃. Poſſunt & petræ, cæleſtes poteſtates intelligi, quia velut petræ in arduis ſitæ ab omni motu, (quod non arbores) mutabilitatis alienæ ſunt. Vir ergo ſanctus perennẽ angelorũ gloriam præſtolatur, atq; huic mũdo hoſpes, illa appetẽdo, quæ aſpicit iam in ſublimibus figitur.

1.Petr. 2.a.

† vel, munitionibus, aut turribus excelſis. Matthæ.24.c.

b *In præruptis ſilicib. comm.* Qui ſunt prærupti ſilices, niſi illi fortiſſimi angelorum chori? prærupti enim ſunt, quia pars eorũ cecidit, pars remanſit: Qui integri quidem ſtant per qualitatẽ meriti, ſed per numeri quantitatẽ prærupti. Eoſdẽ inacceſſas rupes dicit. Cordi.n. peccatorum hominũ valde inacceſſa eſt claritas angelorũ. Sed quiſquis, ita contẽplatione rapitur, vt intentionẽ ſuã iã choris angelorum interſerat, non ei ſufficit, niſi eũ etiam, qui ſuper angelos eſt, valeat videre. Sequit̃.

c *Inde cont. eſ.* Ideſt ex illis choris angelicis tendit oculum mentis ad gloriam ſupernæ maieſtatis, quæ non viſa adhuc eſurit, quæ tandem viſa ſatiatur. Sed quia carne grauati Deũ ſicuti eſt, videre non poſſumus, ſequitur.

B d *Et de longe oculi eius pro.* Acſi dicat: Sancti intentionis aciẽ fortiter tendunt, ſed nec Deum propinquius aſpiciunt, cuius claritatis magnitudinem penetrare non poſſunt. Sed ipſi prædicatores, cum auditores ſuos verbum diuinitatis capere non poſſe conſpiciunt, ad ſola incarnationis dominicæ verba vertuntur. vnde ſequitur.

e *Pulli eius lambunt ſan.* Acſi diceret. Ipſa quidẽ diuinitatis cõtẽplatione paſcit̃, ſed quia auditores eius diuinitatis arcana pcipere nequaquã poſſunt, cognito crucifixi dñi cruore ſatiant̃. Sanguinẽ lãbere, eſt paſſionis dominicæ infirma venerari. Sed quia pdicatoris anima carne exempta, ad eum mox ducitur, qui pro nobis ſponte ſua in mortem cecidit, ſequit̃.

f *Et vbi.ca.fue.etc.* vt illud: *Vbicunq; fuerit cadauer, ibi congregabuntur, & aquilæ.* Aliter: Omnis qui peccati morte ceciderit, põt cadauer vocari. Sanctus vero prædicator vbi peccatores eſſe conſiderat, illuc anxiè peruolat, vt in peccati morte iacentibus lucem viuificationis oſtendat: Auditis itaque tot ſanctorum virtutibus beatus Iob obſtupuiſſe intelligitur, & ſub admirationis terrore ſiluiſſe. nam ſequitur.

g *Adiecit do. & lo. eſt ad Iob.* Vir ſanct⁹ hac diſtrictiõe flagel
C li nõ eſtimauit ſibi merita augeri, ſed vitia reſecari, q̃ qa i ſe nulla cognouit, percuſſum iniuſtè ſe credidit, & percutiẽtẽ D arguere, eſt de percuſſione murmurare. Conſiderans autem dominus, quòd ea quæ protulit, non ex tumore ſuperbiæ, ſed ex qualitate collegerat vitæ, piè illum increpat.

⁜ Cate. Græc. Et reſpondit dominus Iob, & dixit: Nunquid iudicium tuum cum ſufficiẽte iudicabis? redarguens Deũ, reſpondebit illud?

⁜ Nicetas. Symmachus, nunquid redarguens, Deo al. quid reſpondebit?

h *Nun. qui conten. &c.* Acſi apertius diceret: Qui tanta de tua actione locutus es, cur audita ſanctorũ vita ſiluiſti? Me autem fuit arguere, de percuſſione mea an fuerit iuſta dubitare. Et vera hæc quidem de te dixiſti, ſed quo tenderent flagella neſciſti, quia ſi non eſt, quod corrigas, eſt quo creſcas. Narraui de alijs, & ſi tuam nouiſti, illorum celſitudinem nõ nouiſti. Auditis igitur illorum virtutibus, ſi quid potes, reſpõde de tuis, ſed omnis iuſtus attẽdens aliorum bona, quaſi de ſingularitate non ſuperbit.

† rec... vertu... dictu...

† Ecce... ptibil... vel, n...

i *Reſpondens autem Iob, &c.* Arguitur de ſilentio, vt prius de locutione, ſi neſcit cur cæſus, ſilens tamen veneretur, quia à iuſto, quid vir ſanctus de ſemetipſo ſentiat, innoteſcat.

⁜ Cate. Græ. Quid ego adhuc iudicor commonitus, redarguens dominum, audiens talia, cum nihil ſim?

E ⁜ Chryſ. ſtatim ab initio deo dat principatum, dicens, abs te victus ſum, quid ergo longius animaduerſionem producis? Ego acceptæ plagæ rationem exquirebam, opificium ipſum nullo pacto ſum criminatus. quamobrem ego domine iudicor, qui nullius pretij ſum, aut planè nihil.

⁜ Cate. Græ. Ego autem, quam reſponſionem dedero ad hæc? manum ponam ſuper os meum ſemel loquutus ſim, ſecundo autem non adijciam.

⁜ Olym. ſatius eſſe duco tuam ſapientiam ſilentio admirari. Non mihi verba deerant, quando cum hominibus ſermo hẽbatur. Verum hæc prima fuerunt. Ad hæc autem, quæ ſecunda ſunt, hoc eſt ad ea, quæ attingunt tuam poteſtatem, & ſapientiã nefas eſt addere aliquid, loqui vel contradicere.

k *Qui leuiter locutus ſum.* Acſi diceret: Sermonem meum defenderem, ſi hunc cum rationis põdere protuliſſem: At poſtquam lingua leuitate vſa conuincitur, quid reſtat, niſi vt conticendo refrenetur?

l *Manum meam ponam ſuper os meum.* ideſt, hoc quod diſtricto iudici de ſermone meo me diſplicuiſſe conſidero, ante ei⁹ F oculos ſub velamine recti operis abſcondo.

a *Vnum*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Inde contempl. &c. *ideſt, prædam ad ſui, & pullorum nutritionem, & quia communiter accipit prædam viuam, ideo ſubditur.*

2 Pul. eius lã. ſan. &c. *ſcilicet de præda ab ea occiſa currentem, & quia aliquando maxime tempore famis nutritur morticinijs, vel etiam morticinijs, ideo ſubditur.*

3 Et vbi ca. &c. *in quo notatur velocitas ſui volatus.*

4 Et adiecit. *Hic conſequenter ponitur ipſius Iob confutatio, inquantum oſtenditur ipſum neſcire, nec poſſe reſpondere, & hoc eſt, qđ dicitur.* Et adic. do. *Auditis enim prædictis mirabilibus Iob obſtupẽs tacuit, & ideo dominus ſuper prædicta adiecit, quod ſequitur, cum dicitur.*

5 Nunquid

5 Nunquid, qui con. cum deo. *ideſt, qui vult cum eo contendere diſputando, ſicut tu videbaris velle, dicendo: Diſputare cũ Deo cupio.*

6 Tam fa. con. *tacens, & neſciens reſpondere.*

7 Vtique, qui ar. de. *id eſt, facit argumentationes contra Deum.*

8 Debet reſpon. ei. *hoc autem dicitur, quia Iob ſupra dixerat Deo Aut tu loquere, & ego reſpondebo tibi. Et ſubditur humilis reſponſio Iob confitendo delictum ſuum.*

9 Qui le. lo. ſum. *ideſt, indiſcretè, & ſtultè: quia licet verum dixiſſet exceſſit tamen in modo loquendi, ut ſupra dictum eſt.*

10 Reſpo. quid poſ. *q.d. nihil, niſi confitendo ſtultitiam meam, ideo ſubditur.*

11 Manum meam po. ſuper os me. *ut non aperiatur amplius ad loquendum.*

1 Vnum

## MORALITER.

† *In petris manet.* id eſt, cum angelis per ſtudium contemplationis, qui dicuntur petræ ratione ſuæ confirmationis, & ſilices prærupti, propter eos, qui ceciderunt de medio eorũ.

1 *Inde contemplatur eſcam.* deſiderans claram dei viſionem.

2 *Pulli eius lambunt ſanguinem.* Pulli dicũtur diſcipuli adhuc tamen imperfecti, propter quod adhuc uacant circa Chriſti humanitatem meditantes eius paſſionem.

3 *Et vbicunque cadauer fuerit ſtatim adeſt.* qa de altitudine cõtemplationis paratus eſt deſcendere ad leuandũ peccatorẽ de putredine corruptionis, ſicut patet de Paulo, qui poſt raptum ad tertium cælum deſcendit ad ſubſidium peccatorũ.

† *Reſpondens autem Iob domino dixit.* Licet Iob uera dixerit, ut patet in fine libri per teſtimonium domini, tñ confitet̃ hic ſe locutum fuiſſe leuiter, ut infra ulti. ca. inſipienter, quia uix aut nunquã loquitur homo de diuinis, quin deficiat aliquo modo in ſententia, uel uerbis, & ſic fuit de ipſo Iob, propter quod hic reprehenditur, & in principio cap. ſequentis.

a *Vnum locutus ſum.* Loqui noſtrũ, eſt hominibus occultũ ſenſum aperire. Loq vero noſtrũ ad diuinas aures, eſt motũ mẽtis ẽt expreſſione actionis oſtendere. Beatus vero Iob locutione ſua ſcdò ſe deliquiſſe cõfitetur. Vnũ enim loqui illicitè, eſt res flagello dignas agere. Aliud vero loqui, eſt ẽt de flagello murmurare. Et eſt ſenſus: Rectũ q̃ de me iter homines credidi, ſed te loquẽte, & ante flagella prauum, & poſt flagella me rigidum inueni. b *Quibus vltra non addam.* Quia iam nũc quanto te loquente ſubtilius intelligo, tãto meipſum humilius inueſtigo. Homo enim vicinior luci, ſentit quid ante fuit, & quod iam guſtat, amplius amat, & quod ſubeſt iudicat, & quo eſt dignior, ſibi videtur indignior, & longe eſſe, quo propior.

A Ser. lo ſu. & reſpõde

a ¶Quod iuſtum me credidi. a ¶Quia te docente didici nullum hominis eſſe iuſtitiam

a † Vnum locutus ſum, quod vtinam non dixiſſem, & alte- 1
a ¶Quod de flagellis dubitaui, quaſi minus patiens.
b rum quibus vltra non addam. 2 3

D

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Vnum locu. ſum, quod vti. non dixiſ. *illud fuit, quod dixit. Diſputare cum deo cupio.*

2 Et al. *illud fuit, quod commemorando iuſtitiam ſuam videbatur derogare diuinæ iuſtitiæ.*

3 Quibus vl. non addam. *diligenter de cætero ab his, & conſimilibus præcauendo.*

## ADDITIO.

In cap. 39. vbi dicitur in poſtilla. *Nunquid noſti tempus partus ibicum, &c.*

Scdm quoſdã expoſitores Hebræorũ rõ quare hic fit mẽtio de partu ibicũ, magis q̃ aliorũ animaliũ eſt, q̃a ibices sũt ſicciſſimæ cõplexionis, & habẽt viſcera ſtricta, ſimĩr & meatus, & iõ part⁹ earũ in quo dilatatio viſcerũ, & meatuũ maxime reqrit̃, eſt in eis valde difficilis ſm earũ naturã, vnde, & indigerent maximè alicuius artificij ſeu iuuamẽti, q̃d tñ nõ habent, quia nullus obſeruat tpa parturitionis earũ, & tñ diuina prouidentia ſupplet dans eis inſtinctũ naturalẽ, qua ſeipſas adaptẽt ad partũ. de quo dicit. Incuruant̃ ad fœtũ, & pariunt. Eadẽ ẽt rõne, ſ. pp ſiccitatẽ cõplexionis ibicũ, filij earũ citius gradiuntur ſuper terrã, & ſeparant̃ à matrib. eo quòd carent humiditatũ ſuperfluitatib. quæ impedit motum progreſſiuum. vnde dicit. Separantur filij earum, & pergunt ad paſtum, &c. vnde ex prouidentia diuina circa tales procedit quòd tam cito de paſtu ſibi poſſint prouidere.

## CAP. XL.

B

a R*Eſpon. autem.* ✠ Olym. Deus ſummã teſtatus beneuolẽtiã amicè Iobũ victorẽ de ſatana cõpellat. Orig. & mercedẽ illi poſt hanc vitã perſoluendã arrhabone confirmat, dũ eũ de turbine alloquitur & iubet bono eſſe animo, & lũbos pcingere. Nemo. n. dignus eſt, q̃ cũ Deo loquatur, niſi qui ſit lũbis cõpreſſis, & q ad ſpiritualem vitã peruenerit. Quid ſit dominũ de turbine reſpõdere, quid beatũ Iob lũbos accingere, quid iterrogare Dei, quid hominis indicare, primo iã domini ſermõe tractatũ eſt.

✠ Cate. Græc. Putaſne me aliter tibi reſpondiſſe, quam vt appareas iuſtus?

✠ Olym. Duplex loci ſentẽtia. Aut enim in memoriã De⁹ reuocat, q̃ Iob amicis dixerat, Deo iudicãte ſe iuſtũ viſũ iri. Aut oĩa facta diuio iudicio, vt virt⁹ Iob appareat alias ignota.

E

✠ Grego. Theolo. plagę arcanam rationem aperit.

## CAP. XL.

a R*Eſpondens autem dominus Iob de tur- 1
bine dixit. Accinge ſicut vir lũbos tuos,
b interrogabo te, & indica mihi. Nũq̃d ir- 2
¶ Dum ex tuis meritis contra flagella diſputas.
ritum facies iudicium meũ, & cõdemna-
¶ Quia Iob homines ſuperat, eum Deus ad conſiderandam maieſtatem ſuam prouocat, vt de ſe nihil ſentiat.
c bis me, vt tu iuſtificeris? Et ſi hẽs brachiũ 3 4
d e ſicut Deus, & ſi voce ſimili tonas, circunda tibi decorem, & 5 6
f in ſublime erigere, & eſto glorioſus, & ſpecioſis induere ve- 7 8 9*

d *Et ſi ha.* Deũ brachiũ habere, eſt operantẽ filiũ gignere.

✠ Chryſ. Non bellum inferens te ſauciari pmiſi, q̃ enim tua fortitudo, vt prælio ſis mihi laceſſendus? an parem habes virtutem?

✠ Orig. Huc duci poſũt illi verſus: Aduerſarium, qui tibi mala intentauit, ſuperaſti.

b *Nunquid ir.* Quiſquis contra flagella ſemetipſum defendere nititur, flagellantis iudicium euadere conatur, vt Saul.

c *Vt tu iu.* quia ſine culpa ſe feriri, ſcit, ne inſoleſcat corripitur, & ad occulta iudicia reuocatur, vt credat iuſtum, quòd à deo fit, etſi cauſam non videat.

✠ Cate.

e *Si vo. ſi. to.* Voce tonare eſt conſubſtantialem ſibi filium mundo terribiliter demonſtrare.

f *Circunda ti.* Subaudis, vt ego. Ipſe. n. circundat ſibi decorẽ, de quo ſcriptum eſt: Dñs regna. de. ind. eſt. Ipſe apud nos in ſublime Pſalm. 92. a.

F

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XL.

1 R*Eſpon. au.* *Poſtquam dñs increpauerat Iob de hoc, q̃ dixerat diſputare cũ deo cupio, hic cõſequẽter increpat eũ de altero, ſ. q̃ derogare diuinæ iuſtitię videbatur, ſuã iuſtitiã nimis cõmemorando, & primo ponitur ipſius Iob increpatio, ſecundo ipſius humilis reſponſio 42. ca. Prima in duas, quia primo dñs proponit propoſitum, ſecundo proſequitur intentum, ibi:* Si habes brachiũ. *Circa primũ primo excitat Iob ad attentionem, & patet litera ex dictis ſupra in prin. 38. cap. & conſequenter proponit intentum di.*

2 Nunq̃d irri. fa. iu. me. & con. me. vt iu. *Ideſt, debes tu cõmemorare iuſtitiã tuã per talẽ modũ, q̃ iudicium meum per hoc videatur hominibus irritum, & falſum, & per conſequens videar condemnabilis. q. d. non, & tamen tu hoc feciſti, quia per verba tua quibus iuſtitiã tuam expreſſiſti, amici tui ſic intellexerunt, quòd tu argueres iudiciũ meum tanquam iniuſtum.*

3 Et ſi ha. bra. *Hic conſequenter propoſitũ probat, quòd Iob ſit increpabilis ex verbo pdicto. hoc aũt probat per excellentiã diuinæ ſapientiæ, & potentiæ, q̃ tantum excellit potentiam, & ſapientiã humanam, quòd nullus homo debet ſe iuſtificare per talem modum, quo aliquis poſſit opinari, quòd talis iuſtificatio cedat aliquo modo in derogationem diuinæ iuſtitiæ. Excellentia aũt diuinæ virtutis maximè relucet in mundi creatione, & gubernatione, & quantum ad hoc dicitur.* Et ſi ha. bra. *ideſt, virtutem, quæ per brachium deſignatur.*

4 Sicut de. *qui ſua virtute mũdũ ex nihilo pduxit, & conſeruat, ita quòd ſubtracta manutenentia ipſius omnia redigerentur in nihilum.*

5 Et vo. ſi. to. *Id eſt, ſi vox tua ſit tantæ virtutis, ſicut vox Dei, per quam omnia facta ſunt de nihilo, ſicut dicitur Pſal. 148.* Quia ipſe dixit, & facta ſunt.

6 Circun. ti. de. *Ideſt, fac tibi mundũ totum ſphæricum, q̃d ſit tibi ad decorem, ſicut vniuerſitas creaturarũ ipſi Deo, quia per pulchritudinẽ ordinis in creaturis apparet decor diuinæ ſapientiæ, & virtutis.*

7 Et in ſu. eri. *quaſi præſidens omni creaturæ, quod eſt proprium. Dei. Secundo apparet excellentia diuina in præmiatione beatorum, & quantum ad hoc ſubditur.*

8 Et eſto glorioſus. *ideſt, clarè à ſanctis angelis cognitus, & reuerenter laudatus. Gloria enim eſt clara notitia cum laude.*

9 Et ſpe. indu. ve. *ideſt, ſocietate ſanctorum angelorum adornatis. Sicut enim veſtes pretioſæ faciunt ad ornatum hominis, ſic ſocietas angelorum ad ornatum Dei, inquantum decor ſuæ ſapientiæ, & gloriæ maximè relucet in eis.* Nota.

## MORALITER.

1 *Reſpon. au.* Licet aũt beatus Iob vera dixerat, vt dictũ eſt, tamen in modo loquendi defecit, per quem poterat æſtimari, & æſtimatũ fuit ab Eliu, q̃d nimis ſe iuſtificabat, & diuinę iuſtitiæ derogabat, propter quod increpando dicitur ei.

2 *Nunquid irri. fa. iu. me. & con. me. vt iu.* Q̃d ꝯſequenter incõuenienς oſtenditur per excellentiã potẽtiæ diuinæ, ad q̃ nullus poteſt attingere. Per hoc ergo docemur loqui timidè, &

ſublime erigitur, cũ noſtris mẽtib. in ſua natura eſſe impenetrabilis demonſtrat᷑. Ipſe glorioſus eſt, q dũ ſeipſo pfruitur accedentis laudis indigẽs nõ eſt. Ipſe ſpecioſis induit᷑ veſtib⁹ qa ſanctorũ angelorũ choros quos ꝯdidit, ĩ vſum ſui decoris aſſumpſit, & velut quãdã veſtẽ glorioſã ſibi eccl̃iã exhibet, non habentẽ maculã aut rugã. Sed quia ſpecioſarũ veſtiũ nomine, iuſtos ſibi quomodo adiungat inſinuat iniuſtos ẽt quomodo à ſe diſiungat, oſtendit, dicens.

A — Eſa.45.c. — Ephe.5.f. — †indignationẽ iræ tuæ. — †alliga, vel ob uolue in abſcondito.

a ¶ Ipſe qui idem eſt in iudicio, ſed conſcientia vniuſcuiuſque ei modificabitur iratus, vel placatus.
a ſtibus. Diſperge † ſuperbos in furore tuo, & reſpiciens omnem 1
b arrogantem humilia. 2
c Reſpice cunctos ſuperbos, & confun- 3
a ¶ Vnde dicet, neſcio vos. 4
d de eos, & contere impios in loco ſuo. Abſconde eos in pul- 5
a ¶ Intentiones cordis. b ¶ Quo altius eriguntur in gloria terrena, quæ eſt in imo, in baratrum merguntur. 6
e uere ſimul, & facies eorum † demerge in foueam, & ego 7
8
a ¶ Minus diligitur ereptio ſi neſcitur periculi magnitudo. 9
f confitebor, q ſaluare te poſſit dextera tua. Ecce Vehemoth 10
11

a *Diſperge ſu.* Subaudis, vt ego, qa eos, & tranquillitatis tẽpore vnitos cõtra me tolero, & diſtrictus quãque veniens in meo eos furore diſpergo.

B

b *Et reſpi. om. ar. hu.* Acſi dicat, vt ego. Duobus autem modis peccator à domino reſpicitur, dum aut à peccato conuertit᷑, aut ex peccato punitur. Vtriſque autem modis peccator in humilitate arrogans ſternitur.

Peccator duobus modis reſpicitur à deo.

c *Reſpi. cũ. ſu.* Subaudis, vt ego. Superbi. n. ex reſpectu domini confunduntur, aut hic dãnantes crimina, aut illic ſupplicia de iuſtitia ſentientes. Impiorum vero locus ſuperbia eſt, quia cum ſcriptum ſit. *Initium omnis peccati ſuperbia*, vnde oritur impietas, ibi continetur ſuperbia. Impius ergo in loco ſuo conteritur, quia ipſa ſuperbia qua eleuatur, opprimitur.

Eccle.10.b.

d *Abſcon. eos in pul. ſi.* Acſi dicat, vt ego. Superbos enim atq; impios iuſto iudicio dominus in puluere abſcondit, quia eorum corda ipſis, quæ deſpecto amore creatoris eligunt, terrenis opprimi negotijs permittit. Sed cuncta hæc qua intentione præmiſerit, oſtendit dicens.

e *Et ego con.* acſi diceret: Si potes terribilia facere, hęc q ipſe ꝓtuli tibi, & non mihi deputa bona oĩa, quę feciſti. Si vero peccantes alios non potes pdere, liquet q à reatu nequitiæ tua te non vales virtute liberare. Quia aũt præmiſſis verbis dñs potẽtiã ſuæ magnitudinis intulit, nunc in ſequentib. nequitiam

C

quitiã antiqui hoſtis oñdit, vt bonus famulus, & auditis pri⁹ virtutib. dñi, ſciret quãtũ diligeret, & cognita poſt calliditate diaboli diſceret quantũ timeret. Verbis. n. ſequentib. fideli famulo dñs cunctas hoſtis machinationes inſinuat, omne quod opprimendo rapit, omne quod inſidiando circumuolat, oẽ quod minando terret, omne qđ ſuadendo blanditur, omne quod deſperãdo frangit, oẽ quod promittẽdo decipit. Cũcta ergo tergiuerſationis eius certamina exorditur, dicens.

D

f *Ecce Vehemoth quẽ, &c.* Omnia ſimul facta dicunt᷑, quia cum primò fecit cælũ, & terrã, in ſubſtantia ſimul facta ſunt, quę de eis originẽ habent, ſed non in ſpecie, q̃ poſt ſequentibus diebus oſtenſa ſunt, Sol, & luna de cęlo: virgulta, & huiuſmodi de terra, nõ ſic homo, & Vehemoth, qa non alter ex altero: Si iõ ſimul, quia in actione Dei, (q̃ tẽpore caret) idem diceretur de omnibus, ſed ſimul per imaginem ſapientiæ.

E

✲ Iulianus. Quidam vermes Iob artus depaſcentes interpretantur. Olym. Alij aduerſarias poteſtates appoſitè ad illud: Ne tradas beſtijs animas confitentium tibi. Chryſo. Licet referre ad beſtias, quæ ſub aſpectum cadunt, quæ diuino conſilio licet feræ, fœno ſunt contentæ.

*Ecce Vehemth, &c.* Sub Vehemoth nomine antiquum hoſtem inſinuat, interpretatur autem animal, qui cum homine factus eſt, non vnitate tẽporis, ſed cognitione rationis. Quia ergo in cuncta rerum natura nullum rationale animal eſt, niſi angelus, & homo, quicquid ratione vti non poteſt, cum homine factum non eſt. dicatur ergo.

*Ecce Vehemoth, quẽ fe. te.* vt dũ homo eũ, q in rõne ſecũ factus eſt periſſe cõſiderat, vicinũ ſibi caſum ſuperbiæ ex ipſa propinqui ſui pditione pertimeſcat. Sed quia Vehemoth cũ quo ſit factus dictum eſt, perditus quid agat audiamus.

F

a Fæ.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Diſperge.* Hic conſequenter oſtendit excellentiam diuinę virtutis, quæ tertio modo apparet in punitione malorum, et hoc oſtenditur primo in malis hominibus. ſecundò in dæmonibus, ibi: *Ecce vehemoth.* Circa primum dicit. *Diſper. ſuper.* ideſt, peccatores, ſi habes brachium, ſicut Deus. 2 *Et reſpi. om. arro.* ideſt ſolo nutu, vel reſpectu deijce à ſua potentia. Dicitur autem arrogans, qui maiora præſumit, & attentat, quã facultas ſua, & decentia ſe extendat. 3 *Reſpi. cun. ſu.* non oculo clementiæ parcentis, ſed oculo iuſtitiæ punientis. Ideo ſubditur. 4 *Et confun. eos.* reddens eis confuſionem propter eorum ſuperbiam, & gloriationẽ. 5 *Et contere impios in lo. ſuo.* Ideſt, vbi & quando magis ſecuri non verebantur ſuam impietatem operari. 6 *Abſconde eos in puluere ſimul.* corpora eorum per mortem redigẽdo in puluerem. 7 *Et facies eorum.* ideſt, animas, quę per facies deſignantur, eo quod in facie relucent omnes ſenſus, & in anima ſunt omnes notitiæ intellectiuæ. 8 *Demerge in foueam.* Ideſt in profundum inferni, 9 *Et ego confitebor.* ſi poſſis facere prædicta. 10 *Quod ſaluare te. poſ. dex. tua.* i. quod non indigeas alicuius auxilio, quod eſt proprium ipſius Dei. 11 *Ecce Vehe.* Hic conſequenter oſtẽditur excellentia diuinæ virtutis in punitione dæmonis. Et primo ſub ſimilitudine animalis terreſtris. ſecundò ſub ſimilitudine piſcis, ibi: *An extrahere.* Circa primum ſciendum, q Iudæi dicunt hic, quòd *Vehemoth* eſt nomen cuiuſdam animalis incredibilis magnitudinis, intantum quòd in vna die depaſcit herbas mille mõtium, & in craſtino renaſcitur herba in tanta magnitudine, ſicut erat in præcedenti die. Et ad hoc inducit Ra. Sa. ſuper iſtum locum auctoritatem Pſal. 49. in quo vbi habemus. *Iumenta in montibus, & boues.* Hebræi dicunt: *Vehemoth in montibus mille.* & tranſlatio Hieronymi ſumpta immediatẽ de Hebræo habet: *Pecudes in montibus milium.* Dicunt enim Hebræi, quòd Vehemoth eſt nomen æquiuocum, & vno modo ſignat idem, quòd animalia, & ſic eſt nomen cõis generis, & plurale. Alio modo ſignat pdictũ animal immẽſæ magnitudinis, & ſic eſt nomẽ ſpeciei, & ſingulare. Dicunt ẽt Hebræi, q in reſurrectione Deus interficiet illud, & iuſti carnibus eius veſcentur, & ſic patet, q Iudæi inciderunt in errorem Saracenorum dicẽtes, quòd reſurrectio fiat ad vitam animalem cibis indigentem, quod improbaui, Gene. 1. c. per ſcripturam noui ac veteris teſtamen. Habet dictum etiam eorum de magnitudine illius animalis multa, quæ ſtatim videntur inconuenientia de paſtu illius. Propter quod expoſitores catholici exponunt hoc de dæmone ſub ſimilitudine elephantis, & ceti, qui eſt idem, qđ Leuiathan. vnde poſitis proprietatibus elephantis dr̃ in lr̃a. Ipſe eſt principiũ viarum Dei, quia tota natura Angelica à principio fuit creata in cęlo empyreo. Simr̃ poſitis proprietatib. Leuiathã dr̃. Ipſe eſt rex ſuper oẽs filios ſuperbiæ. Ex quib. dictis ſatis patet, quòd Deus ſub ſimilitudine illorum animalium loquitur de dæmone, qui licet anteq̃ caderet per peccatum eſſet ſuperior homine, deprauatus tñ per peccatũ factus eſt inferior, & cecidit quodãmodo in beſtialẽ monſtroſitatẽ, vnde & in animalib. monſtroſis ſolet apparere, inter animalia aũt terreſtria elephas eſt valde mõſtroſꝰ, & cetus inter marina, & ideo per ipſa hic intelligit᷑ diabolus. Ratiò autẽ quare hic elephas vocat᷑ Vehemoth, qđ nomen in Hebręo ſignificat aĩalia in plurali, eſt, quia pp magnitudinẽ habet excellentiã ſuper omnia animalia, ita q corpora plurium animalium ſimul iuncta non adæquant eius quantitatem. Igitur exponat᷑ litera de dæmone ſub nomine elephantis deſignato, quia in parabola ſenſus literalis eſt, non ille qui immediatẽ p voces ſignatur, ſed per res ſignatas, ſicut Iudi. 9. b. dicit᷑. *Ierunt ligna ad rhamnum.* Senſus literalis eſt de viris Sichem ſignatis per ligna, & Abimelech, qui per rhamnum ſignatur: Sic in propoſito ſenſus literalis eſt de dęmone, qui parabolice per elephãtem deſignatur, cum dicitur. *Ecce Vehe. quem fecit tecum.* ſi referatur ad elephantem ſic exponitur, quòd elephas factus fuit ſexta die cum alijs animalibus greſſibilibus, & eodem die factus fuit homo, & ſic Iob hic accipitur pro ipſo Adam in quo etiam ſanctus fuit Iob quodammodo, ſcilicet tanquam in principio totius naturæ humanæ. Si autem referatur ad dæmonem, qui per Vehemoth intelligitur, ſic exponitur.

Diuiſio. — Diuiſio.

1 Quem

## MORALITER.

ſobrie, cum loquimur de conditionibus naturę diuinę.

11 Ecce

11 *Ecce Vehemoth.* ſecundum doctores noſtros dominus hic de diabolo loquitur ſub elephantis metaphora, qui Vehemoth nominatur.

1 Quem

A a *Fæ.qu.bos.* Boues fœno nõ niſi mũdo veſcunt̃. Fęnũ ergo ſicut bos appetit comedere, q ſuggeſtionis ſuę dente cõterere mundã vitã ſpiritualiũ q̃rit, quod quidẽ p̃ualet in his, q mundã vitã per ſtudiũ ducunt, ſed ex illa placere deo nõ appetũt, hi apud humana iudicia electi sũt, ſed apud ſubtile examen Dei fœnũ. Quia igitur omnipotẽs q̃d hoſtis noſter agat innuit, nunc quomodo præualeat innoteſcit: vt calliditatis eius nequitia quo apertiꝰ cognoſcatur facilius ſuperetur. ſequitur.

a ¶Carnales. b ¶Sed qui patent mundo de ſordibus pro minimo eſt ei. c ¶Hoc primo poſt eſum fœni, quia poſtquam ſpiritum cepit, mox ad carnis corruptionem ſe extendit.

a quem feci tecum, fœnum quaſi bos comedet. Fortitudo 1 2
b eius in lumbis eius, & virtus illius in vmbilico ventris 3 4

a ¶In die ortus, i. conuerſionis, non eſt præciſus vmbilicus, ideſt, reſecata luxuria.

c eius. † Stringit caudam ſuam quaſi cedrum, nerui teſti- 5 6

a ¶Quia tunc cum poteſtate miracula.

d e culorum eius perplexi ſunt. Oſſa eius velut † fiſtulæ æris, 7

a Male impliciti, & tecti non poſſunt ſolui. b Quia infirmus nequius incidit.

b *Forti.eius, &c.* Seminarium coitus viris ĩ lumbis eſſe, fœminis in vmbilico perhibetur, q̃a igitur poteſtati diaboli vterq; ſexus valde ex infirmitate luxurię ſubſternitur, & fortitudo eiꝰ in lumbis contra maſculos, & virtus illius contra fœminas in vmbilico perhibetur. Bene autem in lumbis, vel vmbilico eius non eorum fortitudo dicitur, quia nimirum eius proprie corpus fiunt, qui ſuggeſtionum turpium blandimentis decepti, ei per luxurię fluxa ſuccumbunt.

✲ Olymp. Aquila, dorſum: Symmachus ventrẽ interpretatur, vt robur beſtiarũ ſit in lũbis, & vmbilico, q̃ a ẽ ſpina dorſi
B ducti nerui vmbilicũ deuinciunt. Verũ vim Satanę declarat qui primũ ad libidinẽ, & gulã homines inuitat, mares, & fęminas. Sũma aũt cum dignitate verborũ, & in mare lũbi, & in fęmina vmbilici nomine vſa eſt ſcriptura, ſiquidẽ parem dignitatem, & modeſtiam ad mulieres afferri oportebat.

c *Strin.cau.&c.* Cedri nomine ſuperba prauorum potentia deſignat̃. Cauda aũt Vehemoth illa antiqui hoſtis extremitas dr̃, cum vas propriũ perditũ illũ hominẽ ingreditur, qui ſpecialiter Antichriſtus nuncupat̃. Quẽ quia modo honorib. ſeculi, modo ſignis, & prodigijs fictę ſanctitatis in tumore potẽtię eleuare p̃mittit, rectè voce dñica cauda illius cedro cõparat̃. Sicut.n.cedrus arbuſta creſcendo deſerit, ita tunc Antichriſtus mũdi gloriã t̃paliter obtinens, menſuras hominũ, & honoris culmine, & ſignorũ poteſtate trãſcẽdet. Bene aũt caudã ſtringere dr̃, quia tota eius virtus in illo vno dãnato homine cõgeſta denſatur, vt tanto per illũ fortia, & mira faciat. quãto illũ collectis virib. inſtigat. Hoc ẽt per ſeipſum ſine homine agit, prima ſuggeſtio eius mollis eſt, q̃ facile poteſt cõteri, ſed recepta, vſu roborat̃. Caput eſt herba, cauda cedrus, dente delectationis vulnerat, cauda ſtringit, & ligat, ꝯſenſu.n. & vſu, ita indurauerit, & excreuerit, vt ẽt volẽs nõ facilè queat diſſolui. Illis ẽt quos cepit iã proximis mortis, grauiores culpas ingerit. Stringit ergo caudã, dũ p̃ parua vitia in fine deteriores facit. Aliq̃n receptum, gratia Dei expellit, ſed cũ expellitur, acrius ſęuit, & diſcerpẽs exit, tunc enim mentẽ pęnis dilaniat cũ egredi cõpellitur, & in hoc caudam ſtringere dicitur, ſed quia quale ſit iniuſtorum caput dixit, de membris eius, ſequitur. D

✲ Cate.Gre. ſtatuit caudam, ſicut cypariſſus.

✲ Nicetas. Cypreſſus iuſtos deſignat, & Angelos bonos, in quos ſe transfigurant Angeli Satanę.

d *Ner.te.&c.* Tot teſtes habet, quot iniq̃tatis ſuę p̃dicatores poſſidet. Teſticulorũ eiꝰ nerui p̃plexi ſunt, quia videlicet p̃dicatorum illius argumẽta doloſis aſſertionib. innodãtur, vt recta videantur, quę peruerſa ſuadent, nec ſolui poſſunt. Vel teſticulũ eius ſunt, qui corda innocentiũ actionis ſuę exẽplo corrumpũt, & ſuo exẽplo alij fętus erroris miniſtrãt, quorum nerui perplexi ſunt, & malè impliciti dũ correctione ſolui nequaquã poſſunt. Vel teſticuli ſunt praue cogitationes, & ſuggeſtiones, quib. ſtuprata anima iniquũ opus gignit. Harũ nerui ideſt, callida argumẽta, ita ſunt p̃plexa, vt ſi q̃s peccata velit fugere ſine aliquo peccati laqueo non poſſit, nec põt ab vno ſolui, niſi alio alligatus. Vt ſi quis iurat alicui, q̃ ſecreta illius omni ſilẽtio cõtegat, ſi poſt inuenit graue crimẽ illius, quod velit facere, timet p̃dere ne ſit piurus, ſilere ne cõſentaneꝰ. E
Vel deſerens mundũ ſi nõ cautè à p̃lato, aliq̃n iubet̃ agere, q̃ ſunt mũdi, dimittere q̃ ſunt Dei, ſi obedit Deũ deſerit. Si nõ obedit, Deũ in ſuo p̃lato contẽpſit, & iã ad ſuas voluptates redit. Vel qui pretio ad regimẽ eccleſiaſticũ aſcenderit, pulſatus tribulatione attendit, q̃ malè intrauit, ſed volẽs dimittere timet culpã gregis deſtitutione, volens retinere timet ne grauior ſit culpa, quod emit poſſidere, quippe neutrum ſine reatibus criminis videt. Si aũt ſine peccato nullus euadendi eſt aditus, minora eligant̃, & perplexitas Vehemoth ſoluit̃, dũ ad maximas virtutes quis per minora commiſſa trahitur.

✲ Cat. Græ. nerui autem eius impliciti ſunt.

✲ Nice. eſt genus hominum callidorum de quibus Iſaias: Solue omnem nexum iniuſtitiæ.

e *Oſſa eius.* Oſſa ſunt conſilia in quibus eius vis tota, qui non vi, ſed callidè interficit. Per teſticulos, i. ſuggeſtiones apertè noxia inſerit, p̃ oſſa quaſi ex bono ꝯſulit, vnde fiſtulis ęris cõparant̃, q̃ ſuauitate cantus aures mulcent, & cor emolliũt, ita doloſa illius conſilia blandũ ſonũ de exteriorib. reddunt, q̃ & hẽte poteſt homo, & bonus eſſe, & ſic cor ad voluntates trahunt, vt laudando, q̃ bene ex ſe egit, vt non debeat alijs ſubdi ad ſuperbiã intendit, ſed durius tentat cũ ſub ſpẽ virtutis quaſi infirmis laqueus occultatur. Vnde cartilago eius eſt quaſi laminæ ferreæ. Cartilago hẽt ſpeciẽ oſſis, ſed non firmitatem, i. quædam vitia habent ſpeciem recti, ſed nõ virtutem, vt ſub ſpecie zeli latet ira, & ſub manſuetudine diſſolutio: F

Teſticuli Leuiathan.

† baculũ æreũ

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Quem fe.te. *ideſt ſicut, & te feci, & hoc dicitur ad excludendũ errorem eorum, qui malitiam dæmonis conſiderantes negauerũt ipſum eſſe creaturam boni Dei.*

Quem fe.te. *i. habentẽ tecum ſimilitudinẽ in natura intellectuali, in qua etiam elephas per quem dæmon intelligitur, habet quandam conuenientiam cum homine. Dicitur enim 8. de animalibus, quòd omnium animalium ſylueſtrium maximè domeſticabile eſt elephas, in multis enim eruditur, & intelligit, & docetur adorare regem, quod non eſt ſic intelligendum, quòd habeat intellectum, ſed propter bonitatem æſtimatiuę habet intellectui aliquid ſimile.*

2 Fęnum quaſi, &c. *non enim veſcitur carnibus, ſicut, et lupus, et leo, ſed herbis, granis, & terræ naſcentibus, ſicut, & bos, & per hoc intelligitur, quòd dæmon, qui per elephantem ſignatur, delectatur, & paſcitur in hominibus implicatis terrenis cupiditatibus. Conſequenter agitur de virtute elephantis generatiua, cum dicitur.*

3 Forti.il.in lum.eius. *ſemen enim in animalibus maſculinis defluit à renibus ad membra genitalia.*

4 Et vir.il.in vm.vẽ.eius. *In coitu.n. ſupponit vmbilicum dorſo fæmellæ, & ideo habet ibi fortitudinem neruorum, ne lædatur ex concuſſione corporum tam magnorum.*

5 Strin.cau.ſuã.ſi.ce. *quia in animalibus prædicto modo coeuntibus maſculus ſtringit caudam ſuam inter tibias poſteriores.*

6 Nerui teſti.eius perple.ſunt. *quia teſticuli animalium generãtium habent quaſdam reuolutiones neruorum, vt habetur 4. de animalibus, per iſta intelligitur, quod dæmon in peccato luxuriæ maximè delectatur, non quia delectationem in coitu propter ſe habeat, licet aliquando dæmones ſint incubi, & ſuccubi, ſed quia illos quos in peccato luxuriæ plus, quam in alijs peccatis irretit, ita fortiter tenet, q̃ non poſſunt manum eius faciliter euadere, & ſic quod dicitur. Fortitudo illius in lumbis eius, refertur ad luxuriam virorum, quæ magis viget in renibus. Et virtus eius in vmbilico ventris eius ad luxuriam mulierum. Stringit caudam ſuam quaſi cedrum, quia quos in hoc peccatum deucit aſſuefactione ligatos tenet. Nerui teſticulorum eius perplexi ſunt, quia illos, qui hoc vitium relinquere volunt, diuerſis occaſionibus impedit, & retinet. Conſequenter agit de fortitudine elephantis di.* Philoſophus.

7 Oſſa eius velut fiſtulæ. *per hoc itelligitur fortitudo oſſium eius & tibiarum ad ſuſtinendum corporis pondus, ideo dicuntur inflexibiles ad modum æris, & ferri, & per hoc in dæmone intelligitur obſtinatio in peccato, quia liberum eius arbitrium non eſt flexibile ad bonum.*

1 Ipſe

## MORALITER.

1 *Quem fe.te.* ideſt ſimilem tibi per intellectum.

2 *Fænum quaſi bos co.* Per fęnum vita carnalis intelligit̃. Eſa. 40.b. *Omnis caro fænum, & omnis gloria eius quaſi flos fæni.* Ergo Vehemoth fœnum comedit, quia carnales homines incorporando ſibi conſumit.

3 *Forti.eius in lum.eius, &c.* Luxuria viget in lũbis virorũ, & in vmbilico fœminarum, ergo quia per vitiũ luxuriæ vtriuſque ſexus multi diabolo ſubijciuntur, virtus eius, & fortitudo in lumbis, & in vmbilico denuntiatur.

5 *Stringit caudam.ſu.ſicut cedrum.* quia fortiter tenet quos capit per luxuriæ vitium.

7 *Oſſa eius ve.fi.æris.* Per duritiam æris, & ferri ſignificatur obſtinatio diaboli, ĩ qua deſiderat ſibi peccatores aſſimilari.

lutio, p hoc ergo facit ſperari pmia vnde ſequunť ſupplicia,
A ſed facilius culpa corrigiť, q̄ erubeſcitur,q̄ aūt virtus putať, difficilius, vnde laminæ ferreæ cōparanť. Habet hæc bellua carnes, hēt oſſa, ſed oſſa eius quoſlibet valentiores in corpe eius accipim⁹,in quib. dum iniquitas vehementer indurauerit,p eos tota corporis cōpago ſubſiſtit. Qui quoniā poteſtate videri admirandi appetunt,& tamē auditoribus nōnunquā exhibent linguæ dulcedines, æris fiſtulæ cōparantur,quia more metalli īſenſibilis ſonum beneloquēdi hňt, ſed ſenſum bene viuēdi non habēt.

† oſſa illius (ſub. minora,) ſicut virga ferrea.

a ¶Debiliores nequius agunt. b ¶Vt videatur,quia non eſt. c ¶Ferro cætera metalla concidūtur.
¶Si ergo huic ſuperbienti non pepercit Deus, quid fiet ſuperbo homini.

a †cartilago illius quaſi laminæ, ferreæ. Ipſe eſt principium via- 1
b a ¶Multum poteſt ex conditione,ſed reprimitur ab auctore. b ¶Oē, quod applicatur in ſeipſo reducitur.
c d rum Dei. Qui fecit eum † applicabit gladium eius, huic mon- 2 3
a ¶Ex ſucceſſu huius ſeculi procedit elatio, & deſideria multa, & curæ quaſi fœnum quo fames diaboli paſcitur. b ¶Quia cor ſuperborum omni uitio ſubſternitur. c ¶Vbi nihil eum commouet. Solis calore recedente fit vmbra,ideſt torpor,& frigiditas peccati,quies diaboli. 4
e f tes herbas ferunt. Omnes beſtiæ agri ludent ibi, ſub † vmbra 5 6
a ¶Vbi ſpecies quaſi cortex arboris,ſed non ſoliditas. b ¶Vbi bene veſtigia imprimuntur,vbi pes labitur.
c ¶Si hæc mala iuſti increpant,occurrunt aliqui,ne alii corrigantur.
g dormit in ſecreto calami in locis humentibus. Protegunt 7
h i † vmbræ vmbram eius, circundabunt eum ſalices torren- 8

† applicauit.
† arbores vmbriferæ, vel tegent eum arbores vmbriferæ vt ſint vmbra eius.

⁂ Nicetas. Vel qđ es imitetur aurū, ſic Satanas Angelum lucis,vel quod obſtinatè reſiſtat veritati; vel, quod ex illo hæretici prodeant,vt ex latere Adæ Eua,& Chriſti domini eccleſia.

⁂ Olymp. Chriſti membra hominis,Satanæ draconis proportione quadam intelliguntur.

B a *Cartilago.* Cartilago oſſis ſpeciē hēt,ſed oſſis fortitudinē non hēt. Cartilago ergo eius ſimilis ferro dr̄, quia hi,qui in eius corpore ad oſtenſionē virtutum non ſufficiunt, ꝯ vocē fideliū acrius accenduntur. Quia enim cum eos facere ſigna & prodigia non poſſe conſiderant, fideles ſe illi p crudelitatē probant,qui rectè laminis ferreis cōparantur, quia dū circūquaq; ſe in crudelitate dilatare ambiūt,quaſi in ferri laminas ſe extēdūt,ſed Vehemoth iſte,q per mēbra ſua extremo tempore, vel per ſe ſemper contra electos Dei tanta ſe arte iniquitatis exercet,cuius ſit naturę,cuius ſit conditionis,acſi cauſas tantæ aſtutię tantęque fortitudinis redderet,adiūxit.

Eze. 28. c

b *Ipſe eſt prin.vi.*vnde ꝓpheta. *Tu ſignaculum ſimilitudinis Dei.* Quid non habet in quo eſt ſimilitudo imaginaliter,q̄ in eo vnū ſignať eſſentialiter. Itē oē lignū paradiſi non eſt ſimile ei,&c. Agmina,etſi excelſa,non ſunt huic plata,nec ęquata. Itē omnis lapis pretioſus operimentū tuū, quia oēs angelos ornamentū habuit quos tranſcendit. Hunc ſummū puluis tñ i.homo Chriſtus vicit,cui eſt,& hæres quicunq; vincit. Vias etenim Dei actiones accipim⁹. Principiū ergo actionū Dei Vehemoth dr̄, quia nimirū cū cuncta crearet, hunc primū condidit quem eminentiorem reliquis angelis fecit. Tot antiqui hoſtis virtutib.auditis, tanta conditionis eius magnitudine cognita, quis non percuſſione deſperationis ſuccūbat? Sed quia elationem noſtram oſtenſa hoſtis potentia reprimit, etiam infirmitatem noſtram fouet adiungens.

c *Qui fecit eum.* Gladius Vehemoth ipſa nocēdi malitia eſt, ſed ab eo à quo bonus p naturā factus eſt, eius gladius applicať,qa eius malitia diuina diſpenſatione reſtringitur, ne ferire tantum mentes hominum quantum appetit,permittať.

d *Huic montes herbas fe.* Quę eſt herba montium,niſi voluptas fluxa, q̄ ex corde gigniť ſuperborū? Elati namq; ſeculi huic
C Vehemoth herbas ferunt,qa ſuas illi offerūt fluxas, & lubricas voluptates,& ex eo illum reficiunt, qđ nequiter operāť. D

e *Omnes be.agri.lu.ibi.* Beſtiæ immundi ſpiritus ſunt,ager mūdus. Agri vero beſtię in herbis mōriū ludunt, qa proiecta de ſuperiorib. in hoc mūdo dæmonia prauis ſuperborum operibus delectanť: Sed quia audiuimus qd iſte Vehemoth comedat, nunc audiamus vbi interim p prauū deſideriū requieſcat.

⁂ Caten. Græc. accedens ad montem præruptū, fecit lætitiam quadrupedibus in Tartaro.

⁂ Nicetas, mons p̄rupt⁹. Verbum incarnatum cruci affixum cuius deſcenſus exhilarauit eos, qui in cuſtodia detinebantur.

† ar... ymb...

f *Sub vmbra dor.in ſecre.cala.* Hoc loco,appellatione calami mētes ſeculariū tēporali gloriæ deditæ deſignanť. Qui tanto apud ſemetipſos intus inaneſcunt,quāto alti, & nitidi exterius oñduntur,qa dū ad exteriorē gloriā per ſuperficiē tendunt,& defluunt,nulla intus firmitate ſolidantur. In ſecreto ergo calami dormire perhibetur,quia quorū ſtudia ad appetitum temporalis nitoris atq;altitudinis cōmouet, corda eorū quaſi quietus tenet. E Dormire enim in cordibus ſanctorum non poteſt, quia etſi qñ in eis ad breue momentum ſe collocat,ipſe eum cęleſtiū deſideriorum æſtus fatigat,& quaſi toties, vt recedat pungitur,quoties ab eis amore intimo ad æterna ſuſpiratur.

⁂ Athan. Calamum vſurpauit ad Dæmonis imbecillitatē declarandam.

⁂ Nicetas. aut molles, & effęminatos materiam ignis,& potentes itemque ſalices ad deſcribendas fatuas virgines.

g *In locis humenti.* Loca humētia ſunt terrenorū hominum mentes,quas humor carnalis concupiſcentię, ( quia replet ) fluidas facit. Loca quoq; humentia ſunt opa voluptuoſa,vel mēbra genitalia. Quòd ſi,ita eſt,quid aliud locis humentib⁹, niſi luxuria deſignatur,vt & per calamū ſuperbia glorię,& p loca humentia luxuria corporis deſignatur. Hæc duo nimis dominantur in homine,vnū eſt ſpiritus, alterum carnis.

h *Protegunt vmbræ vmbram eius.* Vmbrę ſunt diaboli omnes iniqui,qui dū imitationi iniquitatis eius inſeruiunt, quaſi ab eius corpore imaginis ſpeciē trahunt. Sicut aūt vmbræ eius ſunt pluraliter reprobi, ita ſingulariter vmbra eius eſt vnuſquiſque peccator. Sed vmbræ Vehemoth iſtius vmbrā eius protegunt,dum peccatores,qui in quo ſibi malè cōſcij ſunt, in eo & alium peccantem defendunt.

i *Circundabunt eum ſalices.* per ſterilitatē ſalicū vita peccātiū, (qui verbis vireſcunt ſine fructu)ſignatur. Per torrentē hui⁹ mortalis vitæ curſus exprimiť. Circundant ergo Vehemoth ſalices torrentis,quia amatores vitę mortalis à bonis actibus quaſi à fructibus alieni tanto illi arctius inhærent, quāto eos largius delectatio tranſitoriæ voluptatis infundit, hos enim quaſi in radicib.torrentis rigat,dum in ſuis cogitationibus amor vitæ carnalis inebriat. Sed qa quid ei à ſuis clientib.im- F pendatur

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Ipſe eſt prin.vi.*hoc interponitur ad intelligendū, quòd ea, quæ dicuntur hic ac dæmone, intelliguntur ſub metaphora elephantis. Eſt enim dæmon, principium viarum Dei, quia inter creaturas angelica eſt prima, & inter angelos ille, qui fuit primus ſimpliciter peccauit per ſuperbiam,& fuit alijs cadentibus occaſio peccandi.*

2 Qui fecit eum. *ſcilicet Deus.*

3 Appli.gla.eius.*ſ.poteſtatem nocendi,quæ ineſt ei à deo,quamuis voluntatem nocendi habeat à ſeipſo,non tamen poteſt eam exequi,niſi à deo permittente, ſicut patet in principio huius libri. Conſequenter deſcribitur conuerſatio elephantis, cum dicitur.*

4 Huic montes her.*quia ſicut dictum eſt ſupra,veſcitur terræ naſcētib.& per hoc,q fit hic mentio de montib. intelligitur, quòd poteſtas dæmonis maximè eſt in ſuperbis hominibus.*

5 Omnes be.agri.lu. *ſicut dictum eſt ſupra elephas non viuit de præda aliorum animalium, ſicut leo,& ideo aliæ beſtiæ non formidant habitare cum eo,& per hoc deſignatur,quod homines beſtialiter viuētes ſint ipſi dæmoni familiares.*

6 Sub vm.&c. *Eſt enim elephas animal calidum,& in regionib.calidis naſcitur, & ideo contra calorem corporis, & temporis libenter requieſcit iuxta fluuios,vbi in locis paludoſis creſcunt calami,vt habetur quinto de animalibus.*

7 Prote.vmbræ vm.eius. *quia quærit loca iuxta calamos, vbi ſunt arbores magnæ, quarum vmbræ cadunt ſuper vmbras calamorū ideo ſubditur.*

8 Circunda.eum ſa.tor. *quæ ſunt altiores calamis, & faciunt vmbram denſiorem.*

1 Abſor

## MORALITER.

1 *Ipſe eſt prin.via.Dei.* ideſt creaturarum.nam angelica natura eſt inter creaturas dignitate prima, propter quod ex eius caſu nobis timor incutitur ne cadamus.

2 *Qui fecit eū appli.gla.eius.* Nihil enim pōt agere,niſi ex diuina permiſſione.

4 *Huic montes her.fe.* nam ſuperbi ipſum paſcunt.

5 *Omnes beſtiæ agri.lu.ibi.* quia beſtialiter viuentes lætitiam faciunt illi.

7 *Sub vm.dormit in ſecreto ca.&c.* Per hoc ſignificatur,quod in otioſis,& delicatè viuentibus quieſcit,& delectatur.

1 *Abſor*

A pendatur audiuimus, nunc etiam quid in illis agat audiamus.
a *Abſor. flu.* Nomine fluuij decurſio humani generis ſignat̃. Appellatione Iordanis hi q iam imbuti ſunt ſacramēto baptiſmatis, quia in hoc flumine cōtingit ſacramentū baptiſmatis inchoari. Quia igitur humanū genus in ima defluens (vſq; ad Redemptoris tempora) quaſi quendam in ſe fluuium traxit, bene nunc ſubditur.

b *Et non mir.* Neque enim pro magno diabolus habuit, ꝙ infideles tulit. Quia vero poſt mediatoris aduētum quoſdam qui recte viuere negligunt, etiam fideles rapit, recte ſubiungitur.

a b c d e f g h i

tis. Ecce abſorbebit fluuium, & non † mirabitur, & habet fidu- 1
a ¶Acutis verbis explorationem diaboli, per miracula diuinitatem odorantis pertulit dicens: Non in ſolo pane viuit homo, &c. Luc. 4. a.
ciam quòd influat Iordanis in os eius. In † oculis eius quaſi 2
hamo capiet eum, & in ſudibus perforabit nares eius. An ex- 3 †
a ¶De aquis humani generis. b ¶Vt ego qui filium mitto.
trahere poteris Leuiathan hamo, & fune ligabis linguam 4
a ¶Quod ſi aperte iam non eſt potens, per inſidias mordet, Dominus ponit cir. in na. eius. 5
b ¶Potentia iudicij inſidiæ eius coarctantur. 6
eius? Nunquid pones circulum in naribus eius, aut † armilla 7

c *Et habet fi.* Vel, qui fidem ueritatis cognouerunt, ſed viuere fideliter negligūt, fluuius dici poſſunt, quia videlicet deorſum fluunt: Iordanis deſcenſio eorum dicitur. Sunt etiā nonnulli, qui vias veritatis appetentes, ſemetipſos abiiciunt, atq;
B a vitæ veteris elatione deſcendunt. Et eſt ſenſus. Abſorbebit fluuium, quia pro magno non æſtimat cum eos deuorat, qui per ipſa ſua vitæ ſtudia deorſum currunt, ſed illos magnopere rapere nititur, quos deſpectis terrenis ſtudiis iungi iam cęleſtibus contemplatur. Sed contra hunc conſolationis adiutorium præſtat is, de quo ſubditur.

✠Nicetas. Salutem factam in Iordane contemplabitur, nec melior fiet.

d *In oculis eius.* Cum Vehemoth inſidias, atque effrenatas vires, vnde terret, indicaſſet, filii ſui unde refouet commendat aduentum, & quo ab illo ordine Vehemoth iſte ſit perimendus inſinuat, qui de ſe in nece diaboli hamum fecit. Aſſumpſit. n. corpus, vt ī eo Vehemoth quaſi eſcam ſuam mortem carnis appeteret, ſed ibi erat diuinitas, quę raptoris faucem ꝑforaret. In oculis aūt ſuis hamo captus eſt, q̃a & nouit & momordit, & prius cognoſcendo confeſſus, confitendo ꝑtimuit & tandem poſt non timuit, cum in illo quaſi eſcam propriā, mortem carnis eſuriret. Igitur quia caput noſtrum quid per ſe fecit dictum eſt, nunc per membra ſua quid faciat ſequit̃.

e *Et in ſu.* Per nares odor trahit̃, & ducto flatu hoc agit̃, vt res ēt q̃ longe eſt poſita cognoſcatur. Narib. ergo Vehemoth callidæ eius inſidiæ deſignantur, per quas ſagaciſſime nitit̃ occulta cordis noſtri bona cognoſcere, & hoc peſſima perſuaſione diſſipare. In ſudib. itaque Dn̄s noſter nares eius ꝑforat, quia callidas eius inſidias acutis ſanctorum ſenſib. penetrans eneruat. Sed quia Vehemoth iſte per uaria fraudum argu-
menta

menta diſtenditur, adhuc iūcto, & alio nomine notatur: nam ſequitur. D

f *An extra. po.* Leuiathan additamentū eorū dr̄, hominum, ſ. quibus ſemel culpam preuaricationis intulit: & hanc vſq; ad æternā mortē quotidie peſſimis ſuggeſtionibus extēdit. Poteſt etiam per irriſionē vocari Leuiathā: primo itaq; homini diuinitatē ſe additurum perhibuit, ſed mortalitatē tulit. Ad ditamētum ergo hominum per irriſionē dici poteſt, quibus dū hoc quod nō erat, addere ſpopōdit: etiam hoc quod erāt fallendo ſubtrahit. Sed hamo captus eſt, quia in redemptore noſtro dum per ſatellites ſuos eſcam corporis momordit, diuinitatis illum aculeus perforauit. Huius hami linea illa eſt per euangelium patrum propago memorata, qua iſte hamus in hæc profunda aquarum mire ſuſpenſus eſt, vbi cetus aperto ore pene omnes uotabat. In extremo lineæ hamus eſt Chriſtus. E

g *Et fu. li.* Quia fune peccata ſignantur, per prophetam dicitur. *Væ qui trahitis iniquitates in funiculus uanitatis.* Iniquitas in funiculis trahitur, dum per augmentum culpa protelatur. Ruſum fune fides exprimitur, Salomone atteſtante. *Funiculus triplex difficile rumpitur*, quia fides quæ de cognitione trinitatis ab ore prædicantium texitur, fortis in electis permanēs, in ſolo reproborum corde diſſipatur. Hic itaque funis nomine, ſiue peccatum, ſiue fidem nil obſtat intelligi. Incarnatus enim Dominus fune Leuiathan linguam ligauit, quia in ſimilitudine carnis peccati apparens de peccato damnauit peccatum, & omnia eius errorum prędicamenta damnauit. Vel fune Leuiathan lingua conſtringitur, quia dum per prædicatores ſanctos in mundo fides innotuit, erumpere mundi doctrina ceſſauit.

h *Nun. po. cir.* Per nares inſidiæ, per circulum diuinæ virtutis omnipotentia ſignatur. Circulus ergo ei in narib. ponitur, dum circundata protectionis ſupernæ fortitudine eius ſagacia retinetur, ne contra infirmitates hominum tantum pręualeat, quantum perditionis argumenta latēter explorat. Poteſt etiam circuli nomine occulti iudicii adiutoriū deſignari vnde. Circulus dicitur poteſtas iudicii, quia vndique ſtringit ſicut falx, quia intra ſe colligit, & nullatenus euitatur.

i *Aut ar. per.* Ab intellectu circuli armilla nō diſcrepat, quia ipſa quoq; hoc vbi ponit̃ ambiēdo conſtringit. Armilla ergo
dominus F

Leuiathan.
†feſtinabit.
†i. oculis ſuis capitur ipſe laqueis perforatur eius naris.
†ſpina.
Fune ligari. Eſa. 5. c.
Eccl. 4. c.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Abſorbebit flu. &c. *Elephas enim propter magnitudinem corporis, & caliditatem complexionis, conſueuit multum bibere. vnde 7. de animalibus dicitur, quòd quidam Elephas bibit metretas Macedonicas 14. in mane, & iterum alias 8. in ſero: & ideo hic eſt hyperbolica locutio, cum dicitur;* Abſor. flu. *ſicut de homine multum potante dicitur, quòd ſi Sequana, vel alius fluuius tranſiret per os eius, non eſſet ſatiatus. per iſta deſignatur, quòd diabolus quieſcit, & habitat in hominibus otio deditis: tanquam in locis vmbroſis, quæ ſunt apta quieſcentibus, & otioſis; & quòd confidit de facili ſibi incorporare quaſi potando omnes homines inſtabiles, qui per fluuium deſignātur; verumtamen quia non ſuperat omnes, ſed a ſanctis hominibus ſuperatur, & maxime a Chriſto, ideo ſubditur.*

2 In ocu. eius qua. ha. ca. cum. *in quo exprimitur vnus modus capiendi Elephantem, per hoc ꝙ de ſubtus cauatur terra, & ſupra illā cauationem ponitur pabulum: quod vidēs illuc accedit, & terra frangitur ex pondere, & ſic cadit in foueam; & capitur ſicut piſces hamo capiuntur, quia venator ſuperueniens eum pungit lancea. ideo ſubditur.*

3 Et in ſu. *Id eſt, in acutis gladys.*

4 Perfo. na. eius. *quæ ſunt partes magis ſenſibiles; per hoc autem deſignatur, ꝙ Chriſtus ſuperauit diabolum oſtēdens ei infirmitatem humanæ naturæ, quam credens ſicut eſcam deuorare, fuit captus. Per ſudes autem eius nares perforantes poſſunt intelligi Apoſtoli, & alii Sancti, quibus Chriſtus dedit ſuper dæmones poteſtatem.*

5 An extra. po. *Hic cōſequenter agitur de dæmone ſub ſimilitudine ceti, qui eſt maximum animal marinum. Dicit enim Plinius, quòd tantum ſpatium occupat quantum quatuor iugera terræ. mediam autem partem iugeri par boum in die arare conſueuit, vt habetur 1. Reg. 14. Et ad deſignandum magnitudinem ceti vocatur hic Leuiathan: quod in Hebræo ſonat additamentum eorum, quia notabiliter excedit quantitatem omnium aliorum animalium terreſtrium, & marinorum: igitur ſub ſimilitudine animalis tam monſtruoſi, primo oſtenditur ipſe dæmon ab homine inſuperabilis, & ſecundo omnibus creaturis terribilis cap. ſeq. Prima adhuc in duas, quia primo oſtenditur inſuperabilis ab homine. ſecundo ſuperabilis a Deo, ibi;* Memento bel. *Circa primum dicitur:* An extra. po. *ſcilicet de mari.*

6 Leuiathan ha. *q. d. non: quia non poteſt ſic capi, ſicut piſces alii. & dato quòd ſic caperetur, tamen non poſſet ſic extrahi propter pondus ſui corporis.*

7 Et fune ligabis linguam, &c. *q. d. non: hamus enim in quo capitur piſcis, appenditur in fune, & ſic lingua piſcis capti ligatur cum illo fune.*

1 Nun-

Plinius de cęlo.
Diuiſio.

## MORALITER.

1 *Abſorbebit fluuium, & non mi.* Per fluuium, & Iordanem ſignificantur inſtabiles perſonæ, quas æſtimat de facili per peccatum abſorbere.

2 *In oc. ſu. &c.* Multos. n. capit per aſpectum impudicum, Matth. 5. d. Qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo.

† *In ſu. per. na. eius.* Per ſudes intelligi poſſunt ſubtiles tentationes, per quas aliquando capiuntur ſapientes, qui per nares deſignantur, eo quod per naſum diſcretio ſignificatur.

5 *An extra. po. Le. ha.* & ſubintelligitur, ſicut ego. Loquitur autem hic Dominus de diabolo ſub ſimilitudine ceti, qui Leuiathan nominatur, hunc autem Dominus extrahit quando de cordibus peccatorum hamo ſanctæ prædicationis educit, & circulum in naribus eius ponit, & maxillam eius perforat, quando ipſum a tentationibus fidelium reprimit, & refrenat.

A dominus maxillã Leuiathã perforat, quia miſericordię ſuæ potentia, ſic malitiæ antiqui hoſtis obuiat, vt aliquãdo eos ẽt quos iã cepit amittat, & quaſi ab ore illius cadunt, q̃a poſt ꝑpetratas culpas ad innocentiã redeũt, vel in ore hẽt non eũ qui peccat, ſed eũ, qui tentat, ſed perforata eſt max. q̃a vnde cõterit iuſtos inde eos perdit, quia ſic hu miliantur in bonis, vt Paulus.

❊ Nicetas. Armilla eſt bonum opus, quod qui habet, eſt timori diabolo. Sequitur,

a perforabis maxillam eius? Nunquid multiplicabit ad te pre 1
¶Scilicet, vt mihi. ¶Vt mecum.
b ces, aut loquetur tibi mollia? Nũquid feriet tecum pactum, 2
c d & accipies eum ſeruum ſempiternum? Nunquid illudes ei 3
a ¶Animal eſt dum per luxuriam tentat, ſerpens dum per malitiam, auis dum per ſuperbiam.
b ¶In ſeipſo, cuius peſtis arctatur, uel in membris, quæ terrore reſtringuntur.
e f quaſi aui, aut ligabis eum † ancillis tuis? † Concident eum 4
g amici, diuident illum negotiatores? † Nunquid implebis 5
¶Stultis. ¶Prudentibus. 6
ſagenas pelle eius, & gurguſtium piſcium capite illius? 7

†vel puellis. a *Nunquid mul. ad te.* Subaudi, vt mihi. Si ad perſonam filij hęc referuntur, incarnato ei mollia loquebatur, cum diceret: *Scimus quòd es filius Dei, & ſi eijcis nos, mitte nos in gregem porcorum.* (Matthæ. 8.) Vel ad dominum preces multiplicat, cum extremo die iudicij iniqui, qui eius corpus ſunt, ſibi parcere deprecantur.

b *Nunquid feriet tecum.* Subaudi, vt mecũ. In pacto diſcordãtium partium voluntas impletur, vt ad votum ſuũ quæq; perueniat, & iurgia deſiderato fine concludat. Antiquus itaque hoſtis à Dei innocentia malitia ſua diſcordat, ſed ab ei' iudicio ẽt diſcordando non diſcrepat. Nam iuſtos ſemper

B maliuolè tentare appetit, ſed tamen hoc dominus, vel miſericorditer fieri, vel iuſtè permittit. Hæc ergo tentationis licentia pactũ vocatur, in qua, & deſideriũ tẽtatoris agitur, & tñ per eam miro modo voluntas iuſti redemptoris implet'.

c *Et accipies eum.* Subau. vt ego. Ex pacto, qđ cũ domino ferire dr̃, ſeruus accipi perhibetur, quia inde obtemperat nutibus diuinæ potentiæ, vnde exercet irã nequiſſimę voluntatis ſuæ. Seruus ergo ex pacto eſt, quia dũ voluntatem ſuam implere permittit', à ſuperni conſilij velũtate ligatur, vt electos Dei volens tentet, & tentando neſciens probet. Notandum aũt eſt, quòd à domino non ſolũ ſeruus, ſed ſempitern' ſeruus accipi dr̃. Leuiathan ergo poſt præſentis vitæ terminũ cũ ſuo corpore flãmis tradetur, quos, ſ. cruciatus dũ iuſti ꝓſpiciunt, in Dei laudib. creſcũt, quia in ſe cernũt donũ quo remunerati ſunt, & in illis inſpiciũt ſuppliciũ, qđ euaſerunt. Igitur ſi vtilitati iuſtorũ, & hic Leuiathan iſtius tẽtatio, & illic dãnatio proficit ſempiternus ſeruus eſt, dũ Dei laudibus neſciẽs ſeruit, & illic eius pęna iuſta, & hic voluntas iniuſta. (Nota.)

d *Nunquid illu. ei.* Aduerſarius noſter prius Vehemoth, poſt modũ Leuiathan dr̃, nunc aui in ꝑditionis ſuæ illuſione cõparat'. Vehemoth aũt, qđ bellua interpretat', quia ad ſpeciẽ cæleſtiũ nulla iam reſpiratione ſe erigit, bruto ſenſu bellua (Nota quibus diabolus comparatur.)

C eſt draco per nocẽdi malitiam. Auis, q̃a de naturæ ſuę ſubtilitate ſuperbè extollitur. Huic quaſi aui dominus illuſit, dũ ei in paſſione vnigeniti ſui oſtendit eſcam, ſed laqueum abſcondit. Vidit quod ore perciperet, ſed non vidit, quod guttur teneret, & more auis illuſus, diuinitatis ei' laqueum pertulit, dum humanitatis eius eſcam momordit.

D

e *Aut ligabis eum.* Sub aud. vt ego. In ſeruis etſi deſpecta eſt conditio, virilitas viget. In ancillis autem cum conditione pariter ſexus iacet. Bene autem Leuiathan non ſeruis ſed ancillis ligare ſe aſſerit, quia ad redemptionem noſtram veniens, & ſuos contra mũdi ſuperbiam prædicatores mittens, relictis ſapientibus, inſipientes, relictis fortibus debiles, relictis diuitibus pauperes elegit. Sed quia quos contra eum dominus mittat inſinuat, nunc etiam quid ipſi agant, qui mittuntur adiungit.

f *Concident eum.* Leuiathan toties concidit, quoties diuini verbi gladio ſua ab illo mẽbra ſeparantur. Ipſos aũt amicos nominat, quos ſuperius ancillas vocat, ipſos ẽt negotiatores appellat. Sancti.n. prædicatores prius ancillæ ſunt per formidinẽ, poſtea amici per fidem, ad extremũ negotiatores dum prædicationem prærogant, & populis fidem reportant.

E g *Nunquid implebis ſagenas pelle.* Per ſagenas, vel gurguſtiũ piſciũ, eccleſiæ fidelium, qui vnam catholicã faciunt deſignantur, quæ ex omni genere piſcium congregant, q̃a malos cum bonis, ſuperbos cum humilibus, iracundos cum mitibus, fatuos cum ſapientibus capiunt. In pelle vero Leuiathan iſtius, quæ eſt exterius, ſubditi ad hæc externa ſeruientes. Capite autem præpoſiti deſignantur.

❊ Caten. Græc. Paſcuntur autem eo gentes, diuidunt autẽ ipſum Phenicũ gẽtes. Aquila. Dimidiabũt illũ inter Chananæos. ❊ Orig. Cibus infidelium Draco, dediſti enim, inquit Dauid, eum eſcam populis Aethiopum, id eſt, filijs tenebrarum. Dicit ergo. *Nũquid im. ſa. pel. eius, & gur. piſciũ capite illius.* Subaudis, vt ego. Qui intra eccleſiam fidelium prius quaſi pellem diaboli extremos atque infimos colligo, poſt modum caput illius, ideſt, prudentes mihi aduerſarios ſubdo. Prius enim collegit indoctos, poſt modum philoſophos.

❊ Cate. Græ. Omne autem nauigabile conueniens nõ ferat coriũ vnũ caudæ eius, & in nauigijs piſcatorũ caput eius.

❊ Olym. Si homines, qui vitam hanc, quæ mare dicit', nauigant, cuncti vna conueniant, ne leuem quidem infimarum poteſtatum iniuriam per ſe poſſunt prohibere.

F ❊ Orig. homines, qui corporibus, vti nauigijs vtunt' per ſe extrema

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Nun. mul. &c. *vt ei parcas, & non capias eum quaſi dicat non, quia non habet te timere.*

2 Nunquid feriet tecum pa. *vt ſeruiat tibi, ſicut domino ſuo.*

3 Nunquid illudes ei quaſi aui. *capiendo enim in decipula, ſicut capitur auicula.*

4 Aut ligabis eum ancil. tu. *Sicut ligat' auicula capta, vt pueri, qui cuſtodiuntur ab ancillis ludant in ea. Per iſta prædicta intelligitur quod tanta eſt poteſtas dæmonis, quòd nulla virtute hominis, carminibus, herbis, lapidibus, charactéribus, & ſimilibus poteſt aſtringi ſeu arctari ad aliquid agendum, licet aliquando hoc fingat, vt homines talibus intentos in erroribus detineat.*

5 Concident eum amici diui. *Interrogatiuè legatur. q. d. non? alia. n. animalia terreſtria, & aquatica aliq̃n capiuntur virtute humana, & ſic carnes eorum communicantur alijs per liberalem diſtributionem inter amicos, vel per venditionem inter negotiatores.*

6 Nunquid imp. ſa. pel. ei. *Ideſt, capies eum cum ſagena, quia pellis piſcis capti in ſagena inuoluitur intra ipſam, quaſi diceret nõ, quia non poteſt ſic capi.*

7 Et gurguſtium piſ. cap. ill. *Eſt autem gurguſtium inſtrumentum vimine factum, ſic nominatum à gurgite fluuii, in quo ponitur ad capiendum piſces, quia aliquando intrant illuc, & non poſſunt exire. Caput autem ceti eſt tantæ magnitudinis, quòd non poſſet ingredi talia inſtrumenta.*

5 Conci- 1 Pones

## MORALITER.

1 *Nunquid mul. ad te præ.* ſubintelligitur, ſicut ad me. ad Deũ enim preces multiplicauit, cum ab eo perſequendi Iob licẽtiam impetrauit ſupra cap. 1.

2 *Nun. fe. te. pa.* ſubintelligitur, ſicut mecum. Cum domino namque diabolus pactum ferit, inquantum ſine permiſſione eius nihil facit, eſt etiam ſeruus eius ſempiternus, inquãtum eſt executor iuſtitiæ eius.

3 *Nunquid il. ei qui à.* Sicut ego. Chriſtus enim eum in cruce deluſit, quia volentem ſe capere cepit.

4 *Aut liga. eum an. tu.* Sicut ego, qui ligaui eum ancillis meis virtutem eius ſubijciendo virginibus ſacris, vt Sanctæ Margaritæ, & pluribus alijs.

5 *Concid. eum amici.* Iſti ſunt Apoſtoli, quib. dicit domin' Iohan. 15. b. *Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos, &c.* Ipſi verò diabolum conciderunt, quia plura membra eius ab eo ſeparauerunt: Et idem ſignificatur per hoc, quod ſubditur.

† *Diuident illum negotia.* Nam apoſtoli ſunt negotiatores euangelici.

6 *Nunquid imple. ſa. pel. eius.* Sicut ego. Gurguſtiũ, & ſagena ſunt piſcantium inſtrumenta, pp quod ſicut eccleſia ſagena dicitur Matth. 13. f. *Simile eſt regnum cælorum ſagenæ miſſæ in mare, &c.* ſic dici poteſt gurguſtium. Per pellem, quæ caloribus, & frigoribus exponitur, minores plebis, per caput maiores ſignificantur. Ergo pelle dæmonis dominus ſagenas impleuit, quando multitudinem infidelium ad fidem vocauit, & eius capite gurguſtium, quando cepit per fidem Conſtantinum. Sed quoniam hæc non humana virtute, ſed diuina facta ſunt, Sequitur.

1 *Pones*

a ¶Si uires diaboli bene attendis, quot modis nocet, non murmuras, de his, quæ pateris, quia pro ſunt, & ab eo liberant.

a b Pones ſuper eum manum tuam. Memento belli, nec vltra ad 1 2
c d das loqui. Ecce ſpes eius fruſtrabitur eum, & † videntibus 3 4
cunctis præcipitabitur. 5

† ad aſpectum eius proiicietur ſub. homo timore correptus.

A extrema, draconis perimere non poſſunt. Seu aliter. Piſcatores ij ſunt, qui in eccleſia docendo præſunt, nauigia ipſæ eccleſiæ, Draconis caput ſuperbia: quem draconem Apoſtoli deuicerunt Chriſtum imitati.

a *Pones ſuper eum ma.t.* vt ego. Qui forti illum potentia reprimēs, non plus quā expediat ſæuire permitto. Vel manum ſuper eum ponere, eſt B virtutis poteſtate ſuperare, vt ſit ſenſus: Nunquid illum virtute propria reprimis? Vnde ſubditur.

b *Memento bel.* Acſi diceretur: Si occulti hoſtis bellū cōtra te conſideras, quicquid à me pateris, nō accuſas. Diuinæ.n. diſpenſationis medicamine agitur, vt exterioribus dolorib⁹ internū vulnus † adimat, & flagellorū ſectionib. repellat, ea q̄ mentē occupare poterat interior putredo vitiorū, q̄a vero Leuiathan de diuina miſericordia, falſa ſibi promiſſione blā C dit, poſtq̄ terrorē fortitudinis eius intulit, & beati Iob aīum in eius circunſpectione commouit, dicens. *Memēto bel. nec vl. ad. lo.* vt irremiſſibilē reatum eius oſtenderet, illico adiunxit: D

c *Ecce ſpes eius fru. eum.* Qđ ſic de eo dēt intelligi, vt referri ēt ad corpus illius poſſit, quia iniqui, qui diſtrictionē diuinę iuſtitiæ non metuūt, incaſſum ſibi de miſericordia blādiūt, moxq; ad cōſolationē noſtram futurum ei⁹ interitum prænūtiat.

d *Et videntibus.* Cunctis videntibus pręcipitabitur, quia æterno iudice terribiliter apparente, aſtantibus legionibus angelorum atque electis omnib. ad hoc ſpectaculum deductis iſta bellua crudelis in medium captiua deducetur, & iam cum corpore ſuo, ideſt, cum reprobis omnibus ęternis incendijs mancipabitur. Et bene videntibus cunctis præcipitabitur, quia viſa mors eius tūc gaudium exhibet, cuius vita nunc toleratur. Sed ne quæramus dicentes: Domine qui Leuiathan iſtum tantæ eſſe fortitudinis non ignoras, eum in certamine noſtrę infirmitatis cur ſuſcitas? adiunxit. F

☞ CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Pones ſuper eum ma.tu. *id eſt virtutē tuam ad faciendum de eo voluntatem tuam, quaſi dicat non, cum ſit omnino virtute humana inſuperabilis, niſi cum impingit ad terram vnde non poteſt ſe mouere, vt dicetur parte ſequenti, vel quando ex improuiſo vulneratur ab inſidiantibus ſibi, vt dictum fuit.*

2 Memento belli. *Hic conſequenter oſtenditur, quod quamuis dæmon ſit inſuperabilis ab homine, ſuperabilis tamen eſt à Deo. Ideo ſubditur.* Memento bel. *quod dæmon habuit contra te, vt habetur in principio huius libri, perdendo ſubſtantiam tuam, & prolem, & percutiendo carnem tuam, & in nullo potuiſti reſiſtere.*

3 Nec vltra ad.lo. *Aliquid qđ ſonet in derogationem iuſtitiæ, & ſapientię ſapientiæ meæ, cum poſſim ipſum dæmonem ſolo nutu deijcere. Ideo ſubditur.*

4 Ecce ſpes eius fruſtrabitur eum. *In quo tangitur deiectio dæmonis ſub ſimilitudine ceti. Cetus.n. ſperans deuorare piſces, inſequitur eos fugientes ad litora maris, vbi aqua non eſt, ita profunda, quod cetus poſſit ibi natare, & ſic impingit ad terram de qua non poteſt ſe retrahere, quod videntes homines occurrunt vndique, & interſiciunt ipſum, quia non poteſt ſe mouere. per hoc deſignatur, quod dæmon ſperās ſibi incorporare ſanctos à ſua ſpe fruſtrabitur, quia ab eis virtute Dei ſuperabitur, & videntibus cunctis pręcipitabitur, quia in extremo iudicio cum damnatis in infernum deijcietur.*

5 Et videntibus. *Omnibus, qui tunc erunt in iudicio congregati.*

CAP.

## MORALITER.

1 *Pones ſuper eum ma.tu.* quaſi dicat ad hoc virtus tua non extenditur.

2 *Memento belli.* Quod diabolum à principio de cęlo deieci.

3 *Nec ultra ad.loqui.* De potentia Dei, & eius iudicijs inſipienter, ſicut Iob fecerat, vt prædictum eſt.

4 *Ecce* 4 *Ecce ſpes eius fru.eum.* Licet autem diabolus non habeat ſpem reuertendi ad patriā, tamen ſperat triumphare de ſanctis, & quia ſuperabitur ab electis. ideo dicitur. *Ecce ſpes eius fruſtra.eum.* quando videbit ſe deluſum.

5 *Et videntibus cunctis pręcipitabitur.* Quando peracto iudicio finali in inferni foueam retrudetur.

## ADDITIO I.

In c.40. vbi dicitur in poſtil. *Si habes brachium.* Hic conſequenter probat propoſitum, quòd Iob ſit increpabilis.

Hoc quod dicitur. *Si brachium habes, ſicut Deus.* Notādū eſt ſecundum ſanctum Tho. quod cum fuerint duo æquales, ſi appareat alteri culpam imponi, non eſt reprehenſibile, ſi alter eorum ſe à culpa expurget, quamuis alter culpabilis in hominū opinione remaneat, quia homo naturaliter plus ſe, q̄ alium diligit. ſed vbi eſt tanta diſtantia quanta eſt Dei, & hominis, potius debet homo pati culpam iniuſte in ſe referri, q̄ quod iniuſte in Deū referatur, &c. ideo dn̄s ad arguendum Iob ponit excellentiam Dei ſuper homines. Sed mirādum eſt de hoc, qđ dicit: *Si habes brachium, ſicut Deus, & ſi voce ſimili tonas, &c.* Nam Iob licet de ſua iuſtitia videatur aliqualiter p̄ſumpſiſſe, ſeu incautè eam commendaſſe, intm̄ q; iudicium diuinum per hoc videretur hominib. irritum, prout ſonant verba ſupra poſita, cum dicitur. *Condemnabis me, vt iuſtificeris,* nunq̄ tn̄ legitur ipſum Iob ſe iactare de potentia propria, p̄ſertim, vt eam diuinæ potentiæ æquipararet, prout hæc verba vn̄r ſonare, cum dr̄. *Si habes brachium, ſicut Deus, &.* ſed potius ſup.c.12. manifeſte profitetur diuinā potentiā eſſe inſuparabilē ſeu incōparabilem. Dicit.n. ibid. *Apud ipſum,* i. ipſum Deum ſapientia, & fortitudo, & ſequitur. Si deſtruxerit, nullus eſt, qui ædificet, ſi incluſerit hominem, nullus eſt, q aperiat, &c. in quo loco multa alia ad diuinam omnipotentiam ſingulariter ptinentia clare confitetur. Vnde non vr̄ rōnabile, qđ ei imponeretur illud credere ſeu aſſerere, cuius oppoſitū ipſemet Iob fatebatur. Ad quod videtur dicendum, qđ dominus in his locutionib. cum Iob procedit quaſi per modum opponentis, qui intendit concludere ſuum aduerſariū de aliquo quęſito. Contingit enim in talibus, quod opponēs proponit aduerſario aliquam diuiſionem ſufficientem circa idem quęſitum, cuius diuiſionis licet alteram partem nō admitteret aduerſarius, tamen vtranque vult opponens deſtruere, vt aduerſarius remaneat totaliter victus, vnde in p̄poſito, quia Iob videbatur irritum facere diuinum iudiciū ex incauta cōmēdatione proprię iuſtitię. Quòd autem aliqs audeat irritare iudicium alterius contingit dupliciter, vel q̄a excellentia ſcientię, ſecundum q̄ poteſt manifeſtare iniuſtitiam alterius, vel ex excellētia potentię, ſecundum quam euacuat alterius iudicium. Et quia dominus in pręcedentib. capitulis iam oſtenderat defectum ſcientię ipſius Iob, interrogando eum de multis ad ſcientiam pertinentibus, vt cum dicit: *Quis poſuit fundamenta terrę?* Si noſti, nunquid noſti hęc, vel illa? Circa quas interrogationes ad ſcientiam pertinētia duo capitula pręcedentia verſantur conuincēdo ipſum Iob de ſcientię defectu. In pręcedenti autem capitulo intendit conuincere eum de defectu potentię, dicens: *Si habes brachium, ſicut Deus.* non quia Iob iſta aliquando aſſeruiſſet, ſed vt vtrumque membrum prædictę diſtinctionis ad conuincendum Iob totaliter deſtrueret, vt dictum eſt.

## ADDITIO II.

In eo.cap.40. vbi dicitur in poſtilla: *Ecce Vehemoth.* hic aūt oſtenditur excellentia diuinę virtutis.

Hoc quod dicitur. *Ecce Vehemoth, &c.* continuatur ad pręcedentia notabiliter, vt in glo. ſic. Quia ante pręmiſſis verbis dominus potentiam ſuę magnitudinis intulit, nunc in ſequētibus nequitiam antiqui hoſtis oſtēdit, vt bonus famulus, & auditis prius virtutibus domini, ſciret quantum eum diligeret, & cognita poſt calliditate diaboli diſceret quantum timeret. Hęc in gloſſa.

## ADDITIO III.

In eo. cap.40. vbi dr̄ in poſtil. *Ipſe eſt principium uiarum Dei.* Licet Sathan de quo ſub figura Vehemoth hic principaliter intenditur, ſit inter primas creaturas Dei, non ex hoc proprie diceretur principium viarum Dei. vnde & aliter, & cōuenientius hęc verba exponi videntur à ſancto Thom. in ſua expoſitione ſic, vt per vias Dei intelligantur opera prouidētię eius. Circa quod conſiderandum, quod Deo ſolum vnū opus eſt proprium, ſuę bonitati conueniens, ſcilicet bene facere, & miſereri, ſed quod Deus puniat, vt aduerſitates inducat, hoc contingit propter malitiam creaturę rationalis, quę primò in diabolo fuit inuenta, & per eius ſuggeſtionem ad hominem deriuata, iō ſignanter dicit, quòd ipſe eſt principium viarum Dei, ideſt quod Deus diuerſis uijs utitur, ſcilicet benefaciendo, & puniendo, & ne credatur ſic eſſe principium uiarum Dei, quod per ſeipſum ſit potens ad nocendum. ideo ſubdit. *Qui fecit eum, applicauit gladium eius.*

A

## CAP. XLI.

a NOn quaſi Et velut ſi mox a nobis rationis cauſa quæreretur. Quomodo eum nõ quaſi crudelis ſuſcitas quem ſcimus, quia tantos inuadere, & deuorare permittis?

* Nicetas. An non metuis feræ ferocitatem? ſed comprimetur mea virtute vincienda. Cat. Græ. nõ vidiſti eum nec in ijs, quę dicta ſunt, es admiratus? non timuiſti, qui præparatus eſt mihi? Quis enim eſt, qui mihi reſiſtat? aut quis reſiſtet mihi & ſuſtinebit, ſi omnis quæ ſub cęlo eſt mea eſt, non tacebo propter ipſum, & verbo virtutis miſerebitur æqualem ſibi.

† Nõ ſic crudelis erit, cũ fuerit excitatus, vel, non eſt fortis qui audeat eum ſuſcitare.
† poterit
† veniet

## CAP. XLI.

a ¶Quos eligo poſſum eripere.
a N†ON quaſi crudelis ſuſcitabo eum? Quis 1
b enim reſiſtere † poteſt vultui meo? Quis an- 2
c d te dedit mihi, vt reddam ei? Omnia quæ ſub 3
cœlo ſunt, mea ſunt. †Non parcam ei, * ver- 4
e bis potentibus, & ad deprecandum com- 5
a ¶Quanto magis frangitur, tanto tentat ſubtilius, ſed dominus reuelat.
f g poſitis. Quis reuelabit faciem indumenti eius? & † in me- 6
a ¶Per quas intratur ad videndum eum quaſi in ſua poteſtate. 7
h dium oris eius † intrabit? Portas vultus eius quis aperiet? 8
i k Per gyrum dentium eius formido: † corpus eius quaſi 9 10

B b *Quis enim reſiſtere poteſt.* Acſi dicat. Nõ enim quaſi crudelis ſuſcito, quia de eius fortitudine & electos meos potẽter eripio. Propter hanc enim potentiã dictum eſt. *Quis enim reſiſtere.* Et rurſum, ſuperbos non iniuſte, ſed rationabiliter dãno. Ad hoc enim refertur.

c *Quis ante dedit mi. vt reddam ei.* Acſi dicat. Ad parcendum reprobis nulla ratione compellor, quia eis debitor ex ſua actione non teneor.

d *Omnia quæ ſub cælo ſunt.* Liquet q, & ea quę ſub cælo ſunt, & q̃ ſup cęlos ſunt, eius voluntati ſeruiunt. Sed quia de Leuiathan loquitur, qui iam non ętherei cęli ſede continetur, cuncta quę ſub cęlo ſunt aſſerit ſua eſſe, vt cũ quoque qui de cęlo cecidit ſuę edoceat poteſtati ſeruire. Acſi dicat. Leuiathã iſte beatitudinẽ quidem meã pdidit, ſed dñium non euaſit.

e *Non parcã ei.* hoc de eius corpore. i. iniquis oĩb. intelligitur. Sũt nãq; nõnulli intra eccleſiã, qui prolixas ad Deũ pces hñt ſed vitã deprecãtiũ non hñt. Per hoc aũt q, verba potẽtia ad deprecãdũ cõpoſita referunt̃, apta inanitas orõnis intelligit̃ & oſtẽdit̃. Veraciter nãq; orare, ẽ amaros in orõne gemitus vel in cõpunctione gemitus, & nõ cõpoſita verba reſonare.

f *Quis reuelabit faci.* Subaudi, niſi ego? Leuiathã aliter religioſos, aliter huic mũdo deditos tẽtat. Nã prauis mala q̃ deſiderãt aperte obiicit, bonis aũt latenter inſidians ſub ſpecie ſanctitatis illudit: & in eo qđ iniqtatis opus molit̃, ſæpe ſpecie
C ſanctitatis induit̃. Et niſi p Dei gratiã, ſimulationis ei⁹ detegi indumẽta nõ poſſunt, q ſeruorũ ſuorũ mentibus gratiã ſubtiliſſimæ diſcretiõis inſpirat: vt reuelata malitia, faciẽ eius nudam videant, q̃ coopertam ille ſub habitu ſanctitatis occultat. D

* Olym. Nilus & Orig. A laruis & perſonis, quas viciſſim quaſi hiſtrio ſuſcipit, exemplum ſumit, quaſi dicat nemo deteget, has omnes fraudes, me excepto.

g *Et in medium oris quis intrabit.* Subaudis, niſi ego? qui per diſcretas electorũ mentes ſuggeſtionũ eius verba diſcutio, & non ita hæc eſſe vt ſonuerunt manifeſto. Bonũ naq; videntur promittere, ſed ad perditum finem trahunt. In medium ergo oris eius intrare, eſt calliditatis eius verba penetrare, vt nequaquã penſetur quid reſonent, ſed qđ intendant. Intrare Adam in medium oris eius voluit, quando intentionem perſuaſionis illius caute penſare neglexit.

h *Portas vultus eius quis ap.* Portæ vultus eius ſunt iniqui doctores, p quos via pditionis aperit̃, quas dñs aperit: quia electis ſuis hypocritarũ mentes cõprehenſibiles facit. Et quia Antichriſtus veniẽs ipſas ẽt ſummas huius ſeculi poteſtates obtinebit, qui conabitur ad ſe corda hominũ, & miſtis prædicatoribus trahere, & commotis poteſtatibus inclinare. E

* Cat. Græ. Quis implicaturam pectoris eius ingredietur?

* Orige. In thorace & pectore eſt amici principatus. verum pectus illius eſt fraudis plenum, in quod tamẽ ſancti oculos inferre poſſunt. Olym. conſiliorum eius ſunt multi receſſus & latebræ, & dentes illius ſunt falſi prophetæ. at molas leonum conteret dominus.

i *Per gyrum dentium eius formido.* Hos & dentes quos ſuperius portas vocauit. Peruerſi etenim p̃dicatores portę eius ſunt, quia ingreſſum perditionis aperiunt. Dentes eius ſunt, quia eos quos in errore capiunt, a ueritatis ſoliditate con fringũt, quorum prædicatio facile deſpici poterat, ſed hanc adiunctus ſecularium poteſtatum terror exaltat. Per gyrum ergo dentium eius formido eſt. Acſi aperte diceretur: Idcirco iſti peruerſi prædicatores aliquos ſuadentes conterunt, quia ſũt circa ipſos alij, qui infirmorum mentes terrentes affligunt.

K *Corpus eius quaſi ſcuta fu.* Omne vas quod ſuſile eſt, durum quidem eſt, ſed cũ labitur, fragile eſſe ſolet. Corpus ergo Leuiathan, ideſt omnes iniqui qui per obſtinationẽ duri ſunt, ſed per vitam fragiles ſcutis fuſilibus comparantur: qui ne ad ſe corripientium verba perueniant, quaſi contra aduerſantium iacula ſcuta defenſionum parant. F

Com-

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XLI.

1 NOn quaſi cru. *Poſtquam oſtendit dæmonem ab homine inſuperabilem, hic conſequenter oſtendit eum cunctis terribilem. Circa quod primo remouet dubium. & ſecundo proſequitur propoſitũ, ibi:* Quis reue. *Circa primum ſciendum, quod ex conditionibus ipſius dæmonis prædictis, ac etiam dicendis ſub ſimilitudine ceti poßet aliquis credere Deum eſſe crudelem erga creaturas dando dæmoni tantã poteſtatem: & hoc remouet di.* Non quaſi crudelis. *Cuius rationem ſubdit.*

2 Quis enim re. po. *i. voluntati & præcepto meo. q. d. nullus: & ideo quamuis poteſtas dæmonis ſit magna: tamen non poteſt ea vti niſi quantum placet mihi: & ſic poſſum eam reſtringere & permittere prout expedit ſaluti electorum. ſecunda etiam cauſa ſubditur cum dicitur:*

3 Quis an. de. mi. ut. *q. d. non ſum obligatus alicui nec poſſum obligari: & ideo nulli facio iniuriam ſeu crudelitatem concedendo dæmoni poteſtatem. tertia autem cauſa ſubditur, cum dicitur:*

4 Non parcam ei. *ideſt propter verba eius comminatoria, nec propter verba eius humilia. ideo ſubditur:*

5 Et ad depre. con. *ſed puniam eum de malo vſu ſuæ poteſtatis ſecundum tenorem iuſtitiæ & æquitatis: quæ punitio cedet ad honorem meum, & gloriam electorum.*

6 Quis re. fa. *Hic conſequenter exequitur propoſitum, oſtendens ſub ſpẽ ceti dęmonẽ eſſe terribilẽ. primo ex eius diſpoſitione. ſecundo ex eius operatione, ibi: Sternutatio eius. Circa primum dicit:* Quis re. fa. *cetus enim in fronte dicitur habere multas plicas magnas ad modum falcis diſpoſitas, ad quarum releuationem vel reuelationem nullus auderet appropinquare ex terrore: & per hoc deſignatur quòd aſtutias dæmonis & eius fraudulentias nullus homo poſſet explicare.*

7 Et in me. *Os enim ceti eſt ita terribile qđ quælibet creatura vltra modum horreret intrare: & per hoc deſignatur, quod adhuc debet eſſe magis horridum incorporari dæmoni per peccati mortalis conſenſum.*

8 Portas vul. eius. *Portæ vultus ceti dicũtur eius duæ mandibulæ ſuperior & inferior, quæ ad modum portarum aperiuntur & clauduntur: per quas intelligitur in dæmone violentia & aſtutia, quibus quaſi quibuſdam portis peccatores abſorbet.*

9 Per gyrum dentium. *per dentes ceti terribiles, intelligũtur mali homines, qui ſua poteſtate alios ad malum inducunt, vt ſic dæmoni per eos quaſi quibuſdam dentibus incorporentur.*

10 Corpus eius quaſi fu. *ideſt de ær fuſo. quæ ſunt fortiſſima.*

Compa.

## MORALITER.

1 *Non quaſi cru.* Quoniã poſſet aliquis imputare Deo ad crudelitatem, quod conceſſit dęmoni tantam poteſtatem: ideo remouet hoc dicens: Non quaſi cru. Et ſubditur:

2 *Quis enim re. poteſt &c.* quaſi dicat illa poteſtate non vtitur niſi quantum permitto.

3 *Quis ante de. mihi vt red. ei.* quaſi dicat nulli teneor: propter quod in dicta permiſſione duritiam non ago.

Quis

6 *Quis re. fa. indu. eius.* fraudulentiam ipſius. quaſi dicat ego in fine tentationis ſuę dicendo: *Vade Sathana. Mat. 4. b.*

7 *Et in me. oris eius quid intra.* ipſe Chriſtus qui ſuperiorem inferni partem ingrediens ipſam ſpoliauit.

9 *Per gy. &c.* Terram principalis dęmonis dentes ſunt eius ſatellites ad deuorationem peccantium ſibi deſeruientes.

10 *Corpus c.* Corpus diaboli ſunt omnes iniqui quorum hic obſtinatio deſignatur, cum corpus eius cõpactum ſquamis ſeſe prementibus dicitur.

Vna al-

a ¶Dura contra iacula, ſed ſuo lapſu fragilia.
a ſcuta fuſilia, & † compactum ſquamis ſe prementibus. 1
a ¶Quia ſibi timet dum ſimul increpatur.
b Vna vni coniungitur, & ne ſpiraculum quidem incedit per 2
c eas. Vna alteri adhærebũt, & tenentes ſe nequaquam ſepara-
a ¶Extrema commotio per Antichriſtum. b ¶Lucens miraculis. c ¶Cuius ſapientes mundi, ſunt conſiliarii.
d e buntur. † Sternutatio eius ſplendor ignis, & oculi eius, vt † pal- 3
f a ¶Promittentes meliora, vt ſerpens in paradiſo. 4
g pebræ diluculi. De ore eius lãpades ꝓcedunt † quaſi tedę ignis 5
h a ¶Pro his certior viſus, caligat in electis. b ¶Qui & electorum oculos turbat, ſed non excæcat.
i accẽſæ. De narib. eius ꝓcedit fumus, ſicut ollę ſuccẽſę atq; fer- 6 7

† ſplendores auroræ.
† ſcintillę ignis egrediuntur.

A a *Compactum ſqua.* Corpus diaboli, id eſt reprobi, cũ de iniquitate ſua corripitur, quibus valet tergiuerſationibus ſe excuſare conatur, & quaſi quaſdam defenſionis ſquamas objicit, ne tranſfigi ſagitta veritatis poſſit.

b *Vna vni con.* Iſtę ſquamę peccantiũ ne ab ore prædicãtiũ aliquo vitæ ſpiraculo penetrentur, & obduratę ſunt, & coniũctę. Quos enim ſimilis reatus cõcordi ꝑtinacia ſociat, etiã defenſio peruerſa conſtipat, vt de facinoribus ſuis alterna ſe inuicẽ defenſione tueãtur, & dum iniquitatibus ſuis ſuperba defenſione ſe protegũt ſanctæ exhortationis ſpiracula ad ſe nullatenus intrare permittunt.

c *Vna adhære. al.* Qui .n. diuiſi, corrigi poterant, iniquitatũ ſuarũ pertinacia vniti perdurant, & tenentes ſe ſeparari nequeũt, qa eo ad defenſionẽ ſuã viciſſim conſtricti ſunt, quo ſe ſibi ꝑ oĩa ſimiles eſſe meminerũt. Deſcripto aũt corpore, ad caput quid agat extremo tempore, reducitur.

✻Cate. Græ. Nexus eius, ſicut ſmerites lapis. Olym. Dicitˀ hic lapis ſolidiſſimus eſſe, vt ad adamantẽ proxime accedat & ferrũ ad ſe rapere, & ſumma aſperitate, atq; aculeata duritie, vt ẽt ad inſculpẽdũ in vitro adhibeatur. ſic diaboli nequitie rigidos ad ſe pertrahunt, vt nec vna anima eius effugiat improbitatẽ. Nã, & infames à parentibus trahunt peccatũ.

d *Sternutatio eius.* In ſternutatione inflatio à pectore exurgit, q̃ cũ apertos ad emanandũ poros non inuenit, cerebrũ tangit, & congeſta per nares exiẽs totũ caput protinus cõcutit. In hoc itaq; Leuiathã corpore, i. in malignis ſpiritib. ſiue in reprobis hominib. inflatio ſurgit à pectore, dum elatio ſe erigit ex ſeculi poteſtate, q̃ velut ad emanandum poros nõ inuenit, quia in hoc, ꝙ contra iuſtos extollitur, diſponente Deo quantũ appetit, pręualere prohibetur. Exurgens autem cerebrũ tangit, & concutit, quia collecta elatio Sathanæ caput turbat, dũ ipſum auctorem malignorum ſpirituum per Antichriſtum in perſecutionem fidelium excitat. Tunc cõgeſta inflatio per eius nares egreditur, quia tota ſuperbiæ eius iniquitas apertis malitię flatibus demonſtratur. Et quia eius tyrannidi ſapientes mundi adhærent.

✻Chryſ. & Olym. beſtia eſt formidoloſa, vel quia ſternutamentum eſt bonę habitudinis ſignũ, innuit draconẽ imitari purgationem piorum, inductis multis luſtrationibus, cũ ſit plenus ſordibus.

e *Et oculi eius.* Per oculos, q̃ inhęrẽtes capiti vtilitati viſiõis inſeruiunt, non immeritò eius ꝯſiliarij deſignantur, q̃ dum D peruerſis machinationib. quæ qualiter agenda ſunt pãdẽt, malignis eius operarijs quaſi oſtenſum iter pedib. ꝓbent, q̃ palpebris diluculi cõparantur. Palpebras diluculi extremas horas noctis accipimˀ, in quib. quaſi nox oculos apit dũ venturæ lucis iam initia oſtendit. Prudẽtes igitur ſeculi malitię Antichriſti peruerſis cõſilijs inhęrentes quaſi palpebrę ſunt diluculi, quia fidem, quã in Chriſto inueniunt quaſi errorem noctis aſſerunt, & venerationem Antichriſti verã eſſe mane pollicẽtˀ. Spondẽt ſe tenebras repellere, & veritatis lucem ſignis clareſcẽtibus nuntiare. Ideo ſequitur.

f *De ore eius.* Qui prouident, oculi, qui autem prędicant, os vocãtur. Sed de hoc ore lampades exeunt, quia mentes audientium ad amorem perfidię accendunt, & vnde quaſi per ſapientiam lucent, inde per nequitiam concremant.

E g *Quaſi tedæ ignis.* Teda dũ accenditˀ, odorẽ q̃dem ſuauem habet, ſed lumen obſcurũ, ita ꝑdicatores Antichriſti, qa ſanctitatis ſpeciẽ ſibi arrogãt, opera iniquitatis exercent, qa etſi blãdũ eſt, qđ redolent, ſed nigrũ, qđ lucent, olent per ſimulationem iuſtitię, ſed obſcurũ ardẽt ꝑ nequitię perpetrationẽ.

✻Cat. Græ. Oculi eius ſpecies luciferi. Orige. transformatur in Angelum lucis. Olym. Os, & nares hęretici ſacrilegorum dogmatum interpretes.

h *De naribus.* Oculorum quippe acies fumo ſauciatur. Fumus ergo de naribus eius procedere dicitur, quia de miraculorum eius inſidijs caliginoſa dubietas etiam in electorum corde generatur. Bene autem in hac fumi caligine, ipſe etiã animorum feruor exprimitur, cum ſubinfertur.

i *Sicut ollæ.* Velut olla feruens eſt vnaquæque anima tunc cogitationum ſuarum impetus quaſi ſpumas vndarum ardẽtium ſuſtinens, quas, & ignis zeli commouet, & ipſa temporalis oppreſſio more ollæ intrinſecus clauſas tenet. Vel, de naribus eius procedere fumus aſſeritur, cuius noxijs inſpirationibus praua in humanis cordibus cogitatio naſcitur, per quam acies mentis obtunditur, cuius fumi vim exprimit, cũ F ſubiungit: *Sicut ollæ ſuc.* Olla enim ſuccenditur, cum mens humana maligni hoſtis ſuaſionibus inſtigatur. Olla autem feruet, cum iam etiam per conſenſum in deſiderijs praug perſuaſionis accenditur, & tot vndas quaſi feruendo projcit, per quas nequitias vſque ad interiora opera extendit, quod adhuc apertius exequitur.

Allegorice.

Halitus

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Compa. ſqua. *prementibus, & complectentibus. Squamæ enim ceti magnæ ſunt ad modum ſcuti. per hoc autem deſignatur multitudo malorum hominum, qui ſunt quaſi quædam ſquamæ diaboli, & connexio eorum ad malè agendum. ideo ſubditur.*

2 Vna vni coniun. &c. *ideſt aer incedit per eas. Sqũamæ. n. ceti ſunt ita coniunctæ, quod vix aer poteſt inter eas ingredi. & per hoc intelligitur, quod mali homines, ita aliquando ſunt ad malè agendũ connexi, & obſtinati, quod non recipiunt inſtinctum ſpiritusſancti ad bonum, ſecundum, quod dicitur ſupra 24. Ipſi fuerunt rebel. &c.*

3 Sternutatio eius. *Hic conſequenter oñditur dæmõ terribilis ſub ſimilitudine ceti, ex eius operatione. & primo deſcribitur eius terribilis operatio. & ſcđo eius mirabilis impugnatio, ibi.* Mittet contra eũ. *Circa primũ ſciendũ, quod ſicut in deſcribendo diſpoſitionẽ ipſius ceti incipit à capite, ita ſimiliter incipit deſcribendo eius operationes, principalior autem pars capitis eſt cerebrum, ex cuius commotione cauſatur ſternutatio. ideo dicit.* Sternutatio eius ſplendor ignis. *Quãdo enim homo fortiter ſternutat, ex commotione cerebri commouẽtur oculi, & ſic ab eis videntur quaſi quædam ſcintillæ egredi, & hoc tanto magis fit in ſternutatione ceti, quanto caput eius, & cerebrum ſunt maiora. Audiui enim à quodam experto in mari, & homine veridico, ꝙ in ripa maris iuxta Portugaliam fuerit inuentus cetus de cuius lingua particulatim deciſa fuerunt onerati 24. muli. ex quo ſatis apparet magnitudo capitis, & cerebri, & etiam oculorum. Ideo ſubditur.*

Ceti lingua quanta viſa eſt.

4 Et oculi eius. *Oculi enim propter lenitatem habent quandã claritatem, & ideo oculi ceti propter magnitudinem videntur à longe per modum cuiuſdam claritatis diffuſæ ſimilis auroræ ſeu diluculo. per ſternutationẽ autẽ ceti intelligitur tentatio diaboli, ex qua procedit ignis iræ, & concupiſcentiæ, & per claritatem oculorum proſperitas temporalium, quam diabolus peccatoribus repromittit. Conſequenter deſcribitur effectus oris, cum dicitur.*

5 De ore eius lampa. procc. quaſi te. ig. accen. *Eſt autem teda genus ligni luminaribus apti, & dicitur à tædet per antiphraſim. cetus enim habet maximum calorem interius, qui neceſſarius eſt ad mouendum tantã molem corporis. Eſt etiam animal reſpirans, ſicut delphinus, & ideo de ore eius egreditur aer multum calefactus, propter quod igni comparatur, & quia non ſolum reſpirat per os, ſed etiam per nares. Ideo ſubditur.*

6 De naribus eius procc. fu. *ideſt aer calefactus, & aduſtus.*

7 Sicut ollæ ſuccen. atque feruen. *Sicut enim aqua in olla calefit, per hoc, quod ignis apponitur ollæ, ita aer reſpiratus in pulmone per calorem cordis prope exiſtentem.*

1 Halitus

## MORALITER.

† *Vna alteri adhærebunt.* Nam ad faciendum malum fortiter colligantur.

3 *Sternutatio eius ſplendor ignis.* Per ſternutationẽ dęmonis intelligitur tentatio fortis excitans ignem concupiſcentiæ multiplicis.

4 Oculi

4 *Oculi eius, vt palpebræ diluc.* Per oculos eius deſignatur reuelationes falſæ, quas tanquam veras recipiunt prophetæ diaboli, & hoc ſignificatur per palpebras diluculi.

5 *De ore eius lampades proce.* Os dæmonis ſunt falſi ꝓphetæ, per quos loquitur doctrinam peſtiferam accendentem ignẽ concupiſcentiæ, & diſponentem ad ignem gehennæ.

In collo

A a *Halitus eius.* Quid prunas niſi ſuccenſas in terrenis concupiſcentiis reproborum mentes ad illicita inflammantes appellat? Tanto igitur halitu in prunis ſtat, quanto à viſu ſuggeſtionis occultæ humanas mentes ad illicita inflammat,

b *Et flamma &c.* Flamma oris eius eſt ipſa inſtigatio occultæ locutionis.

a uẽtis. Halitus eius prunas ardere facit, & flãma de ore eius e-
b (a Prius bona ſubtrahit, uires minuit, ut tunc notitiam ſuæ iniquitatis infundat.)
c gredit᷑ In collo eius morabitur fortitudo, & † faciem eius prç-
d cedet egeſtas. † Membra carniũ eius cohærentia ſibi. † Mit-
e (a Sed ne inde terreamur ſubdit.)
f tet contra eum fulmina, & ad locum alium non ferentur. Cor
g
h eius indurabitur quaſi lapis, & † ſtringetur quaſi malleatoris
i (a Apparuit angelis.i. prædicatoribus, quod ex ſequenti percipitur. ſubdit enim: prędicatum eſt gentibus.)
k incus. Cum ſublatus fuerit, timebũt † angeli, & territi purga-
l

† Fruſta.

† forte eſt ſicut lapis molatis inferior.

c *In col, eius.* Collo Leuiathan elationis extenſio deſignatur: quia contra Deum ſe erigens cum ſimulatione ſanctitatis, etiã tum ore poteſtatis extollitur. In collo autẽ eius fortitudo demorari dicitur, quia elationi illius etiam ſub-
B iuncta potentia ſuffragatur. Nam quicquid ſuperbè tunc extollitur, etiam cũ virtute ſecularis potentiæ exequit᷑. Et quia qui peruerſis moribus amicitiis eius inoteſcit, pri⁹ mẽtis diuitias amittit, Sequitur.

d *Et faciem eius.* Per faciẽ notitia deſignari ſolet. Leuiathan ergo faciẽ egeſtas antecedit, quia negligẽtium mentes antè tentando virtutibus ſpoliat, quàm eius inſidias is qui tentat᷑, agnoſcat. Per hoc ergo quod dictũ eſt. In collo eius mo. for. virtus violentiæ oſtenditur. per hoc verò quod ſubditur: *Et faciem eius præcedet*. fraudis ſubtilitas deſignatur. Vel faciem eius præ. Quia priuſquam in illo damnato homine quẽ aſſumet appareat, à ſancta eccleſia miraculorũ diuitię ſubtrahũtur. Nã prophetia abſconditur, curationum gratia aufertur.

e *Membra carnium eius.* Carnes Leuiathan ſunt oẽs reprobi, qui ad intellectum ſpiritualis patriæ per deſiderium non aſſurgunt. Membra verò carnium, ſunt hi qui eiſdẽ peruersè agentibus, & ſeſe iniquitate præcedentibus coniunguntur, ac ſic reproborum vnitas bonorum vitam tanto durius premit, quanto ſe ei per collectionem durior opponit.

C f *Cohærentia.* Sed ſi diuiderent᷑ vt mare, Iſrael ad terrã promiſſam tranſiret. Vt pernitioſum eſt ſi vnitas deſit bonis, ita D pernitioſius ſi non deſit malis. Sed quid tandem contra hũc diuina clementia faciat, adiungit.

g *Mittet contra eum fulmina.* Appellatione fulminũ, tremendæ extremi iudicij ſententiæ deſignant᷑: quia quos feriũt, in perpetuum incendũt.
1 Quæ ad locum alium
2 non ferentur, quia
3 igne ſuo non grana,
4 ſed paleas incendunt.
5 Sed quia Leuiathan
6 iſtum pœna non corrigit. Sequitur.
7
8 h *Cor eius indurabitur.*
9 Cor antiqui hoſtis vt
10 lapis ĩdurabitur, quia nulla vnquam conuerſionis potentia mollietur. Qui quia ſolis ictibus æternæ vltionis aptabitur, aptè ſubinfertur.

i *Et ſtringetur quaſi mal.in.* Ad hoc incus ſtatuitur, vt crebris ictibus feriatur Leuiathan ergo vt malleatoris incus ſtringetur, quia inferni vinculis coarctabitur, vt æterni ſupplicij continua percuſſione tundatur. Incude alia vaſa formantur, ſed ipſa tot ictibus in aliud vas non transfertur.

k *Cum ſublatus fue.* Futurũ pro præterito poſuit. Leuiathan enim ab arce beatitudinis cadente, in ruina eius ẽt electi angeli expauerũt, vt cũ iſtũ ſuperbię lapſus eijceret, illos ad robuſtius ſtadũ timor ipſe ſolidaret: & purgati ſunt, q̃a iſto cũ reprobis legionibus exeunte electi ſoli remãſerũt. Vel ſi pro futuro legatur, p̃dicatores angelos dicit, qui cũ ſublatus fuerit, timebũt: q̃a cũ iudicij turbine rapit᷑, hi qui in corporibus reperiri poterũt, immẽſo terrore cõcuſſi, ẽt ſupernæ patriæ nuntij contremiſcent. Et quia in eis hoc pauore excoquitur, ſi qua in eis ineſſe potuit leuiũ rubigo vitiorũ, aptè ſubdit.

l *Et territi pur.* A diſtricto iudice nõ p̃nt (qui in carne ſunt) tanto terrore non cõcuti, cũ oĩa elemẽta quatiuntur: Sed tñ mentes F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Halitus eius prunas arde. fa. *id eſt ita magnus eſt & calidus, quod poſſit accendere prunas. & loquitur hic de ceto ad modum ſufflatoris magni, quo ſuccenditur ignis in magna fornace.*

2 Et flamma de ore eius egre. *id eſt aer tam aduſtus & calidus, quòd meritò flammæ comparatur. Per iſta autem prędicta intelligitur, quod per tentationes diaboli feruores iræ, inuidiæ ac ſuperbiæ ſuccenduntur. Conſequenter deſcribit fortitudinem colli, quod immediatè coniungitur capiti, di.*

3 In collo eius morabitur fortitu. *In lib. 2. de animalibus dicitur, quod nullus piſcis habet collum niſi generans, cuiuſmodi eſt cetus in cuius collo requiritur magna fortitudo ad portandum pondus tanti capitis, ſicut prædictum eſt, & ad coniungendum ipſum reliquo corpori. Et per collum ceti deſignantur mali homines, per quos diabolus ſuã malitiam ad alios deriuat.*

4 Et faciem eius præcedet egeſtas. *In ceto .n. propter magnitudinem corporis requiritur multum de nutrimento: & ideo qñ vertit faciem ad quærendum cibum, euacuat illam partem maris ſibi propinquam piſcibus eos deuorando: & per hoc deſignatur quòd egeſtas & carentia virtutum ex ſuggeſtione dæmonis cauſatur. Conſequenter deſcribit fortitudinem aliarum partium corporis ceti, dicens.*

5 Membra carnium eius cohærentia ſibi. *propter ſpiſſitudinem membrorum & carnium: & per hoc deſignatur quòd homines iniqui, qui ſunt membra diaboli ad malefaciendum adinuicem ſunt colligati.*

6 Mittet contra eum. *Hic conſequenter deſcribitur impugnatio dæmonis ſub metaphora ceti, & primò à Deo qui eum deijcit. ſecundò à creatura quam deſpicit, ibi:* Cum apprehenderit. *Circa primũ dicit:* Mittet contra eum fulmina. *ſcilicet Deus à quo fulmina tãquam ſagittæ mittuntur: fulmina autem frequenter cadunt in mari & naues obruunt: & eodem modo cetum frequentius percutiunt quam alios piſces, propter magnitudinem ſui corporis.*

7 Et ad locum alium non ferentur. *per quod deſignatur certitudo diuinæ prouidentiæ, ſicut de ſapiente ſagittatore dicit, quod eius ſagitta non fertur ad alium locum niſi intentionis ſuæ. per hæc fulmina intelligitur ſententia diuinæ damnationis dæmonis quæ non fertur alibi: quia cedit ad Dei gloriam & ſanctorum, & tantummodo nocet dæmoni & malis hominibus qui ſunt membra eius: & quòd hoc de dæmone ſpecialiter intelligatur, & per hoc patet quod ſubditur.*

8 Cor eius indu. quaſi la. *in quo deſignatur obſtinatio dæmonis, qui non flectitur ad bonum ex aliqua percuſſione diuinæ vltionis.*

9 Cum ſublimatus fuerit, ti. an. *iſte timor non eſt aliud quã admiratio angelorum ſanctorum de diuina virtute & iuſtitia in deiectione & punitione dæmonis: quę partim facta eſt à principio ſui caſus, & conſummabitur in futuro iudicio, quando cum peccatoribus damnatis detrudetur in inferno: nec poteſt talis admiratio angelorum intelligi de percuſſione ſeu interfectione ceti à Deo: quia omnis res corporalis parua & modicę reputationis eſt, & quaſi nulla reſpectu angeli: propter quod in eo non cadit admiratio de deiectione rei corporalis, & maximè intellectu carentis, cuiuſmodi eſt cetus.*

10 Et territi purga. *ſecundũ quod dicit Dionyſius, licet in angelis non ſit purgatio ab immunditia, tamen eſt ibi purgatio à neſcientia, in quantum per illuminationes diuinas ſeu effectus eius mirabiles immediatè ab eo procedentes angeli ſancti aliquã cognoſcunt quæ prius neſciebant. & hoc mõ angeli in deiectione dæmonis de cęlo empyreo fuerunt purgati à quadam neſcientia, videntes diuinam virtutem & iuſtitiam in effectu quam prius non viderant: ideo eodem modo erit in detruſione dæmonis in inferno cum damnatis in extremo iudicio. Fuerunt etiam ſancti angeli in caſu dęmonum purgati ab eorum ſocietate, & in extremo per totalem ſeparationem plenius purgabuntur.*

1 Cum

## MORALITER.

3 *In collo eius mora. forti.* Per collum quod coniungit membra capiti, ſignificantur principes peruerſi, qui per potentiam ſuam cogunt inferiores ſeruire per idololatriam dæmoni, ſicut fecit Antiochus nobilis & ſimiles ei.

4 *Et faciem eius præce. ege.* nam prius mentem hominis virtutibus euacuat, quàm ipſam plenè poſſideat.

5 *Membra carnium eius co. ſi.* nam reprobi qui ſunt eius membra ad malè agendum ſunt adinuicem colligati.

6 *Mittet contra eum ful.* id eſt inferni tormenta.

7 *Et ad locum alium non fe.* quia ſolæ paleæ ibi comburentur.

8 *Cor eius quaſi lapis.* quia non emollitur, ſed magis induratur tormentis.

9 *Cum ſublatus fue.* peracto iudicio & retruſus in inferno.

† *Timebunt angeli.* id eſt ſancti: iſte tamen eſt timor tantum admirationis diuinæ iuſtitiæ in diabolo & eius membris.

10 *Et territi purgabuntur.* non ab immunditia, ſed à neſcientia: nam tunc experimentaliter aliqua cognoſcent, qui prius hoc modo non cognoſcebant.

*Cum ap-*

mētes eorum ſpes propinqui regni lętificat: Interim autem quid agat, ſequitur.

✲ Cat. græ. Cum autem ille conuerſus fuerit, terror beſtijs quadrupedibus ſuper terram ſaltantibus. Olym. Symmachus: A motione eius verebuntur fortes.

a buntur. † Cum apprehenderit eum gladius, ſubſiſtere non po- 1
b terit, neque haſta, neque thorax. Reputabit enim quaſi pa- 2
c
d leas ferrum, & quaſi lignum putridum ęs. Non fugabit eum 3
e vir ſagittarius, in ſtipulam verſi ſunt ei lapides fundæ. Quaſi 4 5
f
g ſtipulā æſtimabit † malleū, & deridebit vibrantē haſtā. † Sub 6
h
i ipſo erūt radij ſolis, & ſternet ſibi aurū quaſi lutū. Feruеſcere 7 8
k

a Quod & bonis proficit. b Tunc miniſterio, & tunc aperte. c Non fuit coram Deo virtus, etſi coram hominibus.

a *Cum appre. eum gla.* Gladij nomine hoc loco, ira ſignatur. Ille autem qui per abrupta furoris rapitur, nō apprehendere gladiū, ſed gladio apprehendi perhibetur. Leuiathan ergo quia per aſſumptum reprobum hominem, in ira omnimodæ crudelitatis effrenatur, apprehendi à gladio dicitur. Et neque haſta neq; thorax ſubſiſtere poterit, quia in Antichriſtum diabolus veniens tantæ virtutis apparebit, vt ſi ſupernum adiutorium deſit, & prædicantium acumen obtundat, & longanimitatem patientium deſtruat.

b *Cum ap. gla.* id eſt ille perditus homo, diabolū ſuſceperit, vel ira ipſum. Qui iram in vſum iuſtitiæ ſumit, gladiū tenet: Cui ira dñatur, & per abrupta rapitur, ab ea apprehendi dr̃.

c *Reputabit enim quaſi pa. fer.* Quod ſuperius haſtā dixit, hic inferius ferri appellatione replicauit: & quod ſuperius thoracē, hic ęs. Ferrū nāq; acuitur, vt aduerſarius vulneret: ęs aūt rubigine pene nulla cōſumit̃. Ferro ergo p̄dicationis iacula, ære aūt longanimitatis conſtātia deſignatur. Ferrū ergo ve. pa. &c. quia niſi diuina gratia protegat, etiam & prædicantiū vires velut paleas nequitiæ ſuæ igne conſumit, & patientiū conſtantiam quaſi lignum putridum in puluerem redigit. Sed quia quanto magis erigitur, tanto magis contra eū ſancti ſe accingunt, quod tunc in reprobis non proficiat ſagitta veritatis, ſubdit: ſed ipſi ſancti contemnuntur. & hoc eſt: In ſtipulam. Sed quid mirum ſi vires hominum deſpicit, qui & ſuperni iudicij tormenta contēnit? & hoc eſt, quaſi ſtipula.

✲ Euagri. Temperantia & Charitas eum interficit.

d *Non fuga. eum vir. ſag.* Sagittas, verba prædicatorum accipit. Et eſt ſenſus: A reproborum cordibus eum ſagitta prædicatoris non excutit; quia quiſquis ab illo apprehenditur, verba iam prædicantium audire contemnit.

e *In ſtipu. ver. & c. fun.* Per fundā eccleſia figurat̃. Funda nāque dum in gyrū mittitur, ſicut de illa lapides excuīt, quibus aduerſariorum pectora feriantur, ita eccleſia dū volubilitate temporū per tribulationū circuitum ducitur, fortes ex illa viri prodeūt, quibus quaſi lapidis ictibus iniquorū corda tunduntur. Leuiathan itaq; quia dānato illo homine aſſumpto quoſlibet fortes eccleſiæ velut infirmos deſpicit, in ſtipulam verſi ſunt ei lapides fundæ. D

f *Quaſi ſti. æſti. mal.* Quia per malleū deſuper venientem, celeſtis pondus percuſſionis exprimitur. Quid eſt quod Leuiathan malleum deſpicit, niſi quod ſupernæ animaduerſionis ictus formidare contemnit? Et quaſi ſtipulam, quia ad iuſtæ iræ ſe pondera velut contra leuiſſimos terrores parat.

† Sub eo ſunt petræ acutæ teſta cex, ſternet quod eſt acutum ſuper lutum vel, reclinatur ſuper clauam dentatam quaſi ſuper lutum.

g *Et deridebit vibran. ha.* Haſtam vibrare eſt æternā ei mortem ex diſtricta animaduerſione præparare. Sed vibrantem haſtam deridet, quia quicquid graue, quicquid horribile preuidet, pati non metuit. Sed quò ſe ęterna tormenta euadere non poſſe conſpicit, eò in exercenda nequitia durior aſſurgit. vnde fit quod ſequitur. E

h *Sub ipſo erunt radii ſolis.* Per ſolis radios acumina ſapientium demonſtrat. Et eſt ſenſus: Hi qui intra eccleſiam per acumina ſapientię quaſi radios ſolis videbantur aſpergere, & per autoritatem rectitudinis deſuper reſplendere, poteſtati Leuiathan & peruerſitate operis, & blandimento adulationis ſe inclinant dum ſe terrenis poteſtatibus praue agentibus ſubijciūt. Lucem ergo cęli pedibus ſuis ſubſternit, dum immoderato acumine, ſapientes praua ſentiunt in ſcripturis, vel aliquo modo ei ſubduntur.

i *Sternet ſibi aurum.* Hoc loco aurū claritas ſanctitatis accipitur. Lutū, vel terrenarū rerum auaritia, vel prauarū contagia doctrinarū, vel ſordes carnalium voluptatum. Multos. n. qui intra eccleſiam fulgore iuſtitię ſplendere videbant̃, vel terrenarum rerum concupiſcentia, vel errantis doctrinę contagio, vel carnalibus ſibi voluptatibus ſubijcit, & ſic aurum ſibi quaſi lutum ſternit. Sed ſi hoc agit in eos, quos claros aliqua virtus oñdit, q̄d de manifeſtè malis facturus eſt? Sequit̃.

K *Feruеſcere & c. maris.* Per mare vita ſecularium, per profundū alte & F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Cum apprehen. eum gla. ſubſiſtere non pot. *Hic cōſequēter deſcribitur impugnatio diaboli ſub nomine ceti: & hoc ab homine quē deſpicit. & hoc eſt quod dicitur.* Cum apprehenderit eum gladius. *in quo primò oſtenditur quòd non timet inuaſionē de proximo: quia quantumcunque homo ſit armatus ad inuadendum, vt gladio & haſta, & ad ſuſtinendum thorace, & ſimilibus, tamen nullo modo poterit ſtare coram eo ſi aduertat, ideo ſubditur.*

2 Reputabit enim quaſi pa. fer. *Quia ferrum gladij vel lignum lanceæ non poterat ei nocere, ſicut nec paleæ proiectæ contra hominē nocent ſibi, & ſicut cetus non timet inuaſionem de propinquo, ita nec etiam de longinquo. Ideo ſubditur.*

3 Non fugabit. *Timore ſagittarum contra eum proiectarū. Sciendum tamen, quod licet talia non timeat, tamen ex proiectione ſpiculorum de longinquo quæ non aduertit, nec per conſequens timet, vulneratur, & tandem moritur, & ſic mortuus ad littus maris proijcitur, ſicut dictum eſt ſupra cap. 2.*

4 In ſti. verſi ſunt. *Habet enim tantam pinguedinem exterius & cutis duritiam, quod lapides ſic proiecti non nocerent ei.*

5 Quaſi ſti. æſti. *Non enim poteſt aliquis tantum appropinquare ſibi, quod cum malleo vel cum haſta poſſit eum percutere, niſi quando impingens ad terram non poteſt ſe mouere, vt dictum eſt cap. præced. per prædicta intelligitur, quod diabolus qui per cetum intelligitur, non timet inuaſionem hominis de propinquo vel de longinquo, quia nulla res corporalis poteſt ei nocere, niſi inquantum eſt inſtrumentum diuinę iuſtitiæ, ſicut eſt ignis infernalis qui eſt corporeus & tamen ipſum affligit, ſicut autem cetus virtute humana non poteſt ſuperari, vt prædictum eſt, ſic nec etiam aliquibus ſpecioſis allici, vt ſe ſubiiciat ei, ideo ſubditur.*

6 Sub ipſo erunt ra. ſolis. *id eſt res quantūcunque pulchræ nihil reputabuntur ab eo, nec etiā quantumcunque pretioſæ. Ideo ſubditur.*

7 Sternet. *id eſt nihil reputabit. per hoc deſignatur, quòd diabolus nullis rebus ſenſibilibus quantumcunque pretioſis vel pulchris allicitur, vt ſubiiciat ſe homini: licet aliquādo hoc fingat vt ſibi hominem alliciat in culpa, & tandem in pœna perpetua.*

8 Feruеſcere fa. &c. profun. ma. *quia per magnitudinem corporis cetus facit magnam commotionem maris, ex qua commotione generatur magna ſpuma in ſuperficie. Ideo ſubditur.*

1 Po-

## MORALITER.

1 *Cum apprehende.* Hic agit̃ de impugnatione dęmonis ab homine quā contemnit, quāuis ſit armatus gladio, thorace, haſta, arcu, funda, & malleo, vt cōſequēter ponit̃ in textu, & ſatis patet. & per hoc oſtenditur q̄ nulla re corporali lęditur vel terretur, niſi inquantū eſt inſtrumētū iuſtitię diuinę: ſic enim ab igni patitur corporali. Per hoc aūt moraliter ſignificatur, q̄ peccator obſtinatus eſt quaſi quidam diabolus, qui nullo timore à peccatorū actibus refrenatur. Ponuntur autē hic quinque genera armorum ad inuadendum, ſ. gladius, haſta, arcus, vel ſagitta, funda & malleus: inter quę tria feriunt de propè. ſ. gladius, haſta & malleus. Per gladium qui ſcindit poteſt intelligi excommunicatio, per quam abſcindit̃ peccator à fideli cōmunione: propter q̄d vocat̃ gladius eccleſię. Per haſtam quę perforat & impellit, intelligi pōt reclusio in carcere. Per malleū qui caſſāt & cōſtringit alię corporales pœnæ, & verberatio, quæſtionatio & hmōi. Alia vero duo armorum genera, ſ. arcus & funda percutiunt à longè: propter quod per ipſa ſignificari poſſunt timor finalis iudicij & horror infernalis ſupplicij. peccator autem obſtinatus iſtorū timore non refrenatur ab actu culpæ, Prouer. 18. a. Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit.

6 *Sub ipſo erunt.* Contemnit enim ſacras ſcripturas à peccato reuocantes quæ ſunt quædam veri ſolis irradiationes.

7 *Sternit ſi. aurum.* quia contemnit ſanctorum exempla quę ſunt aurum examinatum.

8 *Feruеſcere fa.* per quod intelligitur cor impii profundatū vitiis, quia impius quantū poteſt, excitat ad peiora, Eſa. 57. d. Cor impij quaſi mare feruens quod quieſcere non poteſt.

Poſt

altæ & abditæ eorũ cogitationes exprimunť. Quod profun-
A dũ mare Leuiathan quaſi ollã feruеſcere facit, quia perſecu-
tionis extremę tẽpore contra electorũ vitam ſtudet animos
reproborũ per flammã crudelitatis excitare: quia verò peſti
fero errore perſuaſi, ſic in iſtis famulanť Antichriſto, vt tũc
verius præbere ſe æſti
mẽt obſequium Chri-
ſto, ſequitur.

a faciet quaſi ollam profundũ maris, ponet quaſi cum vnguen
a ¶ Qua tranſit. admirationem ex miraculis relinquit.
b ta bulliunt. Poſt eum lucebit ſemita, æſtimabit abyſſum qua
c a Quos non ſic capit aliter inuadit, vt non dubitent hærere voluptatibus, quia fine habent ſupplicia.
d ſi ſeneſcentem. Non eſt poteſtas ſuper terram quæ compare-
a Suo vitio liber & eſfrenatus. b Nec Deum, nec quod paſſurus eſt.
e tur ei qui factus eſt vt nullum timeret. Omne ſublime videt:
f
g ipſe eſt rex ſuper † vniuerſos filios ſuperbiæ.

✻ Cat. Græ. reputauit mare ſicut vas vnctuarium. Aquila autem vas vnguentariũ. Symmachus: Condimentum ebulliens.

† id eſt cetos magnos & fortes.

a *Ponet quaſi cum vnguen. bul.* Vnguenta cũ
B bulliunt, fragrantiam ſuauitatis reddunt. Quia ergo Leuiathan ita ſeducit corda reproborum, vt quicquid agũt ex iniquitate perfidiæ, pro veritate rectæ fidei ſe agere ſuſpicentur, quaſi eis bene olet id quod zelo religionis exercent. *Et ponet.* Tanto atrociores ſunt, quanto melius agere ſibi videntur. vnde ad augmentum illuſionis ſigna eos ſequuntur.

b *Poſt eum lu. ſe.* Semita poſt Leuiathan lucet, quia quorum corda penetrat, eorũ opera prodigiis illuſtrat. vnde in euangelio: *Surgent pſeudochriſti & pſeudo prophetæ, & dabunt ſigna magna atque prodigia.*

Matt. 13 c.

c *Aeſtimabit abyſſum.* Abyſſus pro iudicio, ſenectus pro finis propinquitate ponitur. Leuiathan itaque ęſtimabit abyſſum quaſi ſeneſcentem, quia reproborum corda ſic fatuat, vt ſuſpicionem eis de venturo iudicio, quod quaſi finiatur infundat. Abyſſum nanque ſeneſcere ęſtimat, qui terminari quandoque in ſuppliciis ſupernam animaduerſionem putat.

d *Non eſt po. ſu. ter.* Poſt vim & fraudes immanitatẽ virtutis
C eius breuiter ſubdit: *Poteſtas eius ſuper terram eminentior cunctis perhibetur*: quia etſi actionis ſuæ merito infra hoĩes cecidit, D oẽ tñ humanum genus naturæ angelicæ cõditione trãſcendit: & ſi beatitudinẽ perdidit, magnitudinẽ naturæ nõ amiſit: quia oĩa humana ſuperat, etſi meritis ſanctorũ ſubiaceat: ergo quò altior eſt diaboli natura, maior eſt vincenti homini gloria.

1 ✻ Nicetas. Symma
chus: Non eſt pote-
2 ſtas eius ſuper terrã,
3 qa poſt Saluatoris ad-
4 uentum foras eiectus
5 eſt. Aut licet ſit potẽs
6 in terra tamen ab An
7 gelis & eorum ſimili-
8 bus illuditur.

e *Qui fact. eſt vt nul.* Sic quidem per naturam factus eſt, vt conditorem ſuum caſtè timere debuiſſet, ſed ſua peruerſitate talis factus eſt, vt E nullum timeret. Et quippe à quo conditus fuerat, ſubditus eſſe deſpexit, cuius adhuc ſuperbia deſcribitur.

f *Omne ſublime vi.* i. cunctos velut infra ſe poſitos, quaſi de ſublimi reſpicit, quia per intentionẽ contra autorem nitiť, æſtimare ſibi quẽlibet ſimilem deſignať. Appetitum. n. celſitudinis vertit in rigorẽ mentis, vt ſit iam inſenſibilis, & eſt remediũ ſuperbo, vt quod non poteſt tranſgredi deſpiciat. Quod ẽt membris eius congruit, quia omnes per tumorem cordis elati, cunctos quos cernunt, ſuperbię faſtu deſpiciat.

g *Ipſe eſt rex ſu.* Poſt multa, oñdit vñ oĩa. Iſte eſt titulus diaboli, ſic humilitas Chri, quo ſigno vtriuſq; exercitus ſecernitur. Sup̃biã idcirco dñs fini ſuę locutionis inſeruit, vt cũ poſt mala oĩa Leuiathã iſtius ſuperbiã diceret, q̃d eſſet malis oĩb⁹ deterius ĩdicaret, & p̃ hoc q̃ in imo poniť vitiorũ radix eſſe mõſtrať. Sicut. n. inferius radix tegiť, ſed ab illa rami exteri⁹ pãdunť, ita ſe ſup̃bia ĩtrinſecus celat, & inde fiũt ap̃ta mala.

☞ CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Po. qu. cum vn. bul. *quæ bulliendo ſpumam ſuperius faciunt ex aere incluſo. per hoc autem intelligitur, quod diabolus concitat turbationes in hoc mundo.*

2 Poſt eum lu. *ſicut enim naues tranſeuntes dimittunt veſtigium ſui tranſitus per aliquod tempus, ſic etiam cetus propter magnitudinem ſui corporis dimittit poſt ſe longum & magnum veſtigium tranſitus ſui: per quod deſignatur, quod turbationes à diabolo concitatæ in hoc mundo non citò ſedantur, ſed habent aliq̃n magnũ tẽporis tractũ.*

3 Aeſtima. Abyſſum. *id eſt mare oceanum.*

4 Quaſi ſeneſcen. *id eſt impotentem ad ipſum abſorbendũ. Quod enim antiquatur & ſeneſcit, prope interitum eſt, vt habetur Hebr. 8. d. & per conſequens eſt debilis virtutis. per hoc intelligitur dæmon qui propter damnationem ſuam non dimittit niti contra Deum, quaſi ſua pœna eſſet terminanda.*

5 Non eſt poteſtas ſu. *Animalia autẽ marina maiora ſunt ſatis quam terreſtria, vt dicit Plinius, cuius cauſam aſſignat humiditatis abundantiam, quæ membra corporum extendit. vnde & in regionibus humidis ſunt homines maiores quam in ſiccis: & ideo ſi in mari nulla eſt creatura quæ æquiparetur ceto in fortitudine, multò minus inuenitur in terra: & per hoc deſignatur quod poteſtas dæmonis maior eſt quam poteſtas cuiuſlibet corporalis creaturæ. Ideo ſubditur.*

6 Qui fa. eſt vt &c. *Habet enim dæmon ex conditione naturæ ſuæ quæ in eo remanſit integra, quod ſit ſuperior omni corporali creatura: & ſic non timeat eam. vnde ſubditur.*

7 Omne ſublime videt. *quia præ ſuperbia ſemper nititur aggredi maiora: propter quod ſubditur.*

8 Ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ. *id eſt excedit oẽs alios in ſuperbia: & per hoc patet, quod ea quæ dicta ſunt de ceto, intelliguntur principaliter de dæmone, qui eſt principium ſuperbiæ.*

5 Non / CAP.

## MORALITER.

2 *Poſt eum lu. ſe.* id eſt poſt ipſum notabiliter apparebunt malorum ſuorum veſtigia.

3 *Aeſtima. abyſſum quaſi ſene.* Nam facto videtur contẽnere abyſſum diuinæ ſapientiæ tanquam ſuas nequitias ignorantem, & ad puniendum impotentem, & quoniã hæc malitia procedit à dæmone, propter hoc de ipſo cõcluditur in fine.

5 *Non eſt poteſtas ſuper terram.* ſcilicet in rebus corporalibus.

† *Quæ compa. ei.* vt patet ex ſupradictis in hoc capitulo, & hanc poteſtatem ad malum applicat quantum poteſt.

6 *Qui factus eſt vt nul. ti.* Non eſt autem factus talis à Deo, ſed ex defectu proprio.

7 *Omne ſublime vi.* ad conſequendum ſi poſſet.

8 *Ipſe eſt rex ſuper vniuer. &c.* nam ſuperbi ſunt de familia eius, & ſub ipſius poteſtate.

5 *Non* / MORA-

## ADDITIO I.

In cap. 41. vbi dicitur in poſtil. Non quaſi crudelis. Poſtquam oſtendit dæmonem ab homine inſuperabilem. Quod dicitur hic: Non quaſi crudelis excitabo eum: vr̃ alludere ad id quod ſupra Iob 30. ca. ad Deum clamans dicebat: Mutatus es mihi in crudelem. ad cuius declarationẽ & continuationem ad pręcedentia & ſequentia, conſiderandũ eſt, quod licet Deus in præcedentibus oſtenderat ipſi Iob, quod de prouidentia diuina circa actus humanos non erat cauſa ab homine omnino quærenda, prout dictum fuit, ſupra 38. cap. in additione: nihilominus tñ condeſcendens fragilitati ipſius Iob, qui vehementer deſiderabat ſcire rõnes ſeu cauſas medias ſuę flagellationis, vt patet ſuprà in pluribus locis, voluit innuere ſibi in hoc loco, quod proceſſus ſuæ flagellationis incepit ab ipſo Sathan, vt patet ſupra 2. c. qui per Vehemoth & Leuiathan in hoc loco figurať. Et quia de hoc videreť, quod Iob poſſet magis miſerabiliter proclamare, eo quod Deus poſſet eum affligere aliis modis pręter crudelitatem ipſius Sathan, iõ Deus ſatisfacit ſibi per hoc q̃d in cõflictu ſeu bello q̃d habuit cũ ipſo Sathan, Deo adiuuãte nõ fuerat ipſe Iob conuictus, cũ tm̃ poteſtas Sathan incõparabiliter excedebat ptãtẽ ipſius Iob, prout infra eo. c. Nõ eſt poteſtas ſuper terrã quæ cõparetur ei. & de hoc dicit: Memento belli, nec ultra addas loqui quaſi dicat: Bellũ q̃d habuiſti cũ Vehemoth ſeu Leuiathan ſemp̃ debes habere in memoria: eo q̃d nõ potuiſſes ab eo euadere ꝓpria ptãte, niſi ſolũ diuina. Vnde: nec vltrà addas loqui, ſ. locutiones queruloſas. Et q̃a fortè Iob ex memoria talis belli præteriti incideret in timorem magnũ, ne fortè iterum eum affligeret, ideo prænũciat ei ſecuritatẽ, dicens: *Ecce ſpes eius*, ſ. Sathan, qui ſperabat ſubuertere Iob ad hoc, vt faceret eum in facie de Deo blaſphemare ſupra 2. cap. Fruſtrabitur, quia non eſt conſecutus intentum, & videntibus cunctis præcipitabitur, quia poſt conſolationem Iob videntibus cunctis fratribus & cognatis, & huiuſmodi ſpes Sathã fruſtrata fuit ſeu præcipitata. Sed quia adhuc poſſet quis dicere, quod afflictio Iob per tam feroциſſimam creaturam videretur ad crudelitatem pertinere, eo modo quo Iob dicebat vbi ſuprà: Mutatus es mihi in crudelem. ideo ſubdit: *Non quaſi crudelis ſuſcitabo eum.* quaſi dicat: Non quaſi crudelis ſcilicet vt tu dicebas, ſuſcitabo eum: Cuius ratio eſt. Nam Deus non permiſit Sathan tentare ſeu affligere ipſum Iob, quantum poſſet ſeu vellet: hoc. n. eſſet crudelitas,

crudelitas, ſed Deus limitauit potētiā ſuā, dicens: Verūtamē aīam eius ſerua. in quo Deus reſeruauit in permiſſione afflictionis ipſius, Iob ptāte ſuperandi ipſum, vt ibidē in additione fuit expoſitū. Et qa iſta reſeruatio non poterat frangi ab ipſo Sathan, iō ſubditur. *Quis enim reſiſtere poteſt vultui meo?* Rō aūt quare nullus poſſit reſiſtere, ſubdit: *Et quis antē dedit mihi, vt reddā ei.* q.d. poteſtas ſua non eſt à ſeipſo, ſed à me, & iō ſubdit: *Oīa, quæ ſub cælo ſunt, mea ſunt.* Et qa forte diceret qs, qđ non eſſet danda talis poteſtas creaturę tā crudeli, qa poſt quā hēret talē ptātē, per verba cōminatoria ſeu depcatoria poſſet vti ptāte ſua ad libitū, ſicut ꝯſueuit fieri inter hoīes, q poſtq̄ recipiunt ptātē à ſuperiorib. eā retinent prædictis modis ēt ſuperiore nolente. iō ſubdit. *Nō parcā ei, verbis potentib⁹, & ad deprecandū cōpoſitis*, ſ. vt permittam eū vti poteſtate ſua vt vellet. Et loquit̄ more humano ſeu poetico, prout in hoc libro frequenter tales locutiones occurrunt. Deo.n. non pertinent talia propriè loquendo, & ſequitur. Quis reuelabit faciem indumenti eius. in quo proſequitur propoſitum de cōditionibus dæmonis ſub ſpecie ceti. Et exponatur totum, vt in poſtilla vſque ibi. *Cum ſublatus fuerit, &c.*

ADDITIO II.

In eo. c. 41. vbi dicitur in poſtil. *Cū ſublatus fuerit time. ange. &c.* Vbi tranſlatio noſtra habet. *Cum ſublatus fuerit, timebunt angeli.* In Hebræo habetur. *Ex ſublatione ſua timebunt dij*, quod intelligitur de viris iuſtis, de quibus in Pſal. 81. b. Ego dixi dij eſtis. cuius ſenſus eſt, nam quia ſtatim ſupra dixerat, quod diabolus eſt ſic obſtinatus in malo, quod nullo modo flectit̄ ad bonum, de quo dicit: *Cor eius indurabitur quaſi lapis.* Poteſt quis quærere, quæ vtilitas fuit in productione talis creaturæ, cuius opera, & mēbra omnino ſunt mala, nec ipſe ad bonum eſt flexibilis. Ad hmōi tacitā qōnē vr̄ dn̄s reſpondere ſic, qđ caſus diaboli ſeu eius ſublatio eſt valde vtilis. Generat enim ſeu auget in viris iuſtis timorē Dei. videntes enim, qđ creatura rationalis in tanta puritate creata per abuſum libertatis arbitrij lapſa eſt in tā magnā ruinā, non immerito quātūcūque ſint perfecti, augetur in eis timor ne deficiant eo modo quo ſupra c. 4. dr̄ in angelis ſuis inuenit prauitatem, quanto magis habitantes domos luteas, &c. de hoc dicit: Ex ſublatione ſua timebunt dij, ſ. iuſti viri, qui quidē timor Dei intelligēdus eſt filialis. De quo Greg. in 1. moral. Qui timet Deū nihil negligit. Timere Deū eſt, nulla quæ facienda ſunt bona præterire. Qui qdē iuſti tentationib. dæmonū territi, ſępe purgant̄ ab immunditia. vnde Aug. ſuper Pſal. 40. Vita nr̄a in hac peregrinatione nō pōt eſſe ſine peccato, nec ꝓficere ſine tētatione, quia ꝓfectus noſter p tētationē nr̄am fit, nec ſibi quiſq̄ innoteſcit, niſi tentat⁹, nec pōt coronari, niſi vicerit, nec pōt vincere, niſi certauerit, nec pōt certare, niſi inimicū, & tētationes habuerit. Hæc ille. Et iſto modo iuſti tētationib. dæmonū territi, & in bono perſiſtētes propriè dn̄t purgari, ex quo patet, quod ruina diaboli fuit valde vtilis iuſtis diligentibus Deum, vt inde diſcerent quantū timerent, prout dr̄ in gloſſa allegata in præcedenti c. additione ſecunda, & etiam, vt à piaculis purgarentur, & hoc eſt, quod Apoſtolus dicit: Diligentibus Deū omnia cooperantur in bonū. D Quæſtio. Rom. 8. c.

CAP. XLII.

E a R*Eſpondens aūt Iob.* ✻ Nicetas. Iob qui ſecundo ſe loquuturum negauerat, prudentius, quam Herodes impium iuramentum exoluēs, diuinū iuſſum ſuo anteponit ꝓmiſſo. Pręſtat enim diuinis parere mandatis, quā ſua ꝓmiſſa exoluere. Poſtquā fideli famulo dominus, Leuiathā hoſtis eius, quā ſit, & fortis, & callidus oſtēdit, dum vires illius fraudeſque patefecit, Beatus Iob ad vtraq; reſpondit dicens.

b *Scio quia omnia.* Contra vires quippe eius ait: *Scio quia omnia po.* Contra verò occultas machinationes ſubiunxit, & nulla te latet cogitatio. Vnde eidem Leuiathan, exprobrat dicens.

c *Qui eſt iſte, &c.* Abſque ſcientia Leuiathan celat conſiliū, quia quamuis contra infirmitatem noſtrā multis fraudibus occultetur, protectoris tamen noſtri ſancta nobis inſpiratione detegitur. Audita igitur fortitudine, & calliditate diaboli & creatoris potentia, quæ & illum valenter reprimit, & nos miſericorditer tegit, beatus Iob, quæ de ſe ſentiat aperit.

✻Cat. Græ. Quis autem annunciabit mihi, quæ nō cognoſcebam? magna, & admirabilia, quæ non ſciebam? Nicetas. præter te nemo. Nam & vexationis meæ cauſam, & Diaboli pertinaciam, & tuæ prouidentiæ notitiam indicaſti mihi. Ideo

d *Ideo inſipiēter, &c.* Quę dixerat ſapiēter dixiſſe ſe crederet, ſi verba ſuperioris ſapientiæ nō audiret, in cuius cōparatiōe ſtultū eſt oē noſtrū, quod ſapit. Et quāto magis proficit contemplando Dei †ſciētias, eo amplius ſe nihil eſſe cognoſcit. Et ſcientiā ſuā vltra modum exceſſiſſe credit, quia in verbis Dei plus, quā æſtimauerat ſecreta eius ſapiētiæ agnouit. Sic & Moyſes ex quo dominum audiuit, ſe factū impeditioris linguæ, & tardioris dicit. †ſententias.

CAP. XLII.

a R Eſpondens autem Iob domino, di- 1
b xit. Scio qa omnia potes, & nulla te la- 2 3
c tet cogitatio, qs eſt iſte, qui celat con- 4
ſilium abſque ſcientia? † Ideo inſipien- 5 6
d ter locutus ſum, & q̄ vltra modum †ex- 7 8
cedūt ſcīam meā. Audi, & ego loquar, 9 10
e f interrogabo te, † & oſtende mihi. 11

Vt ego. a Ergo. b Si tu audis.

e *Audi, & ego lo.* Dei audire, eſt deſideria noſtra ꝑcipere, loqui noſtrum ad dominū eſt promptis ad illum deſiderijs inhiare. Et quia quiſque interrogat quoniā ignorat, interrogari hominis Deū, eſt in conſpectu eius neſcientem ſe cognoſcere. Reſpondere aūt Dei, eſt eū, qui ſe neſcientem humiliter cognouerit occultis inſpirationib. erudire. Et eſt ſenſus, *Audi, & ego loquar.* Miſericorditer deſideria mea percipe, vt dum hæc miſericordia tua percipiens adiuuat, ad te multipliciora conſurgant.

Audire Dei. †Vel, ideo locutus ſum, & non intellexi mirabilia ſuper me, quæ neſcio. †excederent. †ind ea. Reſpondere.

✻Nicetas. ſequentia vim habent interrogationis, & reſpōſionis, vel rogat dominum, vt ſi ignarus rerum eum poſthac interrogauerit, dignetur reſpondere.

f *Inter. te. &c.* i. neſcientē me ex tuæ ſcientię contēplatione cognoſco. *Reſpon.* ſtultitiā ꝓpriā humiliter cognoſcētē doce. q. a. n. interrogaret ipſe ex deſiderio humilitatis, & Deū ſibi reſpondere F

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XLII.

1 Reſpondens autem Iob. *Poſtquam deſcripta eſt ipſius Iob increpatio, eo quod nimis extulerat ſuam iuſtitiam. hic conſequenter ponitur eius humilis reſponſio confitendo propriam culpam, dicens domino.*
2 Scio quia potes. *quæcunque ſunt poſſibilia fieri.*
3 Et nulla te latet cogitatio. *Erat enim iſte Iob conſcius, ꝙ commemorando ſuam iuſtitiam paſſus fuerat aliquem leuem motum elationis, qui in talibus ſolet oriri de facili etiam in hominibus perfectis, & talis motus quantumcunque ſit omnibus aliis occultus, tamen Deo eſt notus. ideo ſubditur.*

4 Quis

4 Quis eſt iſte. *ideſt quicunque quantumcunque aſtutus.*
5 Qui celat conſi. *ideſt vult cordis ſui celare ſecretum ipſi Deo.*
6 Abſque ſcientia. *quaſi dicat talis eſt neſcius diuinæ virtutis, propter quod Iob recognoſcit culpam ſuam, dicens.*
7 Ideo inſipienter locutus ſum. *in caute iuſtitiam meam commemorando.*
8 Et quæ vl. mo. exce. ſcientiam meam. *rationes diuinorum iudiciorum nimis inueſtigando. de iſtis enim duobus fuerat increpatus à domino, vt patet per prædicta.*
9 Audi, & ego lo. *confitendo inſipientiam meam.*
10 Interrogabo te. *humiliter ſicut diſcipulus.*
11 Et oſtende mihi. *me inſtruendo.*

1 Audita

MORALITER.

1 *Reſpondens autem Iob.* In qua reſponſione primo confitetur diuinam eminentiam, di.
2 *Scio, quia omnia po. &c.* Secundo ſuam ſtultitiam, dicens.
7 *Ideo inſipiē. lo. ſum.* Sic ergo Iob tenet hic typū peccatoris pœnitētis, qui iuxta magnitudinē Dei penſare dēt quantitatē ſui delicti, nam tanta eſt offenſa, quantus ille, q offendit, & quia

& quia talis ſuam cognoſcit inſipientiam, à Deo poſtulare debet ſapientiam. Iaco. 1. Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet eam à Deo, &c.
9 *Audi, & ego loquar, &c.* ſcilicet humiliter petendo doceri a Deo, diuina namque reſpōſio poſtulantis eſt inſtructio. Et quia Deus dat omnibus affluenter, vt ibidem ſubdit beatus Iacobus, ideo ſubditur.

Auditu

respondere quæreret, ex magiſterio inſpirationis declara-
A tur: Interrogaturum ſe quippe prohibuit, ſed nihil interrogando ſubiungit.
a *Audi. er. &c.* His verbis indicat, quia quãto viſus ſuperior eſt auditu, tanto differt ab eo quod prius extitit, & hoc quod poſtmodum per flagella profecit. Et quia interno oculo veritatis lumen magis cõſpexerat, humanitatis ſuæ tenebras diiudicãs plus videbat.
✠ Chryſt. Non quia viderit, ſed quia clarius audierit.
✠ Olym. Aut quod myſterium incarnationis manifeſtius cognouerit.
b *Idcir. ipſe. &c.* Quanto ſe quiſque minus videt, tanto ſibi minus diſplicet, & quanto maioris gratiæ lumen percipit tantò amplius
B reprehenſibilem ſe eſſe cognoſcit. Sed quia nulla eſt cognitio reprehenſionis ſi non ſequantur etiam lamenta pœnitudinis.
✠ Cat. Græ. Ideo deſpexi meipſum, & extabui, reputaui autem meipſum puluerem & cinerem. Olym. ſic Abraham cum dominum vidiſſet, dixit. Ego ſum puluis & cinis.
c *Et ago pœni. in faui. & ci.* In fauilla & cinere pœnitentiam agere, eſt contemplata diuina eſſentia nihil aliud quam fauillam cineremque ſe cognoſcere.
d *Poſtquam au. &c.* Quia ambigeremus, iudicat Deus de verbis Iob, qui facta virtutis ſuæ reuoluit & amicorum, qui contra eum iuſtitiæ Dei gloriam defenderunt.
e *Di. ad El. &c.* Hoſti laudatus eſt Iob, iſtis antefertur, & tñ quia homo ſine reprehenſione ante oculos Dei eſſe nõ põt, comparatione aliorum laudatur, & tamen habet ex homine quod iudicetur. Credidit ergo ſe pro culpa flagellari nõ pro gratia, & in hoc reprehenditur, & tamen amicis præfertur.
✠ Nicet. humano iudicio Iuſti amici Iob, ille aũt iniuſtus, ꝙ diuino. hinc duo diſcimus. Vnũ iuſtos accuſare eſſe nefas, Alterum ob honorem qui iuſtis defertur, peccata cõdonari.
C f *Co. me.*

* dominus.

† ad me recta.

a Nam olim. b Magna de miſericordia agnoſcit.
a Auditu auris audiui te, nunc autẽ oculus meus videt te. Id- 1
a Ecce cilicium quo pungitur in dolore. b De nullo dono Dei ſuperbio: quia ſumptus ex puluere per ſententiam illatæ mortis in puluerem me redigere cognoſco.
b circo ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & 2
c cinere Poſtquam autem locutus eſt dominus verba hęc ad 3
a Prius vulnus ſecat.
d Iob, dixit * ad Eliphaz Themanitẽ. Iratus eſt furor meus in 4
a Intus vbi diſplicent multi qui foris placent.
e te, & in duos amicos tuos, quoniam non eſtis locuti coram 5
a Quia nihil ſuperbe dixit, ſed humiliter. b Remedium indicat. c Quia ueniam reatus non habent, niſi gratiæ ſeptiformis ſpiritu uniuerſali paci à qua fuerant excisi aggregentur.
f me rectũ, ſicut ſeruus meus Iob. Sumite igitur vobis ſeptem 6
g tauros & ſeptem arietes, & ite ad ſeruum meũ Iob, & offer- 7
te pro vobis holocauſtũ. Iob autem ſeruus meus orabit pro 8
a Proprium ſeculum electorum eſt, vt ſemper de ſe ſentiant infra quam ſunt.
h vobis, faciem eius ſuſcipiam, vt non † vobis imputetur ſtul- 9
titia. Neque enim locuti eſtis † coram me rectum, ſicut ſer- 10
i uus meus Iob. Abierunt ergo Eliphaz Themanites & Bal- 11
dath Suites & Sophar Naamatites, & fecerunt ſicut locutus 12
a Orando pro aliis ſibiipſi profuit.
fuerat dominus ad eos, & ſuſcepit dominus faciem Iob. 13 14 15 16

f *Com. me. rc. &c.* Nam quantum ad humana iudicia in verbis ſuis amici Iob multa rectius illo dixiſſe crederentur. Sed quia iuſtus eſt & miſericors Deus, amicos eius & per iuſtitiam diſtrictè redarguit, & per miſericordiam benignè conuertit. Iam ſequitur.
g *Sum. igi. vo. &c.* Interius medicus prius putredinẽ vulneris nouit: & poſt remedia conſequendæ ſalutis indicauit. Quia vero amici Iob ſpeciem hæreticorum tenent, per Iob offerre iubentur, quia iram domini ſacrificio placare nõ poſſunt, niſi ad catholicã fidem quam Iob ſignificat conuertantur, vt ſalutem eius precibus obtineant, cuius fidem peruerſis aſſertionibus impugnabant. Per tauros autem ceruix ſuperbiæ, per arietes ducatus exprimitur, qui ab hæreticis ſeductis plebibus agitur. Tauros ergo. & arietes in ſacrificio offerre, eſt ſuperbum ducatum conuerſionis humilitate mactare, vt edomita ceruice ſuperbiæ, diſcant obediendo ſequi, qui dudum docendo præire conabantur. Septem autem ſacrificiis expiantur, quia ad eccleſiam reuertentes per humilitatis hoſtiam, dona ſpiritus gratiæ ſeptiformis accipiunt.
✠ Cat. grę. nunc ſumite ſeptem vitulos, & ſeptem arietes, & ite ad ſeruum meum Iob, & faciet ſacrificium pro vobis.
✠ Olym. Aquila & Theodotio, holocauſtũ, Symmachus Oblationem. Et quidem ante legem homines per ſe ipſi ſacrificia factitarunt. Chryſt. Victimæ magnitudine, peccati magnitudinem demonſtrat. Nec ſatis erant futura ſacrificia ad expiationem, niſi Iobi merita acceſſiſſent.
h *Iob au. ſer. me. ora. &c.* Ita eccleſia pro hæreticis. In arca contenti ſaluantur, extra, aqua omnes occidit. In vna domo, id eſt eccleſia comedi agnus iubetur, nec de carnibus eius extra ferri, ſanctum ne detur canibus.
✠ Cat. græ. Si enim non propter eum, perdidiſſem vos.
i *Neque enim locuti eſtis coram me re. ſicut ſeruus &c.* Sententi quan

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Auditu au. *quaſi dicat ante flagella habui de te cognitionem aliquam, ſed tamen imperfectam.*
Eſai. 28. e.
2 Nunc autem ocu. *quia nunc habeo de te cognitionem perfectiorem, ſicut viſa plenius cognoſcuntur quàm ſolum audita. Fuerat enim Iob plenius inſtructus de diuina virtute per flagellationem, quia vexatio dat intellectum: & per reuelationem & allocutionem diuinam ſibi factam, vt patet ex prædictis, & quia ad cognitionem pleniorem ſequitur perfectior pœnitentia de commiſſis. ideo ſubdit Iob.*
3 Idcir. ipſe me. *culpam meam perfectius confitendo, & quia confeſſioni oris debet adeſſe ſatisfactio operis, ideo ſubditur.*
4 Et ago pœni. in fa. &c. *id eſt in auſteritate & humilitate.*
Diuiſio.
5 Poſtquam au. & cæ. *Poſita increpatione Eliu à domino de præſumptione, & ipſius Iob de incauta locutione, hic conſequẽter ponitur increpatio aliorum trium amicorum Iob de falſitatis aſſertione, & primo ponitur dicta increpatio. ſecundò, increpatorum emendatio, ibi:* Abierunt ergo. *tertio, ipſius Iob plena releuatio, ibi:* Et addidit. *Circa primum dicit.*
6 Dixit ad Eli. Thema. *Iſte erat principalis inter iſtos tres: & ideo dominus ad ipſum dirigit ſermonem, di.*
7 Iratus eſt fu. me. &c. *Nõ dicit in Eliu vel in Iob: quia peccare ex præſumptione & incauta locutione, ſicut peccauerant Eliu & Iob non eſt ita graue ſicut peccare in falſitatis aſſertione: quod contigerat iſtis tribus vt patet per ſupra adicta, & grauitas huius facti notatur per hoc quod dicitur: Furor domini iraſcitur contra eos: quod non ſolet dici in ſcriptura, niſi pro grauibus culpis.*
8 Quo. non eſtis locuti coram me re. &c. *i. dogma verum.*
9 Sicut ſeruus me. Iob. *qui vera locutus eſt. tamen incautè quantum ad aliqua, & quia graues culpæ antiquitus ſacrificijs expiabantur, ideo ſubditur.*
10 Sum. er. vo. ſe. te. &c. *ad deſignandum perfectionem pœnitentiæ per ſeptenarium numerum quo perfectio deſignatur.*
11 Et ite ad ſer. me. Iob &c. *vt iuſtus offerat ſacrificiũ ꝓ iniuſtis*
12 Faciem eius ſuſcipiam. *quia leuiter tantum peccauerat, & cum hoc perfectè de hoc pœnituerat.*
13 Vt non vobis imputetur. *ad pœnam æternam.*
14 Stultitia. *falſam doctrinam aſſerendo. ideo ſubditur: Neque enim locuti eſtis coram me rectum.* 15 Abierunt ergo. *Hic conſequẽter ponitur increpatorũ emendatio, quia obedierunt promptè diuino mandato, & patet litera vſq; ibi.* 16 Et ſuſcepit dominus faciẽ Iob *id eſt gratum habuit ſacrificium per eum oblatum. Et eius orationem non ſolum pro ipſo, ſed etiam pro amicis ſuis. ideo ſubditur.*
1 Dominus

## MORALITER.

1 *Auditu auris audiui te &c.* id eſt nunc poſt tuam inſtructionem habeo de te perfectiorem cognitionem, & per conſequẽs clarius video meã defectionẽ. propter quod ſubditur.
3 *Idcirco me reprehendo.* orc.
4 *Et ago pœnitentiam.* corde.
† *In fauilla & cinere.* Pro ſatisfactione.
5 *Poſtquam autem &c.* Sequit: *Dixit autem Eliphaz &c.* Per hoc autem quod dominus tres amicos Iob de peccato redarguit & remedium oſtendit, dicens,
10 *Sumite er. vobis ſeptem tau.* ſignificatur quod confeſſor qui tenet in hoc locũ Dei, dẽt peccatoribus ſuorũ veraciter oſtendere grauitatem peccatorum, & eis dare ſalubre remedium & ſicut amici Iob ſtatim obedierũt domino, ſicut ſubditur
15 *Abierunt ergo Eliphaz Themanites & Baldath & cætera.* Si peccatores obedire debent confeſſori ſuo.
Et add

quam ſemel iudicando dixerat, iterũ replicando cõfirmat:
A atque vt manifeſtius beati Iob iuſtitia, amicorumq; eius iniuſtitia demonſtretur, eius laus, eorumq; reprehenſio iterata voce depromitur, vt replicata foris appareant, quam fixa intus habeantur. Vnde & ſomnium Pharaonis geminatur.

h *Et dederunt*. Per ouẽ innocentia, per inaurẽ obedientia, id eſt, ornatus humilitatis gr̃a auditus exprimit̃. Licet hęc iuxta hiſtoriã veraciter dicta ſint, tñ ſub typo geſta ſunt ſanctæ eccleſiæ. Quæ & ſi multos nunc percuſſione tẽtationis amittit, in fine tñ duplicia recipit qñ ſuſceptis gentibus, ad fidem D

¶ Vide ergo ordinem: exceſſum, correctio: correctionem, penitentia: pœnitentiam, venia: veniam munera ſubſequuntur.

a Dominus quoque conuerſus eſt ad † pœnitentiam Iob, cum 1

¶ Orando, vel pro aliis ſibiipſi proſunt.

b oraret ille pro amicis ſuis. Et addidit quoque dominus om- 2
c nia quæcunque fuerant Iob duplicia. Venerunt autem ad 3
d eum omnes fratres ſui, & vniuerſæ ſorores ſuæ, & cuncti 4
e qui nouerant eum prius, & comederunt cum eo panem in 5
f domo eius, & † mouerunt ſuper eum caput, & conſolati 6
g ſunt eum ſuper omni malo quod intulerat dominus ſuper 7

a ¶ De his plenius dictum eſt in principio.

8
h eum. Et dederunt ei vnuſquiſque † ouem vnam; & inaurem 9

† conuerſionem.

† vel, nummum vnum.

✻ Caten. Græ. Et ſoluit peccatum ipſis propter Iob.

a *Dominus quoque conuerſus eſt*, &c. Apertè oſtenditur quòd ꝓ ſemetipſo pœnitens tanto citius exaudiri meruit, quantò deuotè pro aliis interceſſit quod tunc quiſque veraciter cumulat, ſi hęc etiam pro aduerſariis impendat. Iam ante pro amicis auditus oſtenditur, hoc de ipſo dicitur, qui hoc obtinuit pro aliis orando.

✻ Nicetas. Iob exulceratus pro ſanis & locupletibus deprecatur, & exorat.

b *Et addi. quoque.* Quia per pietatem benigni iudicis tentationis noſtræ diſpendium vincunt ſuffragia conſolationum: minus eum tentat probatio, quam remuneratio conſolatur.

✻ Chryſt. Quia virtutem duplicatam præ ſe tulit.

B c *Venerunt autem*. Tunc ergo ad Chriſtum fratres ac ſorores accedunt, quando ex ea plebe quæ ei per cognationem iuncta eſt, vel qui fortes futuri ſunt velut fratres, vel infirmi velut ſorores ad eum per cognitionem fidei deuota gratulatione concurrunt: tunc in domo eius panem comederunt, cum poſtpoſita obſeruatione literæ in eccleſia myſtici eloquij quaſi frugis medulla paſcuntur.

✻ Nicetas. Scripturæ conſuetudo Cognatos fratres & ſorores nominat. & forte perſtringuntur Iuſti amici, qui fortunato adſunt, quem miſerum reliquerant: tanta autem facta eſt derelictio, vt Vxor quæ regina erat, mercede conducta ſeruitutem ſeruiret.

d *Et cuncti.* Nam naſciturum Chriſtũ nullus qui plene didicit legem, ignorauit. Vnde & Herodi reſpondent: *In Bethelem Iudæ.*

e *Come. cum.* In comeſtione panis, charitas: in commotione capitis, admiratio deſignatur.

f *Et moue.* In hoc loco caput mouere, eſt ſenſibilitatem mentis excutere, & ad cognitionem fidei credulitatis paſſibus propinquare.

g *Et conſo.* Percuſſum mœrore conſolari, eſt ei poſt percuſſionem de venia congaudere. Nam quanto quiſque cernit̃ de reſtituta ſalute proximi hilareſcere, tãto ſe indicat de ablata doluiſſe. Conſolantur Chriſtum, conſolantur eccleſiam qui ab infidelitate reſipiſcunt, & prauitatem per quam repugnauerant deſerunt. In flagello autem conſolari noluerunt, quia paſſionis eius tempore Hebræi Deum credere deſperauerunt. vnde Pſal. *Conſolantem me quæſiui, & non inueni.* In fine
C ergo Hebræi credentes conueniunt, & redẽptori in potẽtia diuinitatis quaſi ſano Iob oblationũ ſuarũ vota perſoluunt.

h *Et*

etiam Iudæa conſentit. Sed quia ad oſtendendam virtutẽ obedientiæ, occaſio opportuna ſe prebuit: libet hinc paulo vigilantius diſcutere, & quanti ſit meriti demonſtrare. Hinc Samuel ait: *Melior eſt obedientia quam victimæ*: quia per victimas aliena caro, per obedientiam volũtas propria mactatur: repreſſa ergo arbitrij ſui ſuperbia citius Deum homo placat. Virtus obedientiæ ex aduerſo oſtenditur, quia peccatum ariolandi & quaſi ſcelus idololatriæ eſt, nolle acquieſcere. Obedientia ergo ſola eſt quæ meritum fidei poſſidet, ſine qua quiſque infidelis conuincitur. Salomon: *Vir obediens loquitur victorias*, quia dum alienæ voci humiliter ſubdimur, noſipſos in corde ſuperàmus. Sciendum quod nunquam per obedientiam malum fieri, aliquando autem per obedientiam bonum quod agitur, debet intermitti. Neque enim mala in paradiſo arbor extitit, quam Deus homini ne contingeret interdixit, ſed vt per melius obedientiæ meritum homo bene conditus creſceret, dignum fuerat vt hunc et à bono prohiberet, quatenus quãto verius hoc quod ageret, virtus eſſet, tanto & à bono ceſſans, factori ſuo ſe ſubditum humilius exhiberet. Sed notandum quod dicitur: *De omni ligno paradi. co. de ligno aũt ſcientiæ bo. & mal. ne comedas.* Qui.n. quolibet bono ſubiectos vetat, neceſſe eſt vt multa concedat, ne obedientis mẽs funditus intereat, ſi à bonis omnibus repulſa penitus ieiunat. Iubentur aliquando proſpera huius mundi aliqñ aduerſa. Si quis ergo ex proprio deſiderio ad proſpera anhelat, cũ imperantur, obedientiæ ſibi virtutẽ euacuat. Si aduerſa inuitus & nolẽs ſubit, obedientię ſibi meritũ minuit. Proſperis ergo ex ſola iuſſione, aduerſis ex deuotione militemus, vt Moyſes de ſuo nihil habet: quia precibus renititur, ne Iſrael præferatur. Paulus ad aduerſa etiam ex ſuo voto ducitur. Notãdum vero eſt, quod hoc loco cum inaure ouis, cũ oue inauris offertur, quia innocuis mentibus ornamentum obedientiæ iungitur, dño atteſtante: *Oues meæ vocem meam audiunt*. Beato ergo Iob nemo inaurem ſine oue, nemo aũt ouem ſine inaure obtulit, quia redẽptori noſtro non obedit, qui innocens non eſt: & innocens eſſe non põt qui obedire contẽnit, quia vero ipſa obediẽtia nõ metu ſed charitate obſeruãda eſt, aureã inaurẽ obtuliſſe perhibẽtur, vt in ea quæ exhibetur obediẽtia charitas fulgeat, quę virtutes oẽs quaſi aurũ cętera metalla tranſcendit. Sed quia nulla eſſe obediẽtia vera, nulla innocentia in hęreticorum diuiſionibus eſſe põt, offerant ouẽ, ſed vnã, id eſt, ad ſanctã eccleſiã cum innocentia & obedientia venientes, eam F

1.Reg. 15. a.

Obedientiæ laus. Prou. 21. d.

E

Gen. 2. c.

Iohan. 10. c.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Dominus quoque conuerſus, &c. *& patet litera.*
2 Et addidit. *Hic conſequenter ponitur ipſius Iob releuatio non ſolum ad proſperitatem priſtinam, ſed etiam ad maiorem; quod oſtenditur primo in generali cum dicitur*: Et addi. &c. *quod patebit infra, ſecundo oſtenditur hoc in ſpeciali, & quia inter bona exteriora hominis, amici ſunt præcipua. ideo ſubditur.*
3 Venerunt autem, &c. *id eſt, viri & mulieres de ſua cognatione: qui nominibus fratrum & ſororum exprimuntur in ſcriptura. vnde & Abraham vocauit Loth nepotem ſuum fratrem, Gen. 13.*
4 Et cuncti. *id eſt: illi qui habuerant familiaritatem cum eo ex alijs cauſis ante flagella: quia poſtea ab eo ſe elongauerant reputantes eum à Deo flagellatum propter eius peccata, licet occulta.*
5 Et come. cum. *Quia fecerunt cum eo ſolenne prandiũ propter eius releuationem. nomine enim panis & aquæ omnis cibus & potus intelligitur in ſcriptura. vnde 4. Reg. 6. e. dixit Eliſeus regi Iſrael de Syris* *Syris in Samariam ductis*: Appone eis panem & aquam. *& ſubditur ibidem*: Appoſita eſt eis magna ciborum præparatio. *Ex quo patet, quod per panem & aquam propheta intelligebat ſolemne prandium: non enim eſt veriſimile, quod rex fecerit niſi ſecundum intellectum prophetæ.*
6 Et mouerunt ſuper eum caput. *Recognoſcentes ſe deceptos fuiſſe, reputantes flagella propter iniquitatem ſuam ei contigiſſe. Ideo ſubditur.*
7 Et conſolati ſunt eum ſuper, &c. *Proteſtantes quod hoc fecerat dominus ad ipſius Iob probationem, & maiorem remunerationem.*
8 Et dede. &c. *Magis ad congaudendum quam ad releuandum. quia dona huiuſmodi ad hoc parum feciſſent, quia ſubditur.*
9 Vnuſquiſque. *In Hebræo habetur Keſitah ehath, obolum vnum, vt dicunt Hebræi moderni. Releuatio autem fortunæ Iob facta eſt à domino. Ideo ſubditur.*

1 Domi-

## MORALITER.

2 *Et addidit quoque dominus.* Per hoc autem, quod dominus poſt flagellationem Iob eius bona duplicauit, ſignificatur quod propter patientiam in aduerſis ſemper augentur bona ſpiritalia, & aliquando etiam corporalia ipſis paſſis.

3 *Venerunt autem ad eum omnes, &c.* Per hoc autem quod amici Iob panem in domo Iob comederunt, & ipſi munera obtulerunt, ſignificatur, quod veri amici communicare debẽt adinuicem bona ſpiritualia & etiam temporalia, cum fuerit opportunum.

3 *Vene-*

a aureā vnam. Dominus autem benedixit nouiſſimis Iob ma 1
a ¶ De his plenius dictum eſt in principio.
b gis quàm principio eius. Et factaſunt ei quatuordecim milia 2
c ouium, & ſex milia camelorum, & mille iuga boum, & mille
d aſinæ. Et fuerunt ei ſeptem filij, & tres filiæ. Et vocauit nomen 3
a ¶ Id eſt, lux. b Odore virtutum.
e vnius † Diem, & nomen ſecundæ † Caſiam, & nomen tertiæ 5 4
a Lætantium cantus.
† Cornu ſtibij. Non ſunt autem inuentæ mulieres ſpecioſæ, ſi 6 7
a Sed quia inter perfectos ſunt & infirmi, & his benigne pater dat hæreditatem cum fratribus.
f cut filiæ Iob in vniuerſa tera. Deditq; eis pater ſuus hæredi- 8
g tatem inter fratres earum. Vixit autem Iob poſt flagella hęc, 9

† ſemina.

† Cerem bap-pucii.

eam mentem deferant quam ſectarum ſchiſmata non diui-
A dunt. Et quia ad hoc conuiuium Elia vocante Iudæi in fine
ſperius venturi ſunt cum muneribus.

⁂ Nicetas. Amicorum munera non eſt aſpernatus. Abrahæ etenim virtutē imitatus qui oblata à Pharaone accepit, ratus à diuina beneficentia illa eſſe pſecta.

⁂ Cat. Græ. Et tetradrachmum aureū non ſignatum. Symmachus, narium ornamentum. Subditur.

a *Dominus autem.* Magis nouiſſimis Iob quā principio benedicitur. quia quantū ad Iſraelitici populi ſuſceptionē pertinet, vrgente fine ſeculi dolorem ſanctæ eccleſiæ dñs animarum multiplici collectione conſolatur.

⁂ Nicetas. Et legis & Euangelij præmia eſt conſequutus.
B Opes, & vitam beatam: quia ad vtriuſque normam viuendi rationem expreſſerat. fuerunt autem ſuperna probandę virtutis materia, poſteriora, remunerantis.

b *Magis quam.* Adhuc multiplicabuntur in ſenecta vberi, quia cum vita differtur ad melius fortitudo producitur, & per augmentum temporum creſcunt lucra meritorum.

c *Et facta ſunt.* Agnoſcamus in ouibus, fideles & innocētes ex Iudæa populos, legis dudū paſcuis ſatiatos. In camelis ad fidē ſimplices ex Gentilitate veniētes, qui turpes prius oñſi ſunt fœditate vitiorū. Rurſum quia repetit ſcriptura qđ confirmat, in bobus Iſraeliticos quaſi iugo legis attritos. In aſinis Gētiles. Eccleſia ergo quæ prius innumeris tētationibus preſſi, vel Iſraeliticū populū vel multos ex gentibus amiſit, videlicet quos lucrari non potuit, duplicia in fine recipit: qa ex vtraque natione fideliū numerus multiplicior excreſcit. Poſſunt & per boues prædicatores, & per aſinas ſimplicium mentes ſignari, de quibus in principio latius dictum eſt. Septē quoque filios & tres filias recepit, quia eorum mentibus quos ſeptem virtutibus quas Eſaias enumerat genuerat, ad perfectionis ſummā ſpem, fidē, charitatemq; coniungit.

⁂ Baſil. & Olym. Muta, qa tota itereūt, ſūt duplicata. filiorū aūt q nati ſūt, numero demortuorū par numer⁹ extitit, & q migrauerāt pſtantiore ſui parte viuebāt quos geminatos in iudicio erat recepturus. Tert. De Patiētia. Et ſi filios reſti
C tui voluiſſet, pater iterū vocaretᷣ. ſed maluit ī illo die reddi ſibi tantū gaudij ſecur us ſic de Dño, diſtulit. ſuſtinuit tā volū- D
tariam orbitatē, ne ſine aliqua patiētia viueret. Sed eſt neu⁹.

d *Quatuordecim milia.* Hęc apertè videntᷣ duplicia: ſed filij totidē redditi dñr quot amiſſi, vt hi qui extincti fuerant, viuere demonſtrentur: & hi ergo dupliciter, quia ei Deus decem in carne reſtituit, decē qui amiſſi fuerant, in occulta animarum vita ſeruauit.

e *Et vocauit nomen.* Omnis qui miſericordia redemptoris eligitur, his nominibus deſignatᷣ: quia humanū genus condēdo, Diē: redimendo, Caſiā. Nā Chriſti bonus odor ſumus Deo: & aſſumendo, Cornuſtibij fecit. Qui enim lux fuimus conditi, & nūc ſumus Caſia redēpti, erimus qnq; Cornuſtibij. Cornuſtibij autē ex Cornu & tibia cōpoſitū eſt. Ergo p Cornuſtibij lętātiū cātus exprimitᷣ. Prius ēt hō quaſi dies ex cōditione claruit, poſt redemptus fragātia virtutū impletur, quibus quod perdidit reſtituatur, tertiò in reſurrectione carnis in cōcētu æternæ lau-
E dis aſſumetᷣ: Sed ante nuptias ſponſa ſe præparat vt placeat.

⁂ Cat. tertiā Amaltheæ cornu Nice. Non obſcurā ſignificatione noīb⁹ filiorū bonorū à Deo acceptorū Iob dedit. nā poſt ęrūmarū noctē fęlicitati reſtitutus, ſuauitate bonorū abūdāter fruebatᷣ. Nos aūt cū lucifer oritᷣ in cordibus nrīs pceſſu efficimur Chriſti bonus odor & replemur bonis ſpūs.

f *Non ſunt.* Electorum quippe animæ omne humanum genus, quod in terra ſecundum hominem conuerſatur, ſuę pulchritudinis decore traſcendunt, quantoque magis exterius ſe affligendo deſpiciunt, tanto intus verius componuntur.

⁂ Cat. Græ. Et non ſunt inuentæ ſicut filiæ Iob, meliores ipſis, in ea, quæ ſub cœlo eſt.

g *Deditque eis.* Ipſę ergo ex pfectorū numero ſpecioſę memorantᷣ. Ipſę ēt ex imperfectorū typo velut infirmæ hæreditatē inter fratres accipiunt. Sorores ergo cum fratribus ad hrditatē perueniunt, quia infirmi cū fortibus ad cęleſtia admittuntᷣ. Vſu nanque veteris vitæ, fœminæ inter mares hrditatē nō habēt: quia legis ſeueritas fortia eligens, infirma cōtēnēs, diſtricta potius ſtuduit q̄ benigna ſancire. Sed pio redēptore veniente, & infirmus cū perfectis ad regnū aſſumitᷣ.

⁂ Nicet. oēs filij Iob in ęquales partes hrditatis ſunt vocati.

h *Vixit aūt.* Vacuus dierum eſt, & quamlibet multum vi-
F xerit

† Ce
2. Co

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Dominus. *multiplicando bona eius temporalia & ſpiritualia.*

2 Et facta ſunt ei. *Ante flagella habuit tātum ſeptem milia ouiū, & tria milia camelorum, & quingenta iuga boum, & quingentas aſinas, vt habetur ſupra cap. 1. quæ omnia hic exprimuntur duplicata.*

3 Et fuerunt ei ſeptem filij, &c. *Et ſic videtur, quod proles eius non fuit duplicata, quia tot habuerat antè, vt habetur primo capit. Ad hoc dicunt aliqui, quod hoc factum eſt ad meliorem ipſius fortunam: quia ſi proles eius fuiſſet duplicata, bona eius tēporalia fuiſſent nimis diuiſa & ſic quilibet reportaret minorem portionem: ſed hoc videtur parum valere, quia in felicitate prolis magis attenditur bonitas morū quam abundantia temporalium bonorum: & ideo aliter dicitur, quod pueri Iob fuerunt mortui in ſtatu ſalutis, vt ſatis patet ex dictis ſuprà 1. cap. tales autem non dicuntur propriè mortui, ſed magis viui: ſecundum quod dicit ſaluator Mat. 12. allegans verbum dñi quod habetur Exo. 3. b.* Ego ſum Deus Abrahā, Deus Iſaac, & Deus Iacob: *ideo ſubdit ſaluator:* Non eſt Deus mortuorū, ſed viuentium: *& ideo quia pueri Iob reſeruabantur in limbo ſanctorum patrum cum ipſo victuri in æternū, ſic intelligitᷣ proles eius duplicata ſicut & alia.*

4 Et vocauit nomen. *propter ſpecioſitatis eius claritatem.*

5 Et nomen ſe. *Quæ eſt ſpecies aromatica: & hoc propter mulieris ſuauitatem.*

6 Et nomen. *eſt autē ſtibium vnguentum, quo mulieres depingūt faciē vt appareant pulchriores, ſecundum illud 4. Reg. 9. f.* Depinxit Iezabel oculos ſuos ſtibio, &c. *hoc aūt ſtibium in cornu ſeruatur. ſic ergo vocauit Iob filiam ſuam, per hoc deſignans, quod habebat maiorem pulchritudinem quam poſſit haberi in alijs mulieribus per talem picturam, ideo de filiarum Iob pulchritudine ſubditur.*

7 Non ſunt autem, &c. *Et per hoc deſignatur, quod non ſolum excedebant alias mulieres in pulchritudine corporis, ſed etiam in pulchritudine morum.*

8 Deditq; eis. *& per hoc deſignatur conuenientia virtutis & amoris in vtriſque: & quia Iob fuit flagellatus in proprio corpore, ideo poſt flagella ad proſperitatis eius augmentum additur longitudo dierum, cum dicitur.*

9 Vixit autem. *ſcilicet, quæ prædicta ſunt.*

1 Cen-

## MORALITER.

1 *Dominus autem benedixit.* Per hoc ſignificatur, quod vita iuſti in fine melioratur.

2 *Et fuerunt ei.* Per quos intelligi poſſunt myſticè ſeptem dona ſpiritusſancti, quia ſuprà dictum eſt quod Iob in aliquibus tenet typum Chriſti.

3 *Et tres filiæ.* Per quas intelligi poſſunt tres virtutes theologicæ: ideo ſubditur.

4 *Et vocauit nomen.* Per quam ſignificatur fides quæ pertinet ad cognitionem.

5 *Et nomen ſe.* Quæ eſt ſpecies aromatica, pp quod ſignificat ſpem per quā reſpirantur cęleſtia: licet iſtæ duę virtutes non fuerint in Chriſto, ſunt tamen in membris eius.

6 *Et nomen ter.* vas vnguenti, quo mulieres pingunt facies ſuas ad decorandum. Per quod ſignificatᷣ, quod iſta filia Iob erat pulchrior cęteris mulieribus, quantumcunque poſſent ſe decorare per artem ſuper additam naturæ: propter quod hæc filia Iob ſignificat charitatē alijs virtutibus pcellentem.

9 *Vixit autem.* quod tempus vīt multò maius quā illud quod præceſſerat de vita Iob: quia ſecundū doctores Iob fuit contemporaneus Moyſi, qui tn̄ vixit tantum centum viginti annis, & Ioſue ſucceſſor eius centum & decē: & per hoc ſignificatur longitudo proſperitatis vitæ futuræ poſt breuitatem præſentis miſeriæ, ad quam lōgitudinem nos perducat, &c.

A D-

A xerit ætatis ſuę tẽpora in vanitate cõſumit. At cõtra plenus dierum dr̃, cui nequaquã dies ſui pereundo trãſeunt : ſed ex quotidiana mercede boni operis apud iuſtũ iudicẽ, & poſtquã tranſacti fuerint reſeruant̃. In typo eccleſiæ ſi quatuordecim per denariũ ducimus, ad cẽteſimũ & quadrageſimũ numerũ peruenimus.

Et rectè eccleſia per multiplicata decem, & quatuor computatur, quia vtrumque teſtamentum cuſtodiẽs & tam ſecundum legis decalogum quam ſecundum euangelij quatuor libros viuens, vſque ad perfectionis culmen extẽditur. Bene autem Iob poſt flagella viuere dicitur, quia eccleſia prius flagello diſciplinæ percutitur, & poſtmodum vitæ perfectione roboratur. quæ etiam filios ſuos, & filios fi-
B liorum ſuorum vſque ad quartam generationem conſpicit, quia hac ætate quæ annis quatuor temporibus voluitur, vſque ad finem mundi per ora prædicantium naſcentes ſibi ſoboles contemplatur. Videt filios filiorum, cũ ab eiſdẽ fidelibus ad fidem alios gignit, & alios cognoſcit. Quæ ſenex & plena dierum moritur, quia ſubſequente luce ex mercede quotidianorum operum depoſita, corruptionis pondere ad corruptionem ſpiritualis patriæ mutatur. Plena dierum moritur, cui labentes anni non tranſeunt, ſed ſtantium actuum retributione ſolidant̃. Plena dierum morit̃, quia per hęc trãſeuntia tp̃a id quod non trãſit operatur. Vnde apoſtolis dr̃. *Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam.*
C * Cat.

centum quadraginta annis, & vidit filios ſuos, & filios filio- 1
rum ſuorum vſque ad quartam generationem : & mortuus 2
eſt ſenex, & plenus dierum. 3

* Cat. Græc. Vixit aũt Iob centũ ſeptuaginta annos poſt plagã : oẽs aũt anni quos vixit ducenti & quadraginta octo. D
* Nice. Vĩ ſeptem annis plagæ acerbitatem tuliſſe. nam vt cętera, ſic anni duplicati, cũ ergo vixerat octoginta quinq; qui oẽs efficiunt ducentos quinquaginta quinque, à quib⁹ ſi ſuſtuleris ſeptem plagas ſupererunt ducenti quadraginta octo.
* Nice. Aquila & Symmachus ſequuti codicem hebraicum hic librum concluſerunt. Theodotio autem cum Septuaginta hæc addit. Scriptum eſt autem ipſum rurſus reſurrecturum cum quibus Dominus reſurgit. Hic interpretatur ex Syriaco libro. In terra quidem habitans Auſitide, in finibus Idumææ & Arabiæ. accipiens igitur vxorem Arabiſſam, gignit filium, cui nomen Ennon. fuit autem hic ẽ patre quidẽ E Zara Eſau filiorum filius: matre autem Boſora, vt ipſe quintus ſit ab Abraham. Et hi reges qui regnauerunt in Edom, cui etiam regioni ipſe imperauit. Primus Balac filius Beol: & nomen ciuitatis eius Ennaba. Poſt Balac autẽ Iobab, qui vocatus eſt Iob. Poſt autem hunc Aſom, qui princeps fuit de Themanitide regione. Poſt autem hunc Adad filius Barad, qui concidit Madiam in cãpo Moab, & nomẽ ciuitati eius Getham. Qui vero venerunt ad eum amici Eliphaz filiorũ Eſau Themanorum rex: Baldad Sauchæorum Tyrannus: Sophar Minæorum rex: Quæ extare in Theodot. & ſeptuaginta ſcribit Origenes epiſtola ad Iulium Africanum.
F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Centum quadra. *& quod in toto hoc tempore vixerit in proſperitate, oſtenditur per hoc quod ſubditur* : Et vi. filios fi. ſu. *Sequitur.*
2 Et mortuus eſt. *quod pertinet ad vitæ diuturnitatem.*
3 Et plenus. *quod pertinet ad vitæ proſperitatem. vnde ſupra 7. ad deſignandum ſuam aduerſitatem dixit : Sic & ego habui menſes vacuos. propter quod per oppoſitum plenitudo dierum deſignat in eo abundantiam bonorum fortunæ, quibus vſus eſt ad virtutem, & bonorum gratiæ, quibus perductus eſt ad futuram gloriam, quæ perdurat in ſecula ſeculorum.*

## ADDITIO I.

In cap. 42. vbi dicitur in poſtilla : *Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ*, id eſt, excedit omnes alios in ſuperbia. Vbi tranſlatio noſtra habet. *Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.* In Hebræo habetur. *Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſchabaz.* Schabaz verò eſt vocabulum obſcurum quod non ſignificat ſuperbiam, nec aliquod certi habet ſignificatum ſecundum expoſitores Hebræorum, eo quod vocabulum iſtud non habet ſimile in ſacra ſcriptura ſecundum eos. vnde dicunt qđ debet exponi prout congruit loco in quo ponitur, & quia in hoc loco plane agitur de ceto Leuiathan, quod eſt maximũ animal & potentiſſimum inter marina cõmuniter, ideo dicunt quod interpretatio huius dictionis eſt piſcis, & ſic ſecundum eos dicitur. Ipſe eſt rex ſuper omnes filios piſciũ, Sed hæc expoſitio eſt falſa, & etiam, vt credo, ficta. Primum patet: nam aliud vocabulum ſimile reperitur, Eſa. 37. f. vbi dicitur. *Comede hoc anno quæ ſponte naſcuntur, & in anno ſecundo pomis veſcere.* Et ubi tranſlatio noſtra habet *pomis:* in Hebręis habetur *ſchabaz*, quę eſt ſimilis dictio huic, quæ hic ponitur: cuius ſenſus eſt ſecundum Hebręos, quod Deus per Eſaiam prophetam prænoſticabat Ezechiæ regi, quod poſtquam Senacherib receſſiſſet à Iudæa, quam dimiſerat penitus deuaſtatam, totus populus Ezechiæ in primo anno miraculoſè viueret ex his quæ naſcerentur ex granis contritis ab exercitu Aſſyriorum ſine cultura hominis, & in anno ſecundo viueret etiam miraculosè de fructibus arborum quas præciderant Aſſyrij, & ſic patet quod ſchabaz ſignificat rem præciſam à ſua radice, quę quidem ſignificatio conuenit propriè in hoc loco, vt ſit ſenſus: Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſchabaz ſcilicet ſuper omnes filios præciſionis ſeu exciſionis: quod propriè pertinet ad diabolum per Leuiathan in hoc loco figuratum, qui excedit omnes à Deo præciſos in auerſione à Deo, quæ eſt propria præciſio, & quia hæc præciſio primo & principaliter fuit per ſuperbiam, ideo tranſlatio noſtra competenter ſe habuit interpretando hoc nomen ſchabaz per ſuperbiam, & ſic patet primum. Secundũ verò probabiliter apparet, nam ipſi Hebræi omnia iſta quę hic traduntur de Leuiathan, intelligunt de ipſo ceto, non de diabolo : de quo ſcilicet ceto multa tradunt fabuloſa & penitus incredibilia prout poſtil. ponit ſupra 40. cap. & in aliis locis, & vt talia quodammodo confirmant euacuando veram ſententiam noſtrã de Leuiathan ſpirituali : ideo finxerũt quod ſchabaz ſignificat piſces modo prædicto, vn finxerunt quod ſimilis dictio in ſacra ſcriptura non inueniatur.

## ADDITIO II.

In eodem cap. 42. vbi dicitur in poſtil. Ideo de filiarũ pulchritudine Iob ſubditur. *Non ſunt autem inuentę, &c.* Per pulchritudinem corporalẽ nõ deſignatur pulchritudo morum. vnde Prou. 11. c. *Circulus aureus in naribus ſuis, mulier pulchra & fatua*, & ibidem cap. vlt. *Fallax gratia & vana eſt pulchritudo, mulier timens Deum ipſa laudabitur.* Sed per pulchritudinem filiarum Iob, potius innuitur, quod illa quæ tradũtur in geſtis Iob magis ſunt referenda ad ſenſum ſpiritualem, quem beatus Greg. notabiliter & largè exponit quam ad literalẽ, modicum. n. caderet in verã laudẽ Iob vtrũ pulcherrimas filias haberet, quarum ſimiles nõ inuenirentur in vniuerſa terra, prout litera teſtatur, an quod eſſent mediocriter pulchrę.

Poſtilla venerabilis patris dñi Nicolai de Lyra cũ additionibus Pauli Burg. & Replicis Matthiæ Dorng. finiunt.



FINIT IOB.

A

## VENERABILIS DOCTORIS *Fratris Nicolai de Lyra in poſtillam ſuper Pſalterium præfatio incipit.*

P*Ropheta magnus ſurrexit in nobis.* Luc.7.cap. Quamuis liber pſalmorum apud Hebræos inter hagiographa computetur, tamē apud Latinos inter libros propheticos reputatur, nec immeritò: qa Dauid qui fecit pſalmos ſaltem pro maiori parte, non ſolum dr̄ propheta, ſed etiā eximius prophetarū, vt dr̄ in principio gloſſæ ſuper librum pſalmorum: propter quod conuenienter dicitur de eo verbum propoſitum. *Propheta magnus &c.* In quo quidem verbo pñt notari quatuor cauſæ huius libri. ſcilicet efficiens, materialis, formalis, & finalis.

Efficiens cā. Cauſa autē efficiens duplex eſt. ſ. principalis & inſtrumētalis. Principalis eſt ipſe Deus reuelans myſteria in hoc lib. deſcripta. Inſtrumentalis aũt eſt ipſe Dauid, cui ſm̄ Aug. oīa contenta in hoc libro fuerunt reuelata, & ab eo deſcripta. Scd̄m verò Hiero. & Hilarium & oēs doctores Hebraicos, Dauid non fecit oēs pſal. ſed maiorem partem. Plures aũt alij aliquos pſal. ſcripſerunt, vt Moyſes, Salomon, & aliqui alij, vt magis patebit infra proſequē do per titulos pſalmorum. Pſalmi tñ̄ facti à Dauid & alijs, colle- B cti fuerunt & in vno libro congregati, qui dr̄ liber pſalmorum, & hoc per Eſdram ſcribam & prophetam, vel per alium prophetam ſanctum quicunque fuerit, vt dicit Hier. in prologo ſuper librum iſtum, qui in modernis biblijs cōiter non hr̄. Tenetur tñ̄ cōiter à doctoribus noſtris, ꝙ Eſdras qui legem cōbuſtam à Chaldæis reparauit, pſalmos à diuerſis factos in hoc volumine congregauit. Non tñ̄ dr̄ auctor libri ſeu cauſa efficiens inſtrumentalis, ſed magis ipſe Dauid, qui maiorem partem pſalmorū fecit. Totum.n. à maiori parte denominatur. Hæc aũt cauſa efficiens duplex, ſ. principalis & inſtrumētalis tangitur cū dr̄. *Propheta.* Ad actum.n. prophetandi concurrit Deus mentem prophetæ tangens ſeu eleuans ad ſupernaturalem cognitionem, & mens prophetæ hoc mō̄ tacta ſeu illuminata. oportet.n. ꝙ ſimul ſint mouens actu & res mota, ꝑꝑ quod dicit dñ̄s, Num.12.b. *Si quis inter vos propheta dñi fuerit in viſione apparebo ei, aut per ſomniū loquar.* In quo verbo tangunt duo modi prophetandi, ad quos oēs modi prophetiæ propriè dictæ reducuntur, prout infra magis videbitur. Vnus eſt in vigilia qui notatur, cum dr̄. *In viſione apparebo ei.* Alius eſt in ſomno, qui notatur cum dr̄. *Aut per ſomnium loquar.* In vtroque tñ̄ modo concurrit Deus vt agens principale, & mens prophetæ vt agens inſtrumentale, quod patet per hoc qđ dicitur. In viſione apparebo ei, ſcilicet in vigilia veritatem ſupernaturalem ei oſtendens. *Aut per ſomnium loquar,* occulta ſibi re- C uelans. Et ſic patet primum ſcilicet cauſa effectiua.

Secundò tangitur cā materialis ſiue ſubiectiua, cū dr̄. *Magnus.* Ad cuius intellectum ſciendum, quod propheta aliquis dr̄ magnus, & prophetia eius magna dupliciter. Vno mō̄ intenſiuè, & hoc tantò magis contingit quāto clarior eſt cognitio ipſius pro- Materialis cā. phetæ. & ſm̄ hoc Dauid dr̄ propheta magnus. vnde & in principio gloſſæ ſuper librum iſtum dr̄. Alij prophetæ per quaſdā rerum imagines atq; verborum tegumenta prophetauerūt. Dauid aũt ſolius ſpiritusſancti inſtinctu ſine oī exteriori adminiculo ſuā edidit prophetiā. Et hic modus eſt excellentior prophetiæ, vt infra magis videbitur, cum agetur de gradibus prophetiæ. Sed hic modus magnitudinis prophetiæ magis pertinet ad cauſam formalem (quæ conſiſtit in modo tractandi) quàm ſubiectiuā. Alio modo accipitur magnitudo prophetę ſeu prophetię extenſiuè, ſ. qñ̄ ad plura ſe extendit, & hoc pertinet ad cauſam ſubiectiuam ſeu materialem. Et hoc mō̄ prophetia in hoc libro contenta dr̄ magna, quia quodammodo ſe extendit ad oīa quæ in ſacra ſcriptura continentur. Secundum aũt Caſſiodorum ſuper librum iſtum, totus Chriſtus (quantum ad caput & membra) eſt ſubiectum in tota ſacra ſcriptura, accipiendo ſubiectum pro materia. Et ſimiliter ſm̄ eum totus Chriſtus eſt materia huius libri, differenti tñ̄ modo à tota ſcriptura ſacra, quia hic eſt ſubiectum ſeu materia per modum laudis, ꝑꝑ quod dr̄ liber pſalmorum, id eſt laudum diuinarum, ꝑꝑ quod etiam ab alijs doctoribus cōiter dr̄ ꝙ continet totam ſacram ſcripturam per modum diuinæ laudis. Et ideo de magnitudine materiæ huius libri pōt dici illud Exo. 3.a. *Vadam & videbo viſionem hanc magnam*: quod eſt verbum Moyſi qui interpretatur extractus de aquis, qa nullus eſt aptus ad conſiderationē veritatis in hoc libro contentæ, niſi fuerit extractus ab aquis voluptatū præſentis vitæ. vnde dr̄ Eſa.28. *Quem intelligere faciet auditum.* ſ. dominus. Et reſpondet propheta. *Ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus.* id eſt, à corporis voluptatibus.

Tertiò in verbo propoſito tangitur cauſa formalis, cum dicitur Formalis cā. *Surrexit.* Circa quod ſciendum, quòd duplex eſt forma. ſcilicet forma tractatus, & forma tractandi. Forma tractatus eſt diuiſio libri de qua dicetur poſt in libri proſecutione. Forma verò tractandi eſt modus agendi, qui in propoſito eſt modus deum lau- D dandi, vt prædictum eſt. quicquid.n. in hoc libro continetur, per modum diuinæ laudis ponitur. Laus verò diuina oratio eſt ſeu ſpecies orationis. Oratio autē ſecundum Damaſce. eſt aſcenſus mentis in Deum, qui quidem aſcenſus notatur, cum dicitur Surrexit, propter quod dicitur in Pſal.56.b. *Exurge gloria mea, exurge pſal. &c.* Gloria eſt clara notitia cum laude, Cognitio autem ipſius Dauid in hoc libro contenta fuit valde clara, quantum ſe extendit cognitio prophetica. vt iam in parte tactum eſt, & poſtea plenius tāgetur. Eſt etiam deſcripta per modum diuinæ laudis, vt dictum eſt, & ideo bene vocatur gloria, propter quod dicit Dauid. *Exurge gloria mea.* & addit. *Exurge pſalteriū & cithara.* quia aliqui pſalmi ab eo deſcripti, cantabantur in muſico inſtrumento, quod vocatur pſalterium, & aliqui in cithara, vt videbitur proſequendo, ſicut & modo aliqui cantus ſiue notæ magis propriè cantantur in lyra & alijs inſtrumentis.

Quartò tangitur cauſa finalis, cum dr̄. *In nobis.* id eſt, ad vtilitatem & ſalutem noſtram. homo.n. eo quod eſt capax Dei per cognitionem & amorem, eſt ordinatus ad quendam finem ſupernaturalem, ſecundum illud Eſa. 64.b. *Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe.* Et quia ad finem totaliter incognitum nullus poteſt ſe dirigere, ideo neceſſarium fuit aliqua diuinitus hominibus reuelari, per quæ diriguntur in finem ſupernaturalem. huiuſmodi autem eſt ſacra ſcriptura reuelatà diuinitus. propter quod de ea E dicit Apoſtolus ad Roma.15.a. *Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtrā doctrinam ſcripta ſunt,* vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus, quę ſpes eſt expectatio certa futuræ beatitudinis. Liber autem pſal. continet totam ſacram ſcripturā per modum laudis, ideo eſt toti eccleſiæ valde vtilis ad ſpem & ad conſecutionem futuræ beatitudinis, de quo poſſumus dicere illud Luc. 1. g. *Erexit cornu ſalutis nobis in domo Dauid pueri ſui.* Deus.n. ſanctus & benedictus erexit nobis cornu ſalutis, i. ſcripturam ſacram efficacem ad conſequendam ſalutem quæ eſt ſcriptura libri pſalmorum, vt dictum eſt. *In domo Dauid pueri ſui*: qa Dauid pro maiori parte fuit auctor huius libri, per quem ſi corde teneatur & opere impleatur, in præſenti gratia habebitur, & gloria in futuro. Quod nobis cōcedat, qui eſt bñ̄dictus in ſecula.

AD euidentiam maiorem huius libri & aliorū librorum prophetalium, quorum expoſitioni intendo inſiſtere poſt iſtum. Antequam deſcēdam ad textum huius libri quęritur vtrum Dauid fuerit eximius prophetarū. Et arguitur primò quod non, quia Deut. vlt. d. dicitur. *Non ſurrexit vltra propheta in Iſrael ſicut Moyſes &c.* ergo videtur quod Moyſes fuerit excellentior propheta quam Dauid. Item Matth. 11.b. dicitur. *Inter natos mulierum non ſurrexit maior Iohanne Baptiſta,* qui fuit propheta, ergo Dauid non fuit eo excellentior. In cōtrarium arguitur per gloſſam Pſal. ſupra allegatam, quæ dicit quòd Dauid fuit eximius prophetarum. Reſponſio. Quoniam iſta quæſtio mota eſt propter intellectum prophetarum generaliter, ideo quatuor hic ſunt videnda. Primum eſt de quibus ſit re- F uelatio prophetica. Secundum de gradibus prophetiæ. Tertium de vario tactu ſpiritusſancti circa mentem prophetæ. Quartum de comparatione ipſius Dauid ad alios prophetas.

Circa primum ſciendum, quòd propheta ſecundum nominis interpretationem dicitur, quaſi procul fans, quia denuntiat ea quæ procul ſunt ſeu remota à naturali cognitione humana, & ideo de talibus eſt prophetia. Huiuſmodi verò ſunt in triplici gradu, quia quædam ſunt ſic remota propter conditionem rei cognoſcendæ, & aliqua ex cognoſcentis conditione, & aliqua propter modum cognoſcendi. Primum adhuc eſt in triplici gradu. Primus eſt propter rei cognoſcendæ eminentiam cuiuſmodi ſunt diuina, maximè circa perſonarum propria, ideo de talibus factæ ſunt reuelationes propheticæ, Eſa.6. per Seraphin ter ſanctus clamantia, & clarius eſt in nouo teſtamento, vt habetur. 1. Iohan.5.b. *Tres ſunt qui teſtimonium dant in cęlo pater, verbum, & ſpiritusſanctus, & hi tres vnum ſunt.* Secundus gradus eſt propter rei cognoſcendæ latentiam cuiuſmodi ſunt cordium ſecreta ſoli Deo cognita. Vnde & cogitatio Simonis magi per reuelationem fuit cognita Petro Actu.8.d. vnde dixit ei. *In felle amaritudinis & obligatione iniquitatis video te eſſe.* Cogitabat enim gratiam ſpiritusſancti vendere. Tertius gradus eſt propter rei cognoſcendæ diſtantiam, quæ diſtantia vno modo accipitur ex parte loci. & hoc modo Elizeus per ſpiritum propheticū diſtans per magnum ſpatium vidit Giezi accipiētem munera à Naaman Syro, vt hr̄. 4. Regum.5. Alio modo accipitur diſtantia ex parte tēporis ſcilicet præteriti vel futuri. Præſens enim tempus non diſtat à nobis. De diſtantibus verò ſecundum præteritum facta fuit reuelatio Moyſi, quando prophetauit de creatione mundi, vt dicit Gregorius ſuper Ezech. De diſtantibus verò ſecundum futurum fiunt communiter reuelationes propheticæ, vt patet intuenti ſacram ſcripturam. Propter quod prophetia diffinitur à Caſſiodoro ſic. Prophetia eſt diuina inſpiratio, rerum euentus immobili

A bili veritate denuntians. Secūdò aliqua ſunt remota à cognitione noſtra propter conditionem cognoſcentis, & hoc propter aliquem cognoſcentis defectum, qui ſuppletur per ſpiritū propheticum. Et hoc modo Ahias Silonites cognouit vxorem Ieroboam domum ſuam ingredientem quamuis cæcus eſſet, vt habetur. 3. Reg. 14. Tertio modo aliqua ſunt remota à cognitione humana, propter cognoſcendi modum, ſicut Salomon habuit notitiā animalium & plantarum, vt habetur 3. Reg. 4. non per exercitium ſtudij, ſed per inſpirationem ſpiritusſancti.

Circa ſecundum notandum, ꝙ ad prophetiam propriè dictam requiritur cognitio intellectiua, ſecundum quod habetur, Dan. 10. a. *Intelligentia opus eſt in viſione*: & ideo ſi alicui ſancto communicetur aliquid ad prophetiam pertinens, abſque tali intelligentia, nō dicit propheta, niſi forſitan ualde largè & impropriè. Quod contingit tripliciter. Vno modo ſicut in viſione, ſicut Pharao vidit ſpicas. Gen. 41. & Balthaſar manum ſcribentem in pariete. Dan. 5. *Ille dormiens, iſte vigilans*: neuter tñ eorum fuit propheta, quia viſionem non intellexit, ſed Ioſeph & Daniel, qui viſiones intellexerūt. Secundò hoc contingit in locutione, ſicut Caiphas. Io. 11. f. dixit quid propheticum, dicens. *Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.* Intendebat enim ſolum dare conſilium de morte Chriſti, ꝙ eſſet expediens, quamuis eſſet innocens, ne occaſione ipſius venirent Romani & tollerent locum & gentem, ſed à ſpirituſancto factum eſt ꝙ hoc cōſilium ſic protulit, ꝙ mors Chriſti futura foret pro ſalute ſpirituali totius mundi ipſo Capha hoc ignorante, & propter hoc nō fuit propheta propriè loquendo. Sicut nec aſina Balam fuit aīal rōnale, quamuis per linguam eius fuit prolatum verbum rōnale, angelo linguam illius mouente, abſque tñ cognitione aſinæ, ſicut plenius dixi ſuper Ioh. Tertio modo cōtingit hoc in operatione, ſ. qñ ſpiritusſanctus impellit aliquem ad aliquid agēdum, ꝙ habet proſperum euentum, quāuis homo ſic motus hoc ignoret, B ſicut Iud. 11. e. dr̄ de Iepthe, *quòd irruit in eum ſpiritus dñi*, ſ. ad pugnandum cōtra filios Ammon, tñ non fuit ſibi reuelata victoria futura, & propter hoc non dr̄ propheta, ſed talis motus vocatur ſpiritusſancti inſtinctus. qui eſt caſus prophetiæ ſecundum doctores, id eſt aliquid deficiens à rōne prophetiæ. Et talis motus eſt ſimilis motui ipſius bene fortunati, qui mouetur ad aliqd beneagendum, ſine tñ rōne & cognitione præuia, vt habetur in libro de bona fortuna. Differt tñ, quia motus bene fortunati eſt à cauſa naturali, ſ. ab influentia orbis vel intelligentiæ motricis, vt dicunt aliqui, vel ab vtraque ſimul vt dicunt alij. Motus autē Iephte & conſimilium eſt à cauſa ſupernaturali, ſ. ex motione ſpiritus diuini. Iſte tñ inſtinctus magis appropinquat ad rōnem prophetiæ vt vr̄ quam duo alij modi prædicti. Igitur quia ad rōnem prophetiæ verè requirit intelligentia, vt dictū eſt, ideo ſm̄ varietatē intelligentiæ accipiunt gradus prophetiæ, quia ille gradus eſt excellentior, vbi cæteris paribus eſt intelligētia clarior, dū tamen prophetiæ limites non trāſcendat, vt magis videbitur infrà.

Primus igitur gradus eſt, quando cum viſione alicui communicata datur viſionis intelligētia, ſicut Ieremias vidit ollam ſuccenſam, & facies eius à facie aquilonis, vt habetur Iere. 1. c. & intellexit per hoc ſignari exercitum regis Babylonis venturū ad cōburendam ciuitatem Ieruſalem. Secūdus gradus, eſt quando nō fit talis viſio ſeu apparitio, ſed auditur vox inſtruens de aliquo ſupernaturali, ſicut. 1. Reg. 3. b. Samuel audiuit vocem dñi ſibi loquentis, nec tñ vidit aliquam effigiem ſibi apparētem. Quod patet ex hoc ꝙ credidit eſſe vocem Eli ipſum vocantis, vt habetur ibidem. Et iſte gradus prophetiæ eſt excellentior prædicto, quia voces ſunt ſigna magis expreſſiua veritatis quā figuræ prędictę. Tertius autem gradus eſt, qñ non ſolum auditur vox inſtruens, ſed ēt cum hoc apparet perſona aliqua loquēs, propter quod iſte C gradus eſt excellentior prædictis. Iſte tñ gradus variatur tripliciter, quia perſona inſtruens ſeu apparēs in aliqua effigie aliqñ eſt homo ſanctus, ſicut. 2. Macha. 15. c. habetur, ꝙ Onias iam defunctus apparuit Iudæ Machabęo dicens ei de Ieremia propheta ſimiliter apparente, Hic eſt qui multū orat pro populo, & vniuerſa ſancta ciuitate Ieruſalem &c. Aliquando eſt angelus de quo non oportet exemplum ponere, quia reuelationes vete. ac no. teſtam. vt communiter leguntur ſic factæ. Aliquando autem eſt effigies repræſentans ipſum Deum, ſicut Eſa. 6. a. dicitur. *Vidi dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum &c.* Et ſequitur ibidem. *Et audiui vocem domini dicentis mihi, quem mittam &c.* Et iſte tertius gradus prophetiæ eſt excellentior ſecundo, & ſecundus primo, ſicut Deus eſt excellentior angelo, & angelus homine.

Conſiderandū aūt, ꝙ oēs iſti gradus prophetiæ veræ prædicti variātur dupliciter, quia tales apparitiones aliqñ fiunt in ſomno, & tunc vocātur reuelationes per ſomnia, aliqñ autem in vigilia, & propriè vocantur viſiones. Et iſte ſecundus modus qui vocatur viſio, eſt excellentior altero, quia maior illuſtratio mentis requiritur ad hoc quòd ipſa diſtracta per operationes ſenſuum exteriorū in vigilia capiat intelligibilē veritatem de ſupernaturalibus, quàm in ſomno, in quo ſenſibus exteriorib⁹ quietatis, aīa magis diſponit ad capiendū hmōi veritatē. Econtrario aūt eſt in cognitione accepta via naturali, quæ accipitur per viam ſenſus memoriæ & experimenti, vt dr̄. 1. Metaph. & ideo talis cognitio nō poteſt accipi in ſomno. D Ad illum autem modū prophetiæ qui fit in ſomno, reducitur ille qui fit in raptu vel extaſi, quia pro tunc nō eſt vſus ſenſuum exteriorum, ſicut nec in ſomno. Quartus autē gradus prophetiæ propriè dictæ eſt, quando ſine apparitione alicuius figuræ vel ſigni ſenſibilis capitur veritas intelligibilis de occultis per diuinam reuelationem. Et hoc modo factæ ſunt reuelationes ipſi Dauid, vt dicitur in principio glo. ſuper pſalmum, vt ſuperius eſt allegatum. Et iſte gradus prophetiæ eſt excellentior cæteris prædictis. Sicut. n. ille diceretur melioris ingenij & clarioris, qui caperet veritatē concluſionū geometricalium ſine deſcriptione figurarum ſenſibilium, quam ille qui capere nō poſſet abſq; tali deſcriptione, ſic in cognitione prophetica illa mēs vr̄ excellentius diuinitus illuſtrata, quæ veritatem intelligibilē capit abſq; ſenſibilibus ſignis, cuiuſmodi ſunt figuræ & voces ſupradictæ, quàm illa quæ capit ſub talibus ſignis ſenſibilibus, & ſic patet ſm̄ principale, videlicet varietas graduum prophetiæ.

De tactu ſpiritusſancti circa mentem.

Circa tertiū ſciendū, quod ſpiritusſanctus aliqñ tangit mentem prophetæ de pſenti tm̄, & non de futuro nec præterito ſicut Act. 10. e. de nūtiis Cornelii dixit Spiritusſanctus Petro Ecce viri tres quærunt te. Et ſic tunc facta eſt ei reuelatio de pręſenti, nō tñ de pręterita viſione Cornelij, qua vidit angelum ſibi dicentē: Mitte viros in Ioppen, & accerſi Simonem &c. quam viſionem Petrus poſtea cognouit per relationē Cornelij, ſicut ibidē hr̄. Similiter nec de deſcenſu ſpiritusſancti futuro ſuper Corneliū & eius amicos verbum Petri audituros, pp quod Petrus hoc vidēs fuit valde admiratus, ꝙ non fuiſſet ſi præcognouiſſet. Aliqñ verò ſpiritusſanctus tangit mentem prophetæ tm̄ de præterito, ſicut Moyſi facta fuit reuelatio creationis mundi, cum dixit. In principio creauit &c. Aliqñ verò tangit tm̄ de futuro, ſicut Gen. 27. d. E Iſaac benedicens filio ſuo Iacob cognouit ea quæ circa eū erant futura, tñ ipſum præſentem non cognouit, quia credebat ipſum eſſe Eſau, nec cōſiliū Rebeccæ præteritum. quod dederat Iacob pro petitione benedictionis paternæ. Aliqñ autem tangit de præſenti & futuro ſimul. ſicut Gen. 40. b. Iacob qui prę ſenectute videre non poterat, Manaſſen & Ephraim præſentes per ſpiritum propheticum cognouit, pp quod cancellatis manibus dexteram ſuper iuniorem poſuit, & quid eſſet futurum vtriq; fratri prædixit. Aliqñ verò tāgit de præſenti, præterito, & futuro, ſicut Luc. 1. d. dr̄, quod Eliſabeth ad ſalutationem Mariæ repleta eſt ſpiritusſancto, & exclamauit voce magna, & dixit. *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.* Ex quo patet, quod cognouit per ſpiritum eam habere in vtero præſentialiter Dei filium. Sequitur ibidem. *Et beata quæ credidiſti*, ſ. angelo nuntianti tibi conceptionem Chriſti. Ex quo patet, ꝙ fuit illuſtrata de modo conceptionis præterito. Similiter fuit tacta de futuro, vnde ſubditur. Perficietur ea quæ dicta ſunt tibi à dño. Spiritus. n. ſanctus operatur in mentibus hominum prout vult, & ideo non ſolū modis prædictis, ſed ēt alijs poteſt eas tangere, tñ ille tactus qui eſt de præſenti præterito, & futuro eſt perfectior, quam ille qui eſt de duobus tm̄, & ille qui eſt de duobus, quàm de vno ſolo. Et inter illos qui ſunt de vno ſolo, ille qui eſt de futuris contingentibus vr̄ perfectior, quia futura ſunt magis remota à cognitione noſtra quam præſentia vel præterita, quę poſſunt etiam via naturali cognoſci, licet nō illo mō, quo ſpiritu prophetico cognoſcunt. F

Comparatio Dauid ad alios prophetas.

His prædictis deſcendendū eſt ad quartū principale. qđ eſt de cōparatione Dauid ad alios prophetas. Circa quod ſciēdū, quod Dauid pōt comparari ad prophetas noui teſti cuiuſmodi fuerunt apoſtoli, & ſic Dauid non fuit excellentior prophetarū, quia apoſtoli fuerunt de ſecretis diuinis magis illuminati, & in maiori plenitudine receperūt grām ſpiritusſancti, vt hr̄. 2. ad Cor. 3. Si autē cōparetur ad prophetas veteris teſti, ſic adhuc non fuit excellentior prophetarum, vt dicit S. Tho. de Aquino ſecunda ſecundæ, ſed Moyſes fuit eo excellentior. Cuius rōnem principalem aſſignat, eo ꝙ fuit ei conceſſum videre diuinā eſſentiam in præſenti vita exiſtenti, ſm̄ quod dicit Auguſt. ad Paulinā de videndo deū. Dictum eſt aūt ſupra ꝙ gradus prophetiæ excellētior ubi eſt cognitio clarior. Et ſic dicit, quòd Moyſes fuit excellentior ſimpliciter, tñ Dauid ſecundum quid fuit excellentior, quia plura Chriſti myſteria magis expreſſit. Ad hoc ēt inducit rōnem ſecundā ex parte denuntiationis propheticæ, quia Moyſes prophetiam ſuā denuntiauit toti populo Iudæorum, nō ſic autem Dauid, nec alij prophetæ. Tertiam rōnem ad hoc adducit ex parte confirmationis prophetiæ nuntiatæ, qđ eſt per miracula. maiora. n. ſigna fecit Moyſes in Aegypto in mari rubro & in deſerto, quam Dauid & alij prophetæ. Sed quicquid ſit de concluſione, rōnes tñ inductæ non videntur valere ad propoſitum, quia claritas cognitionis actū prophetandi excludens, non pōt conſtituere excellentiorem gradū prophetiæ, quia idem cōſtitueret & excluderet vt vr̄. viſio aūt diuinæ eſſentiæ excludit actū prophetādi, ſicut & actū fidei, quia vterque actus eſt neceſſario ænigmaticus. & ideo viſio diuinæ eſſen

A næ eſſentiæ non poteſt conſtituere excellentiorem gradum prophetiæ, licet faciat clariorem cognitionẽ, ſeu aliquem clarius cognoſcentem: pp hoc ſuperius dixit, ꝙ claritas cognitionis maior conſtituit excellentiorem gradum prophetiæ, dum tñ talis claritas limites cognitionis propheticæ non tranſcendat. Præterea ſi prædicta ratio valeret, ſequitur ꝙ Moyſes fuit excellentior oib' apoſtolis pręter Paulum, quibus non fuit conceſſum videre diuinam eſſentiam in vita præſenti: quod tñ ipſe negat ibidem dicens, ꝙ apoſtoli fuerunt excellentiores Moyſe: ergo ex tali viſione non poteſt dici, vt vř, quod Moyſes fuit excellentior propheta ipſo Dauid. Similiter rō ſecunda non vř valere, quia denuntiatio prophetiæ eſt aliquid ſequens cognitionem propheticam, & ideo non vř variare gradũ prophetiæ, ex hoc ꝙ pluribus vel paucioribus denuntiatur. Similiter tertia non valet eadem rõne, quia confirmatio per ſignum ſequitur prophetiam. vnde & Iohannes Baptiſta nullum ſignum fecit, vt dř Ioh. 10. & tñ à dicto doctore conceditur maior propheta ipſo Moyſe. Similiter nec ex gradibus prophetiæ ſuprà poſitis poteſt Moyſes dici excellentior Dauid, quia excellentior gradus eſt capere veritatem ſupernaturalẽ abſq; quibuſcunque figuris & ſignis ſenſibilibus, qui gradus fuit in Dauid, vt dictum eſt per glo. pſalmi præallegatam. Et idẽ vř per illud quod hř. 2. Reg. 23. a. Sicut lux auroræ oriente ſole mane abſq; nubibus rutilat, quod dř de Dauid. Viſiones. n. imaginariæ & ſigna ſenſibilia quæcunque, ſunt quaſi quædã nubes

B claritatem ſolis excedentem virtutem viſus noſtri nobis contemperantes ille. n. acutioris & fortioris viſus eſt, qui claritatem ſolis poteſt bene nudè intueri, quàm ille qui non poteſt abſque contẽperamento tali, & ideo Dauid qui abſque ſignis ſenſibilibus capiebat radium diuinæ lucis habuit excellentiſſimum gradũ propheticæ cognitionis. Et licet Moyſes eundem gradum habuerit, ſecundum quod dicitur Num. 12. b. de ipſo. Palam & non per ænigmata Deum vidit, id eſt abſq; figuris & ſenſibilibus ſignis, vt ibidem fuit expoſitum. tñ non habuit toties nec ita cõiter tales illuſtrationes ſicut Dauid. Item ſecundum quod dicit doctor prædictus, Dauid plenius & clarius expreſſit myſteria Chriſti ꝙ Moyſes. lex autem vetus & prophetæ ordinabantur ad Chriſtũ ſicut ad finem. vnde dicit Apoſtolus, Gal. 3. d. *Lex pædagogus noſter fuit in Chriſto.* Act. 10. g. dicitur de Chriſto. *Huic omnes prophetæ teſtimonium perhibent.* Et Rabbi Moyſes dicit in libro directionis perplexorum, quòd omnes prophetæ non ſunt locuti niſi ad dies Meſſiæ, & ideo cum finis ſit nobilior his quæ ſunt ad finẽ, prophetia Dauid vř fortiri quandam excellentiam, & hoc ex hoc quod Chriſti myſteria ſic expreſſit, & ideo probabiliter vř poſſe dici excellentior ipſo Moyſe, quamuis Moyſes excellentior fuerit in alijs prædictis quæ prophetiam tranſcendunt, vel eam con

C ſequuntur. Beatus. n. Greg. expreſſe dicit quod Dauid clariorẽ cognitionẽ quã Moyſes habuerit. homilia. 4. ſuper finẽ Ezech.

Ad primũ dicendũ ꝙ illud eſt verbũ Ioſue ſcribentis de Moyſe, & tpe Ioſue non ſurrexerat propheta maior Moyſe, tñ nõ eſt contra illud dictum quod poſtea maior ſurrexerit, & oportet hoc dicere ſaltem de prophetis noui teſtamenti, vt prædictum eſt.

Ad ſecundum dicendum, quòd Iohannes Baptiſta pertinet ad nouum teſtamentum. vnde dicit ſaluator Mat. 11. b. Lex atque prophetæ vſque ad Iohannem ſcilicet excluſiuè. vnde & prophetia Iohannis in nouo ſcribitur teſtamento, & ideo excellentior dicitur prophetis veteris teſtamenti.

Ad maiorẽ aũt euidentiam dicendorum, ſciendum ꝙ, beatus Hiero. ter tranſtulit pſalterium. Primò ſecundũ Lxx. interpretes, quod pſalterium Romanũ dř, eo quod Eccleſia beati Petri illo vtitur. Secundò fecit aliam tranſlationem non multũ diſtantem à prima, & tñ magis appropinquantem Hebraico, & vocatur pſalterium gallicanum, eo ꝙ Damaſus Papa ad rogatum Hiero. illud fecit cantari in eccleſijs gallicanis: pp hoc dř in regula fratrum minorum. Clerici faciunt diuinorum officium ſecundum ordinem Romanæ eccleſiæ excepto pſalterio, quia fratres vtunſ pſalterio gallicano. Tertio ad preces Sophronij qui frequenter diſputabat cum Iudæis, qui ſolum recipiunt illud quod eſt in Hebræo, fecit tranſlationem immediatè acceptam ab Hebræo, pp quod vocatur pſalterium Hieronymi iuxta Hebraicam veritatẽ. media autem tranſlatio eſt cõior inter Latinos, & ideo in expoſitione huius libri intẽdo eam proſequi, & vbi notabiliter differre pat ab Hebræo vel tranſlatione Hier. iuxta Hebraicam veritatẽ, tangam illud ſecundum gratiam à domino Deo mihi datam. Itẽ notandum quod ſecundum quod dicit Hiero. in prologo ſuper librum pſalmorũ. 17. ſunt pſalmi ſine titulo, alij autem ſunt intitulati, & hoc idem patet in Hebræo. Qui autem ſunt intitulati & qualiter, & qui non, videbitur in proſecutione libri.

De titulis aũt iſtis eſt cõis opinio Latinorũ, ꝙ appoſiti fuerũt ab Eſdra pſalmos in hoc volumine colligente & congregante, vt ſupra dictum eſt, tñ apud Hebræos ſunt autentici ſicut & pſalmi cæteri, ſicut & primus pſalmus ab Eſdra per modum prologi cõpoſitus ſiue appoſitus inter pſal. computatur, vt infra dicetur.

Sed contra hoc vř illud quod dicit Hiero. in epiſtola ad Paulinum in deſcriptione viri iuſti, cum eum Dauid arbori quæ eſt in D paradiſo compararet, inter cęteras virtutes hoc etiam intulit. In lege domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. hoc autem aſſumptum eſt de primo pſalm. ergo Dauid fecit eum & non Eſdras. Dicendum quòd hoc nomen Dauid aliquando accipitur pro libro pſalmorum, & ſic dicit Hier. in prologo galeato qui pręmittitur libris Regum, quòd inter hagiographa primus liber eſt Iob, & ſecundus Dauid, & ſic cõſequenter. & hoc modo accipit Hier. in propoſito, cum dicitur. Cum eum Dauid ligno paradiſi compararet &c. id eſt. liber pſalmorum. vnde conſequenter in eadem epiſtola enumerat libros veteris ac noui teſtamenti. Et eſt ſimilis modus loquẽdi, cum dicitur, Dauid comparat, ſicut cum dicitur, euangelium hoc dicit, id eſt. liber euangeliorum, & ideo non valet argumẽtum, quia Dauid non eſt hic nomen auctoris libri pſalmorum, quorũ fuerũt multi auctores, vt dicit in expoſitione primi pſalmi. Explicit præfatio auctoris.

Pſal.

## *SEQVVNTVR ADDITIONES Pauli Burgen. ad poſtillas Nicolai de Lyra ſuper Pſalterium cum Replicis Matthiæ Doring &c.*

E

### ADDITIO I.

In prologo vbi dř in poſtilla. Tñ apud Latinos inter libros ꝓpheticos reputaẽ. Oppoſitũ vř ſentire beatus Hier qui in prologo galeato trifariè diſtinguens ſacrã ſcripturã, ait. Tertius ordo Agiographa poſſidet. Et primus liber incipit à Iob, ſcđs à Dauid &c. quę quidẽ diſtinctio Hier. tripertita tenenda vř. Nam vt auctor poſtillæ in principio primi pſal. ait. Hiero. diligentius ſtuduit circa textum ſacræ ſcripturæ: pp quod in hmõi magis eſt ſibi aſſentiendum &c. præſertim cum ſua opinio in hoc auctoritate euangelica firmetur. Nam Luc. 24. f. legitur. *Neceſſe eſt implere omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi & prophetis & pſalmis,* vbi ſatis patet quòd pſalmi tertium ordinem tenent in ſacris ſcripturis diſtinctum à lege & prophetis.

### ADDITIO II.

In eodẽ prologo vbi dř in poſtilla. Sed quicquid ſit de concluſione, Obiectiones contra rões S. Tho. per poſtillatorẽ factę nõ videntur hře vigorem. Quod de prima obiectione patet ſic. Nam viſio clara diuinæ eſſentiæ licet in beatis in termino exiſtentibus prophetiam ſeu actum prophetandi excludat, non tñ in viatoribus, alias. n. ſequeretur ꝙ Chriſtus qui à primo inſtanti ſuæ con- F ceptionis habuit claram diuinæ eſſentiæ viſionẽ, non fuiſſet propheta, ꝙ eſt cõtra vtriuſque teſtã auctoritatem. Legitur. n. Deut. 18. c. *Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum.* quod intelligitur ad literam principaliter de Chriſto prout ibidẽ cõiter exponitur. Similiter Luc. 24. c. Duo diſcipuli de Chriſto adinuicẽ conferentes dicebant. *Fuit vir propheta potẽs in opere & ſermone.* & ſic in alijs locis. Cũ igiẽ Chriſtus verus viator & verus propheta fuerit, oportet concedere ꝙ claritas viſionis diuinæ eſſentiæ limites cognitionis propheticæ in vero viatore non tranſcendat, & ſi hoc eſt concedendũ de Chriſto, qui licet verus fuiſſet viator non tñ purus, à fortiori de puris viatoribus, vt de Moyſe & Paulo. Rō aũt quare in ſtatu viæ claritas cognitionis diuinæ eſſentiæ nõ excludit prophetiã, ſicut in ſtatu termini, eſt iſta: Nam viatores clarè Deũ videntes, licet ex parte ipſius cognitionis non ſint quaſi ꝓcul exiſtentes, cũ talis viſio nõ ſit ænigmatica, ex parte tñ cognoſcentiũ qui in ſtatu viæ non totaliter in vltima ſui ꝑfectione exiſtunt, procul exiſtere dñr. Vnde. 2. Cor. 5. b. *Quandiu in corpore ſumus, à dño peregrinamur.* Põt ẽt alia rõ aſſignari, quare viſio clara diuinæ eſſentiæ excludit actum fidei, non aũt excludit actum prophetiæ. Nã fides eſt eorũ quæ non vřñ ab ipſo credente, ſed prophetia eſt eorũ quæ ſunt procul à cõi hominum cognitione, cum quibus propheta conuerſaẽ & cõicat in ſtatu viæ, licet propheta eadem clarè videat. Ex quibus ſequiẽ quod actus prophetandi non ſemper eſt ænigmaticus ſicut actus fidei, & iõ viſio clara diuinæ eſſentiæ in viatore conſtituere dẽt excellentiorem gradum prophetiæ pp clariorem cognitionem, quod ſatis oſtenditur Num. 12. vbi ipſe Deus diſtinguens inter prophetias Moyſi & aliorum, ſic dicit. *Si quis fuerit inter vos propheta domini, in viſione apparebo ei, vel p ſomnium &c.* Et ſequiẽ. *At non talis ſeruus meus Mo. &c. ore enim ad os loquor ei & palam & non per ænigmata.* Ex quibus verbis duo manifeſtè habentur. Primum ꝙ actus prophetandi non ſemper eſt ænigmaticus. quod patet in Moyſe. Secundũ quod prophetia non ænigmatica excellentiorẽ gradũ prophetiæ conſtituit, vt patet rectè intuenti verba prædicta. Item ſecunda obiectio poſtil. nõ videtur valere. ſcilicet illa in qua

A qua dicit, ꝙ ex prædicta rõne S.Tho. ſequeretur Moyſen excellentiorem fuiſſe oĩbus Apoſtolis præter Paulum &c. Nam inter miniſtros no.teſta.& veteris eſt tam lata diſtantia, ꝙ miniſtri noui teſt.præferendi ſunt ſuper antiquis, et ipſi Moyſi, quæ quidẽ præminentia quò ad donum prophetię de quo agitur,põt conſiderari ex duobus.primò quia prophetæ antiqui prout cõiter tenetur,& modus loquendi ſcripturarum teſtatur,ipſum donũ prophetiæ habuerunt tãtummodo in actu ſeu diſpoſitione, non aũt in habitu, & ideo in illis conſuetum eſt dicere. Locutus eſt dñs ad talem prophetam.Loquere talia,& hmõi.Similiter factũ n eſt verbum dñi ſuper talem, ſeu manus dñi & hmõi. Qui quidẽ modus loquendi manifeſtè denotat,quod mentes talium prophetarum indigebant de ſingulis noua reuelatione, quod non contingeret ſi in habitu prophetiam habuiſſent. Habitus.n.eſt,quo qs vtitur cum voluerit,vt dicit commentator in 3.de Aia.Apoſtolis verò donũ prophetiæ vr̃ fuiſſe habitualiter collatum.non.n indigebant noua illuſtratione de ſingulis,qui ex copioſa effuſione ſpiritusſancti fuerunt de oĩbus ẽt ſupernaturalibus ad doctrinã pertinentibus ſalutis repẽte edocti,teſtante veritate Ioan.14.d. Ipſe docebit vos oĩa &c. Similiter Luc. 21.cap. *Dabo vobis os & ſapientiam,cui non poterunt reſiſtere oẽs aduerſarij &c.* quæ & ſimilia manifeſtè denotant apoſtolos habuiſſe in hmõi ſupernaturalibus quaſi habitualem illuſtrationem per modum formæ permanentis,qua cum volebant vtebantur,non autem antiqui.

B Poteſt ẽt hoc deduci ex geſtis vtrorunque. Eliſeus.n.qui in illo ſtatu magnus fuit ꝓpheta,turbatus aliqualiter ex intuitu regis Iſrael pſalterium fecit applicari,vt per laudem pſalmodiæ ſpiritum prophetiæ attingeret.4.Reg.3.Apoſtoli verò & alij quam plurimi eccleſiæ primitiuæ non ſolum gaudentes contumelias patiendo,ſed in medio tormentorum acerrimè cruciati,ſpiritum propheticum retinebant, quo magnalia Dei & ſupernaturalia quæ ad prophetiã pertinent,ſæpe reſerabant,qđ maximũ ſignũ eſt ipſos habere prophetiam habitualem atq; immobilẽ. Cõſtat aũt,ꝙ ille qui habet aliquam perfectionẽ in habitu,ſicut ſciẽtia vel hmõi,ſimpliciter præcellit in eadem perfectione ſeu ſcientia illum qui tantum in actu ſeu diſpoſitione eandem habet perfectionem ſeu ſcientiam, & ſic Moyſes qui in actu ſeu diſpõne tñ donum prophetiæ habuit, non põt dici excellentior in prophetia apoſtolis qui habitualiter eam modo prædicto habuerunt,nõ obſtante quòd aliquando clariorem cognitionẽ ipſe Moyſes habuit,qua excellentior omnibus prophetis antiquorum dici dẽt.

Et nota quòd licet ſanctus Thom.in ſecunda ſecundæ.q.171. art.2.in deci.quæſtionis concludit,quòd prophetia non eſt habitus, hoc tamen intelligendum eſt de prophetia ſecundum ſuam propriam rationem.Ad hoc enim quòd aliquis dicatur propheta, non requiritur quòd inſit animę ſuæ aliquis habitus propheticus per modũ formæ,vt patet de antiquis qui fuerunt prophetę ſine tali habitu, ſed ex hoc non excluditur quòd quis poſſet habere donum prophetiæ habitualiter, prout dictum eſt de apoſtolis. Vnde notanter concludit ſanctus Thom.ibidem,quòd prophetia propriè loquendo non eſt habitus,id eſt, quòd de propria ſui ratione non eſt quòd ſit habitus.

Secundò præeminentia prophetiæ apoſtolorum reſpectu antiquorum poſſet conſiderari ex hoc ꝙ donum prophetiæ cõiter acceptum, prout in antiquis fuit,eſt gratia gratis data tantum,vt patet Mat.7.cap.vbi reſpondetur.Nunquam noui vos,his qui dixerunt.In nomine tuo prophetauimus.Vnde Hiero.ſuper illud verbũ dicit.Prophetare & virtutes facere,interdum non eſt eius meriti,qui operatur. Sed in apoſtolis donum prophetiæ fuit gratia gratum faciens, vel ex ea immobiliter deriuatum. Ex ipſa.n. repletione ſpiritusſancti qua in gratia gratum faciente fuerunt confirmati, omnium chariſmatum dona ( prout cõiter tenetur) habuerunt,inter quæ donũ prophetiæ connumeratur, vt patet. 1.Cor.12.b.Et ſic manifeſtũ eſt donũ prophetiæ in eis fuiſſe grã gratũ faciens,vel inſeparabiliter ſe habẽs ad eã,& per conſequẽs donum propheticũ in eis excellẽtius fuit quàm in antiquis, ſicut gratia gratum faciens excellentior eſt, quam gratia gratis data.

Ad ſupradicta videtur facere illud.2.Corin.3.d.vbi Apoſtolus de ſe & alijs primitiuæ eccleſiæ dicebat. *Nos verò omnes reuelata facie gloriam domini ſpeculantes, &c.* prout domino concedente ibidem declarabitur.

Item obiectio poſtillatoris contra ſecundam rationem ſancti Thom.vbi dicit,quod cum denuntiatio prophetiæ eſt aliquid ſequens propheticam cognitionem, ideo non debet variare gradũ prophetię &c.non videtur valere.Dignitas enim ſeu excellentia eorũ quæ ſunt ad finem, ex maiori appropinquatione ſeu adeptione finis ſumi debet, etiam ſi talis finis nõ ſit de eſſentia rei, ſed eam aliquando conſequatur. Homo enim qui maiorem gratiam habet ſeu magis virtuoſus eſt, excellentior eſt alio hoc non habente,licet gratia & virtutes non ſint de eſſentia hominis,ſed eam quandoque conſequuntur. Cum igitur finis prophetiæ eſt vtilitas eccleſiæ.1. Cor.14.a. *Qui prophetat hominibus, loquitur ad ædificationem,exhortationem,& conſolationem:* ſequitur quòd qui pluribus prophetiam ſuam denuntiat,excellentior eſt illo q paucioribus cæteris paribus. Bonum enim ſecundum Philoſophum quantò vniuerſalius tãtò diuinius.vnde denuntiatio prophetica pluribus facta excellentiorem prophetiam facit:& ſic altiorem conſtituit gradum prophetiæ præſertim cum toti populo cultui diuino mancipato ſuas denuntiat prophetias, vt Moyſes. D Philoſophus.

Item obiectio contra tertiã rõnem S.Tho.qua dr̃ quod cõfirmatio per ſigna ſequitur prophetiã, &c.non vr̃ valere,prout ex dictis contra ſecundam obiectionem ſatis patet.Confirmatio.n. per ſigna licet nõ ſit de eſſentia prophetiæ,pertinet tñ ad eius finẽ certius ſeu efficacius cõſequendũ. Ad hoc.n.ꝙ prophetia credatur dantur miracula,& ideo turba videns Chriſtũ adoleſcentẽ reſuſcitare,quod eſt de magnis miraculis,magnũ prophetã ipſũ iudicabat, Luc.7.ca. Propheta magnus ſurrexit in nobis. Vñ & cõfirmatio apoſtolicæ doctrinę ſignis à Deo factis attribuit,iuxta illud Mar. vlt. d. *Dño cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.* Quod aũt dr̃ de Iohanne Baptiſta, quod nullũ ſignũ fecit,vt Iohan.10.a.& tñ fuit propheta, & plus quam propheta. Ad hoc poſſent dari rõnes. Prima,quia eius vita fuit tam præclara,ꝙ non indigebat confirmatione miraculorũ. Secunda, qa videbat dicta eius impleri euidenter in Chriſto,cui tanq̃ principaliori miracula reſeruabat, prout ibidẽ cõiter dr̃. Et poteſt ad hoc reduci illud verbum Chriſti de Ioanne, ſ.quòd eſt plus quã propheta.Nam cæteri confirmatione miraculorum indigebant, ipſe verò non : licet hoc verbum alias etiã habeat expoſitiones. E

Iohan Baptiſt. quare nullum ſignum fecit.

Ad illud quod ſubiungit de gradibus prophetiæ &c.ex dictis patet quòd tam Dauid quàm Moyſes habuerunt propheticam illuſtrationem abſq; ſignis ſenſibilibus,quod eſt valde excellens in gradibus prophetiæ, non tñ eſt ſummus gradus. Nã viſio clara diuinæ eſſentiæ in ſtatu viæ quem Moyſes habuit, vt dictum eſt,excellentiorẽ gradum prophetice cognitionis conſtituit.

Item ꝙ addit poſtil. Moyſen non habuiſſe toties nec ita cõiter illuſtrationes propheticas ſicut Dauid, non vr̃ habere aliquod fundamentum in ſacra ſcriptura,nec ipſemet aliquam allegat auctoritatem ad hoc facientem. & ideo non requiritur aliqua ſolutio, præſertim cum oppoſitum ex ſacra ſcriptura rationabiliter poſſet deduci.Si enim numerentur pſal.à Dauid editi,& prophetiæ ſingulæ ipſius Moyſi in pentateucho contentæ,indubitanter prophetiæ excedunt pſalmos: & per conſequens ſi in quolibet pſalmo requiritur noua illuſtratio,pari ratione & in qualibet prophetia Moſaica. Nec enim veriſimile videretur, quòd ille qui tã familiariter cum Deo ſe habebat, vt de illo legeretur. Loquebatur Deus Moyſi facie ad faciem,ſicut homo ſolet loqui cum amico ſuo.Exod.23.b.haberet pauciores illuſtrationes quã ipſe Dauid,de quo nihil tale legitur,ſed potius aliud qđ eſt ſatis ad propoſitum. Legitur.n. Deus miſiſſe prophetam ſuũ Nathan ad Dauid,vt ei reuelaret aliqua de voluntate diuina erga eũ.2.Reg.7. & 12. Similiter. 1.Reg.22.& 2.Reg vlti. legitur Gad propheta miſſus à Deo ad ipſum Dauid, vt eidem denuntiaret quędã ventura Ex quibus ſatis demonſtratur Dauid non habuiſſe tam frequentes illuſtrationes ſicut Moyſes,qui nunquam legitur inſtructus niſi à Deo vel angelo. Et notandũ ꝙ Gad propheta intitulať in cap.alleg.videns Dauid,i.propheta ipſius Dauid. Qui.n.propheta dr̃ hodie, vocabatur olim videns 1.Reg 9. Ex quibus patet,quòd Gad propheta frequenter denuntiabat ipſi Dauid aliqua prophetica, quod de Moyſe ſimile nunquam legitur. F

An Moyſes an Dauid maiores habuerit illuſtrationes.

Item ad hoc quòd poſti.ait prophetiam Dauid ſortiri quandã excellentiam ex eo ꝙ Chriſti myſteria magis expreſſit cum finis totius legis eſt Chriſtus &c. Dicendum, ꝙ licet talis excellentia ſit vera,non tñ concludit excellentiam ſimpliciter,ſed ſecũdum quid.Excellentia.n.prophetiæ Moyſis ex oĩbus quæ ad prophetiam efficacem cõiter requiruntur,conſurgit, vnde excellentior debet dici ſimpliciter. Excellentia tamen prophetiæ Dauid ex maiori expreſſione myſteriorum Chriſti tantum conſideratur, quæ quidem conſideratio eſt ſecundum quod. Nec etiam ſecundum hanc conſiderationem excellentior cæteris poſſet dici prophetis.Nam de Eſa. ait Hieronymus.in eiuſdem prologo, q; ita vniuerſa Chriſti eccleſiæque myſteria ad liquidum proſecutus eſt,vt non eum putes de futuro vaticinari,ſed de præteritis hiſtoriã texere,hæc ille Conſtat ergo ꝙ maior excellentia eſt vniuerſa myſteria Chriſti & eccleſiæ in liquidũ redigere,quam illud ꝙ doctores tradunt de Dauid,de quo non vniuerſaliter dicunt,ſed indefinitè myſteria Chriſti exprimere, & tñ nec ob hoc Eſaias dr̃ eximius prophetarum,& à fortiori nec Dauid ſic debet dici.

Circa quod ẽt attẽdendũ eſt, quod Moyſes oĩa Chriſti myſteria implicitè tradidit ſeu ſingulariter, licet nõ explicitè. Totũ.n. nouum teſtñ in veteri continetur,iuxta ſententiam Greg.ſuper illud Ezech.1.d. *Tanquam rota in medio rotæ.* Cum igitur Moyſes fuit pcipuus veteris teſta.quaſi de nouo legẽ proponẽs, ad cuius legis obſeruationẽ alij ꝓphetæ populũ inducebant. ſequiť quod Moyſes oĩa myſteria Chriſti tradidit. Nec ex hoc eius excellentia diminuitur, quia non expreſſe tradidit,ſed implicitè. Nã hoc ex defectu populi contingebat qui rudis erat vt dicũt,& ideo nõ

expediebat talia talibus exprimere, ſicut & Chriſtus apoſtolis di-
A cebat: *Multa habeo vobis dicere, ſed nõ poteſtis portare modo*, Io. 16.c.

Concluſio igitur S.Tho. non obſtantibus prędictis obiectionibus firmiſſime videtur tenenda tanquam vera, & in ſano ſeu plano intellectu ſacræ ſcripturæ fundata. Illa enim verba Deut. 45. à. *Non ſurrexit propheta maior Moyſe*, non habent ſtringi vt poſtillator dicit, vſque ad tempus Ioſue tantum, quia ſi ſic, potius dixiſſet. Non ſurrexit vſque in hodiernum diem, prout in ſimilibus ſolet dici. Nõ ſurrexit vltra denotat, excluſionem reſpectu futuri temporis, nec ex hoc excluduntur miniſtri noui teſt. quia ſtatus antiquorum in ſcripturis ſub quodam ſeculo quaſi perpetuo ſæpe nominantur, vt Num 18.d. *Legitimum ſempiternum erit vobis*, quod non ſe extendit ad tẽpus nouæ legis, vt patet intuenti, &c. Autoritas igitur beati Greg. dicentis, quod Dauid clariorem cognitionem habuit quam Moyſes, exponenda eſt vt intelligatur ſic, quod Dauid clarius expreſſit myſteria Chriſti modo & rõne prædictis, ſimiliter & quod Glo. ponit Dauid fuiſſe eximium prophetarum, intelligendum eſt hagiographorum. vnde 2. Reg. 23.a. vbi tota excellentia illuſtrationis ipſius Dauid habetur, dicens. Spiritus domini locutus eſt in me &c. ibidem intitulatur egregius pſalmiſta Iſrael. vbi notandum quod non dixit egregius propheta, ſed egregius pſalmiſta, in quo propoſitum ſatis innuitur.

Replica. Circa pſalterium Burg. amplius quam circa alium aliquem librum laborauit addendo. In additionibus autem illis quamuis nonnulla videantur abſurda, manebũt tamen à me intacta ea quæ directè non ſunt contra poſt. Nam hoc opere non
B eſt intentionis meæ Burge. malè dicta reprehendere, ſed ſolum poſtil. bene dicta defenſare contra Burg. inualida machinamenta. Vnde cum in aggreſſu poſt. dixerat, quòd liber pſalmorum apud Latinos reputatur inter prophetales, quãuis apud Hebręos computetur inter agiographa. Burg. contradicit ex facto Beato Hier. qui Latinus fuit, qui in prologo galeato ponit pſalmos inter hagiographa. Hic dico quod bene reſpicienti prologum galeatum, qui eſt prologus in libros Regum, ſtatim clarè patebit ꝙ illam diſtinctionem tripartitam non aſſerit beatus Hiero. niſi vt oſtẽdat libros ab Hebræis receptos diſtingui cõtra apocryphos. Ipſe autem non aſſeruit illam Hebræorum diſtinctionem ſed allegat eorum opinionem. Conſtat enim hagiographa ſicut & pro-

Hagiographa.

phetica multipliciter dici, ſecundum enim vocum proprietatem hagiographa dicuntur omnes ſacrę ſcripturæ. Sic accipiendo Beatus Dion. cap. 1. eccleſiaſticæ hierarchiæ dicit. Venerandiſſima eloquia dicuntur eſſe quæ in hagiographis tradita ſunt, &c. Secundò dicuntur hagiographa, vt abuſu nominis per Hebræos contra prophetica & legalia diſtincta, & bene Hebræi hoc nomine abutuntur, quia hagiographũ dicitur ab hagios quod eſt ſanctus, & graphos ſcriptura, quaſi ſancta ſcriptura vel à ſanctis conſcripta. quod nomen cum ſit commune legalibus, prophetalibus & alijs, per quandam antonomaſiam Hebręi fortaſſis ſpecialiter
C Dauid & Danielis, Iob & aliorum ſcriptis deputarunt. Similiter propheticus liber ſecundũ Hug. de ſancto Victore dupliciter dr. Vel quia ſcriptus ſtylo prophetico, ſcilicet de futuris, vel naturaliter ignotis. vel quia ſcriptus à propheta. In prima acceptione & Dauid & Danielis & Iob libri prophetales dici poſſunt, quia altiſſimas prophetias ſtylo prophetico texuerunt. Secundo modo loquendo propheta tripliciter conſideraſ. vt videlicet ſit pro-

Propheta quot modis conſideretur.

pheta officio, miſſione vel gratia. Quamuis igitur Dauid, Daniel, Iob ſpiritu & gratia fuerint prophetæ, non tamen officio vel miſſione, ideo libri eorum inter prophetales non computantur, & quia inter legales etiam propriè computari non poterant, Hebræi nomen hagiographum eis imponebant. Illum igiſ modum Hebræorum beatus Hiero. non aſſerit nec laudat, ſed allegat, vt patet ſtudioſè reſpicienti prologum eius. Nec valet quod Burgen. pro confirmatione ſuæ intentionis adducit, Lucæ 24.f. *Oportet impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege, prophetis & pſalmis de me*. Nam Chriſtus non intendit per illa verba diſtinguere libros, ſed materias librorum. Non enim liber pſalmorum excluditur à libris propheticis, cũ in eo omnia Chriſti & eccleſiæ myſteria ſint ſtylo prophetico ſcripta. Nec auctor libri excluditur à prophetis, cum ſit eximius prophetarum, quamuis non legatur miſſus ad prophetandum, tanquam ex officio. Sed quo ad materias librorum diſtinguuntur pſalmi, prophetię & lex, quę tria in eodem reperiuntur libro. Lex enim eſt materia de agendis, prophetia de futuris euentibus, pſalmus de diuinis laudibus cantandis. Nunc autem in libris Moyſi reperitur lex dirigens actus humanos: in eiſdem, reperitur prophetia pronuntians euentus futuros, reperiuntur etiam in ipſis cantica ad pſallendum & laudandum Deum. & illa quadam præcellentia dicuntur hagiographa, quæ tres materiæ etiam reperiuntur in pſalterio, & quaſi in ſingulis libris ſacræ ſcripturæ. Chriſtus igitur per ſua verba diſtin-

Quæſtio an Dauid prophetarũ eximius.

guere voluit librorum materias, non libros, vt dictum eſt. Item in eodem aggreſſu poſtil. mouit quæſtionem, an Dauid fuit prophetarum eximius. Et dicit quòd ſanctus Thom. vult quòd non, ſed

D Moyſes. Ad quam quæſtionem S. Thom. aliquas rõnes adducit. Poſtil. non faciens vim de illa quæſtione, pertractat rationes adductas oſtendens eas non valere. Sed Burg. aſſumit hic certamẽ pro ſancto Tho. putans ſoluere & euacuare rationes poſtil. cõtra ſanctum Tho. factas ſed potius videtur eum inuoluere quam defenſare. Ad quod videndum tangam ſecũdum ordinem rationes ſancti Tho. ſigillatim, & obiectiones poſtil. & factum Burg pertractabo. Eſt igitur prima ratio ſancti Thom. quia Moyſes vidit clare eſſentiam diuinam, Dauid non, igitur Moyſes eſt excellentior propheta quam Dauid. Contra effectum huius argumenti arguit poſtil. primò ſic. Ex eo nemo poteſt dici excellentior propheta, quod rationem & actum prophetandi excludit ſed clara viſio eſſentiæ diuinæ eſt huiuſmodi, ergo, &c. Burg. autem dicit hanc obiectionem non valere, quia ſi valeret inquit, Chriſtus nõ poſſet dici propheta, quia ſemper clare vidit diuinam eſſentiam. Sed huic Burg. obiectioni reſpondet, S. Tho. ſecunda ſecundæ q. 174. art. 5. in reſponſione ad tertium argumentum, dic. Chriſtus fuit comprehenſor & viator, inquantum comprehenſor non competit ſibi ratio prophetiæ, ſed ſolum inquantum viator, hæc ille. Vnde apparet quod S. Tho. ſic per Burg. non velit defendi. Clarius etiam dicit idem ibidem. q. 176. artic. vlt. in ſolutione tertij argumenti. vnde ſicut data viſio excludit rationem prophetiæ à Chriſto ſecundum ſanctum Thom. ſic eadem clara viſio excludit rationem prophetiæ à Moyſe & Paulo durante viſione. per conſequens clara viſio nullum gradum dicit pertinẽtem ad rationẽ prophetiæ, quod eſt propoſitum poſtil. Ea autem quæ Burg. dicit de Moyſe arguunt eum fuiſſe prophetis ſui temporis excellentiorem, nõ ratione viſionis claræ, ſed magis familiaris locutionis Dei ad ipſum, & hoc ſignatur cum dicitur. *Ore ad os loquor ei, palam & non per ænigmata*: quia præcepta & leges loquebaſ Deus ſine ænigmatibus. Poſtil. etiam ſuam obiectionem contra primã rationem S. Thom. confirmat per hoc, quod ſi clara viſio arguit excellentiorem gradum prophetiæ: igitur Moyſes fuit excellentior propheta quam omnes apoſtoli, pręter Paulum, quod S. Th. negat. Hanc confirmationem Burg. volens euacuare ponit duas differentias inter habere ſpiritum prophetiæ. Primò dicit quod antiqui ipſum habuerunt in quadã diſpoſitione & ſolo actu, apoſtoli autem habitu. Ideo apoſtoli habuerunt donũ prophetiæ excellentius quam Moyſes. Secũda differentia quia antiqui habuerunt hoc donum vt gratiam gratis datam, apoſtoli autem vt gratiam gratum facientẽ, ideo apoſtoli erant excellentiores prophetæ. Sed vtrunque membrorum illius diſtinctionis eſt contra ſanctum Thom. Nam oppoſitum primæ differentiæ diſputat & cõcludit ſanctus Thom. vbi ſupra. q. 171. arti. 2. per totum, oſtendẽs quod lumen propheticum ſe habet per modum paſſionis & impreſſionis, non per modum habitus. Idem dicit. q. 174. artic. 3. in reſponſione ad ſecundum arg. & q. 176. ar. vlt. in reſponſione ad tertium argu. Sed quod addit Burg. quod apoſtoli erant in actu prophetandi quando volebant, quod eſt ſignum habitus, hoc falſum videtur, Nam apoſtolis dictum eſt. *Dum ſteteritis ante reges & præſides, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabit enim vobis in illa hora quid loquamini: Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis.* Quod exponens beatus Greg. dicit. Vos verba editis, ſed ego ſum qui loquor, quæ fruſtra eſſent apoſtolis promiſſa pro certo tempore, ſi id facere ratione habitus eſſet ſemper in eorum poteſtate. Oppoſitum etiã ſecundæ differentiæ. Burg. diſputat, & concludit idem S. Thom. vbi ſupra. & a q. 176. vſq; ad quæſtionẽ. 179. in omnibus quæſtionibus & articulis, oſtendens prophetiam eſſe gratiam gratis datam. Nec eſt quis doctorum notabilium tractans illud Apoſtoli. 1. Corint. 12. vbi enumerat inter alias gratias prophetiam, qui exponat illum paſſum de gratiis gratuitis. Ponunt enim differẽtias inter gratias, quia gratia gratum faciens ſolum vtilis eſt habenti, gratia autem gratis data etiam non habenti, quia eccleſiæ & his quibus directione opus eſt. Vnde puerile argum. facit Burg. arguens, quia apoſtoli ex repletione ſpiritusſancti habuerunt chariſmatum dona, igitur illa dona omnia erant gratum facientia, vel inſeparabiliter ſe habentia ad illa. Nam ſecũdũ Apoſtolum. 1. Corin. 13. illa ceſſabunt in beatitudine, gratuita autem non, ſed perficientur, quia gloria dicif gratiæ conſummatæ, igiſ nec inſeparabiliter erant in apoſtolis cõiuncta. Fateor quod poſt miſſionem ſpiritusſancti illa dona fuerunt coniuncta gratiæ gratuitæ, ſed ex hoc non ſequitur: Igitur illa dona facta ſunt gratuita, vel inſeparabiliter coniuncta, ſicut non ſequitur, albedo & dulcedo coniunguntur in lacte, igitur albedo ſit dulcedo. Nec eſt veriſimile ante miſſionem ſpiritusſancti apoſtolos dona gratis data nõ habuiſſe, quia regreſſi cum gaudio, eo quod ſpiritus eis in nomine domini ſubijcerentur, audierunt dominum dicentem. *In hoc nolite gaudere, quia ſpiritus vobis ſubijciuntur, ſed gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cęlis*. Nec veriſimile eſt illa dona poſt miſſionem ſpiritusſancti facta fuiſſe alterius rationis, manſerunt igitur gratis data, quamuis perfectiori gratiæ cõiuncta. Et quia omnia quæ Burg. hic ad ſaluandum dicta S. Thom. contra obiectionem

ctionem primam poſtil. adducit, ſunt contra ſanctum Tho. ideo
A quærit ſaluare ea, vnde ſanctus Thom. ea ſaluari non vult. Malè igitur ingreſſus eſt certamen pro eo, quia contra eum ſentiens ſecum non eſt, &c.

Nũc ſequitur ſecunda ratio S. Tho. arguit ſic. Moyſes prophetiam ſuam denuntiauit toti populo, non ſic Dauid, nec aliquis aliorum, igitur Moyſes fuit propheta excellentior. Contra illam rationem arguit poſtil. ſic. Denuntiatio & publicatio eſt accidẽs ſequens propheticam cognitionem, ideo non variat gradum pro phetiæ. Burg. autem dicit hanc obiectionem non valere, dans inſtantiam de homine habente magnam gratiam & virtutem, quoniam ille eſt excellentior homine tantam gratiam non habente, licet gratia & virtus non ſit de eſſentia hominis, ſicque cauſa q̃ que cõſequitur ſuum effectum, Sed illud nõ eſt ſcholaſticè dictũ, nam homo habens gratiam, non eſt per ſe & intrinſecè excellentior homine non habente, ſed bene ſecundum denominationem virtutis & gratiæ, quæ extrinſecus aduenĩũt, ſed hoc nihil ad propoſitum, nam gradus rei eſt ipſi rei modus intrinſecus, qui per nihil extrinſecus poteſt variari, albus enim homo non eſt magis homo quam niger, quamuis ſit alius vel alter. Omnis enim qualitas adueniens variat, ſi intrinſecus intrinſecè, & ſi extrinſecus extrinſecè. Nunc autem denuntiatio prophetię vni vel pluribus nõ ſolum eſt accidens extrinſecum, ſed accidens per accidens ratione
B prophetię, ideo nihil talium variat gradum eius intrinſecum, qui gradus etiam ſecundum ſanctum Thom. attenditur penes maiorem & perfectiorem illuſtrationem luminis prophetici non ex maiori perfectione prophetæ ſaltem gratiali. Vnde ſtat aliquẽ prophetam eſſe in gratia perfectiorem, qui nõ eſt perfectior propheta, vt puta Ieremias ſanctificatus in vtero, nec grauiter legitur peccaſſe, & pro veritate multa ſuſtinuiſſe dicitur, ideo ille propheta dicitur perfectior quam Dauid, cum quo ſtat quòd Dauid fuit perfectior propheta, quia perfectius illuſtratus, vt etiam tenet Burg. Pro conſolatione Burge. qui hic putauit perfectionẽ accipi à fine, dico ꝙ ſtat Moyſen propter denuntiationem fuiſſe prophetam vtiliorem, ſed Dauid propter illuſtrationes mentales excellentiorem. Exemplum familiare. Sint duo doctores, vnus excellentiſſimæ literaturæ, alter ſolum competentis literaturæ: iſte cõpetentis literaturę bene prædicat, alter balbutiens non poteſt prædicare, nunquid prædicans non prædicanti debet cenſeri doctor excellentior? certè non, ſed bene conceditur vtilior, ſic in propoſito. Tandem ſequitur tertia ratio ſancti Thom. Arguit enim ſic: Moyſes confirmauit prophetiam ſuam pluribus miraculis quam Dauid vel quicunque alius, igitur fuit propheta excellentior. Contra illam rationem arguit poſtil. ſicut contra ſecundam, quia talis confirmatio per miracula eſt accidens. Sed
C Burgen. minus eruditè dicit reſpondendo ad illam obiectionem ſicut ad priorem. Nam facere miracula cum ſit accidens extrinſecum non ſequens de neceſſitate ſpiritum propheticum, plura vel pauciora facere miracula, non variat rationem nec gradum intrinſecum ſpiritus prophetiæ. Confirmatur, quia ſpiritus faciẽdi virtutes ac miracula, & ſpiritus prophetiæ ſunt dona gratis data & eſſentialiter diſtincta, ideo vnum non ſpecificat gradum alterius. Stat igitur excellentiorem prophetam, vt puta Ioannem Baptiſtam, pauciora vel nulla facere miracula, & minorem prophetam facere plura, imo ſtat aliquem facere miracula qui nunquam fuit propheta, & econuerſo eſſe prophetam, qui nunquam fecit miraculum.

Burgenſ. autem inter alias duas aſſignat rationes inualidas, D
quare Iohannes Baptiſta cum eſſet plus quam propheta, nullum legitur feciſſe miraculum, ad colorandum ſuum errorem. Prima eſt, quia vita eius fuit tam præclara, quod non indigebat confirmatione miraculorum. Patet autem quòd vita Chriſti fuit multò præclarior, cuius tota vita & omnis actio noſtra eſt inſtructio. Si igitur ratio Burg. valet, Chriſtus minus quam Iohannes debuit facere miracula, cuius oppoſitum docuit dicens. *Opera quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me.* Iohan.5.a.

Secunda ratio Burgen. ad idem eſt, quòd Iohannes operationẽ miraculorum Chriſto tanquam principali reſeruabat. Nec illa valet, quia ea Chriſto reſeruare, ad ipſum non pertinebat, ſicut nec ad quemcunque ſanctum alium, prout dictum eſt in correctione primæ Additionis circa octauum capitulum Exod. Nec valet obiectio Burgen. contra poſtil. dicentem quòd Moyſes non habuit toties, nec ita cõmuniter illuſtrationes propheticas ſicut Dauid, ſpecialiter intellectuales. Contra quod Burgen. arguit, quòd quia in ſcripturis plures reperiuntur prophetię Moyſi quã pſalmi quos fecit Dauid, & cum quęlibet prophetia requirat ſpecialem illuſtrationem, ſequitur Moyſen frequentius illuſtratum quam Dauid. Etiam quia Dauid ſæpe fuit inſtructus ab hominibus & alijs prophetis, ſicut per Natham & Gad, quod non legitur de Moyſe, igitur amplius à Deo illuſtratus. Ad hæc dicendum, quod poſito ſed non conceſſo, quòd Moyſes habuiſſet plures illuſtrationes quam Dauid, illas tamẽ habuit cõmuniter per E
ſenſibilia ſigna viſui vel auditui præſentata, non ſic Dauid qui ſemper habuit intellectuales illuſtrationes ſine huiuſmodi ſenſibilium ſpecierum præſentatione. igitur Dauid habuit frequentius illum excellentiſſimum gradum prophetiæ quam Moyſes. Raro enim legitur Moyſes illuſtratus, niſi interuenerit aliquod ſenſibiliter viſum vel auditum per miniſterium angelorum præſentatum, ne obſtat ſi Dauid aliquando fuit informatus ab alijs prophetis in agibilibus vel alias, hoc enim fiebat illis temporibus, quando Dauid non fuit capax prophetalium illuſtrationum, vt puta in fuga à facie Saul, de qua 1. Regum. 22. a. vel in cura & ſollicitudine quando cogitauit de domo domini conſtruenda, de qua 2. Reg. 7. vel in peccato de quo. 2. Reg. 12. & vlt. in talibus enim diſpoſitionibus non eſt mens apta ad propheticas illuſtrationes maximè intellectuales, quia in his oportet animum eſſe à ſenſibilium occupationibus abſolutum. Sed & Moyſes huiuſmodi inſtructiones in agendis recepit ab homine, ſcilicet, Iethro, vt patet Exod. 18. Nec valet quod Burgen. reſpondet ad rationẽ poſtil. acceptam ex dictis, ſcilicet, Thom. Nam excellentia Dauid non eſt ſecundum quid & extrinſecum, ſed ſimpliciter & intrinſecum, quia ſecundum propriam rationem, quia ſicut ſecundum ſanctum Thom. Dauid plura myſteria Chriſti plenius & clarius expreſſit, ita etiam plenius & clarius vidit, qui modi videndi conſtituunt eum in eſſe prophetæ excellentioris ſimpliciter ſecundum propriam rationem prophetæ, qui olim ob hoc videntes dicebantur. Et ꝙ arguit Burg. de Eſaia non vrget, quia etſi Eſaias F
prout dicit beatus Hieron. ratione pluralitatis myſteriorum de Chriſto expreſſorum fuit magnus propheta, ipſe tamen illum gradum illuſtrationis intellectualis ſicut Dauid communiter nõ habuit, ſed per imagines viſas vel auditas, ſicut Moyſes communiter prophetiam texuit. Malè igitur concludit Burgen. pro opinione ſancti Thom. quia per dicta à ſancto Thom. negata, vt patuit ſuprà.

A Hymnorum liber. AVGVSTI. Liber iſte intitulatur apud Hebræos liber hymnorum hac ratione, quia hymnus eſt vbi habentur verba & laus cum cantico quod in pſalmis inuenitur.

Intitulatur etiã ſecundum quoſdam liber ſoliloquiorum, quod iõ vr̃ fieri, quia illud quod aliquis ſecum rimatur, & à nullo diſcit niſi à veritate ſibi interius pſidente, ſoli loquitur dr̃ (verbi grã) quẽadmodũ beatus Aug. ſecum de natura aĩæ, & de natura Dei inueſtigauit: eodẽ mõ põt dici propheta ſecum inueſtigaſſe de incarnatione filij dei, & de reparatione humani generis. Rex Dauid & propheta cũ pſperè regnaret, volens cultum dei magnificare, cũ arcam à Philiſthæis redditam, longo tp̃e poſt incertis ſedibus vagantem, tandem in Ieruſalem reduceret, nudus cum cithara p̃cedebat, ſed & quatuor milia virorum elegerat, qui non ſolum voce, ſed ẽt inſtrumentis muſicis pſalmos canerent: q̃bus prepoſuit quatuor, Aſaph, Idithun, Emã, Ethan vel filios Core, qui à patris ſcelere vel ſacrilegio degenerãtes (quem ignis conſumpſerat) in cultu dei deuotiſſimi perſtiterunt.

Pſalm. quare compoſiti 2. Reg. 6. cap.

Num. 16. c.

Hieron. Pſalterium eſt quoddam muſicum inſtr̃m in modum Δ delta literæ cõpoſitum, & ab eo muſico inſtr̃o (per quod modulatũ fuit præſens opus) nomẽ ſibi ſumpſit. Pſalterium apud Hebręos vocat̃ nebel, apud Græcos, ψαλτήριον, apud Latinos verò organũ. Multi dicunt Dauid non feciſſe oẽs pſalmos, eo q̃, quidã ex ipſis intitulantur in perſona aliorum. Sed vt dicit beatus Hier. non ſunt audiendi in hoc. Nã

B Dauid cõpoſuit oẽs pſalmos: modos ẽt appoſuit, in quo multos auxiliatores habuit, quibus præfecit quatuor: videlicet Eman, Ethan, Aſaph, & Idithun. Diuino conſilio hoc fuit factum, vt pſalmi intitularentur in perſonis aliorũ, vel pp interpretationem nominum tãtum, vel pp negotium, vel pp vtrunque. Propter interpretationem nominum tantum, vt in perſona Idithun. Propter negotium, vt in perſona Aggei & Zachariæ. Propter vtrũque, vt in perſona Salomonis. Idithun, Aſaph, filij Core & cęteri hm̃oi non fuerunt auctores pſalmorum, ſed prępoſiti artificibus, qui pſalmos perſonabant tribus modis, vel humana voce, vel muſicis inſtr̃is, vel cõiter vtroq; mõ. Et hoc dupliciter, vel poſt vocem inſtr̃o, vel poſt inſtr̃m voce: vnde nõia illorum vt honorem de miniſterio ſumerent, titulis inſeruntur maximè pro ſignificatione rerũ. Pſalmus verò eſt inſtr̃i ſonus. Canticum humanæ vocis cantus in laudem dei. Pſalmi canticum, cum poſt inſtr̃m vox. Pſalmus cantici, cum poſt vocem inſtrumentũ.

Multis modis prophetiæ gratia datur.

Caſſiodorus. Solet quæri cur præ aliis ſcripturis pſalmi in eccleſia legantur? q̃ ideo eſt, quia antiquitus apud Hebręos mos iſte in tẽplo Dei erat. Vel, quia pſalmi plus myſteriorũ quàm cæteræ ſcripturæ continent, & breuiter multa dicũt, in quibus omnis lex & prophetæ & euangelium conſtat.

Caſſiodorus. Prophetia eſt inſpiratio vel reuelatio diuina,

C quæ euentus rerum, vel per facta vel per dicta immobili veritate pronuntiat, vnde prophetia viſio, propheta videns. Multis autem modis hæc gratia data eſt. Vel per operationes hominum, vt fuit arca Noe. & ſacrificium Abrahæ, & tranſitus maris rubri. Vel per natiuitates, vt Eſau & Iacob, qui futura ſignificabant. Vel per loquentes angelos, ſicut locuti ſunt Abrahæ, Loth, & aliis. Vel per viſiones, ſicut Eſaiæ & Ezechieli, & cæteris. Vel per ſomnia, ſicut Salomoni, Ioſeph, & Danieli. Vel per nubem & vocẽ de cęlo, vt Moyſi.

1. Reg. 16. c. Matth. 22. d.

Vel adhuc aliis modis. Dauid autẽ nullo horum, ſed cęleſti aſpiratione intus edoctus, ſpiritu in eo loquente completus eſt, vt in lib. Reg. Directus eſt ſpiritus dñi in Dauid. Et dñs: Si Dauid in ſpiritu vocat eum dominũ, quomodo filius eius eſt? Spiritus autem ſanctus ſic datus eſt prophetis, vt aliquãdo pro peccatis recederet, & placatus rediret. Et ſicut Petrus ait: *Non voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Spirituſancto inſpirati locuti ſunt ſancti homines Dei.* Non ſunt autem illi à munere prophetiæ alieni, quibus data eſt facultas intelligendi vel interpretandi ſcripturas.

2. Pet. 1. d.

Chriſti multi. pſal. 104. b.

Hieron. Multa genera ſunt Chriſtorum. Patriarchæ dicti ſunt Chriſti, vt: *Nolite tangere Chriſtos meos.* In parabolis dñr Chriſti oẽs qui de Aegypto egreſſi ſunt, chriſma in Exodo fit, vñ ſacerdotes vncti. Eſt aliud vnguentũ, quo reges inungũtur: ſed hoc duobus modis, quia ſi Dauid eſt & Salomon. i. fortis manu & pacificus, vngit̃ cornu. Si Iehu & Azahel, lenticula: q. eſt vas fictile. Sed Cyrus rex Perſarũ & Medorum qui Iſrael releuauit, Chriſtus eſt, ſ. illud: *Hæc dicit dns Chriſto meo Cyro*: quod non ſatiunt ſequentia de ſaluatore accipi, vt quidã putant. Eſt vnguentum prophetale, quo propheta Helias, vt vngat Eliſeum in p[ro]phetã. Super oĩa eſt vnguentum ſpirituale, quod dr̃ oleum exultationis, quo Chriſtus

Eſa. 45. a.

3. Reg. 19. c.

ſtus vnctus eſt præ participibus, qui habent chriſma baptiſmi: Quod ſi perdat quis, non deſperet: quia de ſeparando chriſmate ſcribitur in Leuitico, quòd cum lepra alicuius fuerit mũdata, mittat ei ſacerdos oleum in manu ſiniſtra, & cętera quæ ibi dicuntur, & ipſe vocetur Chriſtus dei. Hoc autem reſtat, quòd idem homo frequenter vngitur, ne ſit occaſio ruinæ negligenti. Sufficit enim leproſo, vt poſt primũ vnguentum perditum vngatur ſecundo, ſed ille ſępe vngitur qui ſemper proficit, & de oleo leproſi venit ad vnguentum populi, inde ad ſacerdotale, de quo ad chriſma pontificis, à pontifice ad regem, à rege ad patriarchas, à patriarchis ad Chriſtum. D Leuit.

Caſſiodorus. Sicut prophetia fit diuerſis modis ita & diuerſis temporibus. Eſt igitur alia de præſenti, vt Elizabeth: *Vnde mihi hoc, vt veniat mater domini, &c.* De præterito, vt Moyſes: In principio creauit Deus cœlum & terram. De futuro, vt: Ecce virgo concipiet, &c. Luc. Gen. Eſa.

Item prophetia alia eſt ſecundum pręſcientiam Dei, quã neceſſe eſt oĩbus modis impleri, vt: *Ecce virgo concipiet, &c.* Alia ſecundum comminationem, vt: *Quadraginta dies & Niniue ſubuertetur.* Iona.

Notandum igitur quod propheta aliquando loquitur indiſcretè de futuris quaſi de præſentibus, aliquando de præteritis, aliquando etiam proprié de futuris. Quod ideo fit: quoniam omnia dictante ſpiritu ſancto dicit, cui ſunt omnia nota, ſiue præterita ſiue futura tanquam præſentia.

Remigius. Liber iſte ex centũ quinquaginta pſalmis, non ſine altioris myſterij ratione conſiſtit. Hic. n. numerus myſteriis celeberrimus. Conſtat. n. ex octogenario & ſeptuagenario, quibus ex octonario & ſeptenario principiũ & ſignificatio eſt. Octonarius. n. octauam reſurrectionem ſignificat: quia cũ ſex ſint ætates viuentiũ, ſeptima morientiũ, octaua reſurgentium erit. Per ſeptenariũ vero, huius vitæ tp̃s ſignificatur, quod ſeptẽ dierũ repetitione agitur. Rectè ergo tali pſalmorũ numero liber iſte cõpoſitus eſt, quia ſic in huius vitæ ſeptenario operari ac viuere nos docet, vt in octaua reſurrectionis ſtolã gloriæ cõſequamur. Vel ideo q̃a per octonarium nouum teſtm̃ ſignificatur. Octoadi. n. patres noui teſtamenti deſeruiunt, obſeruãtes diem octauam reſurrectionis Chriſti, id eſt, dñicam, octauas ſanctorũ, expectantes octauam reſurrectionis mortuorũ. Per ſeptenarium vero vetus teſtm̃, quia hebdoadi, id eſt, ſeptenario pàtres veteris teſti ſeruierũt, obſeruantes ſeptimum diem, ſeptimam ſeptimanam, ſeptimum annum, & quinquageſimum, qui ſeptenis annorum hebdomadibus texitur, id eſt, iubileum. vnde Salomon: *Da partes ſeptem nec non & octo.* Bene igitur hoc numero pſalmorum liber iſte editus eſt, cuius partes vtriuſque teſtamenti doctrinam & mandata continent. E Hil. Ec.

Auguſt. Item per tres quinquagenas triplex fit pſalmorũ diſtinctio, propter tres ſtatus Chriſtianæ religionis ſignificãdos. Primus pœnitentiæ, in qua & prima pſalmorũ quinquagena terminatur. ſ. Miſerere mei Deus. Secundus iuſtitię, in qua & ſecunda quinquagena. Miſericordiam & iudiciũ cantabo tibi. Tertius ſtatus vitæ æternæ, in cuius laudem tertia quinquagena finitur. ſ. Omnis ſpiritus laudet dominum. Tr...

Auguſt. Vnus eſt liber pſalmorum nõ quinque, vt in Actibus apoſtolorum legitur: *Sicuti ſcriptum eſt in libro pſalmorum.* Hieron. tamen dicit quinque libros. i. quinque diſtinctiones quæ fiunt per fiat, fiat. F A.

Ordo pſalmorum ab ordine hiſtoriæ diſcordat, quia antè peccauit Dauid cum vxore Vriæ, & de pœnitentia cecinit: Miſerere mei Deus: quàm filius eius eum perſequeretur & cecinerit. *Domine quid multiplicati.* ſed ab Eſdra propheta inſtinctu diuino ita ordinati creduntur. O

Materia eſt integer Chriſtus ſponſus & ſponſa. Intentio homines in Adam deformatos Chriſto nouo homini conformare. Modus tractandi. Quandoq; agit de Chriſto ſecundum quod caput eſt, aliquando ſecundum corpus, aliquãdo ſecundum vtrũque. Secundum caput tripliciter, quia vel ſecundum diuinitatem, vt. *Tecum principium, &c.* Aliquando ſecundum humanitatẽ, vt. *Ego dormiui, &c.* Aliq̃n per tranſſumptionem, vt quando vtitur voce membrorum, ſicut ibi. *Longe à ſalute mea, & c.* Itẽ de eccleſia tribus modis. Aliquando ſecundum perfectos, aliquando ſecundum imperfectos, aliquando ſecundum malos, qui ſunt in eccleſia corpore nõ mente, numero non merito, nomine non numine.

Pſalmus iſte primus ideo vr̃ carere titulo, quia de cõmẽdatione Chriſti principaliter loquitur, ad quem oẽs alij pſalmi pertinent, qui loquunt̃ vel de paſſione, vel de reſurrectione, vel de mẽbris ipſius, quare videtur eſſe quaſi titulus aliorum. Vel ſecundum Hier. ne titulus præſcriptus libri caput, & initiũ videret̃, vel quia iſte pſal. eſt quaſi prologus & titulus ſequẽtis operis, vel quia Eſdras non ſuit auſus titulũ ponere.

A nere. videns in ſequenti Dauid in perſona Chriſti hunc pſalmum caput libri appellaſſe.

Hier. In hoc pſalmo loquitur propheta, cõſiderans deſtructionem generis humani quę contigit per Adã, & ex oppoſito præuidens prophetico ſpiritu reparationẽ per Chriſtũ futuram, & vt contraria contrariis curantur, vult eũ oĩno reddere oppoſitũ & diſſimilẽ priori Adã, quia ſicut ille deſtruxiſſe dr̃ humanum genus per ſuperbiã & inobeditẽiam, eodem modo Chriſtus per humilem obedientiã ſuam reduxit qđ deſtructũ fuerat culpa primi parentis ad vitã. Et pro hac conſideratione prorumpit in laudem illius, dicẽs: *Beatus vir qui non abijt, &c.* In hoc primo verſu notant̃ tres mortes aĩæ, per tres mortuos à Chriſto reſuſcitatos deſignatæ. per filiã Archiſynagogi reſuſcitatam in domo patris, deſignatur illa mors quam per delectationem & conſenſum patimur tantũ in interiori. Per filiũ viduæ extra portam reſuſcitatum exprimitur illa mors quam patitur homo, dum ducitur in operationem per prauam delectationem & conſenſum. Per Lazarum iam fœtentem & quatriduanum, deſignatur illa quę procedit ex cõſuetudine prauæ operationis, qua præbemus nos aliis exemplum peccandi, & corrũpimus alios ſicut aer corrumpitur fętore cadaueris. Rogãtibus diſcipulis dñm vt quartum ſuſcitaret mortuum, dixiſſe fertur: *Dimittite mortuos ſepelire mortuos ſuos.* Hi ſunt impęnitentes & in pc̃tis ſepulti.

Propheta humani generis reparationem per Chriſtum futuram conſiderans, hic quaſi ad conſolationem ſpiritu edoctus, quaſi viam qua liberari poſſit, ꝓponit. Primus pſalmus bipertitus de beato viro & de vltionibus iniquorum. Statim per beatitudinem blãditur, per vltionem iniquos terret aduerſis, ibi: *Non ſic impij non ſic, &c.*

⁂ Athan. Hic pſalmorum liber tametſi ſolius habeat Dauidis inſcriptionem, multorum tamen aliorum quoque in illo ſunt pſalmi, vtpote Aſaph, Idithum, filiorum Chore, Aggæi, Zachariæ, & Aethan Iſraelitæ, ſunt etiam nonnulli qui communiter ab omnibus ſimul ſunt dicti, quotquot videlicet Alleluya habent.

⁂ Hilarius. Sunt plures eorum pſalmorum ſcriptores. Nam aliquibus Dauid author præſcribitur, in aliquibus Salomon, in aliquibus Aſaph, in aliquibus Idithum, in aliquibus filiorum Chore, in aliquo Moyſi eſt inſcriptio.

⁂ Hieron. Sciamus errare eos qui omnes pſalmos Dauid arbitrantur, & nõ eorum quorum nominibus inſcripti ſunt. Rabbi Salomon. Talmudici inter 10. auctores pſalmorum Adam reponũt ſcriptorem. 92. qui pſalmus Cantici in diem ſabbati inſcribitur. Talmud tractatu. Baba bathra cap. 1. Sũt 10. pſalmiſtæ, Melchiſedec, Abraham, Moſes, filij Chore, Dauid, Salomon, Aſaph, Idithum, Aethan.

⁂ Auguſt. Non omnes pſalmi à Dauid editi ſunt, Ipſe enim ex omni populo quatuor à Spiritu ſancto mundatos elegit. Aſaph, Eman, Ethan, & Idithum, vt in quemcunque diuinus ſpiritus intraſſet, hymnum Deo caneret. Dauid autem ſolus nouem proprio ore cecinit.

⁂ Theodoretus. Vincat plurium ſententia, plures enim ſcriptores omnes Dauidis aſſerunt eſſe.

⁂ Chryſ. Nonnulli cum rem non attendiſſent, nec ab ijs qui ſciebant hãc diſcere voluiſſent, nec omnes pſalmos Dauidis pronunciarunt, nec interea dixerunt vbinam vel Dominus, vel Apoſtolus aliquis in vllo pſalmo alterius quam Dauid meminerit.

⁂ Aug. Mihi credibilius videt̃ exiſtimare qui omnes illos 150. pſalmos Dauidis operi tribuunt, cumq; aliquos pręnotaſſe etiam nominibus aliorum, aliquid quod ad rẽ pertineat, figurantibus. nec mouere debent nonnullorũ nomina prophetarum qui longe poſt Dauid vixerunt, pſalmis inſcripta, cũ exoriturus Ioſias, & regnaturus poſt annos amplius quam trecentos cuidam prophetæ ex nomine ſit reuelatus.

⁂ Athan. Eſdras omnes hoſce pſalmos à quibuſcunque dictos vno complexus eſt libro, qui quidem, quaſi communes ſint pſalmi omnium quos cõtinet, pſalmorum liber vocatur, ſoli vero Dauidi inſcribitur, propterea quod ille primus ſpiritum pſallendi à Deo accepit, primuſque pſalmos compoſuit & ſcripſit, & prædictos pſalmiſtas ex ſacerdotibus ſelegit ac inſtituit.

⁂ Theodoretus. Quinquaginta annos ante Ptolemaicam interpretationem Eſdras edidit in lucem libros ſacros cum propter incuriam Iudæorum, tum ob impietatem Babyloniorum deprauatos.

⁂ Hilarius. Sunt aũt vniuerſi allegoricis & typicis cõtexti virtutibus, per quas omnia vnigeniti filij Dei in corpore gignendi & patiendi, moriendi, & reſurgendi ſacramẽta pandunt̃, nec niſi per fidẽ aduentus eius pñt intelligi dicẽte D. Ioanne in Apocalypſi. Hæc dicit ſanctus qui hẽt claues Dauid, qui aperit & nemo claudet, quia ipſe aperit quæ Dauid in pſalmis prophetat. D

⁂ Chryſt. Vniuerſum pſalmorum argumentum diuiditur in morale, & quod ad dogmata pertinet. Morale, aut ſingulorum, aut Iudæorum: aut illos qui caſu & fortuito omnia fieri arbitrantur: alij ſunt Babylonij, Machabęi, aut omnium Iudęorum: quidam de pręteritis, alij de pręſentibus, nonnulli de futuris ſcripti ſunt.

⁂ Hilarius. Aliqui Hebręorum eos in quinque libros diuiſos volunt eſſe, vt ſit primus liber ad 40. pſalmum: ſecundus, ad 71. tertius, ad 88. quartus, ad 105. quintus, ad 150. ob quod omnes habent in fine. Amen, amen. i. Fiat, fiat. Forma.

⁂ Chryſt. Pſalmi 150. in honorem ſanctę & viuificę trinitatis, & quia numerus 50. eſt in honore apud Hebręos. Multos etiam alios pſalmos fecit Dauid, ſicut dicunt.

⁂ Athan. Pſalmum 151. extra numerum ſcripſit, cũ Goliam ſtrauiſſet. (Citato teſtimonio libri paralipomenon Dauidem ait 3000. pſalmos edidiſſe, ex quibus amici Ezechię 150. ſelegerunt, reliquos abſconderunt.) Perſia.

⁂ Cyrillus. Solus Iulianus odio pietãtis poeſim eſſe apud Hebręos inficiatus eſt. Rabbi Moſe Habib. Carmina veterũ ſacra, ſunt, vt in pſalmis, diſticha. Alia menſurant̃ certo ſyllabarum numero, ita vt prior verſus modo ſit longior, modo breuior. Alia menſura cõſtant æquali, niſi quod verſus differunt numero ſyllabarũ, non temporũ. Nam illud diſcrimen ſupplent per aurium conſonãtiã, & gutturalium motiones, aut abſorbent inæqualitatem vocis lenocinio & melodia. 7. in Iulianum. E

⁂ Hilar. Non eſt ignorandũ diſcretum apud Hebręos eſſe numerũ pſalmorũ, ſed ſine ordinis annotatione eſſe cõſcriptos, permixtos ſine ꝑſcriptione ordinis & numeri. Eſdras em̃ diſperſos in vnũ volumen collegit, ſeptuaginta ſeniores eorũ vim cęleſti ſcientia intelligẽtes, in numerum & ordinẽ eos redegerunt, ſingulis quibuſq; numeris pro efficiẽtia ſua & abſolutione perfectis, perfectorum & efficientiũ pſalmorum ordinẽ deputantes. Pſalmus. n. tertius quinquageſimo ſecundũ hiſtoriã poſterior eſt, & quinquageſimus quinquageſimo primo: ſed ſecundũ iubilæi præformationẽ, remiſſioni peccatorũ quinquageſimus numerus debebatur, & impęnitentiæ quinquageſimus primus numerũ pœnitentiæ excedens. Perfectio autẽ numeri ex ſuperſcriptione pſalmorum & dictorũ intelligentia habetur. Sunt aũt ſuperſcriptionum tituli diuerſi. Nam pręter eos qui auctorũ ſuorũ nominibus, aut cauſarũ vel temporũ ſignificationibus prænotant̃, ſunt alij quib⁹ eſt titulus. In finẽ, alij quibus pſalmus Cantici, aut Canticũ pſalmorũ. Pſalmi in finem ſunt de perfectis bonorum æternorum doctrinis. Pſalmus eſt cum ceſſante voce pulſus organi concinentis auditur. Canticum, cum chorus hymno canoræ tantum vocis exultat. Canticum pſalmi cũ organo præcinente vox æmula ſequitur. Pſalmus Cantici cum choro ante canenti ars organi aptatur. Pſalmus per organi corporei motum in commemoratione geſtorum eſt. Canticũ per ſapientiæ cognitionẽ habet in ſe doctrinæ ſciẽtiam. Canticum pſalmi cũ præeunte geſtorũ merito cognitio præſtatur. Pſalmus cantici cum per adeptæ ſcientiæ cognitionem fideliũ geſtorũ opus inchoatur. Qui ſine inſcriptione ſunt ad generalẽ ſcientiam fuerunt cantati, vt vnuſquiſque ex ijs ſecundum fidei ſuæ ſinceritatem rõnem ſpiritualis intelligẽriæ expeteret. Diapſalma ſiue intermiſſa cantilena aũt eſt quid in plurimis pſalmis interiectũ, demutationem indicans ſenſus, ſub conuerſione modi muſici, qui modus muſicus in trãſlatione nõ potuit obſeruari. Diapſalma. Ordo. Theodoretus. Tituli. Pſalmus. Canticum. F Dia pſalma.

⁂ Theodoretus. Aquila, ſemp, eſt interpretatus. Caldęus, in ſecula. Auen Eſdra, amen, ſic, ita Rabbi Dauid, putat vocem, Sela, pro qua 70. diapſalma, nullum habere ſenſum ſed ornatus, aut harmoniæ cauſa adhiberi. Clauis autem pſalmi & introitus ad intelligentiam deſumitur ſæpe ex perſona eius in quem, aut ad quem ea quæ dicta ſunt referuntur. Theodoretus.

⁂ Chryſt. Precatio eſt conceptio pro aliquo conducibili, Hymnus pro bonis quæ ad ſunt, laus commendatio diuinorum miraculorũ. Alleluya. Laudate eum qui eſt, ſiue Deũ, vel ſic etiam, Al venit. El, Deus. Via ipſum glorificate.

⁂ Hier. Quinque pſalmi alphabeto deſcripti. Rabbi Dauid Kimch. poetis Hebræis mos eſt memoriæ cauſa iuxta ſeriem alphabeti illuſtriora argumenta deſcribere. Ad Paulam vrbi.

⁂ Chryſt. Pſalterium muſici inſtrumentum. Hebræis Nabal dicitur. Hierony. Iubal inuentum latinè dicitur, laudatorium organum. Hilarius in formam dominici corporis conſtitutum. Auguſt. ſonos de ſuperioribus habere fertur.

⁂ Athanaſius. Eo vtebantur filij Idithun. Filij Core cymbalo æneo Mathæas & Ozam filius Eman cytharis, ſacerdotes tubis. Ambr. & Auguſt. ad delectationem ſpiritus omnis ætatis excogitatum eſt. Finis.

PRO-

A

# PROLOGVS S. HIERONYMI
## Presbyteri in Pſalterium.

B *PSalterium Romę dudum poſitus emendaram, & iuxta ſeptuaginta interpretes, licet curſim, magna tamen ex parte correxeram. Quod quia rurſum videtis, ò Paula, & Euſtochium, ſcriptorum vitio deprauatum, plus q̃, antiquum errorem, quàm nouam emendationem valere, * cogitis, vt veluti quodam nouali ſciſſum iam aruum exerceam, & obliquis ſulcis renaſcentes ſpinas eradicem, ęquum eſſe dicentes, vt quod crebrò malè pullulat, crebrius ſuccidatur. Vnde conſueta pręfatione commoneo, tam vos, quibus fortè labor iſte deſudat, quàm eos, qui exemplaria iſtiuſmodi habere voluerint, vt quę diligenter emendaui, cum cura & diligentia tranſcribantur.* C *Notet ſibi vnuſquiſque, vel iacentem lineam, vel radiantia ſigna, id eſt, vel obelos, vel aſteriſcos, & vbicunq; viderit virgulam præcedentem, ab ea vſque ad duo puncta, quę impreſſimus, ſciat in ſeptuaginta translatoribus plus haberi. Vbi autem ſtellę ſimilitudinem perſpexerit, de Hebræis voluminibus additum nouerit ęquè vſque ad duo puncta, iuxta Theodotionis duntaxat editionem, qui ſimplicitate ſermonis à ſeptuaginta interpretibus non diſcordat. Hęc ergo, & vobis, & ſtudioſo cuique feciſſe me ſciens, non ambigo multos fore, qui vel inuidia, vel ſupercilio malint contemnere videri præclara, quam diſcere, & de turbulento magis riuo, quàm de puriſſimo fonte potare.* D

*me

## GLOSSA ORDINARIA PSALMVS I.

a B*Eatus vir.* ⁂ Hilarius. Specioſiſſimum hoc,& digniſſimum incipiendorum Pſalmorum S. Spiritus ſumpſit exordium, vt humanam īfirmitatem per ſpem beatitudinis ad innocentis religionis ſtudiū adhortaretur, vt ſacramentum Dei corporali doceret, vt cō munionem glorię cęleſtis polliceretur, vt pęnam iudicij denunciaret, vt differentiam reſurrectionis oſtenderet, vt prouidentiam Dei in retributione monſtraret.

⁂ Euthimius & Nicephor. Menachus, blemmida. Primus Pſalmus apud Hebræos & cæteros ſine titulo eſt moralis & dogmaticus: nam admonet vt diuinis inſiſtamus eloquiis & impiorum ſupplicia continet.

Auguſti. Hic oſtenditúr immunis ab omni peccato.

⁂ Arnobius. Vnde ſcit beatitudinem perijſſe, inde recuperat. Adam in conſilio mulieris & ſerpentis abijt. Noſter conſenſus non eat in cōſilium carnis & diaboli.

⁂ Euthim. Beatus eſt ſolus Deus Apoſtolo, ſed hāc appellationem, vt Deus, nobis indulſit.

⁂ Theodoret. Aptiſſimè ſuum filium & dominum imitatus eſt qui à beatitudine exorſus eſt doctrinam ſuam dicens Beati pauperes ſpiritu.

⁂ Euſeb. Cæſar. Hic ob paucitatem eorum qui rectè vixerent beatum virum dixit. at Saluator plures beatos efficiens beatos plurali numero nunciat. Hebræus beatitudines, Chaldæus bonitas. D

⁂ Baſilius. Fœminas ab hac beatitudine non excludit. Nam vna virtus viri & fœminæ eſt, quando par vtrique creatio, honorque ſimilis Gen. 1. cum dictum eſt maſculum & fœminam creauit eos.

⁂ Theodorus. Sermo cum viris comprehendit fęminas, quia vir caput eſt mulieris. 1. Cor. 12.

b *Abijt in con.* Auguſt. *Ordo.* abijt Adam cum à Deo receſſit. Stetit, cum delectatus eſt peccato. Sedit, cum in ſuperbia cōfirmatus redire non potuit, niſi per iſtum liberatus qui nil horum habuit.

## LIBER PSALMORVM.

### Pſalmus I.

a Cui ſuccedunt omnia optata. b Contra proſpera & aduerſa firmus. c A Deo in regionum diſſimilitudine, quamuis impij hoc molirentur, quod laudabilius.

¶ Cogitatione. ¶ conſenſu.

a b †B[a]Eatus vir qui non[b] † ab-

¶ Poſitus. ¶ Vt Adam qui vxori conſenſit à diabolo deceptæ.

ijt in co[a]nſilio impiorũ,

Auguſtin. Abiit Adam cum perſuaſioni diaboli conſenſit. Stetit, dum pomum comedit: ſedit, dum ſe excuſauit: mulier quam dediſti mihi me ſeduxit. Ad ſimilitudinem exulātium, qui dum ſunt in via facilius reuocantur, dum iam ſtant difficilius: demū difficillimè, dum ibi magiſtri & dñi effecti ſunt. Gene. 3. c. E

Remi. Peccatur cogitatione actu & verbis docendo.

Caſſiador. Impius in Deum, peccator in ſe, peſtilens in proximum. †ambulauit.

⁂ Baſil. dixit qui non abijt, non, qui non obiit, quia ante obitum incertum nemo fęlix.

⁂ Theodor. Impij ſunt qui nullum Deū, vel multiplices colūt: pctōres qui iniquitati aſſueſcere elegerunt, & vitā corruptam F

## NICOLAVS DE LYRA. PSALMVS I.

B*Eatus vir.* Quamuis beatus Auguſt. dicat ipſum Dauid fuiſſe auctorem omnium Pſalmorum, tamen Hieron. qui diligentius ſtuduit circa textum ſacræ ſcripturæ, propter quod in hoc eſt magis ſibi aſſentiendum, dicit contrarium. In prologo enim ſuper Pſalterium nominat decem auctores pſalmorum ſcilicet Dauid, Moyſen, Salomonem, tres filios Core, Aſaph, Ethā, Hemā, & Idithun: Præter etiam iſtos dicit, quòd plures Pſal. facti ſunt ab alijs ſanctis prophetis, quorum nomina ignorantur, vnde & aliqui Pſal. ſunt ſine titulo, & aliqui habentes titulū non exprimunt nomina auctorum, vt videbitur infr. proſequendo. Similiter Ra. Sa. ſuper princip. lib. Pſal. nominat 10. auctores ipſorum, ſcilicet, Melchiſedec, Abraham, Moyſen, Dauid, Salomonem & Aſaph, tres filios Core, & Idithun: & ſic in aliquo differt à Hieron. quia ponit Abraham & Melchiſedec inter auctores Pſal. & omittit Hemā & Ethā. Quid tñ videatur verius, videbitur in locis ſuis proſequendo. Videretur ergo forſitan alicui, quòd ſecundum auctores pſalmorum liber iſte poſſet diuidi: ſed hoc non poteſt conuenienter fieri, quia pſal. vnius auctoris non ponunť ſegregatim ad vnā partem, quia inter pſal. Dauid ponuntur plures de pſal. aliorum, & inter pſal. aliorum à Dauid ponunť aliqui pſal. ipſius Dauid, vt videbitur. Itē poſt pſal. 71. in cuius fine ponitť in Hebræo, expliciunt pſal. Dauid filij Iſai. ponuntur plures pſal. ab ipſo Dauid in titulati tanquam ab auctore. Ratio aūt huius eſt: quia ſm quod dicit Hiero. in prologo ſuper pſal. à diuerſis auctoribus cōpoſiti, poſtea per longum tp̄s fuerunt in vno li. collecti, & ſicut inueniebantur ſic ſcribantur: pp q, aliqui pſal. prius facti poſterius ſunt ſcripti, quia tardius fuerunt inuenti. Et eodē mō de auctoribus, quia oēs pſal. vnius auctoris nō fuerunt ſimul inuenti, nec immediatè vnus poſt alium, ſed in medio fuerunt inuenti aliqui pſal. aliorum doctorum. pp quod liber iſte non poteſt diuidi ſm ordinem auctorum nec ēt temporum, vt patet ex dictis: nec ēt materiarum, quia in diuerſis pſal. & diuerſorum auctorum & diſtāter ſcriptis eadem materia frequenter tangitur, & econuerſo aliquando in eodem pſal. de diuerſis materijs agitur. propter quod non video bene qualiter artificioſè poſſet diuidi liber iſte niſi in quodam generali: quia primo ponitur præfatio, ſecundò executio, & tertiò principaliter intenta concluſio. Secunda pars incipit in principio ſecundi pſal. tertia in princ. 155. *Lauda anima mea dominum.* Huius enim libri intentio eſt diuina laudatio. Circa primum ſciendum, quod hic pſal. eſt ſine titulo in Hebræo, & hoc idem dicit Hiero. in prologo ſuper pſal. propter quod ſi in aliquibus libris inueniatur ſcriptum *Pſal. Dauid*: non videtur eſſe verum, ſed magis ab aliquo neſcio quo, pro ſua voluntate appoſitum: ſed magis videtur iſte pſal. eſſe compoſitus ab illo qui pſal. collegit, & in hoc lib. redegit, qui ſecundum cōmunem opinionem vt magis veriſimilē, creditur fuiſſe Eſdras, vt ſupra dictum eſt, & ſuæ collectioni hunc pſal. præpoſuit per modū cuiuſdam prologi, qui tñ verè dr̃ pſal. alijs cōpaginatus, ſm quod hr̃ Act. 13. c. vbi dr̃: *ſicut ſcriptum eſt pſal. 2. Filius meus es tu, ego hodie genui te:* quod habetur pſal. ſeq. qui non poſſet verè ſecundus dici niſi iſte eſſet primus, & merito inter pſalm. computatur, quia Eſdras ſpiritum propheticum habuit, & eius liber inter ſcripturas canonicas ponitur. Igitur in hoc pſal. qui per modum præfationis ponitur, Eſdras inducit ad ſtudium ſacræ ſcripturæ, quæ in hoc lib. continetur per modum laudis diuinæ. & hoc facit dupliciter. primo excludendo a fidelibus doctrinam peruerſam. ſecundo concludendo in eis doctrinam catholicam & ſanam, ibi. *Sed in lege.* Circa primum ſciendum, quod in doctrina peruerſa hic eſt proceſſus: quia primo ad eam audiendam aliquis ab infidelibus inducitur, & hoc excluditur dicens.

Diuiſio libri.

Proceſſus peruerſæ doctrinæ triplicem habet gradū.

1 *Beatus vir.* i. infidelium. Sicut. n. pietas propriè reſpicit cultum legis diuinæ, ita impietas per oppoſitū ſtudium doctrinæ peruerſæ: ille aūt qui ſe elongat ab ea, dr̃ beatus beatitudine cęleſti, nō in re ſed i ſpe, ſicut dicit Philoſophus 1. Eth. q, pueros beatificamus, quamuis non ſint adhuc capaces felicitatis politicæ, ſed quia ad hoc ſunt diſpoſiti per conditionem indolis bonæ. Secundo in doctrina peruerſa aliquis per frequentē auditum habituatur, & hoc excluditur cum dicit.

1 Et in

## MORALITER.

1 *Beatus vir.* Sicut dixi plenius in expoſitione literali, pſa. iſte prologus eſt huius libri, factus ab eo qui pſal. à diuerſis cōpoſitos in hoc volumine congregauit, qui fuiſſe crediť Eſdras ſcriba, qui ēt legem reparauit. In hoc aūt pſalmo inducit ad ſtudium ſacræ ſcripturæ. Quod quidē ſtudium diſcipulo cōuenit vt addiſcat, & magiſtro vt doceat. Chriſtus autē huius ſcripturæ principalis eſt magiſter, Mat. 23. a. *Vnus eſt magiſter veſter Chriſtus.* Et ſic de ipſo poteſt exponi allegoricè pſalm. iſte: Fuit enim Chriſtus ab inſtanti conceptionis vir perfectus in virtutibus & ſcientijs. Fuit etiam beatus beatitudine claræ viſionis & perfectæ fruitionis, propter quod de ipſo bene dicitur: *Beatus vir.* ſimiliter, *qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.* 1. Pet. 2. ideo bene ſubditur.

Allegoricè de Chriſto.

† *Qui non abiit, &c.* quantum ad malum conſenſum.

*Et in*

ruptam amant, peſtilentiæ qui alios corrumpunt. Rabbi.
A Auen Azra, & Dauid. Reſchaim inſatiabiles, cupidi. deriſores. Rabbi Dauid, fraudulenti.

I Pi. de ſpecta. & grada. Martiamem.

✻ Tertul. de Ioſeph. Pſal. intelligi poteſt qui dominum ſepeliuit, & de his, qui ad ſpectacula gentiū non conueniunt nam etſi iuſtum illum videtur prædicaſſe, quod in concilio in conſeſſu Iudæorum de Deo negando con ſultantium non communicauit, latè tamen ſemper diuina ſcriptura diuiditur, vbicunque ſecundum operationem præſentis rei ſenſum etiam diſciplina munitur, vt hic quoque non ſit aliena vox à ſpectaculorum interdictione. Nam apud ſpectacula & in via ſtatur. Vias enim vocant cardines balteorum per ambitium diſcrimina popularium per procliuium. Cathedra nominatur ipſe in anfractu ad conſeſſum ſitus.

† ſuper riuos vel ripas ſiue diuiſiones.

a ¶ In mundo. In praua operatione quæ eſt via ad mortem. b Quia natus inter peccatores, ſed non tenuit cum illecebra ſeculi, id eſt noluit terrenum regnum. c Opere. d Peſtilentia eſt morbus qui fere omnes inuadit, & amore dominandi vix caret aliquis. vel cathed. eſt pernitioſa doctrina quæ vt cancer ſerpit.

a & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra † peſtilen- 1

a ¶ Docendo. Conſuetudine. b Quia in voluntate, non ſub. quaſi ex triſtitia vel timore. c Non literis ſed ſanctitate propoſiti. 2

b tiæ non ſedit. Sed in lege domini † voluntas eius, & in lege 3

c d a Proſperis & auerſis. Vel aſſiduæ. Non ad horam. b Ad ſimilitudinem, uel homo fiet ſecundū operationē ſpiritusſancti, uel vnitus ſapientiæ, uel in ſimilitudinē carnis peccati. c Vere: ſimilitudinem cum ueritatis expreſsione. d Chriſtus uiridior cæteris. e Per quod ad eum accedere poſſumus. 4

e eius meditabitur die ac nocte. Et erit tanquā † lignum quod 5

f a Secundum ſapientiam quæ hominem ſuſcepit, uel ſecundum ſpiritumſanctum, uel ſecundum fluxus populorum. b Vitam æternam. Eccleſias conſtituet.

g plantatum eſt † ſecus decurſus aquarum, quod fructum †

h a Poſt reſurrectionem & aſcenſionem miſſo ſpiritu. Tempore plenitudinis non eſt datus ſpiritus, quia nondum glorificatus eſt Chriſtus. Cum exaltatus fuero a terra, oīa traham ad me ipſum, b Id eſt, uerbum eius non erit irritum, cum celum & terra tranſibunt. c Sed ducet ad uitam.

i k ſuum dabit in tempore ſuo. Et folium eius non defluet, 6

B a *In cathedra.* dans exemplum peccandi.

Caſſia. thronus regum, tribunal iudicum, cathedra propriè doctorum.

Caſſia. quaſi ita ait: Vos qui cecidiſtis per primum Adam, conformamini huic ſecundo, quia beatus primo cōtrarius.

b *Sed in lege.* Aug. Caſ. Hic plenus omni bono in ſe.

Aug. Nō eſt laus perfecta fugere vituperāda, niſi ſequant̃ laudāda. Quo ordine creuerunt in primo, remouent̃ à ſcdo.

c *In lege.* Qui eſt in lege ſecundum legem agit, qui ſub lege ſecundum legem agitur. Ille liber, iſte ſeruus.

Auguſt. Ambr. Aliud eſt lex quæ ſcribitur ſeruienti, aliud quæ mente conſpicitur ab eo, qui non indiget literis.

✻ Euſeb. Caſ. lex non vmbratilis diuina verba in ipſa latentia, quæ natura ante legem ſcriptam patres obſeruarunt ſermo euangelicus.

✻ Chryſt. lex eſt Chriſtus qui in ſe fert patris conſilia.

d *Voluntas.* Caſ. vt non ſit tædium laboris, nec otioſa, ſed meditabitur ſemper. Voluntas ſenſus eſt ſub lege: Rationis in lege: diuinitatis ſupra legem.

ad Valent.

✻ D. Auguſt. Hic eſt liberum arbitrium humanæ voluntatis, cum de beato dicitur. Et in lege domini voluntas eius.

e *Et erit.* Caſ. Hic vtilis nobis dans fructum vitæ, & folia & obumbrans, *Beatus vir.* Sed in lege. Et erit. Plena definitio beati viri. Hęc omnia non omni beato viro, ſed ſoli Chriſto

C conueniunt.

f *Tanquam.* Caſ. Secundum ſimilitudinem ligni vitę quod eſt in paradiſo, vnde obediens homo comederet.

D ✻ Orig. lignum ſapientia eſt iuxta Salomonem, lignum vitæ oībus qui amplexantur illā. Aquila legit. Quod eſt tráſplantatum in diuiſionibus aquarum, aut aīa ſaluatoris hinc in paradiſum tranſplātata, vnde latroni dictum, Hodie mecum eris in paradiſo.

✻ Athan. tempus illius, futurum ſeculum.

✻ Theodor. aquarum irrigationem flumina ſanctorum imitantur.

✻ Dama. quemadmodum arbor plantata ſecus decurſus aquarum, ſic anima diuina ſcriptura irrigata impinguatur & fructum affert fidem ortodoxam, & ſcientiæ virentibus folijs decoratur actionibus Deo placentibus.

✻ Ephr. aquæ ſunt piis lachrimæ.

✻ Chryſt. Hoc lignum ſponſa deſiderans dicit in Cantico. Dixi aſcendam in palmam, & tenebo ramos eius, palmā ipſum vocās propter carnis turpitudinem infra, felicitatem autem diuinitatis ſupra.

✻ Caſſiodor. Chriſtus Dominus propter crucem ligno comparatur.

g *Lignum.* In paradiſo eſt lignum vitæ, lignum ad vitam, & lignum ſcientiæ boni & mali.

h *Aquarum.* Auguſt. Aquæ ſpiritusſanctus, ſecundum illud: Qui crediderit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, & eſt contra æſtus vitiorum.

Caſ. Vel per aquam ſapientia Dei, qua reficitur interior homo, vt ſitis aqua.

Auguſt. Vel mortale genus, vt Ioan. Aquę multę populi multi, quia defluunt in mortem, vt aquę in mare.

i *Dabit.* Auguſt. Dare pertinet ad rationalem ſenſum, & ad offerentis voluntatem.

k *Et folium.* Auguſt. Sicut folia fructus tegunt, ita verba domini promiſſiones ſuas cuſtodiunt.

✻ Origen. folia verba ſunt.

✻ Euſeb. Negotia quę hominum, vſu exercentur.

✻ Didym. quę oīa diligentibus Deū cooperātur in bonū.

✻ Cyrillus. ante Chriſtum difficilis, nunc via facilis quę ducit ad virtutem.

✻ Iſychius. Vni Chriſti perſonę hoc quadrat.

Hila.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et in via. *Per ſtationem enim quæ immobilitatem importat habitus doctrinæ peruerſæ ſignificatur, quia habitus eſt de difficili mobilis. Tertio habituatus in doctrina peruerſa, doctor, aliorum efficitur ad ſui & aliorum caſum miſerum, & hoc excluditur cum dicitur.*

2 Et in cathedra. *In Hebræ. habetur,* & in cathedra deriſorum non ſedit. *peruerſæ enim doctrinæ doctores ſecundum veritatem ſunt deriſores, quia errores docent ſub ſpecie veritatis.*

Diuiſio.

3 Sed in lege. *Hic conſequenter concludit quòd in fidelibus debet eſſe exercitium ſacræ ſcripturæ, & primò oſtendit huiuſmodi exercitium, & ſecundò exercitij præmium, ibi.* Et folium eius, &c. *Circa primum ſciendum, quòd ſicut in progreſſu peruerſæ doctrinæ triplex eſt gradus (vt prædictum eſt) ſic eſt in progreſſu ſanæ doctrinæ. Primus eſt intenta auditio & deuota, quod notatur cum dicitur.* Sed in lege, &c. *Secundus eſt habituatio firma, ideo ſubditur.*

4 Et in lege. *per frequentem enim meditationem habitus ſcientia generatur & firmatur. Tertius eſt aliorum inſtructio proficua ex habitu procedens: & hoc notatur cum ſubditur.*

5 Et erit. *Diſcipulus.n. audiens deuotè & intentè, accipit fructū ſacræ ſcripturæ à doctore, ſed qñ habituatus incipit docere, tunc dat huiuſmodi fructum alijs tpe ſuę doctrinæ. Comparatur aũt meritò talis doctor ligno ſecus decurſus aquarum plantato: quia fidelibus doctoribus eccleſiæ adſunt fluenta diuinæ gratiæ, & tandem gloriæ, ſecundum q̃ dicitur Eccleſ. 24. c.* Qui eluci. me, vitam æter. habe. *Sancti enim docto. ſunt ſacræ ſcripturæ, quæ vera ſapientia eſt, elucidatores.*

6 Et folium. *Hic conſequenter ponitur p̄dicti exercitij præmiū, & primo oſtendit qualiter fidelibus cōceditur, ſecundo qualiter peruerſis doctoribus denegatur, ibi:* Non ſic impij. *Circa prim dicitur.* Et fo. *Fluxus enim foliorum eſt ſignum mortificationis arborum, ſed viror & permanentia eorum, eſt ſignum euidens vitæ ipſorum. Vita autem ſpiritualis in præſenti habetur per gratiam vſque ad finem continuatā, & quantum ad hoc dicitur:* Et fo. *id eſt, doctor fidelis à gratia & charitate non decidet, quia in præmium ſui laboris conceditur ei in præſenti continuatio gratiæ, & adeptio gloriæ in futuro, vnde ſubditur.*

1 Et

## MORALITER.

1 *Et in via, &c.* quantum ad malum actum.

2 *Et in ca. &c.* quia malam doctrinam Phariſęorum non approbauit, ſed reprobauit vt dicitur, Matthę. 15. a. *Irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram.*

3 *Sed in lege, &c.* Non ad diſcendum, cum eam perfectè ſciuerit ab inſtanti ſuę cōceptionis vt dictum eſt, ſed ad operandum & docendum. Act. 1. a. *Cœpit Ieſus facere & docere.*

4 Et

5 *Et erit tanquam li. &c.* Nam in Chriſto fuerunt omnium fluenta gratiarum. Io. 1. b. *Vidimus enim quaſi vnigenitum à patre, plenum gratiæ & veritatis.*

† *Quod fru. ſu.* Nam in tempore præſenti dat fructum gratię, & fructum glorię tribuet in futuro.

6 *Et folium.* in ſcriptura per folia ſignificantur aliqñ verba quę in Chriſto non fuerūt defluentia ſed ſtabilia. Mat. 24. c. *Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tran.*

1 Non

a ¶Ideſt fructus,& folia facta.& dicta. ¶ Quia, & ſi morietur,tamen omnia quæcunque faciet &c. quia,& mors eius eſt ſalus mundi. b ¶Circa caſum Adæ. ¶ Sibi,& membris. c ¶Sed. ¶Quia nihil horum poterunt aſſequi.

a & omnia quæcunque faciet proſperabuntur. Non ſic impij, 1 2
b a ¶Caſ.immobilis firmitas ex repetitione. b ¶Cedunt ſuggeſtionibus , quia ſunt ſine humore gratiæ Dei. c ¶Qui prius conglutinatus in Adam ante peccatum oleo manante à capite Chriſto,nunc autem arefactus. eſt. d ¶Ad ſimilitudinem. ¶Ideſt ſuperbia,quia inflat,& petit alta .

c non ſic , ſed tanquam † puluis quem proiicit ventus à facie 3
a ¶Quia ventus proijcit.bene dicit eis tolli,quod ſuperbi ambiunt, ideſt vt iudicent , quod planius reperitur,neque pec.in con.&c. b ¶Non reſurgunt in fide à peccatis. c ¶ Penitus infideles . ¶ Vel impii ſunt , qui cum reſurgent non iudicabuntur , quia iam iudicati peccatores , qui non in concilio,ut iudicent,ſed iudicabuntur.

d terræ. Ideo non†reſurgent impii in iudicio, neque peccato- 4 5
e a ¶Falſi fideles. b Non reſurgunt , cum ſanctis , quia Deus diligit opera iuſtorum,non impiorum. c Vt ſuam,& approbat.

rès in† concilio iuſtorum. Quoniam nouit dominus viam iu- 6
f a Pro non nouit,ſed planius dicitur,quia hoc eſt neſciri,quod perire , & ſciri manere,& eſſe .
g ſtorum,& iter impiorum peribit. 7

A ⁂Hilar. vitę arbor eſt in baptiſmo, vndique fructum prędicationis venientibus ſubminiſtrans. Hieron. Iudæi de Ioſia pſalmum interpretantur, melius de Chriſto.

⁂Aretas. folium, Virtus inſita,& Naturalis.

⁂Euthim. humilitas viri viſit,& ſpes. Caſſio. 1. ſermo ipſi⁹ nullo caſu à veritate diſcedet: đ quo folio in apocalipſ. folia arboris vitę ſunt ad ſanitatem gentium deputata. Rabbi Dauid famam, quam alet poſteritas folium interpretatur .

⁂Auen. Eſra. ſapiẽtiam ſemper virentẽ Hebręi legunt, & ꝙ cunque faciet proſperabitur .

a *Et omnia.* Aug. qđ per ſingula.

b *Non ſic.* Hic de vltione iniquorum aduerſos terret, horum formido gratiora facit præmiſſa .

c *A facie terræ.* Aug. Stabilitatis ęternę, quia vt hęc terra nutrit,& continet hominem , ita illa interiorem .

⁂ Theodor. duplicata negatione diuerſitatem clariorem demonſtrat, quidam illud, non ſic, addiderũt, neque hebraica modo habent, nec quiſquam interpres admiſit .

⁂Euſeb. Impij imaginem terreni ferunt.

⁂ Didymus. qui vt puluis tenuiſſimus omni vento doctrinę circumferuntur .

⁂Eſychi. vt Iudęi diſperſi vento doctrinę Apoſtolicę.

⁂Hilar. de quibus Pſal. Comminuam eos, vt puluerem ante faciem venti .

⁂ Ambro. Vnum genus terrę arenoſum, ex quo generatio eſſe non poteſt: nam infœcunda eſt impiorum anima.

⁂Auen. Eſra. animus iuſti ſimilis grano, quod flante vento remanet, impij palcę, quam ventus huc illucque differt.

d *Ideo non reſurgent.* Quia proijcit ventus, i. iõ, quia dati ſunt in reprobum ſenſum, ideo non reſurgunt prima reſurrectione, vt ſe iudicent in conſilio, vt voluntates Dei ſuis ꝑferant. Vel in concilio. ideſt, in concordi multitudine iuſtorum impij idololatrę, uel apoſtatę. Peccatores, falſi Chriſtiani. Vel ideo non reſurgunt in futuro , vt iudicent , vel vt iudicati in concilio, ideſt, in collegio iuſtorum quieſcant .

e *In iudicio,&c.* In iudicio quatuor erunt ordines. Alij iudicabunt,& non iudicabuntur, vt perfectiſſimi. Alij nec iudicabunt, nec iudicabuntur , vt damnati infideles. Alij iudicabuntur,& ſaluabuntur, vt mediocriter boni. Alij iudicabuntur,& pereunt, vt fideles mali.

C f *In concilio.* Aug. In ęterno bono, quod ſequi conſiliũ fuit ſanctis. *Vel in concillo.* In iudicio vt cũ eis iudicent, qa iudiciũ eſt, quia diuerſa peccata diuerſis pęnis punientur, & ex hac ſimilitudine dicitur. Reſurgunt. Duę reſurrectiones. Animę à peccatis in pręſenti . Corporis, à morte in futuro, qua fiet impaſſibile, & immortale . D — Duæ reſurrectiones.

⁂ Theodor. Multa cum diligẽtia cuncta S.S. percurrit; nõ enim dixit nõ reſurgent impij, ſed in iudicium non reſurgent , verum in condemnationẽ , neque enim redargutiõib⁹ indigent , cum eorũ impietas manifeſta ſit. ſed ſolum ſupplicium expectant, quẽ admodũ homicidas in flagrãti delicto captos iudices in iudiciũ trahunt, nõ vt redarguãtur, ſed vt ſententiã accipiant. Cõciliũ Aquila,& Theodotion congregationem interpretati ſunt. Conuentum vero Symmachus. — Non ſic. — à facie terrę. E

⁂Euſeb. & Didymus. nihil dignum impij attulere cũ iuſtis, ideo non reſurgent in ꝯcilio iuſtorum, quia ſunt iã iudicati. Conciliũ aũt ſanctorum cætus eſt . Animaduerte autẽ Dauidem reſurrectionẽ, & futurũ iudiciũ nos primũ manifeſte docuiſſe, cũ nihil hmõi Moſes nobis antea tradidiſſet. Ioh.3.

⁂ Theodorus Heracleotes. non reſurgunt in iudicium , ſed in condemnationem .

⁂Theodo. non abolitio, ſed reſurrectio , & iudicium denegatur.

⁂Aug. in q. vet. teſt. Iuſti ſunt remunerãdi , peccatores ſiſtendi in iudicio, impij iam ſunt iudicati. Caldæus iuxta hebraicum, In conuentibus iuſtorum.

[redacted].

g *Quoniam nouit.* id eſt , non reſurgunt hic in anima, quia Deus non approbat opera eorum, nam iuſtorum tantum.

⁂ Orig. In vniuerſum annotare oportet ſolũ bonũ à Deo cognoſci, malũ non item, quia eſt indignũ Dei cognitione. Idem Hier. Euthim.

⁂ Didym. ne quid diceret omnino inimici interire, additur, iter impiorum ſtabit. i. impietas, non ipſi.

⁂ Hilar. Viam iuſtorum cognoſcit dominus non ignorationis ſcientia, ſed dignatione noſcendi. vnde B. Apoſtolus ſi quis non cognoſcit, non cognoſcetur.

⁂ Niceph. Blemid. Nouit. i. gratũ hẽt, honorat; amplectit. Cap.1.

⁂Oecum. in 1. D. Ioannis. Cognitio autem eſt, ſcietia, aut Coniunctio , & confirmatio erga aliquem . F

⁂Caſſiod. All. dicitur ignorari, ꝙ peribit: eſt ſciri, qđ ꝑmanebit i certitudie. ⁂ Cald. manifeſta, & clara Deo via iuſto.

☞ Pſalmus

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et omnia. *& quia per opera ſua ad beatitudinem ſempiternam deducetur, Ro. 8. e.* Diligẽtibus Deum omnia coope. in bo. &c.

2 Non ſic impij. *Hic conſequẽter dictum præmium à peruerſis doctoribus excluditur. & ſecundo ratio huius redditur ibi.* Quoniã nouit. *Circa primum dicitur.* Non ſic impij. *quia peruerſis doctoribus primo denegatur vita gratiæ, & ſecundo vita gloriæ, ideo replicatur.*

3 Non ſic. *Comparatur autem doctor peruerſus pulueri per ventum deiecto, quia doctor peruerſus ad fingendum errores, & periculoſas nouitates, per ventum ſuperbiæ, & inanis gloriæ impellitur, & ſic primo deijcitur in foueam culpæ, & poſtremo in foueam gehennæ, propter quod ſubditur.*

4 Ideo non reſurgent. *licet. n. in iudicio extremo omnes generaliter reſurgant, tamen doctores peruerſi , & eorum ſequaces non reſurgent ad ſuam exaltationem, ſed ad maiorem ſui depreſſionem , qa tunc deijcientur in foueam gehennæ in anima ſimul, & corpore. Et quia nõ ſolum damnabuntur peruerſi doctores, ſed etiam doctrinæ ipſorum imitatores per mala opera. ideo ſubditur.*

5 Neque. *ſic enim debet ſcribi, in concilio. quia in Hebræo, & trãſlatione Hie. accepta immediate ab Hebraica veritate habetur,* in congregatione iuſtorum. *iſta autem congregatio eſt in beatitudine cęleſti, ſecundum quod dicitur pſal. 46. b.* Principes populorum congregati cum Deo Abraham .

6 Quoniam nouit. *Hic conſequenter ratio prædictorum redditur, ſcilicet quare gratia, & gloria peruerſis doctoribus denegatur , & bonis conceditur, cum dicitur.* Quoniam nouit. *ideſt, proceſſum eorũ per viam præſentis vitæ notitia approbationis, viam autem peruerſorum noui notitia reprobationis. ideo ſubditur.*

7 Et iter impiorum peribit. *quia iter eorum per viam præſentis vitæ in morte terminatur ad damnationem animæ, & in futuro iudicio ad damnationem animæ ſimul, & corporis terminabitur, et ſic omnino peribunt peruerſi abſque aliqua ſpe redeundi.*

CAP.

## MORALITER.

2 *Non ſic impij.* Hic excluduntur obſtinati Iudęi à ſtabilitate tali, ideo ſubditur .

† *Sed tanquam puluis, &c.* quia per Romanos fuerũt partim occiſi, & partim captiui , partim per orbem diſperſi.

4 *Et ideo non reſurgent, etc.* ſcilicet ad ſuam liberationem, ſed ad maiorem damnationem.

6 *Quoniam nouit.* per approbationem.

7 *Et iter,* quia vadit ad æternam damnationem .

## ADDITIO I.

In pſal. j. *Beatus uir* vbi dr̃ in poſtil. Quamuis beatus Augu. Quod aũt Dauid ſit auctor oĩum pſal. ꝓut Aug. ponit, põt trib. rõnib. cõprobari. Prima eſt. ꝗa cõiter tenet̃, qđ Dauid dr̃ propheta antonomaſticè ſeu per excellentiã, ſicut & Paulus dr̃ apoſtolus eodẽ modo , prout in gloſ. pſalterij in prologo habetur . Et ratio huius eſt, quia prophetia Dauid reſpectu aliorum prophetarũ in cõi in duobus excellebat. Primo quia Dauid

☞ Dauid ſine apparitiõe alicu ius figurę, vel ſigni ſenſibilis ve-
A ritatē itelligib.lē de occultis capiebat ꝑ diuinā reuelationē,
qđ nõ ſic eſt de alijs ꝓphetis cõiter dictis excepto Moyſe, ꝗ
ꝑ quaſdā ſimilitudines rerū capiebāt diuina, iuxta illud O-
ſee. 12. g. *In manu prophetarū aſſimilabor*. Scđo ꝗa alij ꝓphetæ
obſcure, & quaſi ꝑ ænigmata de Chr̄o ꝓphetarūt. vnde ſup
illud pſa. 17. *Tenebroſa aqua in nubibus aeris*. Gl. obſcura doctri
na in dictis ꝓphetarū. Dauid aūt prout dr̄ in glo. in ꝓlogo
pſalte. de incarnatione, de paſſione, de ęterna genitura Chr̄i
euidētiſſimè diſſeruit. Sed ꝯſtat, ꝙ hæ duæ excellētiæ ꝓphe
tandi inueniunt̄ in pſal. ꝗ non intitulant̄ ipſi Dauid, ſicut in
ipſis, ꝗ Dauid intitulant̄. In pſal. ii. 2. ſ. *Quare. fre. gen.* ꝗ pſal. nõ
intitulat̄ ipſi Dauid expreſſe ꝓbat̄ de generatione æterna
Chr̄i, cū dicit. *Filius me. es tu, ego hodie ge. te.* Similiter de regno
Chr̄i à Deo ꝯſtituto, cū dr̄. *Ego aūt conſti ſum rex*. Similiter ēt
de plurib. alijs Chriſti miſterijs, vt latius patebit in ſeq. pſal.
tam in poſtil. ꝗ̃ in additione, & hoc ſine apparitione alicu⁹
figuræ, vel ſigni ſenſibilis, ſicut in alijs pſalmis, ipſi Dauid ĩ-
titulatis. Hoc idē patet in quamplurimis pſal. intitulatis filijs
Core, & Aſaph, & alijs, prout eſt manifeſtum diſcurrenti ꝑ
ſingulos. Pari igitur rõne Aſaph, & filij Core, & huiuſmodi,
deberent dici prophetæ per excellentiā, & egregij pſalmiſtę
Iſrael, ſicut & Dauid, quod eſt inconueniens, & contra oẽs
de hac materia loquentes, tam Hebræos, quam catholicos.

Secunda rõ eſt. nā ſi pſal. non habens titulum, non dēt ipſi
Dauid attribui, prout ſupponunt opinantes in hac parte ꝯ̃
be. Aug. pari rõne oẽs, qui ſine titu. reperiuntur, non ſunt Da
uid attribuendi, ſed hoc eſt manifeſtè falſum. Nā pſal. 104. ꝗ
In ſecundo Pſal. *Quare fremuerunt gen.* Circa materiam huius pſal. licet ad eruditionem fidelium ſufficiant auctoritates apoſtolorum in poſt. allegatę. ſ. Heb. 1. & Act. 4. quibus maniſeſſe aſſeritur hunc pſal. de Chriſto filio Dei intelligi, tamen hoc non ſufficeret ad cõuincẽdam Hebraicam infidelitatẽ, quæ auctoritates no. te. minime recipit. Et iõ ex neceſſitate literæ aſſumenda eſt, ratio quare hic pſal. non de Dauid nec de aliquo puro hoĩe poſſet intelligi, vt allegationes apoſtolorum in prædictis locis ſint validæ contra Hebræos quos cõcludere intendebãt tanquam a ſenſu literali acceptæ. Nec ad hoc ſufficit rõ poſt. ſumpta ex hoc aduerbio hodie, cum dicit hodie genui te. Nam licet æterna generatio conuenientius ſignificetur, per pręſens tempus, ꝙ non tranſit in pręteritum, nec ſpectatur futurũ q̃ per alia tẽpora, adhuc poſſent aduerſarij dicere, ꝙ ly *hodie*, non ſumitur in hoc loco pro æternitate, ſed pro tẽpore propinquo tempori pñti, prout frequentius & communius accipitur in tota ſacra ſcriptura. Et quod addit poſt. di. quod cum generatio ipſius Dauid & eius promotio ad regnum iam tranſierat in præteritum, ideo de ipſo Dauid non poterat verificari ly *hodie, &c.* non vr̃ valere. Nam ſæpe in ſcripturis ſacris, hodie accipitur pro tempore pręterito, vel per modum recapitulationis, vel iuſiurando ꝙ non a longiſſimis præteritis tẽporibus illud de quo agit, tranſiuerat, vnde Deut. 7. a. *Hodie te elegit dominus in po. pe. cu. &c.* quod refertur ad tempus dationis legis, ꝙ iam tranſiuerat per 40. ann. fere in præteritum, & ſic de multis alijs. Vnde non obſtante rõne prædicta poſſent aduerſarij intelligere illud *hodie ge. te.* de promotione Dauid ad regnum, quod licet præterita, non tamen tam magnum tranſiuerat tp̃s. Et ideo eſt oſtendendum quod hic pſal. ex neceſſitate literæ de Chriſto intelligatur, & per cõſequẽs quod allegationes apoſtolorũ contra aduerſarios de hoc pſal. ſint efficaces, aliter vr̃ dicendum. Ad cuius declarationẽ attendendum, ꝙ Deus multipliciter dr̃ pater in ſacris ſcripturis reſpectu creaturarum, ſimiliter & generare ſecundum quod diuerſimode repræſentationem ſeu ſimilitudinem ſuam in creaturis producit. Quia aut per ſolam creationem ſecundum quam eius veſtigium in creaturis repræſentatur, & ſic intelligitur illud Iob 38. c. *Quis eſt pluuiæ pater, aut quis genuit ſtillas roris?* Aut ſecundum ſimilitudinem imaginis, vt in creatura rationali Deut. 32. a. *Ipſe eſt pater tuus.* Et inf. *Deũ qui te genuit, dereliquiſti.* Aut ſecũdum filiationem adoptiuã per gratiã, vt Ro 8. c. *Sumus filij Dei & hæredes.* Aut ſecũdum hæreditatẽ gloriæ iam poſſeſſam, vt ibi. *Gloriamur in ſpe filiorum Dei.* Ro. 5. a. Circa ꝙ cõſiderandũ ꝙ in nullo p̃dictorum modorum in tota ſacra ſcriptura Deus dr̃ pater alicuius ſcripturæ in ſingulari, nec aliquam creaturam puram ſingulariter generat, ſed tantum in vniuerſali reſpectu alicuius termini cõis ſpeciem ſignificantis vt in ſupradictis, ſeu alicuius multitudinis collectiue, vt Exod. 4. e. *Filius meus primogenitus Iſrael.* quod refertur ad totum populum. Ratio autem huius eſt, vt amoueatur animus legentis ab errore, ne forte quis credat Deum generare ſeu hẽre filium in puris creaturis per generationem naturę ſecundum quam filius eſt de ſubſtantia patris, vnde Aug. ſuper orationem dominicã. Noli orare dicendo, pater mi, ſolius Chriſti ſingularis eſt pater, nobis vero omnibus in communi, illum enim ſolum genuit, nos autem creauit, hęc Aug. Patet ergo quã Apoſtolus efficaciſsime ex neceſsitate literę arguebat Heb. 1. b. di. *Cui. n. aliquãdo angelorũ dixit. Filius meus es tu, ego ho. ge. te.* q. d. Scrutamini ſcripturas in quib. nũquã inuenit̃ Deũ alicui purę creaturę ĩ ſingulari dixiſſe. *Filius meus es &c.* qa nec ẽt ipſis angelis, q licet filij Dei dicant̃ in cõi, vt Iob. 1. nunquã tñ ſingulariter alicui eorum dixit. *Filius meus es tu.* pręſertim cum hac additione, *genui te*, quę exprimit modum filiationis etiam per generationem. Nec obſtat illud ꝙ legit̃. 2. Reg. 7. c. *Ipſe erit mi. in fi. &c.* quę verba ad literam de Salomone intelligũtur, licet de Chriſto principalius, nam dicendo. *Erit mi. in fi.* manifeſte denotatur filiationẽ illam eſſe adoptiuam. Adoptio. n. eſt acceptio extraneæ perſone in filium, ꝙ non conuenit filio naturali, qui eſt de ſubſtantia patris in quantum naturalis eſt, licet poſſet ei competere per gratiam ſupperadditam ſubſtantiæ. Similiter & illud Pſal. *Ipſe inuocabit me pater meus es tu &c.* oportet intelligi de Chriſto. Nũquam. n. legitur de Dauid, nec de aliquo puro homine vocaſſe Deũ in ſingulari patrẽ. Ex quib. ſatis patet, quod neceſsitas intelligendi filiationẽ Chriſti in hoc pſal. contentam ſecundũ generationem ęternam, non ſumitur ex illo abuerbio hodie, quod ſecundũ propriam ſignificationem poſſet temporaliter intelligi, ſed ſumitur ex ſignificatione verborum, quib. antecedenter & cõſequenter adiungitur, ſcilicet, ex hoc ꝙ prædixit. *Filius es tu.* in ſingulari, & ex hoc ꝙ ſubiungit, *genui te.* Intelligentia enim dictorũ ſecundũ Hilarium, ex cauſis eſt ſumẽda dicendi. Et ideo Apoſtolus Heb. 1. b. totum verſum ſumit ad propoſitum ſuum oſtendendum. d. *Cui enim aliquando an. &c.* Similiter & magiſter in primo, di. 2. volens æternam generationem filij per auctoritatem huius pſal. demonſtrare ſequendo Apoſtoli veſtigia, non tm̃ allegauit ly *hodie genui te.* ſed totum verſum, ꝙ dẽt intelligi modo prędicto. Circa materiam huius pſal. notandũ ꝙ, decem myſteria Chriſti in eo per ordinem exprimuntur. Primũ eſt ꝙ, regnũ Chriſti nullo ſuffragio humano ſed potius regibus & principibus gentibus & populis toto ſuo poſſe aduerſantibus conualuit, vnde dicit. *Quare fre. gen. &c.* vſque ibi *aduerſus dominum & aduer. Chriſtum eius.* prout declaratur in poſt. Secundũ eſt, quod huiuſmodi aduerſarij Dei & Chriſti eius duo principaliter intendebant ſeu intendunt, dirumpere vincula in quibus fides catholica præcipue fundatur ſcilicet, vnitatem eſſentialem patris & filij, & vnionem perſonalem duarum naturarum in Chriſto. Ita enim, nedum a Phariſęis & infidelibus negantur, qui doctrinam Chriſti minime recipiebant, ſed etiam ab hæreticis euangelium recipientibus peruertuntur, vt patet de Arrio & ſimilibus in quorum perſona Pſal. dicebat. *Dirũpamus vin. eorũ.* ſcilicet domini & Chriſti eius. Nexus enim atque vnio ſpiritua-

Decem myſteria Chriſti.

 lis

☞ lis ab apoſtolo vinculum dicitur, ad Eph.4.a. *Soliciti ſeruare vni.*
A *ſpiritus in vin.pa.* Item huiuſmodi aduerſarij intendebant obediẽ
tiã Dei & Chriſti eius à ſe & toto vniuerſo ſubtrahere, quæ fuit
communis intentio perſequentium Chriſti & ſuorum, vnde & in
perſona eorum pſal.ait. *Et proiiciamus a no.iu.ipſorum.* Iugum .n.
lex euangelica poſſet dici à iungo gis.eſt.n. lex amoris quę adin-
uicem fideles iungit, vnde Matt. 11.d. *Tollite iugum meum ſuper
vos.* vnde & huiuſmodi aduerſarij ſicut vinculum vnitatis eſſen-
tialis in diuinis perſonis & vnionis perſonalis in naturis Chriſti
dirumpere per ſubuerſionem fidei conabantur, ſic etiam vnitatẽ
eccleſiaſticam à ſe proijcere nitebantur, in quibus omnes perſe-
cutiones quæ aduerſus dominum & aduerſus Chriſtum eius in-
ſurgunt, virtualiter includi poſſunt, vt patet intuenti. Sed quia
hæc intentio inanis eſt & vacua, ideo ſubditur. *Qui habitat in cæ-
lis, &c.* vt in poſt.declaratur. Tertium eſt quod regnum Chriſti
conſtitutum eſt à ſolo Deo, cuius ordinationi nemo poteſt reſi-
ſtere, vnde dixit in perſona Dei iuxta Hebraicam veritatem. *Ego
autem cõſtitui regem meum ſuper Sion montem ſanctum meum.* Quar-
tum eſt, quod Chriſtus rex annunciaturus erat præceptum do-
mini, cum dixit iuxta Hebraicam, veritatem. *Narrabo Dei præ-
ceptum,* prout in poſt.declaratur. Quintum eſt quod Chriſtus rex
eſt filius Dei patris ſecundum generationem æternam, & hoc cũ
dixit. *Dominus dicit ad me &c* prout ſup expoſitum eſt. Sextum
eſt, quod regnũ Chriſti comprehenſurum eſt etiam temporalia,
vnde dicit. *Poſt.a me, & da.ti.g.n.h.c. tuam.* prout in poſ.decla-
ratur. Septimum eſt quod regnum Chriſti potius conſiſtit in ſpi-
ritualibus, & hoc cum dicit, *Et nunc reges intel.&c.* q.d. intus legi-
te regnum Chriſti, non ſuperficietenus meditando, nam in inte-
rioribus ſeu ſpiritualibus maxime conſiſtit. Octauum quod hu-
ius regni.ſ.Dei, & Chriſti recognitio in cultu interiori conſiſtit
potius, quam in exteriori, iuxta illud Luc.20.d. *Quæ ſunt Cæſaris,
date Cæſari, &c.* vnde dicit. *Seruite Deo cum ti.& exul.ei cũ tre.* Cul-
tus.n. latriæ per quem Deus principaliter à nobis colitur in fide
B & ſpe, & charitate ſecundum Aug. conſiſtit, quib. timor ſanctus
filialis & exultatio deuotionis cũ cõtritionis tremore ſemper aſſo
ciantur. Nonum ad participationem regni Chriſti obtinendũ ne-
ceſſariũ eſt incorporatio myſtica cum ipſo Chriſto, quod notatur
cum dicit. *Apprehendite diſciplinam.* vbi in Hebraica veritate aper
te legitur. *Oſculamini filium.* i. incorporamini filio per oſculum.n.
vt dicit glo. ſuper illud Can.1.a. *Oſculetur me, &c.* diuerſa corpo-
ra coniunguntur, quod deſignat vnionem corporis Chr̄i myſtici
iuxta illud Apoſt 1 Cor.12.h. *Oẽs vnum corpus ſumus.* Et ſic ſim-
pliciter & proprie filium ſ Chriſtũ ſui fideles oſculantur per oſcu
lum.n. homagij de quo loquitur poſt. non dicitur quis ſimplici-
ter alium oſculari, ſed ſecundum quid.ſ.oſculari pedẽ eius vel ma
num. Decimum ꝙ pęna eorum qui filium ſ.Chriſtum per incor-
porationem non oſculãtur eſt duplex. Prima in hac vita per carẽ-
tiam gratiæ, quæ eſt pęna contracta, & hoc cum dicit. *Pereatis de
via iuſta.* Tales enim a filio ſeparati pereunt à Chriſto, qui eſt ve-
ra via in præſenti: Secunda vero eorum pęna eſt inflicta ſ. in fu-
turo, & ſpiritualiter cum in finali iudicio traduntur in ignẽ ęter-
num, vt ibi. *Ite maledicti, &c.* Matth.25. quod notabiliter innuit
cum dicit. Cum exarſerit in breui ira eius.i. filij cui noluerunt vni
ri, qui veniens ad iudicium in forma ſerui glorioſa, terribilis im-
pijs apparebit, ſecundum Augu.ſuper Io. Et proprie dicit in bre-
ui. Nam iudicium finale & ſi maximum ſit & innumerabiliũ ſup
poſitorum & cauſarum definitiuum, breuiſſimum tamen eſt in
determinatione & executione ſententiæ, iuxta illud Apoſtoli. In
momento & in ictu oculi &c 1.ad Cor.15.g.

## REPLICA.

In pſalm.2. poſt. arguit contra Iudæos ex circumſtantijs lite-
ræ generationem hic expreſſam de Dauid vel creatura alia non
poſſe intelligi. Burg autem illam rationem paruipendens quaſi
Iudæis non concludat promittit aliam rationem, quæ vt ipſe di-
cit, ex neceſſitate literæ debeat concludere Iudæis. Hic primo
C videndum eſt, quomodo Burg irrationabiliter mouetur contra
rationem poſtil. Secundo ad oſtendendum eſt, quod ratio Burg.
quam promittit etiam nec puro philoſopho, minus pertinaci Iu-
dæo concludit. Quoad primum Burg. dicit rationem poſtil. non
valere, quando ex dicto huius pſalm. *Ego hodie genui te,* probat
æternitatem generationis, quæ Dauid conuenire non poteſt. Et
putat quod poſtil. arguat æternitatem ex ſolo aduerbio hodie
& noluit aduertere quod arguit æternitatem ex coniunctione
verbi præteriti temporis ſcilicet, genui, & hodie, quod eſt tempo-
ris præſentis, quæ coniunctio nulli creaturæ cõuenire poteſt, pro-
ut oſtenſum eſt circa.3.ca. Exod.1. in correctorio illius dicti. *Ero
qui ero.* vbi dictum eſt quod omne coexiſtens omnibus differen-
tijs temporum & ſimul eas complectẽs eſt neceſſario æternum,
ſed Deus ſolus coexiſtit omni differentiæ temporum, & eſt ſimul
complectens omnem huiuſmodi temporum differentiam, igitur
ſolus Deus eſt æternus, puto infidelem non poſſe negare maio-
rem. Minor autem probatur circa.3.c.Exod, allegatum per litte-
ram

ram ſacræ ſcripturæ & ſanctos doctores, ibi vide. Ita non uult D
poſt. hic arguere ex ſolo aduerbio hodie, ſed ex aduerbio tempo-
ris præſentis, & uerbo adiuncto præteriti temporis. Cum igitur
illa tempora in nulla creatura concurrant, & nulla creatura ſi-
mul illis differentijs temporum coexiſtat quod ſolus Deus eſt ta-
lis, de quo vtrumque ſimul verificari poterit, igitur illa genera-
tio in hoc pſalm. deſcripta per *hodie genui te,* nulli creaturæ con-
uenire poteſt, per conſequens nec ipſi Dauid, quæ eſt concluſio
quam intendit poſt. Eſt igitur ratio ſua ſufficiens contra Iudæos,
& ita de ſolo Deo poteſt exponi illud Deut. per Burg. allegatũ.
Dominus te elegit, vt vere pp coexiſtentiam ęternitatis reſpectu
omnium temporum Deus poterit dicere vere proprie & ſimul,
hodie elegi te, non creatura quæcunque, ſed vere & proprie &
ſimul, oportet dicere creaturam, hodie eligo te. Irrationabiliter
igitur Burg. motus eſt contra bonam rationem poſt. Quoad ſecũ-
dum videndum eſt quantum concludit ratio Bur. quam multum
magnificat, ponens vim rationis ſuæ in eo quod dicitur. *Filius
meus es tu.* ꝙ vt dicit, nulli creaturæ reſpectu Dei conuenire põt,
igitur nec ipſi Dauid, quod ſic declarat. Nam ſi reperiatur in ſcri-
pturis ꝙ Deus dicatur pater creaturę vel generare creaturam, vel
creatura filius Dei hoc ſolum intelligendum eſt in quodam ge-
nerali, non in ſingulari, probatur hoc per dictum Aug. dicentis, ꝙ
nemo debet dicere Deo, pater mi, quia hoc dicere ſolum Chriſti
eſt, ſed homines debent dicere in communi, *pater noſter, &c.* Sed
quamuis hoc dictum ſit ſatis catholicum, tamen nõ conuenit per-
tinacem Iudæum. Tum quia nõ fundatur in literæ huius neceſſi-
tate, prout Burg. promiſit concludere ex neceſſitate lr̃æ. Tum
quia vis ſuæ rõnis eſt Be. Aug. cuius dictum non grandi pẽdit Iu-
dæus. Tũ quia ex neceſſitate huius literæ non habetur ꝙ ſcriptu-
ræ ſonantes deum patrem creaturæ: & creaturam filium dei ſolũ
dẽant intelligi in vniuerſali non in ſingulari, & ꝙ Deus gñauit
creaturam ſolum in vniuerſali reſpectu alicuius termini cõmunis
ſpeciem ſignificantis, ſeu reſpectu alicuius multitudinis collecti-
ue. Illud inquã dictũ non conuincit purum philoſophum, multo
minus pertinacem Iudæum, cum non ſit dictum artificioſe. Nam
ſecundum principia theologi, & philoſophi, poteſt perſuaderi op
poſitum. Omnium.n. vna vox eſt, ꝙ actus ſunt ſuppoſitorum, ita
& paſſiones: cum igitur generare, & generari ſint actus & paſſio
erunt ſuppoſitorũ, ſuppoſita aũt ſunt ſingularia, & indiuidua, igi
tur generans oẽ generat indiuiduũ. Sed Deus generat creaturas
ſecundum ſcripturas Iob.38. Deut.32. Ro.8. & multis alijs locis,
igitur generat eam ſecundum rõnem indiuidualem, & non ſecũ-
dum ſpeciem, quia ſpecies ſunt æternæ, ingenerabiles, & incor-
ruptibiles Hæc eſt ſchola peripateticorum. Item omne generans
multitudinem filiorum generat, quodlibet ſingulare illius multi-
tudinis: ſed Deus eſt pater totius multitudinis filiorum Iſrael, &
genuit eam totam, vt patet Deuter 32. igitur genuit quodlibet
ſuppoſitum eiuſdem multitudinis: talis generatio non termina-
tur ad aliquod in communi, quemadmodum ſomniat Burg. ſed
potius ad per ſe ſingulare & primo. Nec videtur de virtute ſer-
monis quilibet homo a Deo generatus non poſsit dicere Deo.
Pater mi, ſicut creatus poteſt vere dicere, creator mi, niſi quia ge
nerare Dei reſpectu creaturæ accipitur tranſumptiue pro face-
re, qualiter frequenter in ſacra ſcriptura terminorum fit tranſſu-
ptio, ſicut igitur quilibet à Deo factus poteſt dicere proprie Deũ
ſuum factorem, ſicut redemptorem, ita improprie & tranſumpti
ue poteſt dicere Deum ſuum patrem. Nec hoc eſt contra Beatus
Augu. cum ſecundum ipſum tranſſumptiue propoſitiones non
ſunt vere eſſentialiter, ſed nũcupatiue, ita & grammaticus Eber-
hardus cum de maſculinis poſuiſſet multas acceptiones illius no-
minis pater, dicens. Eſt pater hic cura, pater eſt alius genitura,
cõcludit finaliter. Ac ſummum regem vocat ipſa creatio patrem,
quaſi uelit dicere. Deus non eſt pater creaturæ propriæ, ſed dici-
tur pater quemadmodum de Chriſto dicitur, ouis, leo petra, &c.
ſecundum Aug. ſuper Ioan. magis ſunt uera ſecundum ſimilitu-
dinem quam ſecundum proprietatem. Et iſta multiplici acceptio
ne patris ſtante, nemo ẽt modici intellectus errare poterit quin
intelligat quod Deus eſt pater Chriſti ratione generationis, &
hoc proprie: ſed eſt pater creaturę ratione factionis tranſſumpti
ue, Hoc igitur quod Apoſtolus Heb,1. de hoc pſal. allegauit, cui
aliquando angelorum dixit Deus. *Filius meus es tu, ego hodie ge
nui te,* vt patet ex dictis, non concluſiſſet Iudæis ſecundum mot
iuum vocale Bur. ſed concludit ſecũdum motiuũ reale poſt. Nec
Magr̃ Sent. hãc auctoritatem allegat in ſenſu vocali quem præ
tendit Burg. ſed in ſenſu reali poſtil. Et hunc ſenſum iuuat li
tera quæ ſequitur in Apoſtolo. *Ego ero illi in patrem, &c.* vt ſi
gnificet in diuina generatione coexiſtere, non ſolum præſens
vt *hodie,* & præteritum vt genui, ſed & futurum, quia *ero illi
in patrem.* Hic autem concurſus omnium differentiarum tem
poris non eſt poſſibilis in generatione Dauid, igitur de Dauid
non poteſt iſte pſalm. exponi, quod eſt propoſitum Apoſtoli
& poſtil.

## GLOSSA ORDINARIA.

A a *Pſalmus*.de paſſione & reſurrectione Chriſti.Filius Iudas a quo fugit,cũ illo diſcedẽte cum ceteris in montem ſeceſsit. Vel potius cũ mente eius ſapiẽtia Dei deſeruit,vt totus eſſet diaboli,quę deſertio fuga pp celeritatẽ dicitur.Vnde. *Quod facis,fac citi⁹*. cui Chriſtus pacem exhibuit, vt & Dauid filio iniquo, vnde pax patris dicitur.Iudas vero vt Abſalõ ſuſpenſus interijt. Proponit duas partes oppoſitas.Vox Chriſti quaſi admirãtis, cum ad ſaluãdum venit. *Domine quid.*

PSALMVS III.

b D*omine quid.* Caſ. Primus pſalmus de his qui breuiter de paſsione B & reſurrectione facit cõtra eos & maxime paganos, qui gloriam maieſtatis non putant ad humilia poſſe deſcendere.

✱ Orig.Pſalmus Dauidi dictus eſſe videtur,cũ fugeret a facie Abſalonis filij ſui.Cæterum vniuerſa q̃ in pſalmo cõtinẽtur ad hiſtoriã nõ poſſunt referri,vt illud, *Ego dormiui & ſomnum cepi & exurrexi*,proinde Dauid erit Chriſtus, vt pſal.88. *Inueni Dauid ſeruum meum*.Eſ.16.*ſedebit in vmbra Dauid iudicans*. Et apud Ezechielẽ in viſione,quę ad paſtores facta eſt. Abſalom eſt Iudas,& vt vult Melito Aſiaticus,eſt figura diaboli.

✱ Hier.primis ſecunda præpoſuit, vt tẽtationum ordinem doceat,ſi quidẽ ante propter peccata corripimur, & poſtea propter virtutem probamur: at ordo in Dauid eſt immutatus,ſub Saul perſecutione innocens fuit,ſub Abſalom criminis reus manifeſtiſsime tenetur.

✱ Caſsiod. Tenere locum tertium hunc pſalmum oportebat,qui & S.Trinitatis potentiam & triduanæ reſurrectionis myſteria continebat.

✱ Chim.de Antichriſto,quem vocant Gog & Magog, expoſuit.

✱ Theod.Inſurgere eſt ſubditi in dominum.

✱ Aug.tot in Dominum inſurrexerunt. vt etiam ex eorum numero fuerit diſcipulus.

✱ Chryſ.contra Dauid enim,qui erant cum Abſalon, obloquebantur.

✱ Caſ.

* Caſsiod.eſtque fere ſimile initium ſecundi.

* Tertul.Omnes pene pſalmi Chriſti perſonam ſuſtinẽt filiũ ad patrem.i.Chriſtũ ad Deum verba facientem repreſẽtãt,vt hic Domine quid multiplicati ſunt,qui cõprimũt me. D

c *Multi dicunt*. Aug. Vel hoc dicit vnuſquiſque qui a vitijs,& cupiditatibus impugnatur.

* Caſsiod. Hoc ad illas voces pertinet. Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluũ facere.

d *Dicunt non*. Coacervatione vitiorum ſurrepit deſperatio ſanitatis,quaſi vitijs inſultantibus animæ. Vel etiam diabolis & angelis eius per ſuggeſtiones.

e *Suſceptor*. In Chriſto. Caput.Chriſtum, vel mentem quæ ſeruit legi Dei. *Perceſ.* E

a Pſalmus Dauid cum fugeret a facie Abſalõ filij ſui.2. Re. 15.

### Pſalmus III.

b Domine † quid multiplicati ſunt qui tribulãt 1
c d me, multi inſurgunt aduerſũ † me. Multi di- 2
cũt animæ meæ, non eſt ſalus ipſi in Deo 3
e eius.Tu autẽ domine ſuſceptor meus es,gloria mea, & exal- 4 5
f tãs caput meũ. Voce mea ad dñm clamaui,& exaudiuit me de 6 7 8

a Vt & de numero diſcipulorum Iudas. a Ecce. ¶ Vt me deprimant. b Caſ. Nota iterari multi pro magni numero. a In rei euidentia. ¶ Verbo: b Inſidiantes. ¶ Niſi reſurrectionem deſperarent nec Iudas traderet, nec illi occiderent. c Quem ſibi Deum facit. a Ad ſimilitudinem iudicis vel oratoris vel medici ¶ Hominis ſuſceptione verbum cauſa. ¶ Procedit augendo. b Quia & Deus cum illo qui ſuſcepit. ¶ In reſurrectione. c In cælo. a Ideſt mentem quæ tanta paſſione non deponitur. b Cordis quæ Deo ſonat. c Clamor propter vim intentionis, vt de Moyſe. exauditus eſt clamor tuus.

omnes.Recte in prædeſtinatione dicitur de diabolo & angelis eius Superpo. Hoc eſt vnumquemque noſtrum.

Aug.vel hoc loquitur eccleſia & caput eius, inter procellas perſecutionum per totum orbẽ conſtituta.Multi dicunt, Chriſtianum nomen,extinguere cupientes.*Non eſt ſalus*.Aliter non ſperarent delere eccleſiam late pullulantem. ſuſceptor,quia i Chriſto ſuſcepta & cum eo exaltata. Caput.Ipſũ qui primus aſcendit in cęlum.

* Aug.Quia hominis ſuſceptio eſt *verbum Caro factum*.quem ſic ſuſcepit Dei verbum,vt ſimul cum eo Deus fieret.

✱ Caſſiod.hoc in Pelagianos ex D.Aug.in Enchiridijs. Nã nemo ſine diuinę gratię largitate ad bene agẽdum ſufficit. Hebraice.clypeus.Caldeus.honos meus. Rab. Dauid,gloriã in contrarium pro ignominia dictam putat.

f *De mon.* id eſt, Chriſto auditur oratio eccleſiæ:vel de iuſtitia.

✱ Orig.cur duo hęc hemiſtichia non præceſſerunt? quia hęc,quę hic effertur,nõ eſt precatio, ſed ſignificatio preces voto ſteiſſe,precatio enim ſilentio facta eſt.

* Theod.Deus enim vniuerſorum in tentorio habitare putabatur,ſi qaidem inde etiam reſponſa ſacerdotibus dabat.

* Eſych.de monte.i.de cælo,de altari, de corde puro orantis accipiendum eſt.

✱ Hier.de Chriſto & eccleſia intelligendus mons.

* Aug. F

## NICOLAVS DE LYRA. PSALM. III.

D*Omine quid. Iſte eſt primus pſal.inter habentes titulos,vt patet in Hebraico et in translatione Hier. iuxta Hebraicum. Et eſt titulus eius talis*.Pſalm. Dauid cum fu.*In quo titulo apparet autor pſal.ſ.Dauid et materia eius,quia in illa fuga Dauid corã domino ſe humiliauit flens operto capite & nudis pedibus incedens, vt hẽtur. 2.Reg.15.f.& iniurias ſibi illatas a Semei verbis,et factis patiẽter ſuſtinens,vt hẽtur ibid.15.& orauit dominum vt reſpiceret afflictionẽ ſuã,et intellexit a domino ſe exauditum.Et de iſtis fecit hunc pſal. & plures alios,vt patebit inf.Igitur diuiditur pſal.iſte in tres partes,quia primo deſcribitur multitudo perſequentium, ſecundo Dei aſſiſtentis ad iutorium vel præſidium,ibi:* Tu autem domine. *Tertio aduerſariorum exterminium.ibi:* Quoniam tu percuſſiſti. *Circa primũ dicit.*

1 Domine quid mul. *quia ſicut dicitur 2.Reg.15.c.*Facta eſt coniuratio valida. *ſ.contra Dauid,populus que concurrens augebatur cũ Abſalon.Et ſubditur ibidem.* Venit ergo nuntius ad Dauid dicẽs Toto corde vniuerſus populus Iſrael ſequitur Abſalon.

2 Multi dicunt. *ideſt de anima mea.*

3 Non eſt.*Ad cuius intellectũ ſciendum,quod Bethſabee vx or Vrię fuit neptis Achitophel,& propter hoc fuit principalis cõſiliarius Abſalon in rebellione contra Dauid patrẽ ſuum,& ad inducendum populum ad ipſius Dauid perſecutionem, dicebat quod Dauid erat ipſi Deo odioſus propter adulteriũ cum Bethſabee, & homicidiũ viri ſui Vriȩ. ideo populus Iſrael cæpit vulgariter dicere de Dauid: Et qui furatus eſt ouem & interfecit paſtorem, poterit eſſe ſaluatio q.d. non. Ouem autem vocabant Bethſabee,quia ſic vocatur in parabola Nathan propbet.2.Re.12.c.Paſtorem autem vocabant Vriam, qui ipſam nutrierat,vt in eadem parabola dicitur:& ſecundũ hoc dicebat Dauid:*Multi di.&c.nõ eſt ſa. *Sed quia Dauid per reuelationẽ intellexit Deum reſpexiſſe humiliationem ſuam,& audiſſe eius orationẽ, ideo ſubdit.*

4 Tu autem. *vbi incipit ſecunda pars in qua deſcribitur aſſiſtentia diuini adiutorii,cum dicitur:* Tu autem.*protegens me in perſecutione Abſalom.*

5 Gloria mea. *quia vidit ſe rediturum ad gloriam regni ſui & exaltationem,vnde erat fugitiuus.ideo ſubditur*.

6 Voce mea. *ſcilicet cordis & oris.*

7 Ad dominum clamaui. *in perſecutione Abſalom.*

8 Et exaudiuit,&c. *ideſt,de monte Sion in quo erat tabernaculum ad quod arca domini fuerat reportata de præcepto Dauid per Sadocb & Abiathar ſacerdotes,vt habetur.2.Re.15.& ibi fiebant ſacrificia & orationes pro ipſo Dauid. Vel aliter.* De mon. ſancto ſuo. *i.de cælorum habitaculo. ad hoc enim habebant orationes, & ſacrificia in monte Sion,vt audirentur in cælo,ſicut habetur.3.Reg.in oratione Salomonis.*Tu exaudies in cæ.&c. 2.Reg.15

Ego

## MORALITER.

1 *Domine quid.* Licet iſte pſal.exponi poſſet myſtice de perſecutione eccleſiæ ab aliquo tyranno apoſtata a fide, tamen ad præſens exponatur de Chriſto, cuius figura fuit Dauid perſecutionem Abſalon ſuſtinendo, ſic ergo in perſona Chriſti hominis dicatur ad patrem:

1 *Domine,quid.* nam ſacerdotes ſcribæ & Phariſæi contra eum inſurrexerunt, & ad hoc turbam populi perſuaſerunt. Matt.27. 2 *Multi dicunt.* ſacerdotes enim & ſcribæ, Mat. 27.e. dixerunt ironice de eo, confidit in Deo, liberet eum nunc ſi vul.q.d.nõ vult,& ideo non eſt illi ſalus in Deo eius.

4 *Tu autem.* Ideo moriens dixit, Luc. 23.f. *Pater in manus t. com.ſpi.me.*

6 *Voce mea.* Hebr.5.b. *Qui in diebus carnis ſuæ preces ſupplicationeſque ad eum qui poſſit illum ſaluum facere a morte,cum clamore valido,& lachrymis offerens,exauditus eſt pro ſua reuerentia.*

* Auguſt.de monte i.de iuſtitia ſua.legimus.n. Iuſtitia tua.
A * Euthym.de ſyon vbi arca erat,& preſentia Dei.
Pſalm.35. * Cardeus.de monte domus ſanctuarij ſui .
Eph.5.d. a Domi. ſm illud Exurge a mortuis,& illuminabit tibi Chriſtus.
* Orig.Dauid ſeipſum increpãs hęc dixit,quaſi regno nõ inuigilauerit, neque ipſi licendo diligentem curationem adhibuerit, huicq; occaſionẽ illius impreſſionis faciende Abſalõ captauerit. Sed nihil mirũ ſaluatorẽ hæc dicere, quando multo maiora pro animarũ ſalute geſſit, quo tẽporis a corpore abſuit, quæ in epiſt. Catholica apud S.Petrũ recenſentur, quando iis, qui erãt in carcere, ſpiritibus profectus prædicauit, qui increduli aliquando fuerant.

* Sela.

i inimicos meos in maxillam.

B

a Idest de monte in quo habitat, vel de ſua iuſtitia. b In quo. c Quia ſponte mortem ſuſcepit, dormiui ideſt paſſioni me permiſi, & ſomnus i. mors ſubſecuta eſt, vt a dormitione tranſitur ad ſomnum. ¶ Quia eram ſanctus mons. Vnde, Et erit in nouiſſimis diebus &c. Mich.4.a. ¶ Inuitus d In corde terræ.

a monte ſancto ſuo.* Ego dormiui & ſoporatus sũ & exurrexi, 1
a In regno, vnde miſſo ſpiritu confirmat prædicatores. b Et ideo. c Quanta multitudo crucifixum circumſtetit. 2
b qa dñs ſuſcepit me. Nõ timebo milia populi circũdãtis me, 3
a Aug.mos eſt ſcripturæ, vt perſonæ Dei tribuat quod in nobis facit. ¶ Id eſt vt exurgamus obediendo tuæ voluntati, nunc enim Deus nobis ſurgit, cum nos ei ſurgimus. ¶ Quia dominus exurget, quod affirmando debet ponere deprecando ponit. 4 5
c exurge domine ſaluũ me fac Deus meus. Quoniã tu pcuſſiſti 6
d a Etiam hæreticos . 7
omnes aduerſantes mihi ſine cauſa, dentes peccatorũ contri- 8
a O homines hoc vobis credendum, inde pro eis oratio ad Deum. b O domine: c Qui de te ſperat ſalutem ſit benedictus.
e uiſti. Domini eſt ſalus, et ſuper populũ tuum benedictio tua. 9

* Theod.ſex & ſomnus ſunt calamitates in ſcriptura .
* Euſeb.Caes,futura tanq; præterita vaticinatur. Dormitio aũt mors eſt, in qua Chriſtus filius hominis ad inferos vſq; deſcẽdit, & eorũ, qui illic morabant ſaluator declaratus eſt.
* Aug.Ego,dixit ad ſignificandum q ſua voluntate mortẽ ſuſcepit, eſt aũt ſomnus mortui dormitio trãſitio ad ſomnum . De ſepulchro, quando voluit, tanquam de lecto ſurrexit, ſed vt nos ædificet, amat dare gloriam patri .
⁜ Rabb Salom.Collegi nec cũ ſi nõ te mihi auxiliaturam .
b Mil a.quę nomen Chriſti conantur extinguere .
⁜ Hier.hoc dicit Dauid de Abſalõ & exercitu eius, & Chriſtus de Iudęis fremẽtib. & dicẽtib. Tolle, tolle, crucifige eũ.
* Euthym. Tuo fretus auxilio non timebo .
⁜ Chald.non timebo a lite, vel controuerſia. Rebaba enim ſignificat & myriades, & controuerſiam.
c Exurge. O caput Chriſte in cuius reſurrectione ſalus eſt .
d Quon. Iã regnãte eccleſia, inimici cõfuſione pcuſsi ſunt.
e Dentes pecca. verba ſmaledica , vel principes in interitum ſunt. Ergo credite homines qđ domini ſalus , & ò domine bñdictio tua ſit ſuper populum tuum. Voce mea. Hæc mihi merito, quia voce mea. Qui bonus eſt, & bona petit, voce ſua clamat, aliena uoce. iuitæ ſuæ non concordante. Ego dor Finis rei, unde proponit non timendum. Ego, cum ponderet, quaſi ſ[illegible] illi, ſed non dormirem niſi vellem . Vel, dormiui conſentiendo, ſoporatus male operando, exurrexi, peccata deſerendo.

Dentes dicuntur mul.ip ici.c. .

C

* Orig.in Hebraico.maxilla, pro quo, vilitate ſermonis oſſẽ ſi Lxx.verte uni ſine cauſa .
* Theod. Dentes contriuiſti. i.omni eos robore denudaſte a feris translatum .
* Hieron.antea enim maxillam dixerat. Dentes autem sũt Iudæi & heretici .

D

Idem nitius

⁜ Aug non ita diſtinguendum eſt vt quidam volunt quaſi vna ſententia ſit. Exurge Domine ſaluum me fac Deus meus, quoniã tu percuſſiſti &c. Non enim ſaluũ fecit, quia percuſſit inimicos eius, ſed potius ipſo ſaluo facto, illos percuſſit: contra vero dẽtes peccatorum, ſunt dẽtes eccleſiæ eorũ, qui vt coguntur, viuunt

E

Rabbi Salomon Kimchi, percuſſio in maxilla poſita eſt pro ignominioſa, quaſi iuxta puerorum morem in maxilla ſint percuſſi. Rabbi Solomon. Dentes, robur interpretatur.

Quoniam. Aug. non retrependet, non propterea ſaluum facit quia percuſſit, ſed inde contriti ſunt dentes, quia percuſſit , ideſt maledica uerba in irritum dicta ſunt. vel, dentes, ſunt qui quoſdam de numero ſanctorum pręcidunt , & malis incorporant .
* Athan. Serua me Domine. Itaque uniuerſo populo uſui eueni re precor .
* Euſeb hebraice eſt Ieſus. pſalmi concluſio duplicem doctrinam continet. Et potentiam Domini eſſe ſalutarem , & populo, qui ſeruãdus eſt, benedictionem cum preſtaturum. Quæ prophetico ſpiritu ſunt prædicta Nam pendens ex arbore Abſalon eſt caſus.
* Theod. Vt de Saulo, & Amalechitis cętériſque victoriam dediſti, ita me nunc ſalute dignare.
⁜ Theod.hic, & populi, & filii patricidæ curam gerit, cui pacem precatur et benedictionem . Auen Eſdra , omni ſuę genti etiam aduerſanti orat ſalutem .

F

⁜ D.Aug.ſalus domini æterna , & quæ hominib. ac iumentis eſt communis .
⁜ Euthym. Hoc ad gratiarum actionem pertinet , nam qui viſuri ſunt quale auxilium a Deo B.Dauid accepit , omnes daturi ſunt Deo gloriam.
* Ruper.trib.his pſalmis prioribus per ordinem Incarnati. Paſſionis & reſurrectionis, ac aſcẽſionis fidẽ teſtificatus eſt,

In

* Orig.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Ego dormiui. *ſopor autem in ſacra ſcriptura accipitur pro magna triſtitia, vnde Gen.65.g. dicitur de Iacob qui fuerat nimis triſtis, & continue de Ioſeph quem credebat mortuum, nuntiauerunt ei dicẽtes.* Ioſeph filius tuus uiuit, & dominatur in tota terra Aegypti. *quo audito Iacob quaſi de graui ſomno euigilans &c. & ſic loquitur David.* Ego dormiui & ſoporatus. *quaſi abſorptus præ triſtitia de afflictione ſua & populi occaſione ſui, & malitia Abſalon filij ſui.*

2 Et exurrexi. *a tali triſtitia .*

3 Quia dominus. *in ſua protectione, ideo ſubditur .*

4 Non timebo *exiſtentis cum Abſalon.*

5 Circundantes me. *intentio.n.erat Abſalon & populi qui cum eo erat, ſic obſidere Dauid in aliqua ciuitate, quod non poſſet aliqualiter euadere, vnde 2 Reg 17 cum dixiſſet Chuſi de Dauid, quod* ſi vrbem aliquam fuerit ingreſſus , circundabit omnis populus Iſrael ciuitati illi funes, & trahemus eam in torrentem, ut nõ reperiatur nec calculus quidem ex ea. *ſubditur,* dixitque Abſalon & omnes uiri Iſrael, melius eſt conſilium Chuſi. &c.

6 Exurge domine . *victoria.n.quam habuit de Abſalon fuit magis virtute diuina quam humana .*

7 Quoniam tu. *Hæc eſt tertia pars in qua deſcribitur aduerſariorũ exterminium cum dicitur.* Quoniam tu percuſſiſti. *Abſalon enim & populus qui erat cum eo perſecuti fuerunt Dauid ſine cauſa iuſta ex parte ſua, ſed moti fuerunt propria malitia.*

8 Dentes. *ſcilicet Achitophel & aliorum qui detractionibus ſuis mordebant Dauid, dicentes.* Et qui rapuit ouem & interfecit paſtorem, etiam ſaluatio? *q.d.non, ſicut ſupra allegatum eſt. dentes autem iſtorum fuerunt contriti , quia Achitophel ſe ſuſpendit, vt habetur. 2.Reg.28.*

9 Domini eſt ſalus. *hoc dicitur contra illud quod dicebat populus, Ei qui rapuit &c. quia ſibi dictum fuerat a domino per Nathan prophetam de peccato illo, dominus tranſtulit peccatum tuum. 2.Reg.12. vel quia magis virtute diuina quam humana fuerat Dauid ſaluatus a perſecutione Abſalon, & populus qui erat cum Dauid, & ideo ſubditur.* Et ſuper populum. *vel hoc dixit Dauid in fine huius pſal. imprecando populo ſuo multiplicationem bonorum ſpiritualium, & temporalium , quæ frequenter in ſacra ſcriptura per benedictionem deſignatur .*

*Myſtice. per Abſalon patris perſecutorem intelligitur quilibet tyrannus apoſtatans a fide, perſequens Chriſtum patrem ſuum in membris ſuis, qualis fuit Iulianus apoſtata, ſed quamtumcunque talis poteſtate & multitudine ſibi adhærente fulciatur , tamen finaliter deÿcitur, & frequenter in præſenti , ſicut Iulianus apoſtata fuit occiſus a S.Mercurio ad hoc per glorioſam virginem miſſo, & ſemper in futuro niſi pœniteat ante mortem, & ad hanc ſententiam poteſt faciliter huius pſalm. litera applicari .*

Mic

## MORALITER.

1 *Et dormiui & ſoporatus.* per mortem in carne humana.

4 *Non timebo milia.* Tunc enim dixit . Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra .

7 *Quoniam tu percuſſiſti omnes aduerſantes .* Principes enim Iudeorum & populum percuſſit Deus in uindictã mortis Chriſti per exercitum Romanum. Sed quoniam imminente illa deſtructione Chriſtiani, qui erant in Iudęa , monitu angeli tranſierunt in regnum Agrippę qui confęderatus erat Romanis, & ibi fuerunt ſaluati, ut in hiſto. eccleſiaſtica dicitur, ideo bene ſubditur. *Domini eſt ſalus &c.*

## ADDITIO.

A In Pſal.3. *Domine quid multiplicati,&c.* Pſalmus iſte duplici ſenſu literali debet exponi, iuxta regulam beati Iſid. in primo de ſummo bon.prout exponitur a magiſtro huius poſtil. in prologo 2.ſuper Gene.in ſecunda gl. videlicet. Primus enim ſenſus accipiendus eſt ex ipſo tit. & ſic tractat de his q̃ contigerunt ipſi Dauid cum fugeret ab Abſalō filio ſuo, reddens gratias Deo de ſua liberatione. Ad quod ſatis reducitur litera ſaltē pro maiori parte,prout in poſtilla declaratur. Sed quia in eodem pſal.continētur aliqua quæ nullo modo rectè applicantur ipſi Dauid in illa fuga exiſtenti,ſed potius Chrō, cui omnia in hoc pſal.contenta proprie & iuxta primariā ſignificationem literæ applicantur: idcirco alius ſenſus literalis huius pſal.reſultat perfectior primo ſenſu,& ad literā propior. Continentur enim in hoc pſal. *Ego dormiui & ſoporatus ſum,&c.* quod de Dauid in illo ſtatu minimè poteſt intelligi. Nam ſopor & ſomnus apud grammaticos diſtinguuntur ſecundum ſuperius & inferius. In quocunque.n.eſt ſopor in eodem eſt ſomnus,ſed non econtra. Nā ſopor addit ad dormitionem,ſomni ſuauitatem & quietudinē: quod Dauid in illa fuga non legitur habuiſſe,ſed potius oppoſitum.Legitur enim. 2.Reg.17.d. *Nunc ergo mittite citò & annuntiate Dauid dicentes: ne moremini iſta nocte in campeſtribus deſerti, ſed abſque dilatione transgredimini, ne forte abſorbeatur rex , & omnis populus qui cum eo eſt.*& infrà: *Surrexit ergo Dauid & omnis populus qui cum eo erat,& tranſierunt Iordanem donec dilueſceret.*Nullo ergo modo ſuſtineri poſſet, quod in illa fuga quieuiſſet & ſoporatus fuiſſet. Quod autem dicit magiſter poſt.q̧ ſopor in ſcriptura accipitur pro magna triſtitia,potius habetur oppoſitum. Nā per illud Iob.33. quando irruit ſopor ſuper homines,&c.

B Gloſ.cum ceſſant ab exteriori actione,inde fit quies mentis. Non ergo quies mentis compatitur ſecum magnam triſtitiā, nec etiam facit ad propoſitum quod allegat poſtil.de illo verbo Gene.45.g. *de Iacob quaſi de graui ſomno euigilans, &c.* Non enim dicit de ſopore,ſed de ſomno,ſed inter ſoporē & ſomnum eſt differentia,vt dictum eſt. Nec valet dicere quod in alia translatione legitur:& ſomnum cepi.Nam Hebraica veritas teſtatur pro noſtra translatione: verba enim omnino ſimilia ponuntur. & in hoc pſal.vbi dicit, *ſoporatus ſum*, & in ſequenti vbi dicit *& requieſcam*. vnde oportet dicere q̧ dormitio in hoc pſal.contenta fuit in tranquillitate & quiete, q̧ non poteſt ipſi Dauid applicari in ſtatu illius fugæ, vt oſtenſum eſt.Secundus ergo ſenſus huius pſal.literalis & proprius eſt, vt intelligatur de Chriſto in paſſione, morte, ſepultura, & reſurrectione,& perſequentium punitione , & iuſtorū remuneratione. dicit enim : *Domine quid multiplicati ſunt, &c.* Ideo enim multiplicati ſunt perſequentes Chriſtum, vt etiam eorum numero adiunctus ſit infelix diſcipulus.Conſequenter dicit. *Multi dicunt animæ meæ,&c.* Nam multi perſequentium dicebant: *Si filius Dei eſt,deſcendat nunc de cruce,& credimus ei,* Matth.27.c.Conſequenter: *Tu autem domine ſuſceptor meus humanitatis es.* Natura enim diuina humanam ſuſcepit. D *Et gloria mea.* Principalis.n. gloria Chriſti ſecundum quod homo eſt tota trinitas. *Et exaltans caput meum.* ideſt mentem meam , quæ tanta perſecutione non deprimitur. Sequitur: *Voce mea ad dominum clamaui,*clamans enim Chriſtus in cruce voce magna emiſit ſpiritum,Luc.23.f.Sequitur: *Et exaudiuit me de monte ſancto ſuo.* nam Apoſtolus commemorans clamorem validum Chriſti dicit: *Exauditus eſt pro ſua reuerentia*, ad Hebr.5.b.Quæ exauditio intelligitur quò ad reſurrectionem & efficaciam paſſionis. Sequitur: *Ego dormiui*, in cruce p̱ mortem,ſæpe enim in ſcripturis accipitur dormire pro mori, vt ibi: *Dormiuit Dauid cum patribus ſuis.*3 Reg.2.b. Et de Stephano, *obdormiuit in domino.* Act.7.g.& ſic de multis alijs. *Et ſoporatus ſum,*in ſepultura,in qua primo requieuit a perſecutionibus & opprobrijs. Sicut enim in morte Chriſti quæ fuit abiectiſſima & ignominioſa conſideratur magnitudo patientię ipſius & conſtantiæ, ſic eius ſepultura fuit honoratiſsima, & ore prophetico taliter pronuntiata. vnde Eſa.11.c.*Erit ſepulchrum eius glorioſum.* ad denotandum virtutem magnam morientis,qui contra intentionem occidentium etiam mortuus honorificè ſepelitur. Sequitur: *Et exurrexi,&c.*quia tertia die reſurrexit. Sequitur: *Non timebo milia populi, &c.* ſcilicet cuſtodes ſepulchri, qui auctoritate plurimorum Chriſtum circundabant, nec valuerunt reſurrectionem Chriſti impedire. E *Exurge domine.* ideſt,fac me exurgere tua diuina potentia.*Saluum me fac Deus meus a corruptione.* iuxta illud : *Et non dimittes ſanctum tuum videre corruptionem.* Pſal.6.c. Sequitur: *Quoniam tu percuſſiſti,&c.* nam omnes perſequentes Chriſtum in paſsione præter pœnitentes fuerunt grauiter puniti, vt latius patet in hiſtorijs. Sequitur auctoritas huius ſalutis,quæ eſt propriè diuina. Vnde: *Domini eſt ſalus.* cuius effectus eſt. *Et ſuper populum tuum benedictio tua.* Effectus enim paſsionis Chriſti eſt gratia in præſenti , & gloria in futuro, quæ eſt ſumma benedictio.

## REPLICA.

In tertio pſalm. *Domine quid multiplicati*: vbi poſtill.ratione tituli, primum exponit pſalm. iſtum de Dauid inquantum fuit figura Chriſti, de quo principaliter exponitur , vt vult idē poſtill.in ſuo repertorio morali.Burgenſ.mouet difficultatem vocalem & grammaticalem de ly.*ſoporatus*, dicens ſoporem de Dauid non poſſe exponi, quia ſopor ſignificat trāquillam vel ſapidam quietem , qualem Dauid non habuit in fuga a facie Abſalon. Huic tamen vocali difficultati poteſt ſatis fieri per id quod ponit Burg. Geneſ.15.vbi noſtra tranſlatio communiter habet:*Sopor irruit in Abraham* & horror magnus *& tenebroſus inuaſit eum.* vbi Burgen.dicit tranſlationem noſtram,ſe proprie habere ad Hebraicā literam.Vnde patet ſoporem non ſemper accipi pro mentis ſapida tranquillitate,prout ſe Burg. in hoc loco reſtringit.

## GLOSSA ORDINARIA.

a ¶ Chriſtum uel plenitudinem temporis. Prophetæ.

a In finē pſalm. Cantici Dauid.

C *In finem.* Auguſtinus.Finis duobus dicitur modis, quando quid deficit, vel quando perficitur.

Auguſt.Canticum lætitiam indicat. Pſalmi ſunt qui canuntur ad pſalteriū,quo in magno myſterio vſus eſt p̱pheta *Pſal.*de moribus ad agendū,vt deſerantur falſi dii & vana ſeculi. *Cantici*:quia fit mentio de æterna iucunditate.

Origenes.Inſcriptio *in finem*, præ ſe fert finem & victoriā Chriſti, qui victor iuxta Aquilam appellatur nō quia vincit inuictum, ſed,quandoquidem eſt Dei verbum, quia perſuadet.In pſalmis a LXX.& Aquila. in hymnis a Theodotione, a Symmacho per pſalteria qui docent per inſtrumenta hoc canticum dictum:eſt autem canticum vox dicentis inclinata,modulatio artificium carminis rithmice decantati.

* Theodoretus.In finem ſignificat ea , quæ prædicta ſunt longo poſt tempore perfectū iri.Nam de reſurrectione vaticinatur ſub finē. Aliis eſt hymnus triumphalis victori Deo. Hunc enim dictauit Dauid Abſalom deuicto,in eos qui prouidentiam negant.

⁂ Didym.Dauidi prænotatur, cum ad ea quæ dictauerit alium pſallentem habuerit. F

⁂ Aſter.In finem quia principium in opprobrio adulterij,finis in hymnis poſt pænitentiā dicitur:

⁂ Eſyc. Titulus nullam habet hiſtoriā apparet futurorum prædicendorum cauſa tātum editum eſſe. Nonnulleque Hebręorum traditiones non finē ſed Victori prænotarunt.

* Hieronym. In finem in carminibus *Pſalmus Dauid. In finem.* ideſt in Chriſto.In carminibus,ideſt, in laudibus.Pſalm.Dauid,ideſt,Laus Chriſti.

⁂ Euthym.In finem inſcribitur,quia myſteria reſurrectionis continet, & quæ ad futurum ſeculum pertinent: & quia ea quæ hic prædicuntur,nouerat finem habitura.

⁂ Caſſiod.Vel quia pro nobis,in quos finis ſeculorum deuenit,dictus eſt. Pſalmus Cantici ei ſcribitur,quia prius inuitat ad laborem,poſterius ad gloriam.

* Chaldæus ad laudandum in carminibus Pſalmus Dauid.

PSAL-

## PSAL. IIII.

A

Ioel. 2. a CVm inuoca. Caſ. Exēplo ſui increpat infideles de falſis.
✠ Orige. Inuocare eſt non in voce, ſed in ipſo nunciantis affectu, & ſtabili fide iudicatur: vnde quicunque inuocauerit nomē Domini, ſaluus erit. Tribulationes autē ſunt iuſtorū, flagella peccatoris.

† Cum inuoco, exaudi.

✠ Euſeb. Timebat enim Arcæ, & populo Dei.
✠ Theodo. Iuſtitiam ſuam dicit, iuſtam petitionem.

B

† gloriam meā in ignominiā, ſub. verteris.

✠ Eſychius. Opera aliquid rogantium in orationis verba deputantur.
✠ Didym. Dilatat Deus non auertens mala, ſed magnum præbens patienti animum.
* Athan. Tribulationibus me exemiſti, & amplum campum dediſti.
* Hier. Pij cū tribulantur, corde dilatantur ſpe certa ſalutis.
* Aug. Ab anguſtijs iuſtitiæ in latitudinem gaudiorum deduxiſti me. (in 1. c. prou.)
✠ Greg. Vitium anguſtat, virtus dilatat.
* Euthy. Deus iuſtitiæ meæ qui Abſaloni comparatus iuſtus videri poſſum, dum iuſtiorem cauſam foueo. (moral. 29. c. 8.)
* Rupertus. Id impletum in diſcipulis in die pentecoſtes. (act. 1.)

C

b *Dilataſti mihi.* Aug. Ab anguſtijs triſtitiæ in latitudinē gaudij duxiſti. vñ. *Gaudemus in tribulat. ſci. quo. tri. &c.* Pri⁹ īdicauit ſe auditum: nam quaſi habens in corde Deum ei loquitur.
c *Miſerere mei.* Miſertus da iuſtitiā & dilatationē. Item, miſerere contra miſerias huius vitæ.
✠ Orig. Euſeb. Dauid voti compos non extollitur, ſed de futuro ſolicitus adhortatur ad Deū ſupplices accedere.
* Aſterius. Deum enim aſſidue orare debemus.
✠ Theodor. Vide iuſtus precandi tempus non accipit.
✠ Chryſo. Si ad ipſum virtutis faſtigiū peruenerimus, ſeruamur miſericordia; & cum iuſtitia mente contrita egemus.
d *Orationem meam.* De petendis bonis: Et cum ita de me, filij hominum.
e *Diligi &c.* Caſ. Voto amplexamini, quæritis labore vana idola, & mendacia, quæ non Deus: vel terrena, quæ non faciunt, quod promittunt.
* Orig. Filij hoīum pro hoībus dictum eſt quemadmodum Græcis mos eſt. Eſt aūt agnoſcendū qđ huiuſmodi vox, Hō (cū ſancti dij appellant, *vt ego dixi Dii eſtis*) in dedecus accipit, cū vero pctōres pecora dñr in laudem. *Vt homines & iumēta ſaluabis.* Nemo aūt ante captiuitatē filius hoīs dictus eſt, ſed primi Daniel & Ezechiel qđ præſtantiam naturæ hominis qui ad imaginē Dei conditus eſt, conſeruarēt. Saluator autē filius

## Pſalmus IIII.

¶ Quaſi dicat. Conuertimini, & Deus vos exaudiet ſicut me, ego. n. de iniuſtitia ad iuſtitiam me conuertens, inuocaui & exauditus ſum. 1

a CVm inuocarem exaudiuit me Deus iu- 2
a Vel ſcilicet. b Quam ſuſcepi ab illo, quia Deus dedit mihi discretionem inuocandi eum. 3
b ſtitiæ meæ, in tribulatione † dilataſti mi- 4 5
a Adhuc miſerere, vt cœpta perficiantur.
a hi. Miſerere mei, & exaudi orōnem meā 6
a Qui vti ratione debent. Vel, Adæ, non Dei. b Vel in aduentu filij præſente veritate ceſſat error. 7
a Filii hominum vſquequo b † graui corde, vt quid diligitis 8 9

---

## NICOLAVS DE LYRA.
## PSALM. IIII.

1 CVm inuo. *Huic pſal. præmittitur titulus talis ſecundum Hebr.* Ad victoriā in organis pſal. Dauid. *Dicit autē Rab. Sa. ꝙ per hoc quod dicitur,* ad victoriā, *intelligitur quod pſal. iſte cantabatur a Leuitis cum quodam conatu vnius chori ad ſuperandū alterū, & econuerſo, ſicut in eccleſia in cantu alicuius proſæ, vnus chorus nititur alterū ſuperare. Per hoc autem quod ſubditur:* In organis: *intelligitur ꝙ cantus huius pſal. magis erat aptus decantari in inſtrumento muſico qđ vocatur organa, qui in aliis muſicis inſtrumētis, ſicut vna nota magis appropriatur violæ quā alio muſico inſtrumento. Per hoc autem qđ dicitur,* pſal. Dauid. *oſtēditur ꝙ fuit auctor huius pſal. Ad intellectū vero prædictū reducitur titulus huius pſal. qui ponitur in translatione. Hier. iuxta Hebraicū, q talis eſt:* Victori in pſal. canticum Dauid. *Et qđ dicitur,* victori, *ſubintelligitur choro Leuitarū: quia vnus chorus nitebatur aliū vincere mō prædicto: & cū ſubditur:* In pſalmis. *accipitur cātus pro inſtrumēto in quo cantatur. ſ. pro organis: Sicut econuerſo aliquādo ponit inſtrumentū muſicū pro cantu qui in eo cātatur, ſicut dicitur comuniter, viola facit hominē tripudiare, qa ſonus violæ facit hoc: Quod additur:* Canticū Dauid. *idē penitus ſignificat ſicut* pſal. Dauid, *quod expoſitū eſt. Ad eundē intellectū reducitur titulus qui cōiter ponitur in bibliis, qui talis eſt;* In finē pſal. cātici Dauid. *Finis. n. habet rationē vltimi & optimi. 2. Phyſi.* (Philoſophus.) *Leuitæ autē in cantu huius pſal. faciebant vltimū de potentia, vt patet per prædicta: & hoc erat etiā optimū in genere diuinarum laudum. Cætera huius tituli patēt ex dictis: Igitur ex prædictis titulis apparet manifeſte auctor huius pſ. ſcilicet Dauid, ſed materia non apparet: propter quod apud Hebræos & ſimiliter apud Latinos varie exponitur, etiam in ſenſu literali, quem prout potero intendo proſequi: & propter breuitatem ſectandā omiſſis varijs expoſitionibus, vnam accipio quæ mihi videtur magis conuenire literæ & etiam rationi: ſcilicet quod iſte pſal. ſit gratiarum actio ipſius Dauid pro eius liberatione, quando Saul & eius exercitus cingebant Dauid & viros eius in modum coronæ, & Dauid deſperabat ſe poſſe euadere: & tunc venit nuntius ad Saul dicēs:* Feſtina & veni, quoniā infuderunt ſe Philiſthijm ſuper terram, *& tunc fuit compulſus dimittere Dauid & viros eius, vt habetur 1. Regum. 23. d. Non eſt enim veriſimile, quin Dauid egerit pſalmum ſpecialem, reddēdo Deo gratias de iſta liberatione: Nec inuenitur alius pſalm. ad hoc appropriatus, licet in aliquibus alijs pſal. fiat mentio de hoc beneficio cum aliquibus aliis: quia idem beneficium in pluribus pſal. recolitur, vt patet de eductione populi Iſrael de Aegypto: propter quod hic pſal. huic intellectui videtur ſatis rationabiliter applicari. Igitur ſecundum hunc ſenſum pſal. iſte diuiditur in tres partes, quia primo ponitur gratiarum actio de dicta liberatione, ſecundo ſubditur aduerſariorum allocutio pro iniqua perſecutione, ibi:* Filij hominum. *tertio reſumitur diuina laudatio in pſalmi conſummatione, ibi:* Dediſti lætitiam, &c. *ſicut frequenter fit in cantilenis, quod ab eodem incipiunt, & ad idem terminantur. Circa primum Dauid gratias agens dixit:* Cum in. *Deum deuote orando.*

2 Exau. me. *de manu Saul liberando.*

3 Deus iu. *iuſtitiæ meæ auctor inquantū hominē iuſtificat: & remunerator, inquantum pro operibus iuſtitię me remunerat. ideo ſubditur*

4 In tri. *Eo quod eram circundatus a Saule & exercitu eius.*

5 Dilata. *Faciendo recedere: & ſic habui ſpatium dilatatum ad eundum ſecundum propoſitum voluntatis meæ.*

6 Miſe. *In futuro ſicut feciſti in præterito: beneficium enim obtentum præſtat fiduciam ad aliud obtinendum.*

7 Filij ho. *Hic conſequenter Dauid aduerſarios ſuos alloquitur pro iniqua perſecutione: & primo arguit eos de peccatis iam perpetratis. ſecundo inducit eos ad deſiſtendum ab inchoatis, ibi:* Iraſcimini. *tertio ad exercendum opera æquitatis, ibi:* Sacrificate. *Circa primum dicit ſic:* Filij homi. *i. rationabiliter & iuſte viuentium, quales fuerunt Abraham, Iſaac: & Iacob: ex quibus deſcenderunt Saul & viri eius.*

8 Vſquequo gra. *i. aggrauati ex peccati conſuetudine.*

9 Diligi. *i. tanto affectu anhelatis ad me vane perſequendum. Sicut enim medicina dicitur vana quæ fruſtratur ſine intento. ſ. ſanitate, vt habetur ex 2. Phyſi. ita perſecutio Saulis contra Dauid dicitur vana quia fruſtrabatur intentio perſequentium intendentium capere Dauid & occidere.*

E

---

## MORALITER.

1 *Cum inuocarem exaudiuit me Deus.* Pſalmum iſtum ad literā expoſui de liberatione Dauid, qñ Saul cum exercitu cingebat Dauid, & viros eius in modū coronæ. 1. Reg. 23. Moraliter aūt exponendo, p Saul qui interpretatʳ abutens, dęmō ſignificatur, qui bonis naturalib. quę in eo integra remāſerūt, ad malum abutitʳ. Per Dauid aūt qui manu fortis interpretatur, quilibet vir fidelis, & cōſtans ſignãtur: quem diabolus cū ſuis ſatellitibus, vt eū capiat, in modū coronę cingit, ſicut dr̃. 1 Pet. 1. c. *Aduerſarius veſter diabolus tanquā leo rugiens, circuīt quærens quem deuoret:* & ideo pro ſua liberatione debet ad dominum clamare, & cum per internam conſolationem ſentit ſe exauditum, debet gratias agere, dicens.

1 † *Cum inuocarem.* in oratione.

2 *Exaudi.* ſcilicet dator, & conſeruator.

5 *In tri.* Nam ſicut aurum martelli percuſſione dilatatur, ſic virtus in tribulatione perficitur. Et quia vir iuſtus ab oratione non debet ceſſare, ſubditur.

7 *Miſerere.* diabolus autem in perſecutione iuſtorum vtitur aliquando malis hominibus qui ſunt membra eius. ideo contra eos dicitur.

8 *Filii hom. vſ. &c.* Supple eſtis, inferentes grauia bonis hominibus ſine cauſa.

9 *Vt quid di.* Iuſtos ſuperbè deprimendo.

Et quæ-

* Amb. In Luc. guttur in quo eſt perfidia lethalis eſt ſepulchrū patēs, vel doctor qui ab aliis exigit, quod nequeat ęmulari. Hier. infelices hęretici ſepulchra plena oſſib. mortuorū.
* Aug. Ad voracitatem & adulationem referri poteſt.
* Chryſ. delectari cęde hominum eſt hēre guttur patens.
* Euthy. Aut dictum ꝑ contumelias turpes & iurgia dicta in Dauid. Rabi Dauid, ruina eſt eorum guttur, vorago.
g *Iudica illos Deus. Decidant a cogi.* Non optat, ſed quod futurum

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Virum ſanguinum. *Ideſt, effuſorem ſanguinis innocentis.*
2 Et doloſum. *amicitiam, vt decipiat ſimulantem, quales erant hoſtes Iudæorum.*
3 Abominabitur Do. *eum a ſe reiiciendo.*
4 Ego autem. *Hic cōſequenter adhuc ſubditur de pſallendi ſeu orādi modo, cū dicitur in perſona cuiuslibet cantoris huius pſal.* Ego autē. *et incipit hic verſus in Hebræo et in tranſlatione Hier. iuxta Heb.* Ego autem in multi miſc. *i. præſumens de tua miſericordia, non de mea iuſtitia.*
5 Introibo in domum. *i. in templum tuo nomini dedicatum.*
6 Adorabo ad tēp. ſ.t. *quia Iudæi etiam extra Ieruſalem exiſtētes verſa facie verſus Ieruſalē adorabāt, vt habetur 2. Par. 6. & Dan. 6.*
7 In timore tuo. *i. reuerendo modo.*
8 Domine deduc me. *Hic conſequenter reſumitur petitio de ſubiectione hoſtiū, cū dicitur in perſona populi Iudaici.* Domine de. &c. *i. deduc me in protectione tua, vt ſim inſtrumentum iuſtitiæ tuæ, ad deuiciendum hoſtes me iniuſte perſequentes.*
9 Dirige in conſpec. *faciendo eam proſperam, et ad hoc allegat aduerſariorum malitiam tanquam cauſam, dic.*
10 Quoniam non eſt in ore. &c. *Quia poſt ſimulationē amicitiæ inimicitias exercebant, vt ſupra dictum eſt.*
11 Cor. eorum. *Nihil habens amicitiæ ſtabilis.*
12 Sepulchrum pa. *q.d. vellent nos ſi poſſent, viuos deglutire.*
13 Doloſe. *prius amicitiam ſimulando.*
14 Iudica. *Condemnando eos ad pęnā & interitum. Vnde in tranſlatione Hier. iuxta Hebræos habetur.* condemna eos Deus.
15 Decidant a cog. *quibus cogitant nos perdere & hæreditates noſtras poſſidere.*

## MORALITER.

1 *Virum ſanguinū & doloſum abominabitur dominus.* Hic ponitur ſingulare pro plurali, ſicut Exod. 8. f. *Venit muſca grauiſſima,* id eſt, multitudo muſcarum. Igitur hic viri ſanguinē dicuntur Mahumetus & tenentes legē eius, quæ a gladio cępit, & per gladium tenetur. Et vt dicunt aliqui doctores, per gladium terminabitur.
2 *Ego autem in multitudine,&c.* Hic incipit verſus in Hebręo, & ponitur modus adeundi terram illam, cum dicitur. *Ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ principaliter confidens, & non in merito iuſtitiæ meæ & apparatu militiæ.*
5 *Introibo in domum tuam.* i. ſanctū ſepulchrū in quo quieuiſti.
6 *Adorabo ad templum ſanc.* i. modo reuerenti & deuoto. Et quid orabo?
8 *Domine deduc me in iuſtitia tua,&c.* i. deduc me in virtute tua ad faciendum iuſtitiam de inimicis tuis & meis. Et allegatur ad hoc ratio, cum dicitur.
10 *Quoniam non eſt in ore eorum ver.* ſed falſitas, quia lex Mahumeti quam confitentur, eſt conficta multis falſis.
12 *Sepulchrum patens eſt guttur eorum.* de quo non exit niſi fœtor.
† *Linguis ſuis doloſe agebant.* frequenter cum Chriſtianis.
14 *Iudica illos Deus.* iudicio condemnationis.
15 *Decidant a cogitationibus ſuis.* quibus machinantur inferri mala fidelibus tuis.

rum eſt prædicit. Decidit qui ſpe bona fruſtratur.
*Theod. Contra te.n.bellum excitauerunt, cum eos contra qui tibi adiuncti ſunt, aciem inſtruxere.
⁜Hier. Egregie dixit a cogitationibus ſuis. Quotidie.n.hæretici immutant dogmata ſua.
* Chryſ. Decidant ex .i. fac ceſſare a vitio, vt irrita ſint eorum conſilia.
* Orig. Non.n.Deus a ſeipſo quenquam expellit.
*Didym. Deus immutabilis, tum affectibus ſubiici uidetur, cum nos eas animi perturbationes habemus. Noſtra.n.tanquam eidem propria, & communia reputantur. veluti Obliuio quam habemus illius, non ſecus, acſi illius eſſet, accipitur. ſic Paulus, ſi quis ignorat, ignorabitur. Rabi Dauid Regem tu me declaraſti, me regnare iuſſiſti, ſpernunt illi hæc iuſſa.
a *Et lætentur.* Caſſ. Poſt retributiones malorum ſubdit præmia bonorum, vt ſicut pœna terret, præmia incitent.
* Caldaica. Et lætabuntur omnes qui ſperant in verbo tuo, in æternum laudabunt, obumbrabis eos.
*Cyrillus. In Ioan. Impoſſibile eſt aliquid boni a nobis peragi, niſi Spiritusſancti gratia munitis. D
⁜Idem Ibidem, cæteris fugientibus Deus ſemper adeſt.
*Hieron. Dixit qui diligunt, non qui timent, vbi.n.eſt timor non ſemper eſt amor.
b *Vt ſcuto.* Caſſ. Vno uerbo indicat beneficia Dei gratuita. Voluntas, quæ uocatē defenſio contra omnia, & corona, & clypeus. capiti aptatus corona eſt, cordi defenſio. E
c Octaua, eſt aduentus domini, ſi qua peccator timet argui, & ideo pœnitet. Octaua.
Aug. Octauā dicunt aliqui aduentum domini, q uēturus ē poſt ſeptem millia annorū (vt aiūt) ſed nulli hoc tempus cognitum eſt potius octauus dies dicitur, quia omnia tempora ſeptem dierum repetitione uoluūtur. Illæ nullam habent varietatem. Vel duæ uitæ ſunt. Vna pertinet ad corpus, qd' eſt vetus homo, cui & vetus datum eſt teſtamentum, in qua regnauit mors. Altera ad animam, quod eſt nouus homo regeneratus per Chriſtum. Ad corpus autem quaternarius, ad animam ternarius pertinet. Peracta ergo utraq; quaſi ſeptenario numero, veniet octauus dies iudicii, vbi cuique pro meritis reddetur. Vnde timens eccleſia hic orat. Ro.3.b. F

†voluntate beneplacito, vel fauore tuo coronabis eum, aut circundabis

a ¶ Aug.i.longe vt merentur pelli ab hæreditate, quæ videndo deum poſſidetur
b ¶ Qui, ſibi uidentur intromiſſi.

ſecundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, 1

a ¶ Vel amaricauerunt. ¶ Aug. Panis de cælo qui dulcis, ægris, per peccata ita amarus eſt, ut ſuſtinere non poſſint. ¶ Econtra. b ¶ De adepta hæreditate. c ¶ Quibus gratulantibus, vel guſtantibus ſuauis eſt.

a quoniam † irritauerunt te Domine. Et lætentur omnes qui

a ¶ Non dubie dico. b ¶ Non temporaliter. c ¶ Ideſt quia d ¶ Hæc eſt æterna eorum exultatio. 2

ſperant in te, in æternum † exultabunt, et † habitabis in eis. 3 4

a ¶ Auguſt. tanquam habentes ad fruendum quod diligunt, quæ eſt hæreditas æterna. 5

Et † gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum,

a ¶ Auguſt. Benedictio eſt gloriari in Deo, & habitari ab eo: Sed quia hanc præcedit vocatio, quæ eſt gratiæ, ſubdit: Domine vt ſcuto, & cætera. 6
b ¶ Bona uoluntas Dei præcedit noſtram, vt vocet ad pœnitentiam, & hæc ſunt arma quibus vincitur inimicus, hoc ſcutum contra eum qui tribulationibus, & tentationibus ſuggerit deſperationem.

b quoniam tu benedices iuſto. Domine vt ſcuto † bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos. 7 8

¶ Id eſt Chriſtum. a ¶ Pœnitentis. b ¶ Pro metu iudicii. 9

c †In finem Pſalmi Dauid pro octaua. 10

☞PSAL.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Secundum mul. *Multiplicatio.n.peccatorum meretur exterminium gentis.*
2 Quoniam irritau. *attribuendo veritatem tuā idolis, & dæmonibus ſecundum quod dicitur infra pſal.95.b.* Omnes dii gentium dæmonia, &c.
3 Et lætentur. *Hic conſequenter ponitur ſecundus effectus, qui eſt ciuium protectio, cū dicitur:* Et lætentur, &c. *habita victoria de aduerſariis, ex qua cauſatur lætitia.*
4 In ęternum, &c. *i. exultent: quia ſicut dixi, Hebræi pro modo optatiuo vtuntur futuro indicatiui: Et dicit in æternum: vt in præſenti in domino gaudeant ipſum laudando, & perfectius in futuro.*
5 Et habitabis in eis. *In præſenti per gratiam, & in futuro per gloriam. ideo ſubditur.*
6 Et gloriabuntur. *& ſubditur cauſa.*
7 Quoniam tu bene. *In bonis temporalibus & ſpiritualibus multiplicando. Et ſubditur pro victoria de aduerſariis gratiarum actio, cum dicitur in fine pſalmi.*
8 Domine, &c. *i. per tuam bonam uoluntatem, non per noſtram iuſtitiam vel fortitudinem.*
9 Scuto, *ſcilicet, tuæ protectionis & defenſionis.*
10 Coronaſti nos. *Dādo victoriam de aduerſariis noſtris: quæ per coronationem deſignatur, eo quod corona victoribus antiquitus donabatur. Secundum autem ſenſum allegoricum iſte pſalmus eſt oratio Eccleſiæ contra infideles terram fidelium inuadentes. Secūdum vero ſenſum moralem eſt oratio eccleſiæ contra dæmones, fideles ſuis tētationibus perſequentes, & quærentes eos deiicere a conſecutione hæreditatis æternæ. Sed iſtos ſenſus non intendo proſequi, exponendo totaliter. Tū quia de facili a quolibet intelligente poteſt ad hoc applicari litera huius pſal. Tum quia alii doctores, & expoſitores ualde ſufficienter proſecuti ſunt iſtas expoſitiones.*

*PSAL.

## MORALITER.

1 *Secundum multitudinem impietat. eorum expelle eos.* Quaſi dicat iniquitates eorum demerentur, ut de terra illa deiiciant.
2 *Quoniam irritauerunt te domine.* Auferentes cultum tuum de terra, in qua potiſſime deberet uigere.
4 *Et lætentur omnes qui ſperant in te.* De eorum deiectione.
6 *Et gloriabūtur in te.* i. glorientur in te de victoria a te ſibi collata.
7 *Quoniam tu benedices iuſto.* in bonis ipſum multiplicando.
9 *Scuto bonæ uoluntatis tuæ coronaſti nos.* i. coronabis. Scriptura nanque ſacra loquitur frequenter de futuro per modum præteriti, & econuerſo, ideſt reddes nobis coronam Ieruſalem.

A

PSAL. VI.

# PSALMVS VI.

a ¶Hic ſeca, hic vre, &c. b ¶Aug. Furor idem eſt ex Græco, quod ira. vnde & hic varie dicitur, prius furor, poſtea ira, vel econuerſo. c ¶Quaſi conuincas.

Dominé, ne in † furore tuo arguas me, ne- 1
a ¶Quod minus eſt. b ¶Quaſi caſtigandum. c ¶Sed.
que in † ira tua corripias me. Miſerere mei 2
a ¶Quia iuſtitiam ſuſtinere nequeo. ¶ Natura & peccato.
domine quoniam infirmus ſum, ſana me do-
a ¶Non parum ſed vſque ad oſſa peruenit, ideſt, robur animæ. hoc valde. b ¶Fortitudo animæ. c ¶Expoſitio oſſium.
mine, quoniã cõturbata ſunt oſſa mea. Et anima mea turba- 3
a ¶Ideo b ¶Differs. c ¶Aug. & ideo qui pius es non differas, ſed conuertere, vt ego conuertar ad te, ſed quia perfectę conuerſationi noſtræ ſemper eſt paratus, videtur dici: conuertere, ideſt, fac me perfecte conuerti, in quo ſentit laborem: vnde addit: Eripe animam quaſi in conuerſione multis impeditam.
ta eſt valde, ſed tu domine † vſquequo: Conuertere dñe, & 4 5
a ¶Non merita, quia iuſta damnatio peccanti.
† eripe animã meã: ſaluũ me fac propter miſericordiã tuam: 6 7

† ira tua — † furore tuo — † ſub. conteres me, aut quid ſimile — † erue

a Domine ne in furore. * Theod. Octauum futurum ſtatum propheticus ſermo nominat, qui eſt preter ſeptem dies hebdomadis vitæ pñtis, quẽ titulũ poſuit, quia iudicij & mortis meminit, vbi non fieri põt, vt qui hęc pñię remedijs eti ſoluerũt, illic afferant Deo cõfeſſionem pro peccato. quo circa Dauid poſt duplex flagitium has affert Deo preces.

* Baſil. Ne ſuccẽſeas propter Vriam aut cõmouearis propter Betſabeam.

B

Caſs. Confeſſio eſt deprecatiua, quę apud Deũ valet. Primo eſt exordium, in quo captat beneuolentiam, per poteſtatẽ iudicis, per infirmitatem ſuã, per conſuetudinẽ parcendi, quia non vult a mortuis, ſed a viuis rogari.

b Arguas. Auguſtinus. Argui grauius eſt quam accuſari, vnde damnatio timetur. Corripi mitius, ideſt, emendari vel erudiri. Arguuntur in iudicio qui ſine fundamento. Emendantur, ideſt purgantur qui ſupra illud lignum, fœnum, ſtipulam ædificauerunt. Dicit ergo hic ſana, ne ibi ſit opus. vnde ſubdit: Miſerere.

c Infirmus. Aug. Reatu infirmat̃ aĩa a quo ſana, quia oſſa. i. mens conturbatur ad præſentiam: & anima, i. ſenſualitas, ergo

C

go vſquequo differs, quaſi dicat, quid reſtat quin ſanes?

d Vſquequo. Aug. Innuit ſe diu luctari cũ vitijs. Non eſt autẽ crudelitas dilatio Dei, ſed vt perſuadeat animæ in quæ mala ſe pcipitauit. Nondum enim tam perfectè orat, vt ei dicatur: Adhuc te loquente dicã, ecce adſum. Vt ex difficultate ſanationis inde magis caueat ſibi, & vt oſtẽdatur quę pœna ſit non conuerſis, ſi tanta difficultas ſit conuerſis: vnde: Si iuſtus vix ſaluabitur, impius vbi apparebit?

* Baſil. Infirmitatem non corporis, ſed fidei remiſſionem & concupiſcentiæ ardorem vocat.

* Theodor. Vox huiuſmodi peccatoribus conuenit. Nam infirmitate præcedẽte, peccatũ vincit. Oſſa ſunt ratiocinatiões p quas Animal dirigitur. dicit autem: vſquequo. obſecrans vt opem properè ferat. Nã ſpiritu fornicationis aĩæ vires erant pturbatæ.

e Conuertere. Caſſiod. Qui auerſus eras, vel a vindicta.

f Eripe. ab imminente morte. Vel eripe aĩam pc̃tis ligatam.

* Baſil. A iuſtis duo expetuntur, vt recõciliati ſint & anima ſeruetur.

* Theodo. Conuerte me, pro, Attende me poſuit. Ne auertas faciem, ex translatione excandeſcentium, & aduerſantium, & audire nolentium.

g Saluum me fac, &c. dando virtutes.

Quoniam

## NICOLAVS DE LYRA.

### PSALM. VI.

1 Domine ne in furore. Huic pſalm. præponitur talis titulus in Heb. Ad victoriam in organis ſuper octauam pſalmus Dauid. Et ſecundum Hebr. octaua eſt hic nomen inſtrumenti muſici, eo quòd octo chordas habeat, ſic nominati ſicut monochorda quæ eſt inſtrumentum muſicum, ab vnitate chordæ nominatũ. ſecundũ hoc igitur ſenſus huius tituli eſt: pſal. Dauid ſuper octauam. ideſt, aptus decantari inſtrumento tali. Ad victoriam in organis. ideſt, in cantibus, eo modo quo cantores conabantur in canticis vnus chorus alium ſuperare, ſicut ſuprà expoſitum eſt in titu. pſalm. 4. & ſic organũ non eſt hic nomen inſtrumenti, ſed cantus. Et propter hoc Hierony. in tranſlatione iuxta Hebraicũ pro organis tranſtulit hic in Pſalmis di. Victori in Pſalmis Pſal. Dauid ſuper octauam. & patet expoſitio ex h[illegible] di[illegible] & in titulo pſal. quarti. Et ſimiliter patet expoſitio tituli qui communiter ponitur in Biblijs: qui talis eſt: In finẽ Pſal. Dauid pro octaua. Quia per finem hic intelligitur vltimum de potentia in conatu cantorum, ſicut dictum fuit ſuprà titulo quarti Pſal. Igitur ex prædictis apparet, quòd Dauid auctor fuerit huius pſalm. ſed materia pſal. ſeu de quo fecerit non apparet propter quod variè et multipliciter exponitur apud Hebræos & Latinos: & propter breuitatem ſectandam vnam expoſitionem accipio, quæ mihi videtur literæ rationabilius applicari, ſcilicet ꝙ Dauid fecerit iſtum pſal. petens miſericordiam ſuper offenſam, diuina, qua iactanter & contra legem iuſſit populum numerari abſque datione argenti, quod in tali numeratione præcipitur dari Exod. 30. propter quod propheta Gad de mandato domini dixit: Trium tibi datur optio, &c. Vt habetur 2. Regum 24. b. Et ibidem ſubditur: Dixit autem Dauid ad Gad: Coarctor vndique nimis, &c. Quia videbat ſi qui pœnam horribilem ſuper ſe & populum occaſione ſui. Et ſecundum hoc iſte pſalm. in duas partes diuiditur: quia primo ponitur ipſius Dauid mirabiliter afflicti deuota petitio. ſecundò ipſius Dei exauditio, ibi: Diſcedite a me. Circa primum Dauid primò implorat diuinam miſericordiam. ſecundo ad ipſam obtinendam allegat ſuam pœnitentiam, ibi: Laboraui. Circa primum dicit ſic.

1 Dñe ne in furore. Id eſt, ne punias me ſecundum rigorem iuſtitiæ tuæ, ſed magis ſecundum dulcorem tuæ miſericordię. Et dicit in furore tuo, alludendo ei quòd ſcribitur. 2. Reg. 24. a. de populi numeratione. Et addidit furor domini iraſci contra Iſrael, commouitque Dauid dicentem ad Ioab: Vade, numera Iſrael, & Iudam.

2 Miſerere mei do. Ex viſione enim angeli percutientis populum pro numeratione prædicta Dauid fuit ita territus quòd de cætero fuit quaſi languidus intantum, quòd non calefiebat veſtibus, vt habetur. 3. Reg. 1. Et huius languidæ frigiditatis vna cauſa fuit iſte terror, vt dicunt doctores, ſicut expoſui 3. Reg. 1.

3 Et anima mea turbata eſt valde. Videns enim angelum cædentem populum occaſione ſui, ita fuit turbatus, quòd dixit ad dominum: Ego ſum qui peccaui, ego ſũ qui inique egi: iſti qui oues ſunt quid fecerunt? vertatur obſecro ira tua contra me & contra domum patris mei, vt habetur. 2. Reg. vlt. b.

4 Sed tu domine vſquequo? ſubintelligitur ſuſtinebit populi percuſſionem & meam afflictionem. Et eſt modus loquendi decurtatus, ſicut homo anxiatus, & territus non profert intentionem ſuam completè ſed truncatè.

5 Conuertere domine, &c. De rigore iuſtitiæ ad dulcorem miſericordiæ.

6 Et eripe animam meam: de iſto timore & afflictione.

7 Saluum me fac propter miſericordiam tuam. non propter iuſtitiam meam, cum iniquè egerim. Et ad allegationem diuinæ miſericordiæ ſubdit per modum cauſæ.

Quoniam

## MORALITER.

1 Domine ne in fu. &c. Pſalmum iſtum fecit Dauid pęnitens de numeratione populi ad iactantiam regni ſui. 2. Re. 24 Licet aũt exponi poſſit moraliter de quolibet peccatore pœnitente, tñ magis proprie de peccatore, qui ſe iactando recolit bona ſua ſicut ille Phariſæus qui dicebat Luc. 18. b. Gratias tibi ago domine, quia non ſum ſicut cęteri hominũ, raptores, adul. &c. Et ſequitur: Ieiuno bis in ſabbatho, decimas do omnium quæ poſſideo. Et ex tali iactantia incurrit afflictionem corporis vel animę, & ſic pœnitens clamat ad dominum, dicens.

Domine ne in furore tuo arguas, &c. ideſt, in finali iudicio, qñ contra peccatores apparebis iratus, qui modo es mãſuetus.

2 Miſerere mei domine quoniam infirmus ſum. id eſt, pronus ad peccandum ex corruptione primorum parentum, Gen. 8. d. Senſus & cogitatio humani cordis prona ſunt ad malum ab adoleſcentia ſua,

3 Et anima mea turbata eſt valde. de peccatorũ commiſſione

4 Sed tu domine vſquequo? ſubintelligitur, differes eã ſanare ideo ſubditur.

5 Conuertere domine. nunc in præſenti.

6 Et eripe animam meam. de terrore iudicij futuri.

7 Saluum me fac propter miſericordiam tuam. quam allego, & non meam iuſtitiam,

Quoniam

A a *Quoniam non*, Caſſiod. Ideo hic feſtino dimitti, quia poſt mortem, & in inferno non accipitur confeſſio.

b *In inferno.* Aug. Confeſſus eſt diues qui Lazarum uidit, & ſi de profundo, cuius comparatione coactus eſt cõfiteri mala ſua vſque adeo, vt & fratres roget ab his præmoneri, ſed poſt iudicium in profundioribus tenebris nullam lucem Dei uidebunt cui confiteantur. vel mortem dicit peccatum, in quo immemor eſt Dei qui mandata eius contẽnit.

*Baſil. Hoc non dicit quod ſalus noſtra in præſenti tantum uita ſubſiſtat, abſit, ſciebat etenĩ reſurrectionis doctrinam, ſed quod poſt migrationem ex hac vita reſipiſcentia tempus non habeat.

B c *Laboraui* *Caſſiod.* Narrat ærumnas quibus pœnitens auertitur, gemit dum videt quid egit, & quæ pœna futura.

* Baſil. Per omnem hoc uitam ſuam fecit, neque de præterito tantum, ſed de futuro loquitur. Quod.n. reliqui omnes remiſſionis tempus fecerunt, ille confeſſionis fecit.

d *Lectum.* Caſſ. Conſcientiam quæ quibuſdam quies, quibuſdam tormentum. Stratum ſenſualitatem, fertilem faciam quæ erat arida. Vel, lectus delectatio corporis in qua homo reſoluitur. Stratus cumulus peccatorum, vt veſtium, quo reſoluto, ibre lachrymarũ, noua meſſis virtutũ creſcat.

*Theod. Actum iniquitate contaminatum.

e *A furore.* *Aug.* Ab ira, vel Dei, quæ in iudicio, & hic in cæcitate mentis. Ibi exteriores tenebræ, qa tunc penitus extra Deum, Deũ. id eſt, lucem; quia in ſumma cæcitate. Hic iã incipiunt in peccante, & ideo dicit turbatum, non extinctum oculum Vel a ſua ira qua turbante ſolem. i. ſapientiam Dei non poteſt videre. Vel ideo ſic laboro, quia *inueteraui*. membrum factus veteris hominis, unde hoc? *quia turbatus a furore* primo parenti exerto. *inueteraui* ad ſimilitudinẽ veteris veſtis, quæ nec eſt uſui, nec decori. D

a ¶Aug. intelligit nunc eſſe tempus conuerſionis, quia cum hæc vita tranſierit, non reſtat niſi retributio. b ¶Aug. Infernus eſt cæcitas animi, quæ mortuum inuoluit, ſed ut inde liberet laboraui, & quaſi parum profuerit, addit, lauabo.

a Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui, † in inferno 1

a ¶ Ego autem. ¶ Satisfaciendo. b ¶ Cordis. 2

b c autem † quis confitebitur tibi ? † Laboraui in gemitu meo, 3

a ¶Et poſt. b ¶Ad literam, uel peccata. ¶Aug. Quaſi alternatim patitur noctes, cum carne ſeruit legi peccati, & dies ſentit, cum mente ſeruit legi Dei. c ¶ Lectus et uoluptas corporis, & delectatio ſeculi, in quo æger animus quieſcit. 4

d †lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis 5

a ¶Idem quod lectus. b ¶ Rigare ad interius pertinet, vt ſit fletus vſque ad intima cordis. ¶Ideo quia. c ¶Futuro quem timeo.

e ſtratum meum † rigabo. † Turbatus eſt † a furore oculus 6

a ¶ Aug. vel prophetia eſt, quia ira in iudicio, vel nunc vbi grana a paleis nuda, & ſi inter eas. b ¶Quia etiam inter omnes, a nullo immunis, omnibus conſenſi. 7

f meus, † inueteraui inter omnes inimicos meos. Diſcedite 8

a me omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exau- 9 10

a ¶Compunctionem pro commiſſis. ¶Remittendo. b ¶Aug. Repetitio crebra ex effectu, quia gaudenti non ſufficit ſemel dicere quod gaudet. c ¶Pro deponendis peccatis. 11

g h diuit dominus vocem fletus mei. Exaudiuit dñs deprecatio-

† vel in ſepulchro foueæ, & eadem eſt vox Hebræa vbicunque in pſ. legitur, infernus.

†Defeci, fatigatus ſum

†ſo. diſtin. c ñ diaconus.

E

†inueterauit, dimotus eſt propter omnes tribulantes, me.

* Theodor. Oculum mentem nominauit. propterea de uno oculo mentionem fecit, qui oculus ob tuã indignationem turbatus eſt, omnibus autem malis grauiora ſunt inimicorum opprobria.

*Baſi. Inimici noſtris peccatis fiunt valentiores.

Ne quis deſperet de grauitate peccatorũ, ſubdit. Diſcedite.

Caſ. Correptio, ut ſeparetur ab illis, quorum collegio peccauit, & inſiſtat mandatis Dei.

*Theodo. Non amplius blandiantur mihi, qui proprias iniquitates non uident. Sed terrore impleantur, iuſtum eſt.n. Dei iudicium.

f *Inimicos.* Aug. i. uitia, vel malos homines, qui vere ſunt inimici ad Deum ſe conuertentium, a quibus ſeparatur omnis bonus, non loco, ſed animo. Quia uero non eſt inanis tãtus labor pęnitentiæ, exauditum ſe ſignificans, ſubdit. *Diſcedite.*

g *Dominus*, Ter dominus, quia trinitatem affuiſſe precibus oſtendit. Incepit a lachrymis, exauditus exultat.

h *Exaud. Do.* Caſ. Dat exemplum fideliter orantes audiri

a *Erube-* F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Quoniam non eſt in mor. *i. poſt mortem.*

2 Qui memor ſit tui. *memoria fructuoſa, quantum ad eos qui decedunt in peccato mortali, ideo ſubditur.*

3 In inferno autem quis confitebitur tibi. *ſ. confeſſione laudis diuinæ, quaſi diceret, nullus eo quod in inferno nulla eſt redemptio Timebat.n. Dauid, ne magna pars populi quæ moriebatur ſubito in illa peſtilentia trium dierum decederet in peccato mortali, & ſic damnaretur quod erat ei valde lugubre, ſicut & mors filii ſui Abſalom, quamuis ipſum perſequeretur, eo quod probabiliter credebat ipſum in peccato mortali deceſſiſſe, ſicut dictum fuit 3. Reg.* 18.

4 Laboraui in gemitu meo. *Hic conſequenter Dauid pro impetratione diuinæ miſericordiæ allegat pœnitentiam ſuam de peccato commiſſo di.* Laboraui in gemitu meo. *præ anxietate cordis, non potens continere a gemitu etiam coram hominibus, & de die in diem, quod eſt durum, & laborioſum maieſtati regiæ,*

5 Lauabo per ſingulas noctes, *quia de nocte in ſecreto cubiculi magis erumpebat in ſignũ pœnitentiæ profluuium lachrymarum, propter peccatum commiſſum.*

6 Turbatus eſt a fu. *i. a dolore cordis. Vnde in Heb. & in tranſlatione Hier. iuxta Hebræos pro* furore *habetur amaritudine, ex qua profluebant lachrymæ in tanta abundantia, quod uiſus acies caligabat.*

7 Inueterauí. *i. ad interitum corporis, & animæ propinquaui, ſecundum illud Heb.* 8. *d.* Quod antiquatur, & ſeneſcit, prope interitum eſt.

8 Inter

8 Inter omnes inimicos meos. *ſ. Sathan, & ſatellites ſuos, qui me prouocauerunt ad peccatum numerationis populi, ſecundum quod habetur* 1. *Par.* 21. *a.* Conſurrexit autem Sathan contra Iſrael, & incitauit Dauid, ut numeraret Iſrael.

9 Diſcedite a me omnes qui operamini iniq. *Hæc eſt ſecunda pars principalis huius pſalmi, in qua ponitur diuina exauditio, de qua certificatus fuit Dauid per verbum Gad prophetæ dicentis ſibi de mandato domini, quod ædificaret altare in area Ornan Iebuſæi, & ſibi ſacrificaret: Deus autem non præcipit ſibi offerri ſacrificium ab homine niſi placatus erga eum. Secũdo hoc intellexit per deſcenſum ignis de cœlo ſuper holocauſtum ſuum, vt habetur infra Paralip.* 21. *qui deſcenſus ſignum eſt diuinæ placationis, et acceptionis, ſicut dictum fuit. Gen.* 4. *de oblatione Abel, &* 3. *Reg.* 18. *de oblatione Eliæ. Non eſt autem ueriſimile, quod Dauid tantum beneficium tranſierit ſine ſpeciali gratiarum actione, nec inuenitur alius Pſalmus Dauid ad hoc applicatus propter hoc dixi in principio huius pſalmi, quod ad iſtam ſententiam rationabiliter applicatur.* Dicit igitur Dauid. Diſcedite a me, omnes qui operamini iniquitatem. *i. tu Sathan, & ſatellites tui qui me concitaſtis ad numerationem populi.*

10 Quoniam exaudiuit dominus. *Sicut.n. dæmones ingerunt ſe peccatoribus, ut faciant eos ruere de peccato in peccatum, ſic quando vident peccatorem a Deo exauditum, & liberatum, quia cum ſuperbiſſimi ſint, abhorrent ab hominibus deuinci.*

11 Exaudiuit dominus deprec. meam. *Replicatio eſt eiuſdem ſententiæ ad oſtendendum maiorem gratitudinem diuinæ gratiæ ſibi factæ.*

*Erube-*

## MORALITER.

1 *Quoniam non eſt in morte.* i. poſt mortem.

2 *Qui memor ſit tui.* pœnitentia fructuoſa.

4 *Laboraui in gemitu meo.* iam de præterito.

5 *Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, &c.* de futuro: nam ad habendum remiſſionem requiritur pœnitentiæ continuatio, ſicut de beato Petro legitur, quod ſingulis noctibus ſurgebat hora, qua Chriſtum negauerat, & flebat, ita quod facies eius videbatur aduſta ex fluxu lachrymarum.

*Tur-*

6 *Turbatus eſt a furore oculus.* i. præ dolore cordis, & lachrymis obſcuratus eſt viſus eius. Et ſubditur cauſa.

7 *Inueteraui.* corruptione peccati.

8 *Inter omnes.* i. dæmones ad malum me prouocantes. Sed quoniam vera pœnitentia certam ſpem habet ad remiſſionem peccatorum, ſubditur:

9 *Diſcedite a me omnes, qui operamini, &c.* i. vos dæmones qui eſtis in malo obſtinati.

10 *Quoniam exau. do.* hæc ſunt verba pœnitentis quãdo ſentit coniecturaliter diuinam conſolationem.

A a *Erubeſcant, & conturbentur.* Caſ. Quaſi in cōcluſione iam liber a peccatis exultans ꝓ inimicis, vt conuertātur, orat, ut ſicut ipſe habeant ueniam.

a ¶Pro impetrandis uirtutibus. b ¶Quaſi oblationem. c ¶Ergo iam. ¶ De actibus, quia mali.

a nem meam, dominus orationem meam ſuſcepit. Erubeſcāt 1

¶ Timore iudicii. ¶Alias non habet vehementer. a ¶ Auguſ. illis conuerſio ad confuſionem qui noluerunt habere ad ſalutem.

& conturbentur vehementer omnes inimici mei, † cōuer- 2

a ¶ Caſſ. ne eant quo tendebant, & non differatur: ſed erubeſcant valde ve. poſt conuerſionem ex recordatione, quod eſt cuſtodia uirtutis. ¶Et hæc omnia.

tantur, & erubeſcant valde velociter. 3

D AVGVST. *Erubeſcant.* Hoc non hic, vbi potius irrident eos qui omnia relinquūt, & infirmos erubeſcere faciunt, ſed in iudicio.

AV-

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Erubeſcant, & conturbentur.* Reuertitur ad exprimendum erubeſcentiam, & turbationem dæmonum, quando uident peccatorem reſurgere, & Deum ſibi placatum propter cauſam dictam.

2 *Conuertantur.* non conuerſione pœnitentiæ, quæ non cadit in dæmonibus, ſed conuerſione erubeſcentię, retrocedēdo a me a Deo exaudito ſecundum multitudinem ſuæ miſericordiæ, ideo ſubditur.

3 *Erubeſcant valde velociter.* quia diuina gratia in inſtanti infunditur, & per hoc diabolica inſtantia confuſa cito repellitur. Iſte autem pſalmus poteſt exponi moraliter de quolibet peccatore veraciter pœnitente, & implorante diuinam E miſericordiam pro ſua libetatione a culpa commiſſa, & pœna incurſa, & poſt longam, & deuotam orationem probabiliter ſe æſtimant a domino exauditum per datam ſibi diuinitus internam conſolationem, propter quod iſte pſalmus inter ſeptem pſalmos penitentiales eſt primus. Sed hanc expoſitionem non intendo proſequi. Tum quia de facili ad hoc poteſt littera applicari. Tum quia Doctores noſtri hanc expoſitionem, & conſimiles non ſolum ſufficienter, ſed etiam ſufficientiſſime tractauerunt, & in ſcriptis multipliciter reliquerunt.

B PSAL.

MORALITER.

1 *Erubeſcant & con.* ſicut .n. dæmones gaudent, & glorian-tur de peccatoris deiectione, ita turbantur, & erubeſcunt de eius releuatione.

2 *Conuertantur.* quia cum ſint ſuperbiſſimi uidentes ſe ſuperatos, nolunt ibi diutius commorari, unde Mat. 4. b. de Chriſto ſcribitur, *Et rel. eum dia.* tanquam in tentatione victus.

GLOSSA ORDINARIA.

a *In finem pſalmus.* Aug. Chuſi qui tranſiuit in partem Abſalom, ſed de hiſtoria velamen ſumpſit myſteriorum. Chuſi ſilentiū. Iemini dexter. Achitophel fratris ruina .i. Iudæ ſcelus qui dn̄m tradidit. Contra hos dolos dn̄s dimicauit, ſilentio .i. alto ſecreto, quo cæcitas in Iſrael facta eſt, ut *cum plenitudo gentium intret, totus Iſrael ſaluus fiat.* de quo Apoſtolus exclamat admirans, non exponens. *O altitudo diuitiarum, ſapiētiæ, & ſcientiæ Dei.* Hoc ſilentio dn̄s paſſionis occultans ſacramentum, ruinam fratris .i. ſcelus Iudæ conuertit in miſericordiā, & quod ille ad perniciem vnius hominis fecit, iſte ad ſalutem omnium flexit, Cantat ergo hunc pſalmum Domino C fidelis, cui facta ſunt verba Chuſi, ideſt, manifeſtatio huius ſilentii, quod dexter, & fauens Deus operatus eſt ei. Non enim erat eis abſcondendum pro quibus geſtum eſt.

† Sigion inſtrumenti muſici nomen quod ſollicitudo, vel angor, aut exercitatio, ignoratio, ſiue error interpretatur.

Rom. 11 c.

ibidem c.

Aug. poteſt hic pſalmus in perſona Chriſti intelligi, ſi quę humiliter dicta ſunt, ad infirmitatem noſtram referantur, quam geſtauit. Primo petit ex omnib. tribulationib. liberari.

PSALMVS VII.

b *Domine Deus.* Caſſ. Iſte eſt primus pſal. eorum in quibus per actus Dauid futura myſteria domini ſignificantur. Myſterium incarnationis ſilentium fuit Iudæis. Vt Dauid a filio ita F Chriſtus a populo quē nutrierat perſecutionem ſuſtinuit.

a ¶Chriſtum. b ¶Dirigens nos. c ¶Fidelis cui facta eſt myſterii reuelatio. d ¶Ad honorem.

a In finem pſalmus Dauid, quē cantauit

a ¶Manifeſtatione alti ſilentii quo Chriſtus occultauit Iudæis myſterium paſſionis. b ¶Ideſt, dextræ, quia conſuluit ſaluti Dauid neceſſaria proditione, vel quia illud ſilentium Deus dexter .i. fauens, & propitius huic fideli aperuit.

b Domino pro † verbis Chuſi filij Iemini.

2 Reg. 16.d.

¶Per potentiam.

Domine. Pſalmus VII. 1

✲ Theod. pſal. a Dauide quem cecinit Domino pro verbis Chuſi filii Iemini. Aufugiens .n. Dauid Abſalonem, Chuſi adiutorem inuenit cuius conſilium Achitophelis, qui ſuſpendio factus eſt ſui homicida, conſilio præpoſitum eidem aufugiendi occaſionem dedit. Ideo Dauid, & hymnum Deo canit, & doctrinam addit, ut iniuria affecti in Deo ſpem ponant.

Libera

Aug.

NICOLAVS DE LYRA.

PSALMVS VII.

1 Domine Deus meus, in te. *Huic pſalmo præponitur talis titulus in Hebr.* Ignorantia Dauid quam cecinit Domino ſuper verba Chus filij Iemini. *Ad cuius intellectum ſciendum, quod Chus hic accipitur pro Chuſi, quod eſt nomen proprium, & appellatiuum. Et ſecundum hoc eſt hic duplex expoſitio huius tituli, & pſalm. Prima eſt prout Chuſi eſt nomen proprium cuiuſdam hominis, qui fuit amicus ipſius Dauid, vt habetur ſecundo Regum decimoquinto qui ad inſtantiam Dauid iunxit ſe ficte cum Abſalom, vt impediret conſilium Achitophel, & ſignificaret ipſi Dauid ea quæ tractarentur contra eum in conſilio Abſalom quod fecit, ſecundo Regum decimoſeptimo. Et ideo quando Dauid audiuit, quod Achitophel dederat conſilium quod ipſe cum duodecim milibus bellatorum perſequeretur Dauid in campeſtribus antequam poſſet ingredi aliquod fortalitium, & ad ſuggeſtionem Chus in anguſtia poſitus diſponeret ſe ad tranſeundum Iordanem ut eſſet in loco tutiori, ne forte fieret conſilium Achitophel contra eum, fecit hunc pſalmum petens a domino ab illo periculo liberari. Et ad hanc ſententiam ſatis concordat litera pſal. ſed litera tituli uidetur diſcordare, cum dicitur.* Ignorantia Dauid quam cecinit, & cæt. *quia ſecundum omnes expoſitores ignorantia accipitur hic pro peccato ignorantiæ, quod committitur ex ignorantia craſſa, quæ non excuſat a toto, perſecutio autem quam ſuſtinuit Dauid, ab Abſalom, & Achitophel eius conſiliario fuit ei inflicta propter adulterium commiſſum cum Betſabee, & homicidium Vriæ, ſecundum quod prædixit ei Natan propheta, ſecundo Regum decimoſecundo c.* Hæc dicit dominus Ecce ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua &c. *dicta uero peccata non fuerunt commiſſa per ignorantiam, ſed ex certa ſcientia, vt patet ſecundo Reg. vndecimo. Item quia Chuſi prædictus non uidetur fuiſſe de ſtirpe Iemini. Tum quia uocatur Arachites 2. Reg. 15. Tum quia non eſt ueriſimile, quod Dauid feciſſet ſibi amicum familiarem, et conſiliarium hominem de ſtirpe Iemini, de qua fuerat Saul eius perſecutor. Et ideo eſt alia expoſitio, quam ſequitur Rab. Sal. & Ionatham filius Oziel in tranſlatione Chaldaica, quod Chus ſiue Chuſi eſt hic nomen appellatiuum, & ſignificat Aethiopem, & hoc idem ſentit Hier. qui in tranſlatione ſua iuxta Heb. huic pſal. præmitiit talem titulum.* Pro ignorantia Dauid qui cecinit domino ſuper verba Aethiopis filij Iemini. *Et uocatur hic Aethiops ipſe Saul, eo quod fuit denigratus infamia, & moribus pro iniqua perſecutione Dauid, et horrenda occiſione ſacerdotum Nobe in odium Dauid, ut habetur pri. Reg. 22. cuius occiſionis Dauid fuit culpabilis per ignorantiam craſſam, eo quod præſente Doeg Idumæo petiuit panes, & gladiū ab Achimelech ſacerdote. Vnde quando Abiathar filius Achimelech fugit ad Dauid nuntiando ei mortem patris ſui, & aliorum ſacerdotum, ut habetur 1. Reg. 22. d. Dauid culpam ſuam recognoſcens dixit ad Abiathar,*

MORALITER.

1 *Domine Deus meus.* Pſalmum iſtum fecit, Dauid, eo quod fuerat occaſio mortis ſacerdotum Nobe, vt habetur. 1. Reg. 17. petēs a domino, ne propter hoc traderet̄ in manus Saul, & aliorum perſequētium ipſum. Hunc ergo pſa. debet dicere domino qui per in cautelam ſuam eſt occaſio magni mali petēs a domino liberari, & dicat: *Domine Deus meus, & c.* i. in tua miſericordia, non in mea iuſtitia. *Saluum me fac, & c.* corporaliter, vel ſpiritualiter.

*Nequando*

a *Libera.* Aug. Quaſi ſuperato omni bello uitiorum iam ꝑfecto nihil reſtat, niſi inuidus diabolus.

A

b *Rapiat.* Redimat. Caſ. Propria verba, domini eſt liberare, leonis rapere. Ordo prius perſequentes ponit, inde leonem Expiatus.n.ab omnibus ſpiritualibus nequitiis a diabolo liberatur.

a ¶ Per creationem. b ¶ Voluntate. c Non in me. d Spiritualibus nequitijs, vitijs, & peccatis. 1
¶ Prætendit meritum.
Deus meus in te ſperaui, ſaluum me fac ex omnibus perſe- 2 3
a ¶ A diabolo, & Angelis eius. b ¶ A leone. c ¶ Aliquando. d ¶ Idest diabolus qui in illis uitijs, & peccatis impugnat, vnde vt leo rugiens circumit. 4 5
quentibus me, & † libera me. Nequando rapiat, vt leo ani- 6
a ¶ Cui ſemper inſidiatur. ¶ De corpore non curat ſi carne affligatur. b ¶ Si tu non redimis, ille rapit. c ¶ Niſi Chriſtus. 7
mam meam, † dum non eſt qui redimat, neque qui ſal-
a ¶ Niſi qui redimit. ¶ Dando uitam æternam. b ¶ Quia ſine innocentia neminem videt poſſe ſaluari, dicit. ¶ Item prætendit meritum. c ¶ Aug. hic patet perfectum loqui cui ſolius diaboli inſidiæ cauendæ ſunt. ¶ Scilicet.
uum faciat. Domine Deus meus, ſi feci iſtud, ſi eſt ini- 8 9
a ¶ Mala ſcilicet. ¶ Aug. hoc non poteſt dicere niſi perfectus ſciens Chriſtum hoc feciſſe, 10
¶ Aug. maior patientia ſi non reddidi his, qui pro bonis reddiderunt mala. 11
quitas in manibus meis. † Si reddidi † retribuentibus mi- 12
a ¶ Pro bonis. ¶ Qui ſe vindicat occulte a diabolo ſuperatur. a ¶ Etiam. ¶ Impugnando, i. ſuggerendo. 13
hi mala, decidam † merito ab inimicis meis inanis. Per- 14
a ¶ Singularis. ¶ Diabolus. b ¶ Cui homines non habent quid faciant. c ¶ Decipiendo per conſenſum.
ſequatur inimicus animam meam, & comprehendat 15

c *Domine ſi feci iſt.* Caſſio. Ad literam de Dauid, & Abſalom. *Si feci iſtud*, i. ſi hoc malũ mihi per præteritam culpam contigit. Vel ſi modo eſt iniquitas in manibus. i. operib. meis. Vel, *ſi reddidi re. mihi mala, &c.* quod dicitur æquitas apud homines, merito, & ſi non videatur hominibus, decidam ab inimicis meis inanis a fructu manſuetudinis.

B

Augu. Si feci iſtud, vel vniuerſale peccatum, quod ſine nomine dixit, quod eſt ſuperbia, quæ eſt radix omnium malorum. Vel quod ſequitur, ſi eſt iniquitas, quod de omni peccato accipitur.

✠ Theo. Domine Deus ſi feci iſtud, deinde manifeſtius docet, & dicit. Si eſt, iniquitas in manib. meis. Et demonſtrans

C

quam ſpeciem iniuſtitiæ hic dicat, illico ſubiungit, ſi reddidi, &c. non ſolum prior iniuriam intulit, ſed neque alios qui mouerunt mihi, vnquam vlciſci volui, vt Saulem. Et ſi quid tale vnquam commiſi, Decidam ab Inimicis meis inanis. i. me tua cura priues. Et gloriam meam in puluerem deducas nõ ſolũ gloria, & regno priues, ſed ridiculæ morti me trada.

D

✠ Baſil. Animus philoſophicus: non enim dicit puni hoſtẽ, ſed ſerua me, nec parricidæ nominatim mentionem facit, quem tamen leonem nominat.

d *Si reddi.* Aug. Ideſt, ſi te non ſum imitatus in iuſto ſilentio. i. patientia qua pro me operatus es.

E

† pacifice degenti mecum malum, & ſpoliaui inimicos meos gratis (inimico vel ſine cauſa) tergo.

✠ Baſil. quanquam, & ipſe exercitus collegerat, non tamen auxilii loco ducebat, etiam uniuerſum orbem, niſi cæleſti auxilio potiretur.

e *Decidam mer. ab ini.* Aug. Non iureiurando hoc ſibi imprecatur, ſed dicit quod contingit ſe uindicantibus, prophetat ergo non iurat per execrationem, quod eſt grauiſſimum iuriſiurandi genus. Aug. Inanis factus vana, & ſuperba lætitia, quod quaſi vinci non potuit. Salomon. *Melior eſt qui uincit iram, quam qui capit ciuitatem.*

F Prou. 16 Gen. 3. d

☞ a Con-

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ thar. *Ego ſum reus omnium animarum patris tui, &c.* & cauſam huius aſſignans dixit. *Sciebam.n.* i. ſcite poteram, & debebam in illa die, quod cum ibi eſſet Doeg Idumæus, proculdubio annuntiaret Sauli, & ideo Dauid fecit hunc pſal. orando dominum, vt remitteretur ſibi dictum ignorantiæ peccatum, ita quod propter hoc non traderetur in manus Saulis, & aliorum ipſum perſequentium, & ſecundum hoc ſenſus communis huius tituli eſt. *Ignorantia Dauid.* i. culpa ignorantię Dauid prædicta, quam cecinit domino. i. propter quam remittẽdam cecinit domino hunc pſa. ſuper verba Aethiopis. i. propter verba Saulis denigrati in fama, & moribus. Filii Iemini, quia Saul fuit de ſtirpe Iemini, ut habetur 1. Reg. 9. Per verba autem iſta Saulis intelligitur præceptum eius quo præcepit Doeg Idumæo interficere ſacerdotes domini, & ciuitatẽ eorum percutere in ore gladii, uiros, & mulieres, paruulos, & lactantes, vt habetur 1. Reg. 20. Ad iſtum autem intellectũ vadit titulus Hier. in translatione iuxta Hebr. & patet ex dictis. Alium etiam pſalmum fecit Dauid contra malitiam ipſius Doeg, ut uidebitur infra. *Domine Deus meus, &c.* Igitur ſecundum ſententiam prædictam quam tenent Hebræi, & Hie. idem uidetur ſentire ex titulo pſal. Pſalmus iſte in duas partes diuiditur, quia primo Dauid petit ſuam liberationẽ, ibi. *Domine Deus.* ſecundo ad hoc allegat multiplicem rationem, ibi. *Domine Deus meus.* Circa primum dicit ſic. Domine. per omnium generalem gubernationem.

1 *Deus.* per creationem.
2 *Meus.* per ſpecialem cultum, & deuotionem.
3 *In te ſperaui, &c.* ſ. de tua pietate confidens pluſquam de mea æquitate.
4 *Saluum me fac, &c.* a Saule, & ſuis complicibus me perſequentibus protegendo.
5 *Et libera.* ab ipſis aſſecurando.
6 *Nequando ra.* vt leo crudeliſſimus.
7 *Animam meam.* per occiſionem a corpore ſeparando.
8 *Dum non eſt, &c.* ex horrenda.n. occiſione ſacerdotum ꝓpter Dauid, ipſe ſciebat quod ſi caderet in manu Saulis, nullo pretio poſſet redimi, nec per humanam potentiam, eo quod Saul tenebat potentiam regni.
9 *Domine Deus.* Hic conſequenter Dauid pro ſua liberatione allegat triplicem rationẽ. prima accipitur ex ſua innocentia, ſecunda ex diuina iuſtitia, ibi. *Exurge d.* tertia ex perſequẽtium nequitia, ibi. *Conſ. nequitia pecc.* Circa primum Dauid allegat ſuam innocentiam imprecando ſibi malum ſi in ipſo ſit contrarium, *Domine Deus meus.* exponatur, ſicut prius. Diuiſio.
10 *Si feci iſtud, &c.* de præterito. ſ. quod quæſierim mortem Saulis, prout ſibi ab eo, & detractoribus imponebatur. vnde dixit ei Dauid 1. Reg. 24. *Quare audis verba hominum loquentium Dauid quærit malum aduerſum te, &c.*
11 *Si eſt iniquitas, &c.* quærens facere de futuro quod mihi imponitur, vt dictum eſt.
12 *Si reddidi retribuentibus mihi mala, &c.* hoc eſt, ſi perſequẽtibus me reddidi malum pro malo, quod patet ex hoc quod Saul perſequendo Dauid bis cecidit in manus eius, ita quod potuit eum occidere, vt habetur 1. Reg. 24. & 26. & tamen Dauid ei pepercit.
13 *Decidam merito ab inimicis meis inanis, &c.* i. ſine uirtute, ita quod non poſſim me ab eis aliqualiter defendere: & ſecundum hanc literam Dauid imprecatur ſibi malum pęnę, niſi fuerit innocens a prædictis. In Hebręo autem & in tranſlatione Hier. iuxta Heb. ſic habetur. *Si reddidi retribuentibus mihi malum, & dimiſi hoſtes meos uacuos.* ſpoliando Saulem, & homines ſuos bonis ſuis, imo haſtam Saulis, & ſcyphum aquæ quæ acceperat in tentorio Saulis in certum ſignum, quod poterat eum occidere, reſtituit, vt habetur infra Reg. 26. & ſecũdum illam literam quæ verior videtur in fine huius verſus. *Si reddidi retribuentibus mihi mala, &c.* Dauid non imprecatur ſibi malum, ſed allegat innocentiam ſuam, ſed in principio verſus ſequentis incipit hoc imprecari, dicens.
14 *Perſequatur inim.* i. meipſum, niſi fuerim innocens a prędictis.
15 *Et compr.* ita quod non poſſim effugere.

1 *Et*

## MORALITER.

6 *Nequando rapiat, ut leo animam meam:* ſ. perſecutor corporalis per mortem corporalem, vel ſpiritualis per mortem ſpiritualem.
8 *Dum non eſt qui redimat, neq. qui ſaluum fac.* ſ. ſalutem meam præter te.
9 *Domine Deus.* Hic allegatur triplex ratio pro petitionis exauditione, Accipitur aũt prima ex parte ſui, dicens. *Do. Deus meus ſi feci iſtud.* malitioſe, ſciens quod tantum malum ſequi deberet ex mea actione.
11 *Si eſt iniquitas in manibus meis.* talis quod vellem reddere mala benefactoribus meis.
13 *Decidam merito ab inimicis meis inanis.* quaſi diceret iuſtum eſſet quod traderer meis inimicis, & quod ipſi me comprehenderent, & totaliter conculcarent. Sed quoniam adhuc ſum innocens ab iſtis.

 *Exurge*

A a *Conculcet, &c.* Aug. Anima peccatoris, de quo. Terra es, & in terram reuerteris, cibus ſerpentis eſt, cui in maledictione dictum eſt. Terram manducabis. i. diaboli, quia terrã. i. terrena eſt. Et ideo hic ait. *Conculcet in terra uitam meam.* i. in terram redactam ſibi incorporet, & ſibi ſit deſpicabilis.

D Cum natura altiſſimus ſis, & apud multos incognitus oſtende te, quod es, ob ſollicitudinem quam circa iniuria affectos habes, deinde vaticinantis more ſubiungit. Dominus iudicat populos. Non ſolum meam iuſtitiam iudicabis, ſed omnem hominum naturam.

a ¶ Ideſt, occultando vitam meam, terram faciat. ſ. cibum ſibi, quia non eſt tantum leo, ſed & ſerpens, & ibi ſit deſpicabilis. b ¶ Hominem ad imaginem Dei factum. c ¶ Ad nihilum redigat.

& conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in pul- 1 2

a ¶ Si hoc feci, hoc mihi contingat, ſed quia non merui. ¶ Aug. appare per carnem, dormit. n. cum in ſecretis ſuis latet incognitus. b ¶ Caſſ. i. vindicta contra diabolum.

uerem deducat. * Exurge Domine in ira tua, & exaltare † in 3 4

a ¶ Ideſt, in poſſeſſione, vt ibi honoreris a conuerſis. b ¶ Diaboli, & angelorum eius. c ¶ Aug. quia humilitatem præcipis, prior eam imple, humilis appare, ut a te diſcant alii ſuperbiam uincere.

finibus inimicorum meorum. † Et exurge Domine Deus 5 6

a ¶ Coagregatio.

meus in præcepto quod mandaſti, & ſynagoga populorum 7

a ¶ Quidam amando, quidam perſequendo. b ¶ Vt diligens exerceatur, odiens amplius excrucietur. c ¶ Cœlum.

circundabit te. Et propter hãc in altum regredere, dominus 8 9

a ¶ Pœnitentes ſupra aiebat, ſaluum me fac propter miſericordiam tuam, quia uocat ad pœnitentiam, iam uocatus quia præcepta ſeruauit ſecundum iuſtitiam petit iudicari. b ¶ In bonis faciendis.

iudicat populos. † Iudica me Domine ſecundum iuſtitiam 10

a ¶ Quia ſine malis ſum, quia non reddidi retri. mihi mala. b ¶ Supra quam dignus ſum.

meam, & ſecundum † innocentiam meam ſuper me.

b *Gloriam me.* Augu. quæ debet eſſe in conſcientia vbi Deus uidet, & ſolida in domino, vt. *Qui gloriatur, in domino glorietur, Deducat in pulverem.* i. in ſuperbiam, & iactantiã, vt. ſ. velim gloriari apud homines. (1. Cor. 1. d.)

c *Pul. de. Puluis quem proii. vent.* Aug. Superborum iactantia. Vult ergo vt gloria ſua ſit ſolida intus, vbi Deus videt. Eſt. n. puluis ſi apud homines gloriatur, ecce quam cauenda ſuperbia

(†De pæn diſt. 2 § opponitur ultra me † perfectione meam quæ ſunt in me.)

d *Exurge domine.* Petit ut gloria reſurrectionis Chriſti ſubueniat.

B e *In ira tua.* Perfectus. n. iſte non precatur hic aduerſus homines, ſed aduerſus diabolum, vt poſſeſſionem eius amittat peccatores. ſ. & impios qui ſunt eius poſſeſſio. Et quia ablatio hominis, pœna eſt diabolo, dicitur ira Dei contra eum. Vel, precatur hic Chriſti reſurrectionem, ſicut in præcedenti eius incarnationem, vt. *O domine Deus meus, &c.*

*Theod. Symmachus, in bili, Theodotion, in furore, Aquila vero, in celeritate interpretati ſunt. Obſecrat iuſtum, vt non æquitate, ſed iuſta ſententia peccatoribus pœnam irroget. *Exurge.* n. pro Non amplius benignus ſis poſuit, late eſt illud *Exurge quare obdormis Domi.* Etenim illius ſomnum lenitudinem appellauit.

*Baſil. In finibus, Alii dicunt in capitibus, alii autem ne quiſquam inimicorum aufugiat.

f *In fi.* Mundus, vel infernus ſunt fines diaboli.

g *Et exurge do.* Superbus diabolus, quia per iniquitatem vincitur, ſubdit. *Vel Exurge,* ideſt, in toto orbe notus efficere refugiendo in præcepto, vt præceptum humilitatis facias implere, & hoc inde ſequitur, quia ſynagoga de diuerſis populis, vel ſpecialiter Iudæis. *Circ. te.* amando, vel perſequendo, propter hanc, ideſt, amantem: regredere, ideſt, fac ſcire eos omnipotentiam tuam, qui deſcendiſti, vt te viderent, vel propter hanc, ideſt, perſequentem, in quo locum non inuenis, regredere in altum, ideſt, ſubtrahe te his qui te perſequuntur.

∻Theo. Tu ſtatuiſti eos defendere, qui iniuria afficiuntur, q. igitur aliis promiſiſti, fac nunc o dñe, ut oẽs hymnos tibi afferant, Deumque altiſſimum, qui omnia proſpicit, te nuncupent. Nam hæc vox. Regredere in altum hoc ſignificat.

C * Baſil. quoniam promiſerat quod inimicus eſſet inimicis eius

h *Syn.* Aug. Congregatio populi. ſ. qui vel humilem contemnẽtes circundederũt, vt perſequẽtes, vel amãdo, vt credẽtes. Regredere reſurgendo, aſcẽdendo propter ſynagogam creditură, vt mittas ſpiritum de alto quo ſit congregatio, vel propter hanc. i. perſequentem ſynagogam, in altum regredere, te illi ſubtrahendo, quia locũ non habes in malis, ſubtrahe te illis. *Vel exurge in ira.* i. exerce iram tuam contra inimicos. ſ. Iudæos dicit eccleſia. Deinde quaſi exponendo ſubdit *exaltare in finibus,* i. altus efficere, vt te non intelligant, quod eſt ſilentium tituli, ut ſic te crucifigant. *Et exurge in præcepto,* i. cum appares humilis altus eſto. Ipſa. n. humilitate exaltatus eſt. i. non eſt intellectus, & per hoc quod non intelligũt te Iudæi qui crucifigunt credent in te gentes. Et ita ſynagoga *populorum circundabit te, plenitudo,* ſ. gentium credendo, & propter hanc ſynagogam gentium in altum regredere. i. rurſus deſine intelligi, qa & ita te offenſura eſt, vnde. *Tutas cum venerit filius hominis inu. fi. &c. Refrigeſcet. n. charitas multorum,* & dominus in altum regredietur, vt a paucis ſyncera fides teneatur. Sed quomodolibet hic locus exponatur, conuenienter ſequitur. *Dominus iudicat populos.* poſt aſcenſionem in cœlum, quę regreſſio accipitur, quia inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, vel cum peccantes Chriſtianos deſerit intelligentia ueritatis, quæ iterum regreſſio dicitur. Secũdum aliam ſentẽtiam uenit Chriſtianos iudicare, quód iudiciũ non timens perfectus audet orare. *Iudica me.* dominus iudicat, de iudicio regreſſi. i. Chriſti.

E *Baſi. A figura ſtationis quæ in ſacrario erat (in cingulum. n. congregati pſallebant) laudis celebritatem innuit.

*Baſil. Res noſtras illuſtres redde.

i *Innocen.* Aug. Quia non reddidi retribuentibus mi.

k *Su. me.* Aug. Iuſtitia, & innocentia ſunt ſuper me, quia non a me, ſed a Deo.

*Theo. Non ſuam oſtentat iuſtitia qui dicit, Quoniam iniquitatem meam ego agnoſco, ſed iuſtitiam dicit in ꝓpoſita materia, neque. n. (inquit) Abſalonem offendi, nec Achitophelem, nec eos qui una cum ipſis bellum gerunt cõtra me.

F Cum | a Corda

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et conculcet, &c.* me occidendo, ita quod cadauer meum conculcetur ab hominibus, & beſtiis.

2 *Et glo. me.* i. gloriam regni Iſrael mihi a Deo promiſſam per Samuelem.

3 *In puluerem ded.* per cadaueris mei incinerationem.

4 *Exurge do.* Hic conſequenter allegat rationem ſuæ liberationis ex parte diuinæ iuſtitię, dicens *Exurge domine in ira tua.* i. in effectu iuſtitiæ tuæ per vindictam.

5 *Et exalt.* tuam iuſtitiam oſtendendo.

6 *Et exur. do. de. me. in præ. quod man.* i. ſicut tu mandaſti iudicibus facere vindictam de malis, ita facies tu uindictam de meis perſecutoribus, quia non habeo iudicem in terra, ad quem poſſim recurrere, eo quod me perſequitur rex terræ.

7 *Et ſy.* hic incipit verſus, & eſt ſenſus. *Congregatio populorum circundabit te.* ſ. circa templum in quo eſt habitatio tua, orando pro vindicta iuſtitiæ fienda contra gentiles eos perſequẽtes, ideo ſubditur.

8 *Et pro. hanc in al. re.* i. propter iuſtitiam faciendam, & oſtẽdendam de ſupernis procede. Dicitur. n. Deus quodammodo procedere in altum, quando effectum ſuæ potentiæ oſtẽdit, qui prius non apparebat.

9 *Do. iu. po.* Dicuntur autem hic populi Iudæorum aduerſarii, de quibus fuerunt frequenter uindicati diuinitus propter orationem eorum deuotam, ſicut patet in libris Regum, & libris Ioſue, & Iudicum, & ideo Dauid conſimiliter petit iudicari non zelo uindictæ, ſed amore iuſtitię, dicens.

10 *Iudica me. &c.* & patet ſententia ex dictis.

7 Et | 1 Conſu.

## MORALITER.

4 *Exurge domine in ira tua.* i. in effectu uindictæ tuæ.

5 *Et exal. in f. ini. me.* repellendo inimicos a me, ita quod recedant ad loca ſua.

6 *Et exur. do.* Hic ponitur ſecunda ratio, & accipitur ex parte Dei, qui præcepit iudicibus inferioribus facere iuſtitiam & ſic facere debet ipſam, ideo dicitur. *Exurge domine in præcepto quod mandaſti.* ſ. faciendo iuſtitiam de perſequentibus me.

16 Comprehenduntur. *ideſt comprehendentur. vnde in tranſlatione Hiero. iuxta Hebraicum habetur. Capiantur, ſ. Antichriſtus, & ſatellites eius, qui ſecundum dicta doctorum antiquorum in monte Oliueti fulminabitur, & magna pars adhærentium ſibi, de quo dicit Apoſtolus. 2. ad The. 2. b.* Tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus noſter Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, &c.

17 In conſilijs, &c. *Quia ſicut cogitabūt cruciare Chriſtianos, ſic à deo cruciabuntur.*

18 Quon. lau. p. *id eſt Antichriſtus à ſibi adulantibus, qui dicitur homo peccati, & iniquus. 2. ad Theſ. 2. a.*

henſo, ſed etiam auditur laudator.

A a *Iræ ſuæ.* Caſſ. Antichriſti quia omnia turbulenter, & crudeliter faciet. Vel, dei: non quæret Deũ pœnitendo, vel, De⁹ eum, vt hic vlciſcatur, ſed in futuro grauius puniturus.

✠ Theodore. *Exacerbauit dominum peccator ſecundum multitudinem iræ ſuæ.* Hic diſtinguendum eſt, & poſtea ſubiungẽdum non quæret pro exacerbauit Dominum dicens, Non quæret nõ putans Iudicem ea, q̃ patiãtur, inquirere.

b *Inquinatæ.* Caſſio. Nequitiæ cauſa eſt, quòd Deum non habet ante oculos, & ideo viæ, id eſt, cogitationes, & opera ſordent.

c *In omni tempore.* Aug. Suo, ſcilicet vitæ ſuæ, vel ad comparationem omnium, qui fuerunt, quod inde procedit, quia Auferuntur iu. tua, quia differtur non putat ſe puniendum. Et quia omnium inimicorũ ſuorum dominabitur.

B d *Dixit, &c.* Omnes gentes occupabo, ſed non ſine malo, id eſt, peccato, quod ei proprium eſt. Vel, ſemper ero ſine malo, hoc ſibi ꝓmittit cuius maledictione os plenum, &c.

e *Non mouebor.* Aug. vel putabit ſe malis artibus, & non aliter venturum de mortali generatione in ęternam quod & Simon magus putauit.

✠ Theodo. Superbiæ hyperbolen deſcribit. Symmachus manifeſtius hunc locum explanauit, Non couertar in generationem, & generationem, neque in malis eo.

f *Sub lingua.* Caſſ. i. cogitationes eius ſunt de labore ſanctorum, & dolore corporeo, quod in martyrib. patet. Vel labor ſanctorũ, & dolor, qui eſt in pœnis corporis, eſt ſub lingua eius, i. eſt leuior lingua eius, quę intus nocet, illa, ſ. pęna extra.

C Vel, ſub lingua, quia verba plus timent, & nocebunt, quã verbera, quibus præcipitatur, & peribit anima.

† Irritauit flocciſecit.
† exquiret.
† quia nec [illegible] lum ſub. eueniet mihi.
† fraude.
† De pœ. diſt. 2. ſi enim ver. liberi.
† in villatum latibulis,
† nocentem.
† rapiet.
† rete ſuum, & iungitur fini præcedentis verſus.
† cõtritum humilemque ſe oſtendet,

a Quia. ¶ Et per hoc. ¶ Vt hoc patiatur, ideſt correctionis flagella ab eo ſuſpendantur.
b Verum Deum, vt puniatur. ¶ Ant chriſtus. ¶ Ideo.

†Exacerbauit dominum peccator, ſecundum multitudinẽ 1
a Non attendit peccata. b Tanta eſt ira Dei, vel nequitia Antichriſti. ¶ Quia. 2
c Aug. Magnum eſt malum luce veritatis deſeri.

a iræ ſuæ non † quæret. Non eſt Deus in † conſpectu eius, † 3
a Alias contaminatæ. b Cogitationes, & conſilia. c Aug. Putat quod non iudicet Deus.

b inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore. † Auferuntur iu- 4
c a Aug. dicitur omnes reges ſuperaturus, vt ſolus regnet, & ſedeat in templo Dei, extollens ſe ſupra omne, quod colitur, & dicitur Deus, & quia per malas artes ad illud culmen veniet, addit. 5

dicia tua à facie eius, omnium inimicorum ſuorum domi- 6
a Apud ſe, extra alia dicit, vt bonus videatur. b Aug. Ideſt fama mea non tranſibit ad poſteros, niſi malis artibus tale culmen conſequar, de quo taceri non poſſint.

d nabitur. Dixit enim in corde ſuo, non mouebor à genera- 7
e a Exequitur eius malitiam. b Blaſphemiis, & contumeliis.
c Intra os non extra, quia effectu caret.

tione in generationem † ſine malo. Cuius maledictione os 8
a Ira, & inſidiis alios ſibi conuertet. ¶ Amaris verbis, minis, ſcilicet. b Blandis. c Non in 9
lingua, tacite enim apud ſe iſta cogitabit, aliter loquetur. d Iniquitas unde ſequitur pernicies. 10

f plenum eſt, & † amaritudine, & dolo, ſub lingua eius labor 11
¶ Cum mora. a Latroni comparat. b Quis dubitabit quorum ſe iciatem ad alios decipiẽdos oſtẽtabit. 12

& dolor. † Sedet in inſidijs cum diuitibus, in occultis, vt 13 14
a Faciendo nocentem. b Quia pauperes ſpiritu maxime perſequetur. 15

g h interficiat innocentem. Oculi eius in † pauperem reſpiciunt 16
a Quia neſcit, qui decipitur. ¶ Alias occulto uelut leo in cubili ſuo. b Propter uim. c Propter dolum. d De utroque reperit.

i inſidiatur in abſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua. Inſidiatur 17
a Ad quid. b Dolo, uel ui. c Violentia, uel dolo. d Trahet ad ſe cruciatibus, uel econuerſo quin blandis attrahit, quod tamen non minus eſt rapere.

ut rapiat pauperem, † rapere pauperem dum attrahit eũ.
a Ecce dolus. b Quæ ſibi ſit. c Aug. Caſſ. quanto mirabiliora faciet ſigna, tanto ſancti contrarii magis contemnentur, & pro nihilo habebuntur. ſed inclinabitur, & cadet, cum ſanctis ſupplicia intulerit. 18
d Vel putare impunitum ſe inclinatio eſt, & caſus. ¶ Vis.

k In laqueo ſuo humiliabit eum, inclinabit ſe, & cadet, cum 19
¶ Merito meli, & cadet. 20

dominatus fuerit pauperum. Dixit enim in corde ſuo, obli- 21
a ¶ Pauperum ad ſaluandum, uel ſui ad puniendum. b ¶ Me uel illos. c ¶ In die iudicii. d ¶ Sed. 22
¶ Manifeſta potentia. ¶ Cito ueni. 23

l m n tus eſt Deus, auertit faciem ſuã, ne videat in finem. Exurge 24 25

g *In occultis, &c.* Augu. ideſt, ambiguis, vbi non facile videtur, quid petendum, quid non.

h *Oculi eius in pauperẽ, &c.* Caſſ. Exponit inſidias oculi, quaſi inſidia, & affectu, vel alios ſic decipit, quod oculi crudeliter reſpiciũt in pauperes ſpiritu.

✠ Baſilius. Vide quomodo, & in beſtiam tandem mutetur: perinde enim eũ Propheta deſcribit ac ſi beſtiam deſcriberet.

i *Leo in ſpelunca, &c.* Quia in eo vis, & dolus. Vis in imperio, dolus in miraculis. hæc eſt tertia perſecutio compoſita vi, & fraude. Duæ ſunt ante. Prior violentia, cum martyres tormentis agebantur: altera fraudulentia per hæreticos, & falſos fratres.

k *Inclinabit.* Caſſio. cum nimia felicitate in otium remiſerit animum, cadet repentino interitu, & dominus ſpiritu oris eius interficiet eum.

✠ Theodo. Cum omnibus ſuperior factus fuerit minime tamen effugiet mortis fauces, ſed æque ac cęteri homines ſepulchro tradetur.

l *In finem.* Negant videre Deum, qui dicunt eum non curare humanas res, quia terra finis rerum, & vltimum elementum, in quo nihil agitur ſine ordine. Sed homines eum non vident, quoniam pertinet ad occulta filij. laborans ergo eccleſia illo tempore in fluctibus excitat dominum. *Exurge domine.*

m *Exurge domine deus, & exaltetur manus, ne obliuiſcaris, &c.* Caſſ. Precatur iudicium, vt hic cito finiantur, quæ tãta ſunt, vt nemo velit tempus quo hæc fiunt, dilatari.

n *Exurge.* quaſi ex improuiſo, vt conterantur dum tui tecum exaltati glorificantur.

a Pro-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Exacerbauit, &c.* Ex nimia adulatione adhærentium ſibi eleuabitur in tanta ſuperbiam, quod blaſphemabit dominũ prouocans iram Dei.

2 *Secundum mul. iræ,* ideſt iræ dei circa ſe prouocatæ.

3 *Non quæ.* ſcilicet pœnitentiam, ſed morietur in obſtinatione. Ideo ſubditur.

3 *Non eſt d. &c.* ideſt nullius reputationis coram ſe, quia de ipſo dicitur. 2. ad Theſſa. 2. a. *Qui aduerſatur, & extollitur ſupra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur ita, vt in templo dei ſedeat, oſtendens ſe tanquam ipſe ſit Deus.*

4 *Inquinatæ ſunt, &c.* Quia ſemper occupabitur in peccatorum pollutione.

5 *Auferuntur iu. &c.* Quia in nullo timebit diuina iudicia ſupra ſe ventura, præ elatione, & obſtinatione nimia.

6 *Omnium inimico. ſuorum dominabitur.* Potentia, & ſeductione populos ſibi ſubijciens.

7 *Dixit enim in cor.* Quia ex nimia elatione reputabit dominium ſuum ſtabile.

8 *Sine malo, &c.* ideſt, ex præſumpta ſecuritate dicet, ero ſine malo cuiuſcunque pœnæ.

9 *Cuius, &c.* blaſphemando Chriſtum.

10 *Et amarit.* præcipiens inobedientes ſibi ad amaritudinẽ vitæ perduci.

11 *Et do.* Quia verbis doloſis multos decipiet.

12 *Sub lingua eius labor, & do.* Quia præcipiet inferre laborẽ, & dolorem ſanctis.

13 *Sedet in inſidiis.* Meditando imponere inſidias ſanctis.

14 *Cum diuitibus.* huius ſeculi, in hoc ſibi adhærentibus.

15 *Vt interficiat innocentem.* id eſt populum fidelem ſibi non obedientem.

16 *Oculi eius in pauperem reſpiciunt, inſidiatur in abſcondito quaſi leo, &c.* ideſt in populum Chriſtianum tunc depauperãdum, conſiderans qualiter poſſit totaliter deſtruere ipſum. Ideo ſubditur.

17 *Inſidiatur, vt rapiat.* Et patet litera ex dictis.

18 *Rapere pauperem, &c.* Quia quos tormentis flectere nõ poterit. verbis doloſis ad ſe trahere ſtudebit. Et quia aliquos doloſitate decipiet. Ideo ſubditur.

19 *In laqueo, &c.* Sed quia propter hæc finaliter deijcietur ideo ſubditur.

20 *Inclinabit ſe.* non voluntarie, ſed diuina virtute.

21 *Et cadet.* ſcilicet à domino ſuo.

22 *Cum do.* ſcilicet Chriſtianorum ſuo tempore ſubiectorum, & cauſa eius deiectionis ſubditur, cum dicitur.

23 *Dixit enim, &c.* non habens notitiam factorum meorum.

24 *Auertis faciem, &c.* Ex quo videtur, quòd Antichriſtus futurus fautor huius erroris ſit, quòd diuina prouidentia non ſe extendat ad iſta inferiora.

25 *Exurge do.* Hic ꝯſequenter deſcribit ipſius Antichriſti finalis

11 Et

a *Propter quid irritauit impius deum.* Auguſ. Iam itaque, & de iudicio illo intelligens, & exaltans dicit, propter quod, ideſt quid proficit tanta mala facere.
b *Dixit enim Deus in corde ſuo, &c.* Senſus iſte pronuntiationem quærit, in qua ſi erratum fuerit, obſcuratur. ſic. n. dixit impius: Non requiret Deus, quaſi Deus laborem, & dolorē conſideret, vt tradat eos in manus ſuas, i. quaſi laborare, & iraſci timeat, & ideo parcat eis, ne puniendo eos laboret, & turbetur ita, ſicut aliquando faciunt homines diſſimulata vindicta, ne laborēt, vel iraſcatur. Auguſt. Chriſtus Iudam tolerauit, & ad prędicandum miſit, & ei euchariſtiam dedit, vt oſtenderet dona peruenire ad eos qui fidem accipiunt qualis Iudas fuit.
c *Vides enim quoniā tui labo. & dolorem.* id iam præordinaſti, vbi tradas eos in manu tua.
✣ Theodor. Licet dixerint impij te humana non proſpicere, tamen vides. Symmac. Vides, quod tu laborem, & irritationem reſpicis, Aquila idem.
d *Orphano, &c.* Aug. cui moritur pater mundus, per quē carnaliter eſt genit⁹, vt dicat *mihi mūdus crucifixus eſt, & ego mūdo.*
e *Contere brachium.* Pœnis terret, bonis demulcet.
f *Quæretur.* Aug. Quaſi adhuc neceſſarium ſit ad purgandos nos, ſicut ſupra, dum ſuperbit impius, &c. ſed q̄a nō inuenietur, ideſt quia iam non eſt in quo ſit locus peccato illius, plano ferro non eſt opus lima.
✣ Theodor. Symma. explanatius. Inquiretur impietas eius vt inueniatur ipſe. Cum enim inquiritur, & oſtenditur, iſte peccator perit.
g *Dominus regnabit in æternum, & in ſeculum ſeculi.* Hoc regnū gratius erit pro concurrentibus malis, q̄d veniet deſtructo Antichriſto, ab hoc regno peribitis gentes, ſed pauperes hēbunt, quia deſiderium pauperum, &c.
h *Præparationem cordis.* CAS. Vel concupiſcentiam, quod eſt vbi omnibus viribus animæ aliquid ardētius petitur. Vel hoc, quod in cordibus eorum ipſe Deus pręparauit. Vel quam ſtatim volunt petere Deus audiat.
i *Auris, &c.* Nominatis membris, quæ in nobis viſibilia, & corporea ſunt, in deo potentias operationum intelligi oportet.
✣ Theodoretus. Symma. propoſitum expoſuit. Vates autem hoc pſalmo opportunè Chriſtum venturum docet, & qui nihil vtilitatis ex hoc beneficio perceperint, maioribus afficiendos ſupplicijs in die ſecundi aduentus.
k *Iudicare pupillo, & hum. &c.* Secundus aduentus manifeſt⁹ erit, ſed & nunc in occultis ponitur, quia de eo nemo ſcit. Apponat: Tunc omnia mala finientur, cum homo, ideſt, auctor malorum cum ſua plebe damnabitur.

D

a ¶ Iam de vindicta. b ¶ Potentia. ¶ Iudicium. c ¶ Vt putant dicentes Auertit aciem ſuam.
domine Deus, & exaltetur manus tua, ne obliuiſcaris † pau- 1
a ¶ Ant chriſtus. b ¶ Caſſ. irritauit, non credens Deum punitorem.
a perum. † Propter quid irritauit impius Deum, dixit enim in 2 3
a ¶ Deus, quæ facio b ¶ Sed tu. c ¶ Quod ſupra ſub lingua eius la. & do. quod putabat Deum neſcire.
b corde ſuo, non requiret. † Vides enim quoniam tu laborem, 4 5
a ¶ Qualiter tradas. b ¶ Antichriſtum, & complices. c ¶ Hiero vindictas.
c &† dolorem cōſideras, † ut tradas eos in manus tuas. Tibi † de 6 7 8
a ¶ Aug. ideo enim pauper eſt omnibus contemptus, vt tu tantum ſis ſpes eius.
¶ Quia. b ¶ Cui moritur pater mundus. c ¶ Ergo. ¶ In vi. d Potentiam illius peſſimi
d relictus eſt paup, orphano tu eris adiutor. Contere brachiū 9 10 11
e a ¶ In ſe. b ¶ In fraude. ¶ In alios. c ¶ Vindicabitur de peccato ſuo. d ¶ Ideſt, & ipſe peribit propter peccatum ſuum.
f † peccatoris, & maligni, quæretur peccatum illius, & non in 12 13 14
a ¶ Autem.
g uenietur. Dominus regnabit in æternum, & ſeculum ſeculi, 15 16
¶ Sed vos. a ¶ Ideſt, peccatores omnes, qui ſine lege Dei eſtis. b Viuentium.
Quo æſtuabant in malis ſeculi, cupientes diem domini.
† peribitis gentes de terra illius. Deſiderium pauperum † e- 17
Id eſt, cor paratum ſeruire per patientiam expectans.
h xaudiuit dominus, † præparationem cordis eorum audiuit
a Potentia qua audit. Miſericordia. Ecce deſiderium pauperum. Vt iudices: b Non conf. mi ſeculo. c Non ſuperbo. d Vt fecit in terra.
i aurīs tua. † Iudicare pupillo, & humili, vt non apponat ultra 18
a Magnum ſe facere. Superbus.
k magnificare ſe homo ſuper terram. 19

† humilium mitis, & infra.

E

† exaudiſti domine.

F

In finem

## NICOLAVS DE LYRA.

*nalis deiectio, quæ fiet virtute diuina ad preces ſanctorum, quod prauidens Dauid de hoc ſimiliter orans, dixit: Exurge do. d. videbiter enim quaſi dormire Antichriſti tempore eo, quod tanta mala permittat eum agere, & per conſequens videbitur ſurgere, quando incipiet eum deijcere.*
1 Et exalt. &c. *i. poteſtas tua ad eum deijciendum, & percutiendū.*
2 Ne ob. pa. *dimittendo eos in Antichriſti perſecutione, & ſuorū.*
3 Propter quid, &c. *Antichriſtus ſuis blaſphemiis contra eum.*
4 Dixit enim. *facta mea ad puniendum tanquam neſciens ea, vt prædictum eſt. Vel impotens ad me reſtringendum, & tamen non eſt ita, ideo ſubditur.*
5 Vides, *tu Deus cuius oculis omnia ſunt nuda, & aperta.*
6 Quoniam tu. *quos infliget ſanctis tuis Antichriſtus.*
7 Conſideras. *diligenter ad puniendum.*
8 Tradas eos, *ſcilicet Antichriſtum, & ſatellites ſuos.*
9 In manus tuas. *ſcilicet iuſtitia tua.*
10 Derelictus eſt pauper. *ideſt populus Chriſtianus.*
11 Orphano. *ideſt, populo Chriſtiano, qui Antichriſti tempore videbitur quaſi ſine patre protegente, & matre compatiente.*
12 Tu eris adiutor. *accipiens eos in manus tuæ miſericordiæ.*
13 Contere brachium. *ideſt, Antichriſti, qui dicitur homo peccati, & filius perditionis 2. Theſſ. 2.*
14 Queretur peccatum illius. *id eſt, diligenter diſcutietur nequitia ipſius, an ſit amplius vtilis ad purgationem electorum.*
15 Et non inuenietur. *ad hoc vltra vtilis, eo quòd ſufficienter erūt purgati, & ſic Antichriſtus cum ſuis deijcietur in ignem inferni. ſicut pater proiicit virgam in ignem poſt debitam filii caſtigationem. Et quia tunc apparebit manifeſta poteſtas, & dominium Chriſti, ideo ſubditur.*
16 Dominus regnabit, &c. *quia poteſtas eius poteſtas ęterna, quę non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur, vt dicitur Danie. 7. d.*
17 Peribitis gentes. *ideſt, tu Antichriſte, & tui complices, & quia hoc erit ad petitionem ſanctorum, ideo ſubditur.* Deſiderium pauperum exaudiuit dominus, &c. *Et finaliter concludit Dauid.*
18 Iudicare pupillo, &c. *id eſt, pro populo catholico, & fideli, quod erit in extremo iudicio.*
19 Vt non apponat, &c. *ideſt, Antichriſtus, qui erit homo purus, licet per malitiam à dæmone obſeſſus, propter quod oſtendit ſe tanquam ſit Deus, vt dicitur 2. ad Theſſ. 2. b.*

PSAL.

## ADDITIO I.

In pſal. 9. *Confitebor tibi dn̄e.* vbi dicitur in poſtilla: Ad cuius intellectum ſciendum, quod hęc dictio almut. Titulus huius pſal. non exponitur ſm̄ Hebraicam veritatem, nec etiam lr̄a huius pſalmi propriè applicatur huic ſenſui, ſcilicet pro occultis filij, prout dicitur in poſtill. Ratio primi eſt, nam ſecūdum veritatem Hebraicę linguę hęc dictio, almut non ſignificat occultationem, niſi pponatur ei hęc litera, h, vel, n, ita quod dicatur nalmut, vel halmut, verè iſte titulus interpretatur dicendo pro occultis. Item filius in hoc titulo Hebraicè poſitus non eſt genitiui caſus, ſed datiui cum dicitur laben, vt patet ſcienti veritatem huius linguę, & ſic patet primum, ſ. quod titulus huius pſal. non exponitur in poſtil. ſm̄ Hebraicam veritatem. Secundum patet, nam licet lr̄a pſal. ſaltem pro magna ſui parte ſit applicabilis duplici iudicio filij Dei prout poſtilla. dicit, non tamen Pſalmiſta in hoc pſalmo tractat de huiuſmodi iudicio quātū ad eius occultationē ſed potius quantū ad eius iuſtitiā, & potentiam atque manifeſtationē, vt patet diligenter intuenti, vnde impropriè dr̄. *Pro occultis filii.* potius enim debuiſſet dicere: *Pro iudiciis filii.* vnde melius vr̄ titulus exponēdus, ſ. vt intelligatur hæc dictio almut ſecundo modo, ſ. prout ſignificat iuuētutem ſeu adoleſcentiam, ſecundum quod in multis locis ſacræ ſcripturæ accipit' alma pro adoleſcentula, & elem pro adoleſcēte: vnde & in titulo pſalm. 45. dictio eiuſdem ſignificationis ponitur, ſcilicet alamoth, & exponitur ibidē, p iuuentute, ſm̄ Hieronymum, quam ſententiā ibidē ſequitur poſtilla. ideo ſm̄ hoc ſenſus pdicti tituli erit talis: Victori in iuuētute ſeu i adoleſcentia

adoleſcentia filio pſal. Dauid, quam ſignificationem ſequẽ-
A do pſalmus iſte diuiditur in duas partes, ſecũdum quod du-
plicem materiam videtur habere, vnam ſcilicet primordia-
lem, & figuratiuam, & aliam principalem, & figuratam. ſe-
cunda ibi: *Parauit in iudicio.*

Prima pars, quæ eſt primordialis tractat de victoria Da-
uid, quam habuit contra Goliam, vt habetur 1. Reg. 17. cui
materiæ propriè applicatur titulus, ſcilicet ſic: *Victori filio in
adoleſcentia*, hoc eſt dicere: Iſte pſal. attribuitur filio, qui fuit
victor in adoleſcentia ſua, ſ. Dauid, vnde verba huius tituli ꝓ
prijſſimè adaptantur huic hiſtoriæ, non ſolum realiter, ſed
etiam verbaliter. Legitur enim ibi, quòd cum Saul vidiſſet
Dauid egredientem contra Philiſthæum, dixit ad Abner:
Cuius filius eſt iſte puer, vbi in Hebræo habetur, iſte Elem,
quibus verbis prædictus titulus propriè correſpondet. voca-
tur enim vtrobique victor iſte, ſ. Dauid filius. & Elem, ideſt
puer. Circa igitur iſtam materiam primordialem primo Da
uid reddit gratiarũ actiones Deo de illa victoria, dicens: *Con
fitebor tibi domine, &c. Lætabor, & exultabo in te.* Conſequenter
exprimit beneficium, quòd à Deo habuit in eadem victo-
ria, dicens: In conuertendo inimicum meum retrorſum, ſ.
Goliam, & etiam in debellatione ſeu fuga ſuorum cum di-
cit. Infirmabuntur, & peribunt à facie tua, ſ. Philiſthijm. Et
quia hæc victoria Deo eſt attribuenda, ideo dicit: *Quoniam fe
ciſti iudicium meum, & cauſam meam.* Quod quidem iudicium,
quia ex mera iuſtitia diuina proceſſit, eo quòd ſpurius ille, ſ.
Golias blaſphemabat populum Dei dicens: Ego exprobraui
agminibus Iſrael hodie, vt in prædic. c. ideo ſequitur. *Sediſti
B ſuper thronum, qui iudicias iuſtitiam.* Et quia in hoc conflictu ex
ercitus aduerſariorum non æqualiter fuit debellatus. Gẽtes
enim pro maiori parte fuerunt in fugam conuerſæ, & per
conſequens confuſæ, ſed caput eorum ex toto perditũ. ideo
dicit: *Increpaſti gentes, ideſt*, Philiſthinos. Et perijt impius, i. Go
lias. Et quia fama, & gloria omnium eorum ex hoc actu fuit
de cætero denigrata, ideo dicit: *Nomen eorum deleſti in æter-
num, &c.* Ratio enim huius deletionis, quia Philiſthini præci
puè confidebãt de fortitudine ſua, & capitis ſui, & excellen-
tia haſtæ, & gladij, & aliorum armorum, quæ habebat. Cum
enim per vnum puerum, ſeu iuuenem inermem fuerunt de-
uicti, tunc fuit deletum prædictum nomen eorũ. Vnde Da-
uid dicebat, vt nouerit eccleſia hæc, quia non in gladio, nec
in haſta ſaluet Dominus, &c. Idcirco dicit: *Inimici defecerunt
frameæ in finem.* ideſt frameæ inimici defecerũt in finem, ſeu
à fine intento. Et ſequitur. *Et ciuitates eorum deſtruxiſti, ideſt.* tu
Deus, qui iudicas iuſtitiam deſtruxiſti ciuitates Philiſthino-
rum, ſcilicet à gloria ſua, eo quòd Iſrael perſequendo Phili-
ſthæos venerant vſque ad portas Accaron, quæ eſt principa
lis ciuitas, ex quo memoria audaciæ ſeu fortitudinis Phili-
ſthinorum delebatur. vnde ſequitur. *Perijt memoria eorum cum
ſonitu.* ſcilicet tubarum, ſeu exercitus populi Iſrael. Et vt o-
ſtenderet, quòd vltio diuina contra eos adhuc non erat con-
ſummata. Sequitur. *Et Dominus in æternum permanet*, ideſt para
tus ad vlteriora facere contra aduerſarios populi ſui.

*Parauit in iudicio, &c.* Hic incipit ſecunda pars huius pſal.
ſcilicet principalis. & figurata, in quo Pſal. tract. de iudicio
ſeu de iudiciaria poteſtate Chriſti. Ad quod ſciẽdum, ꝗ hæc
hiſtoria, ſcilicet victoriæ Dauid tam contra Philiſthæum, ꝗ̃
contra leonem, & vrſum, de quibus in prædicto cap. 1. Reg.
fit mentio, figuratiua eſt multiplicis victoriæ Chriſti. vnde
C glo. in prædicto c. ſic ait: Pugna Philiſthinorum cõtra Iſrael
pugna dæmonum contra eccleſiam accipi poteſt. Golias ve
ro diaboli ſuperbiam ſignificat, quem Dauid, i. Chriſtus ſin-
gulari certamine proſtrauit, & populum Dei eripuit, qui leo
nem, & vrſum necauit, i. diabolum, ſ. & Antichriſtum, alterũ
nunc latenter inſidiantem, alterum poſtea manifeſtè ſæuiẽ-
tem. Hęc in glo. Et ideo poſtquam Pſalmiſtra regratiãs Deo
hiſtoriam figuralem narrauit, conſequenter in hac parte rẽ
figuratam denuntiat, quę conſiſtit in duplici iudicio Chriſti
ſcilicet diſcretionis, & diſcuſſionis, ſecundum quę tam dia-
bolus, quam Antichriſtus, & eorum membra penitus pro-
ſtrantur. vnde hęc pars diuidenda eſt, & exponenda prout
in poſtil. excepto, quod ſecundum hanc expoſitionem qui-
dam verſus exponuntur melius ſecundum figuram, ſicut cũ
dicit: *Infixæ ſunt gentes in interitu quem fecerunt, & In laqueo iſto
quem abſconderunt, &c.* quod magis proprie exponitur de Phi
liſthinis, qui credentes laqueum parare populo Dei per Go-
liam, in ipſo comprehenſus eſt pes eorum: Similiter *Cognoſce-
tur Dominus iudicia faciens, &c.* nam ex hoc, quòd in operibus
manuum ſuarum comprehenſus eſt Golias, Dei iudicium
cognoſcitur, vt ſic, ſcilicet de re ad figuram, vel econtra trã
ſeat locutio in eodem contextu. nam ſecũdum Iſid. de ſum-
mo bon. 25. ca. propter connexionem capitis diaboli ad ſua
membra iniqua, ſcriptura loquens de vno, in eodem contex
tu tranſit ad loquendum de altero. ſicut Eſa. 14. cap. loquens
de rege Babylonis, qui erat diaboli membrum, tranſit ad lo-
quendum de principe dæmonum, cum ſubditur ibidem:
*Quomodo cecidiſti de cælo Lucifer.*

Si autem contra prędictam expoſitionem quis obijciat, di
cens: Quomodo pſal. iſtę fuit intitulatus de victoria Dauid
adoleſcentis cum in eodem pſal. tractetur de iudicijs Dei, ꝗ̃
maiora ſunt, cum tamen denominatio fieri debeat ſemper
ſecundum Philoſophum à digniori. Ad hoc dicendum, ꝗ
moris eſt prophetarum in ſimilibus, cum de diabolo tracta-
tur, & de aliquo eius membro notabili, intitulare prophetiã
de membro, & deinde introducere tractatũ de capite. ſicut
Ezech. 28. c. intitulatur prophetia de principe Tyri. & ibidẽ
tranſit ad loquendum de diabolo, dicens: *Tu ſignaculum ſimi-
litudinis, &c.* Et eadem ratione ſub titulo victorię Dauid con-
tra diabolum, & Antichriſtum, qui quidem proceſſus eſt in
nobis connaturalis ſecundum Philoſophum in 1. Phyſicorũ,
ſcilicet à magis notis ad minus nota.

## REPLICA.

In pſal. *Confitebor tibi domine.* Bur. improbat titulum quem
ponit Beatus Hiero. iuxta Hebręum, & quem exponit beat⁹
Aug. Caſſi. Haymo, & magiſter in gl. eos ſequitur, & poſtil.
In quo minus bene ſe habet Burgen. Primo, quia improbat
ſanctos doctores, cum tamen ei videatur crimen læſę maie-
ſtatis, ſi quandoque poſtillat. declinat dicta ſancti Thom. ex
magna ratione. puto enim omnes ante eum proprietatem
idiomatis Hebręi ignoraſſe, inde auſus fuit ſe cũctis oppone
re ex debili ratione. Arguit enim ſic contra titulum, qui eſt
pro occultis filij, &c. Vtrunque inquit iudicium Chriſti, ſcili
cet diſcretionis, & diſcuſſionis de quo hic tractat pſal. nõ eſt
occultum, igitur non eſt applicabile titulo, qui præponitur
huic pſal. pro occultis filij. Hic videtur dicendum, quòd quã
uis vtrunque iudicium erit manifeſtum in fine ſeculi, eſt tñ
nobis imò toti eccleſię occultum pro ſtatu prę ſenti, & ſic de
eo tractat Pſalmiſta in hoc pſalmo, ꝓut declarat, & bene ap-
plicat poſtillator, & magiſter in glo. Burg. autem fingit aliũ
titulum talem. Victori in iuuentute filio pſal. Dauid, ponens
iuuentutem, vbi beatus Hiero. & ſancti ponunt occultatio-
nem. Sed reuera titulus non videtur ad propoſitũ huius pſa.
Nam dato, ſed non conceſſo, quòd quinque primi verſus hu
ius pſal. exponi poſſent de victoria Dauid contra Goliam, ꝙ
ipſi in iuuentute contingebat, ſicut Burg. vult, totum tamen
reſiduum huius prolixi pſal. ad huiuſmodi iuuentutem non
eſt applicabile iudicio Chriſti, quod contingit mundo inue-
terato, nec reſpicit ad Chriſti iuuentutem. Quamuis enim oẽ
iudicium dedit pater filio, vt patet Iob. 5. ad iuuentutem tã
men nullum habet reſpectum. Nec eſt veriſimile, quòd titu
lus pſal. debeat reſpicere tantum partem proœmialem, & ad
partem executiuam nullam habere applicationem, & ſolũ
pertinere, ad figuram, vt vult Burg. & nihil pertinere ad rẽ
figuratam. Sed & ecce, ſi quis voluerit ſequi Bur. in expoſitio
ne primę partis huius pſal. de victoria Dauid contra Goliã,
non cogitur propter hoc recedere à ſanctis doctoribus mu-
tando titulum. Nam titulus: Pro occultis filij, ſeruit bene ei-
dem expoſitioni, nam illa victoria, & ſi in facto fuit manife-
ſta, tamen quo ad virtutem, qua facta fuit, ipſa victoria fuit
inopinabilis, & occultiſſima, quia diuino iudicio facta, quod
eſt occultum filij, quamuis, vt dictum eſt, manifeſtandum.

GLOSSA ORDINARIA.

a *In finem pſal.* Dauid prophetæ docẽtis reſiſtere hęreticis.

⁂Theod. Hunc pſalmũ Dauid dictauit, cum ipſum inſequeret̃, & admoneretur ab aliquib. vt fuga ſaluté quæreret. Congruit omnibus, qui iniuria afficiuntur, & in Deo ſpem collocãt. Inſcribitur autem in finẽ, vt qui prædictionem contineat iuſti iudicij Dei, & pœnæ nefarijs hominibus infligendæ.

⁂Hilar. & Caſſ. In Saracenos, & male credentes ſcribitur

⁂Euſeb. Eſt autem perfecti dicere cum B. Paulo. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti?

a †In finem pſal. Dauid. pſal. X.

¶Ergo. a ¶Ecce increpatio.

b IN dño confido, quo^a^modo dicitis ani- 1

a ¶A tuo, imo. b ¶Ad Chriſtum, qui apud nos eſt. ¶Eminentiã intellectus quem nos babemus. c ¶Qui in alto nidificat, vel auis quaſi inſtabilis ſum, ſi tranſeo. ¶Vel montes. 2

mę meę. †Trãſmigra ĩ mõtẽ, ſicut paſ- 3

a ¶Quibus hoc, & quare, vel, ideo in Deo fidendum.

c ſer? Quoniam ecce peccatores †inten- 4

a ¶Verſus ſe detorſerunt ad vulnerandas animas. b ¶Parata in corde habet uenenoſa uerba, uel in ſcripturis ſubtilem, ut ſibi uidetur, intellectum habuerunt. c ¶In receptaculo mentis.

derunt arcum, parauerunt ſagittas ſuas †in pharetra, vt ſa- 5

a ¶Cum ſenſerint ſe non poſſe conuinci, lumine eccleſiæ obſcurato propter multos carnales, & imperitos homines. b ¶Alia litera, in obſcura luna.

d gittent in obſcuro rectos corde. quoniam, †quæ perfeci- 6

e 7

PSALMVS X.

b IN *domino con.* Auguſ. de hæreticis, qui catholicos in ſuam volunt conuertere prauitatem.

Aug. In domino confido quo. Ad literam poteſt legi de paſſione, & dicit Chriſtus ſecundum hominem, vt ſolet contra terrores Iudæorum.

In domino confido, cũ peccantes volunt ſagittare rectos.

In obſcu. lu. ideſt repleta peccatoribus ſynagoga.

Deſtruxerunt, Iudæi.

Iuſtus, quem deſtructorem legis contemnebant.

Dominus in tem. verbum in homine, vel filius hominis in cœlo.

In pauperem. quem ſuſcepit, vel propter quem paſſus.

Palpebræ, apertio, & opertio oculorum mors, & reſurrectio, vbi probauit diſcipulos.

Interrogat. iam de cœlo regens eccleſiam.

Odit animam, cur iſta ſit docet.

Pluit enim, &c.

Augu.

Aug. Reſpondet hæreticis, qui ſe mentiuntur hẽre Chriſtũ, & alios ad ſe ab eccleſia trahere volunt. Vnus mons eſt in quo ꝯfido, quõ monetis tranſire quaſi ſint multi Chriſti? Vel, in vos, montes per ſuperbiam, paſſer pennatus virtutib. & pꝯceptis, ſed hęc non ſinunt ad vos trãſire, quia habeo dominum, &c. D

⁂Theodoret. Cur hortamini me huc, & illuc tentoria transferre? 3. de Virg.

⁂D. Ambr. anima paſſer eſt habens alas ſpirituales quas, vt Chriſtus manus in cruce extendit. †tetenderunt. †caligine.

⁂Hieronym. paſſerem ſepe loco prudentiæ legimus. Hebræi zippor, ideſt auicula. †retia deſtruentur, vel fundamenta diruta ſunt.

⁂Baſil. Animam pro corporali vita ſumit, cui inſidiantur inimici. E

c *Quoniam ecce.* Aug. Hi ſunt terrores comminantium nobis de peccatoribus, vt ad ſe quaſi iuſtos tranſeamus. Dicũt enim peccatores intenderunt arcum, ſcripturas, vnde venatas ſagittas mittant, quas in cordis occulto parant.

d *In obſcuro.* Caſſ. In ſimplici ſenſu degentes, vel in ſuis ambiguis ſententijs, non quòd ſcriptura ad hoc valeat, ſed quia.

e *Quoniam, quæ perfeciſti,* Cõuertit ab his ſermonem ad deũ quaſi: Cur dicunt tranſmigra? Cur de peccatoribus terrent? qui intendunt ſagittare rectos, quia quæ perfeciſti deſtru. in ſuis conuentibus, vbi paruulos, qui erant lacte nutriendi ex quorum ore laus perficitur, venenis necant.

⁂Baſilius. Quæ perfeciſti, ideſt præcepta tua.

⁂Theo. Nõnulli hęc cũ pꝯcedentib. verſibus ꝯiunxerunt, ſed ea, q̃ ſequunt̃ non ſinunt. ſubiungit. n. quoniã quẽ pfeciſti, deſtruxerũt, vnde diſcimus Vatẽ ꝯuertiſſe verba in deũ. clandeſtinas aũt inſidias obſcurum appellat. nãque hoc no- F

men

NICOLAVS DE LYRA.
PSALMVS X.

1 IN domino, &c. *Huic pſal. pręponitur talis titulus in Hebræo. Ad victoriam Dauid. In tranſlatione vero Hie. iuxta Hebræum dicitur:* Victori Dauid. *& eſt eadem ſententia. Exponit autem dupliciter. Vno modo, quod Dauid fecit hũc pſal. ad laudem dei victoris, vel, qui dedit Dauid victoriam de inimicis. Alio modo, quod Dauid fecit hunc pſal. decantandum à Leuitis cum conatu, quo vnus chorus nitebatur alium ſuperare, vt dictum eſt ſupra pſalm. 4. De materia autem huius pſalmi dicit Rabbi Salomon, quòd Dauid fecit hunc pſalmum, quando fugiens perſecutionem Saulis dixit illud, quod habetur. 1. Regum. 26. c.* Maledicti ſunt in conſpectu dñi, qui eiecerunt me hodie, vt non inhabitem in hæreditate dñi dicentes: Vade ſerui deis alienis. *Et poſtea ſubditur quando fugit ad regem Geth, ſed litera pſalmi non videtur concordare, cum dicitur.* In dño confido, quomodo dicitis animæ meæ tranſmigra in montem, ſicut paſſer, fugiens *Saulis perſecutionem. Iſta litera magis videtur ſonare, quòd remanſerit in terra ex diuina confidentia. Et eodem modo improbatur opinio, quæ dicit, quòd Dauid fecerit hunc pſalmum, eo quòd Dauid ad inſtantiam virorum ſuorum fugit ad loca montuoſa, quæ erant tutiora, vt habetur. 1. Reg. in pluribus locis, non tamen confidebat in montibus illis, ſed in domino. Litera enim huius pſalmi magis videtur ſonare, quòd deteſtatus fuerit fugam. Et ideo videtur mihi ſaluo meliori iudicio, ꝙ iſte pſal. ſit exponendus de reuerſione Dauid in terram Iuda ex diuina confidentia prout habetur 1. Regum 22. a. vbi dicitur, quòd Dauid fugit ad regem Moab, cui Gad propheta dixit ex parte domini.* Noli manere in pręſidio, ſed proficiſcere, & vade ad terram Iuda, *quod & fecit cõfidens de protectione diuina. Igitur ſecundum hoc pſalmus iſte diuiditur in duas partes, quia primo ponitur confidentia Dauid in perſecutione. Secundo aſſiſtentia Dei in eius protectione, ibi.* dominus in templo. *Circa primum dicit ſic: In domino confido, ideſt, in eius protectione aſſecuratus ex verbis Gad prophetæ.*

2 Quõ dicitis, &c. *ideſt fuge extra terram Iſrael à facie Saulis.*

3 Sicut paſſer. *euolans fugit à facie ſagittantis, et dirigit Dauid verbum illud ad viros, qui cum eo erant, qui dictam fugam ſibi conſuluerant, eo quòd multi eorum eſſent amaro animo, & oppreſſi ære alieno, vt habetur 1. Regum. 22. c.*

4 Quoniam ecce peccatores, &c. *Hoc allegant viri Dauid dicentes.* Fuge ſicut paſſer terram Iſrael, *quia Saul, & complices eius omnibus modis quærunt te interficere.*

5 Vt ſagittent in obſcuro. *ideſt inſidioſe.*

6 Rectos corde. *Ideſt Dauid, & fratres eius.*

7 Quoniam quem perfeciſti deſtruxerunt. *Hic dirigit Dauid ſermonem ad Deum, dicens.*

7 Quoniam quem perfeciſti. *Achimelech ſacerdotem quem in ſtatu perfecto feciſti.*

1 Deſtru-

MORALITER.

1 *In domino con. &c.* Pſalmũ iſtũ literaliter expoſui de confidentia Dauid, qua monitus à Gad propheta venit ad manendum in terra Iſrael, vt habetur. 1. Reg. 22. confidens, quòd dominus eum protegeret à Saul, & alijs eius inimicis. licet monitus fuiſſet à viris ſuis extra terram Iſrael habitare.

Allegorice vero exponi põt de Chriſto p Dauid figuratonam, & ipſi ſimiliter pſuaſum fuit, ꝙ exiret de terra propter perſecutionem Herodis. Luc. 13. e. *Tranſi hinc, & vade,* quia qrit te Herodes interficere. Et ſicut Dauid nõ aſſenſit viris, ſuis, ſic nec Chriſtus talibus verbis, ſed ſic rñdit: *Ite, & dicite vulpi illi, ecce dæmonia eijcio, ſanitates pficio, hodie, & cras, & tertia conſumor.* Sic ergo in perſona Chriſti hominis dicatur. *In domino confido.* Quod protegat me ab Herode.

2 *Quomodo dicitis animæ meæ tranſmigra in montem, ſicut paſſer.* ideſt, ꝙ fugiã à facie Herodis, ſicut paſſer à facie ſagittantis.

4 *Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum. parauc.* verbum eſt dicentium Chriſto, quòd fugeret, & eſt ſenſus, Herodes & eius ſatellites inſidiantur vitæ tuæ. Et inducitur exemplũ de eius pręcurſore iam occiſo ab Herode, cum dicitur.

7 *Quoniam, quæ perfeciſti, &c.* ideſt Iohannem quem perfectum dixiſti. Matt. 11. *Inter natos mulierum non ſurrexit maior Iohanne Baptiſta.* quaſi dicat ſic de te facient.

A men σκοτεινὴν noctē Luna catentē oſtēdit. Rectos corde nominauit nō ſummā ſibi virtutē aſſumens, ſed cum ſuis nihil ſe vnq̃ mali excogitaſſe, vt Saulē offenderet. quoniam, quæ perfeciſti deſtruxerunt inquit. Nō rapui regnū, ſed à tua grā regnādi electionē ſuſcepi, illi aūt deſtruere conantur contra tuam ſententiā armati.

eo, & ideo non lucet, ſed cū recedit illuſtratur ab ea parte, q̃ habet ad nos, donec ſole occidente plena ſurgat ab oriente, cū aūt ex altera parte ſoli cęperit ꝓpinquare, ſuperior pars illuſtrat, inferior obſcurat: Hoc item eccleſiæ conuenit, q̃ lumen non habet, niſi à ſole iuſtitiæ. Si quis aūt hęc obſcura vitat ſatis habet incrementa lunæ, & decrimēta attēdere, quę ſi deficit, vt renouetur, notat eccleſiam vbi creditur reſurrectio mortuorum futura. Obſcura autem eſt luna, vel cum mēſtruis curſibus finitur, vel cum fulgor nubilo interpolatur, vel in eclipſi vbi cruenta videtur, id eſt, cum noua eccleſia nondum terris effulſit, vel cum nubibus blaſphemorum tecta vituperatur, vel in eclipſi vbi cruenta videtur, id eſt, de cædibus martyrum. In his terroribus iniqui doloſa verba iaculantur, vt rectos peruertant. Vel cum filij eccleſię peccant occaſione lunæ obſcurę, opprobria iniqui ingerūt catholicis. Sed nil timendū ꝯfidenti in domino, timeat qui confidit in homine, qui tunc dicit ſancta ſacramenta cum per ſanctos dēt.

*Quid fecit?* ſecundum vtramque partē inuitat ad ſolutionem quæ eſt: Dominus eſt in ſuis, vt faciat templum, & cælum, ideſt arcana ſcientes, in minores vero oculi re. Vel hoc etiam à domino, quia oculi eius. Interrogat iuſtum, & impium.

† probabunt, vel explorant. † Probabit examinat.

⁂ Baſil. Iuſtus quid fecit? ad te confugit, qui in cælis, & templo es.

† & impium, & diligentem iniquitatem odio habuit anima eius.

B

⁂ Theodore. oculi, palpebræ dicuntur tanquam de re corporea ab humanis rebus, res diuinas homines edocendo.

† ignem lege reliqua in accuſatiuo.

a ¶Si hæretici offendunt, Chriſtus nonne pacem dat vobis. b Quid vtriſque det incipit oſtendere. c ¶Communiter omnium per potentiam. d ¶Quod eſt cælum. ¶Ideſt in ſanctis ſuis, vt faciat eos ſibi templum. ¶Vbicunque non eſt ſic, vt in ſuo templo.

a ſti deſtruxerūt, iuſtus autem quid fecit? Dominus in templo 1 2

¶Eſt. a ¶Specialiter. ¶In fidelibus, vnde, Templum Dei ſanctum eſt, &c. b ¶Et ideo non ſunt timendi tumultus. qui in retibus fiunt, antequam ad littus veniatur. c ¶Quia eſt ei lux. 3

ſancto ſuo, dominus in cælo ſedes eius. Oculi eius in paupe- 4

¶Miſericordia. a ¶Crebra apertio ſcripturarum per loca, & opertio per alia. b ¶Probant. c ¶De ueteribus innouatos per fidem:

rem reſpiciunt, palpebræ eius † interrogant filios hominum. 5

a ¶Solis conſcientiis iudicat. b ¶Per hæreſes, & tribulationes. ¶Etiam. c ¶Non qui facit, diligit, qui ex deſiderio, & affectu.

Dominus interrogat iuſtum, † & impium, qui autem diligit 6 7

a ¶Idem quod peccatum. b Quia. Etiam. c Inde inexcuſabiles. 8

b iniquitatem, odit animam ſuam. Pluet ſuper peccatores la- 9

a Doctrinam illaqueantem. b Cupiditatis. c Malorum operum fœtor. Pœna blaſphemorum. d In futuro, uel tumultuoſa mens. Vltima ſeparatio à iuſtis. e Quia, & pœnæ ſecundum menſuram meritorum.

c queos, † & ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum, † pars ca- 10

a Quare hoc:

d licis eorum. Quoniam iuſtus dominus, & iuſtitias dilexit, † 11

a Secundum utramque partem:

e æquitatem vidit vultus eius. 12

Aug. Quid ergo times, ne obſit impius ſacramentis non ſyncere communicans? Odit animam. Animæ ſuę nocet, nō iuſto, qui Deo credit.

a *Iuſtus autem.* Minat̃ iudiciū, cuius timore deſerāt falſitates.

*Interrogat.* Aug. i. probat, quia boni de obſcuris non fatigātur, ſed exercent̃: de cognitione, non inflãtur, ſed ꝯfirmant̃.

*Quæ perfeciſti.* ideſt perfectè edidiſti, vel implendo prædicta. Deſtruxerunt, malè exponendo.

Aug. *In obſcuro.* Vel obſcura luna. Duæ ſunt opiniones lunę, quarū q̃ vera eſt, vel nō omnino, vel difficile ſciri poteſt. Alij dicunt eam lumen ſuū habere, ſed globū eius dimidiū lucere, dimidiū obſcurū eſſe, dum autem partem, quæ lucet paulatim ad terrā ꝯuertit, vt videri poſſit, corniculata apparet, & ſic creſcit donec tota illa pars videatur, & dū iterū cōuertit̃, obſcura pars incipit apparere, donec tota iterū nobis offerat̃. Hæc eſt eccleſia, q̃ ex ſpiritali parte lucet, ex carnali obſcura eſt, & ſpūalis pars mō per bona opera apparet hominib. modo in cōſcientia latet, ſoli Deo nota, & ſolo corpore vr̄, Alij dicunt, quòd non habet lumen, niſi à ſole, ſed quādo cū illo eſt eam partem habet ad nos qua non illuſtratur eo,

De lunari lumine, & globo.

C

b *Pluet ſuper.* Quid malis reddat oſtendit.

Aug. Pluit de nubibus, ideſt pſeudo prophetis. Vel de bonis vnde emanant laquei cum malè intelligitur, ſed nō, niſi his, qui peccatores ſunt.

c *Ignis.* Aug. Primò igne cupiditatum vaſtantur, inde malorum operum fœtore abijciuntur à ſanctis, inde merguntur ęternis pœnis.

⁂ Theo. format enim diuinam iram, ab ijs autem, quę Sodomis acciderunt format ſupplicia, Calicem autem ſupplicíū appellat, quem gentibus propinare iuſſus eſt Hieremias.

d *Iuſtitias.* Aug. Pluraliter, vt iuſtos accipias, in quibus multę iuſtitię, cum vna ſit dei.

e *Aequitatem vidit.* Aequitas viſa eſt in facie, ideſt, notitia eius, facies enim eſt notitia eius, ideſt, potentia qua dignis innoteſcet. Vel vidit, quia non ſe dat noſcendum malis, ſed bonis, quod eſt ęquitas.

GLOS-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Deſtruxerunt. *ſcilicet Saul, & Doeg. alii cōplices eius, & cū aliis ſacerdotib. vt habetur. 1. Reg. 22. in odium Dauid, ideo dicit.*

2 Iuſtus autem quid fecit. *quaſi diceret, Achimelech iuſtus nihil fecerat dignum morte. Vel Iuſtus, ideſt Dauid, qui nihil fecerat propter quod tanta ſtrages propter eum deberet fieri.*

3 Dominus. *Hic conſequenter deſcribitur diuina aſſiſtētia in Dauid protectione, cū dicitur.* Dominus in templo ſancto ſuo, &c. *ideſt in templo gloriæ ſuæ, vbi à ſanctis angelis videbitur clare, & ſic eſt in ipſo modo ſpeciali, non enim poteſt intelligi hoc de templo materiali, quod nondum erat factum à Salomone.*

4 Oculi eius in pauperem reſpiciunt. *ideſt Dauid, & populum eius depauperatum, quia cum eo erant multi debitis multis obligati, vt dictum eſt ſupra, reſpiciebant autem oculi Dei ipſum Dauid protegendo.*

5 Palpebrę eius interrogant filios hominū. *i. ſcrutãtur actus & cogitationes eorum.*

6 Dominus interrogat iuſtū, & impium, qui aūt diligit iniquitatem, odit animam ſuam. *ad remunerandum.*

7 Et impium. *Ad puniendum. temporibus tamen debitis.*

8 Qui autem diligit iniquitatem, odit, &c. *Quia per hoc ducetur ad gehennam. In tranſlatione Hie. iuxta Hebraicum habetur ſic* dominus iuſtum probat, *ideſt, approbat, impium autem, & diligētem iniquitatem odit anima eius, ſcilicet Dei, præparans ei pœnam ꝓ ſuis iniquitatibus. Ideo ſubditur.*

9 Pluet ſuper, &c. *Quia frequenter ſubito, & improuiſe moriuntur, quaſi capti laqueo.*

10 Ignis, &c. *Quia in gehenna eſt tanta pœna, quòd verbis non poteſt bene exprimi.*

11 Quoniam, &c. *Sicut omne animal diligit ſibi ſimile.*

12 Aequitatem, &c. *Ad remunerandum, ſicut videt iniquitatem ad puniendum, vt dictum eſt.*

PSAL-

MORALITER.

3 *Dominus in templo.* Hic circa Chriſtum hominem ponitur diuina protectio, cum dicitur.

3 *Dominus in templo ſancto.* ideſt, in humanitate Chriſti, ĩ quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Col. 2. b.

4 *Oculi eius in pauperem reſpiciunt.* ideſt Chriſtum hominem qui vixit in paupertate vſque ad mortem, & ſuper ipſum erant oculi domini per ſingularem prouidentiam.

5 *Palpebræ eius interrogant filios hominū.* quia ſcrutat̃ cogitationes, & actus eorum.

6 *Dominus interrogat iuſtum.* vt in bono perſeueret.

7 *Et impium.* vt ſe emendet.

8 *Qui au. &c.* Se nolens emendare.

9 *Odit an.* Quia preparat eam gehennę, quę per multa grauia deſcribitur cum ſubditur.

9 *Pluet, &c.* Ad deſignandum eius importabilem grauitatem, & ſubditur cauſa.

11 *Quoniam iuſtus do. &c.* Propter quod non dimittit dedecus culpę ſine decore iuſtitię.

## GLOSSA ORDINARIA.

*Pro oƈta.* Caſſ. Pro octaua, quia hic petit propheta iniqtatē mundi deſtrui, vt ad veritatē promiſſionis futuræ pueniat. Aug. Octaua pro die iudicij, ſicut in ſexto pſalm. dictum eſt.

a *In finem pſalmus Dauid pro octaua.*

✠ Theodoret. Incuſat eos, qui ipſū inimico Sauli produnt, quique ſignificant, vbi ipſe Dauid degat. titulū habet de octaua, tanquam de iuſto Dei iudicio mentionem faciens, & in finem veluti vaticinatio poſterioribus ſeculis futura ſit.

PSAL. XI.

a †In finem pſalmus Dauid pro octaua. XI.
¶Caſſ. quaſi timens, ſubito exclamat pro magnitudine periculi.
a ¶Non inuenitur ſanctus in mundo vbi tot mali.
b c SAluum me fac domine, quoniam defecit 1
¶Vere ſanctus, quoniam diminutæ ſunt, &c.
d † ſanctus, quoniam † diminutæ ſunt veri- 2
a ¶Veritas vna, ſed in hominibus multæ. b ¶Non in. quia culpa eorum dona Dei deprauantur. c ¶Inſuper. ¶Vere diminutæ ſu t ve.
tates à filiis hominum. † Vana locuti ſunt v- 3 4
a ¶Quod deteriꝰ. b ¶Garruli. c ¶Ad decipiendum. d ¶Multiplici corde propter geminationem.
e f nuſquiſq; ad proximū ſuū, † labia doloſa † in corde, & corde lo 5 6
a ¶Garruli, & doloſi ſunt. ¶Sed. Non ipſos homines. b Ne quis ſe excipiat. c Garrulitates, & dolos. d Superbam.
g h cuti ſunt. Diſperdat dn̄s vniuerſa labia † doloſa, & linguā ma- 7 8
a Caſſ. loquacitate ſe extollunt, & ponunt in ſua poteſtate, quod à Deo ſe accepiſſe non putant. Facundia, & eloquentia.
i gniloquā. Qui dixerūt, linguā noſtrā † magnificabimus, labia 9 10 11
a Apud nos. b Cuius regulæ ſubiic mur. c Sed contra hoc. Aug. pro inopia, & paupertate ſpiritualium bonorum filium mittam. d Mortalitatem, & paſsibilitatem.
noſtra † à nobis ſunt, quis noſter dominus eſt? Propter † miſeriā 12 13
a De malis naturaliter non eſſent digni. Pater.
k l m inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam dicit domi- 14

b SAluum me fac. Reuocat autē à falſitatib. ſeculi ad eloqa dei vbi ſalus: à peruerſitate ſeculi petit ſaluari.

c *Quoniam defecit.* Caſſ. Exponit, quæ timuit multa congregans in vnum, vt ſit maior vis.

✠ Theodore. quoniam veritas in periculo eſt, ne extinguatur, omneſque mutua infidelitate laborant. Amicitiam ſimulant, & hoſtilia committunt.

d *Sanctus.* Caſſio. Deus, qui vbique præſens, quātum ad homines defecit, qui in eum non credunt.

e *Proximum.* Aug. Proximus omnis homo, cum nullo malè agendum eſt, proximus primę natiuitatis cōditione, id eſt omnis homo. Carnis cognatione amici, & cognati. Miſericordiæ comparatione. Beneficus quilibet.

f *Corde, &c.* Geminatio duplex cor ſignificat in quo doloſus deſcribit, vn̄. *Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus vijs ſuis.* Boni habent vnum cor, & vnā animā.

g *Diſperdat Dominus.* Caſſ. i. paſſim pereat, q in vna prauitate conueniunt.

h *Linguam magnilo.* Caſſ. i. ſuperbam, hi ſunt hypocritę, habentes ſpeciem in ſermōe ad decipiēdos hīes, & Deo nō ſubditi.

Remi. vel, philoſophi.

i *Qui dixerunt, linguam noſtram.* Caſſ. iactant ſe de ptāte labiorum quaſi nō à Deo acceperint.

✠ Theodor. Talis Pharao, q dixit. Non noui Dominū: Talis, & Rapſaces, qui dicere auſus eſt, Ne te decipiat deus, in quo confiſus es. Et Pharao, qui pueris dixit. Quis eſt Deus, qui eripiet vos de manu mea?

k *Inopum, & gemitum pauperum,* Augu. Caſſio. Inopes, Gentiles, qui nec legē, nec prophetas habuerūt. pauperes, Iudęi.

l *Nunc.* quod non in priori populo:

m *Exurgam.* apparebo in filio.

D

† vel miſericors ſanctimonia.

E

† Defecerunt, vel, imminuti ſunt fideles.

† Mendacium.

† id eſt, ore aliud promunt aliud corde regunt.

† blanda.

† vaſtitatem pauperum, & clamorem.

F

a *Ponam*

## NICOLAVS DE LYRA. PSALMVS XI.

SAluum me. Huic pſalmo pręponitur titulus talis in Hebræo. *Ad victoriam ſuper octauam canticū Dauid.* Et hic accipitur octaua pro inſtrumēto octo cordarum, in quo cantabatur illud canticum, ſicut dictum fuit ſup. pſal 6. Iſtum autem pſal. Dauid fecit, quando fugiens de Ceila ſaluatus fuit cum viris ſuis de proditione habitatorum Ceilę, qui tractauerant de proditione eius in manu Saulis, vt haberent fauorem eius, reddentes ipſi Dauid, & viris eius malum pro bono, quia ſaluauerat eos de Philiſthæis. vt habetur. 1. Reg. 23. Dicit igitur.

1 *Saluum me fac domine.* de ciuitate Ceilæ.

2 *Quoniam di. ſunt veri.* operum, & verborum.

3 *A filiis hominum.* id eſt, ab habitatoribus Ceilæ, qui dicuntur hic filij hominum, & non Dei, & ideo dicitur.

4 *Vana locuti ſunt, &c.* Mutuo ſe exhortantes, & occultè ad prodendum Dauid in fauorem Saulis regis.

5 *Labia doloſa.* ſupple, habent viri Ceilæ.

6 *In cor. & corde locuti ſunt.* Quia ī verbis ſuis ptendebāt ipſi Dauid fidelitatem, & inter ſe contrarium tractabant.

7 *Diſperdat dominus vniuerſa labia.* id eſt, Ceiletarum.

8 *Et linguam magniloquam.* Quia erant protendentes verbis ipſi Dauid, quòd fecerat magna pro eo.

*Vel linguam magniloquam,* quia ciues Ceilæ dicebānt ſe facere magnum pro rege Saule, vt ſic haberent eius gratiam, ſi traderent ei Dauid. Vnde ſubditur.

9 *Qui dixerunt,* id eſt, inter ſe tractauerunt.

10 *Linguam no. ma. &c.* Quia prodendo Dauid magna ꝓ Saule faciemus, & ſic habebimus opportunitatem magna petēdi ab eo.

11 *Labia noſtra, &c.* i. verba, quæ tractamus contra Dauid ꝓcedunt à nobis, & non ex aliorum ſuggeſtione, & ſic erunt magis placita coram rege, & quæ eſſent illa verba ſubdit.

12 *Quis noſter dominus.* eſt? Sic enim dicebant. Quis dubitat quin Saul ſit dn̄s noſter, & non Dauid, iō dēmus ei fauere. Sed ratio non valet, quia ratio erat contra Deum, & iuſtitiā.

13 *Propter miſeriam, &c.* Hic ꝯſequenter ponitur ipſius Dei protectio circa Dauid cum dicitur in perſona eius: *Propter miſeriam, &c.* ſcilicet Dauid, & virorum eius, qui multas miſerias ſuſtinebant, tanquam fugitiui, & depauperati.

14 *Nunc exurgam dicit dominus.* ad eos protegendum à dicta proditione.

Ponam

## MORALITER.

1 *Saluum me fac. &c.* Pſalmus iſte literaliter loquit̄ de ſaluatione Dauid, qn̄ fugit de Ceila eo, quòd habitatores Ceilæ diſponebant eum tradere Sauli, quāuis Dauid ſaluaſſet eos de Philiſthæis diripiētib. bona eorū. 1. Reg. 23. & in hoc Dauid fuit figura Chriſti, qui venit in mundum pro ſalute Iudæorum, & tamen ipſi tradiderunt eum gentibus ad occidēdum, & ſic dicitur in perſona eius: *Saluum me fac domine, quoniam defecit ſanctus.* de populo Iudæorum.

2 *Quoniam di. ſunt. &c.* Nam aliquando loquebantur Chriſto blandè, vt eum caperent in ſermone, Matth. 22. b. Magiſter, ſcimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces.

4 *Vana locuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum.* tractantes quō perderent Chriſtum, cum tamen deitati ſuæ non poſſent nocere, nec ēt humanitati, niſi quātū volebat ſuſtinere.

5 *Labia doloſa, &c.* Iudæ proditoris, & Phariſæorum.

6 *In corde, & corde locuti, &c.* Iudas enim dicēdo: Aue rabbi, intendebat eum tradere morti. & Phariſæi ſibi loquendo blandè quærebant eum capere in ſermone, vt dictum eſt.

7 *Diſperdat dom. &c.* & ſic factum eſt, quia Iudas ſe ſuſpendit, & Romanorum exercitus Iudæos deſtruxit.

9 *Qui dixerunt linguam noſtram ma. &c.* Eum accuſando coram Pilato.

11 *Labia noſtra à nobis ſunt.* id eſt, poſſumus loqui contra eum verum, vel falſum.

12 *Quis noſter dominus eſt.* Quaſi diceret. Iſte non eſt, qui dicit ſe eſſe Meſſiam. vnde coram Pilato, negauerunt ipſum eſſe ſuum regem.

13 *Propter miſeriam.* Hic ponitur effectus paſſionis Chriſti, & ſunt verba Dei patris per Chriſtum, detentos in limbo liberantis, cum dicitur, *Propter miſeriam inopum, &c.* id eſt, exiſtentium in limbo.

14 *Nunc exurgam,* ad liberandum eos per Chriſtum.

7 *In corde.*

Eloquia domini dicunt caſta. Matthæ. 5 a. †Ponam in ſalute, illa quæ abit, (vel Dolore afficiet, id eſt, ſeruabo fidelem ab illo, qui tendit ei laqueos A- lii legunt pro illaqueabit eū loquetur pro B eo, id eſt Deus tuebitur cauſam pauperis Chald. interpretatur Ponam redemptionem populo meo, & impiis teſtificabor malum pro ipſis) †munda. †eos, & cuſtodies eū, id eſt, vnum quemque ipſorum)

a *Ponam*. conſolationem pauperum.

b *Fiducialiter*. potenter, cui nil reſiſtit.

✻Theodor. Symmac. manifeſtam ſalutem perficiam.

*Ponam*. Aug. Non dicit, quid: ſed ſciendum, eſt quòd ad pauperes conſolandum pertinet.

c *Eloquia domini*. Caſ. Contra mala ſeculi Chriſtus à patre miſſus, cuius eloquia vera ſunt, impiorum falſa.

d *Caſta*. Caſſio. Contra hoc, quod ſupra, vana locuti ſunt.

e *Examinatum*. contra *labia dolo, in cor. & cor. lo. ſunt*.

f *Septuplum*. Augu. Perfectè, vel per ſeptiformem ſpiritū verbum nitet. ſcilicet per pietatē, & timorem, & cætera dona. vel, purgatum per ſeptuplum, ſcilicet per paupertatem ſpiritꝰ, manſuetudinem, & cæteros gradus beatitudinis, de quibus ſermo in mōte. Octaua ergo beatitudo, eſt perſecutio ignis, quo ſeptupliciter probatur argentum, hæc enim examinat, & clarificat, & quod perfectum eſt demonſtrat.

✻Theod. ſeptuplum, pro ſæpenumero poſuit, hoc. n. ſcripturæ conſuetum eſt.

a ¶Ieſu, non in ſeruis. b ¶Aug. docendo. ¶Non quaſi ſcribæ, & Phariſæi, ſed tanquam poteſtatem habens mutandi, & addendi, vt auctor legis. ¶Quod non in ſeruis. c ¶Hic propheta.

nus. † Ponam in ſalutari, fiducialiter agam in eo. Eloquia do- 1 2 3

a ¶Sine corruptione ſimulationis. b ¶Eloquia per tribulationes probata. c ¶Nihil terminitatis habens.

mini eloquia † caſta, argentum † igne examinatū, probatum 4 5

a ¶Id eſt, a terra, genitiuus pro ablatiuo more Græco. b ¶Et o domine tu, non ipſi nos. c ¶Supra de malis. Diſperdat dominus vniuerſa labia dolo.

terræ purgatum ſeptuplum. Tu domine ſeruabis † nos, & cu- 6

a ¶Hic de bonis, quod ſeruet, &c. b ¶Hic tanquam inopes, & pauperes, ibi opulentos, & diuites. c ¶Huius ſeculi. d ¶Ducendo in æternam beatitudinem. e ¶Vnde: Deus meus pone illos, vt rotam.

ſtodies nos, à generatione hac in æternum. In circuitu im- 7 8

a ¶Non ſecundum meritum, ſed ut altum decet. b ¶Sicut ſtellas cæli.

pii ambulant, † ſecundum altitudinem tuam multiplicaſti fi- 9 10 11

¶Secundum promiſſionem Abrahæ.

lios hominum.

g *Tu Domine*. Caſ. Vtilitatem diuinorum eloquiorum ad dominum ſe conuertens oſtendit.

✻Theodor. à generatione hac, & in æternum. i. præſentis generationis laqueos effugiemus, & æternæ ſalutis compotes erimus.

h *In circuitu*. Concluſio de vtraq; pte. Auguſ. In circuitu, i. cupiditate temporaliū, quæ ſeptē diebus voluuntur, & nō veniunt in octauum idest, æternum, vnde ventilator eſt impiorum rex ſapiens, & immittit illis rotam malorum, ideſt, ambitum volubilium.

✻Theodore. Impij diuina relicta via huc, & illuc aberrāt volētes obſidere māſuetiores. Tu vero ex altitudine naturæ apparens, tua dignos cura eos putabis, qui ab illis bello petuntur.

i *Multiplicaſti filios hominum*. Aug. Eſt, & multiplicatio in tēporalib. quæ auertit ab vnitate Dei, ſed iuſti multiplicantur ſecundum altitudinem, quādo eunt de virtute in virtutem.

GLOS-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Ponam in ſalutari. *ideſt in ephod, vbi dominus dedit reſponſum ſalutis ipſi Dauid petēti.* 1. *Reg. a.* Si tradent me viri Ceilæ, & eos, qui mecum ſunt in manu Saulis? & dixit dominus tradent, & ſubditur. Nuntiatumque eſt Saul, quòd fugiſſet Dauid de Ceila, & ſaluatus eſſet.

2 Fiducialiter agam in eo. *ideſt in Dauid, ad hoc enim ſaluauit Deus Dauid, vt populus Iſrael per eum protegeretur, & fiducialiter ageret.*

3 Eloquia dom. &c. *quæ locutus eſt ad Abiathar reuelando proditionem habitatorum Ceilæ.*

4 Eloquia caſta. *ſine macula falſitatis.*

5 Argentum igne examinatum, probatū. *hoc additur ad exprimendum certitudinem veritatis in verbis diuinis, ideo ſubdit Dauid.*

6 Tu domine ſerua. nos, &c. *ſcilicet protegendo contra prædictā proditionem.*

7 Et cuſtodies nos, à gen. *ideſt hab tatoribus Ceilæ, & Saule.*

8 In æternum. *quia non permittes nos cadere in manibus eorum.*

9 In circuitu impij, &c. *ideſt habitatores Ceilæ, & ipſe Saul, quærebant Dauid. & viros eius deceptionibus inuoluere.*

10 Secundum altitudi. tuam. *ideſt, ſecundum altitudinem conſilij tui, quod eſt incomprehenſibile.*

11 Multiplicaſti filios hominum, *ideſt, Saul, Doeg, & alios corū complices, & Ceilæ habitatores in mea perſecutione ad exercitium patientiæ meæ, & meritum vitæ futuræ.*

*Poſſet autem iſte pſal. exponi moraliter de quolibet viro iuſto in perſecutionibus poſito, contra quem parantur machinationes, & exercentur. Deus tamen totum conuertit ad meritum ſuæ patientiæ, & ipſe eſt ſperans ab omnibus liberari auxilio diuinæ gratiæ, ſed pertranſeo, quia de facili poteſt litera ad hanc ſententiam applicari.*

PSAL-

## MORALITER.

2 *Fiducialiter agam in eo.* i. in Chriſto, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem. *Heb.* 11. Et quoniam erant prædicta per prophetas ſubditur.

3 *Eloquia do. elo. quia caſta.* q. d. ſicut veriſſima ſunt impleta. Et quoniam liberatio patrum de limbo non fuit ad horam, ſed ad ſemper, ideo in eorum perſona dicitur.

6 *Tu domi. ſeru. nos, & cu. nos à ge. hac in æternum.* id eſt, ex nunc vſque in perpetuum. Licet autem poteſtas dæmonis tunc ablata fuerit à dictis patribus, non tamen à viatoribus, ideo ſubditur.

8 *In circuitu impii ambula.* ideſt dæmones circumeunt, vt fideles decipiant. 1. Pet. 5. b. *Aduerſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens circumit, quærens quem deuoret.* Sed quoniā electi euadūt inſidias dæmonum, ideo ſubditur.

9 *Secundum altitudinem tu. &c.* ideſt tu domine deus ſecundū altitudinem conſilij tui nobis occulti.

10 *Multiplicaſti filios homin.* q. reponēdi ſunt ī regno cælorū.

## ADDITIO I.

In pſal. 11. *Saluum me fac*, vbi dicitur in poſtilla: Huic pſalmo præmittitur talis titulus. Litera huius pſalmi non ppriè adaptatur hiſtoriæ Dauid fugientis de Ceila, prout poſtil. exponit. Tum, quia in titulo de hoc non fit mentio, ſicut in alijs pſalmis, vbi de caſibus ſingularibus, qui ipſi Dauid contigerunt tractatur, ſicut in pſal. 2. vbi præmittitur in ti. pſalmi. *pſal. Dauid cum fugeret ab Abſalom filio ſuo*, Similiter in pſal. illo, in cuius titulo ponitur. *Ad victoriam pſal. Dauid, quando venit Doeg Idumæus, & nuntiauit Sauli, &c.* & in pſal. 141. in cuius titulo ponitur, *eruditio Dauid cum eſſet in ſpelunca*, & ſic de multis alijs. Tum quia verba pſalmi manifeſte videntur loqui generaliter quaſi de toto mundo, vel ſaltem de generatione contemporanea, cum qua ipſe Dauid conuerſabatur, in qua licet eſſent fortè multi probi viri, & veraces, quia tamen pro maiori parte deficiebant, & denominationes ſecundū Philoſophum fiunt à maiori, idcirco dicebat. *Diminutæ ſunt veritates à filiis hominum, huiuſmodi*; Vnde melius videtur dicendū ſecundum glo. quæ in hoc loco ſic dicit. *Videns ſanctus vir multiplicatam vanitatem huius ſeculi, exclamat pro magnitudine periculi*, & ait; *Saluum me fac Deus.* & infra. *Quoniam defecit ſanctus*, id eſt, non inuenitur ſanctus in hoc mundo, vbi tot mali ſunt, & hæc opinio fuit in Elia quando dixit; *Domine relictus ſum ego ſolus.* Hęc in glo. ſecundum quam gloſſam bipertitus eſt pſalmus, nam in prima parte Pſalmiſta petit à peruerſitate ſeculi ſaluari. In ſecunda oſtendit quomodo contra huiuſmodi mala ſeculi oportebat Deum exurgere ad remediandum, ſecunda ibi: *Propter miſeriam inopum, &c.* Prima pars faciliter eſt applicabilis ad propoſitum eo modo quo exponitur in poſtilla hoc mutato, ſcilicet, quòd illa, quæ referuntur ad viros Ceilæ tantum, referantur quaſi in vniuerſo modo prædicto. Similiter cum dicitur in fine huius partis: *Quis noſter dominus eſt*: non referatur ad Saul prout in poſtilla, ſed intelligatur ſic, quod mendaces viri de facundiæ ſuæ loquacitate confidentes iactabant ſe de poteſtate propria labiorum quaſi à Deo non ſint. vnde dicebant. *Quis noſter dominus eſt?* id eſt, quis eſt, & cuius regulę nos ſubijcimur? quaſi diceret, nullus. Secūda verò pars vlteriorē requirit indaginē. Pro cuius declaratione ſciēdū, q. quia Pſalmiſta principaliter attribuebat mala mūdi ad defectū veritatis in filijs hominū, ideo co, q. ꝯria ꝯrijs curantur, propheticè dicit, quòd ad tollendam huiuſmodi falſitatis malitiam venturus erat ille cuius eloquia ſunt maximè vera, ſicut dicta impiorum ſummè falſa, vnde ſequitur: *Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum*, ſcilicet iuſtorum, qui de malis gemunt, & pro peccatis conteruntur, ſupple tollendam: *Nunc exurgam dicit dominus*, id eſt, apparebo. Ponam in ſalutari, ideſt, in Ieſu conſolationem

nem pauperum. Et fiducialiter agam in eo, id eſt, potentialiter, quia nihil ei reſiſtet. Conſequenter dicit: *Eloquia domini, &c.* oſtendens quod eloquia huius ſaluationis ſunt contraria prædictis, vt dictum eſt. Sunt enim quaſi argentum igne examinatum, purgatum, ſeptuplum, id eſt, per, ſeptiformem ſpiritum purificata atque rutilantia. Quia tamen aduentus huiuſmodi autoris veritatis non ità de propinquo Pſalmiſta proſpiciebat, idcirco petebat à generatione falſiloqua ſibi contemporanea cuſtodiri & ſeruari. vnde dicit: *Tu domine ſeruabis nos à generatione hac*: Et vt magis oſtenderet ſe indigere tali cuſtodia, ſubdit. *In circuitu impij ambulant ad deuorandum iuſtum*, eo modo quo. 1. Petri. 5. b. dicitur. *Aduerſarius veſter diabolus circuit quærens quem deuoret*. & ſequitur. *Secundum altitudinem tuam*, id eſt, ſecundum incomprehenſibilitatem conſilij tui. *Multiplicaſti filios hominum*, ſcilicet impios, de quibus in prima parte dicebat. *Diminutæ ſunt veritates à filijs hominum*. q. di. ex duobus maximè indigemus cuſtodia tua. vnum eſt, quia aduerſarij ſunt aſtuti & ſoliciti contra nos, vnde in circumitu ambulant. Secundum eſt, quod ſunt multi numero, vnde & ſi non eſſent valde timendi propter eorum multitudinem, &c.

## REPLICA.

In pſalmo, *Saluum me fac*: modica eſt diuerſitas, quia expoſitio poſtillatoris eſt de ſingulari caſu. Burgenſ. autem generaliter extenſa.

## GLOSSA ORDINARIA.

a *In finem*. Caſ. Pſalmus de charitate Chriſti in qua totius legis perfectio eſt, quam qui hẽt mundũ nõ amat, propheta in perſona antiquorũ patrũ plenus charitate quam auidè incarnationẽ expectat, quaſi de dilatione conqueritur, in quo dilectio proximi oſtẽditur, cuius ſaluti hoc optatur, vt abiecta ſuperſtitione, cultura vnius Dei ſuſcipiatur. Vel in pſona modernorum ſanctorum ſecundũ aduentum expectatium, ſecundum illud. *Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto*.

a Plenitudinem ſcilicet temporis vel conſummationem æternæ beatitudinis. b Dirigens c Chriſti vel prophetæ.

† In finem[a] pſalmus[b] Dauid[c] XII.

b Id eſt, præſentiã incarnationis mihi ſubtrahis. b Aug. id eſt, differs me ad intelligendũ ipſum ſpecialiter, qui eſt ſapientia & finis. c Vſque ad tẽporis plenitudinem. Cum venerit plenitudo tẽporis, &c. Galat. 4. d. Repetit.

a Non das animæ notitiã tui. b Præſentiã filij quę hoĩbus videnda eſt.

a V
b Squequo[a] dñe obliuiſceris[b] me in finem[c] 1
c 2
vſq; quo auertis[a] faciẽ[b] tuã à me? Quãdiu 3 4 5

## PSALMVS XII.

b Vſquequo. ✻ Theodo. Hunc pſalmum non Saulẽ fugiens, ſed ab Abſalom bello petitus ſcripſit. Et. n. quæ de Saule feruntur, ante peccatum fuerant, & hac de cauſa magna cum fiucia loquebatur. Ea vero quæ de Abſolom, acciderunt, poſt peccatum extiterunt, & propterea luctus & gemitus verbis connexus eſt. D

Caſ. hæc prima pars eſt de dilatione aduentus cõqueſtio.

✻ Theod. Procraſtinationẽ auxilij, obliuionẽ appellauit, rogat autem ne omnino diuina prouidentia deſtituat. & more excandeſcentium, & eos qui offenderunt, videre nolẽtium hoc dictum poſuit vſquequo auertis faciem tuam à me ab humanis rebus orationem formans. E

c *Quandiu*. Caſſ. Magnus ardor ſuſtinentis, dicit deeſſe conſilium, vt videndi mitiget affectum, quando magna anxietas eſt concupiſcere bonum & diutius ſuſtinere, creſcit deſiderium in dolorem, quia ſpes protrahitur. *Con.* F

## NICOLAVS DE LYRA. PSAL. XII.

1 Vſquequo domine. *Huic pſal. præponitur talis titulus in Hebræo:* Ad victoriam Dauid. *vel ſecundum Hiero.* Victori Dauid. *quod in idem redit. Et exponitur dupliciter. Vno modo vt ſit ſenſus per ſuppletionẽ. Iſte pſal. factus Dauid decantandus eſt ad victoriã, i. cum quodã conatu Leuitarum, vt frequenter. ſupr. eſt expoſitũ. Alio modo vt ſit ſenſus: Iſte pſalm. factus eſt à Dauid ad laudem Dei victoris ſuper omnia, vel qui præſtat victoriam. De materia autem huius pſalm. dicit Ra. Sal. quod factus eſt de quatuor regnis per quæ affligendi erant filij Iſrael. Primũ eſt regnum Babyloniorum, quod deſtruxit ciuitatem Ieruſalem & templum & captiuauit populum ſub Nabuchodonoſor rege, vt habetur 4. Reg. 45. Secundum eſt regnum Perſarum, ſub quo fuit prohibita reædificatio templi vt habetur 1. Eſdræ 4. Tertium eſt regnum Græcorum, per quod fuit poſitum idolum abominationis in templo, & populus occiſus & compulſus ad idololatriam ſub Antiocho rege, vt habetur 1. Mach. 1. 2. & 3. Quartum eſt regnum Romanorum, per quod fuit iterum templum deſtructum & ciuitas, & populus captiuatus ſub Tito & Veſpaſiano imperatoribus. Et à prima afflictione fuerunt liberati filij Iſrael per Cyrum, qui remiſit captiuitatem dans licentiam reædificandi templum, ſecundum quod habetur 1. Eſdræ 1. A ſecunda per Darium, ſub quo conſummatum eſt templum, vt habetur 1. Eſdræ 6. A tertia per Macha. A quarta expectant liberari per regem Meſſiam. Sed iſtud dictum deficit in duobus. Vnum eſt, quia ſupponit falſum ſcilicet Chriſtum venturum: & quod debeat terminari iſta captiuitas Iudæorum, quæ vſque ad finem mundi durabit, ſecundum quod dicitur Amos 2. a.* Super tribus ſceleribus Iuda & ſuper quartũ non conuertam, *quod ſic exponit. Vno modo, quod licet ſcelera tria propter quæ incurrerunt tres primas afflictiones fuerint eis remiſſæ quantum ad hoc quod liberarentur, non tamen quartum ſcelus, quod fuit venditio & occiſio Chriſti; propter quæ ſunt in hac captiuitate, remittetur eis ſic quod ab iſta captiuitate liberentur. Secundum eſt, quod dicit populum Iſrael grauiter afflictum à regno Perſarum quod non eſt verum, quia illud regnum remiſit captiuitatem Babyloniæ vt dictũ eſt, & permiſit filios Iſral habitare in terra ſua pacificè & vti legibus ſuis. Nec illud impedimentum reædificationis templi fuit à regibus Perſarum, vt dicit Ra. Sa. ſuper 1. Eſdræ, ſed à Samaritanis, quibus fuit conceſſum, quod non permitterent ciuitatis reædificationem: & ſub hoc prætextu probibuerunt reædificationem templi plus facientes quam eis mandatum fuerat à rege. Vnde & poſtea conſummatum eſt templum ſub Dario rege Perſarum. Et ex decurſu 1. Eſdræ & Nehemiæ apparet, quod regnum illud tractauit Iudæos ſatis humanè: propter quod dicitur Eze. 1. quod illud regnum deſignatur per faciem hominis, quia illud regnum ſatis humane filios Iſral tractauit. Sequendo igitur dictum Ra. Sa. in parte dimittendum eſt regnum Romanorum & regnum Perſarum rationibus prædictis, & loco ipſorum eſt accipiendũ regnum Aſſyriorum, quia captiuauit Iſrael tempore Oſee: vt habetur 3. Reg. 18. Et regnum Aegyptiorum quod afflixit regnum Iuda tempore Ioachaz, quem Pharao Nechao vinctum miſit in Aegyptum, imponens terræ tributum magnum, vt habetur 4. Regum 23. Et ſic tertiũ regnum eſt Babyloniorum, & quartum Græcorum. Igitur ſecundum iſtam ſententiam Dauid præuidens quatuor afflictiones prædictas ſibi ſuccedentes facit quatuor quæſtiones, petens & deſiderans eas terminari, dicens in perſona populi Iſrael.*

2 Vſquequo, *ſcilicet in populo meo mihi ſucceſſuro, permittendo eum affligi ab Aſſyriis.*

3 In finem. *id eſt, tandiu: videtur enim afflicto, quod nunquam debeat terminari ſua afflictio.*

4 Vſquequo auer. *tandiu dimittendo populum meum in Aegyptiorum ſeruitute.*

5 Quandiu. *tractans & conſiderans quomodo poſſim liberari à captiuitate Babylonica. Et loquitur Dauid in perſona Ieſu filii Ioſedech & Zorobabel filii Salathiel, quia frequenter meditabantur, & Deum deprecabantur de captiuitatis huius reditu, & dominus exaudiuit eos quia factum eſt ſub eorum ducatu, vt habetur 1. Eſdræ.*

1 Do-

## MORALITER.

1 *Vſquequo domine*. Pſalmum iſtum literaliter expoſui de quatuor tribulationibus Iſrael quas præuidit Dauid, ſcilicet ab Aſſyriis, Aegyptiis, Caldæis, & Græcis, quarum terminationem Dauid petiit in hoc pſalmo.

Moraliter autem per iſtas quatuor tribulationes poſſunt intelligi paſſiones quatuor principales, ſ. ſpes & timor, gaudium & triſtitia, rationem multipliciter perturbantes. Spes malè eleuans quæ dr̃ præſumptio. Timor à virtute deiiciẽs qui dicitur mundanus. Gaudium de proximi malo, & triſtitia de eius bono. Paſſiones enim iſtę rationem obnubilant, voluntatem deprauant, ad inferni pœnam obligant, & dæmones lætificant. Contra primum dicitur.

2 *Vſquequo domine.* tanquam abſconditum in nubilo excęcante rationem. Contra ſecundum dicitur.

4 *Vſquequo auertis faciẽ tuam à me.* tanquam auerſo à te per voluntatis deprauationem. Contra tertium.

5 *Quandiu ponã conſilia in anima me.* eo quod cogito me obligatum ad gehennam. Contra quartum.

A *Con.* Aug. Cōſilio nō eſt opus niſi in aduerſis,i. quādo ero in aduerſis: vel eſt reſpectus, tādiu auertis quādiu ponā con. vt niſi ponat quiſq; cōſiliū in aīa vt operetur miſericordiā: nec eū diriget Deus in finē,neque det ei plenā ſui notitiam.

a *Per diem.* Aug. continuè: vel diem,pro tempore quo vult exui dolens precanſque æterna.

(† anxietatem . afflictionem mærorem.)

b *Vſquequo exaltabi.* Caſſiodo. Dicit quia ante aduentum Chriſti diabolus captiuos tenebat homines. Vel ſuper me, id eſt, meam credulitatē, quia toto orbe colitur, & quia ſic orbis interit, plorat.

✻ Theodo. hæc & nobis dicere,diuināque opē ſemper implorare cōuenit, qui à diabolo bello petimur.

B (Ps..5 c. † in ſalute tua id eſt,cum li beraueris me)

c *Reſpice.* Caſ. poſt conqueſtionem oratio, vt illuminetur ne cedat fraudibus inimici,qui in miſericordia confidit.

*Reſpice.* Aug. Mitte quem miſſurus es.

d *Exaudi.* Caſ. pro omnibus pro quibus generaliter petit.

e *Illumina.* Caſ.Si non corpore videamus, vel mente.

✻ Theod. Nocte calamitatum circundatus veluti quodā ſomno mærore detineor: ſi vero tui auxilij lux affulſerit calamitatum noctem diſſipabit,& mœſtitiæ ſomnum ſedabit.ſi autem opem differes,vereor,vt in mortem ſomnus incidat, nam mæror cogitationibus fortior factus fuerit.

✻ Baſ. Oculi illuminandi prophetæ oſcurati concupiſcentia: Mortem autem ſecundam intelligit.

C f *Oculi*

f *Oculi obdor.* Caſ. quando fidei lumine ſepulto,carnali delectatione clauduntur.

g *In morte.* Caſ. id eſt, in peccato quod fit in ſpiritumſanctum de quo Ioannes: Eſt peccatum ad mortem,non pro eo dico vt quis oret.

a De diuerſis, ut qui anxius eſt. b Scilicet quandiu ponam.
a ponam cōſilia in anima mea, † dolorem in corde meo per 1
b a Abſolute id eſt per ſingulos dies. b Id eſt diabolus uel carnalis conſuetudo. c Contra, auertis.
c diem? Vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me? Re- 2
a Contra, obliuiſceris. b Cordis ne delectatione peccati claudantur. 3
d ſpice, & exaudi me domine Deus meus. Illumina oculos 4
e a Per concupiſcentiam quæ ex me fit. b Criminali. c Ecce timenda eſt inſultatio diaboli. 5
f meos, ne vnquam obdormiam † in morte, nequando dicat 6
g a Diabolus qui inſultat dum capit. b Nec per alium: & hoc eſt. c Nequando dicat mi.&c. 7
Quia. d Diabolus & angeli eius. 8
inimicus meus, præualui aduerſus eum. Qui tribulant me, 9
a De ſtabilitate fidei. b Quaſi illi tribulant. c Non de me præſumpſi. 10
h exultabunt ſi † motus fuero: ego autem in miſericordia tua 11
a De aduentu Chriſti. b Vnde. c Ieſu: quem mente futurum conſpicio. d Aug. Corde. 12
Aug quia & qui non mouetur, non ſibi dat: Caſſ.cordis lætitia quod ad contemplatiuam uitam pertinet: 13
i ſperaui. Exultabit cor meum in † ſalutari, tuo, cantabo domi 14
a Spiritualia. b Cum gaudio gratias agam. Opere. Actiuam uitam. 15
k no † qui bona tribuit mihi, & pſallam nomini dn̄i altiſſimi. 16

h *Exultabunt.* Aug. Non ſolum propter me illuminare, ſed ne inimicus gaudeat.

i *Speraui.* Caſ.Et ſi feſtinat, tamen patiens eſt: quia & ſi differtur firmus eſt in ſpe, & interius iam videns exultat quem carne videre deſiderat, vnde & ſibi bona data dicit, qui prius querebatur.

✻ Theo. Ne inimicis me ridiculū oſtendas, hoc enim omniū grauium eſt grauiſſimum.hinc autem eſt manifeſtiſſimum hūc pſalmum poſt peccatum dictaſſe, non enim iuſtitiæ ſed benignitati confidit.

✻ Baſ. in Salutari.1.in ſalute, quam tu operaris.

✻ Theodoretus. Etſi inexplicabilem tuam ignoro naturam,tamen mihi nomen tuum ſufficit ad colendum & declarandum, omneque iuſtum auxilium poſtulandum. Credo enim me id conſecuturum etiamſi nomen tuum tātum inuocauero.

Tribuit. Caſ. Non tribuet: magna virtus fidei,iam habet quod futurum eſt.

k *Exultabit cor.* Si tantum deſiderat: ſin ſic famulatur venturo, quid faciendum ſuſcepto?

PSAL.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Dolorem in cor.* id eſt, omni die, quia de deſtructione ciuitatis Ieruſalem & templi dolebant quaſi continuè.

2 *Vſquequo exaltabitur.* id eſt, Antiochus qui per ſuperbiam ita fuit eleuatus, vt videretur ſibi quod haberet pelagus ad iter agendum & terram ad nauigandum propter mentis elationem, vt dicitur 2.Machabæo 5.

3 *Super me.* quia populum Iſrael afflixit & nimis ſuppeditauit,& ideo propheta ſubdit.

4 *Reſpice.* oculo tuæ miſericordiæ.

5 *Et exaudi me.* liberando à tanta tribulatione.

6 *Domine.* per omnium gubernationem.

7 *Deus.* per creationem.

8 *Meus.* per verum cultum & fidem.

9 *Nunquam obdormiam in morte.* mortalis culpę,& per conſequens in mortem gehennæ fractus impatientia & deſperatione ſub tanta tribulatione.

10 *Nequando dicat.* id eſt, diabolus.

11 *Præualui aduer.* quod contingit quando aliquem deiicit à morte culpæ in mortem gehennæ.

12 *Qui tribulant me exultabunt.* Ad hoc enim Sennacherib & Nabuchodonoſor tribulauerūt filios Iſrael, vt transferrent eos de terra ſua. vnde Sennacherib tranſtulit filios Iſrael in Aſſyrios, Nabuchodonoſor tres tribus in Babylonem, & Pharao Ioachaz in Aegyptum, vt ſuprà dictum eſt. Similiter Antiochus tribulauit Iudæos, vt faceret eos tranſire ad Gentilem ritum.

13 *Ego autem.* Non in iuſtitia mea.

14 *Speraui.* Ab iſtis tribulationibus liberari. Ideo ſubditur.

15 *Exultabit cor meum.* lętitia interiori.

16 *Cantabo domino.* lętitia exteriori, ſecundum quod dixit Pſal.83.a. Cor meū & caro mea exultauerunt in Deū viuū.

PSAL.

## MORALITER.

2 *Vſquequo exaltabitur inimicus.* id eſt, diabolus me tenens captiuum.

8 *Illumina oculos.* Hic oſtenditur qualiter dicta tribulatio terminetur,cum dicitur. *Illumina oculos me.* id eſt, intellectum meum & affectum lumine tuæ gratiæ.

9 *Ne vnquam obdormiam.* id eſt,ne moriar in ſomno mortalis culpæ.

10 *Nequando dicat inimicus meus.* nam in puncto mortis eſt finis belli.

12 *Qui tribulant.* id eſt, ſatellites dæmonis gaudebunt.

13 *Si motus.* de vita præſenti cum peccato mortali.

13 *Ego autem.* Quæ tunc ſuccurret.

15 *Exultabit cor.* id eſt, in ſpe ſalutationis tuæ.

16 *Cantabo domino.* ſcilicet bona naturæ, & ſpero quod tribuet bona gratiæ & gloriæ.

MORA-

## ADDITIO.

In pſal.12. *Vſquequo domine.* vbi dicitur in poſtilla: De materia autem huius pſalmi dicit Rab.Sal.Expoſitio Rab.Sa.in hoc pſal. non eſt literalis, ex hoc enim quod propheta quater repetit petitiones ſeu conqueſtiones ſeu tribulationes, petens & deſiderans eas terminari, non ſequitur quod totidem ſint tribulationes ſeparatæ à quibus liberari petit. Contingit enim ſæpe in ſcripturis ſacris repetitio vnius & eiuſdem ad maiorem firmitatem ſeu expreſſionem conceptus mentis prout infrà. *Attollite portas, &c.* & iterum. *Attollite portas, &c.* & ideo hæc expoſitio etiam inter Hebræos non reputatur literalis, ſed quaſi myſtica. Vnde & Abenhazra & alij expoſitores qui magis propriè literam ſequuntur, nō referunt quatuor conqueſtiones prædictas ad quatuor tribulationes abinuicem ſeparatas,ſed in vna & eadem tribulatione dicunt exprimi nouos ſenſus conquerentis. vnde cum dicitur. *Vſquequo domine obliuiſceris me, &c.* pſalm. conqueritur ex hoc quod Deus tādiu reliquerat eū in tribulatione, quod vr̄ iam quaſi obliuiſcens eum. Cum autem dr̄ ſecūdò. *Vſquequo auertis faciem tuam à me*: conqueritur de hoc quod non ſolum Deus ſe oſtendit quaſi obliuiſcens,quod contingit in humanis ex ſola obliuione quæ prouenit ex labilitate memoriæ,ſed etiam Deus ſe oſtendebat,vt volens obliuiſci ex certa deliberatione, quod propriè ſignificatur cū dicit. *Auertis faciem tuam à me.* Dominus enim qui auertit faciem ſuam à ſuo ſeruo, manifeſtè oſtēdit, quod vult eū obliuiſci, & non ei prouidere, quod eſt ſignum maioris indignationis, prout Deuter. 32. c & ait. *Abſcondam faciem meam ab eis.* Quę omnia de Deo intelligenda ſunt metaphoricè. Cum autem

autem tertio conqueritur, dicens: *Quandiu ponam conſilia in anima mea.* propheta oſtendit ſe eſſe valde anxiatum in anima & doloroſum in corde ex vehementia timoris qui eſt de malo futuro, nam ſecundum Philoſophum in 1. rhetoricæ. Timor conſiliatiuos facit. Cum autem quartò conqueritur, dicens. *Vſquequo exaltabitur inimicus ſuper me?* oſtendit ſe afflictum ex exaltatione inimici, quæ inter ceteras preſſuras eſt valde horribilis. vnde Dauid dicebat. 2. Reg. 24. cap. *Incidamus in manus domini, & non in manus hominum.* Vnde melius videtur dicendum ad literam ſecundum glo. ſcilicet, q, propheta in hoc pſal. in perſona antiquorum patrum quaſi de dilatione aduentus Chriſti per quem futurā redemptionem expectabant conqueritur, vel in perſonā ſanctorū modernorum ſecundum Chriſti aduentū deſiderantium, iuxta illud Phil. 1. d. *Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto.* vel potius ſecundum vtrunque reddendo ſingula ſingulis. Cum autem dicit. *Reſpice & exaudi me.* petit illuminari ne cedat fraudibus inimici confidens in miſericordia Dei, quod exultabit in ſalutari ſuo, &c.

REPLICA.

Similiter in pſal. Vſquequo, poſtillatoris expoſitio eſt de tribulationibus Iſrael ad literam. Bur. de tribulationibus fidelium per allegoriam. Liberatio enim populi Iſrael à tribulationibus corporalibus & temporalibus eſt figura liberationis fidelium à tribulationibus ſpiritualibus.

PSAL. XIII.

A Dixit inſipiens. Caſ. Increpatio Iudęorum, deſcripta eorum malitia.

✻ Theod. Hic pſalmus, in finem, tendit. quia de futuris prędicit. Argumentum enim eſt de Sennacherib qui blaſphemauit, ex cuius Zelo, Ioſia rogāte, cētum octoginta quinque milia Aſſyriorum fuere cęſa. cuius pſalmi exordium valde cōgruit verbis Sennacherib & Rapſacis.

B Caſ. Primus pſalm. de increpatione Iudęorum & conuerſione. Increpat inſipientiam & duritiam Iudęorum qui Chriſto præſente quem optauerunt non credunt. Quaſi priores expectauerunt Chriſtum venturum, ſed cum appareret, *Dixit inſipiens:* hic homo non eſt Deus.

✻ Baſ. Alias enim vbique eſt, in corde vero inſipientis nō eſt. Inſipientem autem qui malo eſt ingenio dicit.

C ✻ Theo. fundamentum & radix impietatis, vitę corruptela eſt.

a Dirigens. b Chriſti vel prophetæ.

† In finem pſalmus Dauid. XIII.

a Gentilis vel Iudæus. b Quia nemo audet dicere & ſi cogitare.

a Dixit† inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. 1

Cæci, vt dicant, non eſt Deus. Quia. b Aug. ſicut non probauerunt. 2
deū habere in notitia ita tradidit illos dñs in reprobum ſenſum. Reprobi. 3

† corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt 4

a Quia ſeculum amant non deum. Alias affectionibus. 5
b Et quia à Chriſto recedunt. De illis.

in ſtudiis ſuis, non eſt qui faciat bonum, 6

a Id eſt nec vnus, vel præter vnum Chriſtum ſine quo nemo facit bonum.
b Mittendo filium miſertus eſt. 7

b non eſt vſque ad vnum. Dominus de cœlo proſpexit ſu- 8

a Aug. honoratius nominat Iudæos, propter unius dei cultum. 9
Non homines. b Videri faciat. c Corde deum in homine. d Sequendo mandata.

c per filios hominum, vt videat ſi eſt intelligens aut requi- 10 11

a Iudæi tales facti quales & gentes, de quibus ſupra: Dixit inſipiens in corde, &c.
b Cum declinatione pernicioſi ſibi & aliis. 12

rens Deum. Omnes declinauerunt, ſimul † inutiles facti 13

la eſt. Subditi autem Ducis inſaniam ſequuti ſunt.

D ✻ Baſil. In templo enim cordis ſui impietatem ſtatuerūt.

b *Dominus de cœlo.* Caſ. Sed inde inexcuſabiles, quia dominus proſpexit, id eſt, de humana natura eminuit.

✻ The. Simile his eſt verbis q̄ Abrahę fuerūt dicta: Clamor Sodomorū & Gomorreorum multiplicatus eſt, &c. deſcendam, & videbo. de cęlo autē ꝓſpexit, quia vindictam è cęlo Aſſyriis miſit.

✻ Baſ. Nutum & inclinationem nō dicit, ſed philāthropiam, & curam Dei. hinc diſce.

E Aug. de cœlo, id eſt, per ſanctas animas proſpicit: nam per ſe nil eum latet. Vel, de cęlo, per animas ſanctas quæ ſunt cœlum & ſedes Dei. Vel, dominus pater de cœlo, id eſt, ſecreto diuinę mentis.

† fœtuerunt (corrupti ſunt vel computruerunt.)

Caſ. vel de æqulitate Dei patris.

c *Si eſt intelligens.* Caſ. Vel vidit ſi eſt intelligens, & inuenit quod aliquis non intelligit, quia non requirit, ſed declinat. nam. Omnes declinauerunt, &c.

F

Baſil

NICOLAVS DE LYRA.
PSAL. XIII.

Dixit inſipiens. *Huic pſal. præponitur talis titulus in Hebræo.* Ad victoriam Dauid. *Et exponatur ſicut ſuprà pſal. præcedenti. De materia huius pſalmi dicunt aliqui quod eſt de Sennacherib, qui per nuntios & literas blaſphemauit Deum Iſrael, vt habetur 4. Reg. 18. & 19. dicens, quod non poſſet eruere Ezechiam de manibus ſuis & ſic negabat diuinam potentiam, & per conſequens Deum, quia eſt idem cum ſua potentia. & litera huius pſalmi ſatis poteſt ad hoc applicari, excepto verſu vltimo qui videtur diſcordare: qui facit mentionem de reditu captiuitatis plebis Iudaicæ. Sennacherib autem non captiuauit Ezechiam & populum eius, & licet captiuauerit Oſee regem Iſrael & eius populum, illa tamen captiuitas non eſt reducta nec reducetur ſecundum ſententiam Iudæorum propter quod Rab. Sal. exponit hunc pſal. de Nabuchodonoſor, qui blaſphemauit Deum Iſrael verbo & facto, quando iuſſit incendi eius templum per Nabuzardan, quod non feciſſet ſi reputaſſet eum verum Deum. Et ſecundum hoc diuiditur iſte pſalm. in quatuor partes, quia primo deſcribitur Nabuchodonoſor & populi ſui malitia. ſecūdo circa hoc examinatio diuina, ibi:* Dominus de cœlo. *tertiò debita pœna, ibi:* Nonne cognoſcet. *quarto liberatio populi Iſrael ex Dei miſericordia, ibi.* Quis dabit. *Circa primum dicitur.*

Dixit

2 Dixit inſipiens. *ſcilicet Nabuchodonoſor & eius exercitus.*

3 Non eſt Deus. *Non negabat generaliter Deum, quia colebat Deum ſuum vt habetur Daniel 1. ſed negabat Deum Iſrael eſſe verum Deum potentiſſimum, quod eſt falſum & erroneum.*

4 Corrupti ſunt. *luxuria: quia Babylonij erant luxurioſi.*

5 Et abominabiles. *idololatria, quæ eſt Deo abominabilis: vnde & frequenter in ſacra ſcriptura nominatur abominatio.*

6 In ſtudiis ſuis. *Quia talia ſtudioſe, & à propoſito exercebant.*

7 Non eſt qui faciat bonum. *ſcilicet meritorium, licet aliquando faceret aliquod bonum de genere.*

8 Non eſt vſque. *Hoc non eſt in Hebræo, nec in translatiōne Hier. iuxta Hebraicum: ſed infra ponitur vbi exponetur.*

9 Dominus de cęlo proſpexit. *Hic conſequenter ponitur dictæ malitiæ examinatio. cum dicitur:* Dominus de cęlo proſpexit, &c. *quia nihil penitus poteſt latere ipſum.*

10 Vt videat ſi, &c. *per veram cognitionem.*

11 Aut requirens Deum. *per bonam operationem. Et quales prædictos inuenerit oſtenditur.*

12 Omnes declinauerunt. *à rectitudine iuſtitiæ.*

13 Simul inutiles, &c. *Dicitur autem res inutilis, quæ non valet ad finem intentum ſicut medicina quæ non valet ad ſanitatem. Homo autem ordinatur ad felicitatem, ad quam iſti erant inepti.*

1 Non

MORALITER.

1 *Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus.* Pſalmum iſtum expoſuit literaliter de Nabuchodonoſor qui præcepit incendi templum domini 4. Regum 25. quod non feciſſet ſi ipſum verum Deum æſtimaſſet, & ſic negauit eum facto.

Moraliter autem poteſt exponi de quolibet obſtinato in malis, & ſic negat Deum factis, & ſi non verbis, ad Titū 1. d. *Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant.* Igitur talis obſtinati primo deſcribitur conditio, cum dicitur. *Dixit inſipiens in corde ſuo: non eſt Deus.* Nam ita ſuperbè peccat & inuerecūdè, acſi non eſſet Deus, qui eum videret nec poſſet punire.

4 *Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis.* Deo & angelis & hominibus bonis.

7 *Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque, &c.* Quia de talibus non eſt vnicus qui faciat bonum meritorium.

9 *Dominus de cęlo proſpexit ſuper filios hominum, &c.* Non eſt per hoc intelligēdum, quod aliquid de nouo cognoſcat, ſed hoc dicitur ad oſtendendum quod vult omnes homines ſaluos fieri voluntate antecedente.

12 *Omnes declinauerunt.* ruentes de peccato in peccatum, & loquitur de obſtinatis.

2 Se-

A ✠ Baſi. Deus hominem fecit rectum, & vtilem libero arbitrio, ſed peccato omnes defecerunt facti inutiles.

a *Sepulchrum.* Caſſ. ita inutiles alijs facti, quia guttur eorum eſt ſepulchrum, &c.

*Sepulchrum.* Caſſ. Dicuntur hi tres verſus, qui ſunt vſque ad ſecũdam diuiſionẽ, ibi: *Nonne cognoſcent, &c.* non eſſe de Hebræo, quos tamẽ Apoſtolus ad Romanos ꝯ Iudæos adducit. Sed dicunt ab Apoſtolo propter Iudæorum vituperationem de multis pſalmis compacti, & à Lxx. interpretib⁹ additi. Vnde inferius iſte idem pſalm. eos non habet.

B b *Contritio.* Auguſ. ita inutiles ſibi facti ſunt, quia contriti per Titum, & Veſpaſianum, vbi & infelices vbiq; diuiſi. Vel, lapis angularis Chriſtus ſuper eos cadẽs cõteret eos per excęcationẽ. Et ſic cõtritio eſt modo in vijs eorum, & infelicitas in futuro.

Caſſ. Via impiorum contritio, quia terit, & terit, dũ alijs & ſibi nocent. Infelicitas, qa ad infernũ ducit, vñ & nec reuertunt, qa viã pacis nõ cognouerũt, hęc oĩa, iõ qa non eſt timor Dei añ ocu. &c.

c *Non*

† cognouerũt.

† comedentes populum meũ ſicut comedẽtent panem.

† Deus.

a ¶Nullus facit bonum ſine vno, ſcilicet Chriſto:

ſunt, non eſt, qui faciat bonum, non eſt † vſque ad vnum. † 1

2

a ¶Aug. vel uoracitatem gulæ ſignificat, vel quia deuorant eos quibus ſuos mores perſuadent. ¶In fœtidis. b ¶Mala ſub ſpecie boni ſuadentes. ¶Auguſt. Comes eſt voracibus adulatio, & omnibus malis. ¶Adulantes aliis.

a Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſe age- 3

4

a ¶In corde, quod peius eſt, quam in ore. ¶Dolus aſpidis, quia nolunt audire præcepta legis, ſed mala reddunt prædicantibus ea. b ¶Hoc eſt venenum aſpidum. ¶Opprobriis, blaſphemiis.

bant, venenum aſpidum ſub labiis eorum. Quorum os ma- 5

¶Minis. a ¶Inconſulte omnia facientes. ¶Expediti conſuetudine male faciendi. b ¶Voluntas, & effectus.

ledictione, & amaritudine plenum eſt, veloces pedes eorum 6

a Chriſti, & ſuorum. b ¶Quia tales. Ideo. ¶Auguſt. Omnes viæ malorum plenæ ſunt laboribus, & miſeria.

b ad effundendum ſanguinem. Contritio, & infelicitas in viis 7

¶Operibus. a Chriſtum, uel euangelium. ¶Aug. de qua dominus: Iugum meum ſuaue. b Iſti non dicunt, non eſt Deus, ſed tamen non timent deum.

eorum, & viam pacis non cognouerunt, non eſt timor Dei 8

9

a Quaſi prædicta mala faciunt, nec de his timent in futuro iudicio, ſed Nonne cogn. b Quaſi hoc cognoſcent, tunc quod modo ſcire nolunt, ſcilicet, quod deus eſt in generatione iuſta. ¶Tunc.

c ante oculos eorum. Nonne † cognoſcent omnes, qui operan- 10

a Aug. ut qui miniſterio ſuo utuntur ad capienda commoda ab hominibus, non ad ſalutem hominum, uel gloriam dei. ¶Seducendo, uel occidendo. b Alias populum meum, ſicut cibum panis. c Caſ. ut ſit eis ſatietas de deceptione Chriſtianorum.

tur iniquitatem, † qui deuorant plebem meã, ſicut eſcã panis? 11

Aug ideſt, quotidie, ſicut panis quotidianus eſt cibus. ¶Alias deum. a In damno temporalium timuerunt perdere, ſcilicet regnum terrenum, ubi non erat timendum, & non cœlum ubi eſſet timendum:

d Dñm nõ inuocauerũt, illic † trepidauerũt timore, vbi non erat 12

13

a Aug. non in ea, quæ ſeculum diligit. b Aug. humilem aduentum Chriſti contempſiſtis, factum ideo, ut quos uocabat, in deo ſolo ſpem ponerent, non in ſeculo, ideo aduentu conſilium dicitur: c Vel cuiuslibet.

e timor. Quoniam † dñs in generatione † iuſta eſt, cõſiliũ inopis 14

15

c *Nonne cognoſcent.* Minatur iudicium impijs.

d *Dominum non, &c.* Augu. Non enim vere hunc inuocant qui Deo diſplicentia amant.

Caſſ. Inde auget interitus, quia neceſſe eſt mala agere, cũ ſuperbi nolunt Deũ inuocare. Sicut cautela eſt, opportune timere, ita ignauia inepte trepidare, vt ꝓ gente, & loco, timore Dei aaiecto.

✠ Baſil. admoniti non cognouerunt, dolẽtes cognoſcẽt.

e *Conſilium inopis.* Caſſiodor. Inuectio in Iudæos quibus obſcurè dicitur, conſilium Chriſti cõfudiſtis, id eſt, recipere noluiſtis, q ad vos liberandos venerat. Admiratiuè legẽdũ. Qm dominus, vnde magis eſſet reuerendus, inde magis contenitur. Poſtremo ꝯuerſio eorum prædicitur, *cum plenitudo gen. intra.* Quis ex Sion, ideſt, de Iudæis procedens, &c.

✠ Theodo. hic locus duplicem vaticinationẽ habet. Non ſolũ hãc domeſticã ſalutẽ obſeſſis prædicit, verumetiam multis poſt temporibus ſalutarem Saluatoris noſtri aduentum, qui illinc exortus eſt, vaticinatur.

a *Quis*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Non eſt, qui faciat bonum.* ſcilicet meritorium, quòd non poteſt eſſe ſine fide, & charitate.

2 *Non eſt vſque ad vnum.* ita qđ nec vnus talis reperit in eis, qa ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, vt dr̃ ad Heb. 11. b.

Aliter exponitur. Non eſt vſque ad vnum exceptiuè, ideſt, in omnibus populis non eſt, niſi vnus populus Iudaicus, qui de Deo habeat legem veram, & cultum. Lex enim data in monte Sinai ſolũm fuit data populo Iudaico.

3 *Sepulchrum patens.* quia nitebãt deglutire populũ Iudaicũ.

4 *Linguis, &c.* quia malum, quod inferre non poterant poteſtate inferre quærebant fraudulentijs, & doloſitate.

5 *Quorum, &c.* id eſt, blaſphemijs contra Deum.

6 *Et amaritudine, &c.* Contra Dei populum quem videbant interfici, & ad amaritudinem deduci mortis. ideo ſubditur. *Veloces pedes eorum, &c.*

7 *Contritio, & infelicitas, &c.* Ad hoc enim diſcurrebant per terram Iſrael, vt populus Iudaicus totaliter contereretur. & ad miſeriam deduceretur.

8 *Viam pacis.* Ideſt, tenere noluerunt: Et cauſa huius ſubditur, cum dicitur.

9 *Non eſt.* Scriptum eſt Prou. 15. d. *Per timorem domini declinat omnis à malo,* & ideo ſubtracto huius timoris retinaculo currunt homines ad malum ſine freno.

10 *Non*

10 *Nonne cognoſcent.* Hic conſequenter ponitur prædictorũ peccatorum pœna, cum dicitur: *Nonne cognoſcent omnes, qui operantur iniquitatem,* ſcilicet Dei iuſtitiam quaſi dicat ſic, quã cognoſcent per pœnæ ſibi inflictæ experientiam.

11 *Qui deuorant, &c.* quia delectantur in occiſione, ſicut in ſapidi cibi comeſtione, ſecundum illud Prou. 2. c. *Lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis.*

12 *Dominum non inuocauerunt.* in afflictione poſiti, quia nõ crediderunt in eum, propter quod dicitur Rom. 10. c. *Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt?*

13 *Illic trepidauerunt, &c.* ſm quod ſcribitur Prou. 28. a. *Fugit impius nemine perſequente.* Dicit autem Rab. Sal. quòd hoc fuit impletum in Balthaſar nepote Nabuchodonoſor, qui vidẽs manũ ſcribentem in pariete, fuit ita territus, quòd compages renum eius ſoluebantur, & genua eius ad ſemuicem collidebantur, ex nimio tremore, vt habetur Dan. 5. & tamen manus illa eum non tangebat, nec ſciebat quid ſignificabat.

14 *Quoniam dominus in, &c.* In Hebræo non eſt principium verſus, ſed finis verſus eſt præcedentis, vbi redditur cauſa dicti timoris, eo enim, quod dominus eſt in generatione iuſta, ſcilicet congregatione iuſtorum, immittitur ab eo talis timor aliquando malis hominibus.

15 *Conſilium.* Hic eſt principium verſus, & eſt ſenſus: *Conſilium inopis.* ideſt, populi Iſrael depauperati.

1 *Con-*

## MORALITER.

3 *Sepulchrum.* nam de ipſo non egrediuntur, niſi verba fœtida. ideo ſubditur.

4 *Linguis ſuis, &c.* ad proximi deceptionem.

5 *Venenum.* ideſt, documentum peſtiferum.

5 *Sub labiis.* ad fidei corruptionem.

5 *Quorum os maledictione.* ideſt, blaſphemijs horribilibus cõtra Deum.

6 *Veloces.* Hic ponitur obſtinati malitia ꝯ proximum, cum dr̃. *Veloces pedes eorum, &c.* nam pedes animæ, qui ſunt affectiones, & pedes corporis prompti ſunt ad homicidiũ, ideo ſubditur.

7 *Contritio.* ſcilicet proximi.

7 *Et infelicitas.* ſcilicet ſui.

6 *In*

7 *In viis eorum, &c.* quia quærunt conterere proximum, & per hoc currunt ad infernum.

9 *Non eſt.* & ideo ſine freno feſtinant ad malum.

10 *Nonne cognoſcent, &c.* ſcilicet, quod Deus ſit timendus quaſi dicat ſic quando oculos eorum aperiet pœna, quos modo claudit culpa.

11 *Qui deuorant, &c.* ideſt, populum ſimplicem reſiſtere non valentem.

12 *Dominum non, &c.* quia ipſum non timuerunt.

13 *Illic trepidauerunt.* quia propter eorum malitiam domin⁹ immittit eis ſine perſecutore timorẽ, Prou. 28. a. *Fugit impius nemine perſequente.*

14 *Quoniam.* propter hoc enim, quod dominus exiſtẽs in iuſtis per gratiam ſufficit eis, & non ſolicitantur de terrenis, ideo reputantur tanquam beſtię confuſibiles.

*Quis*

a *Quis dabit ex Si.* Caſſi. Poſtremò Iudæorum conuerſio prædicitur, quæ fiet cum plenitudo gentium intrauerit.
b *Cum auerterit.* Caſſ. Pro Iudæis etiam hoc teſtimonium Eſaiæ ponit Apoſtolus: *veniet ex Sion qui auertit captiui-*

O vos Iudæi. a Sed. Alius. Scilicet niſi ille quem humilem ſpreuiſtis.
a confudiſtis: quoniam dominus ſpes eius eſt. Quis dabit ex 1
a Caſ. cum damnauerit diabolum qui populum eius captiuat. b Chriſtus. 2
b Sion ſalutare Iſrael, † cũ auerterit dominus captiuitatem ple 3
a Repetit. Quod eſt.
bis ſuæ, exultabit Iacob, & lætabitur Iſrael. 4
5
6

*captiuitatem vel impietatem à Iacob.* D
✱ Theodor. Obſecrat vt decem tribus, quæ erant iam in ſeruitutem redactæ, eandem ſalutem conſequant. tũc. n. erit maxima lętitia populo qui geminã hẽt Iacob, & Iſrael, noĩatione.

PSAL.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Confudiſtis. *tu Nabuchodonoſor & exercitus tuus, id eſt, confuſibile & opprobrioſum dixiſtis: & quod ſit illud conſilium ſubditur.*
2 Quoniam dominus ſpes. *improperabant enim filiis Iſrael Babylonii in captiuitatem ductis, quod ſperabant in Deo qui ſic permiſerat eos captiuari.*
3 Quis dabit. *Hic vltimo ponitur liberatio populi Iſrael ex Dei miſericordia, cum dicitur per modum optantis:* Quis dabit ex. *id eſt, ex cœlo per Sion deſignato, eo quod ibi fuit templum domini. Vel aliter.* Quis dabit. *per modum negantis.*
4 Salutare Iſrael. *q. d. nullus: quia in captiuitate Babylonica destructum fuit templum, vt habetur 4. Reg. 45. & ſic non poterat ibi offerri ſacrificium pro ſalute Iſrael: & ſic liberatio ab illa captiuitate ex ſola Dei liberalitate erat expectanda: propter quod ſubditur.*
5 Cum auerterit. *Reducendo eam de Babylone.*
6 Exultabit, &c. *Quia redierunt cum magna lætitia & exultatione.*

*Moraliter autem poſſet exponi pſalm. iſte de quolibet peccatore in malis ſuis obſtinato. qui licet verbis confiteatur Deum, tamen negat facto, ſecundum illud ad Titum. 1. d.* Confitentur verbis ſe noſſe Deum, factis autem negant. *cuius malitiam Deus examinat & punit, & innocentem de manu eius eripit. Et ſecundum prædicta ad hanc ſententiam poteſt de facili litera applicari.* E

PSAL.

MORALITER.

3 *Quis dabit.* Hic petitur liberatio iuſtorum ab iniquorum perſecutione, vt poſſint liberius Deo ſeruire, cum dicitur: *Quis dabit.* id eſt, ex ciuitate cęleſti. Hebr. 12. f. *Acceſſiſtis ad Sion montem ciuitatem Dei viuentis Ieruſalem cœleſtem.*
C
4 *Salutare Iſrael.* id eſt, populo iuſto.
5 *Cum auerterit dominus captiuitatem.* id eſt, perſecutionem ſimplicium ab iniquis.
6 *Exultabit, &c.* id eſt ſupplantans vitia.
6 *Et lætabitur.* id eſt meditans cęleſtia.

MO- F

ADDITIO.

In pſal. 13. *Dixit inſipiens, &c.* Pſal. iſte apud catholicos melius & magis propriè poteſt exponi ad literã de Iudæo, Chriſti in perſona contemptore, quam de Senacherib vel Nabuchodonoſor.

Primò, quia Sennacherib & Nabuchodonor non negabant generaliter Deum, quia colebant Deos ſuos, vt patet. 4. Reg. 8. & Daniel. 1. ſed negabant deum Iſrael eſſe verum deum potentiſſimum. Iudæus autem, Chriſtum contemnens, deum negat generaliter. Cuius ratio eſt, nam ipſe omnes deos cæterarum nationum negat dicens: *Omnes dii gentium demonia &c.* & cum hoc negando Chriſtum, propriè negat deum Iſrael, & per conſequens talis generaliter negat deum: vnde de ipſis dicit: quod deum nõ habent. Propriè igitur Iudæus Chriſtum negans eſſe deum, eſt inſipiens qui *in corde ſuo dicit non eſt Deus*, quia licet in ore ſuo vnum deum profiteatur habere ſcilicet creatorem cęli & terræ & huiuſmodi, & etiam quãdo que implicitè Phariſæi, profiterentur eſſe Chriſtum deum, vt cum tentantes dicebant: *Scimus quoniam verax es, & viam Dei in veritate doces.* vt habetur Mat. 22. b. ex quo ſequitur Chriſtum eſſe deum, cum in doctrina hoc pluries ccontineatur, tamen in corde Deum verum negat, contemnens Chriſtum qui eſt verus deus.

Secundo, quia hoc quod dicitur. *Illic trepidauerunt timore vbi non fuit timor*, nõ poteſt ſanè intelligi de Balthaſar. prout R. S. dicit. Balthaſar enim licet neſciret in particulari, quid manus illà ſignificabat, ſcribens Dan. 5. bene tamen percipiebat illud eſſe magnum monſtrũ & alicuius magni ſignificatiuum, contra ſtatum regni ſui. cum in magna ſollenitate ſuę feſtiuitatis hoc apparebat. vnde optime ſecundum gl. propheta in hoc pſalm. agit contra Iudæos contemptores Chriſti, & negantes veram deitatem eius.

Circa quod tria facit, Primo enim ipſos increpat, dicens. *Corrupti ſunt, &c.* vſque ibi. *Non eſt timor Dei ante oculos eorum.* & circa hoc eos dicit à deo examinatos, dicens. *Dominus de cœlo proſpexit.* & cętera: ſi eſt intelligẽs ſcilicet corde credendo deum eſſe hominem, aut requirens deum, ſcilicet ſequendo mandata eius, quod non inuenit, ſed omnes declinauerunt ſimul. Secundo eis minatur iudicium cum dicit. *Nonne cognoſcent omnes qui operantur iniquitatem.* hoc eſt dicere. *Nunquid hi qui verum Deum hominem negant, & deuorant plebem meam ſicut eſcam panis.* ſcilicet Chriſti diſcipulos perſequendo, nec de his timent, ſed potius trepidant vbi non eſt timor, quia timuerunt perdere regnum terrenum. Ioan. 11. *Si relinquimus eum, ſic venient Romani, & tollent locum noſtrũ, &c.* Nunquid non cognoſcent per experientiam ſuppliciorum. *Quoniam dominus in generatione iuſta eſt.* q. d. ſic cognoſcent. Iuſta eſt enim omnis dies perditionis eorum, Deuteron. 32. e. vnde litera iſtius partis ſic contexitur. *Nonne cognoſcent omnes qui operantur iniquitatem, &c. quoniam dominus in generatione iuſta eſt*, & in ea generatione quæ deum verum Chriſtum ſcilicet ſibi promiſſum negat, q. d. vtique. & quia pręcipua cauſa qua Iudæi contempſerunt Chriſum, fuit ipſius humilitas & abiectio, credentes talia ex impotentia eſſe & voluntariè ſumpta, vnde dicebant Mat. 27. e. *Si filius Dei eſt, deſcendat nunc de cruce, &c.* Idcirco confutat eos pſal. dicens. *Conſilium inopis confudiſtis.* i. humilem Chriſtum contempſiſtis. ideo quos uocabat eis conſulebat in Deo ſolo ſpem ponere non in diuitiis ſeu tranſitoriis ſeculi, vnde dicebat Mat. 19. c. *Si vis perfectus eſſe vade vende omnia quæ habes & da pauperibus, &c.* Idcirco aduerſus eos inuehitur dicens admiratiuè. *Conſilium inopis confudiſtis: quoniam dominus ſpes eius eſt.* q. d. ex hoc deberetis eum magis reuereri. Tertio eiſdem prædicit aliqua conſolatoria ad propoſitum pertinentia ſcilicet quod in fine mundi cum plenitudo gentium intrauerit, ſecũdum Apoſtolum ad Rom. 11. c. Reliquiæ Iudæorum ſaluabuntur per eundum deum ſaluatorem quem negauerunt, vt dictũ eſt, idcirco eis vlterius alloquitur, dicens ſic. *Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael.* hoc eſt dicere vos conſilium Chriſti confudiſtis, ſed quis alius ex Sion ſcilicet de Iudæis procedens dabit ſalutare Iſrael, ſupple niſi ille quem humilem ſpreuiſtis? vnde ſequitur. *Cum auerterit dominus capti. &c.* id eſt, cum ille dñs quẽ dixiſtis nõ eſſe Deũ, redimet populũ ſuũ finaliter à captiuitate diaboli. *Exultabit Iacob, &c.* Iſta expoſitio quæ extrahitur pro maiori parte à gloſ. ordin. proprius applicatur literæ, quam illa poſtillatoris fundata ſuper opinionẽ Rab. Sal. vt patet diligenter intuenti. Et nota, quod in hoc pſal. ſecundum tranſlationem noſtram ponuntur tres verſus, qui in biblijs Hebraicis minime inueniuntur, ſcilicet. *Sepulchrum patens eſt guttur eorum. Quorum os maledictione, &c. Contritio & infelicitas, &c.* Et iſti tres verſus non leguntur in pſal. 52. etiam in tranſlatione noſtra, qui quidem pſal. ferè in toto aſſimilatur huic.

REPLICA.

Sed circa pſal. *Dixit inſipiens.* Bur. facit argumentum inualidum contra poſt. exponentem ipſum de infidelibus & gentilibus: cõtra quod arguit ſic. Gentiles etſi negabant deum Iſrael eſſe verum deum, non tamen generaliter negabant deum eſſe, quia colebãt deos ſuos. Exponit igitur de Iudęis negantibus Chriſtum eſſe deum. Sed reuera ſi argumẽtum Bur. valet contra poſtil. valet etiam contra ſe, quia ſi Iudęi negabant, Chriſtum eſſe deum, non tamen negabant generaliter deum eſſe, quia deum verum colebant ſecundum legem. Vnde bene ſtant ſimul Iudę negabant Chriſtum eſſe deum, ſed etiam non negabant deum eſſe. Stant ſimul, deũ negabant, & nõ negabant deum. Prima pars patet per ſyllogiſmum expoſitorum, quia illum negabant, & ille eſt deus, igitur deum negabant demonſtrando Chriſtum per ly illũ. Et illa ſecunda pars etiam manifeſta eſt per generalem confeſſionem & cultum omnium Iudęorum. Intellectum igitur pſal. huius vide in Anſelmo contra inſipientem, & Doctorem ſubtilem. q. 1. 2. diſt. lib. 1.

# PSALMVS XIIII.

a Alia tranſlatio, peregrinabitur in tabernaculo tuo. b Quod proprie eſt belli atque militantium. Id eſt præſenti eccleſia, vbi contra diabolum dimicamus.

a D**Omine quis habitabit in tabernaculo tuo,** 1 2

a ¶Aeterna beatitudine ubi pax, & æterna quies.

**† aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?** 3 4

a ¶Quaſi ille habitabit, & requieſcet. b ¶In tabernaculum. c ¶Innocens. ¶In quo notatur temperantia. ¶Ecce prima. ¶Ecce ſecunda. d Quia non ſatis eſt abſtinere a malo. e Id eſt, qui ſcit, & dicit, in quo notatur prudentia, & iuſtitia. Ecce tertia.

b c d e f **Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam. Qui loquitur veritatem in corde ſuo, qui non † egit dolum in lingua** 5 6 7 8

a Conceptam. b Quia aliquis aliquando uerum dicit, & putat fallere. Pars innocentiæ, id eſt, temperantiæ. Ecce quarta.

a Aug. item pars innocentiæ. Ecce quinta. b Pro omni homine. c Ecce ſexta.

g **ſua. Nec fecit proximo ſuo malum, & † opprobrium non ac-** 9 10

a Non libenter, uel temere credidit criminatori. b Quaſi non accepit opprobrium, &c. Sed. c Non potuit cogi nocere alicui. Fortitudo.

h **cepit aduerſus proximos ſuos. † Ad nihilum deductus eſt in** 11

Ecce ſeptima. a Diabolus uel homo mala ſuggerens. b Aug. Glorificat Deus timentes, quod eſt initium ſapientiæ: Superiora ad perfectos, hæc ad inſipientes. Iuſtitia. Ecce octaua.

i **conſpectu eius malignus, timentes autem dominũ glorificat.** 12 13

---

PSALMVS XIIII.

A a D*Omine quis.* Caſſ. Pſal. iſte propriè motũ eſt inſtitutorius, pſũptionis repreſſio. vbi agit̃ de vnitate pſentis eccleſiæ, & futura quiete. Primò interrogat ꝓpheta quaſi ſacerdos añ faciẽ domini ſtans, & reſponſa petit, volens ſcire quos De⁹ ſua dignos iudicet eccleſia.

✻ Theo. Proponit vitã, ꝑ quã illos, qui ſub Dei põtate sũt viuere decet, diuiniq; auxilij fieri cõpotes, tabernaculũ aũt Dei tẽplũ appellat. Mõtem Dei, Hieruſalẽ.

B Baſi. Quia ſuperiori pſalmo dictũ omnes declinauiſſe q̃rit ꝓpheta q̃s habitabit ĩ tabernaculis? Reſpõdet Spiritusſanct⁹, q̃ ingredit̃ ſine macula. Exo. Tabernaculũ eſt, q̃ Moſes ꝓpegerat. mõs ſanct⁹, Templũ, q̃ Salomõ extruxerat.

† vel, Qui deſpicit ſe in oculis ſuis, (i. abiicit ſe æſtimat.)

b *Qui.* Rñſio dñi, q̃ dicit in exẽplũ decalogi, decẽ virtutib. ad atria ſua perueniri. Decẽ virtutes, decẽ virtutũ effectus, q̃ oẽs ad quatuor principales referuntur. Et q̃dã de his ad aliq̃ harũ ſpecialiter, quædam verò ad plures communiter. Item quædam perfectis tantum, quædam imperfectis conueniũt.

Caſ. Aliter de Chriſto legit̃. Q. *Quis ha. &c. Quis requi. &c.* Ille, ſcilicet, qui ingreditur.

c *Sine macula.* Caſ. vt Chriſtus agnus ſine fractura mẽbrorum, qui propriè templum ingreſſus eſt, vt expiaretur, ſicut cæteri, ſed ſine macula.

C d *Operatur iu.* vt dũ vendentes, & ementes eiecit de tẽplo.

e *Qui loquitur.* Hic exequitur plenius. Veritas eſt cũ res ita eſt vt dicit̃, hoc proprie Chriſtus fecit. *In cor.* quia aliquando tacuit indignis fraudulenter quærentibus.

D ✻ The. Iuſtitiã perfectã virtutẽ nominat, Congruenter ad modũ primũ de corde mentionẽ facit, deinde de lingua, tãdem de actionibus. Opus enim præcedit ſermo, ſermonem mens.

f *Non egit dolũ.* Dolus eſt in lingua, cũ aliud dr̃, aliud eſt in pectore. Vel, non egit dolum, quia omnia, quæ audiuit à patre ſine aliqua adiectione, vel ſuppreſſione, nota fecit proximis, id eſt, diſcipulis, Iudæis, proximis ſecundum carnem.

E g *Nec fecit proximo.* ſed pro eis orauit, nõ acceptũ habuit opprobrium aduerſus proximos ſuos, ſicut eſt patẽs per hoc, q̃ Iudã nõ mordaci increpatiõe lacerabat.

✻ Baſil. Sicut Ionathan.

✻ Idem. Sicut Petrus pecuniam Simeonis reſpuit, & Paul⁹ in perſecutionib⁹.

✻ Idem. Sicut Achab Naboth.

✻ Idem. Qui proximum probris non eſt inſectatus, vt Phariſeus publicanum, nec probris proximorum gratia eſt affectus. vt Eli propter filios ſuos.

✻ Idem. Prophetæ Baal in conſpectu Eliæ.

h *Ad nihi.* Aug. Hęc eſt perfectio, vt nihil in homine valeat malignus, & vt hic ſit in conſpectu, id eſt, certè ſciat, malignum non eſſe, niſi qui à creatore ad creata conuertitur.

i *Malig.* i. diabolus deſpicitur, vt cũ dixit, *vade retro Sa. &c.* Econtra timentes dominum glorificat. Iurauit, quando apoſtolis certiſſima veritate promiſit: Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos.

✻ Ba-

---

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XIIII.

1 D*Omine quis, &c. Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo.* Pſalm. Dauid. *Ex quo apparet auctor pſal. De materia autẽ huius dicũt aliqui, quod Dauid fecit hũc pſal. ad oſtendendum quis eſſet dignus habitare in terra Iſrael in ſecuritate, & abſq; tranſmigratione, ſcilicet ille, qui hẽt conditiones in hoc pſa. deſcriptas, cum dicitur.* Qui ingreditur ſi. &c. *vſque in finem pſal. Promiſit enim Deus illis illius terræ habitationẽ, quandiu colerent eum, & facerent iuſtitiam, & eos de terra expellere quando facerent contrarium, vt patet Deu. 11. & in pluribus locis veteſta. Et cũ dicitur* Domine quis, &c. *per tabernaculũ, & montem intelligitur ciuitas Ieruſalẽ, cuius vna pars erat in monte, & in illa fuit tẽplum. Et per Ieruſalem, quæ erat metropolis in Iudæa intelligitur tota terra illa, & ad hoc poteſt ſatis applicari litera huius pſal. Videtur tamen mihi, quod Dauid fecit hunc pſalmũ pro ſacerdotibus, & Leuitis in templo miniſtrantibus domino, & ideo tenebantur ad maiorem perfectionem, quam cõis populus, ſicut eccleſiæ miniſtri, quam laici. Et ſecundum hoc diuiditur iſte pſalmus in tres partes, quia primo Dauid circa hoc mouet quæſtionem. ſecundo ponit ſolutionem quæſtionis, ibi.* Qui ingreditur. *tertio concluſionem, ibi.* Qui facit hęc. *Circa primum dicit.*

2 Domine quis ha. &c. *i. quis eſt dignus tibi ſeruire in loco ſancto, vbi eſt arca teſtamenti? Et dicit in tabernaculo, quia tempore Dauid arca fuit in tabernaculo, quod ei tetendit, vt habetur 1. Paral. 16.*

3 Aut quis re. *hoc eſt, in quiete mentis, & corporis tibi ſeruiet.*

4 In monte. *id eſt, in monte Moria quem elegit Deus, vt ibi funda retur templum ſuo nomini dedicandum.*

5 Qui ingreditur. *Hic conſequenter ponit Dauid reſponſionem, deſcribendo perfectionem, quæ in miniſtris domini requirebatur, cum dicitur.* Qui ingreditur ſine macula, *ſcilicet corporis, & mentis, præcipitur enim Leu. 21. c. quòd homo de ſemine Aaron habens maculam corporalem repellatur à ſacerdotio, vt plenius declaratum fuit ibidem, & multo magis eſt indignus miniſtrare Deo habens maculã mortalis culpæ.*

6 Et operatur. *quia non ſufficit declinare à malo, niſi etiam operetur bonum.*

7 Qui loquitur. *id eſt, prout exiſtit in corde ſuo, & hoc facit quædã virtus, quæ à Philoſopho 4. Ethic. veritas nominatur, per quam homo talem in verbis, & factis ſe oſtendit exterius qualis eſt interius.*

8 Non egit. *alium verbis decipiendo.*

9 Nec fecit. *in facto.*

10 Et opprobrium. *defectus eorum præteritos improperando, vel ad eorum infamiam alijs propalando.*

11 Ad nihilum. *quia ſecundum veritatem non eſt aliquo honore dignus, eo quòd honor deferendus eſt alicui in teſtimonium ſuæ virtutis vt habetur 4. lib. Ethicorum.*

12 Timentes autem. *id eſt, verè virtuoſos.*

13 Glorificatur. *eos manifeſtè, & publicè honorando. Reuerentia enim*

---

MORALITER.

1 *Domine quis, &c.* Iſte pſal. videtur factus fuiſſe à Dauid ad oſtendendum perfectionem miniſtrantium in tabernaculo ſiue templo tempore veteris teſt.

Alleg. & Moraliter ſignificatur perfectio miniſtrorum eccleſiæ. Circa quod primo mouetur quæſtio cum dicitur: *Domine quis, &c.* ſcilicet digne.

† *In tabernaculo.* Militantis eccleſiæ.

3 *Aut quis requieſcit in mon.* ſcilicet eccleſię triumphantis poſt laborem militantis.

5 *Qui ingreditur.* Hic reſponſio, cum dicitur.

5 *Qui ingreditur ſine.* ſcilicet mortalis culpę & infamię, nam eccleſię miniſtri debent eſſe integrę famę.

6 *Et operatur iuſtitiam,* ſcilicet abundantem, de qua dr̃ Mat 5. c. *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra, &c.* Maior enim debet eſſe iuſtitia miniſtrorum eccleſię, quam populi communis.

7 *Qui loquitur veritatem in corde.* ſacram ſcripturam, quę eſt veriſſima meditando.

9 *Nec fecit proximo.* ſed magis bonum. nam per iſtas negationes intelliguntur oppoſitę affirmationes. Pſal. 36. c. *Declina à malo, & fac bonum.*

11 *Ad nihilum deductus eſt in conſpectu.* Quia bonus prelatus malos à promotione repudiat, & timentes Deum promouet, & honorat.

✻ Baſi. Vt Abdias centum prophetas Domini,
✻ Idem. Vt Abraham Abimelech,& Dauid Ionathæ.
✻ Idem. Sicut Cornelius,& Zacheus.

a *Qui iurat proximo,&c.* Aug. Hæc tria non ſunt magna,ſed q nec iſta poteſt, multo minus poteſt loqui veritatem in corde,& non agere dolū,& non facere malum proxi. Tamen hęc parua, ita conclu dit,qui facit hæc non mo:in ęter. ideſt,per ueniet ad illa maiora n quibus eſt ſtabilitas,vnde & per futurum tempus dicit, cum in ſuperiori concluſione præteritū poſuerit, ad nihilum deductus eſt.

a ¶Non nocet,ſed ſubuenit. ¶Firmiter promittit. b ¶ Sed promiſſum reddit. c ¶ Non temporalem expetit mercimonium. ¶Ecce nona.

a † Qui iurat proximo ſuo, & non decipit, qui pecuniam ſuam
1
b
a ¶Cauſam innocentis non deprimit pro munere alicuius. ¶Ecce decima.
2
c non dedit ad vſuram, & munera † ſuper † innocentem non
3
¶Ab ipſo.
4
d accepit. Qui facit hæc, non mouebitur in æternum.
5
6

✻ Theod. Premiū virtutis,diuina ope continue perfrui,in multis bonis degere,& ęternā vitam expectare. Hæc nō mi nus nobis,quam antiquis congruunt, quādo præter antiquā legem,nouam recepimus,& maiori gratia potiti ſumus. D

b *Pecuniam.* vel terrena eſt,quæ penitus ad vſuram dari ꝓhibetur, quam dominus Iudæ tradidit ad erogandum pauperibus,non ad Vſuram. Vel,ſpiritualis,quæ ad vſuram dari iubetur,ideſt,prædicatio ad inſtruendos homines.

c *Et munera ſuper innocentem.* Accipiet quidem Chriſt⁹ munera, vt à magis, & quotidie pias oblationes, ſed non contra innocentes, imo animam pro eis dedit. E

†contra. †innocentes.

d *Qui facit hæc,non mouebitur.* Ecce abſoluta reſponſio interroganti,facit,dicit,vt ad actum nos inuitet, non ſolū ad cantandum hæc.

d *Qui facit hæc,non mouebitur.* Caſſ. Concluſio. Similiter,qui facit hæc, requieſcet in monte. F

a *Tituli*

## NICOLAVS DE LYRA.

nim delata alicui in teſtimonium ſuæ virtutis etiam in ſecreto,vel coram paucis dicitur honor. Si autem hoc fiat publicè,& coram multis,dicitur gloria quaſi quędam claria,g, mutata in,c. à claritate dicta.

*Qui iurat.* quia facit iuramentum bonum,& tenet ipſum. In tranſlatione Hier. iuxta Hebraicam habetur ſic. *Iurat,vt ſe affligat per ieiunia,& vigilias.* carnem caſtigando,& nō mutat iuramentum ſeruando. Tamen ibi ponitur iuramentum pro voto,quia vtrunque eſt obligatorium.

*Qui pecuniam,&c. ad vſu.* etiam Gentili,vt dicit hic gl. Hebraica. Et per hoc videtur, quòd iſte pſal. de perfectione ſacerdotum,& non communis populi intelligatur, vt dictum eſt, quia lex Moſi permittebat communi populo tradere ad vſuram alieno,qui non erat de gente Iudæorum,vt habetur Deut. 23. ſed hoc non permittebatur ſacerdotibus,qui debebant eſſe maioris perfectionis.

*Et munera ſuper.* ad accelerandum ei iuſtitię iudicium. Cū enim aliquis caſus dubius accidebat in aliqua ciuitate extra Ieruſalem,debebat reduci ad iudicium ſacerdotum in Ieruſalem,vt habetur Deut. 17. Et pro determinatione illius iudicij non erat licitum eis aliquid accipere pro mercede.

4 *Qui facit hæc.* Hic conſequenter Dauid infert concluſionem,di. Qui facit, hæc quæ dicta ſunt in hoc pſal.

5 *Non mouebitur,* Id eſt,non amouebitur tāquam indignus à ſuo miniſterio.

6 *In æternum.* Ideſt in vita præſenti,nec etiam à præmio in vita futura. Contraria vero faciens amouebitur, ſecundum quod dicitur Eſa. 22. c. *Vade, & ingredere ad eum, qui habitat in tabernaculo ad Sobnam præpoſitum templi, & propter malitiam ſuam dices ei. Quid tu hic,aut quaſi quis hic?* & ſubditur. *Ecce te faciet dominus aſportari,ſicut aſportatur gallus gallinaceus, &c.*

Moraliter autem poſſet exponi pſalmus iſte de perfectione miniſtrorum eccleſiæ, & poſſet textus applicari de facili, ſed pertranſeo intendens ſenſui literali.

PSAL.

## MORALITER.

*Qui iurat,&c.* nam pro veritate obſeruanda iurandum eſt etiam viris perfectis ne veritas pereat,ita tamen,quòd iuramentum ſit verum,iuſtum,& diſcretum.

*Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram.* ſed per modum à Chriſto traditum. Luc. 9. c. *Date mutuum,nihil inde ſperantes.*

3 *Et munera ſuper innocentes.* ideſt ab innocente pro iuſtitiæ ſuę defenſione, nam ad hoc tenetur iudex officio ſuo. Ponitur concluſio cum dicitur.

4 *Qui facit hæc.* quæ dicta ſunt.

6 *Non mouebitur in æternum.* quia nō mouebitur à ſtatu gratiæ,& ſic perueniet ad ſtatum gloriæ,quæ eſt æterna.

## ADDITIO.

In pſal. 14. *Domine quis habitabit,* vbi dicitur in poſtilla. Videtur tamen mihi,quòd Dauid fecit hunc pſalmum. Ea quę in hoc pſalmo ponuntur ad virtutem pertinentia, non videntur pertinere ad miniſtros eccleſiæ tantum prout poſtil. dicit,ſed potius ad communem populum tanquam ea, quæ communiter requiruntur de neceſſitate ſalutis. Nam cū dicit: *Qui ingreditur ſine macula,* intelligitur de macula mentis tantum,quæ eſt per culpam mortalis peccati, eo modo quo dicitur,Deu. 18. c. *Abſque macula eris coram domino Deo tuo,* vbi loquitur toti populo, & non ſacerdotibus tantum, vt ibidē patet. Similiter in prohibitione vſurarum non legitur in ve. t.aliqua differentia inter ſacerdotes,& populares,ſed indiſtinctè prohibentur eis vſuræ, quantum ad Iſraelitas, vnde Exod. 12. indiſtinctè etiam permittebant eis quantum ad alienas. Deu. 23. Similiter cum dicit. *Et munera ſuper innocentem non accepit,* intelligitur planè contra eum,qui accipit munera pro condemnatione innocentis,quod prohibetur communiter. Deu. 16. Vnde ex his,& alijs in hoc pſalmo contentis, non ſequitur quod iſte pſal. intelligatur de perfectione ſacerdotum,& nō communis populi,ſicut poſtil. ait,ſed potius omnia in eo contenta videntur eſſe de neceſſitate ſalutis. Et ideo melius videtur dicendum cum gloſ. q̄ in hoc loco diſtinguit tabernaculum à monte ſancto, intelligendo tabernaculum pro præſenti eccleſia, in qua eſt continua militia,iuxta illud Iob 7. a. *Militia eſt vita hominis ſuper terram.* proprium eſt enim belli atque militantiū in tabernaculis habitare vnde,& contubernales milites dicuntur tanquam ſimul habentes tabernacula. Ad quem ſenſum facit Hebraica veritas in qua vbi dicitur. *Qui habitat, &c.* habet,quis peregrinabitur in tabernaculo tuo,quia dicitur. 2. Cor. 5. *Quandiu in hoc corpore ſumus à Deo peregrinamur:* Cōſequenter pro monte ſancto intelligenda eſt eccleſia ſuperior, in qua eſt vera requies. vnde dicit. *Quis requieſcet in monte ſancto tuo?* quia nullus in agone contendet,vbi non eſt viſio pacis. Propheta igitur quia in præſenti eccleſia propter corporalem cohabitationem bonorum cum malis,quidam licet indigni iactant ſe eſſe de eccleſia cū tamen verè non ſint,q̄rens à Deo dicit. *Domine quis habitabit,* ſeu quis peregrinabitur *in tabernaculo tuo?* ideſt, in præſenti eccleſia ſe ſic habeat, vt in monte ſancto tuo, ſcilicet in futura beatitudine ſit dignus requieſcere. Ad quod ſubditur reſponſio Dei: *Qui ingreditur ſine macula,&c.* vbi ponuntur decem virtutes ſeu decem effectus virtutum notabiliter,vt habetur in gl. vide ibi. Et finaliter concludit. *Qui facit hęc non commouebitur in æternum,* quia non ſolum requieſcet,q. quandoque quodammodo in hac vita ſaltem imperfectè cōtingit,ſed talem ſtabilitatem attinget,de qua poſſet dici, *non mouebitur in æternum,* quæ non poteſt dici de requieſcente in ſuperiori eccleſia,de qua legitur in pſal. *Deus in medio eius non commouebitur.*

REPLICA. Pſalmum. *Domine quis habitabit in taber.* poſtil. exponit ſpecificè de heroicis. Burg. autem generaliter de eccleſia. ſpecies autem generi non contradicit,& talis veritas inter poſtillato.& Burgen. ſæpe occurrit,de qua de cætero non fiet mentio, quia vtraque pars ſtare poteſt in veritate.

GLOSSA ORDINARIA.

A a *Tituli*.Caſſ.Hic titulus de Euangelio,non de veteri teſta. ſumitur.Quod titulus notauit,ideſt,victoria,& regnum,conuenit Chriſto,quod hic agitur.

⁂Theod.Hic Domini mortem,& reſurrectionem pdicit atque eorum ſalutem qui in illum crediderunt.Columnæ inſcriptio autem præter mortẽ victoriam demonſtrat. Columna enim non ſepulchri ſolis imponitur, verũ viuentibus etiam erigitur, literaſque ſculptas habet, quæ inſcientes victoriã doceant nam inſcriptio igitur ϛηλογραφίας, ſignificat.

†Michtam. Quidam putant initium eſſe carminis, Aut nomẽ inſtrumenti: aut ſieri, quod interpre. plaga integra,ſi poſt ponatur dictio in Dauid, aut in ſigne eſt, vel honor militaris,aut pauperẽ, & ſimplicem ſignificat.

PSAL. XV.

B b *Conſerua*. Pſal. ſecundus,qui breuiter de paſſione, & reſurrectione tangit, primò vnam hominis naturam Chriſtus oſtendens,petit ſe ſeruari,dicens, omnia quæ pertulit ad gloriam hæreditatis ſuæ perducta.

Aug. Chriſtus ſecundum hominẽ hic loquitur,de quo titulus regalis i paſſione eminuit. *Ieſus Nazarenus rex Iudæorũ.*

c *Bonorum meo*:Caſſ.Si Chriſti hominis bonis non eget Deꝰ ſed ab ipſo hẽt omnia, deſtruitur arrogantia.hominũ,& hæreſis Pelagianorum,qui putant aliquid bonis ſui virib. fieri.

⁂Baſi.&.Theo.Ex perſona Saluatoris dictatus eſt hic pſal. ſecundum vero humanitatem prolatus, vt Apoſtolus docet in epiſtola ad Hebræos, poſtulat autem,vt homo,concedit, vt Deus. Hoc autem.Dixi domino Deus meus es tu,congruit illi dicto. Vado ad Deum meum,& Deum veſtrum.

⁂Theodor.Symmac.bonum mihi non eſt ſine te.

†In ſanctis, qui ſunt in terra,& fortibus, (admirabilib. vel præclaris) omnis volũtas mea eſt, vel iucunditas, & complacentia.

C

¶ Sicut in arcu triumphali.

† Tituli inſcriptio ipſi Dauid. pſal. XV.

a ¶Inter pericula. a ¶Et debes. ¶Ecce meritum quo ſeruari debeo.

b C Onſerua me domine, quoniam ſperaui in 1 2

¶Non in me. a ¶Speraui. ¶Quia vel E.. ¶Non labiis, ſed cordis affectu. b ¶Ideſt me. hominis. c ¶Vere Deus.

te, dixi domino, Deus meus es tu, quoniã† 3 4

a ¶Auguſtinus. Bonis meis non expectas beatus fieri.

c bonorum meorum non eges. † Sãctis, qui 5

d a ¶Non maledictiones,ſed cui benedicitur. b Aug.Chriſtus dicit voluntatem moriendi,& reſurgendi

c ¶Competas,plantatas.Vel,in eis,ideſt inter eos, qui hæc uiderunt,& intellexerunt.

e ſunt in terra eius mirificauit omnes voluntates meas in eis. 6

a ¶Sed prius. ¶Aug.non ad pernitiem,ſed ut ad medicum accelerarent. b Sed non priori more.

f † Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea acceleraue- 7 8

d *Sanctis, qui*. Caſſ. Expoſuit iam Chriſtꝰ qualiter orauit, narrat nunc,quæ bona fecit illi Deus.

Auguſt.Qui in terra viuentium ſpem ſuam fixerũt,quę eſt eis ancora in fluctibꝰ ſeculi,miras fecit omnes voluntates meas in profectu eorum, in quo ſenſerunt, quid eis profuit,& humilitas,vt morerer,& potentia,vt reſurgerem.

e *Mirificauit*. Caſſ.Quaſi,hæc dixi domino. Dominus autẽ mirificauit, ideſt,fecit miras voluntates,hæ ſunt miræ dum eis obedientes:fiunt de terrenis cæleſtes.

⁂Baſi.& Theo.Apoſtolos,& eos,qui audiderunt,qm̃ oĩa, inquit,præcepta mea impleuerunt, & omnib. tyrannis ſuperiores facti dixerũt cũ Apoſtolo.Cũ infirmor tũc potẽs ſum.

f *Multiplica*. Caſſ.Quia mirificauit vo. me.ſanctis quibꝰ per ſeueritatem legis infirmitas carnalis multiplicata eſt,vt gratiam noui teſtamen. deſiderarent.

Vel multiplicatæ ſalubri affectione Deo prouidente,vi de exteriori afflictione intelligatur.

a Ne

NICOLAVS DE LYRA.
PSALMVS XV.

1 Conſerua me,&c. *Huic pſal. præponitur titulus talis in Hebræo.Humilis, & ſimplicis pſal.Dauid.quod exponunt aliqui de perſona ipſius Dauid ſimplicis,& humilis,vt patet ex diſcurſu 1. Reg.& 2.petentis à Deo conſeruari in perſecutionibus Saulis,& Abſalon filii ſui. Sed hoc non videtur verum, quia Petrus apoſtolus ad intelligendum ſcripturas diuinitus illuſtratus dicit hunc pſalm.intelligendum eſſe de Chriſto, & non de Dauid, Act.2.d. vbi ſic dicit de Chriſto.* Quem Deus ſuſcitauit ſolutis dolorib. inferni,*iuxta quod impoſſibile erat teneri illum ab eo,quod probat per literam huius pſal.dicens.Dauid enim dicit in eum, id eſt, in Chriſtum vel in populum Chriſtianum.* Prouidebam dominum coram me ſemper,&c. *vſque ibi:* Notas mihi feciſti vias vitæ, *replebis me iucunditate cum facie tua,allegans literam huius pſal.ſecundum Lxx. tranſlationem,quæ tunc erat autentica, & ſubdit eam exponendo.Viri fratres,liceat audenter dicere ad vos de patriarcha Dauid,quoniam defunctus eſt, & ſepultus,& ſepulchrum eius eſt apud nos vſque in hodiernum diem.q.d.hæc ſcriptura non intelligitur de eo, ſed de Chriſto, cuius reſurrectionem præuidit in ſpirituſancto.Ideo ſubdit ibidem.Prę uidens locutus eſt de reſurrectione Chriſti, quia neque derelictus eſt in inferno, nec caro eius vidit corruptionem. Ex quo patet manifeſte,qđ intentio beati Petri eſt hunc pſ.debere intelligi non de perſona Dauid, ſed de reſurrectione Chriſti. Et ideo quærere hic alium ſenſum literalem videtur quodammodo Iudaizare. Igitur ſecundum iſtam ſententiam exponitur titulus prædictus. Humilis, & ſimplicis Dauid,ideſt, iſte pſal.factus eſt à Dauid ad laudẽ humilis,& ſimplicis,ſcilicet Chriſti,qui de ſeipſo dicit Mat.11.d.* Diſcite à me,quia mitis ſum,& humilis corde. *Et ſecundũ hoc iſte pſa.diuiditur in duas partes,quia primo deſcribitur hominis Chriſti actio virtuoſa. ſecundo eius reſurrectio glorioſa,ibi.* Propter hoc læta.&c. *Circa primum deſcribitur actio Chriſti virtuoſa,primo,erga Deum:ſecundo, erga proximum,ibi.* Sanctis,qui ſunt in terra.*tertio iterum erga Deum,ibi:*benedicam dñm. *Circa primum dicit Dauid in perſona Chriſti hominis:* Conſerua me domi.*per talem modum loquebatur Chriſtus homo Deo patri:*Tranſeat à me calix iſte, *Matt.26.d.*

2 Quoniam ſpera. in te. *Licet autem in Chriſto non fuerit ſpes prout eſt virtus theologica,eo quod ab inſtanti conceptionis ſuæ fruebatur fruitione beata, & ſic erat ibi intentio,quæ non ſtat cũ ſpe,q̃ eſt virtus theologica,habens Deũ non habitum pro obiecto, tñ in Chriſto fuit ſpes gloriæ corporis ante reſurrectionem,quãm à Deo expectabat*

3 Dixi domino.*Sic loquebatur Deo patri poſitus in paſſione.* Eli Eli lamma azabathani,quod interpretatur, Deus meus Deus meus,vt quid dereliquiſti me, *Matt. 27.f.*

4 Quoniam bonorum.*Deus autem pater nullo creato bono eget & ideo non eget bonis ipſius Chriſti, vt hominis.*

5 Sanctis,&c. *Hic conſequenter deſcribitur actio Chriſti erga proximum,& primo quantum ad apoſtolos dicens:* Sanctis,&c: *i.Apoſtolis aliiſque diſcipulis Chriſti.*

6 Mirificauit omnes. *id eſt, mirabiles fecit in eis illuſtrando eos ſcientia ad prædicandum,& confirmando miraculis prædicationes eorum.Iſtæ tamen actiones Chriſti ei competebant ratione deitatis. Et quia per prædicationes apoſtolorum conuerſę ſunt gentes ad fidem,quæ prius erant idololatrię deditæ,ideo ſubditur.*

7 Multiplicatæ. *ideſt,infirmitates idololatriæ Gentilium. Quod patet ex tranſlatione Hier.iuxta Hebraicum,vbi dicitur:*Multiplicabuntur idola eorum.

8 Poſtea. *Quia dimiſſis idolis ad fidem Chriſti velociter cucurrerunt,Iudæis remanentibus in infidelitate pro maiori parte.*

1 Ne

MORALITER.

1 *Conſerua me.*Secundum ſenſum literalem pſal.iſte loquitꝛ de reſurrectione Chriſti, & eiꝰ exaltatione ad dexterã Dei. Licet autem moraliter poſſet exponi de quolibet Chriſtiano,qui eſt de numero electorum, videtur tamen mihi exponendus magis propriè de corpore Chriſti myſtico accepto p eccleſia de gẽtib.collecta,& ſic primo petitꝛ eiꝰ ꝯſeruatio, cum dr̃.*Conſerua me.* i.in tua grã,& non in legali obſeruantia.

3 *Dixi domino.* Ieſu Chriſto.

3 *Deus meus.*Eius deitatem confitendo.Ro.10.b. *Corde creditur ad iuſtitiam,ore autem con.&c.*

4 *Quoniam bonorum.* In oblatione ſacrificiorum legalium, quæ fiebant de terræ naſcentibus,& animalibus, ideo dicitꝛ in perſona Dei pſal. 49.c. Nunquid manducabo carnes taurorum,& ſanguinem hircorum potabo,quaſi dicat non.

5 *Sanctis,qui ſunt in terra,&c.* ideſt,in terra viuentium.

6 *Mirificauit omnes,&c.* Volũtates.n.eccleſiæ mirabiles fuerunt factæ in ſanctis, qui iam regnant cũ Chriſto, dũ adhuc viuerent in terra,& mirabiliores adhuc factæ ſunt poſt mortem eorum,ſ. miraculo eorum gloriam declarante,vt ſancti Dionyſij, & Ambroſij,& plurium aliorum ad fidem de gentib.conuerſorum,& quoniam ante ꝯuerſionem ipſi,vel ſaltẽ eorum aliqui erant peccatis plurib.irretiti. Ideo ſubditur.

7 *Multiplicatæ ſunt,&c.* peccata,q̃ ſunt infirmitates anim.

8 *Poſtea accelerauerunt.* Ad currendum per fidem ad Chriſtum. Et quoniam in primitiua eccleſia aliqui de Iudæis conuerſi volebant inducere conuerſos de gentibus ad obſeruationem legalium,quod tamen non erat agendum Gal.5.a. *Si circumcidimini,Chriſtus vobis nihil proderit,* & idem intelligendum de aliis legalibus, ideo ſubditur.

A a *Nec memor.* vt prius in ueteri teſtamento, quando ſpecialiter deſignabat. Vel populum, ut. Hæc dices filiis Iſrael. Vel perſonam, vt Moyſi. Vel tribum, ut. *Dic domui Beniamin, domui Iuda.* nunc autem non eſt diſtinctio perſonarum, ſed in omni gente qui timet Deum, hic acceptus eſt illi.

a ¶ Quia. ¶ Auguſt. non erunt conuentus eorum carnales, nec de ſanguinibus pecorum propitiatus congregabo eos, quaſi non ſecundum legalem ritum faciam eis. b ¶ Inſtituta.

a runt. Non † congregabo cõuenticula eorũ de ſanguinib. nec 1

a ¶ Auguſt. ideſt, antiquorum patrum, ſed ſpirituali mutatione obliuiſcentur quod fuerunt, quia non iam dicuntur peccatores inimici, vel homines, ſed iuſti, fratres, filii Dei. b ¶ Pater. ¶ Quaſi non ero memor, ſed potius habebunt mecum hæredem ipſum Dominum. c ¶ Intranſitiue, ideſt, portio hæreditaria mei, & meorum,

b memor ero noĩum eorum per labia mea. † Dñs pars hęredi- 4
c a ¶ Auguſt. b bant alii venena, & mortiferas voluptates, ego & mei Deum. ¶ Intranſitiue, ideſt, calix meus. b ¶ O pater. c ¶ Auguſt. non mihi quod amiſi, ſed meis in quibus ego ſum, & cum quibus unum ſum, reſtitues notitiam claritatis meæ quam amiſerunt, quæ erat apud te prius quam mundus fieret: uel, lumen claritatis, id eſt, gloriam immortalitatis. 5
d ¶ Quaſi reſti. hæreditatem quæ eſt præclara.

d tatis meæ, & calicis mei, tu es qui † reſtitues hæreditatem 6

a ¶ Id eſt, limites poſſeſſionis meæ in tuam claritatem.
b ¶ Quaſi ſorte ceciderunt, ſicut poſſeſſio Sacerdotum, & Leuitarum Deus eſt.

e meam mihi. † Funes ceciderunt mihi in † pręclaris, etenim hę 7
f a ¶ Non omnibus, ſed videntibus, in quibus ego. b ¶ Quaſi videntibus eſt præclara. ¶ Ego autem. 8
g reditas mea pręclara eſt mihi. Benedicam dñm qui † tribuit 9
h ¶ Quo omnia ſancta, & vera vidit Chriſtus. a ¶ Mortem. b ¶ Per tentationes, & paſſiones. ¶ Iniuriis. ¶ Vel erudierunt. 10
i
K mihi intellectum, inſuper & uſque ad noctem † increpuerũt 11
12

b *Per lab.* Caſſio. propria, uel, per apoſtolos vel, labia, duo teſtamẽta quæ ĩ uno ſono conſonant quibus uoluntates eius oſtenduntur.

✠ Theodor. Hos inquit, qui contra nos irruerunt, ad æterna ſupplicia condemnabo, & memoriam eorum obliuione perpetua obruam, ita ut ipſa nomina penitus ignorentur.

c *Pars hæred.* Aug. Eligant alii alia quibus fruentur, pars autem mei, & ſanctorum Deus. Non congregabo de ſang. fundentes ſangu. ſed qui Deum eligunt partem.

d *Tu es qui re.* id eſt tu es Domine hæreditas, tu reſtitutor eius.

✠ Baſil. Ante tranſgreſſionem homo uitam, & mortem, & poteſtatem habuit, poſt utriſque excidit.

✠ Theod. Quemadmodum hic humane loquutus eſt, rogãs, vt regnum accipiat, ſic alibi ſe omnium dominum demonſtrat. Hæreditatem autem nuncupat gentium regnum, Calicem vero mortem quam pro nobis ſuſtinuit. Dixit autem reſtitues, quia cum primum fuit conditus homo, omnium poteſtatem accepit, & uitam ęternam habebat.

C Caſ. Vel, dñs eſt pars. i. portio, & præmiũ hęreditatis meę. ſanctorum. Et pars cali. m. i. merces paſſionis. Hæreditas enim ad gentes, calix ad paſſionem pertinet, qui bibitus dat reſurrectionem. D

Caſ. Sed nemo ſe putet hæredem niſi præclarus.

e *Funes ce.* quaſi ſorte in qua eſt diuina electio, ut & ſors cecidit ſuper Matthiam, & quiſque capit ad menſuram ſuam.

f *In præclaris.* i. in ſanctis.

✠ Theod. Funes, inſidias nominat, dicit igitur propter præclarã hæreditatem, atque ob hominum ſalutem, præſentes inſidias ſuſtineo.

g *Benedicam do.* Caſſ. Gratias agit patri de intellectu, & paſſione, in qua eo fauente uincit, & de reſurrectione, & confeſſione, & hęc ſunt per quę hęreditas reſtituitur, ut ſit rex Iudæorum, ut titulus dicit.

h *Intellectum, &c.* Auguſt. Quo hæc hæreditas uideri, & poſſideri poteſt.

✠ Theodore. A Domino edoctus, & optimis cogitationibus, vſus, crucis nocte ſuperior ero. Nemo autem abſurdum putet, Dominum Chriſtum ſecundum humanam naturam erudiri, cum audiat diuinum Lucam dicentem, proficiebat ſapientia, & gratia apud Deum, & homines. Nam cum ſit homo, & Deus, inſtruebatur ut homo, fons uero ſapientiæ erat ut Deus.

i *Inſuper, &c.* i. ſuper intellectum.

k *Vſque ad noctem, &c.* i. mortem, erudiuit me, inferior pars mea, carnis aſſumptio, ut expelleret tenebras mortalitatis quas ille intellectus non habet, quia pro eis nec turbari, nec deficere potuit.

† 12. q. 1. c. clericus, 23 q. 8. c. ſi morte de præben. c. cum ſecundum.
† ſuſtentas, vel conſeruas.
E
† iucundis, amęnis, etiam meæ Io. 16. d.
† conſuluit mihi per noctes erudierunt corripuerunt, uel caſtigauerunt, me renes mei.
† emendauerunt.

a Renes F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Non congrega. &c.* i. delubra ubi conueniebant ad colendum idola.

2 *De ſanguinibus.* quia fiebat ſacrificium idolis de ſanguinibus animalium, & aliquando de ſanguinibus hominum, & talia conuenticula Chriſtus per apoſtolos non congregauit, ſed magis diſſipauit.

3 *Nec memor, &c.* Et uocat hic Chriſtus labia ſua, labia Gẽtilium conuerſorum, qui ſunt membra Chriſti. Sacra. n. ſcriptura frequenter ſub uno contextu literæ loquendo de Chriſto capite, tranſit ad eius membra, & econtrario, ſecundum quod dicit Iſido. lib de ſummo bono, prout plenius declaraui in principio Gene. Gentiles autem conuerſi ad fidem catholicam iuramenta per idola, & alia uerba quę faciebant ad eorum reuerentiam, totaliter dimiſerunt tanquam oblita. Cuius ratio ſubditur.

4 *Dominus pars, &c.* i. pars mea hæreditaria, Dominum. n. Ieſum Chriſtum elegerunt conuerſi ad fidem pro parte ſua hæreditaria.

5 *Et calicis mei.* i. paſſionis meæ, quæ per calicem deſignatur in ſcriptura. Vnde ſaluator de ſua paſſione dicit, Matth. 26. d. *Si non poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illum, &c.* Multi autem Gentiles ante conuerſionem Chriſtum perſequentes, amore Chriſti poſtea ad paſſionem ſe prompte, & lætanter obtulerunt, & hoc propter ſpem hæreditatis æternæ conſequendę, quendæ, ideo ſubditur.

6 *Tu es qui reſtitues hæreditatem meam mihi, &c.*

7 *Funes ceciderunt mihi in præclaris.* i. in apoſtolis qui prę cęteris fuerunt illuminati a ſpiritu ſancto, & ipſi per ſortes miſſi fuerunt ad prędicandum, quę ſortes apoſtolorum per funes intelliguntur Vnde in lib. Ioſue. ſortes decem tribuũ frequẽter ibi nominantur funes. & funiculi. Et loquitur hic ſcriptura in perſona Chriſti tranſeundo de membris ad caput.

8 *Etenim hæreditas mea præclara.* i. eccleſia mea fidelium quę uocatur hęreditas Chriſti, ſicut ſcribitur in perſona Domini Ier. 51. b. *Qui fecit omnia ipſe eſt, & Iſrael ſceptrum hæreditatis eius dominus exercituum nomen eius.*

9 *Benedicam.* Hic reuertitur ſcriptura ad actionem Chriſti hominis erga Deum, cum dicitur in perſona eius. *Benedicam dominum.* gratias agendo Deo patri, ſicut habetur Io. 11. *pater gratias ago tibi, quoniam exaudiſti me, &c.*

10 *Qui tribuit mi. int.* Quia anima Chriſti ab inſtanti creationis ſuæ fuit repleta ſcientiis.

11 *Inſuper & uſque ad noctem.* i. uſque ad mortem, quę in ſcriptura nox uocatur.

12 *Increpuerunt me, &c.* i. Iudei de conſanguinitate mea nati. Chriſtus. n. ſecundum carnem natus fuit de Iudęis. Parẽtela. autem eius deſignatur per renes, eo quod ibi uiget uirtus generatiua in ſexu uirili. Iudæi autem increpuerunt Chriſtum in uita, dicentes ei. *Dæmonium habes.* Io. 8. f. Et dicentes Chriſto. *Ecce homo vorax, & potator vini, & peccatorum, & publicanorum* rum

## MORALITER.

1 *Non congregabo conuenticula eorum.* In quibus talia docentur.

2 *De ſanguinibus.* nam in circunciſione, & ſacrificiis erat effuſio ſanguinis.

3 *Nec memor ero nominum eorum per labia mea.* Ier. 3. c. In diebus illis ait dominus, non dicent ultra arca teſtamenti domini, neque aſcendet ſuper cor, neque recordabuntur illius. Et multo fortius de aliis legalibus. Et ſubditur ratio.

4 *Dominus pars hæreditatis meæ, &c.* dicit. n. eccleſia. Dominus Ieſus Chriſtus eſt mihi pars hereditaria.

5 *Et calicis mei.* de quo dicitur Pſalm. 22. b. *Calix meus inebriãs* quam *quam præclarus eſt.*

6 *Tu es qui reſtitues hæreditatem, &c.* per Adam amiſſam.

7 *Funes ceciderunt mihi in præclaris.* i. inter ſanctos, de quibus funibus dicitur Io. 14. a. *In domo patris mei manſiones multæ ſunt.* Funes. n. aliquando ſignificant hęreditatis portiones, Ioſue 17. d. *Mihi autem dediſti funiculum vnum.* Et quoniam ſequi debet gratiarum actio, ſubditur.

9 *Benedicam dominum qui tribuit mihi intellectum.* legis, & euangelii.

11 *Inſuper & vſque ad noctem.* i. mundi finem.

12 *Increpuerunt me renes mei.* Hęc increpatio eſt eruditionis, ideo alia litera habet. *Erudierunt me.* Doctores. n. eccleſię qui per renes ſignãtur, eo quod in ipſis eſt uirtus ad gñandum filios in eccleſia Dei, non ceſſabunt erudire populũ Chriſtia-

Ioel 2.

a *Renes*. Caſ. Ex quibus ſecundum carnem exiui. ſ. parentela. Increpuerunt iniuriis, tentatione, & paſſione.

A

b *Prou.do.* Caſ. Hinc trahe exemplum quo peccata uitentur. Qui. n. Deum ſemper acie mentis intuetur, non peccatis inclinatur.

c *Inſuper.* AVGVSTIN. Sicut ſupra, inſuper, & vſque ad no. in.me.re.mei. vt pro modo moleſtiarum, ſint modo gaudia humanitatis cœleſtia.

B

✠ THEODOR. D. Petrus horum uerborum interpretatione ampla reuelatione dicit, quæ manifeſtam habent condemnationem delirationis Iudæorum, & Arrii, Eunomii, & Apollinaris dementiam redarguunt. Hic quidem Deum Verbum inanimatum corpus, quod aſſumpſit, vocauit, anima vero rationali eum priuauit.

C

d *Quoniam non dereliques, &c.* AVGVSTINVS. In qua ſpe requieſcet? In hac, quia nec anima in inferno dabitur, nec corpus ſanctum per quæ & alii ſanctificandi ſunt, patieris corrumpi.

c *Delectationes in dextera tua.* AVGVSTINVS. Delectatio eſt in fauore tuo, in itinere huius uitæ perducens ad finem gloriæ conſpectus tui.

a ¶ Iudæi qui de Iuda unde ego. b ¶ Sed in his. ¶ Auguſt. non abſtuli oculum ab eo qui ſemper eſt hoc prouidens, ut in eum poſt temporalia peracta recurrentem.

a me renes mei. Prouidebam dominum in conſpectu meo ſem- 1

b a ¶ Auguſt. ideſt, fauet mihi ut in eo ſtabilis permaneam. ¶ Ideo nil ſiniſtri mihi præualet. b ¶ Aug. Ideo etiam in cogitationibus, & in uerbis eſt exultatio.

per, quoniam a dextris eſt mihi, ne commouear. Propter hoc læta 2 3

¶ Aug. Plena eſt lætitia, & quæ corde hilari concipitur, & alacri ſermone profertur.

c tum eſt cor meum, & exultabit† lingua mea, inſuper & caro 4

a ¶ Auguſt. non deficiet in interitu, ſed requieſcet. i. dormiet in ſpe reſurrectionis. b ¶ Communi more aliorum. c ¶ Quam habeo, vt verus homo.

d mea†requieſcet in ſpe. Quoniam non derelinques animam meã †

a ¶ Corpus a me ſanctificatum. b ¶ Putrefactionem. Alibi dicit ſe pati corruptionem, i. uulnerationem, ibi, ſ. Quæ utilitas in ſangui. m. dum deſ. in cor. 5

in inferno, nec†dabis†ſanctum tuum videre corruptionem. 6 7

a ¶ Imo meis, in quibus mihi. b ¶ Per me. c ¶ Humilitatis, ut ad vitam redeant, vnde per ſuperbiam deciderant. d ¶ Aug. vt vltra nihil deſiderent cum facie ad faciem te uiderint.

†Notas mihi feciſti uias uitæ, adimplebis me lætitia cum 8 9

a ¶ Et interim ſunt eis in itinere huius vitæ. b ¶ Ideſt, fauore & propitiatione tua. ¶ Perfecte, & æternaliter.

c uultu tuo, †delectationes in dextera tua uſque ad finem. 10 11

†habitabit confidenter.

† uel, ſines, aut permittes.

†Notam facies mihi ſemitam vitæ, ſaturitas diuitiarum eſt cum uultu tuo .i. plenitudo & ſatietas omnis gaudii eſt apud te, iucunditates ſunt in dextera tua in ſeculum

†delectatio.

Oratio

NICOLAVS DE LYRA.

rum amicus. Mat. 11. c. Et in paſſione dicebant. *Vah qui deſtruis templum Dei, &c.* Mat. 27. c.

1 *Prouide.do.&c.* Quia anima Chriſti ab inſtanti creationis habuit continue claritatem diuinæ uiſionis.

2 *Quoniam a dextris, &c.* Humanitas autem Chriſti eſt organum diuinitati coniunctum, & ideo non poteſt moueri ad aliquid, niſi ſecundum uoluntatem diuinitatis, propter quod in Chriſto non potuit eſſe aliquis motus inordinatus inſurgens ex prædictis iniuriis, uel ex quibuſcunque cauſis aliis.

3 *Propter hoc, &c.* Hic conſequenter deſcribitur ipſius glorioſa reſurrectio, cum dicitur, *Pro.hoc.* i. propter reſurrectionem meam quæ infra ponitur, quæ erat cauſa lætitiæ ordinatæ ipſi Chriſto. Certitudo. n. boni expectati eſt cauſa delectamenti, quia propter certitudinem obtinendi bonum futurũ iam apprehenditur quaſi præſens, & ſic eſt cauſa delectationis quæ eſt de bono apprehenſo in præſenti.

4 *Inſuper & caro mea re.in ſpe, &c.* Scilicet reſurrectionis futuræ.

5 *Quoniam non derel.animam meam in inf.* i. in limbo ſanctorũ patrum, ubi anima Chriſti fuit per 39. horas tantum. ſ. ab hora nona feriæ ſextæ, in qua fuit ſeparata a corpore, uſque ad diluculum diei dominicæ, quando fuit corpori reunita. ideo ſubditur.

6 *Nec da.* i. corpus meum totaliter impollutum.

7 *Videre corruptionem.* i. incinerationem, uel putrefactionem. Fuit tamẽ ibi corruptio accipiendo pro morte, quia corpus Chriſti fuit uere mortuum per ſeparationem animæ.

8 *Notas feciſti mihi vias vitæ.* Accelerando tempus reſurrectionis meæ.

9 *Adimplebis me, &c.* Quia tunc gloria animæ Chriſti quam habuit a principio, & quæ conſiſtit in uidendo Deum facie ad faciem, fuit deriuata ad corpus in ſua reſurrectione, quia ex tunc habuit corpus glorioſum.

10 *Delectationes, &c.* Quia Chriſtus aſſumptus eſt ad dexteram patris, ſecundum quod dicitur Mar. ult. d. *Et dominus quidem Ieſus, poſtquam locutus eſt eis aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet a dextris Dei.*

11 *Vſque in fi.* i. uſque in æternum, quia dignitas ſeſſionis huius ingerit Chriſto homini ſempiternæ durationis.

Moraliter autem poſſet exponi pſalmus iſte de quolibet fideli, qui eſt membrum Chriſti expectans reſurrectionem futuram, & poſitionem ſui ad dexteram cum aliis electis, ſecundum quod habetur Mat. 25.

1 Exaudi

MORALITER.

num uſque ad finem mundi. Sed quoniam Chriſtus eſt principalis doctor eccleſiæ, ideo ſubditur.

1 *Prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper quoniam a dextris eſt mihi, ne commouear.* Tanquam principalem directorem, & cuſtodem.

3 *Propter hoc lætatum eſt cor meum, &c.* Corde, & ore regratians domino.

4 *Inſuper & caro mea requieſcet.* in ſepulchro.

† *In ſpe.* reſurrectionis glorioſæ.

5 *Quoniam non der.animam me.in infer.* Quia ſi fuerit purgata totaliter in præſenti, accipies eam de corpore exeuntem, ſin autem, accipies eam de purgatorio purgatam.

8 *Notas mihi feciſti vias vitæ.* Scilicet glorioſæ in præſenti per fidem, & in futuro notas facies per apertam uiſionem, ideo ſubditur. 9 *Adimplebis me lætitia cum vultu tuo.* Nam apertæ viſioni coniuncta eſt fruitio beata, & quoniam eſt æterna, ſequitur.

10 *Delectationes in dextera tua vſque in finem.* Ideſt, æternaliter.

1 Exaudi

ADDITIO.

In pſalm. 15. *Conſerua me domine,* ubi dicitur in poſtill. Huic pſalmo præponitur talis titulus. Dictio Hebraica michtam quæ in titulo huius pſalmi ponitur ſecundum ſuam propriã ſignificationem non ſignificat idem quod humilis, & ſimplicis prout in poſtilla, niſi forte ſecundum etymologiam, ſed propria ſignificatio illius dictionis deriuatur ab una dictione, quæ proprie ſignificat aurum optimum, unde Cant. 5. capitul. vbi dicitur. *Caput eius aurum optimum,* ponitur in Hebraico hæc dictio *chetem:* a qua dictione deriuatur in Hebraico hæc dictio michtam, quæ ponitur in hoc titulo, & ſignificat aliquod compoſitum, ſeu ornatum auro optimo. Vnde ſenſus iſtius tituli ſecundum Hebraicam veritatem talis eſt. Aurum optimum ipſi Dauid. Dauid enim in hoc titulo eſt datiui caſus, vnde quia in hoc pſalmo agitur de paſſione Chriſti, & eius reſurrectione, quarum prima inter actiones virtuoſas Chriſti eſt optima, ſimiliter & ſecũda, quantum ad ea quæ ad ipſius premium pertinent, idcirco in utraque ſimul bene dicitur. Aurũ ipſi Dauid. i. Chriſto.

GLOSSA ORDINARIA.

a *Oratio Dauid.* Caſſiod. Oratio perſonæ domini conuenit, adiuncta eccleſia quæ eius corpus eſt.

PSALMVS XVI.

b Exaudi do. Caſſ. Iſte pſalmus ueram naturam humanitatis facit attendere. Oratio Chriſti inſtitutio eſt fideliũ, Sicut flendo Lazarum charitatem proximi habere nos docuit, preſecutores fugit, ut inconſideratæ temeritatis nobis auferret audaciam.

✱THEODOR. Perſecutionem patiens a Saule Dei auxilium implorat.

CASS. Primo petit ſecũdum Iuſtitiam ſibi retribui.

c *Non in lab. dolo.* Caſſiodor. Vt, qui inique damnatur, uel ut qui dicit, domine domine, & non facit opera.

✱Theodor. Iuſtitiam, iuſtam poſtulationem uocat. Symmachus, & Theodotion, Dominum iuſtitiæ Deum nominarunt, Aquila, Exaudi domine iuſtum .i. iuſte, & non benigne. Sit mmachus non per labia doloſa .i. aliud loquens, & aliud cogitans.

Augu. Vel, non in labiis doloſis de uultu tuo iudiciũ meũ prodeat, ut iudicans non proferã aliud quam ex te intelligo.

d *De uultu tuo.* Caſſ. i. ſecundum ea quæ in me cognoſcis, qui nullum habeo peccatum.

e *Iudicium.* Quo fui iudicatus, uideatur prodiiſſe.

De uultu tuo, non de diſpoſitione Iudæorum, qđ factũ patet in reſurrectione. Vel, iudicium, quo diſcernit omnia.

✱Theod. Noctis meminit in qua captiuum Saulem interficere noluit, ſed beneficio iniuriam remunerauit, & ignẽ ſuis incendium, experientiam nominat, tantumque abeſt, ut nocuerit cum a conuitiis abſtinuerit, ſic. n. legit, non eſt inuenta in me iniquitas, ut non loquatur os meũ opera hominum, id eſt quæ Saul perpetrat, nec dicere audeo & per greſſus, impetum illum faciendi intellexit.

f *Proba.* A ſimilitudine fornacis, quæ metallum purgat, ſed non eſt inuenta iniquitas.

Caſſio. Quam ultio coqueret quæ tu ſcis, & hoc ut non loquatˀ os meũ .i. & ſi taceam tu ſcis me purum.

g *Vias duras.* Caſſio. Scilicet opera hominum quas. ſ. merentur opera hominum. Vel quas debent imitari homines, quibus iter uitiorum lene eſt, uirtutum difficile, Vel, non eſt inuenta, ita ut non loquatur, i. ut non iactanter hæc dicam, vel vt non peccem in lingua quod eſt opus hominum.

Auguſ. Vel, vias duras latronis .i. quæ latro merito, ego patior immerito. Vias duras mortalitatis, & paſſionis. Aug. vel ad perficiendos greſſus meos in ſemitis tuis, ut perficeretur charitas eccleſiæ in anguſtis uiis, in arctioribus præceptis, ut non moueantur ſigna itineris mei, quæ ſacramentis, & ſcripturis impreſſa ſunt, vt intueantur, & obſeruent qui me ſequi volunt, vel vt iam ſtabiliter permaneam in æternitate, poſtquam peregi uias duras, & perfeci greſſus.

D

† Quæ non ſunt egreditur rex.

E

† propter operi. † diſſipatoris uel predatoris, i. obſerua ui ne imitaret diſſipatores uiolentos neve quis eorum more uiueret impediui.

F

Oratio Dauid. Pſal. XVI.

a ¶ Caſſ. quia iuſtitia habet uocem apud Deum. b Pro iuſtitia.

Exaudi domine iuſtitiam meam, intende 1

a ¶ De malis cauendis. b ¶ Non modo intendas, ſed &c.

†deprecationem meam. Aurib pcipe 2

¶ Non tranſitoriæ. a ¶ De bonis ſibi, & ſuis. b Prolatam.

orationem meã, †non in labiis doloſis. 3

a Aug. ex illuminatione tuæ notitiæ ueritatem iudicem. ¶ Aug. qui omnia uides, nec eges teſtimonio alterius. ¶ Ecce quid petit. b ¶ Cordis. ¶ Vel mei.

† De uultu tuo iudicium meum prodeat, oculi tui vi- 4

a ¶ Caſſ. ut mihi remedium, Iudæis pœnam des. b ¶ Quia. ¶ Auguſt. Ipſum cor uiſitatione tribulationis probatum eſt, quæ non ſolum nox, quia perturbat, ſed & ignis, quia urit, in qua inuentus ſum iuſtus.

deant †æquitatem probaſti cor meum, & uiſitaſti nocte, 5 6

igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas. 7 8 9

a ¶ Aug. vt aliud non procedat de ore meo quam quod ad gloriam tuam pertinet, non ad opera hominum. b Sed.

† Vt non loquatur os meum † opera hominum, pro- 10 11

¶ Et ſi innocens tamen. a Pacis tuæ, uel prophetarum. ¶ Complenda non pro culpa. b Hominibus.

pter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias † duras. 12

☞ a Per-

NICOLAVS DE LYRA.

PSALMVS XVI.

Exaudi do. Huic pſalmo præponitˀ talis titulus in Hebræo, & in tranſlatione Hie. *Oratio Dauid.* Ex quo patet autor huius pſalmi, accipiendo large pſalmum pro oratione, quia accipiendo pſalmum proprie, ut dicitur a pſallendo publice vel cum inſtrumento muſico, ſic non eſt pſalmus ſed eſt oratio Dauid in ſecreto facta apud Deum pro liberatione ſua a perſecutione Saulis, propter quod & multas alias fecit orationes. Et diuiditur in duas partes. Et primo ut ſua oratio exaudiatur, allegat Dauid ſuam innocentiam. Secundo Saulis & ſuorum ſatellitum malitiam. Iſta. n. duo faciunt orationẽ alicuius exaudibilem, ſecunda ibi, *A reſiſtentibus.* Circa primum dicit ſic.

1 *Exau. dom. iu. &c.* i. meipſum propter iuſtitiam meam, quã tenui erga Saul, & domum ſuam, pro quibus Dauid multipliciter, & fideliter laborauit, ut patet ex decurſu 1. Regum, & 2.

2 *Auribus perci. &c.* Loquitur de Deo per modum humanum, quia in Deo non ſunt lineamenta corporis.

3 *Non in labiis dol.* i. orationem percipe factam a me ueraciter ex corde, & non labiis tantum, ſicut oratio eorum de quibus dicitur Eſa. 29. *Hic populus labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt a me.*

4 *De vultu tuo iud. &c.* q. d. paratus ſum ſuſtinere quicquid decreueris, unde dicebat Sauli 1. Reg. 26. c. *Si dominus incitat te aduerſum me, odoretur ſacrificium.*

5 *Oculi tui, &c.* Inter me. & Saulem.

6 *Probaſti cor meum, &c.* quia homo videt ea quæ patent, Deus autem intuetur cor, ut habetur 1. Reg. 16.

7 *Et viſitaſti nocte.* Cognoſcendo, & examinando cogitationes meas nocturnas, quæ magis latent: diuinæ. n. aliquando per aliqua iudicia hominibus patent.

8 *Igne me examinaſti.* Scilicet igne tribulationis me purificãtis ab aliquibus meis inſolentiis, ſine quibus non trãſitur uita humana, ſecundum quod dicitur Eccl 2. a. *In igne probatur aurum, & in camino argẽtum: & homines receptibiles in camino tribulationis.*

9 *Et non eſt inuenta in me.* non intendit Dauid per hoc ſe dicere immunem ab omni peccato, ſed quia nõ fecerat aliqđ iniquum erga Saul, unde deberet eum perſequi, ſed magis pepercit ei a morte, cum poſſet eũ occidere, ut patet 1. Reg. 24. & 26. 10 *Vt non loqua. os meum.* quia non ſolum contra Saul eum perſequentem non extendit manum ſuam percutiendo eum cum poſſet, ut dictum eſt, ſed nec etiam relaxauit os ſuum irreuerẽter de ipſo loquẽdo, ſed magis reuerenter, vt dixit 1. Re. 26. c. *Nunc ergo audi oro domine mi rex verba ſerui tui, &c.* 11 *Propter verba labi. &c.* quæ dixiſti Le. 19. Nõ quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum.

12 *Ego cuſto.* quia propter verba tua prædicta ego peperci Sauli non quærens ultionem, & ſic oportuit me eſſe profugum in montibus, & rupibus, in quibus ſunt viæ duræ. quod ſi interfeciſſem, non oportuiſſet me per tales vias ambulare.

1 Proſi-

MORALITER.

1 *Exaudi domine iuſtitiam meam, &c.* Pſalmus iſte eſt oratio Dauid pro ſua liberatione a Saulis perſecutione, pro qua fecit plures pſalmos. Nam iſta perſecutio fuit longa. Moraliter autem, eſt oratio uiri iuſti in perſecutione dæmonis, vel hominis mali poſiti, petentis inde diuinitus liberari. Circa quod ſciẽdum, quod talis oratio eſt exaudibilis propter tria. ſ. propter patientis innocentiam, & propter Dei iuſtitiam, & propter perſequentis malitiam. Quantum ad primum dicitur. *Exaudi domine iuſtitiam meam.* quaſi diceret, innocens ſum in hoc caſu. Ideo ſubditur.

2 *Auribus percipe orationem meam, &c.* Scilicet factam, ſed veracibus, contra illos de quibus dicitur Eccl. 2. c. *Væ duplici corde, & labiis ſceleratis.* Quantum ad ſecundum dicitur.

4 *De vultu tuo iudicium meum prodeat, &c.* Quaſi diceret ab eo non poteſt procedere, niſi iuſtum.

6 *Probaſti cor meum.* Quia patet intuitu tuo, & non intuitu hominum. 1. Reg. 16. b. *Homo videt quæ parent, Deus autem intuetur cor.*

7 *Et viſitaſti nocte.* i. perſecutionis tempore, ſicut medicus viſitat ægrum propinando ei medicinam amaram, ad conſequendum ſanitatem.

8 *Igne me examinaſti.* In fornace tribulationis.

9 *Et non eſt, &c. ini.* quæ nunc imponitur mihi.

10 *Vt non loqua. os me.* propriis me manibus vindicando, ſic enim ſolent loqui homines ex ira.

11 *Propter verba la.* quibus dixiſti Mat. 5. f. *Qui te percuſſerit in vnam maxillam, præbe ei & alteram.*

12 *Ego cu. &c.* patienter ſuſtinẽdo ſine percuſſione.

4 De

A a *Perfice*.Caſ.uſque in finem,ante non eſt niſi inchoatio. Greſſus.i.humanas actiones, ut qui uolunt imitari non moueantur a te,vel veſtiga ab eis.

b *Ego clamaui*. Caſſ.Secundo precatur,ut a Iudæorum inſidiis eius puritas liberetur, Ego etiam clamaui,quaſi dic. hoc nõ niſi iuſto conuenit qui confidenter orat, quia ſcit ſe audiri.

c *Mirifica*.Aug. Mira ſunt quæ noua ſunt hæc ſunt quæ in carne geſſit mirantibus Iudæis.

d *Pupilla*. Perexigua eſt, & tamen per eam acies luminis dirigitur, quo lux, & tenebræ diiudicantur, ſicut per humanitatem Chriſti diuinitas diſcernens eſt inter bonos,& malos.

B ✱ Baſil.Theodoret. a Deo namque unctus eſt,& quia qui bellum gerunt,inquit,tuæ reſiſtunt uoluntati,conſequar cuſtodiam qualem pupilla oculi,quæ veluti munimenta habet palpebras, pro vallo pilos, habet etiam ſuperciliorum oppoſitus,tranſmittentes ſudoris pluuiam ad genas,& defendentes videndi uim a nocumento.

C e *Adipem*. Caſſ.A ſimilitudine animalium quæ ex adipe inflantur.i.ſuperbiam retinuerunt non macri.i.non humiles, vel adipem,i.carnalem ſenſum retinuerunt,uel ſcelerib.ſaginati veram intelligentiam perdiderunt. unde reſtat ſuperba loqui.

D ✱ Baſil.Theod.Alas nominat velocem, & vehementem prouidentiæ ſecuritatem,ſic Moſes ſub alis eius ſuſcepit ipſos. Adipem autem fœlicitatem, & bonam habitudinem quidam nominarunt videtur autem beneuolentiam, & charitatem nuncupare.

* Theodoret.Symmachus. Statuerunt oculos ſuos torquere in terram.

f *Os eorum,&c.* non cor, quia ſæpe iniqui quod ore defendunt, corde damnant.

g *Suſceperunt me.&c.* Caſ.Vnde eis hæc opportunitas reſpon. ſuſceperunt a Deo cuius diſpoſitio eſt,vel a traditore, vel a iudice acceperunt auide.

h *Leo paratus,&c.* Auguſt.Caſſiod.principes comparandi leoni diabolo, quo autore faciunt.Populus catulus leonis, ideſt, filius diaboli habitans, permanẽs in inſidiis, quia mos eſt malis vota tegere, ut latenter poſſint perficere.

F i *Exurge Domine*. CASSIODOR. De retributionibus oratio.

K *Præueni,&c.* Caſſ.A ſimilitudine currentis,nemo non prius in ſe,quam in alium peccat.

a ¶ Ideo. ¶ Caſſ.humanas actiones meas. b ¶ Arctioribus præceptis. c ¶ Qui uolunt me imitari. d ¶ Quibus eſt impreſſa forma iuſtitiæ.

a † perfice greſſus meos in ſemitis tuis vt nõ moueantur veſti- 1 2

a ¶ Auguſtinus.Libera,& ualida intentione preces direxi,quia ut hoc poſſem, exaudiſti me infirmus orantem. b ¶ Ideo.

b gia mea. Ego clamaui *,quoniã exaudiſti me Deus, inclina 3 4

† ¶ Auguſt.non deſerat exauditio tua humilem. ¶ Clementiæ,& miſericordiæ. ¶ Humili. ¶ Quæ verba? ¶ Auguſt.non uileſcant miſericordiæ,ne minus amentur.

c aurem tuam mihi,& exaudi verba mea. † Mirifica miſeri- 5

cordias tuas, qui ſaluos facis ſperantes in te. A reſiſtentibus 6

a ¶ Auguſt.fauori quo mihi faues,vel mihi filio tuo. b ¶ In munimento charitatis, & miſericordiæ tuæ. c ¶ Caſſiod.Miſericordia,& charitas ſunt alæ patris,quibus protegit.

d dextrę tuę cuſtodi me, vt pupillam oculi. Sub vmbra alarum 7 8

a ¶ Vt gallina pullos. b ¶ Inſtantia. c ¶ Dæmonum,& Iudæorum.

tuarum † protege me, a facie impiorum qui me afflixerunt. † 9 10

¶ Sic, ¶ Iudæi. a ¶ Caſſ.i.uitam uolentes tollere. b ¶ Conſiliis. c ¶ Auguſt. lætitia ſua pingui cooperti ſunt, poſtquam cupiditas eorum de ſcelere ſatiata eſt,& ideo os eorum locutum eſt ſuperbiam dicens, Aue rex Iudæorum Mat.27.d.

e Inimici mei † animã meã circundederunt, † adipẽ ſuum con- 11 12

a ¶ Aug extra ciuitatem quaſi locus de me macularetur.

f cluſerunt, os eorum locutum eſt ſuperbiam † proiiciẽtes me 13 14

a ¶ Non obſequio,ſed furore quaſi ad ſpectaculum. ¶ Praui coloni qui prius ſeruos in uineam miſſos occiderant nunc me filium,& hæredem. b ¶ Quia. ¶ Cordis. c ¶ Aug.cor in terrena declinauerunt,putantes malum pati eum qui occidebatur,& ſe nullum qui occidebant.

nunc circũdederunt me, oculos ſuos * ſtatuerũt declinare in 15

a ¶ Ne perderent locum,& gentem. b ¶ Diabolus,& princeps.

g h terram. † Suſceperunt me ſicut leo paratus ad prædã,& ſicut 16 17

a ¶ Populus. b ¶ Cogitans de inſidiis. c ¶ Sed tu. ¶ Ad uindictam. d ¶ Aug. Qui uideris non curare hæc.

i K catulus leonis habitans in abditis. Exurge Domine præueni 18 19

† Suſtenta fulci

*ad te

† condes

†propter animam meam ſub. ut eam perdant me.

†Ipſe ſimilis eſt leoni qui prædam concupiſcit.

a *Supplan-*

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Perfice greſſus meos,&c.* Vt non declinem a uia ueritatis.

2 *Vt non moueantur ueſtigia mea,&c.* a rectitudine iuſtitiæ.

3 *Ego clamaui quoniam exaudiſti me Deus,&c.* Ex hoc quod iam alias ſaluaſti me,habeo ſpem iterum exaudiri,propter quod iterum clamaui deprecando dicens.

4 *Inclina aur.* loquitur de Deo more humano, qui inclinat aurem ſuam alicui quando uult eum exaudire.

5 *Mirifica miſericor.tu.&c.*i.fac eas mirabiles, me pauperem liberando a rege tam potente,& iniquo.

6 *A reſiſten.* Hic conſequenter Dauid pro exauditione ſuæ rationis allegat nequitiam Saulis.d. *A reſi.de.tu.* Manus quæ eſt organum organorum deſignat opus diuinum, ita quod opus miſericordiæ dicitur manus dextra,opus ſuæ iuſtitię ſiniſtra,ſecundum quod dicitur Matth.25.c. *Statuet oues a dextris,hædos autem a ſiniſtris.* dominus autem poſuit dexteram ſuam ſuper Dauid ex ſua miſericordia ungendo eum in regem per Samuelem,cui dextræ, Saul, & ſui complices reſiſtebant.

7 *Cuſtodi me.*i.ita diligenter,quod non poſſint nocere mihi.

8 *Sub umbra.* i.ad modum gallinæ ſolicite protegentis pullos ſuos ſub alis,ne miluus poſſit eos rapere.

9 *A facie impiorum.*i.Saulis,& ſatellitum ſuorum.

10 *Qui me affli.&c.* perſequendo ad mortem de loco ad locum.

11 *Inimici mei,&c.* Quando Saul, & uiri eius cingebant Dauid,& uid,& uiros eius per modum coronæ,ita quod Dauid deſperabat ſe poſſe euadere. 1.Reg.23.

12 *Adipem,&c.* perſequendo me obſtinate abſque ulla miſericordia,per talem modum loquitur Ioannis prima canonica.3 c. *Qui viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere,& clauſerit uiſcera ſua ab eo,&c.*

13 *Os eorum loc.eſt ſu.&c.* dicentes ſe me occidere contra diuinam ordinationem, quæ diſpoſuit me regnare poſt Saulem. 14 *Proiicientes.* i.ſuis perſecutionibus me eiicientes a communi hominum ſocietate.

15 *Circundederunt me,&c.* Mihi tendentes inſidias circumquaque.

16 *Oculos ſuos ſtatuerunt declina.in ter.* intuitu.n.regni terreni perſequebatur Dauid ad mortem, ne regnum Saulis tranſiret ad eum,& ad domum ſuam.

17 *Suſceperunt me ſicut.*i.aperte me perſequentes cum maxima crudelitate.

18 *Et ſicut ca.leo.&c.* quia cum hoc etiam quærebant capere Dauid occultis inſidiis. Et ideo exclamauit Dauid, dicens. 19 *Exurge domine præu.*& loquitur de præterito per modum futuri,quia erat iam liberatus de inimicis ſuis,ut dictum eſt, ſed facit hoc ad exprimendum ſtatum in quo fuerat poſitus in perſecutione,dicit igitur. *Exurge do.præueni eum.* dando ei impedimentum, ne perueniat ad intentum, ſicut dictum eſt primo Regum 23.quãdo cingebat Dauid in modum coronæ,ne poſſet euadere,& ex ordinatione diuina ve ✱ nit

MORALITER.

1 *Perfice greſſus,&c.*i.in conſiliis euangelicis,qui ſe habent ad precepta,ſicut ſemita ad uiam communem,quia breuior eſt illa,

2 *Vt non mo.&c.* de perfectione euangelica.

3 *Ego cla.&c.* Tanquam gratus de liberatione mea præterita,ideo.

4 *Inclina au.&c.* ad me liberandum de iſta, quia gratitudo de beneficio accepto diſpoſitio ad impetrandum aliud de futuro.

5 *Mirifica mi.&c.*i.fac eas mirabiles in me,quia non poſſum liberari ſine te. Circa tertium.ſ.nequitiam perſequentium dicitur.

6 *A reſi.&c.* Cuiuſmodi ſunt demones,& iniqui homines.

7 *Cuſto.me.&c.* ne poſſint mihi finaliter præualere.

8 *Sub vmbra,&c.* Scilicet tuæ miſericordiæ,& iuſtitiæ.

† *Protege me.&c.* ab eorum impugnatione.

11 *Inimici mei,&c.* Diuerſis tentationibus,& machinationibus.

12 *Adipem,&c.* Abiicientes a ſe omnem miſericordiam erga me.

13 *Os eorum.*i.contra Deum blaſphemiam.

14 *Proiicientes me.* ideſt intendentes proiicere me ab omni honore.

15 *Nunc cir.* ne poſſim euadere.

16 *Ocul.*ſ.auertentes eos a te.

17 *Suſceperunt.*i.nimis crudeliter tractauerunt me.

19 *Exurg.* per oſtenſionem potentiæ tuæ.

19 *Preue.eum.*i.eos fraudando a propoſito ſuo.

7 *Cuſto.*

1 *Eripe*

a *Supplanta eum.* a ſimilitudine luctantis, ideſt inefficaces fac,& deiice eos.
b *Eripe animam me.ab im.* Auguſt.Reſuſcitando a morte ab impiis illata.
c *Frameam.*Auguſt.Anima mea eſt framea, quam manus. i.uirtus tua aſſumpſit vt per eam regna iniquitatis debellet, & iuſtos diuidat ab impiis.
*Theodo.Ex tranſlatione eorum,qui latēter currentes proſternunt.Symmachus. In gladio tuo. i. ab inſidiis libera hic gladio contra eos utens.
d *Diuide eos,&c.* Caſ. i. Iudæos diuiſos. *A paucis.* i.electis ſecundum mores. Vel a paucis fidelibus qui in regnum Agrippæ ſeceſſerant. Iudæos de terra ſublatos pro qua me occiderant, diuide per orbem in uita præſenti, quid ergo poſt? Miſeria, quaſi merito: quia.
*Theod. Et ſi tibi facile eſt homines ad mortem tranſmittere,tamen obſecro vt viuentes diſſipentur.
e *De abſconditis tuis.* i.de immunditiis quas Deus non nouit, i.prohibet,ſatiata eſt carnalitas eorum. Vel de præceptis legis,& miraculis Chriſti venter. i. carnalis ſenſus impletus eſt,quibus bonis,& ſi paſti,tamen ſaturati ſunt porcina.i.immunditia,& reliquias peccatorum miſerunt poſteris. Vel ſaturati ſunt filiis ad opus filiorum. Et eſt ſimilitudo a re quæ non eſt. Nullius.n.dape filii ſaturantur. Et ita ſaturati ſunt, quod dimiſerunt reliquias maledictionis paruulis ſuis. Vel ſaturati ſunt de abſconditis. i. peccatis quæ a te remota ſunt, & hoc filiis.i.ad utilitatem filiorum, qui ſunt reliquiæ ſaluandæ.
*Baſil.& Theod.Symmachus.ſaturabuntur filii, & diuident reliquias paruulis ſuis. Noui enim inquit, te iuſtam pœnam infligere etiam poſteris qui malitiam maiorum imitantur.Saturabuntur. i.ad ſatietatem uſque malorum participes erunt.
*De abſconditis.* Auguſt.Non ſolum eis hæc pœna uiſibilis, ſed de abſconditis,ideſt,peccatis quæ a lumine veritatis tuæ abſconduntur, plena eſt memoria eorum, ut obliuiſcantur Deum.

a ¶ Auguſt.factum eorum uindicta excæcationis præueniat,& ita ſubuerte eos. ¶ Alias eos. b ¶ Vel erue. ¶ Diabolo. ¶ Idem quod animam.

a eum,& † ſupplanta eum,eripe animam meā ab impio, † fra- 1

b a ¶ Ideſt,uirtutis tuæ. ¶ Ideſt meis. b ¶ Quaſi ſupplanta eos hoc modo.

meam tuam † ab inimicis manus tuæ.Domine † a paucis de 2 3

c a ¶ Auguſt.Domine perdens eos de terra quam inhabitant, diſpertire eos per orbem in iſta uita, quam ſolam ſuam putant,qui de æterna deſperant. ¶ Peccatis.

d terra † diuide eos in vita eorum, de abſconditis tuis, adim- 4 5 6

e a ¶ Id eſt, operibus malis, uel porcina, id eſt, immunditia. b ¶ Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.

pletus eſt venter eorum. † Saturati ſunt filiis,& † diuiſerunt 7 8

a ¶ Ego autem qui non apparui eis, qui corde tenebroſo, & ſordido lucem ueritatis, & ſapientiæ non uident, in iuſtitia tua apparebo in conſpectu tuo. ¶ Quaſi illis ita continget.

reliquias ſuas paruulis ſuis. Ego autem in iuſtitia apparebo 9 10 11

a ¶ Et cum illi ſaturati ſunt immunditia, ut me non noſcerent, ergo ſatiabor dum manifeſtabitur gloria tua in his qui me intelligunt.

conſpectui tuo,ſatiabor † cum apparuerit gloria tua. 12 13

† qui eſt gladius tuus.

† viris de mundo quorū portio eſt in vita,& abſcondito tuo adimplebis uentrem eorum, ideſt a uiris mortalibus huic ſeculo addictis qui in hac uita parte ſua fruuntur, tu non de penu tuo, uel theſauro implebis uentrem eorum.

† reliquerunt.

D E F

## NICOLAVS DE LYRA.

nit ſubito nuntius dicens ad eum. *Feſtina,& veni,quoniam diffuderunt ſe Philiſthæi ſuper terram.*& ſic pro tunc dimiſit perſequi Dauid.

*Et ſupplanta eum.* quod factum eſt quando Saul perſequēs Dauid ad mortem, cecidit in manus eius, ita quod Dauid poterat eum occidere, ut habetur primo Regum vigeſimoquarto,& 26.b.

*Eripe animam me.ab im.*i.a Saule.

*Frameam tuam.*i.me qui ſum gladius tuus ad deſtructionē infidelium, aliter non potuiſſet interfeciſſe Goliam gigantem,nec toties debellaſſe Philiſthæos niſi diuina uirtute pugnaſſet.

*Ab inimicis.*i.a Saule,& ſuis complicibus qui inimicantur ſuis operibus in me.

*Domine a paucis.* i.a me,& uiris meis qui pauci ſumus reſpectu Saulis,& exercitus eius.

*Diuide eos in uita eo.*ita quod quandiu uiuent, non poſſint nos contingere,nec capere.

*De abſcond.tuis.* i.de diuitiis temporalibus quæ diuino iudicio,licet nobis occulto, frequenter conceduntur hominibus malis.

8 *Adimpletus eſt uenter eorum.* Scilicet Saulis, & amicorum eius,qui erant pleni talibus bonis, propter potentiam regni temporalis.

9 *Saturati ſunt.*Quia mali homines aliquando diſpenſatione Dei occulta non ſolum abundant bonis temporalib. ſed etiam in multitudine prolis.

10 *Et diuiſerunt,&c.* quia etiam poſt mortem ſuam abundant filii eorum. Vel aliter, quia cum Saule mortui ſunt in monte Gelboe illi qui erant fortes, & robuſti, & ſic relicta ſunt bona eorum paruulis ſuis remanentibus,& qui reſpectu interfectorum erant nullius momenti, ſed quia Dauid non confidebat in talibus bonis temporalibus,& terrenis, ſed in ſpiritualibus,& æternis,ideo ſubdit.

11 *Ego autem in iuſti.apparebo.* ſ.legali quæ continet omnes virtutes.

12 *App.in con.tuo.*in præſenti per gratiam,& in futuro per gloriam,& ideo ſubditur.

13 *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* quæ ſatiat appetitum humanum,eo quod ibi conſequitur bonum infinitum.

Moraliter poteſt exponi pſal.iſte de quolibet fideli poſito in magna tribulatione corporis,& animæ, petenti inde miſericorditer diuinitus liberari, & ſecundum prædicta litera poteſt faciliter applicari.

## MORALITER.

*Eripe ani.meam ab im.*i.diabolo.

*Frameam tuam.*i.potentiam temporalem quam dediſti malis hominibus qua nocent bonis,aufer ab eis.

*Domine a pauc.de terra,&c.*i.a iuſtis qui pauci ſunt comparatiue,ſepara malos ne poſſint eis nocere.

*De abſcond.*i.auro, argento, & lapidibus pretioſis, quæ tu creaſti in occultis terræ.

8 *Adimpletus eſt venter eo.* nam per hæc haberi poſſunt omnes deliciæ.

9 *Saturati ſunt.* quia fœcundi ſunt in prole cui relinquunt bona temporalia,& in hoc reputantur fœlices a mundanis. Sed quoniam perfecti talia cōtemnunt, ſubditur in perſona iuſti. 11 *Ego autem in iuſtitia apparebo conſpectui tuo.* in præſenti iuſte uiuendo.

13 *Satiabor cum apparuerit glo.tua.*in futuro.

## GLOSSA ORDINARIA.

*In finem pue.Domini Dauid.* Aug.Caſ.Saul petitio. Quia expoſcit populus hunc regem a Deo,qui non eſt electus ad permanendum,ſed ſicut dicitur, facit Deus regnare hypocritā propter peruerſitatē populi. Dauid elegit Deus ad permanēdū de quo Chriſtus rex in æternum.Sed non ante regnum tenet q̄ liberauit a perſequentibus,ſic Chriſtus prius ſuſtinet, ſic corpus eius. Saul mors quæ ſola nos perſequitur,niſi.n.mortales eēmus,nihil nobis faceret inimicus: hanc non fecit Deus,ſed impii manibus, & uerbis accerſierant illam.

a ¶ Id eſt Chriſtum. b ¶ Toti Chriſto. c ¶ Ad honorem Domini.

a In † finem † puero Domini Dauid, qui locutus eſt Domino

a ¶ De lætitia reſurrectionis, & conſtitutionis Eccleſiæ, ne de hiſtoria Dauid accipiantur. b ¶ Habiti. c ¶ Prius de inimicis, poſt de morte, quia nouiſſima inimica deſtruetur mors.

b verba cantici huius,in die qua eripuit eum dominus de manu inimicorum eius,de manu Saul,& dixit.2.Reg.22.a.

b *In die qua eripuit eum.* in die reſurrectionis a diabolo, & morte Chriſtus ereptus eſt,membra abſoluta.

Caſſ.Attende regulam unitatis capitis,& corporis.i.Chriſti,& eccleſiæ,quaſi.n.una perſona eſt caput, & corpus: adeo que vna voce vtitur,licet quæ dicuntur ad diuerſos referantur.Quædam.n.ſoli capiti conueniunt. Quædam ſolis mēbris. Quædam capiti, & membris. Itē quæ membris.Quædam preteritis.quædam præſentibus. Quædam futuris.Item quædam perfectis,quædam imperfectis, & tamen in tanta diuerſitate vna uox eſt, ut ſicut duo ſunt in carne una,ut ſcilicet ſponſus,& ſponſa, ita ſunt, & in uoce una.

PSALMVS XVII.

A a Diligam te domine fortitudo mea,&c. ✻Theod.Clara eſt inſcriptio,& hiſtoria ex libris Regum. Vatis autē philoſophia admiratione digna eſt, cum.n.tot inſidias a Saule ſuſtinuiſſet,non eum in inimicis eum numerauit, ſed cum ab hoſtibus ſe paraſſet, non tāquam de inimico mentiónem facit. In finem vero ponitur, quoniā vaticinationem de gētium futura uocatione continet.

✻ Baſil.Dicit autem diligam non quaſi qui nondum illud perfecerit, ſed vt qui dilectionis huius ſatietatem capere nequeat. ✻Baſil.& Theo. Amore beneficia compenſat. Solam.n.beneuolentiam repēdere poteſt, qui a Deo beneficium accepit. Verum poſt amorem ſequitur cultus Dei.diuinas autem nominationes facit ſecūdum numerum beneficiorū collatorum. Vocat Deū fortitudinem, tanquam eam conſequutus, firmamentum tanquam firmus cōtra hoſtes factus, Refugium cum Deum murum, & firmum vallum habuerit, cornu autem ſalutis poſuit ex tranſlatione ferarum, quæ cornu hoſtes ulciſcuntur.

†petra mea & arx mea, uel propugnaculum meum.

B

†petra mea.

† Scutum meum.

†† Laudatum ſub. ab omnibus, uel cum laude.

*Quoniam Scribendi modus Hebræorum de liberationibus.

C

Caſſ.Dicit hoc Chriſtus quod eccleſia.i.totus Chriſtus. Caſſ.Primo,propheta ſummam colligens,de liberatione gratias agit. D

b *Refugium.* Caſ. Quando erat opus conſilio, Dauid ad eum refugit,& inuenit.

Liberator. Caſſ.vt ſi potens,captum ad hoſtibus liberet.

PSALMVS XVII.

a ¶Quod tantum reſtat de omnibus erepto. b ¶ Auguſt.per quam fortis ſum ſuper inimicos.

a Diligam te Domine fortitudo mea, Do- 1

a ¶ Aug firmaſti quia ad te confugi.refugium, quia liberaſti. 2
¶ Quo firmus fieri in acie.

minus † firmamentum meum,& refu- 3

a ¶ De inimicis. b ¶ Qui cient adiuuat. 4

b gium meum, & liberator meus. Deus 5

a ¶ Auguſt.qui prius adiutorium uocationis mihi gratis præſtitiſti,ut poſſim ſuperare in te. 6

meus† adiutor meus,& ſperabo ī eum. 7

a ¶Contra inſidias. b ¶ Ad diſſipandos inimicos. c ¶ Per gratiam.

c † protector meus,& cornu ſalutis meæ,& † ſuſceptor meus. 8

a ¶ Ideo. ¶ Auguſt.non meam gloriam,ſed Domini quærens. b ¶ Ad perſeuerandum. 9 10
c ¶ Auguſt.Non nocebit impietatis error, ¶ Sic. 11

d † Laudans inuocabo dominū:& ab inimicis meis ſaluus ero. 12

a ¶ Quid enim tibi. b ¶ Carnis, c ¶ Turbæ iniquæ ad tempus commotæ, ſed cito deſituræ egerunt, ut conturbarent.

e *Circundederūt me dolores mortis,& torrentes iniquitatis 13

a ¶ Cœpit tædere,& pauere. b ¶ Auguſt. in circundantibus me, vt perderent erant dolores inuidiæ, quæ ducunt ad infernum. 14

f cōturbauerunt me. Dolores inferni circundederūt me,† pœc- 15

g a ¶ Vt priores nocere uellent. b ¶ Auguſt.ut Iudæi qui in [illegible]atione iuſtitiæ mala ſuadent.
c ¶In neceſſitate ubi totis uiribus petitur. †

cupauerunt me laquei mortis. In tribulatione mea† inuocaui 16

c *Protector.* Auguſt. Quia de me non præſumpſi, quaſi cornu ſuperbiæ contra te erigens, ſed te celſitudinem ſalutis inueni, quod ut inuenirem ſuſcepiſti me.

d *Laudans innocabo.* Caſ. Poſt omnia non elatus ſe iactat, ſed omnia Deo tribuit, & ideo ſaluus. Nam qui aliter facit, ſibi relictus perit, etſi uiciſſe uidebatur.

e *Circundederunt.* Caſ. In perſona iuſtorum ante aduentum Chriſti,agit de cladibus humani generis, & quomodo Deus myſterio incarnationis miſertus eſt, & in baptiſmate de toto orbe Chriſtianos collegit. Dolores non de rebus mundi, ſed mortis, quia vbique diabolus regnabat inter quos rari erant iuſti,qui rapidis iniquitatibus conturbati ſunt.

f *Dolores inferni.* Gētiles in inferno debito dolore torquēdi.

g *Præoc.me.la.mo.* ſequit̃. *Cōmota eſt.* Ecce quomodo audiuit de p̄miſſa triſtitia per incarnationem:q̃,per ea quæ tunc facta

NICOLAVS DE LYRA.
PSALMVS XVII.

Titulus pſalm.

1 Diligam te domine fortitudo. *Huic pſalm.præponitur talis titulus in Hebræo.* Ad victoriam ſeruo domini Dauid,qui locutus eſt verba carminis huius,in die qua liberauit eum dominus de manu omnium inimicorum eius,& de manu Saul:& dixit:Diligam te do.forti.mea. *In hoc autem titulo apparet autor pſalmi huius.ſ.Dauid& materia eius,quia ſicut præcedens pſal.eſt oratio Dauid,ut liberaretur a perſecutionibus inimicorum ſuorum, ita iſte pſalmus eſt gratiarum actio pro liberatione ab inimicis iam adepta per hoc autem quod in fine dicitur tituli.* de manu omnium inimicorum eius. *in qua generalitate includitur etiam Saul, & nihilominus additur,& de manu Saul,intelligitur quod perſecutio Saulis ponderabat ſuper omnes alias perſecutiones, ſecundum quod dicit hic Ra. Sal. Diuiditur autem iſte pſal.in duas partes,quia primo ponitur liberationis Dauid narratio,ſecundo intenta cōcluſio,ibi.* Viuit dominus. *Prima in tres,quia primo ponitur Dei liberationis efficacia. Secundo liberationis materia,ibi.* Laudans inuocabo. *Tertio liberationis forma,ibi.* Miſit de ſummo.

Materia pſalmi.

Diuiſio.

*Circa primum dicit Dauid.* Diligam te domine,&c. *charitatiua dilectione.*

2 Fortitudo mea,&c. *i.qui dediſti mihi fortitudinem contra inſultus aduerſariorum.*

3 Dominus firmamentum. *i.dans mihi firmitatem patientiæ, & tolerantiam aduerſariorum.*

4 Et refugium meum,&c. *In magnitudine imminentium periculorum.*

5 Et liberator meus. *De manu præualentium inimicorum.*

6 Deus meus adiu.me. *ſine cuius adiutorio iam non potuiſſem euaſiſſe aduerſarios.*

7 Et ſperabo in eum. *de præmio uitæ futuræ.*

8 Protector meus. *contra inſurgentes hoſtes.*

9 Et cor.ſa. *repellens,& concutiens inimicos,et aduerſarios fortes*

10 Et ſuſcept.me. *Cum declinaui hoſtes me fortiores.*

11 Laudans. *Hic conſequenter ponit liberationis materiam. Et primo ponit liberationem ſui. Secundo liberationem Iſraël de terra Aegypti,ibi.* Commota eſt. *Cuius ratio infra dicetur. Circa primum ponit materiam ſuę liberationis.ſ.mala illata ſibi ab aduerſariis ſuis,tam ſpiritualia,quam corporalia,et quantum ad hoc dicit.* Laudans inuocabo dominum,&c. *pro euaſione malorum quæ ſequuntur,cum dicitur.* 12 Et ab inimicis,&c. *i.ſicut dominus me ſaluauit ab inimicis meis corporalibus.ſ.Saule,& Abſalom, & eorum complicibus, ita ſpero quod ſaluabit me ab inimicis meis ſpiritualibus.ſ.dęmonibus.*

13 Circundederunt me. *Fuit.n.Dauid aliquando ita circundatus ab aduerſariis,quod deſperabat ſe poſſe euadere,ut dictum eſt pſal. præcedenti.*

14 Et torren.iniquit.&c. *quia propter iniquitatem eius commiſſam contra Vriam in adulterio uxoris ſuę,et homicidio Vriæ ſuſtinuit perſecutionem Abſalom filii ſui,ut habetur 2.Reg.12. Et propter iniquitatem numerationis populi ſuſtinuit magnam turbationem, & anxietatem animi ex peſtilentia populi ſui,ut habetur 2.Reg.24. Et propter hoc ſubdit.*

15 Dolores inferni,&c. *quia dolore motus rogauit,ut gladius angeli percutientis populum uerteretur in eum, ut habetur 2.Reg.24 c & ſic deſcenderet ad infernum,ubi deſcendebant omnes morientes ante Chriſti aduentum.*

16 In tribulatione. *pro liberatione a prædictis malis.*

MORALITER.

1 *Dili.te do.forti.mea.* Iſte pſal.eſt gratiarum actio ipſius Dauid pro ſua liberatione a perſecutione Saulis,& aliorum inimicorum.

Allegorice uero poteſt exponi, ut ſit gratiarum actio totius eccleſiæ pro ſua liberatione a perſecutione Iudæorum. Circa quod oſtenditur primo liberandi poteſtas in Deo, cum dicitur.

*Diligam te domine fortitudo mea,&c.* i.diligam te ſuper omnia,quia tu es tota uirtus,& tota ſubſtantia mea,ideo dicitur hic fortitudo,roborans:firmamentum,ſtabiliens:refugium ſaluans:adiutor,& protector,defendens.& cornu ſalutis, hoſtes deiiciens.

13 *Circundederunt.* Hic ſecundo ponitur ſaluandi neceſſit. cum dicitur: *Circunde.me.* nam in tribulatione quæ facta e ſub Stephano Actu.8.& 9. fideles ad mortis ſupplicia trahebantur.

14 *Et torrentes iniquita.&c.* i.Iudæi ad modum torrentis impetuoſe currentes ſuper Chriſtianos.

15 *Dolores inferni,&c.* i.Iudæi qui dicuntur dolores inferni ſicut dicuntur,ſtipula inferni,& ſic dicuntur.

† *Laquei mortis.* quia quęrebant fideles capere ad morte

16 *In tribulatione.* Hic tertio ponitur eccleſiæ liberatio, c ca quam primo ponitur eius deprecatio cum dicitur. *In tri & c.* Act.12.a .dr q̃ incarcerato Petro eccleſia orabat pro & multo fortius fiebat pro cōitate in perſecutione poſit.

ſta ſunt ſic deſcribit. *Commota eſt*, & poſt. *Contremuit*. Neceſſe eſt.n. vt præſentia iudicis tremant peccatores. Inclinauit, humiliauit ſe verbum, vt carnem ſumeret. Deſcendit, ad nos venit. Caligo. diabolus qui mentes obnubilat. Sub pedibus, quia domini poteſtate calcatur. Aſcendit ſuper cherubin, qñ videntib. apoſtolis conſcendit, quod omnem modum ſcientiæ excedit, quis.n. attigit hoc arcanum quod caro paſſa ſic eſt exaltata? Volauit, geminatum, nimiã celeritatem ſignificat, qua per totum mundũ cucurrit. Tenebras, incarnationis myſterium quod nobis profundũ, & obſcurum. Latibulũ, ſecretũ maieſtatis ſuæ, quod tunc aperiet quãdo uidebimus eum facie ad faciem. Et tabernaculum. i. eccleſia quę ei militat eſt ĩ circumitu eius. i. ei proxima. Dolores. Aug. Dolẽtes Iudæi de me, quæ eis cauſa eſt mortis iterioris, & inferni. Vel dolores morientium, & hi ſunt inferi. i. pro inferiori parte mea. Torrẽtes, iniqui tranſitorii impetus iniquorum, & hoc quia præoccupauit mortalitas, & paſſibilitas.

✻ Baſi. & Theod. Dolores internecina pericula parturientum more. Torrentes hoſtium impetus, laqueos inſidias appellauit.

a *De temp.* Caſ. Vel de cælo, vel de venturo Chriſti corpore

✻ Baſil. & Theod. Templum, non manufactum, nec.n. tunc temporis erectum erat: poſtea.n. Salomon conſtruxit, ſed cælum nominauit.

b *Commota eſt*. Aug. ita clarificato Chriſto commoti ſunt, & contremueruut peccatores.

c *Fundamenta, &c.* Caſ. Præſumptiones ſuperborum. i. diuitiæ, & huiuſmodi, quibus innitebantur, ſpes.n. mundi abiit, quam odit Deus.

✻ Baſil.

a ¶ Qui eſt vnicum inter mala remedium. b ¶ Non alienum. c ¶ Quod plus eſt, quam inuocare. d ¶ De corde meo in quo habitat.

a dominum, & ad Deũ meũ clamaui. Et exaudiuit de templo 1

a ¶ Cauſa iuſtitiæ quæ bene ad Deum intrat. b ¶ Aug. quem intus habeo non coram hominibus.

ſancto ſuo vocem meam, & clamor meus in conſpectu eius 2 3

a ¶ A ſimilitudine fidelis nuntii. b ¶ Potentiæ, & clementiæ. c ¶ Interius per pœnitentiam. ¶ Vnde. d ¶ Exterius pro peccatis. e ¶ Peccatores.

b c introiuit in aures eius. Cõmota eſt, & contremuit terra, fun- 4

a ¶ Aug. Spes ſuperborum in ſeculo. b ¶ Vt iam ſpes mundi non habeat firmamentum in cordibus hominum. †

damenta montium conturbata ſunt, & commota ſunt, quo 6

a ¶ Innotuit eis ira Dei. b ¶ Deus. c ¶ Auguſt. lachrymoſa deprecatio pœnitentium cum nouiſſent quid minetur Deus. d ¶ In pœna iudicii præuiſa. e ¶ Auguſt. charitas poſt pœnitentiam flagrans de notitia eius.

niam iratus eſt eis. Aſcendit fumus † in ira eius, & ignis † a 7 8

a ¶ Extincti ab igne Dei, & luce iuſtitiæ, vel qui frigidi tenebroſique remanſerant. b ¶ Rurſus accenſi, & illuminati reuixerunt. c ¶ Igne. ¶ Id eſt, veniente Domino. d ¶ Auguſt. humiliauit iſtum, vt deſcenderet ad hominum infirmitatem.

facie eius exarſit, & carbones ſuccenſi ſunt ab eo. Inclinauit †

¶ Sed quomodo hæc omnia facta, inclinauit cæleſtia, miſſo filio. a ¶ Cæci malitia. b ¶ Terra ſcabellum pedum eius. c ¶ Exaltatus eſt ſuper plenitudinem ſcientiæ, quæ eſt charitas, ut ad Deum nemo venitet niſi per charitatem. 9

d coelos, & deſcẽdit, & caligo ſub pedibus eius. Et aſcendit ſu- 10

e a ¶ Quia dilectoribus ſuis ſe incomprehenſibilem oſtendit, ne corporeis imaginibus quærant comprehendere. b ¶ Auguſt. quia incomprehenſibilitas eius ſuperat uirtutes animarum. 11

f g per cherubim, & volauit, volauit ſuper pennas ventorum. Et

h a ¶ Auguſt. occultam ſpem in corde credentium, ybi latet non deſerens eos. b ¶ Auguſt. tamen conuerſi eum ambiunt, in quibus hic temporaliter habitat. ¶ Milites ſui cognoſcunt quod per malos agitur.

i poſuit tenebras latibulum ſuum: † in circumitu eius taberna- 12

✻ Baſil. & Theodor. Non quod hæc omnia ſic acciderent, ſed quia credita ſint, ſimilia.n. ſæpe Deus vlciſcens facit, aut minitans. D

d *Cælos*. Caſſ. i. prædicatores inclinauit a contemplatiua ad miniſterium, & ad ferendas moleſtias.

e *Deſcendit, &c.* ipſe paſſus in eis, & in quorundam notitiam.

✻ Baſil. & Theod. Deſcenſum Dei vbique exiſtentis, nec aſcenſum nouimus, ſed differentiam regiminum aliquando enim mitius apparet, aliquãdo magnificentius. Hoc igitur inclinauit cælos, & deſcendit intelligamus proprium conſpectum oſtendiſſe, caliginem ſub pedibus eius, eo quod præſentia eius uideri non poteſt, Aſcenſum ſuper Cherubim, aſpectus uelocitatem. poſuit tenebras latibulum ſuum, eo quod eius natura minime intelligi poteſt,

† præ furore, vel ex naribus † ab ore eius norabit conſumet.

E

f *Caligo*. tenebroſi qui etiam perſequuntur, ſub eius poteſtate ſunt vel, qui ſimpliciter credunt, ſubiecti ei ſunt.

† in circumitu tabernaculi ſui tenebroſas aquas, & nubes denſas.

g *Et aſcendit*. Facit.n. quoſdam plenos ſcientia in quibus ſupereminet, quorum celeritatem intellectus tranſcendit, tenebroſis autem latenter vtitur, vnde. *Virga furoris mei Aſſur*, ipſe vero non cognouit, ſed ſui cognoſcunt.

Eſa. 10 b.

h *Volauit ſuper pennas vento*. Caſ. Ventos quibus nihil eſt velocius ſuperat fama eius, ut dum mox natus Magis per ſtellam nuntiatus eſt.

i *Tenebras*. Auguſt. Obſcuritates ſacramentorum, uel in his tenebris vbi videntes per fidem ambulamus, & non per ſpeciem.

Mat. 2. a

Per cęlos. Caſ. deſcendit, & aſcẽdit, ſed per nubes ętheras (quod in Hebræo) i. per prophetas in quib. obſcura doctrina. Non ſit, ſed per nubes quæ (non ætheris, ideſt Apoſtoli) præfulgidæ

2. Cor. 5. b.

F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et exaudiuit de temp.* i. de cœlo quod eſt templum gloriæ Dei.

2 *Vocem meam*. i. ſua gratia dando mihi liberationem.

3 *Et clamor meus in conſpectu, &c.* loquitur de Deo more humano, quo clamor petentis introire aures poſtulati dicitur quando eius oratio exauditur.

4 *Commota eſt*. Hic conſequenter Dauid introducit liberationem Iſrael ab Aegypto pro ſuæ liberationis exemplo, quia ſicut dicit Rab. Sa. modus antiquorum Hebręorum fuit in particularibus liberationibus facere mentionem de liberatione Aegyptiaca, quæ fuit generalis toti populo, & hoc patet in pluribus locis ſacræ ſcripturæ. dicit ergo. *Commota eſt*. i. habitantes in terra ſecundum modum communem loquendi, quia propter plagas Aegypti omnes habitantes Aegyptum fuerunt conterriti, & commoti, ut patet in Exo. & etiam ad literam inter plagas illas factæ fuerunt coruſcationes, & tonitrua horribilia, ut habetur Exodi nono. c. ita quod uidebatur tremere tota terra, & commoueri montium fundamenta.

6 *Quoniam iratus eſt eis, &c.* talia.n. erant contra Aegyptios diuinæ iracundiæ ſigna.

7 *Aſcendit fumus*. Loquitur de Deo ad modum hominis irati, de cuius ore, & naribus exit fumus.

8 *Et ignis a facie eius*. quia ignis, & grando miſta pariter ferebantur ad punitionem Aegyptiorum, vt habetur Exod. 9. Et iſte ignis dicitur a facie Dei exarſiſſe, quia proceſſit de eius pręcepto, & uoluntate.

9 *Inclinauit*. Non per loci mutationem, quæ Deo eſt impoſſibilis, ſed per effectus exhibitionem, Aegyptios in terra puniendo, & Hebræos liberando.

10 *Et caligo, &c.* Quia fecit tenebras palpabiles tribus dieb. in Aegypto, vt habetur Exo. 10.

11 *Et aſcendit, &c.* per hoc.n. deſignatur uelocitas diuini ſubſidii ad liberationem populi de Aegypto, quia omnes filios Iſrael eadem die duxit ſimul, cum tamen eſſent in maximo numero, ut habetur Exo. 12.

12 *Et poſuit te. la.* hoc intelligitur de nube exiſtente inter exercitum Aegyptiorum, & filios Iſrael ſuper mare rubrum, quæ erat obſcuriſſima, & denſiſſima ex parte Aegyptiorum, ita quod non poterant accedere ad filios Iſrael, & in nube illa erat angelus perſonam domini repræſentans, ut habetur Ex. 14. ideo dicit hic. *Latibulum ſuum, & tabernaculum.*

1 Tene-

## MORALITER.

1 *Et exaudiuit de templo ſancto ſuo, &c.* i. de cælo.

2 *Commota eſt, &c.* Hic ponitur Iudæorum punitio, dicit.n. Ioſephus libro de Iudaico bello, quod Iudæi tunc temporis rebellauerunt Romanis, propter quod ſupra modum afflixerunt Iudęam, eo quod non cognouit ſuum ſaluatorem, ut habetur Luc. 19. & hoc eſt quod dicitur. *Commota eſt, & contremuit terra, etc.* ideſt Iudea in aduentu exercitus Romanorum.

† *Fundamenta montium conturbata ſunt, &c.* i. principales de Iudæa quæ eſt montuoſa.

7 *Quoniam iratus eſt eis*, ſ. Deus propter quod permiſit hæc fieri.

7 *Aſcendit fumus*. loquitur de Deo ad modum hominis irati de cuius naribus exit fumus, & facies inflammatur.

† *Et carbones ſuc. & c.* i. Romani contra Iudæos acriter prouocati.

9 *Inclinauit cæl. &c.* Per effectum ſuæ punitionis.

10 *Et caligo, &c.* i. turbatio Iudææ tenebroſa.

11 *Et aſcendit ſuper*. Per hoc deſignatur uelocitas executionis in Iudæorum punitione.

12 *Et poſuit teneb. la.* i. Ieruſalem ad Dei cultum electam, quã obtenebrauit per Romanos.

fulgidæ ſunt in cognitione eius.i.vicinius contemplantes.

A a *Grando.* Aug. Obiurgationes, quę dura corda feriunt, ſed ſi ignis charitatis reſoluit, in miti animo fit aqua ſatians, alias ſaliens. Et carbones, quia illo igne tenebroſa corda accenſa reuiuiſcunt.

Io.12.d.

* Theodo. quemadmodum nubium coactione tenebroſus fact⁹ aer fulguris emittit ſplendorem, ſic Deus qui uideri non poteſt arcanæ lucis radios emittit, & impios igne pœnali punit.

*eius.

B b *Intonuit.* Caſ. ad literam, vt quando viſum eſt tonitruum, Deo dicente. *Clarificaui, & iterum clarificabo.*

c *Dedit vocem.* vt cum dixit. hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

Mat.17.

† profunda, inundationes, vel decurſus aquarum, aut valles plenæ aquis.

d *Et miſit.* Caſ. Dominus miſit. Non.n. tranſitus ad gentes ſemper erat certus, neque rationabilis habitus.

⁂ Baſil. & Theodo. Hæc noſtra ætate ſæpius acciderunt. Proximis bellis Aquilonares barbaros grandine profligauit, & Perſas huiuſmodi laqueis irretiuit.

† fuerunt robuſtiores me.

C e *Et appa. fon.* Chriſto veniente patuit, quod obſcuritas diuini tegebat eloquii.

a ¶ Obſcura doctrina eſt in prophetis, & in omnibus prædicatoribus. b ¶ Ne quis ergo ſe putet eſſe in futura luce, quia ſcripturas recte intelligit, ſubdit Aug. in comparatione fulgoris qui erit in manifeſtatione eius, nunc per ſpeculum, tunc facie ad faciem.

culum eius, tenebroſa aqua in nubibus aeris. Præ fulgore in 1 2

a ¶ Prædicatores. ¶ Quæ nubes ad gentes tranſierunt non iam in Iudæa tantum ſunt. ¶ Pertranſeuntes.

a conſpectu eius nubes tranſierunt, grando, & carbones ignis. 3

a ¶ Aug. de corde iuſti ſonuit dominus, quando ingentia myſteria loquitur, quæ eſt fiducia euangelij. ¶ Minis. b ¶ Aug. vt in profundo ſæculi audiremus cæleſtia. c ¶ Suauem de præmijs æternis.

b Et intonuit de cœlo Dominus, & altiſſimus dedit uocem ſuã †

c ¶ Non temere tranſibunt, ſed miſſi. a ¶ Euangeliſtas cum pennis virtutum recte volantes. b ¶ vt aliis eſſent odor uitæ, aliis odor mortis.

d grando, & carbones ignis. Et miſit ſagittas ſuas, & diſſipauit 4

a ¶ Ad quos miſit. b ¶ Etiam. ¶ Miracula quæ ſtupidos reddunt. c ¶ Stupefaciendo.

e eos: fulgura multiplicauit & conturbauit eos Et apparuerunt 5 6

a ¶ Qui facti ſunt in prædicantibus. ¶ Caſ. veritas prædicatorum. b ¶ Salientium in uitam æternam. c ¶ Aug. prophetæ ſuper quos credens, orbis ædificatur quia Eccleſia de toto orbe colligitur.

† fontes aquarum, & reuelata ſunt fundamenta orbis terra- 7

a ¶ Aug. clamantis: Appropinquabit regnum cœlorum. b ¶ Aug. dicentis, niſi pœnitentiam egeritis moriemini.

f rum: & ab increpatione tua domine, ab inſpiratione ſpiritus 8

a ¶ Aug. glorioſam eccleſiam, vocando ex gentibus in hæreditatem.

g h iræ tuæ. Miſit de ſummo, & accepit me, & aſſumpſit me† de 9 10

a ¶ De multitudine populorum. b ¶ Aug. qui mihi inuidebant iam uolenti eum. c ¶ Qui præualuerunt temporaliter ad affligendam, & peruertendam hanc temporalem uitam.

i K aquis multis. Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis, & ab his 11 12 13

a ¶ Quia volo eum. b ¶ Quia quandiu ſuberam ipſis ignorabam Deum c ¶ A ſimilitudine currentium. ¶ Priores mihi nocuerunt.

qui oderũt me, quoniam confortati ſunt ſuper me. Præue- 14 15

a ¶ In tempore carnis. ¶ Non tempore gaudii.

nerũt me in die afflictionis meæ, & factus eſt dominus † pro- 16

f *Ab increp.* Caſ. Conuerſio ad Deum, quaſi cum gratiarum actione, quia per prædicationem increpabat peccantes, & inſpirabat, vt timerent iram futuram.

D

g *Miſit.* Caſ. Hucuſque de aduentu domini, hinc de temporibus Chriſtianis. Miſit pater Chriſtum. Accepit me, Eccleſiam ſponſam.

⁂ Baſil. perſuaſit omnibus, quod auxilium cęlitus mihi ſuppeditauerit.

E

h *De aq.* Baptiſmi. vel miſit ſpm̃ qui eſt donũ De alto, quia ęqualis patri, & filio. Accepit, quaſi fugitiuũ. Aſſumpſit, in altitudinem virtutis, & boni operis.

i *De inim. meis.* Aug. i. vitiis quę ſuper omnes inimicos plus nocent.

⁂ Baſi. Abſalonẽ inuit.

K *Et ab his qui, &c.* i. exterioribus inimicis hominibus. ſ. & dæmonibus quod neceſſe eſt, quia confortati ſecundum quid. *Ecce præuenerũt* .i. p̃ualuerũt. Per hoc magis eripit, quod illi ſunt cõfortati, cum enim affligit eccleſia magis creſcit.

*Theod. Inimicis robuſtior apparui & noĩe afflictionis ĩnuere vĩ Abſalonis deiectionem. Nam afflictionem, quam Symmachus miſeriã vocat, aĩæ imbecillitatem dicit, propter quam peccatum commiſſum eſt.

f *Ab* ☞ *In*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Tenebroſa aqua. *quia ex nubis denſitate fluebant pluuiæ groſſæ ad maius impedimentum Aegyptiorum, ueruntamen quia nubes illa ex parte filiorum Iſrael illuminabit noctem, ut ibidem dicitur, ideo ſubdit.*

2 Præ ful. *quia ex illa nube circa uigiliam matutinam facta ſunt tonitrua, & fulgura rotas curruum ſubuertentia, ideo ſubditur.*

3 Nubes tranſ. &c. *Ex quo patet ſententia uſque ibi.*

4 Et miſit ſagittas, &c. *i. fulgura quæ a Deo mittebantur, ſicut ſagittæ ſuper Aegyptios, ideo ſubditur.*

5 Et cont. eos. *ita.n. fuerunt Aegyptii conturbati, quod volentes fugere aquas maris, currebant contra eas, ſecundum quod habetur Exod.* 13. Fugientibuſque Aegyptiis occurrerunt aquæ, &c.

6 Et apparuerunt, &c. *In fundo.n. maris ſunt fontes aquarum in aliquibus locis, qui non apparẽt niſi denudetur fundus maris, quod tunc fuit factum, ut filii Iſrael tranſirent per maris alueum, ideo ſubditur.*

7 Et reuel. ſunt fund. *i. partes terræ exiſtentes ſub aquis maris, quæ hic dicuntur fundamenta orbis, ad ſimilitudinem fundamenti domus artificialis in quo fundamentum eſt pars inferior, quia ſuper terram ſunt alia elementa, & ſuperius corpora cæleſtia.*

8 Ab increpatione, &c. *per hoc oſtenditur a quo proceſſit talis punitio contra Aegyptios. ſ. a Dei vindicta contra eos.*

Diuiſio.

9 Miſit de ſummo. *Hic conſequenter deſcribitur forma liberationis ipſius David, quæ facta eſt diuina virtute, & primo deſcribitur forma liberationis eius per modum euaſionis de manu aduerſariorum. Secundo per modum inſecutionis, & deſtructionis eorum, ibi.* Quoniam in te eripiar. *Prima in duas. in partem principalem, & incidentalem ſecunda ibi.* Cum ſancto ſanctus eris. *Circa primum dicit David.* Miſit de ſummo. *i. de cælo, unde uenit auxilium mihi.*

10 Et accepit. *Scilicet Deus me liberando ſua gratia, & uirtute.*

11 Et aſſumpſit. *ideſt de tribulationibus multis Saulis, & Abſalonis me perſequentibus. Quod autem per aquas tribulationes intelligantur, patet Eſa.7.b. ubi dicitur.* Adducet dominus ſuper eos aquas fluminis fortes, & multas, regem Aſſyriorum, & omnẽ gloriam eius. *i. exercitum eius.*

12 Eripuit me de inimi. &c. *ſ. a Saule, & Abſalone.*

13 Et ab his qui. *Siba filio Bochri, & ſibi adhærentibus, ut habetur 2.Reg.20.*

14 Quoniam confortati. *habentes magnam potentiam propter multitudinem ſibi adhærentem.*

15 Præuenerunt. *quia Saul ira præuenit David, quod ad modum coronæ circumdedit David, propter quod deſperabat ſe poſſe euadere, vt habetur 1.Reg.23. Et Achitophel dedit Abſalon conſilium, vt perſequeretur David, ita quod præueniret eum antequam poſſet intrare aliquod fortalitium, ut habetur 2.Reg.17. Et Siba filius Bochri concitauit rebellionem contra David, antequam rediſſet ad ciuitatem, & domum regiam.* 16 Et factus. *quia ex ordinatione diuina Saul compulſus fuit inſecutionem David dimittere, eo quod Philiſthiim infuderant ſe ſuper terram Iſrael, ut habetur 1.Reg.22. & nutu Dei conſilium Achitophel fuit diſſipatum, ut habetur 2.Reg.17. & caput fuit ſibi amputatum de conſilio mulieris ſapientis, & hoc Deo fauente, ut hr̃ 2.Re.20.*

*Et*

## MORALITER.

2 *Præ fulg. &c.* Tempore nanque tempeſtuoſo de nubibus exeunt coruſcationes fulgidæ, & ignis, & fulgur, & aliquando grandines, & per iſta metaphorice ſignificantur multiplices Iudææ afflictiones, & ciuitatis, & tẽpli cõbuſtiones.

† *Et intonuit de.* quia terruit defenſores templi intantum, quod fugerunt in foſſis ſubterraneis, & ſic templum combuſtum fuit a Romanis.

4 *Miſit ſag. ſuas.* i. ſagittas Romanorum, quæ dicuntur eſſe Dei, quia Romani in hoc erant eius inſtrumentum.

6 *Et apparuerunt fontes aquarum, &c.* i. ſacræ ſcripturæ impletæ, loquentes de ciuitate, & templi deſtructione.

5 *Et reuelata ſunt fundamenta orbis terræ. &c.* i. uerba Dei per quæ fundatus fuit orbis.

8 *Ab increpatione tua, &c.* i. ex uindicta tua proceſſerunt iſta.

9 *Miſit de cælo, &c.* Hic ponitur fidelium liberatio, nam ante Romanorum aduentum miſit Deus angelum ſuum, cuius monitu fideles qui erant in Iudæa tranſierunt in regnum Agrippæ, qui erat confœderatus Romanis, & ibi fuerunt in pace, propter quod ſubditur.

11 *Et aſſumpſit me de aquis multis, &c.* i. de tribulationib. prædictis.

12 *Eripuit me ab inimicis meis, &c.* i. a Iudæis qui tunc plures & fortiores erant temporaliter Chriſtianis.

15 *Præuenerunt me in die afflictionis meæ, &c.* i. in perſecutione Stephani. Act.8. & 9.

I *Et*

a *In latitudinem.* Caſ.Per ſæuitiam malorum creſcit Eccleſia numero,& merito.
b *Saluum.* Quòd ad fidem venit.
c *Quoniam voluit.* Aug.id eſt,gratis elegit.
d *Et retribuet.* ſecundum iuſtitiam bonæ voluntatis.
✻ Theodor. Fundamenta iacit, quomodo poſſimus diuina cura digni eſſe, ſi eũ pure diligamus.
e *Et ſecundum puritatem manuum.* Opera quæ ſunt poſt prima beneficia Dei, ſ. fidem, & charitatẽ, quæ gratuito ſine p̃cedẽti merito Deus præſtat.
✻ Theo. Cum penitus innocẽs ero, perfecta bona aſſequar.
f *Quia cuſtodiui.* Vel ita cõtinuando cum præcedente verſu. *Et retribuet mihi dominus ſecundum iuſtitiam meã, & ſecundum puri. cor. mei. id eſt,* ſecundum quod iuſt⁹, & purus, ſcilicet innocens. Iuſtus, quia cuſtodiui vias Domini, purus, quia nõ impie geſſi, & hoc ideo,quia cõſideraui iudicia tam præſentia quam futura,& vidi iuſta,& inuenta iuſta non repuli,id eſt, placuerunt: & ſic cuſtodiui,& ſicut cœpi,ero immaculatus: vnde in futuro retribuet.
g *Cum eo.* ei adhærens.
h *Et obſeruabo.* Ne iterum cadam. Ab iniquitate, quæ eſt mors beati.
i *Et retribuet.* Caſ.Dupliciter Deus retribuit:hic in præſenti, vt iuſtus iuſtificetur: & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. vnde hic dicit: *Cum ſancto ſanctus, &c.* & in futuro præmium bonis, & pœnam malis. vnde ibi: *Quoniam tu populum hu. &c.* quaſi,ita hic:quia in futuro tu populum hu.ſal.fa.

Aug.Et retribuet:iam nõ ſolum propter latitudinem fidei quę per dil.operatur,ſed propter longanitatẽ retribuet mihi. D
K *In conſpectu.* hoc iuſtis conuenit,vt ſicut illi Deum ſemper contuentur,ita Deus eos iugiter reſpiciat.
l *Cum ſancto.* Caſ. Dixerat retribui ſecundum iuſtitiam.nunc vt videatur gratia cũ libero arbitrio,oſtendit quomodo habeatur iuſtitia:& ſit conuerſio ad Dominũ, quaſi cum gratiarũ actione: o Dñe cum ſancto ſanctus eris, i. adiuuas in ſanctitate,quia ſanctus in natura,alios gratia ſanctificas.In innocẽtia, quia innocẽtem adiuuas, & peruerſum p̃uertis permittẽdo.& hæc omnia: *Quia tu populum hu. ſal. fa. & ocu. ſuperbiæ hu.* Vel, ſicut ego ero immaculatus cum eo, ſimiliter tu quicũque cum ſancto Chriſto, ipſo donante, eris ſanctus,& innocens, & cum peruerſo, id eſt, diabolo eris peruerſus. Et eſt hic argumentum a conuictu:& hoc ideo: quia tu Domine po. hu. ſaluum facies.& oculos ſuper.hu.
✻ Theod. Ad bonas, vel malas hominum voluntates,tu o Domine remunerationes accõmodas.
✻ Baſil. Sanctis enim ea præſtas, quæ digna ſunt ſanctitate, & ijs qui confeſtim ſubuertuntur, ſubornas viciſſim, vt viæ quam ambulant finem inueniant, humiles erigis, ſuperbos proſternis.
Aug. Eſt etiam occulta profunditas, qua intelligeris cum ſancto ſanctus,quia tu ſanctificas.
m *Quoniam tu illuminas.* Quod enuntiauit de electis, & ſanctificatis,orat nunc de alijs. F
✻ Theod. Tenebras afflictiones, Lucem liberationem appellat.

a ¶Contra miſerias,& voluptates. b ¶Per mala dilatat charitatem. c ¶Aug.Spiritualem contra anguſtias carnis.
a tector meus. Et eduxit me in latitudinem, ſaluum me fecit, 1
b a ¶Antequam ego vellem eum. b ¶Hæc omnia gratis,ſed poſt.
c quoniam † voluit me. Et retribuet mihi Dominus ſecundum 2
d a ¶Aug.Bonæ voluntatis qui dedit miſericordiam,vt vellem. b ¶Aug,Factorum qui dedit,vt facerent educendo in latitudinem.
e iuſtitiam meam, & ſecundum puritatem manuum mearum 3
a ¶Aug.Vt latitudinem operum longanimitas conſequatur perſeuerandi. b ¶Quaſi hoc retribuet. c ¶Recedendo.
f retribuet mihi. Quia cuſtodiui vias Domini, † nec impie geſ- 4
a ¶Aug. Id eſt præmia iuſtorum, pœnas impiorum flagella corrigendorum, tentationes probandorum ſemper attendo. 5
ſi a Deo meo. Quoniam omnia iudicia eius in conſpectu 6
a ¶Aug.Vt ille qui deficit ſub ſarcina. vel qui fragilitate carnis ſuperatus dimittit quod cœperat. b ¶Quaſi ita olim vixi.℞ ſicut cœpi ita. ¶Poſtmodum. c ¶Non quod prorſus ſine macula,ſed obſer.
g meo, & † iuſtitias eius non repuli a me. Et ero † immacula- 7
a ¶Ne iterum cadam per peccatum mortale b ¶In futuro. 8
h tus cum eo, & obſeruabo me ab iniquitate mea. Et re- 9 10
i tribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam, & ſe-
a ¶Aug.Non quod homines vident:quia que videntur temporalia ſunt,quæ non videntur æterna quo pertinet altitudo ſpei.
K cundum puritatem manuum mearum in conſpectu oculo-
a ¶Sanctificans eum. ¶Et ſi dixi iuſtitiam meam,tamen non eſt mea, niſi te donante. b ¶Aug.Qui nulli noces,ſed pro peccatis ſuis quiſque conſtringitur.
l rum eius. † Cum † ſancto ſanctus eris, & cum viro † innocen- 11
a ¶Ab eo quem eligis eligeris. 12
te innocens eris. Et cum † electo electus eris, & cum per- 13 14
a ¶Aug Peruerſo peruerſus videris,quia dicunt:Non eſt recta via Domini. b ¶Hoc peruerſum videtur peruerſis,quòd confitentes peccata ſaluas. 15 16
m uerſo † peruerteris. Quoniam tu populum † humilem ſal- †
a ¶Qui ignorantes iuſtitiam Dei, ſuam volunt conſtituere. b ¶Quanto plus alti. 17 ¶Progreditur Eccleſia. c ¶Non eſt noſtrum lumen ex nobis.
uum facies, & oculos ſuperborum humiliabis. Quoniam † 18

† nec impius defeci a Deo meo. Chal. interpre. nõ ambulaui in impietate corã Deo meo Lucern:.
† perfectus
E
†perfecto perfectus
† pauperem

Aug.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et eduxit me.* Scilicet regni Iſrael prædictis tribulationibus terminatis.
2 *Et retribuet mihi dominus,&c.* Ex hoc enim,quòd dedit mihi bona temporalia,ſpero ab eo conſequi æterna.
3 *Et ſecundum puritatem,&c.* Id eſt operum quæ per manus deſignantur,eo quòd manibus operamur.
4 *Quia cuſtodiui,&c.* Quantũ ad p̃cepta moralia affirmatiua.
5 *Nec impie geſſi,&c.* Agendo contra negatiua.
6 *Quoniam omnia iudicia eius in conſpectu meo.* exequendo præcepta eius iudicialia.
7 *Et iuſtitias eius.* Id eſt cęremonias eius.
8 *Non repuli a me.* eas dimittendo.
9 *Et ero immaculatus.* quia non patitur conſortium maculatorum,cum ſit Sanctuſſanctorum.
10 *Et retribuet.* exponitur iſte verſus,ſicut ſupra.
11 *Cum ſancto ſanctus eris,&c.* Hęc eſt pars incidentalis in qua Dauid incidentaliter oſtendit Dei miſericordiã, & benignitatem generaliter erga bonos,eo quòd particulariter locutus fuerat de bonitate Dei erga ſe propter ſuam innocentiam.
11 *Cum ſancto.* Verbum eſt Dauid ad Deum. q.d.ſanctus te ſanctum confitebitur, a quo ſua ſanctitas deriuatur. Vel aliter: *Cum ſancto.* qui ſcilicet ſancte viuit.
12 *Sanctus eris.* ſuam ſanctitatem imitando.
13 *Et cum viro innocente, &c.* Id eſt,qui malum alijs nõ facit.
14 *Innocens eris.* malum ei non inferendo,niſi forſitan malũ temporalis pœnæ ad purgationem culpæ præteritæ:vel ad exercitium ſuæ patientiæ quod cedit ei ad bonum vitę ęternę.
15 *Et cum electo.* ad vitam æternam per prædeſtinationem.
16 *Electus eris.* quia eliget te omiſsis alijs.
17 *Quoniam tu populum.* ſecundum quod dicitur Iac.4.b. *Deus ſuperbis reſiſtit,humilibus autem dat gratiam.*
18 *Quoniam tu illuminas.* lucerna eſt lumen in teſta:& ideo lumẽ naturale intellectus humani poſiti in corpore terreno benẽ dr̃ lucerna. hanc Deus lucernã illuminat, quando lumini naturæ addit lumen gratiæ:quia gratia perficit naturam.

I D.us

## MORALITER.

1 *Et eduxit me in latitudinem,&c.* Quia tunc diſperſi fuerunt diſcipuli Chriſti,& prædicauerunt Gentilibus.
2 *Et retribuet mihi dominus ſecundum iuſtitim meam, &c.* Gratiam in præſenti,& gloriam in futuro.
4 *Quia cuſtodiui vias domini.* Ieſu Chriſti,quoniam omnia iudicia eius in conſpectu meo,ad meditandum,& operandum, & patet litera.
11 *Cum ſancto, &c.* Hic ponitur dictæ liberationis recognitio: & dirigitur verbum ad Deum, cum dicitur: *Cum ſancto ſanctus eris.* ipſum ſanctificans.
13 *Et cum viro innocente innocens.* ipſũ in innocẽtia cõſeruãs.
15 *Et cum electo,&c.* ſcilicet a te.
16 *Electus eris,&c.* Nam eliget te præ omnibus alijs.
† *Et cum peruerſo peruerteris,&c.* ſcilicet opinatiue:quia reputat Deum peruerſum blaſphemans eum.
17 *Quoniam tu populum humilem ſaluum,&c.* i.Chriſtianum.
† *Et oculos ſuperborum humiliabis,&c.* ſ.Iudæorum.
18 *Quoniam tu illuminas lucernam meam domine Deus meus, &c.* Id eſt,Doctores Eccleſiæ.

A pellat. Lucerna autem eſt homo qui lucem veram accipit. vocat autem ſic ſerui formam, hoc in alio, inquit, pſalmo, parani lucernam Chriſto meo. Pſal. 131.

a *Lucernam.* Caſ. Fuerunt prædicatores in quibus lux, i. cognitio veritatis qua illuminauerũt alios. vnde: Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus.

b *Tenebras.* Auguſt. Eos qui adhuc ſunt in tenebris.

c *Meas.* prædeſtinatione.

d *In Deo meo.* Caſſ. Deus enim meus, eſt via qua itur ad cœlum impolluta. Vel via qua venit in mũdum ſancta, & immaculata virgo. Et quicquid

B dixit Spirituſancto examinatum eſt: id eſt, vtile, & honeſtum: vt ſapiens, quicquid dicit, prius apud ſe dijudicat.

† fortitudine
† perfectum

✲ Theodor. Tentationem, & murum inſidias appellat.

† mea ſtare me faciet

e *Tranſgrediar.* Caſſ. Diruere non penitus poteſt homo, ſed ope Dei tranſit murũ obſtaculum peccatorũ.

† conteretur arcus æreus brachijs meis
† ſcutum

f *Deus meus.* Caſſ. Et continuando ſequitur: Eripies me de con. po. Cætera interponit ad commendationem.

✲ Baſil. & Theodor. Via impolluta, i. Iuſta, igne examinata ſine mendacijs.

g *Eloquia.* Igne examinationis probantur.

h *Omnium.* Caſ. Nullus excipitur, niſi qui ſperare non vult.

i *Quoniam quis.* Caſ. Deus dico: quia quis eſt alius Deus, niſi

C qui & dominus in rebus eſt: Et quia in Iudæa notus, non dij gentium: hæc contra paganos qui multos ſibi fingunt.

k *Deus*

a ¶O Deus pater. quia. b ¶Id eſt Apoſtolos, & alios primitiuos. c ¶Per eos.
a tu illuminas lucernam meam Domine, Deus meus illumina 1 †
a ¶Quia peccatis noſtris tenebræ ſumus. b ¶Te to.o. c ¶Non a me.
b tenebras meas: Quoniam in te † eripiar a tentatione, & in 2
c ¶Non in me. Deus meus. a ¶Aug. Quem inter homines, & cœlum peccata conſtruxerunt. b ¶Vere quia: 3
d c ¶Id eſt non incedit, niſi mundam viam, quia non venit in homines, niſi mundent viam fidei qua veniat, quia impolluta via eius. vnde. Parate vias do. rect. facite ſemitas eius, Matth. 3. a.
e Deo meo tranſgrediar murum. Deus meus † impolluta via e- 4
f a ¶Spiritufancto, vel tribulatione. b ¶Aug. Et eos qui ſperant non in ſe. ſed in illo: non conſumit tribulatio, quia ſpes ſequitur fidem. 5
g ius, eloquia Domini igne examinata, † protector eſt om- 6
h a ¶Cui ex debito ſeruimus. 7
i nium ſperantium in ſe. Quoniam † quis Deus, præter Domi- 8
a ¶Aug. Quem poſt bonam ſeruitutem, tanquam in hæreditatem ſperantes filij poſſidemus.
b Aug. Ne fluentes filius cupiditatis impediant greſſus, id eſt bona opera.
k num, aut quis Deus, præter Deum noſtrum. Deus qui præcin- 9
l a Vt fortis ſim. b Sicut immaculata eſt fides qua ad me venit, ſic charitas qua ad illum vadam.
m xit me † virtute, & poſuit † immaculatam viam meam. † 10
a Aug. Id eſt, amorem ad tranſcendenda ſpinoſa, & vmbroſa ſeculi.
n Qui perfecit pedes meos, tanquam ceruorum, & ſuper 11
a ¶In cœlo cordis intentionem. b Aug. Operati ad ſuperandos hoſtes, qui iter cœli claudere conantur. c Contra vitia, & dæmones. 12
o excelſa † ſtatuens me. Qui docet manus meas ad prælium, 13
a Aug. Infatigabilem intentionem bonorum operum meorum.
p & † poſuiſti, vt arcum æreum brachia mea. Et dediſti mihi 14
q a ¶Non ſufficiunt prædicta, niſi adſit protectio Dei. b ¶Aug. Fauor gratiæ tuæ.
r ¶Caſ. Vel potentia Deitatis, quæ hominem in altum conſtituit.
ſ t † protectionem ſalutis tuæ, & dextera tua † ſuſcepit me. 15

K *Deus qui.* Caſ. Adhuc præter communia, commendat per ſpecialia: quia tertio Chriſtus de virtute, & potentia ſua commendatur.

Circa quod pſalm. prẹuidens in ſpiritu introitum Chriſti in ſua ciuitate, & templo publice ſub ti. regali, & dominio, primo præponit generale dominiũ Dei in toto orbe, dicens *Domini eſt terra.* ex quo ſecundo quaſi monendo homines ad reuerentiam tanti domini, infert, quod ille qui ad cultum eius adhæret, debet eſſe uirtutibus, tam interius, quam exterius ornatus, unde dicit. *Quis aſcendet in montem Domini, &c.* Exponatur totum, ſicut in poſtilla vſque ibi excluſiue. *Hæc eſt generatio quærentium dominum, quærentium faciem Dei Iacob.* Vbi tertio prænuntiat quod generatio illa quæ debebat exire obuiam Chriſto, ut eum deuote, & reuerenter reciperet, ſicut fuerunt turbæ pro tunc occurrentes Chriſto, & ſigna deuotionis, & humilitatis erga eum oſtendentes, erat generatio bona, & laudabilis, quia quærebant deum, & faciem dei Iacob. i. præſentiã dei incarnati de Iacob, & aliis patriarchis deſcendentis ſecundum carnem. Conſequenter quarto ſubiungit ſecũdum ueritatem Hebraicam. *Leuate portæ capita veſtra, &c.* q. alloquens portas Ieruſalem, & templi more humano dicat. O portæ attẽdite, quia ille dominus cuius eſt terra, & plenitudo eius, &c. cuius miniſtri debent eſſe innocentes, & mundi, &c. introire debet per uos. Leuate igitur debetis capita ueſtra, quia quem totus non capit orbis per vos ingreſſurus eſt. Conſueuerunt. n. prophetæ quaſi paruipendere domos ędificatas ad habitationem Dei ex reſpectu excellentiæ ſuæ magnitudinis. Vnde Eſa. 66. a. Hęc dicit Dominus. *Cælum ſedes mea, & terra ſcabell. m pedum meorum:* quę eſt iſta domus quam ædificabitis mihi? Et iſto modo pſalmiſta reputabat portas Ieruſalem, & templi non ſufficere ad altitudinem tanti domini recipiendam. Conſequenter quinto ſequitur. *Quis eſt iſte rex gloriæ, &c.* Cuius ſenſus eſt, nam in prædicto ingreſſu pueri Hebræorum inſpiratione diuina clamantes eum nominabant expreſſe regem Iſrael, & implicite Deum, & regem gloriæ, ut patet Mat. 21. Ex quo clamore & aliis ſolennitatibus inſolitis occurrentibus tota ciuitas commota eſt, quaſi admiratiue quærebant, quis eſt hic? ut ibi habetur, & hoc eſt quod dicitur in perſona prædicta ciuitatis. *Quis eſt iſte rex gloriæ?* Ad quod ibidem reſpondetur. *Ieſus Nazarenus, &c.* in quo nomine, quod ſecũdum rei ueritatem eſt ſuper omne nomen, includitur uera diuinitas eius, & regnum, & alia quæ ad myſterium redemptionis pertinẽt, vnde in perſona talium reſpondentium dicit Pſalmiſta. *Dominus fortis, & potens, &c.* Et idem dicendum de ſecunda interrogatione, & reſponſione, ſi intelligatur repetitio ad maiorem firmitatem. Poteſt tamen dici, quod hæc repetitio non vacat a myſterio, nam Chriſtus in hoc aduẽtu ad Ieruſalem duo principaliter intendebat ad noſtram ſalutem explere. ſ. paſſionem per quam diabolum vicit, & ſecundum eam reſpondetur primo. *Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ.* Hæc expoſitio videtur ſatis conſona literæ, & ſufficienter in euangelica narratione fundata. Poſſunt etiam iſta applicari ad introitum Chriſti in vtero virginali, vnde & eccleſia cantat iſtos uerſus in officio annuntiationis, ſed hoc non eſt ſecundum ſenſum literalem, ſed potius ſpiritualem, quia non fue tunc apertæ portæ corporales in illo ingreſſu, ſed tantum portæ mentales recipientes filium dei in magna latitudine charitatis, & deuotionis, iuxta illud Cant. 5. b. *Surrexi ego ad aperiendum dilecto meo.*

## REPLICA.

*In pſal.* Domini eſt terra, quia ponitur illa pars finalis. *Attollit eportas prin. &c.* poſtillator allegat quoddam dictum Rabi. Salomon. quod dictum Burgen. dicit fabulam, quia ex ſcriptura non habet autoritatem. Et eſt argumentum Burgen. confutum more Huſſitarum. Vnde etiam poſtill. narrationem Rab. Salom. etiam non grandi pendens exponit finem pſalm. ad modum concluſionis ſic: Ex quo pſalm. totus dicit de generali Dei dominio, concluditur more humano, quod ad eius ingreſſionẽ qualemcunque merito portæ ſunt attollendæ, &c. Burg. autem deſcendit ad ſpeciẽ, exponens de ingreſſu Chriſti in Ieruſalem in die palmarum, quę expoſitio, & ſi faueat fidei noſtræ, patitur tñ inſtantias primo ex eo quia eius ingreſſum colentes nõ fuerũt ſic diſpoſiti, ſicut hic deſcribũtur, cum dr: Innocens manib. &c. ſed ut uerum fatear

fatear, ille cultus fuit magis ex miraculoſa inſpiratione, quam uirtute colentium, quia dicitur Io.12.de illis, cum tanta ſigna feciſſet coram eis *non credebant ei*. ideo fere in tota Ieruſalem hoſpitio non receptus redit in Bethaniam, abiitq; & abſcondit ſe ab eis: nec cultus ille manſiuus fuit, quia cito poſt in eius mortem cõſenſerunt. Cæterum quia ille ingreſſus per prophetas deſcribitur humilis, & manſuetus ſup pullum aſinæ, de quo non uidetur conuenienter exponi, quia portæ ſint attollẽdæ. Nec forma qõnis ſm Burg. factę in cõmota Ieruſalẽ fuit, put hic deſcribit, q̃uis qõ facta fuit. *Quis eſt hic?* nõ tñ. *Quis eſt iſte rex gloriæ*. non.n.q̃rentes, de eo talia prædicata ſentiebant, ut patet per omnes Euangelii partes.

## GLOSSA ORDINARIA.

A a *In finem*. Hier. Hic flagellatus pœnitens præponitur aliis, ne murmurent in aduerſis, qui in ſe expertus per miſericordiam blanditur, per iuſtitiam terret.

*Baſil.& Theodor. hic pſalmus a Dauid dictus eſt, cum mutuos hoſtium impetus pateretur.

PSALMVS XXIIII.

b AD te do.le. Augu. pſalmus cõtra aduerſa ſeculi, q̃ſi oratio populi in Babylone conſtituti, & eſt primus per literas

B Hebræi Alphabeti digeſtus, & ſi non per omnes. Qui per omnes, eos ſignificat qui omnibus perfecti uirtutibus laudem

C Dei cantant. Qui non per omnes, minus perfectos.

† qui preuaricatur ſine cauſa.

† expectant & contra

Caſ. primo petit doceri uias domini, quia ad Deum erectus. Caſ. ad te cõtẽplãdũ facile terrena deſpicit q̃ diuina cõſpicit

c *Confi*. Caſſ. Expertus in malis meam infirmitatem, non erubeſcam de inimicis.

d *Ne irri.me.ini*. & certus ſum, quia in nullo ſuſtinente patienter fallit.

e *Super*. Caſſi. Quia omnia ſunt vana, & infructuoſa quæ a Deo ſunt aliena.

⁂Baſil.& Theodoret. Notandum quoniam non peccãtes, verum ſuperuacue tranſgredientes, dedecoris impleri dixit. Non enim omnes æqualiter peccant, nam aliqui quidem ob aliquam calamitatem, vel ob naturalem imbecillitatem labuntur. Alii uero in ſceleribus ipſis delectantur, aliaque excogitant.

f *Vias tuas domine demonſtra*. Caſſio. Viæ ſunt de ordine uitæ qui conuenit omnibus. Semitæ quæ anguſtæ, & occultæ. intelligentia legis, quæ paucis nota eſt. Dirige, ad uitam pertinet, doce ad ſcientiam.

a ¶ Chriſtum. b ¶ Eccleſiæ. c ¶ Eccleſiæ quæ loquitur in perſona pœnitentis per flagella correcti.

a In finem Pſalmus Dauid XXIIII.

a ¶ Amplexandum. b ¶ Aug. ſpirituali deſiderio. ¶ Hieron de terra ad ſimilitudinem grani. ¶ Auguſt. quod in terra ortum ſurgit in altum. c ¶ Quæ carnalibus deſideriis premebatur in terra.

b AD te Domine leuaui animam meam. Deus 1 2

a ¶ Auguſtin. iam non in me qui ſicut Deus eſſe uoluit. b ¶ De eo unde confido.

c d meus in te confido, non erubeſcam. Neque 3 †

a ¶ Ideo. ¶ Præuale ant. b ¶ Qui inſidiantes ad hæc mala deiecerunt. ¶ Viſibiles, & inuiſibiles. ¶ Omnis modi.

† irrideant me inimici mei: etenim vniuer- 4

a ¶ Qui ferunt pondus diei, & æſtus. ¶ Donec uenias. b ¶ Per ſe, uel per inimicos. c ¶ Sed. ¶ Pro peccatis hic ſalubriter, uel ſi hic nolunt, tandem in pœna æterna.

ſi, qui † ſuſtinent te, non cõfundentur, Confundantur omnes 5 6

a ¶ Auguſt. ad acquirenda quæ tranſeunt. ¶ Quia. b ¶ In ſuperuacuis qui laborant. c ¶ Et ne erubeſcam. ¶ Quia. ¶ Præcepta leuiora. ¶ O. d ¶ Quaſi quæ uſui ſubſunt.

e f † iniqua agentes ſuperuacue. Vias tuas Domine † demonſtra 7 8

c *Confi*.

a *Doce*

## NICOLAVS DE LYRA.

### PSALMVS XXIIII.

Nota. 1 AD te do.le. *Iſte eſt primus Pſalmus Alphabeticus, quia uerſus incipiunt ordinate a litteris Alphabeti Hebraici. Primus verſus ab aleph, ſecundus a beth, & ſic conſequenter, hoc excepto quod hic omittuntur duæ literæ, ſcilicet uau, & coph, quia nullus uerſus per eas incipit. Sunt tamen in hoc pſal. 22. uerſus ſicut ſunt, & 22. litteræ Hebraicæ, quia quatuor uerſus per duas literas incipiunt. ſ. 18. & 19. per literam reſch & 16. per literam phe. Dicunt aliqui quod iſtæ literæ hic ponuntur in principiis uerſum ad ſignificandum aliquod myſticum. Sed Hebræi de hoc nihil dicunt in aliqua ſcriptura quam uiderim. Et ideo alii dicunt, quod factum fuit ad quendam modum ſpecialem dictandi qui tunc currebat, ſicut in illo hymno,* A ſolis ortus cardine, *verſus incipiunt per literas alphabeti latini. Primus ab a, ſecundus a b, & ſic conſequenter uſque ad g, incluſiue, ut patet intuenti.*

Titulus pſal. 1 Ad te.do.le. *Huic pſa. præponitur talis titulus in Hebræo.* Dauid, *& non plus niſi quod præmittitur litera lamech, ad deſignandum quod Dauid eſt hic datiui caſus, acſi diceret, ipſi Dauid, in translatione antẽ Hieron. iuxta Hebræum additur hæc dictio ſemper, in titulo ſic.* Semper Dauid. *Sed ſaluo meliori iudicio, non uidetur bene addita in titulo, quia li* ſemper. *eſt ultima dictio pſal. præcedentis in Bibliis Hebraicis quas uidi, & ſic non pertinet ad titulum huius pſal. Per hoc autem quod in titulo non ponitur canticum, nec pſal. ſicut in aliis communiter, oſtenditur quod non eſt pſalm. proprie dictus a pſallendo, ſed eſt ſimplex oratio, quam fecit Dauid pro liberatione ſua a perſecutione Saulis, propter quam multas orationes fecit, ſicut dictum fuit ſupra pſal. 16. Secundum hoc ergo diuiditur hæc oratio in quatuor, quia primo Dauid petit in deuio huius vitæ diuinam directionem. Secundo impedimenti remotionem, ibi.* Reminiſcere miſerationum tuarum. *Tertio uitæ futurę deguſtationem, ibi.* Quis eſt homo. *Quarto a preſſura liberationem propter quietiorem cõtemplationem, ibi.* Oculi mei. *Circa primum præmittit modum ſuæ petitionis, dicẽs.* Ad te domine leuaui. *quia oratio eſt aſcenſus, vel eleuatio mentis in Deum, ſecundum Damaſce.*

2 Deus meus in te confido. *i. in tua bonitate, non mea æquitate, vnde infra petit remiſſionem ſuæ culpæ.*

3 Neque irrideant. *i. Saule, & complices ſui me tenendo, & morte turpi affligendo, quod etiam timebat Saul ſibi inferri a Philiſthæis vt habetur 1. Reg. vl. propter quod petit ab armigero ſuo interfici ab eo dicens.* Euagina gladium tuum, & interfice me, ne forte veniant incircuncisi iſti, & interficiant me illudentes mihi.

4 Etenim vniuerſi *i. qui ſuſtinent perſecutiones propter te, ſicut ego ſuſtineo.*

5 Non confundentur. *finaliter, ſeu æternaliter, licet aliquando confunduntur ad tempus, ſeu temporaliter, conſequenter oſtendit qui ſunt digni confundi æternaliter, di.*

6 Confundantur omnes. *i. idololatræ, & innocentum perſecutores.*

7 Superuacue. *i. inutiliter, & infructuoſe, imo multum damnose. Conſequenter format petitionem ſuam, di.*

8 Vias tuas domine demonſtra mihi. *ducendo per uiam rectam iuſtitiæ, inter deuia huius uitæ, quæ nullus abſque tuo auxilio poteſt ſufficienter euitare.*

1 Et

## MORALITER.

1 *Ad te domine leuaui animam meam.* pſalmus iſte ſecundum ſenſum literalem eſt oratio Dauid pro ſua liberatione a Saulis perſecutione, pro qua plures alios pſalmos fecit, nam illa perſecutio longa fuit. Saul autem interpretatur abutens, & ideo ſignat diabolum, qui bonis naturalibus abutitur ad malum, propter quod pſalmus iſte moraliter exponi poteſt de quolibet fideli petenti a dæmonum perſecutione liberari. Et diuiditur in quatuor partes, quia primo petit directionem, dicens. *Ad te domine leuaui animam me.*

2 *Deus meus in te confido.* propter tuam bonitatem,

† *Non erubeſcam.* victus a dæmone per culpam.

3 *Neque irrideant me inimici mei.* i. ſatellites diaboli, qui ſunt homines maligni.

4 *Etenim vniuerſi qui ſuſtinent te.* i. illud quod eis imponis, ſuſtinent patienter,

5 *Non confundentur.* æternaliter, ſed honorabuntur. Conſequenter oſtendit qui debent ſic confundi, dicens.

† *Confundatur omnes iniqua agentes ſuperuacue.* i. peccantes complacentia mali, ſine utilitate temporali, de quib. dicitur Prouer. 2.c. Qui lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis. Conſequenter format ſuam petitionem, dicens.

8 *Vias tuas domine demonſtra mihi, & ſemitas.* Homo namque ad finem ſupernaturalem ordinatur, propter quod indiget vt a Deo ſpecialiter dirigatur, ideo ſequitur.

3 Neque

Quia

a *Doce.* Auguſ.ipſam veritatem,vt quod credo intelligam, quia ſuſtinui,& ſi hoc non ſufficit.Remi.

b *Deus ſalua.meus.* Caſ.Duæ res ſunt quæ bonos faciunt,ut Deum ſaluatorem credamus,& patienter eius retributionẽ expectemus.

✱Theodor.precor,ut ex rerum euentu diſcam te meum Saluatorem eſſe:tuam.n.miſericordiã ſemper expecto.

c *Reminiſcere.*Caſſio. De peccatis prioribus & quæ quotidie fiunt, orat per miſericordiã antiquis factam, & qa timet verum iudicem.

d *Miſerationum.* Miſeratio proprie in bonorum exhibitione.

e *Quæ a ſe.*Auguſtin. Ideſt ab initio ſeculi ſunt, non ergo in me fallat.

f *Delicta.* Caſſio.ſunt quando linquitur uia æquitatis.

g *Iuuen.*non pro ętate, ſed pro pręcipitationis audacia, quæ eſt tunc, cum calor animi modeſtiam excedit.

h *Ign.*facimus ea quę ma la eſſe neſcimus. Vel delicta ignorantię in paruulis,qui vel originali peccato tenentur.

Hier.Iuuentutis. Antequam de domo patris iniqui exirẽt.

*Memen.mei tu.* Aug. Cuius opus eſt miſereri,& peccata dimittere.

✱Theod.

a ¶ Anguſtas paucis notas. ¶ Quaſi occulta. b ¶ Aug.errores fugientium.

mihi,& ſemitas tuas edoce me. Dirige me ĩ veritate tua, & 1 2

a ¶ Aug quia per me non noui niſi mendacium. b ¶ Aug.expulſus per me redire non poſſum c ¶ Quia. d ¶ Aug.ideſt toto tractu ſecularis temporis reditus meus tuam expectat miſericordiam. ¶ Et.

a doce me, quia tu es Deus † ſaluator meus, ět te ſuſtinui tota 3

b a ¶ Caſſiodor.quem homines putant eſſe oblitum dum tardas. b ¶ Operum miſericordiæ. c ¶ Naturaliter inſitarum. 4

c die.Reminiſcere miſerationũ tuarum dñe & miſericordiarũ 5

d a ¶ Quia nec peccanti homini miſericordia defuit. b ¶ Etiam per miſericordiam. c ¶Aug. confidentis audaciæ meæ,& ignorantiæ meæ antequam crederem. d ¶ Alias ignorantiæ meæ. 6

tuarũ,† quæ a ſeculo ſunt.† Delicta iuuẽtutis meæ,&†igno- 7

e a ¶ Aug.ne ſerues ad vindictam perpetuam. b ¶ Sed potius. c Aug.quæ te digna eſt, non ſecundum iram qua ego dignus.

f g rantias meas ne memineris. Secundum miſericordiã tuam 8

h a ¶ Qui fragilis naturæ. b ¶ Non meritum meum. ¶ Inſitam qua omnia ex nihilo facis. c ¶ Conuerſio ſermonis ad homines.Hac fiducia peto,quia.Dulcis. 9 10

i k †memẽto mei tu:propter bonitatem tuã Dñe.†Dulcis & re- 11 12

l a ¶ Aug.quia miſericordiam prærogauit,ut perduceret ad uiam. b ¶ Hieron.correctionem, vel charitatem qua iunguntur Deo 13 14

m ctus dominus, propter hoc † legem dabit delinquentibus in 15

n a ¶ Non extra uiam fidei. b ¶ Auguſt.non turbabit in iudicio. c ¶ Aug.qui ei non reſiſtunt. ¶ Tamen. d ¶ Aug.non eos quos præcurrere nolunt. 16 17

o via.† Diriget manſuetos in iudicio,docebit mites uias ſuas, 18

*Theod.Memento mei,non peccati.

i *Secun.mi.tu.& c.pro,bo.&c.*i.vt ampla eſt miſericordia tua: Miſericordia erga miſeros,bonitas erga quoſlibet.Facit autem Deus bonum,& a miſeris imploratus,& bonitate ductus.nemo bonus,niſi Deus.

k *Dul.* Auguſt.quia omnia priora dimittit, ubi gratia ſine meritis.

l *Rectus.*quia poſt miſericordiam uocationis,& venię,in iudicio merita requiret, ne leuitas eius ſecuros,& otioſos reddat. Dulcis,qa ſuauia dat, rectus,quia corrigit.

m *Pro.hoc.* Caſſiod. quia dulcis, & rectus, nõ ex credulitate, ſed benignitate.

n *In via*, i.fide, vel pręceptis dei. Vel,in uia huius vitę vbi recte viuendum, dabit legem.

*Theodore.Magis dilucide.Symm.propterea peccantibus uiam demonſtrat.

o *In iu.* dum punit, diriget ad meliora. Sed manſueti ſint qui corripiuntur,quod ex feris domiti,ut tolerent. Quia ſi mites.i.lenis animi quaſi naturaliter hoc habentes, docebit eos pręcepta,pro quorum neglectu uenerunt flagella.

✱Theo.Nam ſacrarum literarum alumni per ipſas exactius diſcunt,omnia Dei, & ſaluatoris noſtri conſilia, miſericordia

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et ſemitas tuas edoce me.*Semita ſtrictior eſt, & rectior via communi,& per hoc Dauid petit non ſolum dirigi in iuſtitia communi neceſſaria ad ſalutem, ſed cum hoc in iuſtitia excedente quę tendit ad perfectionem.

2 *Dirige me.*quæ ſcilicet non poteſt haberi humana inueſtigatione.

3 *Quia tu es Deus ſaluator.* ad quam ſalutem dirigi non poſſum,niſi per tuam illuſtrationem,homo.n.diuinitus ordinatur ad finem excedentem cognitionem naturalem, ſecundum quod dicitur Eſa.64.b. *Oculus non vidit,nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcen.quæ præparaſti ex.te.* Ad finem autem incognitum totaliter nullus poteſt ſe dirigere,& ideo oportet hominem edoceri a Deo ad cõſecutionem ſalutis æternæ.

4 *Et te ſuſti.to.die.* i.propter te ſuſtinui perſecutionem Saulis continue,propter quod decens eſt,vt me conſoleris per tuas illuſtrationes.

5 *Remini.*Poſtquam Dauid petiit diuinam directionem inter deuia huius vitæ, hic conſequenter petit offendiculi remotionem, quod in uia recta poteſt impedire,hoc autẽ eſt peccatum impediens a proceſſu. ad hanc autem remotionẽ impetrandam allegat primo diuinam miſericordiam dicẽs. *Remi.&c.*Miſericordia proprie loquendo eſt actus interior miſerantis.Miſeratio uero effectus exterior,& utrunque allegat Dauid.ſ.actum diuinę miſericordię,qui eſt idem quod ipſe Deus, & effectum eius qui recipitur in eo cuius miſeretur.

6 *Quæ a ſecu.ſunt.*i.a mundi principio. In omnibus.n.operibus diuinis relucet effectus diuinæ miſerationis.Conſequẽter Dauid petit peccati remiſſionem,dicens.

7 *Deli.iuuen.me.*i.peccata ex paſſione commiſſa,quia paſſiones magis dominantur tempore iuuentutis.

8 *Et igno.me.*ideſt peccata quæ ſunt per ignorantiam commiſſa.

9 *Ne memi.*ad me puniendum. De peccatis perpetratis ex certa malitia non loquitur,quia peccata quæ fecit ex certa ſcientia fuerunt facta poſt mortem Saulis, vt homicidium Vriæ, & his ſimilia. hanc uero orationem fecit exiſtens in perſecutione Saulis,ut prædictum eſt.

10 *Secun.mi.tu.*& non ſecundum iuſtitiam meam.

11 *Memento mei tui.*remittendo culpam,& dando gratiam.

12 *Propter bonitatem tuam domine.*de natura.n.boni,ut ſit ſui diffuſiuum, & ideo bonitate tuæ infinitæ condecens eſt, ut diffundat ſe erga pęnitentes,remittendo eis culpam,& conferendo gratiam.

13 *Dulcis,& rectus dominus,*i.miſericors,& iuſtus,quia dulcedo miſericordiæ ſine rectitudine iuſtitiæ non eſt miſericordia,ſed puſillanimitas:& iuſtitia,ſine miſericordia eſt crudelitas,propter quod dicit Gregorius in paſtorali.lib.1. Ineſſe bonis rectoribus debet iuſte conſulens miſericordia, & pie ſęuiens diſciplina,ne iuſtitia ſit aſpera, & pietas ſit remiſſa. Sit ergo amor,ſed non emolliens,ſit zelus,ſed non exaſperans,ſit pietas,ſed non plus quem expedit parcens.

14 *Propter hoc legem dabit.*quæ lex eſt,vt ſi vere pœniteant, miſericordiam conſequantur,ſin autem,ęternaliter puniantur,tanquam ſua miſericordia abutentes.

15 *In via.*ſ.pręſentis vitę,quia poſt mortem non eſt locus pœnitentię.

16 *Diriget manſuetos.*i.tractabiles,& benignos,quia manſuetudo eſt quædam tractabilitas.

17 *In iudicio.*i.in præceptis iudicialibus ſeruandis, per quæ homo bene ſe habet ad proximum.

18 *Docebit mites vias ſuas.* quantum ad cęremonialia pręcepta diuini cultus,per quæ homo bene ſe habet ad Deum.

a *Vniuer-*

## MORALITER.

3 *Quia tu es Deus ſaluator meus.*i.me dirigens in ſalutem.

4 *Et te ſuſtinui tota die.*expectans tuam directionem.

5 *Reminiſcere miſerationum tuarum domine, & miſericordiarum tuarum,quæ a ſeculo ſunt.*Hic ſecundo petit impedimẽti remotionem,dicens.*Reminiſcere miſerationum tuarum domine,& miſericordiarum tuarum,quæ a ſeculo ſunt.*quas feciſti patribus ſanctis quaſi diceret,conſimiliter facias nobis.

7 *Delicta iuuentutis meæ,& ignorantias meas.*quo tempore vigent paſſiones,& ignorantiæ,propter defectum experiẽtiæ.

9 *Ne memineris.*ſ.ad puniendum.

10 *Secundum miſericordiam tuam memento mei tu.* dimittendo peccatum.

12 *Propter bonitatem tuam.*& non propter iuſtitiam meam.

13 *Dulcis,& rectus dominus.*i.miſericors,& iuſtus.

14 *Propter hoc legem dabit delinquentibus in via.*conditionata ſua miſericordia,& iuſtitia.

16 *Diriget manſuetos in iudicio.* ne propter ſuauitatem manſuetudinis declinent a regula ueritatis.

18 *Docebit mites vias ſuas.*ſicut dicit Mat.11.d. Diſcite a me, quia mitis ſum,& humilis corde,&c.

9 *Ne*

dia,& ueritate temperata eſſe.

A ✣Baſil.Nam illis quos pænitet miſericordiam impendit:eos qui in uirtute perſtiterũt inuicti, celebres reddit, & coronat ſententiam de illis in ueritate proferens.

a *Miſe,& ve.* Aug.Quas autem uias docebit, niſi miſericordiam qua placabilis, ueritatem qua eſt incorruptus, hæc peccata dimittit illa iudicat merita. ergo uniuerſæ viæ duo aduentus, unus miſerantis, alter iudicantis. Tenet autem uiã eius, qui expertus miſericordiam, deponit ſuperbiam nullis ſuis, meritis liberatus, & deinde cauet ſeueritatem iudicis.

B b *Teſta.* Caſſ.Nouũ quod egregie dicitur teſtamentum, ubi clara,& certa promiſſio hæreditatis, quod & morte firmatur.

c *Et teſti.* ueteri ubi fuerunt prophetæ teſtes promiſſionũ.

d *Propter nomen tuum domine.* Aug.i.gloriam tuam.Cauſa ad deum reuertitur,& quia non negligo,ſed multum puto.vel grande eſt,& niſi per te,non delebitur.propter nomen parce,quia non propter ſe,quia quotidie augetur peccatum,in quo catarii refutantur hæretici.Et interpretatur mundi,qui ſe ab omni peccato mundos aſſerunt.

✣Baſ.Oro ut propitius ſis meis peccatis non propter exactã meam pœnitentiam,ſed propter benignitatis nomen.

c *Quis eſt ho.* Caſ.Hic agit de æternis quomodo habetur, laborans,& orãs,vt & ipſe,& totus Iſrael ab his malis liberet.

✣Theod.Multiplices diuerſique ſunt modi pie viuendi,ſolitarij,& vrbani, Regales, & mercenarii,in ſingulis fieri poteſt vt Deo placeant qui poſuit leges congruentes illi uitæ quã unuſquiſque elegit.Similiter diuinus Ioannes Baptiſta interrogantib publicanis rñdit nihil amplius,quã quod præceptum eſt uobis,faciatis,& Apoſtolus Seruis,& dominis, viris,& vxoribus mutuas leges poſuit.

f *Ani.* Caſſ.Et ſi non ſtatim poſt corpus habet perfectam beatitudinem, tamen in bonis demorabitur. Vel modo non tendit in Aegyptum, ſed moratur in præceptis quaſi delitiis,vel ſpe,etſi non re,in futuris,& merito boni operis excolit terrã ſuã.i.carnẽ.Et prẹter hẹc firmat Deus timentẽ ne in malis cedat,& manifeſtabit ſeipſum ei ſicut ꝓmiſit.Si qs ſermones meos ſeruabit,diligã eũ,& manifeſtabo ei me ipſũ.Et iõ oculi mei,oẽs contuitus mei,qcqd alii faciãt,&c.

g *Semen.* Hier.bonum eſt,vnde fructus colligitur.

✣Baſil.Iudæi.n.& ii qui communem uitam amplexi ſunt liberorum creationi admodum ſtudent.

h *Firma.eſt.* Aug.Videtur infirmorum eſſe timor, ſed Dominus

†cuſtodientibus pactum, vel,fœdus.
†parces iniquitati meæ.
†timear.
†hæreditate poſſidebit.
†pactum ſuũ illis notum faciet.

a ¶ Et ſi infinitæ. b ¶ Aug.Illi intelligunt miſericordem in primo aduentu,iudicem in ſecundo, qui mites quærunt teſtamentum eius,cum ſanguine ſuo nos redemit in nouam uitam, & teſtimonia in Prophetis,& Euangeliſtis. c ¶ Si non aliis, his uideatur.

a Vniuerſæ viæ Domini miſericordia,& veritas,† requirenti- 1 2

a ¶ Quia dulcis,& rectus,propter nomen ſicut oraui facies. ¶ Quod eſt Ieſus.

b bus teſtamẽtum eius,& teſtimonia eius. Propter nomen tuũ 3 4

a ¶ Sacrificio ſpiritus contribulati. b ¶ Non ſolum donas peccata quæ ante fidem,ſed & illud, quod multum eſt,ſ.poſt fidem c ¶ Quia in uia fidei non deeſt offenſio. d ¶ Et cum ita ſit:

c d Dñe † propitiaberis peccato meo: multum eſt enim. Quis eſt 5 6

a ¶ Rationalis. b ¶ Aug.vnde incipit uenire ad ſapientiam. ¶ Non ſecurus. c ¶ Ecce. ¶ Aug.ne iam impune peccet,uel completionem legis. d ¶ Fidei. e ¶ Auguſt. quam liber apprehendit,vel vt tutam elegit expertus per flagella,non eſſe deuiandum ab ea.

e homo qui † timet Dominum, † legem ſtatuit ei in via quam 7 8 †

a ¶ Opus habebit ſolidam hæreditatem inſtaurati corporis.i.glorificati.

f elegit. Anima eius in bonis demorabitur, & ſemen eius 9 10

a ¶ Tandem. b ¶ Interim vero. c ¶ Non homo mutabilis. d ¶ Timor Dei dat firmitatem,humanus diffidentiam.

g h † hæreditabit terram.† Firmamentum eſt Dominus timen- 11 †

¶ Eſt hoc.

tibus eum, & † teſtamentum ipſius, vt manifeſtetur illis. 12 13

C

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Vniuerſæ uiæ domini.* i.opera eius,quædam viæ deueniendi in cognitionem ipſius.

2 *Miſericordia,& veritas.* i.iuſtitia,quia licet in aliquibus eius operibus magis appareat eius miſericordia, ut in præmiatione ſanctorum,tamen ibi eſt etiam iuſtitia inquantum Deus ordinauit, quod pro talibus operibus redderetur præmium æternum, propter quod dicit Apoſtolus. 2. ad Timoth.4.b. *Bonum certamen certaui,curſum conſummaui,fidem ſeruaui.* ideo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi dominus in illo die iuſtus iudex. Et ſimiliter licet in aliquibus operibus magis iuſtitia appareat, ut in damnatione malorum, tamen ibi eſt miſericordia inquantum punit citra condignũ, quia tanta eſt offenſa,quantus ille qui offenditur. & ideo in quolibet mortali peccato incurritur de rigore iuſtitiæ pœna infinita etiam intenſiue,ſi poſſet eſſe.

3 *Requirentibus teſtamentum eius.* i.legem a deo datam.

4 *Et teſtimonia eius.* per oracula prophetarum.Illis.n.qui ſcrutantur talia,apparet quod uniuerſæ viæ domini ſunt miſericordia,& ueritas.Vel aliter.*Requirentibus.* i.cuſtodientibus legem,& prophetarum monita,apparet per experientiam diuinorum beneficiorum quod vniuerſæ viæ domini ſunt miſericordia,& veritas,& hoc magis conſonat literæ Hieronymi iuxta Hebræum,quæ ſic habet.His qui cuſtodiunt pactũ eius,& teſtificationem eius. Vlterius concludit Dauid petitionem ſuam de remiſſione peccatorum.dicens.

5 *Propter nomen.* i.propter declarationem bonitatis tuæ.

6 *Propitiaberis pecc.me.* ipſum remittendo.

7 *Mul.eſt.n.* i. excedens facultatem uirtutis meæ ad ſatisfaciendum,quia de nullo peccato poteſt homo ſatisfacere,niſi ex Dei dono,nullum.n.opus eſt ſatisfactorium abſque diuina gratia factum.

8 *Quis eſt ho.qui ti.do.* Hic conſequenter Dauid petit uitæ futuræ deguſtationem,dicens.*Quis eſt ho.qui ti.* timore filiali,& per conſequens conſolationes eius ſentiẽs.q.d.iſtud eſt ſumme deſiderandum.Cuius cauſa ſubditur,cum dicitur.

9 *Legem ſta.ei in ui.* ſ.legem diuinam,& legem naturæ,quæ dirigunt in uiam iuſtitiæ quæ eſt præ omnibus eligenda.

10 *Anima eius in bo.de.* ſ.in bonis diuinæ gratiæ,& conſolationis,a quibus per peccatum mortale non amouebitur.

11 *Et ſe.eius hæ.ter.* Hoc exponitur ab aliquibus de terra Iſrael,quam habitauit ille populus quandiu deo debite ſeruiuit.Et inde fuit eiectus,quãdo ad idololatriam declinauit,ut patet 4.Reg.Sed melius exponitur de terra uiuentium,præmium.n.eſt finis meriti,& per conſequens melius ipſo,quia finis eſt melior his quæ ſunt ad finem,opera autem meritoria ſunt maiora bona quam hæreditas terrena, & ideo non poteſt habere rationem finis reſpectus operis meritorii. propter quod vbicunque in ſacra ſcriptura pro operibus uirtutum promittuntur bona terrena quaſi prẹmium,intelliguntur bona ſpũalia,& æterna tanquam principaliter intenta.

12 *Firmamentum eſt dominus timentibus eum.* quia ſtabilit tales in bono.In Hebræo habetur.Conſilium domini timentibus eum,& in tranſlatione Hieronymi iuxta Hebraicum habetur. *Secretum domini,&c.* & in idem reuertitur,quia dans aliquibus bonum conſilium ipſos firmat, & ſtabilit. Et littera hæc ultima magis conſonat ſequenti.

13 *Et teſtamentum ipſius,vt manifeſtetur illis.* quia occulta legis diuinæ reuelantur talibus.

1 *Oculi*

## MORALITER.

1 *Vniuerſæ viæ domini miſericordia,& veritas,requirentibus teſtamentum eius.* Inſpicientibus.n.vetus,& nouum teſtamentum apparet quod in omnibus operibus Dei ſimul concurrunt miſericordia,& iuſtitia,licet iuſtitia plus appareat in aliquibus in punitione damnatorum, tamen eſt ibi miſericordia, quia punit citra condignum:Et miſericordia in aliquibus, ut in præmiatione beatorum:tamen eſt ibi iuſtitia, quia ꝓmiat ſecundum meritum.

5 *Propter nomen tuum domine propitiaberis pecca.me.* non pro meo merito.

7 *Mul.eſt enim.* ideſt tranſcendens quicquid poſſem operari.

8 *Quis eſt ho.* Hic petit futuræ beatitudinis prægustationẽ dicens.Quis eſt ho.qui ti.do.ſ.timore filiali quaſi dicat talis percipit conſolationem dei.

9 *Legem ſtatuit ei.* ſ.euangelicam,quæ introducit ad beatitudinem.

† *Quam elegit.* ſcilicet timens Deum,ideo ſubditur.

10 *Anima eius in bonis de.* ſ.gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro.

11 *Et ſemen eius.* i.imitator ipſius.

† *Hæredita.ter.* uiuentium

12 *Firmamentum eſt dominus timen.eum.* nam ipſi totaliter innituntur ei.

13 *Et teſtamentum ipſius ut manifeſtetur illis.* teſtamentum eſt pars defuncti,dominus autem eſt pars iuſtorum manifeſtandus eis in clara viſione beatorum.

1 *Oculi*

minus eſt firmamentum timentibus eum ; & facit ut teſtamentum eius manifeſtetur illis.
*Theod. manifeſtius Symm. & Theodotion. myſterium domini timētibus eum & teſtamentum ipſius declarabit illis.
At qui ſecundum ſeptuagintà, firmamentum, uidelicet ſuperiores hoſtibus timentes ſe reddens.
a *Ocu.* Salo. Oculi ſapientis in capite. i. in corde eius.
⁂Theod. Oculi mentis.
b *Sem. ad do.* Aug. nec ante me ad pedes attendo, quoniam ipſe euellet.
c *Vnicus.* Aug. Vnicus plus amatur, pauper plus doletur
*Theo. vnicus, reliqui Solus interpretati sūt idem quod omni ope deſtitutus.
d *De nece.* i. ab aduerſis, quæ neceſſaria sūt omnibus, qui piè in Chriſto uiuere uolunt.
e *Reſp.* Augu. Tot hominum perditio ſine dolore eſſe non poteſt, & iō ꝑ eis orat D
f *Non erubeſcam.* Caſ. Q. erue, & ſi non propter aliud, vel iō ne cedat erubeſcentiæ quod ſperaui in te, & quia innocentes facti, & recti bona operatione per tribulationes adhæſerūt mihi, ideo quia ſuſtinui, & tu libera eos Deus Iſrael.
g *Innocentes, & recti adhæſerunt.* Caſ. Mali tolerati ſunt, non adhæſerunt.
h *Iſrael.* Aug. populum quem ad tuam uiſionem præparaſti.
⁂Baſil. & Theod. proprium uirtutis improbos odiſſe, amare eos qui æqualitatem honorant. Regiſque de ſubditis omnem curā gerere, nec pro ſe tantum preces offerre. habet alium ſenſum hęc clauſula, Libera Iſrael Diuiſus erat Iſrael tēporibus Saulis, Miphiboſeth, & Abſalon. s. Si inquit, hoſtes ſuperarem, ipſi Iſrael bellum ciuile finiret. E

a ¶ Cordis. ¶ Hieron. Ideſt omnes contuitus mei ſemper ad Dominum. ¶ Auguſt. quia terram non intueor, non timeo terrena pericula, quia ipſe quem intueor euellet.
a Oculi mei ſemper ad Dominum quoniam ipſe euellet de 1
b a ¶ Quia oculi mei ſunt ad te, ¶ Aug. vitiorum affectus, uel, de paſſione, & morte quæ tenet ligatos, & eſt per ſimilitudinem dictum. b ¶ Caſſiodor. Oculi ſunt ad Dominum, mei ſcilicet ita dicentis Reſpice. ¶ Ergo. c ¶ Aſpicientem te. d ¶ Quia miſer. e ¶ Caſ. locus eſt miſericordiæ, quia non per plura diſtractus, ſed in unitate. ¶ Aug. nulla ſchiſmata, uel hæreſes tenent eccleſiam. 2
c laqueo pedes meos. Reſpice in me, & miſerere mei, quia uni 3
a ¶ A mundo, uel humilis. b ¶ Et quia. ¶ Caſſiod. tot calamitates mundi quod earum anxietas ad cor peruenit. c ¶ Augu. abundante iniquitate, & refrigeſcente charitate. 4
cus, & pauper ſum ego. Tribulationes cordis mei multiplica 5 6
a ¶ Aug quia hoc mihi tolerate neceſſe eſt uſque in finem, ut ſaluus fiam. b ¶ Et. ¶ Gratam habe. c ¶ Aug. quia iactantia iuſtitiæ non me ab unitate abrumpo. 7
d tæ ſunt, de † neceſſitatibus meis erue me. Vide † humilitatem 8
a ¶ Auguſt. quo indiſciplinatos mihi admultos ſuffero. b ¶ Aug hic ſacrificiis placatus. c ¶ Aug. non ea tantum quæ ante fidem feci, ſed & quæ poſt fidem. 9
meam, & laborem meum, & dimitte vniuerſa delicta mea. 10 11
a ¶ Caſſiodor. conuerte uel. ¶ Aug. fac ſicut ſcis b ¶ Non ſolum foris, ſed etiam intus in eccleſia.
e Reſpice inimicos meos, quoniam multiplicati ſunt, & odio 12
a ¶ Auguſt. diligentem ſe. b ¶ Sed ab eis. ¶ Auguſt. ne declinem ad imitationem eorum. c ¶ In his quæ habet. d ¶ Auguſt. a perplexitate qua mihi miſcetur. 13 14
f iniquo oderunt me. Cuſtodi animam meam, & erue me, non 15 16
a ¶ Auguſt. ſi forte inſurgant contra me. b ¶ Non in me. 17
g † erubeſcam, quoniam ſperaui in te. † Innocentes, & recti 18
a ¶ Non ſolum præſentia corporis miſcentur, ſed conſentione cordis. b ¶ Auguſt. quia non defeci ſequens illos, ſed ſuſtinui expectans iudicium. c ¶ Quæ foris, vel intus. ¶ Alias redime. 19
h adhæſerunt mihi, quia † ſuſtinui te. Libera Deus Iſrael ex 20 21
omnibus tribulationibus ſuis 22

† afflictionem meam, & moleſtiam meam.

† Perfectio (vel ſimplicitas) & rectitudo cuſtodient me

GLOS- F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Oculi mei ſemper ad dominum.* Hic conſequenter Dauid petit ſibi liberationē a tribulationibus, ut quietius uacare poſſit cōtemplationi, & diuinis conſolationibus, dicens. *Oculi mei ſemper ad dominum.* de cuius uirtute confido, ideo ſubditur.
2 *Quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos.* i. ab inſidiis mihi per Saulem præparatis.
3 *Reſpice in me.* tu domine pietatis effectu.
4 *Et miſerere mei.* in effectu.
5 *Quia vnicus.* reſpectu multitudinis Saulem ſequentis. per talem modum dicitur communiter. Rex eſt ſolus, quando habet paucam gentem ſecum reſpectiue.
6 *Et pauper ſum ego.* reſpectu Saulis, quia ego ſum fugitiuus, & ipſe eſt rex in poteſtate conſtitutus.
7 *Tribulationis cordis.* quia in fauorem Saulis multi perſequebantur Dauid, ſicut patet 1. Reg. 1. de Ziphæis, & habitatoribus Ceilæ.
8 *De neceſſitatibus.* i. tribulationibus imminentibus per quas neceſſe habeo tranſire.
9 *Vide humilitatem meam.* in corde.
10 *Et laborem meum.* in corpore.
11 *Et dimitte vniuerſa.* acceptando iſta pro ſatisfactione.
12 *Reſpice inimicos meos.* ad eos reprimendum.
13 *Quoniam multiplicati ſunt.* & ideo non poſſum euadere, niſi per tuum adiutorium.
14 *Et odio iniquo oderunt me.* ſ. eo quod tua ſancta uoluntate ordinaſti me regnare. Et quia perſequuntur me pro bono opere quod feci cum Saul, & populo eius, pro eis exponendo me periculis, ut patet 1. Reg in pluribus locis, & ſic reddunt mihi mala pro bonis.
15 *Cuſtodi animam meam.* i. uitam meam, quia anima uiuificat.
16 *Et erue me.* de periculis mihi præparatis.
17 *Non erubeſcam* captus ab aduerſariis.
18 *Quoniam ſperaui in te.* quia tu es protector in te ſperantiū.
19 *Innocentes, & recti.* licet autem in principio fugæ Dauid aliqui oppreſſi debitis adhæſiſſent ei, ut habetur 1. Reg. 22. tamen poſtea multi boni, & iuſti conſiderantes ipſius Saul malitiam, & Dauid innocentiam de diuerſis tribubus Iſrael venerunt ad Dauid adhærentes ei, ut habetur 1. Par. 12.
20 *Quia ſuſtinui te.* i. propter te iniquam Saulis perſecutionem, & quia ad bonum principem pertinet non ſolum bonum proprium optare, ſed etiam commune, ideo ſubdit Dauid deprecando.
21 *Libera Deus Iſrael.* i. bonos de populo Iſrael.
22 *Ex omnibus tribulationibus.* i. corporalibus, & ſpiritualib. Moraliter poſſet exponi pſalmus iſte de quolibet fideli exiſtente in afflictione ſpirituali a Deo petente liberari, qui debet facere eaſdem petitiones cum ipſo Dauid. Moraliter.

## MORALITER.

1 *Oculi mei.* Hic petitur liberatio a preſſuris ad habendum quietiorem contemplationem, & ſuauiorem deguſtationē, ideo dicitur. *Oculi mei ſemper ad dominum.* ſicut exiſtens in periculo ad ſaluatorem ſuum, ideo ſubditur.
2 *Quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos. Reſpice in me, & miſerere mei, quia unicus, & pauper.* i. impotēs reſpectu multitudinis dæmonum, & ſatellitum ſuorum, ideo ſubditur.
7 *Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt.* per tentationes dęmonum, & perſecutiones hominum malorum.
8 *De neceſſitatibus meis erue me.* i. de anguſtiis meis.
9 *Vide humilitatem meam.* interius.
10 *Et laborem meum.* exterius.
11 *Et dimitte vniuerſa delicta mea.* propter iſta quæ patior ſine cauſa.
12 *Reſpice inimicos meos.* ad reprimendum eos.
15 *Cuſtodi animam meam.* ab eorum inſidiis.
17 *Non erubeſcam.* uictus ab eis.
19 *Innocentes, & recti adhæſerunt mihi.* compatiendo.
21 *Libera de. Iſrael.* i. populum tibi deuotum.
22 *Ex omnibus tribulationibus ſuis.* ſpiritualibus, & corporalibus, ut ſeruire tibi poſſit magis quiete, & deuotius.

## GLOSSA ORDINARIA.

A a *Pſalmus*. Caſ. Pſalmus iſte monet vitari conſortia iniquorum, iungi iuſtis, quia ex conuictu mores formantur. ✲Theod. hic ante præcedentem ſcriptus videtur cum Saulem fugeret, quia uirtutes proprias percurrit, deſideratque ſcopuloſa certamina ſub uerbis, *proba me domine*.

### PSALMVS XXV.

b IVd. Aug. quia poſt miſericordiã habeo innocentię meritum cuius viã cuſtodiui. Nec tamen ſic in me, ſed in Deo ſperãs permanebo. Quia uero quaſi boni nolunt inter malos eſſe ſchiſmatici, & peiores ſunt, & ut paleæ iam ante ipſam vẽtilationem a vento ſuperbiæ rapiuntur.

† deficiam (vacillabo)

B

† examina (explora, vt inetal la explorantur)

† Viris mendacibus,

† 24. q. 3. c. in quibus.

a ¶ Attribuitur. ¶ Caſſiodor. perfecto uiro qui dicit ſe non habere partem cum iniquis, & petit ab eis diſcerni.

a Pſalmus David XXV.

a ¶ Aug. Diſcerne a malis qui ſimul nobiſcum ſunt in eccleſia, ne ſimul eamus in ignem æternum. b ¶ Quare.

b Iudica me domine, quoniam ego in in- 1 2

c a ¶ Aug. non eſt elatio, ſed non ingrati confeſſio. b ¶ Viam motum, uel inter peccatores. c ¶ Aug. aliter inter malos titubaret, quod & ſi cadunt, iſte ſtat, qui non in eis, ſed in Deo ſperat, 3

nocentia mea ĩgreſſus ſum, & in dño 4

d a ¶ Inter peccatores.

ſperãs nõ † infirmabor. Proba me dñe 5

e a ¶ Ne quid mali delectet. b ¶ Ne quid mali cogitem. 6

& tẽta me, † vre renes meos, & cor meum. Quoniam miſeri- 7

f a ¶ Aug. intus vbi vides non timeo, ſed diſpliceam vbi homines vident. ¶ Me deſerent bona, quaſi quis ſe in ſpeculo uideat. 8 9

g cordia tua ante oculos meos eſt, & † complacui in veritate

a ¶ Et. ¶ Aug. cor non appoſui illis qui non prouident beati fieri in tranſitoriis, quæ eſt cauſa omnium iniquitatum. ¶ Non conſenſi, & ſi intraui. b ¶ Tractatum malorum vitaui, facta nõ incepi. c ¶ Aug. nec incipiam, etſi ſim inter eos. ¶ Conſcientiam non habeo.

h tua. † Non ſedi cũ † cõſilio vanitatis: & cũ † iniqua gerẽtibus 10 11

i

Caſ. Iudica. nõ eſt pſumptio iuſti, ſed certitudo miſericordiæ Dei qđ ibi oñdit in dño ſperans, deinde nõ infirmabor.

c *In innocentia*. Aug. non angelorum, ſed qualis eſt hoĩum.

d *Proba me*. Caſ. i. prius vires inſpice, & tunc vt ferre valeo

C tentari permitte: Aug. Sed ne quid occultorum meorum lateat me, iudica me, non tibi, ſed mihi, & omnibus adhibens purgatoriũ delectationib. & cogitationib. quia ne illo igne conſumar, non merita, ſed miſericordiam quæ talem me fecit attendo. Caſ. *Proba me*. Tu uero proba in tẽtationibus, ne quid delicti remaneat. Aliter negligentes, eſſemus, tentat Deus, ut erudiat, diabolus, vt ſeducat. homo vt diſcat, quod neſcit. Aug. Hic perfectus precatur tribulationes, ne quis de eis murmuret.

e *Vre renes*. Aug. igne verbi tui cor calore ſpiritus. Cor pro cogitationibus, renes pro delectationibus. Baſi. Renes, & cor ſunt cogitationes.

f *Miſericor*. Caſ. Quæ non ſinit tẽtari ſuper vires, vel ipſa vſtio eſt miſericordia nõ aſperitas.

g *Complacui in ue*. Auguſ. cui diſplicet mendacium ſuum, & placet ueritas Dei, placet ipſe cum illa, & in illa.

h *Non ſedi*. Caſ. complacui in veritate, quia non ſedi. Odiui, quod eſt vitare mala. Et lauabo, quod eſt uitare mala. Et lauabo, quod eſt agere recta.

i *Vani*. Caſ. Vani qui de caducis rebus laborant, impii heretici qui ſcripturas puertunt, illi ſuperflua q̃rũt, hi venenoſa. ✲Theodo. Significat ſe apud alienigenas vſum, cum quibus ob fugam ſit habitare coactus, nunquam tamen impietatis, & iniquitatis illorum particeps. ✲Baſil. alienigenas Philiſthæos intelligit.

a *Mali-*

## NICOLAVS DE LYRA.

### PSALMVS XXV.

1 IVdica me. Huic pſalmo præmittitur talis titulus in Hebræo: *David*. niſi quod præmittitur litera lamec ad deſignandum quod David eſt datiui caſus. In tranſlatione Hier. iuxta Hebraicum nihil præponitur. patet autem ſententia huius tituli ex pſal. præcedenti. Dicunt autem aliqui quod David fecit hunc pſalmum, fugiens perſecutionem Saulis, & petens ab eo liberari, unde infra dicitur. *Ne perdas cum impiis Deus animam meam, & cum uiris ſanguinum uitam meam*. De materia tamen huius pſalmi determinata nõ inueni aliquod notabiliter dictum, propter quod ſaluo meliori iudicio videtur mihi quod iſte pſalmus ſit exponendus de ſtatu David, quando poſt mortem Saulis de reſponſo domini intrauit regnum manens in Hebron cum adhærentibus ſibi, ut habetur 2. Reg. 2. Et q̃a ſola domus Iuda ſequebatur ipſum David, reliquus autem populus erat cum Isboſeth filio Saul. Ideo David orauit, vt ſtatus proſperaretur. igitur ſecundum hoc pſal. iſte diuiditur in duas partes, quia primo David petit ſe proſperari in bonis, ſecundo præſeruari a malis, ibi. *Ne perdas cum impiis*. Prima in duas, quia primo petit proſperitatẽ in ſtatu regni, ſcđo in cultu Dei, ibi. *Lauabo*.

Circa primum dicit ſic David. *Iudi. me do*. i. cauſam regni termina pro me.

2 *Quo. ego*. i. abſque præſumptione, & ambitione.

3 *Ingre. ſum*. regnum per tuum reſponſum.

4 *Et in do. ſpe*. ſecundum quod dicitur 2. Reg. 3. David proficiens ſemper ſeipſo robuſtior, domus autẽ Saulis decreſcens quotidie. Et quia innocentia David de ingreſſu regni non erat omnibus nota, ideo petit eam manifeſtari, dicens.

5 *Pro. me*. Probatio autem & tentatio ad hoc ordinatur, ut aliquid ignotum manifeſtetur ipſi tentanti, & ſic homo tentat alium. Deo autem nihil eſt ignotum, & ideo non tentat, vt ſibi aliquid manifeſtetur, ſed aliis, ſicut Ge. 22. dicitur. *Tentauit Deus Abraham, &c*. quia per hoc quod ad præceptũ Dei paratus fuit filium immolare, notum fuit aliis bonum obedientiæ ſuę, ſecundum quod plenius dictum fuit ibidem. Et hoc modo petiit David ſe tentari a domino, ut eius innocentiæ fieret aliis manifeſta, vt ſic libentius ſe ei ſubiicerent, & ſic factum fuit, quia per hoc quod David in mortẽ Abner fleuit, & ieiunauit, cognouit populus eius, & Iſrael vniuerſus quod non fuiſſet interfectus de ſcitu eius, ſecũdum quod habetur 2. Reg. 3. g. *Et cognouit omne vulgus, & vniuerſus Iſrael in die illa, quoniam non actum fuiſſet a rege, vt occideretur Abner*. Similiter per hoc quod non fuit lætatus de morte Isboſeth regis ſed magis interfectores eius morte puniuit, vt habet 2. Reg 4. *notum fuit omnibus quod non ex ambitione, vel præſumptione quærebat regnum, ſed ex diuina ordinatione*. propter quod ſtatim ſubditur c. 5. *Quoniam vniuerſæ tribus Iſrael venerunt ad eum in Hebron, vt vngerent eum regem*. Et quia ad perfectam innocẽtiam requiritur munditia cordis: & corporis, ideo ſubditur.

6 *Vre renes meos*. præſeruando me a peccatis carnalibus.

7 *Et cor meum*. præſeruando me a peccatis ſpiritualibus.

8 *Quoniam miſericordia tua ante oculos meos, &c*. ipſam iugiter meditando.

9 *Et complacui in veritate tua*. in ipſa delectãdo, ideo ſupplex

10 *Non ſedi cum con*. cum hominibus pręſumptuoſe incedere volentibus, quærens ab eis conſilium de modo intrandi regnum. 11 *Et cum iniqua*, i cum Ioab, & Abiſai, & eorum complicibus, qui inique interfecerunt Abner.

*Odiui*

## MORALITER.

1 *Iudica me domine, quoniam*. pſalmum iſtum literaliter expoſui de ſtatu David, quando poſt mortem Saul in Hebron aſcendit, & cœpit regnare ſuper tribum Iuda, quamuis eius aduerſarii adhuc eſſent in multitudine magna.

Moralit. autem exponi poteſt de quolibet fideli ad ætatẽ adultam veniente, tunc. n. debet regnum ſuum incipere, bene regẽdo motus animæ. Et quoniam in hoc difficultatem patitur, rogare debet dominum, vt ab eo dirigatur, & primo vt proſperetur in bonis, ſecundo ut præſeruetur a malis. ibi. *Ne perdas, &c*. Circa primum dicit. *Iudica me domine*. iudicio approbationis.

3 *Quoniam ego in innocentia mea ingreſſus ſum*. i. uſque nunc innocenter uixi in ætate puerili.

4 *Et in domino ſperans non infirmabor*. i. non infirmer peccato mortali. Hebræi namque pro optatiuo utuntur futuro indicatiui.

5 *Proba me domine, & ten. me*. aliis oſtendendo meam innocentiam, non ad propriam laudem, ſed ad tuam gloriam, & proximi ædificationem. Et ſubditur modus, cum dicitur.

6 *Vre re* reprimendo motus concupiſcibilis.

*Et cor me*. i. motus iraſcibilis, nam ira eſt accenſio ſanguinis circa cor.

8 *Quoniam mi. tu. an. oculos meos eſt*. tanquã tota fiducia mea

9 *Et complacui in verita*. ipſam ſequendo, ideo ſubditur.

10 *Non ſe. cum con*. i. ſuperbis.

11 *Et cum iniqua*, i. cum iniquis, & rapacibus.

*Malignantium*.Caſ.qui mala proximis agunt.

A *Lauabo*.Aug.penitendo.Et altare,mentem uirtutibus or nabo, uel fidem, quia non eſt locus ueri ſacrificii extra catholicam eccleſiam.

*Inter innocentes*.Auguſ.Conuerſans.Vt audiam ab eis.i.ut diſcam qua uoce ſis laudandus, vel vt audiam.Venite benedicti patris mei.

Theodoret.Vel Innocens, & nihil commune cum eis habens Hic Pilatus cum parricidii Iudæorum par ticeps eſſe nollet,manus lauit,reipſa negotii fugam oſtendens.

*Vocem*.ſpiritusſancti, qui docet laudare

B

*Domi*. Caſ.petit ne malis in iudicio miſceatur, quia non eis, ſed concordat domui Dei.

*Dilexi decorem*.Caſ. Hęc ideo faciam,quia dilexi me facere decorum domum tibi,& locum,quo glorioſe habites,ut de gloria,& ſententia Dei aliquid capiam.

Baſil & Theod.pro decore Symm.advtū, poſuit, pro Viris ſanguinum, uiros parricidas. Tabernaculum vero,domum nuncupauit, nondum.n. diuina domus conſtructa erat.

C

g *Ne perdas*.Caſ.Et ſi modo ſimul eſſe pateris,ne ſimul perdas.Caſ.Ne perdas,in futuro.Cum impiis,quibus hic nō coico.Aug In area præ palea non uidentur a longe grana, ſic & opinio eſt abundante iniquitate multorum,nullum eſſe bonum,quæ fuit in Elia,quando dixit.Dñe relictus ſum ſolus. D

a ¶ Auguſt. nec incipiam, & ſi ſim inter eos. b ¶ Sed. ¶ Non ſatis eſt uitaſſe. ¶ Auguſt. congregationem, quæ ſit vt veniatur ad concilium vanitatis. c ¶ Et ſi de nobis ſunt.

a bus non introibo. † Odiui ecclesiam malignantium, & cum †

a ¶ Placitum non habebo. ¶ Sed. b ¶ Munda faciam opera mea. ¶ Auguſt. quibus amplexabor ſublimia tua. 1

b 2

c impiis non ſedebo.Lauabo † inter innocentes manus meas, 3

a ¶ Auguſt. vbi Deo vota offeruntur. ¶ Hieron: altare cœleſte quo ſacerdos Chriſtus pro nobis introiuit, vt audiam vocem laudis, quæ cantur ab Angelis, ſcilicet. Sanctus Sanctus Sanctus. b ¶ Auguſt. diſcam quomodo te laudem, non ex ipſo bono de me præſumam.

d &† circundabo altare tuum domine. Vt † audiam vocem lau- 4

a ¶ Auguſt. cum didicero exponam aliis. b ¶ Non mea. c ¶ Et. d ¶ Auguſ. in Sanctis, & ſi adhuc eccleſia habet malos. 5

e dis, & enarrem vniuerſa mirabilia tua. Domine dilexi † deco 6

f ¶ Bonos actus. a ¶ Ipſum decorem domus tuæ dilexi. b ¶ Arcanum pectoris. c ¶ Auguſt. vbi habitans glorificaris, vt non ſibi, ſed tibi detur gloria, & ideo non ſimpliciter habitationis, ſed ubi habitat gloria. d ¶ Auguſt. ergo quia dilexi retribue. ¶ Non nocebit malorum commixtio,quia non errat Deus in iudicio. 7

g rem domus tuæ,et locum habitationis gloriæ tuæ. Ne † per- 8

¶ Qui te odiunt. a ¶ Auguſt.quæ dilexit decorem domus tuæ. ¶ Auguſt. Nam duobus præceptis domus tua decoratur. b ¶ Caſſiod.qui proximum oderunt. c ¶ Caſſiod.qui carnaliter viuunt. 9

das cum impiis Deus animam meam, & cum viris ſanguinum 10

a ¶ Auguſt. quorum opera ſunt iniqua. b ¶ Caſſiod.Q quod eis datum eſt ad accipienda æterna, conuertunt ad ſeculi dona,æſtimantes quæſtum eſſe pietatem. 11

vitam meam In quorum manibus iniquitates ſunt, dextera 12

a ¶ Auguſt.pecuniæ,laudis,timoris,iniuſtæ miſericordiæ,ſed beatus qui excutit manum ab omni munere. b ¶ Illi muneribus,ego diuitiis innocentiæ. 13

h eorum repleta eſt muneribus. Ego autem † in innocentia mea 14

a ¶ Auguſt.valeat mihi ad perfectionem liberationis pretium tanti ſanguinis. ¶ Auguſt non deſerat miſericordia tua in huius uitæ periculis. b ¶ Auguſt.dilectio mea non receſſit a iuſtitia tua.

i † ingreſſus ſum:redime me,& miſerere mei. Pes meus ſtetit 15

K a ¶ Quia multæ in mundo. b ¶ Auguſt.dilectioni tuæ adiungo dilectionem proximi, non occultabo eis quos uocaſti benedictionem tuam,ut per me benedicaris. c Non me. 16

in † directo,in eccleſiis benedicam te domine. 17

h *Dextera eorum*.Auguſt. i. ſi quid boni agunt, pro muneribus faciunt,uel dextra,ratio eorum preſentib. bonis remunerata eſt ego econtrá, & ideo redime,uidit iſte pretium ſanguinis Chriſti quo mundus redimitur.Et ideo ait.*Redime me*, *& miſerere mei*. miſericordia in omnibus comitetur quod debes.quia. E

3.Reg.19 b.

† habitaculum

i *Pes*. i.affectio quæ facile labi ſolet, ſtetit immobilis contra omnia ſcandala tendens ultra, & perſiſtens in directo. Et quia ſic redimis, in eccleſiis benedicam.

† conſum... iung... peccatoribus.

k *Stetit*.Caſ.Etſi undique concuſſus, uel confuſus ſcandalis.

⁘Baſ.& Theo.Spōdet in omnib.totius orbis eccleſiis per pſalmorū hiſtoriam laudare Dominum, propheticis oculis orbis mutationē præuidens: habuit autem finem vaticinatio, nam in omni terra,& mari per piorum linguas Dauid Deum decantat. F

† innocenter ambulabo, id eſt uiuam. In Hebręo eſt ego in integritate incedo.

g Ne

NICOLAVS DE LYRA.

*Odiui ec.malignan*. ſ.Rechab,& Baana,qui erant principes latronum,& inſidioſe occiderūt dominum ſuum Isboſeth. 2.Reg.4.

*Et cum impiis*. Quia talibus non fauit,ſed magis eos interfici iuſſit.

*Lauabo*. Hic conſequenter petit proſperitatem in cultu dei,dicens.*Laua*.i.utinam lauem.Hebræi.n.non habent modum optatiuum ſed utuntur pro eo futuro indicatiui.per manus autem deſignantur opera,eo quod manus eſt organum organorum, ut dr̄ 3.de Anima per hoc autem petit Dauid ſanctitatem uitæ,quæ requiritur in cultu dei, ideo ſubditur.

*Et circunda.al*.i.ueniam ad offerendas oblationes, & ſacrificia, tamen per ſacerdotes ad quorum officium ſpectat talia offerre.

*Vt audiam no.&c*. Quia in talibus oblationibus Leuitæ cātores cantabant diuinas laudes.

*Et enarrem vni. &c*. i.faciam enerrari per Leuitas.q. Dauid fecit cantica a Leuitis decantanda, ut habetur 1.Parali. 16.& 1.Eſdræ 4.b.

Hier. Vt agricola ſterilem terram, vt fructificet, i. dat intel- lectum, vt ſcripturas etiam ſecundum anagogen percipiant quod fit in mente bene pacata conſilio, per intellectum autē ſcripturarū prouehit, & facit ceruos qui conſcendāt montē ſapientiæ de diuina eſſentia. Et hoc non ſolū gentibus, ſed & Iudeis in vltimo reuelabit, ea ſ. quæ de deitate ſunt conden- ſa. Ecce quomodo a timore vſq; ad ſapientiā aſcendit, cum oībus enim timor caſtus, ſ. aſſociatur. Oīs qui in templo ſic conſummato eſt, dicet gloriā. Qui ergo non dicit gloriā, nō in templo eſt. Quare date gloriā, ideo & quia hoc templum dñs facit habitare intra fluētes, & ſubmerſos, vt arcam inter fluctus. vel illos ſanctos q̄ ſunt templū, habitare facit illæſos, & in illo templo ſedebit potēs, & regnās vſquequo æternitas veniat, & dabit virtutē, & eandēm benedicet in pace æterna.

✻ Theod. Vox hęc ē cęlo allata apud Iordanē. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacuit. Porro Tonitruū F vocē ipſam appellat, tanq̄ totum orbem terrarum per ſana Euangelia penetrātem. ſimiliter filios Tonitrui Apoſtolorū colle-

NICOLAVS DE LYRA. PSALMVS XXVIII.

1 A Fferte domino. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo;* Pſal. Dauid. *in tranſlatione vero Hiero. dici- tur* Cantici Dauid: *& in idem redit: & patet expoſi- tio ex dictis ſupra Pſal. 22. & 23. De materia autem hu- pſal. dicit Hier. in prologo huius libri, quod Dauid fecit hunc pſal. conſummatione tabernaculi, quod fecit ad reponendum arcam Do- mini, vt habetur 1. Paralip. 16. Quo conſummato erat ibi Deo deuote erendum, & ſeruiēdum: & ſecundum hoc iſte pſal. diuiditur in duas tes, quia primo Dauid inuitat ad offerendum Deo deuote. ſecundo larat quod ſeruiendum eſt ei humiliter, & prompte, ibi:* Vox domi *Circa primum dicit ſic:* Afferte domino fil. *id eſt, vos filij Iſrael, eſtis filij Dei, tanquam ab eo ſpecialiter electi, ſecundum quod ipſe it Exod. 4. f.* Filius meus primogenitus Iſrael. *Vel aliter.*

Filij Dei. *Id eſt, vos ſacerdotes, & miniſtri, qui inter filios Iſrael ſpecialiter electi ad cultum Dei.*

3 Afferte domino. *Hoc dicitur propter iuge ſacrificium, in quo offerebantur quotidie duo agni immaculati, vnus in mane, & alius in veſpere: & per hoc intelliguntur aliæ oblationes, & ſacrificia quæ offe- rebantur medio tempore: quia ante ſacrificium matutinum non poterat fieri aliqua oblatio, ſeu ſacrificium. Similiter nec poſt iuge ſacrificium veſpertinum.*

4 Afferte domino. *omnia opera veſtra bona ad eius gloriam diri- gendo, ſecundum quod dicit Apoſtolus 1. Cor. 10. g. Omnia in gloriam Dei facite. Hoc autem facit fides operans per dilectionem, in quibus conſiſtit cultus Dei interior; propter quod dicit Auguſ. in Enchiridion: Fide, ſpe, & charitate diligitur Deus, ſeu colitur.*

5 Afferte do. *i. nomini eius Tetragrammaton, quod habebatur in tanta reuerentia apud Hebræos, quod non nominabatur in publico, ſed tantum in templo in benedictionibus ſacerdotum ſuper populum.* Tetramma- ton

6 Adorate dominum. *i. ſacerdotum vbi fiebant ſacrificia, quod erat ſanctius alio atrio, in quo erant alij vulgares ad adorandum, & audiendum verbum diuinum.*

MORALITER.

*Afferte domino.* Secundum Hiero. Dauid fecit hunc pſal. in onſummatione tabernaculi ad reponendum arcam domi- i, vt ibi Deo ſeruiretur deuote. 1. Paral. 16. & hoc vſquequo nſummaretur templum a Salomone.

Myſtice vero poteſt exponi de Eccleſia materiali, in qua ertur agnus qui tollit peccata mundi, & ad hoc primo po- tur inuitatio cum dicitur.

3 *Afferte domino.* Id eſt, vos Eccleſiæ miniſtri.

4 *Afferte domino.* Id eſt, agnum immaculatum per omnia legis ſacrificia figuratum.

5 *Afferte domino.* Sibi de omnibus bonis veſtris gloriam, & honorem attribuendo.

6 *Ado.* licet. n. vbiq; ſit adorādus, in loco tñ ſacro deuotius. *Vox domini.* Hic conſequenter ponitur multiplex rō, quare deuotius in Eccleſia ſit orandū: & accipitur ex diuinis bene- ficijs. Primū eſt baptiſmi collatio, in quo fiunt fideles mēbra Chriſti per aquam regenerationis, quod notatur cum dicit.

collegium nominauit, ob admirabilem diuinamque Theologiæ vocem meminit aquarum multarum. Non enim Iordanes ſolus illam gratiam accepit, verum in omni fonte,& mari baptiſmatis myſterium perficitur, diuina imploratione aquarum naturam ſanctam efficiente.

A

a *Vox domini ſuper aquas,&c.* Caſſ. de conſtitutione eccleſię, vbi virtutes Spiritusſancti cũ magno præconio enumerat.

✻ Theodoret. Congruentia his Actuum hiſtoria nos edocet. Nam inde diſcimus quomodo Dominus Chriſtus adhortatus ē ſuos, dicens: Manete in ciuitate, donec induamini supernã virtutem, & facta eſt de cœlo vox, tanquam aduenietis ſpiritus vehementis, &c. Cæterum Vocem dicit Spiritusſanctus gratiam, quę Apoſtolos robore,& potentia impleuit, atque viles magnificos reddidit.

B

a ¶Quia. b ¶Chriſti. c Iudæos. Populos gentium. d Caſ de nube carnis terribiliter pœnitentiam prædicauit. Ipſe Chriſtus poſtquam vocem miſit populis, & perterruit, conuertit in ſe,& habitabat in eis.

a Vox domini ſuper aquas: Deus † maieſtatis intonuit, domi- 1

a Populos gentium. b Aug. Chriſti iam in ipſis habitantis. c Aug. potentes faciens eos. 2

nus ſuper aquas multas:Vox domini in † virtute,vox domini 3

a Magna faciens in eis. Miraculorum, vel operum. b Aug. contritione cordis humilians ſuperbos. 4

in magnificentia. Vox domini † confringentis cedros,& con 5 6

a Per pœnitentiam. b Auguſt. elatos nitore nobilitatis terrent. c Per ignobilia quæ elegit. Aug. ablata altitudine eorum deponet eos ad imitationem humilitatis ſuæ, qui vt vitulus ad victimam Crucis ductus eſt per nobiles ſeculi, Vnde: Aſtiterunt reges terræ,& principes,&c.

fringet dominus cedros Libani.Et † cõminuet eas,tanquam 7

a Aug. vnicus patris exinaniuit ſe nobilitate ſua, & factus eſt homo, ſicut filius vnicornium, id eſt, Iudæorum iactantium ſuam ſingularem iuſtitiam.

b vitulum † Libani, & dilectus † quemadmodum filius vni- 8 9

a Aug. tranſeuntis ſine læſione per ardorem perſequentium, vel diuidentis furentem iram illorum, vt alij conuertantur, alij non.

cornium. Vox domini † intercidentis flammam ignis, vox 10 11

a Aug. commouentis ad fidem gentes quæ erant ſine Deo ſine lege, & prophetis. b Intelligibilia faciet verba legis. Aug. tunc celebrari faciet verbum ſcripturarum quod a Iudæis non intelligentibus deſerebatur.

c dñi † concutientis deſertũ, & cõmouebit dñs deſertũ Cades. 12

† Libano, & Sion

† ſicut

† ſuccidens

† vel parturire faciet deſertũ, id eſt, deſerti feras, & beſtias.

C

b *Libani.* Libanus interpretatur candidatio. Cedri Libani, i. alti hoĩes in terrenis elati, quos Deus confringẽdo comminuet, i. de ſupbia ad ſe per dilectũ filiũ reducet:& hoc ſpiritu fortitudinis comminuet, ſicut vnicornis captus cõminuitur.

D

✻ Theo. Cedri ſunt Idolorũ alta delubra q̃ nihil fructus colẽtibus afferebãt. nã Cedri ſunt pceræ, eſculentũ vero fructũ afferre minime ſolẽt. Vitulũ Libani, i. Hieruſalẽ: ſępius enim libanũ Hieruſalẽ nuncupat, vt Aperi Libani ianuas tuas, & deuoret ignis cedros tuos: Vitulus eſt ille q factus ẽ i Horeb, quẽ vt Moſes cõminuit ſic idola oĩa cõfringentur. Popl's autẽ q Deo credidit erit dilectus vnicã honorans diuinitatem.

c *Deſertum.* Caſ. Aug. Iudaicũ populum. Cades regio eſt: in qua eſt Sina. Cades locus eſt vbi aqua de petra data, quod modo ſpiritualiter de duro corde, quando ad fidem cõuertitur: vnde emanat aqua viua.

✻ Theod. Cum Apoſtolorũ chorus ignitam Spiritusſancti gratiã accepiſſet, illuſtrabatur, ſed nõ comburebatur. In futura vita gemina vis ignis bifariã diuiſa, hęc q.dẽ virtutis athletas illuſtrat, hęc vero peccati ſtudioſos cõburit. Aqla,& Symmachus

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Vox domini.* Hic conſequenter Dauid declarat, q Deo ſit obediendũ prõpte,& hoc p multa exẽpla virtutis diuinę, cui nullus põt reſiſtere. Primũ eſt exemplũ de trãſitu maris rubri, cum dr̃: *Vox do.* qa ſicut dictũ fuit Exo. 14. de nube intermedia inter caſtra Iſrael,& Aegyptiorũ diuino iuſſu pceſſerunt tonitrua,& fulgura ſubuertẽtia rotas curruũ Aegyptiorum,& aquæ reuerſæ ſunt ſuper Aegyptios, ideo ſubditur.

2 *Dominus ſuper aquas multas.* Secundum exemplum eſt in datione legis, quæ facta eſt in terroribus diuinæ virtutis, ſm quod dr̃ Exod. 19. c. Iam aduenerat dies tertius, & mane inclaruerat,& ecce cœperunt audiri tonitrua,& micare fulgura,& nubes denſiſſima operuit montem, clangorq; buccinę vehementius perſtrepebat, & quantum ad hoc dicitur.

3 *Vox domini,* poſtea locutus eſt dñs di. Ego ſum dñs Deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti. Et conſequenter ponuntur decem decalogi præcepta: & quantum ad hoc dicitur.

4 *Vox domini.* Loquebatur enim ſicut rex magnificus imponẽs pcepta. Et qa filij Iſrael fuerũt valde perterriti, ſecũdum quod dr̃ ibi: *Et perterriti, ac pauore concuſſi ſteterunt procul dicentes. Moyſi: Loquere tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur:* & quantum ad hoc dicitur.

5 *Vox domini.* Id eſt, maiores illius populi, qui confracti timore ſic loquebantur Moyſi.

6 *Et confringet dominus.* Hoc additur ad denotandum magnitudinem principum illius populi, qui erant capita tribuũ. In monte enim Libani creſcunt maiores cedri, quam alibi.

7 *Et comminuet.* i. ſicut vitulũ paſcentę in Libano, q ex modico ſonitu,& fragore terret,& tremit: ſic iſti fuerũt mirabiliter territi, vt pdictũ eſt,& quaſi cõminuti in mẽte: qa cõſiderãtes diuinã maieſtatem,& ſuã fragilitatẽ, reputauerũt ſe quaſi nihil,& ſicut res cõminuta: qa tñ Moyſes nõ fuit in aliquo territus dixit ad populũ: Nolite timere,&c. Et ſubditur: *Moyſes autem acceſſit ad caliginem in qua erat dominus.* iõ ſubdit.

8 *Et dilectus.* ſcilicet Moyſes, qui fuit Deo dilectus,& hominibus, vt habetur Eccleſ. 45.

9 *Quemadmodum.* i. ſecurus,& impterritus; ſicut vnicornis In trãslatione aũt Hie. iuxta Hebręũ ſic hr̃: *Et diſperget eas quaſi vitulum Libani, & Sirion quaſi filius rhinocerontis.* Et eadem eſt ſnĩa, qa multũ territi diſpergunt, vnde de filijs Iſrael dr̃ vbi ſupra, Perterriti, ac pauore cõcuſſi ſteterũt pcul. Et Sirion, i. filius, p quẽ intelligitur Moſes a Deo pdilectus. Sicut filius quaſi filius rhinocerontis, i. ita impauidus, ſicut rhinoceros quod idẽ ſignificat quod vnicornis. Tertiũ exemplũ eſt de vindicta dñi facta in deſerto de Core,& complicibus eius, vt hr̃ Num. 16. c. Ex qbus aliq fuerũt cõbuſti p ignẽ a Deo immiſſum, & aliq a terra abſorpti, & quantum ad hoc dicitur

10 *Vox domini interci.&c.* quia Aaron pro illa plaga ſedanda obtulit thymiama:& ſic ceſſauit incẽdium, ſecundum quod dicitur Numeri 16. g. Obtulit thymiama,& ſtans inter mortuos,& viuos pro populo deprecatus eſt,& plaga ceſſauit.

11 *Vox domini.* qa tũc fuit terręmotus,& terra aperuit os ſuũ & deglutiuit Core, Dathan, & Abiron, & tabernacula eorũ

12 *Et commouebit.* Caſſi. hoc additur: qa hoc factũ accidit in deſerto Cades, vbi manſerunt filij Iſrael longo tempore, vt habetur Deuter. 1. Quartum exemplum ponitur cum dicit

1 Vox

## MORALITER.

1 *Vox domini.* Tunc enim ſuper Chriſtum facta eſt vox Dei patris: Hic eſt filius meus dile.&c. Matt. 3. d.

2 *Domin. ſuper.* Quia omnibus aquis tunc data eſt virtus regeneratiua in inuocatione ſanctæ trinitatis.

3 *Vox domini.* Hic ponitur ſecundum beneficium, quod eſt fidei Catholicę diuulgatio per virtutem datam Apoſtolis, alijsque diſcipulis, Mar. vlti. d. *Illi autem profecti prædicauerunt vbique domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.* quod notatur cum dicitur.

4 *Vox domini.* nam Dei ſpiritus prædicatoribus loquebatur Ma. 10. c. *Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis.*

*Vox domini.* Hic ponitur tertium beneficium quod eſt ſubiectio principum fidei Chriſtianæ, maxime tempore Conſtantini. quod notatur, cum dicitur.

5 *Vox domini.* Per altitudinem cedrorũ ſignificatur magnitudo principũ terrenorũ, quæ fuit fracta per verã humilitatem, quando iugo Chriſti colla voluntarie ſubmiſerunt.

7 *Et comminuet.* Id eſt, paſcentem in Libano, qui eſt animal humile. Imperator autem Conſtantinus intantum fuit per humiliationem ſui comminutus, quod vicario Chriſti minimum officium, ſcilicet ſtratoris exhibuit.

8 *Et dilectus,&c.* Id eſt, Chriſtus a Deo patre prædilectus,& quaſi vnicornis conſtans,& impauidus ſupple fecit humiliationem principum dictam.

10 *Vox domini.* Hic ponitur quartum beneficium, quod eſt condeſcẽſio diuina in paſſione martyrum multorum: quod notatur cum dicitur.

10 *Vox domini.* Multi namque martyres illæſi ſteterunt in medio ignis: & quoniam ex hoc multi Gentiles moti fuerunt ad credendum Chriſto, ſubditur.

11 *Vox domini.* Id eſt, Gentilitatem quæ ſicut deſertum culta non fuerat doctrina legis,& prophetarum.

*Vox domini.* Hic ponitur quintum beneficium, quod fuit illuminatio Doctorum Eccleſię,& ſic tanquam cerui cornibus ſacræ ſcripturæ hæreticos repreſſerunt.

1 Vox

machus legunt parturientis, & deſertum gentes Deo deſtitutas nominat quas aduentu ſuo concutiet, vt ſalutem pariat. propterea ſanctum nominat, hoc enim Cades ſonat.

a *Dominus*.quid conſtitutæ Eccleſiæ fiat, oſtendit.

✠ Theo. Natura cer uis inſitum eſt reptilia deſpicere. hoc Apoſtolis Dñs dedit. Ded[i]t.n.ait vobis poteſtatem cõculcare ſup ſerpẽtes. Vt autem

a ¶Perficientis. b ¶Aug.qui ſuperant, & repellunt venenoſas linguas. c ¶Aug opacitates illas li[b]rorum, & vmbracula myſteriorum, vbi libere paſcantur. ¶Alias ſy[l]uas.

Vox domini † præparantis ceruos, & reuelabit condenſa, &

¶Aug.in eccleſia quam vnuſquiſque pro ſuo dono laudat Deum. a ¶Huius ſeculi·

a in templo eius † omnes dicent gloriam. Dominus † diluuium

b a ¶Sanctos in eccleſia quaſi in arca conſtitutos. b ¶Deinde. ¶Super eam. c ¶Regnans in eis in æternum. d ¶Quia. ¶Aug.contra procellas ſeculi, quia non eſt pax in hoc ſeculo.

c inhabitare facit, & ſedebit dominus rex in æternum. Dominus

a ¶In præſenti. ¶Et. b ¶Aug.in ſeipſo pacem illis dans. ¶Vnde: Pacem meam do vobis, ¶Exemplo ſuo alios admonet.

nus virtutem populo ſuo dabit, dominus benedicet populo ſuo in pace.

tem eſt inauditum, vt Cerui omne genus ſerarum cornu feriant, ſic vt Apoſtoli omnẽ philoſophiam illiteratti redarguerent.

†diluuium inhabitauit, i.in diluuio ſedit, ſub. vt eũ immittat, vel vt ſedeat.

b *Diluuium*. Caſſiod. Aquas baptiſmi, qui purgat crimina mundi.

✠ The.Nã a torrẽte iniquitatis terrã inundatam renouabit.

c *Dominus virtutem populo, &c.* ✠ Theod. Martyrum victoriam, & Eccleſijs pacem conceſſam prædixit.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Vox domini præparan.cer.* Dicunt Hebręi: Vox dñi occidentis ceruos. Hier.in trãſlatione iuxta Hebraicũ dixit: Vox dñi obſtetricans ceruas, & ſecundũ hoc iſta lrã multipliciter exponit̃. Rab.Sal.exponit eã de tpe Meſſiæ, in quo, vt dicit, Iudæi abundabũt oĩbus delitijs, ac bonis: & ſic ad volũtatẽ eorũ dñs interficiet ceruos, & alia aĩalia ſylueſtria, q̃ ſunt comeſtibilia. Sed hoc dictũ fundat̃ ſup errorẽ eorũ, q. dicũt vitam futurã fore aĩalem cibis indigẽtem, ſicut dixi plenius ſuper Geneſ.1. Et in hoc errore cõueniunt cũ Tartaris, & Saracenis. Dictio aũt Hebraica hic poſita ęquoca eſt, ad deſignandũ occiſionẽ, obſtetricationẽ, & p̃parationẽ. Secundũ aũt tranſlationẽ Hieron.iuxta Hebraicũ exponit̃ de virtute Dei dantis ceruis virtutẽ pariendi, & ẽt nutriendi fœtus, ita quod ſupplet ibi vicem obſtetricis. Secundũ aũt literã cõem põt exponi de terra Neptalim, ſecundum quod ſcribitur Geneſ.49.c. Neptalim ceruus emiſſus dans eloquia pulchritudinis: quod exponitur a doctoribus Hebræis, & Latinis, eo quod in ſorte Neptalim erat terra primitiua ante alias ſortes proferens fructus ſuos, ſicut ceruus velocius currit alijs aĩalibus: & pp hoc de illis fiebãt ſacrificia in ſolennitate paſchali de granis nouis: & tũc Leuitę cantabant diuinas laudes q̃ ſunt eloq̃a pulchritudinis. Secũdũ hoc igit̃ p ceruos hic intelligunt̃ fructus de terra Neptalim veloces ad matureſcẽdũ p̃ alijs aĩalibus, q̃ quidẽ velocitas fiebat diuina virtute oĩa producẽte: & ẽm hoc dicitur: *Vox domini præ.cer.* Et quia de illis fructibus fiebat oblatio in ſolennitate paſchali, vt dictum eſt, ideo ſubditur.

2 *Et reuelabit*. i. atrium ſacerdotum, & templum, quia tunc aperiebantur ad ſolennius celebrandum diuina, & dicitur.

3 *Condenſa*: eo q. vulgus non hẽbat illuc acceſſum liberum.

4 *Et in templo eius*. Quia tunc diuinæ laudes fortius cantabantur per Leuitas, & ſacerdotes. Tamen hic accipitur templum pro tabernaculo, quod præparauit arcæ domini: & frequenter accipitur vnum pro altero in vet.teſta.

5 *Dominus diluuium*. Hic conſequenter ponitur quintũ exẽplum de diluuio, quod tempore Noe fuit inductum diuina virtute ſuper terram ad puniendum hominum malitiam, vt habetur Geneſ.7. & quantũ ad hoc dicitur: *Dominus diluuium*. id eſt, terram diſſipatam per diluuium.

6 *Inhabitare facit*. per multiplicationem hominum, & animalium quę in arca reſeruauit.

7 *Et ſedebit*. tanquam iudex omnium.

8 *Rex in æternum*. ſecundum illud Eſa.9.b. Multiplicabitur eius imperium, & pacis eius non erit finis. Vltimo Dauid imprecatur populo ſuo bona, dicens.

9 *Dominus virtutem*. ſcilicet patientiæ in aduerſis.

10 *Dabit populo*. id eſt, det. Hebræi enim non habent modum optatiui: ſed pro eo vtuntur futuro indicatiui modi.

11 *Dominus*. id eſt, benedicat.

12 *Populo ſuo*. cũ in tp̃alibus, & ſpiritualibus multiplicãdo.

13 *In pace*. Quia ſicut dicit Priſcianus: Si q̃rat̃, q̃d eſt ſũmũ bonũ in vita? bene rñdet̃, pax. Myſtice poſſet exponi pſalm⁹ iſte de materiali eccleſia, in qua quotidie offert̃ agnus immaculatus Ieſus Chriſtus ad honorẽ Dei pr̃is, ſeu totius trinitatis, cui ſeruiẽdũ eſt, & p̃opter obediẽdũ pp mirabilia q̃ facit in cęlo, & in terris. Primo mirabili, correſpõdet ſacr̃m baptiſmi. ẽm illud 1.Cor.10.a. *Omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in mari.* Secũdo vero exẽplo correſpõdet publicatio euãgelij, p quã cõfracti ſunt cedri Libani, i. principes ſeculi, ſubmittẽtes humiliter colla ſua iugo fidei. Tertio exẽplo correſpondet rep̃ſſio ignis iuſſu Dei cõburẽdi virtutẽ amittẽtis in multis martyribus, ſicut patet ex eorũ legẽdis: & terręmotus opprimẽs tyrãnos, & eorũ miniſtros, & corruere faciẽs templa idolorũ, ſicut patet in legendis pluriũ martyrũ. Quartũ vero exẽplũ rep̃ſentat primitiuæ eccleſiæ ſtatũ, q̃a tũc ſicut terra primitiua p̃tulit multos fideles gaudẽtes, & p̃opter currẽtes ad martyriũ: quod fuit materia exultationis ciuium cœleſtiũ in tẽplo glorię Deũ iugiter laudantiũ. Quintum exẽplũ pręfigurauit ſtatũ mundi ante incarnationẽ Chriſti in quo Deo permittente ſuo iuſto iudicio inundauit diluuiũ vitiorũ: ſed per Chriſtum, & Apoſtolos, tanquam per alterum Noe, & filios eius habitata eſt terra ex multiplicatione fidelium.

Myſtice. Eccleſia mirabilibus quinque repræſentatur.

## MORALITER.

1 *Vox domini*. Quoniam obſcura ſcripturæ declarata fuerunt per ipſos, ſubditur:

2 *Et reuelabit con.* Ex hoc autem ſurgit laus in Eccleſia: propter quod ſubditur.

4 *Et in tem.eius omnes dicent gloriam*.

5 *Dominus diluuium*. Hic ponitur ſextũ beneficiũ, quod eſt repreſſio multitudinis peccatorũ, & quantũ ad hoc dicitur.

5 *Dominus diluuium*. Ante publicationẽ fidei fuit in gẽtibus diluuium peccatorum, ſed hoc diluuium dñs repreſſit, q̃n in Eccleſia de gentibus collecta fecit ſuum habitaculum: & ſic *vbi ſuperabundauit delictum, ſuperabundat gratia, ad Rom.5.d.*

## ADDITIO.

In pſal.28. *Afferte domino*. vbi dicitur in poſtil. *Vox domini obſtetricans ceruas*. Apud Hebræos duplex eſt vita futura. Prima eſt in tẽpore Meſſiæ per eos adhuc expectati, in qua vitã animalem gerendo, cibis, & potibus indulgebũt, ſicut & modo, niſi quod abundantius, & ſupra modum, & delectabilius credunt ſe talia habituros. Secunda eſt in alio ſeculo, in qua ſecundum principaliores, & magis authenticos, non credũt habere vitam corporalem, ſed ſpiritualem tantum: vnde non conueniunt in hoc errore cum Saracenis, &c.

## GLOSSA ORDINARIA.

a *Pſalmus cantici in dedica* Auguſt. Supra de conſummatione tabernaculi tempore belli: hic autem eſt pſalmus lętitiæ, quia domus dedicatur, id eſt, confirmatur, quæ in æterna pace manebit: corpore innouato nõ tantum Chriſti, ſed etiam totius Eccleſiæ. Totus Chriſtus loquitur in hoc pſalmo, quia quędam capiti, quædam corpori, quædam vtrique conueniunt.

Auguſt. Pſalmus breuiter de paſſione, & reſurrectione, vt paſſio non terreat, quos ſpes reſurrectionis lætificat.

b *Domus Dauid*. Caſſiod. Totus Chriſtus ſponſus, & ſponſa vna domus Dei eſt: quia in Chriſto plenitudo gratiæ habitauit, & de plenitudine eius nos omnes accepimus. Hæc domus quantum ad caput, id eſt, Chriſtum, fabricata eſt in eius conceptione: dedicata vero in eius reſurrectione, quando immortalitatis gloria cõfirmatus eſt. Quantum vero ad Eccleſiam quotidie fabricatur: dedicabitur autem in futuro, quando ſancti reſurgentes ſtabunt in magna conſtantia fulgentes, vt Sol. Dicitur [e]tiam hæc domus ſecundum præſentem ſtatum, tabernaculũ, vt in præcedentis pſalmi titulo, quãdo in ea militat̃. Domus vero, ſecundum ſtatum futurum, quando in ea quieſcitur.

a ¶Lætitiæ. b ¶Quæ modo in capite, poſt futura eſt in membris. ¶Chriſti.

a b Pſalmus cantici in dedicatione domus Dauid. XXIX.

Caſsiod. Primo agit de dedicatione ſua: & iubet ſanctos idem ſperantes laudes dicere.

## PSALMVS XXIX.

¶Aug. altitudinem tuam laudabo in dedicatione, quia tunc non iucundabuntur inimici ſuper nos, vt modo.
a ¶Aug. iam in ſpe, & in futuro ſuſcipies in re.

a E Xaltabo te domine, quoniam ſuſcepi 1
2
¶In reſurrectione dedicando. a ¶Delectari, vel iucundari permiſiſti. ¶Vel iucundaſti. b ¶Augu. qui per 3
orbem varijs perſecutionibus me conati ſunt opprimere.
ſti me, nec delectaſti inimicos meos 4
a ¶Exponit ſuſceptionem.
b ſup me. Domine Deus meus clamaui 5
a ¶Iam non gero ægrum corpus, ſed glorioſum, & immortale.
¶Hic in ſpe, & in futuro in re ¶Et
¶Hierony. expoſitione hoc non eget, manifeſtum eſt enim animam Chriſti cum animabus ſanctorum de inferno eductam a Deo.
ad te, & ſanaſti me. Domine eduxiſti ab inferno animam 6
7
a ¶Ab his perſequentibus. ¶In reſurrectione, iam cum eis amplius ſim.
b ¶Quibus ſimilis videbatur. ¶Aug. de corruptione profundæ cæcitatis, quia immunis a peccato, & corruptione carius, quia impalsibilis. ¶Vel ſaluum feciſti. c ¶Profunditatem ſeculi, vel, inferni. d ¶Aug quia ſurrexit caput idem ſperent membra.
c meam, ſaluaſti me a deſcendentibus in lacum. Pſallite dño 8
¶Vos ſancti eius. ¶Opere. a ¶Id eſt, laudare eum. b ¶Aug. quia ex bonitate memor fuit ſanctificare vos. ¶Quia ſanctitatis qua nos ſanctificauit non eſt oblitus hoc toto 9
tempore, quo vos eratis eius obliti. c ¶Ideo pſallite, & confitemini
d ſancti eius: & confitemini memoriæ ſanctitatis eius. Quoniã 10
e

A a Exaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti. ✠ Theodor. Nec Beatus Dauid templum conſtruxit, nec pſalmi verba ei, qui conſtruxit templum, conueniunt. Eſt autem pſalmus dictus in Ezechiã qui victis Aſſyrijs, & morbo magnam celebritatẽ Dedicationi ſimilem inſtituit, & in Naturam humanam, cuius figuram geſſit, quæ diuina benignitate renouata eſt, & reſurrectionem recepit.

Hoc modo dicitur ex perſona fundamenti quod dedicatũ eſt, poſt dicetur ex perſona domus vniuerſæ, cum in communi reſurrectione fuerit dedicata.

✠ Baſil. & Theodor. Cum enim Dominus noſtras primitias accepiſſet, omnem naturam per ipſas ſalute dignam fecit, & ludibrio eſſe inimicis, & hoſtibus dæmonibus non ſinit.

b *Domine Deus meus clamaui ad te, &c.* Aug. Chriſtus ex quo homo infirmus, ex hoc & orãs ꝑ nobis mediator inter Deũ

C trinitatẽ, & hoĩes peccatores. Quia infirmus, appropinquat nobis. Qui non iniquus, iungitur Deo. Etiã in hoc tñ: quod homo nobis præeſt, vt caput, in quo ſunt oẽs ſenſus præ cæteris membris. Super hũc iucundati ſunt inimici in cruce, ſic & ſup ſuos iucũdantur in paſſionibus, ſed nõ in dedicatione.

✠ Theod. hoc Ezechię conuenit, humanę naturæ non ſic, neq; enim Deum deprecata eſt: lachrymas igitur, quæ erant in morientibus, & ægrotantibus, pro precibus poſuit, inexplicabilem Dei bonitatem oſtendens.

c *In lacum.* Hierony. Id eſt, de lacu inferni vbi animæ peccatorũ ſunt, ne ſicut illi præceps caderem in mortem.

✠ Theodoret. Non enim omnes hac gratia digni ſunt.

d *Confitemini, &c.* Auguſt. Quia ex bonitate, & ſanctitate ſua, nõ noſtra memor fuit noſtri.

e *Quoniam ira.* Auguſt. Id eſt, vindicta qua vindicauit in nos primum peccatum quod morte ſoluiſtis.

✠ Theo. Iram caſtigationẽ vocat. Vitã vero voluntati adſcribit. Vult enim vitã, nõ iram, ſed mala illa nobis ipſis aſciſcimus. Deus mortẽ non fecit, nec delectatur interitu viuentiũ.

a *Ad*

## NICOLAVS DE LYRA. PSALMVS XXIX.

1 *Exaltabo te domine.* Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo, & in tranſlatione Hierony. iuxta Hebraicum *pſalm. cantici pro dedicatione domus Dauid.* Circa quod ſciendum, quod iſta dedicatio non fuit domus Dauid in qua habitauit, licet aliqui hoc dicant, & male: quia non legitur illius domus aliqua dedicatio, ſed templi ædificati per Salomonem: quod hic dicitur domus Dauid, quia voluit templum ædificare: vt habetur 2. Reg. 7. a. ſed de mandato domini ædificium fuit retardatum vſque ad tempus Salomonis filij ſui. Dauid tamen tradidit ei deſcriptionem templi, & ædificiorum in circuitu, & vtenſilium: & præparauit impenſas, ſaltem pro magna parte, vt habetur 1. Paralip. 28. propter quod hic dicitur, domus Dauid. Dicunt autem Hebræi, & ſatis veriſimiliter, prout plenius declaratum fuit 3. Reg. 8. & 2. Paralip. 6. quod in dedicatione templi, cum ſacerdotes portantes arcam, vellent eam transferre de tabernaculo Dauid in quo fuerat, & introducere intra Sanctaſanctorum, portæ templi clauſerant ſe, nec fuerunt reſeratæ, donec Leuitæ cantantes Pſal. 131. venirent ad locum illum: *Propter Dauid ſeruum tuum, ne auertas faciem Chriſti tui.* id eſt, Salomonis in regem uncti. Et tunc portæ fuerunt reſeratæ. Quod videntes omnes populi, cognouerunt quod peccatum Dauid de adulterio Bethſabeæ, & homicidio Vriæ erat totaliter a Deo remiſſum: & vſque ad tempus illud plures de populo tenebant contrarium. Igitur Dauid hoc præuidens in ſpiritu, fecit hunc pſalm. in quo deſcribit prædicti peccati commiſſionem ex ſua fragilitate, & eiuſdem remiſſionem ex Dei miſericordia, & benignitate. Et ſecundum hoc iſte pſalmus diuiditur in duas partes: quia primo Dauid diuinam confitetur benignitatem, vel bonitatem. Secundo propriam fragilitatem, ibi: *Ego autem dixi.* Circa primum Dauid primo Dei bonitatem confitetur. ſecundo alios ad idem hortatur, ibi: *Pſallite domino.* Circa primum dicit ſic.

Dedicatio domus Dauid.

2 *Exaltabo te.* nomen tuum publice collaudando.

3 *Quoniam ſuſcepiſti*, In tua gratia, poſt tanta flagitia a me perpetrata, ſcilicet in adulterio Bethſabeæ, & homicidio Vriæ.

4 *Nec delectaſti.* ſcilicet Achitophel, & Abſalon, qui inducebant populum ad me perſequendum, allegantes contra me prædictum flagitium, tamen finaliter non fuerunt delectati quia Achitophel ſe ſuſpendit, & Abſalom in bello interijt, & magna pars populi ſequentis ipſum.

5 *Domine Deus.* corde, & ore.

6 *Et ſanaſti.* a prædicti peccati vulnere.

7 *Domine eduxiſti, &c.* Quia propter dicta flagitia eram dignus gehenna, ſed tu ſaluaſti me tua miſericordia.

8 *Pſallite domino.* Hic conſequenter alios hortatur ad laudandum Deum de miſericordia ſibi facta, di. *Pſallite domino* id eſt, vos ſacerdotes diuino cultui deputati, & ſanctificati.

9 *Et confitemini, &c.* confeſſione laudis, ad quorum confeſſionem cum dicerent: *Memento domine Dauid.* apertæ fuerunt portæ templi, vt dictum eſt Pſal. præcedenti: & ſic omnibus apparuit peccatum Dauid a Deo dimiſſum.

10 *Quoniam ira.* Auito tranſiens. vnde in Hebræo, & in tranſlatione Hiero. iuxta Hebręum cum habetur: *Quoniam ad momentum ira eius, & vita in voluntate eius:* quia non vult Deus mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat, Ezech. 18. *Quia eius miſericordia ſuperexaltat iudicium,* Iac. 2. c.

1 *Ego*

## MORALITER.

1 *Exaltabo te domine.* Dicunt Hebræi, quod in dedicatione templi per Salomonem ædificati, cum ſacerdotes vellent inducere arcam in locum ſuum, portæ clauſerunt ſe: & cũ Leuitæ cantantes pſalmum 131. veniſſent ad locum iſtũ: Propter Dauid ſeruum tuũ, non auertas faciem Chriſti tui, aperuerunt ſe: & per hoc cognouit populus peccatum Dauid de adulterio Bethſabeæ, & homicidio Vriæ, a Deo eſſe remiſſum, cuius contrarium plures adhuc tenebant. Ergo Dauid hoc præuidens in ſpiritu, fecit hunc pſalmum, in quo confitetur Dei bonitatem, & propriam fragilitatem.

Moraliter autem poteſt exponi de quolibet fideli, qui reuelatione Dei, vel coniectura probabili, cognoſcit aliquod graue peccatum a Deo ſibi remiſſum: & ſic primo cõfitetur diuinã bonitatem di. *Exaltabo te do.* Te laudãdo corde, & ore.

3 *Quoniam ſuſcepiſti.* In filiũ adoptiuũ per gratiã iuſtificantẽ.

4 *Nec delectaſti inimicos, &c.* Id eſt, dæmones qui lætantur de peccatorum perditione.

5 *Domine Deus meus.* Tanquam ad medicum animæ meæ.

6 *Et ſanaſti me.* a peccati vulnere.

7 *Domine eduxiſti.* Liberando eam ab obligatione ad gehennam: & quoniam ſic liberatus non ſolum debet Deum laudare, ſed etiam ad hoc alios inuitare. ideo ſubditur.

8 *Pſallite domino.* Id eſt, ab eo ſanctificati.

9 *Et confitemini.* confeſſione laudis.

9 *Memoriæ ſancti.* opera eius ſancta deuote memorando

10 *Quoniam ira.* Id eſt, punitio.

*In*

*Ad veſperum.* Aug. Quia ira in indi. eius, ad veſperũ demo. fletus, qa vita in volũtate, ad matu. lęti. Veſpere incepit poſt meridiem, vbi lux ſapientię a peccante homine receſſit, qui morte dãnatus eſt, & ex tũc dur. e fletus, quãdiu ĩ laboribus & tẽtationibus populus Dei expectat diẽ domini. Mane eſt, cum lux oritur fideli quę occidit peccanti, vnde & dominus mane ſurrexit, ideo promittens nobis. Veſpere ſumus ſepulti in paradiſo in culpa & pœna, & ſurgimus die tertio. ideſt, tempore gratię poſt tẽpus ante legẽ & ſub lege.

Hiero. Ad veſperũ demo. fle. quia paſſo, & ſepulto domino, apoſtoli & mulieres in fletu & gemitu morabantur. Et ad matutinum lętitia, quia mane venientes ad ſepulchrum, gloriam reſurrectionis ab angelis acceperunt.

b *Fletus.* Caſ. Demorabitur hominibus reſpicientibus ad veſperum, quo Adã declinauit & a paradiſo exiit, ſed lætitia erit reſpicientibus ad matutinum quo Chriſtus ſurrexit.

✠ Theodor. hoc accidit & tempore Ezechiæ, & communis ſalutis. Nam Aſſyrij nocte plagã acceperunt, & mane, quos terruerant Iudęos lętitia impleuerũt. Ezechię veſperi mortis ſententiã Eſaias attulit, mane fauſtum vitę nuncium. Cum apoſtoli crucem lugerent, mane mulieres reſurrectionis lętitiam attulerunt.

c *Ego autẽ.* Quomõ ante dedicationẽ egerit & eã metuerit.

Aug. Caſ. Veſpere facit. Sed ego, dũ in paradiſo eſſet mihi abũdãtia, dixi, nõ mouebor ab hoc bono, credẽs diabolo dicenti. *Nõ morte morieris.* Sed o dñe, in volũtate tua pſtitiſti decori meo virtutẽ, q̃ eſt, nõ ex me bonus erã & fortis, ſed ex te. Quod vt offẽderes, auertiſti faciẽ tuam, hoc eſt foras miſiſti me de paradiſo, iam vero hic poſitus clamabo ad te &c. — D — Gene. 3. a.

✠ Baſil. & Theodor. hoc & Adam in paradiſo antequam deceptus eſſet, ſperauit, & Ezechias cum Aſſyrium viciſſet. — 2. par. 32.

a Aug. Quod peccato abiecit homines pro peccato. b Comminatione. Vnde. Quia die co. mor. morie. c Aug. vitam æternam quia voluit dedit, ad quam per vos non redireris, ſed ipſe vos reduxit. d Non in viribus vel meritis noſtris. e Aug. Adæ quo peccauit demorabitur, quia omnes ex eo naſcimur. Chriſtus in hoc veſpere ſepultus mane ſurrexit, & oritur lux homini. ¶ Vel poſt meridiem. ¶ Vel veſpere.

a † ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius Ad veſpe- †

a Aug. diu & in multis morabitur. Diu quia non mox eſt tota reſtitutio tradito domino. Et in multis, quia omnes ex eo naſcimur in peccato. b ¶ Vſquequo reſurrectio futura eſt, quę in matutino Chriſti reſurrectione præſlorauit. c ¶ Ille populus cui ab initio loquebar in Adam exiſtens.

b c rũ † demorabitur fletus, & † ad matutinum lætitia. † Ego au- † † 2

¶ Q. ex Adam male moto eſt fletus. a ¶ Iam nullam patiens egeſtatem. ¶ In confidentia deitatis. b ¶ A domino a quo Adam motus eſt. ¶ Ipſe, & ſi non verbis, tamen actu dixit, non mouebor in delicijs ſed in miſericordia morator. c Sed hæc abundantia ex te non ex me.

tem dixi in † abundantia mea, non mouebor in ęternũ. Do- 3 4

Et ſicut ego dixi, tu domine. a Quia immunis a peccato. b Caſ. hoc non de humana natura ſed ex te habui quod inde probatur, quia te aduerſo turbatur carnis infirmitas: vnde ergo præſumit homo? Quia & miracula feci.

mine in voluntate tua, † præſtitiſti decori meo virtutem. †

a ¶ In paſſione. b Lumen tuæ notitię. Aug. Ex eo didici quod præſti. deco. &c. quia auertiſti a peccante homine faciem, vnde conturbatio hominis proceſſit. c Peccante aliquando. Non ago a te vt Adam. d Recedente lumine notitiæ tuæ. Tunc dixi clamabo.

d e Auertiſti faciem tuam a me, & factus ſum conturbatus. Ad 5 6

a ¶ Sed b Caſ. de gloria immortalitatis adhibenda. c De mortalitate tollenda. Ex perſona domini. d Dicens, 7

f te domine clamabo, & ad † Deum meum deprecabor. † Quę 8 9

a Aug in effuſione ſanguinis, qui ſine culpa mea effuſus eſt. b Q. per gradus malorum. 10

g vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in † corruptionem?

a Aug. Si puluis remaneo non fiet confeſſio vel annuntiatio. Caſ. turba impiorum quę in ea reſurrectione iuſtificabitur. b Ad ſalutem cęterorum.

Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annuntiabit verita- 11

a Sic deprecantem. b Non dedit ſanctum ſuum videre corruptionem. Quem primogenitum a mortuis conſecuta eccleſia nunc, in dedicatione domus tuę, dico. Conuertiſti &c.

h tem tuam? † Audiuit dominus, & miſertus eſt mei, domi- 12 13

a Ita. b Quo dixi triſtis eſt anima mea Caſ. vel, apoſtolos dolentes, gaudere feciſti. 14

nus factus eſt adiutor meus. Conuertiſti planctum meum in 15 16

a Reſurrectionis. b Velum peccatorum & triſtitiam mortalitatis. Aug carnis mortalitatem. c Cinxiſti ſtola prima.

i † gaudium mihi, † concidiſti ſaccum meum & circundedi 17 18

d *Auertiſti.* Caſſiod. Deus a Chriſto faciẽ, exponendo eum paſſioni & morti, & ſic Chriſtus turbatus eſt, Matt. 16. d. Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. — † in matutinũ exultatio — † 6. q. 1. ciuitate

e *Conturbat.* Aug. Quod tempus conturbationis & miſeriæ recolens & in eo poſitus audio vocem capitis pro me morituri, dicentis: Ad te domine clamabo.

f *Quæ vtilitas in ſanguine meo.* Augſt. Neceſſitatẽ oſtendit per quam non ſinit eum deſcendere in corruptionem. — E — † Quid mihi profuit vixiſſe † fonteam, vel ſepulchrum

g *Dum deſcendo in corruptionem.* Auguſt. Si enim ſtatim nõ reſurgo & corpus corrumpitur, nemini annuntiabo, nullum lucrabor. — Confeſſio gemina eſt: aut peccati, aut laudis

Aug. Confeſſio gemina eſt, nunquã ſine ea ſimus, quando male eſt nobis in tribulationibus, confiteamur peccata noſtra: Qñ bene eſt in exultatione iuſtitię, cõfiteamur laudẽ Deo.

h *Audiuit dominus.* Caſ. Quomodo eam accepit. ſ. dedicationem, pertractat. Dixi clamabo, deprecabor, ſed me deprecantem exaudiuit dominus.

i *Concidiſti ſaccum meum.* Caſ. Saccus veſtis eſt aſpera in vſum laboris vel tẽpore triſtitię cõceſſa, vt Niniuitis, ideſt, caro humana, — F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Ad ve. &c.* q. d. ſi in veſpere inducat fletũ puniendo peccatores, cito tranſibit, & in mane dabit lętitiã, eos cõſolando. 2 *Ego autẽ dixi* Hic cõſequẽter Dauid cõfiteť propriam fragilitatẽ. Et circa hoc primo, declarat ſuã miſeriã, & ſecũdo Dei clementiã, ibi: *Audiuit dñs.* Circa primũ dicit: *Ego autẽ dixi &c.* in principio regni mei, quando abundaui bonis temporalibus & ſpiritualibus. 3 *Nõ mouebor in ęternũ.* a via veritatis & iuſtitiæ. Ex hoc enim quod in perſecutione Saulis poſitus diu innocentiam ſeruauerat, vt patet ex decurſu. 1. Reg. de cętero eandem innocentiam ſe tenere confidebat, ideo dicebat. 4 *Domine in voluntate &c.* fuit enim decorus corpore, vt habetur 1. Reg. 16. & magis mente virtutis decore. Veruntamen quia in hoc nimis confidebat, Deus ad horam eum dimiſit, & ſic grauiter peccando fragilitatem ſuam cognouit, & hoc eſt quod additur. 5 *Auertiſti faciem tuam.* ad horam me relinquendo fragilitati meę. 6 *Et factus ſum contur.* quia per Sathanam in flagitia grauia deiectus. 7 *Ad te domine clamabo.* corde, & ore. 8 *Et ad Deum meum deprecabor.* pro dictorum peccatorum remiſſione, allegando quod ſequitur. 9 *Quæ vtilitas in ſanguine meo dum &c.* ideſt, in peccato meo quo merui, quod ſanguis meus effunderetur. 10 *Dum deſcendo in corruptionem.* ideſt, ſi propter eum incurrã mortem corporis & gehennę? q. d. nulla, vnde ſequitur. 11 *Nunquid confitebitur tibi puluis.* ſ. corporis mei incinerati. q. d. non, & ideo melius eſt vt mihi remittas culpam & pœnam ęternam, eam commutando in pęnam temporalem. 12 *Audiuit dominus.* Hic cõſequẽter cõfitetur diuinã clemẽtiam di. *Audiuit dominus.* deprecationem meã exaudiendo. 12 *Et miſertus eſt mei.* meum flagitium remittendo. 13 *Dominus factus.* Inſultus Sathanę a me repellendo. 15 *Conuertiſti planctum meum.* de peccati commiſſione. 16 *In gaudium mihi.* de eius remiſſione. 17 *Concidiſti ſaccum meum.* veſtem lugubrem deponendo. 18 *Et circundediſti me lætitia.* Interius cõſolando. Hoc ãt factũ fuit qñ poſt pctũ Bethſabeę & Vrię commiſſũ, ieiunauit Dauid, & fleuit iacẽs ſup terrã infirmato paruulo de Bethſabea nato,

## MORALITER.

† *In indignatione &c.* q. d. punitio non procedit ex abſoluta Dei volũtate, ſed magis vita gratię, Ezech. 18. c. *Nolo mortem peccatoris ſed vt magis conuertatur & viuat.* 1 *Ad veſperum.* ſcilicet peccati quod tenebras inducit. † *Demorabitur fletus.* ſ. pænitentię, per quem impetratur lex gratiæ, ideo ſubditur. † *Et ad matutinum lætitia.* quia tũc oritur iuſtitię ſol qui eſt lętitię cauſa. 2 *Ego autem.* Hic recognoſcit propriã fragilitatem, dicens. *Ego autem dixi in abundantia mea.* ideſt, abũdantia temporali vel ſpirituali elatus ex ea. 3 *Non mouebor in æternũ.* a rectitudine iuſtitię. 4 *Domine in volũtate tua.* & nõ ex mea iuſtitia. † *Præſtitiſti decori meo virtutem.* ideſt, imagini tuæ q̃ habeo ex dono naturę addidiſti virtutem gratię. 5 *Auertiſti faciem &c.* propter elationem meam ex donis tuę gratię. 6 *Et factus ſum conturbatus.* propter grauitatem ſequentis caſus. 7 *Ad te domine clamabo.* vt remittas mihi peccata & allegabo quod ſubditur. 9 *Quæ vtilitas in ſanguine.* q. d. nulla. 11 *Nunquid confitebitur tibi puluis.* ſcilicet corporis incinerati. q. d. non, ideo melius videtur quod remittas culpam mihi. 12 *Audiuit.* hic cõfitetur diuinã clementiã, vt oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcant di. *Audiuit domi.* me deprecãtẽ. 13 *Et miſertus eſt mei.* Per ſuam pietatẽ. 14 *Dominus factus.* Contra Sathan. 14 *Conuertiſti planctum.* ſecundum illud Aug. Peccator de peccato doleat, & de dolore gaudeat.

A mana,quę ſciſſa eſt moriēdo,& prodijt frumētū glorioſę reſurrectionis vel diuinitatis. Vel pęna peccati,qua in reſurrectione deſtructa prolata eſt diuinitas añ occulta, ſic vt quod ſuccus integer celat, ſectius aperit.

Aug. Saccus de capris vel hædis,mortalitas, quam de peccatoribus Chriſtus traxit vel accepit,vnde. *Dum mihi moleſti eſſent induebar cilicio*, vt quod intus erat,non viderent.

a *Non comp.* Aug.Nō moriar iā in finē, *domine Deus in æter.cō. tibi.* Quid eſt,in ęternū cōfitebor tibi? In ęternū laudabo te.

⁂ Baſ. Ezechias ſacco indutus Deo contra Aſſyrios preces & obtulit,lętatus accepta quindecim annorū acceſſione. Natura humana ob ſpem reſurrectionis gaudet.

a Aug.gloria immortalitatis. b Non plangat humilitas. c Quia ſemel paſſus.
¶ Aug.conſcientia peccati timore mortis vel iudicij.Et hęc eſt gloria mea,vt in ęternum confitear. tibi,quod nil ex me,ſed omnia ex te,qui es Deus meus omnia in omnibus.

a ſti me lætitia. Vt cantet tibi gloria mea & non †compungar, 1 2
domine Deus meus in æternum confitebor tibi. 3

Pſal.34.b.

NICOLAVS DE LYRA.

⁂ nato, vt habetur. 2.Reg.12. *Poſtea mortuo puero ſurrexit de luctu, & mutata veſte lugubri lotus, & vnctus eſt in ſignum exultationis. Cognouit enim peccatum ſuum dimiſſum quantum ad culpam, & pœnæ partem propter luctum ſuum & pueri mortem.* 1 Vt cantet tibi gloria. *Laude publica & clara.* 2 Et non compun. *remorſu cōſcientiæ meæ & peccati commiſſione, quod cognoui eſſe dimiſſum quātum ad reatum culpæ.* 3 Domine Deus meus. *Quia in patria erit confeſſio laudis diuinæ perfecta pſal.83. a. Beati qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Moraliter poſſet exponi pſal. iſte de quolibet fideli, qui reuelatione diuina ſeu probabili coniectura cognoſcit aliquod graue peccatum a Deo ſibi dimiſſum, propter quod gratias agit collaudando Dei bonitatem, & recognoſcendo ſuam fragilitatem.*

MORALITER.

1 *Vt cantet.* id eſt, conſcientia pura. Gala.6. Gloria noſtra hæc hęc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ.
3 *Domine Deus.* Confeſſione laudis, nā in patria eſt laus iugis.

ADDITIO.

In pſ. 29. *Exultabo te.* vbi dī in poſt. Dicūt aūt Hebręi. Hoc dictū Hebræorū nullam vī hēre veriſimilitudinē, ſicut dictū eſt ſup. in additione ſuper pſal.23. Nec ēt oēs expoſitores Hebręi hoc dicunt. Nā Rabi Abenhazra, qui magis ꝓprie ſequitur ſenſum literalē, hūc pſal. exponit de dedicatione domus Dauid, de qua licet non legatur facta aliqua ſolennitas, cum illa nō erat cōſtructa ad ſacra ſiue ſacrificia miniſtrāda, veriſimile tñ eſt vt aliqua iucūditas in ſua dedicatione fieret, cū
B illa fuit prima domus ad honorē regię dignitatis in populo Iſraealitico cōſtructa. Addit ēt Abenhazra, ꝗ Dauid per aliquod tp̄s añ prędictā dedicationē ęgrotauit, & conualuit, & ſic de vtroq; gratias agēs hūc pſal. compoſuit, ſm̄ q̄ expoſitionē ſatis eſt litera applicabilis. Quę quidē expoſitio magis vī admittenda, quam expoſitio Ra Sa. Tum quia illa preſupponit miraculum de quo debuiſſet fieri mētio. Iſta aūt non præſupponit aliquid preter curſum naturalē. Tū quia de remiſſione adulterii, & homicidij ſunt alii pſalmi proprij, vnde non eſt neceſſarium, vt circa hoc pſalmus iſte verſetur.

REPLICA. In expoſitione pſal. *Exaltabo te domine.* Bur. p̄fert Rabi Abenhazra Rabi Salo. Et ſm̄ illum exponit iſtum pſal. de dedicatione domus Dauid, addēs ꝗ Dauid añ illam dedicationē ęgrotauit & cōualuit, & ſic de vtroque gratias agens hunc pſalmū cōpoſuit. Sed hęc expoſitio ea facilitate contēnitur qua probat̃. Nulli.n. autoritati ſcripturę innititur, ꝗ eſt argumētum apud Burg. valde cōe. Nec eſt veriſimile Dauid domū ſuam dedicaſſe, cum añ & poſt locus fuerit prophanus, in quo actus cultus diuini publice fieri non conſueuerūt. Nec de ægrotatione & conualeſcētia Dauid ſcripturā allegat. Fūdat̃ igitur illa expoſitio ſuper ſola volūtate & imaginatione. Etiā non eſt veriſimile, ꝗ Dauid fecit pſal. ſingularē hūc de his, q̄ cōtigerunt ſolum ſm̄ curſū naturalē, qualia ſunt illa de quib. dicit Abenhazra, prout vult Bur. Et cum poſtillator exponit hūc pſalmū de gratiarū actione Dauid ꝓ remiſſiōe peccati adulterij & homicidij, valde elegāter Bur. inſtat dicens, qđ de illa materia ſunt alij pſalmi facti. Vbi rñdeo ꝗ non eſt inconueniens de vna materia plures eſſe pſal. a Dauid factos, vt patet diſcurrenti per librum pſalmorum.

GLOSSA ORDINARIA.

a *In finem Pſalmus.* Aug. Extaſis, hic accipitur pauor ꝑturbati populi de perſecutione omniū gētiū, & defectu fidei ꝑ orbē.

Extaſis quid ſignificet hic.

Caſ. Contra pauorem ſpes & orō pręmittitur cū certitudine liberationis & gaudio. Hic pſal. imbecillitatem humanitatis exprimit, & beneficia Dei, vt videns ſe nemo ſuperbiat, videns miſericordiam non paueat. Qui dignatus eſt pro nobis homo fieri, non dedignatur nos transfigurare in ſe, & loqui verbis nr̄is, vt & nos loquamur ſuis. Moriturus ergo ex noſtro, nō in ſe ſed in nobis pauebat. Quod.n. paues, tuū eſt vt te agnoſcat, ꝗ ſperat, donū dei eſt. Loquitur Chri-
C ſtus in propheta, & mēbris, vna ꝑſona eſt ſponſus & ſponſa, vñ Eſaias. Sicut ſpōſus alligauit mihi mitrā, & ſicut ſponſam ornauit me ornamētis. *Erūt duo ī carne vna*, ergo & ī voce vna.

†vide pſal.4.

Eſai.61.d. Gene.2.d.

Aug. Prior loquitur redēptor, inde redēpti, gratias agētes. Inde diu de perturbatione prophetæ vox interponitur prope finem & in fine.

Aug. Hic deſcribitur humiliatio Chriſti martyrumque, vnde ſequitur exaltatio.

a Chriſtum. b Dirigens eſt. c Loquentis in perſona Chriſti, vel eccleſiæ. d Exceſſu mentis qui fit pauore, vel mente rapta ad ſuperna.

a † In finem pſalmus Dauid pro extaſi XXX.

a Aug pauor non eſt ſine ſpe. Non in me. b Ideſt, nunquam, dum mihi vt homini ſimili cæteris inſultatur. c Quæ ad horam prodeſt.

b IN te domine ſperaui, non confundar in æter- 1 2

* Baſil.& Theodor. Nec in hebręo nec in alijs interpretibus eſt hic titulus, ſed tantum in quibuſdam exemplaribus, cęterum videtur ea quæ contra Vriā facta ſunt innuere, dicit.n. Dixi in exceſſu mentis meę proiectus ſum a facie oculorum tuorum. Videtur autem mihi pſalmus dictus cum ab Abſalone perſecutionem pateretur.

PSALMVS XXX.

1 IN *te domine ſperaui &c.* Aug. Eſt confuſio æterna de qua liberari petit. Et eſt temporalis ad horam. ſ. quæ prodeſt.

Baſ.

NICOLAVS DE LYRA. PSAL. XXX.

1 IN te domine, &c. *Huic pſal. p̄mittitur talis titulus in Hebræo.* Ad victoriam pſal. Dauid. *Et in translatione Hier. iuxta Hebraicū.* Victori pſal. Dauid. *Et patet expoſitio ex dictis ſup. pſal. 10. et 4. In aliquib. aūt libris addit.* Pro extaſi. *ſed nō eſt in Hebræo, nec in trāslatione Hier. iuxta Hebraicū, et iō vī ab aliquo doctore appoſitū, fortā pro eo ꝗ infr. dī.* Ego autē dixi in exceſſu mentis meæ &c. *Exceſſus.n. mentis & extaſis idē ſignificant. Ex titulo autē apparet autor pſal. ſ. Dauid, ſed materia non apparet, propter quod varie exponitur. Dicunt.n. aliqui, quod Dauid fecit hunc pſal. loquens in perſona populi de captiuitate Babylonica liberati, prauides in ſpiritu hāc liberationem. Aliqui autem dicunt quod fecit hunc pſalm. loquens in perſona populi Iſrael liberati de ſeruitute Philiſthinorum per ipſum Dauid. Sed litera huius pſal. non videtur bene cōcordare, propter quod Rabi Salo. dicit, quod fecit hunc pſal. exiſtens in perſecutione Saulis, pro qua multos pſal. fecit, quia longo tēpore durauit, & fecit hunc pſal. gratias agendo, eo quod multa pericula præterita iam euaſerat, & orādo pro euaſione præſentium & futurorum quæ formidabat. Igitur ſecūdum hanc ſententiam, quæ videtur mihi literæ magis conſona, pſalmus iſte diuiditur in duas partes, quia primo Dauid oſtendit perſecutionis ſuæ acerbitatem, ſecundo diuinæ retributionis æquitatem, ibi.* Erubeſcant impii. *Prima in duas, quia primo oñditur confidentiæ Dauid ſtabilitas & ſecūdo pſecutionis atrocitas, ibi.* Miſere mei quoniam tribulor &c. *Circa primum dicit ſic Dauid.* 1 In te do. &c. *Sicut in protectore forti.* 2 Non confun. *Licet confundar ad tempus, quia erat exul, & fugitiuus, & tanquam læſor regiæ maieſtatis.*

In

MORALITER.

1 *In te domine.* Secundū Hebræos Dauid in perſecutione Saul fecit hunc pſalmum, & etiam plures alios, nam illa perſecutio durauit per tempus longū, & in hoc pſalmo gratias agit de euaſione periculorū p̄teritorū, & orat ꝓ euaſione futurorum. Moraliter aūt poteſt exponi de quolibet fideli poſtulāte de perſecutione dęmonis liberari. Et primo declarat ſuā confidentiā, dicens. 1 *In te domine.* Qui vis omnes homines ſaluos fieri. 2 *Non confundar.* Quia per tuam bonitatem pęnā æternam commutabis in temporalem.

In

✱ Baſ.& Theo.Multo dedecore peccatum me circundedit, obſecro ne diu mecum permaneat.

a *Accelera*. Aug.in faciendis, in ſoluendis animab.& huiuſmodi, vt eruas tertia die, non differas in cõem reſurrectionem,q. vt ſit, eſto mihi protector tãtus, qñtũ decet eſſe Deũ.

b *Eſto mihi*. Aug. Dixit iuſtitiam da, a peccatis erue, protege. Nunc dicit, eſto domus refugij. Domus refugij, eccleſia, in qua ſalui homines vt in arca. Affirmat liberationem.

✱ Baſil. Euangelico ſermoni id conuenit, quo prudentem, eum oſtendit, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram.

c *Educes*. Caſſ. De morte ad ſuperna, vt fruſtra ſint Iudæorum conſilia.

d *De laqueo quem abſconderunt*. Aug. per duas portas diabolus tentat, cupiditatis, & timoris. Per cupiditatem tentauit primo Chriſtum tribus modis, ſcilicet gula, auaritia, vana gloria. Et inde per timorem paſſionis. Ita omnes ſanctos, vnde. Educes me de laqueo.

✱ Baſil. & Theodor. Symmachus, & curabis me, cæterum per laqueum, Achitophelis conſilium intelligit.

e *In manus*. Nota eum hic loqui, qui in paſſione eadem verba protulit.

Aug. In manus. Ex his verbis quæ in cruce dixit, admonet ſe in hoc pſal. locutum eſſe.

✱ Theod. Manus auxilium nominauit. q.d. animam meam tuo auxilio commendaui.

a Aug. quia meam non inuenis, in ea quam das libera. ¶ In mea damnarer. b A morte. c Prox me mihi humili. ¶Hæc fecit Deus quando filium miſit. d Miſericordiam.

a nã, in iuſtitia tua libera me. Inclina ad me aurem tuam, ac- 1 2

a Aug. ne differas in finem ſeculi ſegregare me a peccatoribus. ¶ Aug. non eſt diu quod finitur, & tibi tardum videtur. b Caſ. i. eſto mihi o Deus protector & quaſi domus, quo refugiens ſaluus fiam. 3

b celera vt eruas me. Eſto mihi † in Deum protectorem, & in 4

a Cum periclitor. ¶ Aug. Sunt qui fugiunt ad te, cuius oculis omnia nuda ſunt. Sed mihi nihil reſtat niſi fugere ad te. b Et ideo non alium quæro. ¶ Vel quia 5

domum † refugij, vt ſaluum me facias. Quoniam † fortitu- 6

a Ad tolerandos perſecutores. b Ad relinquendum eos in fine malorum per mortem. c Vt per me innoteſcas omnibus gentibus, d Aug. vt glorificeris, non quia ego dignus.

do mea & † refugium meum es tu, & propter nomen tuum 7

a Ne aberrem. ¶ Aug. dux mihi eris, id eſt per omnia ſequar voluntatem tuam, paulatim aggregando mihi ſanctos ad implebis corpus meum. b Aug. vt validus ſim ad eſcam. c Etiam de paſſionibus erues. d Inſidijs.

c d deduces me & † enutries me. Educes me de † laqueo hoc †

a Caſ. contra quam nulla poteſt aduerſitas. 8

quem abſconderunt mihi, quoniam tu es † protector meus. 9

a Vnde iam. b Caſ. poteſtati tuæ commendo cito recepturus. c ¶Fidelis populus de paſſione redemptus, de reſurrectione capitis lætus dicit gratias agens. ¶Quia in Chriſto.

e † In manus tuas commendo ſpiritum meum, redemiſti me 10

a Aug. non fallens in promiſſione. ¶Q dicat me redemiſti, ſed. b Aug. falſam beatitudinem ſecum cum & pro vita mea quis agit, & tamen eam perdit. 11

domine Deus veritatis. Odiſti obſeruantes vanitates, † ſu- 12

f ¶ Quid. a Qui non obſeruo vana. b Qui non eſt vanitas, ſed veritas & vita. c Ideo. 13

g peruacue. Ego autem in domino ſperaui, exultabo & † læta- 14

a Quia non fallit, non in mea iuſtitia. b Exponit miſericordiam. c Aug. quia me vanitati in ſpe ſubieciſti. 15

h bor in miſericordia tua. Quoniam reſpexiſti † humilitatem 16

a Et ideo quia humilitas placet. b Aug. timoris legal. vt charitate libera ſeruiat: Caſ. Peccatis quibus ſe homo exuere nequit. c Victis neceſſitatibus.

i meam, † ſaluaſti de neceſſitatibus animam meam. Nec 17 18

a Vt non reſpirarem in libertatem. b Aug. in poteſtate diaboli cupiditate vitæ illaqueantis morte terrentis. Aug. a cuius manibus liberantur qui bene viuunt & bene moriuntur, qui autem male, concluduntur. c Aug. ab anguſtijs timoris, in libertatem deduxiſti charitatem meam in reſurrectione domini, tunc promiſſa mihi. Aug. iam facilem mihi feciſti viam, quæ aliquando difficilis fuit. 19

K concluſiſti me in † manibus inimici, ſtatuiſti in loco 20

a Affectus. b Statuiſti pedes meos &c ſed contra ſunt mali pauorem incutientes, vnde precor. Miſerere mei, c Et neceſſe eſt.

l ſpatioſo pedes meos. Miſerere mei domine, quoniam 21

f *Ego autem in domi.* Caſſ. De gaudio quia ſperat in domino, qui odit vanos.

g *Exultabo, & læta.* Caſ. Exultare eſt cum magna alacritate animi gaudere. Lætari temperata affectione.

h *Humilitatem meã.* Pro infirmitate, & pro ipſa virtute humilitatis accipit.

i *Neceſſitatibus ani.* Aug. Neceſſitates ſunt infinitæ, neſcire cor alterius, ſuſpicari, non bene de amico fideli, vel bene de infideli, neſcire qualis cras eris, nolle mori, & tamen mori, ſequi veteres conſuetudines, vnde. Infelix ego homo, quis me liberet de corpore mortis huius; qui ſic humilis eſt ſaluatur, in præſenti ex parte, & in futuro plenarie.

K *In loco ſpatioſo pe.* Caſ. Remi. Locus ſpatioſus libere eundi ad patriam virtutum, charitas. Sed quia caro infirma, & vrgent mala, miſerere.

l *Miſerere mei domi.* Caſ. Iam pauor enarratur,

† vt petra fortis

† petra

† duces, vel moderaberis

† fortitudo mea

† fruſtra: vanas Rom. 7. d.

† iucundabor

† afflictionem

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *In iuſtitia tua libera me.* Quia confido de ea, non de mea.

2 *Inclina ad me aurem tuam.* Loqtur de Deo more humano, cuius eſt aurem ſuam inclinare ad illud quod vult audire vel exaudire. 3 *Accelera vt eruas me.* ne deficiã i perſecutione.

4 *Eſto mihi in Deum protectorem.* in pręſentibus periculis.

5 *Et in domum refugij, vt ſaluum me facias.* pro futuris.

6 *Quoniam fortitudo mea &c.* Homines enim illi qui erãt de tribu Iuda & Dauid, non audebant eum recipere timore Saulis regis, imo etiam cum eo erant in perſecutione Dauid, ſecundum quod dicitur 1. Reg. 23. *Quod ſi in terra ſe abſconderit, perſcrutabor eum in cunctis milibus Iuda.*

7 *Et propter nomen.* per talẽ viam, quod Saul non poterit me capere. 8 *Et enutries me.* ſcilicet in deſertis locis, vbi non poſſum ab hominibus victualia habere.

9 *Educes me de laqueo hoc, quem abſconderunt mihi, quon. &c.* i. de occultis inſidijs Ziphæorum, & conſimilium, quas faciebant contra Dauid in fauorem Saulis, vt habetur primi Reg. 23.

10 *In manus tuas domine commendo ſpiritum meum.* quia non habeo protectionem ſeu defenſionem ex parte hominum.

11 *Redemiſti me &c.* quia Dauid de ſeruitute Aegypti redemptus fuerat in patribus antiquis.

12 *Odiſti obſeruantes.* id eſt, ſomnia, auguria, & conſimilia per quorum obſeruationem aliqui ſperant euadere periculum.

13 *Superuacue.* quia talis obſeruatio inutilis eſt, imo nociua, quia eſt ſuperſtitioſa.

14 *Ego autem in domino ſperaui.* non in talibus ſomnijs vanis.

15 *Exultabor & lætabor in miſericordia.* me liberante ab anguſtia, quia ſicut perſecutio eſt cauſa triſtitię, ſic liberatio eſt cauſa lętitię. 16 *Quoniam reſpexiſti humilitatem.* Excelſus.n. Deus humilia reſpicit ſecundum quod dicitur pſal. 137.

17 *Saluaſti de neceſſitatibus.* id eſt, de periculis vrgentibus, in quibus homo eſt neceſſitatus. 18 *Animam meam.* id eſt, vitam meam. Et quæ fuerunt illa pericula vrgentia, ſubditur.

19 *Nec concluſiſti me in manibus.* ſ. Saulis & exercitus eius qui cingebant Dauid, & viros eius modum coronę, ita quod Dauid deſperabat ſe poſſe euadere, vt habetur. 1. Reg. 23.

20 *Statui. &c.* quia tũc ex ordinatione diuina nuntius venit ad Saul, dicẽs: Feſtina & veni, quia infuderunt ſe Philiſthijm ſuper terrã, & ſic fuit compulſus recedere, & Dauid qui fuit cõcluſus potuit quo voluit, abire. 21 *Miſerere mei domine &c.* Hic conſequenter deſcribitur perſecutionis acerbitas, cum dicitur: *Miſerere mei domine & c.* pondere malorum pręſentium & timore futurorum imminentium.

*Odiſti*     *Contur-*

## MORALITER.

1 *In iuſtitia tua libera.* & non in mea.

3 *Accelera vt eruas* Ne deficiam tentatione.

4 *Eſto mihi in Deum protectorem.* vt adiuues me actu pugnantem, & me ſuſcipias ad te refugientem, & ſubditur ratio.

6 *Quoniam fortitudo &c.* non propter meum meritum.

† *Deduces me.* in via morum.

8 *Et enutries.* pabulo verbi tui & ſacrę euchariſtię.

9 *Educes me de.* Nam aliquando fit tentatio ſub ſpecie boni. Sequitur.

10 *In manus tuas.* vt egredientem de corpore ſuſcipias ipſum.

12 *Odiſti obſeruantes va.* qui per vias ſuperſtitioſas credunt euadere mortem vel infirmitatẽ. 14 *Ego autem in domino.* & non in talibus remedijs vanis & ſuperſtitioſis. 15 *Exultabo & lætabor &c.* qui me liberauit tua gratia. 16 *Quoniam reſpexiſti humilitatem.* oculo miſericordię. 17 *Saluaſti de neceſſitatibus.* in grauibus tentationibus adiuuando eam. 19 *Nec concluſiſti me in manibus.* id eſt, cõcludi permiſiſti per actum vel cõſenſum mortalis peccati. 20 *Statuiſti in loco ſpatioſo.* per libertatem ſpiritusſancti. 21 *Miſerere mei domine.* Hic conſequenter allegat dęmonis ſęuitiam, qui frequenter grauius inuadit homines deo gratos. ideo dicit: *Miſerere mei domine quoniam tribulor.* pondere tentationis.

ratur.i.quot & quanta ea perturbant, contra quę eſt oratio.
A a *Tribulor*. Aug. Cū prius dixit. Statuiſti in loco ſpatioſo pe. &c. Sed alijs locus ſpatioſus, ex liberationis gratulatione, alijs ex tribulatione, anguſtia.

* Baſil.& Theodor. Ob excandeſcentiam oculus meus turbatus eſt. Cum te irritaſſem ob peccatum lachrimari continue cogor. Vētrem autem hic, cogitationum cellam vocauit.

† prę indignatione.

b *Conturbatus*. Aug. Iraſcitur ꝓ peccatis palearum, non tamē odit in quo extingueretur oculus. Venter pro interiorib. quæ turbātur quādo nec corripi poſſunt impij quibus non clamat clare, ſed intus ingemiſcit, q̃a defecit in do. vi. vidēs nō proficere quod ꝑdicat. Nā vita perfectorum eſt profectus aliorum.

† Impegit, corruit propter iniquitatem meam: fortitudo mea, & oſſa mea computruerunt, vel corroſa ſunt. Alii credunt legendum decidit in calamitate fortitudo mea. Alii impegit præ indignatione mea, vel tormento quo torquebar.

B * Baſil.& Theod. huius inopiæ hiſtoria meminit, & ait, Sobi Oſephei filius, Naas Amanites, & Berſalai Galaadites attulerunt triticum & hordeum, & farinam, & fabam & lentes & alia quędam Dauidi & populo, quoniam dixerunt populum eſurire, & ſitientem diſſolutum eſſe in ſolitudine. Hebræi, præ iniquitate, lingua.n. ſua, peccatum appellant paupertatē & miſeriam.

† pauor circūquaque.

2.Reg.17.

c *In ira oculus*. Aug. In ira perſecutorum turbatur oculus.i. ratio. Et anima, ſenſualitas. Venter.i.caro. Vel oculus, hi per quos alij vident. Anima, quorum exemplo alii viuunt. Vēter debiles, vt ab omnibus gradibus quæratur Deus.

Caſſ. Vel intellectus turbatur & animus confunditur, q̄n pericula formidantur, & venter.i.memoria, quæ notitias rerum quaſi eſcas recipit. Hic memoria habēs repoſita ꝓmiſſa Dei, turbatur imminētib. periculis, hinc eſt turbatio & metus. Quoniam defecit &c. quaſi, per longas, & graues paſſiones ad mortem perducta eſt præſens vita durans ad pœnas. Vel vita.i.confeſsio fidei defecit. Virtus animi infirmatꝰ, vt tæderet ēt viuere in paupertate, in indigentia plenitudi-
C nis, quia humana fragilitas nihil boni habet in ſe. Oſſa, fortitudo

---

a Non dico morior ſed tribulor, quia de morte iam non terreor, ſed de cruciatibus. b [Propter iram]. ¶ Caſ.iratus turbaſti oculum quem habebam, in te, & animam & memoriam qua tenebam quid pro me pertuleris, & quid mihi promiſeris. c Interior.

a tribulor, conturbatus eſt † in ira oculus meus; anima mea 1

a Omnia interiora mea. b Tormentorum, c Caſ.confeſſio tui nominis & fidei. ¶ Nunc viuimus ſi vos ſtatis in domino. ¶ Manere autem in carne neceſſarium eſt propter vos. †

b c & venter meus. Quoniam defecit in dolore vita mea, & 2 3

a Caſ.tempora quæ hic ago. ¶ Non morte tolluntur. b Aug. quia iniquitas abundat, refrigeſcit charitas multorum: ¶ Non in claris vocibus. c Et. ¶ Alias egeſtate. 4 †

d anni mei in gemitibus. † Infirmata eſt in paupertate virtus 5

a Firmitas mea. ¶ Fortes etiam pro peccantibus turbati ſunt. b Aug. omnes iniquos qui torquentur pro ſceleribus vſque ad confeſſionem ſcelerum ſuorum, ſed horum opprobrium ſupero. cuius confeſſionem non mors, ſed cruciatus ſequitur. c Aug. Id eſt, his qui ſunt deteriores omnibus alijs, inimicis meis. vt falſis Chriſtianis, qui ſunt peiores Iudęis & paganis.

e mea, & oſſa mea conturbata ſunt. † Super omnes inimicos 6

a Qui iam proximi fidei meæ.

meos factus ſum opprobrium * vicinis meis † valde, & ti- 7

a Aug. ipſis notis timorem incuſſi exemplo horribilis tribulationis. b Aug. qui etiam nouerunt quod ſit eccleſia, foras fugerunt faciendo ſchiſmata & hæreſes, & eis ſum oblitus vt a corde eorum. mortuus. ¶ Hier. Ideſt intelligebant inuiſibilem ſpem meam, in exteriora & viſibilia fugerunt a me.

f mor notis meis. Qui videbant me, foras † fugerunt a me, 8 9

a Obliti ſunt me quaſi mortuus ſim a corde ipſorum.

g † obliuioni datus ſum tanquam mortuus a corde. Fa- 10

a Aug. viſus ſum mihi periſſe, vſibus domini viuens, & nullum lucrifaciens, acquiſitos non retinens. 11 ¶ Et tacui. 12

h ctus ſum tanquam vas perditum, quoniam audiui vitu- 13

a Hiero. multi me vituperant ſequentes circumitum temporum, & nolentes in patriam reuerti mecum.

i perationem multorum † commorantium in circumitu.

---

tudo corporis. Q. nec in animo nec in corpore vlla poteſt eſſe hominis præſumptio.

Aug. Ira per uitium oculū mentis cæcat, ira per cælum turbat, quia & hæc, concuſſa mente, contemplationē diſſipat, q̄ non eſt niſi inquieta mēte, ſed inde poſt paululū plus proficit ad videndum.

d *Paupertate*. Auguſ. Vel egeſtate. Egeo ſanitate corporis, nec parcitur cruciatibus. Egeo reſolutione, & parcitur morti; & in hoc infirmata eſt fiducia mea.

* Baſ.& Theod. Semei maledicta intelligit.

e *Super om*. Aug. Peius paganis & Iudæis viuunt mali Chriſtiani, quos Ezechiel cōparat ſarmentis. Hęc in vite præualent ſylueſtrib. lignis, quia fecerunt fructum, præciſa ſolus ignis expectat, cum de illis faber aliquid facere non poſſit. Vicinis opprobrium, quia iam volentes credere, deterriti ſunt mala vita falſorum Chriſtianorum grauantium nauem, pro quibus timēt & noti, ne omnes tales ſint.

Caſ. Vel apud omnes inimicos, vel maiori opprobrio habitus quam illi qui digni eo, & vicinis parentibus, vel iam credituris & notis familiaribus.

f *Qui videbant me*. Hier. Foras Chriſtum, ideſt, qui hominem purum putabant.

g *Obliuioni datus ſum tanquam mortuus a corde*. Caſ. Vel excidi a corde eorum, vt mortuus, cuius memoria cum corpore ſepelitur de cuius reparatione deſperatur. Vas perditū, mortuus Ieſus abijciendus putatur.

h *Vituperationem mul*. Aug. Vituperantur pro malis oēs Chriſtiani a circumeuntib, & nūquam intrantibus, quia rotā temporis ſequuntur, qui & nos vituperando eijcere volunt. Vn in eo dum conuenirent. Sed ego quid econtra? In te ſperaui, in hoc nemo fallitur, in alijs imitādis ſępe. Deus meus es tu non quiſquam homo.

i *In circumitu. In eo dum conuenirent ſimul*. Caſ. Errorum, vt qui legem

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Conturbatus eſt in ira oculus. *Iſta ira erat per zelum, non per vitium, tamen ex ea dicitur oculos corporis turbari, quia paſſio iræ maxime apparet in facie, & in oculis potiſſime.*

2 Anima mea. *Quia ira per zelum oculum mētis turbat, ſed ira quæ eſt per vitium, illum excæcat.*

3 Et venter meus. *Quia paſſio iræ immutat totum corpus.*

4 Quoniam defecit in dolore. *i.ad defectionem fuit diſpoſita ex dolorib. & anguſtijs, vnde de ipſo dicitur. 3.Reg.1.a.* Et rex Dauid ſenuerat, habebatque ætatis plurimos dies. *Cumque operetur veſtibus non calefiebat, & tamen tunc non habebat niſi 70.annos, quia 30.annorum erat cum regnare cœpiſſet, & 60.annis tantum regnauit vt habetur 2.Regum 5. Quod enim ita cito venit ad ſenium & mortē vna cauſa fuit. ſ.propter dolores & anguſtias quas in perſecutione Saulis ſuſtinuit.*

5 Infirmata eſt in pauper. &c. *In illa enim perſecutione multas paupertates ſuſtinuit tanquā fugitiuus, vn̄ & ab Achimelech panes eſuriēs petijt, vt habetur 1.Reg.21. et ab Nabal ſubſidiū victus, vt habetur 1.Reg.25. Ex defectu autē victus debilitatur corporis virtus.*

6 Super omnes. *Quia eis pro opprobrio dicebatur, quod erant amici proditoris regis, licet falſo.*

7 Et timor notis meis. *Quia timore Saulis non audebant eum recipere, & timebant occaſione eius damnificari a rege.*

8 Qui videbant me, foras. *Hoc eſt, in deſertis vbi eram fugitiuus.*

9 Fugerunt a me. *Timētes ne imponeret eis, q̄ eſſent de mea gēte.*

10 Obliuioni datus ſum. *ſ.amicorum meorum.*

11 Tanquam mortuus. *De quo dicitur vulgariter, mortuus nō habet amicum.*

12 Factus ſum tanquam &c. *De quo nullus ſperat recuperationē.*

13 Quoniam audiui &c. *Vnde et Nabal cuius māſio erat in Carmelo, in quo Dauid & viri eius ſæpe latitabant, vituperauit Dauid & viros eius dicens.* Quis eſt Dauid, & quis eſt filius Iſai? *Quaſi diceret, nullius momenti. Et ſubditur.* Hodie increuerunt ſerui, qui fugiunt dominos ſuos &c.

In

## MORALITER.

1 *Conturba. eſt in ira &c.* ſcilicet demonis contra me excitata.
† *Oculus meus.* ſcilicet interior, qui plus frequenter turbatur in talibus.
2 *Anima mea.* id eſt, voluntas mea, quæ mouet alias potentias ſicut anima corpus.
3 *Et venter meus.* ideſt, memoria mea, in qua reponuntur ſententiæ ſacræ, ſicut cibi in ventre.
4 *Quoniam defecit in dolore.* i. defectioni appropinquauit.
† *Et anni mei in gemitibus.* Propter tribulationis podus, quod ſignificatur ꝑ hoc quod ſubditur. 5 *Infirmata eſt &c.* Et quoniā diabolus ad nocendum bonis vtitur malis hominib. tanquam membris ſuis, ideo ſubditur: † *Factus ſum opprobrium vicinis.* me deridendo. 7 *Et timor notis meis.* ideſt, carnalibus amicis ne habeant pati, quia ſunt de ſanguine meo.
8 *Qui videbant me, foras fuge.* Ne inculpentur mea ſocietate
10 *Obliuioni datus ſum.* Illis qui diligebant me.
12 *Factus ſum tanquam vas.* ſecūdum æſtimationem hoīum
13 *Quoniam audiui vituperationem &c.* Sicut canes mordēt canem percuſſum.

In

legem carnaliter & nõ ſpiritualiter intelligunt, vel qui punctum veritatis in me non attingunt. Si enim cognouiſſent, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent. Vel in circũitu. id eſt, appetitu temporalium.

a *Sortes meæ.* Caſ. Vel tempora vitæ:

Aug. quia quando vis viuimus vel mori mur, ideo eripe.

* Theodo. Tẽpa ſiue ſortes, viciſſitudines rerum nuncupat. pacem & bellũ, diuitias, mendicitatem.

Aug. Etſi iuſtus, & occultus ordo electionis apud te eſt, ego tamen quem hoc latet, ad tunicam dñi incõſutilem, id eſt, veritatem eccleſiæ domini ſorte perueni, id eſt, gratia electionis. Sors non eſt aliquid mali, ſed res in humana dubietate diuinam indicans, volũtatem. Sors hic eſt gratia, quæ ſine meritis quos vult elegit.

b *Illuſtra.* Caſs. Manifeſtam fac beneuolentiam tuam ſuper me, vt ficut de moriẽte deſperant, ita de reſurgente confidant.

Aug. Illuſtra fa. appareat qui ad te ptineat, cum modo ſit confuſio. Vñ alibi: *Diſcerne cauſam meam*, ne tñ ſe iuſtificare videatur, ſubdit: Saluum me fac in mĩa, non in mea iuſtitiã.

c *Inuocaui.* Aug. Inuocas Deum quando in te vocas eum, & quando in domum cordis tui eum inuitas.

d *Muta fiant.* Caſs. Quæ hic garrula dum non timent iudicium. Muta in pœnis in inferno.

* Baſil. & Theod. Achitophelis mortẽ prædicit, cuius conſilium, ſuperbiam & contemptionem iure appellauit, qm̃ contra patrem perſecutionem excitauit. Hebrei præ contemptu, Græcè ἐξουδενώσει.

e *Quæ loquuntur.* Apte opponit iuſto iniquitatem.

f *Superbia & in abuſione.* Caſ. Quia creatura contra creatorẽ, & peruerſo vſu beneficiorum Dei qui prę ter cętera propter eos venit.

g *Quam magna.* Caſſiodo. Quę bona Dei contra prædicta mala, quæ leuiant ipſa mala.

Augu. Iſta cernens & mirans exclamat propheta: Quam multis modis copioſa eſt dulcedo tua. Caſ. qua etiam eos quos emendas multũ amas, ſed ne ſecuri negligentius agãt, abſcondiſti eis dulcedinem tui amoris, quibus vtile eſt timere te. Et hoc eſt quod ſubdit: Abſcondiſti, vt plus deſideretur, in futuro vero patebit.

* Theodor. Aquila & Symmachus, Quam repoſitam occultaſti timentibus te.

a ¶ Omnes non pauci: grauius quod conſilio geritur plurimorum.

In eo dum † conuenirent ſimul aduerſum me † accipere ani- 1 2

a ¶ Aug. Ideſt facere, vt conſentiret eis anima mea, quam ne mors liberet conſilium fecerunt quo mori non ſinerent. b Sciens quia poteſtas talium nulla eſt. c ¶ Quia maledictus omnis qui ſpem ſuam ponit in homine.

mam meam † cõnſiliati ſunt. Ego autem in te ſperaui domi- 3

a Quia non mutatus es, vel nonne ſaluum facies qui emendas. b Non homo. c Aug. In tua poteſtate. d Aug. Cauſa & ordo electionis meæ hominibus incognitus. ¶ Non enim video cur me de impijs elegiſti.

a ne, dixi Deus meus es tu, in manibus tuis † ſortes meæ. † Eri- 4 5 6

a Tu autem. b Diaboli & omnium miniſtrorum eius qui nobis inuident regnum cœlorum. c Malis Chriſtianis. ¶ Aug. Maxime illi perſequuntur eccleſiam, qui cum ſint Chriſtiani nolunt bene viuere.

pe me de † manu inimicorum meorum, & a perſequentibus 7

a Et. Aug. Notam fac hominibus qui putant me negligi, quia facies tua ſuper me intendat, & quod ego tibi ſeruiam cum confuſio ſit permiſtis malis cum bonis.

b me. † Illuſtra faciem tuam ſuper ſeruum tuum, ſaluum me fac 8

a Non erubeſcam inſultantibus mihi malis ex eo quod inuocaui te, vel, cauſa eſt quare non confundar. 9

c in miſericordia tua domine, non † confundar, quoniam in- 10

a Proprie, quod non mali. b Non aliud. c Precor vt non confundar. Aug. Potius qui lapides inuocant & vmbris infernalibus, focieutur, hanc confuſionem timebat iſte. c Caſ. Manifeſtatis tuis in me ſacramentis. ¶ In inferno, vt potius dicant, nos inſenſati, vitam eorum æſtimabamus inſaniam. 11

d uocaui te. Erubeſcant impij, & † deducantur in infernũ, muta 12

a Quæ de me fingunt falſa. b Vel, Chriſtum, vel etiam ſuos. 13

e † fiant labia † doloſa. Quę loquũtur aduerſus iuſtum † iniqui- 14

a ¶ Aug. Superbientes & contemnentes Chriſtum quaſi hominem crucifixum, cum ipſi floreant in mundo, contra quos clamat, quam magna. b Sed. ¶ Qua corrigis, parcis, promittis. 15

f tatẽ, in ſuperbia & ĩ † abuſione. Quã magna multitudo † dul- 16 17

g 18

† vt acciperet
† tẽpora mea
† Erue
† pudore affi-ciar
† excidantur ſepulchro
† durum, ſub. verbum
† bonitatis

D E F

A con-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 In eo dum conuenirent &c. *ſcilicet Saul, & exercitus eius.*
2 Accipe animam meam. *Quia de morte mea tractabant.*
3 Ego autem in te, &c. *Tanquam in meo protectore.*
4 Dixi Deus meus es &c. *Per veram fidem, & cultum.*
5 In manibus tuis. *ideſt, ſortes tam vitæ quam mortis meæ ſunt in tua diſpoſitione. In Hebræo habetur: In manibus tuis tempora mea, id eſt, ad viuendum quantum tibi placuerit, & non plus.*
6 Eripe me &c. *Saulis & ſuorum complicium.*
7 Et a perſequentibus. *Quacunque alia occaſione.*
8 Illuſtra faciem tuam ſuper ſeruum tuum. *ideſt, ſuper memetipſum, me tua gratia illuſtrando.*
9 Domine non confundar. *Ab aduerſarijs captus ſeu acerbitate perſecutionis impatiens factus.*
10 Quoniam inuoca. te. *Quia potens es me exaudire.*
11 Erubeſcant. *Deſcripta acerbitate perſecutionis, hic cõſequenter deſcribitur æquitas diuinæ retributionis. & primo quantum ad perſequentes, ſecundo quantum ad perſecutionem ſuſtinentes, ibi:* Quã magna. *Circa primum dicit:* Erubeſcant impij. *nõ potẽtes aſſequi ſuũ intentum in perſecutione iuſtorum: ſicut tyranni intendentes per tormenta auertere martyres a fide, & nõ valentes erubeſcebant, & cõfundebantur de eorum tolerantia, ſicut patet de Daciano & ſancto Vincentio & de Paſchaſio, & ſancta Lucia & multis alijs, & Saul perſequens Dauid eum capere non valens, reuertebatur in domum ſuam confuſus 1. Regum. 13. & 14.*

Et

12 Et deducantur in infernum. *Poſt vitam iſtã ſi in ſua malitia perſeuerent. Hoc autem dicebat Dauid non zelo vindictæ, ſed zelo diuinæ iuſtitiæ, cui eſt applaudendum ſecundum illud pſal. 18.* Lętabitur iuſtus cum viderit vindictam.
13 Muta fiant labia doloſa. *ſcilicet Saulis qui aliquando vocabat Dauid filium, ſicut habetur 1. Regum 14. d. vbi dicitur:* Dixit Saul. Nunquid hęc vox tua eſt fili mi Dauid? & leuauit Saul vocẽ ſuam & fleuit quaſi ei compatiens ad horam. *tamen poſtea quęſiuit eum ad mortem. Et labia habitatorum Ceilæ & Ziphæorum, qui prætendebant amicitiam ad Dauid in verbis, & tamen quærebant eum tradere in manu Saulis, vt patet 1. Regum 23. & 26.*
14 Quę loquuntur aduerſus iu. *Ideſt, memetipſum, qui etiam, nihil eis nocui, ſed bene feci.*
15 Iniquitatem. *De me dicentes, quod quærerem malum Sauli regi. ſecundum quod habetur 1. Regum 23.*
16 In ſuperbia & in abuſione. *Quia aliqui de Dauid loquebantur ſuperbe iactantes ſe vt caperent regis inimicum, & aliqui in abuſione mendaciter detrahentes ipſi Dauid, vt haberent gratiam Saulis.*
17 Quam magna. *Hic conſequenter deſcribitur æquitas diuinæ retributionis quantum ad ſuſtinentes patienter perſecutionem propter Deum. Et primo facit Dauid quod dictum eſt, ſecundo ex hoc inuitat fideles ad patienter ſuſtinendum, ibi:* Diligite dominum. *Circa primum dicit:* Quam magna. *ideſt, valde magna.*
18 Multitudo dul. &c. *In futura beatitudine: quia oculus nõ vidit, nec auris audiuit quæ præparaſti diligẽtibus te, vt habetur Eſa. 64. b.*

Perſe-

## MORALITER.

† *In eo dum conuenirent.* ſcilicet dęmones & mali homines.
2 *Accipere animam meam conſiliati ſunt.* Illi per culpam, & iſti per pęnam.
3 *Ego autem.* Tanquam in forti protectore.
4 *Dixi.* in verbo cordis & oris.
† *Deus meus es tu: in manibus tuis ſortes.* ideſt, gloria corporis & animę, quæ ſors eſt hęreditas electorum.
6 *Eripe &c.* ideſt, dęmonum.
7 *Et a perſequentibus.* ideſt, iniquis hominibus.
8 *Illuſtra faciem &c.* Conſolando ipſum.
† *Non confundar &c.* Et ſic mea confuſio redundaret in te quodammodo.
11 *Erubeſcant.* Poſtquã oſtendit inimicorum ſęuitiã, hic cõſequenter petit diuinam iuſtitiam, dicens. *Erubeſcant &c.* i. dęmones tua virtute deuicti.
12 *Et deducantur in.* Tanquam ad locum ſibi debitum.
13 *Muta fiant labia doloſa.* Sub ſpecie boni malũ ſuggerentia.
14 *Quæ loquuntur aduerſus iuſtum iniquitatem.* Dæmones enim ſunt ſuperbiſsimi, & abutuntur bonis naturalibus: & ſic in ſuperbia & abuſione loquuntur contra iuſtum, ſicut patet de Sathan loquente contra Iob inique.
17 *Quam magna.* Hic oſtenditur dei miſericordia erga afflictos iniuſte, quia reddit eis magnas conſolationes pro tribulatione. Ideo dicitur: *Quam magna.* ideſt, valde magna.
18 *Multitudo.* Quia reſeruat eis bonum infinitum obiectiue deguſtandum, ſupereminenter continens quicquid dulcedinis poteſt excogitari.

ſequenter



Perſe-

a *A conturbatione.* Aug. Vt iam nullam conturbationem humanam patiatur,etiam modo tribulati, mente intrantes ad vultum Dei,non turbantur.

b *Proteges.* Caſ. ne promiſſio tātum futuri turbaret hoc addit: proteges ne noceantur.

※ Hebræi. In interiori conclaui tuę Maieſtatis.

† ſepoſuiſti, reſeruaſti

c *Benedictus.* Caſſiod. quaſi quid vltrà? plenitudinem beneficij laude concludit,comparans illud ſuæ imbecillitati. Et loquitur propheta, vel populus fidelis.

† ſperantibus

※ Theodor. Symmachus. Benedictus Dominus, qui miſericordiam eius mihi illuſtrauit, tanquam in ciuitate munita. i. vt ciues valido aggere vrbem vallāt, ſic me ſua benignitate circundedit.

† Abſcondes

d *Mirificauit.* Auguſ. Miſſo ſpiritu totum mūdum repleuit,qui dicitur ciuitas circunſtantiæ. populus Dei in Iudea erat quaſi in medio gentium,modo verò in omnibus gentibus circunſtantib. eſt populus Dei,in quibus diffuſa eſt miſericordia. prius in Ieruſalem quaſi in vaſe vnguentum Chriſti ſeruabat, ſed nunc tanquam de fracto vaſe vnguētum per mundum diffuſum eſt. vnde: *Vnguentum effuſum eſt nomen tuum.*

† dum feſtinarem, vel, dum timerem, aut formidarem, excitus tum

† vero audiſti

Caſ. Vel,mirificauit Deus pr miſericordiam.ideſt,incarnationem verbi in ciuitate circūſtantię,i. in Ieruſalē,q̄ eſt in medio gentiū,quaſi templū fidei.vn̄ circumiectis gentib.veritas fulſit, quia ibi Chrs docuit,paſſus eſt,& cętera ſacra cō pleuit. Et dicitur ciuitas circumſtantiæ,eo quòd a gentibus circumſtatur. Et cor terræ, quaſi vmbilicus mundi. Iuxta illud: Et requieuit in corde terræ.

a ¶Aug.Seruaſti non communem impijs. b ¶Aug. Hanc dulcedinem,non ſubtrahes eis qui vſque in finem expectant.

cedinis tuæ dominė, quam† abſcōndiſti timentibus te. †Per- 1

a ¶Non tantum timent. b ¶Ita vt non erubeſcant de ſpe ſua. c Aug. Non latet eos qui non ſecundum Adam, ſed ſecundum filium hominis viuunt,& ſi multi inde dubitant. ¶ Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo.Matt.10.b.

feciſti † eis qui ſperant in te,in conſpectu filiorum hominū. 2 3

a ¶Ita eſt eis perfecta dulcedo quod. ¶ Ne videantur ab impijs. b ¶Caſ. Vt te videam dum mali turbabuntur damnati. ¶Notitiæ tuæ.

a Abſcondes eos in abſcondito † faciei tuæ, † a conturbatione 4

a Aug.Et hic interim dum maledictæ linguæ obſtrepunt, negantes futura, proteges in tabernaculo fidei earum rerum quas dominus pro nobis geſſit,& pertranſijt. ¶ In futuro. 5

b Eccleſia catholica.

b hominum.† proteges eos in tabernaculo tuo, a†contradictio- 6

a Aug.Omnium ſchiſmatum & hæreſium. b Aug. Quoniam poſt emendationem perſecutionum, omnibus mirabilem fecit miſericordiam ſuam per orbem terrarum non tantum in Ieruſalem. 7

c ne linguarum. Benedictus dominus, quoniam † mirificauit 8

a Id eſt,toto orbe terrarum. b Populus fidelis loquitur.

d

e miſericordiam ſuam mihi in ciuitate † munita. Ego autem 9 10

a Cum horribiliter ſæuirent in me gentes. b Videns ventum validum timuit, & cum cępiſſet mergi clamant: Domine pereo, c Si enim me reſpiceres, non ita pati ſineres vnde:Si dicebam, motus eſt pes meus. miſericordia tua adiuuit me.

f dixi † in exceſſu mentis meæ: proiectus ſum † a facie oculo- 11

a Aug.Modum ponens emendationi,& oſtendens me ad te pertinere. ¶ Nec timentem & puſillanimem abieciſti. ¶ Extendens manum leuauit eum. b Indiſl[a]e.

rum tuorum. † Ideo exaudiſti vocem orationis meæ, dum 12 13

a Nimis intenderem. Corde. b Pro his. c Iterum hortatur propheta. d Et Auctorem tanti beneficij.

g h clamarem ad te. Diligite dominum omnes ſancti eius: 14

e *Ego dixi in exceſſu.* Aug. Timoris noſtri typū in Petro attēde,qui videns dn̄m ſuper aquas ambulantem, putans phantaſma timuit. Cui dominus: Ego ſum, noli timere. Confiſus Petrus dixit: Domine ſi tu es, iube me venire ad te. Deſcēdit enim,& cœpit ire intrepidus tanquam in illo ſperans. Videns autem ventum validum timuit, & cum cœpiſſet mergi clamauit, dn̄e pereo: Hoc eſt quòd iſte ait: Ego dixi in exceſſu meo &c. Ieſus autem porrigens manum leuauit eum, hoc eſt quod ſubditur: Ideo exaudiſti vocem orationis meæ:

Auguſt. In exceſſu meo. Vel rapta mente vidit altitudinem, ex qua ſentit ſe proiectum valde longe,vel exceſſit a ratione timendo.

※ Theodo. Echſtaſim peccatum iure appellauit: nā viam virtutis incedēs deſtitit ab illa,& aberrauit.

f *A facie oculorum meorum.* Aug. Si in facie tua eſſem, non timerem,ſed ſi dixi, motus eſt pes, miſericordia tua adiu. vnde: *Ideo exaudiſti.* Ideo quia confeſſus ſum,non ſuperbus extiti, ſed meum cor accuſaui.

g *Diligite dominum om. &c.* Caſsiod. Concluſio oratoria vel hortatoria pro prædictis obtinendis.

Aug. prędicta expertus iam nos hortatur,quaſi tribulatus ſum,timui,clamaui,non ſum confuſus ita vos.

h *Sancti eius.* Aug. Quorum eſt diligere Deum, quia non amant mundum neque quæ in mundo ſunt,amicus mundi huius inimicus Dei cōſtituitur. Diſce ergo non diligere mūdum,

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Perfeciſti. *ideſt,perfectam rem feciſti & præparaſti.*
2 Eis qui ſperant in te. *Spe debita,quę eſt ex gratia & meritis proueniens.*
3 In conſpectu filiorum hominum. *Qui non timent nec erubeſcunt ſuam ſpem oſtendere coram hominibus eos perſequentibus.*
4 Abſcondes eos in abſcondito faciei tuę. *ideſt, coram facie tua,quæ hominibus mundi eſt abſcondita.*
5 A conturbatione hominum. *Quia viſi ſunt oculis inſipientiū mori, illi autem ſunt in pace, vt habetur Sapien.3.a. Et quia non ſolum protegit eos in futuro ſeculo, ſed etiam aliquando præſenti, ideo ſubditur.*
6 Proteges eos &c. *Specialiter eos protegens in præſenti ſeculo.*
7 A contradictione linguarum. *ſcilicet ab illis qui linguis ſuis tractabant de morte eorum,& quia iſtud contingit ipſi Dauid ab habitatoribus Ceilæ,qui tractabant inter ſe,ipſum tradere in manibus Saulis,vt habetur. 1.Reg.13.ideo gratias agendo ſubdit dicens.*
8 Benedictus dominus quoniā mirificauit miſericordiā. *Me liberando mirabiliter.*
9 In ciuitate munita. *ideſt,in Ceila in qua credidit eum Saul capere,eo quod erat ciuitas fortis & clauſa,ſecundum quod habetur 1.Re. 13.a.*Nuntiatum eſt autem Saul,quod veniſſet Dauid in Ceilam,& ait Saul:tradidit eum dominus in manus meas, concluſuſque eſt introgreſſus vrbem in qua portę & ferę ſunt.
10 Ego autem dixi &c. *In tranſlatione Hiero.iuxta Hebræum habetur:*Ego autem dixi in ſtupore meo.ſtupor.n.eſt quidā exceſſus mentis. *Dauid autem tunc fuit poſitus in magno ſtupore,quando audiuit quod Saul veniebat ad obſidendum eum,& quod viri Ceilæ traderent eum in manu Saul.Et tunc dixit Dauid domino.*
11 Proiectus ſum &c. *q.d.videtur quod ego ſim poſitus extra cuſtodiam tuam.*
12 Ideo exaudi.&c. *me mirabiliter liberando.*
13 Dum clamarem ad te. *corde & ore,poſitus in tanta anxietate.*
14 Diligite dominum. *Hic conſequenter inuitat fideles ad patienter tolerandum,dicens:* Diligite dominum omnes ſancti eius. *ita quod non recedatis ab amore eius poſiti in tribulatione.*

Quoniam

## MORALITER.

1 *Perfeciſti eis qui ſperant in te.* ſcilicet in tua prædeſtinatione, quæ eſt immutabilis.
3 *In conſpectu filiorum hominum.* Illi nanque corā hominibus oſtendunt ſe ſperare in domino,qui coram eis opprobria & afflictiones conſtanter ſuſtinent pro ſe.
4 *Abſcondes eos in abſcondito faciei &c.* ideſt,in tua faciali viſione,quæ eſt alijs abſcondita.
5 *A conturbatione hominum.* ideſt,a malis vitę pręſentis & futuræ.
6 *Proteges eos in tabernacu.&c.* ideſt,in cęlo empyreo,de quo dicitur pſal.14.a.Domine quis habitabit in tabernaculo &c.
7 *A contradictione linguarum.* Contra eos nunc latrantium propter quod ſubditur gratiarum actio,cum dicitur.
8 *Benedictus dominus quoniam mirificauit miſericordiam &c.* ideſt mirificam oſtendit.
9 *In ciuitate munita.* ſcilicet cæleſti,munita bono infinito.
10 *Ego autem dixi in exceſſu mentis meæ.* dum anxiarer mali pręſentis vitæ.
11 *Proiectus ſum a facie &c.* tanquam res proiecta.
12 *Ideo exaudiſti vocem orationis meæ.* reddens conſolationem maximam pro modica tribulatione.
14 *Diligite dominum.* Hic ex prędictis inducuntur fideles ad viriliter ſuſtinendum,cum dr̄: *Diligite dominum.* animas veſtras pro ipſo ponendo ſi fuerit neceſſe.

*A con-*

Quoniam

dum vt diſcas diligere deum, auerte vt conuertaris, funde vt implearis.

a *Requiret dominus &c.* Auguſt. Etiam hic aliquando, ſi nulli hoc faceret, non videret vigilare diuina prouidentia, ſi omnibus non ſeruaretur diuina patientia.

b *Abundanter facientibus.* qui non cito pœnitent.

c *Superbiam.* pro omni vitio, quia radix omnium.

* Theodor. Suffert deus qui quodammodo faſtu vtuntur, ad oſtendendum diuinam bonitatem inſatiabiles, & elatos condigna pœna plectit: ideo addit abundanter facientibus ſuperbiam.

a ¶Vt ſeruiat creatura creatori. b Etiam in futuro a ſanctis, quando ſi iuſtus vix ſaluabitur, impius vbi patebit. 1. Petri. 4. d. c Aug. His qui abundanter faciunt ſuperbiam, qui nec conuicti conuertuntur, quia multum ſuperbiunt.

a b † quoniam veritatem requiret dominus, & retribuet † abun- 1 2

a Aug. Contra nos. vel. qui eum contemnunt faciendo contra iuſſa eius. b Quaſi retribuet, interim ergo. c Ne ſit otioſi d lectio. d Et ſi grauia occurrant quæ ſupra dixi. Aug. Vt bonum ſine defectu operantes tempore ſuo metatis.

c danter facientibus ſuperbiam. † Viriliter agite, & conforte- 3 4

d tur cor veſtrum, omnes qui ſperatis in domino. 5

d *Viriliter agite &c.* Virtus totius pſal. ne carnis fragilitas timeat tot mala ſeculi.

† his qui abundanter faciunt

E

☞ GLOS- F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Quoniam veritatem requiret dominus &c. *bene remunerando vos pro veſtris anguſtiis & laboribus.*

2 Et retribuet abundanter facientibus ſuperbiam, &c. *id eſt, veſtris perſecutoribus eos debitè puniendo: ideo ſubditur.*

3 Viriliter agite. *in bonis perſeuerando & proſperando.*

4 Et confortetur cor veſtrum. *tribulationes ſufferendo.*

5 Omnes qui ſperatis in dño. *ſpe debita, quæ eſt certa expectatio futuræ beatitudinis ex gratia & meritis proueniens. Expoſitio autem huius pſal. & ſequentis, & conſimiles, licet ſint hiſtoriales ſeu literales reſpectu ipſius Dauid, ſunt morales reſpectu noſtri. ſcilicet inquantum Dauid dedit nobis exempla virtutis.*

Et PSAL-

## MORALITER.

1 *Quoniam veritatem requiret dominus.* nos remunerando.

2 *Et retri. abun.* veſtros aduerſarios puniendo. ideo ſubditur.

3 *Viriliter agite.* & patet ſententia.

Et

## ADDITIO.

In pſal. 30. *In te dñe ſperaui:* vbi dr in po. igitur ſm hanc ſententiam, Litera huius pſal. non põt rõnabiliter videri cõſona ſniæ Rab. Sa. quam ſequitur poſtillator: nam iſte verſus: *In manus tuas cõmendo ſpiritum meum,* qui eſt propriè principium pſal. neceſſe eſt, vt exponatur de Chriſto, qui clamans in cruce eadẽ verba formaliter pro ſe ꝓtulit, vt patet Luc. 23. & iõ ſicut pſal iſte 21. qui incipit: *Eli eli, lama azabthani, hoc eſt Deus meus vt quid dereliquiſti me?* quæ fuerũt verba in cruce clamantis, exponiť ad lram de Chro, & pari rõne iſte pſal. vbi ponũtur hæc verba a Chro ẽt in cruce prolata, ſ. *In manus tuas commendo &c.* exponẽdus eſt principaliter de Chro: ſic tñ vt qñque Chriſtus de ſe loquiť ſm naturam aſſumptam, qñq; de membris ſuis, quæ ſunt corpus eius myſticũ, ſ. eccleſia. vnde ſm glo. in hoc loco: Qui enim dignatus eſt pro nobis homo pati, non dedignať nos transfigurare in ſe. vñ in hoc pſ. vtendum eſt regula Iſidori, quæ ponitur in prologo ſuper Gene.

In hoc igitur pſal Chriſtus primũ, ſecũdum quod homo, orat: In te domine ſperaui. Quę verba vſque ibi: *Educes me de la. quem abſconderunt mihi.* incluſiuè, faciliter poſſunt applicari Chriſto in agone paſſionis exiſtenti &c.

Secundo cum dicit: In manus tuas dñe cõmendo ſpũm meũ: ſunt ꝓpria verba ab ipſo Chro ꝓpe ſuã ſanctã expiratio nem prolata, vt dictũ eſt. In quibus verbis ſpiritum, i. animã a corpore in proximo ſeparandam Deo commendat.

Conſequenter Chrs tertiò in perſona corporis ſui myſtici per hmõi paſſionẽ redẽpti, grãs agẽs dicit: Redemiſti me domine Deus veritatis, vbi Chriſtus qui eſt veritas, Deus veritatis vocatur, quia fecit quod promiſit, & quia hmõi redẽptionis Chriſti non ſunt participes illi qui finem ſuum in vanitatibus ſeculi ponunt, ſed tm̃ illi qui huiuſmodi vanitatibus dimiſſis in dño ſperant, & in ipſius miſericordia lætantur: ideo ſequitur: *Odiſti obſeruantes vanitatem ſuperuacuè. Ego aũt in dño ſperaui, exultabo & lætabor in miſericordia tua:* vbi oſtenditur redemptio huiuſmodi miſericordię diuinæ attribuẽda; potius quam meritis. Vnde & vlterius dicit: *Qm̃ reſpexiſti humilitatem meam.* i. infirmitatem. ſ. ꝙ non poteram proprijs actibus ſeu meritis redimi, & ideo: *Saluaſti de neceſſitatib. aĩam meam,* hoc eſt, de neceſſitate mortis ſpiritualis, in qua multæ miſericordiæ includuntur: & ideo pluraliter de neceſſitatibus dicit.

Conſequenter Chriſtus quartò ſecundum naturam aſſumptã dicit: *Neq; concluſiſti me in manu inimici:* quia in ſepulchro poſitus, & ab inimicis cuſtoditus non fuit in manib. eorũ cõcluſus, ſed potius de illa clauſura exiuit in ſpatioſum locum. ſ. in ſtatu glorioſæ libertatis. vnde: *Statuiſti in loco ſpatioſo pedes meos.* Et poſſunt hæc verba ſpecialiter referri ad hoc ꝙ Chriſtus poſt reſurrectionem iuit in Galilæam in montem quẽ diſcipulis ſuis ſtatuerat, vbi & pedes eius glorioſos tenuerũt. Matt. 28. Et quia ſtatim poſt reſurrectionẽ glorioſam Chri eius corpus myſticum fuit in maximis tribulationib. & perſecutionibus, tam Iudæorum quàm Romanorũ, vt patet in Actibus apoſtolorum, & in alijs geſtis diſcipulorum Chriſti.

Idcirco conſequenter Chrs quintò in perſona corporis ſui myſtici dicit orando: *Miſerere mei dñe, qm̃ tribulor &c.* quę omnia faciliter applicantur eccleſiæ primitiuæ in his tribulationibus conſtitutæ vſque ibi: *Super oẽs inimicos &c.* Circa quod ſciendum, quod eccleſia poſt Chriſti reſurrectionem non ſolum fuit afflicta ſeu tribulata ab inimicis, ſcilicet Iudæis & paganis, qui de directo eam perſequebantur, ſed ẽt a falſis Chriſtianis, & pſeudo apoſtolis, de quib. 2. Cor. 11. f. *Periculis ex gñe, periculis ex gentibus, periculis in falſis fratribus.* Falſi enim Chriſtiani male viuentes, ſimiliter & pſeudo apoſtoli falſa dogmatizantes opprobrium & ẽt timorem ſubuerſionis in religione Chriſtiana quantum in ſe erat cauſabant, pro quibus omnib. Chriſtus in perſona eccleſiæ dicebat. Super oẽs inimicos meos factus ſum opprobrium vicinis meis valde, & timor notis meis, vt per inimicos intelligantur Iudæi ſeu pagani, per vicinos pſeudo apoſtoli, qui magis videbãtur appropinquare ad ſequelam Chriſti, licet falſe, per notos vero falſi Chriſtiani vulgares, & ſic cum dicitur. *Vicinis meis & notis meis:* intelligendum eſt ſub ſenſu ablatiui caſus, non datiui ex quorum peruerſitate ſequebatur tanta diffamatio in vita & doctrina eccleſiæ, quod ſimplices infideles viam ſalutis inquirere ab ipſa doctrina eccleſiæ dediſcebant. Ideo ſequitur. *Qui videbant me foras fugiebant a me &c.* Mors Chriſti ſalutifera tradita erat fere obliuioni.

Vnde ſequitur ſexto in perſona Chriſti. *Obliuioni factus ſum tanquam mortuus a corde, & factus ſum quaſi vas perditum:* quia per talem falſam doctrinam & infamiã quodãmodo crux Chriſti videbať euacuari 1. Cor. 1. Cætera aũt ꝙ ſequuntur faciliter ſunt applicabilia ad diuerſas & varias tribulationes perſecutiones, opprobria. & cõminationes eccleſię primitiuæ poſt reſurrectionem Chriſti vſq; ibi. *In manibus tuis ſortes meæ.* vbi in Hebræo hr̃. *In manibus tuis tempora mea.* cuius ſenſus eſt quia eccleſia in hoc ſeculo conſtituta, tanꝗ nauis in medio maris, quandoq; fluctib. ſeculi agitatur, quandoque vero procellis in auram conuerſis aliquali lętatur tranquillitate, vt habetur infra pſal. 106. & in euãgelio, & hæc ſunt tempora quę in manib. Dei profitetur eſſe eccleſia, dicens. *In manibus tuis tempora mea.* q. d. tã in tẽpore fluctuationis, quã in tẽpore ſerenitatis in te ſperaui, qa Deus meus es tu, iuxta illud ad Ro. 14. b. *Siue ergo viuimus, ſiue morimur, Dei ſumus.*

Conſequenter Chriſtus ſeptimo in perſona corporis ſui myſtici. i. eccleſiæ orat, ꝙ prædictę tribulationes non cedãt in confuſionem eccleſię finalem, dicens. *Non cõfundar, qm̃ inuocaui te.* ſed potius in confuſionem aduerſariorum ſpecialiter eorum qui nomen Chriſti blaſphemant, vnde dicit. *Erubeſcant impii &c. muta fiant labia doloſa, quæ loquuntur aduerſus iuſtum.* i. Chriſtum. Iniquitatem in ſuperbia & in abuſione. In ſuperbia enim humanę ſapientię ſe extollentes quidam philoſophi loquuntur aduerſus Chriſtum, ſed Iudęi in abuſione, ſcilicet ſcripturis abutendo.

Conſequenter dicit octauo. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ.* vbi prophetice Chriſtus declarat, quod omnia prædicta aduerſa cedent in bonum inuiſibile iuſtorum, cuius ineffabilis ſuauitas eſt, & ideo dicit. *Quam magna multitudo &c.* quod quidem bonum inuiſibile & abſconditum eſt, vnde dicit. *Quam abſcondiſti timentibus te.* ſimiliter & bonum perfectum eſt, vnde dicit. *Perfeciſti eis,* quod quidẽ bonum licet modo ſit occultũ, ſperatur tamẽ in futuro iudicio maxi-

maximè publicari. vñ dicit: *Perfeciſti eis qui ſperant in te in con*
A *ſpectu filiorum hominum*, in quo ſtatu. ſ. cum erunt iuſti intra abſconditum faciei diuinæ, cũ. ſ. videntes p ſpeciẽ, tunc erunt ſimo abſconditi. i. ſeparati a conturbatione hominum, & ſimiliter protecti a contradictione linguarũ. & hoc eſt quod dicit: *Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ, & ſic proteges &c.*

Conſequenter nono, q̃a eccleſia licet in hoc ſeculo nõdũ in abſcõdito faciei diuinæ trãquilla exiſtens, ſed in ꝯdictione homini, & ꝯdictione linguarũ adhuc fluctuans: cũ hoc tamẽ mirificè miſericordia diuina ꝓtegitur. idcirco ĩ perſona ipſius eccleſię dicit: *Benedictus dñs quoniam miſericordiam ſuam mirificauit mihi in ciuitate munita.* i. in hoc mundo, q̃ ciuitas munita dr̃ ſm glo. eo q, ſapientia carnis, & philoſophica traditione cõtra deum armata eſt: quæ quidẽ protectio ſic eſt mirificata, q, rationem humanam excedit. Ideo ſequitur: *Ego aũt dixi in exceſſu mentis meæ*, i. in pauore meo, cũ contra me horribiliter inſurgerent gentes. *Proiectus ſum a facie oculorum tuorum.* hoc eſt, quia per viam humanam non poſſem euadere, ſed ſolum diuina miſeratione fidelium preces acceptante. vnde ſequitur: *Ideo exaudiſti vocem orationis meæ.*

Conſequẽter decimo eccleſia ſeu populus fidelis p̃dictas ꝯtradictiones atq; anguſtias hmõi expertus, & ex his mirifica miſericordia liberatus, iam alios hortatur, dicens: *Diligite dñm omnes ſancti eius.* hoc eſt dicere: ex hic tribulationibus nõ debetis deſiſtere a via veritatis, ſed viriliter agere, quia qui abundanter ſuperbiunt punientur: & iuſti ſperãtes præmiabuntur. vñ dicit. *Diligite dñm &c. & viriliter agite &c.* Et nota, q, in hac vltima concione exhortatoria tãgit Pſalmiſta tres virtutes, quibus viriliter eſt agendum ad vltimi finis conſecutionem, quas tangit non ordine naturæ, ſed dignitatis. vnde primo tangit charitatem tanquam cęteris digniorem. & hoc cum dicit: *Diligite dominum omnes ſancti eius.* ſecundo tangit fidem quæ virtutum eſt fundamentum: & hoc cum dicit: *Quoniam veritatem requiret dominus.* tertio ſpem cum dicit: *Qui ſperatis in domino.*

## REPLICA.

*In te domine ſperaui.* Hunc pſal. exponit poſtil. ad literam de Dauid ſm hiſtoriam. Burg. aũt putat illam expoſitionem irrationabilem, maximè quia quędã ſunt verba quę Chriſtus ex cruce protulit, quæ non poſſunt propriè de alio exponi, puta: *In manus tuas commendo ſpiritum meum.* Sed clarum eſt argumentum illud modicum valere, quia ſancti doctores dñt illum verſum, & nonnulla alia verba Chriſti fore doctrinalia, plus quam formalia, & q, Chriſtus ea dixerit plus gratia exempli quam perſonalis ſubſidij. Et quia ſecundum ſanctos doctores Dauid ſępe, & multum figurat Chriſtum, & gerit eius typum ſpiritualiter in perſecutione, non mirum q, multi pſalmi de Dauid per hiſtoriam exponendi, Chriſtum dominum principaliter, & eius paſſionem deſcribũt, ſic quod quamuis ſint de Dauid ad literam facti, ſunt tamen per ſpiritum ſanctum de Chriſto principaliter intenti. Et per illum modum dicendi tolluntur multæ diuerſitates inter poſtillatorem & Burgen. circa Pſalterium.

## GLSSA ORDINARIA.

B a *Intellectus Dauid.* Aug. pſal. de gratia, qua Chriſtiani ſumus, vt ait Apoſtolus. Incipit ergo per indulgentiam hic pſal. contra vitium hominum agens qui peccatum neſciũt vel defendunt, & merita iactant.

Rom. 4. a. Caſs. contra vitium ergo hominũ hic pſal. opponitur, ne quis putet deo abſconditum quod in cõſcientia habet occultũ. Augu. primo dicit initium boni eſſe per indulgentiam dei, ſe verò ſequentem illud vitium hominũ fuiſſe miſerum, ſed per manum dei conuerſum ad verum intellectum, ad quem opportunius expertus caſum alios deceptos reuocat in quo ſtantes confirmat.

† intelligẽtia, eruditio, vel admonitio.

Theodo. hic pſalmus poſt peccatũ in ipſis calamitatibus
C editus eſt. In quo propheticis oculis noui teſtamenti gratiã pręuidens, atq; remiſſionẽ, quę per ſanctũ baptiſma credentibus ſuppeditatur, hos beatos eſſe prædicat, vt qui ſine labore peccatorum remiſſionem recipiunt, quæ ita obliterat, vt ne veſtigia quidem horum remaneant. cum ipſe luctibus & crebris lachrymis ob peccarum liquefactus ſit.

## PSALMVS XXXI.

a ¶Aug. Vt primo intelligas te peccatorem poſt ſi ceperis bonum facere, ne viribus tuis tribuas, ſed gratię. vt non ſit dolus in corde verbis te iuſtificans.

b ¶Id eſt, pœnitentis in cuius perſona hic loquitur.

† Intelle[a]ctus D[b]auid Pſalm. XXXI.

a ¶Aug. Mitigatæ per gratiam, vt non regnent, cuius cauſa eſt quod in baptiſmo tecta ſunt peccata.

1 B[a]Eati quorum re[b]miſſæ ſunt iniquita-

a ¶Aug. Vt Deus non videat. id eſt, puniat, ſicut ſequentes Aegyptij tecti ſunt In mari rubro. Nec hoc ſufficit niſi inde caueatur ab eo quod Deus imputat, id eſt, a criminali.

2 tes, & quorum te[c]cta ſunt peccata.

b *Beati quorũ remiſſæ ſunt, &c.* Auguſtinus. Non in quibus nõ inuenit peccatum, ſed quibus remittit.

c *Iniquitates.* Auguſt. Dicit fomitem peccati. ſcilicet concupiſcibilitatem quę ante baptiſmum non tantum pœna, ſed culpa eſt: nõ vtique actualis, ſed originalis, poſt baptiſmum verò pœna eſt, & non culpa. In baptiſmo quidem originale deletur, non vt non ſit, ſed vt peccatum vltrà non ſit.

Hieron. Iniquitates, ante fidem & baptiſmum: peccatum poſt fidem & baptiſmum.

*Beatus*

## NICOLAVS DE LYRA. PSALMVS XXXI.

1 BEati quorum remiſſæ ſunt. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo:* Dauid eruditio, *& præponitur litera lamech ad deſignandum quod Dauid eſt datus caſus. In translatione Hieron. iuxta Hebræum ponitur ſic:* Eruditio Dauid: *tamen nõ mutatur ſenſus. Per hoc enim, quod ponitur hic:* Eruditio *datur intelligi, quòd aliquid profundum fuit ipſi Dauid reuelatum: ſed quid ſit illud nõ apparet in ſpeciali ex litera tituli: propter quod varie circa hoc dicitur ab Hebræis doctoribus & Latinis: & omiſſis aliis accipio vnũ modum dicendi, qui videtur mihi magis probabilis, & magis conſonus literæ: & ipſum proſequitur Rab. Sa. Hebræus, videlicet quòd Dauid fecerit hunc pſal. quando ſibi fuit reuelatum a Deo dimiſſum ſibi peccatum adulterij cum Bethſabea, & homicidii Vriæ. quod non poteſt ſciri ab aliquo niſi per ſpecialem Dei reuelationem, alioquin poſſet ſcire aliquis certitudinaliter ſe habere gratiam, ſine qua non remittitur culpa, quod eſt contra illud Eccleſ. 9. a.* Nemo ſcit vtrum amore an odio dignus ſit. *Sciendum igitur, quod circa dimiſſionem dicti peccati fuerunt plures reuelationes diuinæ. Prima fuit facta ipſi Nathan prophetæ, cui fuit reuelata dimiſſio dicti peccati quantum ad partem pœnæ ipſo Dauid peccatum ſuum humiliter recognoſcente. vt habetur 2. Reg. 12. d.* Et dixit Dauid ad Nathan: Peccaui domino. Dixitque Nathan ad Dauid. Dñs quoque tranſtulit peccatum tuum non morieris &c. *Mors enim corporalis, quam Dauid meruerat propter humilem confeſſionẽ ſuam, tranſlata fuit ad puerum de Bethſabea natum. tñ cum hoc prædixit ſibi Nathan, quòd eſſet affligendus temporaliter, & quod dominus ſuſcitaret contra eum malum de domo ſua, vt ibidem habetur. Et hæ reuelationes non fuerunt factæ ipſi Dauid immediate, quia tunc non erat dignus, poſtea tamen per pœnitentiam & orationes deuotas meruit, vt ſibi reuelaretur dimiſſio peccati prædicti quantum ad culpam: & de hoc fecit hunc pſalmũ, in quo primo gratias agit de peccati dimiſſione. ſecundò orat vt præſeruetur a recidiuatione, ibi:* Pro hac orabit. *Prima in duas: quia primò deſcribit remiſſionis culpæ fructum, ſecundo remittendi modum, ibi:* Quoniam tacui. *Circa primum dicit.*

De dimiſſione peccati Dauid fuerũt plures reuelationes.

1 Beati quorum. *Quantum ad culpam. Iſti enim ſunt beati in ſpe: & ſi non adhuc in re. Remiſſio enim culpæ non fit niſi per gratiam, quæ eſt quædam arra gloriæ.*

2 Et quorum tecta ſunt peccata. *ſcilicet ipſi Deo: non quia poſſit ei aliquid celare aut tegi, ſed quia non reſpicit ad vlterius puniendum, ſaltem pœna æterna, & propter hoc ſubdit.*

Beatus

## MORALITER.

1 *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates &c.* Pſalmum iſtum dr̃ Dauid feciſſe, quando totalis remiſſio peccati pro adulterio cũ Bethſabeę & homicidio Vriæ ſibi fuit diuinitus reuelata.

Moraliter autem eſt oratio pœnitentis, qui reuelatione Dei vel probabili coniectura ſentit grauia peccata ſibi eſſe dimiſſa. Et primò de hoc gratias Deo agit, dicens: *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates &c.* Sunt enim beati in ſpe, & ſi non adhuc in re.

2 *Et quorum tecta ſunt peccata.* non diuinę cognitioni, ſed eius punitioni, Prouer. 10. b. *Vniuerſa delicta operit charitas.*

*Bea-*

A a *Beatus vir.* Hieronym. Cui remittit Deus, non enim per ſe. Tegit ne in iudicio reueletur, & ſic non imputabitur ad pęnam. Non eſt dolus qui ſe accuſat, corde tenet quod ore fatetur hic.

* Rabbi Dauid. Doloſa & fallax conuerſio, ficta reſipiſcentia.

Beatus, quia olim non confitens Deo, veni in peccatum, dũ clamarem ſi quid boni egi.

Tacui. Auguſtin. qui non vult confiteri peccata, laborat ſine cauſa in defenſione peccatorum, in quo cum & iactet merita, amplius deficit fortitudo.

B * Baſ. & Theodor. Non enim actuum pœnitentiæ remediis vſus eſt, verum poſt Nathan reprehenſionem. Exclamat ergo, quoniã accepta plaga non ſtatim medico vulnus oſtendi, ſed continue tentans illud occulere, ideo vt Deus me exaudiret vociferando, & peccatum accuſando conſenui. Idem Rabbi Anonymus, & cęteri Hebręi.

a Et ſi remiſſis iniquitatibus & tectis peccatis ſit aliquod leuius, vt Iob & Nathanael, quos laudat dominus, non imputat. b Subdit, cui non imputet, in quo non eſt dolus vt cum ſit peccator iuſtum ſe prædicet.

a Beatus vir cui nõ imputauit dñs peccatũ nec eſt in ſpiritu eius 1

a Quaſi hec cauſa fuit miſeriæ. b Confeſſionẽ de peccatis. Quod non eſſet tacendum. 2
c Interior fortitudo defecit. ¶Si contra feciſſet innouaretur virtus robuſta in domino. ¶Quia confitendo non agnouit nouitatem.

b dolus. † Quoniam tacui, inueterauerũt oſſa mea: dũ † cla- 3 4

a Præſumptionem de meritis. b Sed o domine. ¶ Dixi quod non eſt dicendum de iuſtitia mea. 5 ¶Aug. quia vindicta tua tetigit me aſſidue. c Aug. ad humiliandum ſuperbum.

marem tota die. Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me 6

a Aug. Factus ſum miſer. Cognoui miſeriam. b Aug puncta eſt conſcientia, ſenſi dolorem, & ſic Delic. &c.

c manus tua: †conuerſus ſum in ęrũna mea, dũ cõfigitur ſpi 7 †

a Caſ. quod dimiſi facienda, ideſt quod tacui peccata. b Per me confitendo. c Quod feci non facienda, ideo quod clamaui, merita non abſcondi. ¶Aug. Quando homo detegit, Deus tegit. Si homo agnoſcit, ignoſcit.

d e na. † Delictũ meũ † cognitum tibi feci, & iniuſtitiã meã nõ 8 9

¶Feci cognitum & vere. a Aug. Mihi, non Deo dando, vel naturę, quod eſt iterũ Deo dare. ¶Aug. contra priora agens. b Qui prius contra Deum. 10

abſcõdi. † Dixi, Cõfitebor aduerſũ me † iniuſtitiã meã do- 11 12

a Etiam. b Quod nec Deum credidi. Quod tacere decreui, & male clamaui. 13 ¶Alias cordis. c Impietate vel remiſſione. 14

f mino, & tu remiſiſti impietatẽ peccati mei*. Pro † hac orabit 15

Caſſ. Beatus cui non imput. Alijs qui grauia habent Deus imputat, alijs per miſericordiam non imputat, & ſi hẽnt aliqua his. ſ. qui non iuſtos ſe prędicant cum ſint mali, ſed ſe agnoſcentes ſatisfaciũt, modo hoc profiteor, ſed olim. Quoniam tacui, &c.

Aug. Vel, tacui voce peccatum dum clamarem tota die, dum pęna peccati vel interior excęcatio oſtenderet me peccatorem, vel dum praua vita me tacente clamaret, ſi quid boni egi.

b *Dum clamarem tota die, &c.* Aug. Et ſi non ſit tibi conſcius quis, non tamen iuſtus, quia delicta quis intelligit? vnde. Eſt iuſtus qui perit in iuſtitia ſua. Et Apoſtolus. Nihil mihi conſcius ſum, &c.

c *Configitur.* Caſ. Spina quę totũ corpus erigit, id eſt, ſuperbia. Aug. Item eſt ærumna dum. i. quia ſpina. i. peccatum, cõfigitur. i. vſque ad conſenſum & opus & conſuetudinem ducitur. Vel, ſpina, i. ratione fracta curuor ad terrena. De his ſpinis dictum eſt primo homini. *Terra tua germinabit tibi ſpinas & tribulos.* Et alibi. *Spina & tribuli naſcuntur in manibus temulenti.* D Gen. 3. c. Prou. 26 d.

✲ Baſ. & Theod. Grauata, ex translatione poſuit eorum, qui manu feriunt, & in hoc diutius perſeuerãt. Spinam autem peccatum appellauit, tanquam inutile germen, & ad pungendum natum. Hebraice ad verbum, verſus eſt ſuccus meus in ſiccitates æſtatis. † rugirem Pſalm. 18. d. Eccle. 7. c. 1. Cor. 4. a.

✲ Baſil. Peccatum multorum malorum cauſa eſt, quod loco vuæ protuli, ab hoc ſine intermiſſione, quaſi a ſpina quadam pungor. E † iniuſtitias meas.

d *Delictum meum.* Diapſalma. Confeſſio, vnde venia ſicut ſupra de tectione inueteratio. *Sela. 5. Pſal. 3.

e *Feci cogni.* Caſ. Dixi, enim prius. i. deliberaui apud me. Magna pietas vt ad ſolam promiſſionem dimiſerit, votũ enim pro operatione iudicatur. Nondum pronuntiat, promittit pronuntiaturum, & Deus iam dimittit, quia hoc ipſum dicere quoddam pronuntiare eſt corde, nondum eſt vox in ore, vt homo audiat confeſſionem, & Deus audit.

✲ Theod. Notandum eſt, quod non dixit, remiſiſti peccatũ meum, ſed impietatem peccati mei, hoc eſt non condigna pęna peccatorum me puniſti, verum exceſſum peccati remiſiſti, mediocri autem animaduerſione medicinam adhibuiſti, oportebat enim me ſtatim morte mulctari.

f *Pro hac orabit.* Caſ. Diapſalm. pęnitudinem commendans omnibus ſanctis dicit communem, quam variæ ſectæ reſpuunt, contra quas ad Deum refugit.

Aug Pro hac. Inde orat omnis ſanctus, quia dimiſiſti, aliter non eſſet ſanctus.

☞ *Tempo-* F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Beatus vir cui non, &c. *ad æternaliter puniendum.*
2 Nec eſt in ſpiritu eius dolus. *quia vere pęnitet mente ſicut exterius ore.*
3 Quoniam tacui. *Hic conſequenter oſtenditur remiſſionis modus. Et quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, ideo deſcribitur primo remiſſionis impedimentum, ſecundo eiuſdem factiuum, ibi.* Delictum meum.

*Circa primum ſciendum, quod impedimentum remiſſionis culpæ eſt eius celatio ſub ſanctitatis ſpecie, propter quod dicitur Prouerb. 28. b.* Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur. *Dauid autem peccatum cum Bethſabeæ celauit, & propter eius maiorem celationem Vriam occidi fecit, & ſic de peccato in peccatum miſerabiliter ruit, Deo iuſte permittente & diabolo operante, et hoc eſt quod dicit Dauid.* Quoniam tacui. *ſcelus meum abſcondendo.*
4 Inueterauerunt oſſa mea. *Ideſt vires animæ ex peccatorum contradictione, quæ per oſſa deſignantur, in quibus conſiſtit robur corporis, ſicut in viribus animæ robur mentis, maxime in viribus intellectiuis.*
5 Dum clamarem tota die. *Iſte clamor non erat confeſſionis peccatorum, ſed anxietas timoris, ne ſuper eum appareret diuinum iudicium in aliqua manifeſta punitione. Ex verecundia enim non aperiebat peccata ſua faciendo pro eis debita ſacrificia in lege præcepta, quæ pro varijs peccatis varie imponuntur: & ſic merito formidabat ne ſuper eum veniret vindicta diuina aperta, & hoc eſt quod dicit:*
6 Quoniam die ac nocte. *ideſt, continue timui aggrauationem manus tuæ ſuper me.*
7 Conuerſus ſum in ærum. *Scilicet contritionis. Ad verbum n. Nathan prophetæ fuit contritus et confeſſus peccatum verecundia depoſita, vt habetur 2. Reg. 12.*
8 Delictum. *Hic conſequenter ponitur id quod eſt remiſſionis culpæ factiuum, quod eſt humilis & vera confeſſio quam fecit Dauid ad verbũ Nathã prophetæ, vt dictũ eſt, & hoc eſt quod dicit.* Delictũ, &c. *per veram confeſſionem & ſatisfactionem, & ſacrificiorum oblationẽ.*
9 Et iniuſtitiam meam non abſcondi. *poſt Nathan reprehenſionem.*
10 Dixi. *i. firmiter propoſui & opere impleui.*
11 Confitebor aduerſum me iniuſtitiam, &c. *modo prædicto.*
12 Et tu remiſiſti impiet. *per gratiam tuam.*
13 Impietatem peccati mei. *quantum ad culpam.*
14 Pro hac orabit. *Hic conſequenter Dauid orat, vt præſeruetur a recidiuo, & primo facit quod dictum eſt, ſecundo ponit monitionem erga alios, ibi.* Nolite fieri.

*Circa primum dicit ſic.* Pro hac. *ſcilicet re quæ poſtea ſubditur, vnde & in translatione Hier. habetur.* Pro hac orat, &c.
15 Orabit ad te omnis ſanctus. *i. a culpa perpetrata per te emendatus.*

In

## MORALITER.

1 *Beatus vir cui.* quia dedit eis gratiam ſatisfaciendi pro eo.
2 *Nec eſt in ſpir. eius dol.* hypocriſi peccata celãdo, iõ ſubditur.
3 *Quoniam tacui, & c.* i. tempore quo peccata celaui vires animæ incurrerunt putrefactionem peccati.
5 *Dum clam. &c.* intus ſynderesi peccato remurmurante.
6 *Quoniam die ac nocte.* quoniã ex continuatione peccati aggrauatẽ pęna diuinitus infligẽda, & ex huius cõſideratione.
7 *Conuerſus ſum in ærumna.* i. ad cogitandum de miſeria mea.
† *Dum configitur ſpin.* i. aculeus conſcientiæ, propter quod.
8 *Delictum meum cognitum.* i. confeſſori locum tuum tenenti.
12 *Et tu remiſiſti impietatem.*
15 *Pro hac orabit ad te omnis ſanctus.* ſcilicet pro ſua iuſtitia abſque recidiuo conſeruanda.

In

a *Tempore,&c.* Aug. Tēpus eſt gratiæ lex premens, conuincens reos, coegit clamare, gratia ſanat.
A * Theod. Tempus opportunum dicit noui teſtamenti ſtatū in quo oēs credentes has Dauidis Deo afferunt preces. Symmachus. Hoc ſic interpretatus eſt. Pro hac orabit omnis ſanctus opportunitate inuenta, ne aquæ multæ inundantes, circa ipſum appropinquent. Aquas enim calamitates appellat.
✲ Hier. Tempus opportunū in quo Deus inuenitur.
b *Veruntamen in di.* Aug. Licet ſanctus oret, licet tempus.o. tamen diffluentes in concupiſcentiis, vel qui ſunt in erroribus diuerſarum ſectarum vt philoſophi, qui libero arbitrio, Iudæi,
B qui carnalibus obſeruantijs ſalutem aſcribunt. Hiero. Vel, ſanctus orat, in quo notatur habere peccata, ſed tamen dum pęnæ inundabunt in iudicio, non approximabunt ipſæ pęnæ ad eum ſanctum, vt nec aquę ad Noe, ſanctus orabit. Tu es refug.
c *Ad eum.* Aug. Deum. mutat enim perſonam vt ſæpe. Non appropiant, qui dicunt fatum facit peccare, vel fortuna, quæ omnia regit, vel gens tenebrarum, quæ Deo rebellat.
d *Intellectum tibi dabo,& inſt.* Aug. Diapſalmus. Reſpondetur penitenti. *Intellectum tibi dabo,&c.* Ecce pſalmus intelligētiæ, ne putetur ſupplicans negligi teſte Deo.
C ✲ Theod. Reſponſum hoc a Deo conſequitur.
Tu erue. Caſſ. Qui promiſiſti, intellectum tibi dabo. Vel reſpondet Chriſtus penitenti.

† preſſura.
† redime.
† conſulam tibi oculo meo.
† ne appropinquet vel cum non vult appropinquare.

a Quia nullus ſine peccato. b Quando venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum: ¶ Hieron. In hac vita vbi licet, ſed cum erunt aquæ inundantes, id eſt, anguſtiæ in iudicio. 1
a b ad te omnis ſanctus in tempore opportuno. † Veruntamen 2
a Aug. In multiplicitate variarum doctrinarum, vna vero doctrina eſt Dei de humilitate cordis. b Deum vel ſanctum ſecundum imitationem.
c in diluuio aquarum multarum, ad eum nō approximabūt. 3
a Aug ſed in hoc diluuio quod vndique perſtrepit. ¶ Non mea vis vel alius Deus. b Aug. Huius ſeculi, vel peccatorum.
Tu es refugium meum a † tribulatione † quæ circundedit 4
a Spe futuri boni. in malis. b Et quia parcis. c Peccatis meis. ¶ Aug. Quia quamuis gaudeam in ſpe, tamen adhuc ſum d Aug. Vt te cognoſcas & gaudeas in ſpe: Aug. Vt ſcias quod omnia ex gratia.
d me, exultatio mea † erue me a circundantibus me. Intelle- 5 6
a Aug. ne aberres. b Caſſ. quaſi inermem gladio c Scilicet Dei. d Sine errore.
ctum tibi dabo, & inſtruam te in via hac qua gradieris, † fir 7 8
a Non auferam a te poſtea oculos meos. ¶ Ne quies noceat. ¶ Quanta gloria patientis? b Quia tu ſemper leuas oculos ad me. Qui prius peccator, iam conuerſus efficitur prędicator. † c Superbi. d Erecta ceruice. ¶ Non ſunt humiles bos ſicut ille, qui agnouit poſſeſſorem ſuum. e Stolidi & pigri.
e mabo ſuper te oculos meos. Nolite fieri ſicut equus & mu- 9 10
a Quid enim tales patiuntur. Caſſ. Sicut animalia donec viam tenent, frena patiuntur & flagella. Aug. Si non habes ſeſſorem, os quo iactas merita & taces peccata conſtringetur.
lus, quibus non eſt intellectus. In chamo & freno ma- 11 12
a Verba Chriſti ad patrem. Et nolentes conuerti conſtringe.
f xillas eorum conſtringe, † qui non approximant ad te. †

Caſ. Letus finis, dat Deus intellectum, vnde alios adhortatur ad idem.
c *Nolite fieri ſicut equus & mulus,&c.* Aug. Accepto intellectu, cōuerſus iſte penitens ad ſuperbos peccata defendēres, ergo vos quos inſtruo, &c. Equus, Gētilis indomitus. Mulus Iudæus piger ad credendum.
* Theod Vaticinantis ſermo conſulit impijs ne ferarū vitam rationis expertē imitētur. Iuſtis vero vt diuinū gaudium habeāt.
* Chald. Ponam ſuper te in bonum oculos meos.
* Baſil. Ex eorum deſumptum metaphora, qui amico ſunt erga aliquem affectu, illumque reſpicere volunt.
Caſſiod. Equus, ſine diſcretione ſeſſorem, Mulus, quælibet onera accipit, & ita neutri eſt intellectus, vel illi ſeſſoris, vel huic, oneris. Prohibet ergo homines a diabolo inſideri, & vitiis onerari, alioquin equus freno, mulus chamo arceatur. Quod ſi noluerint, o Deus, fac illis quod mihi feciſti, maiori & minori tribulatione conſtringe maxillas, ideſt, iactantiam de viribus ſuis.
Caſ Vel, maxillas quibus mandunt, ideſt, parcius da victualia, vt neceſſitate coacti redeant.
Aug. Vel hic conſtringes, & in futuro erunt multa flagella. Vel. *Nolite fie. ſicut equus*, quia multa flagella hic & in futuro.
f *Qui non approximant ad te.* Caſſ. Sunt enim qui ſi peccant carnis imbecillitate, a piis precibus non recedunt.

Mul-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 In tempore oppor. *quod eſt tempus remiſſionis culpę: tunc enim ſunt preces exaudibiles, quia in gratia factæ. Et pro quod tunc orandum, ſubditur cum dicitur.*
2 Veruntamen in diluuio aquarum multarum. *i. tentationum vehementium.*
3 Ad eum non approximabunt. *Scilicet peccata per peccati recidiuum: De hoc debet orare Deum omnis emendatus a peccato: & ſic orabat Dauid, Ideo ſubdit.*
4 Tu es refugium meum a tribulatione quę,&c. *in adulterij & homicidij perpetratione.*
5 Exultatio mea,&c. *Relaxando culpam: quia ſicut commiſſio culpæ eſt pænitentibus cauſa triſtitiæ, ita eſt remiſſio cauſa lętitiæ.*
6 Erue me a circundantibus me. *id eſt, a dæmonibus quærentibus me impellere ad recidiuum: ſecundum quod dicitur* 1. Petri. 5. cap. Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit quęrens quem deuoret.
7 Intellectum tibi dabo. *Secundum Hebræos hoc allegat Dauid pro cauſa, qua debebat eum præſeruare a culpa: & coniungitur ſic literæ pręcedenti:* Erue me a circundantibus me. *ideſt, a dęmonibus me tentantibus: dixiſti mihi:* Intellectum tibi dabo. *ad cognoſcendum agenda.*
8 Et inſtruam te in via hac qua gradieris. *ad vitandum vitanda.*

Firmabo

9 Firmabo ſuper te oculos meos. *Sicut ſuper rem quam volo cuſtodire cum diligentia, qui enim vult diligenter cuſtodire rem aliquam, habet attentos oculos ſuper ipſam. Et ſi quæritur, vbi dixit iſta dominus Dauid: Poteſt reſponderi quod hæc dixit* 2. Regum 7. b. *vbi dicitur ſic:* Ego tuli te de paſcuis,&c. *& ſubditur:* Et fui tecum in omnibus vbicunque ambulaſti. *Et* 1. Paralipo. 17. b. *vbi eadem dicuntur.*
10 Nolite fieri ſicut,&c. *Hic conſequenter Dauid circa alios facit monitionem, vt caueant a peccatis: quia boni principis eſt non ſolum cogitare de ſe, ſed etiā de ſua gente, & primo facit ſuam monitionem ſecūdo ſubdit retributionem ibi:* Multa flagella. *Circa primum dicit* Nolite fieri ſicut equus,&c. *Ideſt, ſequentes appetitum ſenſitiuum viuentes vita brutali.*
11 Quibus nō eſt intellectus. *q.d. hoc nulla culpa eſt in brutis animalibus, quia non habent intellectum, per quem poſſint refrenare appetitum ſenſitiuum. Sed in hominibus rationem habentibus eſt hoc valde culpabile, quia per rationem poſſunt appetitum ſenſitiuum refrenare. Et ideo de hominibus appetitum ſenſitiuum ſequentibus Dauid deprecatur Deum dicens.*
12 In chamo & freno,&c. *i. eos qui nolunt obedire tibi ſicut equus indomitus, pœnis & laboribus eos afflige, ita quod pena dante eis intellectum obediant tibi ad nutum, ſicut frequenter legitur in libro Iudicum, quod filii Iſrael Deo recalcitrantes per idololatriam tradebantur in manus affligentium eos, & ſic reuertebantur ad verum Dei cultum.*

Multa

## MORALITER.

1 *In temp. oppor.* quod eſt totum tempus vitæ ſuę. Luc. 18. a. *Oportet ſemper orare, & non deficere.*
2 *Veruntamen in di.&c.* q.d. pro certo: ſi ſic fecerit, inundatio tentationum ipſum non abſorbebit: quia conuertet ſe ad Deum, dicens:
4 *Tu es refug.&c. Exultatio mea.* ideſt, tu es Deus in quo exultare ſpero.
6 *Erue me a circundantibus me.* ideſt a dæmonibus mihi inſidiantibus, pſ. 11. *Impij in circuitu ambu.* Et ſubdit dñs reſpōſio,

Intelle-

7 *Intellectum tibi dabo, &c.* Ad proſequendum bonum & refugiendum malum.
† *In via hac,&c.* ſ. præſentis vitæ.
9 *Firmabo ſu.&c.* Ne deuies a rectitudine iuſtitię. Et qm̄ ſic directus, bonū pximi deſiderat, alios ad bonū excitat, dicens
10 *Nolite fieri,&c.* Sequentes impetū appetitus ſenſitiui, & de obſtinatis in malo clamat ad Deum, dicens.
12 *In chamo, &c.* id eſt, virtute tuæ potentiæ ne alijs noceant.
† *Qui non approxi.* Per obedientiam, ſed rebellant, de quibus ſubditur.

Multa

A a *Multa flagella peccatoris, ſperantem autem in domino cir.* Auguſt. Poſt frenum adduntur flagella ad domādum, ne ſit de B illis impunitis, quibus modo vaga datur licentia viæ ſuæ, ſic iſte ſupra dixit ſe domitum. C

a Qui omnia gratiæ dat, uel dant.
a † Multa flagella † peccatoris. † ſperantem autem in domi- 1
a Aug. lex in flagellis, miſericordia in conſolationibus. b Caſſ. Vndique ne ſit locus hoſti. 2
c Ergo. d Qui prios in vobis. e In domino.
b no miſericordia circundabit. Lætamini in domino, & exul- 3
¶ Quare? quia iam. a ¶ Non meritis, ſed gratia, qui prius peccatores. b ¶ Etiam in tribu 4
lationibus. c Quia ei ſubditi. 5
tate iuſti, & † gloriamini omnes recti corde. 6

✲ Theodoret. Propterea diuinus ait Apoſtolus Gratia ſaluati eſtis per fidem, & hoc non ex vobis, nam Dei donum eſt. D †ſperantes. E
b *Lætamini in dom.* Tacitæ mētis ſuauitate mulceri, eſt lætari. Concitati animi feruore gaudere, eſt exultare. F
✲ Theod.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Multa flagella peccat. &c. *Hic conſequenter ponit ſuæ monitionis retributionem, diceus.* Multa flagella peccatoris. *i. multæ pœnæ peccatorib. obſtinatis in inferno ſunt reſeruatæ, ſecundū illud. Deut. 32. e. vbi enumeratis multis flagellis dicit.* Nonne hæc condita ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis? Mea eſt vltio & ego retribuam eis in tempore, &c.

2 Sperantem autem in domino. *Spe debita quæ eſt certa expectatio futuræ beatitudinis ex gratia & meritis proueniens.*

3 Miſericordia circūdabit. *In futura beatitudine, in qua ex Dei miſericordia circūquaq; hēbit materiā lætitiæ. Supra ſe, in viſione diuina. Infra ſe, videndo infernum & tormēta quæ euaſit ex Dei gratia, Circa ſe, ex ſanctorū & angelorum ſocietate grata, & ideo in fine pſal. excitat iuſtos ad laudem Dei dicens.*

4 Lætamini in domino. *Gaudio interiori.*

5 Et exultate iuſti. *Gaudio exteriori, quæ exultatio dicitur quaſi extra ſaltatio, inquantum gaudium mentis prorumpit exterius in vocibus diuinæ laudis.*

6 Et gloriamini omnes recti corde. *Quia ſecundum quod dicit Apoſtolus 2. Cor. 1. c.* Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ. *Hæc eſt enim recta gloriatio, quando conſcientia nō remordet de graui peccato.*

## MORALITER.

1 *Multa flagel, peccat.* Quę ſibi reſeruantur in inferni pęnis.
2 *Sperantem aūt in domino.* Spe ex gratia & meritis prouenięte.
3 *Miſericordia circundabit.* Ita quod caterua dęmonū ei præualere non poterit, ideo concluditur.
4 *Lætamini in domino & exultate iuſti.* Non in mundo.
6 *Et gloriamini omnes.* De certa pręmii cęleſtis expectatione.

## ADDITIO.

In pſal. 31. *Beati quorum.* vbi dr̄ in poſt. Accipio vnum modum dicendi, qui vr̄ mihi magis probabilis. Iſte modus dicēdi quem inuenit Rab. Sal. non vr̄ rationabilis. Tū quia ſi Dauid in hoc pſalmo tractaret de caſu qui ſibi occurrerat, rationabiliter videretur, ꝙ hoc expreſſiſſet in titulo ſicut in quāplurimis aliis pſalmis de ſe tractantib. hoc fecit, vt patet diſcurrēti per titulos. Tū quia litera huius pſal. bñ poſſit applicari cōi ſtatui pęnitentium & confidentiū ſm vniuerſalem cōſiderationē, & ſic materia pſal. eſt dignior quā ſi particulariter de Dauid loqueretur. Bonum. n. ſm Philoſophum in 1. Ethicorum, quāto vniuerſalius tanto diuinius. Tū quia Dauid certificatus fuit de dimiſſione peccati adulterij & homicidij per Nathā prophetā qui ex parte Dei ſibi dixit. *Dominus quoq; peccatū tuum tranſtulit, &c.* 2. Reg. 12. d. ꝙ verbum intelligendū eſt de dimiſſione culpæ qūo Dauid confitebat', dicēs ſibi. *Peccaui domino.* de neceſſitate. n. incūbit cuilibet credere prophetæ dñi, vt Deut. 18. & ſic fundamentū Rab. Salomon non valet, vñ in hoc pſalmo principaliter vr̄ Dauid intendere ad commendationē contritionis & confeſſionis ſimiliter & ſatisfactionis, quæ ſunt partes integrales pęnitentiæ, vnde & hic pſalmus merito vnus de pęnitentialibus nominatur.

Circa ꝙ primo oñdit indigentiam remiſſionis peccatorū reſpectu oīum in cōi, dicens. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, &c.* Non. n. dixit. Beati in quib. non inuenitur peccatum, nam in oīb. de communi lege inuenitur, quia 1. Ioh. 1. c. *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus.* Sed dicit. *Beati quibus remittuntur.* & ſic apparet neceſſitas pęnitentię quo ad hoīes in cōi. Hoc ēt oñdit cum dicit. *Et quorum tecta ſunt peccata.* Non. n. dixit, quorum nulla ſnnt peccata, quia tales communiter minime reperiuntur, ſed dicit, *Quorum tecta ſunt.* i. peccata quę in eis fuerunt, ſunt tecta, ac ſi non videantur. Similiter cū dicit. *Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum,* idem oñdit. q. d. licet habuit, non tñ ei imputatur a Deo. Et in his trib. modis Pſalmiſta loquitur more humano. Homo. n. quandoq; parcit ſimpliciter remittendo offenſā, quam ſibi ſcit eſſe illatā, nulla recōpenſatione vel vindicta interueniente, & de hoc dicit. *Quorum remiſſæ ſunt iniquitates.* Quandoque aūt quia offenſa illata alicui eſt occulta, idcirco non punitur, quia ea ꝙ non apparēt, idem eſt ac ſi non eſſent ſm iuriſperitos, & de hoc dicit. *Quorum tecta ſunt peccata.* Quādoq; vero hō offenſam ſibi factā dimittit, quia non curat de ea in modico eā reputans, quia ꝙ modicū eſt quaſi nihil eſſe vr̄ ſm Philoſophum, & de hoc dicit. *Cui non imputauit dominus peccatum.* Sed quia de iſtis trib. modis primus non competit Deo, quia eſſet contra eius iuſtitiam immenſam, ſecundum quam nullum malum debet eſſe impunitum. Secūdus modus ēt ſibi non competit, quia eſt contra eius infinitam ſcientiam, ſecundum quam omnia ſunt nuda & aperta ante oculos eius. Idcirco de tertio modo tantum eſt agendum, ſecundum quem quandoque Deus non imputat peccata homini, ea reputans minima & hoc ratione pœnitentię, ſecundum quam homo vere pęnitens & ſe accuſans eius peccatum minime reputatur a Deo. Iuxta illud de Publicano qui ſe accuſans *deſcendit iuſtificatus in domum ſuam.* Luc. 18. Et hoc eſt quod ſequitur immediate. *Nec eſt in ſpiritu eius dolus.* vbi gloſſa quærit. Cui non imputauit dominus peccatum, & rñdet. Illi ſcilicet in quo non eſt dolus, quia ſe accuſat cum ſit peccator, corde tenet quod ore fatetur. hæc in gloſſa.

Conſequenter ſecundo oſtendit, ꝙ non ſufficit peccatori non hēre dolum in ſpiritu, ſic ꝙ in ſpiritu accuſet ſe, ſed requiritur oris confeſſio, ſine qua nō fit dimiſſio peccati commiſſi, ſed potius augmentatur culpa, ſi confeſſio oris indebite differatur, vnde dicit. *Quoniam tacui, inueterauerunt oſſa mea.* hoc eſt quia tacui confeſſionē, inueterauerūt oſſa mea. i. interior fortitudo mentis, quæ oſſa qñque dr̄ in ſcriptura, vt in pſalmo. *Non eſt pax oſſibus meis a facie peccatorum meorum.* Cui taciturnitati pernicioſę plerūq; aſſociatur clamor ꝑuerſus, & hoc eſt cū peccator non ſolū non confitet' ſe peccatorē, ſed potius clamat, iactādo ſe de iuſtitia, vñ ſequitur. *Dum clamarem tota die.* vbi gloſſa. Tacuit. n. quedā, & quędam non tacuit. Tacuit cōfeſſionē, & clamat pręſumptionem, ſicut ille qui ſana membra medico oñdebat, & vulnerata tegebat, & ideo non fuit curatus, ſed inueteratus, ſicut Phariſęus qui dicebat. *Non ſum ſum ſicut cæteri homines, &c.* Luc. 18. d.

Conſequenter tertio oſtendit quomodo ad contritionem & confeſſionem peruenit, dicens. *Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua, &c.* Cuius ſenſus eſt, nam peccatores huiuſmodi, ſcilicet qui peccata tacent, dum clamant falſam iuſtitiam, vt plurimum non deueniunt ad contritionē & confeſſionem pęnitētialē, niſi prius humilientur per aliquam afflictionem, iuxta illud Eſa. 28. c. tantummodo ſola vexatio dat intellectū auditui. Ideo Pſal. in perſona talis peccatoris ad Deum dicit. *Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua,* ad humiliandum me ſuperbum, ideo *conuerſus ſum.* id eſt, contritus. *In ærumna mea.* id eſt, in anxietate mea. *Dum configitur ſpina.* id eſt, dum compuncta eſt conſcientia, cuius conſcientię remorſus, ſpinę interius fractę ſeu fixę aſſimilatur, tūc. n. ſenſi dolorem cōtritionis, & inueni meam infirmitatem, & ſic. *Delictum meum cognitum tibi feci.* hoc eſt dicere, ſic conuerſus ſum in ęrumna, & in compunctione conſcientię de vno oppoſito ad aliud, vt qui prius tacebam delictum meum, nunc cognitum tibi feci. *Et iniuſtitiam meam.* i. merita mea falſa quę clamabam. *Non abſcondi.* i. non operui, ſed aperui per veram confeſſionem, vnde ſequitur. *Dixi confitebor aduerſum me, &c.* In quo verſu notanda ſunt aliqua verba.

Primo cum dicit. *Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam.* Sunt. n. aliqui qui confitentur iniquitatē ſuam, ſed nō aduerſus eos, ſed qñque aduerſus Deū, dicentes. Deus voluit hoc fieri, quandoq; aduerſus cōſtellationes ſyderū, dicētes. Stellę mihi fecerunt, vel diabolus me decepit, & huiuſmodi, iuxta illud. Ad excuſandas excuſationes in peccatis, quę oīa excludit Pſal. dicens. *Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam.* quaſi diceret. Ego ſum qui peccaui, non fatū nō fortuna, non diabolus me coegit, ſed ego perſuadēti conſenſi. Hęc in glo.

Secūdo notandum eſt, cū dicit. *Tu remiſiſti impietatē peccati mei:* qđ videtur referendū ad culpā. In peccato. n. ꝯſideratur culpa,

culpa quæ eſt impietas peccati,quaſi rō formalis ipſius, conſideratur ēt pęna debita,quæ peccatū qñq; dr̄, vt 2.Cor.5.in fine vnde dicit. *Remiſiſti impietatem peccati.* quia in vera pœnitentia culpa quæ eſt impietas peccati totaliter remittitur,nō autem pęna peccati remittitur ex toto.

Conſequenter quarto vt oñderet hãc remiſſionē eſſe de cōi lege neceſſariā ēt ſanctis qui in terra ſunt,cū dixiſſet. *Et tu remiſiſti,impietatem,&c.* ſubdit. *Pro hac.ſ.remiſſione peccati. Orabit ad te omnis ſanctus.* vnde gloſſa. Inde.n.eſt ſanctus, *quia dimiſiſti.* quia aliter nō eſſet ſanctus, nec oraret, quia oēs ſunt peccatores,& egent gratia Dei. Hæc in gloſſa. Quę intelligi dēt de cōi lege. Quā quidē orōe,vt digna ſit exaudiri,faciēda eſt. *In tempore opportuno.* ſ.in ſtatu gratiæ,cū qua quidē oratione ad hoc q̄ ſit efficax,requiritur vigilãtia,per quā ēt ſanctus dū in hac vita exiſtit,abſtineat ſe ab affluētia carnalium,ſm̄ illud ſaluatoris Matt.26.d. *Vigilate & orate.* vnde ſequitur. *Verūtamen in diluuio aquarum multarum ad eum non approximabunt.* q.d.licet ſanctus oret,licet tp̄s ſit opportunū,tñ diluuiū aquarū.ſ.cōcupiſcentiarū ad eū.i.ad ſanctū,non dēnt approximari,ſm̄ imitationē ſeu indebitā adhęſionem. Et qualis ſit orō ſancti ad propoſitū pertinens declarat, cū ſubdit. *Tu es refugium meū in tribulatione, quæ circūdedit me,&c.* hoc eſt dicere,tu qui ſolus es refugiū meū,erue me ab impugnationib.carnalium voluptatū & errorū,qui in hac vita cōiter circundant.

Cōſequenter quinto Deus rñdet pęnitenti & orãti,dicēs. *Intellectum tibi dabo,& inſtruam te in via hac qua gradieris.* q.d.licet ego ſim refugiū tuū, tñ oportet q̄ vtaris intellectu tibi dato naturaliter,ſimiliter inſtructione diuinæ legis tibi tradita,& ſic. *Firmabo ſuper te oculos,&c.* i.dabo tibi gratiā perſeuerãtię p̄ q̄ hō firmat̄ in bono. Et ad declarandū quō hō vti debeat naturali intellectu,ſubdit. *Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus.* Animalia.n.bruta ſemper ſequuntur paſſiones carnales ſine aliqua moderatione rōnis,q̄ in hominib.eſt maxime vitioſū,vñ ēt philoſophi tales increpant,tanquā vitā pecudū eligentes,vt in 1.Eth. Similiter ad innuendū,q̄ hō dēt inſtrui in hac via qua graditur inſtructione diuinæ legis,ſubditur. *In chamo & freno maxillas eorum conſtringe.* Præcepta.n.diuina ad moderationem humanorum actuū bñ comparantur chamo & freno reſpectu brutorū, quia dirigūt actus humanos prohibendo & p̄cipiendo,ſicut ſeſſor dirigit equum in via recta per chamum & frenū,vñ bñ ſubdit. *Qui non approximant ad te.* hoc eſt dicere, quia pręcepta diuina cōſtringentia actus humanos ſunt neceſſaria iniuſtis, nō aūt iuſtis quib.lex non eſt impoſita,vt 1.Tim.1.vñ dicit. *Qui non approximant ad te.* i.ſanctū orantem in tempore opportuno,cui Deus ſic alloquitur,vñ ſequitur. *Multa flagella peccatoris.* quia ſunt multi ſic a recta via deuiantes,quib.non ſufficit chamus & frenū p̄ceptorū,ſed requiruntur ſup̄ hoc flagella correctionis vel finalis punitionis. *Sperantē aūt in dño miſericordia cir.* ſ.ſperantes ſpe formata. *Miſericordia cir.* hoc eſt gratia gratificans,quæ miſericorditer datur & vndiq.tuetur.

Philoſophus.

Conſequenter vt omnia p̄dicta Deo attribuantur,nō meritis,finaliter cōcludit. *Lætamini in domino.* ſ.attribuendo Deo iuſtificationem veſtram,potius quam proprijs meritis.

REPLICA.

*Beati quorum,&c.* quem pſalmum poſt.exponit adliterā,de Dauid penitentia pro peccatis adulterij & homicidij, & ſic Dauid in hoc pſal.dat exēplū vere pœnitere volentib. Burg. qui in principio ſui corruptorii promiſit velle proſequi ſenſum literalē,ab eo lōge recedit motus debiliter. Primū, quia dicit tit.huius pſal.expoſitioni poſt.nō cōſonare. Secūdo,q̄a dicit hunc pſal.de cōmunitate pęnitentiū nō de ſolo Dauid exponi dēre ex eo motiuo, quia bonū de q̄to communius, de tanto diuinius, quaſi communitas peccatorū ſit aliquid magis bonū q̄ vnus peccator. Tertio,q̄a dicit Dauid certificatū p̄ Nathā prophetā de remiſsione peccatorū p̄dictorū, quaſi p̄ hoc volēs innuere q̄ iō Dauid in hoc pſal.ſe formam pœnitētib.dare non debuerit vel potuerit. Patēt aūt illa duo vltima fore irrationabilia,q̄a & ſi per Nathā fuerit ſibi denūtiata remiſſio quoad reatū culpę,tñ nō pęna,quinimo idem Nathā p̄dixit pęnā reſeruatā,vt patet 2.Reg.12. nunqd igit̄ debuit ſe p̄bere formā & exēplū pęnitētibus? Primū, gratias agēdo pro dimiſsione culpę,deinde ſe humiliādo pro relaxatione pęnę debitę,quēadmodum facit, vt clare litera huius pſal.oñdit. Irrationabile quoq; eſt dicere plures peccantes vno peccatore exiſtere q̄d diuinius,vel expoſitionē de pluribus magis eſſe diuinam maxime,qñ expoſitio de vno exēplariter applicatur ad alios. Primum aūt motiuum Burg. eſt omnino falſum,nam titulus huius pſal.ab Hier.ex Hebraica veritate tranſlatus eſt ille. *Eruditio Dauid.* & ſecundum glo. magiſtralem intellectus Dauid, vt ex titulo detur intelligi, quomodo Dauid in hoc pſal.velit oſtendere ſe eruditum in modis vere pęnitētiæ,& in modis eiſdem alios erudire. Eruditio enim actionem & paſſionem ſignat, ſicut alia nomina verbalia. Patet igitur Burg. irrationabiliter poſtillatori irrationabilitatem impoſuiſſe.

GLOSSA ORDINARIA.

A In finē Pſalm. Dauid.
† Gaudete.
B

a *In finem.* Caſiod. Hic propheta potentiam & facta Dei enumerat, & ſic ad laudem Dei inuitat. Primo iuſtos & rectos monet laudare, quia exultare in illo niſi laudando non poſſumus: rectos, inquit, decet collaudatio.

a In finem Pſal. Dauid XXXII.

Et in aduerſis. b Iniuſti in ſeculo quod perit. Non in vobis. In quo nil diſplicet eis. c Laudat qui ſubditus eſt Deo, aliter diſtortus eſt.

1 † Xultate iuſti in domino, † rectos decet collaudatio. Cōfitemini domino in

a Propter vnitatem eccleſiæ. b Hoc modo laudandum. Exultantes laudate hoc modo. Confitemini, &c.& poſt cauſam laudis ſupponit.Quia rectum eſt verbum domini.

2

3 quando ſibi bene eſt,blaſphemat quando male, rectus ſemper vt Iob.

※ Theo. Format hic pſalmus quaſi ab Ezechia populum excitāte ad hymnum victis Aſſyrijs.

PSAL. XXXII.

b E *Xultate,&c. Rectos.* Auguſt. Curuus laudat Deū,

※ Theod. ☞ Theod.

C

NICOLAVS DE LYRA. PSAL. XXXII.

1 E Xultate iuſti in domino,&c. *Huic pſal. non præmittitur titulus aliquis in Hebræo,propter quod dixerunt aliqui, quod non eſt pſal. diſtinctus a præcedenti, & occaſione huius dicti reſpexi tres Biblias Hebraicas, & tres libros Hebraicos editos ſuper librum pſalmorum,& in omnibus inueni hunc pſal.diſtinctum a præcedenti, non ſolum in ſignatione per ſpatium vacuum inter duos pſal.ſed etiam in quotationē,quia iſte pſal.apud Hebr.quotatur 32.præcedens autem 31. & eodem modo in tranſlatione Hier.iuxta Hebræ.diſtinguitur a præcedenti per literam magnā capitalem in principio & per quotationem,quia hic pſal.ab eo quotatur 32.& præcedens 31. Item Hiero. in prologo libri pſal.facit mentionem de pſal.coniunctis apud Hebræos, qui tamen ſunt diſtincti apud nos, & etiam ecōtra de coniunctis apud nos,diſtinctis tamen apud Hebræos,nec tamen facit ibi mentionem de coniunctione iſtorum duorum pſalmorum,ex quo patet quod ſunt pſal. diſtincti apud Hebræos,ſicut & apud Latinos, ſaltem a tempore beati Hiero. quod diu valde eſt q̄ floruit.ſ. tēpore Gratiani & Valentiniani imperatorū,qui cœperunt imperare anno domini.ccclxxi. Hoc autem opus fuit ſcriptum anno domini.M.cccxxvi. Motiuū etiam aliorum nō valet,q̄a multi ſunt pſal. ſine titulo & diſtincti ab alys, videlicet 17. vt dicit Hier.in prologo lib. pſalmorū. Et iã habuimus de trib.ſ.primo & ſecundo et iſto,et de alys videbit inferius proſequendo, igitur extit.non p̄t videri quis fuerit autor huius pſal.quia titulū nō hēt, nec inueni hoc clare determinatū niſi ſecundum intentionem Aug. qui dicit oēs pſal.factos a Dauid,ſed hanc intentionem non intendo ſequi ſicut dixi a principio huius libri. Tenendum tñ eſt,q̄ hic pſalm.ſicut & alij factus fuerit ab aliquo ſancto propheta quicumque fuerit ille.ſ. Dauid vel alius: Et ex circunſtantia literæ vr̄ factus ad hoc q̄ per Leuitas cantaretur in templo,pp̄ quod ſatis probabile eſt q̄ Dauid eū fecerit,qui diuinas laudes per Leuitas in templo decantandas pro magna parte compoſuit,vt hētur 1.Para.& 1.Eſd.3. Igitur iſte pſal.in duas partes diuiditur,quia primo autor huius pſalm.inducit fideles ad Dei præconium. Et ſecundo oſtendit huius præconii præmium,ibi. Beata gēs. Prima in duas,quia primo inducit ad Dei laudationem, ſecundo ad hoc inducit triplicem rationem,ibi. Quia rectum eſt. Circa primum dicit ſic.*

Hie. & Nicol. de Lyr. quibus fuerunt temporibus.

1 Exult.iuſti.do. *i.extra vos in Deum ſaltate per deuotionem.* 2 Rectos dec.coll. *Et hoc duplici rōne. Vna accipitur ex parte laudantis. Decens.n.eſt,vt laudet Deum de rectitudine ſua quam hēre non pōt niſi ex diuina gratia,quæ ſubiicit partem animæ ſuperiorem ipſi Deo & vires inferiores rationi,& in hoc conſiſtit hominis rectitudo. Alia rō accipitur ex parte Dei,quia cum eius bonitas & maieſtas ſint infinitæ,preſes peccatorum corā eo ſunt indignæ ſecūdum illud Eccl.15.* Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. *ſed decenter laudatur iuſtis.* 3 Confitemini. *Confeſſione laudis.* In

MORALITER.

1 *Exultate iuſti in domino.* Sicut dixi in expoſitioni literali pſal.iſte videt̄ eſſe factus ad hoc q̄ per Leuitas ad Dei laudem cantaret̄ in templo,& eodem mō cantādus eſt per eccleſiæ

* Theodo. Multis in locis Symmachus & Aquila vocem exultare, l. laudare explanarunt, D

A Recti cor. Aug. Nō reſiſtentes dn̄o. Praui corde ſunt q̄ dn̄t Deum vel nō eſſe, vel iniuſtū, vel negligere, hic cū videt malos florere, bonos pati. Recti ſunt qui dirigūt cor ſm̄ voluntatem Dei, quā ſuæ præponūt, vt & Chriſtus docuit: *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis;* transfigurans in ſe ſuos, vt & ibi: *Saule Saule quid me perſequeris?*

a *Cithara*. Auguſtin. Ab inferiori ſonat & ex terra eſt, vnde laudemus, id eſt, proſperitas & aduerſitas, q̄ ab eo ſunt nobis.

* Baſil. Hæc ſecundum legalem cultum perficiebantur.

b *In pſalterio*. Dum attēdis ſuperiora, quę tibi dedit, cęleſtē doctrinā. Per citharam

B caro, per pſalterium charitas intelligitur, ad quę decem præcepta legis pertinēt. Tria in prima tabula ad Deum, ſeptem in ſecunda ad proximum.

c *Cantate ei, &c.* Quaſi, quid plus dicam, de incarnatione ſpecialiter lætamini.

d *Canticum nouum*. Caſſio. Quia non ſufficit niſi abundet iuſtitia veſtra plus quàm ſcribarum & Phariſęorum.

Cantate canticum nouum, de incarnatione, de qua mundus exultat, de qua angeli cantauerunt.

* Theod. Vociferatio vox victoriæ, quæ contra fugientes a vincentibus editur.

e *Quia rectum eſt.* Modū laudis expoſuit: nūc cur ſit laudādus.

f *Et omnia opera.* Augu. Ne quis putet ſe meritis ad fidē veniſſe, cum in fide ſint omnia opera, quę diligit Deus, ideſt, remunerat.

Aug. Oīa opera eius in fi. Quia non niſi infidelib. operat. vnde: *Fides tua te ſaluum fecit.* Vel, omnia opera ſunt recta, id eſt, quæ præcepit operari ſunt recta ex ſe, quod patet poſitis in fide. Vel omnia opera quæ diligit & remunerat, ex hoc procedunt, quæ fides quia a Deo, & omnia opera bona ſunt a Deo, ideo quoque ex dilectione noſtri fecit miſericordiam, vocando, iuſtificando. Et inde in futuro, quia ibi malis & bonis retribuet.

C Aug. Caue ne amiſſo iudicio ſis pauperi in mala cauſa miſericors. vnde: Nō accipies perſonam pauperis in iudicio, cuius ſi parcis ſaccello, percutis cor: quia remanet iniquus, & ideo nequior, quia iuſtum fauere ſibi videt.

a Exhibite corpora veſtra hoſtiam viuam Deo, mortificando carnem cum vitijs & concupiſcentiis.
b Seruiant membra charitati, vbi tria & ſeptem præcepta in quibus tota lex pendet & propheta.
c Aug. Non lingua tantum, ſed & vita.

a cithara, in pſalterio † decem chordarum pſallite illi. Canta- 1

b ¶Exuite vetuſtatem, quia non niſi ad nouos pertinet nouum teſtamentum: ¶ Gratię Dei.
a Operibus. b Si quæris. Quomodo benel

c te ei canticum nouūm, bene pſallite ei in vociferatione. 2

¶Ecce. ¶Ineffabili vt non poſſit verbis dici quod intelligitur, hoc docet ineffabilem. In letitia.
a Ecce cauſas cur ſit laudandum. b Aug. In omnibus nullum fallit. c Lex.

d Quia rectum eſt verbum domini, & omnia opera eius in 3

e Fidelia. ¶ Aug. Nihil promittit & non reddit, quia Dilig. miſe. & iu. Quidam faciunt quod non diligunt. b Et, Hic. Sepe enim facit. c Aug. quam modo prærogat. 4

f d Aug. Quo exigit prærogata. In futuro, e Miſericordiam diligit, quia.

g fide. Diligit † miſericordiam & iudicium, miſericordia

a Non a ſe. b Vbique euangelium prædicant, vbique ſalus, vbique peccata dimittuntur hominibus. c Sed quomodo hoc? Filij. d Patris. e Iuſti. 5
Apoſtoli.

h Domini plena eſt terra. Verbo domini cęli firmati ſunt, 6

i a Quia & doctrina eorum, & miracula a ſpirituſancto. Non pars. b Diligit miſericordiam.
Caſs Congregat populos ſeculi in confeſſione mortificati peccati ne libere defluant, & eis occulta ſua ſeruat ad diuitias, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, &c. 1. Corint. 2. c. 7

& ſpiritu oris eius omnis † virtus eorum. Congregans 8
9

g *In fide*, quaſi in exterioribus, ſi cauſa iuſtitiæ fuerit fidelis, interiorē fidem adijciet ille, quē non cognoſcens timuit. vñ quis non dabit ei quæ ſua ſunt, qui in alieno fidelis fuit?

Aug. Fidelis eſt Deus dans homini quod promiſit. Fidelis eſt homo credēs promittenti, ex promiſſo verò Deus eſt nobis debitor.

h *Terra*. Auguſt. Eccleſia vbique terrarū.

* Baſil. & Theodor. Nam quæ ab ipſo facta ſunt, ſimpliciter, & ſine vlla dubitatione omnes recipere iubet: de vita vero curam gerere, & hanc miſericordia & iudicio ornare imitatione Dei, qui Aſſyrios iuſto iudicio puniuit, & Iſraelem miſericordia liberauit, gubernans quæ creauit ſua prouidentia.

i *Verbo*. ideſt, ſapientia Dei patris. Celi, apoſtoli inſtructi ſunt E plenè, cum eo etiam corporaliter conuerſando, & poſt omnis virtus eorum habita roborata eſt ſpiritu filij, per cęlos firmatos congregat & conſolidat in vnitate fidei, ſpei & charitatis. Vter eccleſia in qua eſt caro mortua. Etiam abyſſos. i. profundos tenebris vitiorum, ponit inter eos, qui ſunt theſaurus vnde alios ditat ſapientia.

* Baſil. & Theod. Non labore & tempore indiguit omnia creans, ſed verbum illi ſatis fuit: Nam ait fiat firmamentū & factum eſt, aſpectus literæ hunc ſenſum demonſtrat. Hoc. n. antiquis Iudæis congruit. Vera autem Theologia oſtendit Deum Verbum cum ſancto Spiritu, & cęlos effeciſſe, & cęleſtes potentias quas alij cęli luminaria eſſe dixerunt, Alij eas quę minimè videntur quæ ſecunda interpretatio magis vera eſſe videtur, cum namque Deum opificem oſtendiſſet, non vtique de ſolo opere, quod cernitur, mentionem fecit.

Aug. Terra. Cęli non indigent miſericordia, vbi nulla eſt miſeria. indigent tamen regente domino: non enim propriam firmitatem ipſi ſibi pręſtiterunt. Oīs virtus, quia nihil a ſe habuerunt, quaſi a Deo fieret ſupplementum. Nota vnū opus verbi. i. filij & ſpiritusſancti. Ijdem enim & omnis virtus eorum firmati ſunt: pater verò per verbum ſuum & ſpiritum ſuum quod operatur.

Aug. Virtus eorū. Cū inter lupos eſſent vt vincerēt: poſt ēt ſi amaritudo eſt, tecta eſt in pelle: modo. n. timētes mali pelli ſuę, intus tenent mala quæ non audēt emittere, de quib. pfert Deus, vñ nos emendet, qui ſecreta corda oīum nouit, ergo timentibus Deum non ſit ſecura & torpens licentia. F

In ... Sicut

## NICOLAVS DE LYRA.

1 In cithara, &c. *Exprimuntur autem hic iſta muſica inſtrumenta: quia diuinæ laudes cantabantur in templo per Leuitas, non ſolum vocibus humanis, ſed etiam muſicis inſtrumentis, vt patet 3. Regum & 2. Para. in pluribus locis, dicitur autem hic:* In pſalterio de. cor. *Illud enim inſtrumentum fuit factum in venerationem. 10. decalogi præceptorum.*

2 Cantate. *Si enim amor carnalis & laſciuus ſemper facit inuenire cantilenas & nouos cātandi modos, multo magis amor diuinus ſemper facit adinuenire nouos modos deuotionis & laudis diuinæ.*

3 Quia re. *Hic conſequenter ad probandum ſuū propoſitum inducit triplicem rationem. Secūda ponitur: Verbo domini, tertia ibi: Dominus diſſipat. Prima vero ratio accipitur ex Dei fidelitate, quia fidelitas eſt in omnibus laudanda, & maxime fidelitas diuina, quæ eſt excellentiſſima, & hoc eſt quod dicitur:* Quia re. eſt verb. &c. *q. d. Bene debetis laudare Deum, quia verbum domini rectum.*

4 Et omnia oper. eius in fi. *ideſt, in fidelitate. Rectū enim dicitur cuius medium non exit ab extremis, verbū autem medium eſt inter intentionem loquentis & eius effectum, & ideo tunc eſt verbū rectū quādo nō declinat ab intentione loquentis & eius opere. & ſic eſt in Deo, quia eius verbum producit effectum prout egreditur ab eius intention. Fidelitas autem Dei conſiſtit in ſua iuſtitia miſericordia temperata. Ideo ſubditur:* 5 Diligit miſericordiam, &c. *Iudiciū enim eſt effectus iuſtitiæ, ſed quia miſericordia ſuper exaltat iudicium, vt habetur Iac. 2. c. ideo ſequitur:* Miſericordia domi. plena eſt terra.

6 Verbo do. *Hic ponitur ſecunda ratio diuinæ laudis, quæ accipitur ex infinita Dei poteſtate: & primo ponitur ipſa ratio, ſecūdo ex hoc ſequēs vtilis monitio, ibi:* Timeat dominū. *Circa primū primo declaratur infinitas poteſtatis diuinę in corporibus cæleſtibus, cum dicitur:* Verbo do. &c. *q. d. rationabile eſt, vt Deū laudetis, qui eſt tantæ poteſtatis, q̄ ſolo eius verbo cæli firmati ſunt. i. ſtabiles & incorruptibiles facti: quia non ſunt ſuſceptiui peregrinarum impreſſionū, etiam ſecundū Philoſophum.* 7 Et ſpiritu, &c. *hoc eſt verbo ipſius: Et loquitur de Deo humano more: quia verbū progrediēs de ore hominis formatur ex aere reſpirato ab anima ſecundū quod habetur 2. de Anima. Aer autem vocatur frequēter ſpiritus in ſcriptura.* 8 Omnis vir. *In trāſlatione Hier. iuxta Hebræū habetur: Omnis ornatus eorum, per quem intelliguntur ſtellæ: & in idē redit: quia in varijs ſtellis ſunt variæ virtutes & influentiæ. Conſequenter oſtenditur poteſtas diuina in corporalibus inferioribus, cum dicitur.*

9 Cōgregans, &c. *Ex hoc dicūt aliqui, quod aquæ maris in oceano ſunt contra naturam ſuā detentæ, ita quod ſi ſibi dimitterentur, flue-* ... *rent*

## MORALITER.

† cleſię miniſtros in nouo teſt. nec vr̄ mihi requirēdus alius ſenſus preter literalē, niſi q̄ pro cithara & pſalterio materialibus quibus eccleſia nō vtitur in diuinis laudibus, accipiantur debitę diſpoſitiones in laudantibus, vt p citharā quę eſt triangularis figurę fides ſanctæ trinitatis, & per pſalterium decem chordarum impletio decalogi deſignentur, Nam in laudantibus Deum debite fides & opera requiruntur.

A a *Sicut in vtre.* Caſ. ad literam. Sicut littoribus mare, clauſit in eccleſia fluctuantes populos, & in theſauris ſapientiæ ſuę ponit profundas altitudines, vt probet quis ſcripturas pietatis ſtudio inquirat.

Amos 5.

* Theodo. Nam aquam in definitis locis, quaſi in quadam penu concluſam, in aera trahit ſublimem, & tanquam in vtre quodam eam in nubibus congregat, quā obrem ait ſcriptura Euocans aquam maris & effundēs ipſam ſuper faciem vniuerſę terræ.

† in cumalum

† qui habitāt

b *Timeat omnis terra.* Caſſiodo. Eccleſia de mari. i. fluctuanti populo facta, vel non modo potens ſuper hos quos diligit, & firmat: ſed & perſecutores habet quaſi in vtre: quia nil niſi permiſſi faciunt: & ponit eos ſibi in theſauris, vt ex eis donet milites flagellantes filios: ergo non eos, ſed dominum timeat terra.

† prohibet impedit

B

– & reprobat conſilia principum

† ſtabit, vel durabit

† ſecula ſeculorum

Caſs. Timeat, imò commoueatur manu miſericordiæ a ſimilitudine dormientis. Ab eo. quia ipſe creauit: & ideo vtiliter adminiſtrat, quia & a diabolo aliquid commouetur, ſed quod a Deo vtiliter, ideo ab eo.

* Theod. Symmachus, Extimeſcant. Aquila, formidabunt, in futurum tempus metum tranſmittens poſt crucem & reſurrectionem Domini:

c *Commoueantur.* Aug. Non terroribus hoīum vel cuiuſquam creature, leonis, ſerpentis, diaboli, quia omnia ſub eo: quid autem de omnibus his timendum nihil. Quoniam ipſe dixit & facta ſunt, nihil poſſunt niſi quod permittit, cupidita-

C tem nocendi per te habes: poteſtatem non niſi a Deo.

*Dixit*

a ſicut † in vtre aquas maris, ponens in theſauris abyſſos. Ti- 1

b a Aug. Si gaudet de miſericordia, timeat ne ſit ſuperba lætitia, ideo quia in utre eſt aqua in theſauris abyſſi, peccator vt peccare deſinat, ſi non amore vel timore. b Quia per ſe redire nequeunt. c Non terroribus hominum. 2

c meat dominum omnis terra, ab eo autem † commouean- 3

a In perfectionem exterorum fidelium ſtantes. b Vniuerſam eccleſiam. c Non ea quæ timeant alius fecit, ſed ipſe ſolus creauit. ¶ Voluit.

d tur omnes † inhabitantes orbem. Quoniam ipſe dixit, & fa 4

a Formata. Verbo ſuo. Aug. De informi materia. b Præcepit. b Per prophetas. Caſ. Per legem, & creati ſunt fideles per eam. c In forma de nihilo. d Quia etiam malos ceſſare facit, ne habeant effectum.

e cta ſunt; ipſe mandauit, & creata ſunt. Dominus diſſipat 5

a Quæ non eius ſed ſuum quærunt regnum. b Et ſi multa machinaentur, tamen crevit eccleſia. c Etiam. d De terrenis. e Vel philoſophorum.

f conſilia gentium: † reprobat autem cogitationes populo- 6

a Etiam. b Qui talibus populis quærunt dominari. Dæmonum. c Quo beatū non facit niſi ſubditum ſibi. d Sed.

g rum, et reprobat conſilia principum. Conſilium autem 7

h a Remi. nullo tempore diſſoluitur. b Cogitationes ſapientiæ eius non ſunt mutabiles. 8

i domini in æternum † manet, cogitationes cordis eius in

K Sed æternæ. a Et hoc eſt conſilium. Hæc ſola quæ dominum non ſibi elegit niſi Deum ſuū. b De omnibus gentibs.

l † generatione & generationem. Beata gens, cuius eſt do- 9

d *Dixit & facta ſunt.* Creationem ſimul & formationem notat. Mandauit, recreationem.

e *Diſſipat conſi.* Caſ. Ne habeant effectum conſilia contra ſe, vt Iudæorum, & contra ſuos.

f *Gentium.* Caſ. Dum idololatriam deſtruxit: *Populorum*: Iudæorum, quorum volūtas, & ſi impleta: tamen in reſurrectione eſt reprobata.

g *Principum.* Caſſiod. Tyrannorum vel dæmonum.

* Baſil. & Theodor. Duarum etatum memoriam docet, & ea quæ tunc Aſſyrijs Sennacherib & Rapſac acciderūt, & illa quæ poſt hæc futura ſunt in gentibus, quatum impetus contra Apoſtolos diſſoluit.

h *Conſilium autem domini, &c.* Caſſiodor. Incarnationis arcanum: in quo conſuluit homini.

i *Manet in æternum.* quia ad æternam ſalutem nobis obtinendam.

K *Cogitationes.* Prędeſtinatio in qua omnia repoſita ſunt, quę & ſic permanent, vt pręuiſa ſunt.

l *Beata gens.* Caſ. Beatum dicit qui ad cultum Dei peruenit, quod fit temporibus Chriſtianis, in quibus gentes conuerſę, hi ſunt iuſti & recti quos decet laudatio.

Auguſt. Beatitudo omnis in animo, qui melior eſt corpore, & nunquam homo eſt beatus, per id quod eſt eo inferius: ergo per nihil terrenum, ſed per iuſtum animum fiet & corpus immortale. Iuſtus verò eſt animus ex Deo cuius in eo eſt imago, per quam eſt ſimilis angelis.

* Thod. Non qui diuitijs affluunt.

Auguſt. Beata gens de Deo, poſſeſſione ſcilicet, beatus

populus

## NICOLAVS DE LYRA.

* rent ſuper terram, quia ſunt altiores terra, vt dicunt in medio oceani. Sed hoc non videtur verum, quia omnia grauia fluida tendunt ad centrum vndique ſecundum angulum rectum, & ideo ſicut aquæ oceani ſunt demiſſiores terra iuxta ripam, ita in medio, quia æqualiter tendunt vndique ad centrum, vnde dicit Auguſt. ſuper Gen. quod Deus ſic res quas condidit adminiſtrat, vt eas proprios motus agere ſinat, quod non eſſet, ſi aquæ oceani plus diſtarent a centro mundi in eius medio quam in littore. Igitur congregatio aquarum in vnum locum, vt habetur Gen. 1. facta fuit per hoc quod ante tertium diem aquæ per modum euaporationis eleuatæ erant ſuper terrā, & per aërem diffuſæ, ſed tertia die dedit eis Deus denſitatem debitam, & ſic occupauerunt minorem locum: Fecit etiam concauitates & cauernoſitates in terra, quæ propter ſuam ſoliditatem bene poteſt habere aliquas ſuas partes a centro mundi magis diſtantes aliis, vt patet in altis montibus, in quibus concauitatibus congregarentur aquæ & appareret arida ad habitationem hominum & animalium, ſicut dictum fuit plenius Gen. 1. Aquæ tamen ſtant in oceano tanquam in naturali loco. Et ſic dicuntur ibi congregatæ ſicut aquæ in vtre, quia prius erant alibi diffuſæ, vt dictum eſt.

1 Ponens in theſauris, &c. *Ideſt, inferiores aquas maris, quæ ſunt hominibus occultæ, ſicut illa quæ reponuntur in theſauris. Quod autem aquæ maris nominentur abyſſi vel abyſſus, patet Gene. 1. a. vbi dicitur:* Et tenebre erant ſuper faciem abyſsi, & ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas. *Ibi enim ſignatur nomine abyſſi & aquarum idem, vt dictum fuit plenius ibidem.*

Abyſſi nomine aquæ maris ſignificantur

Beatitudo in animo

2 Timeat dominum, &c. *Hic cōſequenter ex dictis ponitur vtilis monitio cum dicitur:* Timeat dominum omnis terra. *Ideſt, habitantes in terra, quia terra eſt elementum inſenſibile, in quo non cadit timor.*

3 Ab eo autem com. *commotione timoris, & eſt repetitio eiuſdem ſententiæ ad maiorem expreſſionem: Et rationem huius timoris ſubdit.*

4 Quoniam ipſe dixit & facta ſunt. *ſicut enim ſimplici voluntate omnia creauit de nihilo, ita poteſt in nihilum redigere, & ideo merito debet eum creatura rationalis timere, & hoc timore filiali.*

Domi-

5 Dominus diſ. *Hic ponitur tertia ratio diuinæ laudis, quæ accipitur ex gubernationis ſeu dominij generalitate, quia poteſt omnia ſecundum quod ſibi placet promouere & impedire, & hoc eſt quod dicitur,* Dominus diſſipat, &c. *Hoc apparet ex eo qđ habetur Geneſis 11. in filijs Noe, qui habuerunt inter ſe conſilium ædificandi turrim, cuius cacumen pertingeret ad cælum, ſed dominus reprobauit conſilium eorum, ita confundens eorum labia, vt non intelligeret vir ſuum proximum, & ſic deſtiterunt ab opere ſuo inchoato.*

6 Reprobat autem, &c. *Hoc apparuit in Aegyptijs cogitantibus filios Iſrael capere inter deſertum & mare rubrum, ſed dominus eos ſubmerſit, & filios Iſrael liberauit, vt habetur Exo. 14.*

7 Et reprobat cōſilia principū. *ſicut patet in libro Ioſue, qn multi reges cōuenerūt in inuicē, vt interficerēt Ioſue & filios Iſrael, ſed fuerunt debellati & occiſi. Aliter autē poteſt exponi iſte verſus de machinationibus cōtra Dauid a Deo diſſipatis, cum dicitur:* Dominus diſſipat, &c. *ideſt, Saulis & ſuorū ſatellitum, qui perſequebantur Dauid more Gētilium infidelium, ſed ipſi non obtinuerunt intentum. Reprobat autem cōſilia principum. i. Philiſthinorum, qui audientes Dauid inunctum ſuper Iſrael venerunt cum exercitu magno ad diſſipandum eius regnum, ſed ipſi virtute diuina magis quam humana debellati fuerunt ab eo & ſubiugati, vt habetur. 2. Reg. 5. Et reprobat cōſilia principum. i. Abſalom & Achitophel, & eorum qui erant principales in tribubus Iſrael contra Dauid conſurgētium, ſed pro magna parte fuerunt occiſi, & reliqui fugati, vt habetur. 2. Reg. 18. Et quia hæc facta ſunt diuina virtute & prouidentia, quæ in ſua diſpoſitione non fallitur. ideo ſubditur.*

8 Cōſiliū autem domini in ęter. ma. *quia licet diuina ſententia aliquando mutetur, vt patet de Niniuitis Ionæ 3. tamen eius conſiliū non mutatur. Conſilium enim Dei proprie accipitur ſecundū diuinam ordinationem, prout eſt in ſeipſo. Sententia autem aliquando accipitur ſecundum merita hominum & demerita, quæ ſunt variabilia.*

9 Beata gens. *Hic conſequenter deſcribitur diuinæ laudationis ſiue cultus præmium, & primo ponitur ipſum præmium, ſecundo huius præmii cauſa ſiue principiū, ibi:* De cælo reſpexit dominus. *Circa primum ſciendum ſecundum quod dicit Boetius de conſol. lib. 3. Beatitudo eſt ſtatus omnium bonorum congregatione perfectus, qui in re habebitur in patria in fruitione Dei, cuius bonitas eſt infinita. Ad hanc*

* autem

populus de Deo poſſeſſore.
a *De cœlo.* Aug. homine Chriſto. Proſpexit in aduentu filij & vidit miſericorditer, non peccata.
Caſ. A quibus faciem auertit, ſed:
Oēs fi.ho. Aug. i. omnes qui ad nouā vitam volūt renaſci.

rex, nec fortis vt gigas, nec diues qui in equo notatur, vel qñ- quidem voluntas & omnia a Deo: ergo quicunq; rex & gigas. i. fortis non conſequetur pręmium ex ſua virtute: Sed ſi aſcendit in ſuperbam opinionem, quaſi virtute ſua ſaluetur, fallitur etiam ſi ſit in multa abundantia virtutis. D

Auguſtin. Quomodo elegit? De cœlo. id eſt Chriſto, de præparato, quia non niſi patre parante. Habitaculum, ſunt apoſtoli doctrina & gratia ſancti ſpiritus præparati ad vocationem aliorum, qua miſertus eſt omnium. Nō ſolum per eos vocauit, ſed finxit ſingula chorda, ideſt, inſpirauit omnem bonā voluntatem.
⁂ Theodor. Non ignorās & diſcere cupiens, ſed ius dicens, & iudicans. Corda autem pro ratione poſuit.
b *Finxit.* Aug. Manu gratiæ formauit. Sigillatim. ſingulis ſingula quædam dans.

a ¶De quo viuit. b ¶Quem colit. c ¶Neque hoc a ſe, ſed a Deo electa eſt. d ¶ Quam colit. ¶Aug. Vt poſſidendo eam non ſinat eſſe incultam & miſeram.
minus Deus † eius, populus quem elegit in hæreditatem ſi- 1 2
a ¶De anima iuſta. b ¶Aduentu filij. c ¶ Non peccata.
a bi. De cęlo reſpexit dominus, vidit omnes filios hominum. 3 4
a ¶ Sed. b ¶Aug. Præuiſo ad ſalutem mundi. c ¶Aug. Suſceptionis humanæ quod ſibi parauit, vel de angelis & hominibus quos mittit ad prædicandum, & præcipue apoſtolis. d Remi. Miſericorditer vidit. e Remi. Vt præſit illis ad regendum eos per omnes terras.
† De præparato habitaculo ſuo, reſpexit ſuper omnes qui ha- 5
a Carnem, excolendo eam. b Reſpexit. c Aug. Cordibus ſingulorum propria dona tribuit, & ſcit quomodo vtatur quiſque eis. Hic deſtruitur quorundam hæreſis, qui dicebant in Adam ſimul omnes animas eſſe creatas.
b bitant terrâm. Qui finxit † ſigillatim corda eorum, qui in- 6
a Secretius & interius videt. Apud illum, intellectus ſunt operum eorum: b Quo fine fiant. c Qui carnem ſuam regit, ſi in ſua virtute præſumit.
c telligit omnia opera eorum. Non ſaluatur rex † per mul- 7
a Suam. b Quiſquis militans contra diabolum, vel concupiſcentiam ſuam.
d tam virtutem, † & gigas non ſaluabitur in multitudine vir- 8
a Quia: Fallax equus, &c. Fallitur, quiſquis per ſe vel per hominem putat ſaluari. Ideſt, ſuperba potentia fallit. b Nam.
tutis ſuæ. Fallax equus ad ſalutem, in abundantia autem 9
a Inſeſſor eius non ſaluatur per eam. b Seſſor eius. c Sed vnde ſalus. d Dilectio Dei.
e † virtutis ſuæ † non ſaluabitur. Ecce oculi domini ſuper 10
f a Non de ſe præſumentes. b Non in viribus ſuis, vel meritis.
g † metuentes eū, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius. 11 12

⁂ Theodor. Omnibus his Sennacherib affluens, nihil adiumenti inde percepit. Obſeſſi autem in egeſtate rerum poſiti, fuerunt liberati.
*Equus.* Auguſtin. Animal in cuius velocitate, vel virtute confiditur, figuratè quælibet amplitudo ſeculi, vnde ſuperbit, ſed quanto in eo altius erigeris, tātò grauius cadis. E
Hieron. Caſſiod. Vel, equus, eſt corpus hominis quantūcunque ſpecioſum, & bene formatum, tamen fallax eſt ad ſalutem corporalē, vel ſpiritualem.

† multū exercitum, potēs non euadet in multitudine potentiæ ſuæ

Vel, equus. Aug. Mūdana fęlicitas quę homines vehit, & dum nimis properat cadit, vt equus, & ſeſſorem perdit. Equus, humana ſapientia.
d *Gigas.* Superbus aliquis extollens ſe contra Deum.
e *Ecce ocu.* In ſua virtute nullus ſaluatur, ſed: Ecce vnde eſt ſalus oculi, &c.
f *Oculi.* Reſpectus diuinitatis quæ proteget eos.
g *Metuentes eum.* Caſ. Timere dominum & ſemper ſperare coniuncta ſunt.

Hieron. Vnde tñ vnitas corporis. i. eccleſiæ fiat. Hier. Sigillatim. i. non ex Adam, vt quidam dicunt animam ex anima: & ſimul omnes cognoſcit, & omnes actus earum.
* Baſil. Quomodo enim fieri poteſt, vt animæ motus ignoret, qui illam fecit.
c *Non ſaluatur rex.* Sic fiunt iuſti, ſed nec facti ſua virtute ſaluantur. Non modo ſpiritualia ſunt a Deo, ſed & exteriora.
Hier. Nemo quicquam hēt niſi ab eo, quia nec potens, vt rex,

*Vt eruat.* F

## NICOLAVS DE LYRA.

⁂ *autem beatitudinem peruenitur per verum Dei cultum, ſecundum quod dicit ſaluator Ioh. 12. d.* Vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit. *& ſic habetur in ſpe in via per verum & debitum Dei cultum, & hoc eſt quod dicitur:* Beata gens cu. eſt do. Deus eius. *per veram fidem & debitum cultum.*

1 Popul. quem ele. *electione prædeſtinationis, quæ infallibiliter conſequitur effectum, ideo ſubditur.*

2 In hæred. ſibi. *quia prædeſtinati immobiliter adhærebunt Deo in patria cæleſti, ita quod erūt hæreditas Dei, & Deus erit hęreditas ipſorum, quia illos quos ſic prædeſtinauit ab æterno, vocat temporaliter ad fidem ſuam, & iuſtificat per gratiam finalem, & ſic conſequenter eos magnificat per gloriam, ſecundum quod dicit Apoſtolus Rom. 8. f. Quos prædeſtinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iuſtificauit, & quos iuſtificauit, hos & magnificauit, & ſic qui prius fuerant beati in ſpe, facti ſunt beati in re.*

3 De cęlo. *Hic conſequenter oſtendit huius præmiationis principium, & primo oſtendit propoſitum. ſecundo declarat per exemplum, ibi:* Non ſaluatur rex. *Circa primum ſciēdum, quod opera meritoria non ſunt prima cauſa, propter quam aliqui præmiantur in vita beata, ſecūdum quod declarat Apoſtolus Rom. 9. c. de Iacob & Eſau dicens,* Cū nōdum nati fuiſſent, aut aliquid boni aut mali egiſſent, dictū eſt quod maior ſeruiet minori, ſicut ſcriptū eſt: Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. *Nec etiam meritorum futurorum præuiſio, imo præparatio gratiæ in tempore procedit ex æterna prædeſtinatione, vt prædictum eſt, & hoc eſt quod dicitur:* De cęlo proſpe. dom. *& accipitur hic cælum ſummæ trinitatis, quod idem eſt quod Deus, quia ab æterno omnia præuidit in ſeipſo, ideo ſubditur.*

4 Vidit omnes filios hominum. *ſ. ęquales in naturalibus, ſed aliquos elegit ex ſpeciali gratia ad participationem beatitudinis ſupernaturalis, ad quam non poteſt homo attingere ex naturalibus.*

5 De pręparato habitaculo ſuo reſpexit ſup omnes qui habitant ter. *Repetitio eſt eiuſdem ad maiorem affirmationem. Et quos ſic elegit ex ſua mera voluntate & gratia, hos diſpoſuit iuſtificare in tempore per gratiam finalem, alijs dimiſſis, ideo ſubditur.*

6 Qui finxit ſigillatim corda eorum. *Ideſt, animas quas creauit eiuſdem naturæ in ſpecie diſtinctas indiuidualiter, & propter hoc hic dicitur:* Sigillatim. *In tranſlatione vero Hieron. iuxta Hebraicum habetur:* Fingens pariter cor eorum. *Ideſt, corda: quia ponitur hic ſingulare pro plurali, ſicut Exod. 8. f.* Venit muſca grauiſſima. *Quod autem dicit Hiero. hic pariter referendum eſt ad vnitatē ſpecificam animarum. Ratio autem diuerſitatis huius literæ eſt quod dictio Hebraica hic poſita, ſcilicet iachad aliquando accipitur pro ſingularitate, aliquando pro ſimultate. LXX. autem interpretes acceperunt vnā ſignificationem. Hier. autem in trāſlatione iuxta Hebræū accepit aliā, Et credo quod in hoc loco LXX. interpretes melius acceperūt, & licet animæ ſint eiuſdem ſpecici, tamen variantur in operationibus coniunctæ corporibus, quia aliquando declinant ad bonum verum, & aliquando ad bonum apparens tantum, & ſecundum hoc diuerſificantur ſtatus bonorum & malorum. Et hæc omnia ſunt Deo clariſſime nota, ideo ſubditur:* Qui intelligit omnia opera eorum.

Animæ eiuſdem ſpeciei.

7 Non ſal. rex. *Hic declarat propoſitum per exemplum. ſ. quod diuina prouidentia eſt primū principiū ſalutis hominum tam in corporalibus quam in ſpiritualibus, tēporalibus & ęternis: Et primo ponit exemplum in reprobatis. ſecundo in electis, ibi:* Ecce oculi domini. *Circa primum dicitur ſic:* Non ſal. rex per mul. vir. *ſ. ſui exercitus, niſi cū hoc habeat diuinā protectionem, hoc apparet Num. xxi. de Sehon rege qui cum exercitu fortiſſimo egreſſus eſt obuiam filijs Iſrael, ſed ſtatim cecidit in prælio.*

Diuiſio.

8 Et gigas. *Hoc apparet ibidem de Og rege Baſan, qui ſolus remanſerat de ſtirpe gigantum, vt dicitur Deute. 3. & tamen ſtatim corruit coram filijs Iſrael: Similiter Goliat gigante, quem Dauid adhuc adoleſcens ictu lapidis interfecit.* 9 Fallax equus, &c. *hoc apparet in Pharaone & exercitu eius, de quo ſcribit Exo. 15. a.* Ingreſſus eſt eques Pharao cū curribus & equitibus eius in mare, & reduxit ſuper eos dominus aquas maris. *Iſta aūt dicta ſūt ad oſtēdendū q; ſi non potuerunt ſaluari corporaliter & temporaliter virtute humana, multo minus poterunt conſequi ſalutem ſpiritualem & æternam abſque Dei gratia ſpeciali.*

10 Ecce oculi domini ſuper metuentes eum. *Hic cōſequēter ponitur exemplū quantum ad bonos, cum dicitur:* Ecce oculi domini ſuper metuentes eum. *vt eos diligenter cuſtodiat, ſicut homo figit oculos ſuper rē quam vult diligenter cuſtodire. Et ſi aliquando permittat eos tribulari temporaliter, hoc tamen eſt ad bonum ipſorum, vt per patientiæ meritum habeant maius præmium. ideo ſubditur.*

11 Et in eis qui ſperant, &c. *&, pro, ideſt, in eis qui ſperant.*

12 Super miſericordia eius. *Et in quo ſperent, ſubditur cum dicitur:*

Vt

a *Vt eruat,&c.* Caſsio. Hæc duo ſunt vota fidelis, vt in iudicio eruatur a morte, & hic ſpiritualibus alatur. vbi eſt indigentia eorum.

b *Anima noſtra ſuſtinet dominum.* Quid de prædictis ſentiat, qua ſi concluſio.

c *Quia in eo.* Auguſ. Quia abſentibus per fidem inſitit nomen ſuum.

d *Sperauimus.* Nos venturos ad Deũ, non meritis noſtris.

Caſ. Quia in eo neqiis muſſitet, de patiẽtia ſubijcit munus, ſcilicet quòd lætatur hic in domino. Et ſperamus in nomine Chriſti quem patienter propheta lętus venturũ ſuſtinuit.

Sperauimus. Continuum tempus notat, quia non eſt fas deſinere, vnde ſemper poteſt anima feſſa recreari.

e *Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos, &c.* Incarnationem compleri deſiderat, vt perfectus poſſit eſſe.

f *In te.* Hoc dicit ideo, vt omnis ſuperſtitio & prauitas excludatur.

✻ Theodorus. Sermo ſummæ fiduciæ. Quis enim ſic ſperauit, vt audacter dicat, metire miſericordiam ſpe mea? hoc quidem in euangelijs Dominus docuit. Qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis.

a ¶Ad hoc ſunt oculi domini ſuper timentes. corpora. d Verbo, æterna veritate. Tandem. b Dans æternam vitam. c Et ſi non Hic. e Iuſtitiæ. f Et hoc, vel ideo.

a Vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame. Anima 1 2

b Modo alit nos in fame. vt autem poſt perfecte saginetur. a Modo interim patiens eſt. Interim in ſpe. Poteſt ſuſtinere. b Dum conamur ad Deum. c Dum hoſti reſiſtimus. 3

noſtra † ſuſtinet dominum, † quoniam adiutor & protector 4

a Ideo ſuſtinendum. b Non in nobis vbi inopia. c Tunc. 5

c noſter eſt. Quia in eo lætabitur cor noſtrum, † & in nomi- 6

a Nunc. Vel bunus. b Subdit orationem, vt impleatur quod futurum ſcit. Et ſicut ſperauimus: Fiat.

d ne ſancto eius ſperauimus. Fiat miſericordia tua domine ſu- 7

e a Quo merito. b Spes enim non confundit. c Non in alio.

f per nos, † quemadmodum ſperauimus in te.

† expectauit † auxiliũ noſtrum & clypeus

† ſicut

☞ GLOS-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Vt eruat à morte. *Scilicet culpæ:* animas eorum.

2 Et alat eos in fame. *ſcilicet pane cœleſti, damnatis eſurientibus, ſecundum quod dicitur Eſa.65.b.* Hæc dicit dominus Deus. Ecce ſerui mei comedent, & vos eſurietis, &c. *Et quia dominus aliquando liberat ſperantes in ſe, non ſolum in futuro, ſed etiam in præſenti, ideo poteſt aliter exponi:* Vt eruat a morte animas eorum. *ſicut Eliam eruit de manu Iezabel eum occidere volentis, & pauit eum tempore famis per coruos & mulierem viduam, vt habetur 3.Reg.17. Et eodem modo fuit de prophetis, quos abſcondit Abdias ne interficerentur per Iezabel, & pauit eos pane & aqua, vt habetur 3 Reg.18. propter quod ſubdit auctor huius pſalmi.*

Anima

3 Anima noſtra ſuſt. dom. *Ideſt, patienter expectat eius beneplacitum.*

4 Quoniam adiutor. *In futuro, & aliquando in præſenti pro ſuo beneplacito, vt dictum eſt.*

5 Quia in eo lætab. *q.d. ſi tribulemur exterius, tamen conſolamur ab eo interius, & quia iſta conſolatio procedit ex ſpe retributionis futuræ. ideo ſubditur.*

6 Et in nomine ſancto eius ſperauimus. *Propter quod finaliter orando concludit.*

7 Fiat miſericordia tua do.&c. quemad. ſpe. in te. *Et hoc ſpe debita, quæ eſt certa expectatio futuræ beatitudinis ex gratia & meritis proueniens.*

## ADDITIO I.

In pſ.32. *Exultate iuſti*, vbi dr̃ in poſtil. Sed hanc opinionẽ non intendo proſequi. Opinio Auguſt. eſt probabilior, vt dictum eſt in additione ſuper principium huius libri vnde hic pſal. ſicut & omnes alij Dauid ſunt attribuendi.

## ADDITIO II.

In eo. pſal. vbi dr̃ in po. Fidelitas autem Dei cõſiſtit in ſua iuſtitia. Non vr̃ ratio quare fidelitas pertineat ad temperamentum iuſtitię & miſericordię, vnde melius vr̃ dicendum cũ glo. vbi ſic: *Fidelis dicitur Deus:* ſed aliter homo fidelis dr̃. Fidelis enim eſt deus dãs homini quod promiſit. Fidelis eſt homo credens promittenti deo. Hęc in gloſ. quę magis conſonare videtur rationi fidelitatis vel fidei, &c.

## ADDITIO III.

In eo. pſal. vbi dr̃ in poſtil. Circa primũ primo declaratur infinitas poteſtatis. In expoſitione huius verſus. ſ. Verbo domini &c. multum vr̃ deuiare poſt. a communi ſententia catholicorum, qui in hoc loco diſtinctionem perſonarũ in diuinis inſinuari dicunt, vt per Amb. in 6. de tri. vnde in primo ſententiarum. di.2. inter cęteras teſtimoniales auctoritates de diſtinctione diuinarum perſonarum hoc inducitur. Tenendum eſt igitur in hoc loco cum glo. dicente: Verbo domini. i. filio patris. Et ſpiritu oris eius. i. ſpiritu ſancto, qui procedit a filio, qui eſt os patris. Hæc in glo. dicere autem quod hic loquitur Pſalm. de deo more humano, eſt nimis Iudaizare.

## ADDITIO IIII.

In eo. pſal. vbi dr̃ in poſt. Congregans ſicut in vtre aquas maris. Opinio poſtil. in loco circa cõgregationem aquarum vr̃ diſcordare ab illo quod ipſemet videt̃ opinari in hac eadem materia in Prou. 30. ſuper illud verbum: *Quis colligauit aquas, &c.* Quid tamen in hoc probabilius videatur Gene.1. eſt magis proprie tractandum, &c.

## REPLICA.

In pſal. Exultate iuſti. Burg. notat poſt. Primo quia exponendo, verſum iſtum. Opera Dei in fide, dicit. i. in fidelitate. Fidelitas autem Dei conſiſtit in temperamento iuſtitiæ & miſericordię. Burgen. putat hoc ſine ratione dictum, dicens quod fidelitas Dei conſiſtit in hoc, quia dat homini quod promiſit. Sed videtur Bur. incidere in id qđ redarguit. Deus .n. dans qđ promiſit, fidelis eſt ſm̃ Burg. ſed cũcta quę promittit & dat conſonant temperamento iuſtitiæ & miſericordiæ, quæ in omni ope Dei concurrunt, quemadmodũ circa quartum Sentẽ. declarari cõſueuit diſt.44. vide ibi Scotum. Stat igitur fidelitas Dei in dicto temperamento, quod Burgen. calumniari nitebatur. Secundo Burg. notat poſtillatorẽ in expoſitione illius verſus: Verbo dñi cęli firmati ſũt, dicẽtem, q̃ propheta loqtur de verbo & ſpiritu Dei more humano. In hoc dicit Burg. poſtillatorem nimis Iudaizare, pro eo quia ſancti doctores, & magiſter ſententiatũ ex hoc loco arguunt trinitatem perſonarum. Ad id reſpondeo, q̃ ſancti doctores credentibus perſuaſionẽ facere poſſunt de myſterio trinitatis benedictæ ex iſto loco & alijs ſm̃ ſenſum literalẽ, quẽ autor ſacrę ſcripturę ſpiritusſanctus efflagitat, ſed nõ eſt ſm̃ ſenſum literalẽ, prout voces primarie ſignificant, ſine abſurditate. Si.n. in aliquo ſacrę ſcripturę vocũ ſignificatio primaria falſum aliquid inducit, vt Iudicũ.9.b. *Ierunt ligna ad conſulendum ſuper electione regi.* quod quia falſum eſt pro ſenſu literali haberi non debet, tunc enim ſenſus parabolicus & myſticus locum habet pro ſenſu literali. In propoſito autem non eſt ſic, quia cum nihil abſurditatis ſit in expoſitione poſtil. eius expoſitio eſt primo literalis, ex qua ſumi põt argumentum validum etiam apud infideles, cum hoc ſtat eiuſdẽ paſſus eſſe literalẽ ſenſum principaliorẽ, q̃uis non communiorẽ & priorẽ, prout Burg. intendit, a quo tñ apud infidelẽ argumentũ validum ſumi non poteſt. Si.n. qs velit arguere Iudęo vel pagano, transſumẽdo terminos literæ, vt accipiendo cęlos pro apoſtolis, verbũ dñi pro filio in diuinis, argumentũ procederet in æquiuocis, per conſequens inualidum, Infidelis et ex huiuſmodi argumẽto ſentiret pluralitatẽ deorũ ex propoſitione pluriũ perſonarũ, quo poſito non poſſet ei ex hoc loco perſuaderi Dei omnipotentia. Nã poſitis pluribus dijs, nullus eorũ eſſet omnipotens: q̃a alter alterũ faceret nulli potentẽ, ſicut arguit doctor ſubtilis, & ante eũ Ouidius de vetula. Ad euadendũ huiuſmodi infideliũ errorẽ & deriſionẽ, LXX. interpretes myſterium trinitatis occultauerũt in ſua trãſlatione, vt dicũt doctores ſancti circa illũ locũ, Eſa.9.b. vbi loco illius dicti. *Et vocabitur nomẽ eius admirabilis Deus fortis, &c* trãſtulerũt *magni cõſilij angelus.* Et q̃a ipſe Bur. ita vltimo articulo prologi ſui in hoc ope dicit poſtil. magiſtri Nicolai fore adeo vniuerſalem, q̃ ſępe et infideles ad eã habeãt recurſũ, idcirco placuit, imo decuit poſtillatorẽ huius paſſus oſtendere expoſitionẽ ſm̃ ſignificationẽ terminorũ omnibus communẽ ſine abſurditate, expoſitionẽ fidelibus ſpiritualẽ nõ reijciendo, imo ea vtiẽ in diſputatione de tẽpore Meſſiæ ꝯ Iudæos, fruſtra igitur Burg. laborat calũniando. Tertio Burg. notat poſtillatorem circa illum paſſum: *Congregans ſicut in vtre, &c.* aſſerens quod poſtillator Prouerbiorũ. 31. diſcordat ab eo quod hic opinatur, ſed falſum imponit ei, nam idem quod hic dicit, dicit ex intentione beati Aug. de quo in ſecundo correcto. Gen. 1. ſupra. vide ibi.

## GLOSSA ORDINARIA.

A a Pſalm. Dauid. Auguſtin. Loquitur Chriſtus, & in eo Chriſtianus docet humilitatem dum commendat corpus & ſanguinem. Cum immutauit vultum Chriſtus, i. ſacrificium coram Iudęis, qui regnum patris ſui Dauid ſunt. Iuxta illud: Et dabit illi dominus ſedem Dauid. eccleſia eſt regnum patris.

Abimelech patris mei regnũ. Idem propriè Achis vocabatur, id eſt, quomodo eſt: Sed Eſdras mutauit propter ſacramẽtum, ne putetur ſola hiſtoria narrati. Mutauit ergo vultum coram Abimelech. id eſt, Iudæis, mutauit & coram Achis, id eſt, illis ignaris diſcipulis q dixerunt: Durus eſt hic ſermo. In
B hac quoq; mutatione vultus affectabat, quia cõpaſſus eſt nobis vſq; ad mortẽ. Tympanizabat, quia extenſus fuit in cruce, vt corium in ligno. Ad oſtia ciuitatis, i. corda Deo clauſa, vt eã per crucẽ aperiret: Ferebatur manibus ſuis: quod non ad lrãm accipi põt, ſed cũ corpus manibus ſuis apoſtolis porrexit. Saliuæ in barbam decurrebant, i. verba infirma & infantiliã dicentis, hoc eſt corpus meũ, tegebant virtutẽ eius. Procidebant ad oſtia portę, i. humiliabat ſe ad initium fidei noſtræ. Vetus ſacrificium dr̃ vultus, quia indicat voluntatem Dei in ſigno.

D * Biſ. & Theodo. Diuinus Dauid odium & inuidiam Saulis cum cognouiſſet, Nobẽ, id Abimelech à quo panes propoſitionis, & gladium Goliath accepit, peruenit, cui cũ fugã ſuã nõ ſignificaſſet ſed regium quoddã negotiũ ſe perficere dixiſſet, mutaſſe faciem dicitur, tanquam ſola veritate minime vſus. Pſalm. apud Hebræos ſcribitur ordine literarum.

a ¶Attribuitur. b ¶Chriſto qui hic loquitur, & in eo Chriſtianus. c ¶Vetus ſacrificium in nouum.

a Pſalmus Dauid cum immutauit vultum ſuum coram

a ¶Iudæis. b ¶Chriſtus Iudæos pro mutato ſacrificio. c Dauid. d Ad gentes. ¶Vel ab eorum cordibus.

Abimelech, & dimiſit eum & abijt. Reg. 12. d. XXXIII.

a ¶Laudabo. ¶Ang. Quaſi iam mutato vultu, laudabo, nec vt tantum in proſperis ſolebam, pro temporalibus tantum ſeruiens. b Non tantum in proſperis. ¶Quod non tempore prioris vultus.

b BEnedicam Dominum in omni tempore: 1

a ¶Caſ. Quia quæ cogitat vel dicat, ſine culpa ſunt, & ita laus Dei ſemper in eo eſt. b Vt alios inſtruam. c Sed quia hoc nequit niſi humilis, ideo &c. ¶Vnde in futuro. c Non in me vel exterioribus. ¶Aug. Qui in domino non vult laudari, non eſt manſuetus, ſed ſuperbus. 2

c ſemper laus eius in ore meo. In domino 3

a Hoc autem. b Leni animo. 4

d † laudabit anima mea: audiat manſueti, 5

PSAL. XXXIII.

E b BEned. Caſsiod. Pſalm. ſecundus per alphabetum imperfectum Propheta prius ſũmatim laudẽ præmittit monens manſuetos ad idem. A Deo benedicitur, qui ipſum benedicit more boni famuli, qui vileſcente domino vileſcit, & domino glorificato, glorificatur cum ipſo.

c In domino laudabitur anima mea. Caſsiod. Sua enim laus, eſt prædicatio domini ſui, vt bonus famulus de bona fama domini ſui glorietur.

d Manſueti. Caſ. non docti, non ieiunantes, quia ſunt ſuperbi: Sed manſueti, quia temperantiam habent omnium rerum. Manſueti, non de ſua intelligentia ſuperbientes, non iugum Dei indomitorum more ferentes.

F Magni-

## NICOLAVS DE LYRA. PSALM. XXXIII.

1 BEnedi. Hic eſt ſecundus pſal. alphabeticus, quia incipiunt verſus ordinate per literas alphabeti Hebraici, hoc excepto quod omittitur hic litera ſexta. ſ. Vau, quia nullus verſus per eam incipit, tamen ſunt hic 22. verſus, ſicut ſunt 22. literæ Hebraicæ, quia ſunt hic duo verſus incipientes per literam phe. ſ. 16. & 22. Ad quid autem poſitæ ſint iſte literæ in principijs verſuum, dictum fuit ſupra pſal. 24. Huic autem pſal. præmittitur talis titu. in Hebræo. Dauid quando commutauit rationem ſuam coram Abimelech & fugauit eum & abijt: Huic tamen nomini Dauid præmittitur lamech litera ad deſignandum quod eſt datiui caſus. & eſt ſenſus: Ipſi Dauid fuit hic pſal. pro gratiarum actione, quando commutauit rationem ſuam, id eſt, verbum ſuum, & ſimilis titulus ponitur in tranſlatione Hiero. iuxta Hebræum, vbi ſic habetur: Dauid quando commutauit os ſuum. Et accipitur os pro verbo prolato ore coram Abimelech & eiecit eum & abijt. Ad cuius intellectum ſciendum quod iſta duo nomina Abimelech & Achimelech habent magnam conuenientiam, propter quod dixerunt aliqui quod ſignant eandem perſonam, dicentes quod Dauid fecit hunc pſalm. quando fugiens Saulem venit in Nobe ad Achimelech ſacerdotẽ, vt habetur. 1. Reg. 18. c. Et tunc mutauit os ſuum coram eo, quia non dixit ſe fugitiuum, ſed pro negotijs vrgentibus a rege miſſum, Sed huic dicto contrariatur quod ſequitur in prædicto titulo. Et fugauit eum vel eiecit, quia Achimelech non fugauit Dauid, ſed magis eum amicabiliter & honorifice ſuſcepit, prębens ei panes & gladium, vt habetur ibidem, propter quod aliter exponitur communiter a doctoribus Hebræis & Latinis de fuga Dauid ad Achis regem Geth ad quẽ fugit recedens ab Abimelech. Erat enim binominis, quia vocabatur Abimelech nomine regni, & Achis nomine perſonæ. ſecundum quod dicit Ra. Sa. ſicut imperatores Romani dicebantur Cæſares nomine imperij, & tamen habebant proprium nomen perſonale, ſcilicet Iulius, Auguſtus, Tyberius, & ſic de alijs. Et hoc dictum conſonat ei quod dicitur Geneſ. 20. & 28. quod Abraham iuit ad peregrinandum in Geraram, vbi regnauit Abimelech, & ſimiliter poſtea per magnum tempus Iſaac. Illa autem ciuitas quæ antiquitus dicebatur Gerara, poſtea vocata fuit Geth. De Gerara enim dicitur, quod erat in Palęſtina quæ eſt terra Philiſtinorum, & idem dicitur de Geth, & quilibet rex vocabatur Abimelech nomine regni. Quando autem Dauid fugit in Geth fuit cognitus a Philiſthæis, vnde dixerunt: Nunquid iſte eſt Dauid rex terrę? quaſi dicat, bonum eſſet eum interficere, ne veniat ad regnum & inualeſcat contra nos, propter quod adduxerunt eum ab Achis vt moreretur, propter quod Dauid in tali periculo poſitus ſimulauit ſe inſanum, ſecundum illud poeticum. Stultitiam ſimulare loco prudentia ſumma eſt. Et ideo Achis tanq̃ inſanientem eum eiecit, & ſic Dauid de periculo liberatus abiit, & pro gratiarum actione hunc pſal. compoſuit. Igitur ſecũdum hoc iſte pſal. in duas partes diuiditur, quia primo Dauid de ſua liberatione domino regratiatur. ſecũdo alios ad bonum hortatur, ibi: Accedite ad eum. Prima in duas, quia primo ponitur gratiarum actio, & ſecundo eiuſdẽ augmentatio, ibi: Magnificate do. mecum. Circa primum dicit Dauid, Benedicam dominum. ei regratiando.

2 In omni tempore. ſ. proſperitatis & aduerſitatis contra multos qui benedicũt Deũ tantummodo tempore proſperitatis, ſecundum illud Zach. 11. a. Benedictus dominus quoniã diuites facti ſumus, ſed maledicunt tẽpore aduerſitatis. vnde vxor Iob dicebat ei in aduerſitate poſito; Bñdic Deo & morere. i. maledic vt ibidẽ fuit expoſitum, Iob. 2. b. 3 Semper laus eius. li ſemper nõ importat hic cõtinuitatem. Non enim poteſt homo mortalis continuare diuinam laudem, quia oportet, quod aliquando interrumpat ex fragilitate carnis, ſaltem tempore dormitionis, ſed importat frequentiam ſicut de homine eccleſiam frequentante dicitur, quod ſemper eſt in eccleſia, licet aliquibus temporibus ſit extra. Deus quomodo ſemper benedicatur.

4 In do. lau. id eſt, ſi in me ſit aliquid laudabile, totum attribuatur Deo, a quo illud habeo. Vel aliter In do. lau. quaſi dicat, de laudibus hominum non curo, quia frequenter laudant quod eſt vituperabile, & econtra, ſed laudari a Deo deſidero, cuius laus eſt vera. Laudat autem Deus hominem, quãdo per aliquem effectum vel ſignum præbet ei virtutis teſtimonium. Et hoc modo loquitur Apoſtolus. 2. Corint. x. d. Qui gloriatur, in domino glorietur, non, n. qui ſeipſum commendat ille probatus eſt. i. approbatus, ſed quem Deus commendat. Hoc enim modo Deus pluries Dauid commendauit.

5 Audiant man. Manſuetudo eſt virtus iræ repreſſiua, q̃ inter alias virtutis maxime in Dauid apparuit, quia Saul cũ perſequens ad mortem bis in manus eius cecidit. & tamen non ſolũ ei pepercit ſed etiã viros ſuos ab eius interfectione repreſſit, vt habetur. 1. Reg. 24. & 27. & propter hanc manſuetudinem ſpecialiter Deus ipſum in bonis temporalibus & ſpiritualibus multiplicauit, ſecundum quod ipſe dicit 2. Re.

## MOARLITER.

1 Bene. do. ſal. Pſal. iſtũ fecit Dauid pro gratiarũ actione, qñ ſimulãdo ſtultitiam coram rege Geth, ſic euaſit mortẽ quã ſerui regis ſibi volebant inferre. vñ dicit Poeta: Stultitiã ſimulare loco prudentia ſumma eſt. Moraliter autẽ exponi poteſt de mutante ſuũ ſtatum p religionis ingreſſum, propter qđ ab hominibus mundanis fatuus reputatur, cum tñ per hoc ab ipſo mundi picula euitentur, & ſic gratias agens dicit, Bened. dom. &c. ſ. die ac nocte in diuinis laudibus diurnis pariter & nocturnis. 3 Semper laus. Repetitio eſt eiuſdẽ ad maiorem deuotionis expreſſionem.

4 In dom. lau. id eſt, in eius laudibus reputabo me laudatum, quia laus domini redundat in laudem ſerui.

5 Aud. man. i. religioſi, qui mites eſſe debent & benigni.

 Et

a *Magni.do.* Spiritualis gratia non vult ſola facere qđ multis proficit.vnde vocat alios:Magnifi.Vt inuitatos traheret, dicit quę inde bona ſibi.Exquiſiui do.

A

b *Ex omni.* Non poſſunt particulatim dici quanta impetrauit,qui non aliud quam Deum quęſiuit.

c *Acce.* Caſ.Iam particulatim de nouo vultu admonet ſanctos.Quaſi, magnificate:& ſi in primis iucundum,accedite. Vel Magnifi.& quo ordine:Ecce,accedite per fidem.

† ſimul

| Panoribus

Aug.Accedite fide inhærendo, & duob' pedib' geminæ charitatis currendo.

B

Caſſiod. Præmiſſis laudibus,ad communionem hortatur.

* Theod.Qui cū fide ad ipſū accedit, arcanæ lucis radios ſuſcipit,vt Moſes ī mōte.

† angelum

d *Non confun.* Aug. Quicqđ hic fiat miſſo nō erubeſcit, qa ſemp ſupior apud Deū. Superbus vero in aduerſis erubeſcit,quia ad Deum non acceſſit.

† bonus

e *Pauper.* Caſ.Iſte ſpiritualis hic eſt,qui accepit & illuminatur,nec erubeſcet, quia quando clamat liberatur ab omnibus anguſtijs ſeculi in obitu,dum iam tranſit ad Deum.

C

* Baſ.& Theod. omnium paſtor.

e *Immi-*

a ¶ Caſ.& non triſtentur de hac mutatione, quia res iucunda animæ. b Et ō vos manſueti. Ex feruore charitatis hoc dicit.Cui hoc demonſtratiue dixiſſe non ſufficit.Non manſuetis iraſcitur. c Caſ.Non eſt arcta res,omnibus ſubijcit.

a & lætentur. Magnificate dominum mecum, & exaltemus nomen eius † in idipſum. Exquiſiui dominum, & exaudiuit me:

a Caſ.Ab omnibus vnum fiat.Ideſt,in vnum. b Intus munda conſcientia. c Ipſum non aliud. c Qui non auditur,non ipſum quęſiuit.

a Quia poſt mundum cor reſtat tribulatio Cum mortale hoc induet incorruptionem. b Ideſt, in futuro eripiet. c Hortatur alios dicens, quod ipſe probauit Ad imperfectos dicet, venite & in fide timorem domini diſcite.

b c & ex omnibus † tribulationibus meis eripuit me. † Accedite

a Percipiendo illum non ſitis cæci. b Mentes.Poſt lumen. c Vt eorum qui retro abierunt dicentes.Durus eſt ſermo, Iohan.6.b.

d ad eum, & illuminamini: & facies veſtræ non confundentur.

a Decepti erubeſcunt,vos autem impetrabitis.Augu.Diues non auditur:ſed hoc modo poteſt fieri auditur. b Dauid, Chriſtus eccleſia.

e dentur. Iſte pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum, &

a Quomodo.

f ex omnibus tribulationibus eius † ſaluauit eum. Immittet

a Magni conſilij:vel aliquis angelus de cælo,qui eſt eccleſiæ vallum.Chriſtus b Vt proteget ne proſternantur. c Pute. d In futuro.

† angelus domini in circumitu timentium eū, & eripiet eos.

a Et.Non ſolum accedite,vt credatis,ſed etiam. b Sic. c Intelligere. Si hoc non intelligis,regnat in te Achi, ideſt ignorantia,& abit a te Dauid. d Quaſi.Guſtate & ſperate:quia. e Aug Quia eum habet qui eſt omne bonum.

g h Guſtate et videte,quoniā † ſuauis eſt dominus: beatus vir qui

f *Immittet angelus.* Accidit,& ſicut iſte pauper clamauit & exauditus eſt,eodem modo immittet angelus &c.

D

Aug.Immittet angelus.Alij interpretes ſic tranſtulerunt. Circūdat angelus domini in gyro timētes eum.Angelus de cęlo,vel homo,qui eſt miniſter voluntatis Dei.

Aug.Mendoſi codices habēt: Immittet angelum dominus. 1
2 g *Guſtate & vide.* Hic
3 aperte de ſacramēto qđ ferebat manibus. Aug Guſtate carnē & ſanguinē Chriſti.
h *Suauis eſt dominus.*
4 Aug.Et dulcis,quia eſt vita ſumenti pellens oēs moleſtias in
5 futuro,ideſt ,ſperate
6 per hoc vitā æternā.
7 Caſ.Et qa Deus eſt
8 vita, caro q̄ ſibi vni-
9 uit, eſt viuificatrix.
10 * Baſi.Ipſa experiētia cognoſcite bonitatem Dñi, & fœlicitatem ex eo reportate.
*-Baſi.Et Theo.ſen-
11
12 tentia quę in profun-
13 ditate huius literæ la-
14 tet diuinorum myſteriorū gratiā minuit. Nā per ſanctū baptiſma verus ſplendor accedentibus acquirit, & vitalis cibi guſtus Saluatoris bonitatē oſtendit.Quid.n.eius benignitatē dilucide ſic declarat vt Crux & cruciatus, & mors pro nobis ſuſcepta, & quod propriarum ouium cibus ſimul & fons factus ſit.

Omnes

## NICOLAVS DE LYRA.

* 2.Reg.22.c.*Manſuetudo mea multiplicauit me.* pp quod dicit Dauid hic. *Audiant manſueti.* bona mihi a Deo collata pro manſuetudine mea. 1 *Et lætentur.* ſcientes quod ita fiet eis. 2 *Magni.* Hic conſequenter ponitur gratiarum actionis augmentatio.Reputabat.n.Dauid diuinū beneficiū erga ſe ita magnum,q̄ non ſufficiebat ad regratiandū, & ideo inuitat alios ad adiuuandum ipſum, dicens: *Magnificate do.me.* de beneficio mihi collato, propter quod ſubditur. 3 *Exquiſiui do.& exau.me* & patet litera. 4 *Accedite.* Hic conſequenter Dauid alios ad bonum hortatur.Primo ad bonum vitæ contemplatiuę,per quam homo ordinatur ad Deum. Secundo ad bonum vitę actiuę,per quam ordinatur ad proximū, ibi: *Venite.*Prima in duas,quia primo ponit exhortationem.ſecūdo inducit hoc ad rationē,ibi.*Iſte pauper.* Circa primū dicit, *Accedite ad eum.*ſ.ad Deum,ad quem acceditur non paſſibus corporis, ſed affectibus mentis per veram cognitionem & amorem.ideo ſubditur. 5 *Et illu.* Deus.n.eſt lux, vt habetur Ioh.1.& ideo ſicut accedēs ad lumen vel lucem corporaliter illuminatur, ſic accedens ad Deum per bonū mentis affectū ſpiritualiter illuſtratur. 6 *Et fa.ve.non con.*i.nō patiemini repulſam in orationibus veſtris.Illius enim facies confunditur cuius petitio repellitur. 7 *Iſte pau.* Hic adducit ad ſuum propoſitum rationem,& primo exemplo ſui,dicens: *Iſte pau.cla.* ideſt,ego qui ſum exul,pauper & fugitiu'. 8 *Et dom.exaud.eum.* Liberando a Philiſthæis modo ſupradicto. 9 *Et ex omnib.tribulationib.* Quia non ſolum fuit modo ſaluatus a Philiſthæis, ſed etiam de manibus Saulis,qui conatus fuerat occidere eum, vt habetur.1. Regum.in pluribus locis quaſi dicat: Si ego qui ſum pauper & fugitiuus inueni gratiam apud Deum, ſimiliter illi qui verō corde accedunt ad Deum. Secundo inducit rationem ex parte ſpiritus angelici,dicens.
10 *Immittet.* ſcilicet influxum ſuę virtutis.
11 *Angelus dñi in circumitu timentium eum,& eripiet eos.* Hoc patet in pluribus locis ſacrę ſcripturæ.vnde & angelus liberauit Loth a Sodomis, Geneſ.19 & tres pueros de camino ignis,Dan.3.cap.vbi dicitur quod angelus domini deſcendit cum Azaria & ſocijs eius in fornacem, & excuſſit flammam ignis de fornace, & ſimiliter liberauit Danielem de lacu leonum,Dan.6.f.Hoc allegat Dauid ad oſtendendum condeſcenſionem angelorum erga eos,qui corde vero & puro accedunt ad Deum.Tertio adducit rationem ex parte ipſius Dei,dicens:
12 *Guſtate & videte.* Quaſi diceret,experimento poteſtis probare. 13 *Quoniam ſuauis eſt dñs.* Et loquitur ad modum hominum dulcedinem vini probantium,quia primo modicū deguſtant, & ex hoc cognita eius dulcedine allíciuntur ad amplius guſtandū,ſic homines deuoti primo percipientes aliquid de dulcedine Dei amplius alliciūtur ad amplius ſentiendum. Sed aduertendum, quod probantes dulcedinem vini,illud modicum quod pręguſtant ſuper linguā diu retinent, ſic ſentientes diuinam bonitatē debent eā quādiu poſſunt retinere, quia hoc eſt quoddam præludium beatitudinis futurę.propter quod ſequitur.
14 *Beatus vir qui ſperat in eo.* Talis enim pręguſtatio diuinæ dulcedinis auget ſpem futuræ beatitudinis.Licet autem aliquando apud homines nimia familiaritas pariat cōtemptū, talis tamen familiaritas Dei ad hominem,qua ei communicat in præſenti vita ſuam dulcedinem, magis auget reuerentiam filialem hominis ad Deum.ideo ſubditur.

Timete

## MORALITER.

1 *Et lætentur.* eo quod in Dei laudibus ipſi merentur,propter quod inducit illos ad collaudandum,di.
2 *Magnificate dominum mecum,& c.*
3 *Accedite.* Hic conſequenter inducit alios ad bonum, quia bonus religioſus ſolicitus eſt de ſalute ſecularium, & ſic dicit: *Accedite ad eum.* de tenebris conuerſationis mundanæ.
5 *Et illu.* lumine gratię quod paratus eſt dare, Ioan.1.Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.
6 *Et fa.veſtræ non con.* ſed magis honorabuntur ex precum veſtrarū exauditione. Hoc modo dicit Dauid ad Abigail.1.Reg. 25.f. *Ecce audiui vocem tuam & honoraui faciem tuam.* Inducit exemplum de ſeipſo di.
7 *Iſte pau.clamauit & dominus exaudiuit eum,& ex omnibus tribulationibus eius ſaluauit eum.* quaſi diceret,ſic faciet vobis ſi ad eum accedatis.Inducit etiam angelorum ſubſidium,dicens
10 *Immittet angelus domini in circumitu timentium eum, & eripiet eos.* Nā angeli ſoliciti ſūt de ſalute illorū quos cuſtodiūt pſal.124.a. *Montes in circumitu eius,* ideſt,angeli,vt exponit Aug.Inducit etiam diuinum ſolatium dicens:
12 *Guſtate & videte,quoniam ſuauis eſt dominus.* Et quoniā talis pręguſtatio diuinæ dulcedinis eſt quoddam præludium futuræ beatitudinis,ſubditur.
14 *Beatus vir qui ſperat in eo.* Auget etiam reuerentiam filialem.ideo ſequitur.

Timete

a *Omnes ſancti eius.* Caſſiod. Nullus,licet bene meritus ab hoc deſiſtet,non ſecuritatem præſumat.
b *Quoniam.* Auguſtinus. Paſcebat dominus contemnentem ſe,& deſeret timentem.Promittit autem nõ ſuperflua, ſed neceſſaria.

a ¶Vt qui ſtat videat ne cadat. ¶ Miſer,qui in ſe. b ¶Aug.Multi enim deſerant Deum ne inopes fiant.
a b ſperat in eo. Timete dominum omnes ſancti eius,quoniam 1
a Temporalium. ¶Veri boni. ¶Spiritualis. b Caſſ.Alii aliquo indigent, ſed non ſui,quibus ait.Quærite regnum Dei,& hæc omnia adiicientur Vobis.Mat.6.d. c Sed. Seculi. Superbi. d Ne putes hoc dictum de terrenis, quæ nullius pretii ſunt,ſed de ſpiritualibus Etiam pane temporali al quando egent.
c d †non eſt inopia timentibus eum. † Diuites eguerunt,& eſu- 2
a Tamen dote naturæ. b Non aliud. 3
rierunt, inquirẽtes autem dominum non † minuẽtur omni 4
a Quia in domino omnia. Scilicet,quod eſt omne. b Vt autem ſciatis timere. 5
c Fide. d Diſcentes. Ieſus:D.ſcite a me. e Qui eſt initium ſapientiæ.
e bono. Venite filij audite me, timorem domini docebo vos. 6
a Quaſi:diſcite timorem,quia in hoc eſt vita. b Aeternum. c Et qui. 7
d Qui nunquam ſunt in hoc ſeculo. e Qui vult dies vide bonos timeat. Timor enim linguam coercet.
f Quis eſt homo, qui vult vitam,diligit dies videre bonos? †
a Mors,& vita in manibus linguæ. b Omni ne loquaris aperte. c Ne mala aperte, ne bona doloſe. 8 9
g prohibe linguam tuam a malo,& labia tua ne loquantur do 10
a Augu.Ceperat enim omnis aberrare. Deſtrue vitia in te. Nulli noceas facto: Et quia hoc non ſufficit,ſubdil. b Aedifica virtutes. c Spiritui tuo cum carne. d Deum. 11
h lum. Diuerte à malo,& fac bonum, inquire pacem,& perſe- 12
a Quia hic non habebis. Perſeuera inquirendo. Qui proceſſit in cælum. b Quia: Aug.Reſpectus miſericordiæ Dei. c Vt quod petunt dei, ſcilicet gratiam pro gratia. Et ſic,vt medicus ſecat, & vrit,ſed hoc ideo facit,vt ſanet, & parcat in æternum. 13 14 15
quere eam. Oculi domini ſuper iuſtos, & aures eius in pre- 16 17
i a Aug.ſed nec malus putet ſe neſciri,quia. b Aug. Non tamen eos reſpicit miſericorditer,ſed. 18
k ces eorum. † Vultus autem domini ſuper facientes mala, 19 20

c *Nõ eſt inopia.* Quia etiam in præſenti habent quantum exigit natura.
d *Eguerunt, & eſurierunt.* Caſſ. Quia fidem non habent. Eſurierunt, quia corpore domini non ſatiantur. Quid enim habẽt, qui deum non habent?
Caſſ. Vel diuites eguerunt, id eſt,carebunt ſummo bono,licet eſuriant, ideſt,deſiderent. Sed toto ſtudio quærẽtes ſine imminutione habebunt bonum, quod eſt omne bonum.
※Theodoret. Cum Iudæi dei gubernatione ditati eſſent, pauperes facti ſunt. Gẽtes vero,quæ crediderũt, bonorum affluentiam a deo receperunt.
e *Venite filij audite me timorem.* Diapſalmus. Tractatis eccleſiæ ſacramentis,admonet eos,qui extra ſunt,q prima rudimẽta fidei capiũt,ne nomen timoris horreatur,addit: *Docebo vos.*filios timorem domini,vt rem vtilem. D
Caſſ. Iam,& incipientes monet,à quibus abſtineant.
f *Dies videre bonos.* Quia omnes fatentur ſe velle.
g *Prohibe.* Caſſ. Nota quod prius cohiberi linguã dicit,quã cum loqui volumus ante commouem⁹ labia,quæ mox ſequuntur linguæ motum. Caſſiodo. Prohibe,qui vitã cupis. Ecce quomodo debeant timere.
h *Diuerte.* Caſſiodo. Hoc culpã vitat. Fac bonum: hoc laudem meretur. Inquire pacem, quia hic nunquã pax iuſto cum corpore ſuo, ſemper pugna cum vitijs, ideo præcipit pacem ſemper quæri, & ſi hic plenè haberi non poſſit. Et perſequere fugientẽ, aliter in futuro non capietur.
i *Oculi do.* Caſſiod.de retributionibus bonorum, & malorum, ne in periculis iuſtus aliqua dubietate molleſcat.
Oculi do. Nec ex infirmitate tua diffidas,qui oculi.
k *In preces* Caſſ. Celeri tas audiẽdi cũ in ipſis auditor hĩtat. F
☞ a *Memoriam.*

†Leunculi,(i. diuites) depauperati ſũt.
† deficient.
E
† Cuſtodi.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Timete dominum omnes ſancti eius, quoniam non eſt inopia timentibus eũ.*Ex hoc enim,quòd ſentiunt in ſe diuinã præſentiã modo prædicto, ſufficit eis pro omni bono,imò alia bona eis deſipiunt,niſi quantum neceſſitas exigit. Econtrario autem eſt de cupidis huius mundi,quibus omnia deficiunt, propter quod ſubditur.*
2 Diuites eguerunt. *Quia ſecundum,quod dicit Hiero.in epiſtola ad Paulinum:Antiquitus dictum eſt:Auaro deeſt tam,quod habet, quam quod non habet. Ideo ſubditur.*
3 Et eſurierunt. *Quia non audent frui bonis habitis, ſed ea relinquunt alijs.*
4 Inquirentes autem dominum.*Fide, & deuotione.*
5 Non minuentur omni bono. *Quia abundãt in bonis ſpiritualib. Tẽporalia vero quantumcunque modica eis ſufficiunt,imo pro diuitiis computantur,vnde dicit Apoſtolus, 1.Timoth.6.b.* Habentes alimenta,& quibus tegamur, his contenti ſimus. *Et Hier.in epiſtola ad Paulinum: Victus,& veſtitus diuitiæ ſunt Chriſtianorum.*
6 Venite filij,audite me. *Hic conſequenter hortatur ad bonũ vitæ actiuæ, quæ conſiſtit in vitatione peccati,& operatione boni ad proximum. Timor autem domini facit vitare peccatum, ſecundum illud Prouer.15.d.*Per timorem domini recedit omnis à malo.*Ideo dicit.*Venite filij audite me.*per deſiderium diſciplinæ.*
7 Timorem domini docebo vos.*Qui eſt initium ſapientiæ iuſtorum.*
8 Quis eſt homo,qui vult vitam.*ſcilicet,beatam in qua nullus moritur.*
9 Diligit dies videre bonos. *In beatitudine cæleſti,vbi dies non interrumpentur noctibus, faciat ſupple quod ſequitur.*
10 Prohibe linguam tuam. *Vbi docetur vitatio peccatoris, & primò reſpectu dei cum dicitur.*
11 A malo.*ſcilicet,blaſphemiæ,& diuini contemptus,& ſimilium. Secundò reſpectu proximi,cum dicitur.*
12 Et labia tua ne lo.do.*ſcilicet deceptiones, falſitates,& huiuſmodi,contra proximum.*
13 Diuer. à ma. *vitando peccatum operis.*
14 Et fac bo. *Iſtæ.n.ſunt duæ partes iuſtitiæ.Poteſt etiam aliter exponi:Diuerte à malo,ideſt,obſerua præcepta negatiua,quæ malum prohibent,ſicut:* Non occides. *Et fac bonum,i.obſerua mandata affirmatiua,quæ inducunt ad bonum,ſicut:* Memento,vt diem ſabbathum ſanctifices, & Honora patrẽ tuum,& matrem. *talis.n. obſeruatio ducit ad vitam beatam.Matth.19.c.* Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. *Et ſic reſpondet Dauid ad illud,quòd ſupra quæſierat. Quis eſt homo,qui vult vitam,&c.*
15 Inqui pa.*quæ eſt ſummum bonum.*
16 Et perſe.eam. *id eſt, perfectè ſequere, quod fit quando per bona opera homo ad pacem æternam pertingit.*
17 Ocu.do. *Poſtquam Dauid induxit alios ad bonum,hic conſequẽter oſtendit fructum, & quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcũt, ideo miſtim agit de fructu bonorum operum,& malorum,dicẽs.* Ocu. do.ſu.iu.*tanquam ſuper ſpecialiter dilectos. Oculus enim dirigitur ad id quod ſpecialiter diligitur.*
18 Et aures eius ad preces eorum.*tanquam paratæ ad exaudiendum.*
19 Vultus autem domini.*ſcilicet,iræ,& turbationis.*
20 Super fa.ma.*ad puniendum, vnde in Hebræo ſic habetur.Iræ domini ſuper facientes mala ad puniendum.ideo ſubditur,*

10 Prohibe 1 Vt per

## MORALITER.

1 *Timete dominum omnes ſancti eius, quoniam non eſt inopia timẽtibus eum.* Quia iam habent in ſpe bonum infinitum.
2 *Diuites eguerunt,& eſur.* Loquit̃ de diuitib. cupidis,de qb⁹ dicit Poeta: Creſcit amor nũmi,quãtũ ipſa pecunia creſcit.
4 *Inquirentes autem dominum non minuentur omni bono. Matthæi 6.d.Primum quærite regnum dei,& iuſtitiam eius,& hæc omnia adiicientur vobis.*
6 *Venite filii audite me.* Hic conſequenter hortatur ad bonũ vitæ actiuæ,quod magis reſpicit ſeculares,dicens: *Venite filii audite me.*ſcilicet,Dei per baptiſmum.
7 *Timor dom.doceb.vos.* Quo timore repellitur peccatũ,Prouerb.15.d.Per timorem domini recedit omnis à malo.
8 *Quis eſt homo,qui vult vitam.* ſcilicet gratiæ.
9 *Diligit dies videre bonos.* ſcilicet gloriæ. Nam vbi non habet locum, faciat ſupple,quod ſequitur.
10 *Prohibe linguam tuam à malo.* ſcilicet, contentionis,detractionis,& murmurationis. 12 *Et labia tua ne loquantur dolũ.* Duplicitatis, & deceptionis,& conſimilium.
13 *Diuerte à malo,& fac bonum.* Sunt enim duæ partes iuſtitiæ generaliter dictæ.
15 *Inquire pa.* internam,fraternam,& ſupernam.
16 *Et perſequere eam.* id eſt, perfecte ſequere.
17 *Oculi.* Hic oſtendit fructum bonæ actionis,& pęnã malæ commiſtim,dicens: *Oculi domini ſuper iuſtos.* vt eos protegat.
18 *Et aures eius ad preces eorum.* vt exaudiat.
19 *Vultus autem domini.* id eſt,eius indignatio.
20 *Super facientes mala,vt perdat de ter.* ſcilicet,viuentium.

9 *Diligit*

a *Memoriam.* Auguſ. Vt nec mentio,id eſt, interceſſio fiat pro eis inter bonos, adeo placet eis iuſtitia dei, vnde: Chaos firmatũ eſt inter nos,& vos,vt boni non poſſint ad eos conſcendere compaſſione, ſcilicet, aliqua propter confuſionem peccatorum, quæ admiſerunt.

† attritos.

b *Iuxta eſt do.* Liberauit, nam pronus eſt ad hoc, quia iuxta eſt, vel eſt alluſio ad clamorem.

† interimet impium malitia, (vel malum quodlibet.)

c *Multæ tribulationes iu.* Sicut,& in nouo teſta. iuxta eſt, & ſaluabit, quod neceſſe eſt, quia multæ tribulationes.

Caſſ. Multæ,à diabolo,ab inuidis hominibus,& à ſe.

d *Liberabit* Aug. Non corporaliter,ſed dando eis patientiã vel liberabit ſpiritualiter.

e *Oſſa.*

a ¶ Viuentium. b ¶ Vere oculi ſuper iuſtos,quia. ¶Pro liberatione tua. c ¶ Abraham. & cæteri.
a vt perdat de terra memoriam eorum. Clamauerunt iuſti,& 1 2
a ¶Aug Chriſtus. b ¶In ſua reſurrectione. ¶Sic quod liberauit dando patientiam.
dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eo- 3 4
a ¶Saltem ſpiritualiter. ¶Vel corporaliter vt tres pueros in camino ignis. ¶ Quando captiuam duxit captiuitatem. b ¶ Aug Altus eſt dominus,ſed vicinatus humili, & non erigenti ſe c ¶ Qui ſenſiunt duritiam cordis. ¶Caſſ Non omnibus tribulatis corpore.
b rum liberauit eos. Iuxta eſt dominus his,qui tribulato ſunt 5
a ¶ Non verbis. b ¶ Non vt nihil patiantur. c ¶ Pauciores iniquorum. ¶ Aug Qui non patitur non eſt iuſtus.
c corde, & † humiles ſpiritu ſaluabit. † Multæ tribulationes 6
a ¶ Potens liberator. ¶ In futuro. b ¶ Interim. 7
d iuſtorum,& de omnibus his † liberabit eos dominus. Cuſto- 8 9
a ¶Aug. Firmamenta fidei,id eſt, patientiam. b ¶Vt nec in agno confringebatur.
e dit dominus omnia oſſa eorum, vnum ex his nõ conteretur.
¶Vt de agno dicitur:Os non frangetis ex eo Exo.12.g. a ¶ Sed. ¶Ad vltima ſemper reſpicientes temporalia contemnunt. b ¶Quia rapit ad gehennam. c ¶ Quia vita iniqua.
f †Mors peccatorum peſſima, & qui oderunt iuſtum † delin- 10 11
g a ¶Contra cuſtodem. b ¶Pretio mortis. c Autem. d Caſſ. non iniqua libertate viuentium.
e Aug.Iſte eſt modus humanæ iuſtitiæ,vt quia ſine peccato non eſt homo, in hoc non delinquat, id eſt, in hoc mortale caueat,dum,id eſt,quia ſperat in eo in quo eſt remiſſio peccatorum.
quent Redimet dominus animas ſeruorum ſuorum, & non 12 13
delinquent omnes, qui ſperant in † eo. 14

e *Oſſa.* Augu. Virtutes. Et vnum, & cę. vt nec patientia pereat.

※ Theodoret. Sinit eos in paleſtram deſcendere, ac ſubuenit corroborans cogitationes, quas oſſa appellauit, vt enĩ ab oſſibus tanquam ſolidis reliquũ corpus ſuſtentatur,ſic per cogitationes anima ſalutem cõſequitur.

f *Peſſima.* Aug. Non modo mala,etſi in diuitijs, & odoribus, & lamẽtis hominum finiatur, tamẽ peſſima eſt,quia in peccatis ad infernum trahit.

g *Qui ode.* quorum? non omnium, quia peccatores, ſed qui oderunt iuſtum,qui iuſtificat, id eſt, Chriſtum per quem,qui non reconciliatur, perit, ſed redimet animas, ſecundum quas eſt mors peſſima.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Vt per.de ter. *id eſt,de terra viuentium in qua nõ habebunt locum,& aliquando etiam perdit memoriam eorum de terra præſentis vitæ, quæ eſt morientium, quia poſt eorum vitam non remanet fama, ſed infamia.ſecundum quod dicitur,Prouerb.10.b.* Memoria iuſti cum laudibus,& nomen impiorum putreſcit.

2 Clamauerunt iuſti.*deuotè orando.*

3 Et dominus exaudiuit eos. *promouendo eos in bonis.*

4 Et ex omnib. tribulationibus eorũ liberauit eos. *à malis ſpiritualibus, & etiam aliquando a corporalibus, ſicut liberauit Danielem de lacu leonum, & tres pueros de camino ignis,perfecte tamen liberat eos, quando ducit eos ad requiem transferendo de malis vitæ præſentis.*

5 Iuxta eſt dominus.*quia ſemper paratus eſt eos adiuuare eos liberando,vel virtutẽ patientiæ tribuendo ad maius meritũ ipſorum.*

6 Et humiles ſpiritu ſal. *ſecundum quod dicitur Prouerb.29.d.* Humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria.

7 Multæ tribu.iu. *quia aliquando dominus permittit, vt per patientiæ meritum perueniant ad maius præmium,cum ſubditur.*

8 Et de omnibus his. *quia tranſlati ad requiem liberantur ab omnibus præſentis vitæ pœnalitatibus.*

9 Cuſtodit do. *per oſſa in quibus conſiſtit robur corporis, intelliguntur virtutes in quibus conſiſtit robur mentis, quas dominus cuſtodit illæſas finaliter in electis ſuis.*

10 Mors pecca. peſſima. *Mors.n.naturæ mala eſt,quia eſt priuatio corporalis vitæ,mors autem culpæ peior eſt,quia eſt priuatio ſpiritualis vitæ, ſed tamen non eſt peſſima, quia quam diu peccator eſt in præſenti vita,poteſt redire ad vitam ſpiritualem per pœnitentiam,ſed mors gehennæ eſt peſſima, à qua non eſt reuerſio poſſibilis,& hæc eſt mors peccatorum in mortali peccato decedentium.*

11 Et qui oderunt. *quia odium fraternum eſt occaſio multorũ malorum,ſicut econtrario amor proximi eſt cauſa bonorum, quia qui diligit proximum,legem impleuit.Rom.13.c.In Hebræo, & in tranſlatione Hiero.iuxta Hebræum habetur:* Interficiet impios malitia, & odientes iuſtitiam: *quia malitia hominis eſt ſemper cauſa mortis eius ſpiritualis, & aliquando etiam corporalis, ſicut malitia Achitophel fuit occaſio ſuæ ſuſpenſionis,vt habetur 2.Reg.27.*

12 Redimet dominus animas ſeruorum ſuorum. *hoc fuit adimpletum in Chriſto,qui nos redemit ſuo ſanguine precioſo.*

13 Et non delinquent. *finaliter.*

14 Omnes,qui ſperant in eo.*ſpe formata charitate,quæ prouenit ex gratia,& meritis, & hoc intelligendum eſt de prædeſtinatis.*

## MORALITER.

† *Memoriam eo.*quia non habebunt ibi locum.

2 *Clamauer.iu.* orando piè,perſeueranter,& pro ſe.

3 *Et do.exaudiuit eos.* nam concurrentibus tribus iſtis,oratio ſemper eſt exaudibilis.

5 *Iuxta eſt dominus his,qui tribulato ſunt corde.* ex afflictione iniuſta,vt eos adiuuet.

6 *Et humiles ſpiritu ſaluabit.* Non autem humiles facie tantum,de quibus dicitur Eccle.19.d. Eſt,qui nequiter ſe humiliat,& interiora eius plena ſunt dolo.

7 *Multæ tribulationes iuſtorum.* Quia per multas tribulationes oportet tranſire ad regnum cęlorum, Act.14.d.

8 *Et de omnibus his liberabit eos dominus.* transferendo eos ad cælum.

9 *Cuſtodit dominus omnia oſſa eorum.* integraliter reſuſcitanda per ipſum.

10 *Mors peccatorum peſſima.*quia inducit ad inferni tormenta.

11 *Et qui oderunt iuſtum delinquent.* ideſt,de peccato in peccatum ruent.nam abyſſus abyſſum inuocat.

12 *Redimet dom.anim.ſeruor.ſuor.* id eſt,redemptionis effectũ applicabit ad eas per fidem,& ſacramenta.

13 *Et non delinquent omnes, qui ſperant in eo.* vtentes vera ſpe, quæ eſt formata charitate.

GLOS. ORD.

a ¶Vt aduerſa feramus. b ¶Chriſto.
a In finem pſal. ipſi Dauid. XXXIIII.

a *Ipſi Da.* Aug. Qui vincendo diabolum eſt manu fortis: vitã promittendo eſt deſiderabilis,quod hic agitur: Chriſtus.n.inuocat hic deum contra tribulationes capitis,& corporis:per tribulationes omnibus vitam promittit.

Caſſ. Secundus pſalmus,qui latè de paſſione.

PSAL-

PSALMVS XXXIIII.

a Vdica domine. Caſſ. Incipit ab oratione pro vtraque parte pugnæ cũ commemoratione culpę, & orat vnicuique, quod meret, oſtẽdens quanta tulit ab aduerſarijs, & pœnas quæ eis pro iniquitate reſtituuntur.

✻ Baſil. Theodore. Cum Saulem fugeret & hũc compoſuit, in quo Doeg meminit. Pulcherrimus autem ordo Viro iuſto conueniens, qui rogat, vt prius fiat iudicium deinde ſequat pœna.

b *Arma, & ſcu.* Hier. Armis hoſtes pcutit, ſcuto nos protegit. Scutum alibi dicit, bonæ voluntatis, arma nos ſumus, qa vt nos, ab eo, ita ipſe armat de nobis.

Auguſtinus. Vel, anima Chriſti, quæ hoſtes debellauit, quę nihil agit, niſi Deus pugnet de ea.

Augu. Arma apprehende, fac me habere arma, doctrinam, miracula.

c *Scut.* conſtantiam

✻ Baſil. hac panopliæ figura, non enim talibus armis vtit Deus

Deus, impios pterrefacit.

d *Exur.* Fac vt acceptis.

e *Effunde.* Me, qui modo ſum in obſcuro, clarifica, ita eũdẽ ter, vt pcludas, & punicas ne habeant qd oblatrent, & dicas animæ ita, vt oẽs ſciant, quod ſalus ei, contra hoc, quòd illi: *Non eſt ſalus ipſi in Deo eius.*

f *Fra.* Augu. eſt anima iuſti. Abundantibus iuſtis, framea effunditur, dum vita coruſcat. vnde concluditur hoſtis non habens de nobis malè loqui.

Aug. Prophetia eſt non optatio, vel hoc de conuertendis.

g *Fiant.* Augu. Prophetia, vel eo modo quo Deus facit iuſto iudicio, non amaro animo.

h *Tanquam pul. an. fa. ven.* Caſſ. a deo diſſoluti, vt nec inuicem cohęreãt, quos diuina gratia non humectat.

✻ Baſ. Hoc & in primo pſalm. poſuit Nõ ſic impij non ſic, ſed tanquam puluis.

✻ Theodoret. tenebras, & lubricum, curſum appellat. ſic & Aegyptij, & Aſſyrij obtenebrati.

a Aug. Et ſi Deus pro nobis, quis contra nos? Caſſ. Damna. b Voto. c Vince.

†Vdica domine nocentes me, expugna 1

a Actu. b Aperit. Sed quomodo hoc ages? Pro me autem. 2
c Magnum eſt Deum videre armatum pro te. Appara. 3

impugnãtes me. Apprehẽde † arma, & 4

a Aug. Quando illi dicitur, exurge, nos excitamur. Aliquando enim dormit Deus in naui, id eſt, fides in corde, & fluctuat nauis. 5
b In nobis ſuccurrendo:

ſcutũ, & exurge in adiutoriũ mihi † Ef- 6

a Hiero. Et malis multiplica vindictam. b Ideſt, fac concluſionem. Ne vagetur nocendo. c Viſibiles, & inuiſibiles. d In ipſa re.

funde frameam, & conclude aduerſus eos, qui perſequun- 7

a Vt audiam. b Vtroque modo. Aug Quia ſuggerunt inuiſibiles, non eſt ſalus ipſi in Deo eius
c Vt præter te nullam quæram. d Et. Vt quærentes eam perdere: confundantur. Dum quod voluerunt perficere nequeant.

tur me, dic animæ meæ, ſalus tua ego ſum. Confundantur 8

a Timeant pœnas. b Alias requirentes. c Augu. Sequantur, non præcedant, non dent conſilium, ſed accipiant. Aug. Sequentes, iam deſiderabunt bona. 9

†& reuereantur, quærentes animam meam. Auertantur re- 10

a Pertinaces autem. Aug. cedant omni ſuggeſtioni etiam minimæ, quaſi non expectent faciem venti.

trorſum, & confundantur, † cogitantes mihi mala. Fiant tan 11

a Tentationis grauioris. b Malignus. Malus. c Affligens, Cum ſuggeſtione. a Ratio. Et ſi quando per rationem reſiſtant, fiat eis obſcura, & lubricoſa, ideſt, inconſtans. b Aug. Ignorantia. c Luxuria. d Aug. Qui non ſinat ſtare donec luceat ante pedes, vel do nec luceat lux gratiæ, ſed in varia mala præcipitet.

quam † puluis ante faciem venti, & angelus domini † coarctãs 12

eos. † Fiat via illorũ tenebræ, & lubricũ, & angelus dñi per- 13

a Aug. Quo merito. b Quibus non nocui. c Caſſ. vt putabant. d Chriſto. e Caſſ. ille laqueus non morientis, ſed peccantis erat interitus. Conſilia, & inſidias quibus me occiderent. 14 15

ſequens eos. Quoniam † gratis abſconderũt mihi † interitum 16 17

† eijce eum

† Educ (expedi) lanceam, & claude (ad portam,) viam ei occurſum, &c.

† impellat.

† foueam, & rete ſuum, vel rete ſuum ad interitum ſine cauſa foderunt (inuocauerunt) animæ meæ.

☞ a Veniat

NICOLAVS DE LYRA.
PSALMVS XXXIIII.

1 Vdi. do. nocen. Huic pſal. pmittitur talis titulus ĩ Hebræo, & in tranſlatione Hiero. iuxta Hebræum, *Dauid*, tñ in Hebræo præponitur litera lamech, ad deſignãdum, quòd Dauid eſt datiui caſus, & eſt ſenſus. Hic pſal. appropriatus eſt ipſi Dauid tanquã eius autori, & ſic apparet autor huius pſal. Materia autem eius non ſic apparet. Expoſitores tñ Hebræi, & Latini dicunt cõmuniter, quod Dauid fecit hunc pſal. contra perſecutionem Saulis petens diuinum auxiliũ, in qua perſecutione multos pſal. fecit, quia diu durauit. Et diuiditur in duas partes, quia primo Dauid poſtulat auxilium diuinæ defenſionis. ſecũdo declarat periculum ſuæ perſecutionis, ibi. *Surgentes teſtes.* Prima in tres, quia primo petit auxilium diuinum. ſecũdo prophetice prædicit deiectionem hoſtium, ibi: *Confundantur.* tertio exprimit ſuæ liberationis gaudium, ibi. *Anima autem mea exultabit in domino.* Circa primum dicit.

2 *Iudi. do. no. me.* Iudicio condẽnationis in hoc facto, qa iniuſte perſequunt me, ſicut patet manifeſte ex decurſu 1. Reg. qa Dauid nihil mali fecerat Sauli, aut populo ſuo, ſed fecerat eis multa bona, p qb' reddebãt ei mala ppea ſubdit Dauid.

3 *Expugna impugnantes me.* Quia nõ poſſum eos expugnare.

4 *Apprehen. ar.* Loquit de deo more humano, quia aliquis volẽs auxiliũ præſtare alicui munit ſe armis, & hoc duplicib. ſcilicet armis ad ſuſtinendum ictus, & quãtum ad hoc dicit.

5 *Et ſcu.* Et armis ad inuadendum, & quãtũ ad hoc ſubdit.

6 *Effunde frameam.* ideſt euagina gladium.

7 *Et con. ad.* Ita quòd non poſſint amplius me perſequi.

8 *Dic anim. meæ.* Per reuelationem interiorem.

9 *Salus tua ego ſum.* per effectum exteriorem.

10 *Confun.* hic conſequẽter Dauid pphetice pdicit deiectionẽ hoſtiũ, ſ. Saulis, Doeg, & conſimiliũ, dicẽs. *Confun.* hoc fuit impletum qñ Saul confuſibiliter de prælio fugiens ſeipſum interfecit, & ſimiliter Doeg armiger eius, & magna pars populi fugiẽdo interijt, & iſti pluries quæſierant Dauid ad mortẽ.

11 *Fiant.* quia ſicut puluis non poteſt reſiſtere vẽtorum impulſui, ſic nec Saul, & viri eius Philiſthinorum inuaſioni.

12 *Et angelus.* Non enim Saul, & exercitus eius fuiſſent ſic debellati à Philiſthęis, niſi angelus domini iuſto dei iudicio fuiſſet contrarius eis pro peccatis ſuis, ſecundum quod dicitur Deut. 32. de filijs Iſrael, quando perſequebatur vnus mille, & duo fugarent decem milia, nonne ideo, quia deus ſuus vendidit illos, & dominus concluſit illos?

13 *Fiat via.* Vt non videant nociua ad euitandum.

14 *Et lubricum.* Vt non poſſint ſtare.

15 *Et angel. dom.* hoc totum prædixit Dauid prophetice, & motus zelo diuinæ iuſtitiæ. & cauſam dictæ punitionis ſubiungit, quando dicit.

16 *Quo. gra.* ideſt, ſine cauſa.

17 *Abſcon.* quia Saul, & complices ſui ponebant inſidias occultas contra Dauid, vt habetur. 1. Reg. 23.

1 Superua

MORALITER.

1 *Iudi. do.* Hunc Pſal. fecit Dauid ſic, & plures alios, petens dei ſubuentionem contra Saulis perſecutionem.

Myſtice vero poteſt exponi de Chriſto, cuius Dauid figura fuit, & paſſus eſt in ſe, & mẽbris ſuis à Iudæis, & Gẽtilib' tyrannis. Igit hõ Chriſtus petit primo patris auxiliũ, dicens. *Iud. do. no. m.* puniendo eos ſecundum ordinem iuſtitiæ tuæ.

3 *Expu.* q factũ fuit per exercitum Romanorũ, qui debellauit Iudæos in vltionem mortis Chriſti, & diſcipulorũ ſuorũ, & in hoc Romanus exercitus fuit diuinum inſtrumentum.

4 *Apprehen.* Nam in exercitu Romano fuerunt iſta.

7 *Et con.* quia Iudęi fuerunt à Romanis obſeſſi, & tandem capti, & partim occiſi, & partim captiuati, ſicut prędixerat Chriſtus Luc. 19. g. *Circundabunt te inimici tui vallo, &c.*

8 *Dic anim. meæ.* Quod factũ fuit in perſona Chriſti in eius reſurrectione, & in membris eius. nam ante deſtructionem. Iudęę fideles, qui erant ibi, monitu angeli tranſierunt in regnum Agrippę. & fuerunt ſaluati.

10 *Confund.* Sicut fuerunt Iudęi per exercitum Romanorũ.

11 *Fiant tan. pul.* quia per orbẽ fuerũt in captiuitatẽ diſperſi.

12 *Et an. do.* Angelus iſte poteſt intelligi Romanus exercitus, qui ad hoc à domino fuit miſſus.

13 *Fiant via illo. te.* Per excęcationẽ, Ro. 11. c. *Cæcitas ex parte contigit in Iſrael.*

14 *Et lubr.* Nam pp cęcitatem ruunt de peccato in peccatũ.

15 *Et ange. do. perſe. eos.* nam executor eſt diuinę iuſtitię.

16 *Quon. gra.* ideſt, ſine cauſa.

17 *Abſcon. mihi. interi.* Frequenter enim Chriſto inſidias poſuerunt, vt patet in euangelio, & etiam in membris ſuis, vt patet in Actibus apoſtolorum pluribus locis.

a *Veniat ill.la.quem igno.* Caſſ. Vel in bono.
A b *La.i.e.*veritatis,quam peccator ignorat.
c *Et captio quam abſcondit* .i.abſcōdita mors,ſcilicet Chriſti.
⁂ Theo. Symmac.ſuffoderunt, Innuit mortem,quæ clanculum ſibi parabatur,& multas inſidias.

d *Apprehendat eos*. ne, ſcilicet,ſuis ſceleribus relinquantur.
e *Et in la.cadat.* bonum quo a malis cohibeantur.
f *In ipſum.* id eſt, ex ipſa morte.

In ipſum. Aug. Nō in alium, ſed in eum quem tetenderūt. Nemo enim malus, qui non prius ſibi noceat.

g *Anima autem mea exulta.* Caſſ. Præmiſſa ſpe boni, & gaudio enarrat, quam maligne erga benignum agat.
B
h *In do.& de.* Auguſ. quo nihil ſuauius, nec defecit, qui omnia fecit, ipſum ergo pete, & in illo habebis omnia.

i *Om.oſ.me.di.* Carnales non habent verbū laudis,& confeſſionis, quia infirma apud te penitus ſilent, ſed fortia, te magnum laudant,& tremunt.

Augu. *Omnia oſſa,* omnis fortitudo mētis,q̃a hoc alius dicere nequit,ſ.o dn̄e quis, &c.q. nullus,q̃a ipſe ſolus eripuit.

C k *Ino.de ma.* Caſſ. Aug. Genus humanū inops,quia mortale.

† illis muſcipula, quam ignorant.
† contritio (calamitas.)
† vel rete.
† contritio ſua in contritionem cadat.
† eius.
† Eripiens.
† inopem (aſſlictum) a fortiori eo.
† mendaces.

a ¶Falſa dicentes, nihil probantes. ¶Vel inutiliter. b ¶Accuſabant, vel opprobriis afficiebant. c ¶Ideo. ¶Aug. digna retributio. 1

a laquei ſui, ſupèruacuè exprobrauerunt animam meam. Ve- 2

a ¶Aug. Ipſe ſuis inde decipitur, vnde decipere voluit, inde nocetur, vnde nocere voluit. ¶Captiuitatis. b ¶Criniculis peccatorum ſuorum conſtringantur, tractantes quomodo caperent Chriſtum. ¶Similiter capiantur a Tito, & Veſpaſiano ex improuiſo.

b niat † illi † làqueus quem ignorat, & † captiò, quam abſcon- †
c

a ¶Aug. Eodem modo interficiantur, ſicut me interfecerunt, quidam enim capti, quidam interfecti. ¶Vel ex hoc cadant in eis, quod mihi parant laqueum.

d dit, apprehendat † eum, † & in làqueum cadat in ipſum.
e
f

a Hæc illis. Augu. vt quæ audit, ſalus tua ego ſum. b Ecce ſpes boni. c Auguſt. Non quærens aliud. d Vnde hoc ſequitur.

g
h Animà autem mea exultabit in dòmino, èt delectabitur ſu- 3 4

a Aug. Saluatione, quæ facta eſt ei in reſurrectione. Saluatione qua diſcipuli roborati dicentes agētes gratias, domine quis ſi vnde. Quoniam uiderunt oculi mei, &c. Chriſto. b Et ſi caro cedat, tamen os, id eſt, iuſti & firmi. Aug. Nil in diis, uel in creaturis.

i per ſalùtari † ſuo. Omnia òſſa mea dicent, dominè quis ſimi- 5

a Caſſ. incarnatione verbi. b Iudæorum. Alias, fortioris, diaboli qui tenebat eum. 6

k lis tibi ? † Eripièns † inopem de manu fortiòrum eius, ege- 7 8

Diabolo, & membris eius. a Subito, immoderate. Non modo alii paſſi ſunt calamitates, ſed etiam ego. 9

num, & pauperem à † diripientibus eum. † Surgèntes teſtes 10
l

a Quia contra æquum teſtificabantur. b Aug. Sicut ars uitium, quod per artem cognitum deuitatur. Actu. De iniquitatibus interrogabant, conuincere uolebant. Aug. Non conuincebant. c Cum ueniſſem ſaluare eos, & curaſſem infirmos eorum.

m † iniquì, quæ ignòrabam, interrogabant me. † Rètribue- 11
n

a Scilicet. Cum attuliſſem fœcunditatem. 12

o bant mihi mala pro bonis, ſterilitàtem animæ meæ. 13 14

le. Egenum, quia in ſudore quærit panē. Pauper, quia de pura ſapientia deiectus tenuem, & vmbratilem habet rationē. D

l *Surgen.te.* Caſſ. dictis calamitatibus hominis, ne ipſe Chriſtus alienus ab his videatur, paſſionem ſuam exponit.

⁂ Baſil. & Theo. teſtes iniqui Doeg, & Ziphæi, qui tyrannidem Dauid exerciturum ſuſpicabantur.

m *Quæ igno.* Auguſt. Peccata ſunt, q̃ ignorabat facere: Sicut vſu dicitur de aliquo, nō nouit benefacere, quia non bene fecit, ita Chriſtus, qui eſt cognitor iniquitatum dicitur ignorare peccatum, non quidem nō videndo, ſed nō committendo.

n *Retribuen.* Auguſt. Cum ego attuliſſem fœcunditatem, ipſi retribuebant ſterilitatē, ego vitam, ipſi mortem retribuerūt, ego honores, ipſi contumelias, *ego medicinam, ipſi vulnera.* E

o *Steri.* Auguſt. In ficu maledixit dominus, vbi cum quæreret fructum non inuenit, ſed folia. ſic in ſynagoga verba non facta. vnde: Qui p̄dicas non furandum, furaris.

⁂ Baſi. Nam Goliath p̄ſtraui, & cythara Dæmonū furore Saulē liberaui. ſterilitatem aūt obliuionem vocauit, quippe quod per filios memoria cōſeruatur. Baſ. Philiſthæos deuici.

☞ a *Cilicio.*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Superua.* dicentes vituperia de me mendaciter, vt ſupra expoſitum eſt frequenter.

2 *Veniat il.* In hoc prædicit per prophetiæ modum mortē ipſius Saulis, qui voluit Dauid malitioſe occidere per manus Philiſthinorum, vt habetur 1. Reg. 18. & ipſe Saul ab ipſis Philiſthæis fuit vulneratus, & timens ab eis turpiter occidi ſeipſum interfecit, vt habetur 1. Reg. 21. & ſic cecidit in laqueū quem parauerat ipſi Dauid, q̃ a principio ignorauit.

3 *Anima autem mea.* Hic conſequenter exprimit gaudium de ſua liberatiōe futura de manu Saulis, & oīum aduerſariorū ſuorū, dicens *Anima autem mea.* ſibi gr̄as deuotè reddēdo.

4 *Et delecta.ſu.ſa.ſuo.* i. de hoc, quod ſaluauit me pro ſuæ voluntatis beneplacito, non dicit de morte Saulis, & exercitus eius, de qua doluit, & luxit, vt habetur 2. Reg. 1. Sed gaudere de propria ſalute pertinet ad charitatem, quam habet homo ad ſeipſum.

5 *Omnia oſſa mea dicent.* Magna enim lætitia, & admiratio mentis redundat ad vires corporis ideo dicit: *Omnia oſſa mea dicent,* id eſt, manifeſtabunt geſtibus exultationis gratitudinem mihi præſtitæ ſaluationis.

6 *Domine quis ſimilis tui.* quaſi dicat nullus.

7 *Eripiens inopem.* i. meipſum, & populum mihi adhærentē. Erat. n. Dauid a facie Saulis fugitiuus, & per ↄn̄s bonis ſuis ſpoliatus, cōuenerunt ēt ad ipſum homines depauperati, & debitis obligati, vt habet̃ 1. Re. 22. *& factus eſt eorum princeps.*

8 *De manu fortiorum eius.* ſcilicet Saulis, & ſui exercitus.

9 *Egenum, & pauperem à diripientibus.* bona enim mobilia, & immobilia fugitiuorum fiſco regio applicantur, & ſic bona Dauid, & eorum, q̃ cū ipſo erāt, diripuerūt ſatellites Saulis.

10 *Surgentes.* Poſtquā Dauid poſtulauerat auxilium diuinæ defenſionis, hic conſequenter allegat periculum ſuæ perſecutionis, & primò propoſitum declarat, ſecundo pro ſe, & ſibi cōpatientibus orat, ibi. *Exultent.* Prima in tres, quia primò oſtendit propoſitū ex impoſitione falſi. Secundo ex conſpiratione cōi, ibi: *Et aduerſum me.* tertio ex adiūctione doli, ibi: *Quoniam mihi.* Circa primū ſciendū, q̄d multi de populo Iſrl̄ ad habendū gratiā Saulis imponebant Dauid multa falſa, qb⁹ applaudebāt Saul, quia per hoc perſecutiò, q̃ faciebat ↄ Dauid, videbatur eſſe iuſta: & ex hoc aggrauabatur perſecutio contra Dauid: & hoc eſt, quod dicit. *Surgentes teſtes iniqui.* q̃a aliqui de prædictis proponebant falſa contra Dauid coram Saule, & alij atteſtabantur ad maiorem aſſertionem.

11 *Quæ ignorabam, interrogabant me.* id eſt, non eram mihi cōſcius iſtorum malorum.

12 *Inter.me.* i. proponebant contra me, ac ſi deberem rn̄dere, loquit̃ de ſe quaſi de reo, qui habet rn̄dere parti aduerſę.

13 *Retribuebant mihi mala pro bonis.* quia multa bona fecerat Dauid Sauli, & populo eius, pugnando pro eis contra Philiſthæos, vt patet 1. Reg. in pluribus locis.

14 *Sterilitatem animæ meæ.* quia ex perſecutione Saulis cogebatur vitam auſteram ducere in deſertis, & ſterilibus locis

1 Ego

## MORALITER.

1 *Superua.* id eſt, falſe, dicentes eum voratorem, & vini potatorem, & virtute dæmonis ſigna facientem.

2 *Veniat illi la.* id eſt, Romanus exercitus.

† *Et captio, quam abſcondit, &c.* Scribitur Matt. 22. quòd Iudæi volentes capere Chriſtum in ſermone, quæſierūt ab eo, ſi licitum erat eis dare tributū Cæſari, vt ſi diceret, q̃ nō, accuſarent eū quaſi mouentē populū ad rebellionē, & ipſi per hoc, ſcilicet, per rebellionē à Romanis fuerunt capti, & captiuati, & occiſi, vt dicit Ioſephus in libro de Iudaico bello.

3 *Anima autem mea exultabit in domino,* ſcilicet, in mea reſurrectione.

5 *Omnia autem oſſa mea.* per quæ ſignificātur dotes corporis glorioſi.

5 *Dicent.* i. facto oſtendent potentiam Dei. ideo ſubditur

6 *Domine quis ſimilis tui. Eripiens inopem, & pau.* id eſt, Chriſtum pauperem.

8 *De manu.fortio.* id eſt, dæmonum, qui naturali poteſtate erant fortiores Chriſto homine.

10 *Surgentes teſtes iniqui,* id eſt, Iudæi membra diaboli accuſantes Chriſtum coram Pilato.

11 *Quæ ignorabam,* id eſt, non approbabam.

12 *Interrogabant me.* imponentes, quòd ea feciſſem, & ſi deberem reddere rationem.

13 *Retribueb.mihi mal.&c.* tanquam ingratiſſimi.

14 *Sterilitatem animæ meæ,* id eſt, defectum omnium bonorum imponentes mihi.

1 E,

a *Cilicio.* Aug. Caro cilicium propter ſimilitudinem carnis peccati.
b *Oratio me.* Caſſ. Vt dixit: *pax veſtra ad vos reuertetur*, ita eius oratio à Iudæis non accepta ad eum rediјt.
c *In ſinu meo.* Aug. Sinus eſt ſecretū in quo orare iubemur. Secretum verò Chriſti diuinitas, ad quam orat humanitas.

✳Theodo. Pro precib' recepi à Deo poſtulata, & gremium meū impleui. Baſi facta precatione, à Deo quæ petebam accepi.
d *Quaſi pro. qua. fra.* Caſus pro caſu. Quaſi de proximo, & fratre noſtro, ita mihi complacebā, id eſt, de eorum affinitate gaudebam, qui me inſequebant: Ecce gratia pro odio, beneficium pro læſione.

Aug. Quaſi proximo. hoc dicere cōuenit propinquanti ad Deum, & gaudenti, qui placet Deo quaſi fratri, & proximo.
e *Qua. lu.* Caſſ. alij interpretes, quaſi lugens mater filium incuruabat ſuper eos.

Caſſ. *Quaſi lugens.* Cum hæc omnia facerem, tamen nolebam conuerti, & tamen cum nollent conuerti, ſic humiliabar, id eſt, dolebam ſicut pater lugens filium.

✳Theod. Nolens ob rectè facta ſuperbire. Nā cū dixiſſet Saul. Tu fili mi Dauid, reſpōdit dicens Seruus tuus domine mi

a ¶Aug, Cum ſæuirent latebam. b ¶Carne mortali: Deo incognitus ¶Non exercui potentiam.

a Ego autem cùm mihi moleſti eſſent, induebar cilicio. † Hu- 1 2

a ¶Aug. Quia bona opera in illis non inuenit, & apoſtoli fugerant in turba ſe abſcondentes. b ¶Aug. Et orabam, ſed non animam, quam qui mihi perſonaliter Vnitus eſt, vel non perderit, niſi his, qui ſunt prædeſtinati futuri familiares, & ſunt in ſinu a quo exierant, leproſi facti, vt manus Moyſi.

b c miliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea † in ſi- 3

a ¶Non ſum fruſtratus. b ¶Et. c ¶Habendo eos.

d nu meo conuertetur. † quaſi proximum, & quaſi fratrem 4

a ¶Mihi in eis, vel patri. b ¶Aug. Hoc conuenit longinquo, vt ſit proximus.

e noſtrum ſic complacebam, quaſi lugens, & contriſtatus ſic 5 6

a ¶Aug. Illi læti, ego triſtis. b ¶In conſilium. 7

f humiliabar Et † aduerſum me lætati ſunt, & conuenerunt, †

a ¶Tormenta parabant. ¶Id eſt, congregauerunt. b ¶Quantum ad illos. ¶Cui facerent, & cur, vel quod in eos redundaret.

g † congregata ſunt ſuper me flagella, & ignoraui. † Diſſipati 8 9

a ¶Dic nobis ſi tu es Chriſtus Luc. 22. g. b ¶Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Math. 27. e. 10

h ſunt nec cōpūcti, tentauerūt me, † ſubſannauerūt me ſubſan 11 12

a ¶Hoc genus locutionis ponitur cum res copioſe facta dicitur, vt benedicens benedicam. b ¶Sed. ¶Aug. Caſſ. hoc ex noſtra perſona quibus tardum eſt.

i k natione, frēduerūt ſuper me dentibus ſuis. Domine qn̄ reſpi-

a ¶Corpori, id eſt, fac me reſurgere. ¶Alias ab aſturis.

b ¶Aug A poteſtate ſæuientium. 13 14

l cies? † reſtitue animā meā à malignitate eorū à leonibus vni- 15 16 17

mi Rex. & rurſus cur ſequitur Dominus meus Rex poſt canem mortuum, & pulicem vnum? D

1. Reg. 14.

f *Et aduerſum, &c.* Cum piè contriſtor, Iudæi impiè lætant.
g *Diſſip.* Caſſ. Diſſoluti, viſis miraculis in paſſione, nec tamen præ duritia compuncti.

Vel, diſſipati per totum orbem, nec tamen compuncti ſunt, id eſt, pœnitu ſunt. Vel, diſſipati, id eſt, diuiſi. alij dicunt, quòd bonus eſt, alij non.

✳Baſi. Et Theodo. Symmac. Congregati ſunt ſuper me percuſſores, & neſciui. Hebræi. fecti ſunt, & non ſiluerunt.
h *Tentauerunt me.* Auguſtin. Quæ capiti in cruce facta, corpori vbique fiunt.
i *Fren.* Auguſ. Mos ſæuitiæ, quando ratio deficit dentibus fremder, & quod vult, tacens oſtendit.

Auguſ. In oratione finit hæc.
k *Domine quando reſpicies.* Auguſtinus. Quādo videbimus vindictam de eis, qui nobis inſultant.
l *Vnicam meam.* Caſſ. Vnica eſt anima Chriſti, quæ ſola immunis à peccato.

✳Theod. Non increpans, ſed opem implorans hoc dixit. & ait Reſtitue animam meā à malignitate eorum, hoc eſt. Superiorē animam meam omnibus machinationib. reddes.

Vnicam

† Affligebam.

† in ſinū meū cōuertebatur (id eſt toto aſſiduitate eram in precationibus.)

E

† Cachinnauerunt, (vel ciderunt, ſub. me, aut aperuerunt ſub. os num id irridendo, & non ceſſauerunt Cum impiis hipocritis, ſubſannatoribus. placēre, vel ſubcinericii, panis, id eſt, ventri indulgentib' paraſitis, alios ob cibum irridentibus frenduerunt ſuper me dentibus ſuis.

F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Ego au. in ci.* in ſignum humiliationis, & mortificationis ad impetrandum beneficium diuinę conſolationis.
2 *Humi. in ie. anim. meam.* id eſt, vitam meam animalem.
3 *Et ora. mea in ſinu.* id eſt, ad bonum meum ordinabitur, & quia Dauid ex perſecutione Saulis à charitate fraterna non decidit, quod maxime patet ex hoc, quia idem in manu ſua tradito bis à morte pepercit, vt habetur 1. Regum 24. & 26.
4 *Quaſi proxi.* ideo dicitur: Et quaſi fratrem noſtrum, ſupple reputans Saulem, & eius populum.
5 *Sic com.* in proſperitate eorum contra Philiſthęos, vt dictum eſt ſupra pſal. 4.
6 *Quaſi lugens, & cont.* de eorum aduerſitate, vnde luxit, & planxit de Saulis, & ſui exercitus morte, vt habetur 2 Re. 1.
7 *Et aduer. me.* Hic conſequenter oſtendit gratuitatē ſuæ perſecutionis ex conſpiratione communi cōtra eum, quia etiā illi, qui erant de tribu Dauid cum Saule aſpirabant ad mortem ipſius Dauid, vt patet de Ziphæis 1. Reg. 24. Et ibidem habetur quod Saul dixit de Dauid: Quia ſi terram ingreſſus fuerit, perſcrutabor eum in milibus Iuda, de qua tribu erat Dauid, & multo magis illi, qui erant de alijs tribubus, erant cum Saul in perſequendo Dauid, & hoc eſt, quod dicit. *Et aduer. me.* quia venientes cum Saule ad quærendum Dauid prætendebant hilarem faciem ad captandum gratiā regis.
8 *Congre. ſunt.* Quia non ſemper præuidebat pericula ſibi præparata, vt patet ex hoc, quod habetur 1. Reg. 23. d. vbi dicitur, quòd Saul, & viri eius cingebāt Dauid, & viros eius in modum coronæ, ita quod deſperabat ſe poſſe euadere. Non enim poſuiſſet ſe in tali loco vbi ſic cingi potuiſſet, ſi paratū ſibi periculum præſciuiſſet.
9 *Diſſip. ſunt.* à connexione charitatis fraternæ erga me.
10 *Nec com.* de ſua iniquitate.
11 *Tenta. me.* ſcilicet capere.
12 *Subſan. me ſub.* id eſt, deriſione dicta à naſo rugato. Dicebant enim adulatores, & detractores vituperia de Dauid in pręſentia Saulis eius beneuolentiam captantes.
13 *Frendue. ſu. me.* Prętendebant enim corā Saule, quòd vellent ſi poſſent eum deuorare, & ideo contra talia conuertit ſe ad Deum deprecandum, dicens.
14 *Domine quando reſpicies.* me oculo tuę pietatis, & miſericordiæ.
15 *Reſtitue animam meam.* id eſt, pone me in ſecuritate ab eorum perſecutione, ita quòd ſim reſtitutus in priſtina pace.
16 *A leonibus.* id eſt ab hominibus crudelibus more leonū.
17 *Vnicam meam.* id eſt, vitam meam ſolam, licet enim plures eſſent cum Dauid, tamen ipſum ſolum quęrebat Saul, & complices eius interficere.

1 *Confiteb.*

## MORALITER.

1 *Ego autem cum mihi moleſti eſſent induebar cilicio, &c.* Chriſtus enim Matthęi 11. c. aſperitatem veſtiū commendauit, & ideo veriſimile eſt, quòd ea vſus fuerit, quia cœpit facere, & docere, Act. 1. a. *Humiliabam in ieiunio animam meam. 40 diebus, & 40. noctibus.* Matthę. 4.
3 *Et oratio mea in ſinu meo conuertetur.* quod fuit impletū in glorificatione ſui corporis, & exaltatione pro quib. orauerat.
4 *Quaſi proximum, & quaſi fratrem noſtrum.* reputabam populum Iudaicum, de quibus natus fui ſecūdum carnem. Ideo.
5 *Sic complacebam.* in bonis eorum, Ioan. 10. b. Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant.
6 *Quaſi lugens, & contriſtatus, &c.* de malis eorum.
† *Sic humiliabar.* Lucę 19. f. *Videns Ieſus ciuitatem ſanctam Ieruſalem, fleuit ſuper illam propter mala populo Iudaico imminentia.*
7 *Et aduerſum me lætati ſunt.* hic ponitur gratuitas perſecutionis Chriſti à populo Iudęorum, cum dicitur. *Et aduer. me. læ.* de mea captione.

8 *Et conue.*

+ *Et conue.* Accuſantes me coram Pilato.
8 *Congregati ſunt ſuper me.* Quia Pilatus fecit eum flagellari, & poſtea crucifigi.
† *Et igno.* id eſt, ſic me habui acſi ignorarem flagella ſuper me ventura, nam iuit obuiam quęrentibus ipſum, & ſe manifeſtauit.
9 *Diſſipati ſunt.* ſcilicet, Iudęi per Romanos propter peccatum in me.
10 *Nec compuncti.* quia pro maiori parte remanſerunt cōtra Chriſtum obſtinati.
11 *Tentauerunt me.* capere ſermone.
12 *Subſ. me.* in cruce, dicētes: Vah qui deſtruis tēplū Dei, &c.
13 *Frendue.* Sicut canes rabidi.
14 *Domine quando.* hic ponitur oratio Chriſti pro ſua liberatione, cum dicitur: *Dom. quando reſp.* oculo clementię tuę.
15 *Reſtitue.* Quod factum fuit in ſua reſurrectione.
16 *A leonib. vnic.* id eſt, eccleſiam meam à tyrannis, quod factum fuit tempore Conſtantini Imperatoris.

☞ Vnicam meam, Symmachus, Iuuentutem meam tra luxit.
A Hoc eſt omni humano auxilio deſtitutam.
a *Confite.tibi.* Aug. Iam de fructu præmittit confeſſionem totius eccleſiæ, inde precatur, cum commemoratione culpa, confuſionem perſecutorum, & exaltationem fidelium.

ob meas calamitates. *Heb. in ſciſſionibus, & commotionibus terræ.*
g *Vidi.dom.* Caſſ. hoc dicitur, quando aliquid in memoriā reuocare volumus. Vidiſti quoniam crudeles, ne ſileas, ne differas dare ſententiam.
h *Intende.* Caſſ. Reddendo nomen ſuperec̄ nomen, vt ego. intenſus immerito.

⁘ Theodoret. Populo graui, i. maximo & numeroſo. Vertit Symmachus.
b *Non ſupergau.* Aug. Repetit de paſſione, vt de pœna eorum addat.
c *Annuūt.* Caſſ. Quoniam viciſſim ſe tacitis nutibus admonent ad decipiendum, & tentandum.
d *Loquen.* Caſſ. ideſt, dum loquerentur pacifice.
B
e *In ira.* id eſt, exitialiter. Cogitat enim quis dolum, qui non vult occidere, ſed iſti ſic cogitabant, quia interficere volebant.
f *Et di.* Caſſ. prius annuentes, cogitantes dolos dilatauerunt os ſuum, libera, & aperta voce mortem inclamātes: Crucifige, crucifige.
⁘ Theodo. Amicis verbis vtentes, veluti in quadam terra, iram occulere conabantur, dolo plenam mētem habentes, & cū vidiſſent me inſidias perſenſiſſe, nudarunt occultas inimicitias, cū clamore lætantes ob
C

† id eſt vbi multus populus.
† falſo.
† non pacem loquentur.
† lætentur de me.
† ideſt illud volebamus, vt pro voto ſucceſſit.

a Aug. Eccleſiam ¶ Caſſ. Carnem, quę ſine peccato. b Et ſi hoc feceris. c Aug. Hæc eſt vnica. d Deum omnibus gentibus. e In omni multitudine confeſſio, ſed laus in granis, non in palea.
a cām meam. Confitebor tibi in eccleſia magna, in populo 1
a Quem non aufert ventus tentationis. b Vt confitear. c Aug. Inſultant enim de palea mea. ¶ Alias inſultent. † 2
b †grāui laudabo te. Non ſupergaudeant mihi, qui aduer- 3
a Non omnes aduerſi oderunt. b Tamen. c Aug. Sicut hypocritæ ſimulato vultu pronuntiantes, quod in corde non habent. 4 5
c ſantur mihi† inique, qui oderūt me gratis, et annuūt oculis. 6
a Hi ſunt annuentes. b Scimus, quia verax es magiſter, &c. c Quæ erat pro terra, ne perderent locum, & gentem. 7
Quoniam† mihi quidē pacifice loquebantur, & in † iracun- 8
a Poſt. b Aperte clamantes: Crucifige crucifige. 9
d dia terræ loquentes dolos cogitabant. Et dilatauerunt ſuper- 10
e a In ipſa morte. b Caſſ. Bene eſt nobis. ¶ Inſultando iam. ¶ Si rex Iſrael eſt, deſcendat de cruce, &c Matt.15.c. c Facta tua. ¶ Quod noluimus. 11
f me os ſuum, dixerunt. Euge euge, viderunt oculi noſtri. 12
a Sed tu. ¶ Obedientiam meam, & iniquitatem eorum. ¶ Iudica. b Donec veniat iudicium. Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſumma. ſecu. &c. Matt.28.d. ¶ In paſſione. c ¶ Sed. ¶ Qui videris iacere. ¶ Ad retribuendum mihi, & aduerſariis. 13 14
Vidiſti domine ne ſileas, domine ne diſcedas à me. † Exurge 15
g a ¶ Quod tribulatus: Sed quia hoc, & mali, addit, in cauſam. ¶ Quia. b Quod pro redemptione humani generis patior. 16 17
h & intende iudicio meo Deus meus, & dominus meus in cau 18
i a Quem illi iniuſte. b Aug. non ſecundum pœnam. c Quam mihi dediſti. ¶ Vel meam. Q. Hæc eſt cauſa mea.
k ſam meam. Iudica me ſecundum † iuſtitiam tuam domine 19
a Secundum hoc me iudica. b Sed ſecundum eandem iuſtitiam iudica illos. c ¶ Scilicet. ¶ Adg. oſtende, quia nihil fecerunt, vt non gaudeant. 20
l Deus meus, & non † ſupergaudeant mihi. Non dicant in 21
a ¶ Et ſi in ore. b ¶ Fecimus, quod voluimus. 22
cordibus ſuis; euge euge † animæ noſtræ, nec dicant;
a ¶ Alias abſorbuimus. ¶ Vt non reſurgeret. b ¶ Aug. ſed vt nos abſorbeamus eos, vt vitulum comminutum Iſrael abſorpſit.
m deuorabimus eum. Erubeſcant, & † reuereantur ſimul, 23 24
n a Omnes abſorpſit. b ¶ Non ſolum facientes. c ¶ Plene, uel tandem. ¶ Alias pudore, & uerecundia. 25
o qui gratulantur malis meis. Induantur confuſione, & 26

i *In cauſam meam.* Auguſtin. Pœna ſimilis ſceleratis, ſed nō cauſa. Martyrem enim non facit pœna, ſed cauſa.
k *Tuam domine Deus.* Auguſtinus. Quæ in ſe eſt, vel quam ei dedit.
l *Non ſuper gaudeant.* Caſſiodo. Magis defleant, quam gaudeant impleſſe mala.
m *Deuorabimus.* Auguſtinus. Deuorantur incorporati.
n *Erubeſcant, & reuereantur ſimul.* Caſſiod. Potius erubeſcant in clarificatione reſurrectionis, & reuereantur ideſt, timeant pœnas.
Caſſiodor. Erubeſcant. Qui erubeſcit, actus ſuos propria exiſtimatione damnat, ſed poteſt erubeſcere qui non habet reuerētiam, ideo addit reuerentiā, vt conuerſionem notet. Reuerentia eſt timor domini cum amore.
o *Induantur conf. & reue.* Caſſ. Pudore quaſi cilicio pęnitētię ☞ & veſte

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Confitebor.* ideſt, vtinam confitear tibi confeſſione laudis in loco cultus tui. Hebræi enim non habent optatiuum modum, ſed vtuntur futuro indicatiui modi loco optatiui.
2 *In populo gra.* Moribus, & ætate, cuiuſmodi ſunt ſacerdotes, & Leuitæ. 3 *Laudabo te.* ideſt, vtinam laudem. Vna. n. cauſa quare Dauid affligebatur in perſecutione Saulis, erat pp hoc, quòd accedere non audebat ad locum diuini cult⁹.
Vel pōt aliter exponi, vt ſit prophetia de futuro, cū dicit. *Confitebor tibi, &c.* quia pſal. à Dauid facti cantabantur à cultoribus Dei in ve. teſta. & etiam modo cantantur in nouo.
4 *Nō ſupergau.mih.* Capiēdo me, & tenēdo ad ſuā volūtatē.
5 *Qui aduer.* ſ. Saul, & ꝯplices eius, vt patet ex præcedentib.
6 *Qui ode.me gra.* i. ſine cauſa me odientes in cordibus ſuis.
7 *Et annun.ocul.* Paſſiones enim odij, & iræ maxime apparent in facie, & in oculis potiſſime. 8 *Quo.mi.* Hic conſequenter oſtendit grauitatem ſuæ perſecutionis ex adiūctione doli, qui maximè aggrauat perſecutionē, quia tūc neſcit poſitus in pſecutione in quib. debeat ꝯfidere, pp qd̄ Apoſtolus 2.Cor.11.f. enumeratis periculis in quibus fuerat vltimo loco dicit, periculis in falſis fratribus, quia illud fuerat maius, ſecundum hoc igitur dicit Dauid. *Quo.mi.* prætendentes mihi amicitiam. 9 *Et in ira.* ideſt, ſecundum modum hominum terrenorū, qui aliud habēt in corde, & aliud in ore.
10 *Dom.cogi.* ſcilicet, contra me, vt patet de habitatoribus Ceilę, & Ziphæis 1.Reg.23. 11 *Et dila.* Loquentes ſupbe.
12 *Dixe.eu.euge.* Interiectio eſt gaudentis.
13 *Vide.ocu.no.* Fugam, & exilium iſtius hominis.
14 *Vi.domi.* Hanc iniquitatem contra me.
15 *Ne ſile.* Hoc eſt, ne diſſimules, & tranſeas abſque debita punitione. Hoc dicebat Dauid non zelo vindictæ, ſed diuinæ iuſtitiæ. 16 *Dom.ne di.à me.* Subtrahendo brachium defenſionis tuæ, quia non poſſem tot laqueos euadere.
17 *Exur.& inten.* Eos condemnando.
18 *Deus me.* quia non habeo iudicem ad quem poſſim recurrere, niſi ad te, quia pars aduerſa erat rex terræ.
19 *Iu.me.* Quæ non condemnat innocentes, ſed impios.
20 *Et non ſupergaudeant mihi.* Capiendo me, & tenendo ſecundum ſuam voluntatem.
21 *Non dicant.* Gaudentes de mea captione, ſicut Philiſthęi gaudebant de captione Samſonis. Iudic.16.a.
22 *Nec dicant deuorabimus eum.* Quaſi dicat, ſi tenerent me ſtatim tractarent me interficere crudeli morte.
23 *Erubeſcant.* Impij. 24 *Et reuereantur ſimul.* Tanquam fruſtrati ſua intentione. 25 *Qui gratul. malis meis.* id eſt quærunt gratulari, ſcilicet Saul, & eius viri. 26 *Induan.conf.* id eſt timore, quaſi dicat talibus circundentur vndique, ſicut veſtimentum circundat hominem ex omni parte.

## MORALITER.

1 *Confi.tibi.* in membris meis.
† *In eccle.ma.* quia tunc eccleſiæ fuerunt apertæ, & aliæ plures de nouo ædificatæ.
2 *In populo gra.* Moribus.
3 *Laudabo te.* Laus enim talium eſt accepta apud deum.
4 *Non ſupergau.mi.* ſcilicet, tyranni, qui gaudebant de deſtructione eccleſiæ.
6 *Qui oderunt me.gra.* ideſt, ſine cauſa.
7 *Et an.ocul.* nam aliqn̄ tyranni prętendebant bonū vultum membris Chrī, vt p blāditias eos auerterent à fide. Iō ſubdit.
9 *Quo.mi.qui.Dila.ſu.* Superbè loquentes ꝯ me ac meos fideles. 12 *Dixe.euge.* Gaudentes de fidelium afflictione.
† *Ne diſ.* tuam defenſionem ſubtrahendo.
17 *Exurge.* pro me iudicando.
19 *Iudica me ſecūdū iu.* q̄ protegit innocētes, & punit malignātes. 20 *Et nō ſuperg.mi.* Habentes intentum ſuum malignū.
23 *Erubeſcant, & reuereantur, &c.* Videntes contrarium intentionis ſuæ peruerſæ.
26 *Induantur confuſione, & reuerentia,* ideſt, timore.

10 Dom.
1 Qui
1 Exultent

& veſte lugubri, Pudor contra audaciā, q̄ habuerunt furentes. reuerentia ꝯ impudentiam falſitatis, vt his illa curent.
✠Theo. Moneo ne ex iuſti hominis precib. anſam inimici obtrectandi, qui hæc legerint accipiant. Sciendū eſt autē legis ſtatū, & non euangelicū viuendi modum vatem attingere. Lex vero ait, vt amicum diligam⁹, & inimicū odio habeamus. Dominus autē perfectā virtutē oſtēdens, inquit, diligite inimicos veſtros. Preterea non maledicēs hęc dixit, ſed vaticinantis more prędixit futura, qui inimicos non eſt vltus dicēs, Si reddidi retribuētib. mihi mala, decidā ab īimicis meis vacu⁹.

a *Exultent*

a *Exultent, & lætentur.* Caſſ. in ſpe magna fidelium finit, ſicut alij de paſſione. D

Caſſ. Exultent, & lætentur. Illi dicunt euge aīæ ſuæ, q̄ lętitia fugit, iſti non ſuæ aīæ, ſed vota ad deum conuerrunt, & in eius laudibus, non in ſe ſuam lætitiam ponunt, quæ eſt perpetua.

a ¶Vel magna, ideſt ſuperbæ. ¶Alias aduerſum. b ¶Autem.

a † reuerentia, qui † maligna loquuntur ſuper me. Exultent, & 1

a ¶Caſſ. unitati, & ex ea pacem. b ¶Caſſ. non ſuam ſtatuere. c Caſſ. ita vſque ad finem ſeculi, ſicut iam eſt in conuerſione quorundam. 2

lætentur, qui † volunt iuſtitiam meā, & dicant ſemper magni- 3 †

a ¶Caſſ. quam ueni mittere in terra ad Deum, & proximum: b ¶Chriſti. c Caſſ. ita uox conſonet, cordi, ut quod eſt cordis detur ori. ¶Vel meorum fidelium.

b ficetur dominus, qui † volunt pacem ſerui eius Et lingua mea 4 5

a ¶Aug. tota die laudat, qui ſ omnia bene agit.

† meditabitur iuſtitiam tuam, tota die laudem tuam. 6

b *Et lingua mea meditabatur iuſtitiā tuam.* Auguſt. Hoc fiat, & mei prædicatores ex ſtudio nunciabunt te iuſtum, qui promiſſa impleſti, & omnia vniuerſaliter in quib. laudandus.

Caſſ. lingua mea, lingua eius meditata eſt iuſtitiā, quādo nouum teſtamentum populis prædicauit. E

† voluit amicitie pacem ſerui tui.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Qui maligna, &c. *Loquentes de me falſa coram Saule.*
2 Exultent. *Hæc eſt vltima pars huius pſal. in qua Dauid orauit pro ſe, & compatientibus ſibi dicens:* Exultent, *ideſt, approbent.*
3 Iuſtitiam meam, *Deum laudando de mea liberatione à periculis grauibus, ideo ſequitur.*
4 Qui volunt pacem ſerui eius, *ideſt mei, qui ſum ſeruus dñi.*
5 Et lingua mea, &c. *ideſt ore, & corde eam confitebitur.*
6 Tota die laudem tuam, &c. *ideſt ſingulis diebus. Myſticè autē exponitur pſalm. iſte de Chriſto cuius Dauid fuit figura, ſicut dictum fuit ſupra, pſal. 3. & 4. qui paſſus eſt in ſe, & in membris ſuis à populo Iudaico, & tyrannis, & ideo in hoc pſal. ſecundum humanitatē loquens. Primo petit à patre ſeu tota Trinitate auxiliū protectionis, & ſecundo exprimit grauitatē ſuæ perſectionis, ibi:* inſurgentes: *Quā gratuita*

*gratuitatē explicat primò ex impoſitione falſi, quia ſibi fuit impoſitū, quod eſſet falſus propheta, & mēbris ſuis, quòd eſſent magi, et deceptores, ſecundò, ex conſpiratione communi, ibi.* Et aduerſum me. *qa cōtra eū conuenerunt Herodes, & Pontius Pilatus cū principibus ſacerdotum, vt ſupra expoſitum fuit 2. Pſal. Tertio, ex adiunctione doli, ibi.* Quoniam mihi quidē pacificè loquebantur: *quia multos dolos cogitauerunt contra Chriſtum, vt patet ex textu euangelij, & contra membra eius, vt patet ex Actibus apoſtolorū, & ex epiſtolis Pauli. Reſiduum autem huius expoſitionis omitto: Tum propter breuitatē ſectandam. Tum quia ſatis diffuſe traditur in gloſſa ſuper pſalmum. Tum quia conſideratis illis, quæ ſunt expoſita de Dauid in hoc pſalmo poteſt de facili applicari litera huius pſalmi Chriſto pro eius perſona, partim pro mēbris ſuis, in quibus ſe dicit perſecutionem pati. Act. 9. a. Saule Saule, quid me perſequeris?*

MORALITER.

*Exultent, & lætentur, &c.* ideſt, gaudeant exterius in facie, & interius in corde.

† *Et*

† *Et dicant.* Deum laudando.
4 *Qui volunt pacem ſerui eius,* id eſt, eccleſiæ, quæ veraciter Deo ſeruit. Cætera patent.

GLOSSA ORDINARIA.

*In finem ſeruo.* Caſſ. Agit hic de errore quorundam dicentium omnia peccata eſſe ex vitio naturæ, & creationis nr̄æ, bona vero ex libero arbitrio, qđ deſtruit dicēs mala oīa eſſe a nobis, bona ex miſeria Dei. Quaſi dicūt ſe delinquere, vel fato, vel conſtellatione, vel neceſſitate prouidentiæ, ſed potius dixit, in ſeipſo, id eſt, deliberauit, nihil impulit, vt delinquat, ad qđ creatus eſt, pro quo iniuſtus. Et ſic patet, q. nō ē timor dei ſtatu ante eum, qui tn̄ imminet omnibus.
Nō eſt timor ante oculos, quia dolus, ideſt, quia carni obedit non Deo, cum rationi aliud inſinuet, quod videat Deus, & ſi non alius, vel quod videt ipſe iniuſtus à Deo ſcit, vt inueniatur ab ipſo eodem, quod iniquitas ſua eſt habenda odio apud Deum, & omnes homines.
Caſſ. Primo aſſerit mala eſſe ex homine.

PSAL.

PSALMVS XXXV.

a Dixit iniuſtus, &c. Caſſ. Duo ſunt genera peccātiū, quia vel infirmitate carnis nō pn̄t ſeq. iuſſa legis. Vel blaſphemi, q. libere peccāt, quaſi de⁹ n̄ curet hoc, vn̄ ē dixit, &c. Aug. deſcriptio iniqui viri. F

Peccantium duo genera.

a ¶Qui omnia bona deo mala ſibi tribuit: ¶Vſquequaque obedienti.

a † In finem ſeruo domini pſalmus Dauid. XXXV.

¶Liberabit. a Gens iniquorum. b ¶Vt libere peccet. ¶Deum non curat. ¶Vel ut non delinquat, dicens, nullum ſe facere peccatum. c ¶Aug. propoſuit in ſe ubi homo non uidet. ubi ſi deus uidet non curat, quia non eſt timor Dei ante oculos, &c. hoies timet, ne publice profiteatur iniquitatem. Apud ſe. Non in publico: Vnde hoc e?

b c Dixit iniuſtus, vt delinquat in ſemetipſo 1

a Quaſi deus non curet b Quia auertit.

non eſt timor dei ante oculos eius. 2

✠Theo. Dauid cū orā clamidis ſcypſū, lanetā Sauli demonſtraſſet, abſq; bona verba accepiſſet hūc pſal. cecinit accuſans impios, & Dei prouidētiam omnia penetrātē prædicans. Miſtuit autē Theologiā, & Vaticinationē: Idcirco inſcriptio in finem tranſmittit legentem.
✠Theod. Dixit pro opinatur, & ſuſpicatur, poſuit. Opinat̄ enim malitiæ alumnus occulta eius cōſilia neminē intueris.
✠Baſil. ne quidem Deum omnia videntem timet.
c *Non eſt timor Dei.* Caſſ. Quia dolus noluit ſtudere legi, qua per ignorantiam excuſetur.

a *Quoniam*

NICOLAVS DE LYRA.
PSALMVS XXXV.

Dixit iniuſtus. *Huic pſal. præmittitur talis titu. in tranſlatione Hiero. iuxta Hebræū:* Pro victoria ſeruo domini Dauid: *Quod exponūt ſic aliqui, q. Dauid fecit hunc pſal. pro victoria populi Iſrael glorioſe exeuntis de ſeruitute Aegypti ad ſeruiendum domino libere, ſecundum quod fuit dictum Pharaoni. Exo. 5. a.* Hæc dicit dn̄s deus Iſrael: Dimitte populū meū, vt ſacrificet mihi in deſerto, *& licet litera huius pſalm. poſſet ad hoc applicari, ſaluo tamen meliori iudicio mihi videtur melius, quòd Dauid fecit hunc pſal. de ſeipſo à perſecutione Saulis pluries diuinitus liberato, quod videtur ex titul. pſal. qui talis eſt in Hebræo. Ad victoriam ſeruo domini Dauid. Et huic nomini Dauid præponitur litera*

*litera lamech, ad oſtendendum, quod eſt datiui caſus, & ſic li ſeruo domini non refertur ad populum Iſrael, ſed ad ipſum Dauid. Igitur ſecundum hunc ſenſum pſal. iſte diuiditur in duas partes. Et primo agitur de malignitate Saulis Dauid perſequentis, ſecundo de benignitate domini ipſum liberantis, ibi:* Domine in cælo miſericordia tua. *Circa primum dicitur ſic.* Diuiſio.
1 Dixit iniu. vt delin. *ideſt Saul firmiter diſpoſuit, & deliberauit de interficiendo Dauid, licet iniuſte de qua deliberatione habetur primi Regum vicesimo a. Et intellexit Ionathas, quod diffinitum eſſet patri ſuo, vt interficeret Dauid.*
2 Non eſt timor, &c. *q.d. Si ante oculos mētis eius timor domini poneretur, à tanto malo retraheretur, ſecundum quod dicitur Prouer. 15. d.* Per timorem domini declinat omnis à malo.

1 Quoniam

MORALITER.

*Dixit iniuſtus.* Hunc pſal. vr̄ feciſſe Dauid de Saule ipſum iniquiter perſequēte, & de deo ipſum miſericorditer ſaluante.

te. Moraliter aūt pōt poni de malitia dæmonis fidelē quēlibet perſequentis, & de miſericordia dei ipſum liberantis. Et primo deſcribitur dæmonis malitia cum dr̄. *Dixit iniuſtus, vt delinquat in ſemetipſo, &c.* id eſt, diabolus obſtinatus in malo.

a Aug.non neſcit ibi Deum uidere. b Dei ſcilicet. Cuius timor non eſt ante oculos. c Aug.ideſt,ut inueniret iniquitatem.& odiſſet. Sed noluit inuenire.

a Quoniam † doloſe egit in conſpectu eius, vt inueniatur ini- 1
b quitas eius ad odium. † Verba oris eius iniquitas, & dolus. 2 3

a Caſſ.Inprudentiæ aliquando uenia,uoluntati malæ ſemper pœna. Quod potuit,& ſi non illud,In principio erat uerbum &c. b Potius. 4

† noluit intelligere, vt bene ageret. Iniquitatem meditatus 5 6

a Hoc eſt,quod ſupra in ſeipſo. Aug. in quo ſi mundum,quieſceret. Perſeueranter. b Pronus fuit iniqua operari. c Aug.qui non poteſt ea carere penitus,debet uel odiſſe,quam Deus odit,ut mente ſeruias legi Dei. Summa mali Ad cumulum nequitię

c eſt in cubili ſuo, aſtitit omni viæ non bonæ, malitiam autem 7

a Sed dilexit. Eſt. b Sed. c Caſſ.& ueritatem tuam per nubes hominibus præſtas. Venit.

d non † odiuit. Domine † in cœlo miſericordia tua, & veritas 8 9

a Qui ſunt iſti,qui ut nubes uolant,& quaſi columbæ ad feneſ. Mandabo nubibus meis ne pluant ſuper eam imbrem. Doctores. b Caſſ.Et iuſti montibus comparantur. Augu i.integra.& rotunda. Aug.ideſt montes implentur iuſtitia,per iuſtitiam fiunt montes, per iudicia profundi in peccatis, hi multi,montes pauci. c Caſſ.non ſeculi. Iudicia ſunt incomprehenſibilia, quia homines,rationales,iumenta,irrationalia.

e f tua vſque ad nubes. Iuſtitia tua, ſicut montes Dei, iudicia tua 10 11

a Aug.qui utroſque fecit,utroſque temporaliter ſaluat, quia & temporalia à deo. b Carnales. Qui hæc amauit cum iumentis. Temporaliter.

g abyſſus multa. Homines, & † iumenta ſaluabis domi- 12

a Saluabis,ſicut multipli.

ne, † quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam 13

a Sed præter iumenta. Augu. ibi homines ſecundum Adam hic filii hominum ſecundum Chriſtum,tamen aliquando filii hominum generaliter homines. b Caſ. Ad ſimilitudinem auis,in protectione ueteris,& noui teſtamenti.

h Deus. Filii autem hominum, in † tegmine alarum tuarum 14 15

A a *Quoniam doloſe* Aug.Multi inquirunt iniquitates ſuas,ſed cũ dolo nolẽtes verè inuenire, & odire,qui cũ eas agnoſcũt, non dimittunt eas, ſed defendunt, q; ſi ſyncere quærerent, inuenirent,& odirent Latet ergo illos,ſed volentes ꝯ ſe faciunt nolentes intelligere, nec excuſantur de ignorantia.

b *Verba*. Aug.Oſtẽdit iniquitatẽ per partes,verba ſunt iniqua & doloſa, ideſt,vel aperte mala,vel ſi bona,cum dolo.Cogitatio quoque cum poſſet eſſe bona de bonis, eſt de iniquis, & hoc eſt noluit intelligere, non nego poſſe ſed nolle, vt bene ageret.

† blanditur ei ... & ... ante ... vel adulatur aut blanditur ſibi ipſi in oculis ſuis.

† ceſſauit, vel deſiit.

† abiecit.

† vſque ad cœlos.

c *In cubili*. i.in corde, in quo ſibi cõplacent opera mala, & B hoc eſt, aſtitit omni viæ,cũ ſtudio, & mora.inuenit quidem & ſciuit eſſe mala,ſed tamen non odiuit.

*Noluit*. Aug. Non q; non potuit, pernicioſius agit cõtra ſeipſum, q quod poteſt, non vult. Sunt enim quædã, quæ & ſi volunt, non intelligere homines poſſunt,vel In principio erat verbum, & vt tamen bene agerent, intelligere poſſunt.

† quam pretioſa eſt miſericordia tua Deus.

Math.5.a.

⁂ Baſil.& Theo. Volens libenſque hanc ignorantiam habet,nolens ea, quæ fecit expendere,& odio habere iniquos actus.Illud autem non odiuit,ideſt non execratur. Aquila, non abiecit: Theodotion,non expulit.

⁂ Chald.abſcidit intellectum à bene operando.

*In cubili ſuo*. Aug.i.corde, vbi præcepit dñs orare clauſo oſtio,vt nihil extrinſecũ à dño petamus, q; ſi petimus oſtium pater,turba malorũ cogitationẽ videt. Si extra eſt tumultus C vel in cubili ſit quies, q̃ erit,ſi ſit ibi bona coniunx ſapientia dei:Quòd ſi ibi mala vxor ſit, nec ibi eſt quies,& ita nuſquã. Tria. n. ſunt q̃ hominem in cubili,vel domo quieſcere non finunt. Fumus carnis,ſcilicet concupiſcentia. Stillicidium, peccata,quæ aliunde profluunt. Mala coniunx,ſapientia,ſcilicet,carnis,quæ eſt inimica deo.

Tria propter quæ homo in domo, quieſcere non poteſt.

d *Domine in cælo*. Caſſ.Bona ex deo p miſericordiã. Q.mala ſunt ex hoĩe,ſed bona ex miſericordia.O domine in his,q cęlũ ſunt.i.arcana ſcientes, eſt miſericordia tua, & quòd ipſi ſunt nubes eſt à te.

Augu. Vel in cælo id eſt, miſericordia, quam ſanctis dat cęleſtis eſt, nõ terrena, vt iſta, quæ cõmunis eſt bonis, & malis. Sed qũo homo agnoſceret cæleſtem, niſi Deus ei nũtiaret? Nũtiat vero miſſa veritate ſua.

e *Vſque ad nubes*. i. prædicatores, p quos tonat Deus nuntiãdo coruſcat miraculis pluit doctrinis. Qui ſunt etiam montes quos pri⁹ ſol luce veſtit,q̃ poſt, de eis, ... ſi non ab eis, ad infima valliũ deſcendit miniſtri enim ſunt doctrinæ, ſed Deus illuminat.

⁂ Theo.Veritas tua ad omnes perueniet per Vates velut p quaſdã nubes,q̃ ſalutarẽ imbrem ipſis ſuppeditat. Iudicia abyſſum dixit. Vt.n.huius fundus perſpici nequit, ſic tuorum iudiciorum cognitionem comprehendere non poſſumus.

f *Iudicia tua*. Aug. quòd horũ miſereris,hos excæcas,nũ ſunt penitus ſcrutabilia,tamen vtroſque ſaluas, hos corporaliter tantũ,illos,& ſpiritualiter, in quo magna miſericordia.

g *Homines,&c.* Etiam temporalia a Deo eſſe oſtendit.

⁂ Baſil.& Theod. Tua benignitas ad iumenta peruenit, nõ modo homines, verumẽt ea,quæ propter homines facta fuere nutriens, etiam per hæc homines beneficijs afficiens.

h *Filij autem hominum*. Homines temporalia cum beſtijs ſperant,ſed ſancti miſericordiam cæleſtem.

a *Inebr*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quoniam doloſe. *ſ.cum David faciens eum generum ſuum,vt ſic occideretur gladio Philiſthinorum, prout habetur* 1.Reg.17.
2 In conſpectu eius. *ſcilicet Dei,quia nulla doloſitas latet eum.*
3 Vt inueniatur,&c. *Cum enim Saul non potuit occidere David latenter,ac doloſe gladio Philiſthinorum, perſecutus eſt eum patenter, manifeſtans odium, quod conceperat contra ipſum.*
4 Verba oris,&c. *Quando ſuaſit Ionathæ,de quo confidebat David ſicut de ſeipſo, quod adduceret David, vt moreretur* 1.Reg.20.c.
5 Noluit intelligere. *quia cum Ionathas innocentiam David allegaret, Saul intelligere noluit, ſed magis indignans Ionathan lancea percutere voluit,vt ibidem dicitur.*
6 Iniqui. *quia de nocte vigilans cogitabat qũo poßet David capere, & eum occidere.* 7 Aſtitit omni viæ. *i. malæ,qa paratus fuit perſequi David per vias peſſimas,ſ. ſuper abruptas petras, q̃ ſolis ibicibus ſunt perviæ,vt habetur* 1.Reg.24.a. *Vel aſtitit omni viæ non bonæ,quia paratus erat omni cõſilio malo acquieſcere, ideo ſubditur:Malitiã autem non odiuit.* 8 Domine in cælo. *Hic conſequenter agit de benignitate Dei,quæ primo declaratur generaliter,ſecundo ſpecialiter.ibi.* Filij aũt hominum. *tertio ſingulariter,ibi.* Non veniat mihi pes ſuperbiæ. *Primo oſtẽditur generaliter erga oẽs creaturas viuentes vita animali.Circa quod ſciendũ,quòd miſericordia ſuperexaltat iudicium.Iac.2.c.Vnde inter Dei proprietates tenet quaſi excellentiã,propter quod dicitur,q; miſereri eſt eius propriũ.Et ad hoc oſtendendum dicitur.* Dñe in cę.mi.tua. *tanquam in loco ſuperi...*
9 Et veritas,&c. *Quæ ſunt inferiore cælo.*
10 Iuſtitia tua,&c. *quæ vt in pluribus ſunt inferiores nubibus.*
11 Iudicia tua abyſſus. *ideſt, hominibus abſcondita,vel ...ta quia iſta apparent aliquando per affectus, & maxime Dei largita... qua principaliter hic agitur, ideo ſubditur.*
12 Homines,& iumenta,&c. *quia non ſolum creatura rationa... ſaluatur per Dei prouidentiam,ſed etiam brutalis,quia animalibus ... pilos pro veſtitu,& auibus plumas,& eis de victu prouidet ſufficie... ſine ſolicitudine eorum.*
13 Quemadmodum multiplicaſti,&c. *quaſi dicat ex multi...dine miſericordiæ tuæ procedit, quòd non ſolum rationabilibus crea...ris,ſed etiam irrationabilibus,ita prouideres.*
14 Filij autem hominum,&c. *Hic conſequenter oſtenditur a... na largitas ſpecialiter,ſ.circa homines,qui eoipſo,q; ſunt ad imagi... Dei facti, ſunt ad bonum excedens creaturam irrationalem ordina... ad bonum rationis,quo ſi bene vtantur, ad beatitudinem ſuper n...ralem vlterius deducuntur, & hoc eſt,quod dicitur:* Filij autem ...minum,*ſcilicet,rationabiliter,& iuſtè viuentium.*
15 In tegmine alarũ tuarũ,&c. *ideſt,in beatitudine recta,& ...ſcon...*

MORALITER.

2 *Quoniam doloſe egit,&c.* ſub ſpecie boni ad malũ ĩducẽdo.
3 *Vt inueniatur iniquitas eius ad odium.* quærit enim principaliter diſcordias,& odia.
5 *Noluit intelligere,&c.* Id eſt,noluit intellectum ſuum applicare ad bonum.
6 *Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo.* Ideſt,in peccatoris animo,in quo quieſcit, ſicut in cubili proprio.
7 *Aſtitit omni viæ non bonæ.* i.malè inducens ad ipſam homines prout poteſt.
† *Malitiam autem non odiuit.* Ideſt,dilexit.
8 *Domine.* Hic ſecundo deſcribitur miſcdia dei ſaluatoris, cum dr̃:*Domine in cælo miſericordia tua,&c.* q.d.extenditur ſupremis cælis vſque ad hæc inferiora. ideo ſubditur.
12 *Homines,& iumenta ſaluabis,&c.Filij autem hominum.* id eſt imitatores rationabiliter viuentium.
15 *In tegmine alarum tuarum ſperabunt.* id eſt, in protectione tuæ gratiæ pro præſenti, & gloriæ pro futuro,

*Ine...*

a *Inebriabuntur.* Aug. Non poteſt res exprimi, ſed per hoc ſimilitudinem innuit, vt pleni mentem perdant, ne ſuos iam agnoſcant patres filios cæteroſque amicos. Vel tunc in te ebrij, qui modo ſperant.

b *Torrente.* Q. Impetus erit grãæ, & miſcdiæ ad inebriãdos.

⁂ Theodor. Innuit non tãtum doctrinæ flumina, ſed myſtici cibi voluptatem, abũdantiam vero horum bonorum torrẽti aſſimilat, primum quidem, quia non fuere a principio, deinde homines adhortãdo, vt accedant, & bibant, quia non eſt perenne flumẽ, ſed torrens ad tempus fluens. Qui namq; in hac vita nõ acceſſerunt, poſt hũc diſceſſum aqs ſacris non perfruentur. Et oſtendens natura affluentiam bonorum eſſe perpetuam, ſed ob diſpenſationes torrentes fieri ſubnixe apud te eſt fons vitæ.

Aug. Torrente. Non eſt trãſitoria ſi beatitudo, ſed copioſa. Vel voluptas tua in homine omnia rumpit obſtacula. Vel ſapientia Chriſti torrens, quia ſubita, & rapida.

c *Quoniam*

c *Quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen, &c.* Caſſ. Apud te Chriſte eſt fons, ideſt initium omnis boni, & in tuo lumine, quia per eius prædicationem videmus lumen patris, & ſpiritusſancti, & ideo prætende, vt in hoc ſeculo tutius catur. D

a ¶Aug. Futura bona cum illi præſentibus gaudeant hi ſperant miſericordiam, quæ in cælo eſt per nubes nuntiata. ¶Et. b ¶Præſentis, vel futuræ. c ¶Spiritusſancto.

ſperabunt. † Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torren- 1 2

a ¶Aug. delectationis. b ¶Potuerunt inebriari, ſed vitali poculo, quod fluit in vitam æternã. c ¶ Chriſtus. 3

te voluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te eſt fons vi- 4

a ¶Per Chriſtum. b ¶Patrem. ¶Quod idem eſt. ¶Idem, qui fons, eſt & lumen, quia ſatiat, & illuminat. c ¶Interim autem.

tæ, & in lumine tuo videbimus lumen. prætende miſericor- 5 6

a ¶Caſſ. recte credentibus. b ¶Quia bona a te: mala a ſe. ¶Vitæ. c ¶ Augu. qui ſe dirigunt ad voluptatem Dei, non eam curuant ad ſe, vt in omnibus laudent.

diam tuam ſcientibus te, iuſtitiam tuam his, qui recto ſunt 7

¶Et. a ¶Hoc eſt, quod Ab occultis meis munda me. ¶ Si ſuperbus es cito te mouet operatio male ſuadentis. b ¶Diaboli. 8

corde. † Non veniat mihi pes ſuperbiæ, & manus peccatoris 9

a Et ab alienis parce ſeruo tuo. Aug. nam & mala, quæ à nobis, vel a diabolo amouet Deus. b In ſuperbia. c De alto. Quia in pede ſuperbiæ quia non ſicut Deum glo. d Tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum. ¶ Adhuc diabolus, & homo.

non moueat me. Ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem, 10 11

a ¶Aug a paradiſo. ¶Diabolus primo, & poſt homo. ¶Vi ſua.

expulſi ſunt, nec potuerunt † ſtare.

⁂ Baſil. & Theod. Apertè ſanctæ Trinitatis myſterium aperit. Nam fontem vitę Vnigenitum dei verbum nominauit. ſic ſe per Hieremiam nominat, Me dereliquerunt fontem aquæ vitæ. Et in lumine videbimus lumẽ. E Illuminati a Spiritusſancto Vnigeniti tui radios intuemur. Nemo enim dicere poteſt Dominus IESVS niſi in Spiritusſancto, & illum Deus nobis manifeſtauit per ſpiritum ſuum.

† ſurgere.

⁂ Theodoret. Cum perfecta Virtus veris opinionibus, & rectis actionibus ſit definita, his qui eam poſſident miſericordiam, & iuſtitiam promiſit.

⁂ Theodoret. Symmachus. Vbi cadunt operantes iniquitatem, illuc impellentur, & nequibunt ſtare. F

GLOS-

## NICOLAVS DE LYRA.

*ondita apud te, ſecundum illud Eſd. 64. b. Oculus non vidit, & auris on audiuit, & in cor hominis non aſcendit, quæ præparaſti diligenbus te, ideo ſubditur.*

Inebriabuntur. *ideſt, ſaturabuntur abſque tamen faſtidio.*

Ab vbertate domus tuæ. *ideſt, domus cæleſtis gloriæ, ſecundũ uod dictum eſt ſupra pſalm. 16. d. Satiabor cum apparuerit gloria ua.*

Et torrente voluptatis tuæ potabis eos. *hoc additur ad oſtẽendum perfectionem refectionis gloriæ, quia apud nos refectio perficitur ex cibo, & potu.*

Quoniam apud te, &c. *Deus enim eſt vita per eſſentiam, et omia ſunt in eo vita, ſecundum quod dicitur Ioh. 1. Quod factum eſt, ſcilicet in creaturis, in ipſo vita erat. Creatura enim antequam crearetur on erat aliud, quam creatrix eſſentia, quæ eſt per eſſentiam ipſa vita, t dictum eſt.*

Et in lumine, &c. *ideſt, in lumine creato gloriæ videbimus lumẽ uæ eſſentiæ, quod videri non poteſt ab intellectu creato, niſi ad hoc eleetur per lumen gloriæ fortificans lumen naturale intellectus creati, ſiut nec oculus noctuæ poſſet videre lucem ſolis, niſi aliquo addito ſibi ortificaretur, propter quod dicitur 2. Metaph. quod ſicut ſe habet ocuus noctuæ ad lumen ſolis, ita intellectus noſter ad ea, quæ ſunt manifeſtiſſima in natura, per quæ intelliguntur diuina, quæ de ſe ſunt manifeſtiſſima, ſed virtutem intellectus noſtri excedentia, ſicut & lux ſolis ſt maximè viſibilis, tamen improportionata noctuæ oculis. Et quia ad hanc viſionem nõ poſſumus pertingere, niſi per diuinam gratiam, ideo ſubdit Dauid deprecando.*

6 Prætende miſericordiam. *ideſt, dirigentes cognitionem ſuam naturalem quantum poſſibile eſt ad te illuſtra fidei cognitione.*

7 Et iuſtitiam tuam. *ideſt, viuentes ſecũdum rectum iudicium rationis rectifica rectitudine gratiæ tuæ, quæ ſola iuſtificat perfectè, et ſic ſemper contingit, quia gratia eſt perfectio naturæ, & ideo dirigentibus ſe in Deum quantum poſſibile eſt virtute naturæ, non denegatur perfectio gratiæ.*

8 Non veniat. *Hic conſequenter oſtenditur diuina liberalitas ſingulariter quantum ad ipſum Dauid, qui deprecando dicit:* Non veniat, &c. *ideſt, pes Saulis ſuperbi, & ſuorum ſatellitum ad me pro ſua voluntate conculcandum.*

9 Et manus peccatoris. *ideſt, perſuadentis mihi malum.*

10 Non moueat me. *Supple à rectitudine veritatis, & iuſtitiæ. Vel aliter.*

*Non veniat mi. p. ſu. id eſt, dæmon, qui per ſuperbiam decidit, non me ſubijciat ſibi per peccatum mortale. Et manus peccatoris, ideſt, poteſtas dæmonis in peccato obſtinati. Non moueat me, à ſtatu gratię. Et vtrunque fuit conceſſum aliquo modo ipſi Dauid ex diuina largitate, quia non fuit datus in manu Saul ipſum perſequentis, licet aliquando per Sathan in peccatum mortale inciderit, tamen per pœnitentiam ſurrexit, & in finali gratia deceſſit.*

11 Ibi ceciderunt. *Quia perſeuerantes in peccatis frequenter traduntur in manibus inimicorum temporaliter, & in poteſtatem dæmonis finaliter traduntur.*

PSAL-

## MORALITER.

1 *Inebriabuntur ab vbertate, &c.* ideſt, cæleſtis gloriæ, vbi totus ſatiabitur appetitus.

5 *Et in lumine.* Nam in lumine gloriæ finito videtur Deus, qui lumen eſt infinitum.

6 *Prætende miſericordiam tuam ſcientibus te.* Scientia practica cui amor eſt annexus, accipitur tamen large praxis.

7 *Et iuſtitiam*

7 *Et iuſtitiam tuam.* ideſt, coronam iuſtitiæ tuæ.

8 *Non veniat mihi pes ſuperbiæ.* ideſt, diaboli, me deiectum conculcando.

9 *Et manus peccatoris.* ideſt, diaboli in peccatis obſtinati.

10 *Non moueat me.* A ſtatu iuſtitiæ.

11 *Ibi ceciderunt, qui operantur.* Nam à gratia deijciuntur per dæmonem, & poſtea conculcantur in gehenna.

## ADDITIO.

In pſalm. 35. *Dixit iniuſtus,* vbi dicitur in poſtil. Circa quod ſciendum, quòd miſericordia ſuper exaltat iudicium:

Licet verum ſit, quod miſereri, & parcere, proprium ſit Dei, vt in Collecta cantat eccleſia. nec tamen pp hoc veritas diuina debet dici inferior, q̃ miſericordia Dei, ſicut nubes ſunt inferiores cælo, prout poſtil. dicit. Nã miſcdia dr̃ de Deo ſm operationem in creaturis, inquantum defectus aliorum ſubleuat reſpectu cuius dicitur in pſal. *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius.* Sed veritas diuina, ſiue accipiatur eſſentialiter, ſiue perſonaliter, appropriando eam filio patri coæternō, prout Ioh. 14. a. *Ego ſum via, veritas, &c.* nullo modo tamẽ debet dici inferior, quã eius miſericordia, vt eſt manifeſtũ.

Sed ad

Sed ad intellectum horum verſuum attendendum eſt, quòd Dauid in hoc loco tractat de quibuſdam operationibus diuinis, prout referũtur ad creaturam rationalem, ſcilicet, miſericordia, & veritas, & iuſtitia, & iudiciũ. Sed in hoc loco cũ dr̃, veritas Dei, intelligitur fides, vt in 1. Tim. 2. b. *Omnes homines vult Deus ad agnitionem veritatis venire,* quod intelligit̃ de veritate fidei, & ſic in pluribus locis. Manifeſtum eſt ãt, q̄ miſericordia Dei maxime relucet in cœlo, vbi beati miſericordiã dei plene conſequuntur, vt Matt. 5. a. Cuius ratio eſt. Nam gloriam cœleſtem nullus de condigno ſm legẽ cõem meretur. vnde Apoſtolus ad Ro. 8. d. *Nõ ſunt codignæ paſſiones huius ſeculi ad futurã gloriã, q̃ reuelabitur in nobis,* & ſic manifeſtũ eſt, q̄ in cœlo maxime relucet miſericordia dei in beatis, &

ideo

A ideo dr̄. *Domine in cælo miſericordia tua.* Sed fides Dei non hēt locū in exiſtentib. in cęlo, quia per clarā viſionē excluditur ſaltem quantū ad actū, & ideo fides dicitur eſſe vſque ad nubes, q̄ q̄dē nubes ſunt inferiores cælo, & in regione corruptibili, & ſm viſum nr̄m ipſi cælo appropinquant, & ſic per nubes propriè intelligit ſtatus iuſtorū exiſtentiū in via, in quib. diuina veritas maximè relucet. ſm fidē formatā, & ſic propriè dr̄. *Veritas tua.* i. fides tua vſque ad nubes. Conſequenter quia iuſtitia diuina eſt fortiſſima, ſic quod nullus ei reſiſtere poſſit idcirco dicit: *Iuſtitia tua ſicut montes Dei.* Sicut. n. montes altiſſimi, q̄ dn̄r montes Dei, ſunt inacceſſibiles, ſic iuſtitia diuina ēt, q̄ in his inferiorib. relucet, eſt irreſiſtibilis. Iudicia aūt dei, q̄ inueſtigabilia ſunt, & incōprehenſibilia rectè dicūtur abyſſus multa, quia ſicut abyſſus eſt abſcondita ab oculis hominū, ſic & diuina iudicia. Iſte vr̄ ſenſus proprius prędictorū verſuum, ſed vlterius videndum eſt, quomodo continuatur ſententia horum verſuum præcedentibus, & ſequentibus.

Pro quo ſciendum, quòd hic reſpondet pſal. cuidā tacitæ q̄ōni. Cum. n. de prædicto iniuſto, ſ. Saule tot mala dixiſſet, ſ. q̄ peccata ſua non ex ignorantia ſimplici, ſed potius ex affectata ꝓcederent, & hoc cum dicit. *Noluit intelligere, vt bene ageret*, & inſuper, q̄ ipſum Dauid perſequebatur ex certa malitia, & ex odio iuſtitiæ, & hoc cū dicit: Malitiam aūt non odiuit, quæ quidē circumſtantiæ maximè aggrauant delictū. Ex iſtis poteſt oriri quædā q̄ō admiratiua, quæ aliquando à prophetis in ſimilibus caſib. mouetur, ſ. quō Deus tolerat, q̄ impius talis peſſimus perſequatur ſeu opprimat innocentē, & iuſtum. vnde Abacuc. i. d. in ſimili deo ſic loquebat. Quare non reſpicis ſuper iniquè agentes, & taces deuorante impio iuſtiorem ſe: Ad hoc reſpondet Pſal. quod hoc non prouenit ex debilitate iuſtitiæ diuinæ, q̄a iuſtitiæ tuæ, ſicut mōtes Dei. Neque etiam ex hoc, quòd hæc inferiora non conſideret prout quidam errantes dicebant, Iob. 22. b. *Circa cardines perambulat, nec noſtra conſiderat*, & hoc cum dicit. *Iudicia tua abyſſus multa*, quia pertingant penetrando vſque ad intima, & ſecreta. Sed potius prędicta tolerantia prouenit ex hoc, q̄ vera felicitas, & præmiatio eſt in cælo, vbi miſericordia dei relucet præmiando iuſtos in via beata, & immortali, de quo dicit: *Domine in cælo miſericordia tua, &c.* Similiter in bonis in hac vita exiſtentibus eſt felicitas inchoatiua per gratiam, de quo dicit. *Veritas tua vſque ad nubes*, quod intelligendū eſt de veritate fidei formatę, q̄ in hac regione corruptibili attingit.

Qu modo Deus tolerat, quòd impius perſequatur iuſtum.

B Conſequenter declarat quędam, quæ ad beatitudinē pertinent, & primo quantum ad beatitudinē imperfectam, quę eſt in ſtatu viæ per ſpē, & hoc cū dicit: *Filij aūt hominū in tegmine alarū tuarū ſperabunt.* Secundo quantū ad beatitudinē pfectā, quæ eſt in re. ſ. in ſtatu gloriæ, & hoc cū ſubiungit. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, &c.* exponātur omnia vt in poſtil. vſque ibi. *Ibi ceciderunt.* Vbi poſtquam oſtenderat vbi ſit vera præmiatio, conſequēter declarat vbi ſit vera punitio, ſ. in vltimo ſupplicio infernali, vbi nulla eſt redēptio: de quo dicit. *Ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem*, expulſi ſunt neq; potuerunt ſtare, quia non eſt ibi poſſibilitas redeundi ad ſtatum gratiæ. Et ſic patet qualiter quæſtio tacite in hoc pſal. mota, ſoluitur ſententialiter, eo modo quo infra in pſal. 72. ſcilicet. *Quam bonus Iſrael Deus*, expreſſe mouetur, & ſoluitur prout ibi largius patebit.

REPLICA.

In Pſal. *Dixit iniuſtus, &c.* Burg. notat poſtil. circa illum paſſum. *Domine in cælo miſericordia tua, &c.* quia dicit ex cōgruentia miſericordiam inter cæteras dei proprietates habere quandam præcellentiam, iō dr̄ miſericordia in cęlo, *veritas aūt vſque ad nubes, &c.* Burg. ruſtico more ſe opponit in his, quæ humano modo transferuntur ad diuina, quæ tranſlatio ex contrarijs congruentijs ꝯrio modo fieri pōt, ſicut Chriſtus dicitur leo, nunc ouis, nūc rex, nūc vermis, &c. ita ēt nubes, abyſſus, mōtes, inferius, ſuperius, &c. quia. n. miſcđię dei effectus ſūt nobis magis familiares, pn̄t deſcribi p̄ mōtes nobis manifeſtos. Iudiciū aūt per abyſſum nobis occultatā, & econuerſo miſcđia rōne interminabilitatis pōt circūloq̄ p̄ abyſſum, iudiciū aūt rōne timoris quaſi in ꝓſpectu manifeſtū eſt, vt montes ꝓut narrat beat⁹ Hie hanc vocē. *Venite ad iudiciū.* ſemper aurib. ſuis inſonuiſſe. Ruſticale igit eſt ex his facere materiam diſpoſitionis, q̄ ꝯrijs modis ſic pōt interpretari, & applicari.

GLOSSA ORDINARIA.

Caſſ. Pſalmus tertius, alphabeti imperfectio: Totus de correctione morum.

a *Pſalmus Dauid.* Pſal. hic eſt quaſi veſtis Chriſti, quæ totum corpus eius operiat preceptis, & protegat ab aduerſis, & quaſi ſinu cōſilij foueat. Potio cōtra illos, q̄ murmurāt de flore malorū, labore bonorum, quaſi oia caſu agātur, vt mūdo ſpreto Deo adhæreant. Monet igit eccleſia, ne q̄s malignātes imitet, ſed q̄cq̄d boni ſperat a dn̄o poſtuletur, q̄ ꝓfutura, & æterna dabit.

C

† Noli imitari malignos, nec æmuleris facientes iniquitatem, vel ne irritaris, vel imitatus ob proſperitatē malignorum. Alij vertunt, noli contendere cum malignantibus, & in ra.

Pſalmus Dauid XXXVI.

a ¶ Qui hoc ſoles. ¶ Indignari. ¶ In cōſideratione malignantium, quia florent. ¶ Alias inter malignantes.

1 † Noli æmulari in malignantibus, neque

a ¶ Ames imiteris. b Qui bonos premunt. Curi

2 zelaueris

3 facientes iniquitatem. Quoniam

a Aug quod hodie floret, & cras in clibanum mittitur.

4 tanquam † fœnum velociter † areſcent,

† vel herba.

PSALMVS XXXVI.

Noli ęmulari. ✠ Baſi. & Theo. Dauid experiētia edoct⁹ malorum fœlicitates miſeras deſcribit. Illud aūt. *noli æmulari*, Symmachus ne contēdas. Aquila ne imitare. Apud Hebręos hic pſalmus alternos verſus habet ſcriptos ordine alphabeti.

NICOLAVS DE LYRA.
PSALMVS XXXVI.

*Noli æmulari, &c.* Huic pſal. p̄mittit talis titulus in Hebręo, & ī trāſlatiōe Hier. iuxta Hebręū, *Dauid*, abſq; aliqua additione, niſi q̄ in Hebręo p̄ponit lr̄a lamech ad deſignādū, q̄ Dauid ē datiui caſus, & eſt ſenſus, q̄ hic pſal. appropriat ipſi Dauid tāq̄ autori. De materia verò huius pſal. ſciēdū, q̄d multi vidētes Saulē regē, & Doeg armigerū ſuū, & poſtea Abſalō, & Achitophel, & plures alios iniqua agētes tp̄aliter ꝓſperari, & Dauid innocētē, & parētes ſuos, & fratres ſuos, & multos alios iuſtos, tūc & poſtea tp̄aliter affligi declinabāt ad malū, & recedebāt à bono, quaſi de⁹ curā d actib. hoium nō hēret. Et iō Dauid fecit hūc pſal. oñdēs, q̄d ꝓſperitas malorū ſit ꝯtēnēda, & iuſtorū appetēda, q̄a iuſti ſp ſunt melioris ꝯditiōis ēt in p̄ſenti, licet hominib. bona ſenſibilia tm̄ ꝯſiderātib. ꝯrīū videat. Diuidit igit iſte pſal. in duas partes, q̄a primo facit ſuā deductionē. ſcđò ponit quādā monitionē, ibi. Expecta dn̄m. Prima in duas, q̄a primo declarat propoſitū ex eo, q̄d iuſti, & iniuſti in p̄ſenti habēt: Scđo ex eo, q̄ in futuro recipiēt, ibi: *Nouit dn̄s.* Prima in duas, quia primo oñdit propoſitū ex ꝯditione boni. ſcđo ex admixtione mali, ibi: *Obſeruabit peccator.* Prima adhuc in duas, q̄a primo oñditur propoſitū ex boni conditione, ſcđo ex eius duratione, ibi. *Noli æmulari.* Circa primum Dauid facit talē rōnē, Illa proſperitas eſt melior, & magis appetēda ī qua quis aſſequit maius bonū, ſed proſperitas iuſtorū in pręſenti eſt hm̄ōi, ergo eſt magis appetenda. Maiorē huius rationis Dauid ſupponit tanq̄ per ſe manifeſtā, quia nihil eſt appetibile, niſi inquantū bonū, & ideo quantū hēt de bonitate tm̄ hēt de appetibilitate. Minorē aūt declarat oſtēdēdo primo, q̄ proſperitas malorū in p̄ſenti modica eſt. Secundo proſperitas iuſtorū ēt in præſenti eſt magna, ibi, *Spera in dn̄o.* Circa primū ſciendū, q̄ inter bona hominis, bona tp̄alia ſunt exteriora, ſunt modica, Bona aūt animę, quæ ſunt virtutes, & ſciētiæ, ſunt maxima, Bona vero corporis ſunt media, proſperitas aūt tēporalis malorū, eſt in bonis exteriorib. ſ. corporis tantū, & ideo ſe non extendit ad maiora bona ipſius hominis, pp̄ quod non eſt appetenda, & hoc eſt, quod dicit.

Diuiſio.

1 *Noli æmulari.* id eſt, noli imitari malignantes in ſuis operibus. 2 *Neque zela.* ideſt, amaueris. 3 *Facientes iniquitatem.* tales. n. non ſunt imitandi, nec amandi inquantum mali, quia licet natura ſint ex charitate diligendi, quādiu ſunt in præſenti vita, in qua poſſunt ad bonum reuerti, tamen eorum malitia eſt odienda, & ſic loquitur ſaluator, Luc. 14. f. *Si quis venit ad me, & non odit patrē ſuū, aut matrē, &c. non poteſt eſſe meus diſcipulus.* Subdit autem rationem p̄dictorū di. 4 *Quoniam tanq̄ fœnū velociter areſcent.* Fęnū, & olus cito deſiccat, q̄a parum in terra radicant, & ſic modicū attrahūt de humore viuificante nutriēte, & ꝯſeruāte, ſic appetit⁹ malorū radicat in bono ſenſibili, q̄ hēt modicū de bonitate, & ſic ei⁹ appetibilitas cito tranſit, & ei⁹ adeptio, & ꝯtinuatio, faſtidiū īducit, ſicut patet d cibo quē famelic⁹ appetit, ſatiatus vero abhorret, & reijcit. Spe

MORALITER.

1 *Noli æmulari, &c.* In expoſitione lr̄ali libri, ſ. pſalmorum dixi, quòd tempore Dauid multi videntes malos homines temporaliter proſperari, & bonos frequenter conculcari,

A a *Olera herbarũ*. Aug. Modò eſt hyems, ęſtas verò iudicij dies. de die aũt illa nemo nouit, neque filius neq; angelus neque homo. Sed quomodo dicit᷑ filius neſcire qui omnia nouit q̃ pater. Sed vt dicit᷑. Lętus dies, quia lętos facit. Sic filius, ſcire & neſcire nobis, quib. magiſter miſſus eſt q̃ ſcire vel neſcire facit. Arbor altæ radicis per charitatem, modò arida tunc glorioſa: quia nondum apparuit quod erimus.

Auguſt. Caſſ. Olera non hortorũ, ſed herbarum, id eſt, viliſſima quæ p̃ agros ſponte naſcuntur. Fœnum nobiles qui facilè proficiunt, olera mediocres: ſed & illi citò areſcunt, & hi decidunt.

* Baſ. Idem & Iſaias, Omnis caro fęnum.

B b *Spera*. Auguſt. bona quæ in domino, & vt ſperes fac bona: quæ vt facias, excole terram. Alia litera tuam, ſcilicet corpus, & ſic delectaberis in virtutibus eius: vnde non in te ſed in domino delecteris. Quia ſi dabit æterna quæ petit ratio hoc quidem iuſtis. Quia ſi peccator es, confitere peccata & ſic item ſpera bona in dño, & ipſe dabit. Hebr. in fide vel veritate, & pro delectare, volue ſuper dominum.

* Theo.

* Theod. Deo teipſum, & tuas actiones offer, & ab ipſo auxilium expecta. D

c *Noli æmulari*. Aug. Ne autem moueat te à perſeuerãtia proſperitas malorũ. Vel ſi faciũt iuſtis iniqua. Quia & ſi tibi aliqua, ne irat⁹ ſis. Quia & ſi grandia ne furioſus ſis p̃ſertim noli ęmulari vt malig. id eſt, vt eodem modo malignus ſis, quia mali extra terminos terræ viuentium damnabuntur.

a Pro ideſt. b Aug. Villa non habentia altam radicem: & ideo hyeme virent, æſtate arent. c Vel prati. d Tu vero. ¶Caſ. ſpes eſt introitus fidei.

a b et quemadmodum † olera herbarum citò decident. Spera in 1

a Illi in vanis. b Illi malitiam. ¶Aſſidue quaſi ex conſuetudine. Quia fides ſine operibus mortua eſt, Iac. 2. c. c Caſ. ne bona facies extra eccleſiam. d Viuentium. e Ad ſaturitatem & ſuauitatem.

domino, & fac bonitatẽ: & inhabita terram, & † paſceris in 2

a Aug. quę ſunt ipſe Deus. vel, in ſcripturis. b Terræ ideſt eccleſiæ. c Ecce diuitiæ terrę. Caſ. Vt ſuauis ſit eius recordatio, & vt ames quem tunes ſpreta mundi iucunditate. d Non carnis. 3

diuitijs eius. Delectare in domino, & dabit tibi petitiones 4

a Indica ei quid pateris, ideſt carnis corruptionem. Et quid uelis ideſt inde liberari. 5

cordis tui. † Reuela domino viam tuam: & ſpera in eo, & ip- 6

a Et gratia te liberabit de corpore mortis huius. ¶Qui poteſt. b Quid? Aug. modo abſcondita eſt iuſtitia, ideſt, fides qua operaris, quia nondum vides quod credis. Caſ. de tenebris ſeculi ad lucem iudicij vbi omnia palam. c Fidem. Quæ hic eſt quaſi ſub modio. d Aug. quo iudicas, & eligis ſequi quod non vides quod modo irridetur. 7

ſe faciet. Et educet quaſi lumẽ iuſtitiam tuam, & iudicium 8

a Aug. non ſolum vt lumen, ſed vt clarum lumen. b Obedi præceptis. c Caſ. Bona regula, ut bona agamus, & ſemper rogemus. Donec det promiſſa. 9

tuum tanquã meridiem, † ſubditus eſto domino, & ora eũ. 10

a Hic exponit: vnde ſolet naſci indignatio. b Sed in peruentione infelix, econtra tibi iuſto. c Non Dei, in qua tu. d Scilicet. 11

c Noli æmulari in eo qui proſperatur in via ſua, et in homine 12

a Sed. b Aug. Inde iraſci & dedignari eſt contra Deum murmurare, & propriè blaſphemare. Aug. ne turbetur oculus tuus ira vide veritatem. 13

d faciente † iniuſtitias. Deſine ab ira, & derelinque furorem: 14

a Vt neque facias. b Imitando eum. c Ideſt mali ſunt: vel maligne agunt.

noli † æmulari, vt maligneris. Quoniam qui malignan- 15

¶Et ſi modo florent. ¶In futuro damnabuntur. a Aug. qui aduerſa ferunt præſentia deſpiciunt. b Aug. qui non fallit & omnia poteſt. 16

tur exterminabuntur, † ſuſtinentes autem dominum, ip- 17

a Viuentium. b Sed quandiu ferendum? Cito erit quod infirmo diu videtur. ¶Caſ. iam ſuſtinuiſti, & adhuc reſtat parum, ne ergo te tædeat.

e ſi † hæreditabunt terram. Et adhuc puſillum, & non 18

a Pro quo gemis. ¶Ideſt non erit dominium peccatoris, qui nunc viuit pio, id eſt ad vtilitatem pij. b Aug. Sic non erit quia non habebit vſum quem modo, cum eo vtitur Deus ad probandum iuſtum: Flagellum de malis ſibi facit Deus quo caſtigat filios. 19

erit † peccator: & † quæres locum eius, & non † inuenies. 20

21

d *Deſine*. Aug. Ira, ſubita: furor diutinus: ſed vtraque deſerẽda, per quæ peccatur.

Caſ. Hoc dicitur ei qui adhuc infirmus timet, cur non ſibi bona. Noli æmulari, vt malig. id eſt voluntariè malus ſis: imitando eum qui maligne faciendo ad tempus floret.

e *Et adhuc pu*. Auguſt. Poſt iſtam vitam paruam nõdum eris, vbi erunt ſancti, quibus dicetur: *Venite be. p. t. me.* ſed poteris eſſe in illa requie in qua diues Lazarum vidit: in qua ſecurus expectes diem iudicij: quando recepto corpore angelis ęquaberis. Sed quomodo Lazarus erat in requie, cum nõdum eſſet miſſa hoſtia? In ſpe ex toto, in re partim: q̃a nec ignẽ ma-

-citò

-Paſce veritatem (vel fidẽ .i. doce fiduciam in Deũ aut viue in fide & veritate cũ proximo. Alii uertunt paſcere fide ideſt fiduciam habeas in omni vita in Deum. Chal. inter. Confide in verbo domini, & roborare in fide & veritate) E

Matt. 25. c.
Luc. 16.
†abominationes, ſcelera, cogitationes.

†erit. F

## NICOLAVS DE LYRA.

Spera in domino. *Hic conſequenter declarat q̃ iuſti in præſenti etiam aſſequuntur maius bonum, quod eſt bonum virtutis, & non ſolũ bonum virtutis politicæ, quæ eſt per acquiſitionem, ſed etiam virtutis infuſæ quæ eſt per gratiam, & etiam aliquando cum hoc temporalem abundantiam, licet non ſemper quia eſt de minoribus bonis: propter qđ eorum proſperitas etiam in præſenti eſt appetenda, & hoc eſt quod dicitur:* Spera in domino. *figendo appetitum in ſummo bono.*

2 Et fac bonitatem. *ideſt, opera bona.* 3 Et inhabita terram, & paſceris, &c. *quia ſicut dictum eſt: Iuſti cum bono virtutis aliq̃n aſſequuntur affluentiam in temporalibus bonis.* 4 Delectare, &c. *Delectatio dicitur quaſi de alio lactatio: igitur in domino delectari, eſt de bonitate eius lactari, quæ ſugitur per cognitionem & amorem.*

5 Et dabit. *Iuſti enim non petunt a Deo ſimpliciter niſi bona gratię, & virtutis quæ ſemper dantur petentibus, quãdo petunt pro ſe, & perſeueranter. quod faciunt iuſti: De aliis autem bonis inferioribus non faciunt petitiones, niſi ſub conditione, ſcilicet, ſi expediant honori diuino & ſaluti ſuæ, vel aliorum: & hoc etiam modo Deus eos exaudit.*

6 Reuela domino. *non ei aliquid manifeſtando, quia omnia nuda & aperta ſunt oculis eius, ẽt ab æterno, ſed in oratione coram eo tuum deſideriũ explicãdo, & directionẽ eius petendo.* 7 Et ipſe faciet. *quia ſicut natura nõ deficit in neceſſariis, ſic nec auctor naturę multo min⁹.*

8 Et educet, &c. *ponendo opera iuſtitiæ tuæ aliis in exemplum virtutis. ſecundum quod dicit pſal. Mat. 5. b.* Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona.

9 Et iudicium tuum. *iudicium eſt effectus iuſtitiæ, & per hoc deſignatur, quòd Deus iuſtos facit proſperari in operibus iuſtitiæ vſq; ad perfectionem debitam. Et per talem modum loquitur ſapiens Prou. 4. c.* Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens, & creſcens vſque ad perfectum diem. *ideſt, vſque ad perfectionẽ iuſtitiæ, ſicut aſcenſus ſolis perficitur in meridie: & quia Deus tanta bona confert iuſtis etiam in præſenti, ideo ſubditur.*

Subditus

10 Subditus eſto dño. *humiliter & deuote ſeruiendo.* 11 Et ora eum. *q. d. tunc cõfidenter poteris orare eũ, quia conſequeris intentũ ſi tamen oratio ſit pia, pro te, & perſeuerans, qualis eſt oratio iuſtorum.*

12 Noli ęmulari. *Hic conſequenter oſtenditur, q̃ proſperitas iuſtorum eſt maior ẽt in præſenti, & hoc ex duratione, quia proſperitas malorum conſiſtit in bonis temporalib. tranſitoriis, & corruptibilibus, vt patet ex prædictis: Proſperitas aũt iuſtorum conſiſtit principaliter in bonis animæ quæ ſunt corruptibilia, inquantum manẽt in anima ſeparata, propter quod dicitur:* Noli ęmulari. *in eo, hoc eſt peccatore qui non vadit per viam legis diuinæ, & rationis rectæ, ſed ſecundum impetum paſſionis ſuæ, ſecundum quod dicitur Eſa. 53. b. Omnes nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſq; in viam ſuam declinauit. Et talis in via ſua proſperatur, q̃n obtinet quod intendit. Iſta tamen proſperitas eſt magis aduerſitas, quia & ſi ſit alicuius boni temporalis additamentum, eſt tamen boni ſpiritualis detrimentum, ſecundum quod dicit Aug. in ſermone de Innocentibus: Lucrum in arca damnum in conſcientia, tulit veſtem, & perdidit fidem, acquirit pecuniam et amittit iuſtitiam: & ideo de talibus dicitur hic:* Noli ęmulari. *ideſt, imitari.*

13 In eo qui proſperatur, &c. *ideſt, facta illius qui prædicto modo proſperatur, cuius proſperitas eſt magis aduerſitas iudicanda.*

14 Deſine ab ira, &c. *ſ. talium qui frequenter paſſiones iræ nimiũ excedentes patiuntur ad complendum ſuas iniquitates, ideo ſubditur.*

15 Noli æmulari, &c. *Et ſubditur cauſa.* 16 Quoniã qui, &c. *Saltẽ in morte naturali, & frequenter anticipantur & moriuntur morte innaturali. ſ. gladio, veneno, vel aliquo hmoi.* 17 Suſtinẽtes, &c. *ideſt, patienter expectantes eius beneplacitum.* 18 Ipſi hæreditabunt, &c. *ſ. viuentium quam perpetuò poſſidebunt, & frequenter in hac terra diutius malis hominib. viuunt. ideo ſubditur.* 19 Et adhuc puſillum. *ſ. temporis.* 20 Et non erit peccator. *Subtractus de medio modo prædicto.* 21 Et quæres locum &c. *quia frequenter pro ſuis malitiis non ſolum deſtruuntur in perſonis propriis, ſed etiam loca eorum, & poſteritas tota.*

Manſueti

## MORALITER.

hoc declinabunt ad malè agendum propter quod Dauid fecit hunc pſal. oſtendens, q̃ proſperitas malorum eſt contemnenda & aduerſitas bonorum non eſt abhorrenda, quia ſemper

ſemper ſunt melioris conditionis etiam in præſenti: licet hominibus ſenſualitatem ſequentibus contrarium videatur, & ſic patet q̃ caſus literalis huius pſal. eſt ſimpliciter moralis, propter quod non eſt alia moralitas requirenda.

A materialem, nec vermem cõſcientiæ corrodentis ſentiebat.

Suſtinentes.

{Cogitat impius contra iuſtum.

* Baſi. qui diuinam ſpem ſequũtur & vitam manſuetam amplectũtur voluptatẽ habent perpetuã cõſcientiæ mũdiciem.

a *Obſeruabit &c.* Caſ. Dicto quod boni nõ debent malos æmulari, ſubdit malos ſup bonos inuidia torqueri, quia non ſimiles illis, & ideo pudor

B eſt eos æmulari.

b *Stridebit, &c.* Caſſ. Dum videt iuſtum ſe credit accuſari. *Stridet.* quoniam non poteſt ſubuertere conatur occidere.

c *Dominus autem, &c.* Caſ. Sic & nos videntes perituros, irrideamus & preſentes grãdis conſolatio.

d *Gladium, &c.* Caſſ. Si neque blandis neque minis aget, pęna aggreditur. Si nec ſic proficit, inſidiatur dolis, quando bene lo-

† erunt velut preciũ um id eſt adep[illegible]

C quendo

a ¶Non quicunque ſuſtinentes, ſed qui patienter tolerant. b ¶Viuentium. c Quid ibi eis?
¶Aug. Mali in exteris, tibi, omnia pax.

Manſueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in 1 2

a Tunc pax, ſed quomodo bellum. ¶Caſ. Quaſi occultis inſidijs. b Vt alliciat. c Si non poteſt. d Vt furens beſtia.

a b multitudine pacis. †Obſeruabit peccator iuſtum, et ſtridebit 3

a Irriſibilem videt, & videre ſuos facit.

c ſuper eum dẽtibus ſuis. Dominus autem irridebit eum, quo- 4 5

a Proſpicere ſuos facit. ¶Quod ipſe non videt. Vnde hoc? ¶Vide & tu cum Deo.
b Semper enim vindicatur in impium: ſi ſe conuertit hic, vt in Paulo, ſi non in futuro. c Quo retribuatur.
d Etiam. ¶Aug. Ecce aperta impugnatio.

d niam proſpicit quod veniet dies eius. gladium † euaginaue- 6

a Ecce occulta per inſidias. b Dolos. c Arcu. d Qui ſibi non ſufficit.

runt peccatores, intenderunt arcum ſuum. Vt †deijciant pau-

a Qui nec habet opem ab alio. b Gladium euagina. c Vt martyres. d Sed.

perem & inopem, ut trucident rectos †corde. Gladius eorum 7

a Quaſi occidendo alios in corpore, ſe occidat, in mente, quod non nocet ſed potius eſt dolus inanis. ¶Vnde ¶Aug. Tibi extra, ſibi intus nocent, quaſi per corpus ſuum quis mittat gladium, vt cedat tunicã. ¶Vnde veneiat. b ¶Tamen. c Aug. Inſidiæ fruſtrentur ne noceant iuſto qui & ſi ſpolietur dicat: melius eſt modicum, &c. ¶Ita impius iuſto.

e intret in corda ipſorum, et arcus eorum cõfringatur. Melius 8

a Aug. Quia & ſi modo proſpere, non ſic ſemper erit.

eſt modicum iuſto, ſuper diuitias peccatorum multas. Quo- 9 10

a Potentia. b In aduerſis per ſpem, per exempla.

f niam brachia peccatorum conterentur: † confirmat autem 11

a Quomodo confirmatur? quia. ¶Approbat. b Hoc non poteſt homo.
c Et ſi miſeri videntur ignaris ſcit Deus quid eis ſeruet. d Pro diebus immaculatis.

iuſtos dominus. Nouit dominus dies †immaculatorũ: & hęre- 12

a Confunditur qui ſperat in homine ſe vel alio. ¶Maledictus qui ponit carnem brachium ſuum. b Tribulationis preſentis, in qua potius gloriantur, vel iudicii.

ditas eorum in æternum erit. Non confundentur in tempore 13

a Qui modo ſunt, vel quando mali eſurient in futuro. b Tantum. c Aug. quia ablatis exterioribus nihil habent intus, extra tribulantur & intra.

g malo, & in diebus famis ſaturabuntur, † quia peccatores pe- 14

a Etiam interim. b ¶In veritate. c Honoribus & potentia.

ribunt. Inimici verò domini † mox vt honorificati fuerint & 15

quendo mala intẽdit.

* Baſ.& Theod. Gladium & arcum inſidias diuerſas vocauit.

* Baſ.& Theod. Brachia eleganter potentiam appellauit, quia per illa operamur. pręclarè, Confirmat e iuſtis tribuit, à dæmonibus enim & hominibus agitati, diuina prouidentia confirmati conſiſtunt.

e *Melius eſt, &c.* Caſſ. Paulo ante de malitia & ſuſtinẽtia, hic de uitijs & paupertate.

f *Confirmat autem &c.* Aug. Maxime per exẽplum crucis ſuę. Crux enim Chriſti finita eſt in pœna, & manet in gloria, à locis enim ſuppliciorum tranſit ad frontes imperatorum.

g *Diebus &c.* Caſ. i. in hac vita quando boni eſuriũt & ſitiũt iuſtitiã. hi ſaturabuntur p ſcipturas & exempla domini p promiſſiones. His duo opponit quia

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Manſueti. *Exponatur ſicut prius: quia manſueti ſunt illi qui expectant patienter beneplacitum domini.*

2 Et delectabuntur. *ſ. ſupernæ. quæ eſt perfecta pax, & frequenter etiam in multitudine pacis temporalis, quia manſueti non mouent rixas & brigas propter quas debeant ab alijs inquietari. Poteſt etiã hoc referri ad populum Iſrael, qui quamdiu ſeruiuit domino manſuete & obedienter, habitauit in pace in terra a Deo ſibi data, vt patet ex decurſu ve. teſt.* 3 Obſeruabit. *Hic cõſequenter oſtenditur, ꝙ proſperitas iuſtorum ſit maior quàm malorum ex admiſſione mali quia proſperitas malorum ſemper habet malum pœnæ annexum. Et hoc cõtingit, vno modo, quia ſunt diuiſi a ſeipſis, eo ꝙ ſenſualitas trahit ad bonum ſenſibile rationi contrarium: Dictamen autem rationis ſiue ſynderesis ad cõtrarium propter quod dicit Philoſophus 9. Ethic. de ipſis contendit ipſorum anima: & hoc quidem huc trahit: hoc autem illuc quemadmodum diſcrepantia. Et poſtea concludit dicens: Igitur ſi ſic miſerũ eſt eſſe malum fugiendum malitia intenſe. Alio modo cõtingit ex hoc, ꝙ mali torquentur inuidia de bono virtutis, quod relucet in iuſtis: & inde eſt quòd tyranni aliquando plus affligebantur de patientia & magnanimitate martyrum, quam ipſi martyres de afflictione illata a tyrannis: ſicut legitur de Daciano & ſancto Vincẽtio: vnde dixit ei beatus Vincentius: Paratus ſum Chriſti ſeruus ad omnia vt dum deuotionem meam punis in corpore, acerbius ipſe puniaris in mente. Et ſubditur: Ad hæc martyris verba ſumma voce Dacianus cœpit infremere, & rapido ore cum ſtridore dentium anhelans, vt oſtenderetur perfidia ſe potius quam martyrem Dei laniare, & hoc eſt quod dicitur hic:* Obſeruabit peccator. *dolens de bono ſuæ virtutis.*

4 Dominus aũt. *quia non habebit intentum quo intendebat iuſtum auertere a virtute.* 5 Quoniam proſpicit. *i. dies debitæ punitionis pro ſuis malis.* 6 Gladium euaginauerunt. *quia frequenter armant ſe quantum poſſent ad deſtruendum iuſtos.*

7 Gladius eorũ. *quia & ſi perſecutionem inferũt iuſtis in corpore, ipſi poſt perſecutionem ſuſtinent in mente, vt dictum eſt de Daciano. Item quia frequenter contingit diuino iudicio, vt mors quam præparauerant alijs, veniat ſuper eos, ſicut Aman fuit ſuſpenſus in patibulo quod præparauerat Mardochæo. Eſther 7.*

*Aliter poteſt exponi litera de iniquo Saule & Dauid iuſto ab illo loco: Obſeruabit peccator iuſtum. i. Saul ipſum Dauid, cui frequenter inſidias poſuit vt habetur 1. Reg.* Et ſtridebit ſup eũ dentibus ſuis: *quia frequenter ex nimia ira & deſiderio occidẽdi eum frenduit ſuper ipſum. Dominus aũt irridebit eum, quia intento fraudauit eum, nõ permittens Dauid cadere in manu eius. Quoniam proſpicit quod veniat dies eius, ſcilicet mortis qua interfectus fuit a Philiſthęis. Gladiũ euaginauerunt peccatores: quia Saul & eius ſatellites cum gladijs & arcubus frequenter quæſierunt ad mortem Dauid, & viros eius. Gladius eorum intret in corda ipſorum. In hoc Dauid vĩ prophetice mortẽ Saulis prædixiße & Doeg Idumæi, quia ipſi irruerunt ſuper proprios gladios, & ſic ſe interfecerunt. 1. Reg. vlt.* Et arcus eorum confringatur. *tota enim virtus Saulis & ſui exercitus fuit ibi confracta.*

8 Melius eſt, &c. *quia quantumcunque modicum habeat de bonis temporalibus, habet ſibi ſufficientiam, eo quod appetitus eius tendit ad bona ſpiritualia, quibus quietatur eius anima.*

9 Super diuitias, &c. *In quibus non habent ſufficientiã, ſed magis indigentiam, quia eis abutuntur per prodigalitatem ſeu auaritiam a virtute declinãtes. Si primo modo abutuntur, ſcilicet per prodigalitatem, ſtatim diuitiis euacuantur, & ſic ad tenendum ſtatum ſuum anxiantur diuitias indebite acquirendo. Si ſecundo modo, ſcilicet, per auaritiam, ſic incurrent indigentiam. Tum quia non audent vti ſuis diuitijs. Tum quia creſcente concupiſcentia videtur eis, quod ſemper plus eis deficiat, quia ſi habent centum, anhelant ad habendum mille & mille, ad decem millia: & ſic ſemper augmentando, & tamen poſtea totum perdunt in morte, & aliàs etiam ante, quia ab eis prædones vel latrones auferunt. ideo ſubditur.*

10 Quoniam brachia peccatorum. *ideſt, diuitiæ in quibus confidebant.*

11 Confirmat autem iuſtos dominus. *quia a bono virtutis non mouentur in proſperis, vel aduerſis.*

12 Nouit dñs. *Hic conſequenter oſtenditur proſperitas iuſtorum excellentior proſperitate malorum, ex eo quod in futuro recipient: & primò circa hoc tangitur diuerſitas recepti: & ſecundò meriti, ibi* Apud dominum. *Circa primum ſciendum, ꝙ iuſti in futuro recipient pro ſuis operibus præmium gloriæ, mali verò malum pœnæ æternæ, ſecundum quod dicitur Matt. 25. d.* Et ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternã. *Et hoc eſt quod dicitur* Nouit dominus dies. *quia ipſe ſolus nouit ſecreta cordium. Multi autem videntur immaculati exterius, ſed ſunt valde maculati interius. Et hæc notitia diuina quantum ad iuſtos eſt notitia approbationis, ad quam ſequitur præmium retributionis æternæ. ideo ſequitur: Et hæreditas eorum in æternum erit.*

13 Non confundentur in tẽpore, &c. *ideſt, in extremo iudicio, imò magis honorabuntur, quia tunc eis dicetur:* Venite benedicti patris mei percipite paratũ vobis regnũ ab origine mundi, &c. *Sed impij tunc confundentur, quibus tunc per oppoſitum dicetur: Ite maledicti in ignem æternum, &c.*

14 Et in diebus famis ſaturabuntur. *quia tunc impij damnati eſurient per carentiam omnis boni, & iuſti ſaturabuntur, per adeptionem ſummi boni, ideo dicitur Eſa. 65. a.* Serui mei comedent, & vos eſurietis.

15 Inimici vero domini, &c. *in vita præſenti quæ non eſt niſi momentum reſpectu futuræ.*

Deficientes

A quia peccatores peribunt in iudicio, ꝯ non confundentur,& inimici verò, ꝯ ſaturabuntur, qui mox.i.quā ſtatim in altum aſcendunt,tā ſtatim a veritate cadunt,deficiētes, vt nec iudiciū remaneat,q̄tò plus eleuant, tātò citius vt fum⁹ deficiēt.

* Baſil.& Theo.famē opinor hic ſignificari, quæ Iudęis inuentata fuit. Inducam ſup terram non famē panis,neque ſitim aq̄, ſed famem audiendi verbum Dei.

a *Mutuabitur*. Caſs. Audit verbum Dei, non reddit operibus.

b *Et non ſoluet*. i. non reddit operibus quod auditu percepit.

c *Miſeretur,&c*. Caſs. de his quę accipit. Miſericordia. n. mouet erga nō habentes, & dat, quia ſcit ꝙ benedicentes domino hæreditabunt terram & ꝙ maledicentes peribunt. Miſeretur: præcedit miſericordia, ſequitur largitas.

* Baſ. Coniunctionis enallage perſonarum differētiam efficit, & admonet alios eſſe in elligendos peccatores, & alios inimicos ...ni. Aquila & Symmachus pro coniunctione, Verò, Et poſuerunt, oſtendentes eaſdem eſſe.

Baſil.& Theod. Saul accepit a Dauid multa beneficia, nec potuit ea remunerare, ſaltem noluit. contra Dauid de omnibus bene merebatur.

* Baſ.& Theod. Hoc Abrahæ Deus promiſit, Benedicam benedicentes te,& maledicam maledicentes te.

d *Greſſus*. Caſ. Qui per ſe tortuoſi,quia in peccatis nati.

e *Viam eius*. Auguſ. Via terræ non dura, ſed latronibus plena eſt,vel,viam hominis volet Deus.

a Gloria. b Aſſidue. c Aug.Fumus quanto plus extenditur,tanto plus euaneſcit. d Interiori. Penitus ab omni virtute.

a exaltati, deficientes † quemadmodum fumus deficient. Mu- 1

a Ideo hæc male,quia accepit corpus & mentem & alia a Deo & non agit gratias. Alias fœneratur. b Non lucrum referet. 2

b tuabitur peccator, & non ſoluet: iuſtus autem † miſeretur & 3

c a Semper eſt aliquid quod det,vel orationem. b Caſ.in omnibus gratias agentes, & iuſſa ſequentes. c Viuentium. d Turpi vita Nomen Dei per vos blaſphematur in gentibus.

retribuet. Quia † benedicentes ei hæreditabunt terrā, † ma- 4 5

a Ideſt cum benedicentes fiunt:vnde: Conuerte impium & non erit. b Ideo eſt benedicendum, quia. A domino. A ſimilitudine regis ſuæ reipublicæ diſponentes. 6

d ledicentes autem † ei diſperibunt: † Apud dominum greſſus 7 8

a Et per hoc. b Et ſi dura. c Homo. d In qua. e Aug.Aduerſa paſſus erit in corpore. 9

e hominis † dirigentur, & † viam eius † volet. Cum ceciderit iu- 10

a Aug.Mente. Vel ſi cadit peccando,non frangitur per crimina. b A ſimilitudine. c Auxilium. 11

ſtus nō † collidetur, quia dominus † ſupponit manum ſuam. 12 13

¶Supponit. eam. a A Deo. 14

f Iunior fui, etenim ſenui, & non vidi iuſtum derelictum, nec 15

a Caſ. Opera vel imitatores. b Quia verbum Dei ſemper cum eo. Indigere pane verbi. c Quia vel ideo. Admonendo affectu miſericordiæ. d Docendo. Aug. Terrena vt æterna accipiat. 16

g ſemen eius quærens panem Tota die † miſeretur & † commo 17

a Aug Quod ſeminauit vt metat. Opera vel imitatores. b Multiplicatione. Quia cum exultatione venient portans ſuos. c Et ideo tu quicunque. d Aug.Ne cui noceas,ſed ei benefac. e Aug. Quia malus repente non poteſt bona appetere. 18 19

dat, & ſemen illius in bndictione erit. Declina a malo & fac 20

a Ne putes te perdidiſſe. b Ecce merces. Terram viuentium. c Declina. fac bonum. d Caſ. Et ſi ſinit pati ſanctos, tamen iu te iudicat, & non deſerit eos. Caſ. Diſcretionis,quo diſcernunt inter bonum & malum. 21

h bonum, & inhabita in ſeculū ſeculi. Quia dominus amat iu- 22

a Si ſinit affligi. Quia. Caſ. Et ſi hic moriuntur. 23 24

diciū et non derelinquet ſanctos ſuos, in æternū cōſeruabū- 25

E contra. a Propter praua opera. b Vt ſemen iuſti in benedictione. Quia ſine fructu beatitudinis erant. Opera non ferent fructum. Caſ. Ideſt imitatores eorum cum eis. 26

tur. Iniuſti punientur, & ſemen impiorum peribit. Iuſti autem 27 28

* Theodoret. fieri enim non poteſt, vt quis abſque ipſius gratia ſine crimine virtutis viam deambulet, & neceſſe eſt in virtutis poſſeſſionem humanam promptitudinem, & diuinam opem in idem concurrere. D

f *Iunior,&c*. Caſ. Tractat hic iuſtum nunquā deſeri, pręmia bonorum, & pœnas malorum commiſcēs cū interiectis adhortationibus.

* Baſ. Ita Iſraelis delinquentis, ꝓpter progenitorum virtutem, curam geſsit.

* Hebræi omnino, in totum.

Aug. Eccleſia, quaſi vnus homo loquitur, quæ in primis temporibus iunior, fuit, iā in fine ſeculi ſenuit in ſenecta vberi, quia per omnes gentes dilatata.

Auguſt. Iunior fui. Puer in Abel, in prophetis & patriarchis iuuenis, tempore martyrum quaſi ſenex, in fine mundi quaſi in decrepita ætate.

Caſsiod. Iunior qn̄ initia legis in Adam ſuſcepi. Senui, cum in honorabili ętate ad vltimum ſuſcepi Chriſtum.

* Theod. Declarat iuſti beneficia per opes, negotia, verba, conſilia, quibus Deo fœneratur.

g *Tota die miſeretur*. Vel de eleemoſyna dicit quæ a miſericordia incipit, & poſt manum aperit, vel de ſpiritualibus.

h *Amat iudicium,& non derelinquet ſanctos ſuos*. Caſs. Ideo & tu ama, vt bonis tuis gaudeas.

✠ Theod. deinceps docet quomodo fieri poteſt, vt iuſtitia exerceatur, quę ſit Deo accepta videlicet circumferendo lingua & mente diuina oracula, & in his meditando. F

† mutuū accipit impius
† donet & dat, vel liberalis eſt, aut benignè impertit.
† maledicti ab eo,
† A domino
† cupit, nimis
† ſuſtētat manum eius, vel manu ſua E
† donat
† fœnerator

* Theo- ☞ Supplan-

## NICOLAVS DE LYRA.

Deficientes. *quia quanto plus fumus exaltatur deficit, ſic impij quanto plus fuerunt exaltati in vita præſenti tanto magis deprimentur in futura, ſecundum quod dicitur Apoc. 18.b.* Quantum glorificauit ſe in delicijs, tantum date illi de tormentis & luctu.

Mutuabitur. *Mutuari eſt ab alio recipere: peccatores autem in inferno ſemper recipient pœnam pro ſuis demeritis, & non ſoluent, quia tantum remanebunt obligati ſicut prius ſcilicet ad pœnam æternam, quia in inferno nulla eſt redemptio.*

Iuſtus autem. *Iſte iuſtus vt dicit Rab. Sa. intelligitur ipſe Deus, qui miſeretur omnium, & tribuit eis bona, ſed melius trahitur hæc litera ad exprimendum miſericordiam ſuam, qua iuſtis tribuit gloriæ plenitudinem. ideo ſubditur.*

4 Quia benedicentes. *ideſt, ipſi Deo quales ſunt iuſti.*

5 Hæreditabunt. *ſ. viuentium.* 6 Maledicentes. *quales ſunt impij.* 7 Diſperibunt. *æterna perditione.* 8 Apud dominum. *Poſtquā deſcripta eſt diuerſitas iuſtorum, & impiorum quātū ad receptionem præmij & pœnæ, hic conſequenter deſcribitur eorū diuerſitas quātū ad meritum & demeritum, quæ ſunt rōnes recipiendi pœnā & præmium. & primò oſtenditur hæc varietas in operibus vitæ actiuæ, & ſecundo contemplatiuæ ibi: Os iuſti. Circa primum dicitur ſic:* Apud dominum,&c. *ſ. iuſti.* 9 Dirigetur. *in via præſenti vt nō declinet a rectitudine iuſtitiæ. ideo ſubditur.* 10 Et viam eius. *ideſt approbabit eam ordinans ad meritum vitæ æternæ.*

11 Cum ceciderit. *per peccatū veniale.* 12 Non collidetur. *quia per hoc a gratia non decidet. ideo ſubditur.* 13 Quia dominus. *Huius aūt manus ſuppoſitio eſt diuinæ gratiæ conſeruatio, quam habēs poteſt vitare omne peccatum mortale, ſed ipſa priuatus non poteſt, quia peccatum, quod mox per pęnitentiam non diluitur, ſuo pondere trahit ad aliud, vt dicit Greg. ſuper Ezech. Sed quia iuſti prædeſtinati aliquādo cadunt per peccatum mortale, ſicut patet de Dauid: ideo poteſt etiā exponi de caſu mortalis peccati, cum dicitur:* Cum ceciderit, per peccatum mortale. *Non collidetur. i. irreparabiliter non frangetur. Quia dominus,&c. per pœnitentiam eum reducendo ad gratiam.*

Iunior

14 Iunior fui,&c. *Ex hoc apparet, quòd Dauid fecit hunc pſalmum in ſua ſenectute.*

15 Et non vidi iuſtum. *& intelligitur de iuſto prædeſtinato, qui ſi aliquando derelinquatur a Deo propter ſuum peccatum, tamen finaliter recipitur ad ſtatum gratiæ.*

16 Nec ſemen. *Et accipitur hic ſemē pro omni ipſum imitante in operibus bonis. Contra hoc videtur, quia Dauid qui fuit iuſtus & prædeſtinatus, quæſiuit panē ab Achimelech 1. Reg. 21. & a Nabal 1. Reg. 25. Et Elias ſimiliter a muliere Sareptana 3. Reg. 17. Dicendum, quod ſcriptura hic vtitur & in pluribus alijs locis communi modo loquendi. Dicitur autem cōmuniter ꝙ nullus eſt in foro quando ſunt ibi pauci in reſpectu ad alias vices, quia illud quod modicum eſt, quaſi nihil cōputatur 2. Phyſic. Licet autem ſemen iuſti aliquando quærat ſeu mendicet panem inuoluntarie, hoc tamen raro cōtingit niſi illis qui ſumūt ſtatum mendicantium, & rarius contingebat tempore ve. teſt. quando Dauid protulit verbum illud, quia abundātia bonorum temporalium pro iuſtitiæ operibus promittebatur, vt patet Deut. 28. & Eſa. 1.* Si volueritis & audieritis me, bona terrę comedetis. *ideo ſubdit.*

17 Tota die miſeretur. *quantum ad actum pietatis interiorem.*

18 Et commodat. *quantū ad effectum exteriorem, & hoc de bonis a Deo ſibi collatis.* 19 Et ſemen illius,&c. *ideſt, in abundantia ſufficienti bonorum ſpiritualium & temporalium.*

20 Declina a malo *obſeruando præcepta decalogi negatiua.*

21 Et fac bonum. *obſeruando affirmatiua.*

22 Et inhabita in ſeculum,&c. *ideſt, ꝑ hoc inhabitas in æterna beatitudine, ſecūdū illud Mat. 19. c.* Si vis ad vitam ingredi, ſerua mādata: *& quia vita beata a ſolo Deo datur, ideo ſubditur ꝓ cauſa.*

23 Quia dom. *i. opera iuſtitię quę pręcipiūtur mandatis decalogi.*

24 Et non. *ideſt, prædeſtinatos qui ab eo finaliter recipiuntur, ideo ſubditur.*

25 In æternum. *in vita beata. Et quia ſicut iuſti pro operibus iuſtitię præmiabūtur, ita impij pro operib. iniuſtitię punientur. ideo ſubditur.*

26 Iniuſti. per. *pœna æterna.*

27 Et ſemen. *ideſt, imitatores impietatis ipſorum.*

28 Iuſti autem terram. *ſcilicet viuentium.*

Et inha-

a *Supplantabuntur.* Caſsiodor. Supplantare eſt plantis foueas
A inſidiarum prętendere.
b *Dominus autem.* Caſsiod. Conſolatio iuſti.
c *In manibus eius.* Aug. Iob terra tradita eſt in manus impij, id eſt, caro: ſed animam inuictam educit Deus, ne cedat.

ſicut tauros vigentes.
h *Tranſiui.* mundū, meliori cōuerſatione ad Deū tendēs: & vidi nihil poſſe, cū nihil omnia ſint in quibus homo gloriat̃.
i *Quæſiui.* in memoriā reduxi, quia boni tunc magis dolent de impijs, q̃ ab eis ſunt ſeparati, cum in melius immutātur.

a Viuentium. ¶Quæ eſt æterna.
hæreditabunt terram, & inhabitabunt in ſeculum ſeculi ſuper 1
¶Merito hæc iuſto, quia. ¶ Cordis. a De ipſo Deo & æternis. b ¶Inſtructioni aliorum quid Deus pręcepit tenere, vel fugere. 2
eam. Os iuſti † meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur 3
a ¶Sed ne putes eum de illis eſſe de quibus Populus hic labijs, &c. ſubdi. ¶Præcepta Dei. b Quaſi dicat: Cor conſonet linguæ. c ¶Quid illi prodeſt? d Caſ. Verbum in corde liberat a laqueis peccatorum:
a tur iudicium. Lex Dei eius in corde ipſius, et non † ſupplanta- 4 5
a Tamen. ¶Iuſtus grauis eſt ei ad videndum. ¶Inſidiatur. b Quia diſsimilis eſt vita eius. 6
b buntur greſſus eius. Conſiderat peccator iuſtum, & quærit 7
c † mortificare eum. Dominus autem non derelinquet eum in 8
a ¶Poteſtate ſecundum animam, vt ei conſentiat. b Et ſi ab homine hic damnetur. c Iuſtum. d Cum iudicium fiet de illo ad commodum mihi. ¶In futuro. Iuſto vel impio.
d manibus eius, nec damnabit eum cum † iudicabitur illi. Ex- 9
a Ergo nunc. Et ſi diu pateris. b In expectando. c Præcepta. d Quid inde mihi? e Meritis. f Ita. g Firmiter. 10
e pecta dominum, & cuſtodi viam eius, et exaltabit te, ut hęre- 11
a Viuentium. b Etſi modo neſcis quæ promitto, in experientia diſces poſtea. Peribunt ne? Vtique. Oculo fidei, quo qui caret delectatur fęlicitate impiorum. 12
f ditate capias terram: cum perierint peccatores videbis. Vidi 13
g a In hominibus. Vltra modum. b In candore ſeculi. c A ſimilitudine: d Quę altę à vento deijciuntur. 14
impium † ſuperexaltatum, & eleuatum ſicut cedros Libani: 15
a Aug. Ad nouiſſima eius. b Potens. Quia non erat locus eius. c Si ibi impius pio viuat, id eſt, ad vtilitatem pij. 16
h Et tranſiui, & ecce non erat, & quæſiui eum, & non eſt inuen- 17
i a Regnandi. b Ergo ſis eis diſſimilis. Propterea, Cuſtodi. Ad Deum. c Non extorqueatur a te. Non terrena. d Si grauetis. e Conſidera, intellige. Quicunque vel tu. f Ad proximum. Quia aliter es curuus. 18 19
k l tus locus eius. Cuſtodi † innocentiam, et vide æquitatē: quo- 20
Et ne putes quod ſit finitus homo. Econtra. a Cum eis. Aliàs in idipſum, id eſt, in æternum, vel omnes ſimul in vnum. 21
m niā ſunt reliquiæ homini pacifico. Iniuſti aūt diſperibūt ſimul 22 23
n a Terrena. b Cuſtodi quod tamen non niſi per Deum. c Non aliunde.
o † reliquiæ impiorum interibunt. Salus autem iuſtorū a domi- 24
a Si quid impugnat. b Cooperabitur eis. 25
no, & † protector eorum in tempore tribulationis. Et adiu- 26
a A labore vineæ in futuro. Faciet liberos & ſecuros, ac ſi nullus contrà. b Ne fides eorum peruertatur. c Seruat illæſos a contrarietate ſeculi. 27 28
uabit eos dominus, & liberabit eos, et eruet eos a peccatori- 29
a In futuro. b Non quia non peccauerunt, ſed quia. 30
bus, & ſaluabit eos: quia ſperauerunt in eo. 31

d *Cum iudicabitur.* Caſ. Vel non permittit damnari iuſtum cum iudicabitur ille ab impio: vel, illi impio. f. ad malum ei⁹.
* Theodor. Hanc opē conſequutus eſt Abraham cum Sara eius rapta eſſet, hanc Iſaac, Iacob, Ioſeph.
e *Et exaltabit humi.* Caſs. Quia non niſi exaltatus cęleſtē poteſt habitare.
⁖ R. Kimhi. Hæreditate capere terra,
B eſt in ea durare, atq; verſari fęliciter cum dignitate & benedictione.
f *Videbis.* Caſ. Quod modo credis: dupliciter notat gaudia bonorum, primò, quia tunc ſentiēt inquantis ſint iucunditatib. Inde quia videbunt pœnas iniquorum, vnde gratior eſt beatitudo liberatis ab huiuſmodi malo.
g *Vidi impi. ſu. &c.* Caſs. Contra hoc, q̃ putabatur Deo non diſplicere qui hic vtitur proſperitate: ſuper humiles exaltatū, & ſuper cedros e-
C leuatum, vt altis celſior ſit. Hoc & de diabolo pōt accipi, cui religato locus nocendi eſt ablatus.
* Theo. Vidit Saulē, Abſalonem, Goliath, & ſimiles Hebręi ſicut

† vel loquetur
† interimere
† fortem & vire ente radicatū ſicut lampas vireſcens.
- locus eius
† integritatē, vel, ſimplicitatē, & vide qđ rectū eſt, quia nouiſſimū viro pax. vel quia poſtremo pacem homini conciliat
† fortitudo

K *Locus.* eorū mundus eſt, qui & diſſoluetur.
Tranſiui. Aug. trāſit q̃ pręſentia nō attēdit, ſed nouiſſima.
l *Cuſtodi.* Aug. pp. Caſsi. & ſi grauen intelligens hoc eſſe æquū. Vel veritatē ne i mundanis curā habeas. Aeqtatē vel directionē, vt nō aliquis putetur Deus q̃ fauet impijs, & iuſtos affligit, attende nouiſſima, & videbis qm̃ ſunt reliquiæ hoī pacifico, post hanc vitā, remanet ei bonum. non perit omnino, ſed viuit.
m *Pacifico.* Aug. E q̃ inter diſcordantes pacē ſeruat, & facit. nota cui hæc vita ē, loco beati ponitur.
* Theo. Symmachus: cuſtodi ſimplicitatē, & vide rectū, quoniam ſunt futura homini pacifico.
n *Reliquiæ.* bona poſt hanc vitā relinquentur, vt memoria bona poſt obitum.
* Baſ. & Theo. Symmachus. Impie agentes ſimul delebuntur, extrema iniquorum excidentur.

o *Salus autem iuſtorum a domino.* Hęc omnia iuſtus, totum tamen a Deo & colligit ſummatim.

PSAL-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et inhabitabunt.* i. ęternaliter. vbi. n. in ve. teſt. duplicat̃ ſeculū, ſicut hic, intelligit̃ ppetuitas a parte finis. Et ex hoc patet q̃ hic loqt̃ Dauid de terra viuētiū, q̃a terra iſta inferior poſt iudiciū nō habitabit̃. 2 *Os iuſti.* Poſita varietate meriti, & demeriti quātū ad iuſtos & impios in vita actiua, hic conſequēter ponit̃ in vita cōtemplatiua, cū dr̃: *Os iuſti, &c.* i. loqt̃ ſapientiā ex meditatione cordis ſui procedentē ſm̃ dictū ſaluatoris. Mat. 12. *Ex abundan. n. cor. os loquitur. Bonus homo de bono theſauro profert bona verba.* Sapientia autem dicitur quaſi ſapida ſcientia, quę proprie eſt circa cognitionem diuinorum.
3 *Et lingua eius.* qđ importat rectitudinē cognitionis in agendis ad proximū. 4 *Lex Dei eius, &c.* p iugem meditationē.
5 *Et non ſupplan.* q̃a non amouebit̃ a via iuſtitię p dæmonis vel hominis ſuggeſtionē. Sicut aūt meditatio iuſti eſt circa legē Dei, vt eā cuſtodiat, ita meditatio impij eſt, vt malum cōceptum perficiat, ideo ſubditur. 6 *Conſiderat.* qualiter & quomó poſſit decipere ipſum. 7 *Et quærit, &c.* quia nō ſolū quęrit ei nocere in bonis exterioribus, ſed ēt in perſona propria, nec ſolum quærit eū priuare vita corporali, ſed ēt ſpirituali quęrēs eum auertere a via iuſtitię, ſed q̃a Deus frequēter eripit iuſtū de manu impij ideo ſubdit̃. 8 *Dominus autē.* ſicut patet de Ioſeph, quē liberauit dn̄s de manib. fratrū ſuorum. 9 *Nec damnabit.* ad petitionē eius ſeu voluntatē, ſicut liberauit Ioſeph adiudicatū carceri ad petitionē mulieris iniquę, Gene. 17. Et Danielē adiudicatū leonibus ad ſuggeſtionē hominū iniquorū Dan. 9. 10 *Expecta.* Poſtquā oſtendit proſperitatē iniquorū eſſe cōtemnendā, & iuſtorū appetendam, hic conſequenter ponit ſuā monitionē videlicet, q̃ homo committat ſe fideliter diſpoſitioni diuinę, nec moueatur a rectitudine iuſtitiæ ex malorum trāſitoria proſperitate. d. *Expectando.* ideſt eius diſpoſitionem patienter. 11 *Et cuſtodi viam, &c.* obſeruando mandata eius.
12 *Et exaltabit te.* de valle pręſentis miſerię.
13 *Vt hæreditate capias.* ſcilicet, viuentium.
14 *Cum perierint.* Beati. n. vidēt damnationē malorū, & eis materia exultationis, inquantū euaſerunt eā ex gratia diuinę miſerationis. 15 *Vidi impium.* in pręſenti vita Deo permittente. 16 *Et eleuatum, &c.* hoc eſt in maxima dignitate temporali, in monte. n. Libani creſcunt maximę cedri, hoc patet de Nerone impijſſimo, qui tamen imperauit toti mundo, & de multis alijs tyrannis.
17 *Tranſiui, &c.* q̃a talis poteſtas eſt ita breuis, q̃ nō eſt niſi q̃dā tranſitus, ſm̃ quod dr̃ Sapien. 2. b. *Vmbræ. n. tranſitus, tempus noſtrum.* 18 *Quæſiui eum.* q̃a ī profundo inferni eſt abſconditus. 19 *Cuſtodi, &c.* nulli nocumentum inferendo.
20 *Et vide &c.* iuſte cum proximo agendo. 21 *Qm̃ ſunt.* q̃ bona opera p meritū remanēt cum illis q̃ tranſeunt de hoc mundo, cęteris eis deficientibus. 22 *Iuſti autem.* p æternā damnationē. 23 *Simul reli.* i. filij quos reliquerunt, & ſunt imitatores ſcelerū paternorū. 24 *Salus autem.* i. ſalus ęterna quę datur a ſolo Deo. 25 *Et prote. eo.* i. mortis quia dn̄s eos ptegit a ptāte dęmonis. 26 *Adiuuabit eos.* firmando eos contra tentationes in præſenti. 27 *Et liberabit eos.* ſi ceciderint in manu inimici per peccatum.
28 *Et eruet.* per veram pœnitentiam.
29 *A peccatoribus.* ideſt, a dæmonibus in peccato obſtinatis & perſeuerantibus.
30 *Et ſaluabit eos.* deducendo eos ad gloriam Dei.
31 *Quia ſperauerunt.* ſpe debita quę prouenit ex meritis & gratia diuina. Poſſet ēt hoc exponi de ptectione diuina, qua protegit fideles ſuos in præſenti ab hominibus iniquis, ſicut liberauit filios Iſraęl de manu Pharaonis, & Dauid multoties de perſecutione Saulis, & idem poſſet exemplificari in multis alijs. Expoſitio autem huius pſal. tota moralis eſt, ideo non oportet addere aliam moralitatem.



PSAL-

A

### ADDITIO I.

In pſal. 36. *Noli æmulari.* vbi dr̃ in poſtil. *Deſine ab ira, & derelinque furorem.* Verba ſcilicet *deſine ab ira & derelinque furorē:* non vñt proprie exponi in poſtil. Tum quia maligni de quibus loquit̃, non ſolũ ſequunt̃ paſſiones iraſcibilis, ſed potius & frequentius cõcupiſcibilis, quæ ſunt magis connaturales. Tum quia impropriè dr̃ q̃ hõ deſinat ab ira alterius, vel derelinquat furorē eius, ſecundum enim iſtum intellectũ deberet dici: Recede ab ira, & caue furorem, & huiuſmodi. vñ melius habetur in glo. vbi ſic: *Deſine ab ira,* id eſt, non iraſcaris de flore malorum, quia inde iraſci & indignari eſt contra Deum murmurare, & propriè blaſphemare. *Similiter & derelinque furorem,* eſt eadem ſententia ſub alijs verbis, & quia ex tali æmulatione murmuratiua hõ efficitur malignus, ideò ſubditur: *Noli æmulari vt maligneris.*

### ADDITIO II.

In eo. pſ. 36. vbi dr̃ in poſtil. *Mutuabitur peccator & non ſoluet.* Licet pctõres in inferno recipiãt pęnas pro ſuis demeritis, non tñ ex hoc propriè põt dici mutuari. De rõne .n. mutui eſt, quod obligat recipientē ad reſtituendũ illud qđ recepit vel ęquiualens, ſed cõſtat qđ pctõres in inferno nõ tenentur ſoluere pœnas quas recipiunt, licet ſemp remaneãt obligati ex demeritis præteritis. Sed magis ꝓpriè dicendũ eſt ſecundum glo. ſcilicet ſic: *Mutuabitur peccator,* quia accipit corpus & mentem, &c. a Deo. Et non ſoluet, quia de receptis non facit ſm̃ Dei præcepta. Iuſtus autē miſeretur & tribuet de his quæ accepit a Deo, & ſic ſoluit mutuum. Et ſequitur: *Quia benedicentes ei.* ſcilicet in omnibus gratias agentes & iuſta ſequentes, hæreditabunt terram, ſcilicet viuentium.

B

### ADDITIO III.

In eo. pſ. 36. vbi dr̃ in poſtil. *Iunior fui, etenim ſenui, &c.* Hæc expoſitio nõ vr̃ ſufficiens. Tum q̃a manifeſtũ eſt p experientiam, qđ ita frequenter contingit, vt filij iuſtorũ mendicent ſicut & impiorũ: imò quidã philoſophorũ aſſerebant, quod nis diues eſt iniquus authores iniqui. Tũ quia licet qñque illud quod modicum eſt, quaſi nihil reputetur: tñ valde inconueniens vr̃, qđ Dauid ita ſpecialiter teſtetur, quod nec in iuuentute, nec in ſenectute vidiſſet iuſtum quærentem panē, cum ipſemet in perſona propria oppoſitum fuiſſet expertus, vt patet in locis allegatis in poſtilla. Vñ melius vr̃ dicendum cum gloſ. ſecundum quam panis in hoc loco intelligitur cibus ſpiritualis, iuxta illud Eccl. 15. a. *Cibabit illum pane vitæ & intellectus,* qđ ſemp eſt cũ iuſto, & cũ ſemine eius deſcẽdente p imitationē. Nec mirũ ſi in hoc loco panis ad lrãm intelligatur pro cibo ſpirituali, quia in hoc pſal. cum dr̃ terra: ſimpliciter intelligitur terra ſpiritualis, ſ. terra viuentium, vt ibi: *Suſtinentes autem dñm ipſi hæreditabunt terram:* Quod exponitur etiam a poſtillatore de terra viuentium. Vnde & poſt. in fine huius pſal. dicit quod tota eius expoſitio eſt moralis, &c.

D

### REPLICA.

In pſal. *Noli æmulari.* Burg. notat poſtil. ſine cauſa. Cum .n. exponeret illum paſſum, *Deſine ab ira, &c.* ſm̃ continuationem, vt qui ꝓhibetur ne æmulet̃ prauos ſuis paſſionib. continuò prohibet̃ ne ęmuletur eorũ iram & furorē. ĩõ dicitur: *Deſine ab ira, &c.* Burg. neſcio quid ſuſurrãs de proprietate vocis quod magis propriè debeat dici. Recede ab ira, & caue furorem, tñ ita propriè, & magis dicitur quis non æmulari irã aliorũ ſicut recedere ab ira aliorum. Nec verum dicit Burgen. quia maligni frequentius mouentur paſſionibus concupiſcibilis quàm iraſcibilis. Nam motus inordinati concupiſcibilis potius attenduntur penes fragilitatem quam malignitatē. Motus aũt iraſcibilis attendant̃ penes violentiã, iniquitatem, & iniuſtitiã, & malignitatem, quę hic deſcribunt̃. Et quod notat de mutuatione peccatorum, & de ſolutione iuſtorum, ſtat bene ſecundum vtramque expoſitionem.

Illud aũt quod dicitur: *Non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem.* Burgenſis exponit de pane ſpirituali: poſtillator autem de pane corporali. Et ſic experientia oſtendit dicendum contrarium, vt patet 1. Reg. 25. reſpondit poſtill. quod illa expoſitio debet intelligi, vt in pluribus. quod enim modicum eſt, pro nihilo computatur. Nam quamuis E iuſti aliqñ egeant pane, finaliter tñ non fraudantur, nec egeſtate pereunt. Ideo dixit pater ſanctus Franciſcus: Non eſt formidandum, quod filij æterni regis fame pereant, qui in paupercula religione ſunt generãdi &c. Sed expoſitioni Burgen. occurrit difficultas, quia Chriſtus clamauit in cruce ad dominum: *Quare dereliquiſti me?* ideo vult poſtil. quod ſubaudiatur finaliter iuſtos derelinqui. Sed de pane ſpirituali maior difficultas eſt: Non enim puto illum fore iuſtum qui panē ſpiritualem non continuò requirat, & quærat. De illo .n. dicitur. *Qui edunt me, adhuc eſurient, &c.* Niſi fortè Burg. velit recurrere ad forum ſpiritus libertatis in quo datur apex perfectionis vltra quam proficere non poteſt, de quo errore loquitur Clementina, Ad noſtrum, de hæreticis.

### GLOSSA ORDINARIA.

C

*Pſalmus Dauid.* Aug. Caſ. Vt peccatum quod prorſus fugere nequimus, ſemp in memoria habeamus, vt nos ab eo ſalubrē temperemus. Hic pniæ inducit multis modis cruciatum, ita vt ipſum Iob videatur proponere tyronibus in exẽpiũ, vt cruciatus amplectantur, minores qdē meritis, quibus ab ęterna pęna liberamur. Sabbathum. Augu. Eſt reqes æternitatis, q̃ pdere formidat peccati cõſci⁹ & hr̃e deſiderat grauiter afflict⁹.

### PSALM. XXXVII.

DOmine ne in fu. &c. Primum captat miſericordiam per pœnas ſummatim.

* Theo. De peccato mentionem facit, & de pœna inflicta ob expiationem, ut Amnonis, cędes, Abſalonis tyrannis, Achitophelis conſilium, Semei contumeliæ, & cętera.

c *Arguas me, neque.* Caſſiodor. Vt pœna ſit a miſericordia ad correctionem, non ab ira ad vltionē.

☞ *Sa-*

a ¶ Pœnitentis, qui in malis poſitus peius timens, & inde lugens ſabbathi æterni recordatur, quo timet priuari, peccati conſcius deſiderat frui grauiter afflictus.

a Pſalmus Dauid † in rememoratione, die ſabbathi XXXVII.

a ¶ Caſs Sim inter eos quibus dices: Eſuriui & non de. mi. man. Ite maled. in ignem æternum. ¶ Aliàs indignatione tua.

b c DOmine nē in furore tuo arguas me, neque in 1

† ad memorandum, vel reducendum in memoriam.

F

### NICOLAVS DE LYRA.
### PSALM. XXXVII.

DOmine ne in furore, &c. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo:* Pſal. Dauid ad recordandum: *in tranſlatione vero Hiero. iuxta Hebraicum ſic habetur:* Canticum Dauid in commemorationem ſabbathi: *Quod autem Hie. addidit, ſabbathi, forſitan fuit ad denotandum quod iſte pſal. cantabatur a Leuitis in diebus ſabbathorum: tamen Hebræi de hoc nil dicunt quod viderim. Ex ti. vero Hebraico apparet auctor pſa. ſcilicet Dauid. De materia autem pſal. dicit Rab. Sa. quod Dauid fecit hunc pſalm. in perſona totius populi Iſrael collectiue ad recordandum peccata populi coram Deo ad humiliationem, & diuinæ miſericordiæ impetrationem. Fuit enim conſuetum apud Hebræos ſic recordari commune peccatum populi. Aliqui vero expoſitores Latini dicunt, quod Dauid fecit hunc pſal. loquens in perſona peccatorum diuiſiue tamen, ita quod poteſt exponi de quolibet peccatore. Alij autem dicunt, quod fecit hunc pſal. loquens in perſona beati Iob, & hunc modum procedendi videtur Caſſiodorus proſequi. Sed ſaluo meliori iudicio omnes iſtæ expoſitiones videntur myſticæ & morales, propter quod dicendum, quod Dauid fecerit hunc pſal. de ſeipſo, ad recordãdum propria peccata notabilia coram domino. Licet .n. fuiſſent dimiſſa quantum ad culpam, & propter ipſa ſuſtinuiſſet aliquam pænam, timebat tamen ne adhuc alia adderetur ſuper ſe vel ſuper populum ſuum. Et dato quod fuiſſet certificatus de dimiſſione totius culpæ & pænæ, tamen vtile foret ſibi ad ſui humiliationem coram Deo talia recordari. Igitur ſecundum hoc pſal. iſte diuiditur in duas partes, quia primo ponitur huiuſmodi recordatio, ſecũdo intenta concluſio in fine pſal. ibi:* Ne derelinquas.

*Circa primum ſciendum, quod Dauid legitur peccaſſe notabiliter primo in facto Vriæ Ethæi, vt habetur 3. Reg. 11. ſecundo in numeratione populi 2. Re. 24. Primo igitur Dauid recordatur ſecundum, & ſecundo primum, ibi:* Miſer. ſa. *Et circa vtrũque recordatur culpam commiſſam & pænam inflictam. Sciẽdum etiã quod licet de vtroque fecerit pſa. ſpeciales, fecit tamen hunc pſa. de vtroque ſimul. Et primo recordatur vltimũ tãquã magis vicinũ tẽpori in quo fecit hunc pſ. d.*

1 Domine ne in. *id eſt, non punias me ſecundum rigorem iuſtitiæ tuæ, quia hoc eſſet mihi importabile, ſed magis ſecundum temperamẽtum*

### MORALITER.

1 *Domine ne in fu.* In expoſitione literali dixi, quod Dauid dictauit hunc pſal. ad recordandũ peccata propria corã Deo pro ſua humiliatione & veniæ poſtulatione. Moraliter autē poteſt põt eſſe orõ cuiuslibet pctõris verè pęnitentis, & peccata ſua corã Deo recordãtis humiliter, & veniã poſtulantis, dicẽtis.

1 *Domine ne in fu. tuo ar.* id eſt, rigore tuæ iuſtitiæ me punias, ſed cum tuæ miſericordiæ dulcore.

a *Sagittæ.* Aug. Vindictæ quas minabaris Adæ dicẽs: *In quacunque die comederis, &c.* Quia comedit, infixę ſunt & nobis: &
A non ad horam, ſed cõfirmaſti vt ſint vſque in finem ſeculi.
✱ Baſil. Non fruſtra oro, video enim imminere mihi ſagittarum nubes, & futurum vt iam manu capiar, & admodum verberer.

torum, quia ſanctus ſuper pœnas corporis affligitur peccatis, putans ſe grauiora mereri.
*Non eſt ſanitas.* Caſſ. Captat hic miſericordiã a pi͞tate iudicis, & ab infirma perſona ſua. *Non eſt pax oſſibus.* Caſſ. Accipit oſſa pro carne. Et exponit quod dixerat, aliud addẽs, ſcilicet a facie peccatorum.

Aug. Caſſ. Quoniam ſagittæ. Numerat q̃ patitur, vt quia multa ſunt, ſatis ſint Deo ne peiora patiatur. Portat enim corpus mortale tot miſerijs ſubditum: quod & cum ſanum dicitur non verè ſanum eſt, quod leuiter poteſt
B lædi.
✱ Baſil. & Theodor. Firmaſti poſuit ex trãſlatione cadentium, & multas plagas incutientium.
b *Non eſt ſanitas, &c.* ab inſtantia vindictæ in Adam exertæ. Vel timore futuræ iræ terretur, ſic vt non ſit ſanitas in carne more verecundi qui futuris flagellis iã affligitur. Vel a facie iræ quia præuidi faciem irę, id
C eſt, q͞ minaris ne videam iram. ✱ Hebræi, propter irã tuã.
c *Non eſt pax.* Grauis dolor ad interiora peruenit a facie peccatorum

a ¶Caſ. Nec inter eos ſim qui per ignem emendati ſaluabuntur, ſed hic emenda, quia tunc grauior ignis. b ¶Alias emendes. c ¶Aug. Vindictæ Dei, dolores animi & corporis. vel, verba Dei, quę infixa cordi, faciunt recordari ſabbathi, & quia nondum habet quod amat, gemit, & cognoſcit non eſſe ſalutem carnis comparatione futuri.

a ira tua corripias me. Quoniam ſagittæ tuæ † infixæ ſunt mihi, 1
a ¶Diu & in multis. b ¶Ergo vſque confirmaſti quod.
b & confirmaſti ſuper me manum tuã. Non eſt † ſanitas in car- 2 3
a ¶Quæ non eſt iniuſta, quia pro peccatis. ¶Nec rationi eſt pax, quia caro impugnat. b ¶Ab inſtantia ſuggeſtionum mearum. c ¶Alias vultu.
c ne mea † a facie iræ tuę, non eſt pax oſſibus meis a facie pec- 4 5
a ¶Non eſt pax, quia peccatum regnat in mortali corpore. b ¶Q. nec iniuſte paſſus, ſed peccatis imputo, vnde me ius captat. ¶Rationem.
d catorum meorũ. Quoniã iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt 6
a ¶Aug. Leues iniquitates dum fiunt, tandem afflictionibus onerantur.
caput meum, & ſicut onus graue † grauatæ ſunt ſuper me. † 7
a ¶Caſ. Supergreſſæ; quia plane per baptiſmum ſanatæ computruerunt: cum iam peccato conſentitur: Ruptæ ſunt dum ad actum ducitur. ¶ Aug. Alijs per exemplum. b ¶Vt ſupra, peccatorum. c ¶Caſ. Et hoc per ſtultitiam, quia non ſum vſus viribus in baptiſmo receptis.
e Putruerũt & corruptæ ſunt cicatrices meę, a facie inſipientię 8
f a ¶Non Deo impuro. ¶Ideo. ¶Miſerijs afflictus. b ¶Aug. Ab elatione. ¶Omnis qui ſe exaltat hu. 9
¶Adeo vt non poſſit ſe erigere, ſicut curua mulier, quam poſt decem & octo annos dominus erexit. ¶Aug. Vel terrenis deditus vnde triſtis. c ¶Vſque in mortem. ¶Tota vita. 10
g meæ. † Miſer factus ſũ & curuatus ſum vſq; in finem tota die †
¶Iugiter. a ¶Non deſperans. ¶Quia ſabbathi memor. b ¶Viam huius vitæ. c ¶Ideo. d ¶Aug. Carnalitas, ideſt, ſenſualitas. 11
h † contriſtatus ingrediebar. Quoniã lumbi mei impleti ſunt † 12
a ¶Diabolicis. b ¶Quoniam. ¶Vnde. Quis me liberabit de corpore mortis huius Rom. 7. d. 13
c ¶Quam diabolus affligit. d ¶Corpore. ¶Contriſtatus. 14
illuſionib. et non eſt ſanitas ĩ carne mea. † Afflictus ſũ & hu- 15
16

d *Supergreſſæ ſunt.* Auguſtinus. Vel ſuſtulerunt, ideſt, quia iniquitas eleuauit caput ſuperbi cõtra Deum, Deus grauauit, vt faſce, & compreſſit ne iam erigatur.
e *Putruerunt:* Caſſiod. Narratio in qua enumerantur miſeriæ.
f *Cicatrices meæ.* Aug. Vel liuores mei. Alia litera, ideſt, peccata mea. Non eſt ſanus qui cicatrices habet quę putruerunt & fœtet, vt ab eis auerſiadoremus ſabbathum, & gemamus *currentes cum ſponſo poſt odorem vnguentorum.*
g *Miſer fact.* Auguſt. Dicto qualiter iniquitates ſupergreſſæ: dicit quomodo aggrauatæ.
h *Quoniam lum.* Caſ. Aug. non ſolũ mea infirmitate pecco, ſed & diabolus qui corpus affligit, & aĩam fatigat varijs imaginatio-

† vultu

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ *tum miſericordiæ tuæ. Notandum etiam quòd eodem modo incipit pſ. ſextus quem fecit in anxietate poſitus ex populi percuſſione pro iſta numeratione, vt dictum fuit ibidem.*

1 Quoniam ſagittę, &c. *ideſt, pęnæ mihi denuntiatæ ex parte tua per Nathan prophetam dicentem:* Hæc dicit dñs, aut ſeptem annis veniat tibi fames in terra tua, aut trib. menſibus fugies aduerſarios tuos, aut tribus dieb. erit tibi peſtilentia in terra. *Vnde Dauid iſtis ſagittis percuſſus, dixit:* Coarctor nimis vndique. 2. *Reg.* 24.

2 Et confirmaſti ſuper me manum tuam. *id eſt, firmiter diſpoſuiſti me puniri altero iſtorum trium modorum.*

3 Non eſt ſanitas in carne mea. *ideſt punitionis tuæ, quia Dauid videns angelum cædentem populum fuit ſupra modum perterritus, & ex hoc in parte ſecuta eſt in carne eius tanta frigiditas, quod non calefiebat veſtibus, vt dictum fuit* 3. *Reg.* 1. *a.*

4 Non eſt pax oſſibus meis. *quæ ſunt fortiora carne.*

5 A facie peccatorum meorum. *ideſt propter peccata mea: per hoc inſinuans, quòd multo plus dolebat de culpa quam de pœna, ideo ſubditur.*

6 Qm̃ iniquitatem meam, &c. *ideſt, non ſum ſufficiens ad ſatiſfaciendum. Vnde & propter hoc peccatum Dauid Deus percutiebat populum, quod erat ipſi Dauid valde graue, ideo ſubditur.*

7 Sicut onus. *intantum, quod dicebat domino* 2. *Reg.* 24. *c. Ego ſum qui peccaui, & ego qui iniquè egi: iſti qui oues ſunt quid fecerunt? vertatur, obſecro, ira tua contra me, & contra domum patris mei.*

8 Putrue. *quia peccatum adulterij quod commiſerat cum Bethſabee quodammodo rediit in peccato de populi enumeratione, ideo ſubditur.*

9 A facie inſi. meæ. *ideſt, propter inſipientiam meam. De peccato enim huius numerationis dixit Dauid* 2. *Regum.* 24. *b.* Peccaui valde in hoc facto, ſed precor domine, vt transferas iniquitatẽ ſerui tui, quia ſtultè egi nimis.

10 Miſer factus ſum. *Hic conſequenter Dauid recordatur peccatum de adulterio cum Bethſabee, & quæ ſecuta fuerunt ad illud di.* Miſer factus ſum. *quia Deo ingratus cecidi in tam enorme peccatum.*

11 Et curuatus ſum vſque in finem. *ideſt, deiectus ſum totaliter a rectitudine iuſtitiæ.*

12 Tota die contriſtatus ingrediebar. *ad locum ſolitariũ pœnitentiæ, quia poſtquam reprehenſus fuit a Nathan propheta de illo peccato, & Vriæ homicidio, quod ſecutum fuerat adulterium. dicitur de Dauid* 2. *Reg.* 12. *d.* Et ieiunauit Dauid ieiunio, & ingreſſus ſeorſum iacuit ſuper terram. *Et ſubdit cauſam.*

13 Qm̃ lumbi mei impleti ſunt illuſi. *ſecundum quod dicit Grego. homil.* 32. *Luxuria virorum viget in lumbis, & ideo lumbi Dauid illuſionibus fuerunt repleti, quando per illuſionem dæmonis incurrit crimen adulterii. in tranſlat. Hiero. iuxta Hebraicum habetur ſic: quoniã lumbi mei impleti ſunt ignominia, quia valde ignominioſum fuit Dauid incurrere tantum flagitium. Poteſt etiam hoc reduci ad fœditatem quam fecit Abſalom accedens publicè ad vxores patris ſui ad ignominiam eius, vt habetur* 2. *Reg.* 16. *quod contigit Dauid propter peccatum adulterii cum Bethſabee & homicidii Vriæ, ſicut prædixit ei Nathan propheta* 2. *Regum* 12. *Hæc dicit dominus &c. & ſequitur:* Suſcitabo aduerſum te malum de domo tua. *Et propter hoc recordatur hic Dauid perſecutionem quam ab Abſalom ſuſtinuit, quia fuit in pęnam peccati prædicti.*

14 Et non eſt ſanitas in carne mea. *quia ex infirmitate carnis procedit luxuria. Lumbi autem & caro ipſius Dauid dicuntur non ſolum pro perſona ſua, ſed & pro perſona filii ſui Abſalom, quia filius eſt de ſubſtantia patris.*

15 Afflictus ſum. *de malitia filii mei Abſalom.*

16 Et humiliatus ſum nimis. *quia per eũ fugitiuus factus ſũ de metropoli ciuitate regni mei, ſ. de Ieruſalem, vt habetur* 2. *Reg.* 15.

Rugie-

## MORALITER.

1 *Quoniam ſa. tuæ, &c.* i. ſentẽtię tuę contra peccatores in veteri ac nouo teſtamento ſcriptę incuſſerunt mihi timorem.
2 *Et confir. &c.* qa diſpoſuiſti, q͞ dedecus culpę nõ remaneat.
3 *Non eſt ſanitas in carne mea.* propter fomitem ex carne naſcentem.
5 *A facie iræ tuæ non eſt pax.* quando conſidero tuę iuſtitię rigorem, & peccatorum meorum horrorem, nihil in me remanẽt virtutis. Et ſubditur cauſa cum dicitur.
6 *Quoniam ini. &c. Putru. & cor. ſunt cica. mea.* Per recidiuationem frequentem in lapſum culpę.
9 *A fa. in. meæ.* talis. n. recidiuatio contingit pp defectum ſapientię. 10 *Miſer factus ſum.* miſeria culpę. 11 *Et curuatus ſum.* a rectitudine iuſtitię. † *Vſque in finem.* i. vltra modũ communem. 12 *Tota die contri. ingre.* pp remunerationem ſynderesis contra malum. Eſa. 48. d. *Non eſt pax impiis dicit dominus.* 13 *Qm̃ lum.* ideſt, libidinum incentiuis. 14 *Non eſt ſa. in car.* nam in totum corpus redundant huiuſmodi incentiua. 15 *Affli. ſum ni.* ex talibus incentiuis.
16 *Et humi. ſum ni.* quia talis motus eſt beſtialis.

Rugiebam

a miliatus ſum † nimis: rugiebam a gemitu cordis mei Domi- 1 2

a ¶ Per pœnitentiam. ¶ Animo, ut nihil ſit in me liberum a pœna. b ¶ Quia undique eſt calamitas. c ¶ Caſ. i. cum magno deſiderio quærebam animæ refectionem. ¶ A ſimilitudine leonis. ¶ Aug. omnis gemitus qui de exterioribus eſt carnis eſt, qui pro ſabbatho quod caro non obtinet, cordis eſt, quem non nouit homo, ſed o Domine ante te omne deſi. me. qui uides cor. d ¶ Hieronym. ideſt, nihil deſidero niſi eſſe ante te.

b ne ante te omne deſiderium meum, & gemitus meus a te nõ 3

a ¶ Caſſiodor. ſi deſiderium ante Deum ergo, & gemitus qui cum eo. b ¶ Etſi ab hominibus.

c

d eſt abſconditus. Cor meum † cõturbatum eſt, dereliquit me † 4 5 6

a ¶ Aug quia non pro terrenis, ſed pro cœleſtibus. ¶ Augu. pauor undique, & ſolicitudo incutitur. b ¶ Vnde? ¶ Si uirtus manſiſſet, nihil terreret. Cur & hæc? reliquit.

virtus mea, & lumẽ oculorum meorum, & † ipſum nõ eſt me 7

a ¶ Auguſt. Quia lumen defecit, ex quo Adam ad umbram fugit timens a facie Dei.

e cum Amici mei, & proximi mei † aduerſum me appropinqua 8 9

a ¶ Aug. ficti. b ¶ Cognati iudæi. c ¶ Exprobrando. d ¶ Crucifigentes. ¶ Conſiliis ac dolis.

uerunt, & ſteterunt. Et † qui iuxta me erãt de longe ſteterunt

a ¶ Perſeueranter. b ¶ Apoſtoli. ¶ Vbi, & vxor. vnde Halitum meum exhorruit uxor mea Iob 19.c. c ¶ Timentes mori.

& † vim faciebant qui quærebant animam meam. Et qui in- 10 11

a ¶ Crucifigebant. b ¶ Ceſ. diabolus cum miniſtris, qui tanto magis moliuntur mortem animæ, quanto magis vident. c ¶ Tollere non imitari. d ¶ Aug. quia non inueniebant crimina. ¶ Aug. vt vxor, & amici qui conſulentes corpori, animæ contraria ſuggerunt vt loqueretur in Deum.

quirebãt mala mihi locuti ſunt † vanitates, & dolos tota die 12

a ¶ Finxerunt falſa. ¶ Alias vanitatem. b ¶ Fallacias quot falſa teſtimonia ante crucem finxerunt, & poſt reſurrectionem, corruptis cuſtodibus? de quibus Eſa. Ponam malos pro ſepultura eius.

meditabantur. Ego autem tanquam ſurdus nõ audiebam, & 13 †

f ſicut mutus † nõ aperiens os ſuum Et factus ſum ſicut homo

a ¶ Non reſpondebis, quaſi non audiret. b ¶ Caſſiodor. magna uirtus audire noxia, & non reddere contraria. ¶ Alias uelut.

non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones. Quo- 14

a ¶ Non ſolum non audiebam, ſed quaſi nec poſſem audire. b ¶ Aug. quaſi, non eſſet unde illos argueret, quod ante fecerat, ſed implendum erat: Sicut ouis coram tondente ſic non aperuit os ſuum, Eſa. 53.c. c ¶ Caſſio. ſic tacui quaſi non eſſet, quod iuſte redderem. ¶ Sed.

g niam in te domine † ſperaui tu exaudies me dñe Deus meus.

a ¶ Ideo tacui in paſſione. ¶ Si bona eſt conſcientia, nihil eſt timendum.

ginationibus. & per hoc non eſt iterum ſanitas ſicut, & ſupra per ſagittas.

A ✻Baſ. & Theo. Per lumbos concupiſcentiam tacite innuit, his. n. hærent renes, per quos appetitus excitari ſolent. Hebræi, deſpectu, pro illuſionibus.

Augu. Lumbi, uel anima impleta eſt, & ita non eſt in toto homine, unde ſit lętitia donec anima exuatur illuſionibus & corpus induatur ſanitate. illuſiones animæ infinitę ſunt quæ aliquando uix orare ſinunt, imagines corporum occurrunt, & tranſis de hac in illam, uenit obliuio, recordaris hoc pro illo & huiuſmodi hæ pellentur cum uidebimus ueritatem, ut eſt.

B a *Rugie. a gemi.* Caſſ. Aug. Gemitus corde rugitus uoce, a ſimilitudine beſtiarum, quibus ſe comparat, ut fortior gemitus oſtendatur, uirtus patiẽtiæ quod in gemitum, nõ in uerba prorumpit.

b *Ante te omne.* Caſ. tale ẽ quod meretur eſſe ante te, quia pro peccatis petit.

Auguſ. & ideo non eſt abſconditus, ſed auditus gemitus, quia pius eſt pro liberatione animæ, alios non curat Deus.

✻Theod. Mutata concupiſcentię ui illam diuinæ uoluntatis effeci miniſtram, quoniam. n. ſemel ipſa abuſus ſum, deinceps illam tuis mandatis addicam.

c *Deſiderium meum.* Aug. Eſt oratio, nec unquam deſinit orare, qui non deſinit amare, charitas clamor eſt.

d *Cor meum conturbatum eſt.* Caſ. Exponit dolores animi quia uirtus patientiæ reliquit. Conturbatum, quia mens ſuccubuit paſsioni ſuæ. *Lumen.* i. ratio nuper turbata, quam non habet ſecum pro ingentibus moleſtiis.

✻Baſ. & Theod. Lumen oculorum ſuorum diuinam proui- D dentiam nuncupat.

e *Amici mei, & proximi.* Caſ. Et pro his duobus ſolatiis gaudet humanitas, ſed huic ſunt cumulus paſſionis.

Aug. Amici mei. Hactenus confeſſus eſt quæ patitur a ſe intus, nunc quæ a foris, vnde. *Ab ocultis meis munda me. & ab alienis parce ſeruo tuo.* Vt. n. caput dicit peccata noſtra ſua, ſic nos paſſiones eius, quæ hic penuntur, dicamus noſtras, quia una uox totius, & hæc etiam cuique verſanti inter homines conuenit.

pſal 18.d.

† De pœn. di. 1. c. in actione,

† fortitudo.

† ipſi non ſint mecum. i. lumen oculi

† e regione plagæ meæ ſteterunt, vel ſtabunt e regione cum percuteret.

✻ Theod. Symmach. Amici mei, & ſocii mei aduerſum me in plaga mea contra ſteterunt. vt Achitophel & qui Abſalonẽ ſunt ſequuti. Hebræi, e regione plagæ meæ, & pro uim faciebant, illaqueabant. E

† prauitates

f *Surdus non au. &c. os ſuum.* Caſ. Ad iniquitatem conſulentium non aperiens. Quia mutus, non clare loquitur, uel balbutiendo remurmurat, is ergo nihil aſperum, nihil contra Deum dixit. Simulatus ſum diſſimulanti audire contumelia ſua, in quo homo eſt rationalis, ne per hoc cadat in peius. Contra iniquas ſuggeſtiones tacet, ſupra contra dolores corporis rugiebat.

✻Baſil. & Theo. Cum Abſalon patris ſententias damnaret, Dauid ęque ferebat: cum Semeius malediceret, & lingua manuque feriret, ſilens iniurias ſuſtinebat, & Abiſai dicebat, Sinite, ut maledicat Dauidi.

g *Quoniam in te domine ſperaui. &c.* Caſ. Quia inter tot mala ſperauit in domino. Affirmat ſe audiendum in commemoratione emendationis. Speraui. Salutaris medicina malis, ſperare, nõ deficere. In te domine, qui mutas triſtia in læta.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Rugiebam a gemitu cordis.* Dauid dolorem in corde ſuo exiſtentem per ſigna exteriora manifeſtabat, nec omnino celare poterat.

2 *Dominus ante te.* quia te non latet aliquod ſecretum.

3 *Et gemi. meus.* q. d. appone mihi remedium.

4 *Cor meum con. eſt.* propter prædicta.

5 *Dere. me.* Quia fugiens de Ieruſalem propter Abſalom aſcendebat cliuum oliuarum ſcandens, & flens, & operto capite, & nudis pedib. incedens, ut habetur 2. Reg. 15. f. Et ſic fuit multum fatigatus in illo itinere, maxime cum eſſet iam ſenex, & ætatis prouectæ.

6 *Et lu. oc.* Quia ſicut erat fatigatus in corpore, ita turbatus in oculis ex labore, & ſenectute. poteſt etiam hoc referri ad oculos mentis, quia in illa fuga turbatus, & minus præuidẽs præcipitanter dedit hæreditatem Miphiboſeth iuſti, Sibæ ſeruo eius peſſimo detractori, ut habetur 2. Reg. 16. a.

7 *Amici mei, & proximi mei.* Hoc apparet de Abſalom filio eius, & Amaſa nepote ſuo, & Achitophel conſiliario ſuo, F qui perſequebantur Dauid uſque ad mortem.

8 *Et qui iuxta me erant.* Ante perſecutionem Abſalom.

9 *De longe ſteterunt.* i. a me receſſerunt propter timorem Abſalom.

10 *Et vim faciebant.* Quia Abſalom, & ſui complices toto conatu ſuo quærebant Dauid ad mortem.

11 *Et qui in. mala mi.* Sicut Semei, & conſimiles.

12 *Locuti ſunt va.* Falſa mihi improperantes. Dicebat enim ei Semei. *Egredere vir ſanguinum, & vir Belial:* ut habetur 2. Reg. 16. b.

13 *Ego autem tanquam ſurdus.* i. me audire diſſimulabam, patienter ſuſtinens eius maledictionem. Vnde Abiſai uolenti ipſum interficere dixit. Dimitte eum, ut maledicat, &c. Ex hoc patet ſententia uſque ibi.

14 *Quoniam in te domine ſperaui.* i. exaudias: Hebræi. n. non habent optatiuum, ſicut ſup. dictum eſt, ſed utuntur futuro indicatiui loco eius.

## MORALITER.

1 *Rugiebam a ge. cor. mei.* ratione contradicente, & non præualente. Et quoniam homo poſitus in tali languore neceſſe habet ad Deum recurrere, ſubditur.

2 *Domine ante te omnẽ de. meum.* ſuſpirando tuum auxilium. Et ideo ſubditur cauſa.

4 *Cor meum, & c. lu. ocu. meo.* ſ. mentalium.

6 *Et ip. non eſt me.* propter turbulentiam paſsionum.

7 *Amici mei.* i. affines, & conſanguinei.

7 *Aduer. me.* Frequenter. n. in uia morum impediunt.

8 *Et qui iu.* i. eſſe debebant ad me dirigendum, & confortandum in bono, cuiuſmodi ſunt eccleſiæ miniſtri.

9 *De lon. ſte.* quia de animabus parum, & de pecuniis multum curant, quod ſignificatur Lu. x. in parabola ſauciati quẽ ſacerdos, & Leuita tranſierunt abſque cura.

10 *Et vim facie. qui quæ. animam meam.* i. dæmones tentationes horridas immittentes.

11 *Et qui inqui.* ſ. homines maligni qui ſunt mẽbra diaboli.

12 *Locuti ſunt vanitates.* i. mendacia contra me.

13 *Ego autem tanquam ſurdus.* i. ſic patienter ſuſtinui, ac ſi eſſem ſurdus, & mutus.

† *Et fa. ſum.* Repetitio eſt eiuſdem ad maiorem expreſsionem. Et quoniam iniuſte patientibus, & de Deo confidentibus ipſe ſuccurrit, ſubditur.

14 *Quo. in te, & c. Quia dixi.* in oratione te deprecando.

a ¶ Ideo audies. ¶ Caſ.inter mala cauet ſanctus maxime ne de lapſu eius inſultet inimicus. b ¶ Aug.hoc dixi:& tamen hoc euenit ſcilicet non emendationem.

a Quia dixi,nequando †ſupergaudeant mihi inimici mei:& 1 2

a ¶ Auguſtin.Aliquando in aliquod peccatum ubi tunc inſurgunt linguæ nequiſſimæ, cum fuiſſet potius miſerendum b ¶ Actus.

b dum cõmouẽtur pedes mei,ſuper me magna locuti ſunt. 3 4

a ¶ Dolent impii,ſed ideo etiam exaudies. ¶ Aug.quaſi ad hoc natus ſum,ut flagella feram,flagellat.n.Deus omnem filium quem recipit,& ideo non inſultent inimici.

c Quoniam ego in flagella paratus ſum,& dolor meus in cõ 5

a ¶ Aug. Vnde dolor.Non de flagello quod medicina,ſed de peccati uulnere, niſi.n.doleret,non ſic ſe accuſaret. b ¶ Et quia non ſufficit confiteri,addit annunti,i.confitebor. 6 †

d ſpectu meo ſemper. Quoniam iniquitatem meam annũtia 7

a ¶ Caſ.ſedulo agam pro ſanando. ¶ Alias pronuntiabo,& curam gero, ¶ Solicitus ero. b ¶ Tua permiſſione ad probationem miſeri mei miſſi. c ¶ Bene eſt eis in ſeculo,ubi laboro,& fugio.

e bo,& †cogitabo pro peccato meo. Inimici autẽ mei viuũt, 8 9

a ¶ In perſecutione. ¶ Et hoc ualet ad impetrandum. b ¶ Quod grauius. c ¶ Et non pauci,quod grauiſſimum. d ¶ Dantes mala pro bonis.

& † confirmati ſunt ſuper me,& multiplicati sũt q̃ oderũt 10

a ¶ Etiam. ¶ Alias.Detrahebant mihi qui retribuunt mala pro bonis,quia perſecutus ſum iuſtitiam. b ¶ Ideo dixit mala pro bonis. 11

me †inique. Qui retribuunt mala pro bonis † detrahebant

a ¶ Cur? b ¶ Sed quia hæc homini intolerabilia. ¶ Hoc dicimus in illo qui pro nobis interpellat. 12

f mihi,quoniam ſequebar bonitatem. Ne derelĩquas me do 13

a ¶ Etſi ad horam relinquis. ¶ Penitus. b ¶ Potius. ¶ Aug. dum pugno contra hoſtem. 14

g mine Deus meus,ne diſceſſeris a me. Intende in adiutoriũ 15 16

¶ Dator. a ¶ Aeternæ. ¶ Aug.quia,& animam ſeruauit,& a paſſionibus liberauit. 17

meum,domine Deus ſalutis meæ. 18

a *Quia dixi nequando ſupergaudeant mihi inimici mei.* Auguſt. Item caput de infirmis pedibus,cum ſit in cœlo nõ deſerit illud quod habet in terra.

† Intentur de me.

b *Dum commouentur pedes mei.* Caſſiod. Si commouẽtur aliquando humana infirmitate, irrident impij, vnde dolent pij.

† anxius ero timebo.

c *Paratus ſum.* Caſſ. Sciens me deliquiſſe. Dolor, quia deliquit. impius ſe defendit, iuſtus contra ſe iraſcitur.

† confortati.

† falſo.

✲ Theodoret. Accuſator mei ſum, & vt ſanus ſim omnem diligentiam adhibebo.

d *Quoniam iniquitatem meam.* Caſſiodor. Duo modi perfectæ pœnitentiæ, confeſsio, & emendatio, per

Deus.

fletus, eleemoſynas, & huiuſmodi.

e *Viuunt.* Auguſtinus. Fruuntur mundo firmati in mundanis, & quotidie plures fiunt.

f *Ne derelinquas.* Auguſt. De præteritis abſolutus: cum actione gratiarum autorem ſalutis profitẽs Deum lætus exclamat ne iam relinquatur.

Caſſiodor. quia grauior offenſio poſt ueniam.

Auguſt. Exultatio conclusio,ut certa ſpes ſit imitantibus.

g *Ne diſceſſe.* Quomodo ergo ſupra, ut quid me dereli. Vox eſt veteris hominis qui cum eo crucifixus, hic autem in perſona propria loquitur.

PSAL-

---

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Quia dixi.*ſ.tibi in oratione mea.

2 *Nequando ſupergaudeant mihi inimici.* i.ne aliquando me teneant pro uoluntate ſua ad me interficiendum,quod ſum me deſiderant.

3 *Et dum commouentur pedes mei.* Fugiendo propter Abſalom de ciuitate regali.

4 *Super me,&c.* Sicut patet de Semei,ut dictum eſt,& ſimiliter Achitophel dixit ad Abſalom 2.Reg.17.a. *Eligam mihi 12.milia virorum,& conſurgens perſequar Dauid hac nocte, & irruens ſuper eum, quippe qui laſſus eſt, & ſolutis manibus percutiam eum.* Et ſic iſte iactabat ſe,quod percuteret Dauid fugiẽtem.

5 *Quo.ego in.* i.promptus animo ad ſuſtinendum flagella, quę dominus mihi uoluerit inferre. Vnde dixit 2.Reg.15.e. ad Sadoch. *Reporta arcam Dei in vrbem:ſi inuenero gratiam in oculis domini reducet me,& oſtendet mihi eam,& tabernaculum ſuum:ſi autem dixerit mihi non places,præſto ſum, faciat quod bonum eſt coram ſe.*

6 *Et dolor meus:* Quia ſcio meruiſſe pro peccato adulterii cũ Bethſabeæ,& homicidij Vriæ:& per talem modum loquitur infra pſal.50.a. *Peccatum meum contra me eſt ſemper, &c.*

7 *Quoniam ini.meam.* Statim.n.eam recognouit ad reprehenſionem Nathan prophetæ,vt habetur 2.Reg.12. Et pro expiatione eius multa poſtea obtulit ſacrificia quæ quodam modo annuntiabant peccata pro quibus offerebantur: quia alia ſacrificia offerebãtur pro peccatis ex certa malitia commiſſis,& alia pro peccatis ignorantiæ,ut patet in Leui.

8 *Et cogi.* cauendo diligenter a recidiuo.

9 *Inimici au.* ſ.Abſalom & Achitophel,& eorum complices propter quorum poteſtatem, cui non poterat reſiſtere compulſus erat fugere.

10 *Et mul.ſunt.* vnde 2.Reg.15.c dicitur. Cumque immolaret uictimas,facta eſt cõiuratio valida ſcilicet contra Dauid populuſque cõcurrens augebatur cum Abſalom: & ibidem ſubditur: Venit igitur nuntius ad Dauid di. Toto corde uniuerſus Iſrael ſequitur Abſalom. 11 *Qui oderunt,&c.* quia Dauid multa bona fecerat eis,& ideo ſubditur.

12 *Qui re.* me perſequendo.

13 *Detrahẽ.mi.* me infamando.

14 *Quoniam ſe.bo.* i.pro bonis quæ feceram eis iſta mihi inferebant tanquam ingratiſſimi.

15 *Ne derelin.me.* Hic ponitur huius pſalmi concluſio in qua Dauid Deum deprecatur, ut eum præſeruet a recidiuo in præterita mala di. *Ne derelinquas me domine.* ſ.in prædicta mala incidere.

16 *Deus meus.* q.d.ſi ad modicum dimiſeris me fragilitas meæ,non potero tentationibus reſiſtere.& ideo ſubditur:

17 *Inten.* continue præſtando mihi auxilium. 18 *Do.D ſa.meæ.* i.a quo efficienter, & in quo obiectiue conſiſtit ſalus vitæ æternæ. Ad q̃ nos pducat qui ſine fine viuit,& regnat.

PSAL.

---

## MORALITER.

2 *Nequando ſuper,mihi inimi.mei.* i.dæmones de lapſu hominum gaudentes.

3 *Et dum com.pedes mei.* i,ſi uiderent me a rectitudine iuſtitiæ declinare.

4 *Su.me mag.lo.ſunt.* i.loquerentur quaſi tenentes deuictũ.

5 *Quoniam ego in flagella paratus ſum,* i.ſuſtinere patienter quicquid inflixeris.

6 *Et dolor meus.* De peccatis meis commiſſis.

† *In conſpe.meo ſemper.* Per cordis contritionem.

8 *Quoniam ini.* In vera confeſſione.

8 *Et cogi.* i.pro eius ſatisfactione. q.d. hæc faciam ad hoc quod exaudias me.

9 *Inim.au.mei.* i.temporaliter proſperantur,& contra me mala machinãtur pro bonis a me ſibi collatis,iõ concludit

15 *Ne de.me.* ſubtrahendo auxilium tuum,quoniam in neceſſitate poſitus ſum.

---

## ADDITIO.

In pſal.37. *Domine ne in furore:* vbi dicitur in poſtil. De materia autem eius dicit Rabi Sal. Hæc expoſitio uidetur rationabilior, quia contenta in hoc pſal. communia ſunt peccatoribus,q̃ a Deo in hac uita flagellant̃ propter peccata commiſſa,& etiam poſt remiſſionem unius peccati in aliud recidunt,& iterum pœnitent,ſicut communiter contingit in hominibus,præter quam in uiris ualde perfectis,vñ nõ oportet appropriare iſtũ pſ.Iob,nec alicui pſonę ſingulari.& hãc expoſitionem vĩ ſeq. ad q̃ litera faciliter eſt applicabilis, & ſecũdum hoc proprie ponitur inter pſalmos pœnitentiales.

RE-

## REPLICA.

In pſ. *Domine ne in furore.* ſecundo poſt.inter multas expoſitiones elegit,& perſequitur illam de perſona Dauid multum eleganter,ſed Burg.præelegit illam Rab.Sal.expoſitionẽ,quæ eſt de tota congregatione populi. Et ideo Bur.dicit eum eſſe pſ.pœnitentialem. Et fortaſſe mouetur rationibus quib.ſupra circa pſa. *Beati quorum.* Sed quantum rationes ſuæ concludant vide ibi. Et mirum quod Burg.hic Rabi Sal. ſequitur,quem ſemper reprobare conſueuit. Et puto nullam aliam habuiſſe cauſam,niſi quia poſt.hic ipſum reliquit.

## GLOSSA ORDINARIA.

A *In finē can.* Aug. quia hic eſt de æterna beatitudine pro qua ſcundū eſt tranſilire, & ſi graue ſit carni. Docet aūt inde de mundo ad Deū tranſire. Trāſitor aūt de bona opinione ſē ſe contrahit inuidiam iniquorum & calumniam. vñ debbe ſe inter malos tacere, & quid dicat male. *Idithun.* Aug. Tranſiens eos, id eſt remanentes in mundo. Caſ. In primis de cōtinentia linguæ inter blaſphemos & calumnioſos, vnde & optat noſcere finem vbi hęc non ſunt.

B Baſ. & The. Aliqui Idithum hunc pſalmū autori tribuunt, ſed titulus Dauidi qui illum ad canēdum dedit Idithū, cui canētium

C chorus commiſſus erat. In finē nos trāſmittit, q̃a humanæ naturæ vilitatē deplorat, & huiuſce finē demōſtrat, hunc aūt ſcripſit cum Abſalonem fugiens a Semei malediceretur.

D

a Conſummationem. b De æterna beatitudine. c Prophetæ. ¶ Id eſt, de tranſiliente.

a b †In finem canticum Dauid pro Idithun. XXXVIII.

a De iberaui. b Graue enim e i hoc. c Aug. quia forſitan tam lapſus in lingua. d Iam bonas. e ¶ Aug. perfectus eſt vir qui non peccat in lingua. ¶ Quod difficile.

c d e f DIxi, Cuſtodiam vias meas, vt non delin 1

a Mei iuris. b Et.

quā in lingua mea. † Poſui ori meo cu- 2

a Ne incongrua exirent. ¶ Non propter ſtudioſos, ſed. b Cum maxime opus eſſet. ¶ Cum mora. c Caſ. quærens calumnias a quo decipiatur per ſilentium. ¶ Aug. qui non percipit quæ ſunt Dei & calumniatur, turgidis & litigioſis nil dicendum, vt & agnus ſine voce coram tondente ſe obmutu. Alias conſilio.

ſtodiā, cū conſiſteret peccator aduer- †

ſum me.

## PSALM. XXXVIII.

D *ixi, Cuſtodiam vias meas, etc.* Aug. Caſ. monet hic pſalmus inter blaſphemos iniquos, & calūnioſos linguę continentiam, certamina, rixas, comprimere, hoc. n. ſilentium multum eſt vtile. E

Caſ. Dixi in corde deliberaui, vbi ſapientes prius deliberant, quam loquantur.

d *Via.* Hier. i. actiones & verba. Vt non delinquā, p fatua vel otioſa.

e *In lin.* Aug. Non fruſtra eſt lingua in verbo, q̃a facile labit̃.

f *Po. ori.* Aug. Poſtq̃ tranſiui F

† Seruabo os meum capiſtro, dum ſtetit impius coram me.

## NICOLAVS DE LYRA. PSAL. XXXVIII.

DIxi, Cuſtodiā vias. *Huic pſal. præmittitur talis tit. in Hebræo.* Ad victoriā Idithun Dauid. *Iſtis tñ nominibus Idithun & Dauid præmittitur litera lamech, ad deſignādum quod ſunt datiui caſus. Ad intellectum aūt huius tit. conſiderandum qd ſicut dicitur 1. Paral. 25. a. Dauid conſtituit cantores ad diuinas laudes ducentos 88. qui per vices canerent diuinas laudes in templo, & in iſtis fecit tres principales cantores. ſ. Aſaphd Heman et Idithun. Fecit etiam pſal. ab iſtis cleribus decantādos, ſecundum quod habetur 1. Paral. 16. & 1. Eſdræ 3. Eſt igitur ſenſus huius tit. Pſalmus Dauid, id eſt, ſibi appropriatus tanquam auctori. Idithun, id eſt, appropriatus cantoribus exiſtentibus ſub Idithun, per eos decantandus. Ad victoriam, id eſt, cum quodam conatu, inquantum vna pars cantorum nitebatur ſuperare aliā, ſicut expoſitum fuit ſuprà pſal. 4. In tranſlat. verò Hiero. iuxta Hebræum ponitur talis tit. Pro victoria Idithun canticum Dauid. In Bibliis autem noſtris cōiter dicitur ſic: In finem canticū Dauid pro Idithun. Et in iſtis tit. eadem penitus eſt ſententia ſicut in tit. Hebraico, vt patet ex dictis hic, & ſupra pſal. 4. Per hunc igitur tit. apparet auctor pſal. & per quos erat decantandus, & modus cantandi, ſed materia nō apparet: propter quod de hoc variè dicitur apud Hebræos & Latinos. Et omiſſis multis propter prolixitatem vitandam accipiam duos modos exponendi, qui videntur mihi magis literæ propinqui. Vnus modus eſt quem perſequitur Rab. Sa. di. q̃ Dauid fecit hunc pſal. pro tribulationibus venturis filijs Iſrael, vel ſuper populum Iſrael maximè tempore captiuitatis Babylonicæ: quam præuidit Dauid in ſpiritu. Et ideo in hoc pſal. oſtendit, quod debeant eam patienter ſuſtinere cum deprecatione ad Deum pro eius terminatione. Et ſecundum hoc exponitur iſte pſal. ſic quòd Dauid loquebatur in perſona populi captiuati di.*

1 Dixi, Cuſto. *id eſt, diligentia me cuſtodiam. Vt non delinquam in lingua mea. q. d. ne aliquo modo murmurem de diuinis iudicijs, quando permittit Gentiles, & idololatras dominari, & filios Iſrael pro peccatis ſuis ad tempus affligi, & captiuari. poſui ori meo cuſtodiam cum conſiſteret peccator, i. populus Babylonicus idololatriæ deditus.* Aduerſum me: *Cum. n. populus Iſrael erat ibi in captiuitate, inſidiabantur Babylonij aliquid rapere de ore eius, vt poſſent eum accuſare: propter quod oportebat eum tunc maiorem cuſtodiam ori apponere.* Obmutui & humiliatus ſum corā Babylonijs. Et ſilui a bonis. *id eſt, a lege diuina, vt dicit Rab. Sa. quia de ea non audebat loqui coram Babylonijs. Et dolor meus renouatus eſt, quia prius doluerat de ſua captione, & iterum de legis Dei depreſſione.* Concaluit cor meū intra me: *quia ira eſt accenſio ſanguinis circa cor. etiam illa quę eſt per zelum qualis eſt iſta: & ſic cauſabat calorem intrà. Locutus ſum in lingua mea. id eſt, tacitò orando.* Notum fac mihi dñe finem meū. *id eſt finē huius captiuitatis, vt ſic poſſim manifeſtè & publicè promere verba diuinæ laudis, vel legis. Et numerum dierum meorum quis eſt. id eſt, dierū huius captiuitatis. Vt ſciam quid deſit mihi, id eſt, quantū diſto a redemptione huius captiuitatis. Et pro acceleratione redemptionis allegat breuitatem vitæ humanæ di.* Ecce menſurabiles. *in Hebr. habetur:* Ecce palmos. *palmus aūt eſt menſura breuis: propter quod Hiero. in tranſlat. iuxta Hebræū dicit:* Ecce breues, &c. *idem ſignat quod dicitur hic,* Ecce menſurabiles, *quia res breuis eſt & facilè menſurabilis,* Poſuiſti dies meos. *q. d. niſi citò terminetur iſta captiuitas in ea moriar, ex quo ita breues ſunt dies mei. Et ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te, quia illud quod eſt modicum quaſi nihil reputatur. ideo ſubditur: Veruntamen vniuerſa vanitas omnis homo viuens: ex quo vita eius eſt ita breuis, & ſicut eſt paruæ durationis: ita eſt paruæ cognitionis. ideo ſubditur:* Veruntñ in imagine pertranſit hō. *In Hebræo habetur:* In obſcuritate. *& idem ſignat quod dicitur hic:* In imagine, *quia illud quod tantum cognoſcitur in ſua imagine, cognoſcitur imperfectè. Et ſicut homo eſt paruæ cognitionis, ita & frequenter inutilis & noxiæ ſolicitudinis. ideo ſubditur:* Sed & fruſtra cōturbatur. *i. vana ſolicitudine anxiatur. cuius cauſa ſubditur:* Theſaurizat cū magna ſolicitudine, & ignorat cui congregabit ea; *quia forſitan citò morietur, & theſaurus ſuus ignotis relinquetur. et ideo concluditur, quod ſolicitudo & ſpes hoīs eſt ponenda in Deo, cum dicitur:* Et nunc quæ eſt expectatio mea, nōne dñs? *q. d. ſic:* Et ſubſtantia mea apud te eſt: *& accipitur hic ſubſtantia pro diuitijs. Diuitiæ enim iuſtorū reſeruantur apud Deū ſecundum illud Eſa. 64. b.* Oculus nō vidit nec auris &c. *Et quia ex confidentia diuina inſurgit homo ad deprecandum ipſum Deū, ideo deprecando dicit:* Ab oībus iniquitatibus meis erue me. *non ſolum quantum ad iſtius captiuitatis pœnam. vnde ſubditur:* Opprobriū inſipienti dediſti me, *id eſt, populo Babylonico idololatriæ dedito.* Obmutui & nō aperui os meū. *ad reſpondendum contra illatum mihi opprobrium.* Q̄m tu feciſti, *ſubijciendo me eius ſeruituti, ideo ſubditur:* Amoue a me plagas tuas. *id eſt, pœnas iſtas a te mihi indictas: quarum grauitas allegatur, cum ſubditur:* A fortitudine manus tuæ. *i. punitionis tuæ.* Ego defeci. *quaſi non potens vel ſaltem cum difficultate ſuſtinere. Et hic terminatur verſus in Hebræo & in tranſlat. Hieron. iuxta Hebræum, & verſus ſequens incipit cū dicitur.* In increpationibus, *i. duris punitionibus. Propter iniquitatē corripuiſti hoīem, id eſt, Iſraelem, q. d. licet punitio tua ſit dura, tñ eſt iuſta. Et tabeſcere feciſti ſicut araneā, In Hebræo, & in tranſlat. Hiero. iuxta Hebræum habetur, ſicut tineam aīam eius, id eſt, vitam eius reddidiſti contemptibilem, & cōculcatam coram Babylonijs.* Veruntñ vanè conturbat̃ oīs hō. *q. d. licet iuſtè poſueris nos in captiuitate tñ Babylonij abutuntur noſtra ſeruitute, & contra nos prouocantur ſine cauſa, ideo ſubditur: Deprecatio de liberatione ab ea, cum dicitur, exaudi orationem meā, &c. Ne ſileas, i. ne diſſimules audire.* Q̄m aduena ego ſum in terra Babylonis. Apud te. *q. d. tñ ibi colo te. Et peregrinus ſicut omnes patres mei, ſ. Abraam, Iſaac, & Iacob peregrinati ſunt in terra aliena, vt patet in Geneſ. 12. & 21. Remitte mihi culpam & captiuitatis pœnam. Vt refrigerer, per tuam conſolationē. Priuſquam abeam de vita præſenti per mortem.* Et amplius nō ero. *ſcilicet in ſtatu merendi, vel in ſtatu quo poſſim in regnum Iudæa reuerti. Alio modo poteſt exponi pſal. iſte de ipſo Dauid ita quod fecerit ipſum poſitus in fuga a facie Abſalom filij ſui, poſtquam audierat vituperia ſibi illata a Semei. Sicut enim pro perſecutione Saulis fecit multos pſ. vt ex dictis ſuprà patuit. & inf. & adhuc patebit, ſic & de perſecutione ſibi mota ab Abſalom. Et videtur mihi, quod hæc expoſitio ſecunda eſt magis rationabilis, & magis conſona literæ, quam præcedens. Et ſecundum hoc pſal. poteſt diuidi in tres partes: quia primo deſcribitur ipſius Dauid patientia. & ſecundo eius confidentia, ibi.* Locutus ſum. *tertiò orationis inſtantia, ibi:* Exaudi orationem. *Circa primum dicit ſic:* Dixi, *id eſt, firmiter in corde meo propoſui.* Cuſtodiam. *murmurando contra Deum de afflictione mea.*

2 Poſui ori. &c. *id eſt Semei mihi maledicens & lapides, & terram contra me proiiciens, vt habetur 2. Reg. 16. b.*

Obmu-

## MORALITER.

1 *Dixi. Cu.* Ra. Sa. dicit q̃ Dauid fecit hunc pſ. præuidēs in ſpiritu captiuitatē Babylonicā, i qua populus Iſrael fuit in tāto timore, q̃ de iniurijs illatis ſibi nō audebat q̃queri vel murmurare. Moraliter āt pōt exponi de quolibet poſito p̃ pctīs ſuis in afflictione corporali: de qb. tñ pœnitet & petit a Deo miſericorditer liberari, licet ſuſtineat patiēter. Dicit igitur: *Dixi Cuſtodiam.* i. firmiter ppoſui cauere a recidiuo peccati.

1 *Vt non delin. &c.* Murmurando contra iudicia diuina.

2 *Poſui ori meo.* Per circumſpectionem.

† *Cum conſiſteret peccator.* id eſt, diabolus vel homo malus.

A transiui terrenas delectationes,& ex bonis cõtraho inuidiã, ſufficit intelligentia corã Deo, ne loquendo dẽ aditum calũ nioſis: in quo fit ſæpe pturbatio, vt dicantur nõ dicẽda, contra quod melius remediũ eſt ſilentium, ſed dũ nimis timeo ne loquar mala, tacui bona, & qa nõ erogo talentũ mihi creditũ pauperibus, non committet mihi diues dominus, & hoc eſt, obſurdui, ideſt, cepi iam non audire cõtitetur ſe paſſum, docens nos cauere hoc non imitari.

†ſilentio.i. diutino ſilentio factus ſum velut mutus.

† turbatus eſt

Caſſ. Poſui vſq; eo qđ obmutui. Humiliatus, vt purum intelligas ſilentiũ nõ dolo ſum. Et ſi. a bo. ne docerẽ cõtemnentem, qui cauſam contentionis quærit.

† exarſit.

† menſuram quatuor digitorum.

⁂ Theod. hęc cũ hiſtoria magnã habent

B cõſonantiã. Nam Semei maledicenti nõ reſpondit, & prohibuit ne Abiſai illũ ſpiculis cõfoderet dicens, cũ dolor & memoria peccati renouaretur, Dimitte eum: etenim iuſſit Dominus vt malediceret Dauidi. R. Kimhi, & pro etſi.

a *A bonis & do.* Caſ. annuntiandis. vel a bonis hominibus, p porcis & canibus, quibus ſanctũ nõ eſt dãdum, vnde dolor, qa negat cõſeruis cibaria vitæ. Et ideo: *Cor meum concaluit*, omni parte igne Dei. Intra me, in ratione, ut de cæleſtibus cogitaret. Intra prius quã extra exiret loquẽdo, vel in æterna gratia ſanctiſpiritus. In meditatione mea ex. ideſt, in cõſilio, ne inſanus eſſe æſtus videretur poſtquam intra, etiam in lingua mea, ideſt, tranſilientium locutus ſum.

* Theodo. Sym. Exaruit cor meum intra me, & dum in animo expenderem, flagrabam igne mæroris.

Aug. Quod eſt malis inuitus ſilui, ſed dño locutus eſt æſtu charitatis agente iſtud. Notũ fac fi. ideſt, Chriſtum qui eſt finis noſter. Et numerũ dierum, nõ deſiderio huius vitæ, ſed deſiderio Chri, ut appareat ſi eius aduẽtũ poterit videre, antequẽ multũ deeſt ad vitã, quia ante eum ſunt veteres dies

C Adæ, qui ducũt ad mortẽ, & nõ noua regeneratio. Et ſubſtãtia.

a ¶Vel obſurdui. b ¶Non me humiliaui. ¶Caſ. Improperia ſuſtinui ab eis. c ¶Dum timeo ne dicam mala. d ¶Ita. e ¶Caſ. Quem paſſus eſt in loquendo a quo quieſcit in ſilentio.

a ſum me. Obmutui † & humiliatus ſũ, & ſilui a bonis, et dolor 1
2
b a ¶Aug. Dolet tacuiſſe dicenda, quia tidit mala, tacuit etiam bona, & bonis. vnde: Zelus domus tuæ comedit me, id eſt, amor proximorum, quibus bona tacui angit me. b ¶Aug. Cœpit inquietum eſſe cor, videns hinc inde eſſe pericula ¶Id eſt, ex omni parte caluit igne Dei, ideſt, amore cæleſtium. 3

meus † renouatus eſt Cõcaluit cor meũ intra me, & in medita 4
5
a ¶Sed. ¶Aug. In hac fluctuatione dicendi & tacendi inter calumnioſos, & audire peccatos, in hoc æſtu quæſiui meliorem locum vbi hoc non patiar, ſcilicet finem, ideſt, vitam æternam. Et hoc eſt. no. f. &c. b Hoc. ¶Aug. ſi multa tranſiui reſtat finis vbi non ſunt ſcandala, noto fine plus deſiderat, & omnia tranſilit, & nu.

c tiõe mea † exardeſcet ignis. Locutus ſũ in lingua mea, notum 6
a ¶Homo. Aug. Hic eſt numerus ſine numero. b ¶Vere non tranſit. ¶Vel qui. 7

d fac mihi dñe finẽ meũ, & numerũ dierũ meorũ, quis eſt, † vt 8
a ¶Quantum. vnde humilior eſt homo. b ¶Hic in præſenti. c ¶An deeſt? quaſi quia vtique. ¶Quid enim de iſtis diebus tranſitorijs ſentis. d ¶Aug. Annos veteres, quia corrumpuntur corpora peccato & pœna. ¶Breues, inanes. e ¶Qui dederas immenſurabiles ſi homo periiſſet. 9

e ſciã qd deſit mihi. Ecce † menſurabiles poſuiſti dies meos, & † 10
a ¶Aug Cito tranſit, & quandiu eſt nihil eſt. ¶Aug. Actus quidem boni ſunt aliquid. b ¶Ex ſe. c Qui vere vides. d In hoc genuit, ſicut in ſuperna, ideſt, ſupernorum amore exardeſcit. 11

f ſubſtantia mea tanquam † nihilum ante te. Veruntamẽ vni- 12
g 13

tia, quæ Adam peccante damnata eſt, nihil eſt ante Deum & ſi actus tranſilientis aliquid ſunt.

b *Dolor meus renouatus eſt. Concaluit cor meum int. me & in.* Aug. Si damnabitur piger qui nõ erogat, qd ille qui per luxuriã conſumit, poſitus.n. tranſiliens inter Deum diuitem, & hominem pauperem, vt a Deo accipiat, & homin[i] diſtribuat. Sed dũ timet eſſe prodigus & diſſipator, fit auarus diſpenſator.

c *Locutus ſum.* Aug. Non auditori erudiendo, ſed exauditori Deo à quo intus audior.

d *Et numerum dierum meo.* Hiero. Aug. Numerus dierũ qui mi[hi] ſũt nõ eſt vere tranſilienti, hærenti autem eſſe videtur.

e *Ecce menſurabiles.* Cas. Quaſi noto fine & diebus qui ſunt, attendit ad hæc quæ reliquit & comparat inuicem.

* The. Sym. Ecce dediſti mihi dies, ut menſuras duodenum digitorum, & uita mea, ut nihil ante te. Hebræi, palmales.

f *Et ſubſtantia, &c.* Aug. Qui uidet nihil eſſe hãc ſubſtantiam ante te uidet ubi oculi tui ſunt, non ubi humani. i. tuæ uiſioni concordat, uel, ante, ideſt, contuitu illius quæ ante te erit.

g *Veruntamen.* Cat. Videns aduentum Chriſti redit ad infirmitatem, quam inter uirtutes habet dicens:

Aug. Magna ſunt quæ diximus & credimus, ſed tñ nõdum eſt illud æternũ, ſed uniuerſa uanitas. Et pro mutabilitate deſiderans æternam, exprobrat humanæ uitæ, cui ſubeſt, quod dicit. Ne quis putet ſanctos a tentationibus alienos.

Aug Vel, licet menſurabiles dies, licet ſubſtantia nihil, tamen uniuerſa uanitas, eſt in rationali creatura, quæ ſecundum diuerſos uniuerſam appetit creaturam.

Aug. Veruntamẽ. Quamuis ęternis inhio, tamen dũ hic viuo, ubi tot ſcandala, ubi tẽtatio, uniuerſa uanitas. Oĩs homo & trãſiliens & hærens. i. ad uniuerſam uanitatem adhuc pertinent, quia oĩs uanitas ſub ſole eſt omne uiſibile. Inuiſibilia non

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Obmutui, &c.* Nihil reſpondendo tibi.

2 *Et humiliatus ſum, &c.* Magna enim humiliatio erat, quod rex patienter talia ſuſtineret.

3 *Et ſilui a bonis, &c.* Iſte enim Semei erat dignus morte propter crimen læſæ maieſtatis, propter quod dixit Abiſai. *Quare maledicit canis moriturus domino meo regi? vadam & amputabo caput eius.* Dauid autem non dedit ſibi licentiam ſed magis prohibuit. Et ſic ſiluit a bono iuſtitiæ fiendæ, non tamẽ peccauit, quia illa iniuria erat contra perſonam, & ſic poterat ſine læſione iuſtitiæ dimittere uindictã uel differre, ſed magis meruit ſuſtinendo patienter ex humilitate. Vnde ſubdit ibidem: *Dimitte eum vt maledicat, ſi forte reſpiciat dominus afflictionem meam, &c.* De duobus enim bonis unum eſt melius altero, unde dicit Apoſtolus 1. ad Cor. 7. g. *Qui iungit virginem ſuã matrimonio, bene facit, & qui non iungit melius facit.*

4 *Et dolor meus renouatus eſt.* Quia tunc recoluit in ſpeciali de malitia filij ſui Abſalom. d. 2. Reg. 16. cap. *Ecce filius meus qui egreſſus eſt de vtero meo quærit animam meam, quanto magis nunc filius Iemini:* de qua malitia valde dolebat, vnde & mortuo Abſalom in ſua malitia dicebat 2. Reg. 18. g. *Quis mihi tribuat vt ego moriar pro te fili mi Abſalom?* Lugens eius damnationem, ſicut expoſitum fuit ibidem.

*Con-*

5 *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione, &c.* Ex charitate enim quam habebat ad filium dolebat de eius culpa magis quam de perſecutione ab eo contra ſe mota.

6 *Locutus ſum.* Hic cõſequenter deſcribitur ipſius Dauid cõfidentia, & primo deſcribit humanũ defectũ, ſecũdo ex hoc concludit quod de ſolo Deo eſt confidendũ, ibi: *Et nunc.* Deſcribendo autẽ humanũ defectum, primo incipit a ſeipſo dicens: *Locu. ſum. in lin.* te deprecando corde & ore.

7 *Notum fac.* ideſt terminum perſecutionis in qua ſum.

8 *Et nu.* ideſt, quot diebus ſtabo in iſta tribulatione.

9 *Vt ſciam quid deſit mihi.* i. quantum oportebit me vlterius ſuſtinere. q. di. cum difficultate poſſum iſta ſuſtinere, & ideo deſidero finem ſcire.

10 *Ecce menſurabiles.* ideſt, breues, vt ſupra expoſitum eſt. Poſuiſti dies meos, ideo ſubditur.

11 *Et ſubſtantia mea.* ideſt, vita mea, vt habetur in tranſlatione Hiero. iuxta Hebræum.

12 *Tanquam nihilum ante.* Quia quod modicum eſt, quaſi nil reputatur. Secundo procedit ad oſtendẽdum humanum defectum generaliter di.

13 *Veruntamen vni. &c.* Quia oĩs homo eſt ita breuis vitæ, quicquid contingit in ea debet reputari inane, & ſicut eſt modicæ durationis, ita eſt paruæ cognitionis, ideo ſubditur

*Ve-*

## MORALITER.

† *Obmutui, &c.* ideſt, ab expreſſione pænitentiæ meæ & afflictionis grauitate.

4 *Et do. meus.* Nã augmentatur cum in corde clauſus renetur ſicut apoſtema grauius affligit anteq̃ aperiatur, ideo ſubdit:

5 *Conculcauit cor meum.* Ex doloris augmento.

6 *Locutus ſum in lingua mea.* Tacite orando.

*No-*

7 *Notum fac mihi.* ſcilicet quantũ ad afflictionem præſentem

9 *Vt ſciam quid deſit, &c.* Ideſt, quandiu durabit. Et pro acceleratione termini allegat breuitatem vitæ di.

10 *Ecce menſurabiles, &c.* ideſt, valde breues, quia res breuis cito facili menſuratur.

11 *Et ſubſtantia mea tanquam.* ideſt, res tam modica, qđ quaſi nihil eſt reputanda. Et non ſolus ego ſum huius conditionis, ſed etiam.

*Omnis*

non ſunt ſub ſole,ideſt,fides, ſpes,charitas, hæc habent Idi-
Athun vltra ſolem cuius conuerſatio in cælis eſt.
* Baſi.& Theo.Nihil viuentes homines differũt ab ijs qui in pictura exprimuntur, ęqualiter enim horum & illorum natura tempore labitur & corrumpitur.

a *Omnis homo.* Aug. Si malus, in ſecularibus van⁹ eſt,ſi bonus, cum Chriſto volenti eſſe, vana eſt vita.

b *Veruntamen.* Aug. Diapſalmus. Quo modo omnes ſub vanitate & caſu, & inde opponit ſe expectare dominum, & petit liberari.

c *In imagine pertranſit.* Aug. Quamuis ita ſtudeat vanitati,tamē cito tranſit corporaliter, imagine ſpeculi, q̃ cito euaneſcit, Vel ipſe poſitus in imagine Dei.ideſt,in ratione, & ita, mirũ quod hoc non retrahit eum vanitate, ſed conturbatur, ideſt, a puritate mentis in actibus ſeculi deducitur, quia cum miſeria & labore appetit, terrena.

*Theſauriʒat.* Aug. De cæteris vitijs elegit propheta auaritiam,ad oſtendendum quod intendit,ipſa enim eſt radix omnium malorum.

*Expectatio.* Aug. Prima aduentus vel ſecundi,qui cũ mora quia multa ſuſtinet.Vere o domine es expectatio, quia ſubſtantia apud te conſiderata eſt.Vel quia præuideo meā ſubſtantiā apud te futurā.Vel ſubſtantia non illa Adæ, ſed conſcientię bonę poſſeſſio, qua ſuſtentatur & paſcitur,quæ eſt ante Deum cui placet,non in ſacculis noſtris.

Baſ.& Theo. Aquila ſubſtantiam,expectationem dixit.

*Ab omnibus iniquitatibus meis erue me.* Caſ.Non ſolum ab eis ne reuoluar in ea quæ trāſiliui,ſed ab omnibus omnino.Imperfectus enim eſt homo,quia non accepit quod optat,perfectus qui ſcit hoc ipſum quod ſibi deficit.

a ¶ Ipſa,non modo vanus & de hoc per exaggerationem. b ¶ Non Deus non ſpiritus. c Quaſi iucunde in mundo cui ſeruit. d Aug. Quanquam in imagine,ſcilicet Dei,homo ambulet quæ eſt vltra ſolem,& veritas quia vera & inuiſibilia bona appetit, tamen vane turbatur, ideſt, vanis deſiderijs, vi u & veſtiu & huiuſmodi.

a uerſa vanitas, oīs homo † viuens.* † Veruntamē † in ima- 1

b a ¶ Inutiliter. b Aug.inde e t vana perturbatio,quia.

c gine pertranſit homo,ſed & fruſtra conturbatur. Theſauri- 2

d a ¶ Aug.neſcit enim ſi filius poſſidebit,qui & tranſit. b Viſa hac vanitate reſpiciens veritatem in medio poſitus,ait e.g o.Et nunc quæ eſt expec. c Nemo hic perfectus.Finis.

e zat, & ignorat cui congregabit ea:Et nunc quæ eſt expecta 3

a Qui ſuper omnia. b Caſ iam ad te tendens,aliquantum eſſe incipit.

f tio† mea, nonne dominus? & ſubſtantia mea † apud te eſt. Ab 4

a Sed quia nullus ſine peccato quantacunque tranſilierit.peto Quia multæ etiam iuſto. b Caſ.Stultus irridet bonis moribus.Caſ.quia remanet in vanitate.

omnibus iniquitatibus meis erue me, opprobrium inſipien- 5

a Quia ſic ago.Ideo debes quia. b Dediſti me.op inſi.&c.Contra quem ſequitur. c Nec conatus ſum loqui.Quia fruſtra loquerer.

g ti † dediſti me. Obmutui, & non aperui os meum, quoniā tu 6

a Me.Aug.qui creauit,Ipſe recreet. b Erue ab iniquitate,& amoue paſſionem & mortem. c Grauiter illatas. d Enim.A forti potentia. 7

h feciſti: amoue a me plagas tuas. † A fortitudine manus tuę e- 8

a ¶ Aug.ideſt,Cum arguis me defeci,arguere autem tuum eſt,propter iniquitatem erudire. 9
b Aug.Et non ſine cauſa,quod defeci,& infirmus ſum,pro iniquitate eſt,& in hoc erudiſti,non damnaſti,& pœna eſt,& gratia eſt,vnde alibi,Qui fingis dolorem in præcepto ideſt, formas dolorem quem intuliſti.Alias pro iniquitate. Alias erudiſti.

i go defeci † in increpationibus : ꝑpter iniquitatē corripuiſti 10

k a Adeo corripuiſti hominem.Ita erudiſti vt anima tabeſceret, quaſi aranea qua nihil eſt tabidius.eruditur enim anima in firmitate & humilitate vt non de ſe præſumat,quæ diſplicuit fortitudine & ſuperbia.

l hominem. Et tabeſcere feciſti ſicut † araneam animā eius: 11

a Aug.Licet correctus. b Viuens in incerto.B.Aug.Inter hæc ergo poſitus tranſiliens, iam in ſuperioribus ſpe agens.Exaudi inquit.

m verũtamē † vane conturbatur omnis homo. Exaudi oratio 12
n 13

g *Obmutui.* Caſſ.Habitus opprobrio obmutui, nō ego cōtentioſe cōtra illos vel murmure cōtra Deū,quia tu feciſti dans mihi patientiam.Et quia talis es,amoue plagas quod potes, quia feciſti eas,& neceſſe eſt quia defeci. D

h *Amoue a me plagas tuas.A fortitudine manus tuæ ego def.* Aug. Quia tu feciſti me, noli exterminare, tantum cede vt producar, non vt comminuar.

* Baſi.& Theo.Te.n. permittente, ille per bacchabatur, & ille ſimilis erat flagello, tu vero per illud flagellationem afferebas.

i *Increpationibus propter iniquitatem.* Quibus humanum genus increpuiſti, quod tamen ex merito noſtro,propter iniquitates noſtras increpuiſti,quæ ſunt ad correctionem, aliter enim iniquitas incorrecta permaneret. E

K *Corripuiſti homi.* Augu. Eſt dolor informis qui non emēdat. Formatus, qui eruditionibus formam præſtat. Et talis dolor eſt præceptum, ideſt, vicem & imaginē præcepti habet.

l *Et tabeſcere feciſti.* Aug.Siccatam ab amore virtutum & cognitionis.Sicut aranea texit inanem telam in congregatione temporalium. Vel dum extrahit a ſe iniquitatem ( ſicut aranea egeſtione viſcerum ) moritur.

Caſſ.Vel aranea tenue corpus hēt,nec in terra ſed in alto ſtat,telas egeſtione viſcerū texit, ſic aīa cōuerſi & afflicti terrena deſerit,ſubtiles oꝑatiōes timore Dei tabificata ꝑficit.

m *Veruntamen.* Aug.Caſ.Licet increpetur,licet tabeſcat, tñ humana infirmitate varijs rebus cōfunditur, niſi qui Deum pura mente contemplatur.

n *Exaudi ora.* Caſ.Diapſalmus. Inter mala ſeculi petit ſibi adeſſe, & peccata dimitti,vt proſpero fine exeat.

g Ob-

☞ Caſſiod. F

†Quanquam.
* Sela ſupra pſal. 2.
† velut vmbra ambulat (vel imaginarium vitam ducit, homo.

†ante te,ſemper.

Dolor duplex

†Vanitas. Sela ſuper pſal. ,.

## NICOLAVS DE LYRA.

*Veruntamen in ima.&c.* Etiā inutilis & frequenter noxię ſollicitudinis,ideo ſubditur: 2 *Sed & fru.*Et exponatur ſicut in precedēti expoſitione dictū eſt. 3 *Et nūc.* Hic ꝯñr concludit q̃d de ſolo Deo eſt cōfidendū ex quo defectus humanæ fragilitatis tātus eſt.d.*Et nūc quæ eſt expectatio mea,&c.* & exponatur ſicut in expoſitione ꝑmiſſa:Et qa de ſolo Deo eſt confidendū,ideo cōuertit ſe ad ipſū deprecandum dicens. 4 *Ab omnibus iniqui.&c.* Nō ſolū quantū ad culpā,ſed etiā quantū ad pęnā mihi a te inflictā,quæ non ſolū erat dura,ſed etiam ignominioſa, iō ſubditur: 5 *Oppro.inſi.* Scilicet Semei mihi maledicēti,vt patet ex prædictis. 6 *Obmutui.*Patienter ſuſtinendo,vt prædictum eſt. 7 *Quoniā tu fe.* Vnde dixit Dauid, 2.Reg.15. Dominus enim præcepit ei vt malediceret,tamen peccauit Semei hoc faciendo, quia iniqua voluntate hoc faciebat. Dominus enim aliquando malis hominibus vtitur ad bonum,vt diffuſius fuit ibi dictum.
8 *Amoue a me pla.tu.* Ideſt,pęnas mihi iuſte inflictas, a quib. non poſſum liberari niſi per te.
9 *A fortitudine ma.tuæ.* Ideſt,punitionis tuæ,exponatur ſicut prius vſque ibi: 10 *Corripuiſti ho.* Ideſt,meipſum ex fragilitate humana peccantē. 11 *Et tabeſcere feciſti,&c.* Ideſt, animā meā vel perſonā reddidiſti cōtemptibilē corā Abſalom & eius complicibus. 12 *Veruntamen,&c.* f.de Iſrael ſm̄ qđ dicitur 3. Re.15 c.Toto corde vniuerſus Iſrael ſequitur Abſalom:Et iſti vane cōturbantur ꝯ Dauid Tum quia non habebant cauſam iuſtam. Tum quia non habuerunt intentum ſed magis confuſionem.
13 *Exaudi.* Hic vltimo ponitur inſtantia orationis ipſius Dauid,cum dicitur:*Exaudi,&c.* per effectum liberationis meæ.

*Auribus*

## MORALITER.

*Omnis homo viuens.* Quantum ad corpus.
*Veruntamen in ima.* i.anima,imagine Dei inſignita pertranſit homo a corruptibili vita,nam ipſa eſt immortalis.
*Sed & fru.con.* de ſolicitudine circa bona præſentis vitæ. Ideo ſubditur:
*Theſauriʒat & igno.* Quia forſitan fures rapient,vel eius aduerſarij poſſidebunt,propter quod concluditur.
*Et nunc quæ eſt.* q.d.ſic.
*Et ſubſtantia.* ideſt,omnes diuitiæ meæ.
*Ab omnibus iniqui.&c.* propter quas.

*Oppro-*

5 *Opprobrium inſi.* ideſt,maligno me perſequenti.
6 *Obmutui,&c.* ideſt, patienter ſuſtinui propter te quæ voluiſti, ideo:
8 *Amoue a me.* ideſt,afflictiones iſtas,quarum grauitas allegatur cum dicitur:
9 *A fortitudi.ma.* quia tamen Deus agit omnia iuſte.ſubdit.
10 *Propter iniqui.* ideſt,meipſum.
11 *Et tabeſcere feciſti,&c.* i.vitam meam,quæ nomine animæ ſignificatur,reddidiſti,ſicut rem vilem & abominabilē.
13 *Veruntamen,&c.* de vitę præſentis afflictionibus, nā omnia fiunt ad bonum electorum. Quia tamen nullus ceſſare debet a Dei deprecatione,ideo ſubditur.
13 *Exaudi ora.meam,&c.ne ſile.* ideſt,diſſimules te audire.

Caſ. Sed quia ego iſta non peto, ne pro eis triſter exaudi.
A Quanto plura nouit, tantò plus ſupplicat. Oratio eſt quando vota Deo pandimus. Deprecatio frequēs ſupplicatio ab imo cordis: Ne putes eum tantū verbis & ore orare, addit, & lachrymas, quę violētæ ſunt in precibus ad mouendam miſericordiam.

Oratio. Deprecatio.

B a *Ne ſileas*. Dic mihi *Remiſſa ſunt tibi peccata: vel, Venite benedi. &c.*

* & ad Luc. 7. g. Matt 25. c.

b *Quoniam aduena ego ſum.* Aug. iam apud te, ſed adhuc inquilinus, quia hinc tranſiturus ad æternū, vbi non ero inquilinus.

C *Aduena apud &c.* Caſ. Nō in diaboli ciuitate, ſed in tua receptus, de Babylonia ad Ieruſalem tranſlatus. *Sicut omnes patres*, ne quis ab hac conditione putetur exceptus. Aduena meum regnum pro tuo deſero. Peregrinus, adhuc non eligens mihi ſedem hic.

c *Remitte mihi*. Caſ. Hic ſibi petit dimitti, vt certus ad iudicium perueniat.

* Theodor. In hanc comptam vitā non reuertar.

a b c
[...]nem meam domine, & deprecationem meam: auribus per- 1
a ¶ Aug. Licet tot, tranſiluerit, habet quod fleat quia abeſt quod deſiderat, quia crebreſcunt ſcandala: abundat iniquitas, refrigeſcit charitas. b Ideſt fac, vt audiam. ¶ Aug. Quia Deus loquitur occulte in corde: Salus tua ego ſum, quam vocem ille optat.
cipe * lachrimas meas. Ne ſileas, quoniam † aduena ego 2 3
a Scilicet apud te, quia ſunt peregrini cum diabolo. Quia ibi patria. b Aug. Qui migrauerunt, conſtat ergo idem de me.
ſum apud te & peregrinus, ſicut omnes patres mei. † Remit- 4 5
a Ideo. Aug. Quia migraturus ſum, reſtat hoc petere. b Caſs. Qui eum ſequor. Quia habet æſtus vitiorum, vnde dic: Dimitte nobis debita noſtra. Matt 6.b. Aug. Ne cum peccatis eam, quaſi: Si non dimittis, vt refrige. ibo & iam non ero amplius, vero eſſe, quod eſt cum Deo. c Ab hac vita. Alioquin.
te mihi, vt refrigerer priuſquam abeam, & amplius non ero. 6 7 8

GLOS-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Auribus perci. la. me. *Fleuit enim Dauid in illa perſecutione, ſecundum quod dicitur 2. Reg. 15. ſcilicet. Dauid aſcendebat cliuum oliuarum flens, & operto capite, & nudis pedibus incedens.*

2 Ne ſile. *ne tardes ſeu diſſimules audire deprecationem meam.*

3 Quoniam aduc. *hoc dixit, quia erat fugitiuus de ſua ciuitate regia.*

4 Sicut omnes pa. me. *ideſt patriarchæ ſancti qui in terra aliena fuerunt aduenæ & peregrini, vt prædictum eſt.*

5 Remitte mihi. *ſcilicet adulterium cum Bethſabee, & homicidiū Vriæ: propter quod ſciebat Dauid perſecutionem Abſalom euenisse ſibi, prout Nathan propheta ſibi prædixerat. 2. Reg. 12. c. Hæc dicit dñs:* Ecce ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua &c.

6 Vt refrigeret. *per tuam conſolationem.*

7 Priuſquam abeam. *de vita præſenti per mortem.*

8 Et amplius non ero. *ſ. in ſtatu merendi, & propter hoc nūc eſt tempus remittendi, quia poſt mortem non fit peccati remiſſio.*

*Moraliter poſſet exponi pſal. iſte de quolibet fideli exiſtenti in afflictione temporali pro peccatis ſuis, qui & ſuſtinet eam patienter, confidens de diuina miſericordia, ipſam implorat deuotè & inſtanter. Et conſideratis prædictis, litera huius pſalmi poteſt ad hoc facili applicari.*

PSAL-

MOARLITER.

3 *Quoniam adue. ſum.* in vita pręſenti.

5 *Remitte mihi.* culpam & pœnam.

6 *Vt refrigerer.* per tuam conſolationem.

7 *Priuſquam abeam.* de vita præſenti.

8 *Et amplius non ero.* in ſtatu merendi.

ADDITIO I.

In pſal. 28. *Dixi cuſtodiam.* vbi dr̄ in poſtil. Ad intellectū āt huius tituli. Ex hoc ti. poteſt ſumi argumentū pro opinione beati Aug. dicentis, q̄ omniū pſal. auctor eſt Dauid. Et ratio quare aliqn̄ intitulant̄ filij Core, Aſaph, & huiuſmodi eſt, qa approprianī eis tanq̄ cantoribus, qđ patet manifeſte in hoc pſal. cuius auctor eſt Dauid, & tñ appropriat̄ Idithū tāquam cantori, & ſic de alijs intelligēdū eſt, licet nō ita exprimatur.

ADDITIO II.

In eod. pſal. 38. vbi poſtilla. Accipiā duos modos exponēdi. Neuter iſtorū modorū vr̄ rationabiliter ſeu cōſonus litterę huius Pſal. Modus. n. Ra. Sa. non conſonat principio huius pſal. cū dr̄: *Dixi cuſtodiā &c.* Et. Poſui ori meo cuſto. &c. q̄ exponit in pſona populi exiſtētis in captiuitate Babylonica, q̄ diligēter cuſtodiebāt ſe a murmuratione de diuinis iudicijs cū deus pmitteret idololatras dominari, & filios Iſrael affligi, &c. Nā hoc eſt manifeſte ꝯ illud q̄ continet̄. 4. Reg. 10. & 2. Paral. 2. in quibus locis & alijs q̄plurimis teſtatur litera, q̄ captiuitas Babylonica proceſſit ex vera iuſtitia in vltionem præuaricationū magnarū a populo Iſrael & regibus eorū cōtinue cōmiſſarū. Hęc ēt habetur Daniel. 9. vbi Daniel in oratione ſua expreſſe profitebatur diuinā iuſtitiam circa deſtructionem Ieruſalem, & tranſmigrationē populi, vnde de hoc nullus locus erat murmurationi. Similiter & quod dicit: *Notum fac mihi finem meum*, qđ exponit de fine illius captiuitatis, non vr̄ rationabiliter dictū, nā finis Babylonicæ captiuitatis fuit notificatus a deo per Ieremiā, Iere. 29. b. vbi dr̄: *cum cœperint impleri in Babylone. 70. anni, viſitabo vos &c.* Vnde nō oportebat orare: *Notum fac mihi finem meum.* Similiter cū dicit qđ populus ille non audebat loqui de lege diuina corā Babylonijs, nullū habet fundamentū in litera. Similiter qđ introducitur: *In imagine pertranſit homo, ſed fruſtra cōturbatur &c.* quod exponitur de vanitate ſolicitudinis humanę, licet ſit in ſe verum, tamen omnino videtur impertinens huic propoſito, & ſic de multis alijs in hoc pſal. contentis.

Secūdus ēt modus exponendi, ad quem magis inclinatur poſtil. ſ. qđ Dauid fecerit hunc poſitus in fuga Abſalon &c. non vr̄ rationabile, nam de illa perſecutione Abſalon, ſimiliter & de iniurijs ſibi illatis a Semei, iam fecerat pſal. tertiū & ſeptimū qui de ipſa propria materia intitulantur, vñ nō vr̄ rationabile, qđ iſte pſal. de eadē perſecutione exponatur. Tū quia non vr̄ ratio quare alij pſal. prędicti de hoc intitularentur expreſſe, & non iſte pſal. Tum quia applicare huiuſmodi pſ. ad aliquā ſingularē hiſtoriam, cū poſſet intelligi ad lr̄am de vniuerſaliori materia, nō eſt aliud quam lucernam accenſam ſub modio includere, quod eſt inconueniens. Conſtat autem, quod vniuerſaliora ſunt potiora & diuiniora quam particularia ſeu ſingularia inquantū huiuſmodi, ſecundum Philoſophum in 1. Ethic. Tum quia Dauid fuit auctor pſ. ipſi intitulatorū tantū & nō aliorū, prout poſtil. opinatur, de iſtis maior pars applicat̄ caſibus ſingularibus q̄ ipſi Dauid contigerunt, prout ipſemet poſtil. in hoc pſal. & in alijs pluribus vr̄ velle, ſequeretur quod filij Core & Aſaph plures pſ. compoſuiſſent de myſterijs Chriſti & eccleſiæ, & de multis vniuerſalibus ad diuerſos ſtatus eccleſiæ pertinentes, quam ipſe Dauid, qui pro maiori parte de ſuis ſingularibus caſibus vt plurimū tractat ſm̄ opinionem poſtil. prout patet diſcurrenti per pſal. intitulatos ipſi Dauid, & per ꝓprias expoſitiones eorū a poſtil. aſſignatas. Hoc aūt vr̄ valde inconueniens cū de Dauid ſingulariter legatur. 2. Reg. 23. quod fuit egregius pſaltes Iſrael, & doctores etiam ipſum dicant eximium prophetarum, quod magis conueniret filijs Core & Aſaph, ſi huiuſmodi applicationes ſingulares poſtil. eſſent verę. Tum quia ſunt ibi aliqui verſus valde impertinentes propoſito, ſicut vniuerſa vanitas omnis homo, & in imagine pertranſit homo, & theſaurizat, & ignorat cui cōgregabit, & huiuſmodi, quæ & ſimilia verba licet ſint in ſe vera, ſunt tñ in hac materia impropria & impertinentia. Vnde melius vr̄ dicendū, q̄ hic pſal. nō applicatur alicui hiſtoriæ præteritę vel futuræ in ſingulari, ſed intelligitur indiſtincte de quolibet pœnitente, qui mundana cōtemnens quæ homines communiter ſequūtur, & magnis plagis ſeu turbationibus afflictus, a deo petit ſuā liberationē. vnde pſal. iſte in 11. particulas diuiditur. Primo. n. quia ſecundū Philoſophū in 2. rhetoricę, homines iraſcuntur præcipue ꝯ eos qui deſpiciunt ea circa quæ ipſi maxime ſtudent. Idcirco pænitens iſte qui de cōtemptu mundi principaliter intendebat loqui, merito timebat calumnioſos & litigioſos, vnde dicit. *Dixi cuſtodiā vias meas, vt nō delinquam in lingua mea.* non ſolum per fatua & otioſa, ſed etiam vera eloquia, quæ non pacifice tolerantur a calumnioſis diligentibus mundum, & ideo ſequitur: *Poſui ori meo cuſtodiam dum conſiſteret peccator*, ideſt, mundanus, aduerſum me. Secundo, quia ex hoc ſilentio ſequebatur quod ēt a bonis annunciandis abſtinebat, ita qđ nō poterat bonos docere, & dolor ei renouatus oñdit̄, vñ dicit: *a bonis, & dolor meus renouatus eſt.* Tertio, qa ex hac taciturnitate ſequebat̄ in corde ſuo & animo magnus ęſtus & ardor, iuxta illud Hieremię vigeſimo ca. *Fuit in corde meo quaſi ignis æſtuans &c.* ideo pœnitens quaſi compulſus habuit loqui, vnde dicit. *Cōcaluit cor meum intra me &c.* & locutus ſum in lingua mea, quę quidē locutio nō hominibus mundanis & contumelioſis, ſed deo a quo cū ſilentio audiri poterat, dirigebat̄. Vnde cōſequenter quarto explicat deo ſuam locutionem quæ talis eſt: *Notum fac mihi domine finem meum &c.* Ad qđ ſciendum, quod iſte pænitens mundana temne-

A emnebat, reputans ea vana ex ſui breuitate & varietate, & deo ſoli Deo loquebatur, dicens: *Notum fac mihi dñe.* i. tu qui cis vniuerſa, fac mihi notũ finẽ meũ, & numerũ dierũ meo ũ, vt ſciã quid deſit mihi, ideſt quantũ debeo durare in hoc eculo, & ſic poſſem ſcire breuitatẽ & diuturnitatẽ meę durationis. Ad qđ reſpondet: *Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos.* deſt breues, & qa ẽt in illa modica duratione non eſt ſtabili as, ſed magna mobilitas & varietas, ideo dicit: *Et ſubſtantia mea tanquam nihil ante te eſt:* quia ẽt breuis illa duratio in qua homo vr̃ ſubſiſtere, tanq̃ nihil ante te eſt, qa duratio mobili atis quæ ſucceſſiua eſt tanq̃ nihil reputatur reſpectu ęterni atis, in qua eſt tota ſimul interminabilis vitę poſſeſſio ſecũ- lum Boetium, & ſic concludit. Veruntamen vniuerſa vani- as omnis homo viuens.

Quinto oſtendit mũdana eſſe cõtemnenda ex hoc qđ in omine eſt aliqđ ꝑpetuo manens. ſ. anima, ſm quam eſt ad maginẽ dei, in qua imagine de hac vita trãſit cęteris mũda- is exterioribus omnino dimiſſis, ideo ſubdit: Verumtñ in magine pertranſit homo, de hac vita in ſola imagine tran- t ad aliã vitã, exteriora mundana totaliter relinquens, & ẽt orpus proprium, quod non eſt de eſſentia imaginis, vnde icit: Et fruſtra conturbatur, ſcilicet in actionibus & deſide- ijs mundanorum.

Sexto qa forte quis diceret non eſſe fruſtrabilia iſta mun- ana, qa licet homo in ſe ipſo nõ poſſet ea diuturne poſſide ꝑ ſe, poſſet tñ per filiũ vel hęredẽ, qui reputatur eadẽ per- na cum patre, ideo concludens hunc errorem dicit: The- urizat, & ignorat cui cõgregabit ea, neſcit enim ſi filius in s ſibi ſuccedat, an inimicus, & ſic concludit quod turbatio umana circa talia acquirẽda vel cõſeruanda eſt fruſtrabilis.

Septimo ex prędictis concludit, quod in rebus mundanis n eſt ponenda ſpes ſed in deo, apud quẽ ſubſtantia homi s eſt, & hoc eſt qđ dicit: *Et nunc quæ eſt expectatio mea, nonne minus? & ſubſtantia mea apud te eſt.* Et nota quod in Hebręo n ponitur eadẽ dictio vbi dicitur. Et ſubſtantia mea apud

B eſt. & ſupra vbi dicitur: *Et ſubſtantia mea tanquam nihil ante eſt.* ſed ponuntur diuerſę dictiones, quæ bene conſonat ic expoſitioni, vt patet in illa lingua erudito.

Octauo, qa nemo ſine peccato eſt, vt expectatio ſua ĩ deo certa, petit erui ab omnibus iniquitatibus. ſ. culpæ vñ di- : *Ab omnibus inquitatibus meis erue me.* Et qa ſtultus q̃ rema- t in vanitate mũdana irridet iuſtis & bonis, ideo ſequitur: *probriũ inſipiẽti dediſti me.* q.d. ideo debes me eruere, qa de ſti me opprobriũ inſipiẽti eo mõ quo dr̃ alibi: *Non erube- t in me qui expectãt te Deus Iſrael.* Quod quidẽ opprobriũ (qa ex culpa deprecantis inſurgeret) oſtendit di. *Obmutui, & n aperui os meum.* i. non egi contentioſe, ſed tacui. Et quæ ſit uſa huius taciturnitatis virtuoſę, ſubdit cũ dicit: *Quoniam feciſti.* ſcilicet me talem dãs mihi patientiam ſeu diſcretio m ad talia toleranda ſeu euadenda.

Nono poſtquã petiuit remiſſionem culpę petit remiſſio- pęnę. vnde dicit: *Amoue a me plagas tuas.* Et vt oſtenderet as plagas eſſe grauiter illatas, ſic quod vix poſſet eas tolera , ſubdit: *A fortitudine manus tuæ ego defeci.* quaſi dicat, plagæ æ ſic moderentur erga me, vt proficiam, non vt deficiam.

Decimo, ne forte quis æſtimaret quod huiuſmodi plagæ rtiter illatæ excederent rationem iuſtitiæ, & eſſent quaſi ndicatiuę, ideo ſubdit: In increpationibus, *ꝑꝑ iniquitatẽ corripuiſti hominẽ*, quaſi dicat, Hæc increpatio tua iuſta eſt, quia ꝑ iniquitatẽ. Et pia eſt, quia ordinatur ad correctionẽ, vnde cit: *Corripuiſti hominem.* Et modũ correctionis oſtendit eſſe lde afflictiuũ, cũ dicit: *Tabeſcere feciſti ſicut araneam animam us.* Nam anima pęnitentis in talibus plagis grauibus in hac ta conſtituta tabeſcit & attenuatur, ſentiens maximã fra- litatem ſuã. Et ex his ſequitur, quod homo ex tali increpa one correctiua quantumcunque graui, non rationabiliter onqueritur ſeu conturbatur, ſed ex fragilitate humana. vn dicit: *Veruntamen vane conturbatur omnis homo.* ſcilicet ſic

C rrectus, licet affligatur & tabefiat.

Vndecimo inſtanter petit ſuã liberationẽ tribus modis. rimo. ſ. ꝑ orationẽ, q̃ eſt leuatio mentis in deũ. ſecũdo ꝑ de precationẽ, quę eſt frequens ſupplicatio, tertio ꝑ lachrymas D quę in precibus ad impetrandũ miſericordiã ſunt efficaces, vñ dicit: *Exaudi orationem meam domine,* quo ad primum, *& deprecationem meam.* quo ad ſecũdũ. *auribus percipe lacrymas meas.* quo ad tertium. Et reddens rationẽ quare exaudiri debet dicit: *Ne ſileas, quoniam ego aduena ſum apud te & peregrinus.* hoc eſt dicere, ego iã ſum apud te in ſpe, licet adhuc ſim aduena & peregrinus in hoc ſeculo, in quo nõ habeo qetam manſionem, ad Heb. 13. & ſequitur. *Quaſi omnes patres mei.* iuxta illud Apoſt. 2. Co. 5. b. *Quandiu enim ſumus in corpore, a domino peregrinamur.* & quę ſit petitio, ſubdit d. *Remitte mihi vt refrigerer.* hoc eſt dicere, remitte mihi iniquitates. ſ. culpæ, & plagas. ſ. pęnę, de quibus ſupra dixerat. *Vt refrigerer.* per miſericordiã ab ęſtu vitiorum & pęnarum. *Priuſquam abeam.* ab hac vita vbi nunc peregrinus ſum. *Et amplius non ero.* ſcilicet in ea.

REPLICA. Circa pſal. *Dixi cuſtodiam.* Cum poſtil. ex multis expoſitionibus vnã pręelegiſſet. ſ. q̃ exponatur pſal. iſte de Dauid exiſtente in fuga tẽpore perſecutionis ab Abſalom filio eius illatę. & ad illum caſum pſal. hunc ptinenter applicaſſet. Burgenſis ſe putans lucernam accendere, dicit hunc pſal. exponi debere, nõ de vno particulari, ſed de quolibet pænitente indiſtincte: habens pro ratione principali, quia vniuerſaliora ſunt potiora particularibus & magis diuina, allegans ad id Ariſtotelem. 1. Eth. Sed hæc ratio qua Burgen. vtitur frequenter, brocardica videtur, quia non diſtinguit de vniuerſali in eſſendo, prædicando, & cauſando. Nam in eſſendo conſtat particularia vniuerſalibus potiora, quia quicquid tale vl̃e perfectionis includit, includit particulare, & vltra. Idcirco vulgatum verbum eſt, quod priora cõmunitate ſũt potiora perfectione. Similiter iudicium eſt de vniuerſali in prædicando, ſed de vniuerſali in cauſando puto Burgen. nolle dicere, quia propoſito ſuo minime ſeruit. Nec allegat Ariſto. in eo ſenſu in quo ipſe allegata verba E ſcribit, quia intentio Ariſto. eſt, quod bonum de quanto cõmunius de tanto diuinius. Nunc autem per communius nõ intendit vniuerſalius ſed cõmunicabilius. Et cũ Burgen. aliquẽ paſſum ſacrę ſcripturæ præſertim pſalmorũ, exponit de pluribus vel de omnibus peccatoribus, quẽ poſtil. ſm ſonũ primariũ terminorũ ſine abſurditate exponit de vno ſingulari peccatore, alijs tñ bene applicabilis per modũ exempli, ſemꝑ ipſe Burgen. adducit pro regula illud Ariſto. contra ipſius intentionẽ: Vniuerſalia ſunt potiora ſingularibus, putãs ſe accendiſſe lucernã, & aliqd diuinũ in mediũ deduxiſſe, quaſi dicat de pluribus peccatoribus ſit aliqd diuinius q̃ dicere de vno, vel quaſi plures peccatores ſint aliqd plus boni q̃ vnus ſingularis, qđ quãtũ ſeruit literali expoſitioni, pẽſent huius Burgen. amatores eius fraſcas grandipendentes. Cæterũ putat Burgen. aliquid diuinũ adduxiſſe arguendo ꝯ poſt. qa primo literaliter exponit multos pſal. de ſingularibus caſibus ipſius Dauid, volens ſm opinionẽ beati Hiero. q̃ ſequitur poſt. de autoritatibus pſalmorum, quia tunc filij Core, Aſaph, Idithun &c. plura myſteria Chriſti & eccleſiæ deſcripſerunt q̃ Dauid, quid vt plurimũ ſm expoſitionem poſt. de ſe ſuiſq; caſibus ſcripſit. Reſpondeo q̃, q̃uis poſt. primo ad literã ſm quod termini cõiter prætendunt, ſine abſurditate multos pſal. exponat de Dauid ſingulariter, non intendit tamẽ excludere ſenſus literales eorundẽ pſal. principales, qui ſũt de Chriſto & eccleſia, quorũ typũ Dauid gerit, Typũ inquã Chriſti aliqñ in regẽ cõſtituti, aliquãdo per malos tribulati, aliquando vt victoris de tribulationibus liberati, &c. Typum etiam gerit, eccleſiam in ſua perſona deſcribens, nunc a deo electam, nunc a prauis abiectam, nunc tribulatam, nunc in tribulatione gratias agẽtem &c. qui ſunt ſenſus, ab autore ſpirituſancto principaliter intenti, licet ſint alij. ſenſus priores, ſed digniores per voces primo ſine abſurditate ſignificati. Et ꝑ ea dicta ſoluuntur multæ differentiæ circa pſalterium inter Burgen. & poſt. quorũ alter refert ſe ad caſum ſingularem per voces primo ſignificatum. alter ad ſenſum exemplarem per ſpiritum ſanctum principiliter intentum. Et correctorũ volo ad omnes diffe- F rentias huiuſmodi referri, vt non oporteat inutiles fieri repetitiones.

Ariſtoteles.

GLOSSA ORDINARIA.

*In finem pſal.* Caſs. Primam inducit eccleſiã expectaſſe do inũ, & accepiſſe eum, & ab eo nouum teſtamẽtum, quod multi ſecuturi ſũt, vnde percutit omnis ſuperſtiones, & uitat ad terribilia Dei.

Caſs. Hic Chriſtus membris.

Theodoretus. Hieremiæ aut Danieli, Verbum vnum, Lacum

a De mutatione veteris teſtamenti in nouum. b ¶Chriſto, qui ſaluat, quod non lex nec dij gentium.

a † In finem pſalmus Dauid. b XXXIX.

Lacũ de quo fit mẽtio initio pſalmi, attendẽtes, aut captiuis Babylonijs attribuerunt hunc pſalmũ nonnulli. Ego autem eleganti figura in ea quidẽ quæ Dauid acciderunt, cõſcriptũ eſſe opinor, referri vero in oẽm hominũ naturam quæ ſpẽ reſurgendi a Deo ſaluatore accipit: in hãc verò ſniam diuinus Paulus nos deducis, in epiſtola ad Hebræos, aliquorũ verborũ mentionẽ faciẽs.

PSAL-

## PSALMVS XXXIX.

A a **E** *Xpectans expectaui*. Caſ.Expectat & ingratus,ſed expectans expecta.

Auguſtin Auctoritas ab antiquis in Abraham & cæteris aſſiduè expectaui,non legem, non aliud, ſed dominum qui ſaluare poteſt, & dominus ſuit intentus, & beneuolus eis, audiens eos educendo de profundo concupiſcentiarum, & de malis operibus,qui pedes affectuum inquinãt & retinẽt, & ſunt vilia, vt fęx comparatione vini: Canticum lætitiam de noua gratia, non vetus de lege quod placet Deo, qui noſter eſt per cultum, non aliorum.

† Suſtinens ſuſtentaui

B b *Dominum*. Auguſt. Non hominem, qui poteſt fallere & falli, & qui mecũ indiget.

c *Intendit*. Aug.mihi,vt prodeſſet:non me,ut & malos.

C d *Lacu*. Auguſt.tenebrę iniquitatum, infidelitatis.ſ.& ignorantię. Lutum carnalis concupiſcentia dupliciter dat:Deu profutura. Primum educit de miſeria ſeculi, quæ eſt lacus & lutum fęcis. Deinde ſuper petram ſtatuit, cum in præcepti Chriſti ambulamus: peccata ſicut lutum laci fœtent,& mergunt,petra contra lutum.

a ¶In promiſſione prophetarum. ¶Caſ. Mitis enim deſiderio. ¶Alias,ſuſtinens ſuſtinui. b ¶Et quid ille?

a † Xpectãs expectaui dñm,et ĩtẽdit mi 1

a ¶Non auertit. b ¶Qui prophetis ſe abdidit. c ¶A quibus expectans non ceſſat. d ¶Quid fecit.

b hi. Et exaudiuit pces meas,et eduxit 2 3

c ¶Aug.De profundo iniquitatis,ex carnalibus concupiſcentijs. ¶Inferno. b ¶L mi.

me de lacu miſeriæ, & de luto fęcis. Et 4 5 †

d a ¶Vt iam ambulem proficiendo b ¶Chriſtum. c ¶Qui prius cum diabolo. ¶Senſus d ¶Ne retro aſpicerem. e ¶Operum.

ſtatuit ſuper petrã pedes meos, & direxit greſſus meos. Et im- 6 7

a ¶Statuit,direxit,& ſi. b ¶Quod nouus homo attulit. ¶Aug Prædicationem noui teſtamenti. c ¶Nouus noua cantat. ¶Noua facta ſunt omnia. d ¶Scilicet. ¶Alias hymnum. e ¶Non dijs alienis.

e miſit in os meum canticum nouum,† carmen Deo noſtro. Vi 8

f a ¶Præcedentem ſequaces imitando. Hier.Veniſſe prædictum Chriſtum. ¶Populi. b ¶Iam ſequi malas vias. ¶Quia peccatores. c ¶Caſ.Facti Chriſtiani. d ¶Remiſſionem. e ¶Non in præcedentibus patriarchis,ſcilicet & prophetis. f ¶Etiam.

debũt multi & timebunt, et ſperabũt in † domino. Beatus vir 9 10 11

Hiero. In lacu verò & in luto, gentes idola colentes, vel omnes terrena amantes.

⁂ Theodoret. Sic ſacrę Scripturæ maxima diſcrimina nominare ſolent.

Baſil. Reduxit me de luto ceruí.

e *Carmen*. Hieronymus. Non turpe non theatrale, ſed per nouum teſtamentum.

f *Videbunt*. Caſſiod. mirabilia temporeincarnationis facta.

Auguſtinus. videbunt, hoc quod primò de prioribus dixi, videbunt multi populi poſteri.

*Nomen*

## NICOLAVS DE LYRA. PSALM. XXXIX.

**E**Xpectans expectaui. *Huic pſal.præmittitur talis ti.in Heb. Ad victoriam pſal. Dauid.in translatione verò Hiere. iuxta Hebr.ſic habetur.Pro victoria canticum Dauid: & idem penitus ſignat. Expoſitio autem huius tituli patet ex dictis ſuprà pſal.12. vbi ponitur conſimilis titulus. Ex titulo autem iſto apparet auctor pſal.ſcilicet Dauid, ſed materia non apparet,& propter hoc varie exponitur. Dicit autem Rab.Sa.quod Dauid fecit hunc pſalm. pro beneficio exhibito populo Iſrael in exitu de Aegypto, quia tunc fuit eductus de ſeruitute dura & vili, quod notatur cum dicitur:* Et eduxit me de lacu mi. & de lu.fe.&c. *Et tunc tranſito mari rubro cecinit canticum nouum, di.* Cantemus dominoglorioſè &c. *Exo.15.a. Et ſic lit ram ſequentem applicat ad ea quæ facta ſunt populo Iſrael in deſerto. Sed huic expoſitioni videtur repugnare manifeſtè quod ſubditur:* Sacrificium & oblationem noluiſti &c. *in quo deſcribitur euacuatio ſacrificiorũ & oblatiorum veteris teſtamenti,vt magis patebit proſequendo. Iſta autem non fuerunt tunc reprobata, ſed magis a Deo inſtituta in monte Sinai: propter quod aliter exponitur à doctoribus catholicis. Et dicunt aliqui, quod Dauid fecit hunc pſalm.pro gratiarum actione de ſua liberatione a perſecutione filij ſui Abſalom. Sed contra hoc videtur quod circa principium huius pſalm. dicitur:* Miſit in os meum canticum nouum &c. *quia Dauid fuit liberatus per mortem Abſalom,de qua non cecinit carmen lætitiæ,ſed planxit & luxit di.* Abſalom fili mi, quis mihi tribuat,vt ego moriar pro te. *2.Reg.18.g. Item hæc expoſitio & conſimiles,videntur eſſe contra intentionem Apoſtoli manifeſte Heb.10. vbi inducit literam huius pſal. dictam ad literam in perſona Chriſti,vt patebit ideſt,literam huius pſal. proſequẽdo propter quod dicere quod ad literam intelligatur de Dauid ſeu quocunque alio, & myſtice tantum de Chriſto, videtur eſſe quædam Iudaici erroris confirmatio.*

Duæ regulæ ad exponendũ ſacrã ſcripturã requiſitæ.

*Ad exponendum aũt hunc pſalm.de Chriſto, duæ regulæ exponendi ſacram ſcripturam,quas cum aliis expoſui in principio ſuper Gen.ſunt hic repetendæ. Prima eſt de dño & eius corpore quod eſt eccleſia, ſeu fidelium congregatio. Quia propter connexionem capitis ad corpus, & econtra,ſacra ſcriptura frequenter ſub vno contextu tranſit de vno ad aliud, loquens quaſi de vna perſona, ſicut Eſa.61.d.* Induit me veſtimento ſalutis.& indumẽto iuſtitiæ circũdedit me,quaſi ſponſum decoratũ corona, & quaſi ſponſam ornatã monilibus ſuis. *Quia enim dicitur,* quaſi ſponſam decoratum corona, *referendũ eſt ad Chriſtum,& quod ſubditur,* quaſi ſponſam &c. *ad corpus eius myſticum,quod eſt eccleſia,ſecundum quod dicit Auguſ.3. de doc.Chriſtiana. Hoc patet etiam clarius in nouo te. Act.9.a. vbi dicitur:* Saule Saule quid me per. *ideſt, corpus meum myſticum. Saulus enim non perſequebatur Chriſtum in perſona propria, ſed eius fideles. Quod autem statim ſubditur:* Ego ſum Ieſus Nazarenus: *ad perſonam domini refertur.*

*Alia regula eſt de corpore domini bipertito, quia in corpore domini myſtico continentur ſimiliter mali cũ bonis vſq; ad diem iudicij,ſed tunc ſegregabuntur,ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis:& ratione huius commiſtionis aliquando vituperantur boni cum malis,ſicut Eſa.1.a.* Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe dñi ſui: Iſrael aũt me non co.& po.non in. *Aliquando autem mali econtra commendantur cum bonis,ſicut Oſ.11.a.* Puer Iſrael,& dilexi eum. *His igitur præmiſſis pſal.iſte diuiditur in tres partes: quia primò ponitur circa myſterium incarnationis gratiarum actio ex parte corporis myſtici.ſecundo huius myſterij ratio ex perſona Chriſti,ibi;* Sacrificium. *tertiò deuota deprecatio pro ſtatu corporis myſtici,ibi:* Tu aũt domine. *Circa primũ dicitur in pſona corporis Chriſti myſtici*

1 Expectans expe.do. *quia ſancti patres de corpore Chriſti myſtico exiſtentes,per fidẽ cum magno deſiderio expectauerunt Chriſti aduentum. vnde dicebant, Eſa.64.a. Vtinam dirumperes cœ. & de.*

2 Et intendit mihi. *ideſt orationi fidelium de aduentu Chriſti.*

3 Et exaudiuit preces meas. *in mundum veniendo.*

4 Et eduxit me de la.mi. *quia reſurgens à mortuis eduxit ſanctos patres de inferno.*

5 Et ſtatuit ſuper petram. *ideſt Chriſtum. ſecundum quod dicit Apoſtolus.1.Co.10.b.* Petra autem erat Chriſtus.

6 Pedes meos. *ideſt affectus quibus anima graditur, per prædicationem enim Chriſti & apoſtolorum cœperunt homines contemnere temporalia,& totum affectum ſuum ponere in Deum.*

7 Et direxit greſ.me. *ideſt actus meos in vitam æternã,& hoc per legem euangelicam quæ introducit ad beatitudinem, quod lex vetus facere non poterat,ſecundum quod dicitur Heb.7.ca.* Nihil ad perfectum adduxit lex.

8 Et immiſit in os &c. *Iſtud impletũ fuit quando apoſtoli & alij diſcipuli recepto ſpirituſancto in ſigno viſibili loquebantur varijs linguis magnalia Dei, Act.2.a.*

9 Videbunt multi. *quia ad vocem apoſtolorum aliorumque cũ eis Deum laudantium,& conuenit multitudo,& mente confuſa eſt præ nimia admiratione,vt ibidem dicitur.*

10 Et timebunt &c. *quia auditis verbis beati Petri,multi compuncti ſunt corde Chriſti morte,& conuerſi ſunt ad fidem,& appoſitæ ſunt in die illa animæ circiter tria millia, vt ibidem dicitur, vnde & ſubditur.*

11 Beatus vir cuius eſt nomen domini. *ſcilicet Ieſu Chriſti.*

Spe-

## MORALITER.

1 *Expectans &c.* Pſalmus iſte literaliter exponitur de Chriſto. Moraliter autem exponi poteſt de catholico doctore de Gentilitate vocato,cuiuſmodi fuerunt ſancti, Diony. Amb. Aug. & plures alij. Et primo cõfitetur gratiã ſuæ vocationis di. *Expectans expectaui do.* Ideſt deſiderio deſideraui cognoſcere fidei veritatem.

2 *Et intendit mihi.* vocando me ad ipſum.

4 *Et eduxit me de la.mi.* ſcilicet infidelitatis,

† *Et de luto fęcis.* ideſt carnalibus vitijs, quæ licita Gentilitas reputabat. 5 *Et ſtatuit ſuper petram,* ideſt ſuper Chriſtum.

7 *Direxit greſſus. &c.* in via morum.

8 *Et immiſit in os meum canti.* ſ.gratiarum actionis pro beneficio diuinæ miſerationis. Vnde in beati Auguſtini conuerſione, *Te deum laudamus.* dicitur factum fuiſſe.

9 *Videbunt multi.* nam ex conuerſione, tanti viri multi mouentur ad deuotionem fidei.

11 *Beatus vir. &c.* & nõ vanitates mundi huius, ideo ſequitur

*Et non*

*Et*

Nomen. Aug. quod eſt ſaluator. q. Beatus &c. qui non temporalia ſperat ab eo, ſed ſalutem, quod eius nomē indicat. In Heb. ſepe duplicãtur hoc modo genitiui. Vel beatus eſt cui eſt nomē. i. in quo eſt laus Dei, vt ab eo ſolo credat ſalutem unde eſt & ſpes eius.

Theodor. Qui præſentia deſpicit diuinam ſpem ante omnia habet.

Inſanias. Caſſ. Ido quæ fallunt à ueritate, uel inſaniæ, in ſpectaculis fallacib. eo pluraliter, ut de omnibus accipiatur. Hæc falſa, ſed opera mirabilia, cęlum, terra, elidit ſuperſtitiones.

a ¶Ipſum Deum, non aliud ſperat ab eo. b ¶ Poſt. c ¶Quo plures eunt.

a † cuius eſt nomen dñi ſpes eius, et non reſpexit † in vanita- 1
2

a ¶In voluptatibus. b ¶Aug. Qui iam illa non reſpicit habet qui eum ſpectet. c ¶Aug. In corporalibus & ſpiritualibus.

b tes & inſanias † falſas. Multa feciſti tu domine Deus meus
3

a ¶Quis conſiliarius eius fuit? ¶Non alieno conſilio, ſed tua ſapientia. b ¶In illis omnibus.
4

c mirabilia tua, & † cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit 5
d 6

a Multa mirabilia. b Hæc. c Aug. Certus eſt numerus Ieruſalem, ſed ſuper hunc ſunt admiſtæ paleæ, multi vo. pau. ele. 7

e tibi. Annunciaui, et locutus ſum, † multiplicati ſunt ſuper nu- 8
f 9

a Vlterius. b Propter hoc illa noluit, quia. Aug. i. corpus perfectum dediſti. ſ. ſine peccato. c Perfectum enim eſt nobis corpus, perficiamur in corpore. 10
11

g h merũ. Sacrificiũ & oblationem noluiſti, aures autem † per- 12

Mirabilia tua. Aug. Petrum ambulare ſuper aquas in ſigno non in ſeculo. i. fluctibus ſeculi.

g Baſil. & Theod. Nihil mirabilius quam quod omnium hominum ſalutem operatus es, & cum cultus legis Iudæorum ceſſauit Nouam gratiam dediſti, quæ rationis cultum preſcribit.

Auguſt. Salus verax, inſania mendax, non eſt quod putur.

Hieron. uana ſunt terrena, inſanię, iræ & rixę &c.

d Non eſt qui ſi. &c. Aug. nulli auctores artium.

e Annuntiaui. Aug. Hic Chriſtus in capite & membris.

Aug. Hęc ſunt mira Dei, hę cogitationes, quibus nemo eſt ſimilis.

h Theod. his Apoſtoli monitio concinit, Obſecro uos fratres per miſericordiam Dei ut exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuētē, ſanctã, Deo placentē, rationabile obſequium ueſtri. Nã pro legis ſacrificijs Dominus imperauit ut noſtra membra conſecremus. Cum aũt hanc tuam gratiam, ait, perſpexerim, meipſum tibi adduxi, dicēs adſum. Hanc uocē diuinus Paulus in Dominum Chriſtũ accepit cõgruenter admodum. Noſtrę. n. eſt Naturę primitię, & illi omniũ primo noſtra dicare cõuenit, & in ipſo prius adũbrare ea, q̃ a nobis fieri decet. Cõgruit illi primò noſtra dicare q̃ ſumus mēbra illius corporis, ut primogenito multorum fratrũ ſecundũ carnē. D

Caſſ. Ecce mirabilia, incarnatio, iuſtitia prędicationis, liberatio hominum ab iniquitatibus, confuſio inimicorum, lætitia ſperantium. Primò rudes & incõpoſiti pręparati ſunt, ut uerba Chriſti libenter ſuſciperent.

† ad ſuperbos & declinãtes ad mendaciũ, vel ad vana. Mirabilia tēpore Meſſiæ.

† plura ſunt quam poſſint numerari

† fodiſti, perforaſti, vel, aperuiſti, ſub. vt audiã quid loquaris,

Aug. Vide mirabilia Dei. Annuntiaui prius per prophetas, & poſt locutus egomet. E

f Multiplicati ſunt ſuper numerum. Hier. Aug. Super numerum ſaluandorum, uel ſuper hoc quod aliquis enumerare poſſit, uel, me loquente plures quam olim crediderunt.

g Sacrificium & oblationem nolu. Aug. ut uenit res, noluit quaſi uerba promittentia, tandiu eſt promiſſor, donec det, ut dedit mutat uerbũ, non dicit dabo, ſed dedi. Ipſo ergo ueniēte, noluit ea q̃ erant eius figura, quaſi, Quę neceſſitas annũtiandi, cũ ſufficerent legalia? quia ſacrificiũ & holocauſtum. Poſuit Deus i Cain ſignũ ut nemo eũ occideret. Manet Iudęus cũ ſigno circunſionis, & alijs huiuſmodi, & nondum eſt occiſus, habens ſignũ ſuũ maledictus eſt a terra. i. eccleſia, quæ ſanguinem excepit quem ille fudit, & de hac terra clamat ille ſanguis ad Deum, ſed ille qui fudit, ſurdus non audit. Gen. 4. c.

h Aures autem perfeciſti mi. Aug. id eſt, perfecte me intelligere feciſti quid uelles. Vel corpus aptaſti mihi. ut ait Apoſtolus ad Hebræos. id eſt, corpus aptum ad offerendum mihi dediſti. F Heb. 10.

Holo-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Spes eius. quia ſecundum quod dr̃ Act. 4. b. Non eſt aliud nomen ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. 2 Et non reſpexit in vani. id eſt, in leges Gentilium idolatriæ deditarum.

3 Et inſanias falſas. i. errores Iudæorum contra Chriſtum obſtinatorum, qui proprie dicũtur inſanię, quia auertũt a mentis ſanitate. Conſequenter oſtenditur magnitudo myſterij incarnationis, cum dicitur.

4 Multa feciſti tu domine Deus &c. mundũ creando & gubernãdo, ſed ſatis magis fuit mirabile, ipſum recreando per tuam benedictam incarnationem & paſſionem, ideo ſequitur:

5 Et cogitationibus tuis. quibus ab æterno diſpoſuiſti myſterium tuæ incarnationis.

6 Non eſt qui ſimilis ſit tibi. quaſi diceret, hoc mirabile excedit omnia alia. In Hebræ. habetur: Et cogitationes tuæ nobis, i. pro nobis, ſecundũ q̃d transfert Hieron. in trãſlatione iuxta Hebræum, & eſt ibi finis verſus, & exponatur ſicut prius. Et cogitationes tuæ quibus ab æterno diſpoſuiſti carnem aſſumere, pro nobis. ſ. ſunt. quia ſunt cauſa noſtrę ſalutis. Nõ eſt qui ſimilis ſit tibi, principium eſt verſus ſequentis, & coniũgitur cum litera ſequenti ſic: Non eſt qui ſimilis ſit tibi. ſcilicet in mirabilibus faciendis, maxime in mirabili incarnationis myſterio.

7 Annuntiaui & locutus ſum. ſecundum poſſibilitatem meam, quia excedunt facultatem humanam, ideo ſubditur:

8 Multiplicati ſunt ſuper numerum. In trãſlatione Hierony. iuxta Hebręum habetur: Plura ſunt quam narrari queant. ſ. mirabilia tua maxime in myſterio tuę incarnationis contenta, & ideo quod dicitur hic: Multiplicati: forte eſt litera corrupta vitio ſcriptorum, ponentium multiplicati pro multiplicia, vel ſi ſit litera vera, ſupplendum eſt ſic: Multiplicati ſunt. ſcilicet effectus mirabilium tuorum.

9 Sacrificium & oblationem. Hic conſequenter oſtendit̃ myſterij incarnationis ratio, & hoc in perſona Chriſti, q̃a propheta tranſit de corpore ad caput per modũ prædictum. Circa q̃d ſciēdum, q̃d vna cauſa huius benedictę incarnationis fuit ad ſupplendũ imperfectionē legis per ipſum Chriſtũ incarnatũ, pp quod ipſe dicit Matthę. 5. b. Non veni ſoluere legem, ſed adimplere. In lege autem erãt aliqua præcepta ceremonialia de ſacrificiis & oblationibus offerendis. Hæc autem ſacrificia erant imperfecta, quia nõ poterant auferre peccata, & ideo iſta imperfectio fuit ſublata per unum ſacrificium perfectum, ſcilicet corpus Chriſti in cruce oblatum, quod ſuccedit omnibus ſacrificijs ueteris legis. Et hoc eſt quod dicit Apoſtolus ad Heb. 10. a. Impoſſibile eſt enim ſanguinē taurorũ & hircorum auferre peccata: ideo ingrediens mundum, ſcilicet Dei filius per ſuam incarnationem dicit: Hoſtiam & oblationē noluiſti, corpus autem aptaſti mihi, id eſt corpus paſſibile aptum immolationi. ſicut diffuſius expoſui ſuper epiſtolam ad Hebræos, & hoc eſt quod dicitur hic, licet aliqua uocabula ſint mutata, quia Chriſtus & apoſtoli non ſemper allegauerunt ſcripturam veteris teſtamenti de uerbo ad uerbum. Dicitur ergo in perſona Chriſti hominis loquentis Deo patri vel toti trinitati. Sacrificium. quod fiebat de animalibus & auibus.

10 Et oblatio. quæ fiebat de rebus inanimatis, vt de pane, ſimila, & oleo, & ſimilibus.

11 Noluiſti quia talia non erant Deo accepta de ſe, ſicut eſt corpus Chriſti, quod quotidie offertur in altari, ſed tantũ ex fide offerentium. 12 Aures autem perfeciſti mihi. ad Hebre. 10. a. dicitur: Corpus autem aptaſti mihi, vt dictum eſt, tamē eadem eſt ſententia cum dicitur: Aures autem perfeciſti mihi. id eſt, aures perfectas ad obediendum, quod fuit in hoc, q̃d fuit obediens Deo patri uſque ad mortem crucis, vt habetur Philip. 2. a.

Holocau-

## MORALITER.

2 Et non reſpe. in va. vitæ pręſentis.

3 Et inſanias falſas. id eſt, errores Gentilium & Iudæorum, ſ. ad eos deſtruendum.

4 Multa feciſti tu domine Deus meus. in tua incarnatione, reſurrectione, & aſcenſione, & ſimilibus.

5 Et cogitationibus tuis. id eſt, ſapientia tua.

6 Non eſt qui ſimilis ſit tibi. nam ipſa eſt infinita.

7 Annuntiaui. Hic ponit̃ vtilitas dictæ conuerſionis, quę eſt inſtructio populi de diuinis, cũ dicitur in perſona dicti doctoris. Annuntiaui & locu. ſcilicet mirabilia de lege tua verbis & ſcriptis.

8 Multiplicati ſunt ſuper numerum. ſcilicet effectus tuorum mirabilium, plus quam poſſet per hominem enarrari.

9 Sacrificium & obla. ſcilicet veteris legis.

11 Noluiſti. quia legalia mortificata fuerunt in paſſione Chriſti, & mortifera poſt publicationem euangelij.

12 Aures autem. id eſt, voluntatem obediendi tibi.

Holocau-

A a *Holocauſtum.* Holocauſta etiam non petiſti pro peccato.
b *Pro peccato.* Quod ſupra oblationem, vt de hirco emiſſario, qui cum peccatis populi in deſertum mittebatur: vel poſſunt eſſe duæ dictiones pro peccato.
c *Ecce venio.* Caſſ. Cum ſacrificia ceſſet, conſtat venire Chriſtum.
d *In capite libri ſcriptũ eſt de me.* Ecce ſtatim venio vt facerem volũtatem tuam, quia in capite huius libri. Vel ſic eſt præfinitũ apud Deũ patrem, qui
B eſt caput mei, q. ſum liber, id eſt forma iuſtitiæ hominibus.
✻ Baſil. & Theodor. Superius inquit, in libris ſacrorum vatum hæc de me prædicta ſunt. In capite, Symmachus & Aquila. In inuolucro libri, ſic autem diuina volumina vſque in hodiernum diem Iudæi munire ſolẽt. Hebręi, in volumine libri.
✻ Baſil. & Theodor. In medio ventris mei, ex tranſlatione eorũ qui aliquẽ amore perſequunt̃, & deſiderant illũ intra
C

† Holocauſta etiã pro delicto non petiſti.

— & veritatem tuam.
† ſynanoga multa.
† prohibeas
† cuſtodiant.

a Exponit priorem verſum. ¶ Et quod maius eſt. ¶ Quia prius ſacrificium. ¶ Aug. Quod pro peccato fiebat maius & dignius in lege, vt de vitula ruſa.

a feciſti mihi. † Ho^a^locauſtum & pro peccato non poſtulaſti: 1
2
a Quia hoc noluiſti & corpus aptaſti. ¶ Aug. Tempus eſt vt veniant promiſſa, quia auferuntur promittentia. b Quia. ¶ Huius pſalmorum. 3
†
b c tu^a^nc dixi, ecce venio. In ca^b^pite libri ſcriptum eſt de me, vt fa 4
d a Omnimo obediens me offerendo. b Aug. Hoc eſt: Sed in lege domini vol. eius. c Volui. 5
d Et in lege eius meditabar die ac nocte. 6
ce^a^rem volunta^b^tem tuam, Deus meus volui: e^c^t † lege^d^m tuam 7
a In plenitudine. b Poſt etiam mei. ¶ In membris. c Aug. Quod à te eſt iuſtitia. 8
e in me^a^dio cordis mei. Annu^b^ntiaui iuſtitiã tuam in eccleſia 9
10
a Non habeo in ſolo corde, vt timore taceam. ¶ Aug. Hoc contra timorem mundanum.
b Aug. Hoc contra ſimulationum.
f magna: e^a^cce labia mea non prohibebo, domine tu^b^ † ſci- 11
a Aug. Hoc dicitur contra ſegnitiem carnis. b Aug. Ideſt fidem confeſſus ſum, non celo timore, quaſi ſatis ſit in corde tenere. ¶ Sed.
ſti. Iuſtitia^a^m tua^b^m non abſcondi in corde meo: veritatem 12
a Ideſt Chriſtum tuum. b Prędicaui. c Non propter multos conſiliantes dimiſi, & hoc eſt. d Qua dimittit peccata. 13
g tuam & ſaluta^a^re tuum d^b^ixi. † No^o^n † abſcõdi miſericordiam 14
15
a Qua retribuit. b Quia non celaui miſericordiam & ueritatem, noli remouere miſericordias a ſanctis membris. 16
17
tuam & ve^a^ritatem tuam, à † concilio multo. Tu^b^ autem domi 18
a Ne ſint ſine effectu. b Quia. Aug. Non auderem conuerti niſi ſecurus de remiſſione, quaſi bonus es, & ideo amo. 19
h ne † ne^a^ longe facias miſerationes tuas à me: miſerico^b^rdia tua 20
21
a Non perſeuerarem niſi de promiſſione ſecurus, quaſi iuſtus es, & ideo timeo. Ne ſit inane quod cepi a primo iuſto. b Hæc ſemper ſuſcipiunt, & ſemper aſpicio. & opus eſt.
c Caſſ. Quia ſunt peccata a nobis, & ab alienis, quid ergo ſi ceſſet miſericordia?
& verita^a^s tua ſemper † ſuſceperunt me. Quo^b^niam circu^c^nde- 22
a Peccata. Ideſt penæ. b Apud homines. c Ipſo actu.
derũt me ma^a^la quorum nõ eſt nume^b^rus, cõpre^c^hẽderũt me 23
24

tra ſua viſcera cõijcere q̃ Dauidi nõ congruunt. Obtinente enim lege, ſacrificia afferebant Deo. Vaticinantis vero ſermo omnibus his erectis, rationis ſacrificium tacite oſtendit.
e *Eccleſia magna.*
Aug. toto orbe terrarum, non parua vt prius, & ſiquidem inſurget timor non prohibebit loqui.
f *Domine tu ſciſti.*
Aug. Labia ſonant hominibus, ſed tu domine nouiſti cor meum, ne in ſolis labijs eſſet annunciatio. *Quia corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Vel, o domine tu eſte ſtis, quod timor non prohibet loqui, vel per te hoc, qui ſic prædeſtinaſti futurũ, vt ad hoc non ſim piger.
g *Non abſcondi.* Caſſ. quando potui prodeſſe, ueritatem, promiſſionem, & ſaluationẽ.
a Baſi. & Theo. Symmachus, in multitudine. Aquila, in eccleſia magna, vt pateret de eadem eccleſia dixiſſe.
h *Miſericordia tua.*
Aug. Amor & timor perducunt me ad te.
✻ Theod.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Holocauſtum.* hoc erat quoddam genus ſacrificij quod totum incendebatur ad honorem Dei.
2 *Et pro peccato.* i. hoſtiam pro peccato, cuius vna pars incendebatur, & alia erat ſacerdotũ, vt diffuſius dixi ſup Leuitic.
3 *Non poſtulaſti.* quia talia non fuerunt de ſe Deo accepta, vt dictum eſt. 4 *Tunc dixi.* ego Chriſtus.
5 *Ecce venio.* ad offerendum ſacrificium acceptiſſimũ Deo.
6 *In capite libri.* Iſte eſt liber diuinæ pdeſtinationis, de quo ſcribitur in Pſalm. 68. f. *Deleantur de libro viuentium &c.* In capite autem huius libri dicitur eſſe deſcriptum illud qđ primo & principaliter pertinet a diuinam prædeſtinationẽ, ſicut caput eſt principalis pars hominis. Myſteriũ autẽ incarnationis Chriſti per quod omnes homines inducuntur ad vitam æternam ſiue beatam, eſt illud quod principaliter ptinet ad diuinam prędeſtinationem, & ideo bene dicit: *In capite li.* ſcilicet diuinæ prædeſtinationis.
7 *Scriptum eſt de me, vt facerem &c.* Propter quod dicit Chrs Ioh. 6. d. *Deſcendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui me miſit.* Et quia voluntas deliberatiua Chriſti hominis ſemper erat diuinæ voluntati conformis, ideo ſubditur.
8 *Deus meus volui, & legem tuam &c.* ſcilicet legẽ euangelicã
9 *Annuntiaui iuſtitiam tuam.* i. legem euangelicam, quę continet iuſtitiam perfectam.
10 *In eccleſia magna.* i. templo, vbi omnes Iudæi conueniebant, in quo Chrs frequenter docuit, vt deſcribunt quatuor euangeliſtæ. Similiter in eccleſia magna per totũ orbẽ diffuſa, in qua Chriſtus per apoſtolos euangelium promulgauit, ſecundum quod dicitur pſal. 18: a. *In omnem terram exiuit ſonus eorum.*
11 *Ecce labia mea non prohibebo, domine tu ſciſti.* a promulgatione veritatis euangelicæ per me & alios doctores eccleſiæ.
12 *Iuſtitiam tuam &c.* quia Chriſtus eam manifeſtauit verbis & factis.
13 *Veritatem tuam.* qua impleſti promiſſum de Chriſto patribus factum.
14 *Et ſalutare tuum.* ideſt meipſum a te miſſum pro ſalut hominum.
15 *Dixi.* omnia iſta manifeſte docuit Chriſtus, vt patet e decurſu euangelij.
16 *Non abſcondi miſe. tuam.* quam per me voluiſti mundo cere. 17 *Et veritatem tuam.* quia miſericordia & veritas ſe per ſe concomitantur in operibus Dei.
18 *A concilio multo.* ſic debet ſcribi per c. quia ſic eſt in Hebræo & in tranſlatione Hiero. iuxta Hebręum habetur. *In eccleſia multa*, quod idem eſt.
19 *Tu autem do.* Hic ꝑſr deſcribitur ipſius Chriſti deuota precatio pro ſtatu corporis ſui myſtici, & primo quantũ amotionem mali, & ſecundo quantũ ad adeptionem bon ibi: *Exultent.* Circa primũ dicit: *Tu autem do.* i. tu Deus pate
20 *Ne longe fa. &c.* ideſt a corpore meo myſtico, pro q Chriſtus legitur frequenter oraſſe in euangelio.
21 *Miſericordia tua & ve. &c.* orationem meã ſemper exaudiendo. Omnis enim oratio Chriſti procedens ex voluntate deliberatiua fuit exaudita, ſecundum quod dicit ſaluator Iohan. 11. c. *Ego autem ſciebam, quia ſemper me audis:* q uoluntas Chriſti deliberatiua ſemper fuit, & eſt conforn voluntati diuinæ. Et cauſam huius deprecationis ſub dicens.
22 *Quoniam circun. me. ma.* ſcilicet penæ.
23 *Quorum non eſt numerus.* Multæ enim penalitates fueru inflictæ Chriſti fidelibus a principio eccleſiæ, vt patet apoſtolis & martyribus.
24 *Comprehenderunt me iniqui. meæ.* quia a principio fueru aliqui mali cum bonis in corpore Chriſti myſtico, vt pa de Iuda proditore & multis alijs, a principio etiam inſ rexerunt hæreſes, vt patet ex epiſtolis Pauli & aliorũ apo lorum, ꝓpter quod be. Iohannes in euangelio ſuo expre diuinitatem Chriſti contra Ebionem & Cherintum, & rum ſequaces eam negantes, ſecundum quod dicit Hie lib. illuſtrium virorum.

MORALITER.

1 *Holocauſtum & pro pecca.* repetitio eſt eius quod dictum eſt de legalibus.
4 *Tunc di. ec. ve.* paratus obedire euangelio.
6 *In capite &c.* primus enim pſal. eſt de bono doctore, ſicut dictum fuit ibidem.
† *Vt fa.* exemplo Chriſti, qui cæpit facere & docere.
9 *Annuntiaui.* verbis & ſcriptis, & ſic faciam de futuro, id ſubditur.
11 *Ecce labia &c. iuſti. tu.* mihi reuelatam.
16 *Non abſcondi.* ſed propalaui.
19 *Tu autem do.* Hic petit̃ remiſſio peccatorũ añ cõuerſic perpetratorũ, & etiã poſt, ſaltẽ venialiũ cũ dicitur: *Tu au do.* vt ſicut miſericorditer me vocaſti, ita peccata remit mihi. 22 *Quoniam circumdederunt me mala.* ſequitur.

*Annun-* Et

Theod.Eccleſia ſalutem conſecuta, diuina prouidentia in[...]iget ob Dæmonum, hominumque impetus.

*Capillos*. Augu. Bene in comparatione delictorum capilli [...]ucti ſunt. Nam ideo [...]i veteri teſtamento [...]cerdotes radebantur, ut ſic carnis uitia [...]epoſuiſſe uiderentur.

Theo. Nec.n. eccle[...]a ex hominibus per[...]ectis tota conſtat, ſed [...]abet ignauos, & eos, [...]ui remiſſiam uitam [...]nt amplexi, & qui [...]oluptatibus ſeruire [...]ecreuerunt, & quo[...]am unum eſt cor[...]us, tanquam ex una [...]erſona, & hæc, & illa [...]oferantur.

Remi. Vt ſuperent [...]os qui ſunt capilli, [...]eſt, fideles qui in [...]riſto ſunt radicati, [...]l ad literam compa[...]riuc.

*Complaceat*. Caſſi. [...]initatem perſona[...]rum? Tibi ſingulariter [...]vitatem eſſentiæ ſi[...]gat.

Auguſtin. Compla[...]c[eat] ait, non diffidens [...]d potentia Dei, ſi aſ[...]ſi voluntas. Quaſi, ſi [...]vis potes domine.

a ¶ Auguſt. Quibus oppreſſus Deus non poteſt uideri, ſed mundato corde uidebit Deum.
b ¶ Nec per conatum te uidere potui. c ¶ Iniquitates. ¶ Auguſt. Si uitaſti grauia, caue ne obruaris arena, minuta quidem uidentur, ſed multa ſunt.

iniquitates meæ, & non potui vt viderem Multiplicatæ ſunt 1
a ¶ Innumerabiliter. b ¶ Auguſt. Ratio reliquit, quia profutura non appetit, vel a primo ceci parente. ¶ Auguſtin. Ideſt cor non cognoſcit ſe, ut cum Petrus dixit, Non te negabo. 2
c ¶ Ergo. ¶ Trinitati. ¶ Vni Deo.

a b ſuper capillos capitis mei: & cor meũ dereliquit me. † Com- †
a ¶ A malis. 3

placeat tibi domine, vt †eruas me, †domine ad adiuuandum 4
a ¶ Auguſt. Reſpice pœnitentes in dolore ſuo. ¶ In boni cooperatione. b ¶ Ecce autem. ¶ Caſſiodor. Gauiſi ſunt cum ipſe animam poſuit, ſed confuſi cum recepit. ¶ Mirabilium operatione. c ¶ Reſurrectionis gloria. d ¶ Vt non ea fruantur.

c me† reſpice. Confundantur, & † reuereantur ſimul qui quę- 5
a ¶ Interficiendo. b ¶ Etiam. ¶ Aug. Humiles ſequantur, qui ſuperbe pręibant.

runt animam meam, vt auferant eam. Auertantur retrorſum
a ¶ Vel erubeſcant. b ¶ Non ſolum qui faciunt, vel dicunt. c ¶ Aug. Cum benedicunt, mala tamen volunt. d ¶ Vt pondus. e ¶ Caſ. Ne diutius ingrauetur malum eorum.

& † reuereantur qui † volunt mihi mala. † Ferant confeſtim †
a ¶ Adulatione. b ¶ Qui applaudunt quaſi bono animo. c ¶ Econtra.

confuſionem ſuam qui dicunt mihi euge euge. Exultent, & 6
a ¶ Fundati. b ¶ Auguſt. Non me, ſed in me te glorificantes. 7

d † lætentur ſuper te omnes † quærentes te, & dicant ſemper, 8
e a ¶ Auguſt. Quia ſi peccator eſt homo, ad pœnitentiam uocatur, ſi iuſtus ad coronam. ¶ In membris quia in ſe non poteſt. b Nec quilibet hæc dicant, ſed. c Caſſio. Me. ſ. d De ſe autem hic. 9

magnificetur Dominus, qui diligunt † ſalutare tuum. Ego 10 11
f Cui dicebant euge. a Auguſt. Non eſt quod in me laudetur, ex me egenus, & pauper, non diues, quia non ſuperbus. b Sed. b Curam habet mei.

autem mendicus ſum, & pauper: Dominus † ſolicitus eſt mei. 12
a De hoc conſtat. Aug. Quod orat hic corpus Chriſti, unus mendicus, unus pauper cum eo.
b Auguſt. Ne diu ſimus in malis, ſed cito fini maxime tempore Antichriſti. Hoc peto.

Adiutor meus, & † protector meus tu † es, Deus meus ne tar- 13 14
g daueris. 15

c *Reſpice*. Caſ. Reſpectus eius noſtrum eſt auxilium. D

d *Qui di. mi*. Aug. Et qui bona dicit malo animo, & qui mala doloſe laudando, uterque malus eſt, & cauendus. de primis dixi. *Qui volunt mihi mala*. de ſecũdis. *Qui dicunt mihi, euge euge*.

e *Et dicant*. Caſ. Hæc eſt eorum exultatio, hęc. n. profeſſio in ęternum gaudentes efficit Chriſtianos.

f *Ego autem*. Caſſio. Hoc Chriſtus ex forma ſerui, ne quis gloriam prædictæ lætitię ſibi arrogaret. Mendicus qui petit, pauper qui ſibi non ſufficit.

✱ Theodo. Pauperem ſe appellat, ut auxilio Dei egentem, & gratiæ liberalitatem pręuidentem, quam ſupplicat ne procraſtinetur, ſed celeriter hominibus concedatur.

g *Ne tardau*. Aug. Niſi breuiati eſſent dies, non ſaluaretur omnis caro, & tunc erit væ prægnantibus, & nutrietib. Vel de præſenti. i. quia & modo eſt vę prægnantibus. i. cõcipientibus deſideria alienarum rerum: & lactantibus, qui iam quęſita nutriunt. F

† Placeat.
† in auxilium meum.
† conuertant. E
† erubeſcant & infra.
† Deſolentur in retributionem confuſionis ſuæ, vel, vaſtentur iuxta præmium ignominiæ illorum)
† qui quęrũt Mat. 24 b.
† ſalutem tuã
† liberator

GLOS-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et non po. vt vi.* quia hæreſes inſurgentes multum obnubilabant fidem ſimplicium.

2 *Multiplicatæ ſunt*. Modus eſt loquendi hyperbolicus, ad deſignandum multitudinem hæreſum quæ inſurrexerunt in eccleſia Dei ſecundum quod patet Aug. de hæreſibus.

3 *Complaceat tibi domine vt eru. me.* i. corpus meum myſticum a malis prædictis.

4 *Domine ad adiuuan. mere.* contra mala inſurgentia de futuro.

5 *Confundantur, &c.* i. fidelium meorum vitam, cuiuſmodi [quæ]runt tyranni in primitiua eccleſia, quorum multi fuerũt confuſi corporaliter, & temporaliter ſecundum ordinem diuinæ iuſtitiæ, & aliqui confuſi cõfuſione pœnitentiæ, quæ [est] confuſio adducens gloriam, quia multi videntes patientiam martyrum, & Dei uirtutem circa ipſos, conuertebãtur ad fidem.

6 *Qui dicunt mihi euge euge*. Interiectio eſt exultantis, quæ aliquando profertur ad congaudendum, & ſic proferebatur a fidelibus de patientia martyrum gaudentibus. Aliquando etiam profertur ad deridendum, & ſic proferebatur a martyrum perſecutoribus.

7 *Exultent*. Hic conſequenter ponitur deprecatio Chriſti pro ſuo corpore myſtico quantum ad adeptionem boni, cum dicitur. *Exultent, & læten. ſuper te.* Deum patrem, vel totam trinitatem, de bono quod daturus es eis.

8 *Omnes quærentes te*. i. fideles mei, qui te quærunt per ueram fidem.

9 *Et dicant ſemper magnificetur domi.* regratiando de bonis eius.

10 *Qui diligunt ſalutare tuum*. i. me Chriſtum, quem miſiſti pro ſalute hominum.

11 *Ego autem mendi. &c.* ſi hoc refertur ad perſonam Chriſti, certum eſt, quod vitam valde pauperẽ duxit in hoc mũdo, ſicut patet ex euangelio. Si autem referatur ad corpus Chriſti myſticum, ſic certum eſt, quod fuerunt, & ſunt multi fideles propter Chriſtum paupertatem eligentes.

12 *Dominus ſol. eſt mei.* quia ſufficienter prouidetur talibus ex prouidentia Dei, ſecundum quod dicit ſaluator Mat. 6. d *Primum quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis:* & ideo in fine pſal. concluditur.

13 *Adiutor meus*. ad bonum promouendo.

14 *Et protector meus*. a malis pręſeruando.

15 *Tu es, Deus me. ne tarda.* mihi aſſiſtere in prædictis.

## M O R A L I T E R.

1 *Et non potui vt viderem*. quoniam peccatum obnubilat intellectum.

2 *Multiplicatæ ſunt ſuper ca. &c.* ideſt, plus, quam ſcirem numerare.

† *Et cor. me. dereli. me.* præ timore offenſæ.

3 *Complaceat ti. do.* ab iſtis peccatis.

5 *Confundantur, & re.* ſ. ſpiritus maligni.

† *Ferant conſe. confu.* tanquam victi.

6 *Qui dicunt mi. euge euge.* gaudentes de mea deiectione.

7 *Exultent, & lætentur ſuper te.* i. propter bonitatem tuam.

11 *Ego autem men. ſum.* i. nullum habens ex me bonum.

12 *Dominus ſolicitus eſt mei.* corporaliter, & ſpiritualiter prouidens mihi.

15 *Deus meus ne tarda.* mihi ſuccurrere in periculis cunctis.

## GLOSSA ORDINARIA.

A a *In finem.* Hiero. Intellectus filijs Core, vt quamuis paup & paſſus credatur, tñ Deus. Core Caluaria interpretatur, q̄ fuit locus dominicę paſſionis. Per Caluariã igitur, Chriſti paſſio, per filios Core filij paſſionis, filii crucis intelliguntˀ, qui ſcilicet in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti gloriantur cũ Apoſtolo dicente: *Mihi autem &c.* (†vide pſal. 4. Gal. 6. d.)

Aug. Quaſi vn ius hominis vox eſt capitis & corporis.

PSAL. XL.

b *Beatus.* Irridetˀ qui colit pauperẽ mortuũ. Sed beatus Aug. Propheta intelligentem ſuper egenũ & pauperẽ cõcelebrat.

B

* Baſil. & Theo. Pręſentem pſalmum quidam Dauid aut Ezechię acripſerunt, Chriſtus Dominus ſibi ipſi in Euangelio dicens. Qui manducat meum panem, ſuſtulit contra me calcaneum ſuum. (Iob 14.)

* Baſil. Egenum vocat eum qui omnium eſt Dominus: quoniam cum diues eſſet, própter nos egenus eſt factus.

* Theod. Hebręus, ſuus, neque alij interpretes habent Pauperem quod tamen legitur in quibuſdã exemplaribus. Diẽ malam, Symmachus vexationem interpretatur, tacite opinor innuit terribilem diem iudicij.

Hiero. prius propheta a ſe, poſt inducet Chriſtum.

c *Qui intelli.* Aug. Nota q intelligit, vt & nõ petẽtibus detˀ, q petẽti dat benefacit, q tacẽtẽ intelligit, beatus ſine dubio eſt.

C d *Dominus conſeruet.* Aug. Bene optat ꝓpheta intelligẽti ſuper egenum & pauperem, quod eſt certa promiſſio.

Aug. Pietas promiſſionẽ habet vitę, q̄ nunc eſt & futu

e *Et viuificet.* Aug. In futura vita, vel hic pet iuſtificatione

f *Dominus opem.* Caſ. Ne putes beatum requiem hic haber dolores ei mitigat, & precatˀ ne hominis infirmitas duris peretur, quaſi lect quietis ſunt hæc b na tẽporalia, ſed D facit hæc doloriḃ plena, ne in eis ſ habeatur:

g *Lectum.* Aug. v uerſum enim ſtra ideſt, mundanam licitatem ꝑuide uertit Deus in an ſtias.

Caſ. Hic trepic ipſe miſericordiã tit, quia q ſe pecc ſe ſciebat, his iure di timebat: ſed ne muli Dei his affl videantˀ a Deo de ti, cũ ipſe Deus pertulit talia, vnde dicit: *Inimici mei dixer*

Vel lectus doloris. Aug. Caro in qua peccatũ, in qua gemit, impius gaudet. Sed vn de dolorˀ qa vniuerſum ſt ſecundũ vegetationẽ & ſenſualitatem, quæ erat ſubiecta tioni, & lectus letitię & quietis verſauit Deus ꝑ cõtraria modo impugnat, vt dolores inferat. in infirmitate, ideſt, do Adam infirmatus eſt, prẹuaricando.

Opem. Auguſt. Hieron. in infirmitate carnis quæ gra animam.

h *Stratum.* Aug. Eſt aliquod terrenũ quod infirmus, licet nus, ſibi eligit, in quo pauſet vt vxor filij & cętera licita, c borẽ mẽtis i Deũ extenſę, aſſidue ñ poſſit tolerate. Sed volẽs nos amorẽ nõ habere niſi ęternę vitę, his delectati bu

### †In finem pſalmus Dauid XL.

a ¶In æternis. ¶Et ſi videt eum egere. ¶Aug. Quia & Deus. ¶Aug. Intendendum eſt etiam ſuper egentes, vt eis detur quod ad eum pertinet.

Beatus qui intelligit ſuper egenum & pau- 1

a ¶Exponit beatitudinem. b ¶Iudicij. ¶Vel bibit.

perem, in die mala liberauit eum dominus. 2

a Interim autem. b Hiero. Ne ab hoc intellectu cadat, ſed in hoc manentem viuificet. ¶Inter mala ſeculi.

Dominus conſeruet eum, & viuificet eum, 3

a ¶Ne putet ſibi in futuro tantum dari, & hic negligi: b ¶In hac vita. 4

& beatum faciat eum in terra, & non † tradat eum † in ani- 5

a ¶In voluntatem & ſi in manus. b ¶Diaboli & miniſtrorum eius. c ¶Sed. Aug. Vtˀquaſi ſanatus paralyticus portet lectum imperando carni, non ſeruiendo. d Infirmitatem carnis. 6

mam inimicorum eius. Dominus † opem ferat illi ſuper lectũ 7

a Doloris quia. Aug. Cur ergo Deo opem ferente tanta patimur, conuerſus ad Deum exponit conſilium medicinæ eius. 8

doloris eius: vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate,

## NICOLAVS DE LYRA.
### PSALMVS XL.

Beatus qui intel. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo:* Ad victoriam pſal. Dauid. *& in tranſlatione Hiero. iuxta Hebræum.* Pro victoria canticum Dauid: *& idem penitus ſignant. Ex prædictis autẽ patet expoſitio huius tit. & ex titulo apparet auctor pſal. ſcilicet Dauid: ſed materia huius pſal. nõ apparet, pp qd varie dicitur a diuerſis. Dicunt enim aliqui, quod Dauid fecit hunc pſal. pro Salomone filio ſuo, quem diſpoſuerat regnare poſt ſe de voluntate domini, vt apparet 1. Para. 28. hoc tamen non obſtante, Adonias frater eius volebat eum ſupplantare, vt habetur 3. Regum 1. Tum quia habebat pro ſe Abiathar ſummum ſacerdotem, & Ioab principem militiæ qui adiuuabant partem Adoniæ, vt habetur ibidem. Tum quia videbat patrem ſuum ſenem iacentem in lecto tanquam impotentem, ſed per ſapientiam Nathan prophetæ Adonias fuit fraudatus a propoſito, & Salomon conſtitutus in regno, vt habetur 3. Regum 1. Dicunt igitur, quod de hoc Dauid fecit hunc pſal. d.* Beatus qui intelligit &c. *ideſt beatus ſit Nathan propheta, qui poſuit intellectum ſuũ pro Salomone egeno & paupere, inquantum Adonias voluit eum de regno eijcere. Et ſic conſequenter quantum poſſunt, literam ſequentem applicant ad hanc materiam. Sed hæc expoſitio & conſimiles videntur diſſonare ab intentione Saluatoris Ioh. 13. b. vbi allegat ſcripturam huius pſal. tanquam dictam de ſeipſo ad literam. d.* Sed vt impleatur ſcriptura. Qui manducat meum panem leuabit calcaneum ſuum contra me. *Cui concordat litera Hebraica in hoc pſal. quæ ſic habet:* Comedens panem meum magnificabit ſuper me talum. *Et in tranſlatione Hiero. iuxta Heb. quæ ſic habet.* Qui manducabat panem meum leuabit contra me plantam. *Et ſecundum omnes expoſitores catholicos Saluator Ioh. 3. allegat ſcripturam de hoc pſal. Dicendum igitur, quod Dauid qui plura myſteria Chriſti deſcripſit quam alij prophetæ, vt dictum fuit in principio huius libri, præuidens paſſionem Chriſti & eius reſurrectionẽ in ſpiritu, fecit hũc pſal. qui ſecundum hoc diuiditur in duas partes. In prima agitur de Ch paſſione, in ſecunda de eius reſurrectione, ibi:* Tu autẽ domine. *ca primum ſciendũ, quod paſſio Chriſti incepit a ſua paupertate q pati cępit ab hora natiuitatis, & ideo primo agitur de eius paupe te, & ſcdo de eius morte, ibi:* Inimici mei. *Circa primũ dicit Da*

1 Beatus qui in. &c. *ideſt, Chriſtum, qui in paupertate fuit nat vt pote de paupere matre, & in paupere loco, & pauperibus pann uolutus, & ſimiliter in paupertate conuerſatus, vnde dicit de ſe Mat. 8. c.* Vulpes foueas habẽt, & volucres cęli nidos, filius tẽ hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. *Similiter fu paupertate mortuus, vtpote veſtibus ſuis ſpoliatus, & in alieno ſe chro repoſitus. De iſto igitur paupere dicit Dauid:* Beatus qui in ligit &c. *ideſt, intus legit, ita quod ſub paupertate quã geſſit in fo noſtræ humanitatis, intus legit per veram fidem charitate forma diuitias ſuæ deitatis, quas dabant intelligere opera diuinæ virtutis faciebat.* 2 In die mala liberauit eum dominus. *quia talem delem* in die iudicij liberauit eum dominus, *a poteſtate inin*

3 Dominus conſeruet eum. *in corpore.* 4 Et viuificet e *ſua gratia in mente.* 5 Et beatum faciat eum in terra. *ſci viuentium, in qua eſt beatitudo vera.* 6 Et nõ tradat eum in ani mam, *ideſt, ad voluntatẽ.* 7 Inimicorum eius. *corporaliun ſpiritualium.* 8 Dominus opem &c. *ideſt, cum iacuerit ſuper ctũ afflictus dolore corporis ſiue mentis.* 9 Vniuerſum ſtrat eius verſaſti. *Mutat propheta modum loquendi de tertia perſona ſecundam, quæ mutatio fit valde frequenter in prophetis. Et eſt ſe huius literæ, quod ſic conſoletur & ſanetur a Deo, quod non indige cto parato ad iacendum, ſed magis reuerſetur tanquam lectus quo quis nõ indiget amplius. Per talem modum ſaluator Ioh. 5. b. dixit guido ab eo curato in probatica piſcina:* Surge, tolle lectũ tuũ & *& hoc præcepit ad manifeſtationem miraculi perfectæ ſanationis ſequenter Dauid conuertit ſe ad orandum pro ſe, ſicut orauerat alijs, dicens:*

Eg

## MOARLITER.

1 *Beatus qui intel. &c.* Pſal. iſte literaliter intelligitˀ de Chro. Moraliter aũt põt exponi de quolibet fideli miſericordiæ operibus intento, de quo dr̃: *Beatus qui intel. ſuper ege. & pauperem.* affectu. ſ. & effectu, ſecũdum ſuam poſſibilitatẽ, talis. n. beatus eſt in ſpe, & poſtea erit in re, ſi tamen bene pſeueret.

2 *In die mala.* ſcilicet mortis.

2 *Liberauit eum dominus.* ab inimicis.

3 *Dominus conſer. eum.* in preſenti vita pro pauperibus ſuis

6 *Et non tradat eum in ani. &c.* ideſt, non permittat eum c re per peccatum mortale.

8 *Dominus opem ferat illi ſu. lec. do. &c.* ideſt ſi cadat in infir tatem corporis, dominus ita ſanet eum, quod cito ſurg poſſit de lecto, ideo ſubditur:

9 *Vniuerſum ſtra. eius ver.* Et quia magis appeti debet ſani animę quam corporis, ideo ſubditur.

3 Domi-

Eg

us miſcet amara,& vertit in infirmitatem noſtram, nec in
a ſtabulum vbi Samaritanus vulneratum curandum mati-
at.amemus pro domo æternæ habitationis.
⁂ Baſi.& Theod. Verſaſti.i.mutabis,beatum autem illum
rædicat qui paupertatē Domini intelligere,pōt,& qui pro
ribus celebrandum
urat eum qui hanc
aupertatem ample-
us eſt, quia peccaui
bi.

Theodoret. Sym-
achus Etſi peccaui
bi.

*Inimici mei.* Caſ.Do
m' de paſſione ſua
uæ ſecundum ege-
um fuit.

Baſ.& Theod. Iu-
æos inimicos vocat
ui conſilium inierūt
uomodo illum per-
erent.

Aug. Inimici mei
æc de Chriſto ſpe-
aliter dicta ſunt,ſed
de membris dici
ſſunt, & hodie ſit
bulatio, vt nomen
riſti extinguatur,
ſd per mortem ſuā
& ſuorum magis ec-
ſia creuit.

b *Et ſi ingrediebatur.* Caſ.Nota tolerandos malos.
Caſ. Non ſolum aperti inimici, ſed & qui ſimulabant ſe
aicos.

c *Egrediebatur foras.* à ſinu veritatis, malus ingreſſus, malus
eſſus.

a Verſaſti. ¶Sed. ¶Sciens autem homo ſe pati hoc propter peccatum,conuertat ſe & dicat. ¶Hoc dicit caput in membris. b Ira. ¶Per flagella.

eius. Ego[a] dixi, domine miſerere mei, ſana[b] animam meam, 1 2

a Nullo modo excuſo ſed accuſo. b Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, ſed non inimici. ¶Aug.Quoniam vident populos poſt Ieſum ire. c Falſa. d Hoc ſcilicet.

a quia peccaui[a] tibi. Inimici mei dixerunt[b] mala[c] mihi, quan[d]- 3 †

a Aug.Ne ipſi perderent locum & gentem. ¶Quia tædioſus eis & grauis ad videndum. b Aug.Quia videntes eum mori,ſcient ſe falſo ſperaſſe in eo populi. c Aug. Vt fama non ſit de eo. d Vt Iudas. 4

b do morietur[a] & peribit[b] nomen[c] eius. † Et ſi ingrediebatur[d] vt 5

a Quod erat. ¶Exploraret, ſic & ſubintroductis falſis fratribus ait Apoſtolus. Qui ſubintroierūt explorare libertatem noſtram:Gal.2.a. ¶Ficta. b Aug.Parans calumniam aliis, ſibi nocet, non mihi. c Quam ibi deberet deponere.

videret[a], vana loquebatur cor eius, cōgregauit[b] iniquitatē[c] ſibi. 6

a Et quia intrauit vt videret. ¶ Vel bantur. b De amicitia. ¶Ad contrarios. ¶Vt fieret apertus inimicus. c Falſa & vana. d Vanitatis. e Non modo ingredientes, ſed omnes inimici. 7 8

c d Egrediebatur[a] foras[b], & loquebatur[c].† In idipſum[d] aduerſū[e] me 9

a Caſſ.In auribus inuicem murmurando. b Aug.Si quis alius alio amplius inueniret. 10

e ſuſurrabant[a] omnes inimici mei, aduerſum me cogitabant[b] 11 12

a Prout intendebant eum potius ſibi. b Tandem. c Occidamus eum & habebimus eius hæreditatem. ¶Caſſ.Scilicet Expedit vt vnus moriatur pro populo, &c. Si hunc dimittis non es amicus Cæſaris. d Ipſi ita ſcilicet. 13

f mala[a] mihi. Verbū[b]† iniquū conſtituerunt[c] aduerſum me. Nun[d]- 14

a Vt de latere dormientis ſponſa formetur. ¶ Nunquid mortuus neceſſitate vt putatis? Sed ſponte dormit cito euigilaturus. b Aug. Et vnde dormitio? ex traditore. c Iudas. 15

g quid qui dormit[a], non adijciet vt reſurgat? Etenim[b] homo[c] 16 17

* Baſ.& Theod. hoc euangelia de Iuda teſtantur, qui dixit, quid datis,& vobis eum tradam. D Matth. 26.

d *In idipſum.* Aug. Ideſt vno conſilio omnes aduerſum me ſuſurrabant.

e *Suſurrabant.* Caſ.Non audent detegere conſilium, quia in ſcelere ſocij ſunt omnes, cum pauci ſoleāt eſſe autores ſcelerū.

⁂ Theod. Dixerunt corām Pilato Seipſū Regem facit & prohibet tributum dari Cæſari. Luc. 23.

f *Nunquid.* Aug. Qui habet poteſtatem ponendi animam, nō ne habet & reſumendi eam? E

* Theodor. Dicebat Dominus ſoluite tēplum hoc & in tribus diebus re ædificabo illud. Ioan. 10 d. Matt. 26. b.

† Et ingrediebantur vt viderent, vana locutū eſt cor eorum, cōgregauerunt. Ioan. 2.

†Simul.

g *Etenim homo pa.* Caſ. Verbum iniquū conſtituerunt,quia etiam homo qui intingit mecum ma. in paro. per quem eis illa opportunitas.

⁂ Baſil.& Theodor. Aquila & Theodotion, Etenim Vir pacis meæ, cui confiſus ſum. Symmachus, Sed etiam homo, qui mecum pacē gerebat, quo fretus eram. Dolum autem calcaneum ſiue ſupplantationem nominauit ex tranſlatione eorum qui de celeritate contendunt, quique ſuo calcaneo moliuntur, vt concurrens impingat ſimul & cadat.

* Baſil.

☞ *Spera-* F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Ego dixi do.mi.mei.* cuius cauſam ſubdit dicens.
2 *Sana animam meam, quia peccaui tibi.* in adulterio Bethſabeę, & homicidio Vriæ,& populi numeratione. Virtus.n. diuinitatis Chriſti quæ ſanat peccata,eſt ęterna,ſecūdum quod dicit Apoſtolus ad Heb.13. *Ieſus Chriſtus heri & hodie ipſe & in ſecula.* propter quod poterat ſaluare animā Dauid à peccatis.
3 *Inimici mei &c.* Hic conſequenter agitur de Chriſti morte & mutat Dauid modum loquendi, quia prius locutus fuerat de Chriſto, hic introducit Chriſtum loquentē, ſicut pſal. 2. cum locutus fuiſſet de Chriſto di. *Quare fremuerunt gentes.* conſequenter introduxit Chriſtum loquentem in propria perſona,& dicentem. *Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo, &c.* ſicut fuit ibidem expoſitum. Et hęc mutatio fit frequēter in prophetis, igitur in perſona Chriſti dicitur. *Inimici mei dixerunt mala mihi.* quia Iudęi dixerunt ei vituperia frequēter, ſicut patet Ioh.8.f. *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?*
4 *Quando morietur & pe.nomen eius:* Frequenter.n. tractauerūt de Chriſti morte, vt ſic periret memoria nominis eius. Ioh. 9. Ab illo die cogitauerūt, vt interficerent eum. Alij etiam tres euāgeliſtę ſcribunt, qualiter tractauerūt de eius morte.
5 *Et ſi ingre.* Hic mutatur ſimiliter modus loquēdi, qui a ſcriptura frequenter loquendo de plurib. in plurali, tranſit ad loquendum de vno, eo quod ſunt coniuncti ad aliquid vnum, & maxime in ſcripturis prophetarum, & ſic dicitur hic. *Et ſi ingrediebatur.* ſ. quilibet de inimicis meis.
6 *Vt videret.* me docentem vel conuerſantem.
7 *Vana loque.* quia falſa referebat ad meam diffamationem.
8 *Cor eius.* quia frequenter Iudęi poſuerunt inſidias Chriſto, vt eum caperent in ſermone, vel in aliquo reprehenſibili facto, ſicut patet in pluribus locis in euangelio.
9 *Egrediebatur foras.* ad vulgares turbas.
10 *Et loquebatur in idipſum.* diffamando Chriſtum, vt auerteret deuotionem populi ab eo, ſicut habetur Ioh. 10. Dæmonium habet & inſanit, quid eum auditis? Poteſt etiam illa litera ab illo loco. Et ſi ingrediebatur, vt videret, exponi in ſingulari de ipſo Iuda, qui aliquando egrediebatur ad tractandum cum Iudæis de traditione Chriſti,& iterum ingrediebatur cōſortium Chriſti & apoſtolorum, vt videret tempus & locum quomodo poſſet eum caute tradere, & ſic multa falſa & iniqua fingebat, & dicebat hinc & inde. prout ſcribunt quatuor euangeliſtæ.
11 *Aduerſum me ſuſurrabant.* ideſt, latenter detrahebant.
12 *Omnes inimici mei.* ſcilicet ſcribę,& Phariſæi,& cōſimiles.
13 *Aduerſum me cogitabant mala mihi.* ſcilicet inferre mortem contemptibilem & doloroſam.
14 *Verbum in.conſti.ad.me.* qui ordinauerunt Chriſtum mortuum in ſepulchro cuſtodire, ne eius diſcipuli eum tollerēt, & dicerent eum reſurrexiſſe, vt habetur Matt.27. ideo ſubditur.
15 *Nunquid qui dormit.* ideſt, iacet mortuus in ſepulchro.
16 *Non adijciet vt reſur.* quaſi non. Sic enim loquebantur de Chriſto mortuo, illud quod de reſurrectione ſua prędixerat contemnendo.
17 *Etenim homo pacis meæ.* q.d. Chriſtus. Non eſt mirum ſi Iudęi qui erant inimici mei, talia dicebant & faciebant contra me, quia etiam diſcipulus meus mihi familiaris contra me conſpirauit cū eis. ſ. Iudas Scarioth. Et hoc eſt quod dicitur. *Etenim homo pacis meæ.* ideſt mecum habitans pacifice.

*In*

## MORALITER.

1 *Ego dixi do.miſerere mei &c.*
3 *Inimici mei dixe.&c.* i. ſpiritus maligni.
† *Dixerunt ma.mihi.* de peccatis me grauiter tentantes.
5 *Et ſi ingrediebatur.* aliquis dæmonum.
6 *Vt videret.* qualiter me decipere poſſet.
7 *Vana loquebatur.* Ideſt mendacia nuntians incitādo me ad malum ſub ſpecie boni.
8 *Cor eius congregauit iniquitatem ſibi.* nam ex tētatione dęmonum creſcit pęna eorum.
9 *Egrediebatur foras & loquebatur. In idipſum.* tentando per me hominem malum tanquam inſtrumentum ſuum.

*Aduer-*

11 *Aduerſum me ſuſurrabant omnes inimici mei, aduerſum me.* ſcilicet dæmones & homines mali.
14 *Verbum iniquum conſtituerunt aduerſum me.* & quid ſit illud ſubditur.
15 *Nūquid qui dormiet non adijciet vt reſurgat?* quaſi dicat ſi per cōſuetudinem obdormierit in peccato non reſurget ab eo, nec mirum, ſi talia cogitant cōtra me dęmones: nam etiam propinqui mei moti ambitione quærunt me ſupplantare, ideo ſequitur.
17 *Etenim homo pacis meæ, in quo ſperaui, qui edebat panes meos, magnificauit ſuper &c. tu autem domine miſerere mei & re.me.* Liberando me de talium malignitate.

*Et*

A a *Sperani.* Aug.in membris,quia alij fratres in illum aliquid ſperabant,quia talis videbatur vt cęteri.Sic & eſurire in pauperibus ſe dicit.

b *Tu autem do.* Aug. De reſurrectione quæ eſt gloria egeni, ad confirmandam ſpem fidelium.

※ Baſil. Theodor. hæc omnia tanquam ab aſſumpta natura dicta ſunt, quæ crucem paſſa eſt. nam ita orabat,Pater ſerua me ex hac hora.

c *Et retribuam eis.* Aug.Quia enim diſperſi ſunt per mūdū, ad admonitionem eſt nondū ad dānationē.

B d *Me autem.* Aug.Affirmat quod orauit.

e *Benedictus.* Caſ.Laudatiua concluſio, expoſita paſſione & reſurrectione.

f *Deus Iſrael.* Aug. Iudæi ſunt capſarij noſtri, q nobis codices portant, nos Iſrael.

C Aliter putaſſent pagani ficta quę dñr de Chriſto & eccleſia, ſed vincuntur teſtimonio inimicorum.

* Baſ.& Theod.hæc conueniunt ſeruis,formę quam Vnigenitus ſuſcepit.Confirmaſti autem,ob firmam connectionē & copulam indiuiduam,& gloriam ſempiternam & infinitam.

g *A ſe.& in ſe.* Caſ. ex quo omnia cœpta ſunt adminiſtrari vſque in ſeculum ſiturum vbi oīa æterna.

h *Fiat,fi.* Hieron.Geminatio oſtendit hoc ab omnibus eſſe faciendum.

Fiat.fiat. Hiero.pro fiat,in Hebræo ſcribitur,amen amen, quod Aquila,vere,vere tranſtulit, vel fideliter. Finit hic primus liber Pſalterij ſecundum Hiero.

* Thodoret.Merito poſt cruciatus hymnum attulit docens non modo hominem fuiſſe, qui prædictus eſt, ſed etiam ante ſecula habentem immortalem naturam.

¶Aug.Prophetia de oſculo quo tradidit eum. a Secundum quod merueram. ¶Vt viſum eſt. b Prophetia de bucella,qua eum dominus ſignauit. ¶Vel doctrinam.

a pacis meæ,in † quo ſperaui, qui edebat panes meos, † ma- 1 2

a Magnificam fecit. ¶Caſſ.Vel ampliauit ſuper me calcaneum ſuum,ideſt, erexit pedem vt me conculcaret. b Deceptionem. c Vt homo petit,quod vt Deus facit. d Quia egenus & pauper.

b gnificauit ſuper me ſupplantationē Tu autem dñe miſere- 3 4

a In hoc. b In preſenti. c Vt diſpergantur in futuro. d Aug.Vel,In hoc, quod reſuſcitat,apparet dilectio patris. ¶Hier Quod vere facies.In hoc quod voluiſti me,ideſt, quod ſemper placui cognoui quoniam non gau.

c re mei,et reſuſcita me,&† retribuam eis. In hoc cognoui, 5 6

a Aug Gauiſi ſunt de morte,ſed erubuerunt de reſurrectione.

quoniam†voluiſti me,quoniam non † gaudebit inimicus 7 8

a Quod ſine peccato ſum. b In reſurrectione. 9

d meus ſuper me. Me autem†propter innocentiam ſuſcepiſti, 10 11

a In gloria impaſſibilitatis & immortalitatis. ¶ Vnde Mors ei vltra non dominabitur. Ro.6.b. ¶Dando nomen ſuper omne nomen. Aug.Infirmaſti in conſpectu hominum & ad tempus b Suſcepiſti,confirmaſti. ¶ Vnde. Laus tibi. 12 †

&†confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum. Benedi-

a Cui debetur dulia. b Cui latria. ¶Vident eum ſe qui non ſunt Iudæi,ſed nos qui ſumus minor filius,minor populus. Non fide ſed tempore,cui ſeruit maior.

e f g h ctus dominus Deus Iſrael a ſeculo & in ſeculum,† fiat fiat, 13 14

† quem magnificauit ſuper me calcaneum, ideſt gloriatur q in me ſurrexerit. vel, ſtrenuè inſidiatus eſt mihi

† complacuiſti. in me( vel dilexiſti

† ſtatuiſti

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *In quo ſperaui.* i.de quo oſtendi, quod confiderem de eo,ſ. eo quod portabat & cuſtodiebat illa quæ ex deuotione offerebantur pro neceſſarijs Chriſti & diſcipulorum eius, & ad dandum pauperibus, vt habetur Ioh.12.& 13.

2 *Qui edebat panes meos.* Et dicit panes in plurali, quia Iudas cum alijs diſcipulis in cęna domini duplicem panem mādu cauit.ſ.corporalem & ſacramentalem, quia corpus Chriſti cum alijs ſumpſit.

3 *Magnificauit ſuper me ſupplantationem.* tradendo me Iudęis, ad hoc quod eſſem totaliter deiectus & cōculcatus per mortem,ſed non habuit intentum, quia Chriſtus per hoc magis exaltationem habuit tertia die reſurgendo. Tunc.n.dixit Matthęi vlt.d. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.*

4 *Tu autem domine.* Hic cōſequēter agitur de Chriſti reſurrectione,cum dicitur in perſona,Chriſti hominis. *Tu autem domine.* ideſt, tu deus pater,vel tota trinitas.

5 *Miſerere mei.* vt non dimittas diu animam meam in inferno,& corpus meum in ſepulchro.

6 *Et reſuſcita me.* animam corpori reuniendo,quod factū fuit tertia die,quando reſurrexit in corpore glorioſo.Pro gloria enim corporis,quam non habuit ante reſurrectionem,legitur Chriſtus oraſſe,Io.12.

7 *Et retribuam eis.* Iſtud fuit adimpletum, quando populus Iudaicus fuit occiſus & captiuatus p Romanos, propter peccatum quod commiſerat in Chriſtū,ſicut prædixerat Chriſtus Luc.19.g. *Videns Ieſus ciuitatem ſanctam Ieruſalem, fleuit ſuper illam,dicens. Quia ſi cognouiſſes & tu.* ſ.mala tibi ventura, ſimiliter fleres.

8 *In hoc cognoui,quoniam voluiſti me.* Ideſt,dilexiſti vel approbaſti.

9 *Quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me.* Id eſt populus Iudaicus.

10 *Super me.* ſ.finaliter,quia quamuis Iudei de morte Chriſti ad horam lętati fuerint,tñ poſt reſurrectionē magis fuerunt contriſtati,quia tūc fuit magis declarata gloria Chriſti. Sed pōt hic quæri,quō Chriſtus homo qui habuit perfectam notitiam ſuæ cōceptionis,per ſuam reſurrectionem cognouit erga ſe dilectionem vel approbationem patris? Ad hoc cēdum,q preter ſcientiam diuinam quæ competit Chriſto in quātum Deus,ponitur in Chriſto triplex notitia a doctoribus.Prima eſt,qua cognoſcit verbum,& alia in verbo,& ſecundum iſtā notitiam non cognoſcit vnam creaturam per aliam, vel vnū effectū per alium, quia in hac notitia nō ſunt cognitiones volubiles ab vno in aliud tranſeuntes, ſed per verbū immediate alia cognoſcuntur.Secūda notitia eſt,qua a principio cōceptionis ſuę cognouit res in genere propria per ſcientiā diuinitus infuſam, & iſta notitia pt conſiderari dupliciter.Vno mō quantum ad acquiſitionē,& ſic non cognoſcit vnū per aliud,quia cognitio oīum quæ ſic cognoſcit ſimul ſibi fuit infuſa.Alio mō quantū ad vſum,& ſic bñ cognoſcit vnū per aliud,ſicut habens notitiā acquiſitā,vt ea aliqñ concludit effectū per cauſam,vel ecōuerſo cauſam per effectū,& vnum ſimile per aliud,& ſic de alijs modis concludend: & hoc mō Chriſtus Mat.17.d. cū quęſiuiſſet a Petro.Reges terrę a quib.recipiūt tributū,a filijs ſuis an ab alienis?Rñdit Petrus,ab alienis. Concluſit Chriſtus, filij ſunt liberi.Tertia cognitio eſt experimētalis, quæ fuit acq lumen intellectus agentis,& iſta cognouit vnū per aliud non ſolum quantum ad vſum ſed etiam quantum ad acquiſitionem,& ſecūdum hoc de Chriſto dicit Apoſtolus Heb.5.c. *Didicit ex his que paſſus eſt,obedientiam.*

11 *Me au.propter in.* Licet.n.Chrs non meruerit gloriā animæ ſuæ,quam ab inſtanti ſuę conceptionis habuit,tamē meruit gloriam corporis & ſuam exaltationem,& quantum ad hoc dicit. *Me autem prop.in.* i.propter meritum innocētis vitæ.

12 *Suſcepiſti.* corpus glorioſum mihi conferendo,& in cœlum ad te aſſumendo ſecundum quod dicitur Mar.vlt.d. *Et dominus quidem Ieſus poſtquam locutus eſt eis aſſumptus eſt in cælum.* quia hæc aſſumptio eſt ſtabilis ſecundum quod ibidē ſubditur. *Et confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum.* vltimo in fine pſal.propheta Dauid gratias agit de prædictis di.

13 *Benedictus do.Deus Iſrael.* Quia licet ſit Deus oīum per creationē,tñ dicebat Deus Iſrael p debitū cultū & verā fidem.

14 *Fiat,fiat.* In Hebræo autem habetur amen amen, quod importat veritatis confirmationem.

## MORALITER.

7 *Et retribuam eis.* bona pro malis,ſecundum cōſilium Chriſti,Mat.5.g. *Benefacite his qui oderunt vos,&c.*

8 *In hoc cognoui quoniam voluiſti me.* i. approbaſti me, ſi diabolus inimicus meus nō gaudeat ſup me,tāq̄ deuictū ab eo.

11 *Me autem propter innocentiam ſuſce.* in filium adoptando.

† *Et con.me.in conſpe.tuo in æternum.* quantū eſt ex te, nā charitas eſt arra gloriæ.Et quia de tanto bono magnifice regratiandum eſt Deo,ſubditur: *Benedictus do.Deus Iſrael a ſeculo vſque in ſeculum,* fiat,fiat.

## ADDITIO.

In pſal. 60. *Beatus qui intelligit.* vbi dicitur in poſtilla, Sed poteſt quæri,quomodo Chriſtus homo: Hæc quęſtio de facili poteſt ſolui ex modo loquendi ſacrę ſcripturę. Cōſueuit enim ſcriptura de Deo etiam ſecundum deitatē aliqua dicere, quę ei non pertinent ſecundum ſuam ęternam notitiam,ſed ſolum ſecundū ſuū effectum,eo modo qui Gen.12.ca.legitur: *Nunc cognoui quoniam times Deum.* Quod cōmuniter exponitur. Nunc alios feci cognoſcere.Vnde a fortiori poſſunt exponere hæc verba pſal.ſcilicet: *In hoc cognoui quoniam voluiſti me,* ideſt,alios cognoſcere feci.Et ſic in hoc loco non requiritur altior altercatio.

REPLI

REPLICA.

Licet litera huius pſal. quantū ad plura in eo cōtēta aliqualiter poſſet tolerare expoſitionē poſtil. & Ra. Sa. quę in hoc loco ſequit̄, non tn̄ ex toto: vnde apud catholicos verius, & magis ꝓpriè exponit̄ ad literā de aſcēſione Chr̄i, & de eius ſeſſione in cęlo, & de regno eius. Ad qđ ſciēdū, ꝗ licet ꝓpitiatoriū, qđ erat ſup arcā, ſit quaſi ſedes dei, ꝓut poſtil. allegat, ex hoc nullo mō ſequit̄, qđ ꝓpitiatoriū dicat̄ deus, ſic qđ cū dr̄. Aſcēdit deus in iubilo, ſit idē acſi dicat̄. Aſcendit ꝓpitiatoriū arcę in iubilo, ꝓut poſtil. vult. Legit̄. n. de cęlo, ꝗ ſit ſedes dei Eſa. vl. nunq̄ tn̄ ad literā cęlū dr̄ deus, ſimiliter, & arca fęderis cū ſuo ꝓpitiatorio in trāſitu Iordanis, vbi maxime fuit glorificata ꝓp miraculū ibi factū, vt patet Ioſ. 3. nō tn̄ ibidē vocat̄ deus ſed dr̄. *Ecce arca fœderis dominatoris oīs terræ,* vnde p̄ſuppoſita catholica fide iſte pſal. ad lr̄am intelligit̄ in pſona eccleſię reddētis grarū actiones deo ꝓ aſcēſiōe Chr̄i ad cęlū, & hoc cū dicit. *Aſcēdit Deus in iubilo, &c.* q̄a in iubilo angelorū dicentium, viri Galilęi qd aſpicitis in cęlū, &c. *Dn̄s in voce tubæ,* ſ. apoſtolicæ, q̄a tpe aſcēſionis apoſtolis fuit iniūctū pdicationis officiū vſiter, Marc. 16. d. *Eūtes in mūdū vniuerſum pdicate, &c.* Similiter eccleſia reddit gr̄as de ſeſſiōe Chr̄i in cęlū, cū dicit de⁹ ſedet ſup ſedē ſanctā ſuā. Similiter, & de extēſione regni Chriſti ſuper oēm terrā, & ſuper gētes, &c. cū dicit. *Rex oīs terræ Deus, & regnabit Deus ſup oēs gētes,* iuxta illud Matth. 28. d. *Data eſt mihi oīs poteſtas in cælo, & in terra.* Similiter, & de hoc, ſ. quòd principes populorum, ſ. apoſtoli, de quibus dicitur. *Conſtitues eos principes ſup oēm terrā conuenerunt.* credendo. *Cum Deo Abrahā.* i. cum Chriſto, qui eſt Deus Abrahæ, qui ſcilicet Abraham habuit duos filios vnū de ancilla, & alium de libera, qđ allegorizat̄ ab Apoſtolo, Gal. 4. c. de duobus teſtamentis, & ſic eccleſia reddit gratias deo ſpeciales de hoc, ꝗ principes populorum, ſ. apoſtoli congregati fuerunt cū Chriſto Deo Abraham, coniungendo ſimul duo teſtamenta contra deos fortes terræ, ſ. Iudæos terrena ſapientes, qui de ſe præſumentes vehementer eleuati ſunt, i. valde ſuperbierunt. Quæ quidē beneficia eccleſiæ collata ſunt tam maxima, vt pro eis condecenter eccleſia inuitat omnes gentes ad laudem dei, & ſæpe replicat, *Pſallite pſallite, ſapiēter.* Cętera autem, quæ in hoc pſal. continentur, faciliter huic ꝓpoſito poſſent applicari. Et ſic expoſitio hęc debet teneri apud catholicos non ſolum, vt vera, ſed etiam vt proprie literalis tanquam ex prima, & propria ſignificatione literæ conſurgens, & fidei veritati omnino conſona, cū hoc tamen ſtare poteſt, quòd ex ea forte non ſumatur argumentum efficax ꝯ infideles, prout contingit in multis locis ſacrę ſcripturæ.

Act. 1. b.

Propitiatoriū

Replica. In expoſitione pſal. Oēs gentes Burg. adducit poſtillatorē, ꝗ ad literā ſm̄ primū ſonū vocis debeat exponi de Chr̄i aſcēſione. Poſti. aūt generaliter exponit de deo ſm̄ verā tranſumptionē, ꝗ videlicet quis vr̄ aſcendere ipſo aſcendente, in quo creditur reſidere. vnde Burg. in fine ſuę expoſitionis fatetur ex ſua expoſitione ꝯ infidelem argumentum efficax ſumi non poſſe, quod verum eſt ſignū, expoſitionem Burg. literalē non eſſe. Ex poſtillatoris aūt expoſitione ēt fidelis ꝯuincit̄, ꝗ deus Iſrael ab omnib. ſit venerād⁹, *quia terribilis rex magnus,* prout patet ex miraculis in expoſitione poſti. deductis, q̄ negari nō pn̄t. Sed ad argumētū Bur. cōtra ꝯ illā ipſius expoſitionē. Conſueuit. n. arguere. Vniuerſalia ſunt particularib. magis diuina, ſed poſtil. exponit vniuerſaliter de deo, vbi Burg. particulariter arctat ad Chr̄m, igit̄ expoſitio poſtil. eſt melior, & diuinior. Sed argumentum reſpondeo modicū hic, ſicut alibi propter ea, quę ſuperius dicta ſunt

GLOSSA ORDINARIA.

A a *Pſalmus, vel laus cantici filijs Core ſec. &c.* Aug. Primo die fecit deus lucẽ, & diſcreuit à tenebris. Sic dominico die Chriſtum ſuſcitauit, & à mortalitate diſcreuit. Secũdo die firmamẽtũ, id eſt, eccleſiã fecit corpus capiti, quæ eſt formata poſt B Chriſti reſurrectionem ſupra firmã petrã, à qua dimoueri nõ poteſt, de qua hic cantatur filijs Core. C Caſſiodor. De fundatione ciuitatis, quam commendatiue deſcribit. D

Auguſtinus. Commendat ciuitatem, & dominum ciuitatis, vt omnes eum amplificent. Quinq; modis commendat ciuitatem, ſcilicet à dignitate conditoris, à ſitu, ab amplitudine à benignitate regis, à ſtabilitate æterna. E F

Ciuitas Ieruſalem.

-Secunda ſabbathi.

† valde.

¶Vel orum. a Qui factum eſt firmamentum, id eſt, cœlum, id eſt, agens de eccleſia, quæ poſt Chriſti reſurrectionem eſt confirmata, quam vocat ciuitatem.

Pſalmus, vel laus cantici filiis Core ſecunda ſabbathi.

PSALMVS XLVII.

a Caſſiod. Quia omnia potenter facit. ¶ Auguſt. Qui prius humilis: b Caſſiod. quia pulchre, & mire fecit.

a MAgnus dominus, & laudabilis † eſt nimis 1

a Ia

NICOLAVS DE LYRA.

PSALMVS XLVII.

1 MAgnus dominus, & laudabilis. Huic Pſalmo in Hebræo, & in tranſlatione Hieronymũ iuxta Hebræum præponitur talis titulus: *Canticum Pſalmum filiorum Core,* & patet ſententia ex ſupradictis. De materia verò huius Pſal. dicunt communiter expoſitores noſtri, quòd pſalmus iſte loquitur ad literam de magnificentia ciuitatis Ieruſalem, & templi, quæ Salomon rex valde magnifice fecit ædificari, vt habet tertio Regũ, & ſecundo Paralipomenon, & hoc ad Dei cultum, & honorem, quod præuidentes in ſpiritu filii Core dixerunt, vel Dauid ſecundum alios: *Magnus dominus, & laudabilis nimis, in ciuitate Dei noſtri,* idest, Ieruſalem, quam deus elegit ad cultum nominis ſui, vt habetur 2. Paralipom. 6. cap. *In monte ſancto eius.* Quia in monte Moria, ſiue Siõ erat templũ, & regale palatium. *Fundatur exultatione vniuerſæ terræ.* Tota. n. terra Iſrael exultauit in templi, & ciuitatis ædificatione, & conſummatione, multi etiam de aliis terris aliquando veniebant ad templum cauſa deuotionis. *Mons Sion latera aquilonis,* quia Sion eſt in parte aquilonari ciuitatis Ieruſalem, vt dicunt aliqui, ſecundum alios magis eſt in parte auſtrali, & ſic litera eſſet exponenda: *Mons Sion,* ſcilicet à patre auſtrali. *Latera aquilonis,* idest, pars ei oppoſita in Ieruſalem. *Ciuitas regis magni,* id eſt, faciunt ciuitatem regis noſtri, id eſt, Dei, ad cuius cultum eſt electa cauſa deuotionis. *Deus in domibus eius cognoſcetur,* quia in ædificijs ad diuinum cultum deputatis, non ſolum fiebant ſacrificia, ſed etiam ibi vigebat doctrina legis, & prophetarum, vnde, & Chriſtus in euangelio frequẽter legitur docuiſſe in templo, & in ſancta ſanctorum dabantur diuina reſponſa: *Cum ſuſcipiet eam.* promouendo ciuitatẽ ad hanc gloriam, vnde & in tranſlatione Hieronym. habetſic: *Deus in domibus eius agnitus eſt in auxiliando. Quoniam ecce Reges congregati ſunt, &c.* quia multi reges audientes famam Salomonis, veniebant ad audiendum eius ſapientiam, & ad videndum ipſius, & ciuitatis magnificentiam. *Ipſi videntes, ſic admirati ſunt,* quia maiora videbant, quam audierant, & ideo multum admirabantur, ſecundum quod dicitur de regina Sab. 3. Reg. 10. a. *Conturbati ſunt, & commoti ſunt,* quia ipſi, vel ſaltem multi eorum inuidia percuſſi turbabantur, vt dicunt iſti. Tremor apprehendit eos, quia timebãt de ſuis regnis expelli, per potentiam Salomonis, & ſic torquebantur doloribus multis, ideo ſubditur: *Ibi dolores parturientis in ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis.* Iſtud refertur ad Ioſaphat regem Iudæ, qui ad ſimilitudinem Salomonis fecit naues ad afferẽdum aurum de Ophir, ſed tempeſtate inſurgente confractę ſunt, eo quod contraxerat amicitiam, cum Ochozia rege Iſrael peſſimo, vt habetur 2. Paral. 20. g. *Sicut audiuimus ſic vidimus.* Iſta ſunt verba hominũ tpe Salomonis exiſtentiũ, q videntes ciuitatis Ieruſalẽ magnificentiã dicebãt ſe videre impletũ, quod à filijs Core, & alijs prophetis audierãt eſſe pdictum. *Suſcepimus Deus miſericordiam tuam, &c.* Quia in templo à Salomone ædificato dabantur diuina reſponſa, & alia beneficia. *Secundum nomen tuum Deus,* quod eſt immenſum. *Sic, & laus tua in fructu terræ,* ſcilicet diffuſa eſt, vnde dixit Dauid primo Paralipomenon vigeſimo ſecundo b. *Domus, quam ædificare volo domino, talis debet eſſe, vt in omnibus regionibus nominetur. Lætetur mons Sion,* idest, habitantes in eo, propter loci magnificentiam. *Et exultent filiæ Iudæ,* idest, ciuitates Iudæ. *Propter iudicia tua domine,* per quæ ſubiecisti nobis gentes in circumitu noſtro. *Circundate Sion, & complectimini eam validis muris, & munitionibus. Narrate in turribus eius,* laudes Dei cuius beneficijs hæc ſiunt. *Ponite corda veſtra in virtute eius,* totum ei attribuẽdo. *Et diſtribuite domos eius,* idest, diſtinctis officijs ad Dei gloriam diſponite, *Vt enarretis in progenie altera,* idest filijs veſtris ſuccedentibus dei beneficia. Ideo ſubditur. *Quoniam hic eſt Deus Deus noſter, &c.* Licet autem hæc expoſitio videatur in pluribus literę concordare, tamen in aliquibus diſcordat, ſcilicet ab illo loco cum dicitur. *Quoniam ecce reges terræ congregati ſunt,* quod nõ videtur poſſe intelligi ad literam de regibus venientibus ad regem Salomonem, vt audirent eius ſapientiam, quia de illis dicitur ſecund. Paralipomenon decimonono. f. *Omneſque reges terrarum deſiderabant videre faciem Salomonis, vt audirent eius ſapientiam.* Deſiderium autem ſi compleatur, delectat animam, vt habetur in Prouerbijs, & ideo valde diſſonat, quod ſubditur in hoc Pſalm. Ipſi videntes ſic admirati ſunt, conturbati ſunt, &c. imo magis de eius viſione gaudebant, & de eius amicitia acquiſita lætantes recedebant, ſicut patet ibidem de regina Saba. Et idem probabiliter intelligitur de alijs, qui ſimili cauſa ad Salomonem veniebant. Idem quod ſequitur, in ſpiritu vehementi, dicunt referri ad Ioſaphat, quod non videtur conuenienter dictum, eo quòd fuit quintus rex a Salomone, propter quod fictitium videtur, quòd ſcriptura in eodem contextu faciat talem ſaltum, propter quod, & aliqui alij Hebręi exponunt pſalmum iſtum de rege Meſſia, per quem intelligunt Chriſtum futurum, in cuius aduentu expectant Ieruſalem, & templum reædificari magis magnifice, quam vnquã fuerit, & ſic exponunt literã iſtam. *Magnus dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri,* vſque ad locum illum, *Reges terræ,* qui exponunt locum illum de regibus Gog, & Magog, & alijs regibus ſibi adiungendis, quos dicitur venturos ꝯ Ieruſalem ſic reædificatã, ſed deſtruentur per regẽ Meſſiã. Et ad hoc inducunt ſcripturam Eze. 38. a. vſque ad finem euſdẽ libri: Ideo ſubditur: *Conturbati ſunt, commoti ſunt, &c.* Et qa non ſolum venient per terram, ſed etiam per mare in nauibus ſuis quas conteret dominus. Ideo ſubditur: *In ſpiritu vehementi conteres,* & tunc filij Iſrael vidẽtes iſta Dei beneficia dicent. *Sicut audiuimus,* ſ. per dicta prophetarum. *Sic vidimus in ciuitate Dei noſtri,* eſſe adimpletũ, & ſic applicant literam ſequentem ad ſuum propoſitũ: Sed expoſitio hęc eſt erronea, qa ſupponit Chriſtũ venturũ in mũdũ, ſicut probaui diffuſius per ſcripturas veteris teſtamẽti, in quadã qõne, q̃ diſputaui de aduẽtu Chriſti, quę in pluribus locis hr̃, propter qđ ſaluo meliori

MORALITER.

1 *Magnus dominus, &c.* Pſalmũ iſtum literaliter expoſui de honore ciuitatis Ieruſalem in aduẽtu Chriſti, nam in ea fuit oblatus in templo, & ibidem prædicauit, & plura miracula fecit, & in ſigno viſibili ſpiritum ſanctum apoſtolis miſit. Myſtice vero exponi poteſt de eccleſia, quæ ciuitas dicitur Dei, idest, ciuium vnitas per gratiam, & ſacramenta, & Ieruſalem allegorice, quam honorauit Chriſtus, & honorat quotidie per effectus gratiarum, & miraculorum. Et ſecundum hoc dr̃. *Magnus dominus, & laudabilis nimis.* Super virtutẽ creatam. Eccleſiaſtici 43. d. *Maior enim eſt omni laude.*

a *In monte ſancto,&c.* Aug. Hic eſt mons ille,q vt ait Daniel A *fuit paruus lapis præciſus de mõte ſine manibus, qui creuit in mõtem magnũ poſtea,& impleuit omnẽ terram*, ideſt, Chriſtus de gente Dan. 2.c. Iudæorũ ſine virili ſemine natus ſup quẽ fundata eſt eccłia.

b *Fundatur ex.* Hieronym. Quaſi dicat, quæ prius maledictionibus ſubiecta, ſterilitatis opprobrio dolebat, nunc prole fœcunda vbique exultat. Et commendatur hic ab am- † noſtri in. plitudine. *Vel fundator exultationis vniuerſæ, &c.* Quaſi di- B cat dominus eſt, magnus dominus dico, fundator exultationis vniuerſæ terræ, cui concordat alia translatio. Alij ſic transferunt, *Dilatans exultationes vniuerſæ terræ*, ipſe eſt Chriſtus, qui per vniuerſam eccleſiam gaudia dilatat.

† eſſe in muni mentum, vel eleuationem, aut protectio nem. -terræ.

a ¶Vbi. ¶In malis enim blaſphematur Deus. ¶Non in Babylonia.
b ¶Aug. Quæ eſt in monte, nec pote i abſcondi omnibus diffamata. Hic eſt mons, qui creuit, & impleuit omnem terram. Nec autem plures non vbique eſſe add.t, fundatur.
c ¶Quæ ciuitas. ¶Vel tor. ¶Vel nis.

a in ciuitate Dei noſtri, ĩ monte ſancto eius fundat̃ exultatiõe 1 2
b a ¶Per partes oſtendit, quod dixerat. ¶Duo parietes conuenerunt in lapidem angularem, qui fecit vtraque vnum, vt eſſet vnus paſtor, & vnum ouile. b ¶Id eſt, Dei.
c vniuerſæ terræ, mons Sion latera aquilonis ciuitas regis ma- 3 4
a ¶Etiam. b ¶Quia iam plures. ¶Alias gradibus. c ¶Sed hoc per gratiam ſuſcipientis. 5
¶Vt medicus. ¶In æterna beatitudine. ¶A benignitate regis.
d gni. Deus in domibus eius cognoſcetur, cum † ſuſcipiet 6 †
e f a ¶Hæc ſunt latera aquilonis. b ¶Cæteris fidelibus.
g eam. Quoniam ecce reges terræ congregati ſunt, † conue- 7 8
h a ¶Non eſt locus hæreticis, per partes praui dogmatis conciſis, dicens, ecce hic eſt, ecce illic. ¶In lapidem angularem, ideſt, vnitatem fidei, & morum. b ¶Etiam ſic, ſcilicet per fidem. †
i c ¶Facti. d Et. ¶Scilicet videntes. e ¶De gloria, & miraculis Chriſti.
k l nerunt in vnum. Ipſi videntes ſic admirati ſunt, contur- 9 10

c *Mons Sion la.* Augu. Quicunque alicui hærent latera eius dicuntur, ita gentes, diaboli latera. Per mõtem Sion Iudęos ſignificat; per latera aquilonis gentes, quæ adhærent diabolo, qui per aquilonem ventum frigidum, & durum ſignificatur. Ipſe namque ait: *Aſcendam in cælum, & ponam ſedem meam ab aquilone, &c.* De quo: *Surge aquilo, & veni auſter.* Itẽ *ab aquilone pandetur omne malum, &c.* Iere.1.d.

*Mons Sion latera Aquilonis.* ✱ Theodoretus. Atque etiã montibus ipſam circundedit, vt Aquilonis damnum declinet. *Ab Aquilone enim, inquit, accendentur mala ſupra omnem terram.* Et rurſus, *Aquilonem expellam à vobis.* Cæterum Sionis Ad Heb.12. nomen de cœleſti ciuitate diuinus Apoſtolus accepit, *Ac-* C *ceſſiſtis enim, inquit, ad montẽ Sion, & ciuitatem Dei viuentis, Ieruſalem cœleſtem.* Montes aũt, qui Boream expellunt, & ciuitatem incolumem cuſtodiunt, iure diceret quis, Apoſtolos, & vates eſſe, & varias eorum doctrinas, & ad hæc Angelos credentibus præfectos. *Immittet enim, inquit, Angelus domini in circuitu timentium eum.*

d *In domibus.* Vel, in gradibus, ideſt, ſecundum gradus meritorũ, quia in ſingulis diſtinctim dabit cognitionem ſui.

✱ Beda. Mons, inquam, Sion, & latera Aquilonis ſunt ciuitas regis magni. Et hoc modo, nam cognoſcetur, id eſt, per euidentia ſigna præſens eſſe cognoſcitur, non tantum in domo vna, ſed etiã in domibus eius ciuitatis, id eſt, tam in populo de gentibus, q̃ in illo de Iudæis. Qd dictum eſt contra arrogantiam Iudæorum, qui iactabant ſe de patre Abraham, & ſaluari ſe ſolos putabant, & merito cognoſcetur Dominus in domibus eius, cum (pro quia) ſuſcipiet tanquam bonus medicus eam infirmam ſanandam, & tuendam. Et poteſt hæc referri ſuſceptio, vel ad occultam, & continuam eius miſericordiam, vel ad incarnationem verbi.

e *Cum ſuſcipiet eam.* Auguſtin. Tutandam, & quid opus eſt? *Quoniam reges contra.* Sed vidẽtes per fidem, ſic ſcilicet, quòd tam digna eſt hæc ciuitas, admirati ſunt, &c.

f *Reges.* Aug. Caſſ. Principes Iudæorum.

g *Congregati.* Ab Herode ſciſcitante locum natiuitatis.

h *Con.* Cõcorditer dicẽdo: *In Bethlehẽ Iudæ ſecũdũ ſcripturas.*

i *Videntes.* Quæ in prophetis legerant.

k *Admirati ſunt.* De tanta gloria, non leuiter, vel otioſe.

l *Contur.* Pro peccato, &c.

a *Commoti*

## NICOLAVS DE LYRA.

meliori iudicio videtur mihi melius dicendũ, quòd iſte pſalmus exponendus eſt ad literam de Chriſto, cuius aduentus iam tranſijt, in quo aduentu ciuitatem Ieruſalem, & templum magis glorificauit ſine comparatione, quam vnquam fuerit, quia ibi fuit oblatus a beata virgine, & ibidem pluries docuit, & in Ieruſalem cum diſcipulis ſuis iminẽte paſſione cœnauit, & in Ieruſalem pro nobis morti fuit adiudicat⁹, & prope portam ciuitatis paſſus, Ioan. 19. In ciuitate autem Ieruſalem primo diſcipulis ſuis manifeſtauit ſuam reſurrectionem, & de monte Oliueti, qui eſt iuxta Ieruſalem aſcendit in cœlum, & apoſtolis in monte Sion exiſtentibus miſit in ſigno viſibili ſpiritum ſanctum. ſecundũ quod dicit Hier. in epiſtola ad Paulinum, de omnibus diuinę ſcripturæ libris 7.c. quæ epiſtola ponitur in principio Bibliarum noſtrarum tempore moderno, & propter iſta, & alia multa, in quibus Deus noſter, & homo in vna perſona ciuitatẽ glorificauit, & templum, vt dicitur Aggęi 2.b. *Adhuc vnũ modicum eſt.* Et ſubditur. *Et veniet deſideratus cunctis gentibus, & implebo domum iſtam gloria, dicit dominus exercituum.* Et ibidem ſubditur. *Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ plus, quam primæ*, & certum eſt, quod propheta loquebatur de templo, quod reædificabatur, poſt reditum de captiuitate Babylonica, & iſtud quaſi nullius reputationis fuit reſpectu templi primi, quod ædificauerat Salomon in ædificijs, & huiuſmodi, propter quod in nullo poteſt verbũ prophetæ verificari, niſi p hoc, q̧ Chriſtus glorificauit ipſum per prędicta, adhuc enim Diuiſio. ſtabat illud tẽplũ. Igitur ſm̃ hunc ſenſum pſalmus iſte diuidit᷑ in tres parte., q̃a primo ponit᷑ ꝓphetæ denunciatio, ſcḋo eiuſdem eiuſdẽ denunciationis impletio ibi. *Sicut audiuimus.* tertio impletionis publicatio, ibi. *Circun. Sion.* Circa primum dicitur. *Magnus domi.* & hoc ex ſuis magnis beneficijs. 1 *In ciui. Dei no.* Scilicet Ieruſalẽ, q̃ fuit electa ad cultũ Dei. 2 *In mon. ſan. eius.* Qua in parte ciuitatis in qua erat mons Sion, erat tẽplũ diuino cultui deputatũ, & ideo dicebatur mõs ſanctus, quia ſanctum in vna ſignificatione idem eſt, quod diuino cultui deputatum, ꝓp quod veſtes ſacerdotales dicuntur ſanctę, & cętera diuino cultui deputata. In locis autẽ iſtis fuerunt prędicta beneficia ad Dei laudẽ exhibita. Ex hoc eccleſia.

3 *Fundatur.* In fide catholica per Chriſtum ibidem prædicatem in perſona propria, & miracula facientẽ, & per apoſtolos poſtea, vt habetur Act.2. 4 *Exul. vni. ter.* Ideſt, ad exultationẽ vniuerſę terræ, quia fides catholica de Ieruſalem ad alias partes orbis per prędicationẽ diſcipulorum Chriſti eſt deriuata, ſecundũ quod erat per Eſaiam prędictum 2.c. De Sion exibit lex, & verbum dñi de Ieruſalem, quod eſt cauſa exultationis omnibus fidelibus. 5 *Mons Sion latera aquilonis.* Quia ſicut dictum eſt, mons Sion eſt in aquilonari parte Ieruſalem. 6 *Deus in do.* Chriſtus enim Deus, & homo in templo fuit cognitus à ſancto Simeone iuſto, & ab Anna prophetiſſa, & alijs fidelibus. 7 *Cum ſuſ. eam.* Scilicet Ieruſalem promouendo eam ad talem gloriã, vnde & in tranſlatione Hier. iuxta Hebręum habetur. In auxiliando. 8 *Quo. ecce re. ter.* Iſti fuerunt tres reges, qui venerunt ad adorandum Chriſtum natum.

9 *Ipſi videntes admirati ſunt.* Scilicet videntes ſtellam ducem ad puerum Ieſum, & eius matrem.

10 *Contur. ſunt, com. ſunt.* Iſtud refertur ad Herodem regẽ, & filic

## MORALITER.

1 *In ciuitate Dei noſtri* Ideſt, in eccleſia, vt prędictum eſt.

2 *In monte ſancto eius.* Dicitur enim eccleſia mons ſanctus, ſicut, & ciuitas Dei, Eſaię 2.a. *Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium, &c.*

3 *Fundatur exultatione vniuerſæ terræ.* 1.Cor.3.c. dicitur. Fundamentũ aliud nemo poteſt ponere pręter id, quod poſitũ eſt, qđ eſt Chriſtus Ieſus. Et ipſe eſt exultatio vniuerſę terrę cauſaliter, Luc.2.b. Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus eſt nobis hodie ſaluator mundi, qui eſt Chriſtus, &c.

5 *Mons Sion.* Quę ſpecula interpretatur, iõ per ipſam ſignãtur cõteplatiui. † *Latera aquilonis.* Quę ſunt expoſita borealibus ventis, iõ per ipſa ſignificantur actiui, qui ſunt ſolicitudinib & turbation b.e expoſiti Lu.10.d. *Martha Martha ſolicita es, & turbaris erga plurima.* Ex iſtis vero, ſ. cõteplatiuis, & actiuis conſtruitur eccleſia, q̃ eſt ciuitas regis magni. 6 *Deus in do.* Licet aũt vniuerſalis eccleſia ſit vna, hẽt tñ multas eccleſias ſingulares, de quib. dr̃. *Deus in do.* cũ ſu. ſ. deprecante 8 *Quo. ec. re. ter.* In fidei vnitate per preces eccleſię. Et ſubditur modus congregationis, cum dicitur. 9 *Ipſi viden.* Mirabilia p Chriſtianos facta. † *Sic admirati ſunt.* Quia ſuperãt virtutẽ naturę createę, & ſic cognouerũt ea facta eſſe diuina virtute, ꝓp quod per fidem venerunt ad eccleſiã, & ſic doluerunt, quòd perſecuti fuerant ipſam, ſicut patet de Cõſtãtino, & pluribus alijs, iõ ſubditur. 10 *Con. ſunt.* De Chriſtianis ſanguin

a *Commoti ſunt.* Ad fidem,& tãtus fuit pauor,vt corpus tremeret.
b *Ibi dolores,vt parturientis.* Pœnitentię,videntes iſta.Sed.
c *In ſpiritu vehementi.* Herodis.
d *Conteres naues Tharſis.* Quia in Tharſo Ciliciæ, q̃ magos tranſpoſuiſſe in patriam ſuam credebãtur,conſtractæ ſunt ab Herode.

*In ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis.* ✠ Euthym. In vehementi ac valido impetu iræ tuæ tam faciliter eos conteres quam conterere ſoles naues Tharſis. Aiunt enim ſubintelligi debere dictionem, vt Tharſis vero ioci nomen eſt vbi conſpicuæ atque excelſæ naues fabricari conſueuerant. Vel aliter: Ipſas, inquit, naues Tharſis, quæ inimicos noſtros vehunt tu conteres. Sunt qui per Tharſim Carthaginem Lybiæ intelligant. Sunt, & qui Indiæ regionem eam eſſe dicant.

. *Tharſis.* Aug. Cilicia regio à Tharſo metropoli Tharſis dicitur. Vel, Tharſis eſt Carthago,quæ nauibus floruit ad mercandũ,quibus ſuperbia gẽtiũ deſignatur, quæ in incertis diuitiarum,vt in flatibus venti confidit,ſed iam firma ſedes in Sion,non in mari. *Conteres.* à ſimilitudine naufragãtium,vel iuxta interpretationem nominis. Interpretatur enim Tharſis exploratio gaudij: Naues Tharſis,diſcurſores in diuerſis experientijs gaudia mundi explorantes. Decurſus omnibus concludit. Ergo.

a ¶Aug.Poſt admirationem gloriæ,& miraculorum Chriſti. ¶ Aug. Pro peccatis. b Ad hora mutati. c Aug.Pro conſcientia delictorum. d Augu ẽ Tantus erat pauor, quod etiam corpore tremebant. e Pœnitentiæ.

a b bati ſunt † commoti ſunt, tremor apprehendit eos Ibi dolo- †

a ¶Graues,ſed vtiles. Caſſ. Quia inde fructus prouenit. Vnde, A timore tuo domine concepimus, & parturiuimus ſpiritum ſalutis. Quomodo? b Per ſpiritum ſanctum. Aug In forti timore iudicaturi. c Euertes ſuperbiam gentium. 1 2

c d res, vt parturientis, † in ſpiritu † vehementi conteres naues † 3

a Quia ita eſt ergo. Augu.In promiſſionibus propheticis,ſicut eſt illud, Adorabunt eum omnes gentes, &c.Et illud,In ſemine tuo bene.omnes gentes b Aug.In exhibitione. Omnes enim reges,omnes gentes adorant.Chriſtum,Chriſtus regnat in cœlis ad dexteram patris. c Aug. Qui in hac ciuitate eſt,audit & videt,qui extra eſt,cæcus eſt.

e f Tharſis. Sicut audiuimus, † ſic vidimus in ciuitate Domini † 4

Eccleſia. Ipſe. a Aug.Ne ergo timeas,ne quando cadat firmamentum. 5

g virtutum, in ciuitate Dei noſtri, Deus fundauit eam in æ- 6

a Stabiliter. b Fundauit quia. Fide. Nos grana inter paleas lilium inter ſpinas,amica inter filias. c O d Filium. Aug.Non ſolum ſacramenta, ſed etiam rem ſacramentorum. e Pa eatum, quæ per ſacramenta quibus communicant populus Dei ſunt,& templum,de quibus habentes formam pietatis, virtutem vero abnegantes. ¶In communi populi tui. Et quia hoc eſt. 7

h ternum. ✠ † Suſcepimus Deus miſericordiam tuam,in medio 8

i a Quæ non eſt,niſi in ſanctis. ¶ Aug. Non deſunt,qui laudent per omnes terras. 9

k l templi tui. Secundum nomen tuum Deus, ſic & laus tua in 10

e *Sicut audiuimus.* In ciuitate domini virtutum,quia ibi cuſtodes angelos deputat. Repetit.
f *In ciuitate Domini virtutum,in ciuitate Dei noſtri.* Id eſt, Catholica eccleſia, ne ſibi hoc nomen conuentus hæreticorũ vſurpet. Ne autem putetur temporalis,addit.

g *Deus fundauit eam in æternum.* Non ad horam, vt prius tabernaculum Moyſi.
h *Suſcepimus Deus miſericordiam tuam.*

Caſſiodorus. Agẽs gratias de Aduentu Chriſti, monet de gradibus Eccleſiæ diſtribuendis, per quos ſaluator poſſit agnoſci.

i *In medio templi.* Ieruſalem. grauius accuſantur,qui contemnunt eum, qui in medio eorum conſpectus eſt. Per hoc notatur incarnatio Chriſti,qui ſecundum, q̃d homo preſentatus eſt in templo.

† Violento. † Maris. † exercituum. Luc 2 c.

*Dextera.* Caſſiodorus Hac parte iuſti locantur.

Auguſt. *Suſcepimus Deus.* Quo ordine fundata,vel quod audiuimus, & vidimus.
k *Templi tui.* Aug. Id eſt populi non ſuſcipientis miſericordiam, qui multus, vt nulla videantur eſſe grana, ſed tamen nonnulla,quia ſecundum nomen.
l *Secundum nomen.* Caſſiodorus.Quod vbique diffuſum eſt, quia nullus eſt,& ſi neſciat cultum, qui huic nomini non ſe ſubijciat.

*Vel ſecundum nomen.* Hoc eſt,ſicut reuerẽtia tui nominis dilatatur,ita in eccleſia, q̃ toto orbe diffuſa eſt,laus tibi datur, quia

e *Sicut*

## NICOLAVS DE LYRA.

ſuos fautores,qui audientes verba prædictorũ fuerunt valde conturbati,ſecundum quod dicitur Matt.2.a. *Audiens autem Herodes rex turbatus eſt,& omnis Ieroſolyma cum illo.* Et quia aduentus regum fuit cauſa turbationis Herodis, & ſuorum, vt dictum eſt, ideo ſub eodem contextu ponitur vnum iuxta aliud,ſicut effectus iuxta cauſam, & econuerſo, & etiam ſecundum modum loquendi ſcripturæ, qui variatur de bonis ad malos, ſecundum illam regulam exponendi ſacram ſcripturam,quam poſui in principio Geneſis,quæ eſt de corpore Domini bipertito, quia in eo continentur boni,& mali,& propter talem coniunctionem in vno corpore frequenter fit tranſitus de vno ad aliud. Et hoc modo ſponſa in canticis dicit: *Nigra ſum,ſed formoſa.* Nigra propter peccatores, formoſa,propter iuſtos,ſicut ibidem plenius fuit expoſitum Et hoc modo poteſt dici in propoſito, quod ſcriptura ſub vno contextu loquendo de regibus cupientibus Chriſtum adorare, tranſit ad loquendum de Herode, & ſuis fautoribus quærentibus eum occidere.

1 *Tremor apprehendit eos.* Eo,quod Herodes timuit regnum ſuum perdere. Et quia ex hoc interius torquebatur, iõ ſubditur.

2 *Ibi dolores,vt parturientis.* Vel iſtud poteſt referri ad dolores matrum, quarũ filios Herodes occidi fecit propter Chriſtum. Matt.2.

3 *In ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis.* In Hebræo,& in tranſlatione Hieronymi iuxta Hebræum habetur: In ſpiritu vredinis,& dicitur ab vro vris. Herodes enim audiens, quod magi rediſſent in terram ſuam per mare in nauibus Tharſis,iratus eas ſuccendit,vt habetur in Scholaſtica hiſtoria,& ſic adimpleta eſt prophetia iſta.

4 *Sicut audiuimus.* Hic conſequenter ponitur prophetiæ adimpletio,cum dicitur: *Sicut audiuimus.* Scilicet à filijs Core, vel alijs prophetis.

5 *Sic vidimus.* Adimpletum in aduentu Chriſti,& loquitur hic pſalmiſta in perſona fidelium,qui dicebant adimpletum Chriſti myſterium.

6 *In ciuitate domini virtutum,in ciuitate Dei noſtri.* Ideſt, Angelorum, Angeli enim ſancti propter reuerentiam diuini cultus frequentabant locum illum.

7 *Deus fundauit eam in æternum.* Quia Chriſtus Deus,& homo fundauit eam in fide catholica, vt prædictum eſt, quæ fundatio ſtabilis eſt in æternum.

8 *Suſcepimus Deus miſericordiam tuam,in medio templi tui.* Hoc fuit adimpletum quando Chriſtus per quem miſericordiã Dei conſecuti ſumus, oblatus ibi fuit,& veritatem Euangelicam docuit.

9 *Secundum nomen tuum Deus.* Id eſt, ſecundum magnitudinem nominis tui,quæ eſt infinita,

10 *Sic,& laus tua.* Id eſt, diffuſa eſt per orbem terrarũ per prędicationem Apoſtolorum.

3 *In* 1 *Iuſtitia*

## MORALITER.

ſanguinis effuſione.

† *Commoti ſunt.* Motu pœnitentiæ.

1 *Tremor apprehendit eos.* Propter ſeueritatem iuſtitiæ diuinæ.

2 *Ibi dolores,vt parturientis.* Ex magnitudine contritionis.

3 *In ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis.* Per naues iſtas, quæ dicuntur in ſcriptura ſolennes, ſignantur potentes in mari huius ſæculi,qui ſicut dictum eſt,de perſecutione Chriſtianorum fuerunt valde contriti, quod ſignatur cum dicit, *In ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis.*

4 *Sicut audiuimus.* Scilicet prophetias de conuerſione gentium.

5 *Sic vidimus in ciuitate Domini noſtri.* Ideſt, in Eccleſia adimpletum,

quia dextera, id eſt, tua propitiatio iuſtificauit multos, qui omnes laudant.

A

a *Lætetur.* Auguſti. Et ſi laborent iuſti inter ſpinas, tamen exultentur, quia non errat Deus in iudicando, ſed diſcernet omnia grana a paleis. Concretè nati, diſcretè viuant, non temere modo iudicent, eorum eſt modo colligere, dei eſt ſeparare.

b *Mons Sion, & exul tent.* Caſſiodorus. Eccleſia, quæ eſt in ſpeculatione populi.

c *Filiæ Iudæ propter iudicia tua Domine.* Sanctæ fœminæ. Per Iudam, gens earum oſtenditur, quæ eſt propter Chriſtū, qui de Iuda, & hæc exultent, vt in vtroque ſexu Eccleſia ſit.

B

Auguſtinus. Cauſa lætitiæ iudicia futura, vbi ſe ſciunt ad beatitudinem venturos. Qui intus ſunt, lætentur, vos qui extra.

† Circumite.

† ad ante murale.

† ducet dirigent, nos vſq; ad mortem alii in ſecula vertunt. A iſ, ſicut in pueritia, vel ſicut dixit in dich. adoleſcentię noſtræ. Alii ducet nos in abſcondito.

a ¶Multi ſunt iuſti, qui ſtabunt ad dexteram. ¶Ad quam iuſti. b ¶Vnde. c ¶Iudæa, quæ primos radios accepit fidei ..

fines terræ, iuſtitia plena eſt dextera tua. Lætetur mons Sion, 1 2

a Augu. Gentes a Iuda, ideſt, ab apoſtolis genitæ per confeſſionem. b Confeſsionis. c Augu. quibus cæcitas contigit in Iſrael, uo. plena. gen. Roman 11.c.

& exultent filiæ Iudæ, propter iudicia tua Domine. Cir- 3 4 5 6

a Et o vos gentes. Augu. Vos autem reprobi, in quorum medio ſuſcipitur miſericordia, circundate non ſcandalis, ſed charitate bonos. b Electos. c Brachiis charitatis. d Auguſt. Prædicate laudes eius in altitudine munitionum eius.

cundate Sion, & † complectimini eam, † narrate in turribus 7

a Non modo ore. Auguſt. non ita vt habeatis formam pietatis, & veritatem eius negetis. b Auguſt. habita charitate non timere indicabitis, videbitis non obeſſe malos bonis. Alias gradus. Hoc ſolum.

eius. Ponite corda veſtra † in virtute eius, et † diſtribuite do- 8 9

a Caſſ. Chriſtus præſens in terris viſus, & cum hominibus conuerſatus Baruc 3 d.

mos eius, vt enarretis, in progenie † altera. † Quoniam hic 10 11

a Et ſi in homini latet. b Non ad tempus, vt falſi dii. c Quia Deus protegit ne moriamur, quia rex regit ne cadamus.

eſt Deus, Deus noſter in æternum, & in ſæculum ſæculi, et 12 13

a Sine fine.

ipſe † reget nos in ſæcula. 14

*Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iudææ.* ✲ Euthymius. Per montem Sion homines intelligit, qui illic habitant, & per filias Iudæę mulieres ipſas, quas veluti viris timidiores ac męſtiores lætari etiam iubet. Nā ſi his ēt lætandū eſt, tanto magis viris. Vel per filias Iudææ, ciuitates dicit, quæ ſitæ erant circa Hieruſalem atque ei ſubiectæ. Poſſumus, & per montē Sion vnicam fidelium Eccleſiam intelligere, vt diximus, & per filias Iudæę, filias confeſſionis, & fidei, hoc eſt, fidelium animas, vel Eccleſias, quæ in varijs mundi partibus fundatæ ſunt.

C

*Circundate.*

d *Circundate.* Honores exhibendo.

e *Complectimini eam.* Charitate.

f *Narrate in turribus eius. Ponite corda veſtra.* Caſſiodorus. Prædicate alijs in concordia Apoſtolorum in hac fundatæ bene ſunt turres Apoſtolorum, munitiones cōtra hęreticos & altitudines, vnde exteris eſt loquendū vt poſſint audire, ne per lætitiam remiſſi lenteſcant.

g *Virtute eius.* Auguſtinus. Virtus ciuitatis charitas eſt, quā nihil vincit, vnde Salomon. Dilectio fortis eſt, vt mors.

Caſſiodorus. In virtute Eccleſiæ monet ponere corda.

h *Diſtribuite domos eius, vt enarretis in progenie altera.* Ideſt, officia diſtincta ordinatione diſponite presbyteros, diaconos, vt per eos magnalia narrentur in altera progenie, id eſt, populo Chriſtiano, qui eſt ſecundus ab Hebræo, quem primū Dominus elegit.

i *Quoniam hic eſt, &c.* Hoc eſt, quod narrandum eſt, breuis ſententia, ſed quæ omnia concludit. In æternum, contra illos, qui temporales homines Deos faciebant.

*Diſtribuite.* Aug. Ideſt, diſtinguite domum à domibus, quę habet formam tantū, & quæ cū forma pietatē, nolite cōfundere quaſi vnū ſint, vel domos circunciſionis, & pputij, vt Paulus erat in gentes, alij in circunciſionem. Diſpenſationē quidē diuiſerunt, ſed charitatē iunxerūt, hoc magis pucnit, vnde ſubdit, vt ſic o prædicatores enarretis vſq; ad poſteros

GLOS-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Iuſtitia.* Scilicet abundante, quæ continetur in veritate Euangelij.

2 *Plena eſt dextera tua.* Ideſt propitiatio ſeu largitas tua, per quam eſt per orbem diffeſa.

3 *Lætentur mons Sion.* Vnde doctrina Euāgelica accepit exordium, vt prædictum eſt.

4 *Et exultent filiæ Iudæ.* Ideſt, ciuitates Iudę, in quibus prædicauit Chriſtus in propria perſona.

5 *Propter iudicia tua Domine.* Eis per te denuntiata.

6 *Circundate.* Hic conſequenter deſcribitur impletionis dictæ promulgatio, quæ facta eſt per Apoſtolos, qui adimpletum Chriſti myſterium conſtanter publicauerunt in Hieruſalem, & ciuitatibus propinquis, & remotis, ſecundū quod dixit eis Chriſtus Act. 1.a. *Eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa, &c.* Et hoc eſt, quod dicitur eis in ſpiritu prophetico. *Circundate Sion.* Quoniam in monte Sion vbi erat tēplū & etiam in alijs locis per Ieruſalem conſtanter diſcurrebāt, publicando fidē Chriſti, & miraculis confirmabant, intantum quod in plateis ponebantur infirmi in lectulis venientе Petro, vt ſaltē vmbra illius obumbraret quenquā illorū, & liberarentur ab infirmitate ſua, vt habetur Act.5.c.

7 *Narrate in turribus eius.* Ideſt, publice, & manifeſte, ſicut pręcones clamantes in turribus audiuntur de tota ciuitate.

8 *Ponite corda veſtra in virtute eius.* Ideſt, ipſius Chriſti, in cuius virtute magnalia faciebant Apoſtoli, vt habetur in actib. Apoſtolorum.

9 *Et diſtribuite domos eius.* Ideſt ordinate loca ad cultū ipſi⁹, quod fecerunt Apoſtoli primo in Ieruſalem, & ciuitatibus Iudæ, poſtea vero in orbe terrarum vbique ſecundum, quod habetur ex eorum actibus, ideo ſubditur.

10 *Vt enarretis in progenie altera.* Id eſt, gentilitate, quę erat altera progenies a Iudęa, quia primo pręedicauerunt Apoſtoli, & Chriſti diſcipuli Iudęis, & poſtea gentibus per orbem diffuſis. Quid autem pręedicauerint, oſtenditur cum ſubdit

11 *Quoniam hic eſt, &c.* Scilicet Chriſtus, cuius diuinitatem pręedicauerunt.

12 *Deus noſter.* Qui ſe dedit nobis, & non ſolum in pręſenti per gratiam, ſed etiam in futuro per gloriam, ideo ſubditur

13 *In æternum, & in ſæculum ſæculi.*

14 *Ipſe reget nos in ſæcula.* Hebręi dicunt: Ipſe reget nos ſuauiter, quia diuina prouidentia attingit a fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Hiero. autem in tranſlatione iuxta Heb. dicit Ipſe reget nos vſque ad mortem, quia tunc magis apparebit, quod ipſe eſt rector Chriſtianorum in hoc, quod deficientibus humanis auxilijs habebit ſpecialem curam ipſorum. Ratio autem huius diuerſitatis in litera eſt iſta, qa in Hebręo ſic habetur. Ipſe reget nos *halmut* Hamuth autem ſi ſint duę dictiones, ſignat ſuper mortem, vel in morte, & ſic accipit Hieron. ſi autem ſit vna dictio, ſignat ſecula in plurali, prout litera habet communis, vel iuuentutem, loco cuius Hebręi dicunt ſuauiter, eo quod homo puerum ſuum paruulum ducit in ſuauitate, & non in rigore, ſecundum quod dicit Rab. Sa. ſuper iſtum locum. Hic tamen minus bene videtur dicere, quia in omnibus Bibl. Hebraicis, quas vidi, *halmuth* hic eſt vna dictio, & non du

## MORALITER.

1 *Iuſtitia.* Quia paratus eſt iuſtificare per gratiam omnem hominem ſe debite diſponentem.

3 *Lætetur mons Sion.* Ideſt, Eccleſia.

4 *Et exultent filiæ.* Id eſt, fideles perſonę.

5 *Propter iudicia tua Domine.* Quę ſunt iuſtiſſima.

6 *Circundate Sion.* Hoc verbum dirigitur ad rectores Eccleſię, qui debent eam per diligentem cuſtodiam circumire.

7 *Et complectimini eam.* Sicut ſponſam dilectiſſimam.

7 *Narrate*

7 *Narrate in turribus eius, &c.* Imminētia pericula, ſicut boni ſpeculatores.

8 *Ponite corda veſtra in virtute eius.* Ideſt, ad virtutem eius lætandum, ideo ſubditur.

9 *Et diſtribuite domos eius in progenie altera.* Eccleſias nouas ordinando in infidelibus conuertendis.

11 *Quoniam hic eſt Deus, Deus noſter.* Scilicet Chriſtus.

14 *Ipſe reget nos in ſæcula.* In pręſenti ſęculo per gratiam, per gloriam in futuro.

a Ideſt Chriſtum. b Paſſionis, & crucis Chriſti.

a † In finem filijs Core Pſalm. Dauid. Pſalm. XLVIII.

a ¶Attentos fac t. ¶Iam hodie per recitatores. b Aug omnes iniqui. c Audiendi.

b AVdite hæc omnes gentes, auribus percipite 1 2

a Auguſt. Domini, non ſerui tetom. Non tranſeuntes audiatis. Iuſti.
b Auguſt. Habitat orbem, qui non tenetur ab orbe, nec eius erroribus implicatur. c Exponit per partes.

c omnes, qui habitatis orbem. † Quique terri- 3

a Iniqui. Iuſti. b Auguſtin. Non ſeparatim vſque ad meſſem. c Ad terrig. d Ad filios ho. c Quia

d genæ, & filij hominum, ſimul in vnum diues, & pauper. Os 4

a Chriſtum. b Ne putes eum ſolo ore, & non ex corde loqui.

meum loquetur ſapientiam, et meditatio cordis mei † pru- 5

a De moribus, quod eſt in futuro prouidere. b Nec hoc a me ſed. Veritati. Quæ parabolas, & ænigmata docet. c Videmus nunc per ſpeculum in ænig. quicquid modo videmus per ænigma. eſt 1. Corin. 13. d. d Factis oſtendam, quod dico.

e dentiam. Inclinabo in † parabolam aurem meam, ape- 6

a Ideſt, quod mihi præ omnibus propono, ideſt æternam beatitudinem. b Incipit.

f g riam † in Pſalterio propoſitionem meam. Cur timebo 7 8

GLOSSA ORDINARIA.

a *In finem Pſal. &c.* Caſſiodorus. Agit Propheta de amaroribus mundi, & Chriſto redemptore non illorum, ſed cōtēptorum mundi, vt deiectus in mūdo nō apprecietur elatos.

Aug. Qui colunt deum vt hic eis bene ſit, murmurant, & blaſphemāt, quia mali floret, ipſi premūtur, quaſi Deus hoc ignoret, vel non curet, ne ipſe laboret hoc vidēdo, vel corrigendo, contra hos loquitur hic.

Auguſti. Primum attentos facit ad noua, & ad ingentia.

✲ Beda. *Titulus eſt talis*: In finem filiis Core, pſalmus Dauid Prophetę, vel cuiuſque fidelis perfectę animæ de priori populo, vel de poſteriori, relatus in finē, ꝓponitur filijs Core ad hoc, ſcilicet vt deuitent vſitatam peruerſionē. Vſitata enim peruerſitas in hominib. eſt, ꝙ cum deberent viuere ſecundum Dei voluntatē, potius volunt deum viuere ſm ſuam voluntatem. Et dū ipſi nolunt corrigi, volunt Deum deprauari, arbitrantes nō eſſe iuſtum, quod ipſe vult, ſed quod ipſi volunt. Et qui diligunt eum pp terrena commoda, & bona temporalia murmurant aduerſus eum, cum vident bonos tribulari, malos ꝓſperari, quaſi non dignetur regere humana, nō curet hęc infima. Contra tales loquitur diuinus ſermo et in hoc pſalmo.

PSALMVS XLVIII.

b AVdite hæc omnes gentes. Caſſ. Nullum excipio, non accipit Deus perſonas, omnibus preſto eſt, & generale beneficium eſt incarnatio. Terrigenæ, q vitia ſequuntur terrena, hi in parte Adæ, qui homo, non, filius hominis. Filij hominū, iuſti, in ſorte Chriſti, q fuit filius hominis. Breuis explicatio, diues, terrigena, pauper, filius hominis. Simul, vſque ad meſſem, quādoque non ſimul, qn̄ ſcilicet ſeparabūt zizania à tritico, oues ab hędis.

c *Quique ter.* Aug. Nulli ſermonem ſubtraho, audiat hæres terræ propter iudicium, iuſtus propter regnum.

✲ Theodore. Quidam terrigenas Adamum, & Euā nūcuparunt, tanquā ex terra effictos, non autem ex coitu natos. Sed hic ſermo non quadrat Eccleſiæ. etenim Apoſtoli non admonent eos, qui iā mortui ſunt, ſed illos, qui adhuc viuūt. Diuerſas itaque vitas tacite innuit, aliqui. n. vrbes incolunt, nonnulli agros, & villas agriculturæ ſtudētes. Et ex hominibus qdā ſunt manſuetiores, quidē agreſtiores, & hi quidem maiori cū ratione viuunt, hi verò ferino more ſolitudinem habitantes, aliqui verò Arnaxobij nūcupantur, qui in currib. degunt, aliqui vero pro domib. vtunt vmbraculis. Hos puto terrigenas nominari, tanq̄ ciuilioris vitæ expertes, hoc eſt, vniuerſi homines, ea quæ dicuntur audite. Nimirum Vrbani, & ſolitudinis incolæ, manſuetiores & agreſtiores, & cōmuniter omnes, & ſigillatim, ſic enim, & Symmachus interpretatus eſt. Nā pro terrigenis, & filijs hominum, humanitatē dixit, & inſuper, filij cuiuſlibet hominis: pro eo, quod eſt, cōmuniter humana natura audiat, quę dicūtur, & quilibet ſigillatim fructū percipiat. D

† Etiam filii hominum et filii viri, ideſt, ſimul plebei & dominus, vel nobilis.
† intelligētiā.
† ſimilitudinem.

d *Os meum lo.* Caſſiodo. Commendat dicenda Sapiētia ad diuinas res. Prudentia ad mores inſtruēdos, in his duobus omnis ſermo diuinus indicatur. E

e *Inclinabo.* Hiero. Humiliabo me veritati intus loquenti, quæ docet loqui in parabolis, ne omnibus pateat.

*Incli. &c.* ✲ Eut. Sermonē habiturus ad vos, inclinabo viciſſim aurē animæ meæ in parabolā, q̄ à ſancto mihi ſpiritu ſuggeritur. Per parabolā vero hic ambiguū atq; ęnigmaticū ſermonē intelligit. Sunt. n. prophetica oīa ambigua admodū pp occultos ſenſus, obſcuritate verborū velatos, fidē et ſermoni ſuo pſtat his verbis, dū ſupnè ea ſibi denotat iſpirari.

f *Aperiam in pſalterio propoſitionem meam.* ✲ Euthymius. Per propoſitionē ſermonē intelligit, ad exhortationē atque vtilitatem audiētiū propoſitum ac prolatum. Aperiā igitur hoc eſt, manifeſtabo hunc ſermonem meum vna cum pſalterij harmonia. Nā qui ianuā aperit, omnia manifeſtat, quę intus ſunt. Ex eo. n. quod præcedit, denotauit, id quod conſequit. Manifeſtaturū ſe aūt id ait, cū harmonia, & cantu, vt ſermo ſuus iucundior ſit, iuxta anagogē ille aperire dicitur propoſitionē ſuā in pſalterio, qui facit pariter, & docet, cuius opera ſermonibus congruunt. Ad melodiam enim pſalterij excitādā manibus opus eſt, per quas operandi facultas deſignatur. F

g *Cur ti.* Caſſ. Incipit narrare, quæ promiſit, dicens qđ Chriſtus non redimet impios, hic propheta in ſua perſona generalem agens cauſam, quærit cauſam damnationis, & timoris malorum, quæ eſt iniquitas.

Augu. Cur timebo quaſi non eſt, quod timeam, cum iniquitatem vitare ſit in mea poteſtate, pro qua tantum timebitur in die nouiſſima, quæ erit mala damnatis, non iuſtis.

☞ a Calcanei.

NICOLAVS DE LYRA.
PSALMVS XLVIII.

AVdite. *Huic Pſal. præmittitur talis titulus in Heb. ad victoriam filys core Pſal. & in tranſlatione Hie. iuxta Hebræū: Victori filiis Core Canticū, titulus aūt cōis eſt: In finē filiis Core Pſalm. & eſt eadē ſentētia in iſtis, vt patet ex dictis ſup. pſalm. 4. Et patet expoſitio ex ſupradictis. Sciendū tn̄, quod ſecundum Aug. pſal. iſte intitulatur à filiis Core, quia ab eis decantandus, ſed à Dauid factus, ſecundū vero Hier. & doctores Hebræos, quibus videtur mihi magis in hoc aſſentiēdū, iſte pſal. & alii ſic intitulati à filiis Core, fuerunt ab eis facti, ſ. ab vno corū, vel plurib. vt dictū fuit ſup. pſal. 41. & ex dictis ibidem patet expoſitio huius tituli. Diuiditur aūt iſte pſal. in duas partes, ſ. in pœmiū, & tractatū. Scda incipit ibi.* Cur timebo. *Circa primū primo redduntur auditores beneuoli ex cōi vtilitate doctrinę cum dicitur.*
1 Audite, &c. *Q. d. Illud quod eſt hic, dicendum, vtile eſt ꝓ bono cōi omniū.* 2 Auribus. *Ideſt aure corporis, & mētis.* 3 Quique, &c. *Ideſt, quarūcunque nationū, & ſtatuū, ideo ſubditur. Simul in vnū diues, & pauper. Secundo redduntur attenti ex dicendorū profunditate, cū dicitur.* 4 Os meū, &c. *Quæ eſt notitia de altiſſimis.* 5 Et medi. &c. *Quæ eſt directiua in agibilibus humanis. Tertio redduntur dociles, ex modi loquēdi intelligibilitate, cū dicitur.*
6 Inclina. *Ideſt, applicabo intellectū meū ad intelligendū verba legis, & prophetarum, quæ frequenter ſunt parabolica, & tunc potero lucide tradere aliis ipſa, ideo ſubditur.* Aperiam. *Ideſt, lucide tradere aliis ipſa, ideo ſubditur: Aperiā, i. lucide tradā.* 7 In pſal. *Quia iſte pſal. erat aptus decātari, in tali inſtrumēto.* 8 Cur ti. *Hic cōſequenter ponitur tractatus, in quo primo mouetur quædā quæſtio, & ſoluitur, & ſcdo declarat ſolutio ibi.* Qui confidunt. *Tertio ex hoc quædā monitio inducitur, ibi:* Ne timueris. *Circa primū ſciendum, ꝙ iſta qō eſt de extremo iudicio, quod erit valde formidabile iniuſtis, delectabile tn̄ iuſtis, tunc videntibus vindictā de peccatorib. ſecundū, ꝙ dicitur pſal. 57. b. Lætabitur iuſtus cū viderit vindictā. manus ſuas lauabit in ſanguine peccatorū. Propter ꝙ ſaluator Lu. 21. c. loquēs de aduētu ad iudiciū dicebat diſcipulis ſuis. His aūt fieri incipiētib. reſpicite, & leuate capita veſtra, i. exhilarate corda veſtra, ſecundū ꝙ exponit Greg. Secūdū hoc igitur Pſalmiſta mouet qōnē dicēs.* Cur ti. *Ideſt, in die iudicii, q̄ frequenter vocatur dies mala in ſcripturis veteris teſta. & noui. & loquitur in perſona generis humani, in quo ſunt plures mali, quam boni, ſecundum quod dicitur Eccl. 1. d. Stultorum infinitus eſt numerus. Conſequenter reſpondet ad quæſtionem dicens.*

1 *Iniquitas*

MORALITER.

1 *Audite.* Pſal. iſte ſm literalē ſenſum loquitur de iudicio futuro, q. in hoc pſal. deſcribit terribile reprobis, & delectabile bonis: vnde ſaluator Luc. 21. c. loquēs diſcipulis de futuri iudicij ſignis dicit: His aūt fieri incipientibus, reſpicite, & leuate capite veſtra, ideſt, exhilarate corda, vt Gregorius exponit, & ſic patet, quod ſenſus literalis eſt etiam ſpiritualis, & ideo non eſt ad præſens alius requirendus.

a ¶ Auguſtinus. Iudicii,quæ dies,quia tunc omnia aperta. b ¶ Auguſtinus. Eua,noſtra caro,per quam labitur homo de qua dicitur. Illa obſeruabit caput tuum & tu eius calcaneo, id eſt, lapſum, vel finem. c ¶ Auguſtinus. Alii præſumunt in virtute ſua corporali, vel ingenii.

in die[a] † malaꝰ iniquitas[b] calcanei mei circundabit me. Qui con- 1 2

a ¶ Auguſtinus. Alii in diuitiis confidunt. ¶ Poſt intrinſeca, quæ nomine virtutis ſignificauit ponit. exteriora,quæ intelligit per diuitias. b ¶ Vnde magis infatur homo. 3

fidunt in † virtute ſua, & in † multitudine diuitiarum[b] ſuarum 4 5

a ¶ Auguſtinus. Alii in amicis,ſed fruſtra, quia. ¶ Alias de propitiatione ſua.

gloriantur. † Frater[a] non redimit, redimet homo? non dabit 6 7

a ¶ Id eſt,vnde redimatur anima omnis. 8

Deo placationem ſuam. † Et pretium[a] redemptionis animæ 9

¶ Auguſt. Labor non finietur,vita tamen hæc finietur. a ¶ Ideo laborabit quia. ¶ Non intelliget.

ſuæ, & laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem. † Non[a] 10 11

a ¶ Cum viderit æque mori bonos, & malos.

videbit interitum, † cum viderit ſapientes morientes, ſimul 12 13

a ¶ Auguſtinus. Qui ſibi non proſpicit in futurum. b Auguſtinus. Qui neſcit in quo malo ſit. c ¶ Et ſic aliis tamen alienis, quia alieni ſunt, qui nihil proſunt.

inſipiens, & ſtultus[b] peribunt. Et relinquent alienis[c] diuitias 14

a ¶ Auguſtinus. Qui extruxerunt quaſi domos æternas ad memoriam, quamuis in inferno magis maneant. b ¶ Qui palatia huius ſæculi ædificauerunt. c ¶ Huius ſæculi. d ¶ In quibus ad tempus. ¶ Domos quas hæredibus dimittant putant eſſe duraturas.

ſuas, & † ſepulchra[a] eorum domus illorum[b] in æternum[c]. Taber- 15 16 17

A Geneſ. 3. c. Fuit calcaneo quomodo ſit inſidiatus.

† mala, cum iniquitas calcanei mei circundederit me in ſapientium mihi circunquaque.

† ſubſtantia diuitiis fortitudine.

† cum tamen fratrem nemo redimat, nec det Deo redemptionem pro ipſo.

B ¶ Sepulchrum nunquam viui ri.

† Interiora,id eſt, quicquid eſt in illorum domibus,manet, & creſcit ſemper,vel cogitant in interioribus ſuis, & corde ſuo quod domus eorum permanſuræ ſint in æternum.

a *Calcanei.* Aug. Alludit verbis, quæ in Geneſi dominus ſerpenti dixit: Inimicitias ponam inter te, & mulierē, ipſa conteret caput tuū, & tu inſidiaberis calcaneo eius. In ſingulis noſtrū eſt hæc mulier. Eua enim, caro noſtra eſt, quæ ſeducit virum, id eſt, rationē, per quam carnem labitur homo, q. lapſus, per calcaneū hic ſignificatur. Vel per calcaneum finis vitæ intelligitur, cui diabolus maxime inſidiatur. Vel, iniquitas calcanei. Quę mihi erit in fine. Circundabit me, id eſt, opprimet, & timere faciet.

b *Qui confidunt.* Auguſtin. Hi, ſcilicet, qui confidunt, ſunt quos circundabit iniquitas calcanei.

Auguſtinus. Obſeruat diabolus quādo laberis, vt deijciat te, tu obſerua caput, id eſt, initium ſuggeſtionis, ne veniat delectatio.

Auguſtinus. Ideo timendum, iniquitate circūdato, quod per partes exprimit iniquitatis, quia eos, ſcilicet, qui confidunt, &c. frater non redi.

Auguſtinus. Quaſi dicat, timor eſt de iniquitate, iniquitas de terrenis, in quibus adeo ſtulti ſunt.

c *Frater non re.* Aug. Si frater, id eſt, Chriſtus non redimit, homo nullus redempturus eſt, qui ergo in hoc fratre confidit non timebit in die mala, vt alij, vel qui confidit in diuitijs, vel virtute, vel amicos, non dabit placationē ſuā quo flectat Deū pro peccato, & pretium, i. eleemoſynam quibus redimat animā, & hic talis laborabit. Sub admiratione, i. Chriſt' non re, & ſi ipſe non, homo, qui ſauciauit redimet? Nō. Quaſi dicat, nullus homo redimet, quia non dabit homo Deo

C vnde placetur, & vnde redimatur anima, quia nulla oblatio poteſt compenſari pretio Chriſti: Vel ideo frater non reddit talem, qui talis non dat Deo pla.

D d *Et viuet adhuc.* Auguſti. Poſt finem vitæ viuet ſecundum animam, quia nō peribit anima cum corpore, ſed dolori ſaluabitur, vſquequo accepto corpore vtrinque crucietur.

e *Non videbit.* Auguſtinus. Id eſt non intelligit, quid ſit interitus dicit enim: Si ſapiens, qui piè Deum coluit mortuus eſt, & nō poteſt euadere, cur ſequerer eum? mihi enim bene faciam dum viuo, & ita neſcit quis ſit verus interitus, q enim ei imminet ęternus cum ſapiens tranſit vitam.

n • maſti inique, quod ero tui ſimilis, arguam te, et ſtatuā contra fa- 19 20
a Ergo. ¶Laudem volo ſed non a peccatore. ¶Nemo dicat non prædictum. b Me Deum non crediris. c Cui nemo poteſt reſiſtere. d Deus id eſt, ego.
p ciē tuā. Intelligite* hæc qui obliuiſcimini Deū, nequando † ra- 21 22

1.Cor. 9.d. corrigendis, vnde Apoſtolus. Caſtigo corpus meū, & in ſer. re. ne cum alijs prędica. ipſe repro. efſi. Nō ait cum aliis legerim. Ideo in vete. teſt. erat labium ęneū in introitu tabernaculi, vbi ſacerdotes lauabant manus, vnde. Mundamini qui fertis vaſa domini.
Eſa. 52. c. d *Aſſumis.* Caſ. Indeuotus præſumis. Non enim lectio negatur corrigendis.
* Baſ. Recte per os tuum. cum.n. cor ſit vacuum & inane, labia fruſtra, & ad condemnationem docentis, doctrinam legis mouent.
* Baſ. Si peccatori laudem prohibet, quis docebit? Ideo ſpecialiter quędam vitia ponit quibus peccatori inquinato ſit
C prohibitio.

e *Tu uero odiſti.* Caſ. Tu vero ore dicis, ſed facto negas diſci plinam, ſi corrigo murmuras.
f *Furem cur.* Caſ. In his omnia tonat vitia, a parte totum.
Caſ. vel furem ſani intellectus ſcripturæ.
g *Adulteris.* Qui ponunt falſum auferendo verum.
h *Os tuum abund. &c.* Caſſ. Accuſ[...] conſcientiam & li[...] guam. Concinnaba[...] quia mos eſt dec[...] pientis ſic falſa con[...] ponere, vt lepore v[...] borum blādiatur, [...] hoc, nam contra fr[...] trem ſedes non ca[...] alij derogas, ſed ſt[...] dio.
* Hebræi. [...] tuum laxaſti ad m[...] lum.
i *Sedens.* Caſſ. Qu[...] tranſiens uel ſtans [...] cit, non cum uolu[...] te facit.
K *Fratrem.* Caſſ. O[...] nē hominem. Et [...] uerſus filium ma[...] eccleſiæ cui chat[...] te iungimur. Po[...] bas ſcandalum, ha[...] ſes uel alia quibu[...] nocens capiatur.
l *Loqueba. & adu.* Aug. Dum detr[...] qui doctus uid[...] fratri, forſitan b[...] docenti uel bene [...] bulanti, ponit ſc[...] dalum infirmo qui neſcit iudicare, & iō filius matris dici[...] lacte. ſ. egens eccleſiæ, nondum patris ad menſam accede[...] cuius pane paſcatur. i. validioris doctrinæ cibo.
m *Tacui.* * Baſ. Silentiū patientia eſt, quam nō diuinæ p[...] lantropiæ tribuunt impii, ſed quaſi Deus nolit punire.
n *Tui ſimi.* Caſ. Conſentiendo malis.
o *Stat. cō fa. tu.* Aug. Quod poſt dorſum poſuiſti, ante faciē po[...]
* Theod. Conſonāt hæc illis Apoſtoli vocib. Ignoras q[...] Dei bonitas in pęnitentiam te ducit, ſecundum vero d[...] tiam tuam & impęnitens cor theſaurizas tibi ipſi iram in[...] irę, & reuelationis, & iuſti iudicii Dei.
p *Rapiat.* Caſ. Deus ad pęnā, & nō ſit q eripiat. Quā diab[...] rapit, Deus eripit. Sed cum Deus rapit, nemo valet libe[...]

Tu

NICOLAVS DE LYRA.

* religionis quantū ad clericos & religioſos, quaſi dicat ſine iſtis ſacramentum euchariſtiæ, non reciperetur digne a laicis, & ab inferioribus, nec adminiſtraretur digne à miniſtris eccleſiæ, & ſuperioribus, ideo ſubditur.
1 *Et inuoca me, &c.* Si feceris iſta.
2 *In die tribula.* Ideſt, tentationis.
3 •*Eruam te.* Quia ſicut dicitur 1. Cor. 10. ca. Fidelis autē eſt Deus, qui nō patietur vos tentari vltra id quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione prouentum, vt poſsitis ſuſtinere.
4 *Et honorifi. me.* Digne recipiendo vel adminiſtrando ſacramentum euchariſtiæ.
5 *Peccatori.* Hic conſequenter miniſter indebitus excluditur, cū dicitur. *Peccatori autem dixit Deus.* Ipſum repellendo.
6 *Quare tu. enar. iuſti. me.* Euangelium in Miſſa recitando vel exponendo.
7 *Et aſſumis teſt.* Quia epiſtola & cætera quæ ſequuntur vel dicuntur in miſſa, accipiuntur pro maiori parte de veteri vel de nouo teſtamento.
8 *Tu vero odi. diſci.* Mandata ſuperiorum contemnendo, & etiam mea, ideo ſubditur.
9 *Proie. ſer. me. retror.* Quod explicat magis in particulari, dicens. 10 *Si videbas fu.* In furto eius participando, vel exēplo illius furtum aliud commitendo ſequendo concupiſcentiam oculorum.
11 *Et cum adulte.* Sequendo concupiſcentiam carnis.
12 *Os tuum abun. ma.* i. malis verbis, & ſuperbis, ſequendo ſuperbiam vitæ, vnde ſequitur.
13 *Et lingua mea.* In Hebręo hr̄, blaſphemiam. Peccatū enim blaſphemiæ procedit ex magna elatione ſuperbiæ. Secun[dū] autē literā noſtrā, iſtud refertur ad deceptionem proxi[mi], cum dicitur: *Et lingua tua. &c.* Id eſt, colorabat falſa, & [men]dacia ad pximi deceptionē. 14 *Sedens aduer. fra. tu. lo.* F[al]ſo accuſando eū in iudicio, vel calumnioſe ipſum obiurga[n]do.
15 *Et aduer. filium matris tuæ.* Ideſt, aduerſus catholicum eccleſiæ matris tuę filium.
16 *Ponebas ſcan.* Prębendo ei occaſionem ruinæ ex ue[...] tuis malis, & factis: ſcandalū.n. eſt dictū vel factū minus rectū prębens alteri occaſionē ruinę. Quod autē omnia [...] iſta prędicta ſint in multis eccleſię miniſtris, tā clericis [...] etiam religioſis malis, apparet ad ſenſum, & ex hoc prę[bent] laicis, & ſimplicibus materiam ſcandali.
17 *Hæc feciſti & tacui.* Quia Deus mala noſtra non ſta[tim] punit, ſed frequenter differt ſm ordinem ſapientię ſuæ & ideo vr̄ malis, quod non debeat alias punire, ideo ſubd[itu]r.
18 *Exiſtimaſti inique.* Ideſt, q nō diſplicent mihi pctā tua [quo]d nō ſtatim punio ipſa, ſed expecto tēpus debitū, ideo ſub[di]t.
19 *Arguam te.* Saltem in morte.
20 *Et ſtatuam contra fa. tuam, &c.* Per remorſū cōſcientię [...] quæ eſt magna pęna in damnatis, pp quod vocatur ue[rm]is conſcientię mordens, & corrodens continue. Eſai. 66. a. [V]er mis eorum nōn morietur, & ignis eorum non extingue[tu]r.
21 *Intelligite.* Hic ultimo ponitur intenta cōcluſio, q pdicta ad hoc ſunt inducta, q mali ante mortē, corrigantu[r] & ſic per ſacramentū euchariſtię, quod dicitur uiaticum ad patriā reducantur, & hoc eſt quod dicitur. *Intell. hoc qui o[bliuiſcimini] De.* eius mandata contemnendo.
22 *Nequando rapiat.* Scilicet uos de præſenti uita.

Et

a Sacrificium laudis. Caſſiodorus. Non q̄d ſcelerati cātant, Sacrificium laudis, non animalium. Et hæc eſt via ad Deum ſcala Iacob, qua angeli, ideſt, fideleſq; aſcendunt ad laudem diuinitatis, & deſcendūt ad laudem humanitatis.

* Theodoretus. Symmachus explanatius: Sacrificans ſuper laude honorabit me, & modeſte cuncti diuinam ſalutem oſtendam.

b Illic iter quo, &c. Caſſiodorus. In ſacrificio laudis.

c Salutare Dei. Auguſtinus. Chriſtus qui cum gratia venit, quem non nouit, qui aliquid alij quam gratiæ Dei attribuit.

a ¶Et hoc intelligite quòd. b ¶Auguſt. Non laudat qui bene dicit, ſi malè viuit: nec qui bene viuit, ſi ſibi non dat, vel ſi ſuper alium ſe extollit, potius erogare deberet, quod habet ¶Alias glorificabit.

a piat, & non ſit qui eripiat. 1 † ſacrificium laudis honorificabit 2 3
b c me, & illic iter quo oſtendam illi ſalutare Dei: 4 5

a ¶Laudanti. ¶Me ſcilicet.

D

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et non ſit qui eripiat. *Quia in inferno nulla eſt redemptio.*
2 Sacrificium laudis. *Scilicet Euchariſtiæ, vt dictum eſt.*
3 Honorificabit me. *Si præmiſſa debita pœnitentia recipiatur & adminiſtretur.*
4 Et illic iter quo oſtendam illi. *In virtute huius ſacrificij.*
5 Salutare Dei. *Id eſt, vita beata, in qua eſt ſalus noſtra ad quam nos perducat.*

ADDITIO I.

*In Pſal. 49. Deus Deorum.* Vbi dicitur in Poſtilla. *Et lingua tua concinnabat dolos.*

In libris Hebraicis correctis non dicitur, ibi blaſphemiā, nec aliqua dictio ad eam pertinens, ſed ponitur ibi quædam dictio, quæ proprie ſignificat dolum in ſingulari vel fraudem.

ADDITIO II.

*In eod. Pſal.* Vbi dicitur in Poſtilla. *Sacrificium laudis,* id eſt, Euchariſtiæ.

*Et illic iter,* gloſſa illic. ideſt, *in Sacrificio laudis eſt iter,* quia hoc ſacrificium eſt iter ad Deum: Hęc in gloſſa quæ videtur magis propria huius lræ. Et notandum, q̄ prout dr̄ Ioā. 14. a. *Chriſtus eſt via, veritas & vita:* quæ tria per ordinē innuuntur in hoc q̄ dicit. *Illic eſt iter,* quo oſtendam illi ſalutare Dei. In hoc. n. quod dicit: *Illic eſt iter,* oſtenditur q̄ ibidem eſt via, vt dictum eſt. Cū aūt ſubdit: *Quo oſtendam illi,* innuitur ibi eſſe veritas. Id enim quod vere oſtenditur, nō niſi veritas eſt. Cū autem ſequitur: *Salutare Dei,* intelligitur vita ſcilicet beata in qua eſt vera ſalus, & ſic Pſalmiſta in prædictis verbis manifeſte innuit, quòd in ſacrificio laudis, ſcilicet Euchariſtia, eſt realiter ipſe Chriſtus, qui eſt via, veritas & vita, &c.

GLOSSA ORDINARIA.

1 *In finem Pſal.* Caſſiodorus. Arguente Nathan rex non erubuit peccata publicè confiteri, non ſe excuſauit vt ſolet hō, & a ſe pęnas exegit, quas vix ferret aliquis coactus: In cōſpectu omnium reū ſe abiecit, cuius iudicium timebatur, vnde hic ſpecialiter humilitas oſtenditur, quę deo valet pęnitentibus.

* Baſilius. In finem, quia prædictio eſt futurorum, nempè Babylonicæ captiuitatis, cui dat proprium Pharmacū, & ſimul ſuis nucetur vulneribus, nam tempore pœnitentiæ & ſpiritu prophetiæ fuit prędītus.

* Theod. Pſalmo enim ſexto de futuro iudicio vaticinatus eſt. Nō enim inquit in morte eſt qui memor ſit tui, *in inferno autem quis confitebitur tibi?* & in 31. beatos exiſtimat qui ſine labore peccati remiſsiōnem acceperunt, quod ſola baptiſmatis gratia largiri poteſt: & in præſenti Pſalmo, Spiritū ſanctum tuum ne auferas a me. Non enim petit ſibi dari gratiam, ſed ne auferatur, ſupplicauit.

*David.* Auguſ. Proponitur in exemplum non cadendi, ſed ſi cecideris, reſurgendi ne deſperes.

Caſsiod. Prima eſt deprecatio vbi captat a perſona iudicis et miſericordiam, & iuſtitiam, qua punire debet, niſi quia ipſe ſatisfacit, quod eſt & à ſua perſona captare.

Caſsiod. Pro modo iubilęi, Pſalmus remiſsionis. Iubilæus quippe annus in lege quinquageſimus erat, in quo oībus debita remittebant̄, & poſſeſsiones alienatæ reſtituebātur, vnde iubilæus initians vel remittens dicebatur, ita per pęnitentialem humilitatem, de qua hic agitur plena præſtatur peccatorum remiſsio.

E Leui. 25. b. Iubilæo anno Pſalm. 50. comparatur.

PSALMVS L.

c *Miſerere mei Deus.* Caſ. Hic penitētialis Pſ. plus frequentatur, quia hic magna humilitas oſtenditur, & quia hoc eſt temperatum ſupplicationum genus, quod & infirmi poſſunt implere, quia hic nihil difficile dr̄ vt in alijs, *Lauabo per ſingulas noctes lectū. Et grauata eſt ſuper me manus tua, Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ. Cinerē tanquam panem mandu. De profundis clamaui ad te dn̄e. Perſecutus eſt inimicus animam meā, &c.* Sed a pio petit miſericordiā. Alibi ergo diſtrictiora fortioribus, hic tēperata infirmis prouidet, forſan ideo dicit. *Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur, &c.* Quia præuidit per hunc Pſalmum plures perituros.

- magnam

Pſal. 6. & 11. Pſ. 37. & 110. Pſ. 129. & 142.

a ¶Miſſus a Deo ad arguendum, qui ſimile de oue propoſuit paup.

a † In finem Pſal David, cum venit ad eum Nathan propheta
b a ¶Vel quoniam. b ¶Vicit pax quem bella non vicerant.
quandò intrauit ad Bethſabee 2. Reg. 12. PSAL. L.

a ¶Caſ. Hoc dicens, locum aufert iudicio diſcuſſionis, quia factum conceditur. b ¶Hieron. Q. d. ad tuam miſericordiam confugio vt grauibus vulneribus thyriacam remiſſionis infundas. ¶Quia magna miſeria mea. c ¶Naturalem.

c d MIſerere mei Deus, ſecundum magnam miſericor- 1

d *Secundum magnam miſericordiam tuam.* De graui peccato deſperandum eſſet, niſi magna miſericordia eſſet. Magna non poteſt diffiniri quanta ſit.

*Magnam miſericordiam.* Caſsiod. Magna miſericordia Deā de cęlo depoſuit, corpore induit vt pateret̄, moreretur, per quam ſe credebat facile abſolui, per quā ſciebat & humanū genus

F

NICOLAVS DE LYRA.
PSALMVS L.

MIſerere mei Deus, &c. Huic Pſal. præmittitur talis titulus in Hebręo, & in transla. Hiero. & decętero per talem modum loquendi intelligatur transla. Hiero. iuxta Hebrēū, vt breuius ſcribatur, *Ad victoriam Pſal. David cum venit ad eum Nathan propheta quando intrauit ad Bethſabee.* Circa quod ſciēdum q̄ hoc non fuit immediatè poſt adulterium cū Bethſabee, ſed quando poſt mortem Vrię Dauid accepit in vxorem Bethſabee, tunc enim venit Nathan ad arguendū David, vt habetur 2. Reg. 12. d. & tunc Dauid peccatum ſuum recognoſcens dixit: *Peccaui domino:* & de pœnitentia illa fecit Pſal. iſtum, & ſic patet author, & materia huius pſal. qui diuidit̄ in duas partes, & in prima Dauid petit culpæ remiſſionem. In ſecunda gratiæ reſtitutionem, ibi: *Aſperges me:* Licet autem iſta duo ſint idem re, quia non remittitur peccatū niſi per gratiā iuſtificantem, differunt tn̄ rōne, quia remiſsio culpæ reſpicit maculam quæ abijcitur, iuſtificatio gratiam quę acquiritur. Prima in duas, quia primo ponit̄ imploratio remiſsionis, ſecundo ad hoc inducitur allegatio multiplicis perſuaſionis, ibi: *Quoniam iniqui.* Circa primum dicit Dauid.

Diuiſio.

1 *Miſerere, &c.* Secundum Auguſtinum miſericordia miſeris neceſſaria eſt, & ideo Dauid implorando magnam miſericordiam confitetur ſuam magnam miſeriam, & in hoc oſtendit culpæ ſuæ grauitatem.

*Et ſecun-*

MORALITER.

*Miſerere, &c.* Pſal. iſtum fecit Dauid pœnitēs de adulterio cum Bethſabee, & homicidio Vrię petens a Deo remiſsionem humiliter & deuotè.

Moraliter autem eſt oratio cuiuslibet verè pœnitentis, & deuotè veniam poſtulantis di.

1 *Miſerere, &c.* Quia peccata mea grauia ſunt & magna.

*Et ſecun-*

genus liberari, quid ergo non poterat dare, cum ſecundum
A ſe rogatur Deus ignoſcere?

a *Miſerationum, &c.* Caſ. Per miſericordiam & miſerationem petit. Et eſt miſericordia in natura, miſeratio in effectu.

b *Iniquitatem.* * Baſilius, & Theodoretus. Dauid, populo captiuo, & his qui inter nos male affecti ſunt, propoſita quadrant. Peccatum autem recte iniquitatẽ appellat quia duplicem habet tranſgreſſionem.

† præuaricationes meas, & infra.

c *Amplius laua me.* Caſſiod. Quem modum delendi velit, ſubdit.

Aug. *Amplius laua.* vt non modo culpã operias, ſed etiam reatum voluntatis abſtergas.

† delictum
† coram

Hierony. Vel amplius quã petere intelligam.

B

a ¶Caſſiod. Quę ſuperat multitudinem quamlibet peccatorum. b ¶Ab initio ſęculi exhibitarum. ¶Factarum.

a diam tuam. Et ſecundum multitudinem miſerationum tua- 1

a Caſſ. Vt nullum remaneat veſtigium. b Contra proximum. c Quam ab actu peccati. Quia plus peccaui ſcienter, ſcilicet & ex voluntate. d Videbat per ſpiritum ablutionem baptiſmi, & talite, abiuit petit

b c rum, dele † iniquitatem meam. † Amplius laua me ab iniqui- 2

a Contra Vriam: b Adulterij: Quod in me fuit carnis voluptate.
c Auguſt. Quid ergo erit? per miſericordiam peribit iuſtitia, vt hoc ſit impunitum, non quia ego punio, quam ignoſce, quia agnoſco, non diſſimulo.

d e tate mea, & a pctõ meo mũda me. † Quoniã iniquitatẽ meam 3

a Sibi facit ille quod Deus iudicio faceret, vnde ſupra arguam te, & ſtatuam contra faciem meam.
b Vel coram, non poſt tergum, vt prius cum negligeret.

f g ego cognoſco & † peccatum meũ † cõtra me eſt ſemper. † Tibi 4 5

a Munda, quia. Auguſt. Quia tu ſolus ſine peccato, & ideo iuſtus punitur. b In me carnis voluptate. ideo munda. c In proximum. d Tibi ſoli, vel homo Deus. e Auguſt. Solus in hominibus verum potuit, dicere,

h i K ſoli peccaui, & malum coram te feci, † ut iuſtificeris in ſermo- 6 7

* Arnob. Rex ſoli Dei peccat, at qui ſub iudicio viuit pecca[t] Deo & legibus mundi.

* Kimhi. Tibi ſoli ſcienti, R. Saadias, tibi ſoli dico peccaui hinc veteres Hebræi. Peccatum in ſolum Deum tegendum in proximum, confitendum. R. Ioſeph, tibi vni ſatisfaciam Vria mortuo cui viuo etiam ſatisfacere deberem.

h *Coram te.* Quia vbique eſt, ſcit, vnde ſ arguit, qa eo præſẽte peccare nõ erubu[it].

i *Vt iuſtificeris, &c.* Cuius verba nõ tranſeunt ſed implẽtur.

* Baſilius. Non ideo peccauit Dauid [vt] Deus iuſtificaretur ſed e contrario peccato ab ipſo cõmiſſo declarata eſt iuſtitia Dei.

* Theo. Vt, hic cauſam nõ declarat ſed ait tu iuſtus & benignus appares puniẽdo, ego iniquus peccato commiſſo.

* Baſil. & Theo. Per Nathan veniam mihi dediſti, ſed quia peccati ſordes die & nocte mihi ob oculos verſantur, eas vniuerſas quęſo abradas.

d *Munda me, &c.* Hieron. Sic laua vt mundes, lauantur enim quędam, quę tamen non ſunt pura.

e *Quoniam iniquit.* Auguſtinus. Caſſiodorus. Cuius miſericordiam petit vt ignoſcat, quia ſcit iuſtum vt peccata puniat, ſubdit, Tu ne punias, quia ego punio. Quoniam iniquitatem meam, &c.

f *Contra me.* Auguſti. Poſt tergum peccatum habuit, cum rex ſententiam in diuitem, qui rapuit ouem pauperis dedit oblitus ſui.

g *Tibi ſoli peccaui, &c.* Hierony. Solus enim ille iuſte punit, qui nõ habet quod in illo puniatur. Ille iuſtus reprehenſor, qui non habet in ſe, quod reprehendatur, hic eſt inter homines ſolus Chriſtus.

Caſſ. *Tibi ſoli.* Quia rex omnibus ſuperior tantum a Deo puniendus eſt.

* Baſil. & Theo. Non quod in Vriam, & eius vxorem non deliquerit, ſed quia maximũ crimen in Deum fuit commiſſum, qui eum regem conſtituerat, & malum coram te feci. Huius enim hiſtoria meminit. Apparuit enim, ait, commiſ-
C ſum peccatum coram Domino.

* Theo. Captiuus autem populus ait, tuorum beneficiorum ſum factus immemor, Babylonios autem cum nihil offenderim, ab illis magnopere ſum offenſus.

* Arnob.

* Arnob. Deus iuſtificatus cum Dauid in ſe ſententim t[u]lit dicitis Nathan virũ de quo fuerat locutus dignum mo[r]te. Chriſtus Dñs uicit paſſione iudicatus a Pilato & vt Me[n]cus iudicatus ſeuerior, uincit ſanando, ſic Deus puniens p[ec]cẽdo & ignoſcendo Rom. 3. ut iuſtificeris: Verax appare[t].

*Vincas cum iudicaris.* Deus tantę iuſtitię eſt, ut uelit ſe cu[m] homine iudicari, unde in Eſaia: *Iudicate inter me & vineã m[eam]* ergo contra eum quem ex paſtore regem fecit, talem hab[et] iuſtitiam, ut uincat inter ſe & eum ſi iudicentur.

Aug. Tibi ſoli Chriſto nullum habenti peccatum, in pr[æ]ſcientia, ideſt, ſpiritu prophetię Dauid dicit: *Tibi ſoli pecca[ui] & vincas cum iudicaris,* ſuperas enim omnes homines, ide[ſt] omnes iudices, & qui ſe putat iuſtũ coram te, iniuſtus eſt, ſolus iuſte iudicas, cũ, ideſt, quamuis iniuſte iudicaris a Pi[la]to & Iudęis. Sed ne putetur uincere eos tantũ, qui grand[ia] commiſerunt, nõ eos q ex quo nati ſunt, nihil tale comm[iſe]runt, addit, perſonã totius generis humani in ſe oſtendẽs. [Ec]ce. n. in iniquitatibus, &c. Q. d. & tibi imputas peccata. In o[m]nibus uincula, propago mortis. Tu omnes uincis, qui de [ſpi]ritu ſancto conceptus.

K *In ſermonibus.* Remig. De promiſſionibus Chriſti. Vel [ue]nia ingemiſcentis, vt agat cõtra eos, qui Chriſtũ quãuis patre promiſſũ, ex Dauid propter eius peccata nõ naſcitu[rum] dicunt, vel qui dicebant eum Dauid non indulgere, eo tam grauiter Deum offenderat.

Et vincas

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et ſecundum mul. miſ. &c.* Implorando miſerationũ multitudinẽ, oſtendit ſuę culpę multiplicitatẽ, quia primo peccauit adulterando, ſecundo peccatũ ſuum celare volendo, tertio in mõ celandi, quia volebat introducere falſum hęredẽ inducẽs Vriã ad dormiendum cũ vxore ſua, vt ſic puer conceptus de Dauid aſcriberetur Vrię, quarto in hoc nõ potẽs hoc facere Vriã fideliſſimũ militem ſuũ fecit occidi proditorie, quinto quia occaſione mortis ipſius plures alij de ſeruis Dauid fuerũt mortui, vt habetur 2. Re. 11. 2 *Ampl.* In hoc. n. q petit ampliorẽ lotionẽ, & mundationẽ, oſtendit peccati ſui diuturnitatẽ, maculę. n. in veſtibus recenter contractæ de facili abluuntur, ſed inueteratę de difficili, a tẽpore autẽ quo Dauid commiſit adulteriũ cũ Bethſabee vſque ad reprehenſionẽ per Nathã tranſiuit annus vel circiter, qđ patet ex hoc q puer quẽ peperat Bethſabee de Dauid erat natus, vñ & dixit ſibi Nathan, filius qui natus eſt tibi, morte morietur. 3 *Quoniam ini.* Hic cõſequenter inducitur multiplex perſuaſio ad impetrandum dictam remiſſionem, & prima accipitur ex parte veræ pęnitentię ipſius Dauid, pp quam Deus p[ec]cata remittit, & hoc eſt quod dicit: *Quoniam iniq. Miſer[ere] mei,* quia iniquitatem meã tanquã vere pęnitẽs recognoſ[co]. 4 *Et peccatum meum contra me eſt ſemper.* Ideſt, horridum m[ihi] eſt, ſicut aduerſarius exiſtens continue cõtra me præſent[ia]liter. Secunda ratio accipitur ex parte veritatis diuinę, ad [quam] pertinet implere quod promiſit. Promiſerat autem De[us] Dauid ante peccata prędicta, quod firmaret regnũ eius [in] poſteros, & q filius ſuus ædificaret tẽplum domini, quã p[ro]miſſionem multi dicebãt impeditã, & fruſtratam propt[er] Vriæ occiſionẽ, propter quod Dauid ad peccati ſui rem[iſ]ſionem allegat dictę promiſſionis inpletionẽ fiendã dice[ns]. 5 *Tibi ſoli pec.* Scilicet tanquam iudici, & punire potẽti. Pe[c]cauerat enim contra Vriam & alios occaſione huius inte[r]fectos, tamen quia erat rex, non habebat iudicem ſuperiorem, qui poſſet eum punire niſi Deum. 6 *Et malum coram te feci.* Et ſubintelligitur remitte mihi. 7 *Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis.* Ideſt, vt promiſſio tua m[ihi] facta impleatur, prout decet tuam veritatem.

Et vinca

## MORALITER.

2 *Et ſecundum multitudinem.* Quia ſunt etiam multæ.
2 *Amplius,* Ideſt, perfecte.
3 *Quoniam iniq.* Hic allegatur ratio ad propoſitum ex parte peccatoris, quæ eſt humilis recognitio peccati, cum dicitur *Quoniam iniquit. meam ego cog.* Ideſt, recognoſco.
4 *Et peccatum meum contra me eſt ſemper.* Ideſt, ante oculos cordis mei, per recordationem amarã. Cõſequenter allegatur ratio ex parte Dei remittentis. Circa quod ſciendũ, q al[te]r iudices offenſam dimittere non poſſunt pro ſua volun[tate] quæ non eſt regula iuſtitiæ, ſed Dei voluntas eſt huiuſm[o]di & ideo poteſt ſimpliciter relaxare peccata, ideo dicitur.
5 *Tibi ſoli, &c.* Tanquã ſimpliciter relaxare potẽti, ideo [re]mitte mihi. 7 *Vt iuſtificeris, &c.* Quibus promiſiſti pec[cata] dimittere vere pęnitenti. Ezechias 18 g. *Nolo mortem pe[cca]toris, ſed vt magis conuertatur, & viuat.*

Et vinca

a nibus tuis, & † vincas cum iudica[a]ris. Ecce[b] enim in iniquita[c]ti- 1
b bus conceptus ſum, & in † pecca[a]tis concepit me mater mea. 2 3
c d Ecce[a] enim † veritatem dilexiſti, ince[b]rta & occu[c]lta ſa- 4 5
e f pientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. † Aſperges me Domine 6
g hyſſopo[a], & mundabor; laua[b]bis me, & ſuper niue[c]m 7 8 9

a Aug. Videt futurum iudicem iuſtum a peccatoribus iudicandum, & in eo vincentem vnde Pſa. 66.a. Qui aſcendit ſuper occaſum &c. occidendo enim victor factus. b Vere vincis vel peccati. c Aug. Non quod de adulterio natus, ſed quia ta omnibus trahitur iniquitates ex Adam & vinculum mortis. Originalibus & actualibus, quia macula originalis peccati teneor & ad actualia pronus exiſto.

a Aug. ideſt, libidinis concupiſcentia, quæ peccatum eſt niſi excuſetur per bona coniugij. Nam hoc opus caſtum in coniuge non habet culpam, ſed origo peccati in prole ſecum trahit debitam penam.

a Non in te culpam refundo, ſed veritatem profiteor quam diligis. b Caſ. Aliis incertus, alijs occultus erat filij Dei aduentus. c Cognitionis tuæ vel remiſsionis peccatorum mihi per ſapientiam tuam reuelatę & ita certus ſum vt aſperges ſanguine Chriſti.

a Sanguine Chriſti. b Vel mundabis alia litera Aqua baptiſmi. c Aug. Vt ſit veſtis domini ſine macula & ruga quia veſtimenta Chriſti in transfiguratione facta ſunt alba ſicut nix per quæ ſancti ſignificantur. Vnde ad Gal. 3.d. Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.

† deliĉtis vtero aluit

† Purificabis, expiabis abſolues.

A a *Et vincas*. Auguſtinus. Vel adeo iuſtus es, vt vincas diabolum & mortem & Iudæos, cum iudicaris, & in iudicio quo iudicatus es.
b *In iniquitatibus*. Caſſiodor. Minuitur inuidia peccati, ſi a radice peccator eſt, ideſt, quia a radice peccatorum ſe confitetur: & cum humilis confeſsio tot peccatorum miſericordiam pij commouet iudicis de vno argui tur, & omnia confitetur.
Auguſtinus. *In iniquitatibus*. Non quia peccatum eſt miſceri coniugibus, ſed quod fit, de carne pœnali fit, & quòd de corpore mortuo propter peccatum ſeminatur, cum vinculo peccati naſcitur & moritur.
* Baſilius. Symmachus in peccatis peperit me mater mea. Nō damnat nuptias, vt quidam ſtulte ſuſpicantur, ſed præuaricationem primorum primogenitorum adducit fontem ipſorum fluentorum concupiſcentiæ, metus & voluptatis.
* Thod. Hinc diſcimus peccati vim non eſſe naturalem, ſed naturam ad peccatum procliuem. Symmachus pro ἐκίσσησεν ἐκύησε poſuit.
* Arnob. Qui naſcitur ſnīam Adæ habet, peccatū ſuum nō hēt, Aben Ezra in S. Iob de corruptela originaria intelligit.
c *Ecce enim, &c.* Aug. Sic miſericordiam dat, vt ſeruet veritatem, vt nec peccata ſunt impunita eius cui ignoſcit. Ignoſcit enim ſeipſum punienti. Miſericordia ergo etiam eſt, q̄ homo liberatur, veritas quod peccatum punitur.
d *Veritatem, &c.* Caſsio. Quia in confitendo veritatem dixit quam Deus ſuper ſacrificia quærit, ſupplicat ſibi ſubueniri.
✠ Baſil. & Theodoretus. Veritatem amans naturæq; imbecillitatem ſciens petentibus remedia concedis. Me autē gratiæ fac compotem quam alijs vaticinans exclamo profectur æ ex humanitate eum & reſurrectione filij quam alijs occultam mihi manifeſtaſti.
* Arnobius. Occultum in peccatis meis, vt in grauiore pugna poneretur Vrias, manifeſtaſti mihi.
✠ Mazoretae. In renibus qui ſunt adipe obtecti veritatem dilexiſti. D
c *Incerta & occulta*. Aug. Sunt & occulta quod talibus ignoſcit Deus ſub hac incertitudine. Niniuitæ penituerūt dicentes: Quis ſcit ſi ignoſcit Deus? & hoc nouit Dauid: dicente ſibi confitenti propheta: Dimiſſum eſt peccatum tuū. *Aſperges, enim me*, inquit, *Incerta & occulta*. Prophetiā notat, vt ſciret quòd deus filium habet, & quod de ſuo ſemine naſceretur, vn̄ magis a peccato erat ſibi cauendum. Ionæ 3.d. 2. Reg. 12.d.
*Occulta*. Caſſiodor. Ex auctoritate manifeſtantis confidentia ablutionis & dealbationis.
f *Aſperges me*. Caſſ. Secunda eſt confidentia miſericordiæ Dei quę multum eſt vtilis: ne ſurrepat deſperatio, quæ omnibus peccatis grauior eſt. E
✠ Baſil. & Theod. Solum baptiſmatis donum purgationem hanc perficere poteſt qua gratia indigeo, quę omnib. mortalibus dabitur ex Iſaia dicēte: *Lauamini mundi eſtote ſi fuerint peccata veſtra vt coccinum ſicut niuem dealbabo.* Quod enim hyſſopū nullā operetur peccatorū remiſſionē ex Moſe diſcitur, homicidā.n. & adulterā lex nō purgabat aſperſionibus, ſed morti ſubiiciebat. Aliarū.n. rerū hyſſopum eſt ænigma, quo ſanguinē agni poſtibus q; aſperſerūt exterminatoris manus euaſerūt. Erat autē typus ſalutariū Chriſti paſſionū. Sāguis .n. hic, & lignum ſalutare fuit his qui cū fide accedebāt. Alludit ad legis expiationes quę fiebāt aſperſorio cōſtante ligno cedrino, hyſſopo aqua & ſanguine pecudum madefacto & filo coccineo. Numer. 19. Leuit. 14.
g *Hyſſopo*. Caſſ. Super imolato ſanguine intincta, ſuper corpus leproſi aſpergebatur, ſignificans ſanguine Chriſti maculas peccatorum abluendas.
Aug. Hyſſopus herba humilis, ſed medicabilis, cuius radix petrę hęrere dr̄, ita homo hoc in myſterio fit humilis radice charitatis fixus in humili Chriſto, & mundatur. Dicitur & hęc herba purgare pulmones, in q̄bus eſt inflatio, ſic humilitas ſuperbiam.
*Super niuem*. Auguſtinus. Incomparabilitet, vnde & in monte veſtis Mar. 9.a. F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et vincas cum iudicaris*. Faciēdo contrariū illius quod de te iudicatur a multis, ſcilicet, quod tua promiſſio mihi facta ſit retractata. In Hebræo habetur: *Et mundaberis cum iudicaris*. i. apparebis mundus adimplēdo promiſſum, cū tn̄ de te a malis iudicetur contrarium modo prædicto. Tertio perſuaſio accipitur ex humana fragilitate, ex qua peccatum eius eſt remiſſibile. Non ſic autem peccatum angeli, in quod nō eſt talis fragilitas, & hoc eſt quod dr̄: 2 *Ecce enim in ini. conce. &c.* Quia homo deſcēdens ab Adā per carnalē generationē in vnione animę ad corpus cōtrahit originale peccatum, qd̄ eſt ad peccata actualia inclinatiuū rōne fomitis remanentis etiam in illis qui mundati ſunt ab originali, inquantum eſt culpa.
3 *Et in peccatis concepit me mater mea*. Repetitio eſt eiuſdē ad maiorē expreſſionem. Quarta autem perſuaſio accipitur ex diuina veritate. Et eſt eadem cum ſecunda repetitur tamen hic ſub alijs verbis, eo q; eſt efficacior alijs ſicut cōmuniter fit in perſuaſionibus, quod ratio magis efficax ſub alijs verbis pluries replicatur. Dicit ergo.
4 *Ecce enim veritatem dile*. Tu q; es ipſa veritas, quaſi diceret ex conſequenti decens eſt, quod promiſſiones tuę verificentur.
5 *Incerta & occulta ſapien. &c.* Ad occulta.n. diuinæ ſapientię pertinent futura contingentia, de quibus erat promiſsio ipſi Dauid facta de ſucceſsione regni in filijs, & de deſcenſu Chriſti de ſemine eius, quaſi diceret, decet vt iſta impleantur, quæ non implerentur niſi peccatum mihi remitteres.
6 *Aſperges*. Hic conſequēter petit Dauid gratię reſtitutionē. Et primo ponitur ſua petitio, ſecundo ad hoc inducitur multiplex perſuaſio, ibi: *Docebo iniquos*. Primo ergo petit gratiā iuſtificantē, dicens: *Aſperges me do.* ideſt, aſpergas. Hebręi enim non habent optatiuum modum, ſed pro eo vtunt̄ futuro indicatiui. Diuiſio. 7 *Hyſſopo, & mundabor*. Loquitur de mundatione ſpirituali per modum emundationis corporalis, quia emundatio leproſi, & contaminati ex tactu morticini fiebat cum hyſſopo, vt habetur in Leuitico, & in hoc confitetur Dauid ſe incurriſſe lepram, & mortem ſpiritualem.
8 *Laua.me.* Ideſt, laues me aqua tuę gratię, de qua dr̄ Eze. 36.c. *Effundam ſuper vos aquam mundam, & emundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris.*
9 *Et ſuper niuem dealbabor*. Quia dealbatio ſpiritualis maior eſt corporali

## MORALITER.

1 *Et vincas cum iudicaris*. Ideſt, conuincas contrariū tenentes ſicut fuerunt aliqui hęretici dicentes, quod pænitentes non ſemper recipiūtur ad gratiam, Conſequenter allegatur pronitas hominis ad peccatum cum dicitur.
2 *Ecce enim in iniquitatib. conceptus ſum, & in peccatis con. &c.* Ex parentibus enim contrahit homo originale peccatū & difficultatem ad bonum, & pronitatem ad malum propter quę peccatum hominis eſt remiſsibile, & non peccatum angeli, ideo concluditur.
4 *Ecce enim veritatem dilexiſti*. Quaſi dicat, decens eſt vt remittas peccata pęnitentibus ſicut promiſiſti.
5 *Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi*. Quod enim aliquis ſit per gratiam iuſtificatis occultum eſt, & incertū hominibus. Manifeſtatur tamen a Deo dupliciter. Vno mō per reuelationem, alio modo per probabilē coniecturam ex interna conſolatione diuina, & ſic dicitur hic: *Incerta & occulta ſapientiæ tuæ ma. &c.* propter quod ſubditur. Incertū a deo hominib. manifeſtatur duobus modis.
6 *Aſperges me domine hyſſopo*. Ideſt, aſpgas me infuſione tuę gratiæ, nam Hebręi pro optatiuo vtuntur futuro indicatiui.

te veſtis Chriſti fulſit, ſicut nix.

A a *Audiam te.* Aug. Nota humilem. Audiam te humilis. Non loquar contra te ſuperbus, non enim defendo culpã, qui humilis audit. & dicit, intus gaudet de veritate, vnde: *Amicus ſponſi ſtat & audit, non cadit loquendo, & gaudio gaudet propter vocem ſponſi, & quia tam humilis ſum exultant oſſa humiliata.*

Ioan. 3. d.

c *Ne proijcias me a facie tua.* Caſſiod. A peccatis faciem auerte, ſed non me a facie tua, vnde lumen & ſanitas venit.

* Baſilius & Theodoretus. Facies eſt Dei cura & prouidentia. Hinc autem diſcimus eum non fuiſſe priuatum gratia ſpiritusſancti.

a Et ſic audiam te. b De abſolutione peccati. c Caſſ. De æternis promiſsis.

a dealbabor. † Audítui meo dabis † gáudium & lætitiám, & e- 1 2

a Interiora mea. b Quia ſine faſtu, ſine tumore, tumor enim infuſa repellit.
c Quia ea ante faciem habeo: ſi enim homo aduertit peccatum, Deus auertit faciem ne puniat.
d Non a me.

b xultabunt óſſa † húmiliata. † Auérte faciem tuam a péccatis 3

a ¶ Aug. Plus præſumit quam de illo grandi peccato adul. per magnam miſericordiam.
b ¶ Auertendo. ¶ Deletis malis. c Aug. Quaſi non iam aliquid, ſed quia & ante innocens. Innoua.

c meis, & omnés iniquitates meas déle. Cor mundum creá in 4 5

a Aug. Quia curuata eſt rectitudo ſpiritus mei ad terrena. Rectus eſt cum ei bonus eſt Deus per omnia vt Dauid poſt in aduerſis.

d me Deus, & ſpiritum réctum innoua in viſceribus meis. Ne 6 7

e a Aug. Cuius faciem timet amittere, eius faciem inuocat. 8

proijcias me a fácie tua, & ſpiritum ſanctum tuum 9 10

a ¶ Aug. Quia iam habet donum ſpiritus qui confitetur & pœnitet.
b ¶ Per eum. ¶ Aug. Quia peccando amiſt. c ¶ Chriſti.
¶ Aug. Per cuius venturi fidem priores ſanati ſunt, & nos per fidem factæ rei ſaluamur. Tempora variata ſunt non fides.

ne auferás a me. † Rédde mihi lætitiam ſalutáris 11

a ¶ Aug Ideſt, ſpiritusſancto confirmat, non ſolum non auferas.

f tui, & ſpiritu † principali confirma me. † Doce- 12 13

g a ¶ Qui in fide manentes peccant. b ¶ Miſericordiam & veritatem.
c ¶ Qui ſine Deo ideſt infideles. ¶ Vt ego vel etiam.

bo † iniquós uiás tuas, & † impíj ad te conuertentur. 14 15

† Audire facies me.

† quę contriuiſti

Luc. 2.

✣ Baſil. & Theodoretus. Hac lætitia aures meas impleto, perfectam, purgationem pollicitus, vt oſſa ſpiritualia humiliata virtutem ſuam reſumant.

✣ Arnobius. Fiam particeps gaudij qđ paſtoribus angelus nunciabit.

B b *Auerte.* Caſſiodo. Ex confidentia ſecurus, petit deletionem omnium peccatorum. & plenam reſtitutionem.

† ſo.di.c.ponderet. & ca.cũ exaudiero, & de pœ. diſt. 2. c. ſi enim.

† voluntario munifico, liberali principali,

† tranſgreſſores

* Baſilius & Theodoretus. Ne reſpicias peccata, ſed pœnitentem.

c *Omnes iniquitates meas dele.* Caſſiodorus. De duobus culpatus, prudenter pro omnibus orat. Dele, de notitia tua.

Cap. 36.

Baſilius & Theodoretus. Peccati ſenium admiſi me renoua: ſic per Ezechielem captiuis Babyloni inquit, Dabo ipſis cor nouum & ſpiritum nouum, non ſanctum ad rationis motum. R. Kimhi: ſpiritum ſanctum & animam rectam.

d *In viſceribus meis.* Caſſiodorus. Vnde adulterium exijt. In vtriſque partibus, anima & corpore remedium curationis petit, quia in eis peccauit. Sic deſiderat expiari, vt videatur nil tale vltra velle committere.

C

f *Spiritu principali.* Auguſtinus. Notant hic quidam trinitatem in Deo, qui eſt ſpiritus, cum non corpus per ſpiritum rectum filiũ ſpiritũ ſanctum, ſuo nomine, per ſpiritum principalem patrem.

Caſsiodorus. Spiritum prophetiæ ſibi omnibus pretioſior eſt robur ſolum petit non auferri tacens de cæteris.

✣ Baſilius & Theodoretus. Spiritum principalem. Rationem imperantem vocauit, petitque ſibi gaudiũ in Deo ſeruitute peccati miſſum reſtitui.

* Arnobius. Tertio ſpiritum nominando trinitatem in vnitate eſſe docuit.

g *Docebo.* Caſsiod. Quid reſtitutus perſoluat, prius plorans iam ſit doctor.

Auguſtinus. Docebo iniquos. Confirma in gratia qui ignouiſti, & confirmatus non ero ingratus, ſed docebo.

Caſsiodorus. Docebo vel exemplo, quia dum ſibi parcitur, alij ſpes datur. Vel verbo Dei poſt magnalia Dei prædicauit. Ecce quæſtuoſus de prædicatione fructus, ſcilicet, quod impij, &c. Hoc ergo dicere non eſt elati, ſed prouidentia, quia per iſta verba multi orãtes ſoluti ſunt.

*Ne* … *De ſan-*

---

NICOLAVS De LYRA.

✣ eſt corporali, & melior quia ibidẽ eſt eſſe maius & melius quanto ſpiritualia corporalibus præferuntur. Secundo petit Dauid ſpiritum prophetiæ, qui ab eo receſſerat propter peccata prædicta dicens. 1 *Auditui meo dabis gau.* Ideſt, des gaudium auditui meo, per hoc quod facias me audire auribus mentis reuelationes tuas ſicut ante.

2 *Et exultabunt oſſa humiliata.* Ideſt, tanta erit exultatio in mente mea, quod redundabit ad corpus meum in terra humiliatum, quia ex pęnitentia Dauid iacuit in terra 2. Reg. 12.

3 *Auerte faciem tuam.* Vt non aſpicias ea amplius ad puniendum. 4 *Et omnes iniquitates meas dele.* Sicut delentur ſcripturæ, de quibus non curatur. Et quia hoc non poteſt fieri ſine gratia iuſtificante, ideo repetit petitionem iam poſitam de iuſtificatione per gratiam, ſicut affectuoſe petentes replicãt ſuas petitiones, ideo dicitur. 5 *Cor mundum crea in me Deus.* Et dicit crea, quia gratia iuſtificans de potentia ſubiecti non educitur, ſed in anima a Deo creatur.

6 *Et ſpiritum rectum.* Ideſt, recte tendentem in Deum.

7 *Innoua in viſceribus meis.* Quod fit per gratiæ reſtitutionem. Secundo

Secundo repetit petitionem de gratia prophetiæ, dicens.

8 *Ne proijcias me a facie tua.* Subtrahendo a me tua ſecreta.

9 *Et ſpiritum ſanctum tuum.* Scilicet, propheticum.

10 *Ne auferas a me.* Mihi non reſtituendo, quia adhuc tunc carebat ipſo, ideò ſubditur.

11 *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui.* Ideſt, ſalutare tuum me lætificans.

12 *Et ſpiritu principali con.* Ideſt, ſpiritusſancto confirma me præſeruando me a recidiuo.

13 *Docebo ini.* Hic conſequenter ad prędictam petitionem impetrandam inducitur multiplex perſuaſio. Et prima accipitur ex parte boni ad alios deriuandi, cum dicitur: *Docebo iniquos vias tuas*, quaſi dicat, ſi mihi peteri grariã reſtitueris, homines iniq. ex pęnitẽtia mea edocti pęnitebũt, & ſequentur.

14 *Vias tuas.* Ideſt, mandata tua.

15 *Et impij ad te cõuertentur.* Per pœnitentiã. Et dicuntur impij propriè peccantes contra Deum, iniqui vero contra proximum, tamẽ frequenter vnum pro alio accipitur. Secunda perſuaſio accipitur ex bono quod euenit ipſi Dauid Deum laudando ex reſtitutione ſuæ iuſtitiæ, & hoc eſt quod dicit.

✣ *Libera*

---

MORALITER.

2 *Auditui meo.* Dando mihi ſpem de conſecutione beatitudinis futurę.

3 *Et exult. oſ.* In futura reſurrectione.

4 *Auerte.* Hic reuertitur ad petendum veniam de peccatis, dicens: *Auerte faciem tuam a peccatis meis.* ideſt, non videas amplius ipſa ad puniendum.

6 *Cor mundum crea in me.* Per gratiam quæ infunditur per creationem.

*Spiritum*

7 *Spiritum rectum.* Ideſt, in te tendentem recte per amorem.

9 *Ne proiicias.* Tanquam reprobatum a te.

12 *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui.* Ideſt, lętitiam de ſpe ſalutis tuæ.

13 *Et ſpiritu principali con.* Ideſt, ſpiritu ſancto me præſerua a recidiuo mortalis culpę. Et quoniã Dei miſericordiam ſecuti, debent inducere alios ad veritatem reuerti, ſubdit.

14 *Docebo ini. vias.* Et quoniam amici carnales impediunt aliquando in via Dei, ſequitur.

*Libera*

a ¶ Quod poſſim. b Ab omni corruptione penæ & culpæ & da incorruptionem. c Aug. Quæ erit in incorruptione, cum mortale hoc induet in mortalitatem modo eſt iam in ſpe.

a Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ, &. 1

a Caſ. Et ſi me liberaueris a ſanguinibus, alioquin timeo quod ſupra dictum eſt quare tu enarras iuſtitias. b Nec inde dubito quia O. 2

c ¶ Propter peccatum clauſæ.

b exultabit lingua mea iuſtitiam tuam. Domine labia mea a- 3

a ¶ Caſ. Etiam cordis arcanum. b ¶ Non optando quia non vis ſacrificia pecudum. 4 ¶ Videbat tempus, quo hæc figuralia ceſſarent.

c peries, & os meum annuntiabit laudem tuam. Quoniam ſi 5

a ¶ Sed. ¶ Nec etiam. b ¶ Quæ in aduentu Chriſti reſpuuntur.

d voluiſſes ſacrificium, dediſſem, vtique holocauſtis non dele-

e a ¶ Hiero. Quid ergo offerendum ¶ Autem. ¶ Peccatorum quod Deo placet. ¶ Eſt. b ¶ In quo ſpes veniæ conuertendis ſi pœnitere velint.

ctaberis. † ſacrificium, deo ſpiritus contribulatus: cor 6

a ¶ Pœnitentia. b ¶ Deo confitendo non elatum peccatum excuſando non poteſt cor humiliari niſi contritum. c ¶ Aug. Spernit taurum & hircum &c. quæ tempora habuerunt cum aliquid futurum promitterent. d ¶ Quod ſacrificium vt ibi fiat. Benigne. Mitte filium cuncta peccata.

f contritum & † humiliatum deus non deſpicies. † Benigne 7

a ¶ Io. b ¶ Auguſtinus. Non ſibi tribuat aliqua merita. c ¶ Eccleſiæ. d ¶ Vel &.

fac domine in bona voluntate tua * Sion. † vt ædificentur 8

a ¶ Per primum hominem deſtructi. b ¶ Muris ædificatis.

g 9

h muri Ieruſalem. Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, 10

a De ſanguinibus. Caſſ. Quia multa ſunt carnalia peccata, vt ab his declinam. Auguſtinus. de ſanguinibus. Et ſi minus Latine, magis tamen proprie pluraliter dixit: innuens multa peccata ex origine carnis peccati trahi. *Vnde caro & ſanguis regnum dei nō poſſidebunt*, i. peccata quæ de corruptione carnis & ſanguinis veniunt.

b *Iuſtitiam tuam.* Caſſiodorus. Iuſtitiam laudat cum pietati deberet gratias agere, ſed & iuſtitiæ fuit cōfitentem ſuſcipere, & hę duę res ſemper in iudicio domini adiūctę ſunt.

⁂ Baſil. Theodore. Vriē cędē in memoria reuocat. Symmachus. Loquet lingua mea miſericordiam tuam.

⁂ Arnobius. De hac ſententia qua dixiſti. Non recidet gladius de domo tua.

⁂ Baſil. & Theodo. Peccatum enim linguam obturare ſolet.

c *Laudem tuam.* Auguſtinus. Quod me creaſti: Quod peccantem non reliquiſti; Quod confiteri monuiſti: Quod mundaſti.

d *Sacrificium deo.* Caſſ. Quod illo tempore pro expiatione ponebatur.

* Baſil. & Theod. Dictum pſal. præcedenti. Nō accipiam de domo tua vitulos. R. Kimhi de diebus Meſsiæ interpretat.

e *Contribulatus.* Caſſ. Lętus & laſciuus ſpiritus obligat peccato. Sequitur huius ſacrificij promiſſio: Cor contri. D

⁂ Baſil. & Theo. Mentis modeſtia eſt tibi grata. Cor ergo cōtritum & commmintum tibi offeram, ſi tres pueri in corde contrito & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur coram te. Dan. 3.

f *Benigne fac.* Caſſ. Iam gaudens de ædificatione Ieruſalem prophetat, vbi ſacrificium iuſtitiæ.

Augu. Supra vnus precabatur propheta, ſcilicet pro ſeipſo. Ecce iam hic eſt typus eccleſiæ: huic Sion benigne fac quæ aliquid ſpeculatur quod ſperat.

⁂ Baſil. & Theodo. Luculentius ex his verbis inſtruimur Pſalmum hunc plenum eſſe vaticinio: cōueniunt enim hæc verba captiuis Babylonijs qui petebant reędificari templum Hieroſolymis in quo ſecundum legem ſacra facerent.

† Quoniā nō vis ſacrificiū & dabo.

E

† Benefac

* Theodo. Ipſorum .n. iſta vox eſt. *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena.* Item putatur vt noua Sion conſurgat, & vt cœleſtis Hieroſolyma ſuper terram ædificetur.

† ædifices muros

† ſpernit P.al. 130.

* Arnobius. Vituli ſunt iuuenes luxurientes qui cognoſcentes luxuriam Deo diſplicere in altitudine caſti conſilij imponentur ſuper altare.

g *Muri.* Aug. Munimenta immortalitatis noſtræ conſtruantur in fide, ſpe, & charitate.

h *Tunc acceptabis ſacrificium.* Auguſtinus. Modo ſacrificium F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Libera me de ſanguinibus Deus ſalutis*, Id eſt, a pœna mortis quam incurri propter effuſionem ſanguinis Vrię, & aliorū occaſione eius interfectorum.

2 *Et exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.* Videtur, quod deberet dicere miſericordiam tuam. Ad hoc dicendum, quod in omnibus dei operibus ſemper ſe concomitantur miſericordia & iuſtitia, & ideo cum dicitur hic.

3 *Iuſtitiam tuam, &c.* Subintelligitur miſericordia tēperata, & ſic fuit in propoſito, quia licet Dauid nō habuerit tūc pęnā mortis quam incurrerat in propria perſona, tñ cā habuit in perſona filij ſui de Bethſabee nati, vt habetur 2. Reg. 12. Cū hoc ēt perſecutionē grauem ſuſtinuit a filio ſuo Abſalom, contra eum motam in pœnam huius peccati, ſicut dicitur. 2. Regum. 12. cap. *Suſcitabo aduerſum te malum de domo tua.*

4 *Domine labia mea aperies, &c.* Ideſt, aperias, vt ſupra dictū eſt, & in hoc petit Dauid reſtitutionem gratiæ, quia illi ſoli qui ſunt in gratia poſſunt debite corā deo os ſuū aperire ad ipſum laudandum quia non eſt laus ſpecioſa in ore peccatoris. Eccleſia. 15. b Tertia perſuaſio accipitur ex promptitudine ipſius Dauid ad ſatisfaciendum, quæ notatur cum dicitur.

5 *Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtique holocauſtis non delectaberis.* Ideſt, paratus eram, & ſum facere. Circa quod ſciendum, quod ſacrificia veteris legis non erant deo accepta de ſe, ſed tantum ex fide & deuotione offerentium: propter quod dicitur Gen. 4. a. *Reſpexit dominus ad Abel, & ad munera eius*, quia non reſpexit ad munera niſi propter bonitatem offerentis, & ideo Dauid ante remiſsionem peccati nō erat in ſtatu offerendi, ita quod ſuę oblationes eſſent deo acceptæ, remiſsio autem peccati acquiritur ex contritione ſufficienti, ideo ſubditur.

6 *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, &c.* Quia ſacrificia deo oblata nō erant accepta, niſi præcedente contritione debita. Quarta autē perſuaſio accipitur ex diuina veritate, quia deus ante promiſerat Dauid templū ædificandū per filium ſuū naſciturū, vt habetur ſecundi Reg. 7. quod impletū non fuiſſet, ſi Dauid propter peccatum Vrię mortuus fuiſſet, ſecundum rigorem iuſtitię. Et quia decet deum adimplere promiſſum, ideo hoc allegat Dauid dicens.

7 *Benigne fac domine in bona voluntate tua.* Ideſt, procede magis ſecundum dulcorem miſericordiæ, quam ſecundum rigorem iuſtitiæ.

8 *Sion.* Ideſt, monti Sion. Et quę ſit illa bona voluntas, oſtendit dicens.

9 *Vt ædificentur muri Ieruſalem.* Ideſt, muri templi in Ieruſalē per filiū meum quod fuit ædificatū in illa parte vbi eſt mōs Sion, tamē cum hoc clauſit Salomon Ieruſalem triplici muro, vt dictum fuit 3. Regum. 3.

10 *Tunc acceptabis ſacrificium.* Ideſt poſt reſtitutionē iuſtitiæ ⁂ meæ

## MORALITER.

*Libera me de ſan.* Ideſt, a conſanguineis impedientibus. Et quia doctrina ſalutis principaliter eſt a Deo, ideo ſequitur.

3 *Domine labia mea aperies.* Et quia reducere peccatores ad viam bonam eſt ſacrificium Deo acceptiſſimum, ſequitur.

5 *Quoniam ſi vo. ſa.* Scilicet, veteris legis paratus eſsē offerre tibi: Sed quoniā de illo dicitur: *ſacrificium & oblationem noluiſti.* Pſal. 39. penitentia vero peccatoris eſt ſacrificium tibi acceptum, prout ſubditur.

6 *Sacrificium deo ſpi. contri.* Ideo illud offero tibi peccatores ad pęnitentiam inducendo Et quoniam hoc dependet a bonitate diuina. Sequitur.

7 *Benigne fac do. in bo. vo. tua Sion.* Ideſt, eccleſie cuius ruinæ reparantur per reuerſionem peccatorum ad dominū, ideo ſubditur.

10 *Tunc acce.* Nam opera vere pęnitentium Deo ſunt ſacrificia accepta.

a Aug. Vt diuinus ignis eos totos abſumat,& ſic leuetur holocauſtum vt abſorbeatur mors in victoria.
b Angeli vel miſſores.
c Super fidem vel Chriſtum.

cium pro iniquitate
A Cor contri.& humili
ia. tunc ſolius lau-
dis, quod eſt ſacriſi-
cium iuſtitiæ: vel cū
eccleſiam cōſtruxe-
ris, tunc iuſtitia erit
B ſacrificium, oblationes minores ſancti,holocauſta,perfecti.

† holocauſto-
mata.

a oblationes, & † holocauſta, tunc imponent ſuper altare 1
b tuum vitulos. 2

Aug. Innocentiam nouæ ætati c colla libera a iugo legis & peccati. Nouis populos.

ferunt in ſacrificium Deo, ideſt, martyres. Vel ſacrificium iuſtitiæ, paſſio Chriſti. Oblationes & holocauſta ad fideles pertinent, Et eſt, Tunc acceptabis ſacri. iuſti. ideſt, tibi erit accepta paſſio Chriſti, & acceptabis obla. & holo. ideſt, fideles pro tuo nomine patientes, tibi erunt grati.

a *Tunc impo.* Caſſ. Sacerdotes, vitulos innocentes adultos ſine iugo peccati. Vel vituli prædicatores qui orbē mugitibus implent. Super altare, ideſt, eccleſiam. Vel vituli q ſe of-
C ferunt

b *Altare.* Aug. Cœleſtem Ieruſalem.

GLOS.

## NICOLAVS De LYRA.

✠ *meæ, ſacrificiū meū erit tibi acceptabile. Vel poteſt hoc referri ad ſacrificia Salomonis oblata templo ædificato, quorum acceptationem Deus oſtendit per deſcenſum ignis de cælo ſuper ea: vt habetur 2. Paral. 7.*

2 Tunc impo. *Ex tunc enim cum maiori deuotione, & fiducia obtulerunt ibi ſacerdotes ſacrificia.*

## ADDITIO I.

*In Pſalmum L. Miſerere mei Deus:* Vbi dicitur in poſtil. *Licet autem iſta duo ſint idem in re.*

Ex hoc quod culpa non remittitur, niſi per gratiam iuſti-ficantem, nō ſequitur qđ iuſtificatio per gratiā, & remiſſio culpæ ſint idem in re prout poſtilla. videtur arguere, ſed potius oppoſitum, nā cū gratia iuſtificans ſit cauſa remiſsionis culpæ, ſequitur quod iuſtificatio per gratiam ſe habeat ad remiſsionem culpæ, ſicut cauſa ad effectum, & ſic ſequeretur quod differret in re, cū idē non ſit cauſa ſuiipſius, ſed veritas huius eſt, quod ſi gratiæ infuſio, & remiſsio culpę ſm ſubſtantiam actus conſiderentur, idem ſunt, cum eodem actu Deus largitur gratiam, & remittit culpam: Si vero conſiderentur ex parte obiectorum, ſic differunt ſecundum differētiam culpæ, qua tollitur, & gratię quę infunditur, prima ſecundę q. 113.

## ADDITIO II.

*In eodem Pſal.* vbi dicitur in poſtilla. *Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis.*

Promiſsio facta ipſi Dauid a Deo ante peccatū, de hoc qđ firmaret regnum eius ad poſteros, & quod filius ſuus ædificaret templū dñi, poterat adimpleri abſque hoc q deus remitteret Dauid culpā quam incurrerat. Dato.n. quod Dauid fuiſſet æternaliter condemnatus, poſſet ex eo deſcendere Salomon, vel alius filius, qui ędificaret tēplū, & ad poſteros deſcendere regnū ſuum ēt vſque ad Chriſtū. Chriſtus enim ex multis deſcendit peccatoribus, vt patet in eius genealogia, vnde hoc quod dr̄: *vt iuſtificeris in ſermonibus tuis.* non bene exponitur intelligendo vt promiſsio tua mihi facta impleatur, prout poſtil. exponit: Sed prędicta verba melius videntur exponenda ſm gloſ. quę in hoc loco ſic dicit. Precatur ergo Dauid vt parcat, vt ſic impleat, quod promiſit de venia ingemiſcentis, dicens: *Quacunque hora peccator ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor.* quaſi dicat, ideo me munda, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, qui ſunt de promiſsione veniæ ingemiſcenti. *Et vincas.* i. cōuincas eos qui dicunt qđ nō parceres mihi, eo q grauiter peccaui. *Cū iudicaberis ab eis.* Hęc in glo. Nec mirum, ſi deus dr̄ iudicari ab homine, nā ſecūdū gloſ. Deus tantę iuſtitiæ eſt, vt ſe cum homine vellet iudicari, vnde Eſa. 5. a. *Iudicate inter me, & vineam meam.* Si autē dicat qđ ſermones illi de venia concedenda ingemiſcenti fuerūt dicti per Ezechielē, qui magno tēpore fuit poſt Dauid. Ad hoc dicendum, quod etiam Moyſes qui prius fuit, hoc idem vr̄ aſſerere Exod. 34. a. vbi dicit: *Dominator domine Deus, miſericors & clemens & patiens, & multæ miſerationis ac verax, q cuſtodis miſericordiam in milia, auferens iniquitatem & ſcelera atque peccata, &c.* quod intelligitur circa pænitentes. In Hebræo autē vbi nos habemus. *Et vincas cum iudicaris,* habetur: *Et mundus cū iudicabis,* quod magis correſpondet ſenſui prædicto, hoc eſt dicere, iuſtificando, ſeu verificando ſermones tuos de venia concedenda peccatoribus, mundabis peccatorem, ſcilicet, pœnitentem cum ipſum iudicabis, &c.

## ADDITIO III.

*In eodem Pſal.* vbi dicitur in poſtilla. Dicit igitur. *Ecce enim veritatem dilexiſti.*

Succeſsio regni in filijs Dauid & deſcenſus Chrī de ſemine eius poterant impleri etiam ſi peccatum non fuiſſet remiſſum ipſi Dauid, vt dictum eſt. Sed verba hæc: *Ecce enim veritatē dilexiſti, incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi,* aliter videntur exponenda. ſ. vt referantur ad reuelationem factam ipſi Dauid pęnitēti per Nathan prophetam dicenti ſibi, dominus tranſtulit a te peccatū tuum, 2. Reg. 12. d. Quæ quidem remiſsio erat incerta multis, imo fere omnes ſcientes grauitatem delicti ipſius Dauid credebant oppoſitū, ſed erat vera & occulta apud ſapientiā diuinam, & manifeſtata Dauid per prophetam vnde dicit ſic: Ex quo remiſsio peccati mei, licet ſit incerta hominibus & occulta, tamen mihi eam manifeſtaſti, precor ergo, vt eā ad perfectum in publicū adducas unde proprie ſubiungit *Aſperges me domine hyſſopo, &c.* nā Leu. 14. ubi agitur de ritu leproſi mundati (qui ſignificat peccatorem cui iā culpa eſt remiſſa) legitur, quod cum ſacerdos inuenerit lepram eſſe mundatam, facit circa eum quędā ceremonalia, inter quæ cū hyſſopo aſpergit leproſum illum iā mundatū, vt ibi latius continetur, ad quem ritū referenda ſunt uerba Dauid in hoc loco, quaſi dicat, ex quo iā manifeſtaſti mihi per ꝓphetā occulta ſapientię tuæ, ſcilicet, remiſsionem peccati mei, per quā ſum uere mundatus, licet occulte, iam nō reſtat niſi ut ritu ſacerdotali aſpergas me hyſſopo, & mundabor, ſcilicet, in publicum.

REPLICA. *In Pſal. Miſerere mei Deus.* Burg. de remiſsione culpa & iuſtificationis identitate, uolens aliquid dicere contra poſtillatorem ſeſe inuoluit dicens: Primo iuſtificationem fore cauſam remiſſionis, ex hoc arguit quod non ſunt idem in re, quia nihil eſt cauſa ſuiipſius: Sed illud dictū ſuum non uidetur habere ueritatē, quia prior eſt de communi lege remiſsio quā iuſtificatio, ideo uulgo dr̄, qđ expulſio uitij virtutis meretur ingreſſum, nullum ēt poſterius eſt cauſa prioris, ut ſic. Dicit ſecundo quod eſt idē actus remiſsio, & iuſtificatio. Quod dictū ēt non uidetur verum, quia ſtat quod detur gratia, & nō remittatur culpa, ſicut in beatæ Virginis conceptione iuxta doctrinam ſcholæ fratrum minorum. Vnde de identitate & diſtinctione remiſsionis culpæ, & infuſionis gratię, ſiue quo ad actus, ſiue quo ad obiecta, grandis diſputatio eſt inter Scotiſtam & Thomiſtam, vide de hoc Scotum lib. 4. diſt. 16. q. 2.

*In eodem Pſal.* circa paſſum illum, *Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis.* Cum poſtil. exponit eum de verificatione promiſſorum factorum ipſi Dauid de firmitate regni ſui ad poſteros, & Burgen. exponit de veritate ſermonum dñi, quibus dicitur *Quacunque hora peccator ingemuerit, &c.* Sed replicat ꝯſe, qđ ſermones de venia ꝯcedenda ingemiſcēti, fuerūt Ezechieli longe poſt tpa Dauid dicti: nō igitur Dauid potuit ea exemplariter allegare, ideo adducit aliam autoritatem de Exo. 34. Sed illi ſermones non ſunt proprie dei, ſed Moyſi, & eſſet ſenſus: *Vt iuſtificeris in ſermonibus. Moyſi,* cuius ꝓprie, ſt vt patet in loco allegato. Per idem patet quantum valet quod Burg. ſubdit circa verſum: *Ecce enim veritatem dilex.* nam ſtante iudicio hominū, quod propter grauitatem peccati Dauid deus nō permittet filium ſuū regnare poſt ipſum, nec Chriſtū naſci ex eius ſemine, optime locum habet expoſitio poſtilla. Quod autem homines habebant illā opinionem oſtendit Burgen. circa pſalmum: *Domine probaſti,* allegans hoc illud Pſalmiſtę. *Multi dicunt animæ meæ, non eſt ſalus illi in Deo eius.*

a Terrenus ideſt genus malorum. b Prodenti morti. a Mittens nos. b De hoc. c Motus.
Tunc eſt proditus mortis Chriſti, cum venit ad regnum patris, id eſt, regnum.
Iudęorum quod pater inſtituit.

a b † In finem, † intellectus Dauid, cum venit ad eum Doeg Idumæus, & annuntiauit Sauli, & dixit. Venit Dauid in do-

a Ideſt, Iudæos. alia litera Achimelech.

c mum Abimelech.

## PSALM. LI.

Aug. Quaſi In bono gloriandum eſt, quod eſt magnum. a Tu

d Q Vid gloriaris in malitia qui potens es in ini- 1 2
-in iniquitate

a Quod nimium eſt. b Sine intermiſſione.
c Ecce iniquitas. d ¶ Meditatio mali eſt in lingua.

e quitate ? † Tota die iniuſtitiam cogitauit 3
† Miſericordia Dei omni die prauitates

a Aug. Si non poteſt facere loquitur ſaltem malum, & ſi hoc nequit cogitat.
b Aug. Ita expedit, vel inutilia rapit, vel animam purgat.

f lingua tua, ſicut nouacula acuta feciſti 4

## GLOSSA ORDINARIA.

a *In finem pro &c.* Hier. Aug. Doeg prodidit Dauid, & Saul ſacerdotes occidit, non Dauid, vt & aries immolatus eſt, non Iſaac, vbi vtrobique effuſo ſanguine reſurrectio Chriſti, & vita figurata eſt. Doeg motus. Idumæus terrenus ab Edom, id eſt, genus hominum terrenum quod mouetur, non perſeuerat in æternum Saul petitio. Et ſignificat mortem quam homo peccans verbis & manibus appetijt. Sicut populus a domino Saulem regem extorſit. Dauid manu fortis vel deſiderabilis aſpectu. Dauid rex comedit panes propoſitionis, quos non licet edere niſi ſacerdotibus, figurauit non ſolum perſonam regis, ſed etiam ſacerdotis. Eſt ergo Dauid Chriſtus, & corpus eius. Hic autem miſta ſunt terrenum, & cœleſte, de his duobus agit hic pſalmus. Non eſt hic oratio pro malis, ſed prophetia. quid ſit eis futurum.

b *Doeg.* Caſſiod. Aduerſarius Dauid ſignificat Antichriſtū, qui totum orbem mouebit, qui veniet per ſigna, & miracula ante aduentum iudicii, & auxilium a Saule, id eſt, a diabolo petens, nuntiabit veniſſe Dauid, id eſt, Chriſtum in domum Achimelech, id eſt, ad eccleſiam quæ eſt regnum patris.

c *Abimelech.* Hieronymus dicit, in Hebręo Achimelech Ita enim dictus eſt ſacerdos ille, ſed propter ſimilitudinem literarum Beth & Caph quæ modico apice differunt variat. Abimelech. Forſan aūt ſicut ſupra, non coram Achis, ſed coram Abimelech mutato nomine, vt non res hiſtoriæ proſequatis, ſed myſterium, ita & hic eſt, ergo Abimelech patris mei regnum, & ſignificat Iudæos.

✱ Baſ. & Theod. Sacerdos & Abimelech & Achimelech dictus eſt. Pſalmus inſcriptus in finem & intellectus vt nos prudentia vtentes expectemus rerum euentum. Cōtinet & hiſtoriā Doeg, & prædictionem in Rapſacem qui ortus ex Indis mancipium Aſſyriorū factus blaſphemia & fallaci oratione Iudęorum exercitum occidere conatus eſt. D

✱ Arnob. Cum fugeris gladium principis mundi diaboli, & ad altare conuolaueris, & mundus ſanctum panem aſſumpſeris, non deerit qui diaboli impulſione affligat, tunc autem hunc pſalmum cantatis.

✱ Hilarius. Hic pſalmus, hiſtoria prior ordine poſterior eſt quia in finem intellectus pręſcribitur, ſacramentorum generibus abſolutis in quo Dauid Chriſtus. Achimelech domus, Eccleſia, Doeg populus proditor. E

PSALM. LI.

d Q*Vid gloriaris in malitia, &c.* Caſſi. Prima eſt inuectio in Doeg, vt fideles corroboret, cōtra Antichriſtū & eius complices.

* Mazoretæ. Quid gloriaris in malefactis. ò Doeg, potens, cum dei miſericordia ſit perpetua in bonos. Symmachus tota die. i. per ſingulos dies.

* Hilar. Quid gloriatur in malitia potēs iniquitate tota die Doeg potens ob familiaritatem Saulis deſignat Iſraelem cui tot collata beneficia.

✱ Baſ. cogitauit. i. loquutus eſt.

e *Cogitauit.* Caſ. Leuis mēs præceps dictio non ante cogitat, quam loquatur, vnde. In ore ſtultorum eſt cor eorum. Eccl. 21. d.

f *Sicut nouacula, &c.* Caſ. Quę dum promittit innouationem, incidit, ita ille doloſus, Antichriſtus. ſ. beatitudinē, & occidit. Hier. & Aug. Sicut nouacula. Mali ſanctis capillos radunt. i. ſuperflua bona præſentia quæ contemnunt cum ipſa vita, vt ſint filij Core, quibus dicitur. Nolite timere eos qui occidūt corpus, animam autem non poſſunt occidere.

Dile- F

## NICOLAVS DE LYRA.
### PSALM. LI.

QVid gloriaris in mali, &c. *Huic pſalmo præmittitur titulus talis in Hebræo. Ad victoriā Pſalmus Dauid, quando venit Doeg Idumæus, et annuntiauit Sauli, et dixit ei. Venit Dauid in domū Achimelech, & in translatione Hier. ponitur titulus eiuſdem ſententiæ, licet verba aliquantulū ſint mutata. De hac autem annuntiatione habetur 1. Reg. 22. quia cū Saul turbatus de hoc, quod Dauid euaſiſſet manus eius, conquereretur de ſeruis ſuis tanquā de fautorib. ipſius Dauid, iſte Doeg dixit Sauli, quod uiderat Dauid in domo Achimelech ſacerdotis, et quod dederat ei panes & gladiū, adiungens etiam falſum ſecundum opinionem aliquorum ſicut modus eſt relatorum. ſ. quod Achimelech conſuluiſſet pro Dauid deum, tamen contrarium videtur mihi probabilius ſcilicet, quod conſuluit ſicut ibidem plenius fuit expoſitū, propter quod Saul iratus iuſſit ſacerdotes, vxores, & paruulos eorum interfici, et ciuitatem eorum deſtrui, cuius iuſſionis Doeg cum ſuis ſatellitibus fuit executor, vt ibidem habetur, & de hoc fecit Dauid pſalmum iſtū. Et diuiditur in duas partes. Quia primo malitia Doeg arguitur, ſecundo innocentia Dauid oſtenditur, vt oppoſita iuxta ſe poſita magis eluſcāt, ibi.* Ego autem. *Prima in tres, quia primo Dauid arguit Doeg malitiam, ſecundo prædicit pœnam, ibi.* Propterea deſtruet te. *tertio oſtendit vtilitatis conſequentiam, ibi.* Videbūt iuſti. *Circa primum dicitur.*

Quid

1 Quid gloriaris in malitia? *Quaſi diceret, hæc eſt peſſima gloria, quia propria illorum eſt qui peccant ex certa malitia & habitu. Signum enim habitus generati eſt delectatio in opere, vt dicitur 2. Ethicorum, Propter quod dicitur Prou. 2. c.* Qui lętentur cum male fecerint, & exultent in rebus peſſimis.

2 Qui potens es in iniquitate. *Ideſt, potenter exercuiſti iniquitatem, ſacerdotes, vxores eorum ac paruulos occidendo, vt dictum eſt. In Hebræo, et in translatione Hieronymi ſic habetur.* Quid gloriaris in malitia potens miſericordia dei tota die, *ita quod li, tota die, quod eſt principium verſus ſecundi in translatione noſtra, eſt finis primi in Hebræo, & in translatione Hieronymi, & eſt ſenſus.* Quid gloriaris in malitia potens. *i. quid gloriaris, eo quod malitiam tuam potenter exercuiſti in opere, & in ſacerdotū occiſione.* Miſericordia dei tota die. *ideſt, miſericordia dei quæ tota die ſuſtinet te in vita, debuiſſet te traxiſſe a tanta malitia.*

3 Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua. *In Hebræo & in translatione Hieronymi ſic incipit verſus iſte.* Inſidias cogitauit lingua tua. *tamen non mutatur ſententia. Iſte. n. Doeg quaſi continue inſidiabatur Dauid et amicis eius, ipſos Sauli falſo accuſando, quod erat iniuſtum.*

4 Sicut nouacula ac. fe. do. *Nouacula bene acuta aufert pilos quaſi inſenſibiliter. Doeg autē ſic doloſitates ſuas colorabat, quod Saul nō percipiebat. Et quia faciebat hoc ex habitu, qui cauſat delectationem in opere, vt dictum eſt, ideo ſequitur.*

Dilexiſti

## MORALITER.

*Quid gloriaris in malitia.* Pſalmum iſtū fecit Dauid cōtra malitiam Doeg, qui adulando Sauli regi, retulit ſibi quod Achimelech ſacerdos panes & gladium dederat Dauid fugienti, propter quod Saul præcepit ſacerdotes cum vxorib. & paruulis occidi 1. Reg. 22. Moraliter autē poteſt exponi de quolibet adulatore, qui relationib. ſuis excitat aliquem potētem ad perſequendum innocentem. Igitur cōtra talem dicitur. Quid gloriaris in malitia. Nam hæc eſt demonum gloria.

2 *Qui potens es in iniquitate.* Quæ nō eſt vere potentia, ſed impotentia, eſt enim poſſe deficere.

3 *Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua.* i. quaſi continue cogitauit cor tuum & lingua tua, vt loqueretur malum.

4 *Sicut nouacula acu. fe. do.* ſ. cor vulnerantem, ſicut nouacula acuta vulnerat carnem.

a *Dilexiſti malitiam,&c.* Caſ. Non deſerit malum qui diligit ſuper benignitatem,& ſi benignitas tangit animum,refugit.

A

b *Præcipi.* * Baſ.& Theod. Ex eorum metaphora qui ſubmergunt & ſuffocant. Id Doeg fecit.

* R. Dauid. O lingua doloſa vocandi caſu.

c *Lingua doloſa.*

☩ Caſſ. Id eſt doloſa verba fallaciæ miniſtra aliud in corde geſtantium, aliud in ore promentium, qui mēdacijs ſacerdotum vniuerſam familiam perdidit, ſed fruſtra, idem, Rapſaces loquens ijs qui erant ſuper murum conatus eſt.

B

d *Propterea deus.*

Caſſ. De celeri fine iniqui.

e *Et radicem tuam de terra viuentium.*

Auguſtinus. Radix noſtra charitas eſt in terra, vi. vnde radix huius, id eſt, voluntas eradicatur, quia nō eſt altius fixa per charitatem, ſed in petra arida & ſterili. *Ecce Doeg.* i. motus de quo loquitur titulus, hic enim puluis quem proijcit ventus a facie terræ.

Aug. Radix mali cupiditas, quæ non fructum parit in terra vi. Vel loquitur de Antichriſto cuius radix miniſtri, qui cū eo nihil habebunt cum ſanctis.

f *Videbunt iuſti &c.* Auguſtinus. Pro deiectione eius irriſio.

C

Aug. Videbunt iuſti. Quid malis ſit euenturum in fine, vident nunc iuſti, & timent ſibi ne & ipſi cadant, in futuro vero ridebunt. Nunc.n. ambulant quaſi ad lucernam ſecūdum propheticum ſermonem in nocte, & ideo timendum, tunc vero erit dies. Petrus enim ait. Attendentes ad propheticum ſermonem, quaſi ad lucernam in nocte, donec dies luceat, & lucifer oriatur in cordibus noſtris, id eſt, Chriſtus appareat qui eſt lux noſtra.

g *Sperauit,&c.* Non dicit habuit, quia habet aliquis qui non amat, & ardet auaritia, qui non habet. *Præualuit in vanitate ſua.* Auguſtin. Vel de Antichriſto ſpecialiter agitur. Et præualuit in vanitate ſua, quia plus omnibus alijs malis fideles decipiet.

h *Ego autem,&c.*

Aug. Quomodo cōtra eum bonus ſe habeat.

Caſ. Huc uſque vituperatio illius, hic laus contrariꝫ partis. Ecce perfecta demonſtratio.

i *Oliua fructifera.* Aug. Populus Dei oliua, vnde fracti ſunt ſuperbi rami. i. Iudæi, & inſertus eſt oleaſter de gentibus.

Caſ. Oliua fructifera, de cuius germine dominus Chriſtus efflorúit, qui ſpirituali oleo perunctus eſt præ cōſortib. ſuis.

☩ Baſ.& Theod. Hoc de ſe Dauid & de Ezechia dixit.

In

---

a Aug. Vtrumque ante te, ſed hoc id eſt malitiam eligis peruerſe, quaſi leues aquam ſuper oleum terram ſuper cœlum ſed cum his interius cadis.

a dolum. Dilexiſti † malitiam ſuper benignitatem, iniquitatē 1

a Quaſi nec mala tegit verbis decoris.

b magis quam loqui æquitatem. *Dilexiſti omnia verba † præ- 2

a Tuæ & aliorum. b Tu qui es. ¶ Ideſt, linguoſus & doloſus. Vel guam. vel tam. c Hæc dilexiſti: Hæc ſunt verba præcipitationis ſcilicet.

c cipitationis, lingua doloſa. † Propterea Deus deſtruet te in 3 4

d a Et ſi non modo. b Augu. hoc modo, prius dignitatem auferet, & poſt tranſire faciet de hac vana gloria in qua es ad tempus. c Aug. Quaſi modo eſt in tabernaculo, ſed ſeruus non manet in domo in æternum, modo ſi quæ bona facit mercedem ſuam recipiet.

d Aug. Vbi paleæ cum granis.

e † finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radi 5 6

a Beatitudine ſanctorum. b Hæc patientur mali ſed non ſine fructu piorum. ¶ Ideſt, vident nunc.

f cem tuam de terra viuentium. *Vibebunt iuſti & timebunt, 7 8

a Aug. non erit tunc corruptionis locus. b Irriſione dignum iudicabunt. Hic flent. c Nonne Deus.

et ſuper eum ridebunt & dicent. Ecce homo qui non po- 9 10

¶ Non ſperauit in Deo ſed in diuitijs. 11

g ſuit Deum adiutorem ſuum, ſed ſperauit in multi-

a Quia nihil eo vanius qui putat plus valere nummum quam Deum.

tudine diuitiarum ſuarum, & † præualuit in vanita- 12 13

a Mali ſperant in diuitijs, ego autem dici populus fidelis qui ſum in domo Dei. b Quæ hyeme & æſtate viret c Eccleſia.

h i te ſua. Ego autem ſicut oliua † fructifera in domo, 14

---

Margin notes: † malum magis quam bonum, mendacium. * Sela ſupra pſal. 3. † Etiam. † ſeculum. * Sela ſupra pſal. 3. † fortitudinē tuam.

---

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Dilexiſti malitiam ſuper benignitatem, iniquitatem magis quam loqui æquitatem.* Et patet litera vſque ibi.

2 *Dilexiſti Omnia verba præcipitationis.* Ideſt, verba Saulis quibus ꝑcipitantes præcepit ſacerdotes occidi, ad qđ induxiſti.

3 *Lingua dolo.* Vt patet per prædicta.

4 *Propterea Deus deſtruet te in finem.* Hic conſequenter Dauid in ſpiritu prophetico prædixit ipſius Doeg pęnam dicit: *Propterea Deus deſtruet te in finem.* Licet modo ſis potens cū rege.

5 *Euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, &c.* Animam de corpore auferendo, quod fuit impletum in monte Gelboe, vbi Doeg iuſto Dei iudicio interfecit ſe, prout dictum fuit primi Regum vltimo.

6 *Et radicem tuam de terra viuentium. &c.* Hoc fuit impletum quando Dauid fecit interfici filium Doeg, in quo ſperabat mortem ſuam manere, ſicut in quadam radice remanente, vt dictum fuit 1. Reg. vlt. & 2. Reg. 1.

7 *Videbunt iuſti & timebunt, &c.* Hic conſequenter ponitur vtilitatis conſequentia, quia iuſti videntes punitionem iniquorum, ex hoc magis firmantur in bono, & contemnunt proſperitatem malorum, & hoc eſt quod dicitur: *Videbunt iuſti, &c.* Scilicet, Doeg deſtructionem.

8 *Et timebunt, &c.* Magis offendere deum quam ante.

9 *Et ſuper eum ridebunt, &c.* Contemnentes eius proſperitatem præteritam.

10 *Et dicent: Ecce homo qui non poſuit Deum adiutorem ſuum &c.* Per bona merita.

11 *Sed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum, &c.* Quas male acquiſiuit Sauli adulando, & munera ab illis qui habeban[t] negotiari cum rege, male accipiendo.

12 *Et præualuit, &c.* Ad tempus, quia inter ſeruos Saulis era[t] potentiſſimus, vt habetur primi Regum 22.

13 *In vanitate ſua.* Quia proſperitas eius tranſiuit velut vmbra. 14 *Ego autem ſicut oliua fructifera* Hic conſequente[r] oſtenditur ipſius Dauid innocentia, quia propter Doeg [&] Saulis malitiam nō reliquit ſuam innocentiam, quod pate[t] ex hoc, quod Sauli bis in ſua manu tradito bis a morte pe[pe]rcit, vt habetur primi Reg. 24. & 26. & hoc eſt quod dici[tur] *Ego autem ſicut oliua fructifera, &c.* Non eſt per hoc intellige[n]dum, quod aliqua arbor oliuæ eſſet iuxta domum dei, qu[ia] præcipitur Deutero. 16. d. *Non plantabis lucum iuxta altare d[o]mini Dei tui, neque vllam arborem.* Sed per oliuam fructiferam hic intelligitur oleum quod de fructu oliuę exprimitur, qu[o] lucernæ in domo dei replebantur, ſecundum quod dicitu[r] Leui. 24. a. *Præcipe filijs Iſrael, vt offerant oleum de lignis oliaru[m] puriſſimum ad concinnandas lucernas.* Iſtarum autem lucerna[rum] aliquæ ardebant de nocte, & de die, licet plus arderent [de] nocte. Eſt igitur ſenſus.

*Ego autem ſicut oliua fructifera in domo dei.* Ideſt, ſicut fruct[us] oliuæ eſt fomentum luminis continue in domo dei, ſic i[n]nocentia mea lucebit coram deo, nec extinguetur p Do[eg] vel Saulis nequitiam.

Sperau[it]

---

## MORALITER.

2 *Dile. om.* Ideſt, ad præcipitandum innocentes.

4 *Propterea deus deſtruet eum.* Tibi reddens debitam pœnam.

5 *Euellet te. &c.* Extrahendo animam a corpore.

6 *Et radicem tuam de terra vi. &c.* Ideſt, animam tuam quæ viuificat corpus ſicut radix arborem, priuabit te gloria per æternam damnationem.

7 *Videbunt iuſti.* Tuam deiectionem.

Et

8 Et *timebunt.* Deum offendere plus quam antea.

9 *Et ſuper eum.* Applaudentes iuſtitiæ diuinæ.

10 *Et dicent, Ecce homo qui non poſuit deum adiutorem ſuum, &c.* Ideo merito lapſus eſt ad infernum.

11 *Sed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum, &c.* Poſuit ibi finem ſuum.

12 *Et præualuit in vanitate ſua.* Ad tempus modicum.

14 *Ego autem ſicut oliua fructifera in domo, &c.* Hoc dicit iuſtus confidens de bonitate diuina.

Confitebo[r]

a *In æternum & in ſeculum ſeculi.* Auguſtinus. Quod dixit in æternum repetit in ſeculum ſeculi vt repetendo confirmet quam fundatus eſt in amore regni cœlorum. D

b *Feciſti & expectabo nomen tuum.* Auguſtinus. Prædicta ſcilicet, quod ſim oliua quod ſperaui in miſericordia in æternum.

a Ille Doeg in diuitiis. b Aug. non ad terrena adipiſcenda, ſed æterna. c ¶Duratura. d ¶Pro idest. Quod dixit in æternum repetit. ¶Et. ¶Laudabo,

a Dei ſperaui in miſericordia Dei in æternum, & in ſeculũ ſe- 1

a ¶Quia tunc ſaluabor, non enim præproperus. b ¶Rem nominis tui quod eſt Ieſus ſcilicet quod tunc ſaluabor.

b culi. Cõfitebor tibi in ſeculum quia feciſti, & expecta bo no- 2 3

a Auguſt. Iucundum eſt nomen, ſed non niſi guſtanti, amarum vero ſeculum. b ¶Sed non in conſpectu impiorum, qui non guſtant amando

men tuũ, quoniam bonũ eſt in cõſpectu ſanctorũ tuorũ. 4 5

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Speraui in miſericordia Dei in æternum, &c.* Ideſt, non tantum in vita præſenti, ſed etiam in futura, ideo ſubditur.
2 *Confitebor tibi in ſeculum.* Confeſſione laudis.
3 *Quia feciſti.* Mihi miſericordiam in præſenti.
4 *Et expectabo nomen tuum.* In futura retributione iuſtorum.
5 *Quoniam bonum eſt in conſpectu ſanctorum tuorum.* Qui laudant continue nomen tuum, ſed in conſpectu iniquorũ nõ eſt bonum, qui frequenter verbis & factis blaſphemant ipſum.

Moraliter autem poteſt exponi pſalmus iſte de quolibet iniquo detractore, qui per detractiones & adulationes ſuas excitat aliquem potentem ad innocentum perſecutionem, pro quo conſequitur finaliter pœnam æternam, & cum hoc aliquando temporalem, & ad hoc conſideratis prædictis poteſt de facili applicari litera huius pſalmi.

MORALITER.

2 *Confitebor tibi in ſeculum.* Confeſſione laudis.
3 *Quia feciſti.* Miſericordiam mihi.
4 *Et expectabo nomen tuum.* In retributione iuſtorum. E

ADDITIO.

*In Pſal. 51. Quid gloriaris*, vbi dicitur in poſtilla. Circa primum dicit.

Litera hebraica ſic habet: *Quid gloriaris in malitia ô potens miſericordia Dei tota die*: quod ſic exponit Abenhazra, & bene, vt ne, vt videtur ô potens, ideſt, Doeg qui pro tunc potẽs erat apud regem Saul. *Quid gloriaris in malitia.* ideſt, in vanum gloriaris in tua malitia me perſequendo: nam miſericordia Dei tota die eſt, quæ me protegat a tua perſecutione, quod conſonat cum fine Pſal. vbi dicitur: Ego autem ſicut oliua &c. ſperaui in miſericordia Dei.

GLOSSA ORDINARIA.

a *In finem pro &c.* Caſs. Intellectus Dauid prophetæ quem habuit de Amalechitis qui vaſtauerunt Sicelech, per quos intellexit mẽbra Antichriſti vaſtatura eccleſiã quæ hic confutantur. Supra idẽ Pſal. de incarnatione domini. hic de aduentu iudicij.

Auguſtinus. Vel pro mahalath, ideſt, patiente vel dolente quæ eſt eccleſia, pro qua increpantur hic homines inter quos gemit. Conſolatio in fine Pſalmi oſtenditur.

Hebr. De Gog & Magog Saracenis & Turcis intelligunt.
✲ Baſil. & Theod. Pro Amalech Theodotion, pro Chora. Aquila, Tripudia, Pſalmus in Rapſacem cuius excidium fuit Iſraeli tripudium, & additur in finem quæ vaticinatio aſſequuta eſt finem.

¶Vel pro Mahalath, ideſt, parturiente alias patiente vel dolente quæ eſt eccleſia. ¶Lugens terram.

a † In finem, † pro † Amalech intellectus Dauid. † Mahalath.

PSALMVS LII.

a ¶Et ſi in ore non audet.

b DIxit † inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. 1 2 † imprudens.

PSALMVS LII.

b DIxit inſipiens. Auguſt. Increpatio malorum.

Aug. Inſipiens, oĩs qui malè viuit. Qui enim putat ei placere mala, non eũ putat Deum. Vel qui dicit eum oĩbus parcere, Vel inſipiẽs Iudæus dixit de Chriſto, non eſt Deus. Idem hodie mali. Vel cui ſupradictũ eſt exiſtimaſti inique, quod ero tui ſimilis: ille dicit, non eſt Deus.

✲ Baſilius. In Deum eorum lingua exerta eſt. Non potuerunt dij gẽtium de manu mea quiſque locum ſuum eripere, quando eripit dominus Ieruſalem. At vlla iniqua cauſa impietatis. 4 Reg. 18.

* Arnob. Iudæi de Chriſto dño dixerunt, non eſt deus. F

Deus

NICOLAVS DE LYRA.
PSALMVS LII.

1 DIxit inſipiens. *Huic Pſal. in Hebræo præmittitur talis titulus,* Ad victoriã ſuper mahalath eruditio Dauid. *Et dicũt aliqui Hebræi, qd mahalath eſt hic nomen inſtrumenti muſici, cui appropriabatur cantus huius Pſal. Alij autem dicunt, quod ſignat chorum, & hoc modo accipit Hieron. in tranſlatione ſua, vbi ponit talẽ titulum,* Victori per chorum eruditio Dauid: *ſecundum ergo hanc ſignificationem, quam credo veriorem, ſenſus huius ti. eſt quod Dauid fecit hunc Pſalmum decantandum a choro Leuitarum cum quodam conatu victoriæ ſicut ſupra frequenter eſt expoſitum. In aliquibus Bibliis titulo prædicto additur pro Amalech: Sed hoc eſt falſum, quia Hebræus & Hieron. non habent. nec Pſal. iſte fuit factus contra Amalech, vt videbitur in proceſſu. Sciendum ergo quod Pſalmus tertiuſdecimus eſt multum ſimilis iſti in ſententia & verbis, vt patet intuenti propter quod dicit Ra. Sa. quod Dauid fecit hunc Pſal. cõtra Titum, qui deſtruxit templum ſecundum, & populum Iudaicum partim interfecit, & partim captiuauit, ſicut fecerat Pſal. 13. contra Nabuchodonoſor regem Babylonis, qui primum templum deſtruxit & pepulum captiuauit. Dicit etiam Ra. Sa. quod in aduentu Meſſiæ templum reædificabitur, & Iudæi per orbem diſperſi ibi in momento congregabuntur: ſed hoc eſt falſum & erroneum, vt ſupra dictum eſt frequenter: propter quod Pſ. iſte, poteſt exponi de afflictione Iudæorũ per regnum Græcorum, a quo multi Iudæi fuerunt interfecti, & multi captiuati, & maxime tempore Antiochi illuſtris, propter cuius tyrannidem Iudæi qui remanſerant in terra fugerunt ad montes, & ad alia loca, relinquentes omnia quæ habebant in ciuitatibus & villis, vt habetur 1. Machab. 2. Ab hac autem miſeria ſeu captiuitate fuerunt ſubleuati per Machabæos qui ciuitatem & templum recuperauerunt, & infideles de Iudææ finibus eiecerunt, quod præuidens Dauid in ſpiritu fecit hunc Pſal. qui diuiditur in quatuor partes, quia primo deſcribitur Græcorum & ſpecialiter Antiochi malitia, ſecundo examinatio diuina, ibi:* Deus de cęlo proſpexit: *tertio debita pęna, ibi:* Nõne ſcient. *& quarto liberatio populi ex Dei miſericordia, ibi:* Quis dabit. *Circa primum dicitur.*

Dixit inſipi. *Ideſt, Antiochus.*

2 Non eſt Deus. *Quia cultum veri dei amouit de Ieruſalem & ciuitatibus Iudææ, & idolum poſuit ſuper altare dei, vt habetur 1. Mach. 1. & ſic facto & verbo negabat verum deum.*

Corrupti

MORALITER.

1 *Dixit inſipiens in corde ſuo, &c.* Pſalmum iſtum literaliter expoſui de Antiocho illuſtri, qui poſuit idolũ abominandũ in tẽplo Dei, ut habetur 1. Mac. 1. Moraliter autem poteſt exponi de quolibet blaſphemo de quo põt dici. *Dixit inſipiens in cor. ſuo, non eſt Deus.* nã blaſphemus de Deo dicit illud quod non põt ſtare cum vera deitate, vt qđ ſit latro vel aliquid huiuſmodi, & ſic negat eum ore, & per conſequens corde, nam ex abundantia cordis os loquitur, Matth. 12.

a *Deus de* Caſſ. Vel de cœlo, id eſt, per ſanctas animas admonuit, vt videat, & c. et.

b *Filios ho.* ✠ Baſilius, & Theodoretus. Filij hominum A Ethan, qui trepidaret aut Angelo percutiente eum à Iudæis non immueret terror.

c *Si eſt & cæt.* Caſſ. Aut ſi non intelligit. Saltem eſt requirēs intelligere deum.

d *Omnes decli. & c.e.* Caſſiodor. Congruus ordo. Prius declinant, tunc inutiles ſiunt non eſt, qui faciat bonum.

✠ Hilarius. Natura ſolus Deus bonus, & immutabilis: multi autem, vt Abel Abrahā & ſimilis Moſes, & Petrus ex bonis licet mutationē aliquando ſenſerint, ſed hic loquitur de malis inutilibus, & corruptis

† Abominabiles facti ſunt in iniquitate.

† Cognouerūt (... tes, ... ad ...)

† Caſtiamentū ſ ... conc ... a ... te, (dell ... exactoris ..., & op pugnātis te.)

a Cur ita? ¶ Quia vel, & ideo. ¶ Ab omni via rationis. b ¶ Quod deterius. ¶ Omnes, qui dicunt Non eſt deus.

Corrupti ſunt, et † abominabiles facti ſunt in iniquitatibus 1 2

a A deo quid. ¶ De illis. b Sed. c Miſerius eſt.

a non eſt, qui faciat bonum. Deus de cœlo proſpexit ſuper 3 4

¶ Mittendo filium. a ¶ Quod eſſe debent filij ... portando ... homines. b ¶ Videri fecit. c ¶ Cognitione. d ¶ Opere: vel intelligentia.

b c filios hominum, vt videat ſi eſt intelligens, aut requirens 5 6

a ¶ Sed. ¶ Aug. Quod proſpiciendo non inuenit. b Et. c Sibi, & alijs

d Deum. Omnes declinauerunt, ſimul † inutiles facti ſunt, 7 8

a ¶ Ex ſe. b Inde ratione boni. c ¶ Quaſi ex dolore repetit. d ¶ Auguſtin. Non eſt vnus vel ſi vnum exciperet diceret præter vnum.

e non eſt, qui faciat bonum non eſt † vſque ad vnum. Non- 9 10

a Sed. Illi dicunt. Non eſt Deus. b ¶ In futuro. c ¶ Quomodo ſcire nolunt. 11

ne ſcient omnes, quæ operantur iniquitatem, qui deuo- 12

a ¶ Cognates conſiliare. b ¶ Caſſ. Qui parturit, & dolet. c Augu. aſſidue.

f rant plebem meam, † vt cibum panis? Deum non inuocaue 13

a ¶ Ideo. b De terrenis non de æternis. c Quaſi. ſed non de his vbi eſſet timendum, ſicut In Iud. qui Deum occiderunt ne perderent locum, & gentem d Quare hoc.

runt illac trepidauerunt timore, vbi non fuit timor. Quo- 14 15

a Interiora bona. b Placere quærunt. Os illius Chriſti, ſcilicet nemo fregit, qui hominibus placere noluit.

g niam Deus diſſipauit oſſa † eorum, qui hominibus placent:

corruptis ex quibus neminem excipit dicens vſque ad vnum.

e *Nonne ſcient.* Caſſio. Comminatio malorū per finem.

Auguſtinus. Minatur illis, qui loquitur pro parturiente. Quaſi dicat. Nonne inquam hi omnes ſcient, quoniam Deus vere eſt. Scient vtique pœnarum experimento. Sed merito hoc eis, quia.

f *Deum non inuoca.* Auguſtinus. Conſolatur gementes, ne proſperantes imitentur, quia Deum non inuo. Vnde cito perituri ſunt. conſolatio fidelium.

g *Oſſa eorum, qui hominibus placent.* Caſſ. Boni ſibi diſplicent, dum carnem caſtigant: placent mali.

✠ Baſilius, & Theodoretus. Aquila, & Symmachus Deus diſſipauit

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Corrupti ſunt.* Peccato luxuriæ. Græci enim erant luxurioſi, & de Antiocho nobili, qui fuit figura Antichriſti, dicitur ſpecialiter Dan. 11. f. *& erit in concupiſcentijs fœminarum.*

2 *Et abominabiles facti.* Peccato idololatriæ, quod vocatur abominatio frequenter in ſcriptura, & de Antiocho dr̃ 1. Mach. 1. *quod ædificauit abominandum idolum ſuper altare Dei.*

3 *Non eſt, qui fa.* Scilicet meritorum, quod fieri non poteſt ſine fide, & charitate, licet aliquando facerent aliquod bonū de genere. Non eſt vſque ad vnum. hoc non eſt in Hebræo, nec in tranſlatione Hiero. ſed infra ponitur vbi exponetur.

4 *Deus de cœlo.* Hic conſequenter ponitur examinatio malitiæ cum dicitur. *Deus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum.* quia nihil penitus latet ipſum, & hoc ſpecialiter dicitur contra illos qui negabant diuinam prouidentiam ſe extendere ad actus humanos.

5 *Vt videat ſi eſt intel.* Per veram cognitionem.

6 *Aut requi. Deum.* Per bonam operationem. Quales autem inuenti fuerint ſubditur.

7 *Omnes decli. nauerunt.* A rectitudine iuſtitiæ.

8 *Simul inut. facti ſunt.* Id eſt, inepti ad conſecutionem vitæ beatæ, ſicut medicina dicitur inutilis, quæ eſt inepta ad conſecutionem ſanitatis.

9 *Non eſt, qui fa. bo.* Exponatur vt ſupra.

10 *Non eſt vſque ad vnum.* Quod dupliciter exponitur. Vno modo incluſiue, vt ſit ſenſus, qđ nec vnicus talis reperitur in eis, ſcilicet in hominibus Antiochi, quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo Heb. 11. a. Alio modo excluſiue, vt ſit ſenſus in omnibus populis non eſt, niſi vnus, qui de deo habeat legem veram, & cultum, ſcilicet populus Iudaicus cui, data fuit lex in monte Sinai, de qua datione dicitur inf. Pſ. 146 a. *Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſ.*

11 *Nonne ſcient.* Hic cõſequenter ponit̃ determinatio pœnæ debitæ cum dr̃, *Nonne ſcient, & c.* Quaſi dicat imo ipſi ſcient Dei iuſtitiam per pœnæ infligendæ experientiam, vnde in perſona talium dicitur Sap. 5. b. *Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, & c.* Et ſubditur poſtea: *Talia dixerunt hi, qui in inferno poſiti ſunt.*

12 *Qui deuorant plebem meam, & c.* Id eſt, ita delectantur in ſpoliatione, & occiſione innocentum, ac ſi comederent bonum cibum.

13 *Deum non inuocauerunt.* Quia non crediderunt in eum, propter quod dicitur, Rom. 10. c. *Quomodo inuocabunt eum, in quem non crediderunt?*

14 *Illic trepidauerunt, & c.* Secundū quod ſcribitur Pro. 28. d. Fugit impius nemine perſequente. propter enim mala, quæ fecerunt, timent in omni loco ſibi inſidiari, & in omni cibo impotionari. Propter quod dicit Boetius tertio de conſolatione de Dionyſio tyranno, qui propter mala, quę fecerat, erat in continuo timore ſortis ſuæ periculorum expertus tyrannus regni, metus pendentis ſuper verticem gladij terrore ſimulauit. Cum enim quidam amicus ſuus diceret ei felicem, fecit eum ſedere in ſolio regali, & optima cibaria fecit apponi, & ſuper caput ſedentis gladium acutiſſimum tenui filo appendi, quem proſpiciens ille, qui ſedebat, nullo modo comedere poterat, ſed præ timore timebat, & pallebat: Tunc dixit ei Dionyſius: Quomodo dicis me fœlicem qui continue ſum in tali ſtatu quali tu es modo?

15 *Quoniam Deus diſſipauit oſſa eorum.* Idest virtutem eorum Qui hominibus placēt, ſicut ſunt vane glorioſi, applauſu hominū, & adulationib delectati, de diuino beneplacito nō curantes. In Hebræo, habetur: *Deus diſpergit oſſa obſidentium te, & in tranſlatione* Hierony. *Circundantium te,* & idē eſt, & refertur ad Antiochum, & eius exercitum, qui obſederunt, & deſtruxerunt ciuitates Iudææ: Sed ipſi poſtea fuerunt fugati, & debellati à Machabæis, & Antiochus miſerabiliter mortu' fuit in montib. Cadens. n. de curru habuit oſſa colliſa, & tandem miſerabiliter mortuus eſt, vt habetur. 2. Mach. 9. d.

1 *Confu*

## MORALITER.

1 *Corrupti ſunt.* Omnes tali corruptione peccati contra deū quod eſt peſſimum.

2 *Et abominabiles facti ſunt.* Deo, & angelis ſanctis, & hominibus bo...

3 *Non eſt qui faciat bonum.* Scilicet de numero talium. Et quoniam ſic audacter peccant, ac ſi Deus non videret. Sequitur.

4 *Deus de cœlo proſpexit.* Nam omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius Heb. 4. d.

5 *Vt videat ſi eſt intelligens, aut requi. Deum.* Scilicet in talibus blaſphemis, ideo ſubditur.

10 *Non eſt vſque ad vnum.* Id eſt, nō eſt vnicus. Et quoniam non remanet dedecus culpæ ſine decore iuſtitiæ, Ideo ſequitur.

11 *Nonne ſcient omnes, qui operantur iniquitatem.* Quaſi dicit imo ſcient per punitionis experientiam, quando pœna oculos eorum aperiet, quos modo clauſit culpa.

12 *Qui deuorant plebem meam.* Auferentes eius ſubſtantiam

13 *Deum non inuocauerunt.* Per pœnitentiam

14 *Illic trepidauerunt, & c.* Reformidantes tantū mala præſentis vitæ, quæ non ſunt timenda cum ſint patientibus meritoria, ſed mala vitæ futuræ ſunt timenda, ideo ſequitur.

15 *Quoniam Deus diſſipauit oſſa eorum, qui hominibus placent.* ... eſt, tyrannis, & iſti ſunt eorum ſatellites, vt eis placeant bona pauperum rapientes, & robur eorum, quod per oſſa deſignatur, in inferno punientur.

*Conſ*

diſſipauit oſſa eorum qui caſtra aduerſum me ſunt metati.

✲ Theodoretus. Non erraret ſiquis diceret Rapſacem hominibus Aſſyriis placere voluiſſe blaſphemando Deum.

a Quia & locum perdiderunt pro quo occiderunt Chriſtum vt legatur de Iudæis ad literam. b Sed o vos ſtulti. Nonne hic ſolus cui dixiſtis. Non eſt Deus.

a confuſi ſunt quoniam Deus ſpreuit eos. Quis dabit ex 1 †

a Aug. Qui modo inter manus veſtras captiuus tenetur.

b Sion ſalutare Iſrael, † Cum conuerterit Deus captiuitatem 2 3

a Quia hoc intelliget. b Populus Chriſtianus. Cui maior ſeruiet. In futuro quia ipſe cognoſcet. c Quia ipſe idem factus. 4

†plebis ſuæ exultabit Iacob, & lætabitur Iſrael. 5

ſeparabuntur, vt generaliter legatur de omnibus malis, ſed Iſrael ſaluabitur.

b *Quis dabit ex, &c.* Aug. Salus autem parturienti eccleſiæ.

* Baſ. & Theod. Cum decem trib. redirent,

a *Confuſi ſunt.* Caſſ. Id eſt confundentur, quia a regno Dei, ſepara- ſic Apoſtolus, gaudeamus cum gaudentibus.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Confuſi ſunt, &c.* Infantũ. n fetebat Antiochus ex languore a Deo immiſſo, quod eius fetore exercitus grauabat̃, vt ibidem habetur q̃ erat maxima confuſio ſibi, & toti exercitui.

2 *Quis dabit ex Sion, &c.* Hic conſequenter deſcribitur populi liberatio ex Dei miſericordia. Et loquitur Dauid per modum optantis, ad exprimendum deſiderium huius liberationis dicens. *Quis dabit ex Sion.* i. ex habitantibus ſeu miniſtrantibus in templo, quod erat in monte Sion.

3 *Salutare Iſrael.* i. remedium contra Antiochũ, & eius exercitum. Et hoc fuit adimpletum, quando dominus dedit conſtantiam & audaciam Mathatię, & filijs eius ad pugnandum pro populo: qui Mathathias fuit ſacerdos miniſtrans in templo, & manſit in Ieruſalem, vt habetur. 1. Mach. 2.

4 *Cum con. de. ca. pl. &c.* Inductam per Antiochum.

5 *Exultabit Iacob & lætabi. &c.* Quod factum fuit, quando Iudas Machabeus, & populus qui erat cum eo, recuperata ciuitate mundauerunt templum, reædificantes altare, & ſuper illud offerẽtes cum gaudio magno, vt habetur 1. Mach. 4. vnde ibidem dicitur. *Facta eſt lætitia in populo magna valde.*

Moraliter. Aũt poteſt exponi pſalmus iſte de quolibet peccatore in malis ſuis obſtinato, qui licet confiteatur Deũ verbis negat tñ factis, ſecundum illud Apoſtoli ad Tit. 1. d. *Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant.* Cuius malitiam Deus examinat & punit, & innocentẽ de manu eius eripit. Et huic ſententię de facili conſideratis prædictis p̃t litera applicari.

## MORALITER.

*Confuſi ſunt, &c.* Extrema confuſione.

*Quoniam Deus ſpreuit eos.* A conſortio ſanctorum eijciens ipſos. Et quoniam hoc eſt valde formidandum, ideo ſubditur vox iuſtorum.

2 *Quis dabit ex Sion.* i. ex cęlo vbi eſt Dei clara viſio, & reſpõdetur.

4 *Cum conuerterit Deus captiuitatem Iacob.* Scilicet per aduentũ ſaluatoris, quod impletum fuit per liberationem patrum in limbo detentorum.

## ADDITIO I.

*In pſalmo* 52. Dixit inſipiens. *vbi dicitur in poſtilla.* Propter quod pſalmus iſte.

Pſalmus iſte magis proprie poteſt exponi pręſuppoſita veritate fidei de Antichriſto, & de afflictione fidelium p̱ ipſius tyrannicã poteſtatẽ, cuius Antichriſti figura fuit Antiochus prout cõiter tenet̃ a qua afflictione maxima liberãdi ſunt p̱ Chr̃ni. Ad qđ attendẽdũ eſt, q̃ ſicut in pſal. 13. (qui pro maiori parte aſſimilatur huic) agitur de Iudęo Chriſtum in p̱ſona contemnente (qua ratione de ipſo Iudęo proprie dicitur. Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus prout in additione ſuper eundem pſal. fuit oſtenſum) ſic in hoc pſal. agitur de Antichriſto, cuius principalis & propria nequitia conſiſtit in negando Chriſtum eſſe Deum: & ſic proprie de ipſo poſſet dici: *Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus.* Nam licet Antichriſtus in ore ſuo verum Deum profiteatur eſſe in mundo, cum legem pentateucham aſſerat veram eſſe: cuius legis cęremonialia, & iudicialia & huiuſmodi reſtaurare attentabit, vt doctores communiter dicunt in qua lege manifeſta ſunt teſtimonia de Deo: nihilominus tamen in corde Deum negat verum negando Chriſtum eſſe verum Deum eo modo quo ſupra fuit expoſitum in prædicta additione. Vnde iſti duo pſal adinuicem correſpondent ſicut primum & vltimum vnius rei. Nam ſicut perſecutio Iudęorũ facta in capite Chriſto fuit prima, & principalis inter omnes eccleſię perſecutiones, ſic perſecutio Antichriſti eſt vltima & maxime principalis inter perſecutiones eccleſię in Chr̃i membris p̱petratas. Et ideo iſte pſalmus diſtinguendus eſt & exponendus ſicut compar ſuus ſcilicet. 13. exceptis duob. verſibus qui non ponuntur eo modo in vtroque pſal. ſcilicet q̱a ibi dicitur in primo. *Quoniam dominus in generatione iuſta eſt, conſilium inopis confudiſtis, quoniam Deus ſpes eius eſt* In hoc pſalmo legitur. *Quoniam Deus diſſipauit oſſa eorum, qui hominibus placent: confuſi ſunt quoniam Deus ſpreuit eos.* Primus verſus fuit expoſitus in additione ſup̱ pręⷣictũ pſalmũ applicando illa uerba proprie ad Iudęos, q̱ cõſilia Chriſti inopis cõtempſeũt, vide ibi. Sed uerſus contentus in hoc pſalmo ſcilicet. *Quoniã Deus diſſipauit.* proprie applicatur impijs adhęrentibus Antichriſto, quorum oſſa, ſcilicet membra erunt diſſipata, quia ſeparata a regno Dei & etiam inter ſe confracta in contrariũ membrorum Chriſti, cuius os nemo confregit, vt in epiſtola ad 2. Teſ. 2. b. vnde quia hæc perſecutio vltima terminatur in ſeparatione perfecta membrorum Chriſti a diabolo, & Antichriſto, & eorum membris. Idcirco poſtquã hic pſalmiſta dixit de reprobis quoniam Deus diſſipauit oſſa eorũ qui hominibus placent ſcilicet Antichriſti & ſequaciũ eius, qui hoĩbus placebunt largiẽdo eis bona tẽporalia de q̃bus dicit *Quoniam Deus diſſipauit.* Id eſt, ſpreuit eos: ſtatim ſubiunxit, de electis: *Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael, &c.* iuxta illud Matth. 25. d. *ibunt in vitã æternam.* & ſic cõfundit̃ manifeſte inſipiens ſ. Antichriſtus, q̱ dicebat in corde ſuo: *Non eſt Deus, &c.* Quæ quidẽ verba. ſ. *Quis dabit ex Sion, &c.* & cũ auerterit dominus captiuitatem plebis ſuę quæ in vtroque pſal. finaliter continentur, denotant ſalutem vniuerſalem fidelium, prout fuit in paſſione Chr̃i ſecundum ſufficientiam & erit in aduentu ſecundo quantum ad omnes electos quod non proprie põt dici de liberatione a captiuitate Babylonica nec de oppreſſione Antiochi, cum in vtraque populus Iſraeliticus erat diſperſus per orbem, & ſic tales liberationes non erant vniuerſales. Cętera autem contenta in hoc pſalmo faciliter applicãtur propoſito ex his quę dicuntur in poſtilla, & etiam in additione ſupradicta mutatis mutandis, &c.

## ADDITIO II.

*In eodem pſal.* vbi dicitur in poſtilla. *Non eſt qui faciat bonũ.*

Veritas Hebraica in hoc loco ſic habet: *Non eſt qui faciat bonum, nec etiam vnus* cuius ſenſus eſt, nam licet etiam in tempore Antichriſti aliqui boni erunt, quia tamen erunt pauci numero, vt Mat. 24. idcirco in nihilum reputantur iuxta Philoſophum in 2. Phyſ. quod modicum eſt, quaſi nihil reputatur.

REPLICA. Circa pſal. *Dixit inſipiens.* oſtendit Burgen. ſuam inſipientiam, ſicut ſupra circa pſal. eiuſdem principij, & ibi vide correctionem.

GLOSSA ORDINARIA.

A a *Ziphæi.* Hier. Aug. Florentes interpretantur. Et ſignificãt illos qui hic florent in præſenti, & quaſi virent copia tẽporalium, quorum gloria eſt vt flos fœni, quod hodie floret & cras in clibanum mittitur. Inter quos latet Dauid, id eſt, ſancti quorum vita abſcondita eſt cum Chriſto in Deo, inter quos ſunt viles & abſconditi.

Col. 3. a.

Aug. Monet in aduerſis Deum laudare.

† vide pſal. 4. & 13.

✠ Baſilius & Theo. Ziphæi ſimulantes cum Dauid amicitiam, eum detexerunt Sauli, parato cũ comprehendere, niſi Philiſtinorũ incurſionibus fuiſſet auerſus, a quo Dauid liberatus, hũc Pſalmũ cecinit.

-& dixiſſent ad Saul.

B † libera.

* Hilarius. Ziphæi q Hebraice ſunt aſpectiones oris deſignant proditores q labijs honorant populumque Iudaicũ vt Dauid qui proditus erat periclitans pſallit patiens odia gratulatur, Chriſtum dominum cui vt Dauidi pſalmus conuenit.

† inter ſuſtentatores. ideſt ſuſtentat me.

a Ideſt Chriſtum. ¶Nouiſſima non præſentia. b Quia in aduerſis Deus laudandus. c Ideſt laudibus. d Aug. Quia vir inſipiens non cognoſcit quomodo intereat flos ſeculi. e Vel alicuius viri ſpiritualis, qui intelligit florem malorum tranſiturum.

†In finem, in carminibus vel hymnis, intellectus Dauid

a Flos. ¶Quibus non profuit ſua proditio, & Dauid non nocuit: ibi enim datus eſt Saul in manum Dauid in ſpelunca.

a cum veniſſent Ziphæi, & dixiſſent ad Saul. Nõne Dauid abſconditus eſt apud nos? Pſal. LIII.

a Aug. Quod mundo prædicatum eſt. ¶ Hier. Id eſt implerem nominis.

b DEus in nomine tuo ſaluum me fac, & in † vir- 1 2

a Caſſ. In futuro iudicio. Secerne a Ziphæis. b Aug. Quia non florem Ziphæorum a te peto.

c tute tua † iudica me. Deus exaudi orationem 3 4

a Caſſ. Menti reconde. b Quia ex verbis cor iudicatur. c Caſſ. Hæc eſt cauſa orationis. & loquitur eccleſia. d Mali. ¶Ziphæi pertinebant ad tribum Iudæ, vnde Dauid, ſed alieni flore malitiæ qui prodiderunt eum, non loco vel tribu.

d meam, auribus percipe verba oris mei. Quoniam alieni inſur- 5 6

e rexerunt aduerſum me, & fortes quæſierunt animam meam, & † 7 8

a Caſſ. Qui putant Deum neſcire quod agunt. ¶ Qui nihil niſi ſeculum conſpiciunt. a Caſſ. Saul & miniſtri. ¶ Perſecutores. b Non propo. Deum antè conſpe. ſuum, quod patet quia.

f non propoſuerunt Deum an conſpectum ſuum. * Ecce. n. Deus 9

a Aug. Intus vbi nemo videt, vbi eſt gloria noſtra non in flore extra. b ¶Ita. c Caſſ. Et ſi corpus deficit. d O domine. A me in illos.

g h adiuuat me, et dñs † ſuſceptor eſt animæ meæ. † Auerte mala 10 11

PSALMVS LIII.

C b DEus in nomine. Aug. Inter Ziphęos orat. Auguſtinus. Hieron. Hic ſalua in nomine, poſt non timeo iudicari in virtute.

Aug. Deus in nõie, verba eccleſię latentis inter Ziphęos cuius bonũ intus eſt, & merces occulta, alij alijs petũt liberari, ego in tuo nomine.

✠ Baſil. & Theod. Sic Apoſtoli in nomine Domini dicebant. Surge & ambula.

c *Deus exau.* Caſſ. Item Deus, nom[illegible] potentię, repetit n[illegible] tardet auxilium.

d *Percipe.* Aug. Ziphæi ea etſi audi[illegible] nõ tamẽ intelligi[illegible] qui non niſi temp[illegible]ralia nouerunt.

e *Alieni.* Aug. Zip[illegible] viculus erat qui p[illegible]nebat ad tribũ Iu[illegible]da, vnde Ziphęi.

* Baſi. & Theod[illegible] Ignorant tuam pr[illegible]uidentiam.

f *Ecce e.* Caſſ. Di[illegible] pſalmus. Quid ſi[illegible] & Ziphæis faci[illegible] Deus vnde ſolu[illegible] laudes.

g *Adiuuat.* Aug. Q[illegible] ipſi neſciunt int[illegible] quos lateo, ſed h[illegible] quod me adiuuat [illegible]derent, ſi Deum ante oculos ponerent.

Caſſ. Adiuuat laborantem ferre quæ ingerunt.

Aug. Adiuuat & ſuſceptor eſt. Ita q; auertit mala inimi[illegible] diſperditq; in virtute ſua, eos qui florẽt in felicitate ſecu[illegible]

h *Auerte mala inimicis.* Aug. Vel, auerte pro conuerten[illegible] precatur, & hęc eſt hoſtia quam pro liberatione ſoluit.

Auerte

NICOLAVS DE LYRA. PSALM. LIII.

DEus in nomine tuo. Huic pſalmo præponitur talis titulus in Hebræo. *Ad victoriam in organis eruditio Dauid quando venerunt Ziphæi, & dixerunt Sauli: nonne Dauid abſconditus eſt apud nos,* Vt habetur 1. Reg. 23. & 26. Quamuis enim eſſent de tribu Iuda ſicut & Dauid, tamen in fauorem regis voluerunt eum tradere in manus eius, & ſic ex hoc titulo patet au ctor & materia huius Pſalmi in generali. Per hoc autẽ quod dicitur, in organis, ſignatur quod cantus huius pſalmi appropriatus erat huic inſtrumento muſico, quod dicitur organa: Titulus etiam conſimilis ponitur in tranſlatione Hiero. ſed ponitur ibi pſalmus, ſcilicet cantus pro inſtrumento, ſicut di ctum fuit ſupra pſal. 4. Diuiditur autem iſte pſalmus in duas partes, quia primo Dauid ponit ſuam deprecationẽ. Secundo vt ſit magis exaudibilis, facit Deo votum ſeu promiſſionem, ibi: *Voluntariè,* Circa primum dicit.

1 *Deus in nomine tuo.* Ideſt, in virtute nominis tui a me inuocati.

2 *Sal. me fac.* A Ziphæis mihi inſidiantibus, & Saule & viris eius me perſequentibus.

3 *Et in virtu. tua.* Id eſt pro me conſeruans meam innocentiam, & puniens eorum malitiam.

4 *Deus exaudi orationem meam.* Per condeſcenſum tuæ ſalutionis.

5 *Auribus percipe verba oris mei.* Loquitur de Deo more hominis, qui inclinat aurem ad petitionem, quam vult exaudire.

6 *Quoniam alieni inſurrexerunt in me,* i. Ziphæi volentes me prodere, & in hoc alienati ſunt a me, quamuis ſint de tribu mea.

7 *Et fortes quæſierunt animam meam.* Id eſt Saul rex, & exercitus eius.

8 *Et non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.* Quia Dei more poſtpoſito quærunt me innocentem interficere.

9 *Ecce enim Deus adiu.* Ideſt ſpero quod me adiuuabit in hac tribulatione.

10 *Et dominus ſuſceptor eſt animæ.* Ideſt, conſeruator vitę meæ.

11 *Auerte mala inimicis.* i. auerte a me mala ab inimicis contra me cogitata & conuerte ſuper eorũ capita ſecundũ quod dicitur Prou. 11. a. In inſidijs ſuis capientur iniqui.

*Et i.*

MORALITER.

1 *Deus in nomine tuo.* Pſalmus iſte ſecundum literalem ſenſum eſt oratio Dauid contra malitiam Ziphęorum, ipſum in manus Saulis tradere volentium.

Moraliter autem eſt oratio innocentis per malorum relationem patientis perſecutionem & deuote liberari petentis dicens: *Deus in nomine tuo.* Quod fideliter inuoco.

2 *Saluum me fac.* Ab iniuſtæ perſecutionis malo.

3 *Et in virtu. tua iu. me.* Ideſt, pro me innocentiam meam declarando.

4 *Deus exaudi orationem meam &c.* Præbendo mihi tuam conſolationem.

*Quoniam*

6 *Quoniam alieni.* A veritate.

† *Inſurrexerunt aduerſum me.* Falſis accuſatoribus me diffamantes inique.

7 *Et fortes quæſierunt animam meam.* Ad eorum accuſationem iniquam.

8 *Et non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.* Nam in mortali peccato eſt auerſio a Deo. Sed quoniam Deus in tentatione facit prouentum, ſequitur.

9 *Ecce enim Deus adiuuat me, & dominus ſuſceptor, &c. Auerte mala inimicis meis.* Et loquitur de malis pœnæ quæ bene poſſunt optari peccatoribus per iuſtitiæ zelum, & vt vexatio det eis intellectum: Et quoniam ex hoc Deo gratiæ debentur, ideo ſubditur.

† *Voluntari*

Auerte mala ab inimicis meis. Et diſperde illos.

Caſs. A priore intentione, ponendo in veritate tua, ideſt vt ad veritatẽ tuam veniant.

a *In veritate.* Auguſtinus. Vel ſecundum aliam literam in virtute perde quos in tua infirmitate toleraſti.

a Aug. Florent falſis bonis, pereunt veris bonis. æternum. ¶Vel quaſi florent ad tempus, ſed pereunt in b ¶Tamen. Aug Quia gratis amo quod laudo.

a inimicis meis, & in † veritate tua diſperde illos. † Voluntarie 1
b a ¶Sacrificium laudis, non pecora. b ¶Aug. Hoc eſt gratis confiteri quia bonum. non quia det temporalia bona. ¶ Ideſt laudabo.
ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo domine, quoniam 2 3
a ¶Aug Nil melius nomine tuo inuenio. b ¶Ideo confitebor bono nomini. c ¶Aug. In hoc probauit bonum nomen ſi aliter ſciret, tribulatio neceſſaria non fuiſſet.
bonum eſt. Quoniam ex omni tribulatione † eripuiſti me: & 4
c a Florentes. b Mente rapta ad Deum videt, quod omnis flos vt fœnum.
ſuper inimicos meos † deſpexit oculus meus. 5

b *Voluntarie ſacrificabo.* Auguſtinus. Quia propter ſe, non propter aliud quod ab eo velim. Qui propter aliud laudat, ex neceſſitate laudat, ſi illud haberet non laudaret. Mihi autem, & quæ dedit propter dantem placent.

c *Deſpe.* * R. Kimhi. Deſpexit, p reſpexit vt ſit apoſiopeſis.

D — 1o. q. 3. c. præſens. — † eruiſti — E

*Volun-*

## NICOLAVS DE LYRA.

*Et in veritate tua diſperde illos.* Ita quod non poſſint perficere quod cogitant contra me, ſicut veraciter promiſiſti innocentiam conſeruare.

*Voluntarie ſacrificabo tibi.* Hic cõſequenter Dauid Deo promiſſionem facit, vt ſua deprecatio ſit magis exaudibilis, dicens: *Voluntarie ſacrificabo tibi ſacrificium laudis.* Et etiam ſacrificium legis, quando potero ad locũ diuini cultus accedere quia pro tunc non poterat, eo quod exul & fugitiuus erat.

*Et confitebor nomini tuo domine, quoniam bonum eſt.* Id eſt, confitebor nomini tuo domine confeſſione laudis bonitatem quam mihi exhibuiſti.

4 *Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me.* De pręterito, ex quo ſpero, quod ſic fiet de futuro, & ideo ſubditur.

5 *Et ſuper inimi. meos deſpexit oculus meus.* Ideſt, pro nihilo cõputaui eorum inſidias contra me, cõfidens de tua bonitate, non de meis meritis, vel virtute.

Moraliter autem poteſt exponi pſalmus iſte contra telarores peſsimos excitantes potẽtes contra innocentes, quorum inſidias innocentes euadunt ex diuina bonitate.

## MORALITER.

*Voluntarie ſacrificabo tibi.* Sacrificium laudis.

*Quoniam*

4 *Quoniam ex omni tribul. eripuiſti me.* De peccato præterito, & ſic ſpero, quod ſic facies in futuro, ideo ſubditur. *Et ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.*

## ADDITIO.

*In Pſal. 53. Deus in nomine tuo.* Vbi dicitur in poſtilla: *Et ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.*

In Hebræo habetur: *Et ſuper inimicos meos reſpexit oculus meus:* Quod intelligendum eſt eo modo quo dicitur. *Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam, &c.* Pſal. 57.

*In*

## GLOSSA ORDINARIA.

*In finem in carminibus.* Aug. Intellectus. Magna cura debet intelligere eccleſia, in quo malo nũc eſt, vnde liberari optat. Plangit inter mala ſeculi quę intelligit, alius non intelligit, quia hęc regio non eſt gaudij, ſed mœroris.

Auguſti. In hoc pſalmo eccleſia loquitur, vel in perſona ſua, vel Chriſti, quando in ſua, loquitur vt homo puſillanimis in tempeſtate, dum fluctuat mergitur, clamat Ieſum, decernẽs ſua infirmitate a tot ſcandalis ſe ſeparari, ne & illis non proſit, & ſibi noceat, ad ſimilitudinem Dauid qui pro moleſtijs ciuium fugit in ſolitudinem.

Caſ. Quando verò in perſona Chriſti, integra proprietas ſeruilis formę in Chriſto deſcribitur, vt detur nobis humilitatis exemplum.

Tertius pſal. q de paſſione & reſurrectione latius tractat.

✱ Baſil.

a ¶Chriſtum, vel conſummationem futuram. ¶Aug. Vel in hymnis, ideſt, laudibus, quia ſemper laudandus Deus, ſiue erudiat aduerſis, ſiue conſoletur lætis.

a † In finem in carminibus vel hymnis intellectus Dauid.

### PSALMVS LIIII.

a ¶Aug. Verba tribulati, optantis liberari. b ¶Fort.
b c EXaudi Deus orationem meam, et ne † deſpexeris, 1

† abſcondas te a deprecatione mea

✱ Baſil. Dauid a Saule pulſus in ſolitudine hunc pſal. cecinit adumbrans in ſe & Saule Chriſtum Dñm & Iudæos: In finem deſcribitur quę finẽ prophetia habitura eſt & hymnis adſcribitur quia Dñicæ paſsionis habet adumbrationẽ.

* Hilar. Et ad Chriſtum Dominum qui eſt finis legis refertur, qui hic loquitur in perſona hominis, nõ tamen ſine aliqua conſcientia altioris fiduciæ ſubijcit quis dabit mihi pẽnas ſicut columba, quod non eſt poſtulantis, nec ab alio ſperãtis, ſed eius qui in alio pſal dicit, Si ſumpſero pennas meas diluculo.

F

### PSALMVS LIIII.

b *EXaudi Deus orationem meam.* Caſſiod. Oratio, præmiſſa contra mala, vel fluctus ſeculi.

c *Ne deſpexe. depre.* Caſſiod. Si enim Deus dat temporalia alicui petenti: eius tamen oratio ei non eſt accepta, quia caret debito fine.

*Contri-*

## NICOLAVS DE LYRA.

### PSALMVS LIIII.

EXaudi Deus orationem meam. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo:* Ad victoriã in organis eruditio Dauid. *eſt ſenſus quod Dauid eruditus a domino fecit hunc pſalmũ ad eruditionem aliorum: qui pſalmus decantandus eſt in organis cũ quodam cantu victoriæ, ſicut frequenter expoſitum eſt ſupra. Titulus autem Hiero. eſt eiuſdem ſententiæ licet aliquantulũ differat in litera quæ talis eſt:* Victori in pſalmis eruditio Dauid. *De materia vero huius pſalmi varie dicitur, ſed illud quod mihi videtur probabilius, & magis conſonum literæ eſt, quod Dauid fecit hunc pſalmũ, gratias agens Deo, quando fugiens de Ceila ſaluatus fuit de manibus Saulis, qui volebat eum in Ceila obſidere, & de manibus populi Ceilæ, qui diſponebat eum Sauli tradere, vt habetur. 1. Reg. 23. cum tamen ſaluaſſet populũ illũ de manibus Philiſthinorum, vt habetur ibidem. Igitur iſte pſal. diuiditur in tres partes, quia primo Dauid orando ſuum periculum exprimit, ſecundo Ceilæ populum arguit. ibi:* Præcipita domine. *Tertio circa ſe diuinum beneficium recolit, ibi:* Ego autem. *Circa primum, Dei auxilium inuocat dicens.* Diuiſio.

1 Exaudi Deus orationem meam. *Et quater eandem ſententiã replicat ſub aliis verbis, ad oſtendendum magnum affectum ſuæ orationis. Secundo cauſam allegat dicens.*

Contri-

## MORALITER.

*Exaudi Deus orationem meam, & ne deſpexeris deprecationem meam &c.* Pſalmus iſte ſecundum literalem ſenſum eſt oratio Dauid quando fugiens de Ceila ſaluatus fuit a Saule perſequente, & Ceilitis volentibus eum Sauli tradere primi Regum 23.

Myſtice vero poteſt exponi, vt ſit oratio eccleſiæ perſecutionem Iudæorũ in eccleſia primitiua ſuſtinentis, vt habetur Act. 8. & 9. Et primo ponitur eius oratio deuota, cũ dicit, *Exaudi Deus orationem, &c.* Hæc enim ſententia quater ponitur in hoc verſu, ad deſignandum quatuor orationis ſpecies, quæ ſunt obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, vt habetur 1. Timo. 2. Hic autem quatuor modis legitur oraſſe eccleſia primitiua.

*Contri-*

A a *Contriſtatus.* * Baſil.& Theodor. Symmachus ſic reddidit. Deiectus ſum, cum mecum ipſe loquerer, & confuſus ſum a voce inimici a perturbatione impij. ἀδολεσχίαν ſcriptura aſsiduam meditationem vocat.

b *In exercitatione, &c.* Auguſtinus. Omnis malus viuit, vel vt corrigatur, vel vt per eum bonus exerceatur.

† orationem

Caſsiodorus. In exercitatione. Vno nomine vita Chriſti exponitur, qui nullo otio ab incepto remiſſus eſt, in quo triſtis quia perfidi non referunt fructum.

c *Conturbatus ſum à voce inimici.* Auguſt. In ipſa pugna, dum & inimicos vult diligere, & abundante malitia incipit odiſſe, & ita incipit in fluctibus mergi.

B † doluit in medio mei

Hieron. Conturbatus. Vel, conturbatus ſum a voce inimici. Qui me Samaritanum, & dæmonum habentem dicebant.

Ioan. 8. f. † 7 q.c. aduerſitas

† 7. q.1 c.a l. uerſitas

d *Declinauerunt.* * Baſilius & Theodoretus. Magis dilucidè Symmachus. Quoniam irruerunt contra me ad impietatem, & in ira aduerſati ſunt mihi.

a ¶Vt quorum impleta oratio po? deſpicitur, quia non de æternis. b ¶Quia ſum in quem intendas. c ¶Dignum. d ¶Quid enim tibi eſt? ¶Humana infirmitate.

a † deprecationem meam, intende mihi, & exaudi me. † Con- 1

a ¶Aug. In his quæ ingerunt mali, quod apertius dicet quibus exerceatur. b ¶In mari ſeculi a vento valido tribulationum. c ¶Aug. Hec eſt exercitatio quæ turbat oculum mentis, ira quaſi feſtuca, non tamen extinguitur, ſed extinguitur odio velut trabe.

b triſtatus ſum in exercitatione mea, & conturbatus ſum a vo- 2

c a ¶Non meo merito, ſed ſuo malo. b ¶Q. A voce inimici ſum turbatus. ¶Quia impetus militiæ eorum, eſt quaſi fluminis curſus a tribulatione peccatoris.

d ce inimici, & a tribulatione peccatoris. quoniam † declina- 3

a ¶Quæ eorum erant. b ¶Quia. ¶A tribulatione. ¶Furore ſuo. c ¶Non merito meo. d ¶Caſ. Sed ruinoſi ſibi. e ¶Sed per hoc. ¶Quod alibi. Turbatus eſt præ ira oculus meus, vnde ſequitur metus mortis. mors animæ odium eſt, vt vita dilectio. 4 5

c uerunt in me iniquitates, et in ira † moleſti erant mihi. Cor 6

a ¶Vt pondus, vel ibi perit in quo nihil habet iuris: vnde Oſee 13. Ero mors tua ò mors.

meum † conturbatum eſt in me, & formido mortis cecidit 7

a ¶Quia animi. b Corporis. c Mors ſecuta eſt. ¶Vel contexerit me tenebra alia litera. 8

f ſuper me. Timor & tremor venerunt ſuper me, † & contexe- 9

g a ¶Niſi tu pater. Et iam qui ſoluit ligatas pennas, dat quæ non erant ad vſum, nec ſuæ habentis, id eſt, ſui iuris. 10 11

h runt me tenebræ. † Et dixi, quis dabit mihi pennas ſicut co- 12

i a Ideſt. vt auolem a Iudæis, infidelibus. b In contemplatione. ¶Mortem optat vel ſolitudinem. ¶In gentibus credentibus. c Dixit & habui. d Auguſt. Non loco ne rumpatur charitas bonorum, ne perdatur exercitium malorum quos Deus admiſcet, vt Iudam apoſtolis.

k l lumbæ, & volabo, & requieſcam? † Ecce † elongaui fugiens 13

c *Cor meum conturbatum.* Caſ. Lege carnis, animus turbatur in me, non exit a me.

f *Timor & tremor.* Caſ. Proprietas mortis eſt, vt eam prius timeamus, vnde contremiſcamus.

g *Contexerunt me tenebræ.* Hieron. Tenebræ ſunt mali homines qui perſequuntur eccleſiam, & qui contegunt ipſam, qui odit fratrem in tenebris eſt.

* Baſil.& Theodor. Nō mirum ſi Dauid in lege inſtructus, & perfectionem euangelicam procul præuidens timuerit. Nam & ipſe Chriſtus Dominus inſtantem paſsionem deprecatus eſt, & ſanguinis guttas ſudauit. Oportebat enim vt natura demonſtraretur, quæ cruciatus ſuſciperet. C

1. Ioan. 2. b. h *Quis dabit mihi pen. &c.* Auguſtinus. Sed in hac infirmitate quid ait? Quis dabit mihi pēnas. Vult ad tempus ſeparari a tot ſcandalis, ne peccata infirmus augeat manens interea.

i *Sicut columbæ, &c.* Aug. Non ſicut coruo. Columba a moleſtijs quærit auolare, ſed dilectionem non amittit, & ſemper gemit, ſic bonus ſeparare ſe corpore, non amore ab his quib. non poteſt prodeſſe. Piè viuit in Chriſto, ad cuius viſcera pertinet, quod ait Apoſtolus. *Quis infirmatur & ego non infirmor? Et quis ſcan. & ego non vror?* Et ſic aliorum mala ſunt ei perſecutio: vnde optat fugere, & manere in deſerto pro turba tribulationum & ſcandalorum, ſed aliquādo ligatur non fiſco cupiditatis, ſed cura & officio, vt deſerere non poſsit niſi ſoluatur: Quòd ſi non ſoluitur, tunc dicat: *Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto, ſed manere neceſſe eſt propter vos, & ſic eſt meritum ex deſiderio.*

Caſsio. Columba. Vel columba emiſſa inueniens lutoſa ad arcam reuerſa, ſic Chriſtus inueniens lutoſa corda Iudæorum auolauit ad gentes.

Aug. Aliter: Optat ille mortem per quam ſeparetur a malis, & ait per ſimile: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, ideſt quis dabit mihi, vt diſſoluar, & ſic auolem ab eis, & cum Chriſto quieſcam.

* Baſilius & Theodoretus. Admiratione dignum quare columbæ & non alterius animalis pennas accipere voluerit, manifeſtum eſt eum ſpiritusſancti gratiam deſiderare, qui columbæ ſpecie volauit.

K *Ecce elongaui.* Caſ. Illud tangit quod Chriſtus vitabat, perſequentes, vt occaſionem iræ demeret, & manebat in deſertis orans, in quo docebat nos in ſecreto conſcientiæ orare & quieſcere, cum a malis premimur.

l *Fugiens.* † Alcui. Se elongat, qui a turba terrenorū deſideriorū in alta Dei cōtemplatione ſe ſubleuat. Manet in ſolitudine

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Contriſtatus ſum, &c. *Ideſt, quod per exercitium armorum liberaui Ceilæ populum, & tamen tanquam ingratus voluit me tradere in manus Saulis.*

2 Et conturbatus ſum, &c. *Scilicet Saulis qui dixit me obſidere in Ceila, vt audiui.*

3 Et a tribulatione peccatoris. *Ideſt, a tribulatione mihi præparata, & per dolum populi Ceilæ, qui in hoc peccauit grauiſſime.*

4 Quoniam declinauerunt, &c. *Illi enim qui volebant eum tradere in manus Saulis, dicebant eum reum læſæ maieſtatis quærendo malum Saulis, propter quod non debebant eum ſaluare, licet pugnaſſet pro eis.*

5 Et in ira, &c. *Quamuis non meruiſſet, ſed magis oppoſitum, ideo ſubditur.*

Cor

6 Cor me. for. *Ex iſtorum dolo, & etiam meo periculo, ideo ſubditur.*

7 Et formido mortis cecidit ſuper me. *Tum propter potentiam Saulis me perſequentis, tum propter nequitiam populi tradere diſponentis.*

8 Timor. *In corde.*

9 Et tremor. *In corpore cauſatus ex timore.*

10 Venerunt ſuper me. *Propter prædicta.*

11 Et contexerunt me te. *Ideſt aduerſitates duræ: aduerſitates enim in ſacra ſcriptura frequenter tenebræ nominantur.*

12 Et dixi quis dabit mihi pennas, &c. *Timuit enim Dauid, ne ciues clauderent portas. & ſic non poſſet exire pro ſua voluntate ad ſaluandum ſe, & viros ſuos, qui erant cum eo, quia tamen de ciuitate exijt, ideo ſubditur.*

13 Ecce elongaui fugiens. *Saulem & populum Ceilæ.*

Et manſi

## MORALITER.

1 *Contriſtatus ſum in exercitatione.* Scilicet patientiæ, in quo exercitio infirmi contriſtantur.

2 *Et conturbatus ſum.* Quia Iudęi multa iniurioſa fidelibus irrogabant.

3 *Et a tribula. pec.* Quia non ſolum verbis eos, ſed etiam operibus moleſtabant.

4 *Quoniam, &c.* Imponebant enim eccleſię tranſgreſsionem legis diuinæ.

Et

5 *Et in.* In malo ſuo ſine ratione.

6 *Cor meum.* Verbum eſt eccleſiæ pro filijs ſuis infirmis ideo ſubditur.

8 *Timor.* Cordis.

9 *Et tre.* Corporis, proueniens ex timore cordis.

10 *Venerunt ſu. me. con.* Aduerſitatis.

12 *Et dixi, quis dabit mihi pennas.* Ideſt, facultatem euadendi dicta mala, vnde Act. 8. dicitur, quod omnes Chriſtiani diſperſi fuerunt præter apoſtolos, qui tanquam firmiores remanſerunt in loco perſecutionis.

† *Et manſi*

idine,qui perſeuerat in remota mentis intentione.
A Hieronymus. Vel,Ecce elongaui fugiens à Iudæis.
*Et manſi in ſolitudine.* Gentiū,vnde:Lætetur deſertum,& floreat tanquam lilium. Et alibi. *Lætare ſterilis,quæ non paris.*
*Expectabam eum,* Diapſalmus.Iā in ſolitudine ſaluus ſperat auxilium Dei, & imprecatur ciuibus.
Caſſiodor. Expectabam,(vt ex perſona Chriſti) legatur in ſolitudine, nō ex me ſecurus pręſidiū patris ſuſtinui, qui ſaluum me fecit à puſillanimitate ſpiritus, ne caderem, vel cederem malis in paſſione, à tempe ſtate ne iraſceret.
✱ Hilar. Non noua hęc expectatio iam in alio pſalmo precatus eſt. Saluum me fac deus, quia intrauerunt aquæ vſque ad aīam meam, &c. & tēpeſtas demerſit me.
B *Præcipita.* Caſſ. ...e muniant cogitationes machinādo.
C ✱ Baſilius. & Theodoretus. Sic diſtingunt Præcipita domine,& diuide linguas eorum, &c. malā concordiā. Quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate. Nō arbitrant hæc Dauid conuenire,neque.n. eo tempo Hieroſolymā poſſidebat, ſed ſeruatori noſtro.Notādum em, quod non ſolū noui teſtamenti pfectis, ſed & legatis politia vſuram reprehendat,& hanc iniquitati,labori,& dolo coniungat. D

✱Hilari. Precipita à Grecis καταπόντισον, inumiatum,quod eſt demergens in profundum, & his verbis captiuitatis, & diſperſionis pena depoſcitur.

a Auguſt.Mentis vbi nullus,niſi Deus cum eo vbi quies.Sed etia extra tribulatio Expectabam inquit. b Ibi etiam. c Aug.Saluat nos Chriſtus dum fides eius inardeſcit excitatur a nobis, & dum videmus,quæ pro nobis tulerit.

a b & manſi in ſolitudine[a]. ✱† Expectabam[b] eum, qui ſaluum[c] me 1 2

a Auguſt.Caſſ.Qui ſupra dixit ſe turbatum. b ¶ Aug.In qua,& Petrus excitauit eum dormientem dicens.Domine perimus. ¶ Seditionibus. c ¶ Me ſaluaſti:illos autem,qui ſe extulerunt.

c † fecit à puſillanimitate ſpiritus, & tempeſtate[b]. † Præcipita[c] 3 4 5

a Qui male conſpirauerunt in turre ſuperbiæ ædificanda. b ¶ Perfidiam eorum, qui non credunt.

d domine, diuide linguas eorum[a], quoniam vidi iniquitatem[b], 6 7

a ¶Quia contra Myſteria Chriſti agunt. b ¶ Et quia iſta ibi vidi, ideo fugi in ſolitudinem. ¶In Babylonia,quæ turrem ſuperbiæ ædificauit. c ¶ Aſſidue non ad horam. d ¶Auguſt.Hæc turbare ſolent iuſtum,vt vellet auolare.

e & contradictionem in ciuitate[b]. Die[c] ac nocte circundabit[d] 8

¶ Babyloniam. a ¶ Auguſti.Principes eius munimenta ciuitatis, qui arca circumueniente cadent 7 die tanquam muri Iericho,quando poſt hanc vitam,quæ ſeptem diebus agitur ſingulorum merita diſcutiet Chriſtus. b ¶ In oppreſſionibus aliorum. c ¶ In communi plebe. ¶Quaſi in ea tota. ¶Quaſi in maioribus,& minoribus. d Ideſt qui.

f eam ſuper muros eius iniquitas[a], & † labor[b] in medio[c] eius, et[d] 9

a In iudiciis faciendis. Quia ſemper durat. b Caſſ.In aperto lucrati ſunt,& deceperunt, quod vtrunque lex prohibet. c Aug.Non abſconduntur,quia mala ſunt, ſed publice fiunt.

g † iniuſtitia. Et non defecit de plateis[b] eius vſura[c], & do- 10

a Ita in ciuitate fac. Præcipita diuide,quia non ſolum aperti, ſed & occulti. b Aliquis manifeſtus. c Iurgiis.

h lus. Quoniam[a] ſi inimicus[b] meus maledixiſſet mihi, 11

a Quia non inopinatum malum eſſet. b Nullam notitiam mei habuit.

ſuſtinuiſſem[a] vtique. Et ſi is, qui oderat[b] me, ſuper me 12 13

a Aug Mihi ſuperbe inſultaret,magnificaret ſe ſupra me minaretur mihi. Auguſtin.Inter eos,qui intus ſunt mecum in eccleſia. Non vindicaſſem. b Qui foris eſt.

i magna[a] locutus fuiſſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo[b]. 14 15

d *Diuide.*Caſſ. Ne ſit ſupba vnitas, ne malitia habeat effectum.
c *In ciuitate.* Hæc eſt ciuitas de qua per Prophetam dominus: Ego deus,& non homo, & ciuitatem non ingredior. Eſt tamen alia quam deus inhabitat, de qua dicitur: *Non poteſt abſcondi ciuitas ſupra montem poſita.*
f *Et labor in medio eius,&c.* Auguſ. Iam labor ī medio, quia iniquitas,quies autē in humilitate.
g *Vſura,&c.* Aug. Quia plus exigit in iniuria. Vel qualibet re, quam accepit nō dimittit, vt ſibi dimittatur.
h *Quoniam ſi inimicus.* Caſſ. Exprobratio Iudæ dum ex perſona Chriſti legitur: Vel hucuſque de apertis inimicis egit eccleſia, iam nunc de occultis.
i *Abſcondiſſem me forſitan ab eo,&c.* Caſſiod.Magna patientia,ita locum daret verbis, vt ſe abſconderet ne videret aduerſarium.

Oſee.11.d. † Feſtinabo eruere me a vēto,qui ſuſcitatur a turbine. † Perime. E
Matth.5.b.
† aſſliſtio.
F † forſitan.

a Tu vero

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et manſi in ſolitudine.* Ideſt,in deſerto,ſecundum,quod habetur primi Reg.23.
2 *Expectabam eum,qui ſaluum me fecit.* Q.d.licet manus Saul protunc euaſiſſem, tamen magis confidebam de protectione dei,quam de aſperitate deſerti,quia Saul poſtea quæſiuit eum ſuper abruptiſſimas petras,quæ ſolis ibicibus peruiæ ſunt, vt habetur primi Reg. 24.
3 *A puſillanimitate ſpiritus.* Ideſt à timore nimio,cum eram in Ceila recluſus.
4 *Et tempeſtate.*Scilicet Saulis volentis me ibi obſidere.
5 *Præcipita Domine.* Hic cōſequenter Dauid arguit populū Ceilę,& primo deſcribit eorū culpā,& ſecūdo pęnā debitā, ibi *Veniat mors.* Circa primū dicit orando: *Præcipita domine, diuide linguas eorum.*Ideſt fac habitatores Ceilę,ita præcipitanter loqui, & diſcordanter ab inuicem, quod non poſſint perficere ſuam perditionem tradendo me in manib. Saulis.
6 *Quoniam vidi.* Ideſt, certitudinaliter intellexi.
7 *Iniquitatem,& contradictionem in ciuitate.* Quia quærūt me iniqui tradere,contradicentes innocentiæ meæ, vt patet ꝑ prædicta. *Vel dicit,* Contradictionem,quia non omnes concordabant ad tradendum eum.
8 *Die ac nocte circundabit eam ſuper muros eius iniquitas.* Quia aliqui intantum erant maligni, qđ diſcurrebant ſup muros ad videndū ne Dauid exiret, donec Saul cū ſuo exercitu veniſſet.
9 *Et labor in medio eius, & iniuſtitia.* Quia maligni, & iniuſti in hoc laborabant nocte,& die.
10 *Et non defecit de plateis eius.* Vſu.quia in ciuitate Ceilæ erant aliqui publici vſurarij, & mercatores fraudulenti.
11 *Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi.* Eo quod ſibi nocuiſſem.
12 *Suſtinuiſſem vtique.* Ideſt, habuiſſem cauſam ſuſtinendi patienter.
13 *Et ſi is,qui oderat me.* Manifeſte.
14 *Super me magna locutus fuiſſet.* Comminando mihi mortem,vel aliquid tale.
15 *Abſcondiſſem me forſitan ab eo.* Si vidiſſem me impotentem ad reſiſtendum.

Tu vero

## MORALITER.

1 *Et manſi in ſo.* Quia diſcipuli diſperſi prædicauerunt in Samaria,& in alijs locis,nomine ſolitudinis deſignatis.
2 *Expectabam eum.*Scilicet dominum noſtrum Ieſum Chriſtum fiducialiter eius petens auxilium.
† *Qui ſaluum me fecit,&c.* Quia Chriſtus diſcipulos non ſolum liberauit à tempeſtate perſecutionis,ſed etiam ab inordinatione timoris,quæ puſillanimitas nominatur.
5 *Præcipita.* Hic conſequenter arguit Iudæorū perſequentium culpa cum dicitur: *Præci.&c.* Quod factum fuit quando Saducæi mortē Pauli quærebant, & Phariſęi eū excuſabant Act.24.quia tamen iſti,& illi erant iniqui,ſequitur.
† *Circundabit eam,&c.* Quia ſicut Ioſephus dicit libro de Iudaico bello,illo tempore fuerunt in Ieruſalē, & Iudæa multæ diſſenſiones,& rapinæ.
11 *Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi.* Primi credētes Chriſto fuerunt natione Iudæi, & legalia obſeruabant,propter quæ debebant diligi ab eis, ſed Gentiles erant ab eis extranei.eſt ergo verbum eccleſiæ primitiuæ.
† *Si inimicus meus,&c.*Ideſt,ſi populus Gentilis,qui ſemper fuit contrarius Iudæis,me perſequeretur, haberem maiorē rationem ſuſtinendi.

Tu

A a *Tu vero homo.* Aug. Olim quia aliquando bonum cōſilium dediſti.
b *Vnanimis.* Caſ. Quia inter apoſtolos fuit Dux, ad caſtella & vicos premiſſus. Notus, quia preſciuit traditorē, vt ſic Chriſtus ſpecialiter contra Iudam loquatur.

Hier. Vel ſic generaliter contra quēuis Iudaicum. Tu his Iudæe, vnanimis, contra iſta ſūt eloquia Dei. Dux meus, quia ducē te feci ſuper populū meum. *Et notus meus.* Quia de eadem gēte mecum, Cur me occidis? Qui mecum ſimul dulces capie. *Cibos.* Legis inſtituta, vel bucellam.

† ſecundum ordinem meum id eſt, eui dē ordinis & ſodalis meus vel, qui ſ[illegible] mario mei i quem eſtimabam vt me ipſum & in honore habebā. † communitum vel, cum turba & extu. † ipſorum.

c *Vnanimis dux meus.*

B Aug. Qui aliquando bene monuiſti. Dux, feci te ducem ſuper populum meum. Notus, de eadem gente.

a Quid ergo reſtat niſi ſolitudo. Nulla enim peſtis efficacior quam familiaris inimicus, vnde. Inimici ho. do. e. Matth. 7. b. b Iudaice, vel Iuda, ſcilicet cum traucis, vel non eſt tolerandus.

a Tu vero homo † vnanimis, dux meus & notus meus. Qui 1 2 3
b c d
a Cum aliis. b Conuerſans. c Spirituales. Vnde Guſtate & videte. quoniam ſuaueſt dominus. Pſal. 30. b. d Sed quia modo extra domum eſt. Templo Ieruſalem 4
e ſimul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambula- 5
a Caſ. corporalis conuerſationis, quis in eius collegio erat Iudas. b Ideo. c Ignis conſumptionis. Ignis de cęlo, d Minores, qui conſentiunt maioribus. e Maiores qui ſunt autores mali.
f uimus cum conſenſu Veniat mors ſuper illos, & deſcendāt 6
g
a In voraginem terrenæ cupiditatis. b Aug. ſcienter peccantes. c Merito. d Aug. vbi peregrini, & tranſeunt, non enim hic ſemper inſunt. Quid ergo hic inſtant.
h in infernum viuentes. Quoniam nequitiæ in habitaculis 7 8
i
a Aug. in corde. b Alias in communi. c Aug. Illi ita peribunt. Corpus Chriſti. d Aug. In conturbatione exercitationis.
k eorum in medio † eorum. Ego autem ad Deum clamaui, 9
a Quod conſequens erat. Et ego. 10
l & dominus ſaluauit me. Veſpere, & mane, & meridie 11

g *Deſcendat in infernum viuētes.* Aug. Vt duces terra abſorpſit. Illi minores. ſ. conſenſerunt, & conſecuti ſunt, & ſtudio cōtentionis accenſi, a ducib. ſuis recedere noluerunt. Et iō venit ardor conſumptionis ſuper ardorē diſſēſionis. Duces vero abſorpti ſunt à terra ita hi ſcienter peccantes deſcendunt.
h *Viuentes.* Aug. Scientes quia pereunt, & tamen percūtes terrenę cupiditatis hiatu abſorbeantur.
i *In habitaculis.* Alienæ ſunt, nō naturales, ſed hoſpitio ſuſceptę, q. aduentitię, vel prius in habi. i. in occulto poſt in medio. i. in aperto.
* Baſ. & Theod. Habitaculum fuit, diuerſoriū appellāt hanc vitam, in qua diuerſamur, non habitamus.
k *Ego autē, &c.* Caſ. Affirmat quid ſibi & illis fiat, alternatim procedendo.
l *Veſpere & mane.* Hier. Quia ſaluauit, iō veſpere quo capiat. *Mane*, quo iudicatus. Meridie, quo crucifixus. *Narrabo*, præterita opera. *Nuntiabo*, virtutes & opera quæ faciet, & iō exaudiet, &c. *Veſpere.*

* Baſ. & Theod. Symmachus pro dux legit. Familiaris meus. Iudam autē proditorem aperte præfigurauit de quo in Euāgelio Qui manducat mecum panem ipſe ſuſtulit contra me calcaneum ſuum.
d *Notus meus. Qui ſimul.* Aug. Qui in eadem eccleſia mecum fuiſti.
e *Cibos.* Caſ. Corporales, qui ſoli iniquo poterāt eſſe dulces. Solet vir iniquitatis comeſſationibus miteſcere, vnde huic grauior culpa.
f *Veniat.* Caſ. Sicut ſupra apertis, ita hic occultis imprecatur. Et ne putetur vnus de quo agebat, cōmunicat pęnas Iudæis, ideſt, communiter Iudæis cum alijs imprecatur.

Auguſtinus, Hieronym. Veniat mors. Tangit hic initium ſchiſmatis, quando ſcilicet Dathan & Abiron mouerunt ſeditionem aduerſus Moyſen & Aaron ſicut in Numeris legitur, quos viuos terra abſorpſit cum tabernaculis, & omni Num. 16. ſubſtantia eorū. Chore quoq; & cum eo ducēti quinquaginta illorum ſequentes malitiam arripuerūt thuribula, vt incenſum adolerēt in conſpectu dñi, qui diuino igne conſumpti ſunt, qui etiā de populo quatuordecim milia & ſeptingē C tos vaſtauit. Et ideo venit noua mors ſuper eos. Ita iſte hic imprecatur malis. Et loquitur in eadem voce Chriſtus & eccleſia.

Aug. *Veniat.* Vt ſuper illos qui initium ſchiſmatis fuerūt, & ſeſe ſuperbi ſeparauerunt. Venit noua mors, aperuit. n. ſe terra, & viuos abſorpſit.

Auguſtin. De præteris *narrabo.* Mane de futuris *nuntiabo.* Meridie, quod non vergit in occaſum, in ſempiternis exaudiet vocem meam. *Veſpere* dominus in cruce, mane in reſurrectione. Meridie in aſcenſione. Veſpere narrabo patientiā mortis. Mane annūtiabo vitam reſurrectionis. In meridie. *Exaudiet ſedens ad dex. pa.* qui interpellat pro nobis Ecce quanta conſolatio. A tēpeſtate contra malos, foris & intus. i. in aperto & occulto. Sic & nos inter malos cū iſto oremus, plangamus, ſecuri dicamus. Redimet in pace, cōtra illos qui non amant pacem, quia amaui pacem.

Caſſiod. Narrare, ad veſpere pertinet, quo dixit omnia quæ

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Tu vero homo vnanimis. *Allequitur populum Ceilæ ſub nomine hominis, qui oſtenderat ſibi amicitiam tanquam habens cum eo vnam mentem.*
2 Dux meus. *Quia per nuntium adduxerant Dauid ad defenſionem ſuæ ciuitatis.*
3 Et notus meus. *Ex notitia. n. quam habebat Dauid cum eis uenit citius in eorum auxilium.*
4 Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos. *Quia populus ille conuiuabat cum Dauid ſicut cum amico familiari. In Hebræo habetur. Dulcerabimus conſilium, & in tranſlatione. Hier. Qui ſimul habuimus dulce ſecretum quia maiores ciuitatis Ceilæ aliquādo tractabant cōſilia cum Dauid in ſignum amicitiæ.*
5 In domo Dei ambulauimus cum conſenſu. *In Hebræo habetur. Cum ſtrepitu. i. cum turba magna, vt exponit Ra. Sa. & in idē redit, quia quando multi conſentiunt, vadunt ſimul in turba. Sciendum autem quod Domus Dei non accipitur hic pro templo quod erat in Ieruſalem, ad quod Dauid tunc non poterat, nec audebat aſcendere, ſed accipitur pro ſchola vel ſynagoga, quæ habebatur in qualibet ciuitate Iudæorum, non ad ſacrificandum, quia hoc ſolum erat licitum fieri in Ieruſalem, ſed quia populus ibi conueniebat ad audiendum legem & adorandum Deum.*
6 Veniat mors ſuper illos. *Hic conſequenter prædicit pęnam delictam di. Veniat mors ſuper illos, hoc dixit Dauid non zelo vindictæ ſed zelo diuinæ iuſtitiæ. Vel aliter.* Veniat mors ſuper illos. *i. digni ſūt quod veniat ſuper illos mors.*
7 Et deſcendant in infernum viuentes. *Sicut Core et complices eius, vt habetur Nu. 16. eo quod ingrati de beneficiis Moyſi rebellauerant ei, ita fecerunt habitatores Ceila ipſi Dauid, vt patet ex prædictis.*
8 Quoniam nequitiæ. *Scilicet, multæ ſunt in eis, vt patet per prædicta.*
9 Ego autem. *Hic tertio Dauid recolit circa ſe Dei beneficium tanquam gratus di.* Ego autem ad dominum cla. *Tanquam ad ſaluatorem meum.*
10 Dominus ſaluauit me. *De manibus Saulis, & inhabitatorum Ceilæ.*
11 Veſpere, &c. *i. tribus temporibus per diem.*

Narra.

## MORALITER.

1 *Tu vero homo &c.* Quia Iudei Chriſtianos perſequētes, tūc communicabāt cum eis in cibis legalib. & ſimul orabant in templo, quod erat domus Dei.
6 *Veniat.* Hic prędicitur Iudęorum perſequentium pęna cū dicitur. *Veniat mors, &c.* i. veniet per exercitum Romanorum.
7 *Et deſcendant.* Q. d. magis eſſent digni tali pęna quam Core, & adherentes ſibi, qui reſtiterūt Moyſi homini puro, isti vero reſtiterunt Chriſto, qui eſt Deus & homo.
9 *Ego autem.* Hic ponitur ex parte eccleſiæ gratiarum actio cum dicitur. *Ego autem ad dominum.* Confidens de Dei auxilio.
11 *Veſpere & ma. &c.* Tribus enim horis orabāt in die Iud.

Et

† vt

æ Iudas diſponebat. Nuntiare de mane, quando dixit Pila
. In hoc natus ſum, vt teſtimoniũ perhibeam veritati, &c.
Hil. Ex ſcientia prophetica talis tẽporũ ordo eſt conſtitu-
; quia ſecundum legis obſeruantiam a veſpere dies cępta.
Euthymius. Indicat tempora trium magnarum ſynaxeo
t collitarum Chri-
norũ matutinum
ſpertinũ, & liturgia
idẽs ad tres ſtatas
ſolemnes precatio
Iudęorum horas,
æ dicuntur ſacrifi-
m veſpertinũ, ma-
num, & pomeri-
num, quod appel-
t Minha.
*Appropinquãt mibi*.
mine nõ numine,
pore nõn mente,
nero non merito.
*Quoniam inter multos*
*t mecum*. Hieron.
g. Quia in multis,
cum. i. baptiſmo.
ngelij, lectione, fe
, & huiuſmodi, ſed
in paucis, mecũ.
omnib. ſacramen-
necum, ſed nõ in
, ſpe, & charitate,
: qua nihil ſunt omnia.
Aug. Vel, in multis, ideſt, in paleis, quæ multæ, non in gra-
quæ pauca, mecũ: & prope eſt palea tritico, de vno ſemi-
n vno agro, vna pluuia nutriuntur, ſub eodem meſſore,
em trituratione excutiuntur, eandem ventilationem ex
ant, ſed non vnum horreum intrant, ita & illi in multis
um.
aſ. & Theod. Symmachus. Cũ multis. n. facti ſunt aduer-
mei. R. Kimhi. quia multi angeli erãt mecum, mihi ade
ad me tuendum.
*xaudiet Deus, &c.* Caſ. Ad meridiem, quando emiſi ſpi.
e quanta breuiter myſteria vel ſaluabis mane & veſpere
eridie, vnde non ingratus narra. & annũtiã, & ipſe exau
, &c.
*umiliabit illos qui eſt ante ſecula*. Caſſiodor. De ſuperbia vt cre-

credant. Vel humiliabit, vt tollat locum & gentem. D
c *Non enim eſt illis commutatio, & non timuerunt Deum. extendit manum ſuam in retribuendo, &c.* Aug. Quia ſenſus perfidorum in commutabilis.
* Baſil. & Theod. Symmachus. Non enim mutantur, neq; timent Deum.
* Hilar. Secundum Apoſtolũ omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur.
f *Extendit*. * Baſ. & Theod. Tres ſic expoſuerunt Extendit manum ſuam in eos, qui placide cũ ipſo vixe-rũt. ſ. Saul in Dauid, & Iudas in Dominum.
g *Contaminauerunt*. Caſ. quia illi contaminauerunt & diuiſi ſunt, armantur amplius iuſti, liberantur infirmi, qui curã habent in Deum.
h *Ira*. Caſſ. Vindicta iudicij, qua diuidentur boni a malis vt grana a paleis. tũc cor, ideſt, volũtas Dei per prophetas & apoſtolos nunciata propinqua, omnib. nota erit. Vel, cor, id eſt, iuſti qui ſecreta domini ſui nouerunt, appropiabunt cum illi diuidentur. Vel illi contamina. ſuis appropiat.
* Baſ. & Theod. Iræ ſeruientes alia loquuti ſunt & alia cogitauerunt. Symmachus, lubrica magis ſunt ora eorum quam butyrum, cor vniuſcuiuſque eorum bella meditatur.
i *Cor.* Aug. Voluntas ſecreta Dei quę in ſcripturis cõtinetur.
K *Molliti ſunt ſerm.* Caſ. Vel ideo hoc illis, quia mollierũt ſermones adulando, qui ſunt iacula, dũ dicunt, reus eſt mortis.
Aug. Sed ſi tibi puero qui lacte minoris doctrinę nutriris, adhuc duri ſunt, ne iraſcaris vberib. eccleſiæ, ſed iacta in dominum, qui portus eſt, nõ in alium quieſt ſaxum naui, non portus fluctuanti in ſeculo.
l *Ipſi ſermones, &c.* Caſ. Quia molliti non perdunt virtutem, ſed F

† De con. diſ. 4. c nõ in verbis.

*Sela pſal. 3.
† extendit manum ſuam ad eos qui pacifici erant, cum eo vel, extenderũt, ſub. impii manus ſuas ad pacificos eius, vt ſit ſingulare pro plurali.
E

a Ita.
narrabo & annuntiabo, & exaudiet vocem meam. Redimet 1
a Aeterna. b Collocar dam. c Aug. Chriſtianis qui magis decipiunt, quam a perti idololatræ. 2
d Ficte laudant. 3
a in pace animam meam † ab his qui appropinquant mihi, 4
a Non cum paucis electis. b Me. ¶ Non ſolum pro me. 5
b c quoniam † inter multos erant mecum. † Exaudiet Deus & † 6
a Qui confidunt in duce qui heri cepit. b Quia in principio erat verbum quod eis non videtur. 7
c Merito humiliabit. 8
d e humiliabit illos, † qui eſt ante ſecula. * Non enim eſt illis 9
a Aug. peruerſi ſenſus. Sed permanent in peruerſitate. b Aug hoc remedio conuertitur homo. c Pro his pęna conſequitur, non aliud inde. A ſimili ferire volentis qui manus eleuat, vt grauius impingat.
f † commutatio, & non timuerunt deum, † extendit manum 10 11
a Ideſt, vt retribuat eis b Caſ. Quantum ad ſe, dum contraria agunt. ¶ Caſ. Peruertunt ſcripturas Non ſatisfuit non timere, nec mutari, ſed &. c Quod dicit. In ſemine tuo bene. omnes gentes. quod polluit qui contradicit.
g ſuam in retribuendo. † Contaminauerunt teſtamentum 12
a Per hæreſim. b Vel præ. c Ipſo irato qui tradidit eos in deſideria cordis eorum. d Aug. ſuis fidelibus. e Aug Vt intelligamus voluntatem eius, quia illis excitantur, qui probati ſunt: & intelligitur in ſcripturis quæ latebat Dei voluntas. vnde Congregatio taurorum in vaccis populorum, vt excludantur ideſt emineant & appareant qui probati ſunt argento diuini eloquijs
h i eius, diuiſi ſunt ab ira vultus eius, & appropinquauit cor 13
a Quia. Quæ obſcura in ſcripturis dura ſunt, expoſita molliuntur, & vſque ad oſſa penetrant.
k l illius. Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt 14

NICOLAVS DE LYRA.

1 Narra. *Diuina bñficia mihi collata, ſicut legitur de Daniele. Dan.* 6. *quod tribus tempor. bus in die adorabat Deum contra Ieruſalem.*
2 Exaudiet. *De futuro ſicut exaudiuit de præterito.*
3 Redimet. &c. *i. vitam meam.*
4 Ab his qui, &c. *i. a proditoribus Ceilæ, qui appropinquant mihi in ſigno amicitiæ.*
5 Quoniam inter mul. &c. *i. magno numero aſſiſtebant mihi ad nocendum, & in hoc erat grauius periculum. Tum quia erant multi, tum quia doloſi.*
6 Exaudiet de. *Scilicet deprecantem.*
7 Et hu. il. *Ad nihilum deijciendo.*
8 Qui eſt ante ſe. *ille qui eſt Deus æternus & potens omnia Et cauſa huius deiectionis ſubdit.*
9 Non enim eſt il. com. &c. *De peccato ad pœnitentiam, ſed ſunt obſtinati, & ſic non merentur veniam.*
10 Et non timuerunt Deum. *Sed magis contempſerunt, ſicut dicitur de obſtinato Pro.* 18. *a.* Impius cum in profundum peccatorum venerit contemnit, ſic dicitur.
11 Extendit ma. &c. in retri. *Secundum aliquos iſtud refertur ad populum Ceilæ, qui nitebatur retribuere ipſi Dauid malum pro bono, ſecundum alios refertur ad Deum, qui habet manum extenſam ad reddendam pœnam pro peccato, tempore tamen debito ſecundum ordinem iuſtitiæ ſuæ, & huic conſonat litera ſequens, cum dicitur.*
12 Contaminauerunt teſtamentum eius. *i. Dei legem, quæ prohibet perſequi innocentem.*
13 Diuiſi ſunt ab &c. *Ideſt, vultus populi Ceilæ, qui in vultu erant pacifici cum Dauid, & contrarium habebant in corde.*
14 Molliti ſunt ſermones eius ſuper ole. &c. *Quia in præſentia Dauid*

MORALITER.

† habetur Dan. 6. & hunc modum tenebat eccleſia primitiua.
2 *ex. vocem meam.* De futuro, ſicut fecit de præterito.
3 *Redimet in pace animam meam.* Ideſt vitam meam.
4 *Ab his qui appro. mibi.* Ad nocendum.
5 *Quoniam inter multos.* Id eſt, fideles.
† *Erant mecum.* Nã in eccleſia primitiua fuerunt pſeudo apoſtoli, & falſi Chriſtiani, fidelibus ſe iungẽtes ad nocendum efficacius.
6 *Exaudiet Deus.* Me deprecantem.
7 *Et humiliabit illos.* Per pęnam debitam.
9 *Non enim eſt illis commutatio.* De culpa ad gratiam per pęnitentiam veram.
10 *Et non timuerunt Deum.* Sibi manifeſte repugnantes, ideo ſubditur.
11 *Extendit manum ſuam in retribuendo, &c.* Pęnam illis debitã pro peccato.
12 *Contaminauerunt teſtamentum eius.* Ipſum irritãtes pro ſuis traditionibus Matth. 7.
13 *Diuiſi ſunt.* Exterius amicitiã ſimulãtes ad fideles Chriſti, & intus odium habentes, quales fuerunt pſeudo apoſtoli, *Iacta*

ſed cū armantur euangeliſtæ, & feriunt corda hominum ad amorem pacis, & a perplexis hereticorum queſtionib. liberant io ſermos.

Reg. 24. * Baſil.& Theod. Saul enim ad Dauidem dixit, Tunc es filius mi Dauid. & Iudas, Num ego ſum, inquit Rabbi? & oſculatus eſt eū. Aqui la pro iaculis haſtas reddit.

* Hil. De vnguento effuſo Iudas conqueſtus eſt.

a *Curam tuam.* Caſ. Cura ſæculi, vt vermis noſter nos conſumit ſed ſi cura in dño iactatur, nutrit. Salomon. *Sicut vermis ligno & tinea veſtimento, ita viri triſtitia nocet cordi.*

B b *Fluctuationem.* Caſſ. Et ſi hic, verba fluctuationis fuerunt. Contriſtatus ſum in exercitatione, &c.

Pro 25.c. 1.Cor.10. * Baſ. Hæc Apoſtolo conſonant dicenti fidelis eſt Dominus, qui non ſinet vos tentari, ſupra id quod poteſtis.

c *Tu vero, &c.* Aug. Hi tunc non fluctuabunt, ſed impij in puteum gehennę deducētur, quia non dimidiabunt, vt ſi quos egerūt in malo, reliquos agant in bono redimentes tempus, ſed oēs continuant in malo. Alij.n. incipiunt dies bonos ſed in malis cōtinue perſeuerant, alij dimidiant, alij implēt dies bonos, quia alij moriuntur in Aegypto, alii in deſerto, alij in terra ſancta. In Aegypto qui in tenebris vitiorū vſq; in finem vitę cōuerſantur. In deſerto, qui de confeſſione peccantes exeūtes erratū per pęnitentiā emendant. Implent dies, qui ſine crimine in opere iuſtitię vſque in finem vitæ perſeuerant. Hęc tria genera hominum figurata ſunt per ea quæ ſcripta erant in volumine Ezechieli oſtenſo, vbi ſcripta erāt hęc tria, carmen, lamentum & væ. Et dictum eſt prophetæ vt deuoraret volumen, id eſt in mentis intelligentiam traijceret hęc rum trium myſteria. Carmen cantant, qui peccatorum lapſum non ſenſerunt. Lamentum, qui a peccatis per lamentum pęnitentię reſurgunt. Væ, qui peccant & non pęnitent.

* Theod. Puteum interitus inuitabilem pęnam vocauit: nam qui in puteum luti & cœni prolapſus eſt mortem effugere non poteſt.

* Hilar. Capta ciuitate. Iuuentus non dimidiatis diebus eſt proſtrata.

* Rab. Puteum gehennam intelligunt.

d *Dies ſuos: ego au. &c.* Aug. Voluntarios non a Deo conſtitutos.

† gladii
† in Deum.
† non dabit in æternum mutationem vel neque permittet vt in ſtus vnquam loco ſuo moueatur.
† doloſitatis.

a Ergo: b Vel in. Tanquam in portum.

a †iacula. Iacta † ſuper dominum †curam tuam, & ipſe te nu- 1 2

a Et ſi hic. b Illis quid? Hic eſt ſtatus fluctuationis.

b c triet, & non dabit in æternum fluctuationem iuſto. Tu vero 3 4

a In tenebras ſubmerſionis. Nec differtur, quia, ¶ Caſ. Qui occidunt animas & corpora a'i mando

Deus deduces eos in puteum † interius. Viri ſanguinum, & 5 6

a In ſeditione. b Aug. Non proficient quantum putant, ſed intra tempus, peribunt. quod ſperant. c Aug. Quod non illis, & ideo perueniam ad æternum diem. ¶ Alius ſperaui

d †doloſi non dimidiabunt dies ſuos. ego autem ſperabo in 7 8 te domine.

C

## NICOLAVS DE LYRA.

* *Dauid loquebantur amicabilia et pacifica, & in occulto tractabant contraria.*

1 Iacta ſuper. &c. *Hic Dauid alloquitur ſe ipſum, vt in Deo ponat ſpem ſuam.*

2 Et ipſe te enutriet. *Quia in deſertis locis longo tempore vixit Dauid cum viris ſuis per Dei prouidentiam ſpecialem, vt patet 1. Reg. 10.*

3 Et non dabit in æternum fluctuationem iu. *Id eſt, ipſi Dauid & loquitur de ſe tanquam de alio. fluctuationem autem vocat perſecutionem Saulis per quam Dauid compellebatur fugere de loco ad locum, quæ non ſemper durauit, quia mortuo Saule Dauid in regem inunctus fuit.*

4 Tu vero, &c. *Scilicet, proditores & perſecutores meos.*

5 In puteum interitus. *Hoc eſt ad mortem, & ſubdit cauſam, dicens.*

6 Viri ſanguinum & doloſi. *Id eſt, quærētes effundere ſanguinem innocentem & doloſe.*

7 Non dimidiabunt dies ſuos. *Id eſt, non viuent ſecundum medietatem vitæ ſuæ naturalis, quia mors talium communiter acceleratur ſecundum dictum ſaluatoris. Mat. 26.e.* Omnes qui acceperint *gladium, gladio peribunt.*

8 Ego autem ſperabo in te domine. *Liberantem me a periculis, ita quod viuam ſecundum totum curſum vitæ meæ, quod patet 3. Reg. a. vbi dicitur, & rex Dauid ſenuerat, habebatque ætatis plurimos dies.*

Moraliter *autem poteſt exponi pſal. iſte de quolibet iuſto in perſecutione poſito, contra quem etiam ab ingratis fabricantur machinationes doloſæ, propter quod orat deuote ab iſtis liberari, quem dominus exaudiet & aduerſarios eius puniet. Et ad hoc poteſt de facili applicari litera conſideratis prædictis.*

## MORALITER.

1 *Iacta ſuper dominum.* Hæc verba ſunt eccleſiæ ſuos filios confortantis.

2 *Et ipſe te enutriet.* Sacræ ſcripturæ verbo & euchariſtiæ ſacramento.

3 *Et non dabit in æternum fluctuationem iuſto.* Nauis enim eccleſię non ſic fluctuauit in tribulationib. a tempore Conſtātini ſicut ante.

4 *Tu vero Deus de. &c.* ſ. tyrannos quorum multi per diuinam vindictam ſunt occiſi deſcendentes ad pęnam inferni, ideo ſubditur.

6 *Viri ſang.* Ideſt, effuſores ſanguinis innocentis.

7 *Non dimidiabunt, &c.* Frequenter.n. moriuntur ante medium vitæ ſuæ ſecundum curſum naturæ.

8 *Ego au. ſpera.* Verbum eſt eccleſiæ ſuper Chriſtū fundatæ.

## ADDITIO I.

*In pſal. 54. Exaudi Deus.* Vbi dicitur in poſt. *Contaminauerunt teſtamentum eius.*

Melius videntur iſta verba referri ad Deum, vt ſit ſenſus. *Contaminauerunt teſtamentum eius.* i. legem Dei, in cuius pęnam diuiſi ſunt ab ira vultus eius. ſ. Dei. Et hanc diuiſionem & diſcordiam imprecabatur eis Pſal. ſupra in eodem pſal. dicens. *Pręcipita domine & di. &c.*

## ADDITIO II.

*In eod. pſal.* Vbi dicitur in poſt. *Moraliter aūt poteſt exponi.*

Potius vī pertinere ad ſenſum literalem exponere iſtum pſal. de quolibet iuſto in perſecutione poſito, &c. ad quē ſenſum proprie & de facili litera applicatur. Et talis ſenſus erit notabilior & vniuerſalior, quam exponēdo contra habitatores Ceile. de qua hiſtoria iam plures pſalmos Dauid fecerat.

REPLICA. *In pſal. Exaudi Deus.* Cum poſtilator exponit illum paſſum. *Contaminauerunt teſtamentum eius, diuiſi ſunt ab ira vultus eius.* De peruerſis quorum vultus & ira ſunt diuiſi, quia per vultum publice blandiuntur, & per iram occulte ſęuiunt, ponens exemplum de Ceilenſib. qui Dauid venerabātur in publico ſed occulte apud Saul eū tradere conati ſunt. Burg. autem vult melius exponere, dicens quod vultus debeat ad Deum referri, vt ſit ſenſus, quod peccāti diuiſi ſunt ab ira vultus Dei. Sed iſta expoſitio non videtur propria quod mali in pęnam diuidantur ab ira vultus Dei, nam eſto quod diuidantur a gratia & lenitate vultus Dei, non tamen ab ira quia huic merentur ſemper ſubijci, & ab illa ſemper puniri, & habere vultum Dei iracundum quaſi ſemper præſentem, & per conſequens non diuiſi ab ira vultus Dei. Nec valet quod Burg. addit, quod iſte pſalm. non poteſt eſſe de Ceilenſibus quia multi pſalm. alij ſunt de illa materia, ex quo non ſequitur igitur iſte non. Nec valet, Materia huius pſal. eſt de perſecutionis generaliter, quia cum hoc ſtat quod ſit de Ceilenſibus ſpecialiter & exemplariter.

## GLOSSA ORDINARIA.

A -*In finem &c.* Auguſt. Populus qui à ſanctis longè fit in ti[tu]li inſcriptione, cui contradicit tam Iudæus quàm omnis [q]ui non vult habere regem Chriſtum, & ipſi qui tribulant [e]ccleſiam: contra quos hic pſal. confirmat eccleſiam.

*In tituli inſcriptio[ne] ipſi Dauid, cum tene[ren]t eum.* Auguſt. Ti[tu]li inſcriptio: & ſi [po]pulus inſtaret nō deleta, quia pro[ph]etatum eſt etiā in [h]o pſal. ne corrum[pere]s tituli inſcriptio[nem]. Populus qui lōgè [a ſa]nctis, perſecuto[res], qui eccleſiam ſi[cut] vuas calcant.

B c *Allophyli.* Auguſ. [Ite]m quòd populus à ſanctis longè fa[ctu]s eſt.

d *Geth.* Auguſt. id e[ſt] in torculari. Legi[tur] Dauid in illa ciui[tate] peregrinus fuiſ[ſe], ſed non retentus. Chriſtus ex eius [ſem]ine natus, non ſo[lum] in ſe, ſed ad[huc] in corpore ſuo tenetur in preſſuris quæ vtiles ſunt. Au[ge]t enim ſanctorum merita, & vinū iuſtitiæ inde emanat, [v]ua, quę dum ante torcular integra eſt, nihil inde manat, [ſe]d cùm premitur, ſterilis non eſt.

### PSALMVS LV.

: Baſil. & Theodo. Dauidi Saulem fugienti, & Populo captiuo in babylone Pſal. cōuenit. Dauid autem bis in Geth profectus eſt, ſemel cum velut hoſtis agnitus inſania ſimulata aufugit, iterum cū vt amicus ibidem cōmoratus eſt. Pſalmus ſcriptus eſt cum primum fuga ſibi conſuluiſſet. D

a ¶ Chriſtum. b ¶ Saluando, vel contra populum, vt perſecutores qui eccleſiam ſicut vuas calcant.

a b † In finem † pro populo, qui à ſanctis longè factus eſt, † in

a ¶ Immutanda. b ¶ Chriſto. c ¶ Alienigenæ perſecutores Chriſtiani nominis.

c tituli inſcriptione ipſi Dauid, cùm tenerent eum Allophy-

a ¶ In torculari in preſſuris ſcilicet tribulationum.

d li in Geth.

### PSAL. LV.

¶ Aug. Ne deficiam in conculcatione:

e MIſerere † mei Deus, quoniam † con- 1

a ¶ Aug. Sicut vuam in torculari, vt vinum exeat.
b ¶ Diabolus ¶ Aug. Qui longe à ſanctis factus eſt, de quo Matth. 13. d. Inimicus homo hoc fecit.
c ¶ Aug. Toto tempore: nullus enim viuit in Chriſto ſine tribulatione.

f culcauit me homo: tota die † impu-

a ¶ Non quod merito meo, ſed quia inimici.
¶ Caſ. Quaſi pedibus vuam.

gnans † tribulauit me. Conculcaue-

a ¶ Aug. Membra diaboli. ¶ Qui longè à ſanctis.
b ¶ Neceſſe eſt, vt miſerearis.

runt me inimici mei tota die, quo- 2

a ¶ Alti ſunt qui conculcant: ſed die, non diu. ¶ Quia multi: ſed timebo ab altitudine diei, à potentia eis ad horam data. Non ſed ſperabo. Vel quia multi bellantes aduerſum me, ideo timebo ab altitudine diei.

g niam multi bellantes aduerſum me. * † Ab altitudine 3

MIſerere mei Deus. Caſ. Orat eccleſia ſummatim tangens tribulationes, in quibus per ſpem Dei finit ſe nō timere, id eſt, in fine primæ partis dicit ſe non timere. † vide pſal. 15.

* Baſil. & Symmachus omni die, ideſt aſſiduo. † abſorbuit.

E f *Impugnans tribulauit me &c.* Aug. Hō viſibiliter, diabolus īuiſibiliter, vñ periculoſior eſt tribulatio. † bellans.

g *Ab altitudi.* Caſ. Altitudo diei mundus, vbi ſuperbiæ timor, vt grauior ſit tribulatio. dicit ſe à ſuperbis conculcari. Aug. Ab altitudine. Alia litera, cōculcauerūt me inimici mei tota die, hoc eſt toto tpe. Ab altitudine diei, i. quia diē. i. Chriſtū in alto lucentē nō cognouerūt. Vel q̄a alti, licet ad horā. die. ſ. nō diu, ſed nō timendi, qm̄, & ſequitur, multi qui debellāt me timebūt, cum dies altitudinis eorū tranſierit. Ego verò nō dico, nō timebo, ne de me p̄ſumere videar, ſed ſperabo, qđ eſt cā non timendi. Nō timet aliquis duritia cordis, vel ſuperbia, qui eſt ſtupido F

* ſuperbè, vel, (animoſe, aut altiſſimè.) † In die quo timebo, ego in te ſperabo.

## NICOLAVS DE LYRA. PSAL. LV.

MIſerere Deus &c. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo:* Ad victoriam ſuper columbam mutam elongatum Dauid michtam, qn̄ tenuerunt eum Philiſthæi in Geth. *Ad cuius intellectum ſciendum, quod ſecundum aliquos Hebræos michtam eſt dictio compoſita ex mich, & tam, & ſic ſignat hominem ſimplicem vel perfectum, & hoc modo accipit Hieron. qui ponit talem titulum.* Victori pro columba muta, eo quod procul abierit Dauid humilis & ſimplex, qn̄ tenuerunt eum Philiſthæi in Geth, *& ſecundum iſtum ſenſum oportet hic ſupplere per talem modum: Dauid humilis & ſimplex ſupple fecit Pſal. iſtum, quando tenuerunt eum Philiſthæi in Geth. Secundum alios verò michtam eſt nomen cantici ſpecialis, ſicut mottetus apud nos, vel hoquetus. Et dicit Ra. quòd ſignat canticū pulchrum vel decens: & ſecundū eos hic eſt ſenſus tituli Hebraici: Michtam Dauid, id eſt, canticum Dauid decens, ab eo factum quando tenuerunt eum Philiſthæi. De iſta autem tentione dicunt aliqui expoſitores noſtri, quod intelligitur, quando Ieſbibenob Philiſthæus niſus fuit percutere Dauid, præſidioque ei fuit Abiſai filius Saruiæ, & percuſſum Philiſthæum interfecit, vt habetur 2. Reg. 21. Sed iſtud non videtur verum: quia Dauid nō fuit ibi captus, imo habuit victoriam: Præterea illud bellum non fuit in Geth: & ideo Ra. Sa. exponit hoc de Dauid quando fugiens à facie Saul venit ad Achis regem Geth, quem cum cognouiſſent Philiſthæi, dixerunt. Nunquid non iſte eſt Dauid rex terræ? vt habetur. 1. Reg. 21. c.* & tunc tenuerunt eum adducentes ad Achis vt interficeretur, *ſed Achis credens eum eſſe furioſum, eiecit eum: & ſic ſaluatus fuit. De hoc ergo Dauid fecit hunc pſal. & ſimiliter. 34. ſicut dictum fuit ibidem. Sed pſal. 34. magis reſpicit euaſionem Dauid ad mandatum Achis, propter quod ille pſalm. incipit à gratiarum actione ſic.* Benedicam dominum in omni tempore &c. *Iſte autem pſal. magis reſpicit captionem ipſius per quam fuit in periculo: propter quod incipit ab imploratione diuinæ miſericordiæ ſic:* Miſe. mei Deus &c. *De eadē enim materia Dauid aliquādo plures pſal. fecit, vt ſatis patuit per ſupradicta. Sciendum etiam quod Dauid hic vocatur columba muta elongationum. Columba, quia fuit ſine felle amaritudinis: quia Saulem ipſum perſequētem ad mortē, bis ſaluauit à morte, vt habetur. 1. Reg. 24. & 26. Muta, quia tentus à Philiſthæis nō audebat loqui idioma Hebraicum, ſed mutauit os corā Achis, ne amplius cognoſceretur, vt habetur. 1. Reg. 21. Dicitur etiam columba elongationum, quia timore Saulis fugerat extra terram Iſrael ad terram Philiſthinorum. Quid autem ſignificetur per hoc quod dicitur in titulo: Ad victoriam: frequenter dictum eſt, ſcilicet conatus Leuitarum. & ſic patet ſententia tituli Hebraici, & ſimiliter tituli Hieronymi, quæ eſt eadem in ſubſtantia. Patet etiā autor huius pſalmi, & materia in generali. Secundum hoc igitur pſalmus iſte diuiditur in tres partes: quia primò ponitur ipſius Dauid deprecatio. Secundò deprecationis exauditio, ibi.* Sicut ſuſtinuerunt. *Vel potius ibi. Pro nihilo. vt videbitur. Tertiò gratiarum actio, ibi.* In Deo laudabo. *Circa primū dicit Dauid.* Miſerere mei Deus, quoniam conculcauit me homo. *id eſt, homines, eo modo loquendi quo dicitur, Exod. 8. e.* Venit muſca grauiſſima, *id eſt, multitudo muſcarum. Plures enim Philiſtæi tenebant eum impingentes eum, & conculcantes ſicut morte dignum. ideo ſubditur.* Diuiſio.

2 Quoniam multi bellantes aduerſum me. *Quia quærebant eum occidere, vt prædictum eſt. In Hebræo habetur ſic.* Multi bellātes aduerſum me altiſſime. *quaſi diceret: Tu Deus qui es altiſſimus, libera me ab iſta multitudine, à qua non poſſum me defendere: & verſus ſecundus incipit ſic:* Quacunque die timebo &c: *& tunc litera eſt plana, cum ſubditur.* Ego verò in te ſperabo. *In quacunque die occurrerit mihi materia timendi. Et ſic pro eo quod dicitur in principio huius verſus in tranſlatione noſtra.*

3 Ab altitudine. *quod eſt de præcedenti verſu, in Hebræo eſt, altiſſime. Et hoc modo ſignantur verſus in tranſlatione Hieron. Poteſt etiam exponi tranſlatio noſtra ſic:* Ab altitudine diei timebo. *id eſt, tempore altæ diei: quia fugitiui qualis erat Dauid, magis timent de die quam de nocte: quia non poſſunt ita de facili ſe abſcondere & euadere de die ſicut de nocte.*

Ego

## MORALITER.

1 *Miſerere mei Deus quoniam conculcauit &c.* Pſalm. iſte fuit oratio Dauid quādo de Geth euaſit, vbi Philiſthæi voluerāt eum occidere 1. Reg. 21. Moraliter autem poteſt exponi, q̄ ſit p̄o cuiuſlibet innocētis in periculo mortis poſiti pro ſua euaſione deprecantis, cum dicitur. *Miſerere mei Deus quoniam conculcauit me homo.* & nō Deus. Quaſi diceret. Si tu Deus me punires pro peccatis meis, deberem in patientia ſuſtinere.

2 *Quoniam multi bellantes aduerſum me.* ſ. dæmones cum malis hominibus. quoniam eos incitant ad perſequendum innocentes. Sed quia non ſunt timēdi in comparatione Chriſti, qui præerit in die iudicij, ſequitur.

3 *Ab altitudine diei ti.* id eſt, à Chriſto, qui non ſolum eſt altus, ſed etiam ipſa altitudo.

In pſalm. *Eripe me,&c.* Quem poſtil.exponit de Dauid cuſtodito in ſua domo,&c.prout titulus huius pſalm.formaliter ſonat. Burgenſ. qui conſueuit titulos magnificare,& ſecundum formam tituli materiam pſal. aſſignare, hic dimittit formam ti.exponens pſal. iſtum de Chriſto cuſtodito in ſepulchro redarguens poſtil. qui ſecundum formam ti.accepit materiam pſal.ad cauendum ſententiarum inuolutionẽ. Catholice poteſt dici, quòd literalis ſenſus huius pſal.prim⁹ F
eſt de Dauid iuxta formam tit.ſed per allegoriã eſt de Chriſto,cuius figuram geſſit Dauid in multis,vt ſupra ſępe dictũ eſt,& ſpecialiter in hac materia huius pſal. Et cum Bur.dicit hunc ſenſum fore literalem de Chriſto, conceditur ei,ſicut ſupra,quòd eſt ſenſus principalis,ſed non primus ad literam ſecundum vocum ſignificationem: Eſt igitur ſenſus literalis primus de Dauid tanquam de figura, ſed principalis eſt de Chriſto tanquam figurato. Argumenta autem Burg.de applicatione quorundam verſuum modici ponderis ſunt,nam ſunt quędam congruentię applicabiles pro, & contra, quę de neceſſitate rationis nihil concludunt.

GLOS.

## GLOSSA ORDINARIA.

A a *In finem pro his.* Aug. In hiſtorijs non legitur, quòd Dauid cōuerterit Ioab, vel quod in huiuſmōi vaſtationib. aliquid ſuccē derit. Sed ſuperficie hiſtorię relicta, ſicut in pleriſque alijs ſit ad ſpiritualem dirigimur intelligētiā, q̄ ex nominū interpretationib⁹ ſumitur. Interpretatur enim Meſopotamia eleuata vocatio. Syria, ſublimis. Sobal, vana vetuſtas. Ioab, inimicus Edom, terrenus. His omnibus figurātur elati magnitudine terrenę vanitatis quos oēs Chriſtus igne charitatis quem in terra dignatus eſt mittere, accendit, & cōuertit inimicum in fugam, hominem ad fidem, terrenos, vt viuant cœleſtes.

2. Reg. 8. d. pſal. 4.

† vide. † Super Suſan teſtimonium. † quod doceretur, quomodo deſideniſ (vel pugnauit con tra Syriam. † idumęam.

B ✻ Baſi. & Theod. Hęc Regum hiſtoria deſcribit. Pręuidet autem populum preuaricaturum, captiuum abducendū, & penitentē reducendū. Ideo inſcripſit. Pro ijs, qui mutabūtur.

Baſil. 2. Reg. 8. d.

b *Doctrinam.* Aug. Mutabunt' in doctrinā: Oportet .n. in ei⁹ doctrinam tranſire cū, qui vult titulum eius habere, ſed qūo nos mutaret? Meſopotamia, eleuata vocatio, tot' mūdus vocatione eleuatus. Syria ſublimis, ſed inceſſa humiliat', vt melius exaltetur. Ioab inimicus conuertitur, ſi diabolus eſt, in fugam, ſi homo, ad fidem. Sobal, vana vetuſtas in vitę nouitatem. Edom terrena vita in cęleſtem.

Luc. 12. f.

C c *Et percuſſit.* Aug. Cum percuſſit Edō gladio ſpiritus, i. verbo, pcuſſit duodecim millia ī valle Salinarū. Duodecim milia perfectus numeru eſt, cui deputatur numerus apoſtolorū, qu de quatuor mūdi pa tibus ad trinitatē vocātur, ergo per 12. milia totus mundus per cuſſus eſt. Vallis e humilitas. Salinę ſap rem ſapientię ſignif cant, quia multi van humiliātur pro terre nis paſſi. Paſſi ſunt, & hęretici, ſed bonū e ſapienter humiliari, p domino. Docet be tam eſſe cōtritionem, per q̄ probat cōmutandos ad ętern

a ¶ Pſalmus dirigens. ¶ Id eſt Chriſtum. b ¶ Id eſt de. ¶ De veteri vita in nouam.

a † In finem † pro his, qui commutabuntur in tituli inſcri-

a ¶ Suſcepta per fidem. ¶ In regnum Chriſti. b ¶ Chriſto, vt ei viuant. c ¶ Eius tranſeuntes. d ¶ Non hiſtorialiter, ſed ſpiritualiter igne, ſ. Dei.

b ptione ipſi Dauid † in doctrinam, cum ſuccendit Meſopo-

¶ Vel Syriam. a ¶ Id eſt omnes de quatuor mundi partibus ad fidem ſanctæ Trinitatis per apoſtolicam doctrinam vocatos in humilitate ſapienti. & diſcreta.

c tamiam Syriæ, & Syriam Sobal, & † conuertit Ioab, & percuſſit † Edom in valle Salinarum duodecim milia.

### PSAL. LIX.

a ¶ O. ¶ Vox percuſſorum in melius mutatorum. b ¶ A malis. c ¶ Augu. Qui mali eramus. d ¶ Aug: Male ædificatos, vt erigeres. e ¶ Aug. Non miſereris niſi iraſceris, ita eſt vetuſtati, vt pereat, miſericordia innouat hominem interiorē, etſi exterior corrumpitur.

d Deus repuliſti nos, & † deſtruxiſti nos, iratus es, 1 2 3

### PSALMVS LIX.

Deus repuliſti nos. Caſſ. Primo referuntur percuſsione facte pro ęternis pœnis vitandis.

*Repuliſti.* Caſ. In Adā. Et deſtruxiſti ab imortalitat Quia iratus es p peccatis, & tn̄ miſert', p filiū; ſic q; cōmo ſti ab errore: Et turbaſti, pnīa, vt ergo cępiſti, perfice, ſan

d *Deſtruxi.* vt erigeres ī bonū ędificiū male ędificatos. H

## NICOLAVS DE LYRA.
### PSALMVS LIX.

1 Deus repuliſti. *Huic pſal. pmittitur talis titulus in Hebręo ſecundū Rab. Sa.* Ad victoriā ſup roſę teſtimoniū ſuaue canticū Dauid ad docendū qn̄ pugnauit 𝔠 Arā fluuiorū, & Syriam Sobal, & reuerſus eſt Ioab percuſſit Edō in valle Salinarū 12. milia. *Ad cuius intellectum ſciendum, quòd Dauid miſit Ioab, & omnem exercitum bellatorum contra filios Ammon, qui iniuriati fuerant nuntiis Dauid, vt habetur. 2. Reg. 10. & debellatis filiis Ammon, & Syris, qui venerunt in eorum auxilium, Ioab rediit in Ieruſalem, vt habetur 2. Reg. 10. & poſtea Dauid cum toto exercitu ſuo expoſuit ſe, vt iret ad pugnandum contra Syros, vt ibidē habetur. Dicit igitur Rab. Sa. quòd Syri hoc audientes miſerunt nūtios ad Dauid dicentes, quòd non erat ei licitum venire contra ipſos propter fœdus, & iuramentum, quòd fecerat Iacob cum Labā Syro, vt habetur Gen. 31. & tunc Dauid conſuluit ſapientes legis, qui reſponderūt ei, quòd erat licitum, eo quòd Syri prius fregerant iuramentum veniēdo ad bellum contra ſeruos Dauid in auxilium Ammonitarum, vt dictum eſt, & quia Cuſaraſathaim rex Syriæ impugnauerat filios Iſrael eos ſubiiciens ſeruituti ſuæ per 8. an. vt habetur Iud. 3. dicit igitur Ra. Sa. quòd in ti. prædicto per roſam intelligitur cœtus ſapientum, qui teſtificatus fuit ipſi Dauid, quod licite poterat contra Syrios ad bellum procedere, & quantum ad hoc dicitur; Super roſæ teſtimonium, id eſt, reſponſum datum ipſi Dauid per cœtum ſapientum, de quo reſponſo, et victoriis ſequentibus, quæ tanguntur in quodam generali titulum ſubditur.* Qn̄ percuſſit Arā fluuiorū, &c. *fecit Dauid pſal. iſtum. Secūdum hoc igitur ſenſus huius tituli eſt: Canticum ſuaue Dauid ſupple eſt iſte pſal. ab eo factus. Super roſæ teſtimonium, ideſt propter reſponſum ſibi datum a cœtu ſapientum per roſam deſignato. Ad docendum, ſ. ipſū Dauid. quòd licitum erat ſibi pugnare contra Syrios, quid autem ſignificet.* Ad victoriā. *in principio tituli frequenter, ſupra dictum eſt.* Qn̄ *percuſſit Aram fluuiorum. Aram eſt nomen ciuitatis, in qua habitabat Laban Syrus. Et dicitur fluuiorum, quia erat in medio duorū fluminum. propter quod alio nomine vocatur Meſopotamia, à μέσος, q eſt mediū in Græco, & ποταμὸς, quod eſt fluuius. Et reuerſus eſt Ioab, ſcilicet, in Ieruſalem Ammonitis, & Syris, vt prædictū eſt.* Et percuſſit Edō, &c. *Iſta victoria attribuitur Dauid 2. Reg. 8. d. vbi dicitur.* Fecit quoq; ſibi Dauid nomē cū reuerteret' à capta Syria in valle Salinarū cęſis duodecim milib. *& ſequitur.* Et facta eſt vniuerſa Idumęa ſeruiēs Dauid. & 1. *Para. attribuit Abiſai. de quo dicitur 1. Paral. 18. c.* Abiſai vero filius Saruię percuſſit Edō in valle Salinarū: *Hic aūt attribuitur ipſi Ioab. Dicendū, q iſti tres fuerunt in illa victoria, quia facta fuit in reditu Dauid de Syria, ad quam capiendam iuerat cum toto exercitu ſuo, vt prædictum eſt. Et attribuitur hęc victoria ipſi Dauid tanquam regi. Ioab vero tanquam principi militiæ: Abiſai vero tanquam duci vnius aciei, qui fecit probitatē notabilem in illa victoria, propter quod attribuitur Abiſai tanquā du Non eſt enim inconueniens idem attribui diuerſis perſonis rationib. diuerſis. Duodecim milia. 1. Paral. 18. ponuntur. 18. milia. Nec eſt contradictio, quia minor numerus includitur in maiori. nec ponitur hic minor numerus cum præciſione partis excedentis, quæ 1. Para. exprimitur. In tranſlatione vero Hier. talis ponitur titulus.* Victori pro lili teſtimoniū humilis, & pfecti Dauid, ad docēdū qn̄ pugnau aduerſum Syriam Meſopotamię Soba, & reuerſus eſt Ioab & percuſsit Edom in valle Salinatum. 12. milia.

Materia pſal.

*Ad cuius intellectum ſciendum, quòd vbicunque in vete. teſt. Hie transfert lilium, vel lilia, Hebræi dicunt roſam, vel roſas, ſicut dictu fuit ſupra pſal. 44. idem tamen importatur per vtrunque, ſcilicet cœtus ſapientum. Et licet hic ponatur ſingulare, ſcilicet roſa ſecundu Hebræos, Hier. tamē transfert pluraliter dicens, liliis, eo quod quilibet cœtu ſapientum poterat dici roſa, vel lilium propter pulchritudinem pietiæ, & ſic totus cœtus dicitur lilia in plurali. Quod autem ſubditu Humilis, & perfecti Dauid, eſt quia dictio Hebraica michtam ſecū Rab. Sa. ſignat canticum decens, vel pulchrum, ſecundum Hieron. ve humilem, et perfectum. Quod autem dicitur hic. Teſtimonium humi & perfecti Dauid, non dicitur teſtimonium Dauid, eo quod dederit i ſum, ſed quia à ſapientibus fuit ſibi datum, vt prædictum eſt, & ſic tet expoſitio titu. Hier. ex his, quæ dicta ſunt in expoſitione tituli Hebraici:* Deus repuliſti. *Ad intellectum huius pſal. ſciendum, quòd an quam regnum Iſrael fuiſſet in manu Dauid ſimpliciter, fuerat multipliciter afflictum, & vaſtatum, vt patet tempore iudicum, & principio regni Saul, in quo Philiſthæi tenebant ipſum in tanta ſeruitu quòd faber ferrarius non erat in tota terra Iſrael, cauerant enim Philiſthæi, ne facerent Hebræi gladium, aut lanceam, ne poſſet rebellare habetur. 1. Reg. 13. Item mortuo Saule Philiſthæi intrauerunt ciuitates regni Iſrael unde fugerat populus, & habitauerunt ibi, ut habet 1. Reg. 31. Item poſt mortem Saul facta eſt longa concertatio de reg inter domum Dauid, & domum Saul, ut habetur 2. Reg. 3. propter Gentiles in circumitu regni Iſrael exiſtentes, multipliciter uaſtaut illud non habentes ualidam reſiſtentiam propter dictam contentio Dauid igitur hoc conſiderans fecit pſal. iſtum. in quo primo uaſtatio regni plangit. Secundo reſtitutionem eius prophetice prædicit, ibi.* liberentur. *Circa primum dicitur:* Deus repuliſti nos. *propter peccata noſtra.*

2 Et deſtruxiſti nos. *ideſt deſtrui permiſiſti.*

3 Iratus es. *contra regnum Iſrael temporibus præteritis, ut p ex dictis.*

Et miſertus es nobis, &c. *quia regnum in patre conſeruaſti*

1 *Com*

### MORALITER.

1 *Deus repuliſti nos.* Pſalmum iſtum fecit Dauid lamentans deſtructionē terrę Iſrael. antequā veniret ad regnū, & deprecans deuote dn̄m pro eius reformatione. Moraliter aūt per Dauid, q primo fuit paſtor ouiū, & poſtea rex, ſignificat' bonus prelatus ſecularis, vel religioſus ſecundū illud. 1. Pe. 2. *Vos eſtis genus electum regale ſacerdotium,* qui peccata popul plorat, & pro eius reformatione deum orat dicens. *Deus repuliſti nos.* propter peccata noſtra flagellando.

*Et miſertus es nobis.* citra condignum nos puniendo.

*Com*

eſt ciuitas trinominis, pri' Ieb' dicta, poſtea Salē, inde Ierſm Iebus conculcata. Salē pax. Ieruſalē viſio pacis interpretatur. Prius.n. in nobis conculcant' vitia, inde in pace, iuſtitia ædificiū bonorum operum conſtruit, deinde ad viſionē pacis in effabilis rapiemur. Hæc tria notant' hic p deſtruxiſti, miſert' es, & ſana. vnde dominus: *Ecce hodie, & cras dæmonia eijcio, & ſanitates perficio, & die tertia conſumor.* Hi ſunt paſca pētecoſtes & ſcenophegia, & hi ſunt tres dies dominicæ paſſionis, pęnitentia, iuſtitia, gloria.

a *Oſtendiſti.* Aug. Mutato enim homine in meli', ſequitur quod alibi dicitur in libro Ieſu filij Sirach: *Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia, & timore, & præpara animam ad tentationem.* Prior labor, eſt peccata vicere, vt muteris. Secūdus pro eo, quod mutatus es ferre aduerſa vſque in finem.

a ¶ Aug. Vibrato gladio ſpiritus cum dixiſti: Pœnitemini, & credite euangelio, appropinquabit enim regnum cælorum. b ¶ Conſcientia peccatorum accuſante.

& † miſertus es † nobis. Commouiſti terram, & contur baſti 1

a ¶ Paſſionem, & mortem. b ¶ Augu. Non eſt digna ſanari, niſi commota ſit. c ¶ Sana quia.

a eam, ſana contritiones eius, quia † commota eſt. Oſtendiſti 2 3

a ¶ Aug Qui etſi mutatus non mox æternus. b ¶ Aug. Iam tuo poſtquam viciſti. c ¶ Aug. non eſt peremptio perdens, ſed medicina vrens. Illo in quo non eſt luxuria, ſed compunctio. d ¶ Quare hoc?

b c d populo tuo dura, potaſti nos vino † compunctionis. Dedi- 4 5

a ¶ Augu per præſentes tribulationes ſignificaſti fugere ab ira æterna. b ¶ Quia ſi hic tā aſpere punit, quid in futuro. c ¶ Aug. ſt. Extenſus arcus minatur, ſed nondum ferit, quia iudicium nos terret, ſed nondum damnat. ¶ Iudicij.

e ſti metuentibus te, † ſignificationem, vt † fugiant à facie ar- 6

a ¶ Vt in futuro ab ærumnis ſeculi. ¶ In dexteram tuam collocando vbi vera ſalus.

f g cus. * Et liberentur dilecti tui, ſaluum fac dextera tua, 7 8

a ¶ Quia iam peto: quod dare vis, & neceſſe eſt hoc, quia Deus, &c. b ¶ Ideſt in Chriſto promiſit, ſcilicet, dixit ſancto, vnde ſalus.

h & exaudi me. Deus locutus eſt † in ſancto ſuo, 9 10

a ¶ Vnde. b ¶ Alias diuidam. c ¶ Aug. ideo humiliter militantes, quia tabernacula militantium ſunt.

i k lætabor, & partibor Sichimam, & conuallem † ta- 11 12 13

a ¶ Cum menſura prædeſtinatorum. b ¶ Aug. aceruus teſtimonii in martyribus, quando inter opprobria Chriſtiani nominis, Chriſtum conſtanter confitentur.

bernaculorum † metabor. Meus eſt Galaad, & meus eſt 14 15 16

ſagitta in priora fertur, ideſt, quanto magis differtur iudiciū, tanto grauius venturum eſt.

f *Et liberentur.* Caſſ. Diapſalmus. De liberatione, quam precatur, & affirmatur, pro qua gratæ ſunt percuſſiones.

g *Dextera tua.* Aug. Vt ſtem' ad dexterā vbi vera, & æterna ſalus de temporali ſalute fiat, ſicut vis. Saporē hēt de valle Salinarum, qui æterna petit de his ſemper audit iuſtus, de terrenis non, niſi vtiliter.

h *Deus locutus eſt:* Augu. Q. Hæc fiducia oro, q̄a deus in Chriſto promiſit. Quid? Lætabor: faciā quod lętitiæ mihi cedat, ſic q̄a partibor. *Deus locutus.* Quia deus locut' eſt, fiet iſtud, quòd ego lętabor: Non verba dei dicit, ſed quæ conſequēter eueniunt. Vox eſt eccleſię: Lætabor.

*Baſi. & Theo. Per ſpiritusſancti gratiam quæ vatis lingua pro inſtrumento vſa eſt. Sichem aūt eſt ciuitas, q̄ Iacob Ioſeph dedit, in qua Ephraim ſedē ſuā poſuit. Conualles autem tabernaculorum, deſerta regio facta bellis, q̄ promittit ſe habitatorib. refertam redditurum, vt de mēſuris incolę cōtēdāt.

i *Sichimam.* Augu. Interpretatur humeri, i. onus Chriſti, qđ pro virib. ſingulis diſtribuit. Sichima locus eſt vbi Iacob rediens à Laban fecit tabernacula propter oues, & armenta, & vocauit Socoth i tabernacula, vbi & abſcondit idola, quæ habebat de Syria, vbi diu peregrinatus fuerat. Secundum hiſtoriam ergo ſignificat gentes, quæ diuiſæ, quia non omnium eſt fides. Secundum interpretationem diuiduntur humeri, ideſt, onera, vt alios peccata grauēt, alij iugum Chriſti ferāt.

k *Conuallem tabernaculorum.* propter oues Iacob ſignat Iudæos, qui etiam diuiduntur, quia alij credunt, alij non, id eſt, de Iudæis habebo non paucos.

Nota. † ſcidiſti. † mota. † ſoporatiuo, intoxicato, amaro. † eleuent ſe propter veritatem ſuæ promiſſionis, vel quod ſignum eleuent in veritate ... † Soc̄o h. Baſi. & Theod. Gene. 33. d.

i *Dura.* Caſſ. ideſt, temporis miſerias, quæ nobis per charitatem ſunt delectabiles, & per infirmitatem carnis graues.

: *Vino.* id eſt, tribulatione, qua purgatur patiens, vt vulnus vino: Vino ſpirituali vnde non vitia, ſed compunctio.

*Baſi. Aquila reddidit potaſti nos vino ſtuporis, i. męſtitię.

l *Dediſti metuentibus te ſignificationem.* Aug. per hoc ſignificaſti futura; vt fugiant ab impugnatione futuræ vindictæ. Vel ſignificat vexillum crucis, quod pro ſigno nobis datur, vt ſequamur paſſiones Chriſti, quia etſi ſocij paſſionis ſimul, & reſurrectionis erim'. Vel ſignificationem, ſcripturas ſacras.

*Theod. hoc magis dilucide B. Ezechiel. Se vidiſſe Angelum vrbem obeuntem, & gementium peccata populi ſignum in frontibus ponentem.

*Arcus.* Aug. quanto plus retro tendit', tanto impetuoſius ſagitta

☞ Baſi.

## NICOLAVS DE LYRA.

*Commoui. terram, &c.* ideſt commoueri, & conturbari permiſiſti habitantes in terra noſtra ab aduerſarijs.

*Sana contritiones.* tempore meo.

*Oſtendiſti populo tuo dura.* propter eius peccata.

*Potaſti nos vino.* Hiero. habet, vino mœroris, & idem eſt, quia mœror eſt compunctio de peccatis.

*Dediſti metuentibus te.* reſpectu futuri temporis.

*Vt fugiant à facie arcus.* tuę iuſtitię, q̄ extenta eſt ad percutiendum peccantes, & hic arcus effugitur cauēdo à peccatis.

*Et liberētur.* Hic conſequenter reſtitutionē, & ampliationē regni prædicit, & hoc primo prædicit. ſecundo cui attribuendum ſit oſtendit, ibi. *Quis deducet.* Circa primum incipit orando, di. *Et liberantur dilecti tui.* ideſt populus Iſrael, qui dicitur dilectus deo. Oſeę. 11. a. *Puer Iſrael, & dilexi eum.*

*Saluum fac.* ſcilicet, populum Iſrael.

*Dextera tua domine.* q. d. non poteſt fieri virtute humana.

10 *Et exaudi me.* deprecātem pro regno meo, & ad hoc impetrandum allegat diuinam promiſſionem di.

11 *Deus*

11 *Deus locutus eſt in ſancto ſuo.* Samuele, cui dn̄s reuelauit futurā regni proſperitatē tēpore Dauid. propter quod dixit. 1. Reg. 13. c. *Quæſiuit ſibi dominus virum iuxta cor ſuum, præcepit ei, vt eſſet dux ſuper populum ſuum.* & hanc reuelationem Samuel dixit ipſi Dauid, propter quod ſubditur.

12 *Lætabor.* in deo ſalutari meo. 13 *Et partibor Sichimam.* i. diuidam ſpolia terræ Sichem bellatorib. meis, quæ fuerat occupata ab aduerſarijs regni Iſrael. 14 *Et conuallem tabernaculorum.* locus eſt prope Iordanē, vbi Iacob reuertēs de Meſopotamia declinans Eſau fratrem ſuum fixit tētoria, & appellauit nomen loci illius Socoth. i tabernacula. Gen. 33. Illa enim vallis erat de regno Iſrael, ſed occupata fuit ab aduerſarijs, quibus expulſis Dauid reſtituit terram filijs Iſrael, vnicuique ſecundum menſuram ſibi debitam. Et quia in iſtis Dauid fuit adiutus ſpecialiter ab aliquib. tribub. ideo conſequenter exprimit eas dicens. 15 *Meus eſt Galaad.* Ibi fuerūt homines bellicoſi, ſicut Iair, & Iephte, de quibus deſcenderunt homines fortes. 16 *Et meus eſt.* hoc dicit quātū ad illā partē, quæ erat citra Iordanē, de qua fuit Gedeō vir fortis.

1 *Ephraim*

## MORALITER.

*Commouiſti terram, &c.* id eſt permiſiſti eam commoueri ſtabilitate virtutis.

*Sana contritiones eius.* i. ipſius peccata, tuę gratię medicina.

*Oſtendiſti populo tuo dura.* ideſt pęnam peccatis debitam in ſacra ſcriptura.

*Dediſti metuentibus ſignificationem.* per ſeruorum tuorum prædicationem.

*Vt fugiant à facie arcus.* id eſt, vltimæ ſententiæ, quæ ſicut arcus ferit à longe.

*Et liberentur.* Hic eſt principiū verſus in Hebręo: Et hic ponit' deprecatio pro populi liberatione, cum dr̄: *Et liberentur dilecti tui.* i. Chriſtiani à ſeruitute peccati. *Saluum fac dextera tua, & exaudi me, &c.* pro me, & pro populo meo deprecantem.

11 *Deus locutus eſt.* i. filio ſuo, q eſt ſanctusſanctorū, Da. 9. q affiſteret populo Chriſtiano, Matt. vlt. d. Ecce ego vobiſcum ſum omnib. dieb. vſq; ad conſummationē ſeculi: Et ex hoc.

12 *Lætabor.* mente conſolatus.

13 *Et partibor Sichimam.* quæ humerus interpretatur, iō per ipſam onus impoſitū epiſcopis ſignificat' Quod bene diuiditur, quando officium prædicandi, & confeſſiones audiendi perſonis idoneis committitur, quia ſic ſecundum cōſilium Iethro Exo. 18. partito in alios onere leuius portatur.

14 *Et conuallem tabernaculorum, &c.* ideſt menſurabo, quod fit quando ſecundum indigentiam diuerſorum locorum de bonis coadiutoribus prouidetur, de quibus ſubditur.

15 *Meus eſt Galaad.* Galaad, qui interpretatur aceruus teſtimonij, & ſignat hominem literatū, in quo coaceruata ſunt teſtimonia veteris ac noui teſtamenti.

16 *Et meus eſt Manaſſes.* qui interpretatur obliuio, & religioſum ſignat, qui oblitus domum patris ſui vacat contemplationis ſtudio.

1 *Et Ephraim*

A ✻ Baſil. Galaad terra eſt, quam tribus Manaſſes initio ſortita eſt. Symmachus loco capitis mei, imperij mei poſuit. videlicet propugnatorem meum, vt olim eſſiciam.

Baſil. Galaad.

a *Manaſſes*. Aug. Vel Manaſſes ois ille, qui oblitus prioris vite in anteriora cũ Apoſtolo ſe extẽdit. Vel p Manaſſes intelligitur eccleſia gentium, quæ prius ſterilis maledictioni, & opprobrio ſubiacebat. Sed modo cum parit iam oblita eſt opprobriorũ, & ignominiæ: vnde Eſaias: *Lætare ſterilis, quæ non paris*. quia plures ſunt filij deſertæ, quã eius, quæ habet virum, cõfuſionis adoleſcentiæ tuæ obliuiſceris, & opprobrij viduitatis tuę non recordaberis.

Eſa. 54. a. † lotionis.

† ſup me Philiſthæa iubila vel cum plau ſu ad me veni aut iungere mihi.

B b *Ephraim*. Aug. Fructificatio, & hæc eſt fortitudo capitis, ideſt Chriſti. granum enim moriens virtutem in ſe habet, vt fructũ faceret.

Ioh. 12. b. † cum exercitibus.

a Oblitus prioris confuſionis, ſcilicet, quia iam honori eſt Chriſtianum nomen vnde Apoſtolus Rom. 1. b. Non enim erubeſco euangelium. Meus eſt. b Chriſtus. vnde: Iuda te laudabunt fratres tui. Gene 49. b.

a b Manaſſes, & Ephraim fortitudo capitis mei. Iuda † rex meus, 1 2

a Qui regente. Ideſt abutens lege eſt. Quia infert tribulationem, & hoc eſt. b Quia facit plenius ſperare, non deficere c Dixit. Lætabor, diuidam, quia. Quæ interpretatur terrena. d Aug. & ſi ebulliat mundus ſcandalis, tamen vſque ad terrenæ vitæ homines. e Aug euangelium quo munitur vita gradientium in mundo, vel humanitas qua latuit Deitas, vel calce. quod fit de corio mortui animalis paſſio Chriſti intelligitur.

c Moab olla † ſpei meæ. In Idumęam extendam calceamen- 3 4

a Et ſic. Vocabo non plebem meam, &c. Oſeæ 2. d. Aug. alienigenæ. Allophy, ideſt, qui ad genus meum non pertinent. multi enim adorant Chriſtum, qui non ſunt cum eo regnaturi, ideſt ficti Chriſtiani. b Sed. Niſi deus.

tum meum, † mihi alienigenæ ſubditi ſunt. Quis dedu- 5 6

a Augu. gentes circunfuſas Iudeæ mediæ. b Quæ alibi rota dicitur, id eſt, orbis terrarum. vnde. Vox tonitrui tui in rota. Eccl. 43. b.

d cet me in ciuitatem munitam, quis deducet me vſque in 7

a Aug vt regnem in terrenis, qui de me non ſunt, nec de me proficere volunt. b Deduces. c Quod & in principio dixit. Sinis tribulari. d Non contra eos apparebis, qui dicunt. Vbi eſt Deus eorum, vt olim patribus feciſti? Non oſtendes potentiam tuam qualem oſtendiſti in Dauid, Moyſe, Ieſu, Naue, quibus gentes ceſſerunt?

e f Idumæam? Nonne tu Deus, qui repuliſti nos, & non 8 9

a Ergo. Quia deduces. Vel ſic continua. Non egredieris, ſed nec curandum, quia ſic maius eſt auxilium Dei, ſcilicet cum intus iuuat, & ideo O. Deus.

ęgredieris Deus in virtutibus noſtris? † Da nobis auxi- 10 11

Caſſ. Moab olla ſpei meæ. Vel p Moab gentes intelliguntur per ollã refectio. De gentib. vero quidã ſunt conuerſi, & hi vſti ſunt tribulatione. Alij non ſunt conuerſi, q, ſ. alios vtũt tribulatiõe, vtriq; vero, ſ. vtẽtes, & vſti ſunt olla, i. refectio Chriſti, & eccleſię, qa de vſtis conſolať, de vtentib. proficit, & eſt ſenſus: *Moab*. i. gentes ſcilicet, vel vtentes alios tribulatione, vel vſti ſunt. olla, i. refectio ſpei meæ: vnde ſpes mihi vitæ eſt.

Hier. Olla, vnde *Ollam ſuccenſam ego video, & faciem eius* [...] *ſa. aqui*. Et ibidem Ieremias: *Ab aquilone pandetur omne malum* id eſt, a diabolo, qui dixit: *Ponam ſedem meam ad aquilonem, &c.* Ab illo ergo tribulationis olla in eccleſia ebullit.

✻ Baſilius. Aquilo [...] ſio eſt interpretatu[...] Moab olla lauacri m[...] Syrus, vrna ablutionis meæ, vrna vas eſt manibus, & pedibus abluendis, olla in ſcriptura apud Hierem[...] pro ſupplicio, & pœna ſumitur. ſignificat itaque Moabit[...] Iudæ ſubijciendos.

Theodo. *Iuda rex meus*. ✻ Theodo. Poſt reditum indiuiduæ manſerunt tribus, ſolum autem Zorobabel habebant ducẽ, & Regẽ. merito Ephraim fortitudinem imperij vocauit, Iudã regem meum, ideſt, à me electũ, q populo meo dominabitur.

c *Moab olla ſpei meæ*. Aug. filiæ male vtentes patre genuerũt Moabitas, ſic qui male vtiť lege generat mala opera, vt q bene bona. A male vtentib' aũt lege oritur tribulatio eccleſiæ, hæc eſt olla feruens ab aquilone, i. diabolo, ſed Chriſto duce olla iniquitatis ardens, facta eſt ſpei, nõ conſumptionis, *quia tribulatio operatur patientiam, patientia probationem, probatio vero ſpem facit, cum charitas ardet contra ollam iniquitatis*.

Iere. 1. cap. Roma. 5. a. C

Caſſ.

✻ Theod. Alienigenas Palæſtinos intelligit.

d *Ciuitatem munitam*. Caſſ. Futuram Ieruſalem.

✻ Baſil. Symmachus, concluſam Ieruſalem intelligit, quæ diruta mœnibus poſtea ſepta eſt.

e *In Idumæam*. ideſt vſque ad terrenos, vt impleto numero ſimul ad beatitudinem veniret.

f *Non egredieris*, Aug. ſed int' o paberis, & ſic meli' deduce[...] quia ſic vr̃ non pro temporali vita pugnare, ſed pro futur[...]

Baſ[...]

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Ephraim fortitudo capitis mei. *ideſt regni mei.*

2 Iuda rex meus. *i. cuſtos, & defenſor regni mei. Iſte enim duæ tribus fuerunt fortiores, & bellicoſiores aliis, propter quod fuerunt ſituatæ in duabus extremitatibus regni, tribus Ephraim in extremitate aquilonari, & trib. Iuda in extremitate auſtrali, ſicut plenius fuit dictũ cum ageretur de diuiſione terræ in libro Ioſue.*

3 Moab olla ſpei meæ. *i. ſemper ſpero in Deo, quòd terra Moab erit mihi ſubdita ad ſeruiendũ, ſicut olla qua homo vtitur in miniſteriũ ſuum. In Heb. habetur Moab olla lauationis meæ, i. populus Moab erit mihi, ita ſubiectus, ſicut olla ad lotionem pedum præparata.*

4 In Idumæam extendam calceamentum meum. *calcabo eam, & ſubiiciam per plenam victoriam.*

5 Mihi alienigenæ. *ideſt, alienæ nationes in circumitu regni mei mihi ſunt ſubiectæ. In Hebræo habetur: Mihi Philiſthæa aſſociata eſt, ideſt, addita regno meo, quia ſeruiuit Dauid ſub tributo, vt habetur. 2. Reg. 8.*

6 Quis deducet. *Hic conſequenter oſtenditur, quòd prædictæ victoriæ ſunt Deo attribuendæ. vnde dicit Dauid: Quis deducet me in ciui. mu. muris victualibus, bellatoribus, & armis.*

7 Quis deducet me vſque in Idumæam. *vbi erant multi fortes, & bellicoſi. reſpondet.*

8 Nonne tu deus. *quaſi dicat nullus alius poteſt mihi hoc face[...]*

9 Qui repuliſti nos. *temporibus præteritis, vt patet ex prædict[...]*

10 Et non egredieris deus, &c. *ideſt exercitibus noſtris interrogatiue quaſi dicat imo tu egredieris, aliter nihil facere poſſemus. propter hoc ſubditur.*

11 Da nobis auxilium. *& patet litera ex dictis. Moraliter poteſt exponi pſal. iſte de quolibet vere pœnitente, qui conſiderans regnũ animæ ſuæ per peccata præterita diſſipatum, lamentatur, & pro reſtitutione ipſius ad ſtatum virtutis, & gratiæ deprecatur. Ad hoc autem a[...] iuuatur per quatuor, Primum, eſt pura confeſſio, quæ per Iudam deſignatur, quæ confeſſio interpretatur. Secundum, eſt à recidiuo præſeruatio, quæ per Manaſſem intelligitur, eo quod interpretatur obliuio, ta[...] enim ſic ſe habet ad peccata præterita, quaſi oblitus ſit iterum opera[...] ſa. Tertium, eſt boni operis multiplicatio, quæ deſignatur per Ephraim quæ interpretatur creſcens, aut fertilitas. Quartum, eſt propriæ conſcientiæ teſtificatio ſecundum illud Apoſtoli. 2. ad Corin. 1. c.* Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ. *& figuratur per Galaad, qui interpretatur aceruus teſtimonii, & talis ſubiicit ſibi concupiſcentiam carnis per Moab deſignatam, qui interpretatur ex patre. Hæc autem concupiſcentia trahitur ex carnali generatione, concupiſcentia oculorum, quæ figuratur per Idumæam, quæ ter[...]*

## M O R A L I T E R.

1 *Et Ephraim fortitudo mea.* Ephraim, qui frugifer interpretatur ſignat exercitatum in actiua vita, & contemplatiua. Et omnes iſti ſunt apti ad iuuandum præſulem in officio prędicandi, & confeſſiones audiendi.

2 *Iuda rex meus.* ideſt, ſub me. ideo ſignat rectorem eccleſię ſub pontifice. Et omnes iſti ipſum iuuant in eccleſiæ regimine, & ſic poteſt dicere.

3 *Moab olla ſpei meæ.* per Moab, qui interpretatur ex patre peccatores ſignantur, quib. dicitur Ioh. 8. f. Vos ex patre diabolo eſtis. Et de ipſis poteſt epiſcopus ſperare, quòd per bonos adiutores ſuos conuertentur ad bonum, & ſic obedient ſibi, ſicut olla deſeruit ad opus domini ſui.

4 *In Idumæam.* per Idumæã, quæ ſanguinea interpretať, raptores, & homicidæ ſignanť, qui aliquando per bonũ epiſcopũ, & eius coadiutores ad bonũ reducuntur, & ſic ad eus ceamentum eius extenditur, cum per laborem prædican[...] ad dominum reducuntur, propter quod concluditur.

5 *Mihi alienigenæ.* id eſt gentes prius à deo alienæ.

6 *Quis deducet.* Hic oſtenditur, quòd prędicta bona deo ſ[...] attribuenda, cum dicitur: *Quis deducet me in Idumæam.* ſcili[...] ad prædictorum conuerſionem? & reſpondet,

8 *Nonne tu Deus, &c.* q. d. ſic. 9 *Qui repuliſti nos.* prop[...] peccata noſtra. Peccata namque ſubditorum debent epiſcopi, & eorum adiutores reputare ſua per compaſſionem.

10 *Et non egredieris deus, &c.* interrogatiue, quaſi diceret, imo tu egredieris. ideo ſubditur.

11 *Da nobis auxilium.* ex peccatorum multiplicatione.

*Et v*

a *Vana ſalus*. Baſil. & Theodoret. Symmachus mutatione, Et, clariorem ſenten[tiam] reddidit. Vana enim ſalus hominis. *In Deo fac.* Auguſtinus. Quia Deus [e]rit exercitus & victoria noſtra.

Auguſtinus. Vox eccleſiæ laborantis in terra, quaſi vnius hominis, ſed tamen non vnus qui a finibus terræ clamat.

✳ Baſilius & Theodoretus. Fini ſuperioris pſalmi huius initium reſpōdet: dixerat enim, in Deo faciamus virtutem, hic edocet captiuum quomodo preces Deo offerre debeat. D

a ¶Aug. Inde ſubueni, vnde putaris deſerere. Hoc quæro non ſalutem temporalem, quia vana. b ¶Quæ eſt vana vetuſtas, ſcilicet Sobal, de quo in titulo. c ¶Sed. ¶Auguſt. Non in gladio, non extra, ſed intus. d ¶Aug. Caſ. Etſi nullius momenti ſumus.

a b liū de tribulatiōne, & vana ſalus hominis. In Deo faciemus 1

a ¶Vincendo diabolum. b ¶Aug. Delendo de libro vitæ. ¶Auguſt. In noſtra reputatione, vt pro nihilo habeamus. 2

† virtutem, & ipſe ad nihilum † deducet tribulantes nos. 3

† conculcabit

## MORALITER.

*Et vana ſalus hominum.* Sine te propter quod dicit Apoſt. [I]oan. 15. a. *Sine me nihil poteſtis facere*, propter quod ſubditur. *In*

2 *In Deo fac. vir.* Ad peccatorum conuerſionem.

3 *Et ipſe ad nihi um deducet tribulantes nos.* Ideſt, ſpiritus malignos, quorum labores annihilantur, quando peccatores ad bonum gratiæ reuocantur.

## GLOSSA ORDINARIA.
## PSAL. LX.

EXaudi. Auguſt. Eccleſia vndique preſſa orat, & dicit ſe perſeueraturam, & per quid indicat. B

*Clamaui dum an[xi]aretur.* Caſſiodo[ru]s. In anxietate. [Q]ui enim anxiamur, [cl]amamus, ſcilicet [in] tētationibus. Ne[m]o enim ſibi innocet, niſi tentatus. [N]*on poteſt quis coro[na]ri, niſi vicerit. Nec [vin]cere, niſi certauerit [...] certare, niſi inimi[ci] & tentationes ha[be]rit.*

Caſſiodorus. Cla[ma]ui in anxietate, [i]n enixius clama[re], ſequitur clamo[rem] exauditio in petra Chriſto. C

Chriſto.

* Baſilius. Quia Babylon longe a Paleſtina diſtat, putarunt Iudei ſe habitare in finibus orbis.

c *Exaltaſti me.* Auguſtinus. De imo vitiorum. E

Caſſiodorus. Et exaltatum deduxiſti. Auguſtinus. In petra, & ideo non vincor. *Exaltaſti.* per exemplum iſtius magna ſpes audiēdi pręſtatur alijs.

d *Deduxiſti.* Auguſtinus. Me per te viam, ad te veritatem & vitam.

e *Inhabitabo.* Caſſiodorus. De beneficijs Dei confidit, vt contra pericula mundi in tabernaculo Dei tutus perſeueret. F

a ¶Chriſtum. b ¶Ideſt laudibus exhibitis vel exhibendis: c ¶Dirigent. d ¶Id eſt Chriſto:

† In finem † hymnus pſalmus Dauid. PSAL. LX.

a Caſ. Quæ aſſidua eſt, hominibus etiam offertur.

a E Xaudi Deus deprecationē meā, intēde 1

a Caſ. Quæ Deo pure offertur. b Quia. Caſ. Quia eccleſia vſque ad terminos terrę diffuſa eſt. ¶Vndiq; ab vniuerſo orbe terrarum.

b orationi meæ. A finibus terræ ad te cla- 2 3

a ¶Quia. b In tentationibus quæ ad prouectum. c De qua & ſuper hanc petram ædif eccleſiam meam.

maui, dum † anxiaret cor meū, in petra 4 5

a ¶Aug. Non eſſet nobis dux, niſi eſſet ſpes factus. b Speramus, ꝙ nos non perder, propter quos filium tradidit. Caſ. Qui ſperantes exaltas. c Aug. Contra omnia ſcandala, dum cogitat homo, ꝙ prior eſt paſſus, & quo fine eſt paſſus. Caſſ. Quia ſuos defendit. Aug. Qui circumit quærens quem deuoret.

c d exaltaſti me. † Deduxiſti me, quia factus es ſpes mea, turris 6 7

a Et ego. Quicquid agat inimicus. Vel ita iunge. Quia exaltaſti in petra, & deduxiſti, ideo. Inhabitabo in taber. tuo. b Vt ſemper colligat eccleſia natos ſuos. 8

e fortitudinis à facie inimici. Inhabitabo in tabernacu- 9

*In ſecu-*

## NICOLAVS DE LYRA.
## PSALMVS LX.

[E]Xaudi Deus deprecationem, &c. Huic pſalmo pręmittitur ta[]lis titulus in Hebræo. *Ad victoriam ſuper organum ipſi Da*[uid]. Et patet eius expoſitio ex dictis ſupra pſal. 4. De materia [autem] huius pſal. dicunt doctores communiter quod Dauid [fecit] iſtum pſal. exiſtens in Saulis perſecutione, ſed vbi & [qua]ndo, non dicitur clare. Saluo autem meliori iudicio, vide[tur] mihi, quod fecit iſtum pſalmum poſtquam euaſerat ma[num] Saulis ipſum in modum coronę cingentis, vt habetur [pri]mi Regum 23. propter quod Dauid aſcendit inde, vt ha[be]tur 1. Reg. 24. & habitauit in locis tutiſſimis Engaddi, quę [e]t verſus finem regni Saulis, vt ſi ſic Saul ipſum inſequeret[ur], poſſet citius exire de poteſtate eius, ꝑꝑ quod & finaliter [tran]ſiuit ad terram Philiſthinorum, vt habetur 1. Reg. 17. [Sci]endum tamē quod licet pſal. quartus. *Cum inuocarem, &c.* [ſit] de eadem materia, tamen differt ab iſto, quia ille pſalmus [fa]ctus eſt proprie de beneficio illius euaſionis de manu [Sau]lis ipſum in modum coronę cingentis. Iſte vero eſt de hoc [ben]eficio iam exhibito & alijs exhibendis, vt patebit in pro[ceſ]ſu. Item quia pſalmum quartum fecit Dauid immediate [po]ſt receſſum Saulis ab ipſo, iſtum autem poſtea quando [iam] Dauid elongatus erat in fine regni Saulis, igitur in hoc [pſa]l. primo Dauid diuina beneficia ſibi præſtita recolit. Se[cun]do præſtanda prophetice prædicit, ibi; *Inhabitabo.* Tertio pro vtriſque gratias agit, ibi. *Sic pſalmum dicant.* Circa primū incipit ab oratione deuota ſicut gratus & deuotus dicēs.

1 *Exaudi Deus deprecationem meam.* Et patet.

2 *A finibus terræ, &c.* Scilicet Iſrael.

3 *Ad te cla.* Faciens hunc pſalmum, vt iam dictum eſt. Vlterius recolit beneficium ſibi præſtitum in euaſione de manibus Saulis, dicens.

4 *Dum anxiaretur cor. m.* Eo ꝙ Saul & eius exercitus cinxerat me in modū coronę, ne poſſem euadere. Vnde ibidem dr̄. ꝙ Dauid deſperabat ſe poſſe euadere propter quod anxiabatur, ſed ſicut ibidē dicitur, ex ordinatione diuina nuntius venit ad Saul dicens. *Feſtina & veni:* quia Philiſthijm effuderunt ſe ſuper terram, ꝑꝑ quod fuit compulſus recedere a Dauid propter quod vocauerunt locum illum Petram diuidentem vt habetur ibidem. Et hoc eſt quod dicitur.

5 *In petra exalta. me.* Liberando me a prædicta anxietate.

6 *Deduxiſti me.* Ad locum tutiorem, vt prædictum eſt.

7 *Quia fa. es ſpes me.* In omni anguſtia.

8 *Turris fortitudinis a facie ini.* Ideſt, Saulis me perſequentis.

9 *Inhabitabo.* Hic conſequenter prophetice prædicit beneficia a Deo ſibi præſtanda. Et primo in cultu diuino, quod Dauid deſiderabat dicens: *Inhabitabo in tabernaculo tu.* Dauid enim tetendit tabernaculum iuxta domum ſuam, in quo poſita fuit arca & diuinus cultus ordinatus. Et Dauid illum locum frequentabat, & Deum laudabat, vt habetur 1. Para. 16.

*In ſecula.*

## MORALITER.

[E]xaudi *Deus deprecationem meam, &c.* Pſalmū iſtū fecit Da[uid] ꝓ ſua euaſione de manu Saulis & eius exercitus, q cin[xer]ant Dauid & viros eius in modū coronę, ne poſſent euadere vt habetur primi Regum viceſimotertio. Allegorice [ve]ro pōt exponi de euaſione eccleſię a perſecutione crudeli [Ro]mani imperij maxime tēpore Diocletiani & Maximiani de quo dicitur in legenda ſancti Mauricij, ꝙ impietatē [ſu]n armauerat ad extinguendum nomen Chriſtianitatis. [Si]c igitur in perſona eccleſiæ dicitur.

1 [E]xaudi Deus deprecationem meam, &c. Me liberans a tā gra[ui p]erſecutione, quod fecit per iſtorū imperatorū deiectio[nem, ſ]icut dicit ſancta Lucia Chriſtianis: Annuntio vobis pacē eccleſię redditā Maximiano mortuo, & Diocletiano de regno deiecto.

2 *A finibus terræ exclamaui dum anxia, &c.* Nam a tēpore apoſtolorum fuerat fides publicata per orbē, cui dominabantur dicti tyranni, & ſic in omnibus finibus terrę anxiabant Chriſtiani ex eorū perſecutione, & petebant a domino liberari.

5 *In petra exaltaſti me, &c.* Ideſt, in Chriſto, qui in baptiſmo apparuit Conſtantino, & tunc fuit eccleſia mirabiliter exaltata. 6 *Deduxiſti me, &c.* Ad patriam per vitę pręſentis viam. Et ſubditur modus.

7 *Quia factus es ſpes mea.* In præſenti vita.

8 *Turris fortitudinis a facie inimici, &c.* Scilicet viſibilis, cuiuſmodi ſunt homines mali: & inuiſibilis, cuiuſmodi ſunt ſpiritus maligni.

9 *Inhabitabo in tabernaculo tuo, &c.* Ideſt, in cælo empyreo.

A a *In ſecula.* Quouſque ſecula peragantur, quia etſi multi contra.

⁘ Baſil. Tabernaculum eſt Ieruſalem Adæ, prouidentia.

⁘ Theodoretus. In ſecula, id eſt continue. Hæreditas vita æterna.

b *Protegar in velamento alarum.* Quæ nec onerant, & omnem læſionem auertunt. In ſecula non vnus homo vſq; in ſecula, ſed eccleſia quę vſque ad finem mundi accolit in terra, & nunquam eradicatur per aduerſa.

B c *Quoniam tu Deus meus exaudi. ora. &c.* Caſſio. Diapſalma. Iam audita de hæreditate habita vel habenda, affirmat vnde laudes promittit.

d *Dediſti.* Caſſiodorus. Nec dicam, dabis: adeo certus ſũ, quaſi iam eſſem in ipſa.

e *Dies ſuper dies.* Auguſtin. Quicquid vis dicis de æternitate, anni, dies, vnus dies: quia quicquid dixeris, minus dicis, ſed aliquid neceſſe eſt dici, vt ſit vnde cogites, quod dici non poteſt.

Aug. Dies ſuper dies, Chriſto regi dedit dies ſine fine, ſuper iſtos dies, vt non ſolum his diebus regnet in eccleſia, ſed regnent cum illo ſancti in æternum.

C Vel dabis hæc. Caſ. Hanc ſcilicet quia ſuper dies Chriſti quos hic egerunt, dabis dies eius quibus viuit Deo. Et quia hic vixerunt aliqui diutius, addit annos eius. Q. d. adijcias eis annos eius quibus ipſe viuit Deo, ſuper annos, i. deſt, ſuper longiorem quorundam vitam quod magnum, quia rex iſte permanet in æternum, ſic & illi.

* Baſilius & Theodoretus. Exorati pro rege date Zorobabel videlicet ſupplicant cui hæc conueniunt dies ſuper dies adijcies, cetera Chriſto Domino cuius erat typus.

[margin: † ſperabo in abſcondito; ² quod viſti vota mea — meus; † anni eius ſicut generatio & generatio, id eſt, in æternum durabit † permanebit. Ioan. 16.c.; † præpara quę conſeruant eum]

a ¶Quia tur.for.inquilinus ero. Ideo Protegat  b ¶Quæ ſpes tibi intermittit tot mala.

a lo tuo in ſecula: † protegar in velamento alarum tuarum. 1 2

a *Contra æſtus ſeculi. ¶Et. b ¶Caſ. De qua incepit in principio pſalmi. c ¶Caſ. Præteritum, quia iam in quibuſdam cœptum, vel præteritum pro futuro ponit pro nimia beatitudine.

c d Quoniam tu Deus meus † exaudiſti orationem meam: dedi- 3 4

a ¶Futurum regnum. b ¶Non eſt diſtinctio, quia in omni gente quicunque timet Deum, hic acceptus eſt illi. c ¶Caſ. Oſtendit hæreditatem quæ ſit in rege Chriſto, quia eadem eſt in milite. ¶Aeternitatem Chriſti ſignificat, qui eſt rex noſter.

e ſti hæreditatem timentibus nomen tuum. Dies ſuper dies re- 5 6

a ¶Qui vnus, continet & tranſcendit ſecula. b ¶Quia hi dies & anni qui ſunt vſque in diem generationis & generationis, ſunt vnus dies qui continet & tranſcendit in ſecula præſentis & futura generationis, & hic dies eſt æternitas. c ¶Huius.

gis adijcies, † annos eius vſque in diem † generationis & ge- 7 8

a ¶Futuræ. b ¶Ecce illa æternitas. c ¶Aug. Hæc eſt altera generatio, ſcilicet æterna. d ¶Aug. Vbi præſto eſt ad miſerandum omnibus.

f nerationis. † Permanet in æternum in conſpectu Dei, miſeri- 9 10

a ¶Et ergo. ¶Propter quid. Ecce propter. ¶Hic exhibendam nobis. b ¶In futuro complendam. c ¶Sed miſericordiam & veritatem. d ¶Pauci. e ¶Quæ quid alij faciant ego.

g cordiam & veritatem † eius quis requiret? Sic † pſalmum di- 11

a ¶Caſ. Ita quicunque requirit exemplo meo faciat. b ¶Quia non ad tempus hoc agendum. c Caſ. Si vis in æternum pſallere, redde vota in iſto die donec peruenias in illum diem.

cam nomini tuo in ſeculum ſeculi, vt reddam vota mea de 12 13

a ¶Vt quod voueam, reddam aſſiduè.

die in diem.

f *Miſericordiam &c.* Auguſtinus. Miſericordia eſt, qua non meritis, ſed gratuitate peccata dimittit & vitam promittit. Veritas quia nõ fallit, ſed reddit quod promiſit. Miſericordiam ſequi debemus circa infimos, & circa inimicos. Veritatem non peccando vt ſit iuſtus.

Caſſiod. Miſericordiam & veritatem. Et hic concludit pſal. Et quia hæc veritatem regis habet miles, ergo miſericordiam & veritatem eius quis requiret in æterna vita? In æternum ita erit ſufficiens beatitudo, vt nullus quęrat ibi miſericordiam, vbi nullus miſer, nullus veritatem, vbi omnes Deum videbunt. Vnde: In illa die non rogabitis patrem quicquam. Et quia tunc, ideo ſic quandiu durabit ſeculum, vt quod voueo reddam aſsiduè. Vel ſic pſallam in æternitate, vt hic reddam vota, ibi laudes hilares.

g Vel, *quis requiret ei.* Auguſt. Vt non quæret aliquis diſcere hæc in libris, & poſt ſibi viuat non illi.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *In ſecula.* Hoc exponit Rab. Sal. dicens, quòd ſicut Dauid prævidit ſe habitaturũ in tabernaculo Dei in præſenti ſeculo, ſic preuidit ſe habitaturum in ſeculo futuro in tabernaculo Dei, qui eſt locus ſanctorum.

2 *Protegar in velamento alarum tuarum, &c.* Ita q; aduerſarij mei non poterunt me capere. Secundò in regno cum dicit.

3 *Quoniam tu Deus meus exaudiſti orationem meam.* Teneo firmiter quòd.

4 *Dediſti hære.* Id eſt, in regnum Iſrael.

5 *Timentibus nomen tuum.* Id eſt, mihi & filijs meis me imitantibus. Hanc enim hæreditatem dederat Deus Dauid auctoritatiuè, quando fuit inunctus per Samuelem, ſed executiuè quando fuit inunctus in regem ſuper totum Iſrael, vt habetur ſecundi Regum quinto. Tertiò quantum ad vitæ ſuæ curſum, cum dicitur.

6 *Dies ſuper dies regis ad.* Id eſt, facies eum viuere ſecundum curſum vitæ ſuæ, ideo ſubditur.

7 *Annos eius.* Supple multiplicabis.

8 *Vſque in diem generationis & generationis.* Sic enim fuit de Dauid. Vixit enim ſeptuaginta annis, vt habetur 2. Reg. 5. & potuit videre filios vſque in tertiam generationem.

9 *Permanet in æternum in conſpectu Dei.* Id eſt, ſic permanet regnum meum, quia Chriſtus deſcendit a Dauid ſecũdum carnem, cuius regnum eſt æternum.

10 *Miſericordiam & veritatem eius quis requiret.* Id eſt, quis poterit explicare? Verbum eſt ipſius Dauid recognoſcentis circa ſe miſericordiam & veritatem Dei inexplicabilem.

11 *Sic pſalmum.* Hic conſequenter Dauid pro beneficijs prædictis gratias agit dicens. *Sic pſalmum dicam, &c. in ſe.* Id eſt quandiu viuam.

12 *Vt reddam vota mea.* Id eſt, laudes a me tibi promiſſas.

13 *De die in diem.* Id eſt, per ſingulos dies. Vel aliter. *Sic pſalmum dicam nomini tuo in ſeculum ſeculi, &c.* Id eſt, vſq; ad finem mundi, quia pſal. ab ipſo Dauid facti cantabuntur ſemper in eccleſia Dei. Et eodem modo redduntur ab eo promiſſæ laudes, quæ ſunt idem quod pſal.

## MORALITER.

1 *In ſecula, &c.* Nam æternitas & ſecuritas ſunt de beatitudinis ratione.

6 *Dies ſuper dies.* Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ ad maiorẽ declarationem æternitatis in beatitudine, ideo pro tanti beneficij admiratione ſubditur.

10 *Miſericordiam & veritatem eius quis requi.* Id eſt, inueſtigabit? Quaſi dicat nullus, & quoniam de hoc laudandus eſt Deus, ſubditur.

11 *Sic pſalmum dicam.* Id eſt, in eccleſia militante temporaliter, & æternaliter in eccleſia triumphante.

GLOSSA ORDINARIA.

A *In finem pro Idithun.* Aug. Tranſiliens, videns tot occurren
a, Deo ſe ſubdit qui altior eo, & inferioribus ſe, quaſi de al-
reſpondet increpando. Tranſiliens, inuidis reſpondet vo-
ntibus decipere.

✲ Baſilius. Sym-
achns ſic reddidit
ctorias per Idi- a
tun. Pſalmus Daui-
s per Idithun de-
ntatus, quo donē- b
r omnes pij præ- c
rtim Machabæi
pore certaminum
umpentibus Ma-
donibus & Antio-
o Epiphane qui-
s verbis vti de-
ant.

SAL. LXI.

NOnne. Auguſt. d
Hoc eſt, non e
niat mihi pes ſu-
rbiæ. Non moue-
r amplius, hoc eſt,
manus peccatoris non moueat me.

a ¶Id eſt Chriſtum. b ¶Ide t agens de tranſiliente. c ¶Habitus.

† In finem, pro Idithun pſal. Dauid. PSAL. LXI.

a ¶Et n multa tranſitio, ſub Deo tamen ero. b ¶Ne tranſiliendo elatus ſit quia qui ſe exaltat humiliabitur.

† Onne Deo † ſubiecta erit anima mea? ab 1

a ¶Scio quis ſupra me ſit. b ¶Saluatio. ¶Etenim. 2

ipſo enim ſalutare meum. † Nam & ipſe 3

a ¶Aug Omnium per potentiam, meus quadam proprietate ſcilicet per gratiam. b ¶Aug Redemptor per incarnationem. c ¶Ad gloriam, vel ad utor in laboribus ſeculi. d ¶Vos agitis, vt moueat, ſed in velamento alarum eius munitus. ¶Et ideo. ¶Vt prius, carnis infirmitate. ¶Qui in Adā quidem motus fui.

Deus meus & ſalutaris me⁹, † ſuſceptor me⁹, non mouebor 4

a ¶Ergo. b ¶Aug Quaſi de turre, ideſt, de arce contemplationis loquitur imis, ideſt, hærentibus terræ. ¶Vt flumen. c Non vtique in animam ſed carnem. d Aug. Alias irruitis, tanquam deiecturi. 5

† amplius. Quouſque † irruitis in hominē, interficitis vni- 6

a Etiam conſentientes. 7

uerſi vos, tanquam parieti inclinato & maceriæ † depulſæ. 8

9

*Deo ſubiecta.* Auguſt. ſemper nil præter eum cupiens. Erit idē, quia ab ipſo ſalu. me. a patre filius auctor ſalutis, quia Deus ne minor putetur.

Theodor. Cum legem Dei tranſgredi coacti eſſent, ſuillas carnes edere, Idolis ſacrificare propriam mentem in piorem accendunt, vtilitatemq; quæ hinc percipitur edocuit.

Baſil. Seruitus Dei ſalutem tibi affert, ô anima.

*Quouſque irri.* Aug. Vel ſecundum aliam literam. Quouſq; ponitis, & idē ſenſus. Apponunt, n. mali ſuper hominē id eſt ſuper eccleſiam onera paſſionum, vt vſque in finem impleat quiſque fidelis in corpore ſuo quod deeſt paſsionum D Chriſti.

✲ Baſil. Cum hyperbato poſitus eſt huius verſiculi ſenſus. Eſt aūt talis. Quouſq; crudelitate contra nos vtimini? Ita vt ne cōi quidem naturę parcatis, ſed perinde atq; paries inclinatus, & maceria ad ruinam impulſa, impellere & proſternere ſatagatis animum habentes homicidio deditum.

*Vniuerſi vos.* Vel ſecundum aliam literam omnes vos, quaſi vos omnes interficitis hominē illum quantum ad hominem, non omnes vnum ſed eccleſiam, ſed quia Deus ſuſceptor non mouebor.

† ſubiicitur

† Tantum vel certe,

E Auguſtinus. Quouſque a ſanguine Abel, quia ad caput pertinent membra, quæ ante caput prodierunt. Caput dicit mater Siō: vnde diceret mater mea Sion, niſi aliqui præceſsiſſent de quibus natus eſſet? Mater dicit, ſed hoc dicit homo in ea natus, ideſt, hoc dicit caput. ſ. qui eſt homo in ea natus non ſcilicet quod eſt fundator altiſsimus.

† impulſæ

e *In hom.* Caſ. In corpus poteſtas vobis data eſt, nō in aīam.

*Irruitis.* Nō leuiter, ſed interficitis innocentē, putatis q, ſine defenſore ſit, & q, facile corruat, vt paries inclinatus, qui etiam non impulſus caderet. *Et quaſi maceria.* quæ eſt cōſtructio ſaxorum ſine ligamine cæmenti, & ne de ipſa nouitate firmam putes, addit impulſę. Vel, non eſt vobis irruendum, F quia voſipſos interficitis vniuerſi etiam conſentientes.

☞ *Pretium.*

NICOLAVS DE LYRA.
PSALMVS LXI.

NOnne Deo. Huic pſal. præmittitur talis titu. in Heb. *Ad victoriam ſuper Idithum pſal. Dauid.* Dicit autem Ra. Sa. Idithun eſt hic nomen inſtrumenti muſici, cui appropriatur cantus huius pſal. Alij vero dicunt, q, Idithun eſt nomen vnius de tribus principalibus cantoribus a Dauid inſtitutis, prout dictum fuit ſupra pſal. 38. & ſecundum hoc ſenſus huius tit. eſt, q, pſal. iſte factus fuit a Dauid decātandus p filios, qui erant ſub Idithun. De materia huius pſal. dicunt aliqui, q, Dauid fecit ipſum poſtquam adeptus fuerat regnū Iſrael, qn Philiſthæi voluerunt ipſum deiicere a regno, vt habetur 2. Reg. 5. & ideo confidens de Deo dicebat. *Nonne Deo ſub. &c.* & conſequenter inuehebatur cōtra Philiſthęos, ſubdens: *Quouſque ir. &c.* Ideſt, ſuper me ipſum, ad deiiciēdum, ſed hoc non videtur bene dictum, quia de eiſdem ſubditur. *Ore ſuo be. ſ. mihi, & cor. ſuo ma.* Philiſthæi autem & aliæ gentes non benedicebant ſibi ore, ſed maledicebant ſicut & maledicebant corde, & ideo ſaluo meliori iudicio vr̄ mihi, q, fecerit pſal. iſtum cū eſſet in perſecutione Saulis, & hoc poſtquā ad verbum Gad prophetæ de terra Moab rediit ad terram Iuda, vt hr̄ 1. Reg. 22. de quo etiam fecit pſal. 10. ſupra dictū et tamen illum fecit in reditu ſuo, iſtum autem poſtquam per aliquod tempus in terra Iuda manſerat, & quia rediit & in Iudæa manſit ex diuina confidentia, ideo pſal. 10. ab ea incipit cum dicitur: *In domino confido, &c.* Similiter & iſte cum dicitur. *Nonne Deo ſub. &c.* Igitur ſecundum hoc pſal. iſte diuiditur in duas partes, quia primo deſcribitur ipſius Dauid de Deo confidentia, ſecundo arguitur aduerſariorum ſuorum malitia, ibi: *Quouſque ir.* Circa primum dicit ſic.

1 *Nonne Deo ſub. &c.* Obediendo mandato eius per Gad prophetam quaſi dicat ſic, & ſubdit cauſam dicens.

2 *Ab ipſo.* Ideſt, expecto ſalutem meam in anima & corpore, quod probat per hoc quod ſubditur.

3 *Nam & ipſe Deus.* Per creationem.

4 *Et ſalutaris meus.* Per gubernationem, adiutor contra Saulem me perſequentem.

5 *Nō mo. am.* De terra Iſrael niſi de voluntate eius, ex quo .n. ad eam redierat de mandato domini, non eſt veriſimile q, eam poſtea exiuerit tranſiens ad terram Philiſthinorum, vt habetur 1. Reg. 27. ſine diuina reuelatione ſpeciali ſibi immediate facta, vel per Gad ſeu alium, prophetam, vel per Abiathar ſacerdotem, qui erat cum Dauid, & frequenter cōſulebat pro eo dominū, vt habetur 1. Reg. in pluribus locis, q̄uis talis reuelatio non ſit ſcripta, q, non omnia ſcripta ſūt.

6 *Quo. ir.* Hic conſequēter Dauid arguit aduerſariorū ſuorū malitiā, & primo arguit eos de crudelitate, ſecundo de cupiditate ibi: *Veruntamen vani.* Prima in duas, quia primo arguit ſuorū perſecutorum ſæuitiam. Secundo reſumit ſuā in Deo confidentiam, ibi: *Veruntamen Deo.* Circa primum dicit. *Quouſque irruitis.* Tu Saul, Doeg, & conſimiles. Diuiſio.

7 *In homi.* Ideſt, in meipſum rationabiliter & iuſte viuentem, & loquitur de ſe, tanquam de alio.

8 *Interfi. vniuer. vos.* Ideſt, quæritis me interficere.

1 Sagittę paruulorum. *Quia propter verba quæ protulerunt ad mortẽ Danielis quęrendã mortui fuerunt, vt patet ex prædictis. Et vocãtur hic paruuli, quamuis eſſent principes & magni, quia ex inuidia cõtra Danielem fuerant moti, vt dictum eſt. Inuidia vero eſt triſtitia de bono alterius inquantum æſtimatur propriũ boni diminutiuũ, vt dicit Philop. 2. Rhetoricæ, & ideo nullus inuidet alteri niſi inquantũ per ipſum reputat ſe diminutũ, & per conſequens paruulum, & ideo omnis inuidus inquantum huiuſmodi eſt paruulus, ſecũdũ qđ declarat beatus Gregorius 5. Moralium exponens illud Iob:* Paruulũ occidit inuidia. *Ab illo vero loco incluſiue, & exaltabitur Deus, litera Hebraica ſic habet:* Et ſagittabit eos dominus ſagitta ſubita, facti ſunt ictus eorũ, ſcandalizauerunt eos linguę eorum. *Trãſlatio vero Hieron. ſic habet:* Sagittabit ergo eos dominus iaculo repẽtino, inferentur plagæ eorũ, & corruent in ſemetipſo linguis ſuis. *Et patet, quod eadem eſt ſententia in Hebræo, & in tranſlatione Hieron. Et exponitur de iaculo vel ſagitta diuinę iuſtitię, qua percuſſi fuerunt aduerſarii Danielis ſubito, quia cum crederent eum inuenire a leonibus deuoratum, ſubito eductus fuit viuus & ſanus, & ipſi proiecti fuerunt leonibus, & in momento deuorati.*

2 Conturbati ſunt omnes. *Hic conſequenter deſcribitur bonum conſiderantium, quia omnes videntes liberationem Danielis mirabilẽ & punitionem aduerſariorum eius terribilem, fuerãt mirati, & timuerunt Deum Danielis, & hoc eſt quod dicitur:* Conturbati ſunt. *Non turbatione doloris, ſed admirationis.*

3 Et timuit omnis homo. *Deum Danielis.*

4 Annunciauerunt opera Dei. *Quia iſtud factum fuit publicatum ad laudem Dei per totum regnum, vt prædictum eſt.*

5 Et facta eius intel. *Ideſt, intra ſe legendo meditati ſunt, aducentes quod hoc non poterat fieri niſi virtute diuina.*

6 Lætabitur iuſtus. *Ideſt, Daniel.*

7 In domino. *Quia lætitia ſua erat debite ordinata.*

8 Et ſperabit in eo. *De futura vita obtinenda.*

9 Et laudabuntur omnes recti corde. *Exemplo Danielis, qui ſaluatus eſt pro ſua rectitudine. Moraliter poteſt exponi Pſalmus iſte de quolibet iuſto ab iniquis vſque ad mortẽ calumniam ſuſtinente, et tamen pro ſua iuſtitia ſubito diuinitus liberatur, & eius aduerſarii condemnantur.*

## MORALITER.

1 *Sagittæ paruulorum, &c.* Iſtæ ſagittæ ſunt verba pungitiua, quibus petierunt Iudæi mortem Chriſti, & factæ ſunt ipſorũ plagæ, quia propter hoc trucidati fuerunt a Romanis.

2 *Conturbati ſunt.* Hic ponitur vtilitas ſequens, nam multi videntes punitionẽ Iudæorum, pœnitentiam de peccatis agentes crediderunt in Chriſtum eius opera promulgantes.

6 *Lætabitur iuſtus.* Per Chriſtum redemptus.

8 *Et ſperab. in eo.* Scilicet per ipſum ad gloriam venire, & *Laudabuntur omnes recti corde.*

## ADDITIO.

*In Pſal. 63.* Exaudi Deus orationem meam. Vbi dicitur in Poſtilla. *Scrutati ſunt.*

In vera litera Hebraica ſic habetur: *Et interiora hominis, & cor profundum.* Quę quidem litera continuatur cum præmiſſis ſic: *Defecerunt ſcrutantes ſcrutinio,* ſcilicet Chaldæi, qui Danieli aduerſabãtur, licet ſcrutati fuiſſent cum toto conatu interiori & corde profundo: defecerunt tamen tanquam a deſiderio ſuo defraudati, &c.

## GLOSSA ORDINARIA.

Ierem. 25. c. & 29. c.

Septuageſima tre[s] † vide Pſalm. quartum.

2. Cor. 5. b.

C a *In finem.* Auguſtinus. Prophetauit Ieremias poſt ſeptuaginta annos rediturum populum. Inter captiuos erat Ezechiel & alii prophetę. Cõpletis ſeptuaginta annis reſtitutũ eſt templum. Figura eſt noſtri, q. de Babylonia ad Ieruſalem ſuſpiramus, de ſeculo & corpore peccati ad cęlum.

Tres in eccleſia ſeptuageſimæ memorantur, vna ſignificata, duæ ſignificantes. Vna in figura præceſſit ſeptuageſima ſcilicet captiuitatis Iudaicę. Altera i repreſentatione adhuc obſeruatʳ ab eccleſia, quę incipit a, Circundederũt me, & terminatʳ in ſabbatho in albis, quã obſeruat eccleſia in repreſentatione ſpiritualis noſtrę captiuitatis, qua captiui ſumus dũ adhuc in corpore a domino peregrinamur, quã eandem figurauit ſeptuageſima Iudęorũ. Sed completo ſeptenario huius vitæ, plene liberi erimus vtroq; homine glorioſi. Hinc eſt qđ in ſeptuageſima qua eccleſia obſeruat, exponens miſerias noſtri inco latus & labores, ſubticet canticũ lętitię Alleluya, Gloria in excelſis, & huiuſmodi. In ſabbatho Paſchali vero adepta facultate redeundi, & it in ſpe gaudens cantat Alleluya.

a ¶Conſummationem ſæculi. b ¶Dirigens. c ¶Id eſt, exultatio quæ eſt vox redeuntis populi.

a b † In finem † Pſalmus David, canticum Ieremię & Aggæi & Ezechielis, de verbo peregrinationis,

a ¶Secundum. ¶Auguſt. b ¶Quod erat, Eritis ſicut dij, Gen. 3. d.

b *Ieremiæ.* Auguſtinus. Hieronymus. Excelſus ſignificat eos qui dicunt: Noſtra conuerſatio in cęlis eſt. Aggeus, feſtus. Illos ſignificat q. ſunt ſpe gaudentes, qui in reliquiis cogitationum diẽ feſtũ agunt domino: Ezechiel, roborauit me dominus, & ſignificat illos qui ſunt roborati in domino, hi prophetauerunt reditum in Ieruſalem.

* Baſilius. Quæ inſcriptio de Ieremia, Aggæo, & Ezechiele, popu

chiele, populoq; tranſmigrationis ponit, me, Hebręus habet nec alij interpres nec ſeptuaginta in Sexaplo, ſed quiſpiam ſenſum Pſalmi nō aduertēs hiſtoriā incognitā adfert. Primū n. Ieremias captiuitatis princeps non fuit, nec Pſalmus conuenit proficiſcentibus in captiuitatem ſed in ea agentibus.

* Theo. Cum.n. Deū laudare deſiderarēt & hoc ne facerēt lege ꝓhiberentur, certū.n. eſt iſt vox. *Quomodo cātabimus canticum Domini in terra aliena, &c.* dicebāt in Babylonia Deū precantes, *Te decet hymnus,* in quo & ſalus gētium prædicitur:

*De populo trāſm.* Aug. Ideſt, qui trāſmigrauit e cęlo ad terram, de perfectione ad miſeriā & confuſionem.

*Cū inciperet pr.* Aug. Incipit exire qui incipit amare, charitas ciuem facit Ieruſalem, cupiditas Babylonis, & ſic ergo corpore permiſiſti, deſiderio ſunt ſeparati.

Caſ. Conſolario in exilio, ne quis deſperet: quia certificat reditum, & per quem, & quæ diuitiæ reuerſis. Affirmat reditum & precatur.

¶Secundum Aug. a Mente. De Babylonia huius mundi.

a b vel de populo tranſmigrationis cum incipere nt pro^a^ficiſci.

PSALM. LXIIII.

¶Illos decet laudare, qui vel mente vel re ſunt in Sion, quia non eſt ſpecioſa laus in ore pec. a Non in Babylone. Vbi modo ſumus ſpe.

c d T E† decet hymnus Deus in Sion, & tibi red 1 2

a Aug. hic in præſenti vouemus bene operando & cogitando, ibi reddemus votum pro vtroque Deum laudando. b Anima & corpus immorta.e. c Aug. quia reduces, raduc & me cum aliis, & hoc eſt. Caſ. hic vt ibi parcas quod omnes ande ituros ſcio, vt referat vnuſque propria corporis prout geſſit. ¶ Iam nunc.

e detur vōtū in Ieruſalem. † Exaudi orōnem 3

a Quia. b Qui primitias de carne tuliſti, cæteri congregabuntur, vt compleantur holocauſta. e Quidem. d Primitiuorum c Vt mare mergens ſuper nos.

f meam, ad te omnis caro veniet. † Verba iniquorū pręualue 4

g h a E contra. b O fili verbum Dei. ¶Et ideo non opprimunt verba iniquorum. 5 6

i runt ſuper nos, et impietatibus noſtris tu † propitiaberis. 7

a Aug. homo quo indutus es vel potius Chriſtus, quemque beatum aſſumpſit in filium adoptionis. b Quia. ¶Non mouendus. c Ieruſalem.

k Beatus quem elegiſti, & † aſſumpſiſti, inhabitabit † in atriis 8 9

PSALM. LXIIII.

TE dec. non Deos gentium, & non alibi niſi in contēplatione.i. fide, & ibi de bonis operib. reddetur votum in cęleſti Ieruſalem. Quod illi ſoluebant Marti poſt prælia, & cæteris diis in hunc modum.

*Sion,* Patria cęleſtis eſt. Sion, eadem eſt Ieruſalem.

Baſ. In illa ciuitate vt hymnum tibi offeramus præcepiſti, & vt illic hunc tibi reddere liceat.

*Exaudi orationem meam.* Caſ. Prius facit quod a cæteris faciendum dicit, ſcilicet. *Exaudi.* C

*Omnis*

f *Omnis caro.* Aug. i. homo. i. ex omni genere, pauperes, diuites, viri, feminæ, docti, indocti, pueri, ſenes. D

* Theod. Vt reuerſionē conſequamur ſupplicamus, & paulo poſt tota hominum natura ab errore multitudinis Deorum liberata ad te verum Deum confugiet.

g *Verba iniquorū.* Caſſ. Qua ſpe hoc oras? quia ad te oīs caro veniet, non ſolum anima, ſed etiam malus homo. Neceſſe eſt vt audias. Verba.n. iniquorum, diaboli & primitiuorū parētum Adæ & Euæ.

h *Præualuerunt.* Ideſt, in exilium proiecerūt, vel pagani, ritus ſuos filijs ſuis ſuaſerunt, ſed propitiaberis in hoſtia Chriſti. † Quia audis orationem.

Aug. Verba iniquorum.i. mali ritus & mores parentum noſtrorum qui vt ętate, ita authoritate præſtant pueris, ſecuti ſumus. †Verbis vel rebus iniquis quæ. E †ignoſcer. †tabernaculis

* Baſil. Symmachus. Verba iniquorum inualuerunt contra me.

i *Propitiaberis.* Aug. Propitiatio fit per ſacrificiū quod ſacerdos Chriſtus obtulit. Idem eſt ergo ſacerdos & hoſtia.

K *Beatus quem elegiſti, &c.* Caſ. *Et beatus omnis ille quem elegiſti a maſſa perditorum.* Nō vos me elegiſtis, ſed ego vos, & aſſumpſiſti in ſortem tuam, in æternam requiem. Ioan. 15. e.

Aug. Vel ſic, propitiaberis per beatum virum. Beatus enim homo quem tu elegiſti, id eſt quo indutus es in tempore, qui eras in principio verbum, & aſſumpſiſti, in vnitatem perſonæ, & ipſius hominis tibi naturam viuendo, non perſonam. Qui talis habitat in tuo cōſenſu, & per eum replebimur in bonis gratiarum, vel futuræ Ieruſalē, quæ non poſſunt dici. F

☞ *In*

---

NICOLAVS DE LYRA.

PSAL. LXIIII.

TE *decet hymnus Deus in Sion.* Huic Pſalmo præmittitur talis titulus in Hebræo. *Ad victoriam Pſalmus Dauid cantici.* In translatione vero Hier. ſic habetur. *Victori Pſalmus Dauid cantici.* Et patet expoſitio ex ſupradictis in pluribus titulis, in quibus autem Biblijs ponitur ſic titulus, In finē Pſalmus Dauid, canticum Ieremiæ & Aggæi vel Ezechielis de verbo peregrinationis. Sed omnia iſta & conſimilia ſi inueniātur, ſunt quędam additiones factæ ab expoſitorib. eo quod Pſalmus iſte loquitur de reditu captiuitatis Babylonicę, quā prædixerunt Ieremias, & Ezechiel, & Aggæus prophetauit his, qui redierāt a captiuitate pro templi reędificatione, quę Dauid præuidit in ſpiritu, & de hoc fecit Pſalmum iſtum. Diuiditur autē Pſalmus iſte in duas partes, quia primo agitur de reditu captiuitatis, ſecundo de ſtatu fertilitatis, ibi. *Viſitaſti terram & inebriaſti.* Circa primum dicitur.

1 *Te decet hymnus Deus.* Sic dicebant redeuntes de captiuitate eo quod Deus illum locum elegerat ad cultum ſuum, vt habetur. 2. Paral. 6. in Heb. habetur. *Tibi ſilentium laudis Deus in Sion.* Et in translatione Hier. Tibi ſilet laus Deus in Sion. Nec eſt cōtrarium translationi noſtræ, quia hoc dicitur pro eo quod diuina laus quantuncunque fiat ab homine, deficit in infinitum a diuina magnitudine collaudata.

2 *Et tibi reddetur votum in Ieruſalem.* Quia ibi adducebantur ea quæ domino per votum obligabantur.

3 *Exaudi orationem meam.* Vox eſt populi redeuntis, reædificationem templi poſtulantis.

4 *Ad te omnis caro veniet.* Ideſt, de omni natione veniant homines ad te adorandum, quando templum fuerit reædificatum, vnde Act. 8. c. legitur quod eunuchus reginæ Candacis a longinquis valde partibus venit adorare Deum in Ieruſalem in illo templo reædificato, & idem de aliis mundi partibus.

5 *Verba iniquorum.* i. facta Babyloniorum eo modo, quo dicitur ſecundi Regum primo. Quod eſt verbū quod factū eſt.

6 *Præualuerunt ſuper nos.* Propter peccata noſtra nos captiuādo, & templum deſtruendo.

7 *Et impietatibus noſtris tu propitiab.* Ad terram noſtram nos reducendo, & templum reædificando.

8 *Beatus quem elegiſt.* Ad ſeruiendum tibi in loco cultus tui.

9 *Inhabitabit in atriis tuis.* Atria.n. erant loca circa templum, *vbi fiebant ſacrificia & oblationes, orationes, & legis lectiones, vt dictum fuit plenius tertio Regum.*

Re-

---

MORALITER.

1 *Te decet hymnus Deus in Sion.* Iſte Pſalmus eſt gratiarū actio pro reditu captiuitatis Babylonicæ, & ſequenti terrę fertilitate, quam præuidit Dauid, & hunc Pſalmum fecit.

Moraliter autē poteſt exponi de quolibet peccatore vera citer pęnitente, qui reuerſus de Babylonica captiuitate, & pro tempore amiſſo nititur bonis operibus abundare, & ſic gratus de diuinis beneficijs dicit. *Te decet, &c.* i. iuſtum eſt, vt te laudem in Eccleſia propter beneficia mihi collata.

2 *Et tibi reddentur votum in Ieruſalem.* Quod in baptiſmo feci deſeruiendo fideliter tibi.

3 *Exaudi Deus orationem meam.* Parcendo mihi de tranſgreſſione dicti voti.

4 *Ad te omnis caro veniet.* In iudicio finali.

5 *Verba iniquorum.* i. ſuggeſtiones dæmonum.

6 *Præualuerunt ſuper nos.* Per conſenſum noſtrum.

7 *Et impietatibus noſtris tu propitiaberis.* Dando nobis locum pęnitentiæ de peccatis.

8 *Beatus quem elegi.* Prędeſtinādo, *& aſſumpſiſti.* iuſtificando.

9 *Inhabitabit in atrijs tuis.* Militantis eccleſiæ per gratiam, & triumphantis per gloriam, & tunc.

*Re-*

A a *In bonis*. Caſ. Quæ bona ſunt, ſanctitas in ſe, æquitas ad proximum.
b *Templum*. Eccleſia, vel caro Chriſti.
c *Mirabile*. Auguſt. Non in exterioribus, vt domus terræ, ſed in iuſtitia, quæ pulchrior interiori oculo & amabilior quam modo debemus eſurire, vt tunc ea ſatiemur.
d *In æquitate*. Caſ. Cum vnicuique digna retribuet, cui & dicet. *exaudi nos, qui es ſalvator*.
* Theod. Iuſtitiam per tua oracula eos, qui accedunt, docet.
e *Spes omnium*. Laudes Dei, & virtutes deſcribit.
f *Et in mari longe*.
B Auguſtinus. Ideo longe, quia in mari. Mare dicitur in figura ſæculi amari falſitate iniquitatum, & tempeſtuoſi procellis tentationum, vbi piſces inuicem ſe deuorant.

†Satiabimur bono.

†mirabiliter cum iuſtitia vel per admirationem iuſtitiam.

†potentia.

†quieſcere facis tremitū.

†pluralis accuſatiuus i. orientales & occidentales. … … deſiderium … … … ditas eam.
Gen 49.

a Et nos reuerſi. b Quæ ſunt illa bona?
a tuis. † Replebimur in bonis domus tuæ, † ſanctum eſt tem- 1 2
Omnes iuſti. a Ipſa domus eſt templum Dei. b Quibus vt repleamur. ¶ Tanto ante incarnationem petit exaudiri. c Ieſus. Ecce de quo ſupra. Ad te omnis caro.
b c d plum tuum, † mirabile in † æquitate. Exaudi nos Deus ſalu- 3 4
a Tu dico. b Non modo Iudææ vel Aphricæ. ¶ Vnde ſupra ad te omnis caro. c In ſæculo. In inſulis longe poſitis. d A patria.
e taris noſter, ſpes omnium finium terræ, & in mari † longe. 5
a Per hoc ſpes omnium. Ad agendum. b Prædicatores quos miſit prædicare. c Et hoc. d Non ipſorum. e Vel circuncinctus.
f g Præparans montes in † virtute tua, accinctus potentia, qui 6 7
a Ad perſecutionem ſanctorum. Aug. Omnibus credentibus mare ſæculi commotum eſt, & cœpit ſanctos perſequi. b Cor impiorum, vnde omnis commotio. c Repetit apertius. Et primo non turbatis montibus.
h i k †conturbas profundum maris, ſonum fluctuum eius. † Tur- 8
a Iam Chriſtiani timentur vbique. b Etiam terræ.
l babuntur gentes, & timebunt qui habitant terminos, a ſi- 9
a Miraculis quæ per apoſtolos, non ſola prædicatione. b Aug. & poſt, facies fortes in proſperis & aduerſis. c Quomodo? Aug. miſit ut nubes, earū prædicatione inebriata eſt terra. ¶ Caſ. tuo aduentu.
m n gnis tuis. † exitus matutini & veſpere † delectabis. Viſi- 10 11
a Doctrina vel ſpiritu ſancto. b In multimodis donis honoraſti. c Alias ditare.
o taſti terram † inebriſti eam, multiplicaſti locupletare eam. 12

* Baſ. Vaticinij Iacob recordatur. Non auferetur ſceptrum de Iuda donec veniat qui mittendus eſt, ipſe erit expectatio gentium, inſulas autem per mare intelligit.
g *Præparans montes*. Aug. Ad vſus competentes.
h *In virtute tua*. Quia per eos fecit miracula. Quomodo præparauit? Accinctus potentia. i. Deitate, quia humanitas verbi maieſtate præcincta eſt, vt quod homo non habuit, Deitas daret.
i *Accinctus*. Auguſ. Chriſtus in medio vndique cinctus, quia omnes illum communiter habemus qui in eum credimus. Sed quia fides non a nobis, ſed ab eo, potentatu ſuo cinctus dicitur.
C K *Qui conturbas profundum maris*. Ecce quid per illos paratos fecit conturbans ad pœnitentiā. Profundum maris, nō ſuperficiem, ſed corda profundius merſa, vel corda principū. Hęc conturbata ſunt, cum viderent & Deos ſuos, & ſpes ſuas ad nihilum venire.
* Theodor. Symmachus dixit firmans & conturbans. Theodotion mitigās explanauit. Zonā autē eleganti figura Dei virtutem nūcupauit.
l *Sonum*. Auguſ. Sonantes, contradictione, fluctuantes, perſecutione.
Auguſ. Sonum fluctuum eius. Vel ſonū fluctuū eius quis ſuſferet? nullus ex ſe ſed ex eo, qui præparat montes in virtute ſua, vnde magis turbantur, dum iſtos plus diis ſuis valere cernunt.
* Baſ. Apoſtolorum prędicationes ſignificat.
m *Matutini & veſp.* Aug. Mane eſt proſperitas, quia lætum eſt mane poſt triſtitiam noctis. Veſpere, aduerſitas, in his tentatur homo, ſed datur ei exire inde, nè lucris capiatur, cui tutiæ ſunt Deus. Ne aduerſis terreatur, pro quo paſſus eſt dominus.
* Theodor. Symmachus, progrediente diluculo, & veſpere hymnos dicent.
n *Delectaberis*. Aug. Delectabiles facies iam in vita hac. Si. non delectat hominē ipſe exitus, nō laborat inde exire, ſed capitur lucris, cui non placet promiſſio Chriſti. Et terretur aduerſis, quem non delectat ille qui pro eo voluit pati, vt faceret exitum ei.
o *Viſitaſti terram & inebriaſti eam*. Per prędicatores hoc facies: nam intus doces quibus prędicant.

* Theod. F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Replebimur in bonis domus tuæ. *Quia ſacerdotes et miniſtri viuebant de bonis oblatis in domo Dei. De hoſtijs etiam pacificis offerentes, vnam partem habebant, quam coram domino lætanter comedebant.*
2 Sanctum eſt templum tuum. *i. tuo nomini dedicatum.*
3 Mirabile in æquitate. *Omnes enim caſus difficiles & dubij referebantur ibi ad ſacerdotes Leuitici generis, vt habetur Deut. 17. Vt determinarent quicquid eſſet iuſtum & iniuſtum, & erat firma & ſtabilis eorum ſententia.*
4 Exaudi nos Deus ſalutaris noſter. *In reædificatione templi et ciuitatis.*
5 Spes omnium finium. *i. tu qui es ſpes omnium habitantium in mari & in terra quantumcunque longe, quia nullum bonum poſſumus habere niſi a te. Et allegatur ad hoc ratio ex parte diuinæ potentiæ, cū dicitur.*
6 Præparans. *Id eſt, tu qui facis & ſuſtentas montes pro voluntate tua.*
7 Qui conturbas profundum maris. *Commouens tempeſtates ſicut tibi placet. Et quia ex talibus homines terrentur, ideo ſubditur.*
8 Turbabuntur gentes & timebunt qui habitant, &c. *Scilicet totius terræ.*
9 A ſignis tuis, &c. *Id eſt, a mirabilibus quę facis in terra, & in mari omnes contremiſcunt, quaſi dicat, tu qui es tantæ potentiæ, potes nos exaudire in templi & ciuitatis reædificatione, ideo ſubditur.*
10 Exitus matutini & veſpere, &c. *Id eſt, oblationes ſacrificij matutini & veſpertini delectabiles facies fidelibus tibi deuotis, & hoc poſtiſſime fuit templo reædificato, quia etiam a principio reditus in Ieruſalem ædificauerunt altare, & obtulerunt ſuper illud holocauſtum domino & mane & veſpere, vt habetur 1. Eſd. 3.*
11 Viſitaſti terram. *Hic conſequenter David prophetat de ſtatu fertilitatis futuræ poſt reditum captiuitatis cū dicitur.* Viſitaſti terram & inebriaſti eam. *Pluuijs tuis eam fecundando, & loquitur de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ.*
12 Multiplicaſti locupletare eam. *Quia ex fertilitate terræ naſcentium, quæ ſunt diuitiæ naturales, multiplicantur vlterius diuitiæ artificiales.*

Qui … Flu-

## MORALITER.

1 *Replebimur in bonis domus tuæ.* Pſal. 16. d. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.*
2 *Sanctum eſt templum tuum.* Cęleſtis gloriæ.
3 *Mirabile in æquit.* Nam ibi videntur iudicia Dei iuſtiſſima, quę modo videntur diſtorta, quando Deus permittit malos proſperari, & iuſtos penam pati.
4 *Exaudi nos, &c.* Sine cuius auxilio nihil boni poſſumus.
5 *Spes omnium.* Id eſt, omnium quę habitant in mari & in terra. Nec mirum, quia facit mirabilia in terra, eleuans eum per terræ motum, & in mari per commotionem fluctuum, ideo ſubditur.
6 *Præparans montes, &c.*
8 *Turbabuntur gen. &c.* Videntes talia diuinę potentiæ ſigna & ſic concipiunt pęnitentiā, & exeunt de peccatis, aliqui in mane iuuentutis, & aliqui in veſpere ſenectutis, de quo gaudent angeli, quibus eſt gaudium de vno peccatore pęnitentiam agente, hoc eſt quod dicitur.
10 *Exitus matutini, &c.*
11 *Viſitaſti terram.* Hęc eſt ſecunda pars, in qua poſt reditū peccati captiuitate ponitur profectus in virtute. Per terrā hic intelligitur homo factus de terræ limo. Hanc. n. terram viſitat Deus a peccato reuocando, & inebriat gratiam infundendo, & locupletare facit in bonis operibus exercendo.

Præ- … Flu-

* Theodoretus.Symmachus. Fructuum vbertate ipſam ditabis.
a *Flumen.*Profundũ ad recipiendũ repletum eſt aquis,donis ſpiritusſancti,tu enim paraſti cibum.
✠ Baſ.Gratia eſt ſpiritusſancti diuiſa in ſulcos.i.dona gratiarum.

ptus. Annum aũt benignitatis nominant,tempus illud quod incarnationi Seruatoris noſtri succeſſit, vt quod vnicam illã pietatis fertilitatem prolaturum erat. D
* Theod. Annus bonitatis eſt tempus poſt Saluatoris humanitatem,cui benedictionem precatur.

a Populus Dei prior,vnde cæteri rigari poſſunt. Vnde multiplicaſti eam ditare, aquis, fluminibus,& hoc eſt. b Spiritusſancto,vnde alij potentur. c Et ideo. d Aug panem vitæ & intellectus ſcilicet ſcripturas.
a †Flumen Dei repletũ eſt aquis, paraſti† cibum illorum, quo- 1
a Vt per miſericordiam Dei non quia meruerunt. b Alias tua. c Primi riui inebrientur 2
Summos. Alias Sulcos. d Donis ſpiritus.
e Vt ex credentibus alij credant.
b niã ita † eſt præparatio eius. † Riuos eius inebria, multiplica 3
a Prouectos. b Paruulis ſtillantur quædam licet minora. c Quia inde proficit. †
d Qui incipit rudis.
† genimina eius, in ſtillicidiis eius lætabitur † germinans. 4
a Et vere facies, b Multitudini fidelium anno benignitatis tuæ.i.gratiæ acquiſitæ. 5
c Quo ſeminatur, & creſcit quod ſeminatur,
d Ideſt,homines ex equalitate pectoris.
c † Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui re- 6
d a Bonorum vel imitatorum. b Etiam. c Gentilitatis. 7
e d Qui veniunt ad regnum. Vbi prophetæ non ſonuerunt,acceptus eſt Deus prophetarum. 8
f plebuntur vbertate. † Pingueſcent† ſpecioſa deſerti, & exul- 9
a Quia Deus erigit. b Confortabuntur ad prædicandum alijs.
c Scilicet exultatione vel veſte nuptiali,quia apoſtoli gaudent de fructibus ſuis. d Duces gregiss
g tatione colles accingentur. † Induti ſunt arietes ouium, & 10
a Fruge boni operis.
h valles † abundabunt frumento, clamabunt, etenim hymnum 11
i dicent. 12

*Flumẽ Dei.* Caſ. Miſericordia Dei pleno fluuio comparatur, quæ repleta eſt aquis,ideſt,refectione ſingulorum.Poſt potum Dei,de cibo ſpirituali ſubdit,hoc totum de ſacra communione quando corpore eius paſcimur, ſanguine potamur. Et ne quid caſu fieri putetur,ſubditur. Quoniam ita eſt pręparatio eius,ſicut ab eo diſponitur, ſine quo nihil ibi fit.
b *Riuos eius.* Apoſtolos & alios qui de flumine biberunt. Inebria, vt ſibi & alijs ſufficiant.Multiplica vt per ſucceſſiones prædicatio non deficiat.Corona anni,totus mundus,vbi eccleſia.
*Riuos eius.*Caſſiod.Paraſti,&c.Et o domine riuos eius fluminis doctores multiplica,da imitatores generatos in ſtillicidijs, guttis, quia per ſingula benedices, coronæ.i.circulo temporis qui eſt ab aduentu ad finem ſęculi,quo creſcit verbum Dei.
c *Coronæ anni.* Caſſi.Quia gloria victoriæ eſt vincenti diabolum.
d *Benignitatis tuæ,&c.* Auguſt. Ne quis glorietur de meritis ſuis.
* Baſ.Annus benignitatis ab Eſaia vocatur annus acceptus,

e *Campi tui repleb.* Caſſiod. Auguſt. Homines propter ęqualitatem, id eſt,iuſti.Colles,quia Deus erigit humiles.Deſertum, omnes gentes quib. nullus propheta miſſus.
f *Pingueſcent ſpecioſa deſerti.* Quando apoſtoli ad eas venerũt, per quos decora factæ ſunt.
g *Arietes ouium.*
✠ Theodoretus. Arietes ouium ſunt potentes quos accuſat Ezechiel, hic autem bona his vaticinatur quos vult indui indumẽto quod declarat D. Paulus ſcribẽs. Quicumque in Chriſto baptizati eſtis,Chriſtum induiſtis.
* Baſ.Non.n.oues modo vt piſcatores quos elegit Dominus,ſed & ipſi arietes ad ſacrum baptiſma accedunt.
h *Valles.* Auguſtinus. Humiles populi multum fructum afferent.
i *Clamabunt.* Auguſt.Non in blaſphemia ſed in hymno,inde abundant frumento.
Pſalmus iſte in exequijs fidelium decantatur,quia agit de reditu a Babylonia huius mũdi ad patriam cęleſtẽ,ad quam ſancti in obitu de carne educti,feliciter migrant,ſtolam ſimplam recipientes, donec in reſurrectione geminæ beatitudinis ſtola glorificentur. F

†frumentum.
† Sulcos eius irriga,demitte ſulcis eius, imbribus liquefac eam germini eius benedic
†cum exorietur.
† fines Ezech. 34.
† Veſtierunt ſe Paſcua pecudibus.
ad Galat. 3.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Flumen Dei repletum eſt aquis. *Hic eſt fluuius Iordanis,qui dicitur Dei fluuius, quia ad ingreſſum arcæ Dei nudatus fuit eius alueus, vt habetur Ioſ.3.Et quia in illo baptizatus fuit Chriſtus Deus & homo.*
2 Paraſti cibum,&c.*Secundum.n.quod aquæ Iordanis ſunt maiores vel minores,ſecundum hoc terra illa profert fructus ampliores vel pauciores,prout audiui ab aliquibus qui habitauerunt ibi.*
3 Riuos eius inebrians. *In Hebræo & in tranſlatione Hier.habetur.*Sulcos eius inebrians. *quia cum Sulci terræ qui ſunt quaſi quidam riuuli,humectantur,illa quæ ſunt ſeminata vel plantata, ad germinandum vel fructificandum diſponuntur.*
4 In ſtillicidiis eius.*i.in pluuijs de cælo ſtillantibus a Deo.*
5 Lætabitur germinans. *i.terra germina proferens. Quæ dicitur tunc lætari,metaphorice,ſicut & pratum ridere, quando incipit vireſcere,vel dicitur terra germinans lætari, quia tunc eſt cauſa lætitiæ colentibus eam & habitantibus in ea.*
6 Benedices coronæ,&c.*ideſt,ex benignitate tua benedices circulo anni, dando rores,pluuias,& calores,& huiuſmodi temporibus debitis,prout expedit fœcundationi terræ,ideo ſubditur.*
7 Et campi replebuntur vbertate *.ſ.fructuum. Et vocantur hic campi terræ cultæ.*
8 Pingueſcent ſpecioſa deſerti,&c.*Proferendo ſine hominis cultura paſcua animalibus nutriendis.*
9 Et exultatione &c. *Id eſt,herbis virentibus circundabuntur,& ſic exultabunt colles metaphorice, ſicut pratum virens dicitur ridere, quia tales herbæ ſunt cauſa exultationis paſtoribus & animalibus.*
10 Induti ſunt, &c. *In hoc deſignatur abundantia lanarum, quæ ſunt indumenta arietum & ouium.*
11 Et valles, &c. *In terra enim illa in vallibus ſeminantur meliora grana.*
12 Clamabunt,etenim,&c. *Dicuntur clamare & hymnum dicere metaphorice, ſicut ſupra expoſitum eſt. Vel quia ex frumentis illis dabantur primitiæ ſacerdotibus, & decimæ Leuitis diuinas laudes cãtantibus.Moraliter poteſt exponi Pſal.iſte de quolibet vere pœnitente, tanquam recedente de Babylonica captiuitate,& ad fertilitatem bonorum operum totis viribus anhelante, tam in ſe quam in alijs, & conſideratis prædictis poteſt ad hoc litera de facili applicari.*

## MORALITER.

*Flumen Dei repletum eſt aquis.* Per quod intelligitur ſpiritusſanctus, Ioan.7.f.*Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.*Hoc autem dixit de ſpiritu quẽ accepturi erãt credentes in eum.Igitur flumen Dei repletum eſt aquis,quia ſpiritusſanctus abũdanter influit dona ſua perſeuerantibus in bonis.
*Paraſti cibum illorum.* Id eſt,Euchariſtię ſacramẽtum,quod proficit habentibus gratiam,& non alijs.
*Riuos eius, &c.* Hoc refertur ad influentiam ſpiritusſancti prædictam.
*Multiplica genim.&c.* Id eſt,bonos conceptus in anima.
*In ſtillicidijs,&c.* Scilicet gratiæ.
5 *Lætabitur,&c.* Bonum propoſitũ concipiẽs. Et quoniam nõ ſufficit talis conceptio,niſi ſequatur conſummatio, ideo ſubditur.
6 *Benedices coronæ,&c.* Corona anni benignitatis eſt circulatio temporis,in quo Deus bene concipientẽ perducit ad terminum bonæ conſummationis,& tũc percipitur fructus diuinæ benedictionis. Et quoniam huius exemplo plures accipiunt exemplum proficiendi, ſequitur;
7 *Et campi tui.*Per campos intelligũtur laici, & per ſpecioſa deſerti religioſi,per colles potentes ſęculi, per valles pauperes, per arietes ouium,prelati,& omnes iſti proficiũt exemplo bene conſummantis.Et quoniam ex hoc debet Deo regratiari, ideo concluditur.
*Clamabunt,etenim hym.&c.*

Læta- Iubi-

## ADDITIO.

A *In Pſal.64.Te decet hymnus.* Vbi dicitur in poſt. *In aliquibus autem Biblijs.*

In Biblijs Hebraicis nec in translatione Chaldaica nulla mētio fit in hoc titulo de Ieremia, Aggęo & Ezechiele, nec de verbo peregrinationis, ſicut nec in Pſal. aliqua mentio fit de captiuitate Chaldaica, nec de Chaldęis, vt patet intuenti. Et vbi dr̄ in trāslatione noſtra. *Verba iniquorū.* in Hebręo hr̄. *Verba iniquitatū.* vñ in hoc planius & magis conſonū literę ſe hēt quidā expoſitor Hebręorū, qui dicit quod iſte Pſal. fuit factus pro tempore ſterilitatis, qñ populus Deū orabat pro pluuia, & Deus exaudiebat eos. Ad qđ ſciendum, qđ inter cetera bona tpalia q̄ Deus populo Iudaico pmittebat p cōſeruatione legis diuinę, vnū pręcipuum erat pluuia opportuna, & e contra minabatur eis in pęnā peccatorum, clauſurā celi. ſ. ſterilitatem, vnde Deut. 11. b. *Si obedieritis man. meis, etc. dabo pluuiam terræ veſtræ temporaneam & ſerotinam.* Et infra. Cauete ne forte recedatis a domino, & ſequitur. *Iratuſque dominus claudat cælum & pluuiæ non deſcendant.* Et idem eſt quod inter alias orationes quas Salomon fecit in dedicatione primi templi, vna eſt talis, ſcilicet. Si clauſum fuerit cęlum, & non pluerit pp peccata eorum, & orantes in loco iſto & pniam egerint, &c. *Exaudi Deus in cælo, & dimitte peccata ſeruorum tuorum,* & ſequitur. *Da pluuiam ſuper terram tuam, quam dediſti populo tuo, &c.* Vñ Pſal. iſte per totum applicatur huic materię. ſ. cum aliqñ poſt ædificationē templi cōtingebat ſterilitas ex peccato populi, & populus conuertebatur ad Deū orans in templo Ieruſalē, & Deus miſerebatur eis, tūc proprie pſ. iſte erat decantandus. In quo pſ. dicitur. *Te decet hymnus, &c.* i. cōdecens eſt nos te laudare in hoc ſancto loco, & reddere vota noſtra tibi, vbi nos dignaris exaudire, vñ ſequitur. *Exaudi orationē meam.* Vbi veritas Hebraica hēt. *Exaudi orationem meam.* Quod cōſtruitur cū pręd ctis. ſ. tibi reddendum eſt votum, qui exaudis orōnem meam ſ. populi in quorum perſona loquitur. Et quia bñficiū pluuiæ opportunæ non ſolū ad hoïes ſed ad oïa aïalia ſe extendit, iō ſecundo dicit. *Ad te omnis caro veniet.* Eo mō quo dicitur. *Et imples omne animal benedictione.* Conſequenter tertio quia cā ſterilitatis fuit peccata, q̄ quidē peccata Deus miſerādo pepercerat, prout in orōne Salomonis pręd cta continebatur, iō ſequitur. *Verba iniquitatū præualuerunt ſuper nos, & impietatibus noſtris, tu propi.* Ideſt, peperciſti, futurum pro præterito. Conſequenter quarto laudat populum quem Deus elegerat ad habitandum per fidem in tali loco, vnde dicitur. *Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti, habitabit in atrijs tuis,* in quo loco per fidem habitantes non ſolum replebantur bonis ſpiritualibus, ſcilicet remiſſione peccatorū, ſed etiam tēporalib. ſcilicet pluuijs & huiuſmodi, & hoc eſt quod ſequitur. *Replebimur in bonis domus tuæ.* Cętera in hoc pſ. cōntenta huic propoſito ſatis poſſunt applicari, prout in P... ſtilla. &c.

## GLOSSA ORDINARIA.

C a *In finem.* Aug. Iudæi ex legis iuſtitia ſperabant ſibi bona tēporalia & reſurrectionem. Licet in ea non intelligerent alia eſſe bona quam hic, vnde non poterant quæſtioni Saduceorum de muliere ſeptem virorum reſpondere, poſtea cœpit ēt gentibus promitti reſurrectio credētib. in Chriſtum qui reſurrexit, inde eſt Pſalmus iſte contra præſumptionē & ſuperbiam Iudæorum pro fide gentium ad eandē ſpem reſurrectionis vocatarum.

PSALMVS LXV.

b IVbilate Deo om. terra, &c. Caſ. Primo monet omnes de reſurrectione, Chriſti gaudere, quæ omnibus dat vitam.

c *Date gloriam.* Aug. Non vt Iudæi, qui meritis ſuis dant iuſtitiam, & inuident gentibus gratiam.

B d *Quam terribilia.* Aug. Si gaudes & time, ne quod datum eſt humili auferatur ſuperbo, ſicut factum eſt Iudæis, ne ergo inſultes fractis ramis, ſed time, ne forte nec tibi parca...

e *Opera tua do.* Caſ. Breuiter myſteria incarnationis dicit opera, quod Deus homo, quod paſſus, mortuus, & huiuſmodi.

* Euthym. Quam terribilia ſunt opera tua. Quę nim... olim tam in Aegypto, quam alibi gentium operatus es.

* Baſil. Admir... da ſunt, propter... tentiam, quæ a ... facta ſunt mira... Tanta namque ... & eiuſmodi, ... cellentia eorum, ... fiunt, incredibilis ... apud impios.

* Bed. Venerabili... Quā terribilia ſūt o... ra tua. Vnde terrib... lia. ſ. quia ex par... contigit cœcitas Iſrael, ſcilicet vt pl... nitudo gentium ... traret.

f *In multitudine virtutis tuæ.* Auguſt. Hic innuit reſurrecti... nem, ad quam excluſis mendacibus Iudæis, abhibentur g... tes.

* Bed. Reſurrexit Dominus, multi crediderunt in eum... Et

a Ideſt, Chriſtum vel conſummationem futuræ beatitudinis.
b Exultatio de reſurrectione, vnde & monet bene operari. ¶ Dirigens.

a In finem canticū pſalmi reſurrectionis. PSAL. LXV.

a Ineffabili affectu. ¶ Prę gaudio reſurrectionis: b Hoc Deo fit qui illud percipit. c Non ſolum. Iudea. d Hoc omnibus. ¶ Opere.

b 1 IVbilate Deo omnis terra, † Pſalmum
2 a Quod homines audiant. ¶ Effabili affectu. b Non veſtro. c Quia infirma & ea quæ non ſunt, elegit, ne quis glorietur. d Non induſtriæ veſtræ

c dicite† nomini eius, date gloriam laudi 3
a Dicit vt timeas.

d eius. Dicite Deo, † quam terribilia ſunt 4
a Et hæc ſunt. Id eſt, multa & magna.

e f opera tua † domine, in multitudine 5

†gloriæ nominis eius vel in honorem nominis eius.

† ponite gloriam, laudem eius. i. honorificā facite laudem eius, aut reddite ei gloriam & laudē

## NICOLAVS DE LYRA.
## PSALMVS LXV.

IVbilate. &c. *Huic Pſal. Præmittitr̄ talis titulus in Heb.* Ad victoriam canticum Pſal. *Et in trāslatione Hie.* Victori canticum Pſal. *et patet expoſitio vtriuſq; ex ſupradictis in ſimilib. Sed ex titulis iſtis nō apparet author, nec materia huius Pſalm. Rab. Sal. exponit hunc Pſal. tanquā ſit gratiarū actio pro liberatione futura de captiuitate iſta, in qua ſunt Iudęi in diuerſis partib. orbis, ad quod applicat qđ infra dicitur. Impoſuiſti homines ſuper capita noſtra. i. diuerſos reges et eorū ſatellites. Et quia ab hac captiuitate ſperant liberari per Meſſiā venturū & eius tēplum reædificaturum, vbi reddet uota quæ modo faciunt in captiuitate iſta, vt liberentur de ea, ideo ſubditur poſtea.* Introibo in domū tuam, in holocauſtis reddam tibi vota mea. *Hęc autem expoſitio fundatur ſuper fundamentum erroneum, & per conſequens ruinoſum ſcilicet quod Chriſtus ſit venturus in mundum, quod iam trāſiit in præteritū. Ideo ſaluo meliori iudicio mihi videtur, quod Pſal. iſte a quocūque ſit factus, eſt gratiarum actio pro liberatione populi Iudaici de Aegypto, de qua liberatione plures alij Pſal. faciunt mentionē. Igitur ſecundum hoc Pſ. iſte in duas partes diuiditur, quia primo author iſtius Pſ. inducit omnes ad Dei laudationem, ſecundo adducit ad hoc multiplicem rationē ibi.* Venite & videte. *Circa primum dicit.* Iubilate Deo omnis terra. *i. omnes habitantes terra. Et dicitur Iubilus proprie gaudium cordis, quod non poteſt totaliter celari, quin oſtendatur in ſigno exteriori.*

2 Pſalmum dicite. *In hoc videtur eſſe prophetia de futuro, quod Pſal. iſte eſſet decantandus in laudem Dei a diuerſis generationibus.*

3 Date gloriam. *i. timore depoſito laudate eum coram omnibus, quia gloria eſt clara notitia cum laude.*

4 Dicite Deo, &c. *In multiplici Aegyptiorum percuſſione, vt habetur Exod. 1. vſque ad 14 c. incluſiue.*

5 In multitudine, &c. *Loquitur de præterito per modum futuri,* * ſicut

## MORALITER.

1 *Iubilate, &c.* Pſal. iſte ſecundum literalem ſenſum eſt gratiarum actio pro filiorū Iſrael exitu de Aegypto, per quē figuratus fuit exitus ſanctorū, & maxime martyrum ex hoc mundo, nam Aegyptus tenebra interpretatur, mundus aūt ignorantia & culpis obtenebratr̄. Sic igitur in pſonis eorum vel eccleſię dicitur gratias agēdo, *Iubilate Deo omnis terra.* Pro martyrum victoria.

4 *Dicite Deo quam ter. &c.* In fulgure, terręmotu, & ſimilib. ex quibus debent peccatores terreri, & in vita emēdari. S... quoniam aliquādo emendationem promittunt, & ceſſante periculo nihil faciunt, ideo ſubditur.

5 *In multitudine virtutis tuæ.* Quę per effectus prędictos oſtenditur.

Men-

A Et qui ante non cognouerunt dum crucifigerent eũ, credi-
lerunt & cognouerunt. Donatus eſt ſanguis domini homi-
idis, vt non dicam deicidis, & ſanguinem quem perſequi-
iam fuderunt, per gratiam biberunt.

*Mentientur.* Opera ſunt terrę, quę inimici mentiũtur, cõtra
nentientes, omnis
erra adoret, &c.

Aug. Mentiẽtur.
olẽt mentiri inimi
i, vt potentiã cuiuſ-
minuãt, tibi cõtra
ccidit, qa minus ap
areret potẽtia tua,
non mentirentur
bi. Maxime poten
a Chriſti ſecũdum
ominẽ in reſurre-
tione, vnde Pſalm.
ntitulatur apparuit.
Vnde proprium ſi-
num potentiæ, ſci-
cet reſurrectionẽ
ommendat, dicens
e ſimilitudine Io-
æ, quia ſicut fuit
onas in ventre, &c.
emque: *Soluite tem-
um, & in tri. re. il.* quo ſigno nihil eſt potentius. Fecerunt. n.
ncti, imo Deus in eis fecit multa miracula, homines reſuſci
re & mortuos reſurgere iterũ morituros, ſed nullus in vitã
ternam ſurrexit. Ad commendationẽ ergo huius potentię
aluit mendaciũ Iudæorũ, quo ad crucem eum perduxerũt,
t ſic reſurgeret. Valuit & mendacium falſorũ teſtiũ ad ſol-
endũ templũ, quibus creditum eſt, & damnatur Chriſtus
d ſurrexit, & illi ſunt falſi. Acceſſerunt ẽt mendacio cuſto-
es ſepulchri, qui & probati ſunt falſi. Auctus eſt etiã nume
is mentientium, vt augeatur merces credentium. Mentiti
nt & contra mendaces apparuit Chriſtus veracibus. Illis er
o relictis in mendacio, te cuius potentię mentiti ſunt, ado-
et omnis terra.

*Venite.* Caſſiodorus. Diapſalma. Incipientes ad opera Dei
onſideranda inuitat, vt vna fides iungat quos vnum præ-
ium expectat, vbi exponens illa opera, aperte dicit reſurre
ionem pertinere ad gentes, repreſſis Iudæis.

✠ Baſilius. Intelligite, inquit, mentem Dei, & eorum quæ
ipſo fiunt, ſingula conſiderate, inenarrabilemque illius ſa
entiam admiramini, per quam omnium mortalium genus
pietatem ducitur.

✠ Beda. Oſtendit quomodo debeant adorare & pſallere
C omino. Filius. n. hominis terribilis eſt in conſilijs ſuper fi-
s hominũ, qui illi machinati ſunt acerba & fraudulenta
conſilia,

a ¶ Dicentes: Nobis dormientibus furati ſunt eum prius in multis: In Beelzebub eijcit dæmonia:
b ¶ Ad hoc mentientur, vt multa ſit potentia tua. ¶ Sed licet ſint multa, tamen.
c ¶ Loquelorum. d ¶ Fide.

a † virtutis tuæ mentiuntur tibi inimici tui. Omnis terra ado- †

a ¶ Opere. b ¶ Alijs, ideſt, aliorum inductioni. c ¶ Aug. o altiſſime, paulo ante humiliamus inter mendaces. d ¶ Et o gentes. 1

b ret te, & pſallat tibi, pſalmum dicat nomini tuo. * Venite, & 2

a ¶ Terribilia opera. Quæ vt ſciatis venite longinqui. ¶ Relinquite mendaces, venite confitentes peccata. ¶ Agnoſcite. b ¶ In quibus terribilis. c ¶ Aug. filij hominum habuerunt conſilium perdendi eum: Ille excæcandi ſuperbos, vt & poſt humiliarentur, & ſaluandi homines. †

videte opera Dei: † terribilis in conſilijs ſuper filios hominum. 3

a ¶ Hoc fecit conſilio ſuo. b ¶ Mundum amarum. c ¶ Vt ſitiat aquam dulcem. d ¶ In labenti mundo. e ¶ Illi qui ſunt conuerſi in aridam.

c d Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertranſibũt pede, 4

a ¶ Aug. cum flumen tranſierimus, iam non mortales. b ¶ Non in nobis. 5
c In quo, in eo? d Aug. nobis quæ virtus non æterna, in eo erimus fortes ſi eius participes ſimus: ſed non hoc ſolis Iudæis præſtat.

e f ibi † lętabimur in ipſo qui dominatur in † virtute ſua in æternũ, 6

a Aug. Ideſt, illuminat gentes, ne prædictas promiſſiones putetis inanes. b Aug. Vnde. 7
¶ Iudæi. c Meam itam alia litera. d Aug. Sed in eo humiles exaltentur 8
in Chriſto.

g oculi eius ſuper gentes reſpiciunt † qui, exaſperant non exal- 9 10

conſilia, ſcilicet ipſum crucifigendi, & interficiendi, ipſe ve D
ro excæcandi & ſaluandi.

✠ Euthymius. Terribilis eſt igitur Deus in conſilijs, ſeu in
inuentionibus, eo quod magis quibuſdam artificijs vtitur
quoties ei placuerit populum ſuũ ſaluare, veluti ea ſunt, quæ
aduerſus Aegyptios
adinuenit, conatus
atq; aſtutias oẽs hu-
manas ſemp vincẽs.

c *Qui conuer.* Ope-
ra in quibus terribi-
lis, & quæ ſunt ea * Sela ſup. pſ.
ſubdit: *Qui conuertit
mare.* In flumine Ior
danis ad literam, my
ſtice labenti mũdo.

d *In flumine.* Caſ-
ſiodorus. Licet re-
miſſa ſint peccata,
tamen in decurſu
mortalitatis adhuc
ſunt. non enim mox † fortitudine
immortalitas. Aug. E
in flumine. Flumen
eſt mortalitas ſęculi † rebelles ne eleuẽt ſeipſas (vel, qui ab eo deficiunt non exaltabũt ſeipſos)
vbi alij veniunt, alij
recedunt, ſed qui in
Chriſtum credit, tranſit pede in ſe humilis, non equo ſu-
perbus.

✠ Beda. Flumen eſt mortalis vita noſtra, quæ nulla ſtabilita
te iuger, ſed ſemper in fluxu eſt. In hoc flumen peruenimus
equitando. i. ſuperbiendo & præuaricando in primo paren-
te, pertranſire vero hoc flumen non poterimus, niſi pœni-
tendo, ideſt, niſi nos humiliando.

e *Ibi lætabimur.* Caſſio. Vel ſic: Terribilia ſunt opera, quę vt
ſciatis, venite vos longinqui & videte, ideſt, agnoſcite opa
Dei in qbus eſt terribilis qui terribilis eſt in cõſilijs habitis ſu Exod. 14. c. Ioſue 3. d.
per filios hominũ. Et agit de actualibus operibus olim factis
i populo Iſrael, & quæ ſint illa ſubdit. *Qui cõuertit mare rubrũ.*
i. aridã ad literã. *Et in flumine Iordane pertranſit pede ſicco.* Ibi, id-
eſt, in operibus illis lætabimur in idipſum, alia litera, ideſt, in
eorum ſignificatis. Iã enim ſacramenta illorum operum o-
ſtendit, in qbus lętãtur Chriſtiani in idipſum. Maris trãſitus
baptiſmum ſignificat fluminis, quod mundo ſine periculo
non poteſt tranſiri, & in his lętantur Chriſtiani.

f *In ipſo.* Auguſti. Quando erit omnia in omnibus, vel in ip-
ſo qui dominatur, in virtute ſua.

g *Non exaltentur.* Auguſti. Pro lege quaſi plus illis debeatur,
Omnes enim peccauerunt, &c.

✠ Caſſio. Qui Deum prouocat, ſolet exaltari in ſe peccata Rom. 3. c.
ſua volens defendere, quod prohibet. F

☞ Euthy-

## NICOLAVS DE LYRA.

ſicut frequẽter fit in pphetis, & maxime in lib. Pſalmorũ
cauſa metri, quia metrice eſt deſcriptus. Pharao autem rex
Aegypti & eius populus a Deo plagis percuſſi, frequenter
erebant dimittere populum Iſrael, dum tamen eſſent libe
ri, & poſt liberationem retractabant, vt patet Exod. in plu
ribus locis, & ſic mentiebantur, quia non intendebant popu
lum dimittere, ſed tantum liberari a diuina percuſſione.

1 *Omnis terra adoret te.* Replicatio, eſt ſententiæ in primo verſu poſitæ ad maiorem expreſſionem effectus, ſicut communiter fit in gratiarum actionibus.

2 *Venite.* Poſtquam auctor huius Pſal. induxit ad Dei laudationem, hic conſequenter adducit ad hoc multiplicem rationem, & adducitur primo ratio ex mirabilium operatione, ſecundo ex populi a grauibus liberatione, ibi: *Benedicite.* Tertio ex ſpirituali conſolatione, ibi: *Venite, audite.* Circa primum dicit: *Venite & videte opera domini.* quæ fuerunt valde mirabilia in liberatione populi Iſrael de Aegypto, vt habetur in Exod.

3 *Terribilis in conſiliis ſuper fil. hom.* Ideſt, ſuper Aegyptios, qui ex decreto diuini conſilij frequenter & terribiliter percutiebantur.

4 *Qui conuertit mare in aridam.* Quia Deus mare rubrum diuiſit, vt filij Iſrael tranſirent per ſiccum, & Aegyptij eos inſequentes, mergerentur in maris profundo, vt habetur Exod. 14.

5 *In flumine pertranſ. pe.* Ideſt, in flumine Iordanis, vbi filij Iſrael ſicco pede tranſierunt, Ioſue 3.

6 *Ibi læta. in ipſo.* Quia populus Iſrael lętatus fuit in Deo.

8 *Qui dominatur in vir. &c.* Quia poteſtas eius poteſtas ęterna, quæ non auferetur Dan. 7. d.

7 *Oculi eius ſuper gen. reſ.* Quia omnia nuda & aperta ſunt oculis eius Heb. 4. d.

9 *Qui exaſperant.* Deo recalcitrando.

10 *Non exaltentur in ſe.* Quia etſi ad horam eleuentur, tamen æternaliter deprimuntur.

Benedi-

## MORALITER.

† *Mentientur tibi inimici tui.* Ideſt, peccatores prædicti, propter quod ẽ contra dicitur.

1 *Omnis terra adoret te.* Vero corde.

† *Et pſallat tibi.* Ore.

2 *Venite & videte.* Diligenter ea conſiderando.

3 *Terribilis. &c.* Scilicet tyrannorum, nam aliquãdo videntes ſubmergere fideles in mari vel fluminib. fruſtrabãtur, qa ſic ambulabãt ſuper aquas ſicut ſuper aridã. Exemplum de ſanctis Nazario & Celſo, & pluribus alijs. Et ſic lętabantur in Deo oſtendente ſuum dominium in creaturis.

8 *Oculi eius, &c.* Ad mala puniendum, ideo ſubditur.

9 *Qui exaſperant.* Deum.

10 *Non exaltentur.* Sed confundantur.

Benedicite

a Aug. In genere, in carnalibus. quia vos illuminauit. c O. b Q. oculi eius ſuper gentes reſpiciunt & d In quo benedicimur, vnde. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes Gen. 26 d.

a tentur in ſemetipſis. * Benedicite † gentes Deum noſtrum, 1

a Palam. b Q.d. non vosipſos laudetis, ſed eius cuius gratia ſumus quod ſumus. c Cuius laudis. Dico vocem eius. d Auguſt. quæ in morte erat in ſe, ſed in eo viuit.

b c d & † auditam facite vocem laudis eius. Qui poſuit animam † 2

a Aug. poſtea opus eſt vt perſeueret in finem, & hoc dedit.

†meam ad vitã, & non dedit in †commotionem pedes †meos. 3

a Quæ enim cauſa commotionis! b Non in cinerem vertiſti, ſed ſordes abſtuliſti.

e Quoniam probaſti nos Deus, † igne nos examinaſti, ſicut 4 5

a Non ſicut fœnum quod omnino comburitur. b Et. c Aug. non vt capti liberaremur, ſed vnde liberati experiremur. ¶ Catenas.

f examinatur argentum. Induxiſti nos in † laqueum, poſuiſti 6 7

a Flagella. b Vt male erecti ad humilitatem curuemur. c Quia eius voluntare fit. d Occiſores.

tribulationes in † dorſo noſtro, † impoſuiſti homines ſuper 8

a Fatimur ſuperiores quos nouimus eſſe peiores. b A ſimili, nec æſtu nec pluuia a via ceſſantes. c Spe. Poſt æſtus tribulationis. 9

g capita noſtra. † Tranſiuimus per ignẽ & aquã, & eduxiſti nos 10 11

A * Euthy. Quod reliquum eſt, inquit, Iudæi in ipſis hoc eſt, apud ſeipſos non eleuẽtur, quaſi ipſi ſoli ipſi ſint, qui a Deo ſint cogniti. Exarcebantes autem eos appellat, veluti qui ſẽper murmurabant aduerſus Deum, atque ei contradicebãt,

✠ Bed. Deum exaſperant, ideſt, iratum faciunt dicentes, Quid profuerunt nobis opera legis, aut quid valuerunt nobis ſcripta prophetarum? Ecce nobis Euãgeliũ, & gentibus Euangelium. Ecce nobis ſpes reſurrectionis, & ſimilia his inquam tales non exaltentur in ſemetipſis amplius. i. non præſumet de iuſtitia ſua,

*Sela ſup. Pſal. 3.

†audite

†noſtram.

B vel de meritis ſuis, q̃a lex nõ eſt eis iuſtificatio, ſed præuaricatio.

a *Benedicite.* Caſ. Diapſalma. Monet gẽtes benedicere Deũ, qui licet probet tribulationibus, tamen ducit ad regnum, hæc enim videntur obuiare promiſſæ reſurrectioni.

† Ingreſſi ſumus.

†labiis noſtris

b *Auditam facite.* Aug. Palam, vt qui Diligit Deum, diligit & proximum.

c *Vocem laudis eius.* Quã dicit pater de filio. *Hic eſt filius meus.*

* Euthy. *Audi. vo.* Hoc eſt maiori voce extollite, vel auditã facite vocem laudis ijs hominibus, qui poſt vos futuri ſunt.

* Baſil. Perſeuerat hortando gentes, vt patriis ritibus relictis Deum ſuum laudent, & de illius potentia ignorantes doceant.

✠ Bed. Facite auditam vocem laudis eius. i. facite humiliando vos in omnibus, vt alij audiant. i. intelligant, qua voce vos laudetis Deum.

d *Qui poſuit animam.* Aug. Enumerat hic quib. cauſis debeat prædicari.

C ✠ Baſilius. Vbi enim me tradidit impijs hominibus, non eſt paſſus, vt ſubuerterer, & rectã viam amitterẽ. Miſerat.n. illis Deus eos qui pietate reſplendebant, ac velut pro tribæ, vniuerſos ad pietatem inſtituebant & dirigebant.

e *Quoniam probaſti nos.* Aug. Non dediſti in commotionem. Quoniam probaſti non in præceps dediſti, probaſti aduerſis, igne charitatis, non ſinit ſentire tormenta, vel igne tribulationis nos examinaſti, &c.

* Euthy. Hæc verba preſtãtiſſimis quibuſdam ſanctis accõmodari poſſunt, quales fuerũt, Daniel & tres pueri, & alij huiuſmodi. Deinde connumerat genera diſciplinæ. *Probaſti nos* inquit, *in tribulationibus*, hoc eſt, exquiſiſti quoniam modo fidem ac patientiam haberemus.

* Bed. Sicut argentum examinatum, tũſum non diſſilit, ſed in longum & in latum creſcit, ita qui perfecte tribulationis igne, pro fide recocti ſunt, tunſi ab inimicis non diſſiliunt, ideſt, in charitate non deficiunt, ſed charitas eorum in latum extenditur.

f *Laqueum, poſuiſti tribulationes.* Aug. Non qui decipit, ſed qui probat.

g *Tranſiuimus.* Caſſi. Aug. Tu hæc omnia & nos tranſiuimus per aduerſa & ſuauia. Vel per hæc elementa, mors martyrum ſæpe impleta eſt. Ignis vrit, id eſt, aduerſitas, aqua corrũpit, id eſt, proſperitas, vas igne ſolidatum aquam non timet. Si & tu igne aduerſitatis excoctus, proſperitatis aqua non diſſolueris. Inde eſt, quod in ſacramentis in catechizando, & exorcizando prius adhibetur ignis, vnde immũdus ſpiritus clamat, ardeo, poſt venitur ad aquam baptiſmi, ab aqua in refrigerium. Et quod in ſacramentis hoc in tentationibus nobis fit.

*Introi-*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Benedicite. *Hic conſequenter accipitur ratio diuinæ laudis ex liberatione a laboribus duris, a quibus liberatus fuit Iſrael in exitu de Aegypto, et quantum ad hoc dicitur.* Benedicite gentes Deũ noſtrum. *Qui ſic liberauit nos de afflictione Aegyptiorum.*

2 Qui poſuit animam. *Quia quanto populus Iſrael plus opprimebatur ab Aegyptijs, tanto magis multiplicabatur et creſcebat, vt habetur Exod. 1.*

3 Et non dedit in commot. &c. *Id eſt, nõ permiſit me cadere per idololatriam.*

4 Quoniam probaſti nos Deus. *Non ad capiendum notitiam de aliquo ignorato, cum omnia tibi nota ſint ab æterno, ſed vt patiẽtiam & fidelitatem noſtram notam faceres toti mundo.*

5 Igne nos examinaſti. *i. in afflictione ignis, qua cogebantur coquere lateres, vt habetur Exod. 5. propter quod dicit dominus Ier. 11. a.* Eduxi eos de fornace ferrea Aegypti.

6 Induxiſti, &c. *i. induci permiſiſti, quia Pharao & ſerui eius ſemper quærebant occaſiones implicandi filios Iſrael maioribus laboribus, vnde dicebant.* Vacant, *& idcirco vociferantur dicentes.* Eamus & ſacrificemus domino Deo noſtro, opprimãtur operibus.

7 Poſuiſti tribu. *Quia cogebantur ab Aegyptijs portare onera grauia luti & lateris.*

8 Impoſuiſti homines. *Scilicet exactores Pharaonis, qui compellebant eos ad opera nimis grauia, & eos flagellabant, vt habetur Exod. 5.*

9 Tranſiuimus per ignem. *id eſt, per laborem ignis ad coquendum.*

10 Et aquam. *Quam portabant proprijs humeris ad commiſcendum cum terra, vt inde lateres formarentur.*

✲ Euthymius. Hoc ad apoſtolos ptinet, quibus cum piſcatores eſſent atque idiotæ, ſubminiſtrauit Deus ſapientiæ verbum, atque hoc tanta cum virtute, vt multa etiam atque admirabilia operatẽtur miracula.
† vel confirmati.
† tua ſinguitate egenti.
h *Euangelizantibus.*
✲ Baſilius. Quos ſupra animalia vocauit, hic appellat Euãgeliſtas. Et quoniam piſcatores erant, & publicani, conſtituti vero ſunt philoſophorum ac ſophiſtarum doctores.
† virtutes multas.
E
† ſpecies.
i *Dilecti di.* Hier.

✲ Euthymius. Pauperi. Per pauperem gentilem populum intelligit, qui nullas olim ſpirituales diuitias acceperat. Neque enim legem habebat, aut prophetas, ſed præ ſumma dei benignitate aliæ eis paratæ fuerũt diuitiæ, illa nimirum pluuia voluntaria.

✲ Baſilius. Hanc nominat voluntariam propter animi libertatem.

Aug. Vel mons Sina à facie dei Iſrael, ſubaudi diſtillauit, id eſt, ſunt cœli, & montes, ſcilicet, apoſtoli. Nec tamen dicit montes, ſed mons, idem ſignificans ſingulari numero, quod plurali. Et dicuntur mons Sina, quia legem diſtillauerunt, vnde terræmotus, quia turbantur homines legem implere nõ valentes, & hæc pluuia eſt lex, quam ſoli Iſraeli dedit. Et infirmata eſt lex, vel hæreditas, lex, quia minatur, nec adiuuat & ita infirmos facit. Populus, quia abundauit delictum data lege, ſed deus perfecit legem per ſpiritum datum, vel populum in quo ſuperabundauit gratia.

C Caſſ. Hæc myſtice, ſed ſecundum figuram cum tranſiuit in deſerto coram Iſrael in columna nubis, & ignis. Terra mota eſt, i. homines viſis illis miraculis. Cœli manna ſtillauerunt, & manna fuit pluuia voluntaria, quæ ſoli Iſrael data eſt, vt volũtati illius ſatisfaceret. Iſrael autem infirmatus eſt faſtidio illius cibi, deſiderans carnes Aegypti, ſed ille percuſſus eſt à Deo non perfectus, mittit ergo ad myſterium.

Augu. Quidam libri non habent mons, ſed à fa. dei Sina Iſrael, id eſt, qui legem dedit populo Iſrael, quia qui legem dedit

Apoſtolorum, vel dilecti.

Caſſ. Pater eſt rex angelorum quibus imperat, & ipſe dilectus.

Aug. Rex virtu. Filij, id eſt, pater, vel more veteris ſcripturæ Chriſtus rex virtutum Chriſti, id eſt, ſuarũ, vt fecit Moyſes, ſicut præcepit dominus Moyſi.

k *Dilecti di.* Caſſ. Repetitio dilecti ad commendationem: Sed non eſt hæc repetitio in omnibus libris, ſed ſiue ſit, ſiue non, hic eſt ſenſus dilecti, non ſolum ad alia, ſed etiam ad diuidenda ſpolia, quæ diuidendo ſpecioſam fecit eccleſiam.

l *Si dor.* Augu. Dormire inter me. cle. eſt in auctoritate duorum teſtamentorum requieſcere, & pacifice acquieſcere pen. co. de. quorum prædicatione in cœlum fertur gloria eccleſiæ.

✲ Euthy. Dormire in præſenti loco poſuit pro mori, ſermo tamen prophetę eſt ad Apoſtolos dicens, ita demum ad ducentur vobis hęc ſpolia, ſi moriemini inter medios cleros hoc eſt inter medias gentes, quæ in clerum, hoc eſt in ſortem, vobis datæ ſunt. F

m *Columbæ.* Aug. Caſſ. Columba eccleſia, de qua in canticis vna eſt colũba mea, hæc eſt deargentata, diuinis eloquijs erudita, per argentũ enim figuratur diuinũ eloquium vnde alibi: *Eloquia domini, argentum Pennę columbę doctores eccleſiæ,* per quos exaltatur eccleſia, & illa ſemper volat ad alta, quorum prædicatione
Can. 6. c.
Pſal. 11.

NICOLAVS DE LYRA.

Pluuiam volunta. *Id eſt, multo magis eccleſiam tuam, quæ eſt hęreditas tua empta tuo ſanguine, irrigabis voluntarie pluuia gratiæ.*

Et infirmata eſt. *Quia poſt aſcenſionem Chriſti eccleſia in Ieruſalem collecta multas perſecutiones ſuſtinuit, vt habetur Act. 8. & 9.*

Tu verò perfe. eam. *Quia deus tantam virtutem contulit credentibus, quod ex illis perſecutionibus magis creuit, & confirmata fuit fides catholica.*

Animalia tua ha. in ea. *Id eſt, fideles tui, qui in pluribus locis ſacræ ſcripturæ dicuntur oues domini, & eodem modo accipit Ra. Sa. quod animalia dei ſunt filii Iſrael.*

Paraſti in dulce, &c. *Id eſt, populo catholico, qui fuit pauper, & abiectus in principio, paraſti ad ſufficientiam, ſecundum quod dicitur Act. 4. g.* Gratia magna erat in omnib. illis, neque enim quiſquam egens erat inter illos.

Dominus dabit verbum euangelizãtibus virtute multa. *Quod fuit tunc impletum, ſecũdum quod dicitur Act. 4. g. Virtute magna reddebant apoſtoli teſtimonium reſurrectionis domini noſtri Ieſu Chriſti.*

Rex vir. dilecti. *Tranſlatio Hiero. habet: Reges exercituum fœderabuntur, quia per prædicationem apoſtolorum aliorumque diſcipulorum Chriſti, non ſolum vulgares homines, ſed multi reges principes, & potentes fuerunt fœderati cum Chriſto per ſuſceptionem fidei, & hoc eſt, quod dicitur hic: Rex virtutum, id eſt, reges potentes, & accipitur hic ſingulare pro plurali, ſicut Exod. 8. f.* venit muſca grauiſſima, *id eſt, multitudo muſcarum.*

8 Dilecti. *Id eſt, facti ſunt dilecti ipſius Chriſti, qui eſt dilectus patris, ſecũdũ qđ dicitur Matt. 3. c.* Hic eſt filius meus dilectus, &c.

9 Et ſpeciei domus, &c. *Quia principes, & potentes conuerſi ad fidem dederunt eccleſiæ pretioſa donaria, ex quibus ornata eſt eccleſia, vt patet in pluribus hiſtoriis, & ſanctorum legendis, & hoc eſt, quod dicitur.* Et ſpeciei domus. *hoc eſt ad ſpeciem, & decorem domus dei quæ eſt eccleſia pertinet.*

10 Diuidere ſpolia. *Hoc eſt, diuerſis eccleſiis, & perſonis eccleſiaſticis diuidere prædicta donaria. Conſequenter oſtẽditur qualiter temporalibus talibus ſit vtendum, cum dicitur.*

11 Si dormia. *Ad cuius intellectum ſciendũm, quod* κλῆρος *cleros Græce, idem eſt, quod ſors Latine. Columba autem hic accipitur pro eccleſia, quæ frequenter columba nominatur in Canticis. Pennæ autem huius columbę ſunt virtutes eam ad cœleſtia eleuantes, dicit ergo:* Si dormiatis. *id eſt, quieſcatis.*

12 Inter medios cleros. *id eſt, inter ſtatus eccleſiæ, ſcilicet. militãtis, & triumphantis, quod fit quando ſic vtuntur homines bonis præſentis vitæ, vt non amittant bona æterna, ſed magis acquirant, quia ſicut diuitiæ impedimenta ſunt reprobis, ita probis ſunt adiumenta virtutis, vt dicit Amb. ſuper Lu. Et ſic.*

13 Pennæ col. dearg. *Sunt, quia præſens vita ducitur in conſcientiæ puritate.*

prædicatione in cœlum fertur.

A ⁂Baſil. Pennas columbæ Spirituſſancti gratiam dicit, quę in ſpecie columbæ ſupra Iordanis fluenta deſcendit.

⁂Euthymius. Columbam putamus Chriſtum eſſe ob eius nimiam manſuetudinem ac patientiam: per huius autem columbæ alas Chriſti corpus intelligere poſſumus, veluti exteriorem, ſeu magis extremã partem.

† Inter ſcapulas eius in viriditate auri. Cant. 1.a.

† Diuerget, imperet omnipotens.

† Baſan.

⁂Beda. Columba de qua hic dicitur, eſt Eccleſia de qua in canticis Canticorum habetur, vna eſt amica mea, & columba mea. vocatur autem Eccleſia columba propter innocentiam, & propter frequẽtem gemitũ.

† Saltatis, contendiitis inſidiamini, montes excelſi.

a *Et poſteriora.* Aug. vbi radices alarum, vel vbi portatur ſarcina, charitas. Alæ duo pręcepta charitatis in quibus tota lex, & prophetę. Sarcina leuis, ipſa charitas, quę in his impletur, quia quicquid difficile eſt in pręcepto, leue eſt amanti, vnde: *Onus meum leue per ſpiritum*, ex quo charitas. Ibi ergo viror auri, ideſt vigor ſapientię. Vigor ſapientię eſt charitas.

B

Matt. 11.d.

*Poſteriora.* ⁂ Euthym. Per poſteriora dorſi, quę gręci vnico vocabulo μετάφρενα dicunt, & nos poſſumus ſcapulas dicere, animam Chriſti intelligit, tanquam interiorem, ac magis tectam partem, ſplendidum inquit, atque elegãs, & Chriſti corpus; & argenti inſtar refulget, omni enim caret peccati macula, verum ipſa etiam anima, non minori luce, ac fulgore ſplendeſcit, cum puriſſimo poſſit auro comparari.

⁂Aug. Poſteriora huius colũbę, i. vltima in ſpecie auri ſplẽdent, quia poſtquam de mundo exijt ſuper aurum lucet, in charitate, quę nũquam excidit. hic argento, ibi auro cõparat.

*Inter medios cleros.* Aug. Latinę linguę eſſet inter cleros, ſed quod dicimus inter nos, Gręcus habet inter medium nrm. Hic ergo inter medios cleros, id eſt, inter medium clerorũ quod dici ſolet in eis rebus, quę inter ſe debent habere conſenſum. Cleros teſtamenta dicit, per quę datur hęreditas, q̃ Gręce dicitur cleronomia. Latinę cleros ſors, & ſortes ex promiſſione dei, partes hęreditatis vocãtur, vel cleros ipſas hereditates hic dicimus terrenam veteris teſtamenti, ęternã noui. Inter quas dormit, qui illã iam non ardenter petit, & iſtã patienter expectat. Qui.n. adhuc terrenę inhiat, nunquam quieſcit, ſed cupiditatibus per multa agitatur. Vel ſi

C dormiatis, ideſt, ſi moramini, vt vſque in finem in hoc perſeueretis. inter medios cleros, hoc eſt in cõtẽptu terrenorũ ſpe

a ¶Diuinis eloquiis eruditæ. b ¶In reſurrectione, vel in fine. ¶ Si dormiatis, &c. eritis pennæ, quod non eſt, niſi per diſcernentem. quia.

a deargentatæ, & † poſteriora dorſi eius in † pallore auri. 1
2

a ¶Aug. diuidens ſingulis prout vult b ¶ Qui aſcendens ſuper omnes cœlos. c ¶Rectores, vel doctores. d ¶Columbam, vel hæreditatem. e ¶Inconparabiliter.

Dum † diſcernit cœleſtis reges ſuper eam, † niue dealba- 3
4
5
6

a ¶Per remiſſionem peccatorum Ipſi rectores, vel alii homines. b ¶In vmbra gratiæ. ¶Corpore Chriſti: ¶ Hic Selmon eſt mons in vertice montium c ¶Quæ .t. d ¶ Ne quis audeat cum cæteris comparare, quia dicebant eum alii Ioannem, alii Eliam quos increpat, vt quid ſuſpicamini, &c.

b buntur in Selmon: mons Dei mons † pinguis. Mons † 7
8

a ¶Lacte nutriens teneriores doctrinæ. ¶Alias incaſeatus. b ¶Pane cibans.

coagulatus mons pinguis, vt quid † ſuſpicamini 9

a ¶Scilicet eſſe montem in quo, &c. b Chriſtus. ¶ Vel mons eſt ſolus, qui patri placuit, vt in eo habitaret.

c montes coagulatos? Mons in quo beneplacitum eſt 10
11

a Augu. Per ſe, in aliis per ipſum habitat. b Alios montes. Aug. Vt aliquid ſint qui nunc eo nil, vnde fiunt currus portando Deum, quos manendo in eis, & regendo ducet In finem, vt currum ad deſtinatum locum.

d Deo habitare in eo, etenim dominus habitabit 12

ſpe celeſtium.

Auguſtinus. Verum dominus dabit verbum euangeli-zantibus virtute multa. Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatę, niue dealbabuntur in Selmon, hoc eſt, ſi vos, qui diuidimini ſpolia ſpeciei domus per diuerſa dona, dormiatis inter medios cleros, tunc vos, qui eſtis pennę dealbabimini in Selmon. Vel ita: Si vos o pennę dormiatis inter medios cleros, tunc niue dealbabuntur ſcilicet homines, qui per gratiã remiſſionem peccatorum accipiunt. Vel ſi dormiatis vos, qui diuidimini ſpeciei domus eritis pennę columbę deargentatę, hoc eſt, in alta eleuabimini, vel vobis erunt pennę, ambiguum eſt

Caſſiodor. Diapſalmus dum diſcernit, de donationibus Chriſti aſcendentis, qui ſolus poteſt, & non alius.

Aug. Dum gratia ſpirituſſancti reges diſcernuntur ſuper eccleſiam, niue dealbabuntur in Selmon, ideſt, vmbra, ideſt ſpirituſſancti gratia, quia non meritis diſcernuntur, ſed ſpiritu obumbrante ab ęſtu carnis, vmbra fit lumine, & corpore. Lumen eſt verbum cui corpus acceſſit, verbum caro factum eſt, & in eum credentes proteguntur.

b *Mons Dei mons pinguis.* Aug. Caſſ. Commendationẽ montis ſubdit: *Mons Dei mons vber.* vnde aquę irriguę, & ſuaues fluunt, coagulatus propter paruulos, ſed pinguis fertilitate ſua propter maturos. Vt quid ergo putauit alios mõtes eſſe hũc montẽ. Iſte ſolus eſt in quo beneplacitum eſt deo. Hic enim eſt mons, qui in Ezechiele vulnerat principem Tyri.

⁂ Baſil. In montem, quos haſtenus vocauit euangeliſtas animalia, & reges. Sic & Iſaias dicit, futurum eſt in poſtremis diebus, vt illuſtris ſit mons domini, Pinguem autem, & coagulatũ eũ dicit, eo q multũ pabuli paſcentib. in eo gregibus exhibeatur, & multũ pinguedinis à diuina gr̃a accipiat.

⁂ Euthym. Montem dei eccleſiam fidelium appellat, veluti à terrenis eleuatam, & contemplatione, atque actionibus ſuis tendentem in cęlum.

c *Beneplacitum eſt Deo, &c.* Auguſ. Etenim dominus habitabit eum in finem, id eſt, vſque ad terminum maieſtatis ſuę, qui eſt finis ſine fine, & plenitudo omnium.

d *Etenim dominus habitabit.* Auguſt. Nullus, vt iſte, quia iſte mons, ſcilicet dominus habitabit illos montes vſquequo ducat in finem, ideſt in ſe Deum contemplandum.

Idei

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et poſteriora dorſi eius. *Ideſt ſuperiores partes pennarum, quæ ſunt ſuper columbæ dorſum.*

2 In pallore au. *Ideſt, terminantur in perfecta charitate, quæ habetur in ſtatu patriæ. Conſequenter oſtenditur per quorum miniſterium Deus talia agit, cum dicitur.*

3 Dum diſcer. cœleſtis. *Ideſt pater cæleſtis.*

4 Reges. *Ideſt rectores.*

5 Super eam. *Ideſt ſuper eccleſiam, quod fuit factum quando deus decreuit mittere apoſtolos ad diuerſas partes orbis ad regendam, & ordinandam eccleſiam, ad cuius regimen, et ordinationem apoſtoli inſtituerunt per diuerſas partes orbis epiſcopos, & ſacerdotes, vt patet ex eorum geſtis, ideo ſubditur.*

6 Niue dealbabuntur in Selmon. *Selmon vno modo eſt proprium nomen cuiuſdam montis, vt habetur Iud. 9. Alio modo eſt nomen appellatiuum, & ſignificat obſcuritatem, & ſic accipitur hic ab Hebræis, & ſic eſt ſenſus huius literæ.* Niue dealba. *Ideſt ſuper niuẽ dealbabuntur, & eſt modus loquendi Hebraicus. Vnde ſupra pſal. 50. vbi habemus, Super niuem dealbabor. In Hebræo habetur,* & niue albabor. *ideſt, plus quam nix.*

*In Selmon, ideſt, illi qui fuerunt in obſcuritate errorũ, quia per miniſtros eccleſiæ infideles conuerſi ad fidem baptizabantur, & ſic qui fuerant in obſcuritate errorum ſuper niuem dealbabantur, quia maior eſt dealbatio mentis, quam corporis, quanto ſpiritualia corporalibus præferuntur. Et quia ſic augmentata fuit eccleſia, ideo ſubditur.*

7 Mons dei mons pinguis. *Et incipit hic verſus ſequens præcedentem in Hebræo, & in tranſlatione Hieron. Et dicitur hic eccleſia mons pinguis propter abundantiam gratiæ diuinæ in primitiua eccleſia maxime.*

8 Mons coagulatus. *In Hebræo, & in tranſlatione Hiero. hab. Mons excelſus, & idem ſignat, quia coagulatio hic accipitur prout importat appoſitionem ad rem aliquam, per quam inaltatur. Et dicit. eccleſia mons excelſus, vel coagulatus, quia ſecundum dictum ſaluatoris Matth. 13.d. aſſimilatur grano ſinapis, quod cum ſit minimũ aſcendet in arborẽ magnã per fidei dilatationem, propter quod de ea dicit Eſa. 2.* Erit in nouiſſimis diebus mons domus dei in vertice montium, &c. 9 Vt quid ſuſpicamini. *Pſalmiſta conuer. ſermonem ad Gentiles idola colentes in delubris, & phanis dicens. quid ſuſpicamini, ideſt, falſo creditis.*

10 Montes coagulatos. *Ideſt loca ſalutis extra eccleſiam eſ. ſcilicet templa veſtra, & idola.*

11 Mõs in quo beneplacitũ, &c. *Id eſt, ille ſolus eſt vere mons coagulatus, & pinguis, in quo beneplacitum eſt deo cohabitare, cuiuſmodi eſt eccleſia militans. Vnde dicit ſaluator Matt. vlt. d.* Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. *Et eccleſia triumphans, in qua æternaliter cum ſanctis habitabit, ideo ſubditur.* 12 Etenim dominus habitabit in finem *In tranſlatione Hieronymi, habetur, in ſempiternum.*

Curr

Idem. Alij autem montes ſunt currus per quos vehitur Deus in vniuerſum mundum. Currus, quia vnanimes copulati charitate, quos ad miniſterium voluntatis ſuæ moderatur Deus decem milibus innumeris populis multitudo ſanctorum.

lum. Aſcenſus aũt hic libertatem oſtendit, dum ait, aſcendiſti, ſponte tua nimirum. Tu etiã ipſum diabolũ, qui tyrannidē in nos exercebat, crucis iaculo confodiſti, & gentium captiuitatem captiuaſti, quam ille antea captiuauerit, eos ſub in ſeruitem redigens: propterea ipſe dominus alibi ait, cum autem exaltatus fuero à terra omnia traham ad me, D

a *In finem.* Auguſt. Quia perſonaliter vnitus eſt ei, in quo habitauit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.

⁂ Euthymius. & Baſil. In finem hoc eſt, perpetuò. Quid ad hoc dicent Iudęi? Neque enim habitauit perpetuò dominus in Sion, ſed certo ac finito tantum tempore.

b *Milia lætantium.* Auguſt. Caſſiodorus. Magnam multitudinem ſignificat ſanctorum, qui ſunt milia lætantium, quia ſpe gaudent. Dominus enim in illis Sina, id eſt, in mandato quod ſanctum eſt. Quid enim prodeſt mandatum, niſi dominus ibi ſit qui dat velle & operari? Aliter enim litera occidens, ſed dominus per ſpiritum dat charitatem qua impletur, & ideò lætantur.

Vſque.
a b in finem. Currus Dei decem millibus multiplex milia læ- 1
a In eo curru. b Cum lætantur. Quia iam. Qui erit & ipſis. c Et. In impleto mandato. d Chriſto. e Conuertit verba ad ipſum Deum. Sed hoc quomodo. O Chriſte. 2
a Eſt. b Sunt.

c d tantium: dominus in eis, in Sina in ſancto. Aſcendiſti in 3
a Ad dexteram patris. Hieron Loco & dignitate. b Hoc de Chriſto apoſtolus exponit. Antequam aſcendens. c Homines qui erant ſub lege captiui ſiue ſub diabolo peccatum. 4
d Alias dediſti. e Eroganda quæ donares ſuſcepiſti. f Sui pendis, id eſt homines ſuſcipiendo.

e f g altum † cepiſti captiuitatem, accepiſti dona in hominibus 5
a Quia. b Erant. Vel accepiſti homines. Quos iſti ſunt feliciter captiuauit, vnde propheta plenus lætitia eructat hymnum. Benedictus. 6
c Chriſtum hominem. d Scilicet verbum.

† Et enim non credentes inhabitare dominum Deum. 7
a Laus de triumpho. Aſcendit, & quo præceſſit nos ſequi faciat. b Alias Auguſt. De die in diem quod valet idem, id eſt iugiter. c Ad ſecundo.

h i Benedictus dominus die quotidie: † proſperum iter 8
a Qui talia fecit. b Qui & non credentes vocat de pluribus periculis. c Saluationum. 9
d Inquam.

k faciat nobis, Deus † ſalutarium noſtrorum. † Deus
a Non cuiuſcunque. b Quos tamen non mirum eſt mori, cum ſit exitus domini.
Tamen.

l noſter Deus ſaluos faciendi, & domini, domini

f *Cepiſti captiuitatem.* Prius apud inferos captos, hęc ſunt ſpolia. Similitudo triumphi, accepiſti dona in hominibus à patre, id eſt homines. Vel dediſti, ſecundum quod Deus, dona hominibus, quod etiam fit in triumphis.

Cepiſti captiuitatem. Auguſtin. Vnde captiui dicuntur, quia capti retibus Petri, & ſub leue iugum miſſi, vnde in hoc curru ſunt milia lætantium, non plorantium.

E
Luc 5.b.
Mat. 11.d.
-Die
† Afferet nobis Deus ſalutem noſtram, Sela vel portabit nos Deus ſalutis noſtrę, Sela.
Epheſ.4.b.
Matt.25.d.
† Deus nobis eſt Deus ad ſalutem, & domino Deo ad mortem ſunt exitus, vel Deus qui nobis ſaluator eſt, eſt dominus Deus per quem mortē euadimus.

⁂ Baſilius. Non iam ò Iudæi, paucos ſanctos habebit quos inſcendat, & in quibus habitet. Sunt enim illorum multæ miriades, qui aſcenſione hac Dei digni habentur, imò numerum ſuperant.

c *Sina in ſancto.* Caſsiod. Eſt mons in quo data eſt lex. Dicitur mandatum in quo requieſcit dominus, quia in ſanctis mandatis eius pręſentia ſolet contueri.

In Sina. Hieronymus. Vel in Sinai ſancto, id eſt, qui in Sina monte olim dedit legem, ipſe idem eſt in ſancto, id eſt in Chriſto, qui eſt ſanctuſſanctorum.

d *Aſcendiſti.* Auguſtinus. Qui propter nos erudiendos deſcendit.

e *In altum.* Super omnes cœlos.

⁂ Euthymius. In altum, hoc eſt in crucem vel in cœlum.

C

g *Accepiſti.* Auguſt. Paulus apoſtolica autoritate ſecundũ quod filius cũ patre Deus eſt, dicit. Dedit dona hominibus mittens ſpiritum qui eſt patris & filij. Sed ſecundum quod idem eſt caput in eccleſia, accepit dona in membris, dum ipſa membra accipiunt. vnde. *Quod vni ex minimis fecisti fec.*

h *Quotidie.* Auguſt. Quia quotidie captiuat captiuos vſque in finem ſeculi. Et quia currum illum ducit in finem, addit, proſperum iter.

i *Iter.* Auguſtinus. Curſum vitę, quę verè proſper cum dux ſit ſalutaris.

k *Deus noſter.* Caſ. Diapſalma. Exponit operationes quę ex ſupradictis eueniunt. Conquaſſatio inimicorum, conuerſiones peccantium, martyria ab vtroque ſexu.

l *Saluos faciendi.* Augul. Commendat gratiam, quia nullus ſaluus niſi per eum, ſed ne dicas cur ergo morituri? patienter fer, & mortem non indigneris, quia & domini qui ſine peccato fuit exitus non alius quam mortis tamen voluntate, ne homo timeret mortem.

Exitus F

## NICOLAVS DE LYRA.

Currus Dei. *Hic conſequenter Pſal. inuitat angelos ad deferendum Chriſto aſcendenti conſortium. Ad magnificentiam enim regis non ſolum facit multitudo miniſtrantium, ſed etiam multitudo aſſociantium, ſecundum quod dicitur Prouer.*14 *d. In multitudine populi dignitas regis: in paucitate verò plebis ignominia principis. Et primò inuitat Pſal. angelos ad Chriſti aſcendentis conſortium: ſecundo declarat eccleſiæ profectũ, ibi.* Benedictus dominus. *Circa primũ Pſal. ad ſuum propoſitum præmittit exemplum de multitudine angelorum aſſiſtentium in datione legis ſecundum quod habetur Deuter.*33*.a. vbi dicitur.* Dominus de Sinai venit, *& ſubditur.* Et cum eo ſanctorum milia. *Id eſt angelorũ, vt ibidem fuit expoſitum: & hoc eſt quod dicitur hic.* Currus Dei. *Dicuntur aũt angeli Dei currus Dei, eo quod ei ſubſunt, & propter hoc dicitur in eis ſedere ſicut in curru, vel inde ſecundum quod dicitur. infrà Pſalm.* 79. *a.* Qui ſedes ſuper cherubim.

Decem milibus multiplex. *Id eſt, duplicatus. Vnde in Hebræo legitur:* Bis decem milia lætantium: *quia angeli ſancti ſemper laudant Deum.*

Dominus in eis, &c. *Id eſt, aſſociatus fuit per eos in legis datione ſuper montem ſanctum Sinai. Et ex hoc arguit quod maior multitudo debuit eſſe in aſcenſu Chriſti dicens.*

Aſcendiſti in altum. *Id eſt, in cœlum empyreum.*

Cepiſti captiui. *Id eſt, accepiſti illos qui in limbo detinebantur captiui, eos tecum ad cœleſtia deducendo, quod fuit maius quam dare legem Moſaicam: & ideo debuiſti habere tecum maiorem angelorum multitudinem.*

Accepiſti dona, &c. *Id eſt, accepiſti dona ſpirituſſancti à Deo patre ſeu tota trinitate diſtribuenda hominibus, id eſt, apoſtolis aliiſque diſcipulis in die pentecoſtes. Nec eſt per hoc intelligendum, quod Chriſtus homo in ſua aſcenſione acceperit ſpiritum ſanctum, cum ab inſtanti conceptionis fuerit* plenus ſpiritu gratiæ & veritatis, *Ioh.* 1.*b. Sed pro tanto dicitur Chriſtus accepiſſe dona ſpirituſſancti in ſua aſcenſione, quia ad declarationem ſuæ perfectæ glorificationis ad dexteram patris datus fuit ſpirituſſanctus in ſigno viſibili apoſtolis, propter quod dicitur. Ioh.* 7*.f.* Nondum erat ſpiritus datus, *quia nondum erat Ieſus glorificatus. Et quia ſpirituſſanctus non ſolum datus fuit in ſigno viſibili apoſtolis qui Iudæi erant, ſed etiam Gentilibus, vt patet Act.* 10*.a. de Cornelio & amicis eius, & in pluribus aliis locis eiuſdem libri de aliis Gentilibus, ideo ſubditur.*

7 Et enim non credentes, &c. *Quaſi dicat etiam per dona ſpirituſſancti factum eſt quod Gentiles non credentes ſcilicet prius in vnum Deum habitent dominum Deum, & habitentur ab eo, quia per gratiam ſancti ſpiritus Deus habitat in hominibus, & homines in Deo, ſecundum quod dicitur.* 1*. Ioan.* 4*. cap.* Qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo: *& ideo li credentes, poteſt teneri nominatiue vel accuſatiue.*

8 Benedictus. *Hic conſequenter Pſalmiſta enarrat eccleſiæ profectum quod facit dupliciter. Vno modo declarando eius promotionem. Alio modo aduerſariorum fidei depreſſionem. Secundum facit ibi.* Veruntamen Deus. *Circa primum dicit.* Benedictus dominus die quotitie *id eſt, per ſingulos dies laudetur à fidelibus. Et cauſa ſubditur cum dicitur.*

9 Proſperum iter faci. &c. *Promouendo eccleſiam de bono in melius ad ſalutem electorum. Et quia ſecundum apoſtolum.* 1*. Timo.* 2 *b.* Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. *ideo ſubditur.*

10 Deus noſt. Deus ſal. faciendi. *Quia ab eo eſt ſalus hominum, perditio autem ex malitia eorum, ſecundum quod dicitur Oſee.* 13*. cap.* Perditio tua ex te Iſrael, tantummodo ex me auxilium tuum.

11 Et domini domini exitus mortis. *Id eſt à morte. Quia ſicut proprium eſt Dei ſaluos facere, ita etiam à morte culpæ & gehennæ facere declinare. Et notandum, quod cum dicitur hic:* Domini domini,

A a *Exitus mortis.* Caſ. Id eſt, reſurrectio, ne queraris de morte, quia Chrīs inde exiuit, & inde exire dedit. Ne mala pertinacium credas impunita, ſubdit: veruntamen capita, ſuperbiā, vel autores Iudaicæ ſectionis, vel ſeditionis, vel hæreſis.

✠ Euthymius. Ad poteſtatem inquit, Dei pertinet, vt à morte quis ad vitam educatur. Per mortem vero, & illam itelligere potes, quæ corporis operationes extinguit: ipſam nimirum naturalem mortē. Et illam, quæ virtutum operationes in anima mortificat, quám appellamus peccatum. Ab vtraque enim morte poteſt nos Deus liberare.

*Exitus mortis.*

✠ Beda. Quaſi dicat, quid miſera mortalis conditio indignaris? quid conquereris non habes indignari ſed conſolari: vt enim patienter ſuſtineas, non ſolum tribulationes, ſed B ēt mortē habes conditionē, per hoc quia Dñi Dei, dico ſpecialiter & abſolutè Dñi eſt exitus mortis: quia non tm̄ tribulationes pertulit, ſed etiam per mortem mundum exiuit.

b *Verticem capil.* Caſſiod. Verſutias inanium quæſtionum, quæ tales inimicitias calumniarum quærunt, ut capillos uideantur perſcrutati.

c *Perambulantium.* ✠ Euthymius. Confringet inquit, Deus capita inimicorum perambulantium verticem capilli, hoc eſt conculcantium verticem comæ, comæ dico quorūlibet delinquentium. Capillum enim hic dixit pro coma. Cōculcare verò delinquentium comam dicuntur dęmones, eò q peccatores quoſque veluti ſibi ſubiectos conculcant.

d *Ex Baſan.* Aug. Id eſt, confuſione, quia confundet de peccatis qui pro eis orat. Vel Baſan dicitur ſiccitas & de ſiccitate, id eſt, inopia iuſtitiæ conuertit dominus: non eos qui plenos iuſtitiæ ſe putant, cum ſint inanes. Vel conuertar, quia conuertit Deus his qui confunduntur de peccato, & qui ſicci imbrem gratię deſiderant: & ſecundum hoc conuertar in profundum maris, id eſt, ad eos qui erant deſperatiſſimi.

e *Pes tuus.* Aug. Id eſt, vt qui prius erant inimici, fiant pes tuus, prædicando vſque ad ſanguinem, ſcilicet, vſq: ad mortem: & canes, pro Deo latrantes qui edunt de micis, &c.

C

*Pes tuus.* Auguſt. Illi ſoli ad officium regiminis aſſumēdi ſunt, qui quod percipiunt, aliis prædicant, & qui manibus bonorum operum exequuntur, quod ore prędicant vel docēt. Vnde in Leuitico, *Os turturis retorquetur ad aſcellas.*

f *In ſanguine.* Baſil. Quoniam oſtendit Deum veluti ſtrenuum quendam victorem hoſtes expugnantem, ſanguinis quoque riuos, & mortuos conculcatos, ac inſepultos proiectoſque ſermone depingit. hoc autem & per Eſaiā clamat, Torcular inquit, calcaui ſolus, nec quiſquam ex gentibus mecum erat, & conculcaui eos in furore meo, & ad terram ſanguinem eorum effundi, & cum eos vincerem aſperſa ſunt veſtimenta mea.

a ¶ Eſt: b ¶ Qui nos liberat. c ¶ Etſi mortuus vel ſicet ſaluator. d ¶ Auguſt. Vel vt humilientur hi, vel vt in carcerem tradantur.

a exitus mortis. Veruntamen Deus † confringet capita inimi- 1

a ¶ Vt Arii. b ¶ Aug. Nimis extollentium ſe in delictis in quibus ſaltem deberent humiliari dicentes, Deus propitius eſto mihi peccatori, ſed & ibi ſuperbiunt & iuuant, ſecundum illud Inſipiens cogitatio quæ perducit ad culpas. c ¶ Extollentium. d ¶ Perſeuerantium.

b c corum ſuorum: verticem capilli perambulantium in delictis 2

a ¶ Confringet, quia Dominus dixit. b ¶ Ex gentibus etiam conuertet multos. c ¶ Aug. Ad eos qui iacent in profundo maris.

d ſuis. Dixit dominus, ex Baſan † conuertam, conuertam in pro- 3

¶ Vel tar. ¶ Vel do. a ¶ Seculi. b ¶ Vel conuertam eos vel conuertar ad eos, vt intingatur. Quod non Deus ſed propheta dicit conuerſus ad ipſum. c ¶ Vel illorum. d Fiet vel erit.

e f fundū maris. Vt † intingatur pes tuus in ſanguine: lingua canū 4

a Per conuerſationem ex inimicis, fient canes pro domino latrantes. b A teipſo. c Intingatur &c. quia ſic te vident præceſſiſſe. A parte tua. d Cuius Dei? O.

g h i tuorum ex inimicis † ab ipſo. Viderunt † ingreſſus tuos Deus 5

† educam, reducam redire faciam ſub. exercitum meum contra te de profundis.
† iubeat.
† ab ipſis.

g *Canum.* Auguſt. In magno ſacramento eos ducere iuſſus eſt Gedeon, qui vt canes aquam lamberent, trecentos tantum & non plures in ſigno crucis propter thau, quæ trecentos ſignificat.

✠ Euthymius. Canes Chriſti, Epiſcopi ſunt qui inſidiatores expellunt, & rationales greges cuſtodiunt. Horum igitur canum intellectualis lingua intincta eſt, in ſanguine nimirum, qui profluebat ex inimicis.

h *Ab ipſo.* Auguſtinus. Quaſi ſi quæras, vnde tantum bonum, ut canes eius ſint cuius erant inimici? ait ab ipſo, id eſt eius gratia, non à ſeipſis.

i *Viderunt ingreſſus tuos Deus.* Auguſtinus. Vel viſi ſunt greſſus tui Deus, quibus veniſti in mundum. Hæc gratia latebat in veteri teſtamento. Modo patet cum miſſus filius annuntiatur in gentibus.

✠ Euthymius. Per inceſſus hic actiones Chriſti in carne conuerſationemque, ad uitam eius intelligit, quorum omnium ſpectatores Apoſtolos fuiſſe legimus, iuxta quod per alium prophetam dicitur, poſt hæc in terra viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt.

✠ Baſilius. Ingreſſus Dei, diſpenſationes illius dicit.

Qu F

## NICOLAVS DE LYRA.

domini. *Non eſt nugatio, quia in Hebræo ſunt duo nomina. Primum eſt nomen domini tetragrammaton, quod ſignat Dei puram ſubſtantiam. Secundum eſt adonai, quod importat dominium: & per conſequens reſpectum ad creaturam: & ſic non eſt ibi nugatio, quia ſunt nomina à diuerſis proprietatibus impoſita: propter quod Hier. tranſtulit, domini Dei mortis egreſſus: quia vbicunque ponitur nomen domini tetragrammaton quod eſt ineffabile: Hieron. transfert hoc nomen domini ideo pro adonai tranſtulit Dei.*

1 Veruntamen. *Hic conſequenter declaratur aduerſariorum fidei deiectio, & primò quantum ad Iudæos, ſecundò quantum ad Gentiles tyrannos, ibi:* Increpa feras. *Prima in duas, quia primo ponitur Iudæorum deiectio, ſecundo Chriſtianorum exultatio, ibi:* Præuenerunt. *Circa primum dicit:* Veruntamen Deus confringet, &c. *Quaſi dicat, quamuis Deus velit omnes ſaluos fieri, tamen vult capita inimicorum ſuorum puniri ſecundum ordinem iuſtitiæ ſuę, cuiuſmodi fuerunt ſacerdotes & principes Iudæorum: vt habetur in textu euangeliorum.*

2 Verticem cap. &c. *Id eſt, ciuitatem Ieruſalem, quæ erat caput regni Iudęæ. Et dicitur vertex capilli, id eſt, capilloſus: quia propter muros & turres eam circundantes videbatur inexpugnabilis, ſicut vertex capilloſus dicitur fortis, & tamen fuit deſtructa & incenſa à Romanis propter peccata Iudæorum eam inhabitantium. Modus autem deſtructionis eius ſubditur: cum dicitur.*

3 Dixit dominus, &c. *Ad cuius intellectum, ſciendum quod Iudæa in qua metropolis erat Ieruſalem, eſt ſita ex vna parte ſuper Iordanem fluuium, iuxta quem eſt terra Baſan, vt patet ex libro Numerorum, & ex alio latere ſuper mare mediterraneum. Veſpaſianus autem miſſus à Nerone contra Iudæam, aggregauit ſibi exercitum ex vtroque latere ſcilicet per terram Baſan & per mare: & hoc eſt quod dicitur:* Dicit dominus ex Baſan, &c. *Quia ex diuina diſpoſitione facta eſt deſtructio Iudææ in vltionem mortis Chriſti, ſicut prædixerat ſaluator Luc. 19. f. Ex Baſan conuertam, conuertam in profundum maris, id eſt, conuertam exercitum contra Iudæam ex parte terræ Baſan, & ex parte maris.*

4 Vt intingatur pes tuus in ſanguine, lingua canum tuorum ex inimicis, &c. *Quia in deſtructione Ieruſalem tanta fuit occiſio Iudæorum, quod pedes ambulantium tingebantur in ſanguine: & canes ſecundum ſuum appetitum poterant ſanguinem occiſorum lingere. A principio enim belli vſque ad finem, fuerunt decies centena millia Iudæorum occiſi, vt dicit Ioſephus libro de Iudaico bello. Cauſa autem tantæ occiſionis ſubditur cum dicitur.*

5 Viderunt ingreſſus tuos Deus. *Iudæi enim viderant proceſſum Chriſti per terram eorum prædicando, miracula faciendo, & ideo erant magis puniendi tanquam excuſationem ſui ſceleris non habentes, propter quod dicit ſaluator Ioan. 15. d.* Si opera non feciſſem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, nunc autem viderunt & oderunt me & patrem meum, &c. *Et ibidem præmittitur:* Si non veniſſem, & locutus eis non fuiſſem, peccatum non haberent, nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.

Ingreſſi

a *Qui*. Auguſtinus. Deus.
b *Eſt in ſancto*. Corpore, licet perfidi non videant ſecundum quod paſſus. In hoc eti im, patiendo vel credendo, præuenerunt eos Principes, vel præuenerunt te ad laudem.
c *Principes*. ✠ Baſilius, & Euthymius. Apoſtolos Principes appellat, quemadmodum & alibi: Conſtitues inquit eos Principes ſuper omnem terram. Hi igitur Principes, omnes alios credentes in fide præuenerunt per pſallentes verò, ipſos prophetas intelligit, eo quod omnia cecinerint ac prædixerint quę ad Chriſtum pertinebãt. His igitur prophetis Apoſtoli coniuncti fuerãt, hoc proximi ac vicini extiterunt, quia & tẽpore, & prędicatione illos conſequuti ſunt.

Inquam. a Verbi. Creatione. b Gubernatione. c Id eſt, ſanctis vel in corpore. Templo. d Vt populi ſequerentur. Vt iſti greſſus viderentur, Præuenerunt
a ingreſſus Dei mei, regis mei, qui eſt in ſancto. Præuenerunt 1
b Apoſtoli. a Non ſoli. b Bene operando ad gloriam De. Auguſt. Qui Dei laudes 2
ſonant. c Principes etiam. d Ne fœmineum ſexum excludas. Quæ etiam ab eis 3
apoſtolis formam laudandi & patiendi ſumunt.
c † principes coniuncti pſallentibus, in medio † iuuencularũ 4
d a Ergo. Conuerſi ex Baſan. b Cui latria. c Cui dulia. d Vos dico potari.
e tympaniſtriarũ. In eccleſijs benedicite † Deo domino, † de 5
f De doctrina apoſtolorum, vel in eccleſijs. a Aug. De Iſrael prius elegit quos fontes faceret aquæ viuæ ſalientis in vitam æternam. Ioan. 4.b. b Inter fontes, vel in eccleſiis. Et. c Paulus apoſtolorum nouiſſimus. Nouiſſimè aſſumptus. Depoſita vetuſtate malitiæ. d Mente ſurſum vecta.
fontibus Iſrael Ibi Beniamin † adoleſcentulus in mentis ex- 6
g a Ibi etiam. b Sunt. c Qui in eccleſiis benedicunt Deum. 7
h
i ceſſu. Principes Iuda duces eorum, principes Zabulon 8
a Per iſtos. Docendo ſcilicet. Exemplum commenda. Cum Chriſtus pro nobis 9
mortuus, quomodo non omnia nobis cum illo Deus donauit?
k & principes Nephthali, † Manda Deus virtuti tuæ 10 11

d *In me*. Miniſtri, præpoſiti nouarum eccleſiarum Deum laudantium carne domita & corio ſiccato ab humore peccati, & extenſo à ruga duplicitatis.
e *In eccleſiis bene*. Caſſiod. Diapſalma. Precatur & affirmat, vt hęc inceptio dilatetur & confirmetur, pro qua & hęretici deſtruantur.

Auguſtinus. In eccleſiis. Hæ ſunt iuuenculæ tympaniſtriæ, ne quis carnaliter choros luxuriæ cogitet. Eccleſiæ quippe ſunt adoleſcentulæ, noua gratia decoratæ.

In eccleſiis, non alibi, non in aliis conuenticulis.

✠ Baſilius. Hic de Eccleſiarum multitudine vaticinatur, in quibus ex fontibus Iſraeliticis, propheticis, videlicet libris, Deum laudare pręcipit.

✠ Euthymius. Hic ſermo, legalis cultus ceſſationem prædicit, & Eccleſiarum multitudinem, quæ in variis orbis partibus erigendę erant. Nam olim vnicum tantum erat omnibus Iudęis templum.

f *De fontibus Iſrael*. Caſ. Vt ad eorum imitationem prædicetis quę decet, quia ſunt principes fidei, ſpei, & charitatis, & per hoc Beniamin, id eſt, filius dextrę.

g *Ibi Beniamin, &c. Princ. &c.* Caſſio. Per nomina tribuum, Chriſtum & apoſtolos indicat. Ibi. ſcilicet, in templo Ieruſalem. Vel in eccleſia. Interpretatio etiam nominum eccleſiæ conuenit.

Caſ. Forſan ex his tribubus fuerunt apoſtoli, ſed magis placet quod ex interpretatione accipitur. Iuda, confeſſio. Zabulon, habitaculum fortitudinis. Nephthali, dilatatio, quæ principibus eccleſiæ conueniunt. Prima. confeſſio, pro qua quicquid acciderit, fortiter tolerandũ eſt. Inde finitis anguſtiis, latitudo ſequitur ĩ præmio. Vel, confeſſio in fide fortitudo in ſpe, latitudo in charitate.

✠ Beda. Inuitat eos ad ſocietatem eccleſiarum, commendans conſortes & duces, quos ibi habebant. Quaſi dicat: Ideo in eccleſiis benedicere debetis quia ibi eſt *Beniamin*, id eſt, Paulus de tribu ſęuiſſima Beniamin natus.

h *Adoleſcen*. ✠ Euthymius. Seu magis vt poſcit gręca dictio, iunior dicitur, quia vltimus omnium Apoſtolorum ad fidem acceſſit.

i *In mentis*. Seu vt proprie eſt gręca dictio, in ecſtaſi, ꝓꝑ raptũ eius ad tertium cęlũ, de quo ipſe ait, ſiue in corpore, ſiue extra corpus neſcio, Deus ſcit. Nã & in Beato Paulo ea impleta ſunt q̃ de Beniamin à Iacob patriarcha in benedictionibus ꝑdicta fuerãt. Beniamin lupus rapax mane comedet, veſpere diuidet cibum. Ipſe ſiquidẽ Paulus ab initio, lupi inſtar, eccleſiã vaſtabat furore atq; cędibus penè eã deuorans, & tandẽ conuerſus, non tm̃ his cędibus abſtinuit, ſed ſpiritualem cibũ atq; cœleſtem panẽ eccleſię fidelibus, per vniuerſum orbem vt fidelis ac prudens diſtributor, diuiſit.

k *Manda Deus virtuti tuæ*. Caſſiod. O Deus notifica filium, quaſi quod enuntio futurum, perfice. Vel, virtuti tuę, id eſt fortibus tuis iniunge, vt te annuntient. Vel ò pater, manda tuum opus virtuti tuę, filio vel ſpiritui ſancto.

Auguſtinus. Commendat enim Deus charitatem ſuam in nobis, quoniam cum peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt, quod benè & confidenter orat.

☞ Confirma

† adoleſcentularum.
† Deum domínum.
† vel qui eſtis de vena.

## NICOLAVS DE LYRA.

Ingreſſus Dei, &c. *In hoc Pſalmiſta confitetur deitatem Chriſti & eius humanitatem, in qua deſcendit à Dauid & alijs regibus.*

Qui eſt in ſancto. *Id eſt, in cælo empyreo, ſanctis angelis & ſpiritibus appropriato.*

Pręuenerunt. *Hic conſequenter ponitur Chriſtianorum laudatio quæ proceſſit non ex zelo vindictæ, ſed diuinæ iuſtitiæ, cum dicitur:* Pręuenerunt. *Circa quod ſciendum, quod antequam venirent Romani ad deſtruendam Ieruſalem & terram in circumitu, Chriſtiani ibidem exiſtentes monitu angeli tranſierunt in regnum Agrippæ, quod erat confœderatum Romanis, prout habetur in Eccleſiaſtica hiſtoria. Et hoc eſt quod dicitur:* Pręuenerunt principes. *Id eſt, apoſtoli & alij principales inter Chriſtianos: quia ſicut dictum eſt, præuenerunt deſtructionem terræ inde recedendo, & ad regnum Agrippæ tranſeundo: vbi cum alijs fidelibus inſiſtebant diuinis laudibus, ideo ſubditur.*

Coniuncti pſallentibus. *Id eſt, virginum deuotarũ: quia à principio eccleſiæ aliquæ virgines fuerunt Deo conſecratæ, ſicut patet de ſancta Tecla, & pluribus alijs vt magis patebit infrà. Et vocantur hic tympaniſtriæ, non quia vterentur tympanis materialibus, ſed quia cũ apoſtolis inſiſtebant diuinis laudibus. Et hoc modo beatus Aug. virginem Mariam nominat tympaniſtriam, in ſermone de natiuitate ipſius, dicens: Audite igitur quemadmodum tympaniſtria noſtra cantauerit. Ait enim:* Magnificat anima mea dominum, &c.

In eccleſiis benedicite Deo do. &c. *Hoc dicit quia apoſtoli & primi diſcipuli Chriſti fuerunt de populo Iſrael, vt patet ex decurſu euangelij: & ab iſtis tanquam à fontibus originata eſt deuotio laudis in eccleſiis.*

6 Ibi Beniamin. *Id eſt Paulus, qui fuit de tribu Beniamin, ſecundum quod dicit Rom. 11. a. Qui conuerſus ad fidem iunxit ſe cum aliis fidelibus, vt habetur Act. 9.*

7 Adoleſcentulus. *Quia ſecundum veritatem adhuc erat adoleſcens quando fuit conuerſus, vnde dicitur Act. 7. d. Et teſtes depoſuerunt veſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis, qui vocabatur Saulus, & ſatis cito poſt fuit conuerſus. Vel dicitur adoleſcentulus, quia inter alios apoſtolos fuit vltimo ad fidem vocatus.*

8 In mentis exceſſu. *Quia fuit raptus vſque ad tertium cælum, vt habetur 2. Cor. 12. a.*

9 Principes Iuda duces eo. *Dominus enim noſter Ieſus Chriſtus fuit de tribu Iuda ſecundum carnem, vt habetur Rom. 1. & per conſequens Iacobus, Ioannes, Simon, & Iuda, & Iacobus minor eius cognati germani fuerunt de eadem tribu, vt videtur: & iſti fuerunt cum aliis apoſtolis duces Chriſtianorum. In tranſlatione Hieron. habetur: Principes Iuda in purpura ſua: quia propter Chriſtum ſuſtinuerunt martyrium, ſuo ſanguine purpurati. Et licet Ioannes non tranſierit per gladium, tamen paratus fuit ſuſtinere martyrium, quando fuit miſſus in feruentis olei dolium. Propter quod dicit Aug. libro de bono coniugali: Non eſt impar meritum martyrij in Ioanne qui paſſus non eſt, & in Petro qui paſſus eſt.*

10 Principes Zabulon & principes Nephthali. *Iſtæ duæ tribus acceperunt ſortes ſuas pro magna parte in Galilæa, vt habetur in Ioſue, de qua fuerunt plures diſcipuli Chriſti vnde vocabantur Galilæi Actio. 1. & ideo de tribu Zabulon, & Nephthali fuerunt ibi aliqui.*

11 Manda Deus virtuti tuę. *Verbum eſt Pſalmiſtæ loquentis in perſona primitiuæ eccleſiæ. Et eſt ſenſus:* Manda Deus virtuti tuę. *Id eſt.*

a *Confirma hoc Deus quod op.es.* Incipiendo.

A *Confirma.* ✻ Euthymius. Hęc ad filium dicta ſunt, vt Euangelij prędicationem, quod in nos, vel propter nos operatus eſt, validiorem ac potentiorem reddat. Vel confirma quod operatus es à templo tuo, hoc eſt, quod perfeciſti per aſſumptam humanitatem, quę templum dicitur ac tabernaculum diuinitatis. Nã quod ait à templo tuo, exponi debet, per templum tuum.

✻ Baſilius. Confirma gratiam quam dediſti nobis per templum tuum, quod ex nobis aſſumpſiſti, quod conſtituiſti ſuper omnem principatum, & poteſtatem, & omne nomẽ quod nominatur, nõ modo in hoc ſęculo, ſed & in futuro.

† inter vaccas

† Diſperge.

† principes aut præſtantiores.

a ¶ Iuuando. ¶ Per gratiam ſpiritus. ¶ In gentibus. b ¶ Fidem. ¶ Iudæis: c ¶ Quod vere facies, vel quod ſi feceris. ¶ Vel operatus es in nobis. ¶ Non aliunde.

a b confirma hoc Deus quod operatus es in nobis. † A templo 1 2

a ¶ Ente. b ¶ Aug Quia non intelligendo nocent. c ¶ Quia ſcripturas peruertunt, vel quia inſtabiles.

c d tuo in Ieruſalem, tibi offerent reges munera. † Increpa feras 3 4

a ¶ Quia. b ¶ Superborum indomitæ ceruicis hæreticorum. c ¶ Eſt. ¶ Seductibilibus inter mulieƈula. ¶ Vnde Apoſtolus, ex his ſunt qui pe. domos, & captiuas ducunt mulierculas 2. Timo 4.b.

arundinis, congregatio taurorum † in vaccis populorum: 5 6

a ¶ Sed non ſine fructu quia inde euenit. b ¶ Id eſt, emineant hi. c ¶ Eloquiis Dei. d Sed. Ne grex diſſipetur.

e f ut excludant eos qui probati ſunt argento. † Diſſipa 7 8 9

a Propter genera ſectarum. b Quia non correctioni. ſed contentioni ſtudent. c Quod fiet quia. d Ad Chriſtum dona ferentes. Præcones reconciliationis. e Tenebris gentium.

g h gentes quæ bella volunt: venient † legati ex Aegy- 10

B b *A templo tuo in Ieruſalem.* Quę eſt libera, mater noſtra, quę eſt templum à quo omne datum optimum: ab illo ergo templo.

c *Reges terræ.* Vel ſpeciales tibi offerent munera, id eſt, ſacrificia laudis. Sed quia huic laudi obſtrepunt hęretici.

d *Increpa fe. arun.* Auguſt. Id eſt, eos, qui mouentur omni vento doctrinę.

✻ Euthymius. Increpa hoc eſt fac obmuteſcere, intellectuales leones, immites nimirum ac ſęuos dęmones, qui veluti quidam leones in arundinibus latent, dum in leuitate, ac ſterilitate inſtabilium atq; inconſtantiũ in fide hominũ, latebras ac nidos ſuos faciũt, Iuxta quod de diabolo ſcriptũ legimus, apud beatum Iob, quod ſub omni dormit arbore.

e *Vt excludant eos qui probati ſunt.* Auguſt. Hoc eſt quod Apoſtolus ait. Qui probati ſunt, manifeſti fiant, vel à vaccis excludantur probati. Nam ſtabiles, fortes, & graues non habent ſeducere, vnde. *In populo graui laudabo te.*

1. Cor. 11 d.

✻ Baſilius. Prędicit hic Iudęorum inſultus, initio prędicationis contra pios factos. Hoc inquit, facient, volentes excludere, & data ſalute priuare, eos qui inſtar argenti igne examinati probatique ſunt reperti.

C ✻ Euthy-

✻ Euthymius. Argento autem probatos dixit, pro probatos, tanquam argentum. Eſt enim Hebraicę linguę proprium idioma.

f *Diſſipa.* Increpa feras, & etiam diſſipa diſſentientes.

g *Gentes quæ bella volunt.* Auguſtin. Hęreticos & alios eis conſentientes quos gẽtes vocat propter genera diuerſarum ſectarũ, ne ibi ſeries ſucceſsionum confirmet errorem.

✻ Beda. Gentes vocat illos eoſdem, quos feras vocauit, id eſt, hęreticos, non propter nationum diuerſitatẽ, ſed propter ſectarum varietatem. Alij enim fuerunt Donatiſtę, alij Nicolairę, alij Artiani, alij Sabelliani. Et verè diſsipabit Gentes tales nõ per legatos reconciliationis & ęternę pacis, idest, per pręcones ſanctos hoc facies.

h *Ex Aegypto, Aethiopia.* Auguſt. Aegypti vel Aethiopię nomine fidem omnium gentium ſignat, à parte totum. Non ergo ex ſolis Iudęis, ſed de gẽtibus præcones futuros prophetat.

Hieronymus. Aethiopia Gentilitas nigra peccatis, feſtinat manus dare Deo. Similitudo à victis, qui armis depoſitis eas dant victoribus, ne intereant.

*Præueniet manus eius.* Auguſt. Id eſt, vindictam eius, per confeſsionem, ne manentes in peccatis puniantur.

✻ Euthymius. Præueniet hoc eſt extendet. Nam qui manum extendit, præuenire quodammodo illud videtur, quod procul iacebat. Extendit autem Aethiopia Candacem illũ, quem manum nunc propheta appellat, veluti potentem inter Aethiopes. Vis etenim ac robur hominis in manu potiſſimum dignoſcitur. Potens autem erat ille Candaces, cum poſt reginam in imperio primus haberetur. Alij qui per Aegyptum vniuerſum dicunt orbem ſignificari, eo quòd intellectualis Pharao totius orbis dominaretur, & per Aethiopiam eiuſdem orbis fines denotari. Sunt enim Aethiopes in orbe omnium hominum extremi, qui orientem incolunt & occidentem. Sequitur.

De

## NICOLAVS DE LYRA.

*id eſt poteſtati angelicæ, quæ tua mandata exequitur, ſcilicet, vt protegat nos & defendat. Quod tunc fuit factum, quia ſicut dictum eſt: Eccleſia fidelium de monitu angeli tranſiuit ad Agrippæ regnum, tanquam ad locum ſecurum. Item tunc Petrus fuit eductus de carcere per angelum Act. 12.*

1 Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis. *Nos docendo, & reſurrectionem tuam manifeſtando, & ſpiritum ſanctum nobis mittendo.*

2 A templo tuo in Ieruſalem. *Quia in illo templo Chriſtus frequenter docuit. In monte etiam Sion in quo erat templum ſuper apoſtolos alioſque diſcipulos ſpiritum ſanctum miſit, ſecundum quod dicit Hierony. in epiſtola ad Paulinum de omnibus ſacræ ſcripturæ libris.*

3 Tibi offerent reges munera. *Per hoc enim quod Chriſtus apoſtolos alioſque diſcipulos ſic confirmauit, quod conſtanter fidem prædicauerunt per orbem, multi reges conuerſi dederunt multa & magna munera ad ædificationem eccleſiarum & ſuſtentationem pauperum Chriſtianorum amore Chriſti, ſicut patet ex geſtis apoſtolorum & aliorum Chriſti diſcipulorum.*

4 Increpa feras. *Hic conſequenter inuehitur Pſalmiſta contra Gentiles tyrannos: inter quos maiores fuerunt imperatores Romani & eorum præfecti: qui conati ſunt fidem catholicam deſtruere, vt patet de Nerone, Domitiano, Decio, Diocletiano & Valeriano, & multis aliis, & quantum ad hoc dicit:* Increpa feras. *& vocat principes Romanos feras, quia dabant feris martyres deuorandos, prout patet in multis martyrum geſtis.*

5 Arundinis. *Arundo enim vento mouetur: & ita principes Romanorum vento vanæ gloriæ mouebantur: vel quia ad quemlibet errorem idololatriæ de facili conuertebantur, ſecundum quod dicit Leo Papa in ſermone ſanctorum Petri, & Pauli de Roma: quod magnam credebat ſe feciſſe religionem, cum nullius gentis reſpuiſſet faſtidatem. Et bene dicit.* Increpa feras, &c. *quia Pſalmiſta præuidit Conſtantinum imperatorem poſt multam ſtragem Chriſtianorum à Deo lepra percutiendum, & à principibus apoſtolorum Petro & Paulo increpandum, & ſic ad fidem conuertendum, vt habetur in geſtis beati Syluestri.*

6 Congregatio taurorum, &c. *Id eſt, principes Romani qui vocati ſunt feræ propter crudelitatem. Congregatio taurorum in vaccis populorum. Comparatur enim tauris domeſticis: quod notatur per hoc quod dicitur: In vaccis populorũ, quia tauri indomiti non ſunt ſic congregati cum vaccis hominum. Et ratio huius comparationis, quia non ſolum conabantur ſubuertere Chriſtianos per tormenta tanquam feræ ſed etiam per blandimenta tanquam tauri domeſtici, promittendo eis honores, diuitias, & ſimilia: dum tamen vellent recedere à fide Chriſtiana, vt patet in multis martyrum geſtis, ideò ſubditur.*

7 Vt excludant. *Scilicet, à veritate fidei.*

8 Eos qui probati ſunt argento. *Id eſt, magis probati in fide quam argentum in fornace.*

9 Diſſipa gentes quæ bella volunt. *Iſtæ gentes ſunt Romani qui per bella totum orbem ſibi ſubiugauerunt.*

10 Venient legati ex Aegypto. *Hoc conſequenter poteſt exponi de Philone, qui cum ſociis ſuis de Alexandria Aegypti fuit miſſus legatus ad imperatorem Claudium: & tunc contraxit familiaritatem cum Petro apoſtolo Romæ exiſtenti, & reuertens Alexandriam, eccleſiam ſancti Marci congregatam honorauit, & in libris ſuis magnifice commendauit, prout ſcribitur in libro illuſtrium virorum.*

Aethiopi

a *Deo regna.* Vt Deo ſit in principio ſequẽtis verſus. Vel magis in fine præcedentis verſus eſt, Deo. Commendaturq; fides (quaſi non præcedentibus operibus iuſtificetur homo) quæ per dilectionem incipit operari. Credet ergo Aethiopia Deo, & ſic præueniet opera eius, id eſt, Aethiopiæ, quod in Græco non eſt ambiguũ, id eſt, credendo in Deum, præueniet opera ſua. Vel eius, Aegypti Deo, id eſt, in Deum.

b *Regna terræ cantate Deo.* Aug. Decurſis omnibus quę iam impleta cernimus, hortatur ad laudem Chriſti, & futurum eius aduentũ prænuntiat.

c *Pſallite.* Caſ. Diapſalma. Pſallite: veniet qui aſcendit, vbi ſanctos cõſummabit.

d *Aſcendit.* Caſ. Secundum quod homo. Nam ſecundum quod Deus, patri æqualis, ſuper cœlum cœli, excelſiores creaturas, ut nihil ſupra ſe haberet.

e Hieronym. Caſſiod. Oriens, verbum à patre genitum. *Et aſcendit ab oriente virtute verbi.*

f *Ad orientem.* Locũ expreſſit vbi ſurrexit, & vnde aſcẽdit. Auguſt. Ad orientem, noſtræ illuminationis. Vel quia Ieruſalem eſt in oriente.

✠ Baſil. Chriſtus non ſolum in viſibile hoc cęlum aſcendit, ſed & ſuperius, conſeditq; in dextra maieſtatis in excelſis radios ſuos omnibus, tanquam Orientis ſolis demittens.

✠ Euthymius. Qui aſcendit &c. hoc eſt palam ac manifeſtè, omnibus videntibus Apoſtolis, qui in terra erant, & videntibus etiam omnibus incorporeis angelorum ordinibus e cęlo etenim deſcendens in terram, deſcendit in occidentem, hoc clam & latenter ab omnibus, velataque & obtecta ineffabili quodammodo illius diuinitate. Aſcendens verò è terra in cœlum, palam aſcendit.

a ¶ Extrema gentium, iuſtificabitur per fidem ſine operibus legis. b ¶ Hærens Deo fide.
c ¶ Opera. d ¶ Suas. e ¶ Ergo. ¶ Hoc eſt Aegyptus & Aethiopia.

a pto; Aethiopia † præueniet manus eius Deo. Regna terræ

b ¶ Omne hominum genus. a ¶ Puritate mentis. ¶ Opere. ¶ Inquam. b ¶ Chriſto.

c cantate Deo, pſallite domino. * Pſallite Deo qui aſcendit ſu-
d

a ¶ Super omnes cœlos ad dexteram patris. ¶ Virtutes. b ¶ Alias ab oriente.
c ¶ Quia inde venturus ad iudicandum ſubdit. d ¶ In iudicio. e ¶ Qui prius vt agnus ſine voce.

e per cœlum † cœli, ad orientem. Ecce dabit voci ſuæ vocem
f

a ¶ Pſallite &. b ¶ Dabit item. c ¶ Dei. d ¶ Erit. ¶ Euidens. ¶ Dei.

g † virtutis date † gloriam Deo. ſuper Iſrael magnificentia eius,
h

¶ Dei. ¶ Sanctis.

i & † virtus eius in nubibus. † Mirabilis Deus in ſanctis ſuis,

a ¶ Tunc verè Iſrael, quia videbit Deum ſicut eſt b ¶ In carne, quæ etiam in reſurrectione erit impaſſibilis, vnde Apoſtolus, virtutem reſurrectionis eius 1 Philip. 3. b. Vel de præſenti, ipſe dabit.
¶ Quia inimica deſtruetur mors 1. Corin. 15. d. ¶ Nunc infirmæ.

k Deus Iſrael ipſe dabit † virtutem & fortitudinem † plebi ſuæ benedictus Deus.

f *Voci ſuæ.* Auguſt. Quæ fuit humilis in paſſione: dabit vocẽ virtutis in communi reſurrectione.

g *Vocem virtutis.* Caſſiod. Efficaciam reſuſcitandi omnes mortuos.

h *Magnificentia eius & virtus.* Aug. Quoniam iam tunc non erit commiſtio malorum: inde euidens erit magnificentia eius ſuper verum Iſrael.

i *In nubibus.* Auguſt. Quia non ſolus veniet ad iudicium, ſed cum ſenioribus populi, qui ſunt nubes: quas ne aliter acciperes, addit: Mirabilis in ſanctis.

✠ Euthymius. Per nubes, ſic ipſos Apoſtolos intelligit, veluti ſupra exiſtentes, atq; eminentes à terrenis negotiis, ac veluti ſpirituali aqua plenos, quam ex ſancti ſpiritus profundis hauſerunt, vt animarum arua ac campos, hoc eſt, vt ipſos credentes irrigarent.

K *Ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuæ benedictus Deus.* Caſſiodorus. Magna promiſit, ne quis pro humana infirmitate deſperet ſe ad tanta præmia peruenire.

* Sela pſal. 3. pſallite.

† fortitudinis, id eſt, facit vocem ſuam hoſtiliſſi. ſonare.
† fortitudo.
† Tremendus in ſanctuariis ſuis, vel de ſanctuariis ſuis.
† fortitudinẽ.
† robur.

GLOSSA

## NICOLAVS DE LYRA.

Aethiopia pręueniet man. *Aethiopia enim eſt iuxta Aegyptum, & citius & vniuerſalius fuit conuerſa ad Chriſtum quàm Aegyptus, videlicet per beatum Matthæum apoſtolum, qui veniens ad illam prouinciam baptizauit regem & eius filium quem à morte ſuſcitauerat, & filiam eius Ephigeniam virginem Chriſto conſecrauit, & eam ducentis virginibus præfecit, & populum regni pro maiori parte baptizauit, vt habetur in prædicto libro illuſtrium virorum, & hoc eſt quod dicitur. Aethiopia pręueniet, ſcilicet Aegyptum.*

Manus eius Deo. *Id eſt dare Deo manus per confœderationem ad Chriſtum. Confœderatio enim in pluribus locis ſacræ ſcripturæ dicitur dexterarum datio, quia homines fœdus ineuntes in multis partibus dant inuicem dexteras manus.*

Regna terræ. *Hic vltimò Pſalmiſta inuitat homines ad pſallendum Deo aſcendenti, dicens.* Regna terræ. *Id eſt, habitantes in omnibus regnis terræ.*

Cantate Deo. *Ipſum deuotè laudando.*

Pſallite Deo qui aſcendit ſuper cœlum cœli. *Id eſt, ad extremitatem cœli empyrei, quod eſt excelſius inter cœlos.*

Ad orientem. *Hoc dicitur, quia Chriſtus aſcendens in cœlum, aſcendit de monte Oliueti, vt habetur Act. 1. qui mons eſt in orientali parte iuxta Ieruſalem, in qua completum fuit myſterium redemptionis humanæ.*

Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis. *Hoc cõmuniter exponitur de voce qua Chriſtus ſuſcitabit mortuos à ſepulchris in finali iudicio, ſed vt continuetur litera præcedentibus, poteſt exponi de voce prædicationis apoſtolorum aliorumque diſcipulorum Chriſti: quibus Chriſtus aſcendens præcepit prædicare per orbem euangelium, ſecundum quod habetur Marci vlti. c. Euntes in mundum vniuerſum, prædicate euangelium omni creaturæ. Et huic voci quæ dicitur vox Chriſti, eo quod fit de eius mandato, dedit vocem virtutis confirmando prædicationẽ eorum miraculis: vnde ibidem ſubditur. Illi autem profecti prædicauerunt vbique domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.*

8 Date gloriam Deo ſuper Iſrael. *Id eſt, propter bona quæ fecit Iſrael. per quem notatur populus Chriſtianus, cui facta ſunt beneficia prædicta. Vnde dicit Apoſtolus ad Ro. 2. b.* Nõ enim qui in manifeſto Iudęus eſt, neque quę in manifeſto in carne eſt circunciſio, ſed qui in abſcondito Iudæus eſt, & circunciſio cordis in ſpiritu, non litera.

9 Magnificentia eius & virtus eius in nubibus. *Quod exponitur ab aliquibus de nubibus materialibus, ex quibus procedunt pluuiæ, coruſcationes, & tonitrua, per quæ apparet hominibus poteſtas Dei, et eius magnificentia. Sed vt continuetur litera, videtur melius exponi de apoſtolis aliiſque diſcipulis ad prædicandum miſſis, de quibus dicitur Eſa. 9. b. Qui ſunt hi qui vt nubes volant. Ex iſtis enim nubibus proceſſerunt pluuiæ ſacræ doctrinæ ſecundum illud Deut. 32. a.* Concreſcat vt pluuia doctrina mea, & tonitrua, *annuntiando terrorẽ diuinorum iudiciorum, & coruſcationes miraculorũ, propter quod ſubditur.*

10 Mirabilis Deus, &c. *Quia per eos fecit mirabilia, cæcos illuminando, leproſos mundando, mortuos ſuſcitando & conſimilia.*

11 Deus Iſrael. *Id eſt, populi Chriſtiani, ſicut ſuprà expoſitum eſt.*

12 Ipſe dabit virtutem & fortitudinem, &c. *Operandi prædicta.*

13 Et fortitudinem. *Ad tolerandum conſtanter illata ſibi tormenta ſicut patet in martyribus.*

14 Plebi ſuæ. *Id eſt, populo Chriſtiano. Et propter beneficia prædicta fidelibus collata ponitur in fine pro gratiarum actione.*

15 Benedictus Deus. *In donis ſuis in ſecula ſeculorum Amen. Non miretur aliquis, ſi toties in expoſitione huius pſal. vſus ſum ſenſu metaphorico, quia aliter non poteſt fieri. Vnde Ra. Sa. exponens Iudaice tantum, vel plus vtitur, prophetę enim communiter parabolice loquuntur.*

NICO-

## ADDITIO I.

*In pſal. 67. Exurgat Deus.* Vbi dicitur in poſtil. *Qui aſcendit ſuper occaſum.* In Hebræo habetur, *araboth.*

*Araboth.* In Heb. propriè ſignat occaſum: vnde quia primum cœlum cęlum mobile, prout cõiter tenetur, mouet cęlos inferiores motu diurno ab oriente in occidentem, idcirco illud cęlum vocat apud eos araboth, id eſt, tendẽs ad occaſum, quia ſecũdũ Philoſophũ 3. Phy. motus denoĩantur à termino ad quẽ. E quia

A Et quia prout cõmuniter tenetur, in corporibus cœleſtibus eſt alius motus tendens ab occidente in orientem, & eſt motus proprius ſolis & planetarum, & etiam ſtellarum fixarũ, qui motus debet denominari orientalis ſcilicet à termino ad quem &c. De illo poteſt intelligi illud quod ponitur in fine pſal. *Qui aſcendit ſuper cælos cælorum ad orientem*. Ita vt per iſta duo intelligatur ad literam, quòd Chriſtus aſcẽdit ſuper omnes cœlos corporales, non excludendo quin aſcendit altius. Non enim dixit. *Qui aſcendit* in occaſum vel in orientem, ſed *ſuper occaſum & ſuper cælos cælorum ad orientem*. Cum autem dicit: *Aſcendiſti in altum, &c.* intelligendum eſt de ſumma altitudine, quæ attingit ad ſeſſionem à dextris patris, quę eſt ſumma altitudo, ad quam natura humana attingere poſſit. Quod declaratur cum ſubdit: *Accipiſti dona in hominibus*. Inde enim Chriſtus habuit accipere dona ſpiritusſancti hominibus diſtribuenda.

ADDITIO II.

*In eo. pſal.* Vbi dicitur in poſtill. *Et accipitur hic ſingulare pro plurali.*

B Tranſlatio Hier. in hoc loco eſt propriè ſicut in Heb. ideo non oportet vt accipiatur ſingulare pro plurali, nec in Heb. in hoc loco habentur verba quæ ſonent nominaliter, vel participaliter, dilecti dilecti, ſed potius verbaliter ſcilicet fœderabuntur fœderabuntur, ſeu amicabuntur amicabuntur, & eſt ſenſus, quòd multi reges vel principes cateruatim vel ſucceſſiuè confœderarentur & amicarentur cum fidelibus Chriſti fidem ſuſcipientes. Conſequenter vbi dicitur. *Et ſpeciei domus diuidere ſpolia*. In Hebræo habetur. *Et ſpecies domus diuidet ſpolia*. Et ſpecies domus vulgariter inter Hebræos dicitur vxor, vnde idem eſt ac ſi dicat, quòd ſpecies domus, id eſt, eccleſia quæ eſt ſponſa Chriſti, diuidet ſpolia principum & potentium eo modo quo dicitur in poſtil.

ADDITIO III.

*In eod. pſal.* Vbi dicitur in poſtilla. *Niue dealbabuntur in Selmon*

Hoc nomen *Selmon* appellatiuè ſumptum in Hebraico ſignificat vmbram, quę non ſemper accipitur pro obſcuritate vel errore, ſed ſæpe ſignificat gratiæ defenſaculum, vt ibi Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & Lucæ 1.d. *Virtus altiſſimi obumbrabit tibi.* vnde ſecundum glo. quia vmbra fit corpore & lumine, lumen eſt verbum, caro Chriſti eſt corpus, acceſſit lumen corpori, id eſt, verbum carni, & ſic conſideratur quædam vmbra ineffabilis qua eccleſia protegitur, & ſic eccleſia dicitur Selmon id eſt, mons vmbraculoſus, in quo dealbantur homines per remiſſionem peccatorum. De quo Selmon ſtatim ſubdit. *Mons Dei mons pinguis*, de quo Eſa. 2. a. & Michęæ 4.d. *In nouiſſimis diebus erit mons domus domini ſuper verticem montium*, prout in poſtilla.

ADDITIO IIII.

*In eod. pſal.* 67. Vbi dicitur in poſtilla. *Viderunt ingreſſus tuos Deus.*

Hebraica veritas habet. *Viderunt greſſus tuos Deus greſſus Dei mei.* Quod melius videtur adaptari propoſito quàm tranſlatio noſtra, quę dicit vtrobique ingreſſus. Nam Iudęi propriè loquendo non viderunt ingreſſum Chriſti in terra ſeu in mundo, licet viderint eius ingreſſum ſeu proceſſum per ſuos effectus.

GLOSSA ORDINARIA.

a *In finem*. Aug. Commutatus eſt ex forma Dei in deterius Adam, in quo omnes moriuntur. Commutantur de malo fideles in bonum, & de bono in melius, in melius per gratiam in paſſione Chriſti, qui tranſiuit de mundo ad patrẽ, in quo & nos tranſire fecit de morte ad vitam, de terra ad cęlũ, vnde deſcendit ad eos qui ceciderãt, vt eos ſubleuaret, quod eſt paſcha Hebraicè, id eſt, tranſitus. Græcè verò paſcha paſsio reſonat. Paſcha enim dicitur à πασχεῖν, id eſt, pati ſecundum Græcos.

Caſ. Quartus pſal. qui latius de paſsione, & reſurrectione.

Caſ. Agitur de cauſa commutationis, id eſt, paſsione Chriſti. Hic loquitur Chriſtus caput & corpus.

✣ Baſil. Quandam rerũ mutationem portendit hic pſalmus. In Iudæos enim qui in babylonẽ trãſmigrarunt, dictus

C eſt, ac veluti in perſona illorum orantium ac liberationẽ petentium figuratur: vaticinatur aũt ſimul & de liberatione ſeruitute, ac reditu, de qua ædificatione Hieruſalẽ, & in ſumma, de reſtituenda priore Iudaicæ terræ fęlicitate. Habet verò & prophetiam paſſionum Dominicarum, & omnimodi excidij, quod illarum gratia Iudęorum nationem erat comprehenſurum.

† vide pſalmum 4.
† vide pſalmum 58.

a ¶ Chriſtum. ¶ Pſalmus dirigens. b ¶ De mundo ad cœlum. ¶ Attribuitur. c ¶ Chriſto.

a † In finem † pro ijs qui commutabuntur, ipſi Dauid.

PSALMVS LXVIII.

b SAluum me fac Deus, quoniam intrauerunt 1 2

PSAL. LXVIII.

b SAluum me. fac Caſſiodorus. Primò precatur ſaluus fieri, quia multa patitur quantum ad ſe gratis, ſed quod alius rapuit, ipſe ſoluit.

Caſsiodorus. Hæc eſt vox grani ſinapis contempti, dum in horto obruitur, quod creſcit in magnum olus: hoc fuſci & aſpernabile prorſus. Sic & Chriſtus, de quo vidimus cum non habentem ſpeciem neque decorem, ſed tamen occupauit faciem terræ factus mons magnus.

✣ Beda

NICOLAVS DE LYRA.
PSAL. LXVIII.

1 SAluum me fac Deus. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo.* Ad victoriam ſuper roſas Dauid. *In tranſlatione vero Hier. ſic habetur.* Victori pro lilijs Dauid, *& eſt eadem ſententia vtrobique. Per hoc autem quòd dicitur.* Ad victoriam *vel* victori, *ſignificatur conatus Leuitarum in cantando, ſicut frequenter dictum eſt. Per roſas autem ſecundum Hebræos intelliguntur filij Iſrael, qui fuerunt populus à Deo electus, & ſecundum eos ijdem intelliguntur per lilia, quia vbicunque in vete. teſta. Hier. transfert lilium vel lilia in plurali, Hebræi dicunt roſam vel roſas, vt dictum eſt pſal. 44. Filij autem Iſrael fuerunt in afflictione poſiti in captiuitate Babylonica et in captiuitatę per Romanos in qua ſunt adhuc, quas præuidit Dauid, & ideo fecit hunc pſal. ad literam, vt dicunt, orans pro liberatione eorum, quam liberationem aliqui Hebræi referũt ad captiuitatem Babylonicã, aliqui ad iſtam in qua ſunt. Aliqui expoſitores etiam catholici referunt, hoc ad liberationem ipſius Dauid & virorum eius de perſecutione Saulis. Et hęc expoſitionũ variatio videtur quædam à veritate deuiatio: propter quod Aug. & Caſ. dicunt, quòd hic pſal. ad literam loquitur de Chriſto, cuius myſteria plenius cæteris prophetis Dauid præuidit, & expreſſius ſcripſit, ſicut plenius fuit dictum in principio huius libri. Et ideo præuidens paſſionem Chriſti in ſe & in membris futuram, fecit hunc pſal. quod poteſt declarari per ſcripturam noui teſtamenti. Saluator enim Io. 15. c. de ſeipſo dicit.* Vt impleatur ſermo qui in lege eorum ſcriptus eſt. Quia odio habuerunt me gratis. *Et ſic quod dicitur in hoc pſal.* *Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei, qui oderunt me gratis, dicit impletum ad literã in ſeipſo. Similiter Paulus apoſtolus Ro. 11. b. allegat quod habetur in hoc pſal.* Fiat menſa eorum coram ipſis, &c. *dictum ad literam de Iudæis excæcatis, eo quòd perſecuti ſunt Chriſtum. Item Rom. 15. a. quod habetur infra.* Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me, *dicit dictum eſſe ad literam in perſona Chriſti. Item Io. 2. c. ſcribitur, quod cum Chriſtus facto flagello de funiculis, eieciſſet ementes & vendentes de templo recordati ſunt diſcipuli eius quia ſcriptum eſt.* Zelus domus tuæ comedit me. *Et per hoc inſinuat euangeliſta, quod hæc ſcriptura quæ habetur in hoc pſal. tunc ad literam fuit impleta de Chriſto. Propter quod dicit Aug. de hoc pſal. quia Chriſtus hic loquitur, omninò dubitare non permittimur. Hic enim verba illa expreſſa ſunt, quæ in eius paſſione completa ſunt, Apoſtoli etiam loquentes de Chriſto teſtimonia ex iſto pſal. dederũt.* Quis autem deuiet à ſententijs eorum: aut quis agnus non ſequatur arietes? *Igitur ſecundum hunc ſenſum pſal. iſte diuiditur in tres partes, quia primò Dauid loquens in perſona Chriſti & corporis eius myſtici petit à pœnis liberationem. Secundò prædicit Iudæorum punitionem, ibi:* Fiat menſa eorum. *Tertiò conuertit ſe ad Dei laudationem, ibi:* Laudabo. *Prima in duas, quia primò ponitur pœnarum explicatio, ſecundò petitur liberatio, ibi:* Ego verò orationem. *Prima adhuc in duas, quia primò ponuntur pœnę illatæ, factis ſecundò, verbis, ibi:* Quoniam propter te. *Prima adhuc in duas, quia primò plangitur pœnarum illatio, ſecundò inferentium multiplicatio, ibi:* Multiplicati ſunt. *Circa primum dicitur.* Saluum me fac Deus. *Scilicet à pœnis illatis.*

2 Quoniam in. aquæ vſque ad animam meam. *Per aquas intell*

MORALITER.

1 *Saluum me fac.* Pſal. iſte ſecũdum ſenſum literalem eſt de Chriſti paſsione, ſicut oſtendi multipliciter in expoſitione literali. Moraliter autem poteſt exponi de perſecutione corporis ſui myſtici quod eſt eccleſia, vt dicatur in eius perſona. *Saluum me fac. &c. a.* Id eſt, tribulationes magnæ.

*Vſq*

C ✻Beda Hortatur nos caput in hoc pſalmo,vt per eius paſſionem & mercedem attendamus noſtram quoque paſsionem, & mercedem & ſic compatiamur, & glorificemur.Si enim patimur & conglorificabimur.

1 *Aquæ vſque ad animam meam.* Aug. id eſt, turbæ quæ præualuerunt occidere Chriſtum: Hoc dicendo in ſe transfornat membra, quib' marus eſt tranſitus nortis,per quē Chriſto cohæremus & ha et fel, & acetum uod in paſsione dohino datum eſt, vt lament ne cedant niqtati timore mors, vltra quam non ſ faciant.

a ¶ Seditio & motus populi Iudæorum. b Tollendam. c Quaſi tenuerunt me. Corpore. d Iudaicæ iniquitatis. Caſ. Homo limus eſt, ſed cadendo à iuſtitia limus profundi eſt. Auguſt. Cui perſequenti qui non cedit commutatur de limo in aurum.

a b aquæ vſque ad animam meam. Infixus ſum in limo pro- † 1

a Mihi. b Non inueni quod feci. Firmitas Status vitæ ſcilicet ſtabilitas. c Quia. Ecce Ionas à ceto abſorptus, ſed tertia die euomitus. d In qua nos naufragabamur.

c d fundi, & non eſt † ſubſtantia. Veni in † altitudinem 2 3

a Seditio,tranſitorius impetus. Voces inclamantium mortem. Tamen. Quia non recipiebar. b Admonendo eos.

e f maris, & tempeſtas demerſit me. † Laboraui clamans, 4 5

a Caſſio. Diſcipuli deſperauerunt, quando mortuus.

g † raucæ factæ ſunt fauces meæ: defecerunt oculi mei, 6 7

✻ Euthymius. Per aquas, tentationum ac calamitatum affluentiam intelligit, quæ ab inuiſibilibus,vt diximus, ſeu à viſibilibus inimicis proueniant, quarum calamitatum profunditas, aquarum inſtar, facillimè omnes ſuffocat, qui in eam inciderint. Huiuſmodi aquę, inquit, totum me obtexerunt,& ad ipſam vſque animam peruenerunt,quo ſermone doloris ſui vehementiam demonſtrat.

✻ Beda. Aquę dicuntur hic turbę Iudaici populi,quantum ad ipſum caput: quantum uerò ad membra, dicuntur aquę etiam quicunque perſecutores Eccleſię Quod autem dicit: *intrauerunt aquæ*,ad ſimilitudinem dictū eſt.Sicut enim aqua paulatim intrat,donec nauim ſubmergat,& inuoluat,ſic ipſi Iudęi paulatim inuoluentes ſe latenti odio. Deinde conſiliū ineundo cum diſcipulo,tandem etiam manifeſtè oppugnando,& ſuper eum clamando *Crucifige,&c.* intrauerunt,id eſt, præualuerunt vſque ad animam non imitandam,ſed demergendam & deſtituendam eorum reputationem. Sic & de membris ſuo modo dices.

*In limo.*Homo factus eſt de limo terrę,ſed non de profundo:ſed per originalia & quotidiana peccata facti ſunt homines limus profundi,hi tales verò non ſubſtantia,quia iā non à Deo facti ſunt,ſed acceſsit. Vel, non eſt mihi ſubſtantia,id eſt, uirtus carnis euadendi paſsionem.

✻Euthymius. Quędam exemplaria habent, infixus ſum in materia Grecę enim dictiones, ἰλὺς & ὕλη ( quarum prior limum,altera materiam ſignificat) modica & literarū & uocum differētia diſtinguunt. Quocirca ſcriptorum uitio facilè introducta eſt lectionis uarietas. Verū utcunque legas, fęcē illam propheta metaphoricè ſignificare uoluit,quę ſub profundo aquę eſſe ſolet. Qui igitur in hmōi fęce infixi ſunt,ſubſtentiam, hoc eſt, ſtabilitatem nullam inueniunt, ipſa nimirum fęce,ob cęnoſam ac fluxam illam materiam ſemper magis infrà ſe conſidente.

D ✻ Baſil. Symmachus ſic, immerſus ſum gurgitibus, vnde non eſt exitus,nec eſt quo conſiſtam.Metaphora eſt ab illis ſumpta, qui in profundum maris incidentes plerumque ad ima deſeruntur,& vix ſolidi quicquam aſſequuntur.

c *Subſtanti.* Auguſt. Dicuntur diuitiæ & eſt.Non eſt mihi ſubſtantia, id eſt,ad paupertatem veni: indè poſt pauper, & dolēs ego ſum. Vel ſubſtantia dicitur illud quod eſt quęquę res. Fecit ergo Deus hominem ſubſtātiam, ſcilicet, naturaliter bonum, ſed quia nō in eo remanſit, ſed eſt in iniquitatem lapſus,quę non eſt ſubſtantia.Sed peruerſitas hominis non eſt ſubſtantia in qua infixus eſt filius Dei. *Et ſic in eis non eſt ſubſtantia*, id eſt,non inueni in eis quod feci.

Iniquitas nō eſt ſubſtantia Ioan. 1.

† profunda aquarum,& flumen.

† Defeci, Fatigatus ſum.

E d *Veni.* Auguſt. Quia ſponte. In altitudinem, profundum inſani populi.

e *Laboraui.* Auguſt. Diu clamauit. Vę uobis ſcribę & Phariſęi, ut raucus quantum ad illos, quia non eſt ab eis intellectus.

f *Clamans,&c.* Caſsiodor. Laborat cuius uotum impletur.

✻ Beda. Ipſi demerſerunt me, ego uero monui eos de ipſorum ſalute,&ſic laboraui clamans ad eos,quomodo clamauit ille de quo dictum eſt quod non reſpondit eis uerbū, & de quo Iſaias. Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt,& dum ita tractaretur, non aperuit os ſuum. Sed licet in paſsione non clamaret,prius tamen clamauit multum dicens,vę mūdo, &c. & uę uobis ſcribę & Phariſęi, qui habetis claues ſapientię, nec uos intratis, nec alios intrare permittitis. Ideo dicit. *Laboraui clam.*.Sed tamen quaſi dicat,nihil profeci,quia fauces meę, id eſt, uoces meę raucę factę ſunt, quantum ad effectum, quia ſicut uox alicuius rauci confuſa eſt, & non auditur, ita uerba mea ab eis non intelligebantur nec audiebantur.

g *Oculi mei.* Caſsiodorus. Vt oculi duorum in uia non agnoſcentium,quibus factum eſt extra quod erat intra,id eſt,cęcitas quę in corde facta eſt & in oculis. Dixerunt enim. Sperabamus quod redempturus eſſet Iſrael.

Auguſt. Sed ſpem eis reddidit quando cicatrices palpandas obtulit, quibus tactis Thomas ad ſpem rediit clamans. *Dominus meus & Deus meus.* Tetigit ergo formam ſerui,& cognouit formam Dei. Ideo in lege dictum eſt. *Non coques hœdum in lacte matris*, id eſt, apoſtolis adhuc teneris & infirmis, non immittes paſsionem & mortem,quia perditi fuiſſent. Luc. 24.c. Ioan. 20. g. Exod. 25.c.

*Dum*

F

## NICOLAVS DE LYRA.

*intelliguntur perſecutiones ſeu perſequentes, ſecundum quod dicitur* E.8.*b.* Adducet dominus ſuper eos aquas fortes,& multas, regem Aſſyriorum. *Et ideo hæc litera poteſt intelligi de capite Chriſti, quia perſecutiones Iudæorum intrauerunt vſque ad animam eius, id eſt,vſque ad ſeparationem animæ à corpore, & de corpore eius myſtico,quia Stephanum, & Iacobum, & plures alios occiderunt.*

1 Infixus ſum in limo profundi. *Hoc etiam intelligi poteſt de Chriſto capite ratione ſuæ ſepulturæ, quia fuit poſitus intra terram. Similiter de fidelibus ſuis, quorum multi fuerunt in carceribus recluſi, vt habetur in Actibus apoſtolorum* 8. *capitulo, & alijs pluribus locis.*

2 Et non eſt ſubſtantia. *Id eſt, diuitiæ, quia Chriſtus etiam propriis veſtibus ſpoliatus fuit poſitus in cruce. Vel aliter:* Non eſt ſubſtantia, *id eſt, virtus ſubſiſtendi in corpore mortuo & ſepulto: & loquitur de virtute naturali, non de diuina, quæ non fuit à corpore ſeparata.*

3 Veni in altitudinem maris. *Id eſt, in profundum perſecutionis, quæ nomine aquarum deſignatur, vt ſuprà dictum eſt: Quælibet autem congregatio aquarum mare vocatur in Hebræo.*

4 Et tempeſtas demerſit me. *Id eſt, acerbitas paſſionis ex qua obiit in cruce.*

5 Laboraui clamans. *Scilicet, in cruce, quando voce magna clamans emiſit ſpiritum, Matth. 27.f.*

6 Raucæ factæ ſunt fauces meæ. *Raucedo enim cauſatur ex ſiccitate humorum in faucibus & arteriis. Chriſtus autem in paſſione multos humores emiſit de corpore, vtpote in ſanguineo ſudore, de quo habetur Luc. 22. In flagellatione, in coronæ ſpineæ impoſitione, & in manuum & pedum transfixione.* Raucedinis cauſa.

7 Defecerunt oculi mei. *Quia oculi eius corporales in morte fuerunt extincti.*

Dum

## MORALITER.

† *Vſque ad animam meam.* Id eſt, ſummum pontificem, qui dicitur anima corporis myſtici, quia mouet ipſum ſicut anima corpus ſuum. Tempore namque perſecutionis ſęuiſſimæ legitur beatus Marcellus papa idolis thurificaſſe:& Liberius papa Arrianæ perfidiæ conſentiſſe.

1 *Infixus ſum in limo.* In profundo enim aquæ ſolet eſſe limus tenax,per quem ſignificatur longa duratio perſecutionis quæ fuit ſub imperatoribus multis.

2 *Et non eſt ſubſtantia.* Quia nullus audebat ſuſtentare Chriſtianos contra imperatorum mandata.

3 *Veni in altitudi.maris.* Id eſt,grauiſſimæ perſecutionis.

4 *Et tempeſtas demer. me.* Multi enim martyres fuerunt in aquis ſubmerſi.

5 *Laboraui cla.* In longa oratione.

6 *Raucæ factæ ſunt fauces meæ.* Ex exauditionis dilatione.

7 *Defecerunt ocu. &c.* Ex multa lachrymatione.

*Multiplicati*

A a *Dum ſpero.* Caſsiodorus. Cauſa ſubditur, præſtolor miſericordiam, non exoro potentiam.
b *Multiplicati.* Auguſt. Quod prius typicè, nunc in re apertè dicit.
c *Super capillos.* Pro infinito. Vel plures ſunt his qui ſunt ornatui.
d *Rapui.* Auguſtinus. Rapere voluerunt diuinitatem, & perdiderunt fœlicitatem: rapuit Adam præſumẽs vt diabolus de diuinitate.

† roborati.

✠ Euthymius. Metaphoricus eſt ſermo, deſumptus ab ijs, qui ea reddũt quæ nunquam abſtulerũt, & ſenſus eſt, quod ea tum rerum cauſa ſe pœnas dare dicit, pro quibus ipſe moleſtiã alicui aliquam nunquam intulerat. Et quod ait. *tunc exoluebam*: ad illud tempus referendum eſt, quando pœnæ huiuſmodi ab eo exigebantur.

B

† exercituum.

a Qui oderunt. Ita vt & diſcipulus cum eis eſſet. b Caſſio. Capillis capitis comparat inimicos, quia meritò raſi ſunt de Chriſto dum in Caluaria crucifixus eſt.
a b dum ſpero in Deo meo. Multiplicati ſunt ſuper capillos ca- 1 2
a Sine cauſa. b Et. Numeroſi ſunt & noxij. Etiam.
c pitis mei, qui oderunt me gratis. Confortati ſunt qui † perſe- 3 4
a Laus eſt in cauſæ bonitate, non in pœnæ acerbitate. Cauſa enim facit martyrem, non pœna.
d cuti ſunt me inimici mei iniuſtè: quæ non rapui tunc † exol- 5
a Hoc eſt gratis non peccaui & pœnas dedi. b Non rapui vel hoc ideò quia tibi placet. c Id eſt, meorum. Quam mihi imputauerunt de morte & uiſione. d Quæ ſuſcepi ad delendum, non quæ admiſi.
e f uebam. Deus tu ſcis inſipientiam meam, & delicta mea à te 6 7 8
a Ergo. b Fruſtrentur. c Moriente. d Cum deſiderio.
g h non ſunt abſcondita. Non erubeſcant † in me qui expectant te
a Cęleſtium vel terreſtrium. b Et. c Inſultationibus. d Morientem.
domine, dñe † virtutũ. Non † confundãtur ſuper me, qui quæ- 9
a Videntium Deum. b Merito non confundantur. c Non pro culpa vel alia re. Non eſt magnum, ſuſtinui, ſed propter te. d In conuitiis.
i k runt te deus Iſrael. Quoniã propter te ſuſtinui, † opprobrium 10 11

e *Deus tu ſcis.* Caſsiodorus. Quia pro aliis ſoluit, precatur, expectantes antiquos, & quærentes alios, ſcilicet, modernos, in ſe non fruſtrari, cum tanta tam æquanimiter ferat.
f *Inſipientiam.* Auguſtinus. Ex membris. Vel, quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus: Quod in me irriſerunt, qui ſibi ſapientes videbantur; tu ſciſti quare fieret irriſio: ſcilicet, talis & mors.
C Caſsiodorus. Inſipientiam, quod mei ignari Dei, hi ſunt qui commutantur in ſapientes & iuſtos.

✠ Beda. Quomodo dicit inſipientiam eſſe ſuam ille, in quo vera eſt ſapientia? Chriſtus enim Dei virtus, & Dei ſapientia, & tamen nihil magis ſimile inſipientiæ, quoniã quod ille qui vno verbo omnes inimicos ſuos poſſet deſtruere, paſſus eſt ſe capi ab eis flagellari & occidi. Sed hæc inſipientia ſumma erat ſapientia, quia quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus.
g *Non erubeſcant* Caſsiodorus. Qu[...] ſoluerit, exponit hic oſtendit, quò ſuperius de mem[...]bris dixerat.
Auguſtinus. No[...] erubeſcant, id eſ[...] non dicatur eis ub[...] eſt Chriſtus ueſter vel non premat[...] eccleſia vt filij er[...]beſcant.
h *Qui expectant* Caſsiodorus. Quod oculis videre non potuerunt proph[...]tæ & iuſti. Ne ergo aliter eueniat quam ſpiritus ſanctus p[...] eos prędixit, ſequitur, Deus virtutum cui nihil eſt imp[...]ſibile.
i *Deus Iſrael.* Auguſtinus. Vt qui deitatem eius intue[...] poſſunt, non ſeducantur infirmitate eius carnali.
k *Quoniam propter te ſuſtinui oppro.* Caſsiodorus. Congr[...]gat in vnum multa quę pertulit, ad inuidiam in Iudęos e[...]citandam, opprobrium in Beelzebub eiicit dęmonia, pot[...]tor, vorax.

Operu

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Dum ſpero in Deum meum. *Quia certitudinaliter expectabat gloriam ſui corporis in reſurrectione, quæ facta eſt diuina virtute.*
2 Multiplicati ſunt. *Hic conſequenter Chriſtus homo plangit aduerſantium multiplicationem, dicens:* Multiplicati ſunt, &c. *Modus eſt loquendi ad deſignandum magnam aduerſantium multitudinem.*
3 Qui oderunt me gratis. *Id eſt, ſine cauſa cum è contrariò debe rent eum diligere propter bona quæ fecerat eis, veritatem docendo, ſanitates donando, & ſic de aliis, propter quod dixit eis Io.10.f.* Multa bona opera oſtendi vobis ex patre meo, propter quod eorũ opus vultis me lapidare. *Iſti autem odientes Chriſtum fuerunt multiplicati, quia Phariſæi primò conceperunt contra eum odium, ſecundò ſcribæ, tertio ſacerdotes, & vltimò populus à ſacerdotibus deceptus, propter quod petiuit liberationem Barrabæ, & Chriſti cruci. Marc.15.a.*
4 Confortati ſunt qui perſecuti ſunt me inimici mei iniuſtè. *Quia Herodes & Pilatus præſtiterunt eis fauorem. Herodes enim illuſit eum & ſpreuit, Luc.23.a. Et Pilatus in fauorem Iudæorum dedit iniquam ſententiam contra Chriſtum.*
5 Quę non rapui tunc exoluebam. *Modus eſt loquendi per quẽ ſignificatur quod tunc ſoluit pœnam pro peccatis humani generis, quæ non contraxerat.*
6 Deus tu ſcis inſipientiam meam. *Hoc non intelligitur de perſona Chriſti, in qua nulla fuit inſipientia, ſed omnimoda ſapientia: ſed ſicut paſſionem omnium membrorum ſuorum dicit ſuam, Act.9.a.* Saule, Saule quid me perſequeris? *Et Zachar.2.c.* Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei. *Et hoc propter connexionem capitis ad membra. Sic inſipientiam membrorum ſuorum & delicta ſua eſſe dicit: Et quia pro iſtis pœnam portauit & ſatisfecit, ſicut homo ſatisf[...]ciens pro debitis alterius, facit quodammodo illud debitum eſſe ſuu[...] Sicut etiam communiter dicitur: onus muli & cameli, quia illud o[...] dicitur eſſe ſuum ſolum ad portandum, non quantum ad poſſeſſion[...] & dominium: & bene dicit.*
7 Et delicta mea à te non, &c. *Quia delicta eorum qui ea abſ[...]dunt, nolentes deſerere, & confiteri, Chriſtus non fecit ſua pro eis ſat[...]faciendo, ſed ſolum delicta eorum qui verè contriti confitentur.*
8 Non erubeſcant in me qui expectant te domine, dom[...]ne virtutum. *Loquitur pro ſanctis patribus in limbo ſalutem Chr[...] expectantibus cum magno deſiderio, & ideò niſi ad eos deſcẽderet C[...]ſtus, eſſet eis confuſio, & maxime prophetis ibidem exiſtentibus, [...] talia prædixerant ventura. Nec orat ſic Chriſtus homo dubitans [...] aduentu futuro, ſed ſicut orauit in ſuſcitatione Lazari, quam ta[...] ſciebat certitudinaliter futuram, vnde dixit tunc: Gratias ago tibi [...]ter, quoniam audiſti me: ego autem ſciebam, quia ſemper me audis, [...] 11.e. ſed ſic orando oſtendebat in ſe veritatem humanæ naturæ, in [...] minor eſt patre.*
9 Non confundantur ſuper me. *Hoc dixit pro apoſtolis ali[...] diſcipulis, quorum confirmationem petebat à patre, ita quod non t[...]rent ſeu erubeſcerent de Chriſti confeſſione, ſed magis gloriarent[...] quod & factum fuit per miſſionem ſpiritus ſancti, poſtquam de i[...] dicitur Act.5.g.* Et illi quidem ibant gaudentes à conſpe[...] concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.
10 Deus Iſrael. *Id eſt, populi Chriſtiani, vt dictum eſt in pſal. præcedenti.*
11 Quoniam. *Hic conſequenter ſaluator explicat pęnas ſuas in [...]bis, dicens:* Quoniam propter te ſuſtinui oppro. &c. *quia In[...] vocab[...]*

## MORALITER.

2 *Multiplicati ſunt.* Multi enim imperatores & eorum miniſtri perſecuti ſunt eccleſiam ſine cauſa.
4 *Confortati ſunt.* In huius mundi potentia.
5 *Quæ non rapui tunc exoluebam.* Id eſt, ſuſtinui pœnam immeritam.
6 *Deus tu ſcis inſipientiam meam.* Hoc dicit eccleſia pro malis filiis ſuis qui admiſti ſunt bonis.
8 *Non erubeſcant in me qui expectant te domine, domine virtut[...]* Hic poſt perſecutionem in flagellis ponitur afflictio in v[...]periis, ideo dicit eccleſia. *Non erubeſcant in me qui, &c.* Id e[...], non erubeſcant Chriſtiani, quod vocentur filij mei.
9 *Non confundantur ſuper me.* Repetitio eſt eiuſdem ſente[...]tiæ pro maiori expreſsione. Et ſubditur ratio petitionis
11 *Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium.* Id eſt, opprob[...] multa.

8 Non

Extran

a *Operuit.* Hoc ſolet euenire in bono laceratis, qui ſolent tanto amplius ad tempus effici triſtes, quanto cognoſcunt in ſe iniqua confingi.

b *Peregrinus.* vel hoſpes qui in domo ad tempus recipitur, non vt frater chariſſimus quod eram.

a Vt videbatur. b Conſputam. c Vt Ioſeph. d Cognatione carnis.

a operuit confuſio faciem meam. Extraneus factus ſum fra- 1 2

a Vnde Hunc neſcimus vnde ſit. b Synagogæ. c Sed quare hoc? Aug. Quia perſecutus ſum in illis iniquitates eorum, dum flagellaui in templo male verſantes.

b c tribus meis, & † peregrinus filiis matris meæ. Quoniam ze- 3

a Fuit mihi cauſa mortis. b Aug. Quicunque exprobat Chriſto & patri.

d e f lus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantiũ tibi 4 5

a Tandem. b Quia me inuenerunt. c Cal. Pallio triſtitiæ. d Salutis eorum. e Voluntatem.

g h i ceciderunt ſuper me? Et operui in ieiunio animam meam, 6 7

a Aug. Quia ab eis ieiunaui, id eſt eis conſenſi, ideo inſultant mihi. b Cur in opprobrium? Quia. c ¶ Vel tamen eos aſperos, volui eſſe veſtimentum.

k l m & factum eſt in opprobrium mihi. Et poſui veſtimentum 8 9

a In ſimilitudinem maledicti. b Qui tibi hoc fecerunt.

n o meum † cilicium, & factus ſum illis in parabolam. † Aduer- 10 11

* Euthymius. Per fratres Iudeos intelligit. Eũdem enim omnes progenitorem Abraham habebant, quos ſimili modo matris ſuæ filios appellat, ob Sarram communem omnium matrem. Hi igitur fratres ut extraneũ eum reputarunt, cum dicerent, hunc neſcimus vnde ſit, & rurſus, non e bene dicimus quia Samaritanus es, & dæmonium habes. Ideo ipſe Ioãnes ait, In propria venit, & ſui eum non receperunt.

* Bed. Factus ſum extraneus fratribus meis, id eſt cognatis meis ſecundum carnem, & filijs matris meæ, id eſt etiam omnibus de quacunque tribu nutritis lacte matris meæ Synagogæ, id eſt in eiſdem legalibus inſtitutis ſum factus vt peregrinus.

*Comedit me.* quando funiculo vendentes eiecit. Quid iſtum zelum ſequitur, ſubiungit.

*Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me.* Quia increduli Iudęi conuitia quaſi tela ſuper eum miſerunt, vt *Nonne hic eſt filius Ioſeph?*

*Exprobãtium tibi.* quando dixerunt. *Nunquid poteſt Deus parare menſam in deſerto? &c. Iſti ſunt dij tui Iſrael.* vnde nunc dixit ea conuitia cadere ſuper ſe quæ olim exprobrabãt, vt ex cõſuetudine impia videas eos, & non nouiter hoc feciſſe.

*Confuſio fa.* Aug. vel irreuerentia id eſt impudentia, quam oportet nos habere inter eos quib. diſplicet Chriſtus, ne erubeſcamus de eo.

*Zelus.* Caſſ. Indignatio vel amor, quia domus mea domus orationis vocabitur.

C * Baſilius. Haud parum me inquit, ſanctæ domus tuæ de-

ſolatio & impiorum irriſio diſcruciat. Quæ nanque in illam cõmittuntur, imbecillitati tuę imputantur. Quapropter blaſphemijs quæ aduerſum te eiaculantur ſtimulos, quaſi illarum ego ſim auctor. Illud *comedit me.* Symmachus reddidit conſumpſit me. D

h *Ceciderunt.* Caſſiodor. Cadũt ſuper nos mala, quando non poſſumus vitare illa, ceciderunt igitur, id eſt effectum habuerunt.

i *Et operui in ieiunio, &c.* Auguſ. Prælegi ieiunare potius quam fel, & acetum accipere, id eſt veteres & amaros, qui non inſtãt in corpus eius.

Caſſiodor. *Et operui.* Non exercui potentiam vindicando. Et factum eſt, quod patuit in ſputis. E

† Aduerſus me inſultabant.

k *In opprobrium, &c.* Aug. detrahentium & deriſorum.

l *In ieiunio.* Aug. Quia ſicut eſuriebat & ſitiebat Chriſtus eorum ſalutem & fidem, ita & ieiunium Chriſti fuit quãdo defecerunt, qui in eum crediderant.

m *Et poſui.* Aug. Illis carnem oppoſui in qua ſæuirent, & occului deitatem.

n *Cilicium.* Aug. Hier. Mortalis caro, vt de peccato damnaret peccatum.

Cilicium, lugubris caro, vt quando fleuit ſuper Ieruſalem & pro Lazaro.

o *In parabolam.* Aug. Hie. Irriſoriam, vt cuilibet maledicendo, dicerent. Sic tibi contingat vt crucifixo. Vel quia parabolas eos docebã, vñ. Vobis datũ eſt noſſe myſteriũ regni Dei, ceteris aũt in parabolis. Et tunc aduerſum me loquebantur.

Lucæ 19.g. Ioan. 11.

* Euthy. Veriſimile eſt quod Chriſtus poſt mortem factus ſit in parabolam Iudæis, & quod aduerſus inimicos eadem imprecarentur, qualia Chriſtum pati viderant, quodque eadem fere dicerentur, & vociferarentur ab ijs qui concilijs & conuentibus eorum intererant apud templi ianuas, vbi huiuſmodi hominum cętus conuenire atque congregari ſolebant.

Qui F

## NICOLAVS DE LYRA.

*vocabãt eũ infidelem et dæmoniacũ. Ioan. 8. f.* Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es, & dæmonium habes? *Et quia cum tenerent eum vinctum, plures dicebant contra eum falſum teſtimonium, Mat. 26. f.*

Operuit confuſio faciem meam. *quia velantes faciem ſuam percutiebant eum, dicentes:* Prophetiza, quis eſt qui te percuſſit? *reputantes eum prophetam falſum, Luc. 22. g.*

Extraneus factus ſum fratribus meis. *i. Iudęis, quos vocat fratres, eo quod ipſe erat Iudæus.*

Et peregrinus filijs matris meę. *Scilicet ſynagogæ. Et eſt repetitio einſdem ſententiæ per alia verba ad maiorem expreſſionem.*

Quoniam zelus domus tuæ comedit me. *Quod oſtẽdit Chriſtus maxime, quando de domo Dei eiecit negotiatores, Ioan. 2. c. dicens* Nolite facere domum patris mei domum negotiationis.

Et oppro. exprobrantium tibi. *Miracula enim Chriſti attribuebant Iudæi virtuti dæmonis, Matth. 12. b. Hic nõ eiicit dæmonia, niſi in* Beelzebub principe dęmoniorum: *quæ tamen fiebant virtute totius trinitatis, & ſic inferebant opprobria patri.*

Ceciderunt ſuper me. *Quia occaſione miraculorũ quæ Chriſtus faciebat virtute deitatis, quæ eſt cõmunis toti trinitati, & maxime in ſuſcitatione Lazari, Iudæi quæſierunt occaſionem mortis Chriſti, dicẽtes: Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit, &c. Iohan. 11. f. Et hoc eſt qđ dicitur:* Ceciderũt ſup me. *obruendũ morte, ſicut lapides proiecti a machina cõtra turrim infrangibilẽ, reſiliunt, cadentes ſupra domũ turri coniunctã, eam frangentes & deſtruentes: Sic opprobria Iudæorum proiecta contra virtutem deitatis, cui nocere non poterãt, reſilierunt ſupra fragilitatem humanitatis deitati coniunctam, & eam obruerunt morte.*

7 Et operui in ieiunio animam meam. *Chriſtus enim ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Matthæi quarto. a.*

8 Et factum eſt in opprobrium mihi, &c. *Quia diabolus accepit ex hoc occaſionẽ tentandi Chriſtũ, & perſuadendi ei, vt eũ adoraret, vt ibidẽ habetur, quod Chriſtus ſibi reputauit opprobrium, propter quod repulit eum indignanter dicens:* Vade Sathana, &c.

9 Et poſui veſti. *Doctores enim communiter dicunt, quod per ciliciũ hic intelligit fletus Chriſti in ſuſcitatione Lazari Ioannis videcimo. e. eo ꝙ antiquitus flentes mortuum induebãt cilicium. Sed mihi videtur, ꝙ conuenienter per cilicium poteſt intelligi aſperitas veſtium Chriſti. Cum enim reprobauerit molliciem veſtium Matth. 11. a. dicens:* Ecce qui mollibus veſtiuntur in domibus regum ſunt: *ſatis apparet ꝙ aſperis veſtibus vtebatur, quia cœpit facere & docere, Act. 1. a. & vnde Ioan. 19. d. dicitur, quod eius tunica erat inconſutilis deſuper contexta per totum: & hoc modo fiunt veſtes cilicinæ & aſperæ.*

10 Et factus ſum illis in parabolam. *Hoc eſt in deriſum, quia de eo dicebant:* Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus, *Matthæi 11. c.*

11 Aduerſum me loquebatur qui ſedebant in porta. *i. principes*

## MORALITER.

2 *Extraneus factus ſum fratribus meis peregrinus, &c.* ſicut prædixit Chriſtus Matt. 10. c. *Tradet tunc frater fratrem in mortem, & pater filium.* Et ſubditur cauſa.

4 *Quoniam zelus domus tuæ comedit me.* Talia namque ſuſtinent Chriſtiani propter zelum eccleſiaſticæ fidei.

*Et*

5 *Et oppro. exp. tibi.* Infideles. n. dicebant opprobria de Chriſto, ſed non poterant ei nocere, quia ſedet ad dexteram Dei patris in excelſis, ſed nocebant fidelibus horrentibus ea audire, propter quod affligebantur, & ſic opprobria Chriſti ſuper eos cadere dicuntur.

7 *Et operui in ieiunio animam meam.* Omnes. n. iſtas afflictiones fidelium infideles hypocriſim reputabant, ideo ſubditur.

A a *Qui ſedebant.* Caſs. In porta ſedent qui conuentibus hominum ſedula curioſitate miſcentur. Dicit ergo paſſionem ſuã Iudæorum eſſe fabulam, vt nullus exciperetur, qui huiuſmodi locutionis eſſet alienus, vnde Cleophas ait. *Tu ſolus peregrinus es in Ieruſalem, & ignoras, &c.* (Mar.4.b. Lucæ.24.c.)

b *In por.* Ciuitatis, vbi ſolent iudices ſedere ad iudicãdas cauſas ideſt, in publico iudicio.

Hieronymus. Sicut ſcribæ & Phariſæi habentes clauem ſcientiæ, ſed nec intrantes, nec alios intrare ſinentes.

c *Et in me pſallebant.*

Caſ. De me aiebant in publicis conuentibus, & in conuiuijs pſallebant, irriſio mea erat pſalterium. B

d *Qui bibebant vinum.*

Aug. Qui inebriantur temporali voluptate.

Vel, Caſſ. in Deum probabili opere pſallant, qui vinum ſpirituale bibunt.

✲ Bed. Omnes bibebant vinum. ſ. erroris, vinum impietatis. Vel vinum terrenæ cupiditatis. ſ. inebriati amore loci & gentis. Hi inquam omnes pſallebãt in me. Qui vero bibebãt vinum calicis mei, ideſt qui attendebant dulcedinem futuram de paſſione mea, ſicut S. Apoſtoli & ſanctæ mulieres, illi pſallebant in me, ideſt gaudebant de potentia mea.

e *Ego vero.* Caſ. Prædictis malis oppoſita eſt oratio pro parte ſua, vt diſcamus nõ rixas, ſed orationes opponere iurgijs. C

*Tem-*

‡ ſub. conuerti tempus, vel in tempore.
† vel ſecundũ fidele auxiliũ tuum.
† ſaluum me fac.

a Habentes claues ſapientiæ. b In publico.

a b c ſum me loquebantur, qui ſedebant in porta, & in me pſalle- 1 2

a Ecce in eum conuertitur cantus, qui prohibet vanos cantus. Cum ego ieiunus.
b Erroris, impietatis & ſuperbiæ. c Dum ipſi ita inſultarent. ¶ Dirigebam.
d Quando non corriguntur iniqui, nihil reſtat niſi orare etiam pro ipſis.

d e bant qui bibebant vinum. Ego vero orationem meam ad 3 4

a Nunc eſt. Gratiæ. Exaudi quia. Aug. Cum granum moritur, ſurgit fructus.
b Hoc tempus beneplaciti prouenit.
Contra multitudinem iniquitatis noſtræ.

f te † domine, tempus beneplaciti Deus. In multitudine mi- 5 6

a Ideo. Perfice in reſurrectione. b Caſ. Vt des ſalutem in reſurrectione:
¶ Sicut per prophetas promiſiſti. c Chriſtus ex infirmitate membrorum loquitur. ¶ In hoc audi.

g ſericordiæ tuæ exaudi me, † in veritate ſalutis tuæ. Eripe 7 8

a Aug. cui ſupra dixit, ſe infixum corpore. b Non teneatur anima, etſi tenetur corpus.
Alias inhæream. c E ponit. ¶ In reſurrectione. d Hi ſunt hæum.

h me de luto, vt non infigar, † libera me ab his qui oderunt 9

a Secundum ſpiritum, ſupra merſos ſecundum carnem.
¶ Irrecuperabiliter.

i me, & de profundis aquarum. † Non me demergat tem- 10

a Impetus Iudæorum. Vt cani in profundum limi. b Infernus. c Sic vt vrg: 11

k l peſtas aquæ, neque abſorbeat me profundum, neque † vr- 12 13

f *Tempus be.* Aug. Ideo nunc eſt tempus beneplaciti & reconciliationis per incarnationem, per ſanguinem, per mortem, deinde quomodo hoc tempus prouenerit, exponit. In multitudine.

✲ Euthymius. Simile illud eſt, quod dixiſſe cum legimus apud Euangeliſtam. Pater venit hora, per beneplacitum enim, crucis mortem intelligit. Nã beneplacitum idem æque ſignificat quod bona voluntas. Bona autem voluntas fuit, quod per huiuſmodi mortẽ nos qui antea mortui eramus ob peccatũ ad vitam rurſus ſimus reſtituti.

g *In verita.* Auguſt. Præmiſit de miſericordia, nunc ſubiungit de veritate, quia vniuerſæ viæ miſericordia & veritas. Miſericordia dimittendo peccata, veritas reddendo promiſſa.

h *Vt non in.* Aug. Mẽte: ſupra dixit infixum corpore, dicitur hoc ex infirmitate membrorum, de luto. i. lutoſis deſiderijs.

i *De profundis aquarum.* Caſ. Iudęi malignitate conſilij profundi ſunt, ſeditionibus turbulenti.

k *Profundum.* Caſ. peccatorum, quod deglutit animas, vnde *Peccator cum venerit in profundum peccatorum contemnit.* Hęc pericula membris eius imminent.

l *Neque vrgeat ſuper me, &c.* Aug. Et ſi cecidiſti, non claudet ſuper te puteus os ſuũ, ſi nõ claudis tu os tuum, ſed confitere & dic,

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ *cipes ſacerdotum qui eum iudicauerunt mortis reum. Marc. 14. g. Et iſti vocantur ſedentes in porta duplici de cauſa. Tum quia ſedebãt iuxta portã templi ad docendum populum. Tum quia ſecundum modũ iudicum antiquorum aliquando ſedebant in portis ciuitatum ad iudicandum populum in communibus cauſis. Romani enim retinebant ſibi cauſas ſanguinis.*

1 Et in me. *i. de me.*

2 Pſalle. *Deriſorie.*

3 Qui bi. vi. *Scribitur enim in quodam libello Hebraico qui intitulatur condemnatus iudicio, quod propter verbum Salomonis Prouer. 31. Date ſiceram i. potum inebriatiuũ mœrentibus, & vinum his qui amaro ſunt aĩo. Sapientes Iudæorũ ordinauerunt, quod cõdemnatis ad mortem daretur plenus ſcyphus de vino forti, vt magis hilariter ſuſtinerẽt mortem, & illud vinum fuit acceptum pro Chriſto et duobus latronib. cum eo crucifigendis, ſed Iudęi vinum illud acceperunt et biberunt cũ deriſione Chriſti, & propter talem deriſionẽ dicitur hic. In me pſallebant qui bibebant vinum, & in loco vini prædicti poſuerunt acetũ, vt dicetur infra. Aliter ẽt poteſt exponi, quod de crucifixione Chriſti tanquam de re inſolita & notabili fuerunt factæ cantilenæ deriſorię in fauorem ſacerdotum, qui eius mortem procurauerunt tãquã de falſo propheta volente regnare & non potente, quæ decãtabãtur per tabernas, & ſic dicitur. In me pſallebant, &c. Omnes autẽ iſtæ pœnæ poſſunt ad membra Chriſti applicari, quia propter Chriſtum ſuſtinuerunt opprobria, & confuſiones & perſecutiones, ẽt ab amicis intimis tanquã ab extraneis, afflixerunt ẽt ſe ieiunijs, & cilicijs, & ſuſtinuerunt etiam condemnationes peruerſas a iudicibus, & deriſiones ab ebrioſis potatoribus, vt patet in multis ſanctorum martyrum geſtis.*

4 Ego vero orationem ad te domine. *Hic conſequẽter petitur ipſius Chriſti capitis, et membrorũ liberatio a pœnis. Et primo ponitur dicta petitio, ſecũdo ad hoc inducitur ratio, ibi.* Exaudi me. *Circa primum dicitur.* Ego vero orationem, &c. *ſ. dirigo.*

5 Tempus beneplaciti Deus. *ideſt expectans tempus liberationis ſecundum diſpoſitionem ſuæ voluntatis.*

6 In multitudine, &c. *Orabat enim Chriſtus non ſolum pro ſei perſona, ſed etiam pro membris ſuis, quæ ſunt multa, & ideo petit multitudinem miſericordiæ.*

7 In verita. ſalutis tuæ. *ideſt ſalutis a te promiſſæ, quæ promiſſio eſt in veritate.*

8 Eripe me de. *Superius dixit. Infixus ſum in limo, qui limus idem eſt quod lutum. Propter quod ſciendum, quod aliquando dicitur aliquis infigi in lutum, quando cadit ibi, licet cito reſurgat, ſed magis proprie dicitur infigi, quando non poteſt inde retrahi. Superius autẽ Chriſtus dixit ſe infixũ in luto, eo quod mortuus fuit et poſitus in ſepulchro intra terram. Hic autem petit vt non infigatur. id eſt quod non diu ibi remaneat per ſuæ reſurrectionis accelerationem.*

9 Libera me ab his qui oderunt me. *ideſt a Iudæis, a quorũ poteſtate fuit totaliter liberatus in reſurrectione.*

10 Et de profundis aquarum. *ideſt perſecutionum, vt ſupra dictum eſt, ad quarum profundum homo deducitur, quando occiditur. Et in hoc petit ſuam reſurrectionem ſicut prius, per alia tamẽ verba, quod ſolet fieri in talibus orationibus & ideo adhuc ſubditur.*

11 Non me demergat tempeſtas aquæ, &c. *Superius dixit, & tempeſtas demerſit me, eo quod mortuus fuit in cruce. Quod ergo hic dicitur.* Non me demergat tempeſtas aquæ. *Senſus eſt, id eſt, me per mortem demerſum, non diu teneat in morte.*

12 Neque abſorbeat me profundum. *ideſt corpus meum intra ſepulchrum non putrefiat ſeu corrumpatur, & a vermibus corroſum abſorbeatur.*

13 Neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum, &c. *Et in Hebr. habetur.* Non obturet ſuper me puteus os ſum. *Et dicitur hic puteus limbus inferni, ad quem deſcendit anima Chriſti ad extrahendum*

✲ *inde*

## MORALITER.

1 *Aduerſum me loquebantur qui ſedebant in porta.* i. iudices qui ſedebant antiquitus in portis, & iſti contra fideles loquebantur, eos iniuſte condemnantes.

2 *Et in me pſal, qui bi. vi.* Cantilenas factas in vituperium Chriſtianorum.

4 *Ego ve. ora. meam ad te do.* Dirigo toto corde.

5 *Tem. be.* i. tuæ conſolationis expectans.

6 *In mul. mi. tuæ exau. me.* vt valeam in pace tibi ſeruire.

7 *In ve. ſalu. tuæ.* i. ex merito Chrĩ, qui eſt veritas & ſalus tu

8 *Eripe me de luto, vt non in.* Supra dixit. Infixus ſum in limo &c. & hoc propter grauitatem perſecutionis. Hic autem petit non infigi. ſ. in peccatum ex impatientia, propter longitudinem perſecutionis.

9 *Libe. me ab his qui ode. me.* i. a dæmonibus.

10 *Et de pro. aquæ.* i. tentationum.

11 *Non me de. tem. aquæ.* i. tentationis per conſenſum.

12 *Neque ab. me pro.* per peccatorum exercitium.

13 *Neque vr. ſu. pu.* i. puteus inferni a quo nullus põt reuerti

*In*

Ec dic: *De profundis clamaui ad te domine, & euades.* Claudit ſup illum qui in profundo contemnit, a quo mortuo velut qui ſit, perit confeſsio.

a *Exaudi me domine, &c.* Caſ. Periculis hominum expoſitis voce eorum precatur: *Exaudi me domine.* quia benigna miſericordia, nō q̃a merui.

b *Benigna.* Auguſti. Suauis eſt tribulato miſericordia, vt panis eſurienti.

Auguſti. Venit tribulatio: differt Deus ſubuenire, vt moueat deſiderium, & ſit dulce auxiliū, quod cum ſit, iam non eſt quo differat.

*A puero, &c.* Augu. quolibet ſancto paruo non ſuperbo, a quo ſuperbiam tollit diſciplina tribulationis.

*Propter inimicos, &c.* Augu. Vt confundantur liberatione mea. Vel vt conuertantur. Quod ſi neutrū, numquid non eſt liberandus? Sed eſt quędam liberatio occulta, quę pp ſanctos fit, vt ſeptem fratres qui igne conſumpti ſunt cū matre, hortante ne cōtra legē Dei hominibus cōſentirēt. Eſt & alia liberatio manifeſta propter inimicos, vel puniendos, vel ēt liberandos, vt tres pueri de igne liberati ſunt etiam corpore, vnde ipſe Nabuchodonoſor conuerſus Deum prędicat.

C Aug. Propter inimicos. Hoc ad apertā, vt caro reſurgat, & aſcendens ſpiritum mittat. vnde inimici conuerſi ſunt, quibus non proderit, ſi ſolam animam liberaueris.

*Tu ſcis improperium.* Aug. Quia quare ſint iſta mihi, tu noſti, illi nō norunt. Et quia ipſi in cōſpectu tuo ſunt, iſta neſcientes non poterunt confundi vel corrigi, niſi manifeſte eruas. Et ideo ait: *propter inimicos.*

Aug. Tu ſcis improperiū vel opprobriū, &c. Opprobriū, quod obijcit inimicus. Cōfuſio eſt quæ mordet conſcientiā. D Verecundia, quādo & frons pro falſis erubeſcit. Hęc omnia in corpore Chriſti. Obijcitur Chriſtianis nomē Chriſti Fortibus vt Paulo gloria eſt, qui dixit: Mihi autē abſit gloriari, niſi in cruce, &c. Et alibi: *Nō enim erubeſco euangelium.* His ergo opprobrium tantum poterat obijci, ſed nec confuſio ſanæ menti, nec verecundia fronti. Sed cum obijcitur quibuſdam, quod Chriſtum occiderunt, cōiuncti ſunt mala conſcientia, & ſalubriter confuſi, vt poſsint dicere: *Tu cognouiſti confuſionē.* Quidam vero credūt, ſed confiteri erubeſcunt, & hi commendantur Deo, non vt ſic eos relinquat, ſed adiuuando perficiat. E

f *Reuerentiam.* Augu. Alij ignominiam, vt alapas, flagella, & q̃d Pilato tanquam reus traditus eſt, hęc non pro ſuo reatu, ſed pro nobis ſuſtinuit, vt in talibus nos inſtrueret.

a ¶ Profunditas iniquitatis humanæ. Infernus, ideſt non ſic abſorbeat. vt vrgeat.

a geat ſuper me puteus os ſuum. Exaudi me domine, quo- 1 †

a Hæc eſt cauſa audiendi b Alias ſuauis. Non quia merui. Suauis eſt miſericordia tribulato, vt panis eſurienti.

b niam benigna eſt miſericordia tua, ſecundum multitudi-

a ¶ Quibus peccata licet numeroſa cedunt. Non peccatorum meorum. b Caſſ. Non in peccata. c Loquitur totus Chriſtus.

nem miſerationum tuarum reſpice me. Et ne auertas fa- 2

a Caſſ. A puritate. b Chriſto, de quo: Ecce puer meus quem elegi. c Auguſtinus Præceſſit afflictio mea, ſequatur miſericordia tua. d Non eſt quo differat, quoniam.

c ciem tuam a † puero tuo, quoniam tribulor, velociter exau

a ¶ Hoc ad occultam pertinet liberationem. b ¶ Quod, ideſt quam liberationem tu ſcis.

Vbi tranſlatio noſtra habet. *Et permanebit cum ſole:* veritas Hebraica dicit: *Et timebunt te cum ſole, &c.* & ſic poteſt intelligi hic verſus de duratione Chriſtianę religionis, vt ſit ſenſus, quod quamdiu tempora reuoluuntur iuxta curſum ſolis & lunæ, ſecundum quem diſtinguuntur tempora, ſemper timebitur Chriſtus in eccleſia contra illos qui dicunt eccleſiã quando defuturam: & ſecundũ hunc ſenſum magis oſtenditur, quàm ſi dicat, quod Chriſtus manebit cum ſole, quia vt dicit gloſſa, non eſt magnum permanere cum ſole ei, per quem omnia facta ſunt.

## ADDITIO II.

In eod. pſalm. vbi dicitur in poſtilla. In Hebræo habetur. *Erit abunda. fru.*

In Hebræo in hoc loco cum hoc quod dicitur, frumentũ, apponitur quædam dictio quæ ſonat. piſſat, quæ non ſignificat abundantiam, ſed potius placenta ſeu placentula frumenti, quod proprie applicatur ſacramento euchariſtiæ, in quo ſub ſpecie placentulæ frumenti verum corpus Chriſti continetur. & cum hoc concordat tranſlatio Chaldaica, in qua vbi dicitur in ſummis montium, expreſſe dicit. *In capitibus ſacerdotum.*

## ADDITIO III.

In eod. pſalm. vbi dicitur in poſtilla. *Ante ſolem permanet nomen eius.*

In hoc loco Hebraica veritas vbi dicitur. *Permanet nomen eius:* dicit ijnnon nomen eius, quæ non eſt eiuſdem ſignificationis, cum hoc quod dicitur, Permanet, ſed ſignificat filiationem. Vnde Abenhazra in ſua gloſ. in hoc loco ſic dicit. Hæc ijnon eſt verbum paſſiuum. quod deriuatur ab hoc nomine nin, quod proprie ſignificat filium, hęc ille. Et ſic ſenſus eſt, quòd ante ſolẽ filiabitur nomen eius, acſi dicat, quod ab æterno iſte rex eſt filius, unde ex iſto loco ex neceſſitate literæ Hebraicæ poteſt ſumi efficax argumentum ad hoc, quod in diuinis eſt dare filium ſeu filiationem ab æterno. Et nota quòd in hoc loco & in præcedenti immediatè fauorabilior eſt litera Hebraica ueritati fidei quam communis noſtra tranſlatio, & ſic eſt in quam plurimis alijs locis ſacræ ſcripturæ.

Filiationis diuinæ æternitas ex Hebr. probatur.

## ADDITIO. IIII.

In eodem pſalm. 71. *Deus iudicium:* ubi dicitur in poſtilla. *Completæ ſunt orationes Dauid filij Iſai.*

Ex quo Dauid fecit hunc pſal. ſecundum Hierony. & omnes doctores Hebræos, prout ueritas literæ in fine teſtatur. Sumitur argumentum pro opinione Auguſt. dicentis, quòd pſalm. etiam intitulati alijs perſonis præter Dauid ſunt attribuendi ipſi Dauid tanquàm autori, nam iſte pſalm. intitulatur Salomoni, & tamen eius autor fuit Dauid. Similiter ex pſalm. immediatè pręcedenti, ſcilicet, in te domine ſperaui, quia non intitulatur alicui autori, & tamen totus intelligitur factus in perſona Dauid, prout patet etiam in poſtilla, ſumitur argumentum pro prędicta opinione Auguſt. dicentis, quod etiam pſalmi nullum habentes titulum attribuendi ſunt Dauid tanquam autori.

A GLOSSA ORDINARIA,

Hymnus tria habet, laudem Dei cum cantico, niſi enim cantetur hilariter non eſt hymnus: non cantat autem qui nō amat. Si ſit laus, & non eſt Dei, non eſt hymnus: & ſi ſit Dei, & non cum cantico, non hymnus. Præter ſolitum addit, filij Ieſſe. Dauid enim homo quidā filius Ieſſe regnauit in Iſrael tēpore veteris teſta. in quo nouum erat, ſed occultum: ſicut & Chriſtus in Dauid & in Abraham, ſed occultus, vt fructus eſt in radice, ſed non apparet. Nouerunt autem pauci prophetę & Chriſtum & nouū teſtamentum, ſcilicet, in occulto, & pronuntiauerunt reuelandum. Illo ergo tempore pro regno illo vbi regnauit homo filius Ieſſe, pro huiuſmodi carnalibus carnalis populus

B laudabat Deum. Sed regno illo & ceteris hmōi deficientibus, deficit laus non filij Dei, ſed filij Ieſſe. His aūt deficientibus quę Deus ſubtraxit, vt quererentur ea q̄ occulta in illis tegebantur. Loquitur Aſaph. i. ſynagoga. ſed fidelis, quę piè Deū coluit, licet pp terrena quę à Deo nō à dęmonibus, vt gentes q̄rebat. Attendens aūt blaſphemos his abundare pro quibus ſeruiebat cępit nutare, neſciens quid in his figuris lateret, quaſi nō eſſet aliquid melius quod Deus daret, ſed admonitus per hæc ſibi ſubtracta quærere ea quæ non habet cum malis communia, caſtigans ſe cum admiratione dicit: Quàm bonus Iſrael. ſed quibus, rectis corde. primò ergo deſcribens nequitiam malorum, dicit ſe zelaſſe proſpera eorū: tamen inde correctum, & correctus alios corrigit.

Caſsio. Hic agitur, quod laudes defecerunt: quia iam non dat Deus blanda: vt pueris ad ſeruiendum alliciendis: & hoc dicit ſynagoga, quæ iam ſibi contra hoc quod prius agebat, teſtatur vt credibilius ſit.

PSALMVS. LXXII.

Quam bonus. Caſsio. Monet, vt non pro temporalibus ſed æternis Deum laudemus.

⁂ Baſil. Illud quàm, non eſt per cōparationem ſed

C pro, valdè: poſitum, vt bonitatis Dei ſignificet excellētiam. Quod autem dicit tale eſt, Multum curæ ac prouidentiæ Deus Iſraeli impendit: verum hoc non omnes agnoſcunt, qui recta ſunt præditi mente.

⁂ Eu hymnus. verè inquit bonus eſt Deus populo Iſrael: quippe qui per afflictiones, & calamitates caſtigat, qui [...] ci excogitat. N[...] enim ex odio c[...]gat aliquem [...] aut dirigit, ſed [...] amore & dilect[io]ne.

⁂ Beda. De Iſrael quàm verè bonus eſt, ideſt q[uā]m iucundus eſt his qui recto ſunt corde. Diſtortis autem corde ſolis, qui vel p[...] cum iniuſtum [...]ſe, vel mortalia n[...] curare eſt peruerſ[...], nō quòd verē peru[er]ſus ſit Deus ſed qu[a]ndo tu peruerſus, ti[bi] peruerſus tibi vid[et]ur.

† Certè vtiq;.

† paulominus,

† ſeduit me. inuidiam habui, male me habuit de inſania.

† in peccatoribus.

a ¶ Attribuitur. b ¶ Synagogæ fideli.

Pſalmus Aſaph. LXXII.

a ¶ Iucundum eſt, quod non ſemper viſum fuit.
b ¶ Sed peruerſus peruerſis.

a †Vam bonus Iſrael Deus† his, qui † re- 1

a ¶ Modo fateor Deum bonum. Sed prius cum non eſſet cor rectum mihi b ¶ Ad errandum. 2

cto ſunt corde. Mei autem penè † moti 3 4

a ¶ Affectus. b ¶ Ad lapſum.
c ¶ Idem quod pedes.

b ſunt pedes, † penè effuſi ſūt greſſus mei.

a ¶ Cui motil b ¶ Inuidi & grauiter tuli. c ¶ Intendens.
d ¶ Quid in eis. Quam ſolebant à Deo petere & pro qua ſeruiebā:

c Quia † zelaui † ſuper iniquos, pacem † peccatorum † videns. 5

d a ¶ Exponit breuiter quare ſit eis data hæc pax. b ¶ Alias declinatio mortis, ideſt, quia certa mors & æterna manet eos. 6
c ¶ Aug. Ideſt, flagellum eorum firmum eſt, non temporale, ſed æternum: & ideo modo non ſunt in labore hominum.

e Quia non † eſt reſpectus morti eorum, & firmamentum in 7 8

Et non eſt tibi bonus, id eſt non iucundus, ſicut mel n[on] iucundum eſt febricitanti palato, neq; clarus ſol lippient[i] oculo: quia quæ vegetat ſanum oculum, reuerberat infir[m]um: & quæ homo illuſtrat, illum excruciat.

b *Pedes.* Caſ. Pro arbitrio mentis quod à veritate di[ſc]epabat. Greſſus actus præcipitati: penè q̄a citò tedijt. Ve[r]ē.

Auguſtinus. Quia cœperam errare, ſed non erra[ueram], cœperam cadere, ſed non cecideram.

⁂ Baſilius Nullo fere negotio quæ me dirigeban[t] diſſoluta fuiſſent, vt ſanis inquit, ac firmis cogitationibus [ex]clude[...]rem periculum mihi fuit.

⁂ Euthymius. Per pedes, ſic cogitationes intelligi[t], veluti quæ animæ noſtræ religionem pedum inſtar, regunt ac ſuſtinent. Penè inquit, perditus ac penè lapſus ſum, ut [n]ullam Deum crederem mundi habere prouidentiam.

c *Pacem peccatorum.* Aug. Temporalem, fluxam, ca[du]cam.

d *Videns.* Non intelligens.

Auguſt. Quia hæc pax videtur, non intelligitur, oc[ul]os cludit: eſt enim fluxa & caduca.

Caſſio. Pacem pec. quia non eſt declinatio morti [eo]rum, id eſt non citò moriuntur, ſed diu viuunt, & ſi plaga [ali]quando non firma, vt durat flagellum correctionis.

e *Et firmamentum in plaga eorum.* Caſ. Non miſeretu[r] Deus [...]onſo-

NICOLAVS DE LYRA.
PSALMVS LXXII.

Quam bonus, &c. *Huic pſ. præmittitur talis titulus in Hebræo,* Pſal. Aſaph. *Et in tranſlatione Hier.* Canticum Aſaph: *& eſt penitus eadem ſententia. Secundum Auguſt. iſte pſal. in titulatur ab Aſaph, non tanq̄ ab autore, ſed tanquàm à cantore: quia ſecūdum eum Dauid fecit omnes pſal. ſed aliquos fecit decantandos per Aſaph, qui erat vnus de principalibus cantoribus. Secundum verò Hieronymū & doctores Hebraicos, quibus videtur in hoc magis aſſentiendum, ſicut dixi à principio huius libri, Aſaph non ſolum fuit principalis cantor, ſed etiam habuit ſpiritū prophetiæ, & fecit hunc pſal. et plures alios, prout videbitur infrà. Fecit autem hunc pſal. ad oſtendendum bonitatem diuinæ prouidētiæ, quæ attingit à fine vſq; ad finem fortiter: & diſponit omnia ſuauiter. Sap. 8. a. licet frequenter hominibus ignorantibus, & infirmis videatur contrarium, eo quod vident frequenter malos temporaliter proſperari, & iuſtos multipliciter tribulari. In hoc igitur pſalm. ſic procedit, quia primò ponit intentam cōcluſionem. ſecundò ad vtrāque partem adducit rationem, ibi:* Mei autem. *tertiò ponit veritatis determinationem, ibi:* Exiſtimabam. *Circa primum dicitur,*

1 Quàm bonus, & c. *ideſt, valde bonus eſt ſupple.*

2 Deus Iſrael. *quia licet ſit Deus omnium per creationem, dicitur tamen Deus Iſrael per veram fidem: verumtamen quia bonitas diuina non ſentitur ab iniquis, ſicut nec claritas delectabilis eſt oculis infirmis, ſed ſolum ſentitur, & deguſtatur à bonis. ideo ſubditur.*

3 His qui re. *quia rectè tendunt in Deum ſicut in ſummum bonū.*

4 Mei au. *Hic conſequenter arguit ad vtranq; partē, & primò ad oppoſitum, ſecundo ad propoſitum, ibi:* Si dicebam. *Contra [bo]nitatē diuinæ prouidentiæ accipitur ratio ex duobus. maxime, ſcilicet ex proſperitate malorum, et ex tribulatione iuſtorū. & primò arguit ex primo, ſecūdo ex ſecundo, ibi:* Ideo conuertetur. *Prima adhuc in duas, quia primo ponitur proſperitas malorū, ſecundo iniquitas ipſorum, ibi:* Ideo tenuit. *Circa primū loquitur propheta in perſona popu[li] infirmi, qui videns proſperitatem malorum incipit dubitare de bonita[te] diuinæ prouidentiæ: vnde multi talia videntes dicunt Deum dormire [q]uaſi non habeat prouidentiam de humanis actibus, ſicut dicit Tullius [&] plures alij in quorum perſona dicitur Iob. 22. b.* Circa cardines c[œ]li perambulat, nec noſtra conſiderat. *Dicit ergo propheta i[n] perſona infirmiorum;* Mei autem penè moti ſunt pedes. *ideſt, [p]e recis[i] à rectitudine ſentiendi de bonitate diuinæ prouidentiæ.*

5 Quia zelaui, &c. *ideſt, motus fui per quandam concup[iſ]centiam ad ſequendum eos. vnde dicitur Eccl. 9. cap.* Non zeles gl[or]iam & opes peccatoris, *ideſt, non concupiſcas eas. Et motiuum di[ct]æ concupiſcentiæ tangit, dicens.*

6 Pacem peccatorum, &c. *ideſt, eorum temporalem f[eli]citatem. Viſa enim magis mouent animam quàm audita. Et conſequē[te]r mag[is] explicat in particulari eorum felicitatem, dicens.*

7 Quia non eſt reſpectus morti eo. *ideſt, non vident [ſe] citò mori, ſed diu viuere diutius quàm iuſti, Eccle. 7. c.* Iuſtus peri[t] in iuſtitia ſua, & impius multo viuit tempore in malitia ſu[a].

8 Et firmamentum in plaga eo. *ideſt, non eſt longa [du]ratio plaga eorum quaſi ſit firmata, quia ſi infirmētur aut vulne[ra]ntur, citò curantur habentes prompta remedia curationum propter a[bu]ndātiam diuitiarum ſuarum.*

MORALITER.

1 *Quam bonus Iſrael Deus, &c.* Pſalmū iſtum fecit habēs ſpiritum propheticum, oſtendens in eo q̄ Dei prouidentia attingit à fine vſq; ad finē fortiter, & diſponit omnia ſuauiter licet mundanis hominibus aliquando contrariū vi[de]atur, eo quod vident frequenter malos homines tēporalit[er] proſperari & bonos tribulari. Et ſic literalis ſenſus eſt ſi[mp]liciter moralis: propter quod pertranſeo de alio inducendo.

MORA[LITER]

Conſolidando plagas eorum: vel à ſimili incurabilis, cui ni-
A hilum prohibetur.

*Operti ſunt iniqui. & imp. ſua.* Caſſiod. Ne reſipiſcant, non amicti, vt vel liberum caput haberent, ſed toti operti.

✻ Euthymius. Adeo inquit ſuperbi ſunt, & temerarij, ut [i]mpietate atque iniu[s]titia non ſecus ac ve[st]e aliqua operiantur. [E]t dum īdui dicit eos [i]mpietate, atque iniu[s]titia, ſummam vndi[q]ue huiuſmodi vitio[ru]m amplitudinem [vi]detur ſignificare. [H]ac autem loquendi [m]etaphora ſępe nu[m]ero alibi prophetā [u]ti videmus, veluti [q]uando ait: induan[tu]r confuſione & pu[do]re, &c.

*Prodijt quaſi, &c.* [A]uguſtinus. Sunt qui[da]m mali ex macie, [id] eſt, neceſsitate: Alij [e]x abundantia, vt pau[p]er egeſtate furatur, [di]ues ex cupiditate.

*Tran.* Caſsi. Quaſi rectis ſemitis.

✻Euthymius. Vene[ru]nt inquit, in habi[tu]m iniuſtitiæ: Per di[s]poſitionem. Etenim [ſe]u per habitudinem [c]ordis, habitum intel[li]git ad malum.

*In ex.* Auguſtin. Palam, in manifeſto: vel contra Deum [b]laſphemi.

*In cœlum.* Aug. Acſi dij eſſent, vel contra Deum quem blaſ[p]hemant dicentes Deū vel neſcire ſua mala vel non punire.

✻ Baſil. Poſuit hæc propheticus ſermo tanquam à Deo, [u]t mœſtos conſolaretur dicens, dum illi inquit, blaſphemijs [c]ontra Deum vtuntur, & nos afflictionibus impetunt, iucun[d]a de nobis omnium Deus decreuit, reditum ac vitam natu[r]æ deſtinatam pollicitus.

✻Euthy. Per cęlum quidem Deū intelligit, qui in cęlis ha[b]itat: per terram vero, homines in ea commorantes, ac ſidi[f]eret: os ſuum blaſphemātes aduerſus celeſtem Deum mo[u]erūt. Vel ꝓpter Philoſophos dictus eſt hic ſermo, qui poſue-
C runt in cęlum os ſuum, dum auſi ſunt de Deo, & de diuinis
D rebus philoſophari. Vel aliter Aſtrologos carpit, qui os ſuum poſuerunt in cęlum, dum nimis curioſè aſtra ac ſtellas contemplantur, quę in cęlo ſunt: & lingua eorum pertranſijt in terram, dum manibus nugis vniuerſum complent orbem.

f *Lingua tranſiuit ſuper teram, &c.* Aug. Quę vltra mēſuram humanitatis loquitur, quaſi immortales ſint. Vel, etſi ipſi in terra, tamen modū tranſeunt, in terra, vel ſuper terram, ideſt, tranſit terrena omnia: quia non cogitāt ſe homines citò poſſe mori, ſed trāſit lingua eorum humanā fragilitatē.

Hier. Vel, lingua eorum ens in terra ideſt locutio eorū, facta terrena: tranſiuit ideſt, defecit, qa præter rationem veritatis infirma eſt.

g *Ideo con.* Caſsio. Exponēs Aſaph ſuū & aliorum errorem de proſperitate impiorum, dicit inde ſe reuerſum ad melius conſilium, vt & ipſi inquirant veritatem rei intrantes in ſanctuarium Dei. Quaſi diceret, hoc perpenſo quod mala ex proſperis: *populus meus, qui a veritate deuiauit reuertetur ad eam.*

Hic. Auguſtinus. In hac ſententia in qua modo ſum.

h *Dies pleni inuenientur in eis.* Hieronymus. Perfecti inuenientur, etſi modo non appareat.

Caſsiodorus. Vel, dies pleni ſunt quando Chriſtus venit: hi ergo ſunt in Iudęis qui Chriſtum nouerunt.

i *Et dixerunt.* Aug. Vnde conuertentur. Et dixerunt: priuſquam conuer. Quomodo dicitur ſcire, quæ hic fiunt, qui nō punit: etſi eſt ſcientia in excelſo. defectio eſt hic: tunc iniuſtus eſt Deus qui patitur malos: quia ecce ipſi pecca. hoc eſt quare videbatur eis neſcire hoc.

k *Quomodo ſcit.* Aug. Non dicit, neſcit: ſed adhuc hæſitat & ☞ pro-
F

a ¶ Sanctorum. b Caſ. Ab infirmitate & plagis velociter conualeſcunt, nec ſicut homines iuſti tribulationum quatiuntur flagellis.

† plaga eorum. In † labore hominum non ſunt, & cum homi- 1 2

a Ad correctionem. b Et quia ſi eis modo proſperè cedit. c Ne euaderent. Quod quidem peius eſt, quàm quolibet modo ſuperbire. d Vnde iniqui. e Aug. Vndique nec videntur interiora eorum, vbi miſeri ſunt, fœlices putantur. Alias circumamicti.

a nibus non flagellabuntur. † Ideo † tenuit eos ſuperbia, † operti 3 4

a Ad proximum. In apertum. b Contra Deum blaſphemi. c Et hæc iniquitas.

b ſunt iniquitate & impietate ſua. † Prodiit quaſi ex adipe ini- 5 6

a Et. Viam rectam, modum hominum. Non putant ſe pares hominibus facientes quod placet. De vitio in vitium. b Deſiderio non neceſſitate. c Et vt grauius eos peccaſſe oſtendat, quàm ſi ex improuiſo egiſſent, ſubdit.

c quitas eorum: tranſierunt in † affectum cordis. † Cogitaue- 7 8

a Non cum timore, ſed in alto: clarè cunctis audientibus & ſuperbè. Non ſatis fuit quod intus habent, niſi extra effundant, & alios iniuſtè doceant. b Vel, ſum, id eſt, contra excelſum.

d runt, & locuti ſunt † nequitiam, † iniquitatem in excelſo lo- 9 10

a Superba loquuntur de celo & de alijs. b Defecit, vel deambulauit.

e f cuti ſunt. Poſuerunt in cœlum os ſuum, & lingua eorum tran- 11 12

a Erat. Alias ſuper terram. b Aug Qui huc iniquus redit ad Deum, & incipit quærere: Sed quando, dies pleni, id eſt plenitudo temporis quo miſſus filius eſt qui hæc docuit contemnere, æterna quærere.

g h ſiuit in terra. Ideo † conuertetur populus meus † hic, & dies 13 14

a Quia. Antequam de tali cogitatione reuerſi ſunt. b An.

i k pleni inuenientur in eis. Et dixerunt, quomodo † ſcit Deus, & 15 16 17

a Vel neſcit, vel non curat humana. b Deo. c Hoc ideo videtur, quia mali ſunt fœlices. Auguſt. Quaſi ideo eram non peccator, vt haberem diuitias, modo econtra fieri video.

ſi eſt ſcientia in † excelſo? Ecce † ipſi peccatores, & † abun- 18

† De. pęn. diſtinct. 1. cap. ſerpens.

† Egreſſi ſunt præ adipe oculi eorum, tranſierunt cogitationes cordis. i. faciunt quod cogitāt, vel plus affecti ſunt quam cogitauerant.

† Diffluūt, vel nullis ſe legibus putant teneri vel diſſoluunt ſub. perfectos ſuos verbis.

† calumniam de excelſo, cū vi excelſa.

† huc.

E

† ſcuit.

† iſti impij.

† beati (vel pacem habentes.

NICOLAVS DE LYRA.

[1] In labore hominum non ſunt. *Sed in delicijs, & ſolatijs viuunt.*

[2] Et cum hominibus non flagellabuntur. *Quia propter diuitias ſuas eis parcitur de grauibus & duris laboribus, qui alijs imponuntur. Et frequenter etiam contingit, quod bonis iuſtorum in tempeſtatibus deſtructis eorum bona remanent illæſa.*

[3] Ideo tenuit. *Hic conſequenter deſcribitur eorum iniquitas, cum dicitur:* Ideo tenuit eos ſuperbia. *Quia temporalis proſperitas frequenter eſt occaſio ſuperbiendi. Et dicit tenuit: quia talis ſuperbia non eſt ad horam, per modum paſſionis tranſeuntis, ſed per modum habitus permanentis.*

4 Operti ſunt iniquitate. *peccando contra proximum.*

5 Et impietate ſua. *peccando contra Deum: quia ſicut pietas ſignificat Dei cultum: ſic impietas eius oppoſitum. Et dicit operti ſunt, quia vndiq; ad peccandum intenti ſunt ſicut veſtimentum operit hominem circunquaque.*

6 Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum. *id eſt diuitiarum pinguedine, quæ præſtant fomentum omnibus vitijs: quia pecuniæ obediunt omnia, Eccleſ. 10.*

7 Tranſierunt in affectum cordis. *id eſt, habituati ſunt in malis, & ſic afficiuntur & lætantur in ipſis, ſecundum illud Prouer. 2. capitulo. Qui lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis.*

8 Cogitauerunt. *intellectum ſuum & induſtriam applicando ad malitiam.*

9 Et loquuti ſunt nequitiam. *Præcipientes ſuis ſatellitibus exequi ipſam ad iuſtorum afflictionem. ſicut patet in tyrannis tam in nouo quàm in veteri teſtamento.*

10 Iniquitatem in excelſo locuti ſunt. *Blaſphemias dicendo de Deo, ſicut Pharao dicebat Exodi. 5. a. Neſcio dominum, &c. Iſrael non dimittam. Et Sennacherib. 4. Regum. 18. dicebat, quod Deus non poſſet liberare Ezechiam, & populum ſuum de manu eius. Et in nouo teſtamento multi tyranni blaſphemias magnas dixerunt de Chriſto.*

11 Poſuerunt in cœlum os ſuum, &c. *Præcipientes ſe adorari ſicut Deum. Quod patet de Nabuchodonoſor, qui præcepit Holoferni exterminare deos omnes terræ vt ipſe ſolus Deus diceretur. Iudith tertio. d. Et Caius imperator miſit ſtatuam ſuam, vt in ea adoraretur, tanquam Deus ab vniuerſis: ſecundum quod dicit Ioſephus libro de Iudaico bello, & alij hiſtoriographi. ideo ſubditur.*

12 Et lingua eorum tranſiuit in terra, &c. *id eſt, lingua eorum in tantum tranſiuit metas rationis, acſi non eſſent homines terreni, ſed magis dij cæleſtes.*

13 Ideo conuertetur populus meus hic. *Hic conſequenter arguit, ex iuſtorum aduerſitate dicens:* Ideo conuertetur populus meus hic. *quia populus infirmus, conuertitur ad conſiderandum proſperitatem malorum iuxta aduerſitatem bonorum.*

14 Et dies pleni. *ſcilicet vigiliis, & meditationibus.*

15 Inuenientur in eis. *In conſideratione talium.*

16 Et dixerunt. *poſt talem conſiderationem.*

17 Quomodo ſcit Deus & ſi eſt ſcientia in excelſo. &c. *id eſt, mirantur, quomodo Deus permittit talia ſi ad hæc ſe extendat ſua prouidentia: propter quod ſubditur, repetendo breuiter proſperitatem malorum iuxta aduerſitatem iuſtorum, quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt.*

18 Ecce ipſi peccatores, & abundātes in ſeculo obtinuerūt

A propè eſt ſanitati: & de tam graui infirmitate vicinior eſt ſalus, ſicut vicina ſanitate æſtuant ægri.

✱ Euthymius. Quotquot in populo erant magis puſillanimes, aut minus prudentes tanta cernentes facinora, quanta barbari illi committere audebāt aduerſus viros illos ſanctos: dicebant: quomodo nouit Deus hæc? Et quomodo tolerat? verè hęc Deus non nouit.

a *Et dixi ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum, & laui, &c.* Caſſiodorus. Hæc dixerunt quibus confutandis hæc ego: vel adhuc ex perſona dubitantis. Fatuis cogitationibus ſe dicit illuſum, vt cum hæc repudiauerit, melius nos procurauerit.

b *Et caſtigatio.* Alias & index meus in matutino. Caſſiodorus. Ecce iam remedium. Chriſtus index qui viam veritatis indicauit, & mane ſurgens ſpem noſtram de mundo ad cęlos tranſtulit.

† prævaricatus ſum, ſpreui vel generatio, ſub. dicet quod prævaricatus ſum. † nouiſſimè.

a ¶ Per violentiam. b ¶ Non paruas. ¶ Quia ſeruio, & hæc non habeo, illi ſeruiunt & habent.

a dantes in ſeculo, obtinuerunt diuitias. Et dixi, † ergo ſine 1

¶ Sine cauſa. a ¶ Opera non modo cogitationes. 2

cauſa iuſtificaui cor meũ, & laui † inter innocentes manus 3

a ¶ Sine cauſa. b ¶ Bene ſeruio & flagellor: non ſeruit malus, & ornatur, vel honoratur. 4

c ¶ Sine cauſa. ¶ De perpetratis. d ¶ Mea non differtur, illis vel ſera vel nulla. Mea ſedula, cita, vel in oratione matutina. 5

b meas. Et fui flagellatus tota die, et caſtigatio mea † in ma- 6

a ¶ Deus. ¶ Aſtruam. b ¶ Quod non curet iſta. ¶ Quod iuſte viuat quis fruſtra. 7

c ¶ Doctrinam. d ¶ Sanctorum prophetarum & patriarcharum.

c tutinis. Si dicebã, narrabo ſic, ecce † nationem filiorũ tuo 8

d 9

a ¶ Reliqui. ¶ Iudicaui, reprobaui. b ¶ Vel ſcirem.

c ¶ Laborioſa quæſitio ante oculos meos.

e rum † reprobaui. † Exiſtimabã vt cognoſcerem hoc: † la- 10

f a ¶ Aug. Quid tibi in eo? de eo intendam oculos mentis in finem, vbi omnia iudicantur. b ¶ Non à me, ſed in ſanctuario. 11

g bor eſt ante me. Donec intrẽ in ſanctuariũ Dei, & intelli- 12

a ¶ Non modo in futuro, ſed & hic. b ¶ Quia doloſi ſunt & in ipſo dolum patiuntur, vt terrena eligant, æterna relinquant, dum aliquid aliis dolo tollunt, animam ſuam perdunt. 13 14

h gam † in nouiſſimis eorum. † Veruntamen propter dolos

i

c *Si dicebam.* Caſsido. Ecce iam ſe reprimit autoritate ſanctorum & iam vicina veritate deliberat ſic. *Si dicebam.*

✱ *Narrabo ſic.* Baſilius. Relictis aliis cogitationibus, hoc apud me cogitabam. Nunc teſtamenta ſua erga nos Deus reprobauit.

✱ Euthymius. Si in me ipſo inquit, dicebam, quod aliis ita eſſem dicturus, quemadmodum cogitaui: quod ſcilicet in vanum iuſtificaui cor meum. & reliqua.

d *Ecce nationem.* Aug. Aliud inconueniens incipit ſoluere. Reprobaui, iudicaui, quod non eſt. Exiſtimabam. per prędicta volo probare Deum non iuſtum, ſed hoc modo cogito, non abſoluo. Ante me, id eſt quantum ad præſentia, vel maior me, me ſuperans niſi Deus aperiat.

Auguſtinus. Vel, ecce natio filiorum tuorum cui diſpoſui, & concinui, ſubaudis occurrit & obuiat mihi, id eſt occurrit mihi prior prædicatio quàm Iſraelitis feci, vt Deum colerẽt, qui omnia creauit: & omnibus ſecũdum opera ſua reſtituit: obuiat mihi doctrina cui cõgrui, & accommodatus ſum. Sed ne ego reprobarem nationem priorum patrum, vel priori doctrinæ meæ contradicerem. Exiſti. &c.

C e *Filio-*

e *Filiorum tuorum.* Omnes enim Abrahã & cęteri aliter docent, quibus cedere debeo: non enim omnibus prudentior. Sed ne reprobarem. Exiſtima. vel ſuſcepi cognoſcere, in reuocatur à lapſu, qui non præſumit ſe ſcientem contra ſanctos. Vt cognoſcerem hujus rei veritatem, quod non ar-, dum dicebãt Deum non curare. Cogitat vt ſcirem hoc: Prior dus ſcientiæ dum ſci ſcire ſe, quod prius v batur ſcire: repudia tem priorem ſenſi dum quærit alium.

f *Labor eſt ante me.* Auguſtinus Quaſi m mihi obſtat in facie modo Deus ſciat, & ret hęc: & bene ſit lis, & bonis male, ve te me ſed non ante Dũ. Si ergo fuero ante Dũ, nec mihi labor, qu facit, addit enim: l eſt donec intrem in ctuarium Dei. Chr eſt ſanctuarium ill quo omnia conſilia ſuper filios hominum. Vel, ſancta ctorum. Vel lex, quam contuens videt in iudicio illos natos.

g *Sanctuarium.* Auguſtinus. Chriſtus, qui vt Deus ſing rum merita dignoſcit. vel ſanctuarium, ſancta ſanctoru eſt, ſecretum diuinæ diſpoſitionis.

h ✱ *Nouiſſima eorum.* Euthymius. Verba hæc manif continent prophetiam, prædicit enim ſe huiuſmodi quentium finem perſpecturum eſſe. De Babyloniis ſermo eſt, quorum fœlicitas, & imperium finem hab erant: quemadmodum etiam poſtea factum eſt. Na rus Perſarum rex deuictos illos perpetuæ tradidit ſer & Iſraeliticum populum quem captiuum reperit in B ne, in patriam reſtituit.

i *Veruntamen.* Auguſt. Caſſiod. Ecce quid didicit iſte i ctuario: malos hic decipi, poſtea in fine omnibus deſ dos, à quo malo ipſe liberatus eſt: qui & terrena quęſiui à Deo. hic dicit in hoc mundo malos non eſſe immun impunitos, quia etſi fœlices, tamen reatum geſtant, & quenter ruinas incurrunt. *Veruntamen,* id eſt, ſed, & hic ſti eis hũc florem & copiam temporalium propter dol.

## NICOLAVS DE LYRA.

diuitias. *id eſt, in malis huius ſeculi.*

1 Obtinuerunt diuitias. *Quibus habentur corporales deliciæ, & ſubditur.*

2 Et dixi. *Ego exercitatus in iuſtitia, concludens ex prædictis.*

3 Ergo ſine cauſa. *id eſt, fruſtra.*

4 Iuſtificaui cor meum, &c. *Cauendo à peccato cordis.*

5 Laui inter innocentes manus meas. *Cauendo peccata operis Et cauſa ſubditur.*

6 Et fui fl. to. *id eſt, quaſi continuè. Frequenter enim contingit, quòd iuſti per totam vitam ſuam vel magnam partem ſuæ vitæ ſunt in afflictione.*

7 Et caſtigatio mea in ma. *id eſt, velociter adhibita, quando enim electi cadunt in peccatum, Deus non differt punire vſque in futurum, ſed punit in præſenti, & citò de curſu communi. vnde dicitur. 2. Mach. 6. cap.* Etenim multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere, magni beneficij eſt indicium.

8 Si dicc. *Hic conſequenter arguit ad oppoſitum exemplo iuſtorũ, qui frequenter leguntur afflicti in vita præſenti ad magnitudinem pręmij conſequendi in futuro, & hoc eſt quod dicitur.* Si dicc. narra. ſic. *id eſt, tenebo iſtam opinionem appetendo cum peccatoribus temporalem proſperitatem.*

9 Ecce nationem filiorum tuorum. *Id eſt, iuſtorum qui ſunt filij Dei per gratiam.*

10 Reprobaui. *Quia ipſi contempſerunt terrena, & patienter ſuſtinuerunt aduerſa propter præmium in futura vita: ſicut patet de Abraham & Iſaac & alijs ſanctis patribus, ſcilicet patriarchis, & prophetis. Vnde & Eſaias fuit ſerratus, & Ieremias lapidatus, & Daniel in lacum leonum proiectus: propter quod dicitur Iudith. 8. ca.* Omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes tranſierunt fideles. *Et Act. 8. d.* Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

11 Exiſtimabam. *Hic conſequenter ponitur veritatis determinatio: & primo ponitur hæc determinatio, ſecundo determinationis declaratio, ibi.* Veruntamen.

*Circa primum oſtenditur, qualiter habeatur veritas huius quæſtionis, ſcilicet, per diuinam reuelationem, & non per humanam inuestigationem: quia de præmiatione bonorum & punitione malorum in vita futura non habetur aliqua certitudo ex inquiſitione humana, ſed tantum ex reuelatione diuina. & hoc eſt quod dicitur.* Exiſtimabam vt cognoſcerem. *id eſt, vt poſſem cognoſcere veritatem de prædicto per inueſtigationem rationis,*

12 Hoc labor eſt ante me. *q. d. quantumcũque ad hoc laborem, non poſſem attingere ad hanc veritatem: & de talibus dicitur Eccleſ. 8. d.* Quanto plus laborauerit homo ad quærendum tanto minus inueniet.

13 Donec intrem in ſanctuarium Dei. *id eſt, ad intellectum ſacræ ſcripturæ diuinitus reuelatæ, quam vocant ſanctuarium, eo quòd Deus in illa loquitur, ſicut in ſanctuario diuinitus reſponſa dabantur.*

14 Et intelligam in nouiſſi. eo. *id eſt, intelligam punitiones poſt hanc vitam futuras: de quibus aperte loquitur ſcriptura in veteri teſtamento & nouo in pluribus locis: duo tamen tangam ad præſens: vnum e veteri teſt. & aliud de nouo, Dan. 12. a. dicitur.* De his qui dormiunt in puluere terræ euigilabunt, alij in vitam æternam, & alij in opprobrium, vt videant ſemper. *Similiter Mat. 25. d.* Ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam.

A *Propter dolos.* Auguſt. vel, iuxta lubricum. Q. modo dolo-
ſecisti eis ſub ſpecie boni dans mala. Vel, iuxta lubricum
ſunt temporalia, vbi cadunt qui amore ſunt iuxta. dum e-
m doloſus alium vult deijcere iuxta lubricum eum ponit.
b *Velut ſomnium.* Auguſtinus. A perta comparatio. Clauſis
oculis videmus bona,
quæ mox apertis non
inuenimus, in vita
ſomniant, in morte
euigilant ſcientes
quid eſt.
: Euthymius. Ali-
quid ſubintelligen-
dum eſt, verbi gratia
Babyloniorum fœli-
citas, ac ſi diceret, quòd
quemadmodum is
qui per ſomniū gra-
tum quid videt ac de
lectabile, ſtatim con-
tristatur, cum à ſom
no exurgit, quaſi ina-
ni delectatione detē-
tus ſit, ita etiam Ba-
bylonij decurſa feli-
citate, inanem plora
bunt ſe habuiſſe for-
tunam. Huiuſmodi
enim ſunt humanę
omnes delectationes
ſomnijs ſimiles, ob
earum nimirum in-
ſtabilitatem, & frequentiſſimas mutationes.
c *In ciuita.* Auguſtinus. In contuitu populi tui. vel dum
conſtituitur tua ciuitas.
Hier. vel in cęleſti Ieruſalem imaginem eorum, effigięs
deformitatum quas ſibi faciunt, alius leo ferocitate, alius a-
per ſorde libidinis.
Caſſiod. vel gloriam temporis quę non vera, ſed ſimilitu-
do glorię, quia cum deerit veritas eis peribit imago, nec ſi-
militudinem retinebunt qui de beatitudine nil habebunt,
ideo perdes eos, quia per eos.
d *Inflammatum eſt cor me.* Id eſt inuidi fęlicibus.
: Euthymius. inflam. e. cor me. Ardenti ſcilicet quodam
zelo, quia zelaui ſuper iniquos pacem peccatorum videns.
e *Et renes mei com. ſunt.* Quibus ſtatur, id eſt conſtantia men
tis ſoluta eſt, vt proſpera amarem. Grauis culpa prębere
C aliis occaſionem peccandi. f *Ad*

Sed. a De alto. b In eo ipſo: non poſt, quia elatio caſus eſt. c Aug. Admiratur de eis videns nouiſſima. Sed in futuro.

poſuiſti eis, deiecisti eos dum alleuarentur. Quomodo facti 1 2

a Ab omnibus rebus deſerti ſunt in morte, quæ & repente venit: & non communiter moriuntur cum bonis, ſed pereunt æternaliter propter iniqui. &c. b Vt fumus deficit dum extollitur.

a ſunt in deſolationem? ſubitò defecerunt, † perierunt pro- 3 4 5

a Aug. Ita qui defecerunt, vt ſomnium ſurgentis qui in ſomno ſibi diues videtur, euigilans nihil habet; ſic iſti dum de hac vita in quam cęci dormiunt euigilauerint, nil niſi miſeriam inuenient. 6 b Alias exurgentis. 7

b pter iniquitatem ſuam. Velut ſomnium † ſurgentium domi- 8 9

a Sed ne modo magna videantur quæ eorum ſunt ſubdit. b Quia in terrena ſua ciuitate imaginem Dei ad nihilum redegerunt.

c ne, † in ciuitate tua imaginem ipſorum † ad nihilum rediges.

a Zelo vel amore Dei. Alias delectatum. Auguſt. Ideſt, quando delectauerunt me terrena, renes mei ſunt mutati, vel quia ad Deum totus caſtus factus eſt. b Carnales delectationes. c Vel reſoluti ſunt.

d e Quia † inflāmatū eſt cor meum, & renes mei † cōmutati ſunt: 10

a Auguſtinus. Qui modo talia dico, de diuitibus aliquando talia deſiderabam: & ideo cur ad nihilum redactus, &c. 11 b Quando pene effuſi ſunt greſſus: Non eſt ergo deſperandum de huiuſmodi. 12 c Quid eſt neſciui ecce. Alias. Quaſi pecus. Auguſt. Cum terrena amans non nouit æterna. Sed non receſſit, a Deo petens hæc, non a dæmonibus. Vnde ſubdit. 13 Ego ſemper tecum.

f g h & ego † ad nihilū redactus ſum, & † neſciui. Vt iumentū factus 14 15

a Et tu.

i k l ſum apud te, & ego ſemper tecum. Tenuiſti manum † dex- 16

f *Ad nihilum redactus ſum.* Vanis hęrens, iniurius Deo factus. D
g *Neſciui.* Magna & profunda ignorātia neſcire qđ pecces.
Caſſiod. Remi. In ciuitate tua imaginem. Vel de hereticis
poteſt hoc accipi, quarum diuerſas imagines dicit diuerſas
hęreſes, & perſonas hęreſiarcharum quas ſibi in varijs dog-
matibus induerunt.
Quas rediget Deus
ad nihilum in ciuita-
te ſua, ſcilicet pręſen
ti, vel in ſupercęleſti
eccleſia.
h *Quia inflammatum.*
Auguſt. Remi. Ec-
ce cōuerſio huius A-
ſaph. Facta ſuperius
inquiſitione quomo
do ſcit Deus, &c. q. d.
Illos rediges ad nihi-
lum, ſed ego ſemper † contennes.
ero tecum. Quare?
quia cor meum in-
flammatum eſt, vel
delectatū amore Dei E
& tunc renes mei car † vel acuuntur (perfodiuntur, acuti ſunt.)
nales delectationes
commutatę ſunt in
ſpirituales.
i *Com.* Auguſt. Quia
prius ad nihilum re- † conſilio tuo.
dactus ſum, ideſt ad
ea quę nihil ſunt de-
ſcendi, quia neſciui
nihil eſſe, & poſt vt iumentum manſuetus factus ſum feren
do oneri, & ſemper ero tecum.
K *Iumentum.* Caſſiod. Apud Deum vice pecudum ſunt, qui
contra Deum ſentiunt, & tamen in his errans iudicia Dei
ſemper fui tecum, quodammodo, ab idolis alienus, & tibi
credens, & tu tenuiſti.
✠ Baſilius. Verum iſta poſthac non patiar, vt curioſè quic
quam eorum quæ à ſapientia tua diſpenſantur, ſed quem-
admodum iumētum obſequitur ei à quo ducitur nihil ſcru-
tans quò ducatur, ita gratia tua gubernatus ſequar & ego,
prouidentiam tuam haud quaquam curioſè inueſtigans.
✠ Euthymius. Laudabile eſt, vt apud Deum nos ipſos exi-
ſtimemus, ut iumenta, tametſi contra crimnoſum ſit, vt iu-
mentum haberi, apud dęmonem.
l *Tenuiſti manum.* Aug. Quia licet pecus non receſſit à Deo: F
☞ Te-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Veruntamen: *Hic conſequenter dictam determinationem declarat & primo quantum ad pœnam malorum. ſecundo quantum ad bonum iuſtorum, ibi:* Quia inflammatum eſt. *Circa primum dicitur.* Veruntamen pro. dolos. *quibus iniuſti defraudauerunt & afflixerunt innocentes & iuſtos.*
2 Poſuiſti eis. *ſcilicet, finem ſuæ proſperitatis temporalis, eos ſubtrahendo de præſenti vita. hoc dicit contra illud quod ſuprà fuerat inductum ad oppoſitum de longa vita malorū, quia non eſt reſpectus mortis eorum: quia etiam aliquando contingit contrarium ex diuina ordinatione: & hoc ad terrorem aliorum malorum, & conſolationem bonorum ideo ſubditur.*
3 Deiecisti eos dum alleua. *ideſt, dum adhuc eſſent in augmento ſuæ proſperitatis temporalis, ſicut patet de Antiocho illuſtri, & de multis alijs tyrannis.*
4 Quomodo facti ſunt inde. *quia non ſolum aliquando moriuntur, ſed etiam poſſeſſiones eorum & domicilia deſtruuntur.*
5 Subito defece. *de præſenti vita.*
6 Perierunt. *in gehennali pœna.*
7 Propter iniquit. ſuam. *quia mortui ſunt cū finali impęnitētia.*
8 Velut ſom. ſur. *illa enim quæ videntur in ſomnis, non ſunt res veræ, ſed imaginariæ: ideò ſtatim euaneſcunt homine euigilante: ſic proſperitas temporalis comparata ad æternam nulla eſt, & ideo comparatur ſomnio: quia ſtatim euaneſcit per mortem quæ oculos aperit quos culpa clauſit, vel clauſos tenebat in præſenti vita.*
9 Domine in ciui. *quod additur tua in aliquibus libris, non eſt in Hebræo. In tranſlatione verò Hier. ſic habetur: In ciuitate eorum imaginem ipſorum ad nihilum rediges: Potentibus enim huius mundi fiebant antiquitus imagines in ciuitatibus, quibus populares reuerentiam faciebant: & quando diuino iudicio eijciebantur à ſua tyrannide vel poteſtate, et interficiebantur, iſtæ imagines in deteſtationem eorum confringebantur. Vel per imagines intelliguntur filij eorum: quia filius eſt naturalis imago patris, & tales tyranni leguntur frequenter interfecti cum tota prole ſua, vt habetur in libris Regum in pluribus locis, & in pluribus alijs hiſtorijs.*
10 Quia inflammatum eſt. *Hic conſequenter deſcribitur præmiatio bonorum in præſenti quantū ad bona gratiæ, & in futuro quantum ad bona gloriæ. Dicit igitur pſal. in perſona talium.* Quia inflammatum eſt. *Iſtud quia non refertur ad præcedentia quaſi hic reddatur ratio prædictorum, ſed magis ſequentium. Dicit ergo:* Quia inflammatum eſt cor meum. *Per Dei puram dilectionem.*
11 Et renes mei commutati ſunt. *Per carnis concupiſcentiæ remiſſionem aut repreſſionem, quæ viget in renibus quantum ad maſculos, vt dicit Greg. homilia 32.*
12 Ad nihilum redactus ſum. *quaſi dicat: ex hoc quòd dilexi Deum ex toto corde, & repreſſi impetum luxuriæ, ſecutum eſt quod ego ad nihilum redactus ſum in mea reputatione.*
13 Et neſ. *ideſt, me ignorantem reputaui. Quantò enim homo plus per charitatem Deo coniungitur, & à carnali libidine retrahitur, & tanto minus ſe reputat per humilitatem, et magis cognoſcit ſuam ignorantiam, ideo ſubditur.*
14 Vt iu. factus apud te. *ideſt, in ſcientiæ tuæ comparatione, quæ magis excedit cognitionem humanam, quàm humana brutalem.*
15 Et ego ſem. tecum. *Quia quando homo reſilit in propriam paruitatem, & ignorantiam, committit ſeſe totaliter diuinæ diſpoſitioni, & ipſe eum recipit, ſecundum quod dicitur pſal. 54. d.* Iacta ſuper dominum curam tuam, & ipſe te enutriet. *ideo ſubditur.*
16 Tenuiſti manum dexteram meam, &c. *Me dulciter in tua protectione recipiendo.*

A Tenuiſti manum.i.poteſtatem dextræ, ideſt,rexiſti q; ſemper tecum q; filius. Dedit enim poteſtatē filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. In ſiniſtra,pecus, amans hęc temporalia. Vel manum dextram.

† conſilio tuo.

Caſ.non ſiniſtram. Tenet dexterā Deus: dum ad bona opera dirigit, & ne mergamur liberat, vt Petrū.

† aſſumpſiſti.
† Qui
† tecum non volui, ideſt, cum apud te ſim nihil mihi placuit.
† ſecula.
† longe faciunt.
† ſuccedere feciſti.

Caſ.Viſo malo impiorum bonoque ſuo arguit ſe de priorib9, quo terrena à Deo quęſiuit, & inuitat in contrarium.

Auguſt. Comparat terrenæ voluptati ſuæ præmium cęleſte, & ſe arguit.

† Et ego ( ſub. noui ) quod appropinquare Deo mihi.

a *In æternum*, &c. Ab eo nunquam vltra ſeparabor.

B

b *Qui fornicantur abs te*, &c. Huic fornicatio tioni contrarius eſt caſtus timor, qui gratis ipſum amat quo habet omnia.

a Non meis meritis. b Ad verum intellectum. c Aeterna.
Quæ maior gloria quàm hominem verbo Dei vniri. & ad dexteram eius locari.

teram meam, † in voluntate tua deduxiſti me, & † cum glo- 1

a Humanam naturam verbo vniſti cum gloria. b Quaſi: Bene dixi. In gloria ſuſcepiſti me, quia. 2
Quaſi tantum & tale mihi paratum eſt in cęlo,quod dici non poteſt,ſcilicet tu ipſe.
c Quod habent & mali,quaſi magnum volui.

ria † ſuſcepiſti me. † Quid enim mihi † eſt in cęlo, & à te quid 3

Quam vile. a Ideo. b Carnalis delectatio in opere.
c Mala cogitatio. d Tam caſtum cor mihi fecit, quod gratis iam Deum amo

volui ſuper terram ? Defecit † caro mea, & cor meum, Deus 4

a Hoc eſt,quod eſt ei in cælo. Alii alia eligunt,ſed ego Deum. 5
Tam magna res, quòd non alia. b Ideo pars mea Deus.

cordis mei, & pars mea Deus in † æternum. Quia ecce qui 6

a Longe ſunt qui hæc temporalia non à Deo petunt, quod non iſte. 7
b Hi ſunt longe.

a † elongant ſe à te, peribunt: † perdidiſti omnes qui fornican- 8

a Illi ita,tu autem quid. b Nihil autem melius eſt quàm videre facie ad faciem. 9
In præſenti per cultum,etſi errauit à cultura non receſſit.
c Modo dum peregrinus,dum non res.

b tur abs te. † Mihi autem adhærere Deo bonum eſt, † ponere 10

a Quæ eſt anchora præmiſſa ad terram. 11
b Auguſt.Id negotii,iſte interim habet laudare Deum,& coamatores facere.

in domino Deo ſpem meam. Vt annuntiem omnes prædica- 12

a Vel in atriis.

c tiones tuas, in portis filiæ Sion. 13

c *In portis filiæ.* Auguſtin. in publ vel in concordia ſtolorū, qui ſunt tæ eccleſiæ. Quia dicatio, quæ eſt ter vnitatem eccl inanis eſt. Vel vi bus eccleſia eſt Sion, ideſt, ſpec tionis.

✻ Euthymius. Hieruſalem nin & Sion appellat quemadmodum filium hominis homo ītelligitur ta Hebraicū idi Solebant autem qui iuxta ciuitati templi portas, c lia ac cœtus ho cōgregare,& ill cunque noui c gebant narrare.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et in voluntate tua deduxi.me. *A deuijs vitæ præſentis mihi præcauendo.*

2 Et cum glo. ſu. *De præſenti miſeria ad vitam beatam transferendo.ideo ſubditur.*

3 Quid enim mihi eſt.*q.d.nec in cęlo nec in terra eſt aliqua creatura quæ mihi ſufficiat pro beatitudine mea, quæ conſiſtit obiectiue in ſolo Deo, qui eſt bonitatis infinitæ.ideo ſubditur.*

4 Defecit caro mea. *In conſideratione bonitatis tuæ quæ non pōt comprehendi à finita virtute, ſecundum quod dicitur. 1. Cor. 2. c. quòd* oculus non vidit & auris non audiuit & in cor hominis non aſcendit: quæ pręparauit Deus his qui diligūt eū.*ideo ſubditur.*

5 Deus cor.*ideſt,animæ meæ creator et beneficiator. ideo ſubditur.*

6 Et pars mea Deus in æter. *ideſt, adimplens deſiderium meum.*

C 7 Quia ecce qui elong.ſe à te. *per peccatum mortale.*

8 Peribunt. *perditione gehennæ.*

9 Perdidiſti omnes, &c. *per peccatum idololatriæ quod ſcriptura fornicatio nominatur.*

10 Mihi autem adhærere Deo bonum eſt.*per fidem & charitatem in præſenti.*

11 Ponere in domino Deo ſpem meam. *Per certam beatitudinis expectationem: Spes enim eſt certa expectatio futuræ beatitudinis ex gratia & meritis prouenient.*

12 Vt annuntiem omnes prædicationes tuas, &c. *id quæ debent annuntiari fidelibus ad gloriam tuam & eorum vt*

13 In portis Sion. *Hoc non eſt in Hebræo, nec in tranſlation ſed fuit appoſitum ab aliquo expoſitore, eo quòd in veteri teſt propheta & doctores annuntiabant reuelationes ſibi factas expoſitiones in portis atriorum domus domini,quæ erat in mon propter quod fuit dictum Iere. 7. a. Sta in porta domus domin*

ADDITIO I.

In pſal. 72. *Quam bonus Iſrael* vbi dicitur in poſtil. Secundum verò Hier.& doctores Hebræos.

Non omnes doctores Hebræi hoc ſentiunt ſcilicet, quòd Dauid non fecit omnes pſalmos, nec in hoc videtur magis aſſentiendum Hier.quàm Auguſtino:ſed potius econuerſo, vt dictum eſt ſuprà in principio libri,& in pſalm.immediatè præcedentibus, & in quibuſdam aliis,&c.

ADDITIO II.

In eod.pſal.vbi dicitur in poſtilla. *Quia zelaui ſuper iniquos.* Iſte zelus poteſt exponi in bonum.ſ.de zelo iuſtitiæ eo modo: quo dicitur in pſal. *Zelus domus tuæ comedit me.* Iuſti enim videntes proſperitatem malorum frequenter zelant zelo iuſtitiæ, timentes ſ. ne ſimplices ex talium proſperitate decipiantur. vnde dicit infra: Ideo conuertetur populus meus hic, &c. Et quia zelus cordis & cęterę paſſiones animi cum valde intenduntur,turbant motus corporales ſecūdum Philoſophum: ideo prædixit Pſalmiſta: *Mei autem pene moti ſunt pedes*, &c. quod intelligitur de motu & greſſibus corporalibus. qui ex vehementia zeli iuſtitiæ præcipitabant.

ADDITIO III.

In eo.pſal.vbi dicitur in poſtil. *Quia non eſt reſpectus mor.eo.* In Hebr. ponuntur in hoc verſu aliquæ dictiones obſcurę & ęquiuocę, ſecundum quas quidam Hebręorum expoſitores hūc verſum ſic interpretantur: *Quia non ſunt ligamenta in morte eorum.* Quod ſic exponunt,quia iſti peccatores moriuntur abſque pęnis corporalibus, ac ſi non eſſent animæ eorum ligatæ ſuis corporibus:& ſic ſine pęna corporali vel ſaltem cū leuiſſima emigrant ab hac luce, quod non contingit communiter hominibus. Similiter & quod dicitur. *Et firmamentum in plaga eorum.* Interpretatur iuxta literam Hebraicam, quæ hic videtur ſonare ſic.Et eſt ſana valetudo eorū. Quod ſic exponunt,ſcilicet quod tales impij in uita ſua ſunt fortes & validi,& moriuntur ſine pœnis,ſaltem grauibus: Et ideo ſubdit immediatè. *In labore hominum non ſunt*, &c. q.d.iſti nec laborant in vita,quia fruuntur ſanitate corporali:nec i te,quia ſine agone moriuntur, cuius oppoſitum frequ contingit etiam in viris iuſtis & ſanctis,&c.

ADDITIO IIII.

In eod.pſal.vbi dicitur in poſtilla. *Veruntamen propte* In Hebræo habetur. *Verumtamen in dolis ſeu fraudibu ſti eos*, quod exponitur ab aliquibus Hebræis ſic, quia qui innocentes defraudant ſeu affligunt,finaliter defr tur & decipiuntur ſcilicet in iſtis mundanis,quia frequ contingit eis quod ſubditur, ſcilicet. *Deieciſti eos dum rentur*, exponatur prout in poſtilla.

ADDITIO V.

In eod.pſal.72.vbi dicitur in poſtil. *Quia inflammatu*

Hæc coniunctio, ſcilicet quia, melius videtur refe ad præcedentia in principio pſal. Ad quod ſciendum cum Pſalmiſta dixerat quod zelo proſperitatis imp pene moti eſſent pedes eius niſi propter eà quæ fueru reuelata in ſanctuario Dei ſcilicet in ſacra ſcriptura d tione malorum & præmiatione bonorum. Ad quæ c ſcenda attingere non poterat per inueſtigationem n lis rationis, ſed per illuſtrationem diuinā,idcirco dicit inflammatum eſt cor eius ex zelo prędicto, & renes c tati per vehementiam conſiderationis circa inquiſiti cauſę huiuſmodi. Renes enim q̄nque dicuntur erudi minem eo modo quo dicitur. Increpuerunt me rene Et quia omnia iſta non ſufficiebant ad habēdum quę ideo dicit. *Et ego ad nihilum redactus ſum & neſciui*: quat ret. Tota inquiſitio mea fruſtrata fuit,quia neſciebam reddere rationem.vnde ſequitur. Vt iumentum facti apud te.i.in comparatione tuę iuſtitię & prouidentię tamen in illis inquiſitionibus nunquam deuiabat à c tione iuſtitię & bonitatis diuinę, licet in particulari n rationem reddere, ideo ſubditur. *Et ego ſemper tecum*, in uera fide, per quā talia attribuebat diuinę pietati. ſubditur. *Tenuiſti manum dexteram meam* &c. exponantu in poſtilla.

GLOSSA ORDINARIA.

A *Intellectus Aſaph*. Auguſtinus. Synagogæ,( quæ tātum de udęis) vox ſecundum grana non paleas. Synagogæ data eſt ex,quæ quidem à deo per Moyſen . Per Chriſtū gratia,quia npletur per charitatem, quod tunc videbatur. Veritas quia edditur, quod ꝓmit ebatur. In lege,& ꝓphetis eadem pręcepta cum euangelio ſe omnia. Moralia enim eadē, ſed non cęremonialia. Non tamen eadē ſacramen-,quia illa promittent, hęc dāt ſalutē. lec eadem promiſſa uia, ibi terrena prio animalibus, hic terna ſpiritualibus. la ergo ablata ſunt, on eſt enim vnctio, el ſacerdos, vel propheta, vel templum.

B bi veritas venit vaſtata ſunt omnia pro quibus Chriſtū ocderunt: Hoc plangit Aſaph intelligēs diſcernensq; terrena cęleſtibus, vetus teſtamentū à nouo, vt ſcias quid ex his egas. Primus pſalm. lamentationis: ſequuntur alij duo. 78.& 6. hoc genus dictionis, plenum charitate docet flere cum entibus, ampliore miſericordia plorat ille in proſperis Ieſalem nondum euerſa, necdum viſa captiuitate, ſicut poſt uit Ieremias captiuitate peracta. Ideo ſubuerſio captiuita-; deplorata præſcribitur, vt duritia Iudęorum, vel calamita bus terreretur, vel molliretur.

Caſſ. Monet relictis figuris tranſire ad veritatem.

PSALMVS. LXXIII.

VT quid Deus. Caſſ. deſcribens euerſionem Ieruſalem irreparabilem, quærit cauſam quare admirans, & onquerens, & precatur pro repulſo populo, & vltionem in C eſtructores, quæ quidem eis vtilis eſt, & iam facta eſt.

*Repuliſti nos*. Caſſ. Quaſi alienos à tua defenſione.

*In finem*. nec templo parcitur. Interitum, & captiuitatem ignificat, quæ à Tito, & Veſpaſiano. Oues nominat, vt pij aſtoris miſericordiam commoneat.

✱ Euthy. Poſſumus intelligere hęc verba, vt ex prudētioi Iudæorum perſona dicta ſint, Oues tantum repuliſti inquiunt, ſed in finem repuliſti, quod omnimodā prorſus deſtructionē ſignificat. Nam & ſi prius eos ſepe repulerat, non tamen in finem, vnicuique enim captiuitati certum tēpus ꝑ prophetas ſtatuerat. Illa autem verba: *Vt quid*, interrogatiua quidem eſſe videntur, & rationem inde agere, iuxta vſum Hebraici idiomatis diuinam miſericordiā concilianr. D

a ¶Scilicet, quod venit veritas figuris ablatis, & quod æterna, non temporalia, quærenda ſunt.

a † Intellectus Aſaph. PSAL. LXXIII.

a ¶Quia venit veritas, figuris ablatis. ¶Non reprehendit, ſed quærit quare. ¶Quaſi cur, niſi quia paſtorem non agnouimus. b ¶Vſque in finem ſeculi, vel in Chriſtum, qui eſt finis. ¶Ex toto. c ¶Ira furoris ex hac geminatione, grauiſſima oſtenditur ira.

b c d VT quid[a] Deus repuliſti † in finem[b], † iratus[c] eſt furor tuus ſuper oues paſcuæ

1
2
3
4

a ¶Caſſ. Præſtita beneficia numerat, vt poſt iudex inuitetur ad conſueta beneficia, & plus ſua beneficia in eis, quam eorum errata attendat. b ¶Græce ſynagoga, Latinè congregatio populi.

e tuæ. Memor eſto cōngregationis[b] tuæ, 5

a ¶Hic eſt populus Iſrael quem poſſedit, non gentes. b Illius populi, id eſt, a patriarchis. c ¶Memor eſto, & debes. ¶Quia. ¶A Pharaone, & Aegypto. d ¶Alias ſceptrum, id eſt regnum hæreditarium.

f g h † quam poſſediſti ab initio[b]. † Redemiſti[c] virgā hæreditatis[d] tuę: 6 7 8

e *Tuæ*. in eos temperātius vindicamus, quos aliquando fuiſſe noſtros meminimus. † ſumabi.

f *Poſſedi*. Caſſiodor. Vel, creaſti, etſi omnes creat, & diſponit, Iudæos tamen ſpecialiter, quibus legem, & prophetas dedit.

g *Redemiſti*. Hieron. te precio, id eſt per te pretium. † Liberaſti.

E Mons. Aug. Eminentia, Sion ſpeculatio eſt, in quo, in quare habitaſti. Vel vacat in eo.

Hier. montem, vel montis Sion, ſiue in eo. Hucuſque vete. teſt. facta, quæ ſequitur veritas promiſſa. Per Sion, Ieruſalem ſignat, in qua præſentia Chriſti habitauit, & ideo ne daret eam vaſtitati ſupplicat.

✣ Baſilius. Hæc prædixit, antequam templum Hieroſolimitanum ædificaretur. Salomon enim illud poſt Dauidem, & Aſaph conſtruxit.

✣ Euthym. Mons Sion ille celeberrimus hic eſt, in quo fecit deus prædictam hereditatis ſuæ virgam habitare.

h *Virgam hæ*. Aug. Ipſa congregatio virga hæreditatis dicitur, quam volens poſſidere virgam Moyſi in ſerpentem vertit, ſed apprehenſa cauda redijt in virgam.

Hiero. Quia mors ſuaſu ſerpentis intrauit in mundum, virga in ſerpēte, Chriſtus in morte. Vnde & ꝗ intuebatur ſerpētem, ideſt Chriſtum mortuum credit, ſanatur a ſerpentibus, ideſt a morte eterna. Expauit Moyſes, & fugit, ſic apoſtoli moriente Chriſto. Retenta cauda, ideſt poſterioribus, fit virga, quia primo occiſus, poſtea ſurrexit. Cauda etiam eſt finis ſeculi, in quo redimus ad manum dei, & ſtabilimur, qui per mortem quaſi per ſerpentem fluximus. Exod. 7 b. Myſtice. k

☞ Aug.

NICOLAVS DE LYRA.

PSALMVS LXXIII.

Et reliquiæ cogitationis,&c. *Reliquiæ cogitationis dicũtur hic memoria de illo facto , quia Ezechias & populus ſuus non ſolum egerunt gratias Deo ſemel , ſcilicet quando liberati fuerunt,ſed etiam poſtquando iſtud beneficium occurrebat memoriæ eorum . Propter …d in veteri teſtamento fuerunt aliqua feſta annuatim ordinata ad …eficia diuina recolenda,ſicut feſtum paſchę pro exitu de Aegypto, …feſtum pentecoſtes pro datione legis, & ſic de alijs . & ſimiliter in …uo Teſtamento de natiuitate Chriſti,& eius reſurrectione, & aſcen…ſione,& conſimilibus. Translatio Hieron. habet ſic.* Quia mœror ho…nis confitebitur tibi reliquijs mœroris accingeris. *Quod ſic …eſt exponi. Quia mœror hominis ſcilicet Ezechiæ & populi ſui , qui …erunt in mœrore poſiti pro verbis & literis blaſphematorijs con…Deum,ipſius Sennacherib & nuntiorum eius,vt habetur.4. Regu.* … Confitebitur tibi. *quia tunc Ezechias orauit Dominum con…ſens quod pro peccatis ſuis & populi talia contigiſſent. Reliquijs …roris accingeris , quia poſtquam Ezechias ex mœrore ſciderat ve…ſtimenta ſua,& indutus fuerat ſacco , vt habetur ibidem , aſcendit in …dum Domini , & expandit illas literas blaſphematorias coram al…i Domini, quaſi accingens illud. In Hebræo autem habetur.* …oniam ira hominis confitebitur tibi,& reliquias iræ cin…s vel retinebis. *Quod exponit Rab. Sal. ſic. Quoniam ira hominis, …t,Sennacherib,qui iratus cõtra regnũ Iudæ volebat illud deſtruere.* …nfitebitur tibi,*ideſt,erit occaſio cõfitẽdi tibi confeſſione laudis, …a populus a perſecutione eius liberatus habuit maiorem occaſio…n gratias agendi Deo,& ſe occupando in diuinis laudibus.* Et reli…ias irę cinges *vel* retinebis. *Quod exponit Rab. Sal. de regib. per…ſequentibus populum Iſrael , qui quando videbant liberationem eius …rabilem, retinebantur ab ira , & conuertebantur ad Dei laudem , …ut Nabuchodonoſor ex ira fecit proijci tres pueros in caminum ignis: Sed quando vidit liberationem eorum mirabilem , fuit conuerſus ad manſuetudinem,Deum laudant & dicens:* Benedictus Deus eorũ, Sidrach videlicet Miſac & Abdenago. *Sed quia Sẽnacherib ex liberatione Ezechiæ & populi Iſrael mirabili, non legitur conuerſus ad Dei laudem, ſed magis ad oppoſitum, quia fugiens ad terram ſuam, adorauit in templo Neſrach Deum ſuum, vt habetur* 4. Reg. 19. *Ideo aliter exponitur iſta litera . Et reliquias iræ cinges vel retinebis, quia Sennacherib fugiens, & iram contra Iudæam retinens cogitabat poſſe iterum exercitum congregare ad deſtructionem Iudæa , ſed fuit impeditus a Deo , ex cuius ordinatione filij ſui Adramelech & Saraſar occiderunt eum, vt habetur ibidem. Conſequenter propheta inuitat populum ad Dei laudem, dicens .*

2 Vouete & reddite Domino.*ideſt,vota quæ feciſtis vt liberaremini a Sennacherib perſecutione,reddite,ex quo eſtis liberati, quia diſplicet Deo infidelis promiſſio. Eccl. 5. a.*

3 Omnes qui in circumitu eius.*ideſt,de tota terra Iudææ quæ eſt in circumitu Ieruſalem & templi.*

4 Affertis munera terribili. *id eſt, Deo qui terribile iudiciũ fecit de Sennacherib & exercitu eius. In Hebręo & in translatione Hier. ly terribili,eſt finis huius verſus,et verſus ſequẽs incipit ibi.* Et ei qui aufert ſpiritum principum. *vbi redditur ratio quare Deus dicitur terribilis in fine præcedentis verſus. Et eſt ſenſus cõtinuando ad literã præcedentem. Affertis munera terribili & ei. Et pro id eſt.*

5 Et ei qui aufert. *Id eſt, vitam eorum, ſicut dictum eſt de Sennacherib & principibus ſui exercitus.*

6 Terribili.*quia alij reges audientes punitionem Sennacherib, Deum Iſrael timuerunt.*

Moraliter.*poteſt exponi Pſal. iſte de qualibet communitate fideli ſeu perſona ſingulari, quæ de afflictione magna corporali, temporali vel ſpirituali a Deo magnifice liberabitur , & ex hoc ad Dei laudem deuote excitatur.*

## MORALITER.

*Vouete & reddite Domino Deo veſtro omnes qui in circumitu.* terribili & ei qui aufert ſpiritum principum. i. principalium in exercitu Saracenorum.

## ADDITIO

In Pſal. 75. *Notus in Iudæa Deus.* vbi dicitur in poſtil. In Hebræo habetur. *De montibus & rapinis.*

In hoc loco litera Hebraica habet vocabula diuerſimode interpretabilia ſicut in multis alijs locis. Sed vnus modus intelligendi propinquior literæ talis eſt. Terribilis es tu mirabiliter quam montes ferarum, id eſt, rapacium animalium, & eſt ſenſus , quod ſicut homines conſueuerunt terreri a montibus,in quibus feræ habitant,ſic magis fuit territus Sẽnacherib,& illi qui cum eo remanſerunt , a Deo inferente plagam terribilem. vnde ſequitur. Turbati ſunt omnes inſipientes corde.

## GLOSSA ORDINARIA.

A a *In finem pro Idithum,* Aug. Congregatio loquit̃ tranſiliens, vt pueniat ad finẽ qui eſt Chriſtus. Docet igit̃ deſideria & illecebras mũdi calcare nihil ſibi pręponere, niſi ex quo ſunt omnia. Caſ. Trãſcendens omnia Deum quęrit & inuenit.

✱ Baſilius. Et ipſi Idithun Deo pſallentium chorus concreditus erat: hunc igitur Pſalmũ vel Aſaph vel ipſe loquutus Dauidico vaticinio ſubſeruiuit, ac ſimul Iſraelitarum, qui ad Babylonicam coacti ſunt B ſeruitutem, cum cogitationum diſceptationes, tum qui ex illis orituri erant, dolores prędixit. Docet autem, qualem etiam Deo precationem offerre conueniat illis, qui a malis liberari petunt.

† vide pſal. 4.

† plaga mea, (vel manus mea aut virtus mea) nocte defluxit, & non quieuit

a ¶Chriſtum. b ¶Et agit. ¶Ideſt, de tranſiliente. c ¶Attribuitur. d ¶Fideli ſynagogæ.

a † In finem pro Idithum Pſalmus Aſaph.

PSALMVS LXXVI.

a ¶Ab ipſo ipſum petit, & tranſit quicquid infra eſt. ¶ Ente.

b VOce mea ad Dominum clamaui, † vo- 1

a ¶Alias. Vox mea ad Deum. b ¶Ente. c ¶Semper adeſt quærentibus. ¶Ideſt, reſpexit me ſe non ab eo aliud quærentem.

c ce mea ad Deum, & † intendit mihi. 2

d a ¶Quomodo hoc fit? ¶Caſ. In quas alij quærunt de ea exire, qui non tranſiliunt: iſte neceſſitatum oblitus Deum tantum quærit. ¶Non ſolum voce & alio tempore, sed in die tribula.

b Aug. Ex tribulatione Deum, vt in eo ſit quies: non aliud ab eo quærit.

In die tribulationis meæ Deũ exquiſi- 3 4

a Operi non inani deſiderio. b Vel coram eo. 5

e c Vt hi qui aliud quærunt. ¶Inueni quod quærebam. 6

f ui † manibus meis nocte contra eum, & non ſum deceptus. 7

8

PSALMVS LXXVI.

VOce mea ad Dominum clamaui. Auguſt. Intenſione deuotionis ad Dominum, non aliud ab eo petens, quia Dominus, & quia Deus, Vel, *Vox mea ad eum.* Ad hoc eſt vox propter quod editur, hoc addit, ne putetur propter aliud clamare ad Deum, quam propter ipſum ſupra quem nihil eſt.

Caſsiodo. Non dicit quid petat, quia non opus eſt dici ei C qui nouit quod expedit.

c *Voce mea clamaui.* ✱ Euthymius. A communi ſenſu ſumendum eſt verbum *clamaui.* Sciendum verò eſt, quod verba illa, voce mea, ſuperflua ſunt: verũ Hebraicum eſt idioma, quemadmodum & illud, quod bis eandem repetit ſententiam, tametſi poſsint repetita verba emphaſim quand. & maiorem actus intenſionem præ ſe ferre. D

d *Intendit mihi.* Caſſiodo. Intendere D. eſt dare totum quod petitur, & pluſquam petatur.

e *In die tribulationis quiſiui.* Auguſt. Qu. exquiſiſti? *Manibus meis.* Quando? *Nocte.* Vbi? *Coram eo.* Q. fructu? Non ſum deceptus. Tota vita hæc eſt tribulatio, qui d. derat cœlum orat. Manus sũt opa. Nox hoc ſeculum in q. opus eſt lucerna verbi Dei. vnde Petr. Nos certiorẽ hẽmus propheticum ſermonẽ, cui bñfacitis tẽdentes velut lucernę lucẽti in obſcuro loco donec dies elucescat, & verus, &c. Nox, cõparatione futurę diei. Dies, comparatione vitæ infidelium. vnde Apoſt. *Sicut in die ho.am.* C. ipſo quærit, quę non facit iuſtitiã coram hoĩbus vt videat.

f *Manibus meis.* ✱ Euthymius. Exquirere manibus Deũ e. vr̃, qui cum fundit preces, manus ad Deum quodam affi. extendit. Nocte. inquit id facio, quando oĩa ſilent, & q. ſcunt, qñ maxima adeſt ſecuritas, & oẽ abeſt impedimen. F Coram eo autem hoc eſt, in illius præſentia, qui oẽs vide.

Renu.

## NICOLAVS DE LYRA.
### PSAL. LXXVI.

VOce mea. *Huic Pſal. præmittitur talis titulus in Hebr.* Ad victoriam ſuper Idithũ ipſi Aſaph Pſal. *& in tranſlatione Hier.* Victori ſuper Idithum Pſal. *Aſaph. & eſt eadem ſententia in vtroque, vt patet ex ſupradictis in pluribus locis. Dicunt autem aliqui ſequentes in hoc opinionẽ Auguſt. dicẽtis, quod Dauid qui fecit omnes Pſal. vt dictum fuit in principio huius libri diffuſius, fecit hũc Pſal. pro perſecutionibus quas ſuſtinuit a Saule & Abſalon filio ſuo. Sed contra iſtud dictum eſt quod in titulo dicitur: Pſalm. Aſaph. propter quod iſti refugiunt ad interpretationem nominis, dicentes, quod Aſaph interpretatur tranſiliens. Dauid autem in hoc Pſalmo inſtruit calcantes tribulationes huius vitæ per virtutem fortitudinis, & tranſilientes ad Deum per confidentiam in ipſo, ſicut ipſe in perſecutione Saulis & Abſalon filij ſui. Super Idithun, quia primo fuit cantatus Pſal. iſte per eum. Sed iſta expoſitio prima facie videtur extorta, propter quod Rab. Sal. dicit, quod Aſaph fecit hunc Pſal. quia habuit ſpiritum propheticũ, vt dictum eſt, & ſic præuidit tribulationem in qua modo ſunt Iudæi per Romanos factã. de qua fecit hunc Pſal. orãs pro liberatione populi Iſrael ab iſta captiuitate, a qua ipſe & alij Iudæi expectant liberari per regẽ Meſſiam venturum, & ſic dicitur in hoc titulo: Pſalm. Aſaph, ideſt, factus ab ipſo Aſaph ſuper Idithun dicens quod Idithun nõ eſt hic nomen propriũ vnius cãtoris, prout accipitur 1. Paral. 20. ſed eſt nomen appellatiuũ, & ſignificat leges in plurali ſecundũ proprietatẽ Chaldaici ſermonis, quo vtũtur frequẽter prophetæ, & maximę in hoc libro pſalm. Et per leges intelliguntur hic diuinæ ſententiæ, quibus decreuit populum Iſrael affligi per Romanos ſecundũ ordinem ſuę iuſtitiæ: quia frequenter in ſacra ſcriptura lex accipit pro ſententia quæ per legem profertur, expoſitio autem iſta quantũ ad aliquid eſt falſa, ſcilicet quod Chriſtus ſit venturus, & Iudæos per orbem diſperſos in Ieruſalem congregaturus, propter quod aliter eſt exponendus iſte titulus, ſcilicet quod Aſaph in ſpiritu præuidit captiuitatem in Babylonicam futuram propter peccata malorum Iudæorum, vt patet. 4. Reg. in fi. et eam terminandam per orationes bonorũ virorum, ſcilicet Danielis, vt patet Dan. 19. & Ezechiel, & aliorum ſanctorum illius temporis, & ſecundum leges ſuæ ſapientiæ & iuſtitiæ quæ per Idithun ſignificantur, & ſic fecit hunc Pſal. de futuratione huius captiuitatis & eius terminatione. Secundum hoc igitur Pſal. iſte diuiditur in duas partes, quia Aſaph primo proponit intentum, ſecundo declarat propoſitum, ibi:* In die tribulationis.

*Circa primum dicit in perſona propria & ſanctorum qui futuri erãt in captiuitate Babylonica, di.*

1 Voce mea ad Dominum. *quia ipſe Dauid pro liberatione huius captiuitatis futuræ, & ſimiliter ſancti qui fuerunt tempore captiuitatis, ſcilicet Ieremias & Ezech. Dan. & cæteri pro eodem orauerunt.*

2 Et intendit mihi. *quia a Deo exauditi fuerunt. Captiuitas. illa fuit liberata in fine ſeptuaginta anno. ſecundum commune dictum, ſecundum Hebræos in fine quinquagintaduorum annorum.*

3 In die tribulationis. *Hic conſequenter declarat propoſitum & primo quantum ad prædictorum ſanctorum orationem, ſecundo quantum ad populi liberationem, ibi:* Memor fui. *Prima in duas, quia primo ponitur oratio ſanctorum deuota, ſecundo eorum afflictio ex fragilitate humana, ibi:* Nunquid in æternum. *Circa primum in perſona ſanctorum pro liberatione captiuitatis deprecantium dicitur* In die tribulationis, &c. *ideſt, tempore captiuitatis Babylonicæ.*

4 Deum exquiſiui. *ideſt, diligenter quæſiui miſericordiam eius per deuotam orationem, ideo ſubditur:*

5 Manibus meis. *ideſt, ad Deum extenſis.*

6 Nocte. *ideſt, tribulationis tempore, quod per noctem deſignatur.*

7 Contra eum. *ſcilicet verſus Ieruſalem, vbi dicebatur habitatio Dei propter templum quod fuerat ibi, propter quod Iudæi extra terram promiſſionis in captiuitate poſiti, verſa facie contra Ieruſalem orabant, vt habetur Dan. 7. & 4. Reg. 8.*

8 Et non ſum deceptus. *quia ſecutus eſt finaliter orationis effectus, ſcilicet liberatio populi per Cyrum regem Perſarum, vt habetur Eſdræ & 2. Paral. vlt. In tranſlatione Hieron. habetur:* Manus mea nocte extenditur, *ſcilicet in oratione tribulationis tempore. & nõ quieſcit, quia ſancti orabant pro liberatione populi quaſi continue.*

1 Ren

## MORALITER.

1 *Voce mea, &c.* Sicut dictũ fuit in expoſitione literali, Aſaph in ſpiritu pręuidẽs captiuitatẽ Babylonicam futurã propter filiorum Iſrael peccata, & eius terminationem pp bonorũ merita, ſ. Daniel Ezech. & aliorũ ſanctorum illius tpis, fecit hunc Pſal. Myſticè verò põt exponi de perſecutionibus eccleſiæ per Imperatore Romanos, quæ cęperunt tpe Neronis, & terminatæ fuerunt in morte Iuliani apoſtatæ, quia tũc Iouiniano Chriſtianiſs. Imperatore facto, apertę ſunt, eccleſię, & cępit religio Chriſtiana gaudere, ſicut dr̃ in legenda ſanctorum martyrum Ioannis & Pauli. Dictæ verò perſecutiones terminatæ fuerunt per bonorũ orationes & ſpecialiter beati Baſilij & populi ſui, ad quorum preces Beata Virgo miſit ſanctum Mercurium martyrem ad interficiendum Iulianum apoſtatam. Sic ergo dicitur in perſona eccleſiæ: *Voce mea ad Dominum.* tempore perſecutionis orando.

2 *Et intendit mihi.* me liberando.

4 *Deum exquiſiui, &c.* ſcilicet extenſis ad cęlum.

8 *Et non ſum deceptus, &c.* verbum eſt orantis plebis de poteſtate ſentientis effectum orationis ſuæ.

Ret

a *enuit conſolari.* Aug. Exponit tribulationẽ quę pungit, & quodammodo impingit ei neceſſitatẽ tranſiliendi. Tãtũ te- & triſtitia pro peccatoribus quidem me occupauit, cõtra nẽ cõſolationem claudat ſe anima. Si quis enim iuſtus vi qui ſolus eſt, cõſolatio ſępe aliter inuenitur, qđ expertus percuſſus ſcanda & ideo iam timet liquo cõſolati & ti, quia qui in om is hominibus ſcã i vel inuenit vel et, in nullo ſecu- eſt.

b *Et exercitatus ſum.* Auguſtinus. vel garrii idest, exultaui lo quendo vt garrulus, præ. lætitia nec et nec poſſet ta- ce, & rurſus in garriendo defecit ſpiritus, qui prius conta- bat tædio malorum.

c *Exercitatus.* * Baſilius. Symmachus ſic tradidit. Lo- cutus ſum mihi ipſi animoque defeci continue, cum mihi ipſi loquerer.

* Euthymius. Sic vertit, *Et meditatus ſum.* Quod (ait) hic ne legimus meditatus ſũ, in Græca lectione habet ἀδολεσχία eſt autẽ ἀδολεσχία, proprie, ſermo ſuperfluus, hãc nos acitatẽ dicere poſſumus, iuxta illud: Narrauerũt mihi nugacitates, ſed nõ vt lex tua, eſt. n. illic in Græco eadẽ ἀδολεσχία, accipitur etiã pro meditatione; & ſolicitu- di, vt hic, & aliqui mitiori vocabulo argutationẽ interpre ſunt, quod mediũ quoddã videtur eſſe inter nugacitatẽ editationẽ, & vtriq; ſignificationi facillime poſſe accõ- lari. Argutabar inquit, & meditabar in me ipſo, & ſolici- cogitabã, quonã pacto a tanta mæſtitia liberari poſſem.

d *Anticipauerunt vigilias.* Caſsio. Diapſalma. Inuento Deo ſolus bonum eſt, deliberat an ſit eum reducturus. Aug. Anticipauerunt vigilias aliorum.

e *culi mei.* vt ille qui ante tempus ſurgit ad negotium. Vel *mei.* affectiones meę. Anticipauerunt, ſedulitatẽ aliorũ. per vigilias, nocturnos ſigñat, quos facimus, & vſualiter ſic vo-

a ¶ Quia adeo exquiſiui Deum quod. b ¶ Quia vndique mala. ¶ In alijs rebus quam in Deo. c ¶ Quæ ergo reſpiratio. ¶ Ecce. d ¶ In quo ſuauitas. ¶ Hunc manus quęrentis inuenerant in triſtitia conſolatorem.

a † Renu^a^it conſo^b^lari anima mea † me^c^mor fui De^d^i, & † dele- 1 2

a ¶ Alias garriui, inquirendo magnitudinem ſapientię & potentia eius. b ¶ Quia eſt res incomprehenſibilis.

b c ctatus ſum, & exercita^a^tus ſum, & de^b^fecit ſpiritus meus 3 4

a ¶ Ideo defecit iterum ſpiritus, quia. Quærentes calumniam in verbis. b ¶ Aliorum c ¶ Quia qui dormit in mundanis ſomniat ſe beatum

d e f † Anticipa^a^uerunt vigilia^b^s oculi mei, tu^c^rbatus ſum, & 5 6

a ¶ Malum eſt tacere, malum eſt loqui, vnde intro redit. b ¶ Quaſi qui extra vapulauit iam in ſecreto mentis agit, vt nemo oblatrat, & Deus adiuuat, ibi mens de ęternis, agit, quod ibi licet, non extra in ſtrepitu.

g h i no^a^n ſum locutus. † Co^b^gitaui deis antiquos, & annos 7 8 9

ſic vocamus in laudibus Dei, & ideo. D

* Euthymius. Qui exercituum curam habent, ſolent noctis cuſtodias in quatuor partes diuidere, quatuor conſtituentes cuſtodias, quas certo ordine alternant. Oculi mei, inquit, omnes noctis cuſtodias præuenerũt, cum enim meditarer & ſolicit⁹ eſsẽ, receſſit ab oculis meis ſomnus. Vel aliter oculi mei, hoc eſt obſeruatores, atq; inimici mei, omnes preuenerunt cuſtodias, ſuis me inſidijs vt ſoliciti nimirum, comprehenderent.

f *Turbatus.* Caſſiodo. quia conſequi non potui quod quæro.

g *Non ſum locutus.* Non murmuraui cõtra Deũ. Vel turbatus ſum, quia dũ nocte ſecreta animi perquirit, videt humanum genus in peccata ruere, & pro dolore pro alijs cruciatur, qui iam vitia tranſiliuit. Tacet, quia nocte non habet ſolatium humani colloquij, quo tempore cautius cogitat: ideo ſubdit: *Cogi.*

Oculi mei. Alias inimici mei anticipauerunt vi. Augu. ideſt, vigilauerũt ſup me, plus me, tentando inſidias, Præoccupauerunt me ſpirituales inimici de qbus Apoſtolus: Nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinẽ, ſed aduerſus carnis prin. & po. aduer. mundi rectores: Hi vero plus vigilauerũt ad decipiẽdũ q̃ ego ad cuſtodiendũ, vbique ponit ſcãdala, vbique muſcipulas, timendũ eſt ne triſtitia abſorbeat lætitiã, vel ne garriendo ſpiritus in lętitia deficiat, & dicat homo quod inimicus teneat, vnde turbatur & non loquitur: Nõ tamẽ ceſſat, vult & hoc tranſcendere, vnde ſubdit:

h *Cogitaui.* Ideo turbatus, quia cogitaui dies antiquos Adæ, in quibus corruit homo. Sed contra dies antiquos, annos ponit æternos. ideo turbatus, quia hos deſiderat homo, æternos negligit.

i *Dies antiquos, &c. in mente habui.* Caſ. Quid cõtigit Adæ pro inobedientia, ex illo cognoui hunc hominis defectum eſſe: Et annos æternos quos perſiſtens haberet, in mente habui, F quod

† memor ero † tumultuabo, loquar.

* Sela ſupra pſal. 5.

† Supputaui (recogitaui) dies qui fuerunt a principio. E

NICOLAVS DE LYRA.

1 *enuit conſolari, &c.* ſcilicet in corporalib. delectationibus, cib. ſancti tunc ſe abſtinebãt, vt Dei miſericordiã facilius ettatent. vnde dr̃ Dan. 10. a. In diebus illis ego Daniel lugem trium hebdomadarũ diebus, panem deſiderabilem comedi, &c. & Iere. dixit ad Baruch. Ierem. 45. b. *Ecce ædificaui ego deſtruo,* ſcilicet populum meum Iſrael. Sequi i: *Et tu quæris ſibi gaudia,* quaſi dicat: non debes quærere mpore captiuitatis populi Domini.

2 *emor fui Dei, &c.* quia in talibus afflictionibus Deus reſpicit nctos ſuos viſitans eos ſpiritualibus conſolationibus.

3 *exercitatus ſum.* in diuinis laudibus.

4 *defecit ſpiritus meus.* quia aliquando homines deuoti ex fe enti deuotione rapiuntur a ſenſibus, & deficit ſpiritus qu tum ad vſum actualem exteriorum ſenſuum. Litera H on. ſic habet: Recordans Dei conturbabar, loquebar, & eficiebat ſpiritus meus. Et eadem ſententia eſt in Hebr o, quæ ſic põt exponi: Recordatus Dei. i. diuinorũ beneficiorum erga populum Iſrael. Cõturbabar offenſa eius cõtra D m. ex qua merui captiuari. Loquebar cõferendo diuinã bonitatem ad populi ingratitudinem, & econuerſo: Et deficiebat ſpiritus meus prę nimia admiratione. Et loquitur propheta in perſona propria præuidens iſta, & in perſona iuſtorum in captiuitate Babylonica detentorum.

5 *Anticipauerunt vigilias oculi mei.* ſcilicet excitatus a ſomno aperui oculos meos ante vigilias, ideſt, antequam eſſet tempus ſurgendi ad matutinum, & ad dicẽdum laudes diuinas de nocte ſecundum modum conſuetum. Sic enim faciunt homines deuotione feruentes, quia ſurgunt ante alios ad orandum.

6 *Turbatus ſum.* de ira Dei excitata per populum.

7 *Et non ſum, &c.* i. non habui audaciam aliquid petendi a Deo præ confuſione. Sic enim loquebantur tres pueri in camino ignis, Dan. 3. b. *Et nunc non poſſumus aperire os, confuſio & opprobrium facti ſumus, &c.*

8 *Cogitaui dies, &c.* i. creationis mundi, quãdo homo factus eſt ad imaginem Dei, Dominans omnibus creaturis inferioribus, & tamen per culpam ſuam fuit eiectus de delicijs paradiſi, ſicut & nos de terra noſtra.

9 *Et annos æternos in men. habui.* Repetitio eſt eiuſdẽ ſentẽtię ad maiorem

MORALITER.

1 *enuit.* Hic reuertitur pſal. ad tempus pręcedens liberationem eccleſiæ, dicens in eius perſona: *Renuit conſolari anima me.* in blanditijs tyrannorũ, qui frequenter Chriſtianis promittebant magna, vt eos euellerent a fide Chriſtiana.

2 *Memor fui Dei.* pro me paſſi.

† *delectatus ſum.* in contumelijs pro ipſo Act. 5. *Ibant Apoſtoli gaudentes a conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.*

3 *exercitatus ſum.* in patientiæ virtute.

4 *defecit ſpiritus meus.* vera humiliatione, de quo defectu dicitur Matth. 5. a. *Beati pauperes ſpiritu,* id eſt, non habentes inflantem ſpiritum, vt exponit Auguſtin.

1 *Anticipauerunt vigilias oculi mei, &c.* ſicut legitur de beato Petro, quod ſurgebat de nocte in primo gallorum cantu ad recordandum cum fletu qualiter Chriſtum negauerat præ timore. Chriſtiani etiam in primitiua eccleſia vigilabant de nocte ad ſepulturas martyrum ex deuotione.

6 *Turbatus ſum, & non ſum locutus.* quia flentes pro peccatorum recordatione & martyrum paſsione, magis orabant corde quam voce. vnde dicit Poeta.

*Interdum lachrymæ pondera vocis habent.*

9 *Cogitaui dies antiquos.* ideſt, beneficium creationis.

9 *Et annos æternos in mente habui.* ideſt, beneficium æternæ retributionis.

A qđ non ſtulti: *Et etiam meditatus ſum nocte.* ideſt, in hoc defe-ctu: Cũ corde ideſt, cũ ratione, ſi quo modo poſſem redire, ad annos æternos. Cum ratione tacitus loquitur, qui in ea quietus exercetur.

✲ Baſilius. Priorum tuorum beneficiorum memoriam re nouari, cogitauique quã ta ſint a te maiores noſtri beneficia cõſequuti, qũo e ſeruitute Aegyptiaca liberati ſint, quomodo mare rubrũ trãſierint, & quomodo terram promiſſam acceperint.

a *Et exercitabar.* in ipſa meditatione. *Scopebam ſpiritum meum*, purgabam mẽtẽ. Alij ventilabã ſpiritum meum, ſic apud me tractans.

Nunquid in æternum projcies, genus humanum vt complacitior. Quaſi, qui iam

B placitus fuit ſua gratia in vete. Teſtamen. nonne addet vt plus ſit in nouo per aduentũ filij, hoc ſentit, qui de pietate tractat.

† recordabor ſcationis meę

† bonæ voluntatis ſit, vel beneuolus

† ſeculũ miſericordia eius defecit consũptum eſt eloquiũ. i. an ſtatuit firmiter quod nunquã velit mihi placari, nec loqui mihi amplius.

• Sela ſupra pſal. 3.

a ¶ Vbi non hæc mala. b ¶ Memoria.

æternos † in mente habui. † Et meditatus ſum nocte cũ 1

a ¶ Vbi non eſt locus calumnioſo. b Alias garriebam. c Alias ſerutabar. Alias ventilabam in me ſpi. Caſ. ideſt, virtutem animi huc & illuc voluendo, in qua actus deliberationis exprimitur.

a corde meo, & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum 2

a ¶ Deliberat. b ¶ Hominem? q. d. abſit. 3

meum. Nunquid in æternum proiiciet Deus? aut nõ ap- 4

a ¶ Ideſt, nonne addet. b Quia ira Dei fuit quod patimur. Quia miſericors. 5

c Omnino a bonis ſicut a malis, vel in plenitudine temporis.

b poner, vt † complacitior ſit adhuc? Aut in ‡ finem miſeri- 6

a Incarnationis. Quod de virgine natus. b Quia ipſe natura miſericors. c A genere humano. d Primam vet. Teſtam. Malorum. e Vltimam noui Teſtamenti. Bonorum. 7

cordiã ſuam abſcindet, a generatione in generationẽ? 8

a Repetit. Quia miſericos. b Quid incepit. c Vt & conſueuit. d Iterum repetit. Quia cępit iam miſereri. e Aug. Ideſt, ira vincet miſericordiam, potius miſericordia iram, vnde: Eſaias: Non in æternum vobis vindex ero, neque per omne tempus iraſcar vobis. Pſal. 57. c. Ita cogitabam apud me, & poſt hęc dixi.

c Aut obliuiſcet miſereri Deus, aut contnebit in irã miſe 9

a Primo. b Sapere. c Et. d Per Chriſtum. 10

e Fauoris & propitiationis Dei.

d ricordias ſuas. * Et dixi, † Nunc cępi, hęc mutatio dexterę 11 12

e a ¶ Scio quod poteſt mutare, quia omnia creauit.

f excelſi. Memor fui operũ Dñi, qa memor ero ab initio 13 14

✲ Baſilius Verum iterũ me nonnihil refocillaui, cogitãs Deũ ad miſericordiã procliuẽ, nõ ferret ut res noſtras quaſi obliuioni cuidam tradat, ac miſericordiæ ſuæ fontes ita quaſi quadam maceria cohibeat.

✲ Euthymius. Verba hæc demonſtrant, quod Deus natura ipſa eſt miſericors quemadmodum, & lux natura ipſa, ſplendida eſt, & ignis natura ardet ſua quoque, id eſt, Deus nunquam id deponet, quod ſibi naturale eſt.

d *Et dixi tunc cæpi.* Caſſiodorus. Quid deliberando inuenerit, ſcilicet quod Chriſtus mutat homines & redimit.

Caſſiodorus. *Et dixi.* Huic meditationi reſpondi nunc, id eſt, iam cœpi ſapere, id eſt, intellexi quod fuit ſtatutum ab æternis temporibus, ſcilicet quod primo reduceretur ad annos æternos, quod eſt argumentum de ſua conſummatione. dixi. Cum & me tranſiliens ad Deum veni, hic nullum periculum.

e *Cępi.* Aug. Aliquid vbi ſecurus ſum, vbi non anticipant inimici, modo cępit me mutare excelſus.

f *Mutatio dextræ, &c.* Caſ. ab ira ad miſericordiam, quo de ſeruis filij.

* Baſilius. Mutationem dexterę excelſi ſupplicium vocat, quaſi dextera Dei bona ſuppeditare conſueuerit.

* Euthymius. Hęc mutatio eſt a libertate, & quiete, ad ſeruitutis anguſtias. Eſt igitur opus hoc, onus quoddam diuinæ manus punientis, & caſtigantis nos.

Caſſio. Huius mutationis in me factę memor fui. nũquam

*Exercitabar & ſcopebam.* Aug. vel, garriebam, nõ iam foris ſicut prius, ſed, Scrutabar ſpiritum, vbi multa (ſi cum eo loquor & garrio) inuenire potero. *Et quid inueniſti?* Quod nõ in æternũ repellet Deus, & ideo trãſiliuit. Nec ceſſauit trãſilire etiam ſpiritum ſuum, donec ad finem veniret, de quo titulus vbi hoc inuenit, quod non in æternum proijciet Deus.

b *Vt complacitior ſi.* ſcilicet vt ipſe qui fuit iratus repellendo, mala inferendo, ſit manſuetior liberando, reuocando.

c *Aut obliuiſcetur miſereri.* Aug. In alio modo non eſt miſericordia niſi Deus eam donet, & ipſe erit ſine ea. Riuus currit,

C fons ſiccatus eſt?

✲ Baſilius. dans ob

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ ad maiorem expreſſionem, & dicũtur æterni anni primi, ſicut & montes dicuntur æterni in pluribus locis ſacræ ſcripturæ, ad deſignandum longitudinem durationis.

1 *Et meditatus ſum nocte cum corde meo.* recolens noſtram culpam, & diuinam iuſtitiam.

2 *Exercitabam.* in talibus meditationibus.

3 *Et ſcopebam ſpiritum meum.* diligenter inueſtigando, ne ibi lateret aliqua grauis culpa Dei offenſiua.

4 *Nunquid in æternum proiiciet.* Hic conſequenter deſcribitur iuſtorum afflictio ex fragilitate humana. Dicitur. n. Prouer. 13. b. *Spes quæ differtur, affligit animam.* Iuſti autẽ in captiuitate poſiti ſperabant inde liberari, quia tamen iſta liberatio differebatur, mens eorum affligebatur & dicebant: *Nunquid in æternum proyciet Deus.* nos a terra noſtra. Modus eſt loquendi hominibus in afflictione longa poſitis, quia ſic apprehenditur ab eis ex humana fragilitate, quaſi ſemper deberet durare. 5 *Aut non apponet, &c.* erga populum ſuum, quẽ ꝓꝓ culpam ſuam de terra ſua captiuauit, tanquam abiectum.

6 *Aut in finem.* hoc eſt totaliter.

7 *Miſericordiam ſuam abſcindet.* a nobis.

8 *A generatione in generationem.* Ideſt, in generationibus ſibi ſuccedentibus.

9 *Aut obliuiſcetur miſereri Deus.* nobis: cum tamen eius proprietas ſit miſereri & parcere.

10 *Aut cõtinebit in ira ſua miſericordias ſuas.* ita q̃ extendat eas amplius ad nos. Tales querelas & conſimiles ſolent facere homines etiam boni in afflictione poſiti ex parte ſenſualitatis moti, licet per rationem ſentiant contrarium, ſicut Chriſtus ſecundum ſenſualitatẽ dicebat. *Transeat a me calix iſte.* & ſecundum rationem dicebat: *Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.* ideo ſubditur.

11 *Et dixi nunc cœpi.* In Hebræo & in tranſlatione Hieron. habetur: *Et dixi:* imbecillitas mea eſt.

12 *Hæc mutatio dexteræ excelſi.* Et eſt ſenſus, Et dixi, ſecundum rationis iudicium: Imbecillitas mea eſt hęc, ideſt, talis querulatio quã permiſi, procedit ex imbecillitate humana. Mutatio dextrę excelſi. Per dexteram intelligitur miſericordia Dei, & per ſiniſtrã eius iuſtitia, eſt igitur ſenſus: *Hęc mutatio dextræ excelſi.* i. mutatio effectus ſuę pietatis, qua nos in terram Iſrael introduxit, & nunc per ſiniſtram ſuæ iuſtitię de eiecit & afflixit, proceſsit ſecundum ordinem ſuæ ſapientię & iuſtitiæ ad noſtram correctionem.

13 *Memor fui operum Domini.* Hic ꝯñr declarat propoſitũ quãtũ ad populi liberationem, quã declarat futurã per ſimile vel maius, quia populus Iſrael diutius & grauius fuit afflictus in captiuitate Aegyptiaca q̃ in Babylonica, & tñ ab illa fuit liberatus ꝑ orationes & merita iuſtorũ. Ex quo cõcludit quod multo fortius liberabitur ab iſta per orationes eorũ. Virtuté huius rationis ponit diffuſe. ſ. liberationẽ populi de Aegypto diuina virtute, & primo in generali. ſecũdo magis in ſpeciali, ibi, *Viderunt te.* Circa primũ dicit; *Memor fui operum Domini:* quæ fecit pro liberatione populi de Aegypto, percutiens Aegyptum multis plagis, vt habetur in Exo.

14 *Quia memor ero ab initio, &c.* Ideſt mirabiliũ quę feci in principio huius liberationis. ſ. apparendo Moyſi in rubo in ſpe

## MORALITER.

1 *Et meditatus ſum nocte cum corde meo.* in oratione ſecreta.

2 *Et exercitabar* perſcrutando conſcientiæ meæ ſecreta.

3 *Et ſcopebam ſpiritum meum.* extergẽs inde peccata ſaltem venialia, ſine quibus non pertranſitur præſens vita.

4 *Nunquid in æternum, &c.* licet ꝑfecti de eccleſia nõ timeãt afflictiones pro perſonis proprijs, tñ eas timent pro ꝑſonis infirmis, & eos cõſolãtur dicẽtes: *Nunquid in æternũ proiiciet Deus.* ſ. populũ ſuũ ipſum dimittens in afflictione? quaſi dicat, non, ſed ipſum reſpiciet in miſericordia & conſolatione, ideo ſubditur in perſona eccleſiæ.

11 *Et dixi nunc cæpi.* ſcilicet pace gaudere, quod fuit impletum in morte Iuliani apoſtatę.

12 *Hæc mutatio dextræ excelſi, &c.* Ideſt, per eius poteſtatem & miſericordiam facta.

12 *Memor fui operum Domini.* quibus ab initio mundum conſueuit miſte paſsis miſereri. Ideo ſubditur.

obliuioni vt meliora mererer,ſed ne de ſe tm̃ lętari videtur,addit,quia memor ero mirabilium, q̃ generi humano indulſit,quod Adam ad imaginẽ ſuam fecit, quod Abel iam accepit, de Noe,de Abraham,tãdem quod ipſe ve... hæc ſunt quæ ſanctum mulcent.

a *adinuentionibus.* Aug.ideſt.in præceptis quæ inueniſti, vel quibus inueniris. ...aſſi. Vel obſeruationibus,ideſt, pręceptis quæ obſeruanda exercebor, quia non ſatis eſt legere ſcripturas, ſed fructus operum demonſtrare oportet, his eruditus in laudes prorumpit. Auguſ.In adinuentionibus vel affectionibus tuis nõ in meis, vt terrenis eſt affectio, ita in operibus & meditatione Dei eſt interior quędam affectio,cum inſpicitur mundus,& in creaturis quæritur creator,& inuenitur nuſquam diſplicens, ſed vbique placens.

b *...eus in ſanctos.* Auguſ.Per prædicta certus ſum q; veniam, & ...e duce.

Aug. Deus in ſancto,ideſt,in Chriſto, via redeundi ad te. Et cum hoc ſit, qui Deus magnus,&c.

* ...uthymius. Per ſanctum,cęlum intelligit,tanquam purũ ...mundum,in quo commorari dr̃ Deus: Vel ipſum montẽ Sion,veluti Deo dicatum,& ſanctificatum,& ad quem Deus deſcendebat. Vel templum,veluti ſacrum, ac venerandũ,& in quo deſcendens Deus oracula reddebat & rñſa. Symmachus pro ſancto, dixit, in ſanctitate, illud ſignificans qđ oĩs Dei actio ſancta eſt,atque irreprehẽſibilis, tametſi illius correctiones graues nobis, & duræ aliquando videantur.

c *...ia tua.* Aug. Colendi te & ad te veniendi, vnde potentiam Dei lætus præfert ſimulachris,quæ falſo colebantur.

d *...irabilia.* Aug. Sanati ſunt ſurdi,cęci,languidi, mortui,paralytici.Iſta in corporib.facta ſunt.In anima q̃dã ſobrij ſunt, qui paulo ante ebrioſi,infideles, adoratores ſimulacrorum.

e *...opulis virtutem.* Aug.Infidelibus vt cognoſcãt Chriſtum tantum corpore,fidelibus te & Deitate, ſubdit, quid præſtiterit: redemiſti.

※ Euthymius & Baſ.Per populos,hoc in loco gentes intelligit, Aegyptios nimirum, aut alios quoſcunque populos Deo olim cõtrarios,qui tandẽ a Iudęis ſuperati ſunt, & ipſa didicerunt experientia, quod Deus ille, qui Iudæis auxiliabatur,magnus ac potens Deus eſt.

a Repetit vniuerſalium. Non ſolum memor, ſed. b Creaturis.
mirabilium tuorum. Et meditabor in omnibus operibus 1
a ¶Præceptis. b ¶O. c ¶Chriſto.
a tuis,& † in adinuẽtionibus tuis exercebor. Deus in ſancto
b a Eſt. ¶Qui ait:Ego ſum via,veritas,& vita b De dijs gentium quibus adeſti colunt. 2
c Q.d.Nullus. d Non alius. e Proprie. f Solus.
c via tua,quis Deus magnus ſicut De⁹ noſter?tu es Deus qui 3
a Tam in anima quam in corpore. b Aug.Per hæc & iſte ſit tranſfidens, quod eſt vnum de mirabilibus. c Cum miſiſti. d De fidelibus & infidelibus. e Chriſtum. 4
d facis mirabilia.† Notam feciſti in populis † virtutem tuam: 5
e a Chriſto. b Scilicet Iudæos credentes. 6
f redemiſti in brachio tuo populum tuum, filios † Iacob & 7
a Gentilem populum. b Quia notam feciſti virtutem. ¶Fide. c Populi. d O Deus pater. 8
e O Deus Chriſte. ¶Vterque populus. 9
g Ioſeph. * Viderunt te aquæ, Deus, viderunt te aquæ, † 10
a De peccatis. b Pungente conſcientia. c Altitudines aquarum. †
d Et ita. ¶Eſt. 11
h & timuerunt; & turbatæ ſunt abyſſi. † Multitudo †
12

† in ſanctitate.
-noſter
† fortitudinẽ
† Iſrael
† doluerunt etiam commotæ ſunt:
† inundare fecerunt aquas nubes.

f *Filios Ioſeph.* Auguſt. id eſt,Gentilem populum. Vel per Ioſeph intelligitur Chriſtus, quia ſicut Ioſeph venditus in Aegyptum regnauit,ita Chriſtus in gentibus, prius humiliatus in martyribus.

August. Ioſeph qui peruenit ad gẽtes,augmentum interpretatur, & ſignificat gentes,de quib.augmentatus eſt populus Dei.Vel Ioſeph Chriſtus a Iudæis venditus,& pulſus ad gentes, filii eius quos ex gentibus elegit.

g *Viderunt.*Caſ.Diapſalma.Quæ in mundo Chriſtus operatur, exponit.

Aug.Q.quoniam notam feciſti virtutem,vel per eum viderunt te o Deus pater,vel te o Chriſte,qui es virtus & brachium vi.te a.&c.

* Bed.Venerabilis.Oſtendit quomodo reducit eos.ſ.notificando ſe eis,& accipit per aquas eoſdem quos per filios, Iacob.ſ.Iudaicum populum,& eſt dicere.O Deus aquæ.i.Iudaici populi viderunt te,ideſt,cognouerunt te,& vidẽtes te timuerunt,ideſt,quaſi ſteterunt in fluxu ſuo. Mittit nos ad hiſtoriam,quod aquę diuiſæ ſunt in mari. Sicut enim quãdo Moyſes virga mare percuſſit,aquæ illæ quaſi diuinã potentiam præſentem ſentientes diuiſę ſteterunt,ita aquæ iſtę potentiam Dei cognoſcentes ſteterunt,quia a fluxu vitiorum & carnalium concupiſcentiarum ſe compeſcuerunt.

h *Multitudo.*Caſ.Non pauci,ſed multitudo. Sonitus,in gemitu culparum, in actione gratiarum,quaſi.n.mare confragoſum ſonant diuerſa vota populorum.

Sonitus

## NICOLAVS DE LYRA.

* ...ecie ignis rubũ non comburentis.Exo.3.& de verſione virgæ Moyſi in colubrum, & iterum in virgam & de manu eius apparente leproſa,& iterũ ſana,& de cõuerſionis aquæ fluminis in ſanguinẽ, quę mirabilia fecit Deus in principio liberationis de Aegypto,mittens ad hoc Moyſen, Exo.4.

1 *...meditabor in omnibus,&c.* quæ feciſti in liberatione populi de Aegypto.

2 *...in adinuentionibus tuis exercebor Deus.* i.in præceptis legis quæ ſpecialiter adinueniſti,vt dares ea populo de Aegypto exeunti.

3 *...eus in ſancto via tua,&c.*i.in Angelo ſancto tuo,qui præcedebat caſtra filiorum Iſrael in columna ignis & nubis,oſtendens eis viam per diem & noctem, Exod.13. & 14.& conſequenter Pſal.ex talibus admirans conuertit modum loquendi dicens.

4 *...uis Deus magnus ſicut Deus noſter.* q.d.nullus, quia nullus alius poteſt facere opera virtutem totius creaturæ excedentia ideo ſubditur.

5 *...u es Deus.* non ſolum hominibus ſed etiam angelis, quia mirabilia diuina non ſolum excedũt facultatem humanam, ſed etiam angelicam.

6 *...Notam feciſti.* totius orbis terræ.

Vir-

7 *Virtutem tuam.* quia multipliciter percuſſiſti Aegyptum,& hoc per ſcripturas legis & prophetarum,quæ diffuſę ſunt ad omnes populos,diuulgatæ per prædicationem apoſtolorũ, aliorumque Chriſti diſcipulorum, & etiam per Iudæos diſperſos per orbem terrarum.

8 *Redemiſti in brachio.* i.in fortitudine tua quæ per brachium deſignatur.

9 *Populum tuum,filios Iacob & Ioſeph.* Dicit filios Iacob, quantum ad illos qui cum Iacob deſcenderunt in Aegyptum,de quibus habetur Geneſis quadrageſimo ſexto,& quãtum ad poſteritatem eorum dicit.Aut filios Ioſeph,quia fuerũt nati in Aegypto, & illi & iſti fecerant vnum populum a Deo electum,eo quod Chriſtus de illo populo erat naſciturus.

10 *Viderunt te aquæ.* Hic deſcribitur liberatio populi de Aegypto, magis in ſpeciali per diuiſionem maris rubri ipſam ſpecificando,cum dicitur.*Viderunt te aquę Deus & timuerunt.*i. ita diuiſæ fuerunt aquæ maris rubri ad imperium tuum,acſi te viderent & timerent,quia etiã creatura inſenſibilis obedit creatori.

11 *Et turbatæ ſunt abyſſi.* inquantum contra naturam ſuam ſolidatæ ſunt a dextris, & ſiniſtris.Exod.14.

12 *Multitudo.* quia aquæ maris rubri cum magno fremitu & fragore reuerſæ ſunt ſuper Aegyptios, ſubuertentes currus & equites eorum,vt habetur ibidem.

Vocem

## MORALITER.

4 *...uis Deus magnus,&c.* q.d.nullus,quia facit mirabilia totius naturæ creatæ virtutem tranſcendentia.ideo ſubditur.

6 *...Notam feciſti in populis,&c.* Iulianum imperatorẽ orbis deijciendo.

8 *...edemiſti.* ideſt,virtute tua.

† *...opulum tuum.* Chriſtianum de tyrannide Iuliani.

9 *...ilios Iacob & Ioſeph.* ideſt,vitia ſupplantãtes, & in virtutibus creſcentes.

10 *Viderunt te aquæ.* i.populi viderunt potentiam tuam contra Cæſarem.

† *Et timuerunt.* fideles tuos perſequi.

11 *Et turbatæ ſunt abyſſi.* ideſt,malefici habentes pacta cum dęmonibus,quorum arte vtebatur Iulianus,vt dicitur in hiſtoria tripertita.

12 *Multitudo.* i. populorum qui de morte Iuliani multipliciter loquebantur,& Chriſtiani Deum laudabant,ideõ ſubditur.

Vo-

a *Sonitus aquarum.* Aug. Vnde iſti ſonitus aquarum, turbatio
A abyſſorum? quia vocem dederũt nubes, de quibus. *Mandabo*
Myſtice. *nubibus meis ne pluant ſuper eam imbrem.*
b *Vox tonitrui.* Caſ. Tonitrui vox reuoluitur, vt rugatus & ſinuoſus ſonus ſentiatur. Allegoria in rota totius mundi.
c *Rota.* Hieronym. Auguſtinus. Et quod exponit orbis terræ, quem circumierũt nubes tonãdo præceptis, coruſcando miraculis.
* Euthymius. Et coniunxit inquit dominus axes curruum eorum, & duxit eos cum violentia, vox inquit tonitrui, in vnoquoque curru confracta eſt, per rotam enim currum intelligit veluti a parte totum. Equis igitur hac ratione perturbatis, curruũ axes mutuo complicatiunt. Vel aliter, vox Theologiæ in nobis eſſe dicitur inſtar rotæ quæ ex minima quadam ſui parte terrã tangit, reliquis omnibus partibus a terra ſubleuatis.
d *Contremuit terra.* Caſ. Qui habitant in terra. Ipſa terra mare dicitur per ſimilitudinem, quia humana vita amara, tempeſtatibus ſubdita, vbi maior piſcis minorem deuorat.
e *In mari.* Aug. ad literam dum Chriſtus ſuper aquas ambulauit. Vel in cordibus hominum quos ſibi ſubdit. Vel per terram Iudæi, per mare gentes accipiuntur.
* Baſ. Facile tibi eſt & mare diuidere, & in multis aquis inequitare, vt tamẽ nulla relinquas veſtigia, incorpoream enim naturam habes.
f *Et veſtigia tua non cognoſcentur.* increpatio tacita Iudæorum. Quaſi dicat licet palã venerit, & ſe miraculis oſtenderit, eſt cognitus a Iud. infidelib. quos deduxit in manu Moyſi & Aaron, id eſt, operatione miraculorum quæ fecerunt. Veſtigia tua, &c. Tetigit aliquos, id eſt, Iudæos qui dicũt nondum venit Chriſtus, non vident ſuper mare ambulantem.
g *Sicut oues.* quia non vere oues ſed hædi.
h *Moyſi & Aaron.* Caſſiodor. Moyſes interpretatur aſſumptus de flumine, Aarõ mons fortitudinis. His nominib. virtutes quas fecerunt exprimuntur. Moyſes inter cætera in mari viam fecit, ſignans per baptiſmum populum liberari. Aaron eccleſiæ tenebat imaginem, quæ monti fortiſſimo comparatur.
* Euthym. Ouibus populum comparauit, vt cuſtodiam & curam oſtenderet quam Deus eorum habuit, & quod bonus paſtor, ad vberrima paſcua, & ad tutiſſimũ ouile eos deduxit, vnde & paſcere etiam dicitur Deus populũ Iſrael iuxta illud, *qui paſcis Iſrael intende.*

a In confeſſione peccatorum, in laudibus Dei. b Populorum. c In omnibus gentibus. d Prædicatores verbi Dei. e O Deus. f Verbum prædicationis, pluuia, quia rigat: ſagitta, quia percutit. Voces nubium.

a ſonitus aquarum, vocem dederunt † nubes. Etenim † ſagit- 1
a Vſque ad cor. Vel euangeliſtæ de gente ad gentem. b Quaſi non in occulto facta eſt, ſed fuit vox tonitrui, ideſt, aperta. c Nubes, id eſt, prædicatores tranſierunt per illos. 2
b tæ tuæ † tranſierunt, vox tonitrui tui in rota. Illuxerunt 3
c a Caſ. diuina præcepta quæ tenebras pellerent mundi vel miracula. b Vnde. Ad conuerſionem. 4
d coruſcationes tuæ orbi † terræ, commota eſt, & † contre- 5
a Nunc eſt in mari via tua, iandudum in ſancto erat. In mari ambulat ſuper aquas gentium, eas per fidem ſubijciendo. b Præcepta c Populis multis non paucis gentium. 6
e muit terra. In mari via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis; 7
a Tamen. b Præſentia corporalis, doctrina, miracula. c Iudæis. d A quibus non cog. ab his quos deduxiſti. De Aegypto. Et eſt increpatio & exprobratio eorum. 8
f et veſtigia tua non † cognoſcentur. Deduxiſti ſicut oues
g a Quaſi et te non nouit b In operatione miraculorum quæ ipſi fecerunt. 9
h populum tuum, in manu Moyſi & Aaron. 10

† pertranſeunt. † terrarum † cognita ſunt

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Vocem dederunt.* quia dominus ex columna ignis & nubis fecit procedere contra Aegyptios fulgura & tonitrua, vt dictum fuit ibidem.
2 *Etenim, &c.* quia illa fulgura procedebant quaſi quędam ſagittæ a Deo immiſſę.
3 *Vox tonitrui, &c.* i. ad ſimilitudinem rotarum. Quando.n. auditur ſonus rotarum curruum, videtur aliquãdo quod ſit tonitruum. Vel aliter.
4 *In rota.* quia ſonitus tonitrui cauſatur in nubibus quæ voluuntur circa terram.
5 *Illuxerunt, &c.* quia illæ coruſcationes & tonitrua deuenerunt ad notitiam omnium habitantium in terra, vt prædictum eſt, deo ſubditur.
6 *Commota eſt & contremuit terra.* quia ex tali notitia in omnibus terrę partibus aliqui moti ſunt ad diuinam reuerentiam & timorem.
7 *In mari via tua, etc.* quia viam fecit populo ſuo per medium maris.
8 *Et veſtigia tua non cognoſcentur.* quia poſtquam aquæ reuerſæ fuerunt ad locum ſuum, illa via ab hominibus non fuit viſa.
9 *Deduxiſti ſicut oues populum tuum.* per deſertum ad modum ouium.
10 *In manu Moyſi & Aaron.* quia Moyſes erat dux populi, & Aaron fratèr eius ſummus ſacerdos offerens hoſtias & ſacrificia pro ſalute populi Iſrael. Vnde Exod. 6. d. dicitur. *Aaron & Moyſes, quibus præcepit dominus, vt educerent filios Iſrael de Aegypto.*

Moraliter poteſt exponi pſal. iſte de quacunque cõgregatione fideli ſeu perſona ſingulari exiſtenti in tribulatione corporali ſeu ſpirituali rogante Deum deuote ab ea liberari, & quantumcunque ex infirmitate humana tędio afficiatur, tamen ſperat diuinitus liberari exemplo pręcedentiũ ſanctorum, quos Deus liberauit de manib. tyrannorum, per coronã martyrij ad ęternam beatitudinem transferendo, & aliquando etiam in præſenti vita ad tempus reſeruando ad cõfirmationem Chriſtianorum in fide, qui vidẽtes aliquando martyres liberari de manibus tyrãnorum miraculoſe, per hoc magis confirmabantur in fide.

## MORALITER.

1 *Vocem dederunt, &c.* per quas ſignificantur Chriſtiani in virtutis culmine conſtituti.
2 *Etenim ſagitta.* i. prædicatores, vnde in perſona prædicatoris dicitur Eſa. 19. a. Poſuit me quaſi ſagit. elect. Iſtę vero ſagittæ mortuo Iuliano tranſierũt ad pręchandum Chriſtum ſecure, quod ante facere non audebant.
3 *Vox tonitrui.* i. prędicationis.
4 *In rota.* i. tunc fuit in orbe, quæ eſt circularis figurę.
5 *Illuxerunt coruſcationes.* ideſt, miracula prędicationem confirmantia.
6 *Commota.* ad credendum in Chriſtum, quoniam ex hoc ſequitur multiplicatio bonorum operum, ſequitur.
7 *In mari.* Per viam intelligitur obſeruatio mãdatorum, per ſemitas autẽ obſeruatio conſiliorum, quæ ſunt vię procedendi per mare huius mundi ad patriam paradiſi.
8 *Et veſtigia tua.* per creaturas.n. in quibus eſt veſtigium Dei perfecte non cognoſcitur eius eſſentia.
9 *Deduxiſti.* Chriſtianum.
10 *In manu Moyſi & Aaron.* Per Moyſen populi ducem intelligitur bonus princeps, & per Aaron pontificem, bonus prælatus, per iſtos enim bene regitur in temporalibus & ſpiritualibus populus Chriſtianus.

## ADDITIO I.

In pſal. 76. *Voce mea.* vbi dicitur in poſt. Super Idithun.

Idithun nec Hebraice nec Chaldaice ſignificat leges in plurali, nec in ſingulari, dat enim ſignificat legem in ſingulari, ſimiliter datin, vel dathoth ſignificat leges in plurali, ſed Idithun nihil horum ſignificat niſi forte per modum etymologiæ valde remote. Vnde alij expoſitores Hebræorum dicunt, quod Idithun vel eſt proprium nomẽ illius cantoris, de quo. 1. Parat. 25. vel eſt nomen alicuius muſici inſtrumenti ſeu modulaminis, quo cantor ille frequentius vtebatur.

## ADDITIO II.

In eo. pſal. vbi dicitur in poſt. Secundum hoc igitur pſalmus iſte diuiditur in duas partes.

Non proprie videtur applicari materia huius pſal. captiuitati Babylonicę. Tum quia in illa captiuitate iuſti rari perichantur, vt dictum eſt ſupra in additionę ſuper ſeptuageſimo tertio. Vt quid Deus. Tũ quia quod dicitur de ſanctis qui abſtinebant a delectationibus temporis captiuitatis, nullum fundamentum habet in littera,

de Danicle in illo ieiunio triũ hebdomadarum . Illud enim
A quod allegat de Baruch Ier.45.manifeſte deuiat a veritate li
teram Hebraica quam Latina.non.n.legitur ibi.*Et tu quæ*
*ris tibi gaudia*.prout poſt.allegat,ſed dicit. *Tu quæris tibi grãdia*.
pro manifeſte veritas Hebraica habet.Similiter & in libris
noſtris correctis habetur.Tum quia quod dicitur . *Nunquid*
*in æternum proiiciet Deus,& c.* vſque ibi . *Aut continebit in ira ſua*
*miſericordias ſuas* . incluſiue nullum videtur habere locum in
illa captiuitate,cũ iam eſſet taxata a Deo duratio illius capti
uitatis.ſ.70.ann.Ier.29.quę quidem taxatio nota erat ſaltem
ſanctis,qui pro liberatione populi orabant,prout patet Dan.
9.in quorum perſona pſal.iſte loquitur ſecundum poſt.vnde
melius videtur dicẽdum, quod pſalmus. iſte loquitur de af-
flictione populi Chriſti ſub tyrannica poteſtate Romani im
perij in primitiua eccleſia,de qua materia tractat pſal.73.Vt
quid Deus.prout in additione ibidem fuit expoſitum.De fi-
delibus enim illius temporis poſſunt omnia contenta in hoc
pſal. exponi . Ipſi enim proprie renuebant conſolari in dele-
ctationibus mundi,& memores Dei per ſpem & charitatem
delectabuntur etiam in martyrio conſtituti , ſimiliter in di-
uinis laudibus quotidie exercebantur anticipando vigilias,
& huiuſmodi. Iſti etiam poterant dicere admiratiue . Nun-
quid in ęternum,&c.quia duratio illius perſecutionis non le
gebatur prętaxata in ſacris ſcripturis, unde ex fragilitate hu
mana vna cum ignorantia termini illius perſecutionis admi
ratiue conquerebatur acſi ęſtimaret,quod illę perſecutiones
eſſent in perpetuum duraturę,vnde ad conſolationem om-
nium prędictorum dixit . *Et dixi nunc cępi*. hæc mutatio dex-
teræ excelſi.

In cuius declaratione ſciendum, quod potentia diuina
quę manifeſta fuit in veteri lege per miracula,ſubuertentia
aduerſarios corporaliter , & liberantia populum Dei , vt in
Aegypto & in mari rubro & huiuſmodi,in noua lege potius
oſtenſa per mirabilem patientiam ſanctorum in acer-
biſſimis cruciatibus & perſecutionib. aſſiduis. Et hãc diffe-
rentiam innuit Apoſtolus ad Heb.11.f.vbi dicitur. *Sancti per*
*fide vicerunt regna, & c.obturauerunt ora leonum , & extinxerunt*
*impetum ignis,caſtra verterunt, & huiuſmodi* . quæ omnia perti-
nent ad ſtatum antiquorum.ſ.veteris teſtam. vbi omnia iſta
& ſimilia leguntur,ſed poſtea ſubdit.*Alij vero diſtenti ſunt non*
*inuenientes redemptionem,&c*.Quod pertinet pręcipue ad ſtatũ
ſanctorum no.teſtam. quorum quam plurimi præſertim in
primitiua eccleſia non inuenerunt redemptionem.ſ. ſpiri-
tualem.de quibus ibidem dicit . *Lapidati ſunt, ſecti ſunt,in occi.*
*gla. mor.ſunt,&c*. Qui quidem fuerunt maximi in teſtimonio
fidei vt ibidem concludit Apoſtolus dicens.Et hi omnes te
ſtimonio fidei probati ſunt.Ex quibus patet , quod in ſtatu
primitiuæ eccleſiæ de qua hic tractatur , *cępit mutatio dex.ex.*
Nam dextera excelſi.ſ.potentia Dei quę manifeſtabatur an
tiquitus per deſtructionem aduerſariorum corporalẽ,nunc,
ſcilicet in ſtatu primitiuæ eccleſię principalius manifeſtaba
tur per mortem & perſecutionem fideliũ illatam ab aduer-
ſarijs & hoc non immerito , quia iſti ſequebantur veſtigia
Chriſti,qui moriendo vicit hoſtem . Illi vero nondum tam
perfecti ſequebantur veſtigia Moyſi & aliorum patrum,qui
non moriendo,ſed ſuperando vincebãt , vnde bene dicitur.
*Et dixi,&c*.hoc eſt in ſolutione prædictarum admirationum
& conſolatione perſecutionum,ſuper quibus cogitabam an
nos æternos,& huiuſmodi.*Dixi nunc cœpi*.id eſt, nunc in pri-
mitiua eccleſia incipit mutatio dex.ex.modo ſupradicto.Et
ponitur ibi cępi in prima perſona pro cępit , quod eſt tertia
perſona,ſicut in pluribus locis habetur.& ſic ſancti remanẽt
conſolati de perſecutionus ſuis inquantum cedebant in glo
riam Dei per teſtimonium fidei .

Conſequẽter commemorat miracula antiquorum patrũ,
dicens.*Memor fui ope.do. &c*. exponatur ſicut in poſtilla, &c.
mutatis mutandis vſque ibi . *Deduxiſti ſicut oues populum tuum,*
*&c*.hoc eſt dicere quod omnia miracula illa pertinebant ad
illum ſtatum imperfectum,quia per promiſſiones tempora
les deducebantur,in prima 2.quęſt.99.art.vl.in cor.qu.ſicut
& puris hominibus regebantur.ſ.a Moyſe & Aaron: ſecus
autem oportuit fieri in ouibus Chriſti , quorum ipſe eſt pa-
ſtor & exemplar , quem ſequentes non debent admirari de
mun-
di perſecutionibus iuxta illud. *Qui vult venire poſt me,ab-* D
*neget ſemetipſum* .

REPLICA.In pſalm.*Voce mea*. ſimilis eſt altercatio,poſt.
bene applicando exponit illum pſalm. de captiuitate Baby-
lonica terminãda per orationes ſanctorum illius temporis ,
in quorum perſona pſal.iſte loquitur . Burg. autem exponit
de perſecutione eccleſiæ primitiuæ ſub tyrannide Romani
imperij,aſſerens quod expoſitio poſtillatoris ſit irrationabi-
lis. Primo ex eo,quia in illa captiuitate rariſſime inuenieban
tur ſancti & iuſti.vbi dico quod ſufficiunt Daniel,tres pueri,
Ezechiel,Abacuch,Aggæus,Zacharias,Nehemias.Zoroba-
bel,de quibus conſtat ex canone ſacræ,ſcripturæ,pręter plu
res alios in quorum perſona propheta hic orationem texuit.
Quod autem hic delectationes corporales abiecerunt de Da
niele & tribus pueris,conſtat,Dan.1.dictum.de aliorum ab-
ſtinentia non oportet dubitare,nec vrget quod tempus cap
tiuitatis illius erat taxatum quaſi ideo non habebat locum
quod hic dicitur.*Nunquid in ęternum proijciet Deus aut continc-*
*bit in ira ſua,&c*.quia prophetiæ non ſunt ſemper diffinitiuæ,
& ſi diffinita foret taxatio, adhuc Deus vult rogari. vnde &
Angelus Zacharię 1.cap.non obſtante illa taxatione ſibi no
ta,dixit.*Domine Deus exercituum*.prout in præcedẽti correctio
ne allegatum eſt . Burg. autem expoſitio quæ putat aliquid
magni reperiſſe,maiores ſuſtinet difficultates.Primum om-
nium cum exponit illum paſſum.*Nunquid in ęternum proijciet*
*Deus*.de querelis ſanctorum nou.teſtam.extranee videtur ſo
nare cum ſacro canone,non legimus querelas primitiuę ec
cleſię,quando apoſtoli gaudebant in conſpectu conſilij.ſimi
liter & alij,quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu con
tumeliam pati.Act.5.g.Et ipſe Burg.dicit eoſdem ſanctos re
nuiſſe conſolationes mũdi , ſed memores domini per ſpem
& charitatem,delectabantur etiam in martyrio conſtituti. E

Nec valet prima ratio querelæ ſanctorum per Burg. hic
confictę, quaſi ideo querulabantur, quia terminum perſecu
tionis eccleſiæ ignorabant , nam pax eccleſiæ prætaxata in
Apocalypſi legitur,vbi clare omnis ſtatus eccleſię pro tunc
& nunc futurus diſtinguitur . Nec ſecũda ratio ſua multum
decorat ſtatum eccleſiæ primitiuæ , quia dicit eã querelaſſe
propter ignorantiam termini & humanam fragilitatem. Il-
la.n.eccleſia non catholice dicitur fragilis fuiſſe , quę tantas
victorias exercuit,vt etiã regna & imperiũ ſubiugaret . Nec
etiam ignorantia in ea locum habuit, quia in ea fuerunt pro
phetæ & doctores per ſpiritum ſanctum edocti de omni ve-
ritate ad illum ſtatum pertinente,iuxta Chriſti promiſſum .

Nec minor difficultas oritur ex alio dicto Burg. q quo ad
mutationem dexteræ excelſi nititur diſtinguere eccleſiam
primitiuam a ſynagoga per agere & pati. quaſi ſynagoga in
ſuis victorijs fuerit in ſphęra actiuorum, eccleſia autem pri-
mitiua fuerit in ſphæra paſſiuorum. Allegat ad hoc Apoſto-
lum Heb.11.vbi ſecundum expoſitionem ſuam de ſynago-
ga dicitur.*Sancti per fi.vice.reg*.& ea quæ ſequuntur vſque ibi.
*Alij uero diſtenti ſunt*,non inuenientes redemptionem lapida.
ſunt,ſecti ſunt &c.quę dicit pertinere ad eccleſiam primiti-
uam,Sed ficta eſt hæc gloſſ.Burg.ſimiliter & diſtinctio in il
la gloſſ.fundata. Nam Apoſtolus tam actiones quam paſsio-
nes allegatas de ſanctis veteris legis dixit , prout omnes ex-
ponunt,& Apoſtolus oſtendit ibidem in principio ca.12.in-
ducit exempla virtutum Chriſti euidentius,& ſanctorũ no-
ui Teſtamenti. Et quia expoſitio Burg.eſt contra rotundam
literam,male applicat dictum Apoſtoli ſic male expoſitum
ad exponendum illud illius pſal.hęc mutatio dex.ex.in nou.
teſtam.Nec valere videtur fundamentum quod aſſumit ex
dictis S.Thomæ prima ſecundæ.quęſt.9.quod videlicet mi-
racula per apoſtolum in illo loco allegata pertinebant ad il-
lum ſtatum imperfectum deductum per promiſſiones tem-
porales, & directum per puros homines,ſ.Moyſen & Aarõ,
quia de illo ſtatu dicitur conſequenter.*Non ſuſcipientes redem* F
*ptionem*,ſcilicet temporalem vt meliorem inuenirent reſur-
rectionem . Et ſequitur de eodem ſtatu, quibus dignus non
erat mundus. vnde patet quod illa miracula non pertinent
ad promiſsiones temporales,ſed ſpirituales & æternas,pro-
ut vult glo.magiſtralis,& communiter omnes ſic exponunt
Apoſtolum, &c.

GLOS-

GLOSSA ORDINARIA.

A a *Intellectus.* Aug. Quia hęc narrata interius intelligẽda ſunt, non modo in figura. *Intellectus* igitur *Aſaph* eſt quod intellexit ſynagoga, ſed fidelis, vel q; ſpiritualiter debet intelligere, quæ.n.myſtice tũc .i. figuraliter, eodem modo in re. ſicut tũc non in omnib. illis bene placuit Deo, ſic nec in iſtis & ideo monendi.

† vide pſal. 3.

Aug. Pſal. vel verba intelligentiæ quæ eſt data ipſi Aſaph, ſic ex Græco determinatur.

Aug. In hoc pſal. dum hiſtoria refertur noui teſta. gratia declaratur, ſic Iudeos ꝑ ſuis delictis expulſos, & Chriſtianos aſſerit intromiſſos, vt vtriuſque legis intẽtionem in vnũ faciat pẽdere.

B Auguſt. Per acta in veteri populo, intendit monere nouum populum, ne ſint ingrati beneficijs Dei, & iram eius prouocent. Primo attentos facit, quia quę aperta videntur, parabolę ſunt & ænigmata.

* Baſ. Cum legem olim Deus filijs Iſrael daret, pręcepit vt in illa & ipſi ſedulo erudirentur, & ſuos docerẽt, ac ſimul ẽt feſtorum dierum cãs filijs ſuis oñderẽt, vt cognitis Diuinis beneficijs, grati erga largitorem illorũ eſſent. Docebis n. inquit ea filios tuos, & filios filiorũ tuorũ, & cuſtodiet mandata Dñi Dei, vt bene ſit ipſis. Hoc prophetica gratia etiã per hunc pręſentem pſamum fecit. Populum namq; & poſteros eorũ de illis admonet, q̃ a Deo ſunt facta. Deque bonis ab illo pręſtitis, ac de ingrata mẽte eorum qui illa acceperunt.

PSAL. LXXVII.

A *Ttendite.* Caſ. Primo ipſe dominus loquitur vt reuerentia creſcat.

c *Popule meus.* qui mihi obedis. Os Dei eſt Aſaph, qui inferius locutus eſt iſta. Quãta audi. ab initio veteris teſtamenti,

C vel fidelis ſynagoga malis exprobrat.

d *In parabolis.* Aug. Parabolæ, rerum ſimilitudines.

e *Propoſitiones.* quæ Græce problemata, quæſtionis aliquid ſoluendum habentes.

* Euthy. Hęc verba prophetiam continent. Chri etenim in parabolis ad populum locu rum eſſe predici ta quod legim pud Matthęum omnia loquuus ſus in parabolis bas, & ſine par ad eos non loq tur, vt impleret dictũ eſt ꝑ pro aperiam in pa os meũ, eructa ſcondita a cõſt ne mundi.

* Baſ. Quoni tres ad vtilitatẽ rorum reprehẽ rabolam hanc tionem vocauit, quod ęnigmatica eſſet, & occultam tem adferret.

f *Quanta.* Caſ. Summatim dicit, quę Iudæis Deus fec. gratis ſibi, & ſic, ſi nõ eis, prodeſt tñ filijs ne fiãt ſicut

Aug. Prius Deus in hoĩe locutus eſt, iã homo ipſe, aũ. Illud ꝑdictũ dixit Deus ex ſe. ne cõtẽnatur eius l

* Euth. Dictio *quanta*, nõ ad problemata refertur, quę turũ ſe eſſe dixit cũ totus hic verſiculus ſeparatim pe mirãtis in morem legẽdus ſit. & quanta inquit, a mai ſtris, atq; a diuinis didicimus ſcripturis. Mẽs.n. propl commemorare, q̃ multa, & quam grandia Deus in a res Iudęos contulerit bñficia, & contra, quam valde i irritauerint, & quãtas idcirco, ac quã graues pęnas de Ex perſona autem Chriſti, non incongrue dr̃, quãta mus, cum aſſumpta eius humanitas cæterorum ho more doctores audiret.

g *Patres noſtri, &c.* * Baſilius. Ab initio (inquit

---

a Caſ fidelis congregationis.

a † Intellectus Aſaph

LXXVII.

a Caſ. hoc Deus, qui & dedit legem. Corde ueritatem rei. Aug. uos. ſ. qui & congregatio Chriſti. b O.

A Ttendite popule meus legem meam 1 †

a Per humilitatem, & ſic bene attenditis. Augu. tumor inſuſa repellit. b Cordis. c ¶ Id eſt ad intelligendum verba Aſaph.

inclinate aurem veſtram in verba o- 2

a Quia. b Quæ aperte.

ris mei. Aperiam in parabolis os 3

a Per Aſaph. b Aenigmata.

meum, loquar † propoſitiones ab 4

a Ex quo de Aegypto exierunt. b Propter multitudinem. c In ueteri teſtamento prædicta. d In nouo teſtamento impleta. e A quibus.

initio. † Quanta audiuimus, & cognouimus ea, et patres 5 6

a Caſ. Moyſes & prophetæ, quod & iſte præuidet. Et. Spiritualibus.

noſtri narrauerunt nobis. Non ſunt occultata a filijs 7 8

---

NICOLAVS DE LYRA.

PSAL. LXXVII.

A Ttendite. *Huic Pſalm. præmittitur talis titu. in Hebræo & in translatione Hier.* Eruditio Aſaph. *Et accipitur dupliciter .ſ. actiue & paſſiue, quia de his quæ in hoc pſalm. continentur Aſaph fuit edoctus a parentibus, vt patet in textu, & per ſpiritum ſanctum plenius. Scripſit etiam pſal. iſtum ad eruditionem populi. De materia vero huius pſal. ſaluo iudicio meliori mihi videtur, quod Aſaph fecit hũc pſal. volens oſtendere ex ſcripturis & hiſtorijs antiquis, quod regnum Iſrael pertinebat ad Dauid & poſteritatem eius ex diuina electione. Inter alias autem tribus, tribus Ephraim videbatur magis aſpirare ad regnũ. Tũ quia Ephraim fuit filius Ioſeph qui habuit dominiũ ſuper alios fratres ſuos in Aegypto. Tũ quia Iacob patriarcha adoptauit Ephraim et Manaſſen in filios, vt habetur Gen. 48. Tum quia benedicens eis præpoſuit Ephraim qui erat iunior ipſi Manaſſe, vt ibidem habetur, vnde & Ierobοam qui inuaſit regnum quantum ad decem tribus fuit de tribu Ephraim, propter quod Aſaph licet toti populo Iſrael in hoc pſalm. loquatur, tamen ſpecialiter contra tribum Ephraim inuehitur. Igitur ſecundum hunc ſenſum pſalm. iſte in tres partes diuiditur, quia primo Aſaph præmittit quandam præfationem. Et ſecundo ſubiungit ſuam narrationem, ibi.* Quanta audiuimus. *Tertio concludit intentam cõcluſionem, ibi.* Et repulit. *Circa primum Aſaph reddit auditores beneuolos, dociles, & attentos, ſicut ſolet in præfationibus fieri. Reddit autẽ auditores eos beneuolos, in perſona domini. dicens;*

Materia pſalmi.

1 Attendite &c. *quaſi diceret: vos qui eſtis mihi populus peculiaris & electus debetis eſſe beneuoli ad audiendam legem, quam præ cęteris populis dedi vobis in monte Sinai. Secundo reddit eos d cens.*

2 Inclinate aurem. *Modus enim eſt docilis diſcipuli aur humiliter inclinare ad verba magiſtri ſui. Tertio reddit eos ex difficultate dicendorum ad quæ debent homines attendere,*

3 Aperiam, &c. *vocantur hic parabolæ facta & dicta vet menti, quia fuerunt figuræ noui. 1. Cor. 10. c.* Omnia in figu tingebant illis.

4 Loquar, &c. *ideſt, quæ ſolent tractari inter ſapientes ab Vnde in Heb. & in translatione Hier. habetur.* loquar æn antiqua.

5 Quanta &c. *Hic conſequenter ſubditur narratio, in qua p ſcribitur bonitas Dei, & ingratitudo populi in quodam gener do magis in ſpeciali, ibi.* Filij Ephrem. *Circa primum oſten c a Dei collata populo Iudaico fuiſſe ſufficienter ei manifeſtat ingratitudine non poſſet per ignorantiam excuſari, dicens. Q dimus, & c. ſcilicet Dei beneficia collata populo Iudaico, de Aegypto, & in progreſſu per deſertum, & in ingreſſu te miſſionis, quæ diffuſe ſcripta ſunt in libris Moyſi & Ioſue e ſtri.*

6 Et cognouimus ea, &c. *Et modus cognoſcendi ſubditur citur.*

7 Et patres noſtri, &c. *quibus debemus credere tanquam de noſtra ſalute.*

8 Non ſunt, &c. *quia patres narrauerunt filijs in ſuccede bi generationibus.*

---

MORALITER.

1 *Attendite.* Pſal. iſte ſecũdum ſenſum literalem loquitur de regno Dauid, qui fuit figura Chriſti, propter q; myſtice põt exponi de regno eius. Igitur primo excitatur audientium attentio cum dicitur. *Attendite popule meus.* i. popule Chriſtiane qui a Chriſto eſt denominatus.

† *Legem meam.* ſ. euangelicam.

2 *Inclinate aurem veſtram.* ſ. corporis & cordis,

3 *Aperiam in parabolis.* Ex decurſu euangelij, patet quod Chriſtus communiter parabolice docebat.

4 *Loquar propoſitiones.* ſ. legis datæ, cuius præcepta m plicaui: euangelica conſilia ſuperaddendo.

5 *Quanta.* Hic cõſequẽter ponitur narratio, in qua multiplex bonitas Chriſti, & ꝑ oppoſitũ ingratitudo puli Chriſti, cũ dicitur: *Quan. ho.* Hõ Chriſtus, a patre & diſcipulis nũtiauit, ſicut dr̃ Ioh. 8. d. Quæ audiui a loquor in mũdo: & ex ꝑcepto Chriſti apoſtoli deni orbi. Mar. vlt d. *Euntes in mundũ docete omnes gentes, &* ceſſores apoſtolorum alijs denuntiauerunt, ideo ſu

8 *Non ſunt, &c.* ſ. Ieſu Chriſti.

Lo-

a ¶ In qua data eſt regeneratio. Etiam gentium, quæ aqua & ſpiritu regeneratur.
b ¶ Laudatur dominus vt ametur.

eorum, in generatione † altera Narrantes laudes domini, 1

a ¶ Liberationes. b ¶ Quod pauit quod hoſtes vicit. c ¶ Non modo promiſit. d Quia per illud teſtimonium, peccatum quod latebat apparuit & reuixit.

a & † virtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit. Et ſuſcitauit 2

a Populo Iudaico. b Repetit. c Quaſi iugum ne vaga voluntate errarent. Hoc eſt teſtimonium. d Hoc eſt in Iacob. e In qua lege.

teſtimonium in Iacob, et legem poſuit in Iſrael. † Quanta 3 4 † †

a Hi ſunt antiquus populus qui accepit mandata, non tamen nouit vel fecit. Filij ſunt nouus populus no. te. qui nouit. b Ad hoc acceperunt.

b c mandauit patribus noſtris nota facere ea filijs ſuis ut co- 5 6

Præualuerunt. a Quod ipſi patres non nouerunt. b De gentibus electa. c Et cognoſcentes. d Chriſtiani. Poſt ſecundo. e Qui nati ſunt, & non renati non ſurrexerunt, ideſt, non ſurſum eſt cor eorum, ſed in terra. f Surſum habentes cor.

gnoſcat generatio altera, filii qui naſcentur, et exurgent, 7

Poſteris. Non ſuam iuſtitiam conſtituant. a Non lege quæ punit.

d & narrabunt filiis ſuis. Vt ponant in Deo ſpem ſuam, 8

a Iactando ſua opera, quæ nulla niſi a Deo. Vt fecerunt Iudæi idola colentes. b Hæc eſt vera Dei recordatio.

e & non obliuiſcantur operum Dei, & mandata eius † ex- 9

a Operando. Iudæi. Scilicet. 10

f quirant. Ne fiant ſicut patres eorum, generatio † praua 11

a Deum. b Ideo praua & diſtorta. c Ad diuina vt ſe corrigeret. d Et ſi manum.

g & † exaſperans. Generatio quæ non direxit cor 12

a Cur talis eſt generatio. b Aug. ideſt, quia non habebat fidem quæ impetrat, quę lex imperat, ſed quaſi ex operibus iuſtitiam quærebat.

h ſuum, et non † eſt creditus cum Deo ſpiritus eius. 13

mi cula Dei oculis ſuis ipſi viderũt, filios ſuos ea docuerũt, & rurſus doctrinam hanc ad filios ſuos tranſmiſerunt. H fecerunt Diuinæ legi obedientes.

Euthymius. Patres non natura dicit, neque enim dici pō qđ fideles qui sũt ex gentibus a proprijs parentibus edo cti erint, ſed de patri is loquitur quos ob bſequium, quod D ſemper præſtite- rũt Chriſtiani omnes ib iter ſibi, vt ita di- ca, adoptant in pa- re es. Hac etenim ra ne & Moyſen & m tos alios diuinos ſcriptores interpreteſ- qu & populi docto- res patres noſtros ap- pe imus, quorum fi- li Chriſtum, ſecun- du carnem, atque ap ſtolos, fuiſſe dice- m. Chriſti vero atq; ap ſtolorum filios po- pu m Chriſtianum.

a *Et ſuſcitauit, &c.* Au uſtinus. Hoc te- ſti onium. vnde ſu- pr loquar propo. ab in o initium eſt ve- tu eſtamentum, finis n um. Ibi timor qui eſt initiũ, ſed hic Chri ſt finis legis ad iuſtitiam omni credẽti qui dat ſpiritum. vi e: *charitas quę pellit timorem.* Huius no. Teſta. teſtimoniũ di tur vetus lex. quia habet teſtimoniũ a lege & ꝓphetis, v le tabernaculũ teſtimonij dicebat illud qđ tot myſtica fi rabat: Teſtimonium ergo dicitur ve. teſta. inquantum p bat & teſtatur, lex inquantum iubet.

Caſ. Rem. Suſcitauit quaſi mortuũ in Adã teſtimoniũ. i. le g vel dũ deſcribitur ſuſcitatur prius ignorantia ſopitũ. Te ſtimoniũ in Iacob, hoc forſan eſt ꝙ Iacob cũ Angelo lucta- t tacto femore claudicauit, qđ ſignat Iudęos partim fide c care, partim a ſalute diſcedere, & ita huius rei teſtimoniũ fuit,

fuit, quod Iacob accidit. Ecce parabola. D

b *Filiis ſuis.* Et ſunt ijdem filij generatio altera, ſcilicet popu lus gratiæ. Gen. 32. f.

c *Generatio altera.* Per generationes tranſmiſſa ſunt manda ta Dei, ne quis putet vni data.

d *Vt ponant.* Hæc eſt vtilitas paternę prædi- cationis.

e *Exquirant.* Auguſti. Qui dicti ſunt ſupra cognouiſſe, modo ex- quirant, vt ſperantes in Deo, adiuuentur ad implendum ab eo. †ſtatuit

f *Praua.* Caſsio. Quæ veritatem non reci- pit, & ideo diſtorta, exaſperans ſuper om- nes acerbitates, vt in ſaluatorem armaren- tur. Vnde per Ezechie lem dicit dominus: *Va de & dic domui exaſpe- ranti.* †Quæ, præcepit. Ezech. 2. b. E †cuſtodiant

g *Non direxit cor ſuum.* Caſsiodor. Diſtor- tum cor habet qui pra ue intellecta non corri git, & quæ natura do- cet, non perficit, *non eſt creditus cum Deo ſpiri- tus eius.* ideſt, & ſi ra- tio bene ſuaſit, non ei acquieuit. † declinans & rebellis. Ioh. 1. g.

h *Non eſt creditus.* Aug. Quando cũ ſpiritu Dei operante ſpi ritus hominis cooperatur, fit qđ Deus iubet, & hoc non eſt niſi credendo in eum qui iuſtificat impium, quam fidem non habet generatio praua & amaricans.

Aug. Expreſſius multo dicit, vt ſignificet gratiã, quę nõ ſo lũ facit remiſſionem peccatorum, ſed cooperari ſibi ſpiritũ hominis in operibus bonis, quã ſi diceret, non credidit Deo ſpiritus eius. habere cũ Deo ſpiritũ creditum, eſt non crede re ſpiritũ ſuum poſſe facere ſine Deo iuſtitiam, ſed cũ Deo, quod eſt credere in Deum, quod plus eſt quã credere Deo. Differunt cre dere deo & credere in Deum

Nam F

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Narrantes laudes, &c.* hoc refertur ad illud quod præmitti tur Patres noſtri narrauerunt nobis laudes domini, quibus Moyſes & alij iuſti laudauerunt Deum in exitu maris rubri dicentes: *Cantemus domino, glorioſe, &c.* Exo. 15. a.
2 *Et virtutes.* quibus percuſsit Aegyptum decem plagis.
3 *Et mirabilia eius.* ducẽdo patres noſtros ꝑ mare rubrum & per deſertum,
4 *Et ſuſcitauit.* quia poſt eductionem populi de Aegypto dedit eis legẽ in monte Sinai, Exod. 20. Quæ vocatur teſtimo- nium, eo qđ decẽ præcepta decalogi fuerũt ſcripta in tabulis lapideis, vt in poſterũ eſſent in teſtimoniũ diuinæ locutio- nis cũ populo. Moyſes ſimiliter ſcripſit Deuteronomiũ, & præcepit poni in latere arcę, vt eſſet ibi in teſtimoniũ cõtra populũ, vt habetur Deut. 31. g. Dicitur ẽt lex a ligando, quia filij Iſrael eã ſuſceperunt pro ſe & pro poſteris ſuis, & liga- bat omnes præſentes & abſentes futuros. ſ. qđ dicit Deut. 29. *Nec vobis ſolis ego hoc fœdus ferio & hæc iuramenta confirmo, ſed cunctis præſentibus & abſentibus.* propter quod dicitur:
5 *Quanta mandauit.* Ex quo enim patres legem receperant pro ſe & pro ſua poſteritate, tenebantur eis notificare pro- pter quod dicitur Deut. 6. b. *Narrabis ea filiis ac nepotib. tuis.*
6 *Vt cognoſcat.* quia patres tenebantur notificare filijs de ge neratione in generationem, ideo ſubditur:

Filii

7 *Filii qui naſcentur.* & patet litera ex dictis, & huius notifica tionis ſubditur cauſa finalis duplex. Vna eſt adeptio boni, notatur cum dicitur:
8 *Vt ponant.* de futura retributione.
9 *Et non, &c.* Minus dicit & plus ſignificat, i. in ſua memo- ria teneantur firmiter opera Dei.
10 *Et mandata eius.* ſanum intellectũ a ſapientibus inquiren do, vt ſic impleant opere, non ſolum ſecũdum verba legis, ſed ẽt ſecundũ intentionẽ mandantis. Secũda cauſa prædi- ctæ notificationis, eſt euitatio mali quæ notatur cũ dicitur:
11 *Ne fiant ſicut, &c.* ideſt, iram Dei prouocans. Quod enim patres de Aegypto exeuntes pro magna parte fuerunt praui & Deũ exaſperantes, patet in fabricatione vituli aurei, & in multis alijs quæ tanguntur in Exodo & in li. Nume. propter quod dixit Moyſes propinquus morti ſuæ, Deut. 31. g. *A die qua egreſſus es de Aegypto ſemper aduerſus dominum contendiſti,* ideo ſubditur:
12 *Generatio, &c.* Ad Deum diligendum, & in pręceptis eius ambulandum.
13 *Et non eſt creditus cum Deo ſpiritus eius, &c.* Quia increduli fuerunt eius promiſsionibus, vt patet Numer. 14. Et loqui- tur hic Aſaph ꝑ malis hominibus illius populi ratione quo rum ſimul etiam vituperantur boni, ſecundum illam regu- lam quam ego poſui in principio Geneſ. de corpore domi- ni permiſto ex bonis & malis.

Filii

MORALITER.

3 *Et mirabilia.* in Ieruſalem & Iudæa.
4 *Et ſuſcitauit.* i. legem euangelicam.
† *Iacob.* ideſt, ſupplantatoribus vitiorum quibus proficit euangelium.
† *Et legem poſuit.* i. contemptoribus diuinæ veritatis.
5 *Quanta mandauit, &c.* i. apoſtolis alijſque diſcipulis.
6 *Nota facere ea filiis ſuis,* ideſt, credẽtibus, qui ſunt filij Dei ſpirituales.
7 *Vt cognoſcat generatio altera, &c.* Vſque ad finem mundi fu tura.
8 *Vt ponant.* & non mundana.
11 *Ne fiant ſicut, &c.* per quos intelliguntur pſeudo apoſtoli & hæretici, q cęperunt docere & male a principio eccleſiæ.
12 *Generatio, &c.* ad ſequendum Chriſtum.
13 *Et non eſt creditus cum Deo ſpiritus eius.* Errabant enim in fide, & moribus.

Filij

a ¶ Vere praua & diſtorta,quia &c. De quibus minus videretur. Promittentes ſeruare mandata in die auditionis,quando de aliqua aduerſitate eos clamantes audiebat. b ¶ Quaſi præludentes armis. c ¶ Defecerunt in die tentationis.

a Filii Ephrem † intendentes & mittentes arcum, conuer- 1
b a ¶ Ideo conuerſi. ¶ Non quod non poſſent ſed quia noluerunt,& ideo ſubdit,& in lege, &c. 2
ſi ſunt in die belli. Non cuſtodierunt teſtamentũ Dei, & in 3
a ¶ Et ſi quandoque ambulent,tamen nolunt,quia non ex corde,faciunt enim quod mallent non præcipi ſibi. pares ſunt manu ſed non corde,qui non furantur timore pœnæ,& qui amore iuſtitiæ. 4
c lege eius noluerũt ambulare. Et obliti ſũt † beneficiorũ eius, 5 6
a ¶ Obliti ſunt mirabilium eius, Quorum & vbi? b ¶ Moyſe & cęteris intelligentibus. Quibus credendum erat. 7
d & mirabilium eius q̃ oſtendit eis. Corã patrib. eorum fecit 8
†

Nã credimus & homini.ſed nõ in homine. In Deũ credere eſt ei credendo adhærere ad bene operandũ,vnde Apoſtolus: *Qui adhæret Deo,vnus eſt ſpiritus cum illo.* (1. Cor. 6. d.) Illa autẽ generatio etſi credidit Deo, non tamen in Deum.

b *Mittentes arcum.* Aug. Figurate dicit, quia aliquid mittitur arcu. Vel intendentes arcum & mittẽtes ſagittas: Græci tamen habent mittentes arcubus. († armati ſagittas arcu iacientes) Per Ephrem totam gentẽ a patre ſignificat, & ideo quia ab his aliqd boni expectandum fuit, hanc partem elegit. Sunt enim de illo filio Ioſeph cui Iacob dexteram impoſuit, & maiori præpoſuit. (Gen. 48. b.) Cum autẽ hęc tribus hic culpet, patet Iacob figuraſſe qđ nouiſsimi eſſent primi, & primi nouiſsimi. (Matt. 10. b.) Sic Abel maiori prelatus eſt, Iſaac Hiſmaeli, Iacob Eſau, Phares Zaran illi qui prius manum emiſit: Dauid fratribus: ſic populo Iudæorum populus Chriſtianus. Vel.

a *Filii Ephrem.* Aug. Intendentes & mittentes arcum, ideſt, arcu aliqd mittentes. Vel, Intendentes arcũ, & mittentes ſagittas, i. promittentes ſeruare legẽ aperte dicẽtes. (Exo. 24. b.) *Omnia quæcũque dixerit nobis dominus, faciemus & audiemus.* Cõuerſi ſũt & defecerũt in die belli. i. tentationis: vñ Oſee ꝓpheta ait: (Oſee 7. a.) Ephraim factus eſt quaſi columba inſipiens non habens cor, quia promiſsionẽ obedientię nõ auditio, ſed tentatio ꝓbat.

c *Beneficiorum.* * Euthymius. Beneficiorum quę contulit in populũ Iſrael, veluti quod duxerit eos per mare rubrũ immadidos. Mirabiliũ autẽ dicit, quia Aegyptiorũ flumina in ſanguinẽ mutauerat. Quod vero ait, Deũ eis hæc oſtendiſſe, non ideo dicit quaſi ipſi eã proprijs viderint oculis, ſed quia ita a ſuis acceperunt maioribus.

d *Coram patribus, &c.* Caſ. Incipit narrare iã quę ab eductione de Aegypto fecit eis, nec tñ deſtiterunt a murmure & tentatione Augu. Coram patrib. Qui ſunt patres huius prauæ generationis a qua filios diſſuaſit, ne ſint illis tribus his ſimiles. Si Abraham, Iſaac, Iacob accipitis, non coram eis fecit mirabilia in Aegypto, qui iam defuncti, niſi ſpiritualiter, cas p̃ſentes quos Chriſtus in euangelio viuere dicit. Vel Moyſes & Aaron & alij ſeniores patres iſtorum ſũt corã quib. fecit. Ibi facta bona vel mala myſtice fiũt in nobis: Sed bona gratia Dei. Mala iudicio, ꝑp qđ monuit attendere, & ſpẽ in Deo ponere, ne ſimus ſiſes illis. Aegyptus ergo mũdus. Cãpus Thaneos eſt planicies humilis mãdati. In mũdo ergo humile mãdatũ accipimus, vt in futuro exaltemur. Qui fecit ſtare aquas & traiecit eos, cohibet cõcupiſcẽtias, cũ ſeculo renũciat, vt pctĩs omnib. quaſi inimicis deletis, populus fidelis traijciat ꝑ baptiſmũ. Poſt deducit ſpirituali itinere, ſacro eius manifeſtato in hoc ſeculo quaſi in die, ꝑ nubẽ. i. carnẽ, in iudicio quaſi ĩ nocte in illuminatione ignis, qa tũc magna tribulatio q̃ tanq̃ ignis lucebit iuſtis & ardebit iniuſtis. De petra ẽt q̃ eſt Chriſtus q (dicit: Si quis ſitit, veniat ad me & bi.) deducit ſitienti fidei donum, & flumina ſpiritusſancti, accedente ligno crucis quaſi virga Moyſi.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Filij Ephrem.* Hic ꝯñr oſtendit Dei bonitatem & populi ingratitudinẽ magis in ſpeciali. (Diuiſio.) Et primo quãtum ad ipſum Ephraim tribũ. ſcđo quantum ad totũ populum, ibi: *Et obliti ſunt.* (Ephraim filii quãdo & qũo ingreſſi ſunt terram promiſsionis ſecundum Hebræos.) Circa primum ſciendũ, ꝙ aliqui Hebræi exponũt hãc lrãm de filijs Ephraim, qui viuente adhuc p̃re multiplicati ſunt & fortificati, & p̃ſumptuoſiores effecti rõnib. ſupradictis exierunt de Aegypto, vt iſti dñt, & per viã breuiorẽ ingredi voluerunt terrã promiſſionis. ſ. per terram Philiſthijm quæ vicina eſt, vt hr̃ Exo. 13. Sed interfecti ſunt a Philiſthęis qui habitabant in Geth & terris circumiacentib. eo ꝙ pręoccupabant tẽpus a Deo conſtitutũ, qui dixit Abrahę Gen. 15. ſemen eius futurũ peregrinũ in terra aliena quadringentis annis, qui nondũ erant cõpleti. Sed hoc non vr̃ verum, quia infra aſſignatur cauſa huius ingratitudinis. Corã patrib. eorum fecit mirabilia in terra Aegypti, nulla aũt mirabilia leguntꝰ facta pro ꝑplo Iſrael in terra Aegypti ante tẽpus Moyſi, qui longo tp̃e natus eſt, poſt mortẽ Ephraim patriarchæ. Itẽ ante tẽpus Moyſi filij Iſrael erant in Aegypto in magna ſeruitute, & ſic nõ eſt veriſimile, ꝙ poſſet ingredi pro ſua voluntate, & maxime cũ exercitu, ꝑp qđ iſtud melius exponitꝰ de filijs Iſrael, qui ꝯ voluntatẽ Moyſi proceſſerunt ad prælium ꝯ Amorrhęos & Amalechitas, vt hr̃ Nu. 14. Et in iſtis filij Ephraim fuerũt principales & alios mouentes, eo ꝙ pręceteris aſpirabant ad dñium rationib. ſupradictis. & hoc eſt quod dr̃: *Filij Ephrem.* in Hebræo & in tranſlat. Hiero. hẽtur *filij Ephraim.* Sicut enim nomina Latina propria frequenter variantur a parte finis. vt Guillermus & Guillerotus, ita etiã in Hebręo: tamen eandem perſonam ſignificant.

2 *Intendentes.* i. tendentes arcũ & mittentes ſagittas ex eo.

3 *Conuerſi ſunt.* Quia ſtatim fuerunt debellati, & fugerũt confuſi, vt habetur Num. 4.

4 *Non cuſtodierunt.* Quia ad mãdatũ Dei per Moyſen noluerunt procedere ad bellũ ꝯ aduerſarios, ſed volebãt in Aegyptum diuerti, vel reuerti, & poſtea ꝓpria capitoſitate moti perrexerũt ꝯ inhibitionẽ Moyſi facta ex parte Dei, & tñ in ſuſceptione legis cum alijs petiuerant qđ mandata Dei fierent eis ꝑ Moyſen promittẽtes qđ humiliter obedirent, ſm quod hr̃ Exo. 20. c. dicentes Moyſi: *Loquere tu nobis & audiemus, non loquatur nobis dominus ne forte moriamur.* & Propterea dicitur hic, *Non cuſtodierunt teſtamentum, &c.*

5 *Et obliti ſunt, &c.* Hic cõſequenter deſcribitur bonitas Dei & ingratitudo populi gñaliter; Et primo in cõparatione populi ad beneficia Dei ingreſſum terræ repromiſsionis præcedentia. ſecundo quantũ ad ſequentia, ibi: *Et induxit eos in montem ſanctificationis.* Prima in duas, quia primo deſcribũtur beneficia Dei. ſecundo ingratitudo populi, ibi: *Et appoſuerunt.* Prima in tres: quia primo deſcribuntur beneficia pro populo in Aegypto. ſecundo in mari rubro, ibi: *Interrupit mare.* tertio in deſerto, ibi: *Interrupit petram, &c.* Circa primum dicit ſic: *Et obliti ſunt.* ſcilicet filij Iſrael generaliter.

6 *Beneficiorum.* Quia flagellando Aegyptios & pecora eorũ, ſaluauit Hebræos, & ſubſtantiam eorum.

7 *Et mirabilium.* Quia Aegyptijs exiſtentib. in tenebris tribus diebus lux magna erat vbicunq; habitabant filij Iſrael, vt hr̃ Exo. 10. quod fuit valde mirabile, & ſimiliter in alijs plagis Aegypti a quib. filij Iſrael fuerunt immunes, & ſaluati.

8 *Coram patribus.* Videtur ꝙ deberet dicere coram eis quia loquitur de eis qui exierunt de Aegypto, vt patet per literã præcedentem & ſubſequentem. Ad quod dicendum, ꝙ licet filij etiam iam prouecti exierunt cum patribus ſuis, ſicut Naaſon cum Aminadab patre ſuo, & ſic de alijs. Et licet patres & filij illa mirabilia vidiſſent, tñ ſcriptura facit memoriã de patribus magis quam de filijs, quia erant honorabiliores, & principaliores. Poteſt etiã aliter dici de mirabilibus factis in perſona Moyſi, de quo dicũt Hebręi & ſatis probabiliter, ſicut ego poſui ſuper illud Exo. 3. c. *Quis fabricatus eſt mutum & ſurdum, videntem & cæcum?* quod cum adductus fuiſſet coram Pharaone, vt occideretur propter interfectionem Aegyptij, Exod. 2. cap. ſpiculator qui debebat eum occidere, fuit tunc percuſſus cęcitate, & ſic Moyſes euaſit. Pharao etiam videns eum recedentem, factus eſt mutus ad horam, ita qđ non potuit ſeruis ſuis præcipere, vt caperetur, & ſerui ita attoniti, ac ſi eſſent ſurdi & cęci, & ſic ex talibus miraculis Moyſes fugit liberè. Iſta autem mirabilia fuerunt facta in iuuentute Moyſi, qui in egreſſu de Aegypto fuit. 80. annor. Exo. 7. & ſic iſta mirabilia non fuerunt viſa a iuuenibus de Aegypto exeuntibus, ſed ſolum a patribus eorum.

MORALITER.

1 *Filij Ephrem, &c.* Sic ordinetur lrã: Intendẽtes arcũ & mittentes ſagittas ex arcu. Per filios Ephrẽ, qui proceſſerunt ad pugnandum ꝯ domini voluntatem, ſignificantur hęretici q impugnant fidei veritatem, & ipſi intendunt arcum ſacræ ſcripturæ eam interpretantes peruerſe, & mittunt ſagittas contra veros doctores, ſed quia non pręualent, Subditur. *Conuerſi ſunt.* a ſacris doctoribus confutati.

4 *Nõ cuſtodie.* Moribus & fide deuiãtes a veritate euangelij.

8 *Coram patribus,* i. corã veris apoſtolis, qui dicuntur patres hæreticorum, eo quod ex ipſis exierunt. 1. Iohan. 2. cap. Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis.

† *Fecit mirabilia, &c.* i. in Iudæa quæ dicitur Aegyptus, eo quod erroribus fuit obtenebrata.

*In terra Aegypti.* Aug. Vt omnem dubitationem tollat, & prouinciã dicit & locum factorum. Sic Chriſtus in terra populus coram patribus nouit, humile mandatum docuit. *Diſcite me, quia mitis ſum & humilis corde.*

*Thaneos.* ✠ Euthym. Tanis eſt Aegypti ciuitas, vbi regem habebat Pharao, de qua ait Eſaias, ſtulti facti ſunt principes Thaneos. Et licet huiuſmodi Moyſes non meminerit, veriſimile eſt tamen beatum Dauid reſciuiſſe ex eo libro, vbi ſcriptum, Chebron autem ædificata eſt in Aegypto ante Tanim. Vel ex libris apocryphis vel ex Aegyptiorum hiſtorijs.

*In nube.* Hieronym. Hoc futurum iudicabant. Dies Chriſtus eſt, tamen nube carnis celatur perfidis. Et ſicut illis nubes contra æſtum ſolis, ſic nobis Chriſtus per incarnationẽ dat refrigerium contra æſtum vitiorum.

d *Tota nocte.* toto tempore vitæ.

e *In illuminatione.* Chriſtianos in hoc ſeculo luminis ſui clari tas cuſtodit ignis ſpiritusſancti.

f *Petram.* Caſ. In eremo. Prius aqua maris quaſi petra, modo petra fons. In eremo, vbi neceſſe vt gratius ſit munus.

g *Adaq.* quaſi pecora, non hoĩes, quia non egerunt gratias.

h *Tanquam.* Caſ. Aqua quæ de Chriſto prodit, nulla imminutione deficit, ſed fit fons aquæ ſalientis in vitam æternam.

Euthymius. Eduxit aquam, hoc eſt aliud miraculum factũ in Horeb vt traditur in libro Numerorum. Bis etenim illis Deus aquã eduxit ex petra, diuerſiſque tẽporib. & locis. Et locus quidẽ ille in Horeb, vbi data eſt aqua, appellatus eſt tentatio, & obiurgatio. Tentauerunt. n. illic Deũ Iudæi, probantes nimirũ illius potentiam, & miraculis mundi credentes, quę in præteritũ ſępius fecerat, & obiurgauerunt Moyſẽ, quod ex Aegypto in tam deſerta eos loca deduxiſſet. locus vero ille in Cades, vbi aqua etiã populo data eſt, appellatus eſt aqua cõtradictionis, eo quod cõtradiceret Deo Hebręi & murmurarẽt. Et Deus quidem eos iubebat, vt ſuis tantũ præceptis parerent, vt q̃d in eo cõfiderẽt; at illi vero & parere negligebant, & nullã in eo habebant fidẽ.

a Tenebræ vel tribulatio. Humile mandatum. b Quaſi non liquidum.
a b mirabilia in terra Aegypti, in campo Thaneos. † Interrupit 1 2
¶Ad terram. a Clauſas. 3
mare, & produxit eos, & ſtatuit aquas † quaſi in † vtre. † Et 4
a Priuſquam ponat in patria
c d deduxit eos in nube † diei, & tota nocte in illuminatione
a Latus in cruce. b Chriſtum. c Huius ſeculi.
e f ignis. † Interrupit † petram in eremo, & adaquauit eos ve- 5
Copiam notat. a Quę ſequebatur eos quocunque ibant. b Quod mirum. 6
c Non parum. d Sed. 7
g h lut in abyſſo multa. Et eduxit aquã de petra. & eduxit tãquã 8
a Copioſe. b Hæc fecit illis Deus. Tamen. c Illi ſcilicet praua generatio. Adiecerunt vt inter tot mira non crederent. d Ideſt non credere.
i flumina aquas. Et appoſuerunt adhuc peccare ei, in irã † exci 9
K a Plus cordis quam loci. b Vel ſiccitate. Quomodo. c Tentare, eſt doloſe poſtulare, vt in verbis ſit ſimplicitas cum ſit in corde malitia. ¶Non credendo perierunt. 10
l tauerũt excelſum in † inaquoſo. Et tẽtauerunt Deũ in cordib. 11

† Nam qui diruptit mare & traiecit

† per diem

† vtres

† Qui eduxit.

† petras rupes velut

† exacerbauerunt.

i *Adhuc peccare.* Caſ. Adiecerunt, vt inter tot beneficia non crederent, quod vt maximũ intelligeretur peccatũ, cũ dominus dixit in euangelio *Spiritus arguet mundum de peccato*, exponendo ſubiunxit de peccato quidẽ, quia non credunt in me. Sicut ergo peccatum dicit ibi, non credere, & hic peccare dicit non credere. Ioh. 4 b. Ioh. 16 b.

K *In iram.* Caſ. Non credẽtes Deum poſſe difficilia ſibi facere, quod grauiſsimum eſt apud Deum, ſic & nos abluti per baptiſmum prouocamus Deum ad iram.

l *In inaquoſo.* Aug. Vel, in alia eremo ad literam, vel potius in ſe, quia licet pleni ventres aquæ de petra, aridæ tamen mentes fuerunt.

Men-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 In campo, &c. *Thanis ciuitas eſt Aegypti regia propter quod tenentur ibi regia conſilia, ſecundũ quod dicitur Eſaiæ 9. b. Stulti principes Thaneos, ſapientes conſiliarij Pharaonis, dederunt conſilium inſipiens. Et quia propter obſtinationem regis tota Aegyptus flagellabatur diuerſis plagis, ciuitas regia & terra propinqua grauius percutiebatur, propter quod de illa fit hic ſpecialis mentio. Similiter ſi refertur hæc litera ad mirabilia circa Moyſen facta vt prædictum eſt, veriſimile eſt quod hoc fuerit in Thanis, in qua rex frequentius habitabat.*

2 Interrupit. *Hic conſequenter deſcribuntur Dei beneficia in mari rubro exhibita, cum dicitur: Interrupit mare & perduxit eos, quia ſicco de fecit eos tranſire, vt habetur Exo. 14. c.*

3 Et ſtatuit aquas. *Aquæ enim detinentur in vtre ne effluant, & eodem modo aquæ maris diuiſæ ex vtraq; parte detinebantur diuina virtute, ne effluerent ſuper filios Iſrael, quia vt ibidem dicitur: erant eis quaſi pro muro a dextris & a ſiniſtris.*

4 Et deduxit. *i. columna nubis & ignis, vt ibidem habetur. Et columna nubis protegebat eos ab ardore ſolis, & columna ignis oſtendebat eis viam in tenebris noctis: in qua tranſierunt mare rubrum, & aliis etiam temporibus quando de nocte incedebat exercitus. Vtrum autem eſſet vna columna ignis, & nubis, vel duæ, dictum fuit Exod. 13. d.*

5 Interrupit. *Hic ponuntur beneficia exhibita in deſerto: non omnia, ſed aliqua, & ſpecialiter fit hic mentio de beneficio aquæ, de quo habetur Exo. 17. b. quando eductæ fuerunt aquæ de petra Oreb: & hoc eſt quod dicit:* Interrupit petram in eremo, *ideſt, loco ſicco & deſerto.*

6 Et adaquauit. *i. abundanter potauit.*

7 Quaſi in abyſs. *Quia egreſſæ fuerunt aquæ in magna abundantia, quia in exercitu Hebræorum erant ſexcenta millia abſque mulieribus & paruulis, & pecoribus, & ideo oportuit quòd eſſet aqua multa vnde tanta multitudo populi poſſet adaquari. Simile etiam factum legitur Num 20. b. vbi dicitur, quod Moyſes percuſſit virga bis ſilicem & egreſſæ ſunt aquæ largiſſime, ita vt populus biberet, & iumenta. & propter hoc ſubditur.*

8 Et eduxit aquam. *Quod enim iſta eductio aquæ de petra fuerit alia a præcedente, patet, quia illa fuit ante dationem legis: iſta verò poſt, vt patet intuenti libros Exo. & Num. Sciendum tamen, quòd illa quæ narrantur in hoc Pſal. & in alijs, non ſemper narrantur eo ordine quo fuerunt facta: ſed aliqua prius facta poſtea ſcribuntur, & econuerſo, ſicut patet in aliis libris ſacræ ſcripturæ, & maximè in illis qui metricè ſcripti ſunt, qualis eſt liber pſalmorum.*

9 Et appoſuerunt adhuc peccare ei, &c. *Hic conſequenter oſtenditur ingratitudo populi. & primo quantum ad ingratitudinis magnitudinem. ſecundo quantum ad eius multitudinem, ibi:* Quoties exacerbauerunt. *Prima in duas: quia primo oſtenditur propoſitum in his, quæ contigerunt ante miſſionem exploratorum. ſecundo poſt miſſionem eorum, ibi:* In omnibus his. *Prima adhuc in duas, quia primo deſcribitur populi ingratitudo. ſecundo Dei manſuetudo, ibi:* Ideo audiuit. *Circa primum dicitur:* Et appoſuerunt adhuc peccare ei, &c. *& per hoc quod dicitur: Et appoſuerunt, apparet recidiuum eorum in peccatum, ex quo aggrauatur negotium, antequam enim tranſiſſent mare rubrum, peccauerunt contra Moyſen & Deum, dicentes. Quid hoc facere voluiſti, vt educeres nos de Aegypto? & ſubditur:* Multo enim melius erat ſeruire Aegyptijs, quàm mori in ſolitudine, *Exo. 14. c.*

10 In iram excitauerunt excel. &c. *ideſt, in deſerto, in quo erat defectus aquæ, quia poſt tranſitum maris rubri frequenter murmurauerunt contra Deum & Moyſen in deſerto, vt patet in libro Exod. & Numeri.*

11 Et tentauerunt Deum. *i. ex præmeditatione & certa malitia. Tentare autem eſt accipere experimentum de aliquo. iſti autem voluerunt experiri in ſenſibili ſigno, an Deus haberet curam de eis prouidendo eis de victualibus, ideo ſubditur.*

*Vt peterent.*

## MORALITER.

1 *In campo Thaneos.* qui interpretatur conſummatio: nã ibi ſaluator opus noſtrę ſalutis conſummauit, dicens in cruce: *Conſummatum eſt.* Ioh. 19.

2 *Interrupit.* ideſt, præſens ſeculum.

3 *Et perduxit eos.* ſcilicet apoſtolos ad prædicandum gentibus per orbem.

† *Et ſtatuit aquas.* ideſt, tribulationes mundi ab eorũ impedimento compeſcuit. nam tempore tribulationis numerus fidelium magis creuit.

8 *Et deduxit in vtre.* i. ſeipſo, qui eſt nubes ab æſtu protegens & noctem illuminans.

5 *Interrupit.* i. ſeipſum (qui petra dicitur 1. Cor. 10. a.) interrumpi permiſit in ſua paſsione, clauorũ & lanceæ perforatione.

6 *Et adaquauit.* nam inde prodierunt fluenta gratiæ.

10 *Et appoſuerunt.* ſ. hæretici & mali Chriſtiani.

† *Vt pe-*

a *Menſam.* Caſ. Myſtice, refectionem ſapientiæ vel corpus A Chriſti.

* Euth. Per menſam, carnes præſtitas intelligit. Tu illud cõſidera, quomodo B. Dauid ante panẽ & carnes datas fluxiſſe dicat aquam de petra, cũ in Exodo Moſes cõtrariũ tradat. Ibi enim primo legimus pluiſſe illis Deũ panem Mannæ & coturnicum carnes, & deinde aquam dediſſe e petra. Non eſt igitur alia huius addubitationis ſolutio niſi dicas de alio pane, & de B alijs carnibus prophetam hic loqui de quibus in libro Numeri ſcriptum eſt. Bis etenim eis Deus & coturnices pluit & panem, vnde etiam per petrã hoc in loco aquã eam intelligit, quæ effuſa eſt in Horeb, & non eam quæ in Cades.

b *Ideo audiuit.* Caſſiod. Quod dilata vindicta, dedit prius quod petebant, ne videretur non poſſe.

c *Diſtulit.* Aug. Pęnam dans prius, quod licet tentando petebat, ne videretur, non poſſe. & poſtquam dedit, ignis. i. ira aſcendit in Iſrael. Et hoc eſt quod prius dixit. Ignis accenſus eſt in Iacob.

d *Et mandauit.* Vtrũque breuiter poſitũ. ſ. quod audiuit, quod ira aſcendit aperte hic incipit narrare, Et prius quomodo audiuit exequit̃ poſtea in ſequenti parte quomodo vindicauit.

C e *Et ianuas cæli.* Caſ. Ianuę ipſi pręedicatores, quibus intratur in cælum ſcripturæ.

f *Aperui.* Quia dedit ſpiritum ſuis, vt intelligerẽt ſcriptu

g *Manna ad manducandum.* Aug. ſignificat panem, qui de descendit, qui eſt cib. angelorum, quẽ vt mãducaret ho verbũ caro factũ, qui per nubes euangelicas pluitur to do, & apertis co cordibus quaſi cę bus ianuis creden cleſiæ prædicatu tentanti ſynagog

Caſ. Mãna, qui hoc? quia hic cib mirando requir & eſſe corpus Ch ſcitur.

h *Panis cęli.* Ca Nõ aliter quam ſtus de quo cæle id eſt, angeli ref tur eius cõtemp ne & hunc pa verbum quo cibo paſcuntur per carnẽ factu edit homo.

i *Panem angelorum manducauit hom. &c.*

* Euth. Non dicit quaſi Angeli Mãna veſcantur, ſed quia angeli il miniſtrabant. Accuſat namq; & Chriſtus eos, qui panem cęleſtem vere panem putabant, dicens. Amen amẽ d bis, non Moyſes dedit vobis panem de cælo, ſed pate dat vobis panem de cęlo verum, hoc eſt de cęlo ver dentem. Quod autem illud Manna non eſſet angelor bus, ibidem aſſerit Chriſtus dicens. Patres veſtri manc runt in deſerto Manna, & mortui ſunt, reſtat vt cęle pric panis non ſit, nec angelorum cibus.

† petendo. † Ecce. † carnes † iratus eſt † triticum frumentum.

a. Sic & multi cum tentatione quærunt hodie ſapientiam a Deo. b Spirituales vitæ ſuæ. ¶Tunc. Falſa.
ſuis; † vt peterent eſcas animabus ſuis. Et † male locuti ſunt
a Quaſi non hæc diffidentia Deo eſt iniuria.
a de Deo, dixerunt. Nunquid poterit Deus parare menſam
a Caſ. exemplum dant, & de ſimili deſperant. ¶Quaſi poterit, quia & hoc aliud potuit. Quoniam percuſſit, &c.
in deſerto? † Quoniam percuſſit petram, & fluxerunt a-
quæ, & torrentes inundauerunt. Nunquid & panem pote-
a Copioſam refectionem. b Tot hominibus. c Ne videretur non poſſe. d Dando rogata.
b rit dare, aut parare † menſam populo ſuo? † Ideo audiuit do-
¶Pęnam. ¶ Exponit ignem.
c minus & † diſtulit, & ignis accenſus eſt in Iacob, & * ira a-
¶Cur? ¶ Poſſe dare.
ſcendit in Iſrael: Quia non crediderunt in Deo, nec ſpera-
d ¶Chriſto. ¶Audiuit. ¶Et ideo. ¶ Prædicatoribus.
e uerunt in ſalutari eius. Et mandauit nubibus deſuper, & ia-
f nuas cæli aperuit. Et pluit illis manna † ad manducandum,
g a Ideſt manna. b Non labore humano. c Nomine ſignificati intelligitur ſignificans.
h & † panem cæli dedit eis. † Panem † angelorum manducauit
i

## NICOLAVS DE LYRA.

Religioſi ingrati notãtur

1 *Vt peterent.* i. ad ſuſtentamentum vitæ ipſorum cum deberent hoc tenere firmiter ex præcedentib. ſignis. Legũtur autem hoc bis petiuiſſet, ſemel ante dationem legis, vt hẽtur Exo. 16. a. vbi dixerũt Moyſi. Cur induxiſti nos in deſertum iſtud, vt occideres omnem multitudinem iſtã fame: & alias poſt legem datam, vt habetur Nu. 11. b. dicentes Quis dabit nobis ad veſcendum carnes? &c. Et quantum ad iſtud ſecundum ſubditur.

2 *Et male.* & modus loquendi ſubditur, cũ dicitur: Dixerũt;

3 *Nunquid.* i. refectionẽ ſplendidã carniũ, qa erant attædiati eſu mannæ, dicentes. Num. 1. b. Anima noſtra arida eſt, nihil reſpiciunt oculi noſtri niſi man. & quod Deus deberet hoc facere, arguebant per ſignum dationis aquæ de petra dicẽtes.

4 *Quoniam.* i. percuti fecit per Moyſen.

5 *Et fluxerunt aquæ.* Hoc dicitur de prima eductione aquæ ante dationem legis, quæ tangitur Exod. 16.

6 *Et torrentes, &c.* Quia aquæ in magna abundantia exierũt, vt ſupradictum eſt.

7 *Nunquid, &c.* Ex modo loquendi apparet, quod non loquebantur aſſertiue vt fideles, ſed magis dubitatiue, & Deum tẽtantes. Sciendum etiam quod locutio hæc nõ intelligitur de datione mannæ, quæ præceſsit eductionem aquæ de petra immediate prædictam, quia manna fuit prius data, vt habetur Exo. 16. & prima eductio aquæ de pętra poſtea ſubditur. Exo. 17. Sed per petitionem panis, hic intelligitur petitio cibi delicati carnium, quæ ponitur Nu. 11. ideo ſubditur.

8 *Aut parare menſam populo ſuo.* i. refectionem ſplendidam & delicatam. In Hebræo & in tranſlatione Hier. habetur. Aut parare carnem populo ſuo.

9 *Ideo audiuit.* hic deſcribitur domini manſuetudo, quia non ſtatim puniuit eorum ingratitudinẽ, ſed primo impleuit eorum petitionem & diſtulit pęnam tempore debito inferendam. Et circa hoc primo ponitur Dei ordinatio. Secundo ordinationis executio, ibi, & mandauit. Circa primum dicitur. *Ideo audiuit, &c.* non propter meritum, ſed ad ſuæ potentiæ declarationem.

10 *Et diſtulit.* inferre eis pœnam debitam.

11 *Et ignis.* i. furor domini, qui frequenter in ſcriptura per ignem deſignatur, accenſus eſt contra populum deſcendentem de Iacob. ideo ſubditur.

12 *Et ira Dei.* Et eſt expoſitio pręcedentis verbi. Et pr ira Dei aſcendit in Iſrael ad puniendum ipſum, vt vi infra, & cauſa huius iræ ſubditur, cum dicitur.

13 *Quia non crediderunt.* Ex miraculis enim præceden bebant credere firmiter & ſperare, quod Deus nõ d eis in neceſſarijs. Aliter ẽt exponitur ab aliquib. Et i cẽſus eſt in Iacob, de igne qui deuorauit extremam caſtrorum, Nu. 11. ſed prima expoſitio magis conſon ni hiſtoriæ.

14 *Et mandauit.* hic conſequenter deſcribitur diuinæ ordinationis executio. & primo quantũ ad piã exauditionẽ, ſecũdo quantũ ad iuſtã petitionẽ, ibi. *Adhuc eſcæ.* Circa primo ponitur exauditio petitionis panis, cum dicitur. *mandauit nubibus deſuper.* quia manna data eis pro pane Exo rabatur ſurſum in aere, vbi locus nubium.

15 *Et ianuas cæli.* ſ. aerei.

16 *Aperuit.* inquantum manna inde deſcendere fe ſubditur.

17 *Et pluit illis.* deſcendebat. n. cum rore, vt habetur Nu. 11. Ros autem & pluuia differunt ſecundum multitudinem paucitem materiæ. ideo dicitur hic manna deſcendere modum pluuiæ.

18 *Et panem cæli.* i. formatum in celo aereo.

19 *Panem angelorum.* quia manna formabatur & de miniſterio angelico.

## MORALITER.

1 *Vt peterent eſcas.* illa petitio mala q̃ deſcribitur hic vſq; ibi. *In omnibus his.* dupliciter poteſt exponi myſtice. ſ. de cibo corporali & ſpirituali. Primo modo exponitur de malis religioſis & ingratis, qui non ſunt contenti conuentualib. ſibi miniſtratis, cum tñ frequenter talia & pauciora ſuffeciſſent eis in ſeculo, & pp eorum importunitatẽ prælidẽtes monaſterijs condeſcendũt petitioni eorum, & hoc cecidit ad tuale petentium, & aliqñ cum hoc ad corporale ma ex ingurgitatione incurunt infirmitatem, & aliqua tem. Alio modo exponitur de ſumentibus indigne tum eucharıſtiæ, in quo ſub ſpecie panis vera Chriſt tinetur: de talibus dicitur 1. Cor. 11. g. *Qui vero mand judi. ſibi man. & bi.* propter quod in fine concluditur.

a *Africum*: quia ibi ſunt coturnices.
b *Et pluit ſuper eos,&c.* Auguſt. Sic & paruulã fidem. non tẽ-
tum, & credentium paſcit carne editis vocum ſignis, &
perẽ tranſcurrentib. quaſi volatilibus cœli, non tñ ab A-
quone venientibus, vbi frigus, & caligo, ideſt, ab eloquẽtia
ſeculi, ſed auſtro tranſ-
lat ad terras, vt par-
nu audiẽdo terreſtria
nutriãtur ad cœleſtia.
vn: . *Si terrena dixi*
*vo , & non creditis*
*mi quomodo ſi di. vo. cæ.*
c *ſicut pulue.* Caſſio.
Pulis hic ſignificat
intelligentiæ ſubtili-
tatem, quæ ad ſuperna
conſcendit. Arenam
innumeram prudentię
com ſalis ſapore cõ-
ditam.
d *Volatilia pen.* cœle-
ſtia deſideria, quibus
anima paſta pingue-
ſcit hæc intra ſepta ec
cleſiæ poſſumus acci-
pere. vnde ſubdit.
e *Et ceciderunt in me-
dio caſtrorum.* Auguſtin.
Significans per hoc, ꝙ
ſpiritu veniunt venti
ad homines, & portant
verba diuinitus miſ-
ſa: in ſuis ſedibus, & circa tabernacula audiãt, quia in om-
nem terram exiuit ſonus eorum.
f *Et mandu.* Cõuicti ſunt, ꝗ hoc deo impoſſibile putauerũt.
g *Adhuc eſcæ eorum,&c. & ira dei.* Caſſ. de vindictis, & ſimu
la reuerſionibus eorum, timore pœnarum, & tamen ſen-
tentia dei per miſericordiam temperata.
✻ Euthym. Vide quo pacto antequam carnes conſume-
rentur, quas in ore habebãt, fide defecerint, & diuinę virtu
tis obliti ſint. vnde deſiderio quidẽ ſuo ſatiati ſunt, vt diuina
erga eos prouidentia, & virtus cõſpiceretur, ob eorũ tñ infi-
delitatem

a ¶Quæ ſequuntur. b ¶Quæ ab auidis non poterant conſumi. c ¶Quomodo? ¶Ad terras. ¶Non potui loqui vobis quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus.
homo, cibaria miſit eis † in abundantia. Trãſtulit auſtrum 1 2
a ¶Vt inferius flaret. b ¶Ne ſibi det Africus, quæ ex deo habet. c ¶Feruentes, & lucentes prædicatores.
a b de cœlo, & induxit in † virtute ſua Africum. Et pluit ſuper 3
a ¶Abunde. b ¶Carneam fidem, carneis vocibus editam. c ¶Ideo mirum, quod cum eſſent volatilia pennata pro voluntate ea capiebant.
c d eos ſicut puluerem carnes, & ſicut arenam maris volatilia 4 5
a ¶Duobus cubitis ſuper terram. ¶Vt nec difficultas capiendi eſſet.
e pennata. Et † ceciderunt in medio caſtrorum eorum, cir- 6
¶Itinere vnius diei. a ¶Ventre, non mente.
f ca tabernacula eorum. Et manducauerunt, & ſaturati ſunt 7
a ¶Licet eis non profuerit. ¶Conceduntur enim interdum, quæ non proſunt. b ¶Multum ſunt vſi illis carnibus. ¶Ne impotentia a deo videretur.
nimis, & deſiderium eorum attulit eis. Non ſunt † frauda- 8
a ¶Ecce quid diſtulit? b ¶Infidelis, & prauæ generationis: ¶Alias eſca erat. 9
g ti à deſiderio ſuo. Adhuc eſcæ eorum erãt in ore ipſorum, 10
a ¶Superbos, de quibus: Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum.
& ira Dei aſcendit ſuper eos. Et occidit pingues eorum, & 11
a ¶Bonos. b ¶Alias compediuit. c ¶Sed tamen in omnibus peccauit praua illa generatio. 12
h i electos Iſrael † impediuit. In omnibus his peccauerunt ad- 13 14
¶Dei. a ¶Ideo. b ¶Caſſ. quaſi languida tabe, 15
k l huc, & non crediderunt in mirabilibus eius. † Et † defece- 16
a ¶Pro vanitate ſua citius perierunt. b Vnde dicitur alibi: Viri impii non dimidiabunt dies ſuos. 17
m n rũt in vanitate dies eorum, & anni eorum cũ feſtinatione. 18

delitatem, & ventris ingluuiem, effectus eſt ille cibus tandẽ eis in nauſeam, ob quod multi eorum periere. D
✻ Baſil. Cum multum diuinæ potentiæ cepiſſent experimentũ, deum non crediderunt eſcã ſuppeditare poſſe caſtigationẽ illius intulit, vt ſe vtraque præſtare, & bona exhibere, & pęnas inferre poſſe oſtenderet, veruntamen nihilominus in delinquendi peruicacia permanſerunt.
*Eſcæ.* Caſſio. Manna coturnices.
h *Electos Iſrael impediuit.* Auguſtinus. id eſt, impediuit, ne illis prodeſſent, quibus paterno affectu conſulere cupiebant. Vel potius, compediuit, vt cum eis moleſtias ſuſtinerent electi ad exẽ- E
plum, non iuſtitię tantum, ſed & patientiæ.
i *Impediuit.* Auguſtinus. Murmure eorum vt Moyſes, qui dixit: *Nunquid poterimus de petra aquam vobis eycere?*
k *In omnibus his peccauerunt adhuc, & non crediderunt in mirabilibus eius.* correcti poſt hæc omnia grauiora ſunt peccata, quæ ſemper accreſcunt.

† fortitudine.
Numer. 20.b.
† alienati, vel non receſſerunt.
† humiliauit, incuruauit.
† Veruntamen.
† conſupſit.

l *Et defecerunt,&c.* Auguſt. Cum poſſent, credendo, dies in veritate ſine defectu habere.
m *In vanitate dies eorum, & anni eorum.* Caſſio. A ſimilitudine illius, qui in ortu moritur, in vanum eſt natus.
n *Cum feſtinatione.* Auguſt. Et quæ prolixior videtur, vita cito præterit. F
✻ Beda. Cum feſtinatione non ideo dicit, qđ anni ad mortẽ feſtinarent, ſed quia ipſi non corrigebantur, ſed ſemp in peius deciudebãt, ideo videbant quaſi feſtinare ad interitũ.
☞ Similiter

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Cibaria miſit. *quia quilibet colligebat quantũ edere poterat, Ex 16. Cõſequẽter ponitur petitionis carniũ exauditio, cum dicitur.*
e [A]*udi populus meus.* Caſſiodo. Diapſalma. Hactenus de oleo [...]ularium, iam de amurca, quod dicitur ad cauendum, hic [...]untur reprobi.

f [Con]*teſtabor te.* Caſſiod. Ipſe dominus iudicij teſtem ſe facit [...]tatis, tam hic quam in futuro, vt nullus dubitet. Deinde quid velit eum intelligere ſubdit: Iſrael ſi me audieris, D vocando eum Iſrael familiarem ſibi ſignificat, & ad iuſſa inuitat. In te, in corde tuo, vbi veritas, non falſitas debet eſſe. Recens, ne verbum patris putetur ſub tempore. Deũ alienum, qui nomine non eſſentia. Alienum: Penè par eſt ſcelus recentẽ Deũ putare, & idolis ſeruire. Pſal. 3.

a ¶Sed. ¶Quæ erat preſſo peccatis:

a ſeruierunt. In tribu[a]latione inuocaſti me; & † liberaui te, & 1

a ¶Abſcondito tem. ad literam quando nec aperte audebant gemere metu Aegyptiorum cum affligerentur operibus luti. ¶Typice, vbi bellum ſuggeſtionis pateris. 2

b ¶Ita probat nos Deus contradictionibus hæreticorum. 3

b exaudiui te in abſc[a]ondito † tempeſtatis, prob[b]aui te † apud 4

c a ¶Populum contradicentem b ¶Quia tot feci. ¶Intelligite. 5

c ¶Et hic enim tuus eſt pertinens ad torcular. d ¶Vel teſtificabor.

d aqu[a]am contradictionis. * A[b]udi populus me[c]us, & cõteſt[d]abor 6

e ¶Et teſtimonio ſcripturarum probabo. a ¶In te non ad te quaſi foris, ſed in corde vbi imago phantaſmatis tui. b ¶Etſi homo recens, tamen Deus æternus eſt Chriſtus. 7

f ¶Aug. Si non cogitas falſum Deum, nec adorabis fabricatum. Nec debes, quia Ego ſum qui ſum.

g te: Iſrael ſi me audieris, non erit in te[a] D[b]eus † recens, neque 8

a ¶Non alienus. b Et ſi homo. 9

adorabis Deum alienum. Ego[a] enim ſum d[b]ominus Deus 10

a ¶Qui tibi hoc temporaliter præſtiti. b ¶Scilicet. c ¶Per hoc non recens. ¶Per baptiſmum. d ¶Hiſtorialiter: vel, Allegorice de tenebris ignorantiæ. e ¶Deſiderio. ¶Confitendo, amando frange idolum cordis, quod te anguſtat. f ¶Quia apud me fons vitæ & intellectus. †

h tu[a]us, qu[b]i edu[c]xi te de te[d]rra Aegypti, dila[e]ta os tuum, & imple[f]- 11 12

i a ¶Sic monui: Et non au. b Cui legem dedi, & magna feci, vt culpa creſceret.

bo illud. Et † no[a]n audiuit popu[b]lus meus vocem meam[t], 13

g *Non erit in te, &c.* Auguſt. Alij faciunt ſibi recẽtes Deos vel idola, vel Chriſtum imparem patri, & alia huiuſmodi fingũt in corde, & ita ſunt templa ſimulacrorũ in omnibus terrena cogitatio, opinio diuerſa, vanitas vna. Ideo Samſon caudas vulpium colligauit, vt incenderet meſſes Philiſthęorum. Samſon interpretatur ſol eorum, ſcilicet quibus ipſe lucet, non omniũ. de quo mali dicturi ſunt: *Errauimus a via veritatis, & ſol iuſtitiæ non illuxit nobis.* Et alibi: *Sol iuſtitiæ eſt, & ſanitas in pennis eius.* Vulpes ſunt inſidioſi, maximè hæretici, latentes in tortuoſis cauernis decipientes, odore putentes, qui etſi diſſentire ab inuicẽ videntur, in malum tamẽ, id eſt in poſterioribus cõſentiunt, ſimili vanitate tenentur, & incendunt meſſes non noſtrorũ, quia nouit Deus qui ſunt eius, ſed alienigenarum quæ ſunt vaſa contumeliæ.

† ad;. * Sela. † alienus extraneus. Iudic. 15. a. E † obaudiuit. Sup. 5. a. Malach. 4. a.

h *Qui eduxi te.* Factis proprijs indicatur Deus.

i *Dilata os tuum, &c.* * Baſilius & Theodor. Obtemperantem, inquit, per obedientiam teipſum præbe, & accipies bonorum affluentiam. Hinc in reprehenſionem ſermonem conuertit. 2. Tim. 2. c.

* Beda. Quaſi dicat, Anguſtias patitur cor tuum propter falſum deũ, ſed quia ego dominus tuus & Deus ſum, dilata ergo os tuum, credendo, amando, prædicando, confitendo; & ego adimplebo illud. Interius os quidem adimplebo fide F & dilectione, exteriusverò confeſſione & prædicatione.

Et

## NICOLAVS DE LYRA.

[D]eo de tertia perſona ad primam, quæ mutatio frequens [est i]n prophetis. *Manus eius in cophino ſeruie.* i. inſtrumento fa[ct]o ad exportãdum fęces de ciuitatibus, ad quod compelle- b[an]tur filij Iſrael in Aegypto, prout dictum fuit Exod. 1. in H[eb].& in tranſla. Hiero. habetur: *Manus eius a cophino tranſie- r[unt] vel receſſerunt:* & ſic refertur ad tempus, in quo fuerunt a d[ur]a ſeruitute liberati, tranſlatio autem illa refertur ad tem- p[us] quo fuerant in ſeruitute occupati.

1 [I]*n tribu.* Hic conſequenter deſcribitur ingratitudo popu- l[i]: primo quantum ad culpam, ſecundo quantum ad pœ- n[am] ibi; *& dimiſi eos.* Circa primum dicitur in perſona Dei p[ri]mo recolentis ſua beneficia præſtita. *In tribula.* Qua fuiſti o[pp]reſſus in Aegypto dura ſeruitute.

2 [I]*nuocaſti me.* Vt te liberarem.

3 *liberaui te.* In ſignis & prodigijs te educendo.

4 [E]*t exaudiui te.* i. quando tempeſtas veniebat ſuper Aegy- p[tio]s exaudiui te ſaluando quaſi in abſcondito, & loco tuto.

5 *Probaui te apud.* Declarando tuam ingratitudinẽ & rebellionem, Num 20.

6 *Audi populus.* cui ſpecialem legem dedi in monte Sinai.

7 *Et conteſtabor.* i. ero contra te teſtis ſicut, & iudex, ſi legem meam tranſgreſſus fueris, ideo ſubditur.

8 *Si audieris me.* obediẽdo ei quod dixi tibi in datione legis, Exo. 20. a. *Non habebis Deos alienos coram me.*

9 *Non erit in te Deus.* ideſt nulla creatura naturaliter, vel artificialiter facta, erit apud te, a te pro Deo reputata. Omnis enim creatura in tempore eſt facta, & per conſequens eſt recens reſpectu æternitatis.

10 *Neque ado a. &c.* vnde Exod. 20. ſubditur: *Non adorabis ea neque coles. Ego enim ſum dominus Deus, &c.* Et non alius ſicut falſo dixiſti de vitulo, Exo. 32. a. Iſti ſunt Dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de Aegypto.

11 *Dilata os tuum.* petendo tibi vtilia.

12 *Et implebo illud.* dando petitionem tuam, ſi tamen me ſolum recognoueris.

13 *Et non audiuit populus meus.* mihi obediendo.

Pro- Et

1 [I]*n tribulatione.* Homo ſic a Deo illuminatus & conſolatus a quando fortiter impugnatur a dæmone, propter quod debet fortius ſemper orare & feruentius, & ſic Deus eum exaudit, ideo dicit: *In tribu. &c. exaudiui te, &c.* ideſt, in forti impugnatione dæmonum inuiſibilium.

5 *Probaui te apud.* Non ſolum enim dęmones per ſeipſos iu[ſto]s homines moleſtant, ſed etiã per homines malos, vt eos [ab] incepto bono retrahant, & hoc vocatur aqua cõtradictio- [nis]. Nam iuſtus probatur quando per hoc a bono non impe- [ditu]r, ſed magis per conſtantiam in hoc firmatur, & talibus [placet] Deus.

6 *Audi popu. meus.* Et quid dicat ſubditur.

8 *Si audie. me.* in mandatis meis perſeuerando.

9 *Non erit m.* Deus recens dr̃ creatura quę malè amat̃ ſicut pecunia eſt Deus auari, & ribalda luxurioſi, & ſic de alijs.

† *Ego enim ſum dom.* Latria colendus.

† *Qui eduxi.* id eſt, de tenebris peccati.

11 *Dilata os tuum.* i. deſiderium tuum ad bonum.

12 *Et implebo illud.* quia ſolus Deus appetitum hominis poteſt ſatiare.

13 *Et non audiui.* Eccleſia militans eſt ſicut ſagena ad littus mundi tracta, propter quod habet malos homines cũ bonis admiſtos, & pro illis ſubditur: *Et non audi. populus meus vocem. Et dimiſi eos ſecundum deſideria cor. eorum ibunt.* quia propter ſuã malitiam diuina gratia ſubtrahitur, & ſic ſenſualitatem ſequuntur de malo in malum ruendo.

*Non*  *Si*

a *Et dimiſi.* Et ſi impleui ora prophetarum, non tamen ab
A amurca auditi ſunt, vnde digna vitio, quia & dimiſi, &c.
b *Pro nihilo forſi.* Caſſiodo. Si Deo reſiſtimus, ipſe non contradicit inimicis noſtris, nec manum defenſionis ſuper eos ponit.
c *Inimici domin. &c.*
Augu. Hęc item propheta.
d *Mentiti.* non per agẽtes promiſſa: hoc non pagani, quia nihil promiſerunt.
✠ Euthymius. Inimici crucis Chriſti, teſte Paulo, Iudęi ſunt, mentiti autem ſunt Chriſto Iudęi, dum ſermonibus ei blandiebantur, appellantes eum Rabbi, vt diximus ĩ Pſalmo 54. quæ omnia tamen ſimulãtes dicebant. Vel aliter: volens B. Dauid docere quod Iudæorũ
C infidelitas de progenitorum nitorũ radice deſcendebat, eos dicit domino mẽtitos. Nam cum olim Deus legem eis ſtatueret, polliciti ſunt ꝓgenitores ſuos, obſeruaturos ſe eſſe omnia quę mandarat, dicentes: Omnia quæ dixit dominus Deus faciemus & audiemus, & tamen ſępenumero mentiti ſunt, & illius rempſerunt ſermones. Poſſumus illud dicere, qui Iudęi cognati Chriſti eſſent, inimici facti ſunt, & cognationem [illegible] titi.
e *Tempus eorum in ſecula, &c.* Pœn[illegible] hic floreant, [illegible] riatio eorum [illegible] nas.
f *Ex adipe frumenti, &c.*
Auguſtinus [illegible] teram; vel m[illegible] vel corpore C[illegible] vel ſpirituali [illegible] lectu.

† obtemperauit mihi (conſenſit mihi, voluit me)
† cum in duritia, vel obſtinatione.
† plebs mea
B
† Quaſi modicum, pene i. breui tẽpore.
† vertiſſem, vel reduxiſſem.
† eum

a ¶ Ecce, quis, cuius vocem. b ¶ Ingratus de tot beneficijs, nec intendere voluit. c ¶ Ecce currit amurca apertis foraminibus torcularis. Vnde tradidit eos Deus in concupiſcentias cordis eorum.

a & Iſraël non † intendit mihi. Et dimiſi † eos ſecundum de- 1

a ¶ Dedi eos ſibi. b ¶ Et ipſi. Quia propter traditiones ſuas, irrita fecerunt mandata Dei. 2
Quibus libet. Sed. 3

ſideria cordis eorum, ibunt in † adinuentionibus ſuis. † ſi 4

a ¶ Credendo. b ¶ Scilicet. Hoc eſt populus. c ¶ Hoc eſt enim audire me. 5

b † populus meus audiſſet me, Iſraël ſi in viis meis ambulaſſet: 6

a Computandis vel gratis. Alias in nihilum omnes. Redigendo. 7
b Omnis generis. De quibus conqueritur quod per eos peccet.

† pro nihilo forſitan inimicos eorum humiliaſſem, & ſuper 8

a Preſſiſſem potentia. Vindictam. b Queruntur de inimicis. 9
Sed ipſi facti ſunt inimici. 10

c tribulantes eos † miſiſſem manum meam. † Inimici domini 11

a Reſumendo quibus renuntiauerunt, & ſunt nouiſsima peiora prioribus. b Ideo.
Quid inde eis? etſi hic tolerati, non erunt impuniti, non ſaluantur ſolis ſacramentis. c Pene.
d ¶ Qui ſunt iſti: Vel tales ſunt & tamen. e Sacramentis ſuis miſcuit eos, & inde bucellam dedit. Ecce. †

d mentiti ſunt ei, et erit tempus eorum in ſecula. Et cibauit 12

e a Vnde ingrati. b Non ſolum adipe frumenti, ſed. 13
c Idest ſapientia Chriſti vt delectentur verbo Dei, cognitione ſacramentorum, ſolutione parabolarum. Et tamen ingrati.

f † eos ex adipe frumenti, et de petra melle † ſaturauit eos. 14

PS L.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et Iſrael non intendit.* mandata mea paruipendendo, in quo apparet maxima ingratitudo.

2 *Et dimiſi eos.* Hic conſequenter ponitur huius ingratitudinis ſequens pœna quæ eſt multiplex. Prima eſt priuatio gratiæ ſpiritualis, quæ notatur cum dicitur. *Et dimiſi eos.* ſubtrahendo ab eis meã gratiã a peccatis conſeruantẽ, iõ ſubditur.

Ingratitudinis pœna triplex.

3 *Secundum deſideria.* i. ſecundum inclinationem fomitis ad malum.

4 *Ibunt in adinuentionib.* i. in peccatis enormibus ab ipſis inuẽtis. Secunda pęna, eſt ſubtractio ſubſidij temporalis, quæ notatur cum dicitur.

5 *Si populus meus.* i. populus Iſrael quẽ redemi de Aegypto.

6 *Audiſset me.* Mihi obediendo.

7 *Si in viis meis.* præcepta mea obſeruando, quæ ſunt viæ perueniendi ad beatitudinem, Mat. 19. b. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. 8 *Pro nihilo.* ideſt, gratis.

9 *Forſitan ini.* eos ad nihilũ deducendo. Et dicit forſitan, nõ pp mutabilitatẽ diuinæ voluntatis, quę eſt immutabilis, ſed pp vertibilitatem hominis de bono ad malũ, propter quod frequenter impeditur diuinæ promiſsionis effectus, qui eſt ſub conditione ſcilicet ſi homo perſeueret in bono.

10 *Et ſuper tri.* eos interficiendo, ſicut feci Pharaoni in mari rubro, quæ ſubſidia eis nõ feci pp eorũ ingratitudinẽ de pręteritis beneficijs. Tertia pęna eſt inflictio ſupplicij gehẽnalis, quæ notatur cũ dr̃. 11 *Inimi. domini.* Iſti ſunt p[illegible] Iudæi qui promiſerant obſeruare legem Dei. Exod. [illegible] tes. *Omnia quæ mandauerit nobis dominus faciemus, & eri[illegible] dientes:* & tamẽ ſcienter & a propoſito cito trangreſſi [illegible] enormiter, vitulum conflatilem adorantes, Exod. 32.

12 *Et erit tempus.* i. tempus punitionis huius peccati. [illegible] cet tunc in parte fuerit punitum, vt ibidẽ habetur, q[illegible] derunt in illa die quaſi. 23. milia. tamen adhuc reſ[illegible] punitio in futurum ſecundum quod dixit dominus poſt illam mortalitatem. Ego autem in die vltionis [illegible] bo hoc peccatum eorum.

13 *Et cibauit eos.* i. de pane facto de ſimila tritici, quia [illegible] ſtante dicta tranſgreſsione introduxit populum ad [illegible] promiſsam tritico abundantem.

14 *Et de petra melle.* quia apes mellificant in rupibu[illegible] promiſsionis, vbi abundanter mel colligitur, vñ & t[illegible] dr̃ manans melle, Exod. 3. Moraliter põt exponi Pſal[illegible] ſit gratiarum actio eccleſiæ pro aliquo ſeu pro aliqui[illegible] ficijs a Deo exhibitis populo Chriſtiano, verumtñ [illegible] cundũ dictũ ſaluatoris Mat. 13. eccleſia eſt ſicut ſag[illegible] dũ tracta ad littus, & ſic habet bonos cũ malis perm[illegible] gratitudinẽ bonorũ cõſiderans erga Deũ primo in h[illegible] in Deũ per exultationẽ & iubilũ eleuatur, ſecundo [illegible] tudinem malorum conſiderans eos in perſona dom[illegible] teſtatur, & patent partes ſecundum prædicta.

## MORALITER.

5 *Si populus meus.* mihi obediendo.

8 *Pro nihilo.* i. pro modico ſeruitio mihi facto dæmones & malos homines eis ſubieciſſem.

11 *Inimici vero dom.* i. mali Chriſtiani.

† *Mentiti ſunt ei.* recedentes a promiſſo, quod ei fecerant in baptiſmo.

12 *Et erit tempus.* i. eorum punitio erit ęterna.

13 *Et cibauit eos.* i. ſacramento Euchariſtię.

14 *Et de petra melle.* i. de Chriſto de quo dicitur. 1. C[illegible] Petra autẽ erat Chriſtus. Qui mel conſolationis adm[illegible] ſuis fidelibus, ſed quando fiunt ingrati de tantis be[illegible] permittuntur a Deo in fęcibus ſuis, & aliquando [illegible] mortem, & ſic incurrunt pęnam æternam.

Et

## ADDITIO I.

In Pſal. 70. *Exultate Deo,* vbi dicitur in poſtil. Et ideo Pſal. iſte diuiditur in duas.

Pſal. iſte non vr̃ vere exponi in poſtil. eo q, præſupponitur falſum tã circa cauſam celebrationis feſti tubarũ, q̃ etiã circa tẽpus completæ collectionis fructuũ in terra promiſſionis. Quod patet ſic, nã feſtũ tubarũ non celebratur pro gratiarũ actione de fructibus collectis ipſius anni, ſicut neq; collectio fructuũ tunc erat completa, prout poſtil. ſupponit in hoc loco, cuius ꝯrium ipſemet fatetur infra pſal. 83. vbi dicit q, 22. menſis Septembris erat tẽpus ad hoc aſsignatũ. Falſitas ãt præſuppoſiti prædicti patet. Legitur. n. Deut. 16. c. *Solemnitatem quoque tabernaculorum celebrabis per ſemptem dies, quãdo collegeris de area, & de torculari fruges tuas:* Ex quo patet manifeſte, q, in feſto tabernaculorũ de hoc agebatur, & q, pro tũc erant fructus collecti, non ãt in feſta tubarum. Idẽ patet Leui. 23. vbi ſic dr̃. *Quintadecima ergo die menſis ſeptimi, quando congregaueritis oẽs fructus terræ veſtræ celebrabitis ferias domini. 7. dieb.* Vñ ad veriorẽ intellectũ huius Pſal. ꝓmittẽda ſunt duo. Primum eſt, qd inter feſta vet. teſta. de qbus agit [illegible] prædicto capitulo, & in alijs locis quędã erãt celebr[illegible] gaudio & lętitia in memoriã pręteritorũ beneficio[illegible] feſtũ paſchę in memoriã redẽptionis Aegyptiacę & Pẽtecoſtes in memoriã dationis legis, & feſtũ tabe[illegible] rũ qñ celebrabatur. 15. die mẽſis ſeptimi, in memoriã ciorũ Dei in deſerto exhibitorũ, de quo feſto dicit [illegible] capitulo: Habitabitis in vmbraculis ſeptẽ diebus, & diſcant q, in tabernaculis fecerim habitare filios I[illegible] quo qdẽ feſto. ſ. tabernaculorũ reddebant gratiarũ cũ magna lætitia de fructib. collectis de eodẽ anno præallegato cũ dixiſset: Qñ cõgregaueritis oẽs fru[illegible] u eſtræ, celebrabitis ferias dñi ſeptẽ diebus: poſtea *Sumetiſque vobis in die primo fructus arboris pulcherrimæ que palmarum,* & ſequitur: *Et lætabimini coram domino ſemptem diebus.* Quædã vero alia feſta celebrabantu[illegible] vt in illis tẽporibus ad Deũ conuerterentur, & iõ licet celeberrima, non tamen cum gaudio ſaltem celebrabantur: Quæ quidem feſta duo erant.

Pri-

P nū.ſ.prima dies mēſis ſeptimi in qua excitabant̃ ad ↄ-
rit nē,vt ad Deū conuerterent̃:& iō illa dies vocabat̃ dies
cla oris,Nu.29.a. *Dies clangoris eſt & tubarum.* Sit̃r vocabat̃,
& ſ ū memoriale,Leu.23. Qđ quidē memoriale pōt intel-
ligi pliciter.Vno modo reſpū celebrantium, qui habebāt
red ere ad memoriā flagitia pterita,vt ptererent̃.Alio mo
do ſpū Dei,qui memor iuſtitię pr̃um, & pmiſſionū quas
ei erat,& ſpāliter Abrahę, filios eorū reducerct ad ſtatū
pri & auerteret ab eis iram ſuā,vt patet, Exo.32.vbi agitur
de pitiatione peccati vituli, & in alijs locis quāplurimis,
vbi emoria patrū, pro venia poſteritatis eorū allegabatur.
S lm vero feſtū,erat x. die huius mēſis ſeptimi,qđ voca-
bat es expiationis celeberrimus & ſanctus, pp expiat ionē
pct im,q̄ in illa die a Deo expectabāt,vñ Leu.16.In quo q-
den eſto ceſſabāt gaudia quecūque tpalia,imò tenebantur
affl ere aı̄as. Dr̃.n.Leuit.23.c. *Omnis anima quæ non fuerit affli*
*hoc,peribit a populis ſuis*. Rō autem quare dies prima &
ecima menſis ſeptimi erat aſsignata ad hmōi pęniten
& propitiationem, Nume.prædicto ca. eſt videnda.
S ſo premittendū eſt , q̄ tubæ in veteri lege dupl̃r acci-
.Vno mō p tubis ductilibus,q̄ de metallo fiunt, q̄ qdē
vocant̃ in Heb. *hacoſroth* . & iſtis vtebant̃ in ſolēnib.læ
& in bellis,& in alijs cōgregationib. ſiı̃r & in feſtis pri-
iō dictis,& in neomenijs cōibus.vñ Num.10.c. *Si qñ ha*
*epulum & dies feſtos & calendas canetis tubis ſuper holocau-*
*c.* quæ quidē tubæ erant argenteæ,vt ibidem dr̃,& vo
t̃ *hocaſrot*, vt dictū eſt. Alio mō accipit̃ tuba p cornea,
ñq; dr̃ buccina, & talis tuba ſemp vocat̃ in Heb. non
ot, ſed *ſophar*, & talibus tubis vtebant̃ ſpāliter qñ Deus
us miniſtri populū intendebant excitare ad attentionē
us magni, ſicut in datione legis legit̃: *Clangorq; buccinæ*
*entius perſtrepebat*, vbi loco buccinæ hr̃ in Heb. *ſophar*.
Ex 19.c. Siı̃r qñ prophetæ exhortabānt̃ populū ad pn̄iam,
exhortatio aſsimulabat̃ in ſcripturis voci tubæ corneæ,
a.58.a. *Quaſi tuba exalta,vo.tuā:* & Ezech 33.a. *Si audiens*
*quis ſonitum buccinæ, non ſe obſeruauerit , & c. ſanguis ipſius*
*caput eius erit.* Vñ in quolibet iſtorū locorū, & ſimilium
hr̃ Heb. *ſophar* non *bacoſrot*, licet tranſlatio nr̃a indifferen
deatur iſta accipere, vt in plurib.In hoc igit̃ feſto,ſcili-
langoris ſeu tubarū non tuba ductilis, ſed cornea ad p-
tionē pn̄iæ clangebat̃ rōne prædicta . His pmiſsis pſal.
uit pprie ordinatus p feſto tubarum, ſicut ēt hodie He
eundē pſal.cantant in eodē feſto, ſed non ordinatur ad
arum actiones,de fructibus collectis, vt in poſtil.ſed po
t præpararentur per timorem Dei ad expiationem,ſeu
gentiam in proximo futuram. ſ.in decima huius men-
:dictum eſt.Vnde Pſal.circa hoc octo facit .
imum præponit,q̄ coiter. ſ.in alijs temporibus præfer-
eſtiuis exultandum eſt Deo, & iubilandum tanquā ve-
iutori & gubernatori. &.hoc non ſolum mente & ore,
tiam cum muſicis inſtrumentis, & de hoc intelligūtur
verſus primi.ſ. *Exultate Deo,&c.* Date tympanum .
ſequenter ſcđo dicit,q̄ in feſto tubarū al̃r eſt agendū.
ō in muſicis inſtr̄is iucundis, ſed potius in tuba cornea
angendū ſeu buccinandū,eo q̄ hoc feſtū nō ordinat̃ ad
am actionē de pręteritis, ſeu potius ad ↄtritionē de cō-
is, & ad diſponendū populū ad ſuſcipiendā expiationē.
icit: *Buccinate in neomenia tuba*. ſ.cornea.vñ in Heb.in hoc
dr̃ *ſophar*, qđ nullo mō ſignificat niſi tubā corneā , qđ
ad excitationē pctorum ad pn̄iam puocando eos non
etitiā,ſed ad timorē . Et qa neomenię ſunt. 12. in quoli-
nno, ſicut & 12.lunationes: idcirco declarat quæ ſic iſta
menia , de qua in hoc pſal. loquit̃ dicens: In inſigni die
ſonitatis vr̃æ. Ceteræ aūt neomeniæ nō erant ſolēnes, qđ
t ex hoc, q̄ nō cōnumerabant̃ inter aliās ferias dn̄i ſan-
Leui.23.vñ & in eis poterāt opa ſeruilia facere, ſicut &
ijs diebus pphanis.Sed hęc neomenia.ſ.ſeptimi menſis
ſolennis & ſancta, in qua non licebat aliqd opari, vt in
cto ca.hr̃.Et hoc notat̃ cum dicit: *In inſigni die ſolennitatis*
*vr̃æ*, i.i illa neomenia tm̄ debet buccinari tuba cornea mo
orędicto,& nō in alijs.In cęteris aūt neomenijs tubæ du-
es clangebantur,vt Nu.10.vbi ſuprà. Cuius rōnē reddit.d.
*a præceptum in Iſrael eſt,&c.* exponatur vt in poſtil.
ōſequenter tertiò,quia hoīes ſæpe retrahunt̃ a diuino ti-
re:igit̃ Pſalmiſta ducit ↄ tales teſtimoniū dicens: *Teſtimo*
*in Ioſeph poſuit illud*: Cuius ſenſus eſt,q̄ in hiſtoria Ioſeph
manifeſtū teſtimoniū,q̄ hō debet pponere diuinū timo-
amori humano. Ioſeph.n.cū ab vxore dn̄i ſui agitaret̃ , vt
mitteret adulteriū,diuinum timorē allegauit dicens: *Quo*
*ſum facere malum hoc,& peccare in Deum meum?* Geneſ.39.b.
quidē Ioſeph licet ob hanc cauſam fuit acriter incarce-
us,de eo.n.legit̃ in pſal.104. b. *Humiliauerunt in compedibus*
*des eius, &c.* poſtea tm̄ de carcere eductus prępoſitus fuit
ſuper

ſup totam terram Aegypti,vt hr̃,Gen.41.b.Et hoc eſt qđ dr̃: D
*Teſtimonium in Ioſeph poſuit illud,&c.* hoc eſt dicere,manifeſtē
videmus,qđ Ioſeph fuit ab oneribus & ſeruitutibus in quib.
fuerat poſitus, diuinitus liberatus , eo q̄ timuit Deū plus q̄
hoīes.Et non ſolū hoc , ſed ēt ſuper terrā Aegypti quaſi dn̄s
exiuit. Gen 41.c.cuius regiōnis linguā nō nouerat, qđ eſt ma
gis mirabile q̄ hr̄e dn̄ium ī ppria pr̃a. Et ex his patet ppria
expoſitio horum verſuū vſque ibi excluſiuē: In tribulatione.
Cōſequenter quarto inducit aliud teſtimoniū de populo
Iſraelitico.d. *In tribulatione inuocaſti me,&c.* Ad quod ſciendū,
quod teſtimoniū de Ioſeph prædictum non oīno ſuffeciſſet
ad inducendum pctōres ad pn̄iam,cū ipſe Ioſeph eſſet iuſt⁹,
de quo nullus defectus pct̄i in ſcriptura legit̃, quod nō inue-
nit̃ in cōi ſtatu hoīum,de quibus.1.Ioh.1.c. *Si dixerimus quod*
*peccatum non habemus , &c.* Miſericordia igit̃ diuina circa Io-
ſeph facta forte non eſſet trahenda ad ↄtiam quantum ad
manifeſtos pctōres , iō pſal. ſufficiens inductiuū allegat quo
ad pctōres, vt timore pctōrum cōmiſſorum a cōtritione nō
deſiſtāt.vñ dicit:In tribulatione inuocaſti me,& liberaui te,
vbi loquitur populo Iſraelitico quē Deus liberauit a tribula-
tione Aegyptiaca,de qua vt in gloſ.metu Aegyptiorum non
audebant gemere cum affligerētur.vnde Exo.2.d. *Poſt mul-*
*tum verò temporis mortuus eſt rex Aegypti,& ingemiſcentes filij Iſ-*
*rael propter ſeruitium , quod erat durum , &c.* Ex quo apparet,q̄
in tpibus longe retroactis gemere non audebant, & iō dicit:
*Exaudiui te in abſcondito tempeſtatis, quia tribulationes illæ quaſi in*
*cordibus abſcondebantur.* Sed q̄ hæc liberatio nō fieret eis tan-
quam bonis & iuſtis,ſicut facta fuit Ioſeph,oſtendit cū ſeq-
tur: Probaui te apud aquam ↄdictionis , de qua legitur Nu- E
me.20.b.in ↄdictione de qua potentia diuina,& eius bonita-
te detraxerūt dicētes,vt in pſ.78.c. *Nunquid poterit Deus men-*
*ſam parare in deſerto?* Ex quib. concludit̃, q̄ non ſolum bonis
Deus puidet de ſua miſericordia,ſed ēt pctōribus, qđ intro-
ducit Pſal.ad excitādum populū, vt cōuerteretur ad Deum.
Cōſequēter quintò,qa hoīes frequēter retrahunt̃ a timo-
re diuino pp falſas ſuggeſtiones dęmonū, qui vt plurimū in
idolis colunt̃.idcirco Pſal.dicit; Audi popule meus,&c.quæ
verba plane intelligunt̃ ad idololatriā, ↄ quā dupliciter phi
bet.Primò.ſ.in corde,cū dicit, *Non erit in te.* i.intra te . Deus
recens,quia ſm gl.cū imago recentis Dei.ſ.nō ęterni in mē-
te portat̃,tunc imago veri Dei, in ipſa creatione aīę impreſ-
ſa,remanet vetuſta. Scđo idololatriā phibet in exteriori cul
tu,& hoc cum dicit. *Neo adorabis deum alienum:* & quia ad iſta
erāt obligati per pcepta diuinę legis, in prima tabula ↄtēta,
q̄ incipiebat a cognitione Dei,Exo.20. *Ego ſum Dn̄s Deus tuus,*
*qui eduxi te,&c.*Idcirco Pſal.hic cōmemorat illud verbū.ſ.pri
mū in decalogo, cui īmediate ſequunt̃ pdicta pcepta, vñ p-
prie premiſit; *Audi popule meus,& conteſtabor te.* i.teſtimonijs
ſcripturarū probabo qđ dicam tibi: *Non erit in te Deus recens.*
Cōſequenter ſexto,quia multi retrahuntur a diuino timo
re ſeu cultu timentes ne deficiant in tpalibus, quæ credebāt
hr̄e a dæmonibus,quos ī idolis colebāt,iuxta illud Oſee 2.a.
*Vadam poſt amatores meos qui dant panes mihi,&c.* Idcirco Pſal.
contra hoc dicit: *Dilata os tuum,& implebo illud:* quod pōt du-
pliciter intelligi.Primo reſpectu bonorum temporaliū, quia
Deus nunq̄ deficit in neceſſarijs,iuxta illud pſal.33.b. *Requi-*
*rentes autem dominum,non minuentur omni bono.* Secundo reſpe-
ctu bonorum ſpiritualium,quæ in bonum infinitū ordinan-
tur,circa quod notanter dicit : *Dilata os tuum:* quia deſideria
temporalium licet multa & varia, anguſta tn̄ ſunt & modici
valoris,eo q̄ ſunt finita. Sed deſiderium cœleſtium bonorū
quæ ſunt infinita,requirit magnam dilatationem,ſeu capaci
tatem in recipiente.ideo dicit, *Dilata os tuum.* q.d.non deſide F
res breuia & finita,ſed infinita & æterna . *Et ego implebo illud,*
quia ſolus Deus poteſt tale deſiderium ſatiare .
Conſequenter ſeptimo,quia ſm Philoſophum plures ſūt,
quos ſenſus certificat,quā quos ratio perſuadet,idcirco Pſal.
ad certificationem prædictorum inducit teſtimonium expe
rimentale de ipſo populo Iſrael , qui quandiu receſſerunt a
Deo, & adhæſerunt idolis, fuerūt deſerti a diuina protectio-
ne, vt patet in multis hiſtorijs ſacris , ſpecialiter in libro Iudi-
quaſi per totum , & hoc eſt quod dicit . *Et non audiuit populus*
*vocem meam,&c.* Et dimiſi eos. i.permiſi eos ambulare ſecun
dum deſideria cordis eorum , & exponatur prout in poſtil.
& ſequitur : *Ibunt in adinuentionibus ſuis* , iuxta illud Oſee 9.c.
*Facti ſunt abominabiles , ſicut ea quæ dilexerunt*: & loquitur de
idololatris.
Conſequenter octauo idem intendit inducere ab oppoſi-
to, quia ſcilicet qñ populus ille obediebat mādatis Dei com
muniter,proficiebat in duobus . Primo ſcilicet,quia a Deo
protegebat̃ ſpecialiter ab hoſtibus. Secundo quia prouideba
tur ei a Deo,non ſolum circa neceſſaria vitæ,ſed etiam circa
quædam delectabilia, quæ conferunt ad vitæ conſeruationē.

A Primū oſtendit, cū dicit: *Si populus meus audiſſet me.* Et nota, q̄ in Hebræo nulla dictio ponit̄ hic q̄ ſonat forſan, vel fortitam, quę eſt dictio dubitandi, ſed hr̄ ſic: Iſrael ſi in vijs meis ambulaſſet, quaſi pro modico inimicos eius humiliaſſē. q. d. ſine vlla difficultate, qa qđ modicū eſt, quaſi pro nullo reputatur, ſm Philoſophū 2. Phyſic. & hoc eſt manifeſtū, qa volūtati diuinæ nō eſt qui reſiſtat. Et qa qn̄cunque populus Dei in vijs eius ambulat, tribulantes eos, ſunt inimici Deo eo q̄ pſequūtur populū ſuū, & turbant eius cultū, idcirco cū Pſal miſta dixiſſet: *Super tribulantes eos miſiſſem manū meā:* Subdit, *Inimici vero domini mentiti ſunt ei.* q. d. tribulantes populū Dei inimici dn̄i ſunt, eo mō quo dr̄ Exod. 23. c. in ſimili materia. *Inimicis ero inimicis tuis.* Similiter & tales inimici Deo mētiūtur, inquantum denegant eis dominiū generale, ſm qđ tenentur ſeruos ſuos ſeruare, & non turbare cultum eius, & ſequitur: Et erit tempus eorum in ſecula, exponatur prout in poſtilla. Quo ad ſecundum dicit: *Cibauit eos ex adipe frumenti.* ad

ad oſtendendū q̄ Deus prouidebat populo ſuo de ptin... bus ad cōſeruationē vitæ, q̄ in nomine panis includūt. Similiter prouidebat eis de alijs delectabilibus ad cōſeruationē vitæ cōferentibus. Et circa hoc dicit: *Et de petra melle ſaturauit eos* qa terra promiſſionis de his oībus abundabat... bus Pſ. intēdit inducere populū ad diuinū timorē, p... rē tubę corneę in prima parte ſignatū, oſtēdēdo eis exempla de bonis tpalibus, qbus pp̄ls ille ad actus virtutū inducebat.

REPLICA. In Pſal. *Exultate Deo.* Poſtil. & Bur. ſat cōcordant in cōcluſione, quia quod Burgen. exponit de more Dei, Poſtil. de laude Dei, qa timor filialis non ſine laude, nec laus ſine timore. In quibus vero diſſonant, ptinet cultū Iudæorū, quē puto ſecundū vſum modernorum Burgen. fuiſſe magis notū, Poſtil. tamen ſecundum vſum antiquum in ſcriptura ſatis oſtendit fundamentū. Nec multū per... ad intellectum ſenſus literalis ille vel iſte vſus cultus certum non eſſe omnino eundem &c.

GLOSSA ORDINARIA.

a *Pſalmus Aſaph.* Caſ. Pſalmus de duabus naturis in Chr̄o. quo Chriſtus vel propheta loquēs, exprobrat ipſi Aſaph, id-
B eſt, ſynagogæ, quę dominum corporaliter vidit, & tamen eum non cognouit.

Caſſ. Primo nunciat Deum ſteiſſe, & arguit contrarios. Stat homo, diſcernit Deus.

PSAL. LXXXI.

b *DEus iſte.* Caſſ. Cuius nō eſt ſtare qui cælū & terrā complet, qui eſt intra omnia non incluſus, extra omnia nō excluſus, ſed breuiter Deus hominem iudicat.

c *Stetit.* Aug. Filius qui miſſus ad oues domus Iſrael, ſpiritualis autē pręſentia deitatis, quę vbique non proprie ad ſynagogā pertinet, nec tēpore variatur. Cur ibi ſtetit, *Ecce deos dijudicat*, ideſt, ſecundū qđ Deus. i. nō meritis, ſed gratia diſcernit vaſa, alia in honorē, alia in cōtumeliā. Hoc autem facit ſtans in medio. vn̄, Medius veſtrū ſtetit, quē vos neſcitis, vn̄ & hic, Neſcierunt neque intell. ſed amicus ſponſi ſtat & au. & gaudio gaudet.

Rom. 9. e.
Ioan. 1. d.

d *Deorum.* Aug. Quos poſt, filios excelſi dicit, ibi: *Ego dixi dij eſtis, & filij excel. omnes.* Vnde ēt filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. Filij dicuntur non ſolum gratia noui teſta. ſed gratia veteris, quæ eos de Aegypto liberauit.

Ioan. 3. d.
Eſa. 1. a.

C e *In medio autem deos diiudicabit.* * Euthymius. Stans in medio eorū dijudicabit, hoc eſt, redarguet, principes ſcilicet & iudices populi, vt iam dictū eſt, vel, in medio, dixit pro... multis. Magna etenim cū libertate Chriſtus eos reprehēdebat, dicens, Vę vobis ſcribę & Phariſęi hypocritæ, q̄ hęc atque illa facitis. Hebręi vero expoſitores dicunt, Deus in medio principū, inuiſibilis conſpectui eorum exiſt...

a ¶ Fit. b ¶ Synagogæ quæ hic redarguitur, vt ſaltem tunc intelligat quod non ante.

Pſalmus Aſaph. LXXXI.

a ¶ Factus homo. b ¶ Populus Iudæorum.

DEus † ſtetit in ſynagoga deorum : in 1

a ¶ Aug. Non meritis ſed gratia diſcernit vaſa, alia in ho, alia in cont. 2

medio autem † Deos diiudicat. Vſque- 3

a ¶ Maiores. b Inique. Similitudines. 4

quo iudicatis iniquitatem, & facies 5

a ¶ Minores. b ¶ Quaſi: Nolite iudicare iniquitatem vel conſentire iudicantibus, ſed potius. Hoc maioribus dicitur. 6

† peccatorum ſumitis? * Iudicate ege- 7

a ¶ Ad honorem eius voluit eſſe ſine patre propter vos. b ¶ Chriſtum factum.
c ¶ Propter vos, non illos propter ſe ſuperbos. d ¶ Iuſtum prædicate.
e Hoc modo minoribus dicitur. 8

no & pupillo, † humilem & pauperem iuſtificate. † Eripite 9

pauperem ; & egenum de manu peccatoris † liberate 10

a ¶ Sed. Hoc omnibus conuenit prælatis & ſubditis. Si cognouiſſent, nec illi do. gloriæ cruci. nec iſti Barrabam eligerent. b ¶ Neque curaut ſcire, quaſi neſcire voluerint. c ¶ Quia. ¶ Ideſt, excæcati ſunt.

Neſcierunt, † neque intellexerunt, in tenebris ambulant: 11 12

† ſtat in cōgregatione Deorum (iudicū)
† Deorum
† impiorum ſuſcipitis.
† afflictum
† & non

in medio mul... eos redargue... pphetas, ſi pri... tū atque imp... indigne exerc...

f *Vſquequo.* A... Hæc eſt vox ... nentis, Miſit ... & prophetas. ... ſtitiſtis, ſed ... que? Num v... aduentum? mi... phetas, & init... feciſtis, vel in ... ſtis, vel hoc: ... bus conſenſiſt... cum hæc ag... nec loqui dig... vos qui tacui... imitari eos ... ſtis, vſqueque ... caris iniquita... cies pecca. ſumitis. Num & hæres occidendus eſt, ... vobis venit, qui pro vobis ſine patre eſſe voluit vt pu... qui propter vos eſuriuit & ſitiuit, vt egenus, qui prop... pauper factus eſt, cum eſſet diues.

g *Iudicate egeno & pupillo, pauperem & humilem iuſtifica...* Diapſalma, monet intelligere Chriſtum eſſe Deum... egenus & pauper fuit, quod eos non feciſſe dicit.

h *Eripe paupe.* Aug. Oſtendit nec illos immunes, qui p... ferunt principibus Chriſtum, cum prę multitudine ... rentur, & poſſent illos a facto & ſe a conſenſu liberar...

Caſſio. Qui enim deſinit obuiare cum poteſt, co...

NICOLAVS DE LYRA. PSAL. LXXXI.

DEus ſtetit in ſyn. Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræ. & in translatione Hierony. *Pſalm. Aſaph.* ex quo apparet autor. De materia vero huius pſal. dicunt expoſitores Heb. & catholici, quod Aſaph fecit hunc pſal. contra peruerſos iudices arguens eorū nequitiā, & petens ſup hoc diuinā iuſtitiā ad lineā equitatis talia reducentē: Dicit igitur:

1 *Deus ſtetit in ſynag.* ideſt, in congregatione. Et dicitur a ſyn quod con, & goge aggregatio.

2 *Deorum.* i. iudicum ſecūdum quod dicitur, Exod. 22. b. *Ad Deos vtriuſque cauſa perueniet.* i. ad iudices, Et dicitur Deus ſtare in congregatione iudicum, quia clare videt, & attente facta & dicta eorum, ideo ſubditur.

3 *In medio autem.de.di.* i. diſcernit vtrum iuſte vel iniuſte iudicent, & ideo ſubdit Aſaph & contra iudices peruerſos.

4 *Vſquequo.* ideſt, quandiu. 5 *Iudicatis iniqui. &c.* iuſ... do partem iniquam propter munera vel fauorem.

6 *Et facies peccatorum ſu. &c.* ideſt, perſonas malorum propter eorum potētiam vel aliam cauſam malam acc...

7 *Iudicate egeno.* eius iuſtitiam declarando.

8 *Humi. & pau. iu.* ideſt, ſuam iuſtitiam conſeruate.

9 *Eri. au.* de manu diuitis iniqui.

10 *Et ege. de m. p. li.* qui calumniantur iniuſte.

11 *Neſ. neque in.* ſ. talia facere, non propter ignorantiā ... ſed propter errorem electionis, quam ignorat omnis ... vt habet̄. 3. Ethi. Quia etiam ille qui peccat ex certa ... tia, ignorat ſcilicet, quod tale malum ſit dimittendū ... uetur aliquo bono apparēti, qđ tunc elegit ex peruer... ctione ipſum ad hoc inclinante, & ideo ſequitur.

12 *In tene.* qa peruerſitas affectus inducit tenebrā i int...

Vſ-

MORALITER.

1 *Deus ſtetit.* Aſaph videns iuſtitiā ſubuerti per iudices malos, fecit pſal. iſtū ꝯ eos. Myſtice vero pōt exponi cōtra ſacerdotes & ſcribas Iudæorum qui Chriſtū & eius diſcipulos innocentes condemnauerunt ad mortem, & ſic dicit̄, Deus ſtetit in ſynagoga Deorum, ideſt, iudicum, unde dicitur: Exo. 22. b. *Vtriuſque cauſa ad Deus veniet.* Deus enim pręſentialiter videt hominum iudicia, diſcernent, ſi ſint iuſta. ideo ſubditur:

3 *In medio autem Deus diiudicat.* Et contra maios dicit:

4 *Vſquequo iudi. iniquitatem*, iniqua iudicia proferendo

6 *Et facies peccatorum ſumitis.* eos iniquos iuſtificando

7 *Iudicate egeno.* i. pro eo eius iuſtitiā cōſeruando. Ta... runt Chriſtus, & eius diſcipuli, qui tamen fuerunt a ... ſacerdotibus condemnati. ideo ſubditur:

8 *Neſci. neque in. &c.* ideſt, ſcire, & intelligitur noluerunt eorum ſanctitatem.

12 *In te.* ignorantię affectatæ quę magis aggrauat q̄ e...

…ouebuntur. Caſs. Hinc patet de quo dixerat, hoc ſignum …ucifixione contigit. Vel ſpiritualiter terreni moti ſunt …tempore, viſo tanto mireculo, vt Centurio qui dixit; *Ve-…ius Dei erat iſte.*
…ug. *Mouebuntur omnia fundamenta.* Q. per hanc Iſrael ęci-…m. Mouebuntur, …dē. Omnia fun. …e, ideſt, plenitu-…entium intrabit. …in morte, & paſ-…e domini mota …erra. Vel, funda-…ta, id eſt, felices …a terrenorũ mo-…intur. Vel, admi-…coli pauperem …tuum. Vel eum …emptis terrenis …ido. Addit: Om-…, quia nullus eſt …on miretur, vel conuertatur. Terrenę autẽ felicitatis re-…m eſt ſuperbia, ꝯ quam venit humilis Chriſtus, expro-…s eis quos vult facere altos per humilitatem his verbis: …*dixi: dij eſtis*, vos boni. Vos aũt mali, ſicut hoïes moriemi-…el omnibus dicit, dij eſtis. ideſt, omnibus promiſi cęle-…vos autẽ ſicut ho. primi qui ſuaſione peccauerũt, & vos maiores

maiores ſicut diabolus qui ſuperbia peccauit. D
b *Ego dixi.* Caſſiod. Quid eis propoſitum? ſed perierunt.
Caſ. *Ego dixi.* Neſcierunt neq; intelle. tamen. *Ego dixi.* Has promiſſiones omnes accipiunt ſi mandata cuſtodiũt, vt ſint filij Dei, hoc ad iuſtos. Vos autem, hoc ad malos.

a Tamen. b Super quos ædificantur, vt boni ſuper apoſtolos. c ¶Per adoptionem gratiæ. d ¶Vos boni.

a † mouebuntur omnia fundamenta terræ. † Ego dixi, dij eſtis, 1

b a Hæredes. b Dei. c Cuiuſcunque conditionis. d Mali. e Peccatores qui non redempti. Primi Adam & Eua, qui ſuaſione diaboli peccauerunt. f Per infirmitatem carnis. 2

c & filii † excelſi omnes. * Vos autem ſicut homines morie- 3 4

a Per elationem animi vt diabolus. b Non extollemini. Per ſuperbiam. c ¶A mortuis. d ¶Vos cadetis, ſed tu.

mini, & ſicut vnus de principibus cadetis. Surge Deus, iudi- 5 6

a ¶Quæ tumuit te crucifigens. b ¶Alias diſperdes, terram ipſam, vel conterendo eos penitus, & ab hæreditate exterminando, vel affectum terræ in credentibus abſumendo, ſecundum quem intellectum dicitur: Tu hęreditabis ter. in o. g. 7 8

d e ca terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus. 9

c *Sicut homines.* Auguſtinus. Quaſi: Cum cito, ſicut homines, † ſitis morituri, non inde corrigimini, ſed vt diabolus qui carne non moritur, extollimini, vt cadatis: quia per ſuperbiam diabolicam inuiderunt gloriæ Chriſti, & viluit eis humilitas crucis. Sed vt hoc vitiũ ſanetur ex perſona prophetæ ſubditur: *Surge Deus, &c.* 17. diſ. c. 1.
d *Sicut vnus.* Auguſtin. Turba quæ cecidit dicitur vnus, quia in ſuperbia ſimilis. Vos cadetis, ſed:
e *Surge Deus.* Aug. ideſt, damna iſtos, quia his repulſis, tu hęreditabis. Vel iudica mundum, quia tuus eſt, & hoc eſt, tu hæreditabis. E

NICOLAVS DE LYRA.

1 …ouebuntur omnia fundamenta terræ. *in finali iudicio in …ſta peruerſa ad debitum ordinem iuſtitiæ reducentur.*
2 …go dixi dij eſtis. *ſcilicet participatiuè, eo quod iudices ex officio …executores diuinæ iuſtitiæ.*
3 …t filij excelſi omnes. *inquantum ad eius imaginem ſunt facti.*
4 …os autem ſicut homines moriemini. *quia poteſtas veſtra …præſeruabit a morte.*
5 …t ſicut vnus de principibus. *Ideſt de angelis ſuperbientibus.*
6 …adetis. *In foueam gehennæ, per æquitatem diuinæ ſententię. ideo ſubditur:*
7 Surge Deus iudica te rram. *Ideſt ſurges ad iudicandum habitantes terram generaliter.*
8 Quoniam tu hęreditab is. *quia finali iudicio peracto, omnes electi erunt ſubiecti ordini ſuæ miſericordiæ immobiliter, & reprobi ordini ſuæ iuſtitiæ.*
9 *Myſticè poteſt exponi pſal. iſte, cõtra ſacerdotes & ſcribas Iudæorum, qui Chriſtum humilẽ, & pauperem condemnauerunt ad mortem, propter quod per diuinũ iudicium a Romanis fuerũt tẽporaliter occiſi & captiuati, & in iudicio extremo erunt æternaliter condemnati.*

MORALITER.

1 *Mouebuntur omnia fundamenta terræ.* ideſt, Iudææ, quę deſtru…fuit per Romanos in vindictam mortis Chriſti & diſci…orum eius.
2 …go dixi. Hic ponitur beneficium a Deo iudicibus datum, …x hoc grauius appareat eorum peccatum cum dicitur: …*dixi dij eſtis.* ſcilicet participatiuè, inquantum habebant …eſtatem iudicandi a domino.
3 …*filij excelſi.* per ſuſceptionem legis in monte Sinai.
4 …*os autem ſicut homines.* morte culpæ, accipitur hic hoïes, ſicut 1. Cor. 3. a. cum inter vos ſit zelus & contentio, nonne carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis?
5 *Et ſicut vnus de principibus cadetis.* ideſt, ſicut vnus de angelis cadentibus in pœnam gehennæ.
7 *Surge Deus iudica terram.* ideſt, ſurges ad iudicandũ orbem in fine mundi, licet enim deſcendat ad iudicium, dicitur tamen tunc ſurgere, quia tunc apparebit in maxima poteſtate qui in aduentu primo apparuit in maxima humilitate.
8 *Quoniam tu hæreditabis.* hęreditabis enim tunc in bonis per dulcorem miſericordiæ, & in malis per rigorem iuſtitiæ.

…LOSSA ORDINARIA.

…*anticum pſal.* Caſiodorus. Quia …bus actualibus, habenda eſt …na contemplatio. Deterret …in iniquos a perſecutione po-…p. Dei, bonos verò monet ad pa-…tiam.
…aſs. Pſalmus de aduentu Chriſti ad iudicium vbi boni, …hic patiuntur coronabunť. Mali vero qui eos perſequun…, torquebuntur.
…Baſil. & Theod. Poſt a Babylone reditum, cum finitimi …ſpexiſſent nouam ædificationem diuini templi, Iudæo-…nq; amplitud nem, eodem tempore coguntur, cumque …s gẽtes barbaras collegiſſent, in Iudęos bellũ ſuſceperũt. …æc vaticinantur diuini Ioel & Ezechiel, & Michęas, & Zacharias vates admirabiles. Vicerunt tñ omnes, duce quidem Zorobabel, è cœlo vero Deo ferente opem, hoſtiumq; audaciã euertente hęc pręſens pſalmus præcinit. Cęterum vaticinatio in deprecationem formatur, diuino lumine illuſtrãte eos qui tunc bello petiti erant, qũo Deum placare oporteat. F

a ¶De iucunditate mentis. b ¶Monentis ad bonas actiones. c ¶Eſt. ¶Ideſt populi Dei.

a Cãticũ Pſal. Aſaph. Pſal. LXXXII.

¶In forma ſerui.

b DEVS † quis ſimilis erit tibi? 1

PSAL. LXXXII.

D*Eus quis ſimilis.* Caſsio. Propoſito timore futuri iudicis, deſcribit malitiam inimicorum.
Aug. Deus quis ſimilis. Et ſi homo vt alij etſi iudicatus cũ iniquis deputaris, quis ſimilis, cũ in claritate iudicabis? ideo tunc ne taceas qui primo tacuiſti, & poteſtatem compeſcuiſti, vt poſſes teneri & perimi.

Aug.

NICOLAVS DE LYRA. PSAL. LXXXII.

D*Eus quis. Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo, & in tranſla. Hier.* Canticum pſal. Aſaph, *ex quo apparet autor …materia vero ipſius dicunt communiter expoſitores Hebræi & La-…, quod Aſaph fecit hunc pſal. contra hoſtes inuadentes terram, & …ulum Iudæorum, & litera concordat, ſed contra quos hoſtes, vel …tempore non dicunt, ſed literam exponũt partim de hoſtibus quos …uerunt a principio exitus de Aegypto vſque ad tempus Aſaph, & …tim de hoſtibus qui fuerunt poſtea. Sed contra hoc videtur, quod de …petit Aſaph: Fac illis ſicut Madian & Siſaræ, &c. & poſtea ſub …Deus meus pone illos vt ro. &c. ex quibus videtur, quod loquitur …hoſtibus Iſrael futuris poſt tempus ſuum. Non enim fit petitio de …teritis, propter quod ſaluo meliori iudicio videtur mihi, ꝙ Aſaph …it hunc pſal. contra Sennacherib, & eius exercitum, ſicut de pſal. …ſupra dictũ eſt. Pſalmiſtę enim de eadẽ re plures aliquãdo pſal fecerunt, ſicut ſupra pluries dictũ eſt de Dauid, & eodem mõ dicitur hic de Aſaph. Verũtamẽ pſal. iſte differt a 71. quia ille pſal. loquitur principaliter cõtra Sennacherib, nõ exprimens populos in odiũ Iudæorum ſibi adiunctos. In hoc ãt fit econuerſo, quia exprimũtur principaliter populi in circuitu Iudææ habitãtes, qui incitauerũt Sennacherib ad veniẽdũ contra terrã Iuda tempore Ezechiæ duplici ratione. Vna quia inuidebãt Iudæis, & eos odiebãt. Alia quia illi populi iã Sẽnacherib ſubditi erãt, qui Deos eorũ exterminauerat, ſecũdũ qđ dicitur. 4. Re. 11. d. Vere dñe diſſipauerũt reges Aſſy. &c. Solatiũ autem eſt miſero habere ſociũ, & ideo incitauerũt Sennacherib, vt veniret in Iudæã ad ſubiiciendum ſibi gentem & deſtruendum inde diuinum cultum. Igitur ſecundum hoc pſal. iſte diuiditur in duas partes, quia Aſaph primo deprecando narrat hoſtium nequitiam, ſecundo contra eos implorat diuinam iuſtitiam, ibi:* Fac illis. *Circa primum dicit:* Diuiſio.
1 Deus quis ſimilis. *trãſlatio Hierony. habet. Deus ne taceas tibi.* Et

MORALITER.

*Deus quis.* Pſalmũ iſtũ expoſui literaliter de mirabili liberatione populi Iſrael ab exercitu Sẽnacherib, vt hr. 4. Re. 11. Myſtice vero poteſt exponi de liberatione mirabili Chri-† ſtianorum Myſticè.

A Aug. *Deus quis ſimilis.* Non ad diuinitatẽ hoc refertur, cui nullũ hominẽ comparandum cogitauit. Ideo non ait, quis ſimilis eſt tibi, quod vtique ad diuinitatẽ referretur. Sed dicit, quis ſimilis erit tibi, hoc ad formã ſerui referens, qua tũc cęteris diſsimilis hominibus erit, quando iudex in gloria apparebit, vel poteſt hoc referri ad diuinitatẽ ſecũdũ quod dicit: O Deus qs ſimilis tibi, in potentia deitatis. Chriſtũ enim quem mali viderunt extra, iſte videt intra, ſcilicet omnipotentem.

lis, *Qu m b cauſam exiuit tam impudens ſententia?* aliquãd[o] opinionẽ de fide, aut de quopiam dogmate, quale ille apud Theologũ dicentẽ, Sed ſuam ex aduerſo opinio[nem] adducere, viri pij eſt & ſapientis. In omnibus enim his in Græco habetur, vt diximus, dictio γνώμη.

a A pœna. b Vel miteſcas. Ab incepto. c Ne taceas, quia ſonuerunt: Ne compeſcaris, quia extulerunt caput.

a ne taceas, neque † compeſcaris Deus. Quoniam ecce ini- 1

a Membra Antichriſti. b Contradicendo. c Iandiu non mouter. d Tunc leuabunt caput non capita, ſed illud quod extollitur ſupra omne quod colitur, aut nominatur Deus, ideſt Antichriſtum. 2 3

b mici tui † ſonuerunt, & qui oderunt te, extulerunt caput. 4

a Alias, In plebem tuam aſtute cogitauerunt. b Ad decipiendum. 5

c ſuper populum tuum † malignauerunt conſilium, & 6

a Non ſolum contra mediocres, ſed etiam contra cæleſtes viros. 7
b Quærentes in hoc ſibi ſocios.

d † cogitauerunt aduerſus ſanctos tuos. Dixerunt, venite & 8

a Aug. Ne ſint gentes, ideſt, tollamus eos de mundo. Alias gentibus. 9

e diſperdamus eos de gente, & non memoretur nomen

a Eorum qui ſe dicunt Iſrael. Veri. b Exponit malignantes, qui vel quo ſtudio malignauerunt. c Cum ſtudio. d Omnes. Et quaſi poſſent eſſe fortiores.

Iſrael vltra. Quoniam † cogitauerunt vnanimiter, ſi- 10

a Vt contra eos mouearis. b Pactum inter ſe, placitum ſcilicet quod & inter viuos valet. 11
c Congregationes. Aug incipit inimicos Chriſti memorare ſub nominibus quibuſdam gentium, quæ myſtice eis congruunt.

f mul aduerſus te † teſtamentum diſpoſuerunt taberna- 12

a Ab Edom qui & Eſau. b Ab Iſmahel filio Abrahæ, & Agar. c Gentes exleges, quæ recedentes a Deo patre ſunt a patre diabolo. d Alieni, qui & aduenæ falſi fratres qui nominetenus ſunt in eccleſia. 13 14

g h i K cula Idumæorum, & Iſmalitæ, & Moab, & Agareni, 15
16

† quieſcas
† infremunt
† callide inierunt
B
† conſiliati ſunt corde pariter
† fœdus pepigerunt

a *Quoniam ecce.* Aug. Nouiſſima tẽpora Antichri deſignat, quando quę modo premũtur metu, in liberã vocem erumpẽt, quæ vox quia irrationabilis erat magis ſonitus quam locutio dicitur.

b *Qui oderunt.* Caſ. Plures, ſed vnum caput Antichriſtus qđ elatum eſt, vt Deus dicatur.

d *Dixerunt v[enite].* Aug. Ecce cõſi[lium] quo meditati ſu[n]t inania. Iſte eſt il[le] ſonus qui non e[st] [ſer]mo, ſed ma[gis] ſtrepit.

e *De gente.* Caſ[iod.] Singulariter, [qu]ia oẽs Chriſtian[i] vna gens, cũ ex [v]no fonte baptiſ[m]atis nati, vel oẽs [b]oni, quos ille Anti[chri]ſtus vocat vnã [gen]tem, ecce pſ[e]... Antichriſti, qu[i] nomẽ Chriſtianũ [qua]ſi malum, int[en]dit tollere fundit[us].

f *Teſtamentum [diſpo]ſuerũt.* Aug. Q[uod] ĩ ſcripturis n[on] ſolum dicitur [quod] non valet, niſi [teſ]tatore mortuo, ſed etiam omne pactum, & placitũ quod inter viuos valet, teſtamentum vocatur, ſicut Laban & [Iacob] teſtamentum fecerunt. Ita & mali inter ſe quaſi pactu[m] fecerunt, quod vnanimiter bonos perſequerentur.

c *Super populum tuum.* Caput ſuum extulerunt, ſed non populum tuum depreſſerunt.

Aug. *Super populum tuum.* Irridẽter, hoc dicit, nõ enim poſſunt nocere populo Dei, pro quo eſt Deus. vnde Apoſtolus: Si Deus pro nobis, quis contra nos? Rom. 8. f.

*Super populum tuum malignauerunt conſilio.* * Euthym. Conſilio, hoc eſt, cõcordi ac communi omniũ ſententia, quædã exemplaria habent, conſiliũ, in quarto caſu, & tũc ſenſus eſſe videtur, q; commune conſilium maligno ac peruerſo animo inierũt. Sciẽdum eſt autẽ quod Græca dictio γνώμη, quę hic in Gręco habetur, & pro qua interpres cõſiliũ reddidit, aliquando admonitionem ſignificat, iuxta illud Apoſtoli, *De virginibus autem præceptum domini non habeo, conſiliũ autem do,* aliquãdo conſilium, vt hoc in loco, *Super populum tuum malignauerunt conſilium,* aliquãdo autẽ ſentẽtiam, vt illud Danielis,

g *Tabernacula Idumæorum.* Expoſuit quo ſtudio malig[nauerunt], oſtendit deinde iam qui ſint malignantes, dicẽ[ns] *Tabernacula Idumæorum, &c.*

h *Idumæorum, & Iſmahelitæ.* Caſ. Per hęc nomina, Chr[iſti ini]micos declarat, qui tẽporibus Antichriſti tot malis ſ[æui]tur, quia ſicut iſti contra Iſrael, ita illi contra Chriſtian[os] bellabunt.

i *Moab.* Aug. Hiero. vnde Moabitæ, quem Lot ebrius [ex ma]iore filia ſua genuit.

k *Agareni.* Aug. Hierony. ab Agar, qui & proſelyti in[terpre]tantur.

C

## NICOLAVS DE LYRA.

* *Et ratio huius diuerſitatis eſt, quia dictio Hebraica quæ ponitur ibi domi æquiuoca eſt ad ſignificãdum ſimilitudinem, & taciturnitatẽ, credo tamen qđ iſta translatio melior eſt in hoc, quia ſtatim ſubditur: Ne taceas, & ideo in translatione Hier. eſt quædam apparens nugatio. Exponatur igitur iſta translatio: Deus quis ſimilis erit tibi? quaſi dicat dij gentium quos deſtruxit Sennacherib nõ erant ſimiles tibi ſecundũ qđ dicitur. 4. Reg. 19. d.* Non enim erant dij, ſed opera manum hominum. *ideo ſubditur.*

1 Ne ta. *ideſt, ne diſſimules iniuriam hoſtium noſtrorum, qui reputant te deijciendum per Sennacherib, ſicut Deos ſuos.*

2 Neque compeſca. Deus. *ideſt, ne retinearis amplius ab illatione vindictæ: Cuius cauſa ſubditur.*

3 Quoniam ecce ini. tui. *Qui volunt deſtruere locum cultus tui.*

4 Sonuerunt. *Ideſt, ad hoc cum fremitu armorum, & ſonitu tubarum venerunt.*

5 Extulerunt caput. *Contra te ſuperbientes, vnde dixit Sennacherib ſcribens Ezechiæ:* Nõ ſeducat te Deus tuus. *4. Reg. 19. b.* Credebat. n. quod non poſſet ſaluare Ezechiam, & populũ eius de manu ſua, dicens. Num igitur ſolus poteris liberari? Nunquid liberarunt dij gentium ſingulos, &c.

6 Super populum tuum malignauerunt cõſilium. *Vt ſcilicet excitarent Sennacherib contra populum Dei, & templũ, vt dictũ eſt.*

7 Et cogitauerunt aduerſus ſanctos ſuos. *i. ſacerdotes & Leuitas tuo cultui deputatos, ſicut etiam res inanimatæ dicuntur ſanctę, eo quod ſunt diuino cultui deputatæ, vt vaſa, veſtes, & huiuſmoa[i].*

8 Dixerunt. *Adinuicem mutuo ſe exhortantes.*

9 Venite & diſperdamus eos de gentẽ, & nõ memor[etur] nomen Iſrael. *ideſt, ſic deleamus eos, quod non remaneat hui[us] memoria.*

10 Quoniã cogitauerunt vnanimiter. *ideſt, cõcorditer i[n malo].*

11 Simul. *ideſt pactum firmum ad deſtruendum terram, & t[em]plum cultus tui.*

12 Diſpoſuerunt. *ideſt, firmiter ſtatuerunt. Et qui fuerint i[ſti popu]li explicat dicens:*

13 Tabernacula Idumæorum. *ideſt, habitantes in taber[naculis] Idumæorum. Iſti autem deſcenderunt ab Eſau, qui altero nomin[e vo]catus eſt Edom, & ſicut iſte odiebat Iacob fratrem ſuũ quærens [o]ccidere eum, vt habetur Gene. 27. ſic Idumæi deſcendentes ab eo odie[ba]nt filios Iſrael deſcendentes a Iacob.*

14 Et Iſmahelitæ. *Iſti deſcenderunt ab Iſmahel filio Abra[hæ]. Gen. 16. & odiebant filios Iſrael, qui deſcenderat de Iſaac, ſicut & [Iſm]ahel perſequebatur Iſaac. ſecundum quod dicitur, Gal. 4.*

15 Moab. *Iſte fuit filius Lot, & ſimiliter Ammon qui poſte[a genuit], vt habet Gen. 19. Et ab iſtis denominati ſunt duo populi, ſcilic[et] Moabitæ & Ammonitæ, & iſti odiebant populos Iſrael imponente[s] (licet falſo) quod tuliſſent partem terræ ipſorum, quando aſcend[erunt] Aegypto, vt habetur Iudicum. 11.*

16 Et Agareni. *Iſti fuerunt filij Cethuræ, quæ alio nomine [dict]a eſt Agar, vt dictum fuit Geneſis. 25. a. & iſti odiebant filios Iſra[el] & Iſmahelitæ fatres ſui.*

## MORALITER.

*In eo. pſal.* Vbi dicitur in poſtil. *Circa primum dicitur. Fundamenta eius, id eſt, eccleſiæ.*

Non habetur in litera cui referatur illud relatiuum. ſ. *eius*, nec in hoc pſal. præceſſit aliqua mentio de eccleſia, quia primum verbum huius pſal. eſt quod dicitur. *Fundamenta eius*, non exprimendo cuius. Ad quod bene reſpondetur in gloſ. vbi ſic. Non refertur eius ad aliquod præmiſſum, ſed ad cordis prophetæ meditationem, qui nunquam de illa. ſ. eccleſia corde tacuerat, etſi ore aliquando omiſiſſet, hæc in glo.

## ADDITIO IIII.

*In eo. pſal.* Vbi dicitur in Poſtilla. *Diligit dominus portas Sion.*

Per portas Sion forte melius intelligerentur gratia & virtutes quibus perſeueranter habitis infallibiliter fit ingreſſus ad eccleſiam, non ſolum militantem, ſed etiam triumphantem. Per baptiſmum autem fit huiuſmodi ingreſſus, inquantum per eum gratia confertur, quia ſecundum Phi. Vnumquodque propter aliud & illud magis. Inde eſt quod ingreſſus ad eccleſiam magis eſt atribuendus gratiæ quam baptiſmo, præſertim cum Deus non alligauit potentiam ſuam ſacramentis vt in 4. di. 4. & ſic ſine baptiſmo poteſt fieri huiuſmodi ingreſſus nunquam tamen ſine gratia & virtutib. theologicis. Has igitur portas proprie ſuper omnia Diligit Deus
C tabernacula Iacob, in quib. gratia non conferebatur, gratia enim & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Io. 1.

AD-

## ADDITIO V.

*In eo. pſal.* vbi dicitur in poſtil, *Nunquid Sion.*

Ad maiorē declarationē huius verſus, & ſequentium [...] dum eſt q̄ dicere q̄ quis fundauit aliquā ciuitatē anteq[...] fundator in ea naſceretur, implicat q̄ talis fundator fu[...] talem fundationē, & tn̄ fuit natus in eadē iā fundata, q̄ [...] p̄t intelligi niſi de Chriſto ſm̄ duas naturas in pſona ſu[...] tas, q̄ fuit ab æterno an̄ fundationē eccleſiæ, & tn̄ tempo[...]ter in ea natus, & quia hoc myſterium excedit oēm co[...] tionē naturalem humanā, idcirco nullo mō eſſet credi[...] niſi Deo reuelante, vn̄ circa hoc pſal. dicit. *Nunquid Sion [...] homo.* & hō natus eſt in ea &c. quaſi diceret, cui hoī pur[...] dendū eſſet tm̄ myſterium. ſ. q̄ aliquis natus in ciuitate [...] daſſet eā an̄ ſuā natiuitatē? cui r̄ndet. *Dominus narrabit in [...] turis populorum.* quaſi diceret, licet non eſſet credendū [...] puro homini annuncianti tm̄ myſterium, ſed tn̄ hoc cr[...] dū eſt Deo reuelanti, & hoc eſt quod ſubdit. *Dominus [...] bit in ſcriptoris populorum.* hoc eſt dicere, de hoc non cre[...] tur alicui puro homini niſi quia dn̄s narrabit in ſcriptu[...] exponatur hic verſus prout in poſtil. Si autem vbi dici[...] tranſla. noſtra. *Nunquid Sion.* legatur. Ad Sion dicetur, t[...] telligendum eſt admiratiue, vt ſi dicatur. Quomodo [...] dicetur q̄ hō natus in ea eſt fundator eius? Ad quod r[...] *Dominus narrabit, &c.* & eſt eadem ſententia cum pri[...].

## ADDITIO. VI.

*In. eo. pſal.* vbi dicitur in poſt. *Sicut lætantium, &c.*

Attendendum eſt quare dicit Pſal. *Sicut lætantium* & [...] dicit ſimpliciter, lętantes erimus, ſed *ſicut lætantium.* Cu[...] eſt, quia ſm̄ glo. talis erit lætitia futurę beatitudinis q[...] hic non nouimus exprimere, vnde cum non poſſet ex[...] dicit vt potuit. Quia Iſa. 64. b. *Quod oculus non vidit, nec a[...] diuit, &c.* Et notandum, quod ſecundum glo. iſte pſal. [...] eſt numero verborum, magnus aūt pondere ſententia[...]. Quod ſic patet, nam in hoc pſal. innuuntur ſeptem ex[...] tiæ notabiles eccleſię ſpiritualis. Quarum tres ſumun[...] parte ſui ædificij. Prima. ſ. ex fundamentis, quæ ſu[...] ma pars ędificij, & de hoc dicit. *Fundamenta eius in mont[...] ctis.* Secūda eſt ex portis ipſius, quæ ſunt vltima pars ęd[...] & hoc eſt cum dicit, *Diligit dominus portas Sion.* Tertia v[...] cellentia ſumitur ex parte aliarum partium quæ con[...] inter prædicta duo extrema, vt puta cōſtructio pariet[...] cti, & huiuſmodi. De quib. dicit. *Glorioſa dicta ſunt de te* [...] diceret, inenarrabilia ſunt, quæ dicta ſunt de te. ſ. de f[...] & conſtructione tua ſpirituali per prophetas in ſcriptu[...] ideo breuiter ſub genere ea concludit, dicens. *Glorioſ[...]* Quarta, excellētia ſumitur ex multiplicatione ciuium [...] non ex vna natione tm̄, ſed ex omnib. & de hoc dicit. [...] *ero Raab & Babylonis, &c.* vſque ibi. *Hi fuerunt illic.* Qui[...] mitur ex parte ędificatoris, qui fuit verus Deus & ve[...] prout traditur in ſcripturis, & hoc dicit. *Nunquid Sion [...] mo, & dominus narrabit in ſcripturis, &c.* Sexta ſumitur e[...] lętitię habitantium in ea, quæ talis eſt qualis nō poſſe[...] mi, & de hoc dicit. *Sicut lætantium omnium.* prout ſupra [...] tur. Septima eſt ex capacitate illius ciuitatis, quæ tan[...] omnes electos (quorum numerus ſoli Deo eſt cognit[...] lætanter recipiat, & de hoc dicit. *Omnium noſtrum habi[...] in te.* Qualiter autem iſtę literæ applicentur, ex dictis [...] ſtilla cum additionibus faciliter poteſt haberi.

## GLOSSA ORDINARIA.

a *Mahalath.* Aug. Chorus, vt canenti chorus conſonando r̄ndeat ſicut hic & in aliorum cantu pſal. factum eſt. Sed tituli variantur pro leuando faſtidio, vel forſan alia non ſatis nota cauſa. Hic aūt paſsio Chriſti prophetatur cui debemus imitando reſpondere, ſed non prodeſt niſi fiat in choro, id eſt, in concordia charitatis. Hemam, frater eius interpretatur, hi ſunt qui in cruce gloriantur, qui ſunt veri Iſraelitę. Hemā Ezraita, ideſt aduena, dicitur enim fuiſſe quidam orientalis.

a Quia lætus finis paſſionis hic oſtenditur. b Quia & hic agitur de bona operatione. c Canitur. d Chriſti. e Cæleſtium coronarum. f Ideſt, in choro, ideſt, concordia charitatis.

a Canticum[a] pſalmi[b] filiis Chore[c] in finem[d] † pro Mahalath[f] ad[a] reſpondendum,[b] intellectus Heman[c] Iſraelitæ.

a Imitatione vel gratiarum actione. b Et hic eſt. c Qui in choro reſpondente ea[...]nentibus myſterium intellexerit. ¶ Alias Ezraitæ.

✠ Euth. In finem ideo inſcriptum eſt canticum, quia ad finem tendebat prophetia quæ hic cōtinetur. Et pſalmus quidem proxime præcedens Chriſti natiuitatem prædixit hic autem Chriſti mortem, quod autem inſcribitˀ pro Maleth exponitur, hoc eſt, pro chorea. Canere enim ſolebant, atque vna choreas ducere, quando tūc pſalmum recitabāt. Ad reſponden-
ſpondendum autem, hoc eſt, cum r̄nderent. Tripudi[...] n. dum ad organorum muſicem r̄nderent. Intelligen[...] ro quia intelligentia lectori opus eſt, ob occultum a[...] gnatum hic, de Chriſti morte myſterium. Iſti vero [...] Iſraelitæ quia non ſolis Core filijs, ſed ēt Eman pri[...] terius chori [...] tus fuit hic p[...] a Beato Daui[...] vtroque cho[...] fuit, aut for[...] ternatim, d[...] tus. Quædam [...] plaria non E[...] bent ſed Et[...] rum placet vt in pręſenti pſalmo legamus Eman, [...] quenti Etham. Nam in primo Paralipomenon libro [...] corū chori princeps fuiſſe traditur. Iſraelitæ, etiam [...] quod alij cantores non eſſent Iſraelitæ, ſed quia ali[...] ſis erant homines huiuſmodi nomine Eman & Et[...] erant alienigenæ, ad quorum diſtinctionem ſic di[...] vel forte quia tale erat cognomen.

PSAL-

## PSALM. LXXXVII.

*Omine Deus.* Caſ. Monet Chriſti paſſionem imitari. Caſ. Primo precatur auxilium referēs ſe cōtemptum a inimicis, vnde in forma ſerui orans ad patrem, ait, *O domine.*

b *ntret in conſpectu.* Caſſi. Virtus puræ orationis, quæ quaſi quædam perſona ad Deum intrat & mandatum peragit, quo ... peruenire nequit.

c *uia repleta.* Aug. Hos humanæ infirmitatis affectus, ſicut ipſam carnem & mortem, non conditione neceſſitate, ſed miſerationis voluntate ſuſcepit, vt transfiguraret in ſe corpus ſuum, quod eſt eccleſia, vt ſi cui membrorum triſtari vel dolere contingeret, non ideo ſe a gratia Dei alienum putaret, & non eſſe hæc peccata, ſed humanæ infirmitatis indicia.

d *Aeſtimatus.* Quia non ſolum grauia, ſed & contumelioſa pertuli.

e *Sicut vulnerati dormientes,* Caſsiodorus. Quia & ipſe lancea vulneratus, & ſepulchro clauſus, ſed differt per hoc quod ſequitur, quorum non meminiſti adhuc.

## PSALM. LXXXVII.

a Auctor. Quia totum ab eo. b ¶Ex forma ſerui & in lætis rebus orauit Chriſtus & in aduerſis.
a **D**Omine Deus ſalutis meæ, in die clamaui & 1
a Ideo. Ingreſſio orationis acceptio eius eſt. 2
b nocte coram te. Intret in conſpectu tuo 3
a Idem repetit. Inclinatio auris, miſericors exauditio. 4
oratio mea, inclina aurem tuam ad † præ- 5
a Aug. non vitijs ſed dolorib. quibus anima carni compatitur, vel malis pereūt populi cōpatiendo. ¶Hoc eſt. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortē Matth. 26. 6
c cem meam. † Quia repleta eſt malis anima mea, & vita 7
a Hoc eſt quod in euangelio dicit, vſque ad mortem. b Dum trador ad mortem. 8
c A neſcientibus, quid facerent, qui ſic putabant eum mori neceſſitate vt alij moriuntur.
d mea in inferno appropinquabit. † Aeſtimatus ſum cum 9
a Miſeriæ vel inferni. b Id eſt, æſtimatus ſum. c Simpliciter. 10
deſcendentibus in lacum, factus ſum ſicut homo ſine 11
a Cum tamen eſſem. b Aug. Inter peccarores ſolus ſine peccato, qui poteſt ponere animam ſuam & reſumere. c Ita æſtimatus ſum. d Flagitioſi.
e † adiutorio inter mortuos † liber. † Sicut vulnerati 12
13

* Baſil. & Theodoretus. Illa verba. *Factus ſum ſicut homo,* & cum his coniuncta ſunt. *Factus ſum vt homo ſine adiutorio, inter mortuos liber,* & quia nondum mortis ſeruitutem recepit. Factus ſum, ſicut vulneratus, qui in bello plagam accepit. Hoc enim ſic Symmachus dixit. Tanquam vulnerati iacentes in ſepulchro, quorum non es memor amplius, qui e tua manu eiecti ſunt.

☞ *In*

† clamorem meum

† deputatus

† i. quē nemo curat.

† tanquam.

## NICOLAVS DE LYRA. PSALM. LXXXVII.

**D**Omine Deus. *Huic pſal. pręmittitur talis tit. in Heb.* Canticū Pſal. filijs Chore ad victoriā ſuper Mahalath ad rńdendum eruditioni Heman Ezraitæ. *Ad cuius intellectū ſciēdum qđ* *iſto Heman & Ethan Ezraita, a quo intitulatur pſal. ſequens, duo ſunt modi dicendi apud Heb. Vnus eſt quod fuerūt Leuitę cantores, ſicut videtur prætendere litera 1. Par. 25. qui habuerunt ſpiritū prophetiæ, et ſic pſal. fecerunt, et ſecundum hoc dicūtur Ezraitæ a loco Ezrai unde fuerunt oriundi, & hunc modum dicendi ſecutus ſum. 3. Reg. 4. et 1. Par. 2. vbi de ipſis fit mentio. Alius modus dicendi eſt ꝙ fuerunt de tribu Iudæ deſcēdentes ab eo per Zarā filium eius, quia genuit Phares et Zarā de Thamar, & hoc vr̄ litera prætendere 1. Par. 2. Et ſecundum hunc modum dicendi dicuntur Ezraitæ. i. de tribu Zaræ, ſed quicquid ſit de tribu eorum non multum refert ad propoſitum, quia tenetur ab omnibus Hebræis & Hier. quod habuerunt ſpiritum prophetiæ, per quem fecerunt pſal. ab eis intitulatos, & ſecundum hoc in titulo iſto tangitur autor pſal, huius ſcilicet Heman Ezraita. Item ſciendum quod hæc dictio Hebraica Mahalath, eſt æquiuoca, quia ſignificat quoddam inſtrumentum muſicum, & chorum, & infirmitatem. Et in hac triplici ſignificatione hic accipitur, quia cantus huius pſalm. magis proprie cantabatur in inſtrumento muſico nomine Mahalath, quam in alijs. Itē quia cantabatur a choro Leuitarum, non ſolum inſtrumentis muſicis, ſed etiam vocibus humanis. Item quia ſecundū Hebræos pſal. iſte loquitur de afflictionibus populi Iſrael ipſum debilitantibus & infirmantibus, ſecundum Latinos vero loquitur de paſſione Chriſti quæ ſecundum infirmitatem humanæ naturæ aſſumpta conueniebat ſibi. Quia autem in titu. ponitur, ad victoriam, deſignat conatum Leuitarum in modo cantandi hunc pſal. Quod autem ponitur ibi, filijs Chore ad reſpondendum, deſignat quod illi de choro Heman incipiebant cantum huius pſal. & filij Chore reſpōdebāt, ſicut dicitur 2. Mach. 1. Ionata inchoante cæteris autem reſpondentibus, &c. Et ſic in titulo illo tangitur autor pſal. & modus cantandi ad cantores, & inſtrumenta & conatus in cantando & materia pſal. in generali. Ad eundem intellectum de facili reducitur titulus qui communiter ponitur in biblijs. Sed aduertendum quod habet Melech pro Mahalath quod proceſſit ex ignorantia idiomatis Hebræi, & ſic fuit male ſcriptum per literas Latinas. Similiter pro, victoriam, habet, in finem, & eſt eadem ſentētia, quia finis hic accipitur pro vltimo de potentia, quod faciebant Leuitæ in cantādo hunc pſal. ſicut plenius fuit expoſitum ſupra titulū pſal. 4. Similiter ad dictū intellectum reducitur titulus poſitus in trāſlatione Hier. niſi quod pro hac dictione Mahalath ponit Chorum, & ſic accipit vnā eius ſignificationem tantum, & alias duas omittit ſicut prædictū eſt. Ra. Sa. dicit ꝙ materia huius pſal. ſunt afflictiones quas populus Iudaicus ſuſtinuit, et maxime in Babylonica captiuitate, quas præuidit Heman Ezraita. Et ſic fecit hunc pſalmū Deum deprecando pro populi liberatione. In cuius perſona loquitur in hoc pſal. qui ſecundū hoc diuiditur in duas partes. In prima. n. diuinū auxilium imploratur. In ſecūda ad hoc ratio multiplex allegatur, ibi.* Quia repleta eſt malis. *Circa primum dicit.*

Materia pſal.

Diuiſio.

1 Domine. *Ratione generalis gubernationis.*

2 Deus. *Ratione creationis.*

3 Salutis meæ. *Ratione meæ liberationis de Aegypto, quæ ex gratitudine hic recolitur, vt liberatio de captiuitate Babylonia citius impetretur.*

4 In die cla. & no. *Et ſic oſtenditur orationis perſeuerantia & intentio pura cum ſubditur.*

5 Corā te, intr. in cō. &c. *Ex quo oñditur feruens & deuota, quaſi ſe ingerens, & iſta tria faciunt orationem exaudibilem, ideo ſubditur.*

6 Inclina au. ad pre. &c. *Exaudiendo eam per affectum.*

7 Quia repleta eſt malis. *Hic conſequenter ad propoſitum allegatur ratio multiplex. Et primo ex horrore illati ſupplicij, fuerunt enim Iudæi in captiuitate Babylonica horribiliter afflicti, ex quo decēs erat diuinam miſericordiam ſuper hoc commoueri, & hoc allegatur cum dicitur. Quia repleta eſt malis, ſcilicet pœnę corporalis.*

8 Anima mea. *Q. d. non poſſum plus ſuſtinere, ideo ſubditur.*

9 Et vita mea infer. ap. *In Hebræo autem habetur.* Ad ſcol appropinquauit. *Scol, autē ſignificat foſſā & infernū, & vtroq; modo hic accipitur, quia per mortem corporalem quam Pſalmiſta allegat propinquā, corpus deſcendit ad foſſam, et anima pro illo tempore ad infernū, quia animæ quantumcunque iuſtę deſcendebant ad limbū patrum.*

10 Aeſtim. ſum cum deſc. &c. *Q. d. ita ſum abſorptus corporalib. pœnis, ſicut deſcendentes in lacum profundum abſorbentur aquis.*

11 Factus ſum, &c. *Quia tu ſubtraxiſti a nobis tuum adiutoriū contra Babylonios, & humanum adiutorium non habemus.*

12 Int. mor. lib. *Q. d. ab iſtis afflictionibus nō apparet liberatio niſi per mortem, ex quo ſumus deſtituti adiutorio diuino & humano.*

13 Sicut vulnerati dormientes in ſepulcris. *Ideſt, ſicut mortui.* Quorum

## MORALITER.

*Domine Deus ſa. meæ.* Pſal. iſtum literaliter expoſui de liberatione populi Iudaici de captiuitate Babylonica. Moraliter autē poteſt exponi vt ſit oratio peccatoris, pro ſua liberatione de ſeruitute diabolica, dicentis. *Domine Deus ſalutis meæ.* i. autor ſalutis meæ, per quem ſpero ſaluari.

*In die clamaui & no. co. te.* Nam oratio dēt eſſe perſeuerās. *Intret in con. tuo ora. mea.* Eſt. n. oratio quaſi nuncius ad Deū, cui primo datur acceſſus, & ſecundo audientia, propter quod ſequitur.

6 *Inclina aurem tuam, &c. Quia repleta eſt malis anima mea.* Ideſt peccatis.

9 *Et vita mea in inferno, &c.* Quia demerui gehennæ deputari.

10 *Aeſtim. ſum.* Scilicet inferni, nam de magno peccatore ſolēt homines dicere, quod iam hēt vnum pedem in inferno.

11 *Factus ſum ſi. hom.* Quia demerui auxilio tuo priuari.

12 *Inter mor. li.* Scilicet a ſocietatibus bonorum ſicut mortui. Et

A a *In ſepulchro.* Id eſt, in carnali voluptate ſopiti, vnde Deus non excitat eos.
b *Et ipſi de manu tua repulſi ſunt.* Aug. Non enim ad dormientes hoc refertur in quibus ſunt iuſti. quorum licet non meminerit Deus adhuc, vt reſurgant: de his tamen dictũ eſt: Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt. (Sapien. 3. a.) Vel poſuerunt me rei veritate. In lacu inferiori, id eſt, in aquis inferni, ſcilicet in tenebris & in vmbra mortis. († abſcidi)
c *In lacu.infe.* Caſsio. Vel inferni, quia tam abiecta morte ablatus eſt in tenebris obliuionis quem nemo requiret. Et vmbra mortis locus malorũ in quo puniuntur. († profundis) B († poſuiſti)
* Baſilius & Theodoretus. Et hæc verba, & ijs qui Babyloni degere coacti erãt, accommodata ſunt, & toti hominum naturæ, etenim illi prauis hominib. ſeruientes, funeſtam vitam viuebant, & omnes homines in omnis generis calamitates poſt patratum peccatum inciderunt. Poſt .n. mandati tranſgreſsionem, mors & luctus & lachrymæ, gemitus & vlulatus, viduitates, & orbitates, & infinita alia quę explicari non poſſunt, tenebras etiam viuentibus offuderunt. († Clauſus; † aff ictione mea; † De pœ. di. 1. c. porro circa me.; † mortui reſurgent)
d *Super me confirmatus eſt.* Caſ. Putabant quod ira Dei perijſſet, & quod Deus omnes indignationes ſuper eum induxiſſet, quando pertulit eum crucifigi.
C

a ¶Qui euigilabunt in reſurrectione. b ¶Aug. Vel quorum non meminiſti adhuc, id eſt, quorum temp is reſurgendi nondum venit, in quo Chriſtus de cæteris mortuis diſcernitur qui & vulneratus, & mortuus in ſepulchro poſitus eſt.
a dormientes in ſepulchris, quorum non † es memor amplius, 1
a ¶Quibus ita factus ſum. b ¶Id eſt, adiutorio tuo priuati ſunt, qui me ſine adiutorio putauerunt. b ¶Sua opinione. c ¶Profundiſsima miſeria ſeculi.
b et ipſi de manu tua † repulſi ſunt. Poſuerunt me in lacu † inferio 2
c ¶Vitiorum. ¶Aug. Morte impietatis. a ¶Aug. Vt illi rati ſunt cum mori viderent turpi morte. 3
d ri, in tenebroſis & in † vmbra mortis. Super me confirmatus 4
a ¶Omnia quæ de paſsione prophetata ſunt euenerant. b ¶Alias ſuſpenſiones, id eſt, penſiones. 5
c ¶In alio pſalmo tranſierunt. d ¶Et tunc. 6
eſt furor tuus, & oẽs fluctus tuos induxiſti ſuper me. * Longe 7
a ¶Loco vel mente. Quibus & ego notus, vel bonus quus probat. c ¶Aug. Vel noti, qui hoc genus mortis, horrebant, vel magis perſecutores. 8
e feciſti notos meos a me, † poſuerunt me abominationem † 9
f ¶A diſcipulo a ¶Non oſtendi quid eſſem ab intra. b ¶Aug. Vnde & apoſtoli, cum non viderent eum in virtute, ſed quaſi victum, infirmati ſunt ſubtracto cibo, id eſt, lumine ſuo. 10
ſibi. † Traditus ſum, & non egrediebar, oculi mei † langue- 11
a Hoc aperte in cruce fecit. b ¶Ad voluntatem patris omnia fecit. 12
g runt præ † inopia Clamaui ad te domine, tota die expandi ad 13
a ¶Sed. ¶Non enim eis dicit fieri, quibus etſi fiant, non proſunt, quia a medicis non ſuſcitabuntur homines, vt confiteantur domino. ¶Quaſi non. 14
h te manus meas. † Nunquid mortuis facies mirabi- 15
a ¶Suſcitati. b ¶Q non. ¶A mortuo enim corde perit confeſsio quaſi non eſſet.
i lia, aut † medici ſuſcitabunt, et confitebuntur tibi? 16

e *Longè feciſti.* Caſſiodor. Quod amici eius in paſsi[one ...] cerunt.
f *Notos.* Nõ quos nouit: quia tunc omnes nouerat vt [De]us ſed quibus notus eſt.
g *Tota die.* Auguſt. Per extenſas manus continuatio rum operum; [...] nunquam ceſſ[...] telligitur. In[...] enim nec vn[...] die fuit illa ex[...] nec totum pr[...] poteſt accipi [...] dit tota. Sed q[...] opera non o[...] profuerunt, ad[...]
h *Nunquid m[ortuis].* Mortuos cor[...] quibus fiunt q[...] miracula Chri[...] non proſunt e[...] tuis enim corp[...] cta ſunt mira[...] quidam reui[...] Et cum domi[...] fernum pene[...] atq; inde vict[...] tis aſcendit, m[...] factum eſt n[...] miraculum. N[...] *mortuis.* Caſsio[...] quibus non poſſunt opera ſua oſtendi.
i *Aut medici ſuſcitabunt, &c.* Auguſtinus. In Hebræo n[on me]dici, ſed gigantes pene eodem modo vtruinque ſona[t in He]bręo. Si ergo ſuperbi gigantes dicuntur, id eſt, ſapient[es ſecu]li, bene dicuntur medici qui per artes ſuas promittu[nt ſalu]tem animarum, contra quos dicitur. *Domini eſt ſalus.* [...] gigantes, i. magni & fortes, & ipſi medici qui viuente[s ...]re mortuos poſſunt, ſed non mortuos excitare. Sol[...]

Longè

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Quorũ non es memor amplius. *Quia cito dantur obliuioni.*
2 Et ipſi de manu tua. *Ideſt, de manu tuæ protectionis quantum ad ſtatum vitæ præſentis.*
3 Repulſi ſunt. *Quia non admittuntur amplius ad actus vitæ præſentis, ſecundum quod dicitur Iob 16.d. Semitam per quam non reuertar ego ambulo.*
4 Poſuerunt me in lacu inferiori. *Lacus frequenter accipitur in ſcriptura pro carcere, qui aliquando fuit ſuper terram, aliquando ſub terra, & tunc dicitur lacus inferior, in captiuitate autem Babylonica multi de Iudæis fuerunt poſiti in carceribus, quia etiam Sedechias rex eorum fuit incarceratus. Ex quo rationabiliter collegitur quod aliqui fuerunt poſiti in carceribus ſubterraneis, & quantum ad hoc dicitur hic:* Poſuerunt me in lacu inferiori in tenebris. *Quia ibi eſt defectus lucis.* (Lacus inferior.)
5 Et in vm. mor. *Quia non poſſunt homines diu ibi viuere per naturam.*
6 Super me. *Hic conſequenter ſecundo allegatur ratio ex rigore diuini iudicij, ſecundum quem populus Iudaicus tunc fuit punitus, ideo decens erat vt rigor iuſtitiæ temperaretur per dulcorem miſericordiæ, & hoc allegat Pſal. dicens.* Super me con. eſt fu. tuus. *Ideſt, rigor iuſtitiæ tuæ.*
7 Et omnes flu. *Ideſt, impetus tribulationum.*
8 Induxiſti ſuper me. *Et loquitur de Deo ad modũ maris procelloſi.*
9 Lõge feciſti no. &c. *Vocat hic notos Idumæos, qa Iudæi & Idumæi ex duobus fratribus deſcenderunt ſcilicet Iacob, & Eſau, [pro]pter hoc dicitur Deut. 23.b.* Non abominaberis Idumæũ, quia [fr]ater tuus eſt. *Vnde dicunt Hebræi quod quando ducebantur capt[iui in] Babylonem, ſperabant habere conſolationem aliquam ab Idum[æis per] quorum terram debebant tranſire, ſed ipſi magis ibi inuenerunt [...] nem & deſolationem, ideo ſubditur.*
10 Poſuerunt me abo. ſibi.
11 Traditus ſum. *In manu Babyloniorum.*
12 Et non egr. *De afflictione & ſeruitute eorum.*
13 Oculi mei lan. præ inop. *Afflictio enim mentis & [c]orporis magis apparet in oculis quam in alijs partibus.*
14 Cla. ad te do. &c. *Ideſt, ore & corde petiui aſſidue, vt ri[gor] iuſtitiæ erga nos conuertatur in dulcorem miſericordiæ.*
15 Nunquid mor. *Hic tertio allegatur ratio ex decore diui[ni] [obſe]quij, ad quod terra Iudææ erat electa a Deo & populus Iudaicu[s] [pro]pter quod ſpecialem legem accepit a Deo Exo. 20. Et ideo decens er[at] [quod] iſte cultus reſtitueretur per hoc quod populus Iudaicus de Ba[by]lo[ne] [in] Iudæam reduceretur, quod hic allegat Pſal. oſtendendo quod al[io] modo non ſunt ita cõuenientes, di.* Nunquid mor. fa. mi. *Ideſt, ſuſ[cit]ando Iudæos mortuos, & ſepultos in terra Iuda ad ſeruiendum tibi q[uaſ]i dicat nõ: licet enim aliqui fuerunt ibi ſuſcitati, tamen fuerunt va[lde] pauci. Quod autem modicum eſt, quaſi nihil reputatur 2. Phy.*
16 Aut me. ſuſci. & con. ti. *Confeſsione laudis illi ſcilicet [q]ui per medicos fuerunt ſuſcitati, quaſi diceret non, quia non ſe exte[ndi]t ad hoc ars ipſorum.*

Nu-

## MORALITER.

2 *Et ipſi de ma. tua, &c.* Non ſimpliciter, ſed quantum ad vitam preſentem.
4 *Poſuerunt me in la.* Ideſt, in inferno, & exponatur ſicut ſup. Aeſtimatus ſum, &c.
6 *Super me. con. eſt fu. tu.* Ideſt, punitio grauis propter peccata mea.
9 *Longe fe. no. &c.* Ideſt, eos longe fieri a me permiſiſti, quia boni ſocietatem malorum fugiunt & abhorrent.
11 *Traditus ſum.* Scilicet in manibus dæmonum.
12 *Et non eg.* Ideſt, egredi non poſſum niſi per tuum [a]uxilium propter quod compulſus ſum ad te recurrere, di.
14 *Clamaui ad te domine, &c.* Et pro exauditione ſubditi[...]
15 *Nunquid mor. fa. mirab.* Quaſi dicat, non, quia ſunt [e]xtra merendi ſtatum.
16 *Aut medici ſuſcitabunt.* Quaſi dicat non, nam ad hoc [...]non extendit ars ipſorum.

Nu-

a reuiuiſcũt ad fidem, vnde. *Nemo poteſt uenire ad me niſi* *traxerit eum.*
*ſepulchro.* Vnde in euangelio de talib. Similes eſtis ſepul- dealbatis quæ foris apparẽt hominib. ſpecioſa, intus ve na ſunt oſsibus mortuorum, quaſi, ſic & vos hypocriſi quitate.
*ſericordiam & ue.*
g. Miſericordiã eritatem amat. ngere ſcriptura, me, in pal-
*unquid cognoſcen-tur tenebris mirabilia tua*
d. Plus dicit quã . Quia dicit qđ aliquo eis nar ſſet, ipſi tamẽ intelligerent, ogãdo ſic. Nũ- mirabilia tua, id paratio tua po- cognoſci ab his nt in tenebris, , in tenebroſis inferni, & iuſti- leſt, gratia tua iuſtificans poterit cognoſci in terra obli- is. i. in terra illa, cuius tu penitus per viſitationem miſe dix es oblitus? Quaſi dicat. Vtique etſi eſſet qui hęc illi t narrare, non eſſet qui poſſet cognoſcere.
*tene.* Iidem ſunt mortui poſiti in ſepulchro, & tenebrę, rra obliuionis.
*o ad te do. cla.* Caſ. Quæ in ſuis ſuſtinet, ecce chorus re- dens pręcinenti.
aſ. Et ego quaſi, cum illis cum quibus vnum.
ug. Et ego. His mortuis non proſunt opera Chriſti. Quis vſus eorum? Quid de eis agit Deus ad vtilitatem cor- s ſuiid eſt eccleſiæ. Multum, quia in eis oſtenditur quæ ratia in prædeſtinatis. Addit ergo & ego. Quaſi dicat. *Fui & nos natura filij iræ. Sed ad te clamaui, vt ſaluus eſſem.* Qui clamat & inuocat, credit, ſed non crederet niſi miſericordia ſuſcitaret, qua pręueniente, iam eſt mane poſt tenebras. Sed quia reſtat futura clarificatio, nunc oratio mea præit, quę vt feruеſcat, differtur bonum & crebeſcunt mala, vnde addit quid domine repellis. D

a Non hi narrabunt ſed viui & fideles. b Poſitus. ¶ Mortuæ animæ corpus ſepulchrum eſt.
a * Nunquid narrabit antiquis in ſepulchro miſericordiam tuã 1
a Poſitus. b Id eſt, obſtinatus.
b & veritatem tuam in perditióne? Nũnquid cognoſcentur in 2
a Infidelium. b Hæ ſunt tenebræ, vnde. Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Quæ dicit non eſt Deus.
c d 3 tenebris mirabilia tua, & iuſtitia tua in terra † obliuionis? 4
Chriſtus ex voce eccleſiæ. Quia nullus medicorum ſuſcitat. a Præuenta a miſericordia.
e 5 Et ego ad te domine clamaui, & mane orátio mea præue- 6
a Ideſt, futurum iudicium. Sed nunc. b Non dando quod volunt, ſed non expedit.
f 7 niet te. Vt quid domine repellis † orationem meam, † auertis 8
a Rebus ſeculi. Aug. Exequitur breuiter tribulationes corporis Chriſti. b Aug. vnde ali- bi. Sæpe expugnauerunt me a iuuen. mea.
9 faciem tuam a me? † Pauper ſum ego, & in laboribus a iuuen-
a Quædam membra exaltantur in ſeculo, vt in eis ſit maior humilitas. b Aduerſis.
g h 10 tute mea, † exaltatus autẽ humiliatus ſum & conturbatus. In 11
a Venientes. i. mihi illatæ. b Non manet ira Dei in iuſtis ſed tranſit. c Afflictiones. d Omne quod poteſt accidere, etſi non accidat, prudenter timetur.
i K l m † 12 13 me tranſierũt iræ tuæ, & terrores tui † conturbauerunt 14

f *Vt quid.* Caſſiod. Ecce quantum deſiderat.
Caſ. Vt quid domine. Proponit querendã eſſe cauſam quæ eſt vt dilatione boni & aduerſis multiplicatis, quibus repulſa quaſi oratio inflammetur ardentius. † oblita.
g *Exaltatus.* Caſſi. Prius timido corde, poſtea. †auertiſti
h *Humiliatus.* Per confeſsionem. E
i *Conturbatus.* i. confuſus de peccatis ea dãnando. †confecerunt
K *Tranſierunt.* Caſſi. non manſuete contigerunt.

Aug. Quia non de fideli, ſed de infideli dictum eſt. *Ira Dei manet ſuper eũ,* flagellat enim filios quos recipit, vnde. *Quos ego amo, arguo & caſtigo.* Et alibi. *percutiam & ſanabo, occidam & viuere faciam.* Ioan. 3. d. Heb 12 b. Apoc. 3. e. Deut. 32. f.
Aug. Tranſierunt & conturbauerunt. Quia aliud iam de damnatione patimur, & aliud de æterna vltione timemus.
l *Terrores tui.* Caſſio. Quos patior, quia tibi placuit non meo merito.
Aug. Terrores futuri iudicij quos amicos caro timet.
m *Conturbauerunt me.* Secundum infirmitatem carnis.
Aug. Conturbauerunt me aliquãdo terrores, ita cõturbãt animum cogitantis circumpẽdentib. malis, vt ſicut aquę circũfluere videantur & ſimul vndiq; circũdare, vnde amici & noti timore deſerunt, vnde Apoſtolus. *Omnes me dereliquerunt.* Cir- F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *unquid narrabit antiquis in ſepulchro, &c.* Quaſi diceret, nõ in ſepulchro non eſt niſi corpus inanimatum & putre- m.
2 *veritatem tuam per.* i. in inferno damnatorum, quia pro- vocatur perditio, quaſi diceret, non: quia exiſtentes ibi is blaſphemant Deum.
3 *unquid cognoſcentur in tenebris.* i. in Gentibus obtenebratis rantia & errore.
4 *irabilia tua.* Quaſi dicat non, malitia eorum.
5 *iuſtitia tua in terra obliuio. &c.* i. in terra ab hominibus nõ tata, propter quod dicitur obliuioni data quaſi dicat nõ, ad obſequium diuinum ſola creatura intellectualis eſt . Iſtæ autem viæ reſtituendi diuinũ cultum adhoc ſunt uſæ, vt per hoc oſtendatur exaudienda via prædicta. f. eductionem populi in Iudæam, & talis modus loquen- equenter eſt in prophetis, & maxime in libro Pſalmorũ netrice ſcriptus eſt, ſcilicet quod ad planum intellectũ i aliquid eſt ſupplendum.
6 *ego.* Hic quarto allegatur ratio ex parte humani deſide dæi deuoti qui erãt in Babylone, feruẽti deſiderio quæ nt vt redirẽt in Iudęam, magis propter cultum diuinum quam propter naturale ſolatium, & hoc allegatur cum dicitur. *Et ego ad te domine clama.* Ore ſimul & corde.
7 *Et mane oratio mea, &c.* ideſt antequam aliquid operari incipiam, dirigam orationem meam ad te.
8 *Vt quid do. re. ora. meam.* Eam non exaudiendo.
9 *Auertis fa. tuam a me?* Loquitˀ de Deo more humano, quia homo auertit faciem ab illo quem non vult exaudire. Conſequenter allegat neceſsitatem exauditionis dicens.
10 *Pauper ſum ego in la. a iu.* Iuuentus autem populi Iſrael intelligitur pro tempore quo fuit in Aegypto, ſecundum illud Ier. 2. a. Recordatus ſum tui miſerans adoleſcentiam tuam & charitatem deſponſationis tuæ, quando ſecuta es me in deſerto ſcilicet in exitu de Aegypto, & tunc populus Iſrael fuit valde pauper & afflictus.
11 *Exaltatus autem.* In adeptione terræ promiſſionis regibus Chanaan debellatis tempore Ioſue, & adhuc plus tpe David & Salomonis, qa tũc populus Iſrael fuit maxime exaltatus.
12 *Humiliatus ſum & con.* Per Nabuchodonoſor regem Babylonis, ciuitatem & templum deſtruentem, & populum captiuantem.
13 *In me.* ideſt; ſuper me.
14 *Tranſierunt iræ tuæ & terrores, &c.* ideſt, effectus punitionis, tuæ venerunt ſuper me.
Cir-

## MORALITER.

1 *Nunquid narrabit antiquis in ſepulchro.* Quaſi dicat non, quia ſi ut dictum eſt, non ſunt in ſtatu merendi.
3 *t ve. tuam in perditio.* i. in inferno, quaſi dicat non, nam ibi nulla eſt redemptio.
3 *Nunquid cognoſcentur in te.* Repetitio eſt eiuſdem ſententię ſub alijs verbis. Et ex dictis cõcluditur tacite quod diuinam clementiam decet miſereri peccatoribus contritis, quandiu ſunt in via, propter quod ſequitur.
6 *t ego ad te domine clamaui.* Exiſtens in ſtatu merendi.
7 *t mane oratio mea præueniet te.* Ideſt, antequam ponam me ad alia opera.
8 *Vt quid domine repellis orationem meam.* Protrahẽdo eius exauditionem.
10 *Pauper ſum ego.* Spiritualibus bonis.
† *Et in laboribus a iuuentute mea.* Id eſt, in operibus peccatorum quæ ſunt laborioſa. Sap. 5. b. Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis.
11 *Exaltatus autem.* Gloria in malis meis.
12 *Humiliatus ſum & conturbatus.* Depreſſione contritionis.
13 *In me tranſierunt iræ tuæ, & terrores tui, &c.* Per recordationem ſeueritatis tuæ.
Cir-

a Inimici. Tam grauiter. b Quæ mergit.

a me. Circundederunt me ſicut aqua tota die, circundederunt 1
b 2
c me ſimul. Elongaſti a me amicum & proximum et notos 3
d meos a miſeria. 4

a Qui ſola opinione vel viſione nos didicerunt. ¶Mea.

A a *Circundederunt me.* Caſ. Peccata vndiq; copioſa inundatione concludunt.

B b *Tota die.* Augu. Quia nullo tempore deſunt mala eccleſię donec finiatur ſecu-

C li. Sed hęc omnia fiunt, vt oratio eccleſię præueniat Deũ, donec illa ſal... nat vbi nihil ... rum ſit.

c *Amicum.* Caſ. ... qui pio & fidel... re coniuncti ſun...

d *Proximũ & n...* Parentela. Sepe ... humana officia timore ſubtracta ſunt.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Circundederunt me, &c. *Ideſt, ſicut aqua tangit intrantem ipſam circunquaque, ita punitiones tuæ tetigerunt me in anima & corpore.*

2 Circundederunt me ſimul. *Et hoc facit ad aggrauationẽ, quia quando aliqua mala pęnæ eueniunt ſucceſſiue facilius portantur.*

3 Elongaſti a me amicum & proxi. *Ideſt, illos qui fuerunt ante amici mei & proximi, ita quod non poſſum habere ab eis conſilium & auxilium.*

4 Et notos meos a miſeria. *Supple mea, ita quod per eos non poteſt releuari. In trãſlatione vero Hieronymi habetur.* Et notos abſtuliſti *ita quod nõ poſſunt auxilium ferre mihi. Secundũ doctores noſtros catholicos Aug. & Hier. et cæteros, quibus in hac parte eſt adhærendum, materia huius pſalmi eſt paſſio domini noſ. Ieſu Chriſti, quam pſalmiſta præuidit per ſpiritum prophetiæ, & etiam pſit in hoc pſalmo loquens in perſona Chriſti. Sed hanc expoſitionem non proſequor, quia clare & lucide tradita eſt in gloſſa ſuper Pſalterium, quæ habetur vbique. Et ſic ad eam poteſt quilibet recurrere. Secundum hoc expoſitio quam poſui eſt tantum figuralis, quia omnia in figura c[o]ntingebant illis 1. ad Cor. 10. c.*

## MORALITER.

1 *Circundederunt me ſicut aqua.* Ideſt, ex omni parte.

3 *Elongaſti a me amicum, & proximum, &c.* Quaſi dicat ex quo nullus compatitur meæ miſeriæ, tempus eſt vt adiu[ues] ſicut dicitur Pſal. 9. g. Tibi derelictus eſt pauper, orph[ano tu] eris adiutor.

## ADDITIO

*In pſal. 87. Domine Deus.* Vbi dicitur in poſt. *Canticum Pſalmi filiis Chore.*

Titulus huius pſalmi videtur ſingularis inter cęteros. Eſt enim duplicatus, quia cum dicitur. *Canticum pſalmi filiis Chore,* videtur idem titulus omnino cum titulo 57. qui incipit. Magnus dominus, qui hẽt pro titulo. *Canticum pſalmi filiorũ Chore.* & ſic in quibuſdam aliis. Cum autem additur. *Ad victoriam ſuper Mahalath, &c.* vr̃ alius titulus, cum ibi nominetur alius tanquam auctor pſalmi. Itẽ in quocũque titulo ponitur hæc dictio, ad victoriam ſeu victori, ſemper ab ipſa eadem dictione incipit titulus, vt patet diſcurrenti per omnes titulos pſalmorum vbi hæc dictio ponitur. Sed cum in hoc titulo poſtq̃ dixerat. *Canticum pſalmi filiorum Chore.* poſtea ſubdit. *Ad victoriam, &c.* Ex hoc patet quod ſit ſecundus titulus. Qui quidẽ titulus ſic duplicatus manifeſte facit pro opinione B. Aug. attribuentis auctoritatem omnium pſalmorum ipſi Dauid, & diuerſitatem titulorum, in quib. alij dicuntur quaſi auctores, attribuit officio cãtoratus. ſ. eo quod Dauid auctor diſtribuebat quoſdam pſalmos quibuſdam canctorib. quod ſatis hẽtur ex hoc titulo, vbi duo quaſi auctores nominantur. ſ. filij Chore & Heman, quod non contingit in propheticis locutionibus. Licet. n. prophetæ concurrant in eadem ſententia, non tamẽ in eadem forma verborum. Nec vnquam legitur quod vna & eadẽ prophetia numero duob. prophetis ſimul & ſemel attribuatur. Cũ igitur iſte pſalmus attribuatur primo filiis Chore, ſecundario vero Heman, manifeſtum quod iſti non ponuntur hic tanquam auctores, ſed potius tãquam cantores. Filij. n. Chore erant Leuitę, ſimiliter & iſte Ezritę, vt habetur in locis allegatis per Poſtillatorem ad planum & verum ſenſum eorum quę allegantur, vñ & vtriuſq; tanquã cantorib. Dauid diſtribuit iſtum pſalmũ, qua rõne eis intitulatur. Poſſunt ẽt multi cõformiter vnum & eundẽ pſalmum vel hymnum cantare ſub omnimoda cõformitate ſonorum & modulaminũ, non tñ eandẽ prophetiã ſub eiſdẽ verbis & ſyllabis proferre. Quilibet. n. propheta hẽt ſuum proprium modum loquendi ſeu ſcribendi in prophetiis. Vnde & Hieron. dicit in prologo ſuper Iſa. q; ipſe fuit vrbanæ eloquentiæ, non aũt Ieremias, & ſic de aliis, vñ apud veros Hebręos modus loquẽdi totius Pſalterij eſt cõformis quaſi ab vno ꝓpheta ſeu auctore cõpoſitus, ſicut & Pẽtateuchus, & alij libri qui tñ vnũ hẽnt auctorẽ. Poſtillator vero volens fugere rõnem quæ pro B. Aug. manifeſte facit, aſſerit q; auctor huius pſalmi fuit Hemã Ezraite, volẽs excludere filios Chore, qđ non valet cum pſalmus iſte primo intituletur filiis Chore, & ſecundario Hemã, vt dictũ eſt. Sciẽdũ ẽt q; multi Hebræorũ expoſitores ſunt iſtius opinionis. ſ. Bea. Auguſt. allegantes ad hoc illud quod legitur 2. Regum 23. c. vbi de ipſo legitur quod fuit egregius pſalmiſta Iſrael vt ibidem, quę quidem allegatio videtur valida. Si. n. pſalmi intitulati filiis Chore & Aſaph ... eſſent ab eis cõpoſiti, potiori mõ potuiſſent vocari egregij pſalmiſtę Iſrael quam ipſe Dauid. Pſalmi. n. eis intitulati, & cõiter tractant ad literã de altiorib. myſteriis Chriſti & eccleſiæ, quã pſalmi intitulati ipſi Dauid, q pro magna parte tractant literaliter de caſib. ſuis ſingularib. prout patet in quatuor pſalmus immediate pręcedentib. Pſalmus [qui] incipit. *Quã dilecta tabernacula tua domine, &c.* Intitulatus [filiis] Chore. In quo quidẽ Pſalmo tractatur de beatitudine [cæle]ſti. Similiter Pſalmus qui incipit. *Benedixiſti domine,* inti[tulatus] eiſdẽ tractat egregie ad literã de primo aduentu Chri[ſti. Pſal]mus etiã qui incipit. *Fundamẽta eius,* eiſdẽ intitulatus notabiliter & valde cõpendioſe de eccleſia triumph[ante &] militante, vt ſupra dictũ eſt. Pſalmus vero inter præd[ictos po]ſitus, qui incipit. *Inclina domine.* intitulatus ipſi Dauid [ad] literam ſm Poſtillatorem de perſecutione quam pa[ſſus eſt] Dauid a Saule, & aliis ſuis perſecutorib. quæ quidẽ ... ad literam incomparabiliter eſt minoris dignitatis ... prædictarum. Et ſimiliter inuenietur in toto Pſalterio ... pro magna parte. Valde improprie igitur attribuere[tur] Dauid q; eſſet egregius pſalmiſta, cũ filij Chore & A[ſaph ſi]militer & Hemã potius debuerint dici egregij, ſi pſ[almi] qui ſunt eis intitulati fuiſſent auctores, & Dauid eſſet eorũ tm̃, qui ei intitulantur. Sunt etiam aliæ rationes ... nione B. Aug. quæ fuerunt ſupra tactæ in ſuis locis. ... ponuntur hic eo quod reſpiciunt ſingularitatem iſtius ...

Item ſciẽdum q; hęc dictio Mahalath, quę ponitur [in] titulo ſumenda eſt in illa ſignificatione. ſ. prout ſigña[t quen]dã inſtrumentum muſicum, vel certum modum can[tandi] cui concordat hoc q; ſtatim ſequitur ad reſpondendũ ... . n. quędã cantica quæ cãtantur per modũ rñſorij, vt i[n eccle]ſia frequentatur. Vñ circa titulos pſalterij vr̃ dicend[um q;] ſunt quidã qui exprimunt materiam pſalmi, vel ſaltẽ ... quo pſalmus incipit exordiri, ſicut pſal. 3. *Domine qui[d multi]plicati,* cuius titulus eſt. Pſalmus Dauid cũ fugeret ab [Abſalõ] filio ſuo, & ſic de ſiſ[mil]ibus. Sunt alij tituli in quib. nõ ex[primitur] materia nec aliquid de contentis in pſalmo, ſed dec[laratur] modus cantandi, ac ſi diceretur in primo tono vel in [ſecun]do tono, & huiuſmodi, vel declaratur organum mu[ſicum in] quo proprius talis cantus debet poni. Et iſtis modis ... guntur. Neginoth quod ponitur in quarto pſal. & N[ehiloth] quæ ponitur in quinto, & Melech quæ ponitur in h[oc pſal.] & ſic de multis aliis. Et iſtius opinionis eſt Ra. Abe[n Ezra] qui inter alios expoſitores Hebræos fuit perfectio[r in] grammatica, vnde non eſt curandum quãtum ad ſen[ſum litera]lem de iſtis titulis qui ad oſtenſionẽ modi cantandi v[el pſal]lendi ponuntur niſi forte per modum etymologię, q[uæ non] pertinet ad ſenſum literalem. vñ & eccleſia vniuerſa [cuius] auctoritas maxima eſt, nõ conſueuit legere hos titul[os in ec]cleſia. His omiſſis circa materiã huius pſalmi poſtil[lator v]non modicũ a veritate deuiare, & poſtponit ẽt ſente[ntiã do]ctorum noſtrorum qui cõiter tenent, hunc pſal. de p[aſſione] Chriſti tractare, & adhæret opinioni Ra. Sa. ſingular[iter q]ui ip[ſum] exponit de afflictione Iudaici populi in Babylo[nica ca]ptiuitate. Quam quidem expoſitionẽ. ſ. Ra. Sa. litera ... tur, vt patet manifeſte in certis Et primo in hoc quo[d] dicit[ur] *In die clamaui & nocte coram te, &c.* Oſtẽſum eſt. n. ſup[ra] ... ditione quod populus ille in Babylonia exiſtẽs totu[s vel ma]xima pars eius a qua totũ dẽt denominari erant idolatræ. Tres autem pueri, & Daniel & Eſdras tanquam pa[uciſſimi] pro nihilo ſunt reputandi, ſecundum Philoſophũ in [ſecũdo] Phyſicorum, vñ oratio talium idololatrarũ nõ erat [audi]bilis

ſquequaque. Item hoc quod dicitur. Inter mortuos li-
on proprie intelligitur ſecundum hanc expoſitionem.
atio.n.per mortem falſa eſt, liberatio eſt, niſi in illis qui
vitā meliorem certitudinaliter expectant, vñ & Philo
is improbat in Ethicis occidētes ſeipſos quantũcumq;
ſumma anguſtia. Itē q; ſequitur. *Nunquid mortuis facies*
*lia, &c.* vſq; ibi. *In terra obliuionis.* valde inſufficienter ex
ntur ſecundum hanc expoſitionem. Vult enim Poſtil-
illegare in perſona illius populi quod nulla via eſſet ad
iēdum diuinū cultum, niſi per reductionem populi in
m, q; eſt manifeſte falſum, poterat.n. diuinus cultus re
per alias nationes, eo modo quo dicitur Matt. 3.b. *Po-*
*t Deus ex lapidibus iſtis ſuſcitare filios Iſrael.* Quæ quidā au
as bñ intellecta cōtradicit huic expoſitioni Poſtillato-
militer hoc qđ dr̄. Vt quid dñe repellis orōnē meam,
õ verificatur de Babylonicis qui (vt dictum eſt) indigni
xauditione, vñ in vanū quererētur. Vt quid dñe repel-
. Vñ pp iſta & multa alia quę ex iſtis poſſent deduci to
ra fere pſal. non eſt applicabilis huic expoſitioni. Nec
abiliter hæc expoſitio debuiſſet occupare mēbranas,
ec eſt literalis nec etiam figuralis. Vera igitur expo-
uius pſal. q̄rēda eſt in gr̄a noſtra vbi ſingula ponderan
applicant̄ paſſioni Chriſti. Qui q̄dē Chriſtus vere fuit
mortuos liber, vt in gloſſa cũ q̄buſdā ſuis circũſtãtijs.
PLICA. In pſal. *Domine Deus ſalutis meæ.* Bur. dicit non
randũ de titulis, ideo eccleſia vniuerſalis quæ eſt ma-
auctoritatis non conſueuit legere hos titulos, & tamen
ltis locis fecit de eis magnos tractatus. Sed in materia
pſal. Bur. valde inuadit Poſtil. dicens ipſum multum a
ite deuiare: & poſtponere ſententiam doctorum no-
i qui cõiter tenent hunc pſal. tractare de paſsione Chri
ſpicienti autem diligenter factum Poſtillatoris, patet
Burg. falſum imponit Poſtillat. nam ipſe amplectitur
anctis doctorib. eandem veritatem, ſic dicēs circa finē
pſalmi. Secũdum doctores noſtros catholicos Aug. &
&c. quibus in hac parte magis adhærendum eſt, mate-
ius pſal. eſt paſsio dñi noſtri Ieſu Chriſti quā præuidit
per ſpiritum propheticum, & eam ſcripſit in hoc pſal. lo
in perſonā Chriſti. Quę expoſitio q̄a clare tradita eſt, &
in gloſsis noſtris cõiter repetitur, eam nõ reſumo, ſed ſolum
expono literam vt figuralē, iuxta illud 1. Cor. 10. c. *Omnia in*
*figura contingebant illis.* Hic modus dicendi debuit ſufficere
Bur. in multis locis pſalmorum, ne calumniaretur Poſtillato
rem figuraliter exponentem, figuratam tñ & principaliter a
ſpiritusſancto materiā intentā nõ reijciēdo. Illa aũt quę Bur.
opponit contra illam figuralem expoſitionē non ſunt inſo-
lubilia. Primum cum dicit quod populus tempore captiuita
tis Babylonicę fuit cõiter malus, & per conſequens fruſtra
orat, quia non meretur exaudiri. Ad quod reſpondeo quod
iſta oratio nõ ponitur hic exaudibilis merito populi captiua
ti, ſed merito prophetæ perſonam populi captiuandi aſſumē
tis, & pro populo orantis & rationes exauditionis allegãtis.

Secundo obijcit Bur. de eo quod dicitur. *Fact. ſum ſicut ho. ſine adiutor. inter mort. liber.* Quod de eis verificari non p̄t quia mors peccatorum peſsima, non igitur libera. Ad quod dico, non eſt allegatio populi ſed prophetæ credentis, & ſperantis melioris gratiæ repoſitionem per mortem.

Tertio obijcit Burg. cõtra illud quod dicitur. *Nunquid mortuis facies mirabilia, &c.* quod dicit incõuenienter exponi, quia ſi non ſit via reparandi cultum diuinum, niſi per liberationē populi a captiuitate prędicta. Ad hoc reſpondetur quod Poſtil. exponit non de neceſsitate, ſed de congruitate, quia magis decuit diuinum cultum reparari per populum in datione legis deſponſatum, in lege educatũ, & vnde conſtabat ex diuina promiſsione Chriſtũ naſciturũ. Ne igit̄ promiſſio ſacra patrib. fruſtraret̄ de potētia ordinata id fieri oportuit, q̄q̄uis de poteſtate abſoluta multiplex alius modus poſsibilis fuit, iuxta allegatum Bur. d. Matt. 3. b. *Poteſt Deus de lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ*, quam auctoritatem Burg. penſat valde contra Poſt. cum tamē laboret in æquiuocis, quia iſte loquitur de potentia ordinata, ille autem de abſoluta, quę reſpicit potentiam obiectiualem, ſecũdum quam quodlibet poteſt fieri ex quolibet, non autem ſecundum ordinatam, ſecundum quam ex aſino vel lapide non fit homo. E

Quod vltimo obijcit Bur. videlicet qđ populus captiuus, quia prauus, nõ meruit exaudiri, ideo fruſtra in perſona eius dicitur. *Vt quid domine repellis orationem meam, &c.* Soluitur ex reſponſis ad primam obiectionem.

PSAMVS LXXXVIII.

a *Miſericordias.* Caſ. Hic Pſal. de ſpe Chriſtianorum & magnificentia domini multa dicit, per quæ nemo ſe ur qui digne ſupplicet quod verus Iſrael ita intelligit. Caſsiodorus. Primo de miſericordia & veritate ſe cantar promittit Propheta.

b *æternum.* Caſsiodo. Remig. Quomodo, miſericordias in æternum cantat, & gratias agit, ui miſeriæ non meminit? Quomodo autem plena beatitudo ſi memoria reatus tus mentē tangit? Sed ſępe lęti triſtium meminimus, & ſani dolorum ſine dolore, & inde amplius lęti & grati ſumus. Sic itaque & miſeriæ recordatio nil beatitudinis detrahit.

c *Veritatem.* Promiſsionem. In ore, nõ ex ore labitur, ſed in ore diu tanquam dulce verſatur.

a Robuſtl, quod nullus eſt niſi in ſpe promiſſionis Dei vnde hic agitur. b ¶ i. qui vere Deum videt.

Intellectus Ethan Iſraelitæ. PSAL. LXXXVIII.

a Vnde propheta, robuſtus non in ſe ſed in miſericordia Dei ait. ¶ Aug. Vnde robuſtus eſt homo qui in ſe infirmus. Ita ad tempus miſericordiæ in æternum. b In æternum duraturas. c Iucunde annunciabo.

a b MIſericordias domini in æternum cantabo. In 1 2

a Iudæorum. b Gentium. †

generatione & generationem † annunciabo 3

a A te dicam. Aug. quæ tua eſt ſine qua ego mendax. b Quaſi & ego dicam. Quod meum. eſt vt ſim ſeruus, ideſt, vt inde ſeruiam tibi, membra enim mea domino obſequuntur. c Cantabo.

c d bo veritatem tuam in ore meo. Quoniam † dixiſti in 4

d *Quo. dixi.* Hic dicit, vnde ſcit? & quæ miſericordiæ Dei, per Chriſtum ſint?

Aug. Quas miſericordias, & quā veritatem cantabo? Ecce.

*Quo. di.* Q. d. ego homo ſecure dico, qđ tu Deus dixiſti, per ſpiritũ manifeſtaſti. † uotam faciā.

*Miſeri.* † dixi. F

NICOLAVS DE LYRA.
PSAL. LXXXVIII.

MIſericordias Domini. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo & in tranſlatione Hie.* Eruditio Ethan Ezratię. *In quo notatur autor huius Pſal. ſicut dictum eſt plenius Pſalm. præcedenti. Dicitur autem Pſal. iſte eruditio Ethan. quia de ipſo fuit eruditus per ſpiritumſanctum, & ipſum ſcripſit ad eruditionem aliorum. De materia huius pſal. dicunt concorditer doctores Hebræi & Latini, quod Pſal. iſte loquitur de ſtabilitate & perpetuitate regni Dauid, quæ completa eſt in Chriſto, & in nullo alio, de cuius regno dicitur Daniel. 7. d.* Aſpiciebam in viſione noctis, & ecce quaſi filius hominis veniebat, &c. *& ſubditur.* poteſtas eius poteſtas ęterna, quæ non auferetur & regnum eius, quod non corrumpetur, *ſecundum expoſitores Hebræos & Latinos. Sed in hoc eſt differentia, quod Iudæi expectãt hoc eſſe complendum in Meſſia futuro, catholici vero dicunt hoc eſſe completum in Chriſto qui deſcendit de ſemine Dauid ſecundum carnem Roman. 1. & Matth. 1. vbi eius generatio deſcribitur per Dauid, & de perpetuitate regni eius dixit angelus ad virginem Luc. 1. c.* Dedit illi dominus Deus ſedē Dauid, patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternũ, regni eius non erit finis. *Diuiditur autem pſal. in duas partes, quia primo pſal. ſe excitat ad Dei laudationē. Secundo explicat huius laudis rationem, ibi.* Quoniam dixiſti. *Circa primum dicit.* Diuiſio.

1 Miſericordias do. *Licet enim in Deo ſit tantum vna miſericordia, ſicut & vna voluntas, habet tamen multos effectus ex quibus nominatur in plurali.*

2 In æter. cant. *ideſt, hoc carmine laudabo, et dicit in æternum quia præuidit hunc pſal. vſque ad finem mundi decãtandum in eccleſia, & iſta laus diuina adhuc erit perfectior in patre, ſicut dictum fuit ſupr. Pſal. 83. a.* Beati qui ha. in do. t. do. &c.

3 Annunciabo ve. *h. d. quia miſericordia & veritas iuſtitię ſemper ſe concomitantur in operibus diuinis, licet in aliquo opere plus relucet iuſtitia, & in alio miſericordia, ſicut dictum fuit ſup. plenius pſal. 24.*

4 Quoniam dixiſti. *Hic conſequenter explicat huius laudis rationem,* Diuiſio.

MORALITER.

1 *Miſericor. Do.* Pſal. iſte literaliter intellectus loq̄tur de ſtabilitate regni Dauid, quæ p̄fecta fuit in Chriſto, qui ſecũdũ carnē deſcendit ab eo. Moraliter autē poteſt exponi de ſtabilitate viri virtuoſi in bono p̄ quā acquiritur æternitas regni cęleſtis, & q̄a virtuoſus Deum laudat de bonis ſuis, iõ in pſona eius dicitur. *Miſeri. do. in æter. can.* Id eſt, nõ ſolũ in præſenti cum iuſtis, ſed etiam cum angelis in futuro.

† *In genera. & genera. an. ve. &c.* Alios inducendo verbis & exemplis, & etiam ſcriptis ad Dei laudem.

4 *Quoniam dixiſti.* Hic conſequenter exprimitur ratio dictæ laudis cũ dicitur. *Quo. di. &c.* q; miſericordia & veritate iuſtitię acquiritur gloria cęleſtis patrię, hoc enim dixit Mat. 5. b. *Beati miſericordes, quoniã ipſi miſericordiã cõſequent.* Et ibidē dr̄.

*Beati*

A a *Miſ.ri.æd.ſi* Aug.vtrumq; repetit quod prædixit.Quia vniuerſæ viæ domini miſericordia & veritas.Non exhibetur veritas in impletione promiſſorum,niſi præcedat miſericordia in remiſſione peccatorum. Deniq; veritas Iudæis quib.promiſſa facta ſunt pertinet,miſericordia,Gentib.vt ait Apoſtolus. Dico enim Ieſum Chriſtum miniſtrum fuiſſe circunciſionis propter veritatem Dei implendam. Gentes autem ſuper, miſericordia honorare Deum.

.24.b.

† Percuſſi fœdus cũ electis meis ſtabiliã Rom.1, b. Sup.18.a.7.

b *In cælis.* Qui enarrãt gloriam Dei, per quos ędificatur miſericordia.

*In cælis præparabitur veritas tua.* * Euthy. Dei veritas Chrs dr̃, quia verax & nõ mendax,qui etiam de ſeipſo dixit.*Ego ſum veritas.Hæc*,inquit,*veritas ſtabilitur in cælis.*verbũ enim præparo, ſæpenumero apud Hebræos accipitur pro ſtabilio, atque iſta reddit Symmachus,quod autem Chriſtus in cælo eſſet ſtabiliendus,beatus Dauid alibi tradidit, dicens. Dixit dominus domino meo, ſede a dextris meis.

*Cela

B

f *In generatione.* Aug.Generatio enim non poteſt toties repeti quoties tranſit.Repetitio ergo pro omni generatione ponitur. Vel duæ ſunt generationes,vna carnalis,altera futura in reſurrectione.In vtraq; prędicatur Chriſtus,hic vt credatur,p̃dicabitur ibi vt videatur. Et hoc eſt quod ſupra.*In generatione & gener.*

a Non temporali ædificatione: — Per cælos.

a b æternum miſericordia ædificabitur in cœlis, præparabitur 1

g *Miſericordiæ & veritatis.* Augu. Miſericordia eſt quod promiſit, hanc ſequitur veritas, qa reddit. Sed cui? Iſrael, [illegible] eſt, qui modo [illegible] fidem videt veritatem, poſt per [illegible] ciem.

h *Omnes.* Aug. Quia non quidam tantum [illegible] eſt Chriſtus.

i *Iubilate.* Caſſio.

Ductilib

NICOLAVS DE LYRA.
PSAL. XCVII.

1 CAntate domino. *Huic Pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo & in translatione Hierony.* Pſalmus *ſine aliqua additione, & ſic per titulum iſtum non apparet auctor pſal. nec eius materia. Secundũ Hebræos Moyſes fecit pſal. iſtum vt dictũ eſt ſup. Pſal. 90. ſecundum Auguſti. vero Dauid fecit hunc Pſal. & omnes alios, ſed de hac varietate non eſt magna vis, vt dictum eſt Pſal. 95. De materia vero huius Pſal. dicit Ra. Sa. Hebræus, quod Pſal. iſte loquitur de tempore futuro, per quod intelligitur tempus Meſſiæ quod Iudæi expectant futurum, in quo dicunt multa mirabilia fienda per regem Meſſiam, ideſt, Chriſtum, & ſecundum hoc dicitur in prin. huius Pſal. Cantate domino canticum nouum, quia mirabilia fecit, ideſt, faciet, ſecundum ipſum, quia ſcriptura hic loquitur de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ, tempore enim quo factus eſt Pſal. iſte Chriſtus erat venturus in mundum, ſed mirabilia iſta quæ dicit fienda, iam ſunt facta in aduentu Chriſti, quia quod Dei filius in humana natura apparuit, virgo concepit & peperit, & cætera mirabilia quæ Chriſtus fecit, non ſolum ſunt mirabilia, ſed etiam mirabiliſſima, & ſecundum hoc docto. noſtri exponunt Pſalm. iſte de duplici aduentu Chriſti, ſcilicet, in mundum, & ad iudicium generale, & vltimum quod vocatur iudicium diſcuſſionis. Sed ſaluo meliori iudicio videtur mihi, quod conuenienter poteſt exponi de aduentu Chriſti in mundum, & de iudicio diſcretionis, quod incepit a tempore prædicationis Chriſti & apoſtolorum, vt ſupra dictum eſt, & ſecundum hoc Pſal. iſte & 95. ſunt circa eandem materiam, vnde & ſimiliter incipiunt & magnam habent conuenientiam non ſolum in ſententia, ſed etiam in verbis. Bene enim reperiuntur Pſal. plures de eadem materia facti, non ſolum a pluribus auctoribus, ſed etiã ab vno auctore, vt in ſuperius dictis patuit in Pſal. ipſius Dauid. Igitur ſecundum hoc Pſal. iſte in duas partes diuiditur. In prima ponitur gratiarum actio de beneficio incarnationis, in ſecunda de beneficio iudicij diſcretionis, quo electi ſunt ad fidem vocati, ſecunda ibi:* Iubilate domino omnis terra. *Circa primum dicitur:* Cantate domino. *ſcilicet, Ieſu Chriſto:* Canticum nouum. *tanquam auctori noui teſtamenti, in cuius ortu nouum canticum cantauerunt angeli, Lu. 1.*

Materia pſal.

Diuiſio.

2 Quia mi. fecit. *Naſcendo, languidos curando, mortuos ſuſcitando, reſurgendo, & aſcendendo, & ſpiritũ ſanctum in ſigno viſibili mittendo, quo ſimplices & illiterati ſunt notitia ſcripturarum illuminati, & linguis omnium loquebantur, Actuum 2.*

3 Saluauit. *Ideſt, ſalutem fecit.*

4 Sibi. *Hoc eſt, ad honorem ſuum, ſcilicet, Dei patris.*

5 Dextera eius. *Ideſt, Chriſtus Dei patris filius, qui dicitur virtus. 1. Cor. 1. a.* Prædicamus Chriſtum Dei virtutem, *virtus [illegible] conſiſtit in parte dextera, propter quod & frequenter dextera nominatur in ſcriptura. Similiter Chriſtus brachium Dei dicitur Eſa. 53. [illegible]* mine quis credidit auditui noſtro, & brachium domini [illegible] *Quæ ſcriptura intelligitur ad literam de Chriſto, vt plenius oſtendetur domino concedente, quando ad locum illum veniemus.*

6 Notum fecit dominus. *Ideſt, Deus pater.*

7 Salutare ſuum. *Ideſt, filium ſuum pro ſalute mundi humanatum, & ſic viſibilem factum.*

8 In conſpectu gentium. *Ideſt, fidem catholicam iuſtificantem, quæ per prædicationem apoſtolorum & aliorum Chriſti diſcipulorum publicata eſt gentibus diſperſis per orbem terrarum.*

9 Recordatus eſt miſericordiæ & ve. *Ideſt, promiſsionis [illegible] patribus eius, ſicut Geneſ. 22. promiſſũ fuit Abrahæ.* Benedicentur in ſemine tuo, &c. *quæ promiſsio miſericorditer & veraciter impleta eſt in Chriſto nato de ſemine Abrahæ per Iacob, qui alio nomine eſt Iſrael, Geneſ. 32. & quia effectus huius promiſsionis extenſus [illegible] ad omnes gentes, ideo ſubditur.*

10 Viderunt omnes termini terræ. *Per fidem cognouerunt [illegible] & per miracula coram eis facta.*

11 Salutare Dei. *Ideſt, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, [illegible] qui eſt ſalus hominum, ſecundum quod dicitur Act. 4. b. & non eſt [illegible] alio quo alio ſalus.*

12 Iubilate. *Hic incipit verſus in Hebræo, & in translatione Hieronymi vbi ponitur inuitatio gratiarum actionum pro iudicio diſcretionis, quo electi ad fidem & gratiam ſunt vocati, cum dicitur: [illegible]* late domino omnis terra. *quia de omnibus terræ partibus [illegible] ſunt vocati.*

13 Cantate. *Ideſt, laudate in cordibus veſtris.*

14 Et exultate & pſallite. *Ideſt, ſignis deuotionis exterius.*

Quia

Pſall

MORALITER.

1 *Cantate domino canticum nouum.* Pſalmus iſte loquitur de aduentu Chriſti ad iudicium diſcretionis, ſicut & cantate [illegible] mum, & ideo de alia expoſitione ſpirituali pertranſeo [illegible] in illo.

*uctilibus.tubæ corneæ.* Aug. Aereis, quę tundendo producuntur, ideſt, qui tribulati proficiunt, & ſonant laudes Dei. ...nu vero carmen excedit, & ſic fit firmum & capax vo... Is eſt qui affectus carnis ſuperat & libidines, qui non ſa... erram, ſed quæ ſurſum ſunt, qui in carne quidem ...bulat & non ſecundum carnē mili... ...t cornu carni hę & eam ſuperat. ...ierony. In tubis ductilibus, argenteis ...e Iudæorū. My... producti ſub ...leo vniuerſę terræ diabolo. ...ug. Tribulatio ...eſt, profectus, ...luctio, talis tuba Iob, vnde quaſi inſonuit, dicēs. ...*inus dedit, domi... abſtulit.* ...*oueatur.* Auguſt. ...t, inducetur ma... ...gis ligno crucis in eo poſito. ...uth. Per commmotionem etiam hoc loco exultatio... intelligit, vt diximus in pſal. 95. ibi. *Lætentur cœli, & exul... ...rra cōmoueatur mare & plenitudo.* Vide quod illic exponē... ...iximus. Per plenitudinem vero maris, quidam piſces in... ...xerunt, qui illud replent, quaſi ipſi etiam piſces ad lætitia atque ad gaudium aduocentur. Et

Et plenitudo eius, vniuerſa legis ſacramēta. Orbis terrarū. Gentilitas ad conuerſionem moueatur. Qui habitāt, vt quę figurate dixit, de hominib. accipias. Vel mare. i. ſeculum moueatur terrore iudicij, vbi impij timent. Plenitudo multitudo hominum peccatis plena, quia ibi multa peccata. Orbis, quia ipſe vertetur in nouam faciem, ſed Flumina, &c. D

a Quibus modis. paſcendo paupertates, prius fiat totum ad Deum pertineat. b Actu carnis. i. mortificatione eius, diuina opera facite. c Caſ. eadem prepoſterata, ſubiungit vt quoduis eorum d Vt ſint prædicatores.

Pſallite[a] domino † in cithara[c], in cithara[c] & voce pſalmi, in tu[d]- 1

a Productis & proficientibus ſub malleo diaboli. vitia carnis dooient. b Ita vt alijs ſonent, & in ſeipſis, c. Aug. vob's ita agentibus, quid erit tubis ſonantib. aures Dei delectantur fluctus maris excitantur. 2

a bis du[a]ctilibus, & vo[b]ce tubæ corneæ. Iubila[c]te in conſpectu 3

a Prædicit, non optat apoſtolis enim prædicantibus, quaſi tubis motum eſt mare ſeculi, & increuerunt fluctus perſecutionum. b Exponit mare & ple. 4

b regis domini, mo[a]ueatur mare & plenitudo eius, o[b]rbis † ter- 5

a Illis perſequentibus pleni ſpiritu Dei gaudebunt operibus. b In idipſum. 6

rarum & qui habitant in eo. Flumina plaude[a]nt manu ſimu[b]l 7

a Boni gaudent veniente iudice, mali contremiſcunt. 8

montes exu[a]ltabunt a conſpectu domini, quoniam venit iu- 9

a Aug Gaudent quia non iniuſte iudicabit, ſub ignaro iudice vel iniquo bonus timeret. Nunc tantum malus timeat neceſſe eſt. Alias terræ. 10 11

c d dicare terram. Iudica[a]bit orbem terrarum in iuſtitia, & populos 12

e f in æquitate.

* Baſ. & Theo. Hic montes appellauit eos, qui excellſam & ſublimem hēnt mētem, ſupra quos Dei ciuitas ędificata eſt, Non pōt. n. inquit, ciuitas abſcondi ſupra mōtem poſita. *Et fundamenta eius in montib. ſanctis.* Hos inquit, lætari & exultari, Dei & Saluatoris noſtri aduentū ſcientes: expectantes. n. laborum præmia, gaudent, iudicis iuſtitiam ſcientes.

Mat. 5.

† terræ & omnes inhabitantes in ea E

c *Terram.* Caſ. Id eſt, omnem peccatorem.

d *Orbem terrarum.* Omnes terrenos.

e *In iuſtitia.* Auguſtinus. Quia non meruerunt miſericordiam.

f *Populos.* Caſ. Fideles de Iudæis & gentibus, qui capient ęqua meritis. F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 ...ſallite. *Recitando ore Pſalmos a prophetis ad Dei laudem factos. Et quia iſte Pſal. tempore ve. te. cantabatur a Leuiticis pro expectatione ...beneficij, quia talia cantabant non ſolum vocibus humanis ſed etiam muſicis inſtrumentis, ideo ſubditur.* Pſallite domino in cithara, &c.

2 ...n tubis ductilibus. *Ideſt, cum martello factis.*

3 ...t voce. *Quia aliquando vtebantur inſtrumentis de cornibus animalium factis, maxime in feſto tubarum, quod celebratur in principio ſeptimi menſis.*

4 ...ubilate in con. *Scilicet, Chriſti, qui eſt rex regum & dominus dominantium, Apo. 19. c.*

5 ...oueatur mare. *Ad eius reuerentiam quod factum fuit quando ...us eius ſe calcabile præbuit.*

6 ...ple. eius. *i. habitantes in inſulis maris, quorum multi conuerſi ...ad fidem, vt dictum eſt Pſal. præced.* Or-

7 Orbis terrarum, &. *Tro, ideſt.*

8 Qui habitant in eo. *Quia non ſolum de inſulis maris, ſed etiam de terris omnibus aliqui ſunt conuerſi ad fidem.*

9 Flu. pau. *Ideſt, habebunt occaſionem exultationis, ſi haberent ſenſum, & hoc fuit impletum quando Chriſtus tactu ſuæ ſanctiſſimæ carnis vim regeneratiuam dedit aquis in baptiſmo.*

10 Simul mon. exul. *Ideſt, cauſa exultationis erunt, quod fuit impletum, quando Chriſtus in montibus legem euangelicam prædicauit, et ibi miracula fecit, vt habetur Mat. 5. & Io. 6. & in pluribus locis, & quia per ſuam prædicationem cœpit vocare electos ad fidem, quod pertinet ad iudicium diſcretionis, ideo ſubditur pro cauſa prædictæ exultationis ſeu gratiarum actionis.*

11 Quoniam venit. *Et quia iſtud iudicium eſt iuſtum, quamuis ſit nobis occultum, ideo ſubditur.*

12 Iudicabit orbem terrarum in. *Pſalmus iſte moraliter poteſt exponi eodem modo, & 95. quia ſunt de eadem materia, vt dictum eſt in principio huius pſalmi.*

## GLOSSA ORDINARIA.

a *Pſalmus Dauid.* Auguſtinus. Propheta, deſcribit Chriſtum regem bonantem cui antiqui ſeruierunt his ...is tres admonitiones ſubijcit. Mone... vt Chriſtum tanquam Deum adoremus, & velut regem exultemus. Hæc ...m de Chriſto futura ſub velamine ...dixerunt prophetæ, vt quibuſdam figuris rerum tegerent ſententias ſuas. Sed velamen ablatum eſt, cum veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cęlo proſpexit.

a Pſalmus Dauid. Pſ. XCVIII.

Chriſtus cum poſt reſurrectionē prædicaretur, irati ſunt qui colebant idiola. b Si prius humilis. ¶Vel bit.

b Dominus regna[b]uit, 1

PSAMVS XCVIII.

b *Dominus reg.* Caſsiod. De potentia & regno Chriſti, vt in homine adoretur. Pſal. 46. b.

Caſ. Oſtendit Chriſtum regnantem & (quicunque repugnet) altum ſuper omnes, vnde ei cedere monet.

☞ *Iraſca.*

## NICOLAVS DE LYRA. PSAL. XCVIII.

1 D*ominus regnauit.* Huic pſalmo nullus titultus præponitur in Heb. nec in tranſlatione Hiero. Dicunt autem Heb. quod Moyſes fecit ipſum, vt dictū eſt pſal. 90. Sed hoc non videtur verū, quia in hoc pſal. dicitur:. Moyſes & Aarō in ſacerdotib. eius, &c. & ſubditur. Ipſi inuocabant dominū, & exaudiebat eos, & ſic auctor huius pſalmi vr̄ loqui de ipſis ✱ tanquam

## MORALITER.

1 ...*ominus regnauit.* Sicut dixi in expoſitione literali, Pſalmus iſte loquitur ad literā de regno Dauid, qui fuit figura Chriſti, propter quod exponēdus eſt ſpiritualiter de regno Chriſti, ſic. *Dominus regnauit.* Ideſt, Ieſus Chriſtus ad patris dexteram exaltatus, Marc. vlt. d. Aſſumptus eſt in cælum, & ſedet a dextris Dei.

A a *Iraſca.* Caſsio. Irriſio. Secure concedi poteſt vt iraſcantur, quia nō sūt vltra nocituri, permittendo dicit nō imperādo.

* Euthymius. Scribit Matthæus, quod nato *Domino, Magi ab oriente venerunt Hieroſolymam dicentes, vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum, quodque audiēs ea Herodes rex, turbatus eſt, & vniuerſa Hieroſolyma cū eo.* Hoc igitur myſterium prævidēs beatus Dauid, dicit, Dominus rex natus eſt. Ipſe enim dominus de ſe dicebat, *tu dicis quia rex ſum ego, ego in hoc natus ſum, &c.* iraſcātur igitur Iudæorum populi.

B b *Sedet ſu.* Caſsio. Contra eum nihil poteſt terra, etſi ipſe fuit in terra vbi paſſus eſt iram populi.

c *Cherubim.* Aug. Plenitudo ſcientiæ interpretatur, quæ eſt charitas. Plenitudo ſcientiæ legis, quæ eſt ſedes Dei, erit & in te, ſi charitatem habueris, contra quam nihil poſsunt irati. Quid enim terra contra cęlum?

d *Do. in Sion.* Auguſti. Si non intelligis, quid eſt ſuper Cherubim, hoc vide, quia in Sion magnus. Sion eſt anima quę Deū ſpeculatur.

* Euthymius. Iuxta hiſtoriam Chriſtus magnus fuit in Hieruſalē, docens & efficiens miracula. Egrediebatur enim, inquit, fama de eo. Itē alibi. Exijt fama ſtatim in omnes finitimas regiones. Et rurſus. Exijt fama eius p totā Syriā. iuxta

C Anagogē vero, magnus eſt dominus in &c. Sion quippe interpretatur ſpecula. Fidelium autē, &c. non immerito ſpecula appellatur, cū fideles qui in ea verſantur (vt ait Apoſtolus) non terrena ſolū, ſed cœleſtia contemplentur. In hac &c. ſpecula Chrs excelſus eſt ſup omnes homines, vt qui non tantum homo eſt, ſed etiam Deus. Vel magnus in Siō, excelſus autem in omnibus populis, vt ſit quod Chriſtus magnificetur inter Iudæos & inter gentes, hoc eſt, in ijs qui ex circumciſione sūt, atque in ijs qui ex gentibus. Nam quod ait ſuper omnes non ſolum ſignificat omnes, ſed etiam omnibus.

a ¶ Quia inde bon. Quantuncunque velint. b ¶ Ille regnauit.
Vel ſedes. c ¶ Angelicas poteſtates. d ¶ Idem quod iraſcantur populi.

a b iraſcantur populi, qui ſedet ſuper Cherubim † moueatur ter- 1
a ¶ Eccleſia. Si tu es de eccleſia, & in te magnus ſuper omnes qui iraſcuntur. 2

c d ra. Dominus in Sion magnus, & excelſus ſuper omnes 3
a ¶ Gentium. b ¶ Iam ergo & ipſi populi qui prius blaſphemi. 4
c ¶ Famæ & gloriæ tuæ. d ¶ Iam. 5

e f populos. Confiteantur nomini tuo magno, quoniam 6
a ¶ Ipſum nomen. Potentia quæ puniti. b ¶ Bonitate qua parcit. 7
c ¶ Ne quis de miſericordia præſumat, quia cuique reddet pro meritis, ſi ergo quæritis iuſti eſſe, ipſe eſt qui facit quia dirigit vnde ſubdit, Tu paraſti, &c. 8

g h terribile & ſanctum eſt, & honor regis iudicium diligit. 9

c *In Sion ma.* Caſs. Quis dominus, exponit. In Sion Magnus, ne pro paſsione vileſcat. Vel tamen dominus magnus in Sion Iudęorum, & ſuper populos gentium.

f *Magno.* Aug. Paruum erat quando iraſcebantur, ideſt ... cis diffamatum, ſed iam in omni terra dilatatum.

g *Terribile.* Aug. Quia etſi crucifixus, prædicatur iudex futurus, & non errabit in iudicio.

h *Et honor regis.* Caſ. Exponit quomodo debent cōfite... honor regis, eſt glorioſa prædicatio, iudiciū diſcretionē ... nō leui voluntate colendus eſt, ſed fixa deliberatione ... ab ipſo eſt, vnde ſubdit: Tu paraſti dire. Vel, honor re... damnatio nocentium, vnde regis gloria augetur.

## NICOLAVS DE LYRA.

⁂ tanquam de præteritis, pp qđ Pſal. iſte vr̄ eſſe factus non ſolū poſt tempus Moyſi, ſed et poſt tēpus Samuelis, & ideo doctores noſtri dicūt ipſum eſſe factum a Dauid qui Samueli ſuperuixit, & dicunt quod fecit pſalmum iſtum de regno Chriſti. Sed ſaluo meliori iudicio iſta expoſitio videtur mihi magis myſtica quam literalis quia in hoc Pſal. fit inuitatio ad Dei cultum ſecundum modum veteris legis, vt patebit perſequendo, qui modus non habet locum in Chriſti regno. Ra. Sa. vero dicit, qđ Pſal. iſte loquitur de regno Meſſiæ, qui debellaturus eſt reges Gog & Magog, & multos alios populos cum eis, ſm̄ quod vr̄ prętendere dictū Ezech. 30. & tunc regnū mūdi pacifice obtinebitur a Iudęis. Sed hoc dictum eſt erroneū: Tū quia aduentus Meſſiæ tranſiit in præteritū. Tū quia ſm̄ dictum Aug. 20. de ciuita. Dei 11. ca. & aliorum ſanctorum, Gog & Magog de quibus loquitur, Ezechiel nō sūt aliqui populi determinati, ſed ſunt perſecutores eccleſiæ a diabolo ad hoc inducti & inducendi, maxime circa finē mūdi. Igitur ſaluo meliori iudicio Pſal. iſte mihi vr̄ eſſe factus a Dauid ad inducendum populum ad diuinum cultū, de quo fuit valde ſollicitus, vt patet. 1. Paralipomenon. & 2. Reg. & hoc fuit poſtquā debellatis Philiſthæis, & alijs contra regnū eius inſurgentibus, ipſe adduxit arcā dn̄i in mōtē Sion intra tabernaculū quod ei tetenderat, & cōſtituit ibi ſacerdotes & Leuitas ad cultū Dei celebrandū, vt hr̄ Paralip. 16. & ſecundū hoc Pſal. iſte in duas partes diuiditur, quia primo Dauid incitat populū ad cultū diuinū, ſecundo ad hoc recitat exem-

Diuiſio. pla ſanctorū patrum, ibi: *Moyſes.* Prima in duas, quia primo Dauid declarat conſtitutionem ſui regni, ſecundo inducit ad laudem Dei, ibi: *Confiteantur.* Circa primum dicit.

*Dominus regnauit.* Ideſt, regnare me fecit, per talē modū dicit dn̄s Geneſ. 22. ca. ad Abrahā: Nūc cognoui, quod timeas Deū, ideſt, cognoſcere feci. Quod .n. dn̄s fecerit regnare Dauid, patet 2. Reg. 7. b. *Hæc dicit dominus exercituum: Ego te ... paſcuis ſequentem greges, vt eſſes dux ſuper populum meum* propter quod regnū Dauid dicitur regnum Dei. 1. P... 19. f. *Seditque Salomon ſuper ſolium domini in regem pro Da... tre ſuo.*

1 *Iraſcantur populi.* Quia Philiſthæi audita vnctione fuerunt irati, & conati ſunt regnum eius deſtruere. 2. ... & ſimiliter alienigenæ qui erant in circuitu Iudææ fuerunt debellati a Dauid magis virtute diuina quam ... na, ideo ſubditur.

2 *Qui ſedet ſuper Cherubim.* Hoc dicitur, quia propitiat... ſuſtentabatur ab ipſis cherubim, vt dictum fuit, Exod... dicebatur ſedes dei, eo quod inde dabantur diuina reſ...

3 *Moueatur terra.* In tranſlatione Hieronymi habet... *cutiatur terra.* ideſt, habitantes in terra inimicorum ... rum concutiantur timore, & nobis ſubijciantur. E... hoc ſit decens fieri allegat, dicens.

4 *Dominus in Sion magnus.* Ideſt, ille qui a nobis col... monte Sion, eſt magnus dominus. *Et excelſus ſuper om... pulos.*

5 *Confiteantur nomini.* Hic conſequenter Dauid induci... lum ad cultum dei dirigens ſermonem ad deum, dic... *fiteantur nomi. tuo ma.* confeſsione debitæ laudis.

6 *Quoniam terribile.* Ideſt, venerabile, ſicut Ge. 28. d. terribilis eſt locus iſte, &c.

7 *Et ſanctum eſt.* Formaliter & effectiue, quia omnis ſa... catio fit in Dei nomine.

8 *Et honor re.* In Heb. & in tranſlatione Hieron. habe... *imperium regis,* & in idem redit, quia obedire imperio ... eum honorare.

9 *Iudicium diligit.* Ideſt, æquitatem, ſicut patet in ve... teſt. vbi eam fieri præcipit.

## MORALITER.

1 *Iraſcantur pop.* Scilicet, Iudæi & imperatores Romani, qui conati ſunt multipliciter extinguere nomen Chriſti Et ponitur hic optatiuus pro indicatiuo, cum dicitur: *Iraſcantur populi.*

2 *Qui ſedet* Ideſt, ſuper ordines angelorum, non ſolum in quantum Deus, ſed etiam inquantum homo.

3 *Moueatur terra.* Ideſt, habitantes in ea ad credendū tibi & fideliter ſeruiendum.

4 *Dominus in Sion magnus & excelſus ſuper omnes populos.* Scilicet, in eccleſia triumphante & militante.

5 *Confiteantur nomini.* Confeſsione laudis.

6 *Quoniam terribile.* Scilicet, malis.

7 *Et ſanctum eſt.* Bonis.

8 *Et honor regis.* Chriſti.

9 *Iudicium diligit.* Ideſt, executionem iuſtitię requirit

parafti directiones. * Baſil. & Theodorus. Nam veluti Rex rectam, & iuſtā ſententiam protulit, cū Iſraelem ntia, quæ erat contra eos, qui ſeruiebant liberauerit. um ſecundum aliam vaticinationem ſic intelligendū lendiſti promiſſionis tuę veritatem, cum pollicitatio- æ maioribus s factę fuerūt, eris, cumque nē Abrahę ſa rgitus fueris.
b *In* icob. Auguſti. olum patriar- d populo quē cat.
*Tu* ciſti. Hęc quę on poſset.
*E* ltate. Caſſio. a pars monet e eum, quia eius fuerint. quia hęc facit, ergo Exal-
*S* ellum. Augu. ſcabellum pe :ius dicit ſcri-, hæc ſine im- a verbo Dei pta adoratur, a nemo carnem eius dignè manducat, niſi prius ado- d non terram intuetur qui adorat, ſed illum potius cu bellum eſt per quem adorat, vnde ſubdit, quoniā ſan- t, in cuius honore ſcabellum adorat.
*P* *m.* Caſ. Pedes, indefecta ſtabilitas deitatiš.
*Adorate ſcabellum.* * Euthymius. Scabellum pedū Chri Dei terram delegimus, cœlū inquit, thronus mihi eſt, ra ſcabellum pedum meorum. Scabellum vero pedū ti, vt hominis, mōtem Golgotha eſse dicemus, in quo rucifixus, vel ipſam etiam crucem, in qua illius pedes s confixi ſunt.
g *nctum.* Vt diſcernas corpus a deitate, etſi vna perſona. *Moy-*

h *Moyſes.* Caſ. Sacerdos, quia ſi non hoſtias, populi vota obtulit, & pro populo ſupplicauit.
* Baſilius & Theodoretus. Non temere alijs prætermiſſis vatibus, de hiſce tantum mentionem fecit, ſed vt innatum Iudęorū furorem, & tyrannidem diceret, etenim Moſis, & Aaronis tēpe- ſtate ſacerdotiū ſub ripere conati ſunt. Et Samuelis tempo re, diuinum regnū aſpernati, humanū adamarunt. Edocet igitur diuinus ſermo eos nihil noui facere, ſic cōtra Saluatorē rabie percici ſunt ſalutareq; eius regnum non admit tūt, quandoquidem a principio inſania fuit ipſis familiaris.
i *Columna.* Caſſiodorus. Fortitudo & decor domus. In hac ſpecie loquebatur, quæ nuntiabat eccleſiā, vel carnem ſed tunc in nube, modo aperte per filium.

a ¶Tortis. b ¶Has ſcilicet. c Aug. Vt diſcernamus inter bonum & malum. d Cum bonum ſequimur, malum vitamus.

a Tu paraſti † directiones, iudicium & iuſtitiam in Iacob tu fe- 1
b a ¶Ergo. b ¶Chriſtum ſecundum quod Deus. ¶Qui facit iudicium & iuſtitiam 2
c in vobis. c ¶Eouſque exaltate, vt adoretis & hoc eſt.
d ¶Corpus Chriſti, ſed propter ipſum, cuius eſt. 3
d ciſti. Exaltate dominum Deum noſtrum, & adorate ſcabel- 4
e a ¶Alias, ſanctus eſt. b ¶Magni iſti qui eum prædicauerunt. ¶Legislator. 5
f c ¶Summus ſacerdos. 6
lum pedum eius, quoniam ſanctum eſt † Moyſes & Aaron in 7
g a ¶Hos imitamini. b ¶Chriſti. c ¶Qui de Ephraim. Vnde non fit ſacerdos, & 8
h ideo inter inuocantes ponitur, non inter ſacerdotes.
9
ſacerdotibus eius, & Samuel † inter eos qui inuocant nomen 10
a ¶Iam tunc. b ¶Chriſtum. c ¶Qui nunc loquitur in homine.
d ¶Tantum valet ſincera oratio.
eius. Inuocabant dominum, & ipſe exaudiebat eos, in 11
a ¶Per figuras in nube obſcura, ſed illa dicta quendam manifeſtum deſignant, ſcilicet, 12
Chriſtum. ¶Qui tanti erant.
i columna nubis loquebatur ad eos. † Cuſtodiebant te- 13
k ¶Ideo. 14
l ſtimonia eius, & † præceptum † quod dedit illis. Do- 15
a ¶Caſ. In iuſtis petitionibus. b ¶Caſ. Condonando eis ne noceant peccata in futurum.
m mine Deus noſter tu † exaudiebas eos, Deus tu propitius 16

† 22. diſt. in fi.
† in his
† Quia
† quæ

K *Nubis loquebatur ad eos.* Caſsiodorus. Ad eos ergo tunc in nube, qui iam nobis loquitur in ſcabello, id eſt, in carne aſſumpta apertè.
l *Teſtimonia eius & præcepta.* Caſsiod. Teſtimonium, eſt per ſigna aliqua præcedentis rei poſita ſignificatio, vnde ſæpe in lege dicitur: *Hoc erit vobis in teſtimonio.* Pręcepta ſunt ſicut præcepta legis per Moyſen data.
m *Propitius fuiſti eis.* Auguſtinus. Non dicitur niſi peccatis, propitius ignoſcendo, propitius & vlciſcendo, ecce etſi tanti eſsent iſti, aliquid tamen habebant peccati, vnde addit, in omnes adinuentiones. *Vlciſcens.*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 paraſti di rectiones. *Ideſt, præcepta moralia, quæ dirigunt in* *timū Mat. 19. ca.* Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.
2 licium. *Ideſt, præcepta indicialia.*
3 t iuſtitiam. *Ideſt, cęremonialia quæ dicuntur iuſtificationes in ra veteris teſtamenti.*
4 Iacob tu feciſti. *Ad hæc enim tria genera præceptorum redu- omnia mandata, quæ dedit populo Iſrael in monte Sinai, ideo Dauid.*
5 altate. *Ideſt, quantum poteſtis laudibus extollite.*
6 ominum Deum noſtrum. *Pro recognitione ſuorum beneficiorum.*
7 ab. pedū eius. *Ideſt, ante ſcabellum pedum eius, & iſtud ſcabel- cebatur arca teſtamēti, quæ erat ſub propitiatorio, ita quod pro- orium erat quaſi ſedile Dei, & arca teſtamenti tanquam ſcabel- lius ſedis, ſicut dictum fuit Exod. 25.*
8 oniam ſan. *Dicebatur enim arca ſancta, eo quod ſancta conti- , ſcilicet, tabulas digito Dei ſcriptas, & virgam Aarō, & vrnam m manna plenam.*
9 oyſes & Aarō in ſa. eius. *Hic ad propoſitum adducitur exemplum ſanctorum patrum, cum dicitur:* Moyſes & Aaron in ſa. eius. *hoc eſt, fuerunt inter ſacerdotes Deum colentes, quod patet de Aaron, quia fuit ſummus ſacerdos, ſimiliter Moyſes officio ſacerdotali vſus eſt in conſecratione Aaron & filiorum eius, vt dictum fuit, Exod. 18.*
10 Et Samuel inter eos qui inuo. no. eius. *Præerat enim cuneo prophetarum dominum colentium, vt habetur 1. Reg. 19.*
11 Inuo. domi. *Humiliter & deuote.*
12 Et ipſe exau. eos. *Sicut patet de Moyſe & Aaron in Exod. & in pluribus alijs locis, & de Samuele 1. Reg. 7. & 12.*
13 In columna nubis loquebatur ad eos. *Hoc inuenitur ſcriptum de Moyſe & Aaron in pluribus locis, & idem credendum eſt de Samuele, eo quod hic dicitur, & maxime, quia Deus cępit loqui cum eo a iuuentute, vt habetur 1. Reg. 3. Et cauſa huius exauditionis ſubditur, cum dicitur.*
14 Cuſtodiebant teſtimonia eius. *Quantum ad iudicialia & cęremonialia, quæ dicuntur quædam Dei teſtimonia.*
15 Et præceptum quod dedit illis. *Ideſt, præcepta moralia, quæ magis proprie dicūtur præcepta. Et ponit hic ſingulare pro plurali, eo modo quo dicitur Exo. 8. f. Venit muſca grauiſſima, ideſt, muſcæ.*
16 Domine Deus noſter. *Repetitio eſt eiuſdem ad maiorem affirmationem.* Et

## MORALITER.

1 *pa. di.* Ideſt, inſtinctus ad bonū præuenientes hominis ū arbitriū. Et mutatur hic modus loquendi de tertia perſona ad ſecundam, quod fit frequenter in ſacra ſcriptura, & maxime metrice compoſita, qualis eſt liber Pſalmorum.
2 *licium & iuſtitiam.* Ideſt, habitum iuſtitiæ & eius exercitium feciſti in ſupplantatore vitiorum. Et quoniam ex hoc Deus eſt laudandus ſubditur.
5 *xaltate dominum.* Ideſt, excellenter laudate.
7 *t adorate.* Ideſt, humanitatem Chriſti, quę inquantum vnita eſt diuinitati, latria eſt adoranda, ſecundum ſe vero hyperdulia.
9 *Moyſes & Aaron.* Per Moyſen, qui interpretatur extractus ab aquis, ſignificātur religioſi, qui debent abſtrahi a delicijs mūdanis. Per Aaron qui montanus interpretatur, prælatorū ſtatus intelligitur. Per Samuelem qui fuit miniſter in domo domini, intelligūtur ſacerdotes & clerici. omnes iſti laudare debent nomen domini pre cæteris Chriſtianis.
13 *In co. nubis loquba.* Ideſt, in gratia ſpiritus ſancti figurata per columnam ignis & nubis, quia illuminat in via morum, & obumbrat contra tentationis æſtum.
14 *Cuſtodie. teſti.* Ideſt, præcepta decalogi, & conſilia ſaltem aliqua.
16 *Deus no. tu exau.* Quia preces eorum erant exaudibiles ex diſpoſitione ſubiectorum. *Iubilate*

*Moyſes*

A a *Vlciſcens*. Ne humana elatio ſurriperet, vnde Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ.

2.Cor 12. c. † illis & vindicans in oẽs affectiones.

b *Adinuentiones*. Alias affectiones. Auguſtinus. Quas ſolus Deus nouerat ĩ cordibus eorum, vnde pœna eis pati eos cum quibus erant, pro quorum peccatis quaſi ſuis dole[...] per charitatem [...] enim fuit (vt a[...] riſque puratur) [...] ſi pœna non in[...] in terram prom[...] nis in quam & [...] intrauerunt, ſ[...] gura, quod qu[...] lege eſſent, & [...] gratia eſſe nollent, non intrarent in requiem.

a ¶Aug. Quod eſt propitiatio caſtigando ne ſemper peccare delectet.

a b ſuiſti † eis, & vlciſcens in omnes adinuentiones eorum. E-

a ¶Ergo. ¶Quia blanditur & cedit, vt patet. b ¶Secundum quod Deus. c ¶Dominum, ſed non præter montem eius. Hic eſt lapis paruus qui ſicut Daniel dicit creuit in montem magnum, & impleuit totam faciem terræ præciſus, id eſt, natus de monte, id eſt, gente Iudæorum quæ colebat vnum Deum ſine manibus, id eſt, opere hominum, quia de virgine ſine virili ſemine conceptus. ¶In corpore.

xaltate dominum Deum noſtrum, & adorate in monte ſancto eius, quoniam ſanctus dominus Deus noſter.

1 2 3 4 5 6

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et vlciſcens in omnes adinuentiones eorum. *Ideſt, puniens defectus eorum qui non procedebant ex inſtinctu tuo, ſed magis ex ecrũ arbitrio, ſicut patet de Moyſe et Aaron, Nu. 20. b. vbi dicitur propter aquas contradictionis.* Dixitq; dominus ad Moyſen & Aaron quia non credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis me corã filijs Iſrael non introducens hos populos in terram quam dedi patribus eorum. *quia in pœnam huius fuerunt morte præuenti.*

B

2 Exaltate. *Id eſt, laudibus extollite.*

3 Dominum. *Ratione generalis gubernationis.*

4 Deum. *Ratione creationis.*

5 Noſtrum. *Ratione cultus ſpecialis.*

6 Et adorate in monte ſancto eius, quoniam ſanctus dominus Deus noſter. *i. in monte Sion qui iam erat diuino cultui applicatus, quia, ibi erat arca teſtamenti ad myſterium a Leuitis & ſacerdotibus celebrandum, vt prædictum eſt.*

*Myſticè exponitur pſalmus iſte de regno Chriſti, quod accepit reſurrectione & aſcenſione. Quod quidem regnũ principes Iuda irati, conati ſunt deſtruere, & poſtea principes Romanorum, ſed trario factum eſt, quia principes Romani voluntariè ſubmiſerun[...] regno Chriſti a tempore Conſtantini & Iudæi in ſeruitutem Ch[...] norum principum ſunt redacti. Hoc igitur Dauid in ſpiritu præ[...] per regnum ſuum figurari introduxit Chriſtum regnantẽ, dicens.* regnauit, &c. *& ad eius laudem inducit populum catholicum adducens exempla antiquorum patrum, qui de regno Chriſti no[...] habuerunt, & deuotione læti ſunt, vnde & ſaluator Ioh. 8. g. [...] Abraham:* Abraham pater veſter exultauit, vt videret meum, vidit & lætatus eſt. *Hanc autem expoſitionem in p[...] lari non proſequor, quia diffuſè tradita eſt in glo. ſuper pſal. qua[...] habetur, & in expoſitionibus aliorum doctorum.*

## MORALITER.

1 *Et vlciſcens in om. &c.* Id eſt, peccata quæ non ſunt ex Deo, ſed ab inuentione humana. Et quia ea cito punit, ſignum eſt miſerationis diuinæ. 2 Machab. 7. c. Etenim multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim [...]nes adhibere, magni beneficij indicium eſt. Ideo ſequ[...]

2 *Exaltate dominum.* Ipſum quantum poteſtis laudando [...]

6 *Et ado. in mon. &c.* Ideſt, in loco diuino cultui conſe[...]

## ADDITIO I.

*In pſal. 98. Dominus regnauit.* Vbi dicitur in poſtilla. *Circa primum dicit. Dominus regnauit.*

Non videtur propria expoſitio, quam facit in hoc loco poſtil. de hoc quod dicitur. *Dominus regnauit.* id eſt, regnare me fecit: quia eadem ratione cum Saul regnauit, poſſet dici. *Dominus regnauit.* quia dominus fecit eũ regnare, vt patet 1. Regum 10. vbi Samuel dicebat Sauli. *Me miſit Deus vngere te in regem.* Sed cum dicitur. *Dominus regnauit*, propriè debet intelligi de regno Chriſti, in cuius regno dominus vere & propriè regnat qui quidem eſt dominus qui ſedet ſuper cherubim, vt ſtatim pſal. declarat, vnde expoſitio huius pſal. de Chriſto prout gloſſa & doctores communiter tenent, myſtica, ſed literalis.

## ADDITIO II.

*In eodem pſalmo.* vbi dicitur in poſtilla. *Et vlciſcens* [...] *nes adinuentiones eorum.*

Licet plerunq; Deus corrigit ſeu punit iuſtos, non [...] vlciſcens, niſi contra aduerſarios tm̃, vt patet diſcurre[...] ſcripturas. Et ideo melius vr̃ dicendum, q; Deus fuit v[...] in adinuentiones Moyſi & Aaron, eo quod iniurias [...] cos illatas per Darhã & Abiron, & eorũ complices vi[...] uit, vt patet Num. 16. & ſic magis propriè continuatu[...] quod præmiſerat, dicens. *Domine tu exaudiebas eos.*

## GLOSSA ORDINARIA.

C a *Pſalmus in confeſſione.* Confeſſio gemina eſt, vna eſt laudis, altera peccatorum. Confeſſio laudis conuenit perfectis. Confeſſio peccatorum incipientibus, vnde in hoc pſalmo propheta monet ad confeſſionem.

Caſsiodo. Docet hic pſalmus & Deũ inceſſanter laudare, & peccata nr̃a inceſſanter plangere, quia nec in malis eſt deſperandũ, nec in bonis debet aius eſſe eleuatus.

Caſsiodorus. Primo perfectis præcipuum genus confeſsionis, id eſt laudem indicit.

a ¶Eſt. ¶Id eſt agit de confeſſione, ¶Laudis vel vtraque.

a Pſalmus in confeſsione. PSAL. XCIX.

¶Non alij. a ¶Non pars, quia vbique benedictio ſeminata eſt.

IVBILATE DEO omnis terra, 1

## PSAL. XCIX.

*Iubilate.* Auguſtinus. Si vox iubilat exterius, cor [...] ligat interius. Sonus enim cordis eſt intellectus [...] lus eſt ſonus lætitiæ ſine verbis, quia eis lætitia anim[...] poteſt explicari. hic fit a bonis in confeſsione, a m[...] confeſsione, cum de[...] nis adeo gaudent. Iul[...] ro gaudent videntes [...] do corde, quæ Deus [...] ta, & quo ordine, & mirificè fecit.

*Omnis terræ.* Augu[...] Ad laudem monens. [...] vnum angulum terræ hortatur, ſed ſicut vbique nouit [...]

## NICOLAVS DE LYRA.
### PSALM. XCIX.

1 IVbilate Deo. *Huic pſalmo præmittitur talis titulus in Hebræo: Pſalmus ad confitendum, et in tranſlatione Hiero. & in iſta qua coiter vtimur, dicitur Pſal. pro confeſſione, & idem penitus importatur. Ex hoc autem titulo non apparet auctor Pſal. ſed a Iudæis dicitur fuiſſe Moyſes, ab Auguſtino verò ipſe Dauid, ſed non eſt magna vis, quia auctor eius quicunque fuerit ſpiritum habuit, ſed ex titulo prædicto ſatis apparet ad quid pſalm. iſt[...] fuerit ſcilicet, vt cantaretur in oblatione hoſtiæ pacificæ de qu[...] tur Leu. 7. quæ offerebatur domino pro aliquo beneficio ab eo o[...] do, ad quod præexigitur diuina placatio vel pro beneficio obten[...]*

## MORALITER.

1 *Iubilate Deo.* Secundũ Hebræos Moyſes fecit hunc pſalmũ in oblatione hoſtiæ pacificæ per Leuitas decantandum. Myſticè vero poteſt exponi, vt ſit laus decantanda [...] latione euchariſtiæ, quæ eſt hoſtia pacificans omnia [...] cœlis ſunt & in terris. Col. 1. c. Et ſic dicitur. *Iubilate* [...] *nis terra,* ideſt habitatores omnis terræ.

† Se[...]

n am benedictionem ita vndique exigit iubilationem.
a *eruite in læ.* Aug. Hęc ſeruitus non eſt amaritudinis, nec in d nationis, ſed fęlicitatis & libertatis. Seruū ergo te faciat cl ritas, qa liberū te fecit veritas. Vnde dominus. *Si manſe- ni in verbo meo vere diſcipuli mei eritis, & cognoſcetis veritatē, & ve tas vos liberabit.*

b *In lætitia.* Quia li- be ti, non murmu- ra es vt in deſerto vr e præmium ſub- di

c *Introite in conſpe- ctu* Magnum eſt in co pectu tanti gau- de .

Baſ. & Theod. Sy machus autē cū gl ia dixit. Aquila ve . In laudib. Exul ta ium, & lętātium e ymnus.

d *ſe fecit nos, & non os. Populus eius & paſcuæ eius.* Aug. O ne bonum noſtrum ex eo non ex nobis.

aſ. Vel ne quis putet creationem noſtram patribus depu ta lam, qui ſunt miniſtri, ſed Deus auctor.

Baſilius & Theodoretus. Non enim nos noſtrum ip- ſo m conditores ſumus. Sic Beatus Paulus Athenienſes docuit. Deus qui fecit mūdum & oīa, quæ in eo ſunt: hic D cęli, & terrę cum ſit dominus non in manu factis tēplis habitat nec a manibus hominum colitur, indigens aliquo cum ipſe dederit omnib. vitam, & inſpirationem, & omnia: fecitque ex vno ſanguine, omne genus hominum habitare ſuper vniuerſam, faciem terrę. Hoc etiam hoc in loco vates docet. Ipſe fecit nos, & non ipſi nos. Symmachus vero, ipſe fecit nos qui non eramus.

a Gratum redemptis ſeruos eſſe. b Non neceſſitate ſed charitate. c ¶Aug. In conſcientia vbi Deus videt foris lingua exaltare facile eſt. 1

a ſeruite domino in† lætitia. Introite in conſpectu eius in exul- 2
b
c
a Aug. Quis hoc neſcit, ſed de crucifixo hoc dicit contra Iudæos. b ¶Omnia per ipſum facta ſunt. Ex ipſo eſt vnde coronamur, ex nobis vnde damnamur. 3

d tatione. ſcitote, quoniam dominus ipſe eſt Deus, ipſe fecit 4

a Sumus. Alias. Nos autem populus. b Ipſe paſtor. c Scripturarum in quibus ſaginantur fidelium mentes. 5 6

e nos, & non ipſi nos. Populus eius & oues paſcuæ eius, † in- 7

a Non foris ſtetit vbi hoſtes extra lupus inuenit. b In. ¶ Amplitudinem cæleſtis beatitudinis gratiæ plenitudine percepta. ¶Laudibus. 8 9

f troite portas eius in confeſſione, atria eius in hymnis, † con- 10

Scilicet. Nunc & in futuro. a Dum laudatur dulceſcit. 11

fitemini illi. Laudate nomen eius quoniam ſuauis eſt domi- 12

a Et hic liberat, & in futuro coronat. b ¶Iuſtit in omnem generationem, vel in terrena & cęleſtis eſt eius veritas implens promiſſa. 13

g nus, in æternum miſericordia eius, & vſque in † generatione 14
& generationem veritas eius. 15

e *Introite.* Caſſ. Secundo intraturis ſecundum genus confeſſionis, nec dubitetur quia miſericordia eſt ei. † Intrare De pœ. diſ. 1. c. volūſtent in fine † Confeſſionum.

f *Portas eius.* Augu. In portis initium eſt A confeſſione incipite ad ianuam Dei intrare nō a vobis facti. laudate eum a quo facti E de hoc alibi. Incipite domino in confeſsione, & cū intraueritis in atria, confitemini in hymnis. i. laudibus. Cum intratis vos reprehendite cum intraueritis, illum laudate. † In ſeculum ſeculi.

g *In generatione.* Aug. In vna quæ parit mortales, in altera quæ æternos. Pſal. 149. b

GLOS- F

## NICOLAVS DE LYRA.

*quod debet ſequi gratiarum actio, & propter hoc talis oblatio dicatur, quædam confeſſio diuinæ laudis, & ſimiliter pſalm. iſte qui de tabatur in oblatione eius. Et diuiditur in tres partes in prima ad* D *laudem inducuntur omnes generaliter, in ſecunda populus Iudai- cus fferens ſpecialiter, ibi.* Introite in conſpectu eius. *Tertio mi- ni orum cętus ſingulariter, ibi.* Populus eius. *Circa primum ſcien- dū, quod omnis homo a Deo recipit ſpeciale beneficium. ſ. rationem & intellectum, per quod eſt capax ipſius Dei, quod alijs creaturis infe- ri bus non conuenit, propter quod ad laudem Dei tenetur aſſurgere & oc eſt quod dicitur.*

Iubilate Deo omnis terra. *i. habitantes in omni terra.*

1 Seruite domino. *Quia non placent Deo ſeruitia coacta, ſed volū- ta ia, & hæc ſunt delectabilia.*

2 Intro. &c. *Hic conſequenter inducitur populus Hebraicus ſpecia- liter qui offerebat hoſtias pacificas ad oſtium atrij ſacerdotum, ita qu videbat oblationem ſui ſacrificij & quantum ad hoc dicitur.* Introite in conſpectu. e. *ideſt, ad locum vnde conſpici poterat diuinus cu s in altari holocauſtorum, quod non permittebatur Gentilibus.*

3 In exultatio. *i. in mentis deuotione cuius ratio ſubditur.*

4 Scitote quoniam d. omnis. *Ideſt, creator omnium. Quod decla- ratur in homine, cum dicitur.*

5 Ipſe fecit nos. *Dando animam intellectualem, quæ nō educitur de po tia materiæ, vnde dicit Philoſophus libr. de animalibus quod intel lectus eſt ab extrinſeco, & ſic per creationem quæ ſoli Deo competit qu eſt virtutis infinitæ quæ ad creationē requiritur, eo quod inter ens & nihil nulla eſt proportio: & ex hoc ſequitur quod ſit creator omniū quia virtus infinita multiplicari non poteſt, ſed eſt vna tantum.*

6 Populus eius. *Hic inducitur miniſtrorum cętus ſpecialiter, quia in oblatione hoſtiæ pacificæ ſacerdotes & Leuitæ intrabant ad altare, illi ad offerendum iſti ad cantandum, & quantum ad hoc dicitur.* Populus eius & oues paſcuæ intro. *Licet enim omnes Hebræi eſſent, populus Dei, tamen ſacerdotes et Leuitæ ſpeciali modo dicebantur eius populus, quia ad eius obſequium deputati erant.*

7 Et oues paſcuę eius. *Quia de oblationibus & decimis Deo oblatis erant nutriti & ſuſtentati, eo quod deſeruiebant diuino cultui. ideo ſubditur.*

8 Introite portas eius. *Ad altare diuini cultus.*

9 In confeſſione. *Scilicet laudis diuinæ offerendo ſacrificia & cantando cantica, & ad hoc pertinet quod ſubditur.*

10 Atria eius. *Ideſt, introite in atria eius, quia altare holocauſtorū erat in atrio ſacerdotum, quod dicebatur atrium interius & ſic per alia atria vbi laici erant, tranſibant prius.*

11 In hymnis. *Ideſt laudibus ad hoc factis a ſanctis prophetis.*

12 Confitemini illi. *Confeſſione laudis.*

13 Laudate nomen eius quoniam ſuauis eſt do. *Ideſt, cito placabilis hoſtijs & laudibus deuotis.*

14 In æternum miſericordia eius. *Quia ſemper paratus eſt indulgere pœnitentibus.*

15 Vſq; in generatione. *Fideliter adimplendo promiſſa. Moraliter autem poteſt exponi pſal. iſte, vt ſit inuitatio ad Dei laudem, populi communis & miniſtrorū eccleſiæ in oblatione eucharistiæ, quæ cum diuinis laudibus debet offerri Deo patri, quia hæc eſt hoſtia vere pacifica, per cuius oblationem ſummus ſacerdos Ieſus Chriſtus pacificauit omnia quæ in cælis & in terris ſunt, Col. 1. c.*

## MORALITER.

1 *Seruite domino in lætitia.* Ideſt, in mentis deuotione, & idem repetitur cum dicitur.

2 *Introite in conſpectu eius, in exultatione.* Et ſubditur cauſa.

4 *Scitote quoniā dominus ipſe eſt Deus.* Creator noſter latria colendus.

6 *Populus eius & oues paſcuæ eius.* Id eſt, vos populi Chriſtiani.

8 *Introite portas eius.* Scilicet eccleſiæ triūphantis, quia vobis aperuit portas eccleſiæ triumphantis.

9 *In confeſſione atria eius.* Laudis diuinæ.

13 *Laudate nomen eius quoniam ſuauis eſt dominus.* Proprium. n. eius eſt miſereri & parcere.

15 *Vſque in generatione.* Quia ſemper implet promiſſa.

GLOSSA ORDINARIA.

A a *Pſalmus ipſi Dauid.* Caſ. Pſalmus iſte continet formam perfectę ſanctitatis, vt centeſimus numerus perfectus eſt.
b *Ipſi Da.* Vt totum quod hic docetur virtutib. Chriſti applicet, nihil terreno regi. Hic docemur bona appetere, mala renuere, quę eſt perfecta conuerſatio vitæ.

4.Reg.22.& 23.& 2.Paral. 34.& 35.

* Baſ & Theodor. Aliqua exemplaria quaternioni ſabbatorum habent, neque apud Hebræum, neque apud alios interpretes, neque apud ſeptuaginta hanc inuenimus additionē. Hoc autem argumētum pſalmus habet.

† Perambulabo, &c.11 futuro.

B Ioſias Rex omnes Idolorum aras funditus euellit, horum vero ſacerdotes conſumpſit,& in priſtinam pietatem populum deduxit, non autem de ſola dogmatum ſanitate rationem habuit, verumetiam de officijs virtutis honorans iuſtitiam, iniuria affectis opem ferens, & iniuria afficientes plectens, ciuium vtilitatis curam gerens, cum hęc a longe Beatus Dauid perſpexerit, hūc conſcripſit pſalmum,& illius virtutem percurrens,& omnibus hominibus, veluti quendam perfectionis characterem proponens.

a b Pſalmus ipſi Dauid. PSAL. C.

Quæ modo. In futuro. a Ad tuum honorem, qui vtroque laudabiliter vteris.

c Iſericordiam & iudicium cantabo tibi Do- 1

a Et. Hier. Aug Pſallere eſt in hilaritate operari,& intelligere non potes, niſi in via immaculata, ſed in ea intelligitur quando ad nos veniat Deus.

d mine, pſallam & intelligam in via immacu- 2

a Ideſt quia. Quia quaſi opera tua pſal.& intelligam. b Ante etiam 3
quam intelligerem. Alias, deambulabam. Aug. Anguſtias patitur omnis malitia, ſola innocentia lata eſt vbi deambuletur. c Exemplum omnium.

e f lata, quando venies ad me. † Perambulabam in innocentia 4

a Ideſt eccleſiæ, vel cordis, in quo quiete habitat bene conſcius. alij forās pelluntur, quaſi a fumo 5
vel ſtillicidio vel mala vxore,& in nugis extra quieſcunt qui intus non bene poſſunt.
b Ideſt non diligebam. Ideſt nec complacuit mihi iniuſtitia alterius facientis præuaricationem. 6

g cordis mei, in medio domus tuæ. Non proponebam ante 7

PSALM. C.

c MIſericordiam & iudicium cantabo. Caſ. Cantat hic Chriſtus,& nos in illo.

Caſ. Prius de miſericordia & iudicio proponit.

*Miſericordiam & iudicium cantabo.* Caſ. Hæc duo mutua ſocietate iunguntur, in his breuiter omnia opera Dei includit. Et hic eſt præmiſſa cauſa quare ſic ſe habet, ſicut poſtea ſubdit.

Auguſt. De miſericordia & iudicio. Nemo de miſericor-
C dia præſumat ad impunitatem, quia eſt ei iudicium, nemo immutatus in melius iudicium timeat, quia pręcedit miſericordia. Semper hęc ſimul in eo ſunt, ſed pro tempore ſm effectus diſtinguuntur, miſericordia nunc, iudicium in futur...

✲ Euthymius. In cantum, inquit, tibi offeram, miſericordiam & iudicium tuum, canens nimirum quemadmodu... in præſenti vita m... ſereris, & iudicas ... futura. Vel cane... quod, miſericor... tua iudicio non ... ret, nec iudiciu... tuum miſericord... Imitabor præte... ea quæ cantu m... laudauero, alioru... ſcilicet miſerend... recte alios iudic... do.

d *Pſallam & intelligam.* Augu. Hoc ... pſallere, vt intell... mente quod oc... non patet, id eſt, ... dam quod dominus veniet quem iſte tantum deſiderat ... veniet in via immaculata.

Caſ. Quia mundum tranſiuit ſine peccato, vel ego pſ... & intelligam, exiſtens in via immaculata, quando, &c. ... pſallam, hilariter operabor,& per hoc intelligam.

e *Quando veni. ad me.* In ſecūdo aduentu vel obitu cuiuſ... Vel, quando veniens ad me per carnem in primo adu... quia in via immaculata.

f *Perambula.* Caſ. Secundo quę ſit via immaculata expon...

Aug. *Perambulabam.* Quæ eſt via immaculata? ea ab inn... tia incipit, & in illa conſummatur, & non eſt opus m... verbis, Innocens eſto,& perfeciſti iuſtitiam. Sed duobus ... dis nocet homo, videlicet ſi facit miſerum, etſi deſerit. ... rum. Innocens eſt qui nec ſibi, nec alij nocet.

Caſ. *Perambulabam.* Quaſi dicat. Tranſitoria non qua... ſed cucurri viam mundi exiſtens in medio domus tuæ. I... centia hoc poteſt, vt faciat habitare in medio domus ... quaſi honorabile exemplum aliorum.

g *Non proponebam.* Caſ. Innocentiam per partes expo... F

☞ Prim...

NICOLAVS DE LYRA.

PSALM. C.

1 MIſericordiā & iu. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo et in tranſlatione Hiero. & communi.* Pſalmus Dauid. *Ex quo titulo apparet auctor huius pſalmi ſ. Dauid, qui videtur feciſſe hūc pſal. qn̄ cognouit ſe ſtabilitum in regno Iſrael a Deo, ſecundū quod habetur 2. Reg. 5. b. Et cognouit Dauid, quoniam confirmaſſet cū Deus regem ſuper Iſrael, & ideo tūc firmiter propoſuit bene vti regia poteſtate ad ſui meritum & aliorum exemplum, licet ex propria fragilitate & diaboli inſtigatione ab hoc propoſito aliquando ceciderit, vt in facto Vriæ, & in populi numeratione, ſeu aliquibus alijs, de quibus tamen vere pœnituit. Et diuiditur in tres partes, quia primo oſtenditur qualiter Dauid ſe habuit deuote erga Deū, ſecundo munde ad ſe ipſum ibi,* Perambulabam in innocentia cordis mei. *Tertio iuſte ad populum, ibi.* Non proponebam ante oculos meos rem iniuſtā. *Et in iſtis tribus conſiſtit bonus vſus regiæ dignitatis.*

*Circa primum dicit.* Miſericordiam & iudicium cantabo tibi domine *Scilicet, laudibus recognoſcens miſericordiam tuam, quia me ad regnum promouiſti.*

Et iudicium. *Quo Saulem & domū eius abieciſti. Aliter exponit Ra. Sa. ſic.* Miſericordiam & iudicium cātabo tibi domine. *i. recognoſcam tuam miſericordiā in proſperis attribuens illa tuæ miſericordiæ, & non meæ iuſtitiæ ſeu potentiæ, & iudiciū tuum in aduerſis illa attribuēns æquitati tuæ iuſtitiæ, pro demerito meæ culpæ.*

2 Pſallam & intelligam quando venies ad me. *Reuelando mihi ſecreta tua per ſpiritum prophetiæ, quæ eſt gratia gratis data habente certitudinaliter cognita, non ſic autem eſt de gratia gratum faciente.*

3 In via immaculata. *Quia ſpiritus non tangit corda prophetarum quando ſunt actu maculati macula carnalium voluptatum, propter quod Moyſes qui cum Deo ſolitus erat loqui, retraxerat ſe ab actu matrimoniali, vt dictum fuit, Num. 12.*

4 Perambulabam. *Hic conſequenter oſtenditur, qualiter munde ſe habuit ad ſe ipſum cum dicitur.* Perambulabam. *Ideſt, in operibus meis procedebam.*

5 In innocentia cordis mei. *Ideſt, in puritate conſcientiæ.*

6 In medio domus tuæ. *Quaſi diceret, multo plus extra, quia homines, & maxime principes & potentes magis ſunt ſolliciti ſeruare honeſtatem inter extraneos quàm inter domeſticos.*

7 Non proponebam. *Hic conſequenter oſtenditur iuſtitia Dauid erga populum, & primo quantum ad malos, ſecundo quantum ad bonos, ibi.* Oculi mei ad fideles. *Circa primum oſtēditur primo affectus, cum dicitur.* Non proponebam. *Scilicet ad concupiſcendū aliquid iniuſtum cupiditate ductus, exemplo raptorum.*

MORALITER.

1 *Miſericordiam.* Pſalmum iſtum fecit Dauid quando cognouit ſe cōfirmatum in regno Iſrael proponens vti regia dignitate ad Dei honorem, innocentiam ſui & populi vtilitatem.

Moraliter autem poteſt exponi, de quolibet rege bono vel prælato, qui rex eſt in ſpiritualibus 1 Petro. 2. b. *Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium, &c.* Intēdēre ad dicta tria ſtudere. Et quantum ad primum dicit. *Miſericordiam & iudicium cantabo.* In proſperis tuam miſericordiam laudādo, & in aduerſis tuam iuſtitiam confitendo, ſed quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, ſubditur.

2 *Pſallam & intelligam.* Per gratiam iuſtificantem, hoc nim poteſt probabiliter intelligi per internam conſolationem ſpiritusſancti. Quantum ad ſecundum dicit.

4 *Perambulabam.* Ideſt perfecte ambulabam.

5 *In innocentia cordis mei.* Id eſt, ſine falſa fictione exteriori.

6 *In medio.* Ideſt familiæ meæ. Quantum ad tertium dicit.

7 *Non proponebam.* Ad faciendum eam ſcienter.

no,quia nihil habet cũ malis,dicit: *Non proponebam, vſque, Oculi mei.* Poſt quod pars ei cum iuſtis,& quod verſutias diabolo de corde fugat,ibi: *In matutinis* .

ug. *Non proponebam.* Quaſi, perambulabam in innocentia ac vtique dicit totus Chriſtus, quod non proponebam id eſt,non diligebam rem iniuſtam.

a *Non adhæ.* Caſ. expoſuit preuarica. Cor prauum,qui præuaricatur corde declinã-tem, hæreticum qui a catholicis diſſentit, qui rectis ſemitis deuiat non agnoſcebam, quia etſi ſigna nobiſcum ſacramentis, non tamen veri ſunt.

b *Declinantem a me malignum.* * Euthy. que .n. malignominum amicitiam retinere oportet curare,vt oẽs dentes ,ad nos, meliores efficiãtur, & recedentes deſpiceret. Intelligitur ẽt hic verſiculus de diabolo,vt ſenſus ſit, de mei ad me acceſſum nullum dedi,atque idcirco non contigit aliquando a me declinare , hoc eſt,recedere cum cognouerem.

c *Detrahentem ſecreto.* * Euthymius.Tanquam malis prędi tum moribus,atque illiteralem, ac veluti canẽ latenter mordentem. Secreto autem,hoc eſt,clam,ideo appoſuit,quia is qui præſenti detrahit,minus peccat,cum is qui pręſens eſt,ab ira & infamia ſe tueri poſsit .

d *Superbo.* Auguſtinus. Et Ieſus conuiuatus,cum ſuperbis loquitur,& cũ Phariſæo, quando venit peccatrix,& nos abſtinemus a conuiuio fratrum notabilium vt corrigantur, & cum

cũ extraneis comedimus, vt paganis . Quid eſt ergo qđ ait: *Cum ſuperbo non edebam,& cum inſatia.corde, huic nõ cõnueſcebar?* Habet epulas ſuas cor ſuperbũ & inſatiabile , vnde paſcitur, & non reficitur. Epulę.n.ſuperbi cordis quod eſt inſatiabile, eſt inuidia. Superbia enim mater eſt inuidentię,quę paſcitur & gaudet alienis malis,ſed non ſatiatur. Hoc ergo cibo ſuperbiæ,inuidiæ , iniquitatis nõ paſcitur iuſtus,ſed cibo iuſtitiæ. Vnde : Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam.

a ¶Sed. ¶Exponit rem iniuſtam. ¶A me expuli præuaricationes,ſed non homines.
b ¶Qui legem Dei non faciunt,etſi in eccleſia ſunt.

oculos meos rem † iniuſtam , facientes præuaricationes † o- 1 2

a Non conſenſi non rectis. b ¶Tortum. ¶Quod non habet qui non vult omnia quæ Deus vult,etſi timet infirmus , quod præſignauit timens Ieſus . tamen ſubdat ſe Deo dicens fiat tantum voluntas tua , vitet malum quantum poteſt etſi non poteſt , ſubeat .
c ¶Declinat qui diſſimilis eſt. ¶Quem propoſui primus ad imitandum .

a diui. Non adhæſit mihi cor prauum,† declinantem a me ma- 3

¶Non approbabam,nec mihi placebat. a ¶Palam non audet,qui falſa tenet. 4

b
c lignum non cognoſcebam . † Detrahentem ſecreto proximo 5

a ¶Nec hoc ageret. b Tumido corde. ¶Auaro. 6

d ſuo, hunc perſequebar. Superbo oculo & inſatiabili corde, 7

¶Notabili. a ¶Corporalia vel ſpiritualia. ¶Non paſcebar nec delectabar ſuperbiæ epulis & inuidiæ. 8
b ¶Cordis. c ¶Ideſt, fideles placuerunt mihi.

e
f † cum hoc non edebam . Oculi mei ad fideles terræ, vt † ſe- 9 10

a ¶Iudicantes xij.tribus Iſrael. b ¶Non alius . c ¶Non ſibi, non quærens quæ ſua ſunt,ſed quæ ſunt Chriſti. 11

g
h deant mecum : ambulans in via immaculata, hic mihi mini- 12

a ¶Euangelium. b ¶Sed. ¶Caſ.Hoc dicit,ne videatur probare, ſi quos habet familiares malignos. 13
c ¶Ideſt,in corde meo, vbi mitis & quietus habitat . d ¶Quilibet ſuperbus . 14

i ſtrabat. Non habitabit in medio domus meæ † qui facit ſu- 15 16

a Quilibet maledicus . b Etſi apud ſe,& apud ſtultos,apud me tamen non eſt glorioſus .

perbiam , qui † loquitur iniqua , non direxit in conſpectu 17

† odio habui.

† cum declinaret malignus. Matt.5.c.

† conſiderent mihi.

† faciens.

e *Oculi mei.* Hic alteram partem innocẽtię exequitur, ſcilicet, quod cum iuſtis habet partem, quaſi dicat . Cum talibus non edebas, vnde ergo paſcebaris?

f *Terræ.* Aug. Degẽtes in terra, vbi tot illecebrę vnde maior corona. Vel. Caſ. qui per totum mundum ſunt.

g *Vt ſedeant mecum.* Auguſtinus. In veritate fidei mecum permaneant, vel participent mecum regno æterno, vel iudicent mecum.

h *Ambulans in via &c.* * Baſil.& Theod. Non modo de amicis ex conſiliarijs, verum etiam de miniſtris multam geſſi curam,& ſeruis : namque eis,qui virtutis ſtudioſi erant,& cuiuslibet ſceleris expertes, vtebar.

i *Non habitabit in medio domus.* Caſsiodorus. Ideſt , eccleſiæ. Etſi aliquandiu toleretur gratia correctionis , non præeminet , meritis nihil poteſt , non eſt in populo meo granum, ſed palea. Non habitabit , hoc maxime conuenit ſacerdotibus, vt prauis non cohabitent.

In

NICOLAVS DE LYRA.

1 Facientes præua. *Ideſt,diuinæ legis tranſgreſſiones .*

2 Odiui. *Scilicet,eorum malitiam , quia eiuſdem virtutis eſt diligere bonum,& odire malum ei oppoſitum .*

3 Non adhæ. *Quaſi dicat , etſi ex paſſione fui motus ad horam ad eorum malitiam,non tamen adhæſit mihi per obſtinationem .*

4 Declinantem. *Ideſt malo igne ignitum,ſcilicet inuidiæ,iræ,ſuperbiæ, & huiuſmodi. qui declinabat a Dauid talia deteſtante .*

5 Non co. *Per approbationem quantumcunque eſſet mihi proximus, ſicut patet de Ioab nepote ſuo,cuius malitiam nõ approbauit, ſed magis reprobans eum interfici iuſſit , & quia Dauid non ſolum puniebat peccata operis, ſed etiam oris, ideo ſubditur .*

6 Detrahentem ſe. *Id eſt in eius abſentia , & ſic eſt ei celatum, quia non poteſt audire .*

7 Hunc perſequebar. *Ad puniendum . Et quia non ſolum puniebat peccata operis & oris , ſed etiam apparentia in alijs ſignis , ideo ſubditur .*

8 Superbo oculo . *Quia diſpoſitio cordis maximè apparet in oculis .*

9 Et inſatiabili cor. *Qualis eſt auarus,propter quod dicitur auarus, quaſi auidus æris, quia non poteſt ſatiari pecunia .*

Cum

10 Cum hoc non edebam . *Id eſt,tales non erant commenſales mei, nec de domo mea .*

11 Oculi mei. *Hic conſequenter oſtenditur qualiter ſe habuit ad bonos , & ſecundo iteratur qualiter ſe habuit ad malos , ibi :* Non habitabit. *Circa primum dicit :* Oculi mei ad fideles terræ. *Id eſt, fui ſolicitus inquirere vbi tales poſſent inueniri, & mihi ſociari.*

12 Vt ſedeant me. *In conſilio & iudiciis, & menſis, & quia non ſolum habuit bonos conſiliarios , ſed etiam bonos miniſtros , ideo ſubditur .*

13 Ambulans in via immacula. *Per vitæ ſanctitatem & honeſtatem .*

14 Hic mihi miniſtra. *Id eſt,in domo mea ſeruiebat .*

15 Non habitabit. *Hic reuertitur ad oſtendendum qualiter ſe habuit ad malos, eos a ſe repellendo, cũ dicitur :* Non habitabit in medo. meæ. *Id eſt, inter miniſtros meos .*

16 Qui facit ſu. *Alios deſpiciendo, vel conculcando .*

17 Qui loquitur iniqua non direxit in conſpectu oculorum meorum . *Quia tales non audebant loqui in præſentia Dauid , nec ètiam apparere . Et quia aliqui ſunt ita mali , quòd non ſolum ſunt a principibus bonis repellendi , ſed etiam vita priuandi , vt iuſtitia ſeruetur, & alij terreantur, ideo ſubditur .*

In ma-

MORALITER.

1 *Facientes præuar.* Quantum ad culpam, ſed non quantum ad naturam .

3 *Non adhæſit.* Conſentiendo in malum .

4 *Declinantem a me malignum non.* Id eſt,non approbabam,ſed condemnabam .

6 *Detrahentem ſecreto proximo ſuo.* Id eſt in eius abſentia.

7 *Hunc perſequebar.* Puniens iuſta pœna .

8 *Superbo.* Hoc ideo dicitur,quia ſuperbia magis apparet in oculis, quam in alijs partibus corporis.

9 *Et inſatiabili corde.* Ideſt,notabiliter cupido .

10 *Cum hoc non edebam .* Tales enim non debent eſſe principis, vel prælati commenſales .

11 *Oculi mei ad fi.* Ad ipſos promouendum .

12 *Vt ſedeant.* In conſilijs & iudicijs .

13 *Ambulans .* Nam familia principis & prælati debet eſſe munda, & honeſta .

15 *Non habita.* Repetitio eſt eius,quod prædictum eſt de ſuperbo & detractore .

In

a *In matutino.* Caſ. Tertia pars vbi oſtendit quis finis ſit ma-
A lorum. Et loquitur hic Chriſtus.

Caſsiodorus. *In matutino.* Poſt vitatos malos iuſtus ad ſe reuerſus, addit quod ſuggeſtiones dæmonum de corde expulit: In matutino, id eſt, quando initio tentationis quaſi in crepuſculo incipiunt apparere.

b *Interfi.* Oratione qua debent eijci, ne creſcant.

c *Peccatores.* Dæmones qui omnem carnem faciunt peccare.

d *Ciuitas do.* Anima iuſti, vnde, diabolus diſpergitur & remouetur,

e *Omnes operan.ini.* Id eſt, ſubmiſsiones vel immiſsiones dia-
B boli.

Aug.

Aug. Iam enumerauit, quod ei non adhæſerunt niſi boni: ſi: Cur ergo malos in tua ciuitate tanto tempore toler[as]? quia tempus eſt miſericordię nox eſt, nondum omnia ma[nife]ſta, & in nocte tentationes in qua pertranſeūt beſtię ſylu[æ] catuli leonum, id eſt, diaboli, & quęrunt eſcam ſibi a Deo, licet, vt tentent fideles, vnde: *Sathanas expetiuit vos cribrare ſicut triticum.* Ab homine triticum manducatur, niſi teratur vt panis. Sic neminem manducat diabolus, ſi prius per tribulationem contriuerit. in matutinis cum venerit dies iudicij, mittentur mali in ignem, hoc & iuſto conuenit, qui præuidet hoc futurum, & ideo ſe ſic habet.

a ¶Aug. In nocte parco, tolero, corrigo, ſed cum dies cœperit, & omnia erunt aperta quæ modo occulta, dum neſcitur qualis poſt erit bonus modo, vel malus. Et ideo modo tolerantur mali a longanimi, vt corrigantur, quod ſi non fecerint, tempore miſericordiæ interficientur.

a oculorum meorum. In † matutino interficiebam omnes pec- 1 2

† matutinis

a ¶Quare? b ¶De ſocietate eccleſiæ. ¶Modo enim in ea ſunt, ſed parcitur eis, quia tempus miſericordię, ſed tempore iudicij ſeparabuntur. Ecce finitur pſalmus in eo, vnde cœpit: Miſericordiam & iudicium cantabo.

† diſperdam

b c d catores, ut † diſperderem de ciuitate domini omnes operantes 3 4

e iniquitatem.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *In matutino.* Id eſt, celeriter ſine expectatione ne ſuperueniret impedimentum.

2 *Interficiebam.* Qui pro peccatis ſuis erant digni morte, quod patet de Rachab & Baana, qui proditioſe interfecerat Isboſeth, per hoc credentes placere ipſi Dauid, ſed ipſe eos interfici ſtatim iuſsit 2. Reg. 4. d. Si autē in contrariū arguatur de Ioab, qui proditioſe interfecit Abner. 2. Re. 3. e. & tñ diſtulit punitionē eius vſque poſt mortē ſuā. Dicendū quod Dauid nūquā fuit ita firmatus in regno, nec ita potens ſicut Salomō filius eius, vt patet ex 2. & 3. Re. & ideo non potuit eum in vita ſua ita punire abſque periculo ſeditionis, ſicut tempore Salomonis, de quo fuit Dauid reuelatum, quod regnaret pacifice abſque populi ſeditione, & ideo punitionem eius rationabiliter diſtulit prout dictum fuit 4. Reg. Ad quid autem Dauid interficiebat peccatores, ſubditur.

3 *Vt diſperde.* Id eſt, de Ieruſalem quam dominus ad cultum ſuum elegit, vt habetur 2. Paralip. 6. a. & per ipſam intelligitur totū regnum Dauid, in quo Ieruſalem metropolis erat.

4 *Omnes operantes.* Quantum poterat fieri per viam humanam. Moralitas autem huius pſal. eſt, quod quilibet princeps habeat ſecundum formam hic a Dauid traditam, debet ſe habens erga Deum, munde & honeſte ad ſeipſum, & iuſte ad populum ſibi ſubiectum.

## MORALITER.

1 *In matu.* Id eſt, celeriter ad præcauendum de infectione aliorum.

2 *Interficiebam.* Materiali gladio quantum ad principes & ſpirituali quantum ad prælatos.

3 *Vt diſperderem.* Id eſt, de communitate bonorum, ne malos inficiantur.

## GLOSSA ORDINARIA.

2 *Oratio pauperis.* Aug. Secundum formam ſerui pauperior
C in membris in quibus ſunt & pœnitentes, quos in ſe transfigurans dicit. *Cinerem tanquam panem man.* Ecce quomodo comparatur tam iam alto. Sicut duo in carne vna, ita & in vna voce, ſicut & iam a propheta Eſaia ſponſus & ſponſa dicitur his verbis: Sicut ſpōſo alligauit mihi mitrā, & ſicut ſponſam induit me ornamento. Sponſus propter caput, ſponſa propter ſuos.

Geneſ. 2. d.
Epheſ. 5. g.
Eſa. 61. d.

August. Chriſtus pauper in nobis, & nobiſcum & propter nos hic, orat in perſona penitentis ſuam dilectionem & dilectionis cauſam recognoſcentis, & a peccatis liberari atque in priſtinum ſtatum reſtitui petentis. Monet eos ſuam aduertere miſericordiam, & Dei petere miſericordiam.

* Beda. Babylonicæ captiuitatis prædictis ærumnis triſtibus etiam læta, id eſt, ſpem reuerſionis adiungit. liter vox Chriſti &c. Et c. aſcendiſſet Chriſtus ad trem.

a ¶Pſalmus iſte eſt. b ¶Id eſt, Chriſti in ſe & in membris. c ¶In miſerijs in quas deiectus per peccatum primi parentis.

2 Oratio pauperis, cum anxiaretur, in conſpe-

a ¶Per quem ſolum liberari poteſt.

ctu domini effudit precem ſuam.

## PSALMVS CI.

b DOMINE exaudi orationem meam, 1

PSAL. CI.

b *Domine exaudi orationem meam.*

Caſsio. Quintus pſalmus pœnitentiæ, quartus qui oratio dicitur.

Caſsio. Prima pars captatio deprecatiua.

*Et clam*

## NICOLAVS DE LYRA.
## PSALM. CI.

1 *Domine exau.* Huic Pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo, & in tranſlatione Hiero. *Oratio pauperis cum anxiaretur. Et coram domino effunderet eloquium ſuum.* Ex quo titulo nō apparet aliqs auctor determinatus, tñ ſm Aug. Dauid fecit hūc pſalmū, ſm Hebręos vero auctor i particulari eſt incognitus, tenetur tñ abſque dubio, quod aliquis hñs ſpiritū ſanctum fecit ipſum quicunq; fuerit ille. De materia vero huius pſalmi dicūt expoſitores aliqui, qd loquitur ad literā de anxietate, in qua fuit populus Sion. i. illi qui remanſerūt ibi de voluntate Dauid ipſo fugiente inde pp Abſalom. 2. Re. 15. & iſti fuerūt Sadoch & Abiathar & alij ſacerdotes ibi de mandato Dauid arcā reportantes & Chuſi Arachites amicus Dauid & decē concubinæ ad cuſtodiā domus derelictæ, vt hr̃ ibidē, & iſti affiicti pp fug. in Dauid de nutu ſui vacabant orationi pro eius reditu, & ſic intitulatur iſte pſalmus. *Oratio pauperis.* Scilicet populi in Sion remanentis modo prædicto. Sed hęc expoſitio nō habet apparentiā, quia in hoc pſalmo ſit mentio de ædificatione Sion q̃ in reditu Dauid nō fuit ædificata, quia Abſalom nihil ibi legitur deſtruxiſse. Item multa quæ dicuntur in hoc pſalmo non poſſunt ad hoc applicari, niſi valde extorte, pp quod dicunt magis apparenter quod pſal. iſte loquitur ad literam de anxietate populi Iſrael in captiuitate Babylonica detenti, quia deuotiores illius populi erant valde anxiati de deſtructione ciuitatis & templi, vbi vigebat cultus Dei propter quod vacabant orationi pro populi liberatione & ciuitatis & templi reædificatione, & poſſet ad hoc litera ſatis applicari. Sed hæc expoſitio & conſimiles videntur infringi per dictum Apoſtoli, Hebræ. 1. vbi Apoſtolus allegat literam huius pſal. quæ habetur ibi: *Initio tu dñe ter. &c.* vſque, ibi: *Et anni tui non deficient,* dicens de Chriſto ad literam, probans per eam ęqualitatem filij ad patrem in potentia & duratione, vt dictum fuit ibidem, ut patet Apoſtoli proceſſum intuenti, & ſecūdū hoc iſte loquitur ad literam de tempore Chriſti. huic autē quantū ad hoc concordat Ra. Sa dicens, quod pſal. iſte loquitur ad literā de anxietate ppl̃i Iſrael i hac captiuitate poſiti, & deſiderantis ab ea liberari per regem Meſſiam venturum, & reædificaturum templum & ciuitatem, & ſic ſecundum eum loquitur de tempore Chriſti, ſed quod dicit venturum & templum materiale reædificaturū, falſum eſt vt dictum.

Materia pſal.

## MORALITER.

1 *Domine exau.* Pſalmum iſtum literaliter expoſui de populo Iſrael anxiato tēpore Antiochi illuſtris, & pro ſua liberatione ad Deum clamante.

† M-

a *clamor.* Oratio creuit in clamorem. Veniat, non obſtent s quæ iniquis.
Caſ. Epimone per tres verſus, ideſt crebra repetitio ſententiæ.
b *Quia defe.* Caſ. Secunda pars in qua eſt flebilis oratio, ua exponitur, paupertas, quæ latio. Vnde clamiam aperit: *Quia defe-runt.*
c *ſecerunt ſicut fumus dies mei.* Augu. enim Adã dies iunt. virtus animi contrahitur. Miſe ſi iudicem mo- poteſt.
d *ſſa mea ſicut cremium aruerunt.* Aug. s, quorum frium ſunt qui ſcãantur. Tantum ur bonus, quanmat, vnde: *Quis ſcatur, & ego non ror? Quis ſcandaur, & ego non v-* Vel, fortitudo i recordatione peccatorum, quaſi frixa cõtrahitur. Vel te iudicij confrixa ſunt oſſa mea. Iam enim frigitur ho lum timet ſe arſurum.
e *rcuſſus ſum vt fœnum & aruit cor meum, quia.* Augu. Mortal factus. Fœnum viret, ſed percuſſum facile ſentit iniuria. Sic caro hominis in lege Dei virens, ab eadem ſucciſa ardeſcit.

* Euthym.

* Euthy. Quemadmodum herba percuſſa tabeſcit, ita ego D flagellis percuſſus, in corde meo contabui nulla cõſolatione inuenta, quæ flammam meam irrorando ac refrigerando mitigaret.
f *Oblitus ſum comedere panem meum. A voce gemitus.* Caſsiodor. Natura peccantium oſtenditur, qa dum peccatum appetitur contẽplatio Dei non habetur.
Aug. Vel, oblitus a voce diaboli, vnde: *Os meũ adhæſit carni*: Ideſt, ratio ſenſualitati conſenſit.
g *Mei.* Aug. Non illorum qui de terrenis, & nõ de ſpiritualibus gemunt quos ille gemit, & ſicut adheret oſſa carni, ſic fortes infirmis portãdo eorũ infirmitatem, vnde Apoſtolus. *Nos firmi debemus infirmitatẽ infirmiorum portare.*
h *Pellicano, nycti. paſ.* Aug. Tres aues, tria loca ponit, vnus homo vel plures poſſunt habere perſonam trium auium. Tria loca, ſunt tria genera hominũ. Vetus prædicator ſi venit inter eos vbi Chriſtiani nõ ſunt, pellicanus eſt in ſolitudine. Si ad eos qui fuerũt & ceciderũt, tũc nycticorax eſt in parietinis, quia nec tenebras eorum deſerit, ſed vult eos lucrari. Si venit ad eos q crediderũt, nec ceciderũt, manentes in domo, ſed tepide agentes, paſſer eſt in tecto. Clamat F

*Ne.* Iob. 19. c. † 7 q. 1. c. aduerſitas. § cum vero. E † ſicut titio exuſta ſunt. Rom. 15. a. † qui habitat in ſolitudine. Hominũ tria genera innuũtur.

a Aug. Repetitio in geminatione effectus petentis oſtenditur. b ¶ Ecce oratio. Caſ. reſpuis munus iniquorum, ſed non pœnitentiam deuotorum.
1 & clamor meus ad te † veniat. † Non auertas faciem tuam a
2 a Pœnitente. Sed a peccato. b Aug. Quia in membris non vno tantum, ſed omni tempore tribulatur. c Mihi humili.
3 a me, in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam. In
4 a Et. Aug. In omnibus fidelibus, & in omni tempore inuocat. b Aug. Quia iam non terram, ſed cælum peto, cui deſiderio dicit. Adhuc loquente te, dicam, ecce adſum, &c.
5 b quacunque die inuocauero te, † velociter exaudi me. † Quia
a Propter elationem ſuperbiæ. b Non lux, ſed tempora vitæ. c Quæ carnes portant, vel fortes qui infirmos, Animæ fortitudo. d Faſciculus de lignis aridis vel merges, Vel potius dicuntur illa parua fruſta quæ remanent in ſartagine. ¶ Alias, in frixorio confrixa ſunt.
6 c defecerunt ſicut fumus, dies mei, & oſſa mea † ſicut cremium
a In Adam a quo propagata miſeria. b Quia omnis caro fœnum. c Sterilitate peccati. d Sed vnde hoc: quia panem, id eſt, præceptum quod Dedit, omiſit & bibit venenum ſerpentis, ſed modo crucifixo domino redit commemoratio, & comedit panem qui de cœlo deſcendit.
7 e aruerũt. Percuſſus ſum † vt fœnum, & aruit cor meũ quia obli-
a Cuſtodire. b Verbum Dei. c ¶ Quapropter? quia oblitus. Nunc gemo non pro terrenis, ſed pro æternis & pro alijs qui de terrenis gemunt, &c.
8 g tus ſum † comedere panẽ meũ. A voce gemitus mei, adhæſit
Alias oſſa mea. a Auis eſt quæ in ſolitudine habitat.
10 h os meũ carni meæ, Similis factus ſum pellicano † ſolitudinis,

NICOLAVS DE LYRA.

t dictũ eſt ſupra pſal. 86. Accipiendo igitur de dictis eius quod verum eſt, videtur mihi ſaluo meliori iudicio, qđ pſal. ad literam loquitur de anxietate populi Iſrael cum deſiderio deprecantis pro aduentu Chriſti, quod maxime cõtigit tempore Antiochi illuſtris, qui ſupra modum affixit populum Iſrael, vt habetur 1. & 2. Mach. & quanto plus affligebatur, tanto magis deprecabatur, pro aduentu ſaluatoris. Et hoc pſal. iſte in duas partes diuiditur, quia primo ponitur afflicti populi deprecatio, ſecundo ipſius per Chriſtum euatio, ibi: *Tu autem domine in æternum permanes.* Prima in duas, quia primo ponitur populi petitio, & ſecũdo ad hoc allicitur rõ, ibi. *Quia defecerunt ſicut fumus dies mei.* Circa primũ dicit Pſalmiſta in perſona populi anxiati: *Domine exaudi orationem meam.* Procedentem ex corde, quia oratio eſt aſcenſus mentis in Deum ſecundum Damaſcenum.
1 *Et clamor meus.* Procedens ex ore.
2 *Ad te veniat.* Id eſt acceptus ſit coram te.
3 *Non auertas faciem tuam a me.* Repellendo orationem meã, ſicut homo auertit faciem ab eo, quem non vult exaudire.
4 *In quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.* Loquitur de Deo ad modum hominis, qui inclinat aurem ad audiendum petitionem quam vult exaudire, & quia non ſolũ petit exauditionem, ſed etiam exauditionis velocitatem propter magnitudinem tribulationis præſentis, ideo ſubditur: *Velociter exaudi me.*

*Quia*

5 *Quia defecerunt.* Hic conſequenter pro dicta exauditione allegatur ratio, & primo ex facto, ſecundo ex verbo, ibi: *Tota die, &c.* Factum quod primo allegatur eſt põdus tribulationis populi Iudaici tempore Antiochi, qui nitebatur totaliter deſtruere legem Dei, vt patet 1. Machab. & 2. & hoc eſt quod dicitur, *Quia defecerunt ſicut fumus dies mei.* Id eſt, ſunt propinqui defectui, niſi tu adiuues.
6 *Et oſſa mea ſicut cremium aruerunt.* Cremiũ dicitur a cremo cremas, & eſt illud qđ in patella remanet de frictione. Antiochus vero nolentes dimittere ritum Iudaicũ faciebat frigi in ſartaginibus, & cremari, vt habetur 2. Machab. 7.
7 *Percuſſus ſum vt fœnum.* Quia ſicut fœnum ad ardorem ſolis deſiccatur, ſic populus Iſrael ex ardore tribulationis Antiochi pro magna parte deficiebat, aliqui per mortẽ, & aliqui per tranſitum ad ritum Gentilem, vt habetur 1. Machab. 1.
8 *Quia oblitus ſum comedere panem meum.* Quia multi de populo fugerunt ad loca deſerta, vbi non habebant panem ad comedendum, ſecundum quod dicitur 2. Machabe. 5. d. Iudas autem Machabæus ſeceſsit in deſertum locum, ibique inter feras in montibus cum ſuis vitam agebat, & fœni cibo veſcentes demorabantur.
9 *A voce gemitus mei, adhæſit os meum carni meæ.* Hic accipitur caro pro cute ſecundum quod dicit Hieron. & Hebræi, quia tam ex fame quam ex animi anxietate caro tabeſcebat, & ſic cutis oſſibus adhærebat.
10 *Similis factus ſum.* Quia ſicut dictum eſt, populus fugerat ad deſerta.

*Factus*

MORALITER.

Moraliter autem poteſt exponi de quolibet vere pœnitente, & ad Deum clamante pro liberatione ſua per aduentum gratiæ diuinæ. Et ſic dicit: *Domine exaudi orationem meam.* cordis ſcilicet & oris, ideo ſubditur.
1 *Et clamor meus ad te veniat. Non auertas faciem tuam a me.* Pro peccatorum meorum enormitate.
4 *In quacunque die tribulor.* Per veram contritionem.
† *Inclina ad me aurem tuam.* Exaudiendo meam petitionem.
† *In quacunque die in.* Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ pro maiori exauditione.
5 *Quia defecerunt ſicut fumus dies mei.* In vanis & malis operibus conſumpti.

*Et*

6 *Et oſſa mea ſicut cremium.* Ideſt, vires animæ quarum aptitudo ad bonum diminuitur per multiplicationem culpæ.
7 *Percuſſus ſum vt fœnum.* Quod areſcit tempore ardoris, ſic ergo feruore tentationis.
† *Et aruit cor meum.* Defectu deuotionis.
8 *Quia oblitus ſum comedere panem meum.* Ideſt, ſacræ ſcripturæ ſtudium, & ſumere deuotẽ euchariſtiæ ſacramentum. Et quoniam ex hoc appetitus carnis incenditur, & ſic ratio debilitatur, & a carne premitur, ideo ſubditur.
9 *A voce gemitus mei adhæſit os meum carni meæ.* Ideſt, ratio conſenſit ſenſualitati.
10 *Similis factus ſum pellicano.* Cuius pullos ſerpens occidit, & ſimiliter diabolus bonum opus interimit.

*Sicut*

A Clamat eis qui ſub tecto, i. ſub carne torpent, cum ille ſuper carnem. *Vnde qui in tecto, non deſcendat tollere aliquid*, Et alibi. *Quod in aure audis, prædicate ſuper tecta.* Vel, per has aues Chriſtus accipitur. Pellicanus dr̄ (etſi nō certum ſit) roſtro pullos ſuos occidere, & triduo lugere: tunc roſtro ſanguinem ſuum ſuper eos fundere, vñ illi reuiuiſcūt, ſic Chriſtus occidit vt Paulū perſecutorem, & ſuo ſanguine viuificat iuxta illud. *Ego occidam, & ego viuere faciam percutiam & ſanabo.* In ſolitudine, quia ſolus de virgine natus. Poſt natiuitatem vero venit ad parietinas, id eſt, ad

B paſſionem, vbi a ruinis occiditur, id eſt, Iudæis, ſed & eos amat, dicens. *Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt*. Tunc fuit quaſi nycticorax in parietinis. Sed quia ibi dormierat, vigilauit in reſurrectione, & volando in cælum factus eſt paſſer ſingularis in tecto, id eſt cælo, vbi interpellat pro nobis. vel diuerſa genera pœnitentium notat per has aues. Pellicano aui nimiæ maciei & ſoliuagæ comparantur eremitæ. Nicticorax qui a publico remotus, dum alij nocte huius ſeculi dormiunt, vigilat, & ſibi quærit eſcas mentis. Qui ſi non inter homines, extra eſt in alto, dicens eis qui in nocte dormiunt.

Vel, paſſer ſagax ad alta virtutū fugit, vbi tutus a laqueis. Qui ſolitarius vel vnicus, propter charitatē (quæ ex multis vnum facit) eſt in tecto, vel ædificio propter altitudinem fidei, vt non deſcendat aliquid tollere de domo, id eſt, carne.

*Similis factus ſum pellicano ſolitario.* * Euthymius. Fugiens nimirum multitudinis conuerſationē & ſolitudinem quærens. Eſt autem pellicanus animal quoddam quod ſolitudine delectatur.

*Factus ſum ſicut nycticorax &c.* * Euthymius. Hoc animal

C natura timidiſſimum eſt, atque ideo vndecunque fugiens in domorum ruinis commoratur. Ego, inquit, veluti nycticorax in deſertis ac ſolitarijs locis verſor. Aiūt nicticoracē domicilijs ſeu tugurijs degere, ac nocte clamare præ ſolitudine atque ideo hoc nomine a Græcis appellatur quod nocte clamet, nō ſecus igitur de nocte ad Deum ſe clamaſſe dicit, dum hoſtium incurſum reformidat.

*† nycticorax in parietinis, ſeu bubo ſolitudinum.*

*Deut. 32. f.*

*1 c. di. c. ſiquis diaconus.*

*Lucæ. 23 e. † eliſiſti.*

*† velut*

a Vigil & teter coruus noctis.

a factus ſum ſicut nycticorax in domicilio. Vigilaui, & factus 1

a Alias, vnicus. Alias, ſingularis. b Quaſi occido & viuifico, ideo. c Quia peccatores membra facio. ¶ Dicentes. Quare magiſter veſter manducat cum publicanis & peccatoribus. 2 3

b ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Tota die exprobrabant 4

a Dum cum eis fruerer ſeculari vita. b Ore palam, ſed ficte. c Conſpirabant.

mihi inimici mei, & qui laudabāt me, aduerſum me iurabāt 5

a Quare? b Quia hæc genera hominum in membris habere volui. c ¶ Etſi hoc ad literam, magis tamen de calice domini, quem lachrymæ faciunt dulciorem. 6

c d † quia cinerem tanquā panem manducabam, † poculū meū 7

a Vnde hoc. b Quæ in Adam, cum qua nati ſumus. Vnde Fuimus & nos natura filij iræ. 8
c ¶ Quam merui actualiter peccando.

e f cum fletu miſcebam. A faciē iræ indignationis tuæ, quia ele 9

a ¶ In honorem faciendo ad imaginem tuam qua omnia animalia ſuperamus, grauius alliſiſti, nihil enim habet hanc miſeriam peccati & gehennæ, niſi homo b Obſcuri & vani. 10
c Quaſi inutiles pereunt.

g uans † alliſiſti me. Dies mei ſicut vmbra, declinauerunt: 11

Sine rore gratiæ. Hoc ego iuſto iudicio tuo patior, ſed. a Viges vt liberes, qui viguiſti vt me humiliares. b ¶ Temporalem ſaluet æternus.

h & ego † ſicut fœnum, arui. Tu † autem domine in æternum 12
13

dum cum eis ſeculares erant, quia cinerem, id eſt, peccatorum, quia etiam tenuia peccata, id eſt leuia pœnitentiam ſunt conſumenda, vel in deiectione reficiebat placebat mihi.

c *Cinerem.* Augu. Per cinerem & fletum pœnitentes ſignificantur. Cinis enim & cilicium ſunt arma pœnitentium.

d *Poculum.* Caſ. temporalem iucunditatem. Vel deſ. patriæ pro dilatione lachrymis miſcui, vel potum ſerum quæ antiqua recolunt.

e *A facie iræ.* Caſ. Ira vltio, indignatio motio animi quo indignamur etiam filijs. Ira dicitur impetus in punic quæ in Deum non cadunt. Sed eſt anthropopatos.

f *Iræ.* Vnde & dominus ait: *Ira Dei manet ſuper eos, qui non credunt.* Non ait, veniet, ſed manet, quia non tollitur in quo tus eſt.

g *Dies mei ſicut vmbra declinauerunt.* Quia ego a vero declinaui, ſimiles mihi ſunt declinantes dies mei.

h *Tu autem, &c.* Caſſio. Tertia pars vbi oſtenditur cer impet

NICOLAVS DE LYRA.

1 Factus ſum ſicut nicticorax. *Quæ non apparet de die nec clamat: ſic multi de populo abſconditi in locis occultis non audebant de die comparere, nec etiam aliquem ſtrepitum emittere, ne deprehenderentur.*

2 Vigila. *Non potens dormire præ anxietate animi.*

3 Et factus ſum. *Fugitiui enim non vadunt vniti, ſed magis diſperſi, & quilibet abſcondit ſe vbi poteſt.*

4 Tota die. *Hic conſequenter allegatur ratio exauditionis ex verbis iniurioſis, & improperioſis, quæ ſatellites Antiochi proferebant contra Deum & populum, & hoc eſt quod dicitur.* Tota die exprobrabant. *Et plus affligebatur populus ex blaſphemiis contra Deum quam contra ſeipſum.*

5 Qui lauda. me. *Scilicet, deriſoriè ſicut homini timido aliquando dicitur: Ecce homo magnæ conſtantiæ, & tale improperium per oppoſitum irrogatum magis ſolet pungere.*

6 Aduerſum me iu. *i. iurantes execrando ſibi malum ponebāt me, tanquam exemplum dicentes: Si non fecero hæc, ita malè accidat mihi ſicut populo Iudæorum, & quod ſenſus ſit iſte, oſtendit tranſlatio Hieron. quæ ſic habet.* Exultātes mihi per me iurabant. *Exultātes mihi, id eſt, deridentes me modo prædicto.* Per me iurabant, *execrationis iuramento, ponentes miſeriam meam pro exemplo, quæ magis exprimitur, cum ſubditur.*

7 Quia cinerem tanquam panem. *Modicum habens ... eam decoquens in cineribus, & ſic cineres erant admiſti in p...*

8 Et poculum meum. *Ideſt, lachrymæ fluebant de oculis ... dolore, ita quod cadebāt in ſcypho vel in vaſe, in quo debebam ... Et quia iſta miſeria contigit populo ex Dei permiſſione propter ... ta populi commiſſa, ideo ſubditur.*

9 A facie iræ. *Ideſt, vindictæ tuæ, ſecundum quod dicitur 1. ...* 1. g. Et facta eſt ira magna ſuper populum valde.

10 Quia eleuans. *Ideſt, grauiter, ſicut grauius alliditur qui deijcitur. Poteſt etiam dici, quod Iudæi fuerant eleuati tempore Mardochæi, vt habetur in libro Eſther, & hoc tempore ... Perſarum, cui ſucceſſit regnum Græcorum de quo exiuit radix ... ti Antiochus illuſtris 1. Mach. 1. & iſte grauius afflixit Iudæos ... aliquis præcedentium regum.*

11 Dies mei ſicut. *i. quaſi ad nihilum redacti ſunt ſicut ...*

12 Et ego ſicut. *i. præ feruore tantæ tribulationis quaſi de...*

13 Tu autem do. *Hic conſequenter deſcribitur populi co... per aduentum Chriſti, quæ hic per Pſalmiſtam prædicitur, & Chriſtum poſtea fuit impleta. Et diuiditur reſiduum huius pſal. ... partes, quia primo deſcribitur eccleſiæ promotio per aduentum ... ſecundo futura tribulatio tēpore Antichriſti, ibi:* Rñdet ei.

MORALITER.

1 *Sicut nycticorax in domicilio.* Ideſt, mundus factus ſum ex peccato. Nycticorax enim eſt auis immunda ſecundum legem. Sed quia pœnitēs peccatum ſuum cognoſcit, ſubditur.

2 *Vigilaui.* Per cognitionem peccati.

3 *Et factus ſum.* Auolans a peccatorum conſortio, quod propriè fit religionem intrando, ideo ſubditur.

4 *Tota die exprobrabant, &c.* Secundum ſpiritum deteſtantis religionis ſtatum.

5 *Et qui lau. me.* Dum eſſem cum eis in inſolentijs.

6 *Aduer.* Ideſt, conſpirabant ad me retrahendum.

7 *Quia ci.* Allegātes aſperitatem victus mihi impoſi...

9 *A facie iræ indi.* Ideſt, talem aſperitatem ſubſtinebā, ... uiorem incurrerem in purgatorio, vel in inferno, p... peccatorum meorum grauitatem, ideo ſubditur.

10 *Quia eleuans al. me.* Ideſt, allidi me permiſiſti, ſicut de alto cadit, grauius conquaſſatur.

11 *Dies mei ſicut vmbra, &c.* i. in peccatis conſumpti...

13 *Tu au. do.* Poſt afflictionē pœnitentis, hic cōſequen... nitur ſubleuatio ſaluatoris, & primo oſtēditur eius p...

*Aduer.*

a ¶Quia non obliuiſceris noſtri. ¶Memoria qua memor noſtri es. b ¶Promiſſionem habemus vitæ quæ nunc eſt & futuræ. Præſenti. c ¶Futuram.

permanes, & † memoriale tuum in generatione & genera-

a ¶Nam. b ¶Ad regnandum. ¶Qui quaſi dormiens diu tuleras. c ¶Prius, idest Iudææ: vnde apoſtoli & alij fratres. d ¶De quo, Cum venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum de muliere, factum ſub lege. 1

tionem. Tu exurgens miſereberis Sion, quia tẽpus miſeren- 2

a Acceptabile. b Et vere miſereberis. c Apoſtolis. 3

a di eius, † quia venit tempus. Quoniam † placuerunt ſeruis 4

a ¶Prophetæ firmi placent. b ¶Sion. c Dum terreni mundamur. d Qui modo timere neſciunt. ¶Sed non tantum in Sion, veniet & alius paries de gentibus. 5

b tuis lapides eius, & terræ eius miſerebuntur. Et timebunt 6

¶Maiorem ſua. 7

gentes nomen tuum domine, & omnes reges terræ gloriam 8

a Ideo. b Hoc modo agitur. c Tandem, quod non modo. In ædificata. 9
d Alias, maieſtate. 10

c tuam. † Quia † ædificauit dominus ſion, & videbitur in glo- 11

a Aedificabitur, quia. b Qui ſpiritu pleni orabant, vt veniret. c Hoc eſt reſpicere Dei, quod non ſpernere. 12

d ria ſua. Reſpexit in orationem † humilium, & non ſpreuit 13

a Firmiter teneantur, vel habeantur. b Quod reparatio per Chriſtum, deſtructio per Adam. c Ad opus generationis nouæ, d Vnde ſi qua in Chriſto noua generatio eſt, vetera tranſierunt. Ecce noua facta ſunt omnia, Apoc. 21.b.

e † precẽ eorũ. Scribantur hæc in † gñatione altera, & popu- 14
f 15
16

G imp trandi veniam. Iam conſurgit lapſus ad prophetãdum,
A ian pœnitens caput releuat.
Auguſtinus. Memoriale promiſſum memorabile, de te
rep ratio noſtra, quia tu noſtri, vel nos memores tui.
a t uit tempus. Auguſtin. Quia omnia ordine voluit Deus
fie , & tempus ad
ho diſpoſuit, vbi op-
po tunitas aptè ordi-
na eſt.
b lapides eius. Augu-
ſtinus. Sunt lapides
in Sion, ſunt & non la
pid . Lapides placẽt
ſerui, & ipſi ſerui ter
ræ miſerentur. Lapi-
des ſunt, prophetæ,
ibi præmiſſa eſt præ-
dicatio, inde ſumptũ
eſt euangelicum offi-
ciu . Serui ergo, id
eſt apoſtoli agnoſcũt
in lapidibus eloquia
De & de terra for-
mã imaginem Dei,
qũ terreni mundan-
tur quorum miſeren
tur ſicut ergo de pul
uere formatus eſt ho-
mo, ita de puluere
ruderum parietinarũ
De imago reformatur. Inde eſt, quod miſſo ſpiritusſancto
m eorum crediderunt, qui dominum crucifixerunt.
 timebunt gentes nomen tuum domine. ✻ Baſilius & Theo-
do Nam videntes noſtram reuerſionem, ciuitatiſque in-
ſta rationem ij qui noſtras afflictiones cõſpexere & Reges
& Principes & ſubditi tuã admirabuntur potentiã & timen-
tes,

D tes, te ſolum eſſe Deum credent. hoc quidem factũ finitimi admirati ſunt, ſed tantũ abfuit, vt crederent Deo vniuerſitatis, ẽt vt ipſi eodem tempore bellum intulerint. Cęterũ hoc in loco ſermo diuinus, omnium gentium, & regum conuerſionẽ pręcinit: quarum rerum alias quidẽ iã perfectas videmus alias vero futuras eſſe ſperamus, inquit, enim diuinus Apoſtolus, Nondum enim illi omnia ſubiecta videmus, veruntamen docuit omne genu ipſi flectendum eſſe, cęleſtium, terreſtrium & infernorũ.

Philip. 2.

† beneplacitũ habuerũt ſerui tui in

c *In gloria.* Auguſtin. Qui primo viſus eſt in infirmitate in illa Sion, vnde: *Vidimus eum non habentem ſpeciem neque decorem.*

E Eſa. 53. a.

d *Orationem.* Hoc agitur in ædificatione Sion, orant, gemunt, ædificantes qui ſunt vnus pauper & pauperes multi, vnde in titulo ſingulariter, hic pluraliter. Sed vnus dicitur propter veritatem pacis eccleſiæ, multi propter latitudinem.

† generationẽ alteram, ſeu poſteram.

e *Scribantur hæc.* Caſ. Qui ſupra pœnitentia ſordebat, iam honore prophetę decoratus præcipit hęc quę dixit teſtimonio ſcripturę firmari, vt ætas futura diſcat.

F f *In generat.* Aug. Hęc quñ ſcribebantur, non ſic proderant generationi veteris teſtamenti, proſunt alteri, idest, nouæ.

Quia

## NICOLAVS DE LYRA.

* ...*ta præſentis ceſſatio in fine mundi, ibi.* Initio tu dñe. *Prima in duas quia primo deſcribitur eccleſiæ promotio, ſecundo ex hoc concluditur gratiarum actio, ibi.* Scribantur hæc. *Prima in duas, quia primo ponitur eccleſiæ promotio per Chriſtum immediate, ſecundo mediantibus apoſtolis, ibi.* Quoniam placuerunt.

*Circa primum ſciendum, quod Chriſtus ratione deitatis permanet in æternum, & hanc veritatẽ confeſſi fuerunt Iudæi, Io. 12. e. dicentes. Nos audiuimus ex lege quia Chriſtus manet in æternum, et ſic per ſuã æternam potentiam mutat tempora & ætates, transfert regna atque conſtituit, Dan. 2. c. & ſic aliquando de tribulationibus releuat ad proſperitatẽ, & econuerſo deijcit ſecundum voluntatem ſuam, & hoc eſt quod dicitur.* Tu autem do. in æter. *i. ſtabiliter, & quia ſtabilis manens dat cuncta moueri, vt dicitur 2. de conſolatione, ideo ſubditur.*

1 Et memoriale. *Quia vno intuitu videt ſucceſſionem omniũ generationum, & ſubditur conſolatio Iudæorum Chriſtum expectantium.*

2 Tu exurgens. *Videtur enim hominibus iacere, quando non præbet eis auxilium, & per oppoſitum ſurgere quando præbet.* 3 Miſere. *i. populi colentis Deum in Sion, de quorũ numero erat S. Symeon, Luc. 2. d. propter quod reſponſum accepit a ſpiritusſancto non viſurũ ſe mortem ſi prius videret Chriſtum domini, quem omnes etiam alij iuſti expectabant, quod fuit adimpletum quando ibi in templo fuit oblatus, quod erat in monte Sion, & quando ibi prædicauit & miracula fecit, & quando in cænaculo Sion ſuper apoſtolos ſpiritumſanctum miſit, ſecundum quod dicit Hieron. in epiſtola ad Paulinum de omnibus ſacræ ſcripturæ libris, & tunc fuit adimpleta prophetia Zac. 9. b.* Exulta ſatis filia Siõ, iubila filia Ieruſalẽ, ecce rex tuus venit tibi iuſtus & ſaluator, & ipſe pauper. *Secundum quod allegat Matt. 21. a. & per hoc quod dicitur hic pauper, manifeſte patet quod conſolatio populi de aduentu Chriſti non erat intelligenda per exhibitionem bonorum temporalium ſed ſpiritualium, quæ tanto meliora ſunt, quanto quæ ſunt animæ corporalibus præferuntur.* 4 Quia tem. *Secundum quod erat dictum per prophetas, & maxime Dan. 9. vbi aduentus Chriſti ſub certis hebdomadibus annorum diffinitur.*

5 Quia ve. *Hoc reduplicatur ad maiorem aſſertionem.*

Quo.

6 Quo. pla. *Hic conſequenter ponitur promotio eccleſiæ quæ facta eſt per Chriſtum mediantib. apoſtolis qui prædicauerunt fidem Chriſti primo in Ieruſalem & Iudæa, vt habetur in Act. apoſt. ideo ſubditur.* Quo. pla. *i. apoſtolis.* 7 Lapi. *i. fideles de Iudæis conuerſi, qui fuerunt primi lapides in ædificio ſpirituali eccleſiæ poſiti, ſicut prædictum fuerat Zach. 9. d. poſt verba ſupra præmiſſa de aduentu Chriſti.* Et ſaluabit eos dñs Deus eorũ in die illa, vt gregem populi ſui, quia lapides ſancti eleuabuntur ſuper terram eius.

8 Et ter. *i. Iudææ, in qua primo apoſtoli prædicauerunt & multa miracula fecerunt, Act. 2. g.* Multa quoque prodigia & ſigna per apoſtolos in Ieruſalem fiebãt, & ibi. *ſubditur.* Omnes etiã qui credebant erant pariter, & habebant oĩa communia, poſſeſſiones quoque, & ſubſtantias vendebant, & diuidebant omnia omnibus, prout vnicuiq; opus erat, & ideo lapides iſti ſuper terram eleuati per contemptum temporalium apoſtolis merito placuerunt.

9 Et ti. *Quia fides Chriſti per apoſtolos alioſque diſcipulos diffuſa eſt ad gentes per alias orbis partes.* 10 Et om. *Quia non ſolum vulgares receperunt fidem Chriſti, ſed etiam principes maximi, vt patet impletum in pluribus regnis terrarum, & in omnibus implebitur ante finem mundi.* 11 Quia ędi *i. eccleſiam quæ merito Sion vocatur, quia ibi incepit per Chriſtum oblationem prædicationem, miraculorũ operationem, & ſpiritusſancti miſſionem, vt ſupra dictum eſt.*

12 Et vi. *Ibi enim manifeſtauit gloriam ſuæ reſurrectionis apoſtolis, & etiam aſcenſionis, quia de monte oliueti aſcendit, qui eſt iuxta Ieruſalem, Act. 1.* 13 Reſpe. *Adimplendo petitionem illorum qui humiliter & deuote petebant eius aduentum.* 14 Scriban. *Hic conſequenter concluditur gratiarum actio, quia tantum beneficium non eſt dandum obliuioni, & ideo dicit.* Scribam. *Quia ſcriptura deſeruit memoriæ.* 15 In gene. *i. vt generationes ſequentes habeant de hoc notitiam, & ſic factum eſt per euangeliſtas, & apoſtolos qui doctrinam Chriſti & opera deſcripſerunt, vt fideles populi aſſurgerent ad laudem Chriſti, ideo ſubditur.*

16 Et po. *i. populus Chriſtianus qui creatur per baptiſmum per quẽ conſtituitur in eſſe gratiæ, quæ creatur in anima.*

Quia

## MORALITER.

† a hoc faciẽdũ, cum dr. *Tu au.* Ex quo patet æternitas ſuæ potentiæ. 2 *Tu exur.* Potes facere per teipſum quicquid placet voluntati tuæ. 3 *Miſeré.* i. eccleſiæ ex peccatorib. pęnitẽtib. plurimum collectæ. 4 *Quia tẽ.* Durat ſupple, vſq; ad tẽpus iudicij. 6 *Quo pla.* i. angelis. 7 *Lapi.* i. eccleſiæ q ſunt pęnitentes Lu. 15. b. Gaudiũ eſt angelis Dei ſup vno peccatore pęnitẽtiã agẽte. 8 *Et ter.* i. eccleſiæ procurãtes eius promotionẽ in bonũ. 9 *Et ti.* Sicut videmus impletũ per earũ cõuerſione ad Deũ. 10 *Et omnes re.* In cõuerſione Cõſtantini, cui oẽs reges erant ſubiecti. 11 *Quia ed.* Tunc enim ædificatæ fuerũt multæ eccleſiæ, & apparuit gloria eccleſię.
13 *Reſpexit in o.* Ideſt, Chriſtianorum prius abiectorum.
14 *Scribantur.* Vt de tantis beneficijs poſteri laudent Deum.

*Quia*

a *Quia pro.* Aug. Poſt gemitus dolentis, iam ſunt verba conſolationũ, iã gaudet pauper. Et quia ſupra dixit: Aedificauit dominus Sion. Et item: *Scribantur hæc.* Modo vtrunque declarat, quaſi hoc eſt quod dixi ſcribendum. *Quia proſpexit.*
b *Proſpexit.* Vt prætérita dicit, quæ erant futura.

c *Compedito.* Auguſtinus. Timor Dei, compedes ſunt, in quibus gemunt ad impetrandam miſericordiam, de quibus dicit ſcriptura. Audi filij & excipe ſententiam meam, & ne abijcias conſilium meum, & inſer pedẽ tuũ in compedes illius, & in torquem illius collum tuum, & erunt tibi compedes eius in protectione fortitudinis, & torques illius in ſtolam gloriæ, quas ſoluunt qui martyres occidunt, & ſolutis vertuntur in gloriam.

† ex alto
† vinculatorũ
† annuntietur
† regna
† exiguitatem
† fortitudinis

a ¶ Aug Noua creatura in Chriſto, non qui creatus eſt. b ¶ Qui ſibi ſubuenit. c ¶ Miſertus eſt. d ¶ Non ſpreuit. Quia proſpe de ex. ſan ſuo. Et vt arctius teneantur, præmittit: Scribantur. Vt ad humiles veniret humilis, & ſic ædifica. Sion.

a lus qui creabitur, laudabit dominum. † Quia proſpexit de 1
a ¶ Euidentius aperit.
b † excelſo ſancto ſuo, dominus de cœlo in terram † aſpexit.
a ¶ Ad quid proſpexit? Peccatis vel mortalitate. b ¶ Sanctorum qui ſunt compediti timore Dei & diſciplina eius. Timore & diſciplina. c ¶ Dirupiſti vin. &c. Ideſt nos
c Vt audiret gemitus † compeditorum, † vt ſolueret filios in- 2
d a ¶ Alias mortificatorum. b ¶ Aug. Iam quod non licuit, dum interficerentur compediti. 3
c ¶ In eccleſia. d ¶ Laudem de Dei eſſentia. Secundum opera.
teremptorum. Vt † annuntient in Sion nomen domini, & 4
a ¶ In eccleſia. b ¶ Ita annuntient. Quod fit ſanguine mortificatorum, & compeditorum gemitibus qui auditi ſunt.
laudem eius in Ieruſalem. In conueniendo populos in 5
a ¶ Fidei & morum. b ¶ Terrarum. c ¶ Gratulando, obſequendo. d ¶ Chriſto. 6
e ¶ Vbi. Non in ſe, ideſt, ex ſuis meritis, de ſe enim non eſſet vox niſi peccati.
e vnum, & † reges vt ſeruiant domino. Reſpondit ei in via 7
a ¶ Conſtantiæ. b ¶ Ideſt, hoc breue tempus totius ſeculi fac attendere. 8
f † virtutis ſuæ: † paucitatem dierum meorum † nuntia 9
a Et in toto eo exiguo non deſinam. Mei exigui: Sed. 10
g
h mihi. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum, in 11
12

ad æternitatem tranſeat.

Auguſtinus. *Reſpondit.* Quia. Dico, vt annuntient no[men] domini, & laudem eius in Ieruſalem. Et reſpondit ei, d[omi]no, ſcilicet, laus vel Ieruſalem. Laus, quando ei gratias [a]gunt vocati ab illo, dum credunt vel bene viuunt. Vel [Ieru]ſalem, non i[lla re]proba quæ oc[cidit] prophetas, ſe[d] quæ multos [pa]rit, vocat[a re]ſpondet, non [con]temnit, ſed fru[ctum] reddit.

Auguſtinus *Reſpondit ei.* Ideſt [cre]dit reſurrexiſſe [Chri]ſtum. Sed qui[a] uidet quoſdam [...]cturos, fuit qu[...] quondam ec[...] congregans o[...] in vnum, ſed [...] finit.

f *Paucitatẽ,* i[...] *dierum meorum* [...] ęternitatem ill[...] vbi ero, ſed te[m]porales dies qu[ibus] ero in hoc ſeculo.

g *Nuntia mihi.* Propter illos qui dicunt, iam no[n eſſe] eccleſiam. Non vacat vox iſta, non eſt inanis p[...] ipſa enim via, ideſt, Chriſtus ſic annuntiauit. [...] ſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Totum [tem]pus vſque ad finem eſt illa exiguitas dierum, quia quod finitur exiguum eſt, vt inde tranſeatur in æter[nit]atẽ. *Nuntia.* Et.

h *Ne reuoces me in dimidio dierum meorum.* Non ſic fiat [ut hæ]retici dicũt, vſq; in finem ſeculi perduc me. nõ in di[mi]dio dierũ meorũ reuoca, ſed pfice mihi exiguos dies vſq; [in] finẽ ſeculi, vt poſt dies æternos. Cur autẽ de exiguitate qu[...]

Caſs. Compediti ſancti qui legalibus vinculis aſtricti, nõ ſunt vſi noua libertate, qui orabant vt Deus mundũ a peccatis ſolueret, & filios eorum qui fraude diaboli perempti ſũt a paternis erroribus liberaret. *Vt ſic annuntient.* Prædixit futura in Sion, hoc factum eſt dum ibi primum loquebantur varijs linguis apoſtoli magnalia Dei, vnde in generalem eccleſiam concurrit ſermo eorum.

d *Vt ſolueret filios.* Aug. Nos autem ſumus filij illorum mortificatorum, qui ſoluimur a nodis peccatorum & vinculis cupiditatum.

e *Reſpondit ei in via virtutis ſuæ.* Caſſiodorus. Quarta pars vbi poſt certitudinem veniæ dicit, quòd de ſua breuitate ad

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Quia proſpexit de excelſo, &c.* Tunc enim proprie terrã proſpexit oculis ſuæ miſericordię, quando viſitauit nos oriens ex alto in ſua incarnatione.
2 *Vt au. ge.* Ideſt, peccatorũ, qui a diabolo tenebantur compediti conſuetudine peccandi.
3 *Vt ſolueret filios interemptorum.* A vinculis ignorantiæ, & infidelitatis.
4 *Vt annuntient in Sion nomen domini, & laudem eius in Ieruſalem.* Ideſt, in eccleſia quæ nomine Sion, & Ieruſalem deſignatur ſecundũ quod dicit Apoſtolus ad Hebr. 12. f. *Acceſſiſtis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis Ieruſalem cęleſtem, &c.* In qua fideles annuntiant nomen domini, eius fidem libere cõfitendo, & prędicãdo & laudes ei debitas exhibẽdo.
5 *In conueniendo populos.* Per diuerſas orbis partes diſperſos.
6 *In vnum.* Ideſt, in vnitatem fidei per charitatem formatę. Et quia non ſolum vulgares venerunt ad vnitatem fidei, ſed etiam principes, ideo ſubditur: *Et reges, vt ſeruiant domino.*
7 *Reſpon.* Hic conſequenter deſcribitur tribulatio fidelium tempore Antichriſti quæ erit acerbiſſima, tamen breuis in tempore, ſecundum quod dicitur Mat. 24. b. *Erit enim tribulatio magna qualis nunquã fuit ab initio mundi vſque modo neq[ue] fiet, & niſi abbreuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis ca[ro], ſed propter electos breuiabuntur:* Et hæc breuitas petitur hic [in per]ſona eccleſię tunc tribulandę, cum dicitur. *Reſpondit* Ideſt, eccleſia ipſi Chriſto, & loquitur de futuro per m[odum] prętériti propter certitudinem prophetię.
8 *In via virtutis ſuæ.* Ideſt, patientię quæ tunc erit m[axime] neceſſaria.
9 *Paucitatem dierum meorum.* Ideſt, dierum afflictioni[s] meę.
10 *Nuntia mihi.* Vt ex breuitate valeam aliqualiter c[on]fortari. Litera Hebraica, & Hieronymi planior eſt, quę [ha]bet. *Afflixit in via,* ſcilicet, huius vitæ. Fortitudinem [me]am, quia tunc fortes in fide ſupra modum affligentur. *A[bbre]uiabit dies meos.* Ideſt, dies afflictionis meę propter elect[o]s, vt prędictum eſt. Et quia tunc tanta erit tribulatio, quod [vi]debitur aliquibus de eccleſia, quod fides catholica debe[ret to]taliter deficere, ideo ſubditur in perſona eccleſię.
11 *Ne reuoces me.* Totaliter auferendo de pręſenti vi[ta].
12 *In dimidio dierum meorum.* Ideſt ante mundi term[in]um, quod eſt tempus ſtatutum durationis eccleſię militan[ti]s, ſecundum quod dicit ſaluator Matth. vl. d. *Et ecce ego v[obi]ſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.*

## MORALITER.

1 *Quia proſ.* Scilicet, oculo ſuę miſericordię.
2 *Vt au. ge. con.* Ideſt, pęnitentium prius conſtrictorum retibus peccatorum.
3 *Vt ſolueret filios.* Ideſt, opera meritoria quę per peccatum erant mortificata, & reuiuiſcunt gratia recuperata.
4 *Vt annuntient in Sion nomen domini.* Ideſt, in eccleſia nominibus Sion & Ieruſalem ſignificata.
5 *In conueniendo populos in vnum.* Ideſt, ad conueniendũ magnos, mediocres, & paruos in eccleſiaſticam vnitatẽ, de qua Epheſiorum quarto. b. *Vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma.* Reſpondit
7 *Reſpondit ei.* Hic deſcribitur profectus peccatoris p[er pę]nitentiam reuerſi, cum dicitur. *Reſpondit ei.* Scilicet pe[ccator] domino.
8 *In via virtutis ſuæ.* Ideſt, reuerſus ad viã virtutis, &
9 *Paucitatem dierum meorum nuntia mihi.* Ad ipſos ad[...] Nam qui addit ad pręterita, oſtendit & nuntiat ea fu[...] ca, hoc autem dicit peccator reuerſus deſiderans rec[u]pera[re] amiſſa pręterito tempore.
11 *Ne reuoces me.* A pręſenti vita.
12 *In dimidio dierum meorum.* Ideſt, ante naturalem [vitæ] terminum. Et ad hoc inducit rationem, dicens.

Quia *in generatione, & generationem ſunt anni tui*, id eſt, quia licet illi dies vſque in finem ſeculi durent, tamen exigui ſunt in comparatione tuorū qui non mutantur, quia æterni ſunt. Vel, ne ſinas me reuocari à curſu cęleſtium vt hæream curæ temporalium, quin hos dimidios & futuros dies continuem.

Vel dies dicit quos in hoc mundo in præſenti agit ſanctus, in quibus meretur præmium vitæ. Dies enim habet eos hic in luce bonæ vitæ agit: ſed non ſunt niſi dimidij, ſi nō computantur æterni.

*In via virtutis.* Aug. In fide qua reſurrexiſſe credit Chriſtum. Via virtutis fuit, Chriſti; poſt reſurrectionem, cum iam non infirmus ſed fortis in cęlo vocat eccleſiam. Virtus fidei eſt, non qua credit mortuum, quod & paganus credit, ſed glorificatum.

Vel breuiter diffinitur religio Chriſtiana, cum dicitur via virtutis.

Vel in generatione generationum. Eſt generatio generationum quæ non tranſit collecta de omnibus, id eſt, ſancti. Illa erunt anni domini, qui non tranſeunt, id eſt, æternitas Dei, quæ eſt ipſa ſubſtantia Dei nihil habens mutabile.

a *Initio tu domine.* Quaſi ne reuoces, quia ad æternitatē tendo, quam exponit, dicens: *Initio tu domine terram.*

b *Ipſi peribunt.* Auguſt. Ipſi cęli peribunt de proximis terris hoc conſtat: vnde & Petrus: Terra autem, & cœli qui nunc ſunt, eodem verbo, repoſiti ſunt, igni reſeruandi. De ſuperioribus non eſt certum, ſed ſi manent non in ſe, ſed in Deo manent.

c *Tu autem permanes.* Aug. Sicut æternitatem eius oſtendit creando omnia, ſic manendo poſt mutata.

d *Et omnes.* vel omnia, quod non de angelis, ſed de mutabilibus.

e *Sicut veſtimentum.* ſecundū corpus quod more veſtis conſumitur: *Et omnes ſicut veſtimētū veteraſcēt, etc.*

※ Baſil. & Theodo. Symmachus autē ſic. Et omnes ſicut veſtimentum ſeneſcēt, & ſicut amictum mutabis eos & mutabūtur. Omnia enim quæ cernuntur, ſeneſcent, veſtimentorumque vetuſtatem imitabūtur: Tu autem ipſa immutabis & renouabis & immortalia pro mortalibus facies. Hoc & diuinus Apoſtolus inquit. Quoniam & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.

† In principio, ſeu pridem. | omnis. † coram te ſtabilietur. Rom. 8.

Vel num: a Quia æternitate præcedit, omnia quæ fecit. Sine initio ante creaturas extitit.

a generatione & generationem anni tui. † Initio tu domine 1

a Verbo domini cœli firmati ſunt: ſed quod verbo fecit, hoc & manu, id eſt, virtute. 2 †

b Ad literam: vel iuſti: qui ſecundum veſtimentum, id eſt, corpus peribunt, ſed mutabuntur in melius.

b c terram fundaſti: & opera manuum tuarum ſunt cœli. Ipſi 3

d peribunt, tu autem permanes, & † omnes ſicut veſtimen- 4 †

a Mutata dicuntur, quia iam non corruptioni ſicut ante ſubiacebunt.

e f tum veteraſcent. Et ſicut opertorium mutabis eos, & muta- 5 6

a Qui dixiſti: Ego ſum qui ſum. b Immutabilis, & omnipotens. c Licet omnia ex te & per te & in te, non ſunt tamen quod ipſe es. Etiam.

g buntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient: 7

h Opera ſine quibus nemo intrat. In tuis annis. 8

i Filij ſeruorum tuorum † habitabunt, & ſemen eorum † in 9 10

In æternum. 11

k ſeculum dirigetur.

f *Et ſicut opertorium.* Cœlos accipe, qui omnia operiunt, qui etiam mutabuntur.

g *Et anni.* Aug. Qui erunt in generatione generationum. Sed an ibi eſſe poterimus? vtique, quia filij ſeruorum.

h *Filij ſeruorum.* Aug. Vt filij intrauerunt terram promiſſionis, non patres, quod ſignificat nouos populos intrare, non veteres. Intrauerunt tamen de illis patribus duo, ſcilicet, Ioſue & Caleb: quia & in requiem veram intrant vnus & vnitas, Chriſtus & eccleſia cum omni nouitate filiorum.

*Filij.* Hilaris concluſio filij prophetarum, & apoſtolorum nedum ipſi.

i *Semen.* opera vnde fructus æternus.

K *Dirigetur.* quia nihil tortum intrat.

GLOS-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *In generatione, & generationem.* quaſi dicat, tu domine cuius duratio eſt æterna, potes faciliter hoc facere pro voluntate tua.

Vad literam, in loco, id eſt, vbi de vnoquoque competenter diſpoſuit, ſicut etiam de aquis, q nec eis terra immergitur nec eis amodo eget. Terminū poſuiſti eis, hoc de aquis diluuij. Sed & de ritibus Gentilium accipi poteſt qui in aduentu Chriſti finiti ſunt, vt iam mundam non occupent.

d *In conuallibus.* Auguſt. De humilibus ſubditis gratiæ, & ſi ſunt montes ſpirituali altitudine, fluunt fontes ſpiritusſancti, qui ſuper humilem quieſcit.

e *Inter medium.* Aug. Id eſt, inter medium apoſtolorum pertranſibunt prædicatores verbi Dei. Medium cōe dicitur, q eſt cōe oībus, non proprium cuiquam. Vnde dicitur de aliquibus: Habent inter ſe pacem, & huiuſmodi eſt in medio, id eſt, cōis illis eſt. Sic aqua, id eſt, ſcriptura Dei, non eſt propria vel priuata alicui, ſed publica. Non ſit ergo mea vel tua veritas, ſed idem ſentiamus, & nō ſint in nobis ſchiſmata. Vnde ſiue ego ſiue illi ſic prędicamus, nulla de aquis, id eſt, prædicatoribus diſcordet à montibus. Si quis aliud dicit, de ſuo dicit, non de medio, & hic talis mons non eſt audiendus.

f *Potabunt omnes.* Auguſ. Omnes fuerunt in diſco Petri ter ſubmiſſo quatuor lineis, qui gerit perſonam prędicatorum. D Quatuor enim lineis vas ſubmiſſum eſt Petro, in figura quatuor partium orbis, vbi prędicandum euangelium, & baptizandi homines. Ter ſubmiſſum, vt in nomine trinitatis baptiſmus fieret, inde, ſ. ex ternario & quaternario colligitur numer9 duodenarius, qui eſt prædicatorum. Duodecim enim apoſtoli electi ſunt, quorum prædicatione totus orbis cui9 quatuor ſunt partes, in nomine trinitatis vocatur vt eccleſia congregetur.

g *Onagri.* Auguſtin9. Syluestres aſini magni, indomiti ſine iugo legis, & ipſi feri bibent cum timidis, onager cum lepore, magni cum paruis, in ſua ſiti vnuſquiſque temperata eſt aqua nullū omnino terret, vt ſtrepitus Philoſophorum terrebat partum virginis & huiuſmodi. Vel ſuperbi Iudæi differēt bibere in tempus vltimum. E

† reuertentur tegere.

*Potabunt omnes beſtię agri.* ✠ Baſil. & Theod. Et hoc maximum eſt argumentum diuinæ prouidentiæ nō modo hominum indigentiū implere, verum etiam rerū omnium aliarum. Propterea montes ſecans, itinera aquæ fecit, vt non ſolum homines affatim fontiū riuos haberēt, ſed etiā genere terreſtrium, animantiumque, quæ aerem penetrāt. Hanc autem clauſulam. *Expectabunt onagri in ſiti ſua,* Symmachus ſic explanauit, Recreabit onager ſitim ſuam.

† illos volatilia.

h *Super ea volucres cęli.* Aug. Non oēs aues manent ad literam in montibus, ſed ſpirituales viri nō in cordibus ſuis, ſed in montibus, i. authoritatibus prophetarum & apoſtolorum. Hi ſunt aues ſacrificij, quas non diuiſit Abrahā, quarū ibi ætas tacetur, quia æterna meditantes mente tranſeunt oīa tēporalia. Hi ſoli non diuidunt in hereſes, & ſchiſmata. Aries. qui prępoſitos ſignificat. Vacca, quæ Iudæos ſub iugo legis. Capra, quæ Gentiles. trima fuerunt, quia tertio tpe gratia reuelata eſt. Hæc diuiſa ſunt, & aduerſus ſemuicem partes cōſtitutæ. Hi oēs aduerſus ſe diuiduntur per hæreſes & ſchiſmata, in ſpiritualibus pax eſt, & eā in alijs quantum poſſunt, ſeruant. In veſpera, i. fine ſæculi venit caminus & terror, id eſt, dies F

Geneſ. 15. c.

NICOLAVS DE LYRA.

ibi innaturale, de elemento vero aquæ ſubditur.

1 *Abyſſus.* Id eſt, oceanus qui dicitur Abyſſus propter ſui profunditatem.

2 *Sicut veſtimentum amictus eius, &c.* Quia oceanus circundat terram vndique excepta vna parte quæ remanſit arida propter vitam hominum & animalium terreſtrium, vt dictum fuit plenius Geneſis 1.

3 *Super montes ſtabunt aquæ.* Ex hoc loco dicit Rab. Sal. quod aquæ in medio oceani ſunt altiores, quam montes in terra poſiti. Sed hoc falſum eſt, quia cum aquæ ſint graues & fluidæ æqualiter tendunt ad centrum vndique, & ſic non ſunt altiores in medio quam ripa, & ideo illud quod dicitur hic intelligendum eſt de aquis pluuialibus, quæ generantur in nubibus, ſecundum quod dicit Iob: *Qui ligat aquas in nubibus ſuis.* Nubes autem generantur ſuper cacumina montium.

4 *Ab increpatione tua fugient, &c.* Quia nubes pluuioſæ mouentur de loco ad locum ſecundum ordinem voluntatis diuinæ. Aliter exponitur hoc referendo ad homines. In nubibus enim frequenter generantur impreſſiones terribiles, vt tonitrua, fulgura, & turbines, quæ dicuntur quædam increpationes diuinæ, quæ frequenter ſunt ſigna iræ ſuæ, & ſic homines territi fugiunt de campis ad loca magis ſecura. Conſequenter reuertitur ad diſpoſitionem elementi terræ, quæ in aliquibus locis eſt montoſa in alijs plana, & quantum ad hoc dicitur.

5 *Aſcendunt montes.* Et iſte aſcenſus & deſcenſus non eſt aliud quam eleuatio maior montium & minor camporum, vlterius reuertitur ad diſpoſitionem elementi aquæ, dicens.

6 *Terminum poſuiſti.* Scilicet aquis oceani.

7 *Neque conuertentur operire terram.* Sicut fecerunt tempore diluuij, ſicut promiſit dominus Noe Gen. 9. b. *Neque erit deinceps diluuium diſſipans omnem terram.*

8 *Qui emittis fontes in conuallibus inter medium montium.* Hic cōſequenter adducitur ratio diuinæ laudis ex debita prouiſione viuentium: Et primo ex prouiſione habitantium ſuper aquam, ſecundo ex prouiſione habitantium intra aquam, ibi: *hoc mare*: tertio quantum ad vtranq; naturam, ibi: *Omnia à te expectant.* Prima in duas, quia primo deſcribitur diuina prouidentia circa viuentia ſuper terram in cibo corporū, ſecundo in alternatione temporum, ibi: *Fecit lunam in tempore.* Circa primum deſcribit mixtim prouiſionem animalium, auium, & hominum, & primo quantum ad prouiſionem humidi ſine quo vita ſenſitiua non poteſt cōtinuari, dicens: *Qui emittis fontes in conuallibus inter medium, &c.* quia in deſcenſu vel pede montium oriuntur communiter fontes magni, ex quibus oriuntur fluuij notabiles, & hoc eſt ad ſuſtentationem viuentium, ideo ſubditur.

9 *Potabunt omnes beſtiæ agri.* Quia multum habent de calido interiori.

10 *In ſiti ſua.* Id eſt, refici dictis aquis in ſua ſiti, vnde & tranſlatio Hieron. ſic habet. *Et reficiant onagri ſitim ſuam.*

11 *Super ea volucres cæli.* Quia ſunt aliquę volucres aquatiles in fluminibus habitantes vel prope, aliç etiam volucres campales vel nemoroſæ veniunt illuc ad bibendum, & ad loca ſua reuertuntur gaudentes, ideo ſubditur.

eſt, dies iudicij, & trāſit caminus inter diuiſa, & facit hæc ad
A dexterā, illa ad ſiniſtrā, & de carnalibus diuiſis, lignū fenum
ſtipula comburuntur. Ipſi propter fundamentū cui nihil a-
te poſuerunt, ſalui erunt per ignē, alij in ſiniſtra dānantur.
a *De fructu operum tuorum.* Auguſtin. Nemo ergo glorietur
1. Cor. 1. d. in operibus ſuis, ſed qui gloriatur in domino glorietur, gratia enim Dei ſaturatur terra. Sic igitur gratia gratis datur. Si operibus hominum redditur, merces dicitur.
b *Seruituti hominum.* Auguſtin. Vnde cum liber eſſem ex omnibus, omnium me feci ſeruum, quæ ſeruitus eſt ex charitate quæ facit humiles, quales nō erant apoſtoli tunc tamē dictum eſt a domino: *Calicem quidem bibetis, ſedere autem ad dexteram meam non eſt meum dare vobis*, id eſt, ſuperbis, quod modo eſtis, ſed humilibus qui pro Chriſto ſerui hominum fiunt vtilitati fratrum intendentes. Hęc ſunt iumenta quibus debet̃ herba, de quibus dr̃: Nō alligabis os boui trituranti. Et: *Dignus eſt operarius mercede ſua*, vnde ſi ſeminauimus vobis ſpiritualia, magnū eſt, ſi carnalia v. m. *Beatus eſt qui præoccupat vocem petentis*, i. qui intelligit ſup egenū & pauperem. Non ita debes agere boui trituranti, vt mendico trāſeunti: illi das quia legit̃ *Omni petenti da*. huic & nō petēti dare debes. Vide ergo ne ſi ſic egeat, vt petat te iudicet, i. damnabilem oſtendat, antequam petat. Sicut enim de illo dr̃ qui te quęrit. *Da omni petenti*, ſic de eo quē tu quærere debes, dr̃. *Deſudet eleemoſyna in manu tua, donec inuenias iuſtum cui des. Omni petenti da, quicūque ſit das*: agnoſcens in eo cui des, multo magis ſeruo Dei, & non petenti. Vnde & dn̄s loculos habuit in vſus eorum, qui cum eo erant, & ſuos perſonam infirmorū magis ſuſcipiens, vt ibi: *Triſtis eſt anima mea*, licet Paulus talia a ſuis nō q̃reret, & mori optaret, ſublimius egit Chr̄s, quia miſericordius, ne infirmos dānaret iſta quęſituros, quibus præbuit exēplū neceſſaria ſumēdi a ſubditis.

1. Cor. 9. c. † 11. q. 1. cap. eccleſia § his ita. † educat. † ſplendere faciat. Mac. 10. f.

B

1. Cor. 9. b. Luc. 20. b. 1 Cor. 9. b. Pſal 40. Luc. 6. d. Eccle. 29. b. Ioan 13. c. Matth. 26. d. 1 Cor. 9. c.

a Non de ſua, ſed de authoritate verborum Dei, in quibus ſonat petra Chriſtus.
b Ipſi montes & petræ vnde habent. Emittis fontes in conuall. tu. dico Rigans montes, vel rigas etiam montes de altioribus ipſis montibus.

habitabunt, de medio petrarum dabunt † voces. Rigans mō- 1 2

a Altioribus arcanis, non de aliis petris. Ab eis & ad terram vſque gratia deſcendit.
b Quæ tu in omnibus operaris. c Non enim ſunt hominum.

a tes de ſuperioribus ſuis, de fructu operum tuorum ſatiabitur 3 4

a Conuerſi. b Deus vel terra. Auguſt. de euangelio viuant qui euangelium annuntiant. c Temporalia. d Prædicatoribus. e Exponit. f Quæ eſt ex charitate.

b terra. † Producens fœnum iumentis & herbam ſeruituti ho- 5 6

Hæc ſunt iumenta quibus debetur vt merces, quia ſeruiunt. a Ad quid hoc.
b Chriſtum. c Auguſt. id eſt, de diſpenſatoribus veritatis, id eſt, apoſtolis & cæteris adhuc in terra ambulantibus. d Non quod conturbat, ſed quod. e Auguſt. Hæc ebrietas, videtur in alienatione mentis à terra ad cœlum.

minum. Vt † educas panem de terra, & vinum lætificet cor 7 8

a Spiritusſancti. b Auguſt. Temporalis ſtomachum confirmat. Vel ſpiritualis, qui de cœlo deſcendit.

c hominis. Vt † exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis 9
d

a De illis ductis de terra, pane, vino, oleo. b Plebes humiles prius. c Diuites. Potentes in ſæculo, etiam poſtea, quia prius electi ſunt contemptibiles & ignobiles quam ſapientes & nobiles. d Candidatio interpretatur.

e confirmet. Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani quas 10

a Fide. b In cedris. Non aliæ. c Alias, Fulicæ. d Genus vel generatio. e Ipſe Chriſtus.

f plantauit, illic † paſſeres nidificabunt. † Herodij domus dux 11
g 12

c *In oleo.* Auguſt. Vnicuique datur ſpiritus ad manifeſtationem, gratia ergo, & nitor quidam qui eſt ad hominis conciliandum ſanctum amorem oleum dr̃. Hæc gratia excellentius in Chriſto, vnde ab omnibus laudatur, etiam ab eis qui ſe iuſſa eius ſequi non poſſe dicunt. Ecce Chriſtus totus vnctus, vnde cæteri accipiunt vt exhilaretur facies in oleo.
d *Et panis.* Auguſt. Idem eſt ergo panis & vinum. Panis enim iſte & vinum iuſtitia eſt, veritas eſt Chriſtus: & hic &
C illud lętificat, & confirmat cor.

✻ Euthym. Vinū quidē lætificat cor, panis autē vires f[…] gatis prǽſtat, & ipſius etiā terræ fructus eſt, oīum igitur c[…] turarum prouidentiam habuit Deus, tam irrationabiliu[m] qu[a]m rōne præditarum, terramq; ipſam ſatiauit, vt ping[…] facta opportuna omnibus alimenta tribueret & neceſſa[…]
c *Quas plantau[it].* Auguſt. Cur à ſe [...]tatis relinquit car[…]rem ſeculi? quia [...] fulica auis, quæ i[n a]quis habitat, hi [ſunt] qui in baptiſmi [gra]tia permanent. [...] Herodius auis ra[pa]ciſſima, nec ta[...] Chriſtus reſpuit.
f *Illic paſſe.* Aug[…] Minuta volatilia [...] eſt, pauperes in ſ[…]lo, qui & minima [...] reliquerunt, vt [...] ſequerentur Ieſ[um], vt apoſtoli, & [...] nihil habeant, o[...] poſſident. Prorſ[us] tum mūdum P[...] reliquit, tame[n] tum accepit. Et[...] cedri Libani, i[d] excelli huius ſę[culi] qui cum timore [...] dunt: *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem*: atten[…]res ſuas villos, ſuperfluas copias, & præbent illas ſeruis [...] & ita colligunt paſſeres, vt in cedris Libani nidificent.
g *Herodij domus.* Aug. Dux eſt eorū paſſerū, vel cedrorū, quod tñ Latine dici non poteſt, quia cedri fęminini generis ſunt, hoc autem nullo modo ad literam, domus enim, id eſt, nidus fulicę, quę eſt auis marina vel ſtagnenſis, quō dux eſt paſſerum? ſed per hoc innuit ſpiritualia eſſe quærenda.
Auguſt. Et ſi in diuitibus ſęculi paſſeres nidificent, tamen cedri ſuperiores eis, quia eorum paſſerum dux eſt domus fulicæ non ipſe cedri. Domus fulicæ petra quę in a[quis], quę tuſa fluctibus frangit eos, ſed non frangitur: foris eſt domus, ſed nō in excelſis. Sic Chriſtus tanta paſſus a Iu[dæis] integer manſit, quo nihil fortius, nihil humilius. In ce[dris] ergo minuti ſpirituales nidificāt propter præſentem neceſſitatem, ſed tamen petram Chriſtum habent ducem i[...]tantes paſſiones eius, etſi forte cedri mouentur, volabunt paſſeres, ſed non peribunt, quia petra eſt dux eorum.
Caſſiod. Vel fulica auis quę in aquis habitat, hi ſunt qui in gratia baptiſmi pmanēt, quorū domus eſt baptiſmus. E[t] quaſi diceret: Qui ſunt cedri? Qui ſunt paſſeres? Illi qui b[apti]zantur. Et hoc eſt fulicæ domus, i. baptiſmus, qui eſt do[mus] regeneratorum, dux eſt eorum paſſerum, i. Chriſtianorum.
Hierony. Caſ. Herodius auis rapaciſſima, omnium vo[lati]liū maior, quæ & aquilā vincit. Et eſt. Q. paſſeres nidifi[cant] in cedris, & dux eorum paſſerum eſt domus Herodij, id [eſt,] Chr[iſt]us.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *De medio petrarum, &c.* Hoc dicitur propter aues in foraminibus murorum habitantes, vel etiam in rupibus, ſicut dicitur de aquila. Iob. 39. b. In petris morat̃ atq; inacceſſis rupibus. in Hebræo tñ habetur. *De medio ramorum.* & in translatione Hieron. *De medio nemorum*, & hoc quantum ad aues in arboribus camporum vel ſyluarum commorantes.
2 *Rigans montes.* Scilicet Deus.
3 *De ſuperioribus, &c.* Id eſt, de nubibus pluuioſis ſuper montes generatis, vt ibi creſcat herba animalibus ſyluestribus opportuna.
4 *De fructu, &c.* Id eſt, de effectu pluuiæ, quæ eſt opus tuum fęcundabitur terra, ideo ſubditur.
5 *Producens fęnum iumentis, &c.* Ad eorum nutrimentum.
6 *Et herbam ſeruituti hominum.* Id eſt, vſui: granum enim ſeminatum in terra, primo producit herbam, poſtea ſpicam, & vltimo granū vnde fit panis ad vſum hoīs, ideo ſubditur.
7 *Vt educas panem de terra, &c.* Et quia ad ſuſtentationem vitæ humanę non ſolum requiritur cibus, ſed etiam potus, qui principaliter eſt vinum de vite, ideo ſubditur.
8 *Et vinum, &c.* Requiritur etiā condimentū, ideo ſubdit̃.
9 *Vt exhilaret faciem in oleo, &c.* Et per oleū quod eſt principale condimentum, intelliguntur alia. Et quia pluuia [te]rram humectans fęcundat arbores, ideo ſubditur.
10 *Saturabuntur ligna campi.* Dicit enim Philoſophus [in libro] de Anima, q, in arboribus radices ſunt ſimiles ori in animalibus, quia per radices attrahitur alimentum arboris ad eius [nu]tritionem & fructificationem. In Hebręo autem & in tran[ſl]atione Hieron. habetur ſic: *Saturabuntur ligna domini*, & ſ[ecun]dum Rab. Sab. ligna domini hic intelliguntur ligna Par[adiſi] terreſtris. Sed quia illa modo non veniūt in vſum hom[in]is, niſi Enoch & Eliæ, & hic agitur de lignis ſeruientibus a[d v]ſum hominis, ideo poteſt dici, quod omnia alia ligna conuenienter dicuntur ligna domini, quia ſunt eius creaturæ.
11 *Illic paſſeres nid. fic. &c.* In Hebræo, & in tranſlat[io]ne Hieronymi habetur ſic: Aues nidificabunt, aues enim [ce]rtius ſpeciei magis ędificant in cedris, quàm paſſeres, [q]ui communiter nidificant in tectis domorum.
12. *Herodij domus dux eſt eorum.* Herodius eſt nomē auis [...]dalis, q̃ Gallice vocat̃ *Griffon*, & nidificat in cedris, & dr̃ [d]ux paſſerū vel auium eo modo loquend', quo leo rex dr̃ aiū, & ideo cum dr̃, Herodij domus, ibi eſt punctus, refert̃ ad cedros, vbi nidificat Herodius, cuius nidus dr̃ domus ei[us] & q, ſequitur: *Dux, &c.* refertur ad Herodium modo pręcto.

us, qui eſt domus rapaciſſimorũ, quia nec tales deſe-
l Herodius trib. Beniamin de qua fuit Paulus, de quo
niamin lupus rapax, mane comedet prædã, veſpere di
polia, quia Paulus in adoleſcẽtia pſecutus eſt eccleſiã,
eſpera ſuę ętatis ſpolia diabolo rapuit pdicando. Et eſt
nirum ſi cedri
ntur, & paſſe-
ificãt, quia do-
. genus, vel ge
Herodij, id
auli qui fuit lu-
pax, dux eſt eo-
iſſerum, & ce-
quia ipſe con-
alios plures ad
conuertit.
a *uis petr.* Auguſ.
ſunt magni ſpi
s tranſcenden
rſu omnia ſpi-
i ſunt alti mon
ui eminent in
ris per altiora
ota. Cogitant
ublimia, tenẽt
ntia iuſtifican-
ummis. Heri-
pinoſum ani-
gnificat pecca-
Lepus animal
m. Leporibus
& Hericijs ſi-
ſſunt alta tene
us eſt Chriſtus
um. Hæc petra
liciter habet
In mari dom⁹
cæ, quia Chri-
n fluctuatione
eſt domus illorum, qui in gratia baptiſmi perſeuerãt.
æ eſt refugium Hericio, & lepori, i. illis, q aliquo amo-
hærent terrenis. Eſt refugium in montibus, id eſt, in
is, & ſpiritualibus eſt firmamentum. Hæc eſt de qua,
ra dictum eſt, volucres cœli dant voces.
b *cit lunam.* Caſſ. Remi. Poſt terrena tranſit ad cœleſtia,
terræ faciunt, i. ſeruiunt. Poſt tot genera Chriſtianorũ,
animalia ſignificauit, & prædictã ordinationẽ, aſcẽdẽs
git de Chriſto, & eccleſia quomodo, ſ. hoc tẽporalis
creſcit, & decreſcit, q faciat occaſus, & ort⁹ veri ſolis.
*ſuiſti, &c.* Et facta eſt nox in eis, id eſt, obſcura mentis
atio.
d *ipſa pertranſibunt.* Aug. Non vt ſupra, cõuerſi Gentiles
mones, q tpe paſſionis inuenerũt corda titubantium
lorũ, ſed Chriſto ſurgẽte, quia in omnib. nõ poſſunt,
ilibus, ideſt, cordibus pertinacium permanẽt. Sic Chri
aliquo occidente vigent mala, reſurgente fugiunt.
✲ aſil. & Theo. Nox quidem hominibus quietem procu
curitatẽ vero feris largitur, vt eſurientes ventres ex-
Hęc vero clauſula, *Vt quærant a deo eſcam ſibi*, videlicet,
etiam

a ¶Apoſtoli prophetæ. b ¶Quid autem de humilibus beſtiis. ¶Ecce. ¶Ideſt, Chriſtus.
c ¶Alias, hericiis, vel leporibus, ideſt, timidis, opertis, minutis, & quotidianis peccatis.

a eſt eorum, montes excelſi † ceruis, petra refugium † heri- 1

a ¶Eccleſiam. b ¶Quia temporaliter tranſit non ſemper ſic erit. c ¶Nam &. ¶Chriſtus. d ¶Vel præſciuit. ¶Approbauit, placuit ei. e ¶ Paſſionem ſuam. f ¶ Vel occidit ſol, quia eo occidente.

b naciis. Fecit lunam in tempora, ſol † cognouit occaſum. Po- 2
3
4

a ¶Auguſt. Sexta hora qua crucifixus eſt dominus factæ ſunt tenebræ, & facta eſt nox, ideſt, obſcuratio in Apoſtolis, vt in Petro, qui negauit. ¶Nocte. b ¶Non vt ſupra vt Chriſtus leo, & diabolus leo, ſupra conuerſi, hic dæmones.

d ſuiſti tenebras, & facta eſt nox, in ipſa pertranſibũt omnes be- 5
6

a ¶Quos ante generaliter dixit beſtias, deinde in catulos diuidit, & in leones, dicens. b ¶Frementes. c ¶Pertranſibunt. d ¶ Quia nec tentare poſſunt, niſi deo permittente.

f ſtiæ ſyluæ. Catuli leonum rugientes, ut rapiant, & † quærant 7
8

a ¶Auguſt. Chriſtus recepit animam, quam poſuit. ¶Auguſt. Quibus ortus eſt ſol, non audent eos inuadere leones. b ¶ Catuli leonum recedunt a perſecutione eccleſiæ in toto orbe clarificato Chriſto. c ¶ In cordibus infidelium.

g a deo eſcam ſibi. Ortus eſt ſol, & congregati ſunt, & in cubi-

a ¶Ne iam faciant impetum in ſanctos. b ¶ Auguſt. Et ſic iam licet in ſecuritate pacis bona operari, ſed in veſpera, ideſt, in fine mundi erit contenebratio, & grauis impetus. c ¶Vt incipiat.

libus ſuis † collocabuntur. † Exibit homo ad opus ſuum, & 9

a ¶Vt continuet perſeuerando. b ¶Vſque ad finem ſeculi. c ¶Ergo. ¶Magna ſunt, & multa. ¶ Augu. His omnibus inſpectis omnis homo magno exultat gaudio, admiratur, non poteſt loqui.

ad operationem ſuam vſque ad veſperam. quam magnifica- 10

a ¶Ad literam, vel myſtica. b ¶ Quia. ¶ Vbi facta? Vnde proceſſerunt hæc tam magna? c ¶Chriſto. ¶ Quia multa.

ta ſunt opera tua dñe, omnia in ſapientia feciſti, † impleta eſt 11
12

a ¶Alias creatura. b ¶ Autem ſæculum eſt. ¶ Auguſt. Sed nondum ſumus in terra viuentium, imo mare tranſeundum. c ¶Exercendis, difficile eſt enim ibi bene operari.

h terra poſſeſſione tua. Hoc mare magnũ, & ſpatioſum † mani- 13
i 14

a ¶Innumeræ inſidiæ repunt in hoc ſæculo, & incautos occupant. 15
b ¶Auguſt. Adhuc, in amaris aquis ſunt infideles puſilli, & magni. 16

k bus, † illic reptilia, quorũ nõ eſt numerus. Animalia puſilla † cũ 17

etiam his diuina prouidentia viſum præbet. Nam poſtulare D
quidem hominum eſt, qui ratione vtuntur, quærere vero a-
nimalium ratione carentium, veruntamen etiam his deus
neceſſarium nutrimentum donat.
e *Occaſum.* Aug. Sol ſic occidit, vt oriatur, ita qui dormit, id
eſt, Chriſtus, nõ adij-
ciet, vt reſurgat? Oc- † funiculis.
cidit, qa voluit, ne-
mo tollit animã eius
cum occidit, tene-
bræ factæ ſunt in a-
poſtolis, defecit ſpes † agnouit.
eorum.
f *Catuli leonum, &c.*
Auguſtinus. Sunt, &
principes dæmonio-
rum, ſicut & catuli
contemptibilia dæ- † quærentes
monia, quæ in tene-
bris quærunt ſeduce
re animas, maior leo E
ſemp circumit quæ-
rens quem deuoret,
paſcuntur autem er- 1. Pet. 5.
roribus hominum. † Exiet.
✲ Euthymius. Ca-
tuli leonum frendẽ-
tes, vt rapiant, & pa-
rent ſibi cibos, qui a
deo eis miniſtrãtur,
ab eo etenim cũctis † repleta.
cibus præbetur ani-
mantibus. Qui dat
enim, inquit, eſcam † locis.
omni carni, vel vt
quærãt, & petant ci † magna.
bos a deo. Nam &
multi homines ſæpe
numero, famis aut ſi
tis tẽpore, animalia conſpexerunt cœlum ipſum intueri, &
ineffabili quodam quaſi ſermone factorem ſuum inuocare.
g *Ortus eſt ſol, &c.* Caſſ. Poſtquam dixit quid fecit occaſus
veri ſolis, ſubdit de ortu.
h *Poſſeſſione.* Aug. Alias creatura. Aug. Per Chriſtum pater
creauit qcquid eſt in terra, mari, & celo, ſed hic dicit de no-
ua creatura, q̃ exuit a veteri hoĩe Chriſtus, qua impleuit or-
bẽ terræ, i. eccleſiam. *Granum.n. frumenti cadens in terra multum* Ioan. 12. d.
*fructum attulit*, ante ſingulariter erat, donec tranſiret. Sed qñ Luc. 15 b.
per paſſionem tranſiuit, drachmam perditã inuenit, & ouẽ Ibidem a.
errabũdam ad gregem reduxit, vnde gaudium. Sed tamen
adhuc peregrinatio, adhuc ſęculum quatitur tempeſtatibus: F
datum eſt tamen lignum in quo tranſnauigemus.
✲ Baſi. & Theod. Porro alij Interpretes, Creatione tua, po
ſuerunt videlicet, vniuerſi generis bonorum ipſam impleſti
a terra igitur in propinquum mare tranſit, & ait.
i *Hoc mare magnum, &c.* Caſſ. Secunda pars vbi dicit: Quo-
modo eccleſiam per mare ſæculi traducit ad littus patriæ.
k *Reptilia, &c.* Auguſtin. Mali ſpiritus, quorum inſidiæ ſer-
punt.

☞ a Draco

## NICOLAVS DE LYRA.

1 ontes, &c. *Supple ſunt refugia ceruis, ſicut petra cauernoſa* *giũ Herinaciis, eſt autem Herinacius animal paruũ ſpinoſum.*
2 cit lunam. *Hic conſequenter oſtenditur qualiter deus prouidentibus in alternatione temporum, cum dicitur:* Fecit lunam in tempore, *ſecundum enim varium motum lunæ magis apparet ſenſibilis mutatio aeris, quam ſecundum alios planetas.*
3 ol cognouit, &c. *Ideſt, determinate vadit ad occaſum, acſi haberet intellectum, quia talis motus eſt ab intellectu intelligentiæ motricis. Per talem modum dicitur, quod opus naturæ, eſt opus intelligentię.*
4 oſuiſti tene. *In hemiſpherio noſtro, per occaſum ſolis.*
5 fa. *Quia ſicut dies eſt latio ſolis ſuper terram, ita nox eſt latio eius ſub terra.* 6 In ipſa pertranſ. &c. *Quia tunc magis diſcurrunt ad quærendam prædam, quam de die, ideo ſequitur.*
7 atuli leonum rugientes, vt, &c. *Et quia omnia illa procedunt a diuina prouidentia, ideo ſubditur.*
8 quærant a deo eſcam, &c. *Et quia habita præda reuertuntur ad ſua latibula, ideo ſubditur.* Ortus eſt ſol.
9 xiuit homo ad opus ſuum. *Sicut enim diſcurrunt per noctẽ, vel de nocte, propter victum quærendum, ſic e contrario homo, qui eſt animal manſuetum natura de nocte quieſcit, & de die exit ad opera ſua. Et quia ex talibus effectibus apparet altitudo diuinæ prouidentiæ nobis incomprehenſibilis, ideo admiratiue ſubdit Dauid.*
10 Quam magnificata. *Ideſt, valde magnificata.*
11 Sunt opera, &c. *Quia ipſa eſt regula veritatis.*
12 Impleta eſt terra, &c. *Ideſt, hominibus, & animalibus, quæ ſunt dei creaturæ.*
13 Hoc mare. *Hic conſequenter agitur de prouiſione viuentiũ intra aquam. Et primo deſcribit locum eorum, cum dicitur,* hoc mare magnum, *ſcilicet oceanus, vbi currunt omnes aquæ.*
14 Et ſpatioſum manibus, &c. *Ideſt locis. Dictio enim Hebraica hic poſita æquiuoca eſt ad ſignandum manus, & loca.*
15 Illic reptilia, &c. *Ideſt, piſces diuerſorum generum.*
16 Quorum non eſt numerus. *Quia non poſſunt ab homine numerari, ſed deo omnia ſunt numerata.*
17 Animalia puſilla, &c. *In mari enim ſunt piſces, aliqui valde parui, & aliqui valde magni, vt cete grandia, quorum magnitudo eſt quatuor iugerum terræ, vt dicit Plinius.*

a *Draco iſte quem formaſti.* Auguſti. Preter hęc animalia, eſt
A etiam in mari, quod ſuperat ea omnia, ideſt, draco, q eſt leo
ſerpens antiquus, cuius caput, i primam ſuggeſtionem eccle
ſia terit, & ſic cæteros motus euadit. Ipſe vero obſeruat cal-
caneū eius, id eſt, lapſum a via dei, vt ſic poſſideat, vnde in
Geneſi dicitur ſer-
Gene.3.c. penti: *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius.* Qui dra- † Leuiathan.
Eſa.14.c. co alibi dicitur Lucifer, alibi Leuiathan, qui cæteris in eſſentia excelſior, factus
B eſt in malitia maior.
Iob.40.c. b *Ad illudendū.* Auguſtinus. Dicitur in Iob illudi ſathanę ab angelis dei, qui ſunt præpoſiti ſuper aereas poteſtates, ne noceant nobis. † Conuertentur.

⁜ Euthymius. Ipſum etiam cete, quod creaſti, ad ſubſiliendum in mari. Draconem enim cete appellauit, veluti
C inter pelagi animantia vaſtæ cuiuſdam magnitudinis animal

† Renouabis
ἐν ἔπλασας ἐμπαίζειν αὐτῷ.

a ¶Tamen. ¶In illo mari. b ¶Eccleſiæ quos in ligno crucis gubernat Chriſtus.
c ¶Nec ipſum draconem timebunt imo illudant ei. ¶Pro commeabunt.

a magnis illic naues pertranſibunt. † Draco iſte quem † for-

a ¶O Deus. ¶Secundum ſubſtantiam in qua bonus erat, & in empyreo locatus, ſed in vitio ſuo inde cadens. b ¶Ad hoc cadens de cęlo factus eſt, vt ſic illudatur ei. c ¶Hæc.
¶Scilicet creatura noua, & reptilia. d Nihil poſſunt, niſi permittas.

b maſti ad illudendum ei, omnia à te expectant, vt des illis, †

a ¶Opportuno, quod quidam interpretes addunt. b ¶Alias cum dederis Augu. ante non poſſunt colligere, nec tentare. c ¶Addit, & de cibo noſtro.

c d eſcam in tempore. Dante te illis colligent, aperiente te ma-

a ¶Augu. Manus Chriſtus eſt, quæ aperitur, cum reuelatur. & te enim reuelante omnia implentur bonitate: Quem non a ſe habent, quod aliquando probatur illis, quia auertente autem te, &c.

e num tuam, omnia implebuntur bonitate. Auertente autem

a ¶Sed quare turbas? b ¶Superbiam. c ¶Omnino vt conuertantur.

te faciem, turbabuntur, auferes ſpiritum eorum, & deficient

a ¶Aug. Inuenit ſe homo terram pęnitens de peccato. ¶Vt clament defecit ſpi. meus.
b Ablato ſpiritu eorum. c Sanctum qui creat nouos.

f & in puluerem ſuum † reuertentur. † Emitte ſpiritum tuum, &

a Vnde ipſius figmentum ſumus creati in operibus bonis. b Nouis hominibus conſitentibus, quod a te non a ſe boni ſunt. c Et quia ex deo omnia bona.

creabuntur, & † renouabis faciē terræ Sit gloria domini in ſę-

a In æternum. b Non tuis. c Quæ in eis facit, & qualiter faciat ſubdit. Qui reſp.
Miſericordia. d Humana mentis. Quę exultat de bonitate ſua.

culum, lætabitur dominus in operibus ſuis. Qui reſpicit terrā

mal quemadmodum draco inter terrena.
c *Eſcam, &c.* Auguſt. Cibus draconis terra eſt, quia di[...]
eſt ei. *Terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ.* Quia qui te[...]
amant, cibus diaboli ſunt. Cibus autē iuſti, verbum de[...]
de. *Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod proc[...]*
*ore dei.*
d *Manum tua om-*
*nia implebuntur*
1 *te.* Caſſ. Vel i[...]
2 eſt poteſtas, qu[...]
dè replet omni[...]
3 e *Auertente* [...]
4 AVGVSTI[...]
5 Multi impleri [...]
6 tate, ſibi tribu[...]
7 volens autem [...]
8 eis probare, [...]
9 non a ſe habe[...]
10 a deo, vt cum [...]
11 tate habeant [...]
12 litatem, aliq[...]
13 eos perturbat [...]
14 tit faciem, & c[...]
15 in tentationem[...]
16 f *Emitte ſpiri*[...]
17 Caſſ. Puluis ſi[...]
18 lorum dicitur [...]
19 ex ſe habent. [...]
20 ſunt puluis. S[...]
vero domini: Ecce medicina reuerſis in puluerem.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Illic naues pertranſibunt, &c.* Vt bona in vna terra abūdātia deportentur per nauigium ad aliam talibus carentem, & e conuerſo. 2 *Draco iſte, &c.* In Hebræo, & in tranſlatione Hiero. habetur Leuiathan iſtum tu formaſti ad ludendū in eo. Dicunt Hebræi, quod eſt vnus piſcis ſingularis incredibilis magnitudinis, ideo dr̄: Leuiathan iſtū in ſingulari, dicūt tn̄ Hebræi, quod deus a principio creauit duo indiuidua huius ſpeciei maſculum, & fœminā ſed quia deus præuidit, qđ ſi multiplicarentur, nauigatio impediretur, quæ deſeruit vtilitati mundi, iō occidit fœmellā, & ſale condiuit reſeruans eā iuſtis poſt reſurrectionē. Quod aūt ſubditur. *Quem formaſti ad ludendum in eo.* Dicūt ipſi Hebręi, quod tribus horis in die deus ludit cū Leuiathan. Sed primū dictū eſt ꝯ ſacrā ſcripturā Gene. 1. qa formatis generaliter omnib. piſcib. dixit de⁹: *Creſcite, & multiplicamini.* & ſic non creauit aliquā ſpeciem in maſculo, & fœmina, q̄ non vellet multiplicari. Item qđ dicūt carnes fœmellæ reſeruatas iuſtis in reſurrectione, eſt error Saracenorum, in quem Iudæi moderni ceciderunt, credentes, quod reſurrectio ſit futura ad vitā animalē cibis indigentem. Et quod dicitur, quod deus ludit in eo, vel cū eo tribus horis in die, puerile eſt, & fictitium. Et ideo aliter dicendū, quod pſalmiſta hic loquitur de cete, cuius ſunt plura indiuidua in mari nominans eū Leuiathan, ſicut Iob. 40. qui nominatur ēt draco in trāſlatione cōi. quia Gene. 1. c. vbi dr̄ cete grandia, in Heb. hr̄ dracones magnos, tn̄ ſub iſtis nominib. intelligitur hic principaliter diabolus, ſicut in li. Iob. fuit dictū. Et iō litera primo eſt exponenda de proprietatib. ceti, & ſecundo de proprietatib. diaboli per illas ſignificatis. Qđ ergo primo dr̄. Draco iſte quē formaſti ad illudendū, &c. in cōi trāſlatione, vel Leuiathan iſtū in tranſlatione Hiero. p pronomē demonſtratiuū, & nomen cui adiūgitur deſignat̄ eius magnitudo, euidenter excedēs magnitudinē aliorū animaliū terreſtriū, & marinorū. Et per hoc, qđ ſubdit̄. Ad illudendū ei, vel ludendū in eo, non eſt intelligendum, qđ li ad, teneatur cauſaliter, quia ad hoc Leuiathā finaliter ſit formatus, ſed tenetur conſecutiue, quia ad eius formationē conſecuta eſt illuſio illa. Ex hoc. n. quod Leuiathā factus eſt a deo in corpore tā magno, ſequitur quod neceſſaria ſit ei magna cibatio ex alijs piſcibus maris quos deuorat, propter quod alij piſces cetum videntes ex inſtinctu naturali fugiunt verſus ripā, vbi cetus natare non pōt propter aquæ paruitatē, et ideo cetus eos inſequens impingit ad terrā, & a piſcatorib⁹, ibi occiditur, quia non poteſt ſe mouere, & ſic illuſus ſua ſpe fruſtratur. Per hoc autem principaliter intelliguntur proprietates dæmonis, quia per demonſtrationem corporis ei⁹ excedentem, cum dicitur: *Draco iſte, &c.* intelligitur poteſtas

Iudæorum fabulatio de ceto ludibrio habenda.

ſtas dęmonis omnem poteſtatem corporalem exce[...] bi dimittatur. Per illuſionem vero ceti dictam intelli[...] luſio dæmonis, quia credens, Chriſtum ſe deuorar[...] paſſione, & membra ſua in temporali perſecutione, contra eos excitata, defraudatur ab intento, & rein[...] poſt iudicium ligatus in inferno, quia non erit am[...] exercitium ſanctorum in hoc aere caliginoſo.

3 *Omnia a te expectant, vt des, &c.* Hic incipit verſus [...] bręo, & in tranſlatione Hieronymi, vbi Pſalmiſta d[...] prouiſionem diuinam circa vtramque naturam præ[...] ſimul dicens: *Omnia,* ſcilicet viuentia ſuper terram, [...] quis.

4 *A te expectant, vt des illis eſcam in tempore, &c.* Quia [...] petitum naturalem, & ſenſitiuum tendunt ad id, quę [...] deo circa ipſa ordinatum, & ſic dictum eſt ſupra, quo[...] naturæ eſt opus intelligentię.

5 *Dante te illis colligent, &c.* Hoc dicitur ſpecialiter p[...] illa viuentia, quę non ſolum quęrunt cibum ad hora[...] etiam congregant pro tempore futuro, ſicut formic[...] git grana in ęſtate, vnde viuit in hyeme.

6 *Aperiente te manum tuam, &c.* Per diffuſionem bo[...] tuę in effectibus.

7 *Omnia implebuntur bonitate, & cæt.* Ideſt, bono conu[...] ſuę naturę.

8 *Auertente autem te faciem, & cæte.* Denegando pręſ[...] diffuſionem.

9 *Turbabuntur.* Ex defectu nutrimenti.

10 *Auferes ſpiritum eorum, &c.* Ideſt vitam.

11 *Et deficient.* A vita pręſenti.

12 *Et in puluerem ſuum reuertentur.* Ideſt, in materia[...] fuerunt formata, quę pro maiori parte eſt terra.

13 *Emitte.* Ideſt, emittes, ſicut habet in Hebręo, & [...] latione Hiero.

14 *Spiritum tuum.* Ideſt tuę voluntatis effectum.

15 *Et creabuntur.* Ideſt, de nouo formabuntur eaden[...] cie ſecundum curſum naturę, & aliquando eadem i[...] ro ad declarationē poteſtatis diuinę in operib. mira[...]

16 *Et renouabis faciem terræ.* Sicut patet in ęſtate, qu[...] renouatur herbis, & floribus, & fructibus, quibus pri[...] rat in hyeme.

17 *Sit gloria domini.* Ideſt, laus & honor ſibi debitus datur. 18 *In ſæculum.* Ideſt abſque termino a par[...]

19 *Lætabitur dominus in operibus ſuis.* Ideſt, in creatur[...] gloriam ordinatis, ſecundum quod dicitur Prou. 16. [...] *uerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus.*

20 *Qui reſpicit terram, & facit eam tremere.* Vt patet i[...] terrę procedente ex diuina ordinatione.

*remere.* Auguſt. Melior eſt tremor humilitatis, quã contia ſuperbiæ. Vnde Apoſtolus: *Cum tremore operamini vе ſalutem.*

*montes.* Aug. Qui ſuperbi erant: iactantes a ſe omnia.

Euthymius. Quemadmodum accidit in monte Sina. autem à domi-ontes fumigant herbę, quę igni nquior ſit facta. vero aĩaduer-im eſt, ne verba Qui reſpicit, & q. t humano mo-d digne deo in-amus.

*antabo.* Caſſiod. pars vbi pro-: ſe ſemper can-um. Q. Hęc præ fecit dominus, inſpectis. Can.

a ¶Vnde cum tremore operamini. v. ſ. Deus enim, qui facit omnia in omnibus. b ¶Compunctione, & amiſſione rerum. c ¶Auguſt. Qui ſuperbi iactantes ſe. d ¶Tacti. e ¶Precem deo reddunt, ſacrificium cordis fumigant ad deum. Incipit, & flere, quia & fumus excutit lachrymas.

a & facit eam tremere, qui tangit montes, et † fumigant 1 2
b a ¶Quicquid cantat in vita cantat.
c Cantabo domino in vita mea, pſallam deo meo quandiu 3 4
d a ¶Suauis eſt deo confeſſio tua, bona commutatio. ſuauis eſt tibi ipſius gratia, ego vero dele. b ¶Aug. Quo me ei indico ſcienti, vt ſe indicet mihi neſcienti.
e f ſum. † Iucũdum ſit ei eloquium meum, ego vero delectabor 5 6
a ¶Et meo exemplo. b ¶In ſe. ¶Ne iam ſint, quod prius auferatur ſpiritus eorum, vt ſpiritu dei recreentur. c ¶In proximo. d ¶Deficiant.
in domino. Deficient peccatores a terra, & † iniqui, ita vt 7
a ¶Iniqui. ſ. b ¶Vidit hoc, & impletus gaudio dicit. ¶Principium iterat.
g non ſint, benedic anima mea domino. 8

† fumigabunt
† iniuſti.

*vita mea.* Aug. Preſenti, & futura, ſpei & ſpeciei. Modo ſt vita noſtra, poſt æterna erit. Vita vitæ mortalis ſpes æ immortalis.

*quandiu ſum.* Auguſti. Quia in illo ſine fine ſum, pſallam quandiu ſum ne putetur alius actus illius vitæ, quã pſallere. Quia non poteſt venire in faſtidiũ, qui laudatur. non venit in faſtidium laudare, ſed ſemper amatur, ſemper laudatur. D

f *Iucundum ſit.* Alia litera. Suauis ſit eis diſputatio mea. Aug. Diſputatio enim hominis ad deũ, eſt confeſſio peccatorum. Vnde Eſaia: *Auferte nequitias ab animabus veſtris, dicite bene facere, indicate pupillo, & venite, & diſputemus, dicit dominus.* Diſputatio ergo tua, ſacrificium humilitatis tuæ, quod eſt deo ſuaue. Eſa. 1. d. E

✠ Baſil. & Theodo. Eloquium, Sermocinationẽ Symmachus dixit. Aqla vero, Colloquiũ. Cęterum precor ait, vt hę meæ laudes dulces, & iucundiſſimæ videantur.

g *Benedic anima mea domino.* Auguſ. Iterat quod in principio pſalmi Benedic anima mea domino, per hoc innuens, quòd finis bonorum ſimilis ſit principio. F

PSAL.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Qui tangit montes. *tactu fulguris, quod frequentius cadit in montibus altis.*

2 Et fumigant. *quia ignis fulgureus magis fumigat, quã inflammat. Sciendum autem, quod omnia prædicta de ordine creaturarum, et gubernatione viuentium ad hoc inducta ſunt, vt ex eis rationalis creatura inſurgat ad laudem, & honorem conditoris.*

3 Cantabo. *Hæc eſt vltima pars in qua Pſalmiſta reſumit dei laudem in principio pſal. inchoatam, dicens: Cãtabo domino in vita mea, idest quandiu viuam, ideo ſubditur.*

4 Pſallam deo meo quandiu ſum. *Et dicit cantabo, & pſallã, quia diuina laus debet procedere ex corde, & ore.*

5 Iucundum ſit ei eloquium meum. *coram eo placidum.*

6 Ego vero delectabor in domino. *ideſt, in conſolationibus diuinis, & non in terrenis.*

7 Deficient peccatores a terra. *Loquitur de peccatoribus, & iniquis in ſua malitia obſtinatis.*

8 Benedic anima mea domino. *& ſic terminat canticum, ſicut incepit ipſum. Quod frequenter fit in cantilenis, & exponatur, ſicut in principio pſal.*

PSAL.

ADDITIO I.

In pſal. 103. *Benedic.* vbi dicitur in poſtil. *Benedic anima mea domino.* & dicit anima mea. &c.

Iſte pſal. videtur continuari proprie cum vltimo præcedentis pſal. Ibi enim concluſit: *Benedic anima mea domino,* non exprimens modum ſeu materiam huius benedictionis ſeu laudis. In hoc vero pſal. reſumens illud verbum vltimum, ſ. *Benedic anima mea domino,* declarat materiam huius laudis ſeu benedictionis ſumptã ex rerum creatione. vnde Ra. Aben. in ſua glo. ſuper Pſalte. in hoc narrat opera a deo facta ĩ creatione mundi, Geneſ. 1. Ex quibus operibus deus debet proprie dici magnificus, quia magnificentia ſecundum Philoſophum 4. Ethi. eſt virtus a qua magna opera fiunt, qua quidẽ magnificentia excedit noſtram narrationem, & ideo dicit: Vehementer, & quia humana mens non attingit naturaliter ad notitiam dei, niſi inquantum a cognitione creaturarum procedit in cognitionẽ creatoris, iuxta illud ad Ro. 1 c. *Inuiſibilia dei a creatura mundi per ea, quæ facta ſunt intellecta proſpiciuntur,* idcirco dicit: *Cõfeſſionem, & decorem induiſti.* Pro quo ſciendum, quod ſicut ſi aliquis homo maxime potens, & virtuoſus ſit vndique coopertus aliquo pulcherrimo, & pretioſiſſimo indumẽto, talis non poteſt videri, nec per conſequẽs laudari a vidente ipſum, niſi ex decore, & pretioſitate indumenti, ſic deus non poteſt a nobis cognoſci naturaliter, neque laudari, niſi per creaturas ab ipſo factas, ex qua conſideratione pſal. dicit. *Confeſſionem, & decorem induiſti.* quaſi dicat. Ex decore tui indumẽti, quod conſiſtit in operibus tuis. habemus te laudare ſeu confiteri. Et quæ ſunt illa opera, ſubdit. *Amictus lumine, ſicut veſtimento,* quia in principio creationis rerum fit mentio de productione lucis. Gen. 1. a. *Fiat lux:* vnde lumen hic dictum per pſal. referendum eſt ad illud lumen primo creatum qualitercunque accipiatur, ſiue corporaliter, ſiue ſpiritualiter, ſiue vtroque modo, vt ibidem eſt videndum. Conſequenter dicit: *Extendens cælum, ſicut pellem.* q tegis aquis ſuperiora eius, vbi tanguntur opera ſecundę diei in qua factum fuit firmamentum diuidens aquas ſuperiores ab inferioribus, & ſic poſtea ſucceſſiue facit mentionem de fundamento terræ, & de plantis, & de luminaribus, & de piſcibus, & de beſtijs, & de homine, licet non ſeruato ſemper ordine, quo Gen. 1. traduntur. Introducit etiam quadam ad prouidentiam viuentium pertinentia, ſicut de pluuijs, fontibus, & ventis, & de nutrimentis animalium, & huiuſmodi, & conſequẽter concludit de vltimo fine creaturarum, quæ ſunt ad claram notitiam deitatis cum laude factæ, & hoc cũ dicit: *Sit gloria domini in ſeculum, &c.* In fine autem declarat vltimum finem hominis iuſti, cum dicit. *Ego vero delectabor in domino.* Similiter, & punitionem impiorum, cum dicit: *Deficiant peccatores,* & ſic reſumit: *Benedic anima mea domino.* quaſi dicat ſic ſumitur ex creaturis benedictio ſeu laus diuina. Ad quam expoſiti. ſatis bene poſſet applicari litera præſuppoſitis alijs de his, quę traduntur in poſtil. ad hoc pertinẽtibus.

ADDITIO II.

In eodẽ pſal. vbi dicitur in poſtil. *Super montes ſtabunt aquæ.*

Opinio Ra. Sa. in hoc loco verior eſt. Ratio autem, quam poſtil. contra eum facit dicit, quod cum aquę ſint graues, & fluidæ æqualiter tendunt ad centrum vndique, non valet, nam virtute diuina erant congregatæ præter naturam ſuam vt terra arida appareret. vnde Gene. 1. a. *Congregentur aquæ ſub cælo ad locum vnum, & appareat arida,* & de hoc plenius eſt videndum ibidem.

ADDITIO III.

In eodem pſalm. vbi dicitur in poſtil. *Herodij domus dux eſt eorum.*

Vera litera Hebraica habet ſic in hoc loco. *Ciconia in abietibus domus eius,* vel *abietes ſunt domus eius:* & hoc apparet manifeſte, quia ciconia communiter habitat ſeu nidificat in altis ædificijs ſeu altis arboribus, & per conſequens in abietibus ſeu cedris, & conſonat cum hoc, quod ſequitur: *Montes excelſi ceruis,* vbi Hebraica litera cum dicitur: *Ceruis,* habet ibi cibus, quę communiter habitant in altis montibus, ſicut ciconia in altis arboribus ſeu ędificijs.

REPLICA.

In pſalmo. *Benedic,* ſecundo Burg. laudat ſuum auctorem Ra. Aben. dicens eum proprie dicere deum magnificum in opere creationis, &c. Circa pſalm. autem, *In te domine ſperaui,* in ijſdem ſecundum Burgen. dicit magnificentiam eſſe circa opera magnarum expenſarum, allegans ad id Ariſto. quę magnificentia in opere creationis proprie locum non hẽt, quia deus creando nullos ſumptus fecit, quia de nihilo cuncta produxit, & ita Burgen. phantaſiando hic laudat in Abẽ hazra, quod ſupra reprehendit in poſtil. circa pſal. *In te domine ſperaui,* & vide ibi corre. circa illum paſſum: Supra mõtes ſtabunt aqua. Burgenſis allegat, quod dixerat circa. 1. capit. Gene. vide ibi corrector.

## GLOSSA ORDINARIA.

A a *Halleluia.* Caſſ. Hic primo halleluia, nec ante a quoq̃ poſitum eſt, quod nulla lingua p̃ſumpſit mutare. Halleluia laudate. Ia nomen dei inuiſibilis, quod ei tantum conuenit. Per 20. pſal. quibus hic titu. eſt magnalia dei dicuntur, & magna in eis eſt exultatio.

Caſſ. Hic commendat propheta bonos in illo populo Iſrael, qui cũ alijs fidelibus ſunt verum ſemen Abrahę filij promiſſionis.

⁂ Beda. Alleluia Hebręum nomen eſt, neutro genere declinandum, vt Hieronymus oſtendit, quod interpretatur laudate dominum, & vbicunque poſitum eſt in titulis docet potentiam creatoris ſemper debere laudari. Quod autem ſemel dicimus hoc in omnibus obſeruandum eſt. In quocũque pſal. primum Alleluia fuerit prænotatum, deum & tam in fine hęre Alleluia B ſubiectũ, quod plerique neſciẽtes ſequẽtis pſal. arbitrantur eſſe principium. Denique ſæpe reperies in vno pſal. duo Alleluia præpoſita, qđ ſignificat vnũ ad finẽ prioris, alterũ ad ſequẽtis pertinere principiũ. ſciens propheta populos Iſrael ſpẽ in tẽporalib. beneficijs ponere ſolitos, prima parte monet, vt eũ ſpiritualiter ſemper exquirãt. Secunda per patriarcharũ eos exẽpla confirmat, qui a dño non fuerint derelicti, eo quòd eius imperio ſeruierint. Tertia dinumerat, quãta patribus eorũ præſtiterit, pericula Ioſeph, & honores, ingreſſũque in Aegyptũ cõmemorãs Hebræorũ. Quarta refert qũo Iſrael ab inimicis diuerſis Aegyptiorum plagis fuerit vindicatus. Quinta deſcribit, quanta eis in deſerto præſtiterit, vt non in temporalibus bonis gauderẽt, ſed beneficijs deliniti iuſtificationes eius, legemque ſeruarent.

### PSALMVS CIIII.

Onfitemini domino. Augu. Primus pſalmus cui prænotatur halleluia, vnde, & incipit. *Confitemini,* id eſt, laudate. Præmiſſa laude ſequitur inuocatio, vt petat deſiderata. vnde. *Confitebimur, & inuocabimus,* Et alibi: *Laudans inuocabo dominum.* Et ideo in oratione dominica breuis laus præponitur: *Qui es in cælis, & ſequuntur petitiones.*

Pſal 74. Pſal 17. Mat. 6. b.

Aug. primo, vt in verbis exterioribus. intellectum interiorem videas quaſi in corpore animam, i. intellectum videas, admonet ſemen Abrahæ, i. filios promiſſionis pertinẽtes ad hæreditatem teſtamenti æterni, vt ipſum deum tanquã hęreditatẽ eligant, C gratis nõ pro aliquo extra eũ colant, & hoc faciant laudantes, inuocantes, annuntiãtes, nec in ſua, ſed in eius gloria p fidẽ bene operãtes, ſpe gaudẽtes, charitat... uẽtes. Hoc totũ ſonat his verbis. *Cõfitemini,* vſq; *Memen... rabilium.* Vbi ad paruulorũ corda nutrienda, & in fide r... da, proponit de fide patriarcharum, & promiſſionib... ſimus ſemen illorũ non ſolum de Iudæis, ſed de omni... bus, & hoc vſqu... *eſſent numero brei...* Quoniam aute... currebat animo... fidei. Si deus gr... colẽdus, & ipſe... reditas, quid de... ſitatibus morta... fiet? ſubdit. Qui... bus p̃ſtitit, & ſi... rum tam in car... fide. *Cum eſſen... ro, &c.* Si quær... modo transfer... gente ad gente... de regno ad po... cauit famem, ... *Et auxit populu... vehem. & firma... inimicos eius.* Q... do firmauit? ... *cor eorum, vſque* ... pandit nubem, vbi dictis malis, quæ inimicis eorum... dei intulit, q̃ tẽporalia miſericordia dei eis dedit, ſup...

⁂ Baſil. & Theo. Hoc autem verbum Inuocate, Pr... Symmachus dixit. Iubet vero ſermo diuinus de gr... ctione laudes afferre, diuinaque beneficia narrare.

c *Omnia.* Caſſ. omnia nihil eſt pudore ſilẽdum. Vel quę dicẽt mirabilia ſunt. nullus enim poteſt omnia ...

d *Laudamini in nomi.* i. gaudete Chriſtiani dici a Chr...

Aug. Laudamini, non vetat laudari ſi boni, ſi no... domino, qui bonos facit.

Aug. Laudamini in nomine. Quod alibi: *In domino ... tur anima mea.* quod ibi addit, *audiant manſueti, & læten...* quoque quodammodo, lætetur cor. quaſi dicat.

e *Faciem, &c.* Aug. i. præſentiam, quæ etſi per fidem ... tur, tñ ſemper in hac vita perquirenda eſt, vt poſtea ... ciem habeatur. Vel ẽt tunc ſine fine quæretur, quia ... tur ſemper deſideratur, ſemper q̃ritur, ne ſit abſens. ... per præſens. Malus timere põt præſentiã, quam bo...

Hiero. A martyre Hyppolito. Iſaac, imago eſt dei ... ca, ſpiritusſancti Eſau, prioris populi, & diaboli: Iacob ... vel Chriſti. Senuiſſe Iſaac, ſignificat cõſummationẽ ... ligaſſe fidẽ piſſe Quod filius maior vocat, acceptio ... Qđ capturas diligit, ſaluati ſunt ab errore iuſtis eos ... Vade accipe duos hędos, ſignificat aduẽtũ Chriſti i... in quo duos populos liberat a peccatis, teneros, doci... cẽtes. Veſtis Eſau, fides Hebræorũ ſcriptura, quib9 ... induitur. Pellis in brachijs, peccata vtriuſque popul... extenſione manuũ Chriſtus ſecũ cruci affixit. Cur t... Miratur celerem fidem. Cibus placens, ſalus eſt pe...

¶ Laudate dominum.

Halleluia.

### PSALMVS CIIII.

a ¶ Laudate. ¶ Quod fit ab amante. Non eſt enim ſpecioſa laus in ore pec. b ¶ Quia laudans audietur.

Onfitemini domino, & inuocate no- 1

a ¶ Aug. Amor domini in paſcendis eius ouibus maxime oſtenditur. 2

men eius, annuntiate inter † gentes 3

a ¶ Verbo, quia ore cantatur. b ¶ Et opere laudate, quia manibus pſallitur.

opera eius. Cantate ei, & pſallite ei, 4

a ¶ Quod bene operantes poſſunt. ¶ Reſpicit ad id, quod dixit pſallite. ¶ Ideſt operamini ſic, vt laudemini. 5

narrate omnia mirabilia eius. Lauda- 6

a ¶ Ne de bono opere homo in ſe glorietur. b ¶ Et ſi non corpus. c ¶ Qui bene operantes æmulantur. ¶ Quanto magis inuenientium. 7

mini in nomine ſancto eius, lętetur cor quęrentiũ dominũ. 8

a ¶ In primum. b ¶ Inde fortes, & etiam illuminati, vt ſciant agenda, & poſſint ea perficere. c ¶ In præſenti, & in futuro.

quærite dominũ, † & cõfirmamini, q̃rite faciẽ eius ſemper. 9

10

† & fortitudinem eius.

## NICOLAVS DE LYRA.

### PSAL. CIIII.

Onfitemini dño, &c. *ſecundũ quod dicit Hiero. in prologo ſuper librum iſtum pſal. iſte primus eſt inter illos, qui dicũtur halleluiatici, & ſecundum hoc halleluia, quod ponitur inter principium huius pſal. & finem præcedentis, non pertinet ad pſal. præce. quamuis hoc aliqui dicant, ſed ponitur magis in principio huius pſ. tanquam eius titulus, quia pſalmi a titulis ſuis denominantur. Sciendum etiam, quod halleluia nõ eſt vna dictio, vt credunt aliqui, ſed duæ in Hebræo, quia hallelu ſignificat laudate, & eſt verbum imperatiui modi, iah ſignificat deum, & tenetur hic in accuſatiuo caſu, patet igitur, quod pſal. iſte eſt quædam inuitatio ad laudem diuinam, & duo ſequentes ſimiliter. Et ſecundum Aug. facti ſunt a Dauid, ſecundũ vero Hieron. & Hebræos autor ignoratur in particulari, tenetur tamẽ quod facti ſunt ab aliquo viro ſancto, vel pluribus ſpiritumſanctum habentibus. Diuiditur autem pſalmus iſte in duas partes, quia primo pſalmiſta excitat populum ad laudem diuinam. Secundo ad hoc efficacius agendam recitat beneficiorum dei memoriam, ibi.* Mementote. *Circa primum dicit pſal.*

Diuiſio.

1 Confiteminí domino. *confeſſione laudis pro benef... obtentis.*

2 Et inuocate nomen eius. *pro obtinendis, quia gratitu... teritis beneficiis eſt optima diſpoſitio pro aliis impetrandis.*

3 Annuntiate inter gentes opera eius. *ſuæ bonitatis ... ſtatis declaratiua, quæ explicantur infra.*

4 Cantate ei. *ore.*

5 Et pſallite ei. *corde.*

6 Narrate omnia mirabilia, &c. *ideſt, aliqua ex omn... omnia non poſſunt narrari, ſiue enumerari particulariter.*

7 Laudamini in nomine ſancto eius. *ideſt, opera f... de genere, & ex intentione gloriæ diuinæ, vt ſic ex illis ope... demini in nomine domini, ad quem opera illa ſunt directa.*

8 Lætetur cor querentium dominum. *Quærẽs eni... habet materiam lætitiæ, quando eſt certus de inuentione: Qu... minum fideliter, inueniunt eum infallibiliter ſecundum illud* Omnis, qui quærit inuenit, &c. *ideo ſubditur.*

9 Quærite dominum, & confir. *ideſt, ſitis certi de in...*

10 Quærite faciem eius. *ideſt, placete in conſpectu ei...*

1 Confi-

## MORALITER.

a *Confitemini domino.* Iſte pſalmus, & ſequens ſunt quædam inuitatiões ad dei laudẽ ex beneficijs populo Iſrael collatis quę quæ ſuperius in libris Moyſi literaliter, & Myſtice ... poſita, propter quod hic pertranſeo de alia expoſi... ducenda.

um ſequit' benedictio. Et odore, virtutẽ reſurrectiõis, ii pronũtiat, vt ſeruiãt ei credẽtes ex Iſrael. Eſau necẽ ;, quia iniquitas inimica eſt iuſtitiæ. Vadit Iacob in Sy ccepturus vxorem. Chriſtus a Iudæis in Galilæam, ibi tibus ſumpturus eccleſiam.

a ¶Maiora miracula, quibus aliquid futurum ſignificatur.
a Mementote mirabilium eius, quæ fecit, prodigia eius, & 1
b a ¶Quæ per Moyſen mandauit in lege. b ¶Quibus hoc dicitur? illis, qui ſunt ſemen, ſecundũ fidẽ. 2
c ¶ Imitat res luctando. 3
iudicia oris eius. Semen Abrahã ſerui eius, filij Iacob ele 4
a ¶Mementote, quia. ¶Chriſtus eſt. 5
c cti eius. Ipſe dominus Deus noſter, in vniuerſa terra iudi- 6
a ¶Mementote, quia. ¶Implendo promiſſa. b ¶ Iuſtitiæ, & hæreditatis æternæ. 7
c ¶ Cuius teſtamenti? 8
d cia eius. Memor fuit in ſeculum teſtamenti ſui, verbi qđ 9
e ¶Aug. Ideſt, omnes quibus viuendum eſt ex fide pro infinito. ¶ Verbi. ¶ Quod diſpoſuit.
Burg. non põt habere colorẽ. Sed ad propoſitũ dico, ꝙ
ſupra circa Exo. 3. dictũ eſt, figura aliqñ pręcedit figurat
ut in propoſito, aliqñ ecõtra, ſicut in ſignis ꝓgnoſticis.
mo modo figuratũ eſt rememoratiuũ figuræ, patet hoc
Chriſtus equitauit ſuper pullum, dr̃ quod recordati ſunt
ſcipuli, quia hæc ſcripta ſunt de illo. Et qñ expulit uend
tes de templo, recordati ſunt diſcipuli, quia ſcriptũ eſt. Z
*Domus tuæ comedit me, &c.* Ecce factũ ducẽs in recordatio
gni. Sil̃r eſt in exẽplo Burg, quia imago eſt poſterior reg
imperfec

impecfectior, tamen facies regis ducit in cognitionē imaginis. In prænoſticis autem ſecus eſt, prout dictum eſt ſupra ſæpius. Quod autem Burg. dicit illum paſſum exponi debere de mirabilibus in paſſione Chriſti geſtis, quorum mirabilium memoriam dicit euchariſtiæ inſtitutionem. Sed cum memoria proprie ſit præteritorum, mirabilia autem in paſſione Chriſti exhibita tempore inſtitutionis euchariſtiæ, nō erant præterita ſed futura. Impropriè igitur diceret Pſalmiſta hanc

ſta hanc inſtitutionem illorum memoriam, dixiſſet potius illorum pręambulum & ſignificationem, puto bene celebrationem & conſecrationem euchariſtię fore memoriale paſſionis, & ad hoc tendunt argumenta Burg. ex illa litera: Hoc facite in meam commemorationem: ſed inſtitutio non eſt memoria, prout dictum eſt. Illud autem quod Burg. mouet circa illud: *Initium ſapientiæ timor Domini, &c.* Non eſt contra poſtillator bene viſum. Eccleſ. 1.

## GLOSSA ORDINARIA.

1 *Halleluia reuerſio.* Auguſtinus. Aggæus & Zacharias longè poſt Dauid fuerunt, completiſq; ſeptuaginta annis trāſmigrationis, tunc ſub Dario Rege Perſarum, hi duo prophe auerunt, q. ad renouationem templi pertinere videbatur, quę ſignificat reparationem noui populi ex ruina Adę, vt portet imaginem noui hominis, vt poſt captiuitatē huius ſæculi, quod ſeptem dierū repetitione voluitur, & longinquæ peregrinationis miſeriā quaſi poſt 70. annos æternaliter ſolidet.

Caſſiodorus. Perfectio huius ædificij eſt illa ineffabilis pax ſapientiæ, cuius initium eſt timor Domini, de quo incipit.

a Quia laudes Dei pro reuerſione cantant, ſic Chriſtiani poſt abſolutionem peccatorum: b Montani. Solennis.

a Halleluia reuerſionis Aggęi & Zachariæ. PSAL. CXI.
b
c
d Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis 1
a Alias, cupiet: Alias, multum. b Inde quia timet, & quia volet. Vt neque mors neque vita ſeparet a charitate Dei. 2
A ſimili meſſis, quæ nulla tempeſtate poteſt deijci. 3
e eius volet nimis. Potens in terra erit ſemen 4
f Et. Et. 5
eius, generatio rectorum benedicetur. Gloria 6
g 7
h & diuitiæ in domo eius; & iuſtitia eius manet in ſæcu- 8
i a Hæc omnia mihi ſunt, quia. b Vt tenebras pellat, & rectos faciat. c Sol iuſtitiæ. 9
d Quod lumen? Dominus. Natura. 10
k
l lum ſæculi. Exortum eſt in tenebris lumen rectis: † miſeri- 11 12

Caſiod. Vel iuxta nominum interpretationem. Aggęus enim montanus interpretatur. Zacharias ſolennis, quibus ſignificantur fideles, qui ſunt montani, id eſt, alti in virtutibus, & ſolennes, id eſt, in tribulationibus etiam gaudentes. Sicut ergo illi prophetæ Dominum laudauerunt de hac ſpirituali reuerſione, ſic Chriſtiani qui per eos ſignificantur, poſt abſolutionem peccatorum dominum laudant tāquam a captiuitate liberati & hilares de bonis quę habent.

### PSALMVS CXI.

b Beatus vir. Caſiodor. Oſtendit hic Pſalmiſta poſt liberationem peccatorum quanta ſunt bona fidelium, quę retributio perfidorum. Et eſt etiam hic Pſalmus per omnes literas Hebræi alphabeti digeſtus.

Caſiodorus. Primo, monet propheta quid faciat beatus vir, & quanta bona gratia Dei mereatur. Secundo, agit de aduentu

aduentu Domini per quem omnes ſunt beati, ibi: *Exortum eſt in tenebris.* Tertio impijs aduerſa prouenire aſſerit. D

c *Qui timet Dom.* Caſſiod. Timor mundi miſeros facit, ſed timor Dei ea appetere facit, per quæ homo beatus eſt.

d *In mandatis.* Hoc timor Dei vt velit. Et non ait faciet, ſed volet multum, quod ſufficit, quia ſufficit velle ſi proficiendi in mandata deſit facultas, quia pax eſt hominibus bonæ voluntatis, etſi non adeo proficiat in eis, quia tentatio eſt vita iſta, & corpus aggrauat, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitātē.

e *Potens.* Auguſtin. Caſſiodor. Ecce præmia illius beati. E

† corde.

f *Semen eius.* Id eſt, merces boni operis. Erit potens in terra, non hac vbi deriſui, ſed cœleſti. Vel etiam hic in iſto tempore quo minus videtur. Semen, opera miſericordiæ, vnde meſſis æterna. Potens, quia re minima etiam vt magna regnum cœlorum emitur.

g *Generatio.* Non carnis, ſed imitationis. Vel opera rectorū. Recti ſunt qui non reſiſtunt patri emendāti, & credunt promittenti, non credunt periſſe opera ſua, cum non eis temporaliter retribuitur. Sunt enim qui bona illa agūt, mercedem hic a Deo ſperantes, vel hominibus placere volentes, quod non beatus vir: & tamen.

h *Gloria & diuitiæ in domo eius.* Id eſt, in cordis ſecreto, vbi habitat cum ſpe vitæ æternæ, vbi diuitiæ ſanctæ & gloria æterna reponuntur.

i *Iuſtitia.* Hæc eſt gloria eius, hæ diuitiæ eius, quam tamen habet a Deo.

K *Manet in ſæ.* Quaſi non temporaliter beatus.

l *Exortum eſt.* Caſsiodorus. Secundo agit de aduentu Domini, F

## NICOLAVS DE LYRA.

### PSALMVS CXI.

1 Beatus vir. Huic pſal. præmittitur pro titulo: *Halleluia.* Cuius expoſitio eſt dicta ſupra, in aliquibus tamen libris additur ipſi halleluia, reuerſionis Aggæi & Zachariæ, ſed hoc non eſt in Heb. nec in tranſlatione Hier. & ideo videtur eſſe additum ab aliquo expoſitore pro ſua voluntate. Ad intellectum autem huius pſal. ſciendū quod licet beatitudo ſit reddenda pro operibus virtuoſis generaliter, tamen per quādam appropriationem dicitur reddenda pro operibus miſericordiæ ſpecialiter. Vnde dicit Saluator Matth. 25. c. *Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum a conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare, ſitiui, & dediſtis mihi bibere, &c.* Et propter hoc in hoc pſal. dicitur. *Reddenda fęlicitas pro operibus miſericordiæ.* Et primo oſtenditur propoſitum, & ſecundo de immiſericordibus oppoſitum, ibi. *Peccator.* Prima in duas, quia primo oſtenditur propoſitum de fęlicitate in via, ſecūdo in patria, ibi. *In memoria æterna.* Circa primum ſciendum, quod fęlicitas quæ poteſt haberi in vita præſenti principaliter conſiſtit in bonis animæ interioribus, ſecundario vero conſiſtit ſeu accidentaliter in bonis exterioribus, prout ſunt ipſis virtuoſis quædam inſtrumenta virtutis, ſecundum quod dicit Ambroſius ſuper Luc. Sicut diuitię impedimenta ſunt reprobis, ita probis ſunt adiumenta virtutis, & ideo pſal. in hac parte permiſſim loquitur de iſtis & de illis, dicens.

*Beatus vir.* Scilicet in præſenti, in quo pro bono virtutis habito in re, habetur beatitudo futura in ſpe.

2 *Qui timet Dominum.* Timore filiali, qui reformidat offenſam. ideo ſubditur.

3 *In mandatis eius.* Illud nimis non importat vitiū, ſed affectum intenſum ad implendum Domini præceptum, & potiſsimè in operibus miſericordiæ. Et quia inter omnia bona exteriora bonum prolis eſt præcipuum, ideo ſequitur.

4 *Potens in ter.* Hoc frequenter videmus contingere quòd homines miſericordes habent filios potentes ſibi ſuccedentes, ſicut Salomon potentiſsimus ſucceſsit Dauid pio & miſericordi. Et quia potentia temporalis non eſt laudabilis niſi habeat bonitatem moris annexam, ideo ſubditur.

5 *Generatio rectorum bene.* Quia bonum ei imprecabitur a populis propter bonum virtutis.

6 *Gloria.* Id eſt, bona fama.

7 *Et diuitiæ.* Id eſt, temporalium abundantia.

8 *In domo eius.* Id eſt in familia timentis Deum, & opera miſericordiæ facientis.

9 *Et iuſtitia eius.* Id eſt, meritum ſuæ iuſtitiæ.

10 *Manet in ſæ.* Hoc eſt diu in filijs ſuis ſibi ſuccedētibus, ſm quod dicitur Exo. 34. b. *Qui cuſtodit miſericordiam in milia, &c.*

11 *Exor. eſt in tene.* Quia rectè viuētes in pſenti inter peccatores tanq̃ in tenebris illuminant ſpecialiter a Deo lumine ſuę gratiæ, per quā inhabitat mentem, & propter hoc ſubditur.

12 *Miſericors.* Quaſi dicat, illud lumē eſt ipſe De⁹ illuminās mentē, & per illuminationē creatā ſpeciali modo inhabitat mentē, qui eſt miſericors, quantum ad habitū miſericordię. *Et mi-*

## MORALITER.

1 *Beatus vir, qui timet Dominum, &c.* In hoc pſalm. declaratur q̃d vera beatitudo pro miſericordię operibus ſit reddēda, & immiſericordibus miſeria infligenda, ſicut expreſsè dicitur Matth. 25. d. *Ibunt hi in ſupplicium æternum.* Et ſic literalis ſenſus eſt ſimpliciter moralis, propter quod de alio pertranſeo.

MORA-

Domini, per quem homines ex peccatoribus in æternum
A ſunt beati.

Caſſiod. Exortum eſt. Supra dixit bona beati, nunc vnde beatus. Lux gratior quæ in tenebris, ſed non alijs lux niſi rectis corde, quod lumen Dominus miſerator & miſericors. Qui pius cōfitentibus, iuſtus contemnentibus. Sed ne terreat iuſtitia, quia ſuauis & gratus eſt: Deo qui miſeretur, cōdonando alijs quo ſibi veniam mereatur, & dat alijs quod eſt commodare, vt detur ei in futuro, hæc ſunt duo officia benignitatis, vnde: *Dimitte, & dimittetur vobis: date, & dabitur vobis.* Hec de illo ſuperiori verbo
B pendent. Gloria & diuitiæ in domo eius, hæc facta ſunt ſermones, quibus defendetur in iudicio, quod nō erit ei ſine miſericordia: quia miſericordiā fecit. Hoc a ſimilitudine pmeditantis cauſam dicitur, vt eam firmis allegationibus & aſſertionibus in iudicio præmuniat. Vel.

† Bonus vir donat.

† diſpenſabit negotia ſua.

Lucæ. 6. f.

† videat.

a Exhibitione. Dum expectat. b Dum iuſtificat. Remunerando. Animo.

a b ricors & miſerator & iuſtus. † Iucūdus homo qui miſeretur, 1 2

a Vel ſumptum pecuniæ, vel laboris induſtriam. Dat cum ſpe futuri. b A ſimilitudine præmed tantis cauſam, vel omnia diſcrete dicit. c Diſponit, quia in futuro locatus ad dexteram.

c & commodat, † diſponit ſermones ſuos in iudicio, quia in 3 4

a Etſi cadit vt Petrus. Nunquam a gloria Domini ſeparabitur. b Sed. Auguſt. Vt audiat. Venite benedicti patris mei perci. &c. Quia tunc generatio rectorum benedicetur.

æternum nō cōmouebitur. In memoria æterna erit iuſtus, 5 6

a Quibus dicetur: Ite maledicti in ignem æternum, quod his qui a ſiniſtris erunt, dicetur. b Damnatis. Sed.

d ab auditione mala non timebit. Paratum * cor eius† ſperare 7 8

a Non in mundo. b Et quia ſperat nulla re ſæcul molleſcit. Nec vllis tentationibus frangitur, quia. c Etiam. Videas alios rideri in terra morientium & ſe irrideri. A ſpe.

in Domino: confirmatum eſt cor eius, non cōmouebitur, 9 10

a Veniat. b In terra viuentium exiſtens. c Quoſcunque. d Propter hoc futurum. Gratis. Vt multis. e Non diuitibus.

e f donec † deſpiciat inimicos ſuos. † Diſperſit dedit pauperi- 11 12

a Ergo. Auguſt. Quia Deo cuſtode nil perit. b Cuius humilitas a ſuperbis contemnebatur.

g h bus, iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi: cornu eius exalta 13 14

a Cornu humilis exaltabitur &c. b Hoc cornu humilis exaltari. c Sibi ſera pœnitentia. d Aug. Malum inuidiæ apud ſe retinet, nulli tamen nociturus, his ſe affligit quibus bonos vexauit.

i k bitur in gloria. Peccator videbit & iraſcetur, dentibus ſuis † 15 16 17

a Signum anxietatis. Quia illic erit fletus & ſtridor dentium. b Auguſt. Quia non poterit requieſcere per pœnitentiam, cum deſiderium peccatorum peribit, nullo ſuccedente ſolatio, cum omnia tranſeant velut vmbra.

fremet, & tabeſcet, deſiderium peccatorum peribit. 18 19 20

dictio λόγος non tantùm verba & ſermones ſed rōnes significat. Dic quòd vir iſte qui timet Dñm, recto ac ſa[...] dicio, rōnes & negotia ſua omnia ſemper diſponet, [...] admodum etiā Symmachus reddidit. Vel q bene diſ[...] defenſiones ſuas in futuro iudicio, caſq; antea ſumm[...] examine ac ſtud[...] patabit non fec[...] cere conſueuit [...] quis ac ſapiens a[...] ſtrator.

d *Paratum cor [...] rare in Domino, c[...] tū eſt cor eius, ma[...]* Auguſtinus. Pa[...] que, quod hic n[...] quærit, ſed qu[...] Chriſti labores [...] ter ſuſtinet, p[...] fidenter expect[...]

Caſſiodorus. [...] quis mala mina[...] timet, ſed parat[...]

e *Diſperſit.* Sp[...] timere, quia d[...]

f *Dedit pauper[...]* Auguſtinus. E[...] emebat quod r[...] debat, ſed ille t[...] rum in cœlo ſe[...] qui eſurire & ſi[...] pauperibus d[...] in terris.

g *Iuſtitia eius n[...] ſæculum ſæculi.* Caſſiodorus. Sua dedit, & iuſtè & pie[...] vel qui dat ſua iuſtitiam operatur.

a *Miſeretur.* Caſſiod. Qui dat egentibus. Commodat, qui mutuum præſtat, poſt tantundem recepturus.

b *Benignus homo qui miſeretur, &c.* ✠ Euthy. Miſeretur quidem eorum, qui in anguſtijs ſunt, commodat autem ijs qui mutuo indigent, ſcriptum eſt enim alibi in Pſalmo quadrageſimo ſexto. *Tota die miſeretur, & commodat iuſtus.*

χρήζοντι.

c *Diſponit ſermones ſuos in iudicio.* ✠ Euthymius. Huiuſmodi vir timens Dominum, bene etiā vtetur ſermonibus ſuis, nec
C fortuito aut inconſideratè loquet. ſed cū iudicio & cū diſcretione verba ſua diſpenſabit, vbi opus fuerit. Vel quia Græca dictio

h *Cornu eius exaltabitur in gloria.* Caſſiodorus. Quia h[...] milis, ibi poteſtatem habebit.

i *Peccator videbit.* Caſſiodorus. Tertiò contraria imp[...] uenire aſſerit.

Caſſiodor. Bonis beatorum hortatur, malis inimi[...] terret, & eſt iſte pſalmus inſtitutorius fidelium.

K *Iraſcetur, dentibus ſuis fremet & tabeſcet, deſiderium pecc[...] peribit.* Dicēs. *Quid nobis profuit ſuperbia & diuitiarum iac[...]*

GL[...]

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et miſerator.* Quantum ad actum, non eſt per hoc intelligendum, quod in Deo ſit aliqua diſtinctio habitus & actus, ſicut in nobis, ſed perfectionem diuinam apprehendere nō poſſumus prout eſt in ſe, nec per conſequens nominare, ſed ſicut eſt in nobis, vbi habitus virtutis & actus realiter diſtinguuntur.

2 *Et iuſtus.* Quia ſemper iuſtitia cum miſericordia concurrit in diuinis operibus. In tranſlatione vero 70. additur Dominus, ad oſtendendum quod illud quod dicitur hic: *Miſericors & miſerator & iuſtus.* Refertur ad ipſum Deum.

3 *Iucundus homo qui miſeretur.* Dando liberaliter non potentibus reddere.

4 *Et commodat.* Gratias potentibus reddere, ille enim qui ſic operatur ex habitu miſericordiæ, operatur iucunde, quia ſecundum Philoſophum. 2. Ethic. ſignum habitus generati eſt delectatio in opere.

5 *Diſponit ſermones ſuos in iudicio.* Id eſt, rectę rationis, vt omnino caueat a temeritate locutionis.

6 *Quia in æternum non commouebitur.* Scilicet a ſtabilitate virtutis.

7 *In memoria æterna erit iuſtus.* Hic conſequenter agitur de felicitate poſt hāc vitam reddenda pro operibus miſericordiæ, cum dicitur. *In memoria æterna erit iuſtus.* Et accipitur hic iuſtitia prout dicitur de virtute miſericordiæ. Iuſtitia enim vno modo accipitur pro omni virtute.

8 *Ab auditione mala non timebit.* Quam audient immiſericordes in die iudicij. Matth. 25. d. *Ite maledicti in ignem æternum.* Sequitur. *Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, ſitiui & non dediſtis mihi bibere, &c.* Sed bonam auditionem quam audient miſericordes: *Venite benedicti patris mei, &c.* Sicut allegatum eſt ſupra.

9 *Paratum cor eius ſperare in Domino.* Non in rebus caducis & defectibilibus.

10 *Confirmatum eſt cor eius.* In bono per habitum virt[...] & gratiæ, ſecundum quod dicitur ad Hebr. 13. b. *Bonum gratia ſtabilire cor.*

11 *Non commouebitur.* A ſtabilitate virtutis Deo ipſu[...] ſeruante.

12 *Donec deſpiciat.* Id eſt ſpiritus malignos, qui tunc[...] mine deſpiciuntur, quando de eis habet plenum triu[...] quod eſt in morte quando decedet in ſtatu gratiæ. [...] prædicta meretur homo per opera miſericordiæ, ide[...] ditur.

13 *Diſperſit.* Propter amorem Dei ſine aliqua accepta[...]

14 *Dedit.* Liberaliter abſque ſpe retributionis terren[...]

15 *Pauperibus.* Chriſtum repręſentantibus. Matth. [...] Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis, & no[...] latoribus ſeu hiſtrionibus, quibus multi dant abund[...] & nihil pauperibus.

16 *Cornu eius.* Id eſt, potentia temporalis, qua vſus [...] bonum virtutis.

17 *Exaltabitur in glo.* Scilicet cœleſti, vbi augment[...] eius potentia.

18 *Peccator.* Hic conſequenter oſtenditur quod imn[...] cordibus reddetur oppoſitū, ſcilicet, dolor & triſtitia, [...] pōt exponi de præſenti vita ſic. *Peccator videbit & iraſ.* [...] impius videns proſperitatem iuſti conturbatur, & no[...] interius, ſed etiam exteriori ſigno, ideo ſequitur.

19 *Dentibus ſuis fremet & tabeſcet.* Quia motus animi r[...] dat ad corpus.

20 *Deſiderium peccatorum peribit.* Quia peccatores de[...] permanere in tēporali proſperitate, & deficit eis in m[...] & aliqn valde repente. Alio modo exponitur de vita f[...] in qua impij torquebuntur, non ſolū de pęna ſibi inflic[...] etiā de iuſtorū gloriæ, quia licet ipſam non cognoſca[...] intuitiuè & particulariter, tn̄ cognoſcunt abſtractiuè & [...] raliter, inquantū in quodā generali ſciunt eos eſſe in [...] ma delectatione, quod facit ad augmentum ſuæ miſer[...]

ADDITIO

pſal. 111. *Beatus vir, &c.*
Pſalmus iſte ſumit exordium ex vltimo verſu præceden- enim tractauit Pſal. de timore filiali, cum dixit: Intel- bonus oibus facientibus eum, vt ſupra expoſitum eſt. autē declarat opera pia ad timentem Deum tali ti- pertinentia. quorum principale eſt diuinis mandatis re cū promptitudine voluntatis, de quo dicit: In man ius volet nimis. i. vehementer & promptè ad timen- tem dn̄m. tali timore pertinet etiam opera facere exempla- ria quibus videntes ad ſimilia prouocentur. & de hoc dicit: Potens in terra erit ſemen eius. quod intelligi debet de ſe- mine ſpirituali, quod in terra bona potens eſt multum fru- ctum afferre. Sicut cum dicitur. *Generatio rectorum benedicetur.* Non enim eſt intelligendum de generatione carnali, cum multi timentes Deū tali prole careant. ſed potius intelligē- dū eſt de generatione ſm̄ imitationem operum, iuxta illud Io. 8. e. Si filij Abrahe eſtis, &c. exponant prout in poſtil. &c. D

Halleluia Pſalm. CXII.

a Qui aſſumimini. a In eſſentia æterna.
b c d 1 Laudate pueri dominum, laudate no-
a Vt videntes opera veſtra bona glorificent Deum patrem veſtrum qui in cęlis eſt. Semper.
2 men domini. Sit nomen domini be-
a Non blaſphemetur. b Ex quo incipitis. Quia incipitis, ex quo vobis dicitur: ſed ſine nunc laudate eum, non vos, etiam cum magni fueritis. c Id eſt in progreſſu.
3 nedictum, ex hoc nunc & vſque in
a In æternum. b Vbique. c Quaſi per circuitum ſolis.
e 4 5 ſeculum. A ſolis ortu vſque ad oc-
a Non apud Iudæos tantum. St. b Ideo laudate.
f 6 7 caſum, laudabile nomen domini. Excelſus ſuper omnes
a Aug. homines. b Vbi vident fulgere Deos quos colunt, id eſt, ſolem & lunam, & huiuſmodi. Cęli ſupra ſe habent, quem humiles ſecum habent in pectore. Enim.
g h 8 9 10 gētēs dominus, & ſuper cęlos gloria eius. Quis ſicut domi-
a Quos exaltat, ſic vt non ſuperbos faciat. b Intuitu miſericordię.
i k 11 12 nus Deus noſter, q in altis habitat, & humilia reſpicit in cę-
a Per ſolam gratiam. b Illos qui prius inopes erant. c Vitijs carnis. Carnalis voluptatis.
l m n 13 14 lo & in terra? † Suſcitans à terra inopē: & de ſtercore † eriges E † exultat.

GLOSSA ORDINARIA.

a *Halleluia.* Caſſiod. merito laudandus i merito humigentes aſſumit, in pſal. exponit. Halleluia enim vt dicitur interpretatur laudate dominū, quapſal. incipit.

PSALMVS CXII.

b *Laudate.* Caſſiod. Primo monet ꝓ deuotos, vt laudent iugiter, & vbique ... cent. Secundo ... cit quod monet ... laudat Deum, ... *ſicut dominus.* ... idem ergo moſtendit, qui & quem, & quandiu, & vbi & quare laudi.

c *Pueri.* Caſſiod. Non ſenſu ſed malitia, maximè ſuperbia, humiles. vnde: *Nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia parote, vt mentibus perfecti ſitis.*

*g.* Caſ. Laudate dominum pueri ſimplices & puri, qui ... laudare.

Nomen laudat qui virtutes eius prædicat. Pueri intrant ... guſtum. Ideoq; facta cōtentione inter apoſtolos quis maior eſſet, aſſumpſit Ieſus paruulum, & ſtatuit in medio diſcipulorum, & ait: *Qui non humiliauerit ſe ſicut paruulus ... n intrabit in regnum cælorum,* & ideo nemo intrat niſi puer ... regnum cęlorum. proſtrata enim ſuperbia, ex ore infan... perficitur laus. Indignè autem cantant iſta, qui ſe magni putant. *Qui cognoſcentes Deum non ſicut Deum glorificant,* ... atias agunt. Et quia illi ſoli dignè laudant qui ſunt tan... pueri. Ideo poſt omnia dicit puer. Benedicamus domino. Vel, laudate nomen domini.

✣ Theod. Pueros, hoc in loco non iuuenes, vt nōnulli ſuſpicantur, ſed ſeruos vocat: ſic. n. & Aquila, & Symmachus, & Theodotion explanarunt, & Hebræus Abdi dicit. Sic etiam Syrus, & Laudate Hebræus Halleluia dixit, vt ſit manifeſtum, quoniam Halleluia, Laudate Dominum interpretetur.

d *Sit nomen.* Caſſiod. Ecce dixit, qui & quē laudare debeant. dein de ſubdit: Quandiu laudandus ſit, ſcilicet ſemper.

Caſſiod. Sit nomen domini. ne ad horam putetis me imperare laudem nec localiter. ſed a ſolis or. Per circuitum enim ſolis quaſi per quandam lineam mundum ſignificat, in quo toto laudandus eſt Deus. Per gentes omnia terrena, per cęlos omnia cęleſtia notat, vt per hæc duo omnes creaturas indicet ſibi ſubiectas. Vel per gentes carnales, per cęlos ſpirituales.

e *A ſolis ortu.* Auguſt. Hic dicit quod vbique debeat laudari.

f *Super cœlos.* Aug. Apoſtolos, per quos regnat in gentibus, & eſt, ideo ad laudes inuitorũ ſuper omnes eſt regnaturus.

g *Quis ſicut.* Caſ. Secundò ipſe facit quod alios monet, vt & facto alios doceat. Quis? nullus qui per ſe poſſit.

h *In altis &c.* Angelis & ſanctis: & licet altus, non deſpicit humiles.

i *Humilia.* Hi ſunt qui dono eius alti fiunt, & in eis ſedet.

K *Reſpicit*, humiles ſingulos.

l *In terra.* ſāctos quos ita reſpicit, ſicut ecōuerſo odit ſupbos.

m *Suſcitans à terra.* de labore corporis.

n *De ſtercore.* erigitur cui carnis vitia non dominantur.

✣ Theod. Hæc & beatiſſima Anna dixit, hymnū de gratiarum actione Deo texens. Cernimus aūt hæc ipſa a Deo vniuerſitatis continue fieri: ſic beatū Dauidē cum paſtor eſſet, F Regem

NICOLAVS DE LYRA.
PSALMVS CXII.

Laudate, &c. Huic pſal. præmittitur pro titulo *Halleluia*, quia in eo pſal. inducit ad laudem Dei ex cōſideratione excellentis prouidentiæ, quæ abiectos & depreſſos iniuſte quando ſubleuat ad ſtatum magni honoris & gloriæ: ſicut Ioſeph ſubito eleuauit de carcere ad hoc q; eſſet præpoſitus Aegypti & ſecundus à rege, Gen. 41. Et ſecundum hoc pſal. iſte in duas partes diuiditur, quia primo pſal. ad laudem Dei inducit. ſecundo ad hoc rationem adducit, ibi: *Excelſus.* Circa primum dicitur.

1 *Laudate pueri.* Non accipiuntur hic pueri ratione ætatis, diſcretione carentes, ſed accipiuntur hic pueri pro ſubiectis & miniſtris, ſicut dixit Achimelech ad Dauid de viris qui erant cū eo. 1. Reg. 21. b. Si mūdi ſunt pueri maxime a mulieribus māducēt, &c. & hoc mō loquitur frequēter ſcriptura. Oēs ſūt ſunt Deo ſubiecti & eius ſeruitio & laudib. obligati.

2 *Sit nomen.* i. ſicut eſt in ſeipſo benedictū, ſic benedicatur a ſubditis non benedictione conſecrationis, quæ fit tantum a maiori, ſed benedictione laudis quæ impenditur a minori.

3 *Ex hoc nunc, &c.* i. ſecūdum extenſionem oīs durationis.

4 *A ſolis ortu, &c.* id eſt, ſecundum omnem extenſionem diſtantiæ localis.

5 *Excelſus.* Hic conſequenter Pſalmiſta inducit rationem ad propoſitum, quæ accipitur ex excellentia ſuæ prouidentiæ, ex qua merito debet laudari, ideo dicitur: *Excelſus ſuper omnes gentes, &c.* quantumcunque ſint magnæ & diuerſæ.

6 *Et ſuper cœlos.* i. ſuper angelos qui ſunt ciues cęleſtes.

7 *Gloria eius.* quia de omnibus hominibus & angelis ad ſuā gloriam ordinat & diſponit, ideo ſubditur.

8 *Quis ſicut.* q. d. nullus.

9 *Qui in altis.* per ſuæ gloriæ refulgentiam.

10 *Et humilia.* per ſuam prouidentiam.

11 *In cęlo.* quia ſuperbientes angelos inde deiecit, & humiliter ſibi adhærentes in gloria confirmauit.

12 *Et in terra.* quia in prima ætate rebellantes homines in diluuio ſubmerſit, & humilem Noe cum ſua familia ſaluauit, & quia ſimile fit frequenter in particularibus perſonis, ideo ſubditur.

13 *Suſcitans à terra inopem & de ſtercore.* id eſt, de loco vili & fœtido.

14 *Erigens pauperem.* hoc patuit in Manaſſe rege Iuda, qui propter ſuperbiam de regno ſuo fuit deiectus a Deo, & ab inimicis ſuis in carcere fętido recluſus & fame afflictus, & propter humilitatem ſuam, inde à Deo fuit releuatus, & in regnum reſtitutus. ſecundo Parali. 33. ideo ſubditur.

MORALITER.

1 *Laudate pueri.* In hoc pſal. oſtenditur quòd Deus iniuſte depreſſos ſubleuat ad honorem nō ſolum in futuro, ſed etiā aliquando in præſenti, ſicut patet de Ioſeph. Gen. 61. & ſic patet, quòd ſenſus literalis eſt etiam moralis.

Allegorice tamen poteſt exponi de abiectione ſynagogę & ſublimatione eccleſiæ de gentibus collectæ: & vtranque expoſitionem tetigi in expoſitione literali: propter quod alia non videtur hic ponenda.

MORA-

A Regem fecit, ſic & Ioſephum cum in ſeruitutem incidiſſet, in regali cōſtituit ſolio, ſic Moſem cū opilio eſſet, populi gubernatorem declarauit, Pharaoniſque Deū elegit, ſic gētes impietatis paupertati ſeruientes, & in peccati ſtercore ſedētes, bonis, quæ Iſraeli cōceſſa fuerant, dignatus eſt. ſic humanam naturam cum in ignem mortis profundum decidiſſet, aſſumpſit, & ſurſum erexit & collocauit ſuper omnem principatū & poteſtatem & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non modo in ſeculo hoc, ſed ēt in futuro.

a Ordinibus celi & angelis & hominibus. Angelis. Apoſtolis.

pauperem. Vt collocet eum cum principibus, cum prin- 1 2

a Saram matrem fidelium per omnes gentes. b In eccleſia inter Iudæos.

a b cipibus populi ſui. Qui habitare fecit ſterilem in domo, 3

c matrem filiorum lætantem. 4

Eſa. 54. a. a *Qui habitare.* Caſ. Aug. Exponit, vbi ſuſcitat & erigit in eccleſia. ſ. quæ ante aduētū ſponſi ſterilis, modo mater multorum læta & læta. Q. Nec ſolum erigit quos locet cū principibus Iudæos, ſed habitare facit in domo ſterilem, & ſunt filij multi deſertæ: qui ſi non oia relinquunt, faciunt tamen Luc. 16. b. ſibi amicos de mammona iniquitatis per opera miſericordię.

*Et humi.* Aug. Vel, les eoſdem in quibus habitat, quia in carne & in ſpiritu humilitas eorum reſpicitur.

B *In cęlo.* propter ſpiritus libertatem.

*In terra.* propter corporis ſeruitutem. Q. qui humilitatem habent in ſpiritu, & oſtendunt in opere. Vel in cęlo, reſpicit quos vocauit iam, & habitat in eis.

*In terra.* quos vocat vt habitet in eis. Vel, potius celi qui cum domino iudicabunt. Terra, cętera ſanctorum multitudo. humiles tamen hi & illi. Merito & humiles. quia ſuſcitat à terra prius inopes, cum adhuc quandiu in corpore gemunt.

b *Sterilem.* Auguſt. ſcilicet. Saram, id eſt, eccleſiam Gentilem, quæ prius ſterilis fuit: vnde per Saram ſignificatur. Eam inquam facit habitare in domo, id eſt, in eccleſia Iudæorum inter ipſos Iudæos vt in lapide angulari duo parietes coniungantur, & fiat vnum ouile.

c *Filiorum.* Aug. ex perſona quorū hęc dicuntur. De quibus Eſaias ad eccleſiam loquens ait: *Dicunt*, inquit, *in auribus tuis filij quos miſeras. Anguſtia eſt nobis in loco iſto. fac itaque nobis nunc locum in quo commoremur. Tu vero dicis in corde tuo. Quis genuit mihi iſtos? Quis ergo iſtos educauit mihi?* Q. cum ſciam eſſe ſine filijs, & viduam.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Vt collocet eum, &c.* tanquam eis præſidens, propter quod ſubditur.

2 *Cum principibus populi ſui.* Poteſt autē hoc referri ad exaltationem humilium in gloria celeſti, in qua collocantur humiles cum angelis, qui dicuntur in ſcriptura principes, & diſtinguūtur per tres hierarchias. hierarchia autem idem eſt quod ſacer principatus, & quia dicta exaltatio non ſolum fit in ſexu virili, ſed etiam muliebri, ideo ſubditur.

3 *Qui habitare facit.* dans ei fęcunditatem, per quam eſt honorabilis in domo mariti, in qua prius erat contemptibilis & abiecta propter ſterilitatem, ideo ſubditur.

4 *Matrem filiorum lætantem.* Exemplū hr̄ 1. Reg. 1. de Anna, quæ pp̄ ſterilitatē cōtēnebatur in domo Elcanæ a Fenenna, C & conceſſa ſibi à Deo fęcunditate prolis, fuit honorabilis & lętabunda, vnde fecit canticū illud. *Exultauit cor meum &c.* 1. Reg. 2. Allegoricè exponit̃ pſalmiſta de abiectione populi Iudaici, pp̄ incredulitatem, & exaltationē populi Gentilis in bonis gratiæ: eo q̄, deuote recepit fidem catholicā ſynagoga facta eſt ſterilis & abiecta, & eccleſia in fide facta eſt fertilis & lętabūda. & hoc modo loquit̃ Apoſtolus Gal. 4. d. inducens illud Eſaiæ. 64. *Lætare ſterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis, quia multi filij deſertæ magis quam eius quæ habet virum.* Et vocat Gentilitatē ſterilem, & deſertam, quia multo tempore fuit deſerta à Deo pp̄ peccatū idololatriæ, & ſterilis in prole ad Dei cultum educata. & ibidem ſubmittit Apoſtolus. *Scriptum eſt, quoniam Abraham duos filios habuit, vnū de ancilla, et vnū de libera.* & ſequit̃. *Hęc ſunt per allegoriam dicta, hæc enim ſunt duo teſtamenta, &c.* Hanc aūt expoſitionem nō proſequor, quia diffuſè tractata eſt ab alijs in plurib.

## ADDITIO.

In pſalm. 112. *Laudate pueri dominum.*

Iſte pſal. cum quinq; ſequentibus vſq; ad pſal. *Beati immaculati.* excluſiuè vocat̃ ab Hebræis Halleluia magnū, i. hymnus magnus, de quo ſingularem faciunt ſolennitatem: nam in tribus præcipuis feſtis & in neomenijs ſtantes iſtum hymnum cum maiori cantant ſolēnitate, quam cęteros pſalmos totius pſalterij. Inſup in nocte paſchæ qñ agnus paſcalis comedebatur, poſt eius comeſtionem recūbentes ad menſam iſtum hymnum ſolenniter dicebant. Vnde de hoc hymno ex iſtis ſex pſal. cōpoſito intelligi dēt illud quod imminente paſſione Mat. 26. c. legit̃. *Hymno dicto &c.* eo q̄, Chriſtus poſt agni paſcalis comeſtionem hmōi ritum conſuetum ſeruās, hymnū prędictū cum apoſtolis recitauit, quod ēt Hebræi hodie agno paſchali carentes in illa nocte. ſ. paſchæ, iſtum hymnum cū azymis ſolenniter prout pñt cantant, in quo vident̃ prophetizare neſcientes ſicut legitur de Caipha, Io. 11. Nam ipſi ſolum attendunt ad hoc q̄, in hoc hymno fit mentio de redemptione Aegyptiaca, cuius memoriā in paſchate celebrant. Sed amplius conſideranti in hoc hymno continentur nō modica myſteria eccleſiæ vniuerſalis ſpiritualiter à Deo redemptæ incipientis ab Abel iuſto vſq; nunc: inter quæ fit mentio de redemptione Aegyptiaca ſuo loco, vt infra patebit. vnde in hoc hymno Pſalmiſta ſex principaliter facit. Nā in primo pſal. ponit quandam præfationem generalē ad diuinam laudem pertinentem, in qua de exordio eccleſiæ militantis ante legē, & eius progreſſum vſq; ad aduentū Chriſti, per quē gratia facta eſt, præmittit. In ſecundo. ſ. In exitu Iſrael de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro. de ſtatu eccleſię ſub lege ait. In tertio pſal. ſ. *Dilexi, quoniam exaudiet dominus, &c.* agit de ſtatu eccleſiæ in ipſo exordio redēptionis ante ipſius publicationē. In quarto vero. ſ. *Credidi, propter quod, &c.* agit de ſtatu primitiuæ eccleſiæ publicatæ. In quinto ſ. laudate dñm, agit de ſtatu eccleſiæ ex duabus gentibus iā vnitæ. In ſexto vero pſal. ſ. *Confitemini, &c.* agit de ſtatu eccleſiæ non ſolum dilatatæ & vnigenitæ, ſed etiā florente & paruaieſcente, prout latius patebit in expoſitione horū pſal. in ſingulari. In hoc igit̃ primo pſal. pfationali huius hymni Pſalmiſta octo facit q̄ ſunt notabilia ad Dei laudē pertinētia.

Primo oñdit quis eſt laudandus, ſ. Deus trinus & vnus. Quod ſic patet. nā in principio huius pſal. ter inuitat ad laudem Dei. Primo. ſ. cū pmittitur Halleluia: quod idē eſt laudate Deū. Secundò inuitat ad laudē Dei cū dicit. *Laudate pueri dominum.* Tertio cū dicit: *Laudate nomen domini.* Quę quidem trina inuitatio ad laudem Dei in eodem verſu leta contextu ſingularis eſt in hoc pſal. vt patet diſcurrenti per alios. Et ſic ſatis innuitur trinitas eius qui laudatur eo modo (et forte clariori) quàm illo verbo pſal. *Benedicat nos Deus Deus noſter, benedicat nos Deus, &c.* & in ſimilibus ſolet cōiter exponi. Vnitas autem eius qui laudatur, oſtenditur in hoc quod non Deos dicit laudandos, ſed Deum, ſimiliter nec dixit. *Laudate nomina domini*, ſed nomen, eo modo quo dicitur Matt. vltimo d. *In nomine patris & filij & ſpiritusſancti.*

Secundo oſtenditur etiam a quibus debet laudari, ſ. a pueris, ſcilicet animi puritate viuentibus.

Tertio oſtenditur etiam quandiu eſt laudandus, ſcilicet in hac vita & in futura, & hoc cum dicit: *Sit nomen domini benedictum, ex hoc nunc & vſque in ſeculum.*

Quarto oſtenditur etiam vbi eſt laudandus, ſcilicet vbiq; & cum hoc dicit. A ſolis ortu vſque ad occaſum.

Quinto oñditur etiā qūo eſt laudādus, ſ. ſuper oēm laudē cuiuſcunq; creaturæ terreſtris & cęleſtis. & hoc cum dicit *Excelſus ſuper omnes gentes dominus, & ſuper cęlos gloria eius.*

Sexto oſtenditur quædā materia principalis ad Dei laudē in hoc hymno principaliter cōſideranda, ſ. diuina prouidentia circa regimen creaturæ rationalis, & hoc cum dicit. Quis ſicut dñs Deus noſter qui in altis habitat, & humilia reſpicit, ſ. genus humanū, qđ in parte infima vniuerſi cōmoratur.

Septimo oñdit̃ qdā effectus hmōi diuinæ prouidētię, quo eccleſia fideliū ſumit exordiū, ſ. ſuſcitare hoīē a terris & ſętorib⁹ pctōrū, & eū erigere ad ſtatū grāæ & glorię: quod eſt maximū opus iuxta illud: Miſerationes eius ſup oīa opera eius. vñ Aug. ſup Io. dicit, q̄ maius opus eſt q̄ ex impio fiat iuſtus, quā creare cęlū & terrā. & de hoc dicit. *Suſcitans a terra*, i. a terrenitate. Inopē in virtutib⁹. Et de ſtercore. i. de ſtercore pctōrū. *Erigens pauperē, vt collocet eū cū principibus*, i. cū angelis. Cū principibus populi ſui, i. cū patriarchis & prophetis. & in hoc innuit ſtatū eccleſiæ ante legē, in quo nōdū erat aliquis populus diuino cultui mancipatus, ſed quaſi ſingulariter fulgebant ſinguli iuſti in diuerſis partib. ad ſocietatē ſanctorum.

Octauo oñditur q̄, ex tali ſuſcitatione inopū & pauperum & collocatione eorū in cęleſtib⁹ fęcūdata eſt eccłia in gentibus.

poris: & ſic quæ prius fuerat ſterilis, modo multos habet fil[ios], iuxta illud Gala. 4. d. & Eſa. 54. a. Lætare ſterilis, & de h[oc] diſt. 1. *Qui habitare facit ſterilem in domo, matrem filiorum læ[tantem].* & in hoc continuat ſe dicendis in cęteris pſal. huius hy[m]ni, vt videbitur. vnde pſal. iſte propriè videtur eſſe pręfa[tio] in huiuſmodi laude diuina.

RE-PLICA. In pſal. *Laudate pueri dominum.* vt dicit Burg. incipit Hebræorum hymnus. & continuatur vſque ad *Beati immaculati*, excluſiuè. hunc hymnū conſueuerunt cum multa ſolēnitate dicere poſt eſum agni paſchalis. vnde opinatur Burg. quòd illud Mat. 26. c. *Et hymno dicto exierunt in montem Oliuarum:* debeat intelligi de iſto hymno: quòd ſi ita eſt non iudico, nec ſuam ſingularem expoſitionem reprobo.

GLOSSA ORDINARIA.

*Halleluia.* Caſſiodor. hic halleluia ex negotio ponitur. Sic enim ex diuerſis actibus Deus laudatur, ita ex varijs negotijs iſti titulus annotatur. A[b i]nitio Hebræi populi [ma]gna miracula populo illi exhibita, Chriſtum mundo da[tum] propheta nunciat: [per] quas ſimilitudines, [et] per eorum ſigni[fic]a, etiam quiſque Chriſtianus liberatur. Erant enim figu[ræ m]yſteriorum ſpiritualium Chriſti & eccleſiæ, vt in pſal[mi e]xpoſitione clareſcit.

PSALMVS CXIII.

*In exitu.* Aug. Hic non narrantur præterita, ſed futura prædicuntur: quia in illis geſtis futura ſignabantur. & ideo non omnia hic dicuntur quæ ibi geſta, ſed q[uæ]dam aliter, ne putetur præterita recolere.

[C]aſſi. Primo dicit propheta quæ mira dederit Deus Heb[ræis] [in f]igura, & Chriſtianis in ſpiritu. Secundo interrogat quare h[æc] facta ſunt, ibi: *Quid eſt tibi mare?* Tertio inania ſimulacra [gen]tium reprobat, & religionem Dei commendat, ibi: *Simulacra gentium.*

[a] Bed. i. Legimus Iſraeliticū populū de Aegyptiaca ſeruit[u]te liberatum, per mare rubrum & per Iordanem exiccatū [de]ductū. Quod propheta vr̄ hic repetere, non vt hiſtoriam [nar]rans, ſed ad allegoricū ſenſum inuitans Non.n. legitur in [hiſt]oria illa Iordanē retro fluxiſſe, ſed ſtetiſſe, neq; legit̄ ibi [mon]tes vt arietes, vel colles ſicut agnos ouiū exultaſſe. Atten[da]mus ergo q̄d admoneamur, q̄a & facta illa nr̄æ figurę sūt, & hæc

C

Halleluia Pſalmus CXIII.

[a] Mente, ope Dei. [b] Videntium Deum. [c] De afflictione ſeculi cui renunciant. [d] Eccleſiæ. [e] Luctantium, quod prius quam Iſrael.

IN exitu[a] Iſrael[b] de[c] Aegypto, domus[d] Ia[e]- 1 2

[a] A blaſphemijs gentium, a quibus ſemoti eſſe debemus, vel à turba dæmonum. [b] Confeſſio.

cob de[a] populo barbaro. Facta eſt Iu[b]- 3 4

[a] Quæ in corde, quod purgat confeſſio, & per eam facti Iſrael, poſſunt reſiſtere vitijs & eſſe filij Dei, & hoc eſt Iſrael pote, &c. [b] Vnde. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, &c. [c] Ergo. Seculi.

dæa ſanctifica[a]tio eius, † Iſrael[b] poteſtas eius. † Ma[c]re vidit 5 6

[a] Retro fit. Vt via ad libertatem pateret. [b] Deſcenſus humilis. Id eſt baptizati ad eum vnde orti ſunt redierunt. [c] Et tunc. Diſpenſatores verbi Dei apoſtoli.

& fu[a]git, Iorda[b]nis conuerſus eſt retrorſum. Montes[c] † exul- 7 8

D

& hæc dicta vt nosipſos recognoſcam⁹, exhortantur. Quia ſi firmo corde retinebim⁹ gratiam Dei, quæ erga nos facta eſt & miſericordiam quæ nobis exhibita eſt, Iſrael ſumus: quia veſtigia fidei patris noſtri Abraham imitamur, & ſumus Iacob. Ille autem populus merito perfidiæ reprobatus pertinet ad Eſau. Aegyptus vero quę tenebræ vel afflictio interpretatur, in figura huius mundi ponitur, de quo ſpecialiter recedendum eſt, ne ſimus iugum ducentes cum infidelibus.

† De conf. di. 2. cap. re uera. † geſtierunt ſubſilierunt velut.

E

b *In exitu.* Q. cum Iſrael, id eſt, domus Iacob de Aegypto, id eſt, populo barbaro exiret.

c *Barbaro.* Aug. Barbara lingua eſt quæ Deum non laudat.

d *Facta eſt.* Caſ. Sicut ille populus cum exiret de Aegypto, ſanctificatus eſt in Iudea. i. terra promiſſionis, colendo Deū verū, quæ terra erat antè per idololatriā polluta, & ſicut potēs factus eſt in ea. Qui. n. in Aegypto facti fuerant ſerui, ibi facti ſunt domini. Ita exeuntes à peccato ſanctificat Iudæa. i. confeſſio. Et per eā facti Iſrael poſſunt reſiſtere vitijs. & hoc. *Vidit mare.* id eſt, peccatores ſeculi.

Iordanis, qui varijs deſiderijs rapiunt homines in magnū mare, id eſt huius ſeculi amaricantem malitiam, ſed hęc in aduentu domini ceſſant, quaſi conuerſa retrorſum.

e *Ma. vi.* Auguſt. Hoc hic aliter dicitur quam factum eſt. Ibi legitur ſtetiſſe ab ea parte, qua aquæ deſuper fluebant, nec ibi quicquam dicitur de geſtientibus montibus, ſed tam ibi facta quam hic dicta figuræ ſunt. Ioſue. 3.

a Ari- F

NICOLAVS DE LYRA.
PSAL. CXIII.

IN exitu Iſrael. Huic pſal. in tranſlatione Hier. præmittitur *Halleluia* pro titulo, tn̄ in Hebr. eſt finis pſal. præcedentis. [In] hoc aūt pſal. inducit Pſalmiſta ad Dei laudem ex conſide[ratio]ne beneficij populo Iſrael exhibiti in exitu de Aegypto; [&] primo illud beneficiū recolitur, ſecundo ex hoc Dei laus [con]cluditur, ibi: *Non nobis.* Circa primū recoluntur plura mi[rab]ilia à Deo facta in exitu de Aegypto, non tamen ſecundū [or]dinem hiſtoriæ, aliqua narrando poſt, quæ tamen fuerunt [pri]us facta, ſicut frequenter fit in ſcriptura, & maximè metri [c]compoſita, qualis eſt iſta. dicit igitur.

1 *In exitu Iſrael.* qui habetur, Exod. 13.

2 *Domus Iacob.* quia totus populus Iſrael deſcēdit de Iacob, q[ui] alio nomine dictus eſt Iſrael, Gen. 32.

3 *De populo barbaro.* Oēs populi dicunt̄ barbari, exceptis Hebreis, Græcis, & Latinis, quia alia idiomata dr̄ barbara.

4 *Facta eſt Iudæa.* quia in Iudæa viguit cultus diuinus, & [ſci]entia legis & prophetarum.

5 *Iſrael poteſtas.* Sicut exercitus regis dicitur eius poteſtas, [ſi]c Deus per filios Iſrael tanquam per exercitum ſuū eie[cit] Chananęos de terra illa, vt habetur in libro Ioſue, & ſic [Iſr]ael dicitur poteſtas Dei, inquātum per poteſtatem a Deo [ſib]i conceſſam, eiecit gentem illam. & ſecundum hoc litera [ſci]l. facta eſt Iudæa, &c. reſpicit terminū exitus de Aegypto. In Hebræo aūt & in tranſlatione. Hiero. ſic hr̄. *Factus eſt Iudas, &c.* & ſm hoc reſpicit principium exitus de Aegypto, quia tribus Iuda prima intrauit mare rubrū, ſequens Moyſen, alijs formidantibus & tardantibus: & ſic facta eſt Dei ſanctificatio, inquantum factum iſtud declarauit Dei ſanctitatem, in cuius confidentia tribus Iuda conſtanter ſecuta eſt Moyſen. Iſrael poteſtas eius, quia pro Iſraele pugnauit contra Aegyptios, Exod. 14. f. & dixerunt Aegyptij: *Fugiamus Iſraelem, dominus enim pugnat pro eis contra nos.*

6 *Mare vidit.* quia ſe in partes diuiſit, retrahendo ſe à medio ad præceptum domini, acſi haberet ſenſum & intellectum: quia creatura obedit creatori ad nutum.

7 *Iordanis.* Hoc fuit in exitu de deſerto, vt habetur Ioſue. 3, quia aquæ Iordanis ex origine ſua deſcendentes ſteterūt & eleuatæ fuerunt ad modum collis, & ſic in parte reuertebantur verſus locum originis, ſicut aqua fluminis inueniens obſtaculum reſultat verſus originis locum.

8 *Montes, &c.* i. cauſam exultationis dederūt filijs Iſrael, q̄a in tranſitu fluuij Arnon ſcopuli ex vna parte inclinati ſunt vſq; ad ripā oppoſitā fluminis, & ſic præbuerunt tranſitum filijs Iſrael, & interfecerunt inſidias ibi latentes contra filios Iſrael, ſicut dictū fuit Num. 21. d. vbi ſcribitur ſic. Sicut fecit in mari rubro, ſic faciet in torrētibus Arnon: ſcopuli torrentium inclinati ſunt, &c. & ſic dicuntur etiam in ſe exultaſſe metaphoricè, ſicut & de mari rubro dictum eſt.

Mare

MORALITER.

1 *In exitu.* Pſalmus iſte loquitur de beneficio Dei exhibito [po]pulo Iſrael in exitu de Aegypto.

Moraliter autem poteſt exponi de Dei beneficio circa [qu]emlibet Chriſtianum de peccatis egreſſum ſic. *In exitu Iſrael de Aegypto.* i. Chriſtiani de tenebra peccati.

2 *Domus Iacob.* i. de peccantium numero.

4 *Facta eſt, &c.* i. vera & perfecta confeſſio. Iudæa nanque [co]nfeſſio interpretatur.

5 *Iſrael poteſtas.* i. angelus cuſtos ipſius: quia ſicut angeli ſe [re]trahunt à cuſtodia hominum propter peccatorum multitudinem, ſicut in eorum perſona dicitur, Ierem. 51. a. *Curauimus Babylonem, & non eſt curata, derelinquamus eam.* ita redeunt ad cuſtodiam ipſorum propter veram pœnitentiam.

6 *Mare vidit.* i. angelus malus tanquā mare tempeſtuoſum, videns angelum ſanctum reuerſum à tentatione ſe retrahit.

7 *Iordanis, &c.* Qui riuus iudicij interpretatur. Per hoc ergo ſignificatur quòd pœnitentia peccatorem facit reuerti de iudicio condemnationis ad iudicium ſaluationis.

8 *Montes, &c.* Per mōtes ſignificant̄ angeli maiores, & per colles minores, q. exultāt de penitētia pctōrū, Luc. 15. b. Gaudiū eſt in cęlis angelis Dei, &c. Et de plurib. magis gaudent.

1 Quid

a Duces populi. b Qui ſemen fidei receperunt. c Non inuidi, innocentes, per arietes generati. Per euangelium geniti. d Sed hoc videntes mirantur. Aug. Quid eſt o ſeculum, quod tua impedimenta ceſſerunt, vt tot millia hominum ad dominum conuertantur ? & hoc eſt. Et tu Ior.&c.

a b tauerunt vt arietes, & colles ſicut agni ouium. Quid eſt ti- 1
a Qui varijs deſiderijs fluitis. Quaſi: Cur veſtras conſuetudines dimiſiſtis ?
c bi mare, quod fugiſti: & tu Iordanis, quia conuerſus es re-
a A tuo propoſito. b Quid eſt quod. Quibus dicitur: Euge ſerue bone & fidelis.
c Quibus dicetur: Venite benedicti patris mei.
troſum? Montes † exultaſtis ſicut arietes, & colles ſicut a-
a Ecce cur. A clementia vel ita quam præuident futuram. Aug. Hieron. a præſentia illius qui dicit: Vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſec. Vel cognitione.
b Quæ pigra erat commota, vt ſolidius firmetur.
d gni ouium. A facie domini mota eſt terra, à facie Dei Ia- 2
e Etiam.
f g cob. Qui conuertit petram in ſtagna aquarum, & † rupem 3 4
a Caſ. Quia hæc gratia erumpentis aquæ de petra non pro meritis, ſed illo miſerante data eſt.
b Iudæis. c Gentibus.
h in fontes aquarum. Non nobis domine, non nobis: ſed 5
a De. Aug. in miſericordia vocat impios: in veritate iudicat non venientes. 6
i k nomini tuo da gloriam. † Super miſericordia tua & veri- 7 †
a Aug. Cum eis non credendus prædicatur, ſed tremendus oſtendetur.
l m tate tua, nequando dicant gentes: Vbi eſt Deus eo- 8 9
a Quærunt: vbi eſt ? b Alias, in cœlo ſurſum, alia litera. Quaſi omnia corpora cæleſtia & terreſtria tranſgreditur. c Vel in corporalibus vel in ſpiritualibus.
n o rum? Deus autem noſter in cœlo, † omnia quæcunque vo- 10
a Deus noſter talis eſt, ſed. Non veri dij. b In materia. His maior reuerentia. Aug. Habent & lignea & fictilia, ſed pretioſiora punit, vt qui in his erubeſcit, facilius in cæteris.
p q luit, fecit. Simulacra gentium argentum & aurum, 11

pſal. 28. a.

a *Arietes.* Aug. Qui collibus vtriuſq; teſtamenti hæreticos
A debellant, & ſuperſtitiones diruunt. Vnde alibi: Afferte dño filij Dei, affer. do. fi. arie. Et ſexta manſio filiorũ Iſrael de Aegypto venientiũ, fuit Elim: quę interpretatur arietes, vbi erant duodecim fontes, & ſeptuaginta palmæ: quibus ſignificantur duodecim apoſtoli & ſeptuaginta diſcipuli, quos in ſexta ætate elegit dominus, vt per quatuor mundi partes Chriſti victoriæ palmam portarent, deſtruentes gemino cornu vtriuſq; teſtamenti omnem ſcientiam aduerſus Chriſtum ſe erigentem. [margin: † geſtiſtis velut.]

b *Colles.* Caſſio. a colendo mediocres: nõ enim hæc ad literam. vnde & per mare & Iordanem, id eſt, per antiqua facta, hæc ſi-
B gnari non ambigas quæ hodie ſpiritualiter fiunt. [margin: † propter bonitatem tuam]

c *Quid eſt tibi,* Caſſi. Secundo interrogat quare hæc, vt excitet admirationem. *Et ſoluit. A facie Domini.* [margin: † ſurſum.]

d *A facie.* Caſſiodo. Vna duobus reſponſio, quia vnus autor & ſecula fecit obſtupeſcere, & ſua, id eſt, montes & colles gaudere: Chriſto enim apparente moti ſunt homines à ſua ſuperſtitione ad cultum Dei.

⁂ Euthymius. A præſentia, inquit, & conſpectu domini exultauit terra, ipſi montes nimirum & colles. præſentiam autem domini intellige aduentum domini in Iudęam. Alio modo etiam expone iuxta ea quæ dicta ſunt in pſal. 95. ibi, *Tunc exultabunt omnia ligna ſyluarum.* & de mari quidem ac de Iordane nihil amplius dixit, tanquam cauſa fugæ aut detentionis in vtroque ſatis iam nota ſit.

e *A facie Dei Iacob.* Et q. quæreret, quis eſt dominus Deus Iacob non recens, vel qui facit eos luctari.

⁂ Euthymius. Scriptum eſt enim alibi. *Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob.*

C f *Qui conuertit petram.* Caſ. dura corda Iudęorum, ad aquam baptiſmi.

g *Rupem.* Gentiles, vt & ipſi emanent irriguos fonte prædicationis.

Aug. id eſt, ſe prius durum, cum ignoraretur, liquefecit ad irrigandos fideles, vt ſit in eis fons aquæ viuæ ſalientis in vitam ęternam. cu[m] reſurgẽs aperuit il[lis] ſen[ſum], vt intellig[erent] ſcripturas. Ipſe [ergo] dominus erat [quaſi] petra & rupes, [que] apertis ſcriptur[is] ve-lut fons influere[t], [atq;] omnibus creden[tibus] inundaret, di. S[i quis] ſi ve. ad me, & b[ibat].

h *Non nobis.* C[aſſio]. Cum dixit Deu[s bo]na dare, petit v[t pro]pter nomen ſuu[m] d[et] ea. quia merita n[on vi]det in hominib. [Glo]ria eſt cum imm[un]dat. Miſericor[dia] peccantib. parc[it, Ve]ritas, dum præ[mia] re-ſtituit, vel impi[os] pu-nit. Ideo, Da.

l *Nequando.* h[oc] ſæpe impij imput[ant] bonis afflictis.

i *Miſericordia.* [Au]guſtinus. Id eſt, [vocatione].

K *Veritate.* Id eſt, promiſſione impleta.

m *Vbi eſt Deus.* Aug. ſolent dicere gentes, quæ habe[nt] viſibiles deos. quia inuiſibilem Deum colimus.

n *In cęlo.* Auguſt. id eſt, Chriſto homine, ſecundum quod Deus erat in Chriſto, mundum ſibi reconcilians.

Vel in cęlo. Caſ. i. potens ſuper omnes creaturas.

o *Omnia quæcunque.* Per quod omnipotens apparet.

p *Simulacra gentium.* Caſ. Tertio, inania ſimulacra p[ro]bat. & religio Dei quàm ſit vtilis, oſtẽdit. Et eſt hic perfecta demonſtratio in vituperatione & laude.

Auguſt. Oſtenſa potentia veri Dei ex operibus, tra[nſit] ad deos gentium viſibiles.

q *Argentum.* Aug. Sed quia Deus hoc fecit, inquit: *Opera manuum hominum.* hoc venerantur quod inde fecerunt. [Non] enim creauit Deus, ſed ſtultitia hominum formam ad[didit].

## NICOLAVS DE LYRA.

*Mare vidit & fugit*, quia ad modum cognoſcentis iter ſiccũ filijs Iſrael præbuit, & ſimiliter ſcopuli dicto modo inclinati videbantur applaudere aduentui filiorum Iſrael & tranſitui.

1 *Quid eſt tibi.* q. d. vnde venerunt iſta mirabilia in mari rubro & Iordane & collibus ? vt dictum eſt. & reſpondet.

2 *A facie domini.* Q. d. à diuina voluntate proceſſerunt iſta, cui obediunt ẽt inſenſibilia, quia ſicut ad Dei nutũ mota eſt terra, qñ abſorbuit Dathan & Abiron, ita aquæ & colles in prædictis & conſimilibus alijs. vnde & ſubditur, aliud mirabile factum quod fuit in deſerto cum dicitur.

3 *Qui conuertit.* dando abundantiã aquæ de petra, Exo. 17.

4 *Et rupem.* Num. 20. b. vbi dicitur. Cumq; Moyſes eleuaſſet manum, percutiens virga bis ſilicem, egreſſæ ſunt aquę largiſſimæ, &c.

5 *Non nobis.* Hic ex prædictis miraculis diuinus honor concluditur, & primo oſtenditur quod ſit honorandus. ſecũdo, à quibus, ibi: *Non mortui laudabunt te.* Prima in duas, quia primo Dei gloria ex dictis concluditur. ſecundo idololatria excluditur, ibi. *Simulacra gentium.* Circa primum dicit Pſal. [margin: Diuiſio.] *Non nobis domine.* attribuatur gloria de prædictis mirabilibus & conſimilibus.

6 *Sed nomini tuo.* quia in talibus tota ratio facti, eſt pot[en]tia facientis, ſecundum quod dicit Auguſt.

7 *Super miſe. tua.* talia enim facta ſunt à Deo populo ad declarationem diuinæ veritatis, quia impleuit prom[iſ]ſiones factas patribus, ſcilicet Abrahæ, Iſaac & Iacob, & ſimiliter ad declarationem diuinæ miſericordiæ, quia quãuis populus Iſrael ipſum frequenter prouocaret ad iram, vt in adoratione vituli & alijs malis quæ fecit in deſerto: tamen adimpleuit promiſſum patribus factum in hoc declarans miſericordiæ ſuæ effectum.

8 *Nequando.* id eſt, Gentiles idola colentes.

9 *Vbi eſt Deus*, ſcilicet Hebr. Si enim non adimpleſſet promiſſa eis facta, videretur Gentilibus quod defeciſſet virtus ſua, & quia tot mirabilia fecit pro eis, poterant libere dicere Gentilibus.

10 *Deus autem.* quia ibi magis relucet ſua poteſtas: V[er]untamen quia ſe extendit ad omnia inferiora, quod pat[et] per eius miracula facta in mari & in terra, vt pręmiſſum eſt, ideo ſubditur: *Omnia quæcunque voluit fecit.*

11 *Simulacra.* Hic ↄſequẽter excludit idololatria cui⁹ p[ri]mo c[on]cen-

## MORALITER.

1 *Quid eſt tibi*, id eſt, vnde venit malorum angelorum fuga, & conuerſio iudicij dicta ? & reſpondetur cum dicitur.

b proſperare, benedictus qui venit in nomine domini. Benedi 3
c a Cui latria. Cui dulia. 4
ximus † vobis de domo domini. Deus dominus, & illuxit no- 5
a Natiuitatis & reſurrectionis dominicę. b Non trepide, ſed in frequentationibus virtutum vel hominum. c Ideſt, vſque ad interiorem domum Dei de qua nos benediximus, vbi ſunt altaria excelſa.
d bis. † Conſtituite diem † ſolennem in condenſis, uſque 6
e a Non ſtrepitu verborum hæc dicentur, ſed ipſa dilectio eſt vox iſta. b Non alius. 7
f ad cornu altaris. Deus meus es tu, & confitebor tibi, 8
g 9
h 10

ſe affligat, donec ad ſuperni ſacrificij altitudinem. i. ad æterna gaudia attingat.
c *Diem ſolennem.* In veteri lege paſcha, pentecoſte, ſcenophegia, tres præcipuę ſolennitates, in quibus pręceptũ, vt nemo vacuus in conſpectu domini appareret. Vacuus eſt qui in ſe Chriſtum non habet qui eſt fundamẽtum, quod nemo mutare valet. Inde eſt quod illis tribus ſolennitatib. fidelis populus nummum offert manuali oblatione, interiorẽ ſignificans. In numo .n. nomen & imago regis. Quiſque ergo ſpiritualiter numum offerat, vt nomen regis, id eſt, Chriſti in ſe habeat, a Chriſto Chriſtianus dictus. Et imaginem. i. animam lumine vultus eius inſignitam Deo exhibeat.

D

Tres ſolennitates præcipuæ. Deut. 10. c.

† da, obſecro, proſperitatẽ.

† feſtum in cõ frequentationibus.

✱ Baſ. *Conſtituite diem.* Secundum alium interpretem eſt, ſacrificate ſacrificia, ruſus ſecundum alium ſerta & ramos ſuſpendite in templo, verum autem ſitmum ſit, feſtum diem & Panegyrim ſignificat.
* Euth. Hoc ſermone omnino illud ſuademur, vt celebrem Deo ac ſplendidam ſolemnitatem agamus, quæ iuxta Hebræos agenda eſt, vel in ſacrificijs quibus altare legi ao operiri ſolet, vſque ad eius extremitates, vel in florentibus coronis atq; in virentibus arborum ramis. Iuxta fideles vero, ſpiritualibus eſt celebranda ſacrificijs, & virtutum coronis, bonorumque operum ramis, quorum denſitate ac copia inuiſibile animæ noſtræ obtegetur altare.

E

f *Cornu altaris.* Caſ. vel altare intelligitur ſacramentum corporis & ſanguinis. Cornu altaris eſt poteſtas. i. virtus ipſius ſacramenti. Multi enim ſumunt ſacramentum & non rem vt mali. Boni vero ſacramentum & rem ſacramenti percipiunt, quæ eſt ſpiritualis caro Chriſti, de qua ipſe ait. *Si quis non manducauerit carnem meam, & non biberit ſanguinem meum, non habebit vitam æternam.*

Ioan. 6. f.

Vel altare intelligitur mẽs hominis. Vnde in lege pręceptũ fuit fieri altare quadrãgulum & concauũm. Ideo quadrãgulum, quia mens humana quatuor uirtutib. muniri debet, prudentia, iuſtitia, fortitudine, temperantia. Eadem dẽt eſſe concaua ad recipiendũ uerbum Dei, atq; ignẽ dilectionis. Tumor. n. infuſa repellit, vnde in Leuitico pręceptũ eſt veſiculam gutturis & plumam proijci, qñ turtur vel colũba offertur. Veſicula inflationẽ ſuperbię ſignat, plumę inanes inquiſitiones ſublimium, hęc ergo proijce, vt ſis altare cõcauum.

Exo. 27. a.

Leu. 1. d.

Bed. Altare vocat ad ſimilitudinem, cęleſte illud ſacrariũ, vbi Chriſtus verus ſacerdos & hoſtia, quotidie ſe offert Deo patri pro nobis. Non. n. vult vt tantum ſubſiſtãt in eius humanitate, ſed vt cõtemplentur ipſam etiam diuinitatem.
g *Vſque ad cor. al. &c.* Aug. Eundo vſque ad eminentiã mentis quæ eſt altare, ideſt, ad contemplationem dicentes, *Deus meus es tu.*
h *Deus meus es tu.* Et vt apertius dicamus iſtorũ verborum hic

F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 O domine ſaluum me fac. *Educendo me de limbo cum patribus ſanctis.*
2 O domine bene proſperare. *Multiplicando eccleſiam tuam in fidelibus tuis.*
3 Bned. qui ve. in no. do. *Ideſt, Chriſtus, qui venit in nomine patris pro ſalute mundi, & hoc modo cantabãt pueri Chriſto ad paſſionẽ venienti, Matt. 21. Et de illa laude videtur hic Dauid propheta ſſe.*
4 Benediximus vobis, &c. *Hoc eſt verbum apoſtolorum Chriſti, qui fuerunt primi in domo eius quæ eſt eccleſia, et benedixerunt populis ciuitatem euangelij nuntiando & ſacramenta miniſtrando, & vnde habuerunt hanc poteſtatem, ſubditur.*
5 Deus do. illu. no. *Ideſt, Chriſtus dominus noſter qui eſt verus Deus ipſe illuxit nobis, ſpiritumſanctum conferẽdo ad ſcripturas intelligẽdũ, & ſacramẽta eccleſiaſtica conferendũ, & quia eadẽ poteſtas remanet in rectoribus eccleſiæ, ideo ad eos ſermo dirigitur, cum dicitur.*
6 Conſtituite diem ſo. *Ideſt, dies ſolennes natiuitatis Chriſti, reſurrectionis, aſcenſionis, & conſimiles, qui conſtituti ſunt ſolennes per eccleſiam.*
7 In condenſis. *Ideſt, vt populus fidelis conueniat ad eccleſiam in denſitate plebis, ideo ſubditur.*
8 Vſq. ad. cor. alt. *Q. d. ita quod eccleſia impleatur populo & clero.*
9 Deus meus es tu. *Ieſu Chriſte.*
10 Confitebor. *Confeſſione laudis.*

Deus Deus

## MORALITER.

1 O mine ſaluum me fac, o domine proſp. &c. In nobis augendo don n gratiæ & quomodo ciues cęleſtes in hoc nos adiuuent in eorum perſona ſubditur.
4 *Benediximus vobis, &c.* Imprecando vobis eius bona cœleſtia, ſicut ea dedit vobis.
6 *Conſtituite diem. ſo. in con.* Id eſt, in ſapientia magna cleri & populi in eccleſia militante, dicentes quod ſequitur.

Be- Deus

❧ hic eſt ſenſus. Non
A ſufficiat in terra iſte
dies feſtus, quo a-
gnus occiſus eſt, ſed
B conſtituatur in fre-
quentationib. quouſ-
que perueniatur mẽ
C tib. exaltatis ad interiorem eius deitatẽ, vbi laudes cantabimus

Quidquid alij, ego
Deus meus es tu, & exaltabo te. Confitebor tibi, quoniam exau- 1
a Et ſicut ego ita & vos, ſicut monui a principio: 2
a diſti me, & factus es mihi in ſalutem. Confitemini domino 3 4
quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius. 5

mus, ita Deus r
es tu, & confit
tibi, quoniã ex.
ſicut cępit lau
ita terminat.
a *Confi.d.* ab init
deſeruimus in
quo redimus, nõ eſt ſalubrius aliquid q, delectet, q̃ laus
❧ GLO

NICOLAVS DE LYRA.

1 Deus meus. *Tua magnalia enarrando. In diebus enim ſolemnibus maxime debet in eccleſia fieri talis confeſſio, & enarratio.*
2 Confitebor tibi. *Vox eſt eccleſiæ Deum laudantis.*
3 Quoniam exaudiſti me &c. *Deprecantem te deuote.*
4 Et factus es mihi in ſalu. *Conferendo gratiam in præſenti, & gloriam in futuro, propter quod inuitantur omnes generaliter ad Dei laudem, cum dicitur.*
5 Confitemini. *Et exponatur ſicut in principio pſal. quia bi verſus in fine reſumitur, ſicut in cantilenis ſolet fieri.*

Et

MORALITER.

1 *Deus meus es tu & con.* Confeſſione laudis corde & ore. Cætera patent.

ADDITIO

*In pſal. 117. Confitemini domino.*

Iſte pſal. eſt vltimus iſtius hymni magni, qui incipit ab illo pſal. *Laudate pueri do. &c.* vt dictũ eſt, & finitur in hoc pſal. qui continuatur præcedenti ſic: Nam in pręcedenti pſalmo Pſalmiſta tractauit breuiſſime de ſtatu eccleſiæ per orbem dilatatæ poſt primitiuam, de quo ſolũ declarauit vnionẽ gẽtiũ cum Iudęis in vnam eccleſiam, vt dictum eſt. In hoc vero pſ. agit de ſtatu eccleſię ſic dilatatę, in quo floruerũt multi S. doctores & põtifices, ſimiliter & cõfeſſores & virgines.

Circa quod vndecim facit. Nã primo vniuerſaliter inuitat ad Dei laudem omnes di. *Confite. do. quo. bo. &c.* Cuius ſententia eſt. Nã Deo reddenda eſt cõfeſſio laudis principaliter ex duob. Primo ex ſua bonitate ineffabili in ſeipſo, de quo dicit. *Quoniam bonus*, ſupple eſt. ſ. naturaliter & ſecundum eſſentiã. Secundo mõ, quia ex ſua miſericordia alios facit bonos, & de hoc dicit. *Quoniam in ſeculum miſericordia eius*, & ſic continuat ſe Pſalmiſta cum vltimo verſu pręcedentis pſalmi vbi dixerat. *Quoniam multiplicata eſt ſuper nos miſericordia eius*, volẽs in hoc pſalmo ſpecialius declarare quomodo miſericordia Dei participatur in eccleſia, quę quidem participatio aliquo modo in diſtinctione ſanctorum relucet.

Conſequẽter ſecũdo diſtinguit gradus ſeu ordines ſanctorum in eccleſia p̃dicto modo dilatata pro varijs tẽporib. exiſtentiũ, & hoc tripliciter. ſ. cum dicit. *Dicat nunc Iſrael, &c. Dicat nunc domus Aaron, &c. Dicant nunc qui timent dominum, &c.* vt intelligatur quod dicit. *Dicat nunc Iſrael*, ſpecialiter de ſanctis confeſſoribus. Qui vidẽtes Deum per fidem, iuxta illud 1. Cor. 13. d. *Videmus nunc per ſpeculum*, alijs eandem fidem cõfitentur. Intelligitur ẽt quod dicit. *Dicat nunc domus Aaron*, de pontificibus ſeu ſacerdotib. ſanctis, & cum hoc de S. doctoribus. Ex officio. n. competit ſacerdotibus, & maxime pontificibus doctrina legis diuinæ Malac. 2. b. *Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent de ore eius.* Intelligatur etiam quod dicitur. *Dicant nunc qui timent dominum*, de his qui ex timore Dei filiali carnis maceratione ſe caſtigant, vt virgines & cæteri religioſe viuentes.

Cõſequenter tertio ſpecialius declarat diuinã mĩam circa eccleſiã dilatatã di. *De tribulatione inuocaui dominum.* & eſt ſenſus, q, eccleſia primitiua maximis anguſtijs tribulata inuocabat dñm pro releuatione harũ tribulationũ, q̃ Deus exaudiuit eã dilatando, iõ ſubdit. *Et exaudiuit me in latitudine dominus.*

Conſequenter quarto oſtendit quomodo facta fuit talis dilatatio, ſ. per diuinum adiutorium contra humanas perſecutiones & de hoc dicit. *Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo.* Et. *Dominus mihi adiutor, & ego deſpiciam inimicos meos.*

Conſequenter quinto ex dictis concludit, q̃d bonum eſt confidere in domino, & q, hoc per experientiã viderat impletum in dilatatione eccleſiæ, quæ fuerat prius oppreſſa tã ſub hominib. vulgaris ſtatus, quam ſub principib. terrę, vt patet in hiſtorijs, vnde dicit. *Bonum eſt confidere in domino.* Et. *Bonum eſt ſperare in domino quam ſperare in principibus.*

Conſequenter ſexto dicit. Oẽs gentes circundederũt me. Ad quod ſciendũ, q, licet in eccleſia iam dilatata ceſſauerũt ſeu mitigatæ fuerunt acerbæ perſecutiones corporales quãtum ad publicũ ſtatũ, ſurrexerunt tñ perſecutiones ſpirituales latentes, vnde Greg. in homilia. Pugnauit eccleſia. ſ. primitiua aduerſus leonem, pugnat modo aduerſus draconem. Cuius quidem pugnę tria ſunt genera principalia. Quorum vnum eſt hominum male viuentiũ, quorum vitæ exẽplo ſæpe ſimplices decipiuntur. Et de iſtis dicit in perſona eccleſię. ſ. iuſtorum. Omnes gentes circundederunt me. i. Gẽtiliter viuentes, quos eccleſia Dei quandoq; ſuperat. Nam ſępe tales in nomine domini. i. diuina virtute conuerſi ad iu[...] & pęnas ſuſtinẽt pęnitẽdo. Et de hac vltione dicit. *Et in [...]ne domini, quia vltus ſum in eos.* Secũdum genus pugnæ, eſt [...]bolica tẽtatio, de quo dicit. Circũdantes circundederũ[...] Diabolus. n. ad deuorandum hoĩes communiter circũit [...] primæ Petri 5. c. *Aduerſarius veſter diabolus circumit, quærens [...] deuoret.* Et Iob 1. b. in perſona diaboli dicit. *Circumiui te[...] perambulaui, &c.* Et de iſtis intelligitur. *Circundantes circu[...]runt me.* quaſi diceret. Diaboli qui ex rabie ſuæ malitiæ [...]dantes ſunt per orbem, mõ prędicto circundederunt [...] deuorandũ. Et quia in iſtos diuina virtute ſemper infli[...] pęnæ gehennales, ideo dicit. *Et in nomine domini, quia vlt[...] in eos.* Tertiũ genus prædictę pugnæ eſt hęreticorũ, q[...]ſas doctrinas ſuggerẽtes quotidie impugnãt eccleſiã, d[...]bus dr̃. *Circundederunt me ſicut apes.* Apes. n. mel portant, [...] aculeo pũgunt, ſic hęretici eloquia diuina de quib. dicit [...] *dulcia faucibus meis eloquia tua domine, &c.* allegant. Sed c[...] lędunt fidẽ verã pungendo ſeu corrũpendo. Similiter fingũt ſe quandoq; illuminare ſcripturas, q, non faciun[...] eas deuaſtant & conſumunt. Vñ de eis dicit. *Et exarſerũ[...] ignis.* Hęretici. n. eo q, fideles q̃tũ in ſe eſt conſumunt, dicuntur a ſanctis patrib. Vñ 24. quæſt. 3. Arius vna ſci[...] erat in Alexandria, &c. Dr̃ autem in ſpinis, quia ſicut [...] exponitur illud verbum Eccl. 7. a. *Sicut ſonitus ſpinarum [...] la ardente, ſic riſus ſtulti, &c.* Ignis in ſpinis magnũ ſonũ & [...]tilem facit, & cito conſumit & deuaſtat. Quod ẽt faciũ[...] retici, non magna, ſed ſonoroſa loquentes, ſine aliqua [...]te, ſed potius cũ deuaſtatione ſpirituali. Sequitur. *Et in n[...] domini, quia vltus ſum in eos.* ſ. eos quandoque conuertenc[...] ſic patiuntur pęnas pęnitentiæ, vt ſupra dictum eſt. Ve[...]doque per vltionem ſeu vindictam temporalem. ſ. q[...] traduntur iudicio eccleſiæ. Et ſic *in nomine domini, quia [...] ſum.* Et quia huiuſmodi perſecutiones, ſpecialiter hęret[...] aliqñ fuerunt tam validæ, q, videbatur fides quaſi ſub[...] ſicut patet de hęreſi Arianorum, quæ totã eccleſiam [...]me turbauit, & de alijs hęreſib. prout in hiſtorijs eccleſ[...]cis hẽtur, ideo ſubdit. *Impulſus euerſus ſum vt caderem et do[...] ſuſcepit me.* Qualiter aũt dominus ſuſceperit eccleſiã ne[...]ret, ſubditur dicens. *Fortitudo mea & laus mea dominus.* Et non ſolum dedit Deus fortitudinem eccleſię, vt poſſit [...]ſarijs reſiſtere, declinãdo pericula per eos inducta, ſed [...]cis triumphum præſtando, dicitur. *Et factus eſt mihi in ſal[...]*

Conſequenter ſeptimo oſtendit, q, per doctores ecc[...] ſpiritualis triumphus hr̃ de hæreticis, & de hoc dicit. *Vo[...]tationis & ſalutis in tabernaculis iuſtorum.* Nam talis victor[...] attingitur per arma corporalia, ſed per vocẽ ſacræ doct[...] quæ lætificat, iuxta illud pſal. Iuſtitię dñi rectæ lætific[...] corda. Doctrina autem vera ſalutaris communiter ac[...]tur a viris vacantib. ſtudio in tabernaculis, iuxta illud [...]ron. 33. c. *Lætare Iſſachar in tabernaculis tuis.* Quod ſic ex[...]tur, nam illi de tribu Iſſachar non intendebant negot[...]nibus, ſicut illi de tribu Zabulon conuicini ſui, ſed vac[...] in tabernaculis ſtudio ſcripturæ, & ideo de eis erant [...] plurimi doctores legis diuinæ, vt ibidem dicitur.

Vnde proprie Pſalmiſta dicit, q, vox iſtius ſalutis q[...] hęreticis eccleſiã tuebatur, perſonabat in tabernaculis [...]rum. ſ. in ſtudijs ſanctorũ doctorũ. Et ne iſta victoria hu[...] ingenio attribueretur, ſubdit. *Dextera domini fecit virtute[...]* notanter repetit ter. *Dextera domini.* Et in primo loco & [...]tio ſeu vltimo ſubiunxit. *Fecit virtutem.* In medio aute[...]co dicit. *Dextera domini exaltauit me*, ad denotandum [...] principium & finis huius victoriæ, ſoli virtuti diuinæ [...]buendum eſt. Medium autem. ſ. huius victoriæ attribu[...] eſt humano ingenio tãquam inſtrumento a Deo exal[...]
vi

n medio,loco dixit.*Dextera domini exaltauit me.*
Conſequenter octauo dicit.Nō moriar,ſed viuam. Quod
r referri ad illud quod dixerat in Pſal. *Credidi, propter*
*cutus,&c.* qui eſt quartus Pſal.huius hymni. Ibi enim
tractans de martyribus dixit.*Pretioſa in conſpectu domi-*
*ors ſanctorum eius.* vt ibidem fuit expoſitum. Et ne quis
t, quod ſancti doctores non eſſent magni in cōſpectu
i,eo quod non fuerunt talem mortem pretioſam con
ideo dixit.*Non moriar,ſed viuam, & narrabo opera domi-*
ſi diceret quilibet ſanctus doctor.Licet ego non mo-
Deo tanquam martyr,viuo tamen Deo, ut narrem
lomini cōtra hęreticos impugnatores. Et quia iſti do
ancti licet non fuerint mortui pro Chriſto per mar-
corporale, fuerunt tamen multa paſſi incommoda
etates, ſimiliter martyria intrinſeca per abſtinentias
ias,& huiuſmodi,iō ſubdit.*Caſtigans caſtigauit me domi-*
*norti non tradidit me.*Hoc eſt dicere morti non fui tra-
Deo per martyrium extrinſecum,eo quod diſpoſue
ne,ut narrarem opera domini. Caſtigans,tamen ca-
me,id eſt, multipliciter caſtigauit me modo prædi-
od quodammodo eſt martyrium.
Con-

Conſequenter nono quaſi loquens populus fidelium ad D
huiuſmodi doctores ſanctos dixit. *Aperite mihi portas iuſtitiæ,*
ideſt,exponite mihi doctrinam ſacræ ſcripturæ, per quam
homo iuſtificatur.Talis.n.expoſitio ſeu declaratio, apertio
dicitur,unde Luc.24.g.*Aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcri-*
*pturas.*Et ingreſſus in eas cōfitebor domino,quia per ſcriptu
ras recte intellectas intratur ad confeſsionem Dei, ſcilicet
confeſsionem fidei & laudis,& ſequitur. *Hæc porta domini,iu-*
*ſti intrabunt per eam.* Cuius ſenſus eſt, quod intellectus ſanus
ſcripturæ ſacræ per ſanctos doctores apertus, eſt porta do-
mini, per quam iuſti intrant ad laudem Dei & fidei confeſ-
ſionem.
Conſequenter decimo, populus hoc q; petebat habens.ſ.
apertionem portarum iuſtitiæ,Deo alloquitur reddens gra-
tiarum actiones,& hoc eſt cum dicit. *Confitebor tibi quoniam*
*exaudiſti me.* ſ.aperiendo mihi per tuos ſanctos doctores por-
tas iuſtitiæ,quibus poſſem tibi recte confiteri & uere cogno
ſcere,quod factus es mihi in ſalutem ideſt,meus ſaluator.
Conſequenter undecimo oſtendens quomodo factus eſt
Deus ſaluator ſubdit. *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes,*
*hic factus eſt in caput anguli.*Exponatur hic uerſus & ſequēs de
Chriſto lapide angulari,prout in poſt.

GLOSSA ORDINARIA.
uia.*Aleph.* Amb.Pſalmus iſte inſtitutor eſt fidelium,
us omnium pomorum,quanto in ſuperficie videtur
t,tanto profundior,ſimilibus verbis contextus.
odor.Vbi generalis iuſtus loquitur, modo profiten-
d accepit, modo iterum
ſperando quę meruit,nul
ſione permiſtus, ſed no-
erum literis mutatis ex-
:.
.In hoc Pſal.tot ſunt octo
quot elementa apud He-
deſt,22.& ſinguli per om
ſus incipiūt a ſingulis ele
per ordinē,per quod innuit,quod hec ſunt elemēta
modo doctrina ad beatitudinē, cuius doctrinæ par-
gruis interpretationib.nominum elementorum de-
ur. Octonarius ipſe ſingulis diſtinctionibus innuit,
naquæque pars perfecta eſt, & ſufficit, vt ſi quis eam
n vita ſeptem dierum, perueniat ad octauam reſur-
is.Vel circuncifio cordis ſignificatur.
.Omnis mortalis doctrina ſuauis eſt in qua hic Pſal.
,quaſi ſol pleni luminis meridiano calore feruēs, per
Hebræi alphabeti digeſtus vt ſicut pueri in primis li-
n diſcēdē ſumimus,ita nos huiuſmodi elemētis vſū
ſque ad maturitatē.Singulis literis verſus octoni ſu-
ur,vt vnitatē deitatis quæ omnia regit, docerent,&
nē legitimę ſanctificationis.Octaua.n.die & circūſi
lege,& in Chri reſurrectione ſumus ei cōuiuificati.
us eſt *Halleluia*, quia in his Deus laudatur,in quib.eſt
peccatorū.Aleph doctrina interpretat̃,plenos ergo
ſequētes verſus attēde. Pri⁹ immaculati in via poſt
ur,ante.n.vita quam doctrina,bona uita ēt ſola gra-
et.Doctrina ſine uita non eſt integra. *Quia in male-*
*uolam*

Doctrina.
a Halleluia. Aleph. Pſal. CXVIII.

a Olim miſer homo pollutus,nunc contra ſi in via, & ſi ambulat in lege.Non ſine peccato ſed ſine criminali.

b BEATI IMMACVLATI 1

*uolam animam non introibit ſapiētia.*vnde dicitur.*Quærēt me mali,* Sap.1.a.
& non inuenient.Prius ergo corrigēda eſt vita, inde quærēda
cognitio.Prima ergo ſunt moralia,ſecūda myſtica.In illis vi
ta,in his cognitio,ſine vtraq; vero nō eſt perfectio.Idē ordo
in primo Pſal. *Beatus qui non receſſit a via iuſtitiæ.* inde in lege
meditatur.
*Aleph.* Ambroſ.Ideſt,doctri-
na,quod eſt cōmune toti Pſalmo
& quaſi prologus,quia cū cōſtat, E
quod omnes volunt eſſe beati,ēt
mali: His quę deſiderat adeptis,
docet q; plurimi neſciūt quomo
do veri beati, ne quis iā erret de
via beatitudinis.Chorus ſāctorū
loquitur a primo iuſto ad ultimū,quaſi diuerſi diuerſa q̄rūt
quibus beati ſunt.Sed hæc eſt uia,qui uolunt eſſe beati, ſint
immaculati.& ut de fidelibus,non de Chriſto accipiatur.
Ameros.Singulæ literæ ſunt quaſi tituli ſuorum uerſuum
continentiam eorum declarantes.
Ameros.Elementa ſcholæ Chriſti. Omnia perfecto nu-
mero iuſtorum: Partes ſunt ſecūdum numerum literarum.
* Beda.Totus hic Pſalmus,qui exhortationibus & inſtitu-
tionibus plenus eſt,ſub pſona canitur iuſtorū in Babyloni-
ca captiuitate degentiū,qui miſcent interdum uoces popu
lo pœnientes,ut & humiliter exæquēt ſe reis in cōfeſsione
culparum, ut & doceant iſta ob meritum populo cōtigiſſe.
Aliter uox Chriſti ad patrē,& de Iudæis, & de paſsione ſua.

PSALM. CXVIII.

B*eati immaculati.* Caſsiodo. Definitio beati per actus qui
in Chriſto ſine macula,ambulans in lege,& ſic ſcrutās Definitio beati.
ut prouehatur, aliter non eſt dignus perquirere niſi ſit pro-
babilis uitæ.
Caſſiodorus. *Immaculati* pluraliter, ut de fidelibus, non
de Chriſto accipiatur.
In F

NICOLAVS DE LYRA.
PSALM. CXVIII.

1 Beati immaculati. *Huic Pſalm.præmittitur pro tit.* Halle-
uia. *cuius expoſitio patuit ſup.per titu.vero non apparet au-*
*thor. tenetur tamen quod fuit propheta ſanctus quicunque*
*fuerit. Eſt autem Pſalm. alphabeticus. Alio tamen modo quam*
*alij alphabetici, quia in iſto ſub qualibet litera Hebraici alphabe-*
*ti ponuntur octo verſus per ordinem,ita quod omnes verſus primi octo*
*narij incipiunt per literam aleph,quæ eſt prima litera, & omnes ver-*
*ſus ſecundi octonarij per beth, quæ eſt ſecunda, & ſic conſequenter de*
*alijs. Et quia tranſlator non potuit ſic transferre,quod omnes verſus*
*primi octonarij inciperent ab ea, quæ eſt prima litera alphabeti Lati-*
*ni,ideo in primo octonario propoſuit aleph,ad deſignādū quod omnes ver*
*ſus illius octonarij per aleph incipiunt in Hebr. Currebat autem tunc*
*quidam modus ſpecialis verſificandi ſecundū ordinem literalem alphabe*
*ti,ſicut nos in illo hymno.* A ſolis ortu cardine. *In quo verſus*
*incipiunt ordinate per literas alphabeti Latini,incipiēdo ab a,vſq; ad*
*z,vt patet intueti hymnū illum,ſed in hoc Pſal.octo verſus,*
*inci-*
*incipiunt a qualibet litera,ibi autem vnus tantum.Nec video ibi aliā*
*ſignificationem niſi modū verſificandi ſpecialem, vt dixi loquendo de*
*ſenſu literali. De materia huius Pſal.ſciēdum, quod aliqui doctores ex* Mate.Pſal.
*ponunt eum totum de Dauid ad literā. Sed quia in quolibet octonario*
*eaſdem hiſtorias de Dauid repetunt, quod alibi non inuenitur in eod.*
*Pſal.nec videtur probabile fuiſſe intentionis Pſalmiſtæ in eodem Pſal.* Beatitudo dupliciter habetur.
*toties eandem hiſtoriā repetere,ideo alia via intendo procedere. Circa*
*quam ſciendum, quod ſecundū plures expoſitores Catholicos Pſal.iſte*
*loquitur de beatitudine,quæ frequenter in hoc Pſal.ſub nomine beati-*
*tudinis vel vitæ ſpiritualis memoratur.Beatitudo autem dupliciter ha*
*betur.Vno modo in re,& ſic habetur tantum in patria. Alio modo in*
*ſpe,& ſic habetur in via per bonorū operum merita,ſicut dicit Philo*
*ſophus 1.Ethic.de fælicilitate politica, quæ conſiſtit in vſu virtutū,q;*
*pueros beatificamus in ſpe, non quia adhuc operentur virtuoſe quia*
*videntur bonæ indolis & apti ad habendum virtutes politicas tempore*
*procedente. Igitur de beatitudine, prout habetur in via, loquitur* Diuiſio.
*Pſal.iſte.Et diuiditur in duas partes quia primo agitur de beatitudine*
*in generali,ſecundo de pertinentibus ad ipſam magis in ſpeciali,ibi.* In
* quo

MORALITER.

1 Beati *immaculati*. Sicut dictum fuit in expoſitione literali,
Pſalm. iſte loquitur de beatitudine in ſpe,per quem modū
habetur
habetur in uia per operum bonorum merita, & ſic patet
quod ſenſus literalis eſt ſimpliciter moralis, propterea de
alio pertranſeo.

a *In via.* * Euth. Per viam tranſitoriam hanc vitam intel A ligit, beatos eos dicens qui abſque reprehenſione per eã ambulant & recte viuunt.

⁑ Baſil. & Theodoretus. Qui regiam viam conſtanter ac recte ingrediuntur, nec ad dexteram, nec ad ſiniſtram, a pceptis legis exorbitant: viam .n. vitam vocat, hãc ſiqui dem ab vtero ad ſepulchrum vſq; ambulamus omnes.

* Hier. Magnificat immaculatos in via, hic grande quippe opus facit, qui viam ſpurcijs plenã immaculato calle pertranſit, ſicut Sol qui cum ſterquilinia pertrã ſeat, non eo inquinatur. (†Ad principium.)

a Chriſto, qui via & veritas & vita. vel in lege domini quæ eſt via ad vitam.
b Quod ſunt. c Deinde. d Non ocioſi. e Non carnis.
f Hoc non poſſunt niſi perfecte ſcrutetur.

a in via, qui ambulant in lege domini. Beati qui ſcrutantur te- 1
b a Scripturas. Si. Non vt hæretici. Non diuiſo. b Vnde, Non poteſtis 2
c Deo ſeruire, & mammonæ. c Non alium. d Hi beati, qui enim operantur 3
iniqua nondum immaculati ambulant in lege, ac per hoc nondum beati.
d ſtimonia eius, in toto corde exquirunt eum. Non enim 4
e a Via Chriſtus, viæ propheta & apoſtoli & omnes prædicatores Aug. Omnes vias 5
fides vna complectitur, qua viuit iuſtus.
f qui operantur iniquitatem, in vijs eius ambulauerunt.

Nota. In ſacris literis quotieſcunq; mentio fit de ſtatu ſanctorũ in termino, explicatur per terminos ſignificantes quietem. (Eſa. 32.) *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis.* Et. *Sedebitis ſuper ſedes duodecim, iudicantes, &c.* (Matth. 20.) Status vero ſanctorũ in via, qui conſiſtit in progreſſu virtutum & meritorum, explicatur per motum. (Epheſ. 3.) *Sic currite vt comprehendatis. ad ea quæ priora ſunt extendens meipſum ad deſtinatum perſequar brauium*, & D. Ioan. (Ioan. 9.) *Fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam, &c.* Sæpeque hortatur nos ſcriptura ut recte ambulemus: & hinc eſt quod ait (Phil. 3.) B Apoſtolus. *Non arbitror me comprehendiſſe: quia ſemper magna nobis reſtat via*, & animalia Ezech. ibant & non reuertebantur, & vnumquodque coram facie tua gradiebatur in via enim domini non progredi regredi eſt. & *Iuſtorum* (Prou. 4.) *ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectam diem*, æternitatis ſcilicet, vbi non eſt oriens neque veſpera.

⁑ Auguſtin. Si ergo vis eſſe beatus eſto immaculatus, illud enim omnes, hoc pauci volunt, hacque non peruenitur ad illud: non autem beati inquinati in errorem, qui ambulat in prauitate ſeruit.

⁑ Beda. Via lex domini, in qua lege qui ambulant, ideſt delectantur tanquam in ambulatore, bono, hoc eſt, qui non timore pęnę ſed amore iuſtitię legem domini complent, ſunt immaculati iam per ſpem, & quia immaculati, ideo beati.

b *Qui ambulant.* Non peccent. Vel ſi peccant, pęnitent, proſpiciunt & perſeuerant.

c *Qui ſcrutantur.* Aug. *Exquirunt:* hoc poſſunt & impij, ſed iã ſpe beati, quia ſunt inuenturi qđ quęrunt: non quia ſcrutantur & quęrunt, beati, ſed propter hoc qđ aderit, vt in euangelio. (Math. 5. b.) *Beati qui perſecutionem patiuntur*, & qui eſuriunt. Non quia hoc ſed propter hoc quod ſequitur, quia ipſorum eſt regnum cęlorum.

* Theodoretus & Baſilius. Legem vocat ab vniuerſitatis Deo per diuinum Moſem latam, mãdata vero & precepta rurſus vocat legem, tanquam regio more ab ipſo iniũctam C & imperatam. Iuſtificationes tanquã illam, quæ recte agentem iuſtum declarare poteſt. Iudicia autem tanquã diuinas ſententias oſtendentem & digna prœmia eorum, qui ſecundum legem, & eorum qui inique viuunt. Teſtimoni[a] tanquam teſtantem & demonſtrantem, quib. ſupplici[is] noxij ſunt ij qui ipſam tranſgrediuntur. Beatos igitur [di]cit etiã hic eos qui Dei teſtimonia continue perſcrut[antur] & in toto cord[e] quęrũt. Non c[...] bet autẽ eſt h[...] eius qui virtuti[...] giũ apprehend[...] quidem huiu[...] hõ minime m[...] ſuam in Deum [...] manes vitæ cu[...] titur, ſed totu[m] ſum Deo addic[...]

* Bed. Non fruſtra eſt hoc additum, vidit .n. ſpiritus [...] multos teſtimonia ſcrutari, non vt iuſti ſint, ſed vt d[...] vt faciãt, ſed vt quod faciendum eſt ſciant, ad hoc vt [...] dem hominum, vel aliquod ſeculare pręmium inde[...] rant & ideo addit, *in toto corde, &c.* Quod ſic intelligen[...] Beati ſunt qui ſcrutantur teſtimonia Domini, propter[...] ipſa ſunt data, ſcilicet vt in toto corde .i. in tota inte[...] eum tantum in eis exquirant, & exquiſitum inuenia[...] enim qui eum exquirunt beati ſunt, ſed qui eum inu[...] nondum tamen re, ſed tantum in ſpe.

* Aug. Lex eſt omne precepti genus, quod ad om[...] mines pertinet, tam qui præſunt quam qui aliorum[...] rio ſubiecti ſunt, &c. Siquidem omnibus hę leges la[...] *Non mœchaberis, non occides, &c.* Eadem uero res & mã[...] quoque appellata eſt, quoniam nobis a Deo mandat[...] ut bonis operibus ſtudeamus, atque a initio abſtinear[...] ſtificationes autem & eadem, quoniam iuſti mãdata [...] tes iuſtitiã a Deo conſequuntur. Teſtimonia deniqu[...] doquidẽ Deus per ſcripturas ſuas cõteſtatur, ut omn[...] data illius obſeruemus.

d *Exquirunt enim.* Auguſtinus. Propter hoc ſcrutand[...] teſtimonia, vt Deus inueniretur, aliter non valuit, vt [...] lunt eſſe docti, non iuſti, vnde gloria apud homines [...] pud Deum.

e *Non enim qui.* Aug. Quaſi, qui peccatũ habet, non [...] let in vijs, Vel, qui ambulant, ſine peccato ſint Sed n[...] tur illi operari iniquitatem, qui etſi quotidie fragili[...] ter peccant, non tamen amant, ſed oratione & ſigno [...] deſtruunt. Peccatum iniquitas eſt, nõ tamen ſine p[...] qui in vijs ambulat, ſed nõ ipſe operatur illud, ſed qu[...] bitat in eo peccatum, cum nõ vult quod agit. Fomes [...] in nobis, qui langor eſt naturæ, commouet illicita [...] ria, & ita non ſine peccato. Sed non operatur, qui de[...] carnis non obedit. Qui vero obedit, a vijs deuiatur. [...] confitetur & orat, & hęc ad vias pertinent, & prop[...] peccatum non imputatur.

f *Operantur iniquitatem.* Caſſ. Ex dilectione nõ inuitu[...] dicit, quod odi facio. Beati qui ſic agunt, & ne hęc c[...] nantur, ſubdit iuſſionem domini.

NICOLAVS DE LYRA.

* quo corrigit, *prima in duas, quia primo agitur de beatitudinis ſtatu, ſecũdo de eius appetitu, ibi.* Vtinam dirigant. *Prima adhuc in duas, quia primo oſtenditur qui ſtatum beatitudinis aſſequuntur, ſecũdo qui ab ipſo excludũtur, ibi.* Non enim. *Circa primũ ſciendum, ꝙ beatitudo prout habetur in via, conſiſtit in perfectione vitę actiuæ & contemplatiuæ. Vita vero actiua præcedit contemplatiuã, quia mens non poteſt eleuari libere in contemplatione veritatis, niſi paſſiones appetitus ſenſitiui fuerint moderatæ per exercitium moralis virtutis, quod pertinet ad vitam actiuam. Vnde dicit Gregorius 6. moraliũ. Cũ aliqui contemplationis arcẽ tenere deſiderant, prius ſe in campo per exercitium operis probent, vt ſolicite ſciant ſi nulla iã mala proximis irrogant, ſi irrogata ab aliis æquanimiter portant, ſi obtentis bonis temporalibus nequaquã mens lętitia ſoluitur, ſi ſubtractis nõ nimio dolore ſauciatur, &c. et ideo primo ponitur perfectio vitæ actiuæ, cũ dicitur.*

Beati immaculati. *Ideſt, carentes macula mortalis peccati.*

1 In via. *Vitæ præſentis.*

2 Qui ambulant. *Mandata eius opere adimplendo, quia nõ ſufficit declinare a malo, ſed cum hoc requiritur operari bonũ. Propter quod dicit Gregorius Homil. 33. Minus eſt mala nõ agere, niſi etiã quiſque ſtudeat & bonis operibus inſudare. Secundo tangitur perfect[io] contemplatiuæ, cum dicitur.*

3 Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius, &c. *Ideſt, eloqui[a] per prophetas nobis tradita, quæ ſunt miraculis tanquã di[uinis teſti]moniis confirmata, Marci vl. d.* Illi autem profecti prædic[auerunt] vbique domino cooperante, & ſermonem confirma[nte ſe]quentibus ſignis.

4 In toto corde exquirunt eum, &c. *Ideſt, intellectu & [a]ffe[ctu]. Differt enim contemplatio ſanctorum a contemplatione Philoſophorum, quia contemplatio Philoſophorum eſt propter perfectionem contemplantis, & iõ ſiſtit in intellectu. Sed cõtemplatio ſanctorũ cõtemplantio Theologica, eſt propter amorẽ ipſius contemplati Dei, & ideo non ſiſtit in intellectu per cognitionem, ſed tranſ[it in affe]ctum per amorem, & ideo ſancti in contemplatione iſta pon[unt amo]rem Dei tanquam principaliter intentum.*

5 Non enim qui operantur iniquitatem. *Hic conſeq[uenter o]ſtenditur, qui a perfectione prædicta excluduntur ſcilicet deli[nquentes] quod notatur cum dicitur:* Non enim qui operãtur iniqu[itatem] in vijs eius ambulauerunt, *ſed magis in deuiis a via v[...] etiam negligentes, quod notatur ibi, cum diditur.*

: Beda Venerabilis. Interrogetur D. Paulus Apoſtolus licat quomodo & peccatū faciunt, etſi enim inquit Ioan. *Si dixerimus quia peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus & tas in nobis non eſt*. Et idem Paulus confitetur etiam pecm ſe facere cum dicit. *Non quod volo bonum facio ſed quod malum illud ago, ergo.* Oportet aut tales putē non ambulare in eius, aut eſſe ſine ato. De peccato ita dicit. *Non au go illud operor, ſed ans in me peccatum.* a quoque ſe ambu oſtendit, vbi ait. *V- autem eorum quæ re- int obliuiſcens in ea quæ ante ſunt exten- mper ſequar ad pal- ſuper me vocationis ſt in Chriſto Ieſu.* Ec luta quæſtio. Sed s alia exoritur quæſtio. Quæritur quomodo id cum fa- & non faciat peccatum? Ad quod ſic reſpondendum, ndocunque illiciti motus nobis inſurgunt, ſi tantum ſur ffectus, & nullus relaxetur effectus, hoc eſt ſi volunta- non præbemus eorum deſiderijs, & ſi ſic nos refrena- vt non exhibeamus membra noſtra arma iniquitati ad itatem, ecce peccatum non operamur. Sicut Apoſto- loque præcipit. *Ecce peccatum in mortali corpore veſtro non* . Et, *Nolite exhibere membra veſtra ſeruire iniquitati ad ini- tem*. Sed tamen quoniam non eſt vigor alienæ naturæ, ingor infirmitatis noſtræ, illud, vnde deſideria illicita nt in nobis? vnde Apoſtolus. *Sed quæ habitet in me pecca-* deo nos quoque facimus peccatum. Et ſic idem & fa- s & non facimus peccatum. Et ideo rurſum quæritur. os quotidie in Dominica oratione dicamus. *Dimitte no ita noſtra*. Vel pro his quæ conſentientes facimus, vel eſiderijs quæ non nos ſed peccatū quod habitat in no- cit? Quod B. Aug. ſoluēs inquit: prout ad præſens ſape- ſſum. Dico vniuerſis reatus veſtri languoris, & noſtræ nitatis ad omnibus, quæ conſentientes diximus, feci- aut cogitauimus, ſacramēto baptiſmatis eſt deletus, & etſi languor nobis ineſt, non tamen obeſt, ſi non con- imus ei, faciendo, dicendo, aut tacite aſſentiendo. Sed n quoniam *vita hominis militia eſt ſuper terram*. Ideo vigi- s quidem cōtra maiora crimina, & ſæpe nobis incau- ſrepunt quædā, quæ etſi ſingula ſua mole nō conterūt alta contra nos collata aceruo nos obruūt, & ideo pror otidie eſt orandum, ieiunandum & eleemoſinandū.

a *mandaſti.* Caſſiodorus. Vel ita continua: Beati qui ſic agunt, & ne hæc contemnantur, ſubdit iuſſionem Do , dicens: *Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri*. Vel nimis laſti, vel nimis cuſtoditi.

b *ſtodiri*. Hieronymus. Non ergo tepido corde nec diſ- animo, ſed fortiter & attentè nos ſua mandata edocet dire.

✠ Beda Vener. Ecce lex poſita quia dictum eſt. *Tu manda mdata tua*. Sed quoniam multi dixere, ſolam cognitio- egis ſufficere ad auxilium liberi arbitrij, ideo ſubſe- er optat iſte auxilium gratiæ, vt per hoc doceat quam eſſaria gracia.

c *imis.* Aliquando plus quā oportet quod nō hic, ſed pro valde.

a Hi non ambulant in vijs qui operantur iniquitatem, & verè quia. Vt ambularent, & ideo ambulandum. Per Prophetas & Apoſtolos. b Caſ. Vt nec iota pretereatur. Pluſquam patitur natura carnis. c Ambroſ. Sed ad hoc ſine gratia non mihi ſufficio.

a Tu[a] † mandaſti, mandata tu[b]a cuſtodiri nimis. Vtinam[c] † 1
b a Caſ. Actus hominis huius vitæ, qui per ſe tortuoſi. 2
c d dirigantur vi[a]æ meæ, ad cuſtodiendas † iuſtificationes, 3
e a Quia. In Adam confuſus & nudus, nunc in conſpectum Dei venies quaſi ſecurus. Aug. Quia non auditor obliuioſus eſt, ſed factor operis, Confunditur qui inſpicit ſi non facit. b Vnde Si quis auditor eſt verbi, & non factor, &c. c Quaſi in ſpeculo.
f tuas. Tu[a]nc non confunda[b]r, † cum perſpe[c]xero in om- 4
a Vnius reus, punitur. b Et tunc. Non ero ingratus, ſed laudabo, quod diſtortus non poteſt. c Quia tu feciſti directum cor meum. Auguſt. Confitebor pro eo quod didici, ſi dirigitur cor ad cuſtodiendum, quia aliter inde non lætarer, ſed accuſarer, nam quid proderit quod ea didicerim, ſi corde peruerſo vias ago prauas?
nibus ma[a]ndatis tuis. Co[b]nfitebor tibi in dire[c]ctione cordis, 5
A patribus, non per me inueni. 6
g h † in eo quod didici iudicia iuſtitiæ tuæ. Iuſtificationes tuas 7

valde. Auguſtinus. Caſſiod. Diſtingue nomina. Lex eſt vmbra futurorum, quæ ſpiritualiter debet cuſtodiri, vt de ſacrificijs & huiuſmodi Teſtimonium eſt euidens res quæ commonet alios. Vnde Iacob: *Lapis iſte erit in teſtimonium.* Et Dominus curato leproſo dicit: Offer. mu. tu. in teſtimonium, Sic & præcepta dicuntur teſtimonia, quę monent ne peccemus. Mandata ſunt ſine vmbra, quæ præſentem habent operationem: vt diliges do. d. *Et nota*, qa teſtimonia accipit in prohibendo, & mandata in iubendo.

D

Hebr. 10 a. Gen. 31 g. Matth. 8 a.

† firmentur.

† ſtatuta tua.

† dum inſpicio omnia mādata tua.

d *Vtinam.* Auguſt. Optat contra ſuperbiam liberi arbitrij, cui nō eſt ſatis doceri, niſi prius dirigatur.

Ambroſius. Quaſi te mandante legem accepi, ſed niſi adiuues, fit mihi mors.

Ambroſius. Vita beati expreſſa optat eam. Vtinam diri. ad cuſtodien. aliter non poſſunt cuſtodiri.

✠ Caſſiodorus. In quo quod ſuperius optauit exprimit. nemo enim poteſt ad cuſtodiēdas iuſtificationes Domini peruenire, niſi cuius viæ à Domino dirigi comprobentur.

e *Iuſtificationes.* Niſi directæ vię noſtræ ſint. Iuſtificationes priſco populo multæ fuerunt, ſcilicet vt famulus Hebræus ſex annis ſeruiat, vt pater reuerenter habeatur.

Caſſiod. Filius diſciplinetur, Deus timeatur, ſacerdos honoretur, & his ſimilia. Hę poſſunt cuſtodiri, ſi prę oculis ſemper habeantur mandata, vt praua mox emendentur per ea. Omnia, ne peccando contra vnum ſit reus omnium, vnde Iacobus. *Si quis totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno factus eſt omnium reus*. Quod euitat qui proſpicit in mandatis, qui in mandatis non proſpicit, in quo erret neſcit.

E

Iacob. 2. b.

f *Non confundar.* Ambr. Ante enim in Adam confuſus es & nudus factus, cum operuiſti te folijs fici, quia confundebaris. Abſcondiſti te à conſpectu Dei, quia erubeſcebas. Nunc autem venis in conſpectum Dei. Caſsiodorus, per gratiam liberatus.

Gen. 3. b.

✠ Gregorius. Nam grauiter vnuſquiſque confunditur quando mandata Dei vel legendo vel audiendo reſpicit, quæ viuendo contempſit.

libr. 18. m.

✠ Hieronymus. Omnia æqualiter cuſtodire oportet ne in futuro iudicio confundamur.

✠ Theodoretus, & Baſilius. Peccati fructus eſt pudor, ſic & diuinus Apoſtolus, inquit, quem igitur fructum habetis tunc in quibus nunc erubeſcitis? Qui vero omnia mandata Dei perficiunt, à conſcientia fiduciam habent.

g *Didici iudicia.* ✠ Caſsiod. Indicat à beatis patribus ſibi traditam diſciplinam, non autem vt quidam faciunt ſtudio per uerſitatis inuentam.

h *Iudicia iuſtitiæ.* Sunt quia famules liberat perſecutione diaboli laborantes.

✠ Beda Venerabilis. Quaſi dicat ſi tantum ſciam & non faciam, non vnde lætabor habebo, ſed vnde damnabor. & notandum quod hoc verbum didici hoc habet in ſe, non enim aliter vere diſceret niſi faceret. Vnde Dominus in Euang. *Omnis qui audiuit à patre meo, & didicit venit ad me.*

F

a *Non*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis.* Id eſt, cum magna diligentia & ſolicitudine, qua carent negligentes, & per cōſequens à mandatorum diuinorum impletione. quorum ali pertinent ad vitam actiuam, ſcilicet illa quæ pertinent ad charitatem proximi, aliquando vero ad cōtemplatiuam, quæ directè pertinent ad amorem Dei.

2 *tinam dirigantur viæ meæ*. Hic conſequenter agitur de beatitudinis appetitu, cum dicitur in perſona totius Eccleſiæ: *tinam dirigantur viæ meæ.* Id eſt, proceſſus cogitationum & operum meorum.

3 *d cuſtodiendas iuſtificationes tuas*. Id eſt, mandata tua ad vitam actiuam & contemplatiuam pertinentia, quæ continent iuſtitiam perfectam, & quia hoc non poteſt fieri, niſi præcognoſcantur, quia ad incognitum nullus dirigitur, niſi à caſu: & ideo ſubditur.

4 *Tunc non confundar, cum perſpexero in omnibus mandatis tuis.* Id eſt, perfecte inſpexero. *In omnibus mandatis tuis.* Cognoſcendis. Et quia ad hoc requiritur illuſtratio & directio Dei, ideo ſubditur.

5 *Confitebor tibi in directione cordis.* Id eſt, quod directio cordis mei, ad intelligendum prædicta, ſit à te, ideo ſubditur.

6 *In eo quod didici iudicia iuſtitiæ tuæ*. Quæ non poſſem ſine tua directione didiciſſe. Et quia ſicut dictum eſt, talis notitia non ſiſtit in intellectu, ſed tranſit ad affectum per dilectionem, quæ ſecundum Gregor. operatur magna ſi eſt: ideo ſubditur.

7 *Iuſtificationes tuas.* Id eſt, mandata tua.

a *Non me dereling. &c.* Caſſiod. Iuſtificationibus conceſſis petit à Deo cuſtodiri, quia ſcit diabolum circuire. Vel ita precatur Chriſti aduentum, ante quem Deus reliquerat mundum pro peccato, ſed iam orat ne vſquequaque, i. valde relinquat, quod iam impletū eſt in aduentu Chriſti, quia Deus in Chriſto mundum ſibi reconciliauit.

2.Cor.5.d.

✻ Theodoretus, & Baſilius. Sæpius diuina gratia nonnullos ad breue tempus deſerit, vtilitatem illis hinc procurans. Sic cum magnus Elias derelictus eſſet in timiditatis affectum incidit, & humanæ naturæ imbecillitatē didicit ſed actutum rurſus diuinam nactus eſt gratiā. Sic diuinus Petrus, cū negaſſet prolapſus eſt, ſed protinus Dn̄s eū ſuſtulit. Deſtitutus autem penitus diuina ope Iudas parata prę da hoſtibus fuit. Derelictus etiā fuit beatus Dauid poſt peccatū illud, & in aſperas illas calamitates incidit, ſed rurſus erga Deum fiduciam recepit & illinc opē conſecutus eſt: Saul vero penitus hac orbatus, & ſpiritus gratiam amiſit & prau ſpiritui obnoxius fuit. Iure igitur vates precatur ne dereli quatur vſquequaque, hoc eſt ne gratia auxiliante ſpol etur.

✻ Gregorius. Omnipotens Deus eos quos in æternu diligit, aliquando ad tempus relinqu Vnde ſcriptum eſt. *Ad punctum in mo cu dereliqui te, & in miſerationibus mag congregabo te, in momento indignationis ſcondi faciem meam parumper à te, & in ſericordia ſempiterna miſertus ſum tui.* Hi etiam pſalmiſta deprecabatur dice *Non me derelinquas vſquequaque.* De linqui igitur ſe ſed ad modicum p vtiliter nouerat qui ne vſquequaque linqueretur petebat. Sanctos etenim ſuos Dominus, mendo adiuuat, derelinquendo probat, donis firmat, bulationibus tentat.

a Et etiam opera iuſtitiæ faciam. b Quaſi dicat vt cuſtodiam. c Ambroſ. Et ſi relinquis ad probationem vt Iob. Auguſtinus. Et ſi relinquis aliquando; vt infirmus nihil videar.

a cuſtodiam, non me derelin- 1
quas vſquequaque. 2

a Alias valde id eſt, in pœna, & ſic gloriabor in te, non in me.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Cuſtodiam.* Opere adimplendo, & quia ad hoc requiritur adſiſtentia diuinæ gratiæ, quæ facit opus meritorium, ideo ſubditur.

2 *Non me derelinquas vſquequaque.* Quaſi dicat, ſi me ad momentum dimiſeris, non potero cuſtodire.

GLOSSA ORDINARIA.

a *Beth.* Caſſiodorus. Hic oſtendit præcepta liberare hominem de confuſione, id eſt, de lapſu peccati. In prima litera partes beatitudinis exponit, in quibus precatur ſe cuſtodiri. In ſecunda tempus conuerſionis aperit, in quo potiſſimè à lapſu & confuſione fluxæ ætatis ad Deum quis conuerti debeat. Vnde congruè huic octonario præmittitur litera *Beth*, quæ interpretatur confuſio.

† mundabit puer.

Ambroſius. Beth, Confuſio declaratur.

✻ Beda, Venerabilis. Exponit fidelis populus in ſermonibus Domini, quibus delectationibus perfruatur, oſtendens ſe eſſe domum Domini, & receptaculum mandatorum eius, cuius myſterium ſecunda litera continet.

b IN *quo corrigit.* Ambr. Quia ſi confuſus de errore & laſciuia fluxæ ætatis, iam iuuenis deliberat, quomodo viam corrigat.

Auguſtinus. Quia poſt meditationem videntur meliora conſilia, ſubdit propheta quaſi ſimilis, deliberans conſiliū: o Domine: In cuſtodiendo ſermo. &c. vnde ad Dominum conuerſus quaſi prece delata. Vel, hoc conſilium Dei inſpiratione perceperit, non humana præſumptione.

c Ambroſius. Melius eſt præuenire iuuentutem correctione, quam poſt lapſum recordatione deflere & dicere: *Delicta iuuentutis meæ &c.* Hoc eſt, debilitatis remedium, illud re ſalutis, hæc eſt res in periculo, quia graue eſt conſueta re lere. Magnum enim in ſe conſuetudo vinculum habet il bono. vnde: *Bonum eſt viro, cum tollit iugum ab adoleſcentia* facilius enim eſt retrah ingreſſu, quam ab rapt nere prauæ conſuetu reuocari.

c *Adoleſcentior viam ſu* Auguſtinus. Quia hac te potiſſimum debet fi Vel iunior filius qui in gelio legitur viam ſuam prauaſſe, vel potius qui tat imaginem noui h nis, inde veteris.

Caſſiodorus. Vel adoleſcentior. In qua ætate mo pronior eſt ad peccandum. vnde: *Fili, à iuuentute tu excipe doctrinam, & vſque ad canos inuenies ſapientiam.*

✻ Baſilius, Euthymius, & Theodoretus. Inſtabilis e iuuentus, varijs eum affectionum fluctibus circunuol Opus itaque illi ductore eſt. Hoc vero eſt diuinorum loquiorum proprium. Quod enim armentario pullo eſt num & domitor, hoc iuuenibus eſt verbum Dei.

d *In cuſtodiendo.* Auguſtinus opere. Vnde non ait: in le do vel in memorando, aliter non poteſt corrigere, niſi cuſtodiendo, & ita eſt ſenior mente vt Daniel. Nam qu verba Dei tenendo agunt ne obliuiſcantur, nec agu uendo, vt corrigantur.

Domus:

Beth.

a Præmittit interrogationem cum deliberatione. Iuſtificationes tu cu. quæ ſunt cuſtodiendę, quia. b Spiritualis populus vel pronior ad peccandū, vel Gentilis populus.

IN quo † corrigit adoleſcentior 1
viam ſuā, in cuſtodiendo † ſermones tuos. In toto corde meo 3 2

a Prauā conſuetudinē. b Opere, quia fruſtra cuſtodit memoria ſine vita, in peruerſa vita nō eſt correcta via.

a Fidei. b Quia in his eſt correctio & ideo. c Qui non in toto corde negligens eſt & repellitur. Ita iam ſenior mente, aliter non poteſt.

d Ne pel.

NICOLAVS DE LYRA.

1 IN *quo corrigit.* Hic incipit ſecundus octonarius, vbi Pſalmiſta incipit tractare de pertinentibus ad beatitudinem quæ conſiſtit in operibus vitæ actiuæ & contemplatiuæ, vt dictum eſt, & primo de pertinentibus ad actiuam, ſecundo ad contemplatiuam. 11. octonario, ibi: *Defecit in ſalutari, &c.* Prima in duas: quia circa perfectionem vitæ actiuæ. Primo ponitur remotio impeditiui. Secundo aſſecutio promotiui, octonario quinto, ibi: *Legem pone.* Circa primum ſciendum, quod ad perfectionem vitæ actiuæ triplex eſt impedimentum, ſcilicet paſſionis impulſus, virtutis humanæ defectus, & corporis aggrauantis pondus. Primo ponitur primum, ſecundo ſecundum, ibi: *Retribue.* tertio tertium, ibi: *Adhæſit pauimento.* Ad euidentiam dicendorum ſciendum, quod perfectiones vitæ actiuæ, & contemplatiuæ ſunt connexæ, quia ſicut dictum eſt, actiua diſponit ad contemplatiuam, & contemplatiua ex amore Dei facit deſcendere ad actiuam pro neceſſitate proximi releuanda. In cuius figura angeli deſcribuntur aſcendentes & deſcendentes in ſcala Iacob, Gen. 28. & per conſequens pertinentia ad vtramque vitam habent ad inuicem connexionem, & multo fortius diuerſa ad actiuam pertinentia ad inuicem connectuntur, & ſimiliter pertinentia ad contemplatiuam. propter quod in ſingulis octonarijs verſuum plura de contentis in alijs octonarijs p tur, uariatis tamen uerbis & ordine, ſicut patet intuen ram huius pſalm. propter quod diuiſio eius per octon quam incepi & proſequar, nō eſt præciſa, uerbi gratia, in hoc ſecūdo octonario præciſè agatur de repreſſion ſionum: ſed ſi cum hoc plura alia ponuntur in alijs o rijs contenta: tamen ponuntur hic per quandam red nem ad huiuſmodi repreſſionem, ſcilicet per modum cedentiæ uel cōſequentiæ & huiuſmodi, licet talis re aliquando ſit longinqua: & eodem modo dicendum e octonarijs. His igitur præmiſſis, quia iſte octonarius latur à repreſſione paſſionum, ſcilicet iraſcibilis & c piſcibilis, quæ magis uigent de communi curſu temp uentutis, ideo dicitur per modum quæſtionis: *In quo adoleſcentior viam ſuam.* Sequendo paſſiones iræ & co ſcentiæ. & reſpondetur.

Diuiſio.

Actiuæ vitæ impedimentū triplex.

2 *In cuſtodiendo ſermones tuos.* Qui inducunt ad repre paſſionum. Et quia concupiſcentes ſpiritum correctio frequenter ex magno feruore mouentur in principio in perſona alicuius talis ſubditur.

3 *In toto corde meo.* Minus dicit, & plus ſignat.

*re repel.* Amb. Vel de prelatione eccleſiaſtica agit, quã egligẽter adminiſtrat, à Deo repellit, quod ne ſibi fiat, recat dicens: *Ne repellas me à mandatis tuis*, docendis vel ntiãdis in eccleſia: à quibus negligẽs repellit, ne tollat meliori, & ne ſibi plus contrahat offenſionis. Ipſe eſt us, qui nec fer- fidei calidus eſt frigidus algore in- tatis, qui non ra- e manu Dei ſed ur vt peior, frigi d eſt, penitus in- , vnde in Apoc. *m frigidus eſſes aut calidus.*

Auguſ. Ne repellas atis quippe eius atque arduis hu a non comparat nitas, niſi præue eius adiuuet cha- Qui non iuuatur flammeo gladio bore vitæ prohi- r indignus.

a Quod eſt ex dono Dei. Non adiuuando. b Ideo. Q.d. indignum eſt cum toto corde quæro. c Ab intelligentia legis à qua repellitur, qui à Deo non adiuuatur. d Exquiſiui & memoriæ commendaui.

a exquiſiui te, † ne repellas me à mandatis tuis. In corde meo 1 2

a Pro porcis & canibus. b Quia dicis. Nolite ſanctum dare canibus. c Quia habeo eloquia, gratias ago. In natura, vel in tuis quos benedicis.

b c abſcondi eloquia tua vt non peccem tibi. Benedictus es do 3 4

a De reliquo. Facete. Fruſtra abſcondi in corde niſi ſequantur opera iuſtitiæ b Eloquia vnde viuificatur homo Opera ſanctorum quę imperat Deus c Cordi concinnis. d Q.d. abſcondi & tempus videns pronuntiaui Aliis. Vnde clama, ne ceſ. quaſi tu. ex vo. t.

mine, doce me † iuſtificationes tuas. In labijs meis pnũtia- 5 6

a Omnia, non tua ſed omnia oris, id eſt, quę per eloquia tua mihi dixiſti. b Etiam. Auguſt. Chriſto, in quo omnes theſauri.

d e ui omnia iudicia oris tui. In via teſtimoniorum tuorum 7 8

In hac vita: a Non comparantur hę ſpiritualibus in gratia, ſed quia hominibus ſuaues. b Et ibi immorabor &. Doce me facere iuſti. tu. & ſi amplius docueris.

f g † delectatus ſum, ſicut in omnibus diuitijs. In manda- 9 10

a Alias, garriam. b Ita cognoſcam.

h tis tuis † exercebor, & conſiderabo vias tuas.

b *Abſcon.* ✠ Chryſ. Dic mihi cuius culpa eſt, merito iacen per lapidẽ ſemina verbi rapiunt volatiles dęmones? q̃ neglectũ eſt & contemptũ hoc diabolus diripit, ſi ergo onderis verbum in ſulco pectoris tui, germinabit tibi ti em, liberat te à peccato, *Timor domini expellit peccatum.*

Beda Venera. Nota quod pręcepta dominica & in cor- nt abſcondenda, & non ſunt abſcondenda, abſconden- um & firmiter in corde noſtro retinenda ſunt ad no- æ ædificationem vnde hic dicitur: *abſcondi ea ad hoc vt non peccem tibi.* Non autem ſunt abſcondenda ſed enũncian- conſeruis denegemus cibaria, quia præcipit hoc vtrũ- Apoſtolus dicens. *Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem.*

Baſilius. Qui terrenas diuitias poſſidet, nõ ſinit eas qui- is eſſe expoſitas, ſed interioribꝰ penetralibus abdit, quo ſi n manus effugiant. Ita & qui ſpirituales diuitias habet, imo ſuo illas abſcõdet, ne hic per inanem gloriam ani- um deprędator fiat.

enus peccati, obſtinatis prædicare, vnde. *Nolite ſanctum canibus, & margaritas ante porcos pro.*

h *Confundan. ſuperbi.* ¶ Baſil. & Theod. Non execratur ini-
micos, ſed pro illis orat, confuſio namque ſalutem operatur,
igitur ipſe conſecutus erat medelam, eãdem vt illi acquirãt
petit.

¶ Euthym. Erubeſcant, quod nihil potuerũt perficere, eo
quod ſuperati, & profligati ſunt. Ipſos autem dæmones in-
telligit ſeu diuinæ legis contemptores, vt diximus. Iniuſte
autem fecerunt iniquitatem in me, qua propter inuidia me
aggreſſi ſunt. F

i *Conuertantur.* Caſſiodo. Superbi confundantur, inſipientes
conuertantur.

¶ Baſilius. & Theodoretus. Cum longiſſime abeſſet a iu-
ſtorum choro ob peccatum, cumque illi omnes infenſi eſ-
ſent ei, non ſecus ac ipſe deus, precatur rurſus, vt cum illis
in

NICOLAVS DE LYRA.

1 Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me. *In ſtatura recta ad videndum cælum.*

2 Da mihi intellectum. *Hoc eſt eleuationem intellectus, ad te cogſcendum, & amandum.*

3 Vt diſcã. *Vt ſic poſſim ea opere adimplere, ſtimulatus tua charitate.* 4 Qui timent te. *Timore filiali, annexo charitati.*

5 Videbunt me, & lætabuntur. *Quia charitas dei gaudere facit de bono proximi, ſecundũ quod dicitur. 1. Corin. 13. b. de charitate:* Non gaudet ſuper iniquitate, congaudet aũt veritati. *Et qa homines boni aliquando ex fragilitate humana committũt aliqua, propter quæ a deo puniuntur, in præſenti, ne poſtea grauius puniantur, ſicut patet. 3. Reg. 13. de viro dei, qui ſeductus a falſo propheta in Bethel dixit, propter quòd a Leone occiſus fuit, tamen leo cadauer eius nõ tetigit, ſed magis præſeruauit, ad oſtendendum peccatum eius illa pœna deletum, & in alijs eius actibus vitæ ſuæ meritum, ideo ſubditur.*

6 Cognoui domine, quia æquitas iudicia tua. *Quibus punis licet aliquando ſint occulta.*

7 Et in veritate tua humiliaſti me. *Corripiendo iuſte.*

8 Fiat miſericordia tua. *In offenſarum mearum deletionem.*

9 Et conſoletur me. *De ſpe vitæ æternæ.*

10 Secundum eloquium tuum ſeruo tuo. *Ideſt, ipſi Abrahæ cui promiſiſti vitam æternam, & eius ſemini, vt dictum eſt ſupra 7. octonario huius pſal.*

11 Veniant mihi miſerationes tuæ. *Vita gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro.*

12 Quia lex tua meditatio mea eſt. *Quæ quidem meditatio eſt diſpoſitio ad gratiam habendam, & habitam augmentandam. Et quia ex profectu bonorum cauſatur confuſio dæmonum, ſequitur.*

13 Confundantur ſuperbi. *Id eſt, ſpiritus maligni, qui de cælo propter ſuam ſuperbiam ſunt deiecti.*

14 Quia iniuſte. *Licet .n. iuſte a deo permittantur nos tentare, tñ poteſtate ſibi conceſſa vtuntur iniqua voluntate.* 15 Ego aũt exer. *Quia quanto homo ſentit ſe a dæmonibus plus tentari, tanto magis debet in bonis operibus exerceri, & quia in pugna contra dæmones indiget homo ſuffragiis bonorũ, iõ ſub.* 16 Conuer. *in auxiliũ meũ.*

7. Et

1 Timen-

in gratiam redeat, & A familiaritatem renouet. Hoc enim Symmachus explanatius dixit, conuertant me qui timent te.

† ad me, qui timent.

a Fiat cor meum immaculatum. Caſſiodorus. Poſt omnia non audet dicere, quòd ſit, ſed petit fieri immaculatus.

✻ Theodoret. Cor ab omni reprehenſione liberum habere

a ¶Caſſ. Quos iam lectio imbuit, etſi nondum operatio. b ¶Aug. De Chriſto per prophetas prædicta, & in eo monſtrata per miracula.

uertantur † mihi timentes te, & qui † nouerunt teſtimonia 1
2
a ¶Quod vt impetrem fiat. ¶August. Donata regeneratione, adiuta confeſſione, fuſa oratione hoc fit. ¶Non in viribus meis.

tua. Fiat cor meum immaculatum in iuſtificationibus tuis, vt 3
4
non confundar.

bere deſiderat, quandoquidem huius[modi] cor a pudore [liberum] eſt, propter[ea] & rurſus pſalmum ordiens, innocentes ab omni reprehenſione vacuos beatos eſſe dixit.

b Vt non confundar. Confundantur ſuperbi ad correctionē ego autem non ad pœnam.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Timentes te. *Timore filiali.*

2 Et qui nouerũt teſtimonia tua. *Intelligendo & operando. Et quia per bonum exercitium purificatur cor humanum, ideo ſubditur.*

3 Fiat cor meum immaculatum in iuſtificationibus [tu]is. *Id eſt, in exercitio mandatorum tuorum iuſtificantium.*

4 Vt non confundar. *In præſenti per lapſum culpæ, & in futuro per lapſum in foueam gehennæ.*

## GLOSSA ORDINARIA.

Ambr. Caph. Latina interpretatione ſignificat incuruati ſunt.

a Caph. Caſſiodo. In 11. litera peregrinus huius mundi aduentũ domini nimis deſiderat, dicens: Quãta tulerat a ſuperbis, petens vt in mandatis dei perſeueret.

Caſſiodorus Caph. Incuruatus, quia feſſus longa militia cupit diſſolui, & reuerti ad principium, cuius ante meminit, ſed B tamen non recuſat laborem, veniãt miſerationes, & vitam, quia defecit in ſalutari.

† Deſiderauit ſalutem tuã.

† ſperaui.

† Verbum.

¶ Incuruatus.

### Caph.

a ¶ A ſe. ¶ Ab animalitatis ſuæ appetitu tendens. ¶ Id eſt, laſſata eſt diutina expectatione. ¶ Ecce curuatio humilitatis. b Practicus oſtenditur. ¶ Et fit ſpiritus vnus cum deo, quoniam qui adhæret deo, vnus ſpiritus eſt cum eo.

D † Efecit in ſalutare tuum anima mea, & in 1
a ¶Filium. ¶Prom ſſum. b ¶ A contuitu temporalium tendẽtes. ¶Ambro Iam theoricus demonſtratur. 2
verbum tuum ſuperſperaui. † Defecerũt 3
a ¶ Auguſt. Quibus Prophetæ dicuntur videntes.
oculi mei in † eloquium tuum, dicentes. 4

✻ Beda. Venerabilis. Caph manus, vndecimã literam peregrinus in hac terra populus decantat, in qua nimiũ deſiderium ſuum in aduẽtu domini feliciter cõfitetur, enumerat quoque quanta ſuperborũ inſultatione pertulerit, ad poſtremũ petit, vt in mandatis dñi ipſius munere perſeueret. Hæc ergo mentis deuotio, per Caph literam deſignatur, quę ita manus interpretatur, vt eiuſdem manus palmam, ſiue volam ſignificet, ideſt, non cõtractam eam, ſed apertam, expanſiſque digitis inſumet. Manus ergo ſignificat opera, vel cordis, vel corporis, vel ipſius amoris interni. Apertio vero eius eſt, quam Pſalmiſta commendans. Reuela ad dominum viam tuam, & ſpera in eum.

b D Efecit. Auguſ. Defectus ſimpliciter ſolet accipi in malo, ſicut profectus in bono, niſi addatur, inquit, vt cum dr̃, proficiunt in peius hoc in ſalutari, non à ſalutari. Talis defectus indicat nimium deſideriũ boni nondum adepti, vt Symeon, & antiqui iuſti Chriſtũ deſiderauerunt, vnde ſunt illæ ſeptẽ ſacramentales antiphonæ ante Natale, ſ. ò Adonai, ò radix, &c. Quæ omnes ſecundi toni ſunt, quia ille inuocatur, qui eſt deus, & homo. Et ſunt ſeptem, quia in eo ſeptiformis gratiæ plenitudo eſt, & nũc omnes iuſti ſecundo venturum deſiderant.

✻ Baſil. Qui vehementer, quod deſiderant, ſi illo priuẽtur C deficere dicuntur. Sic qui valde ſitiunt, ſi aqua deſtituantur, ſic qui notum aliquem e peregrinatione reuerſurum prœſtolantur, ſic qui cum calamitatibus luctantes, diuinam beneuolentiam expectant, ſi illa efferatur deficiunt.

✻ Beda. Venerab. Sciendum, quia non omnis defectus eſt pœnæ, vel culpæ, ſed eſt laudabilis, & optabilis defectus. Cũ enim defectus, & profectus ſint contraria, bene profectus accipitur in bono, & defectus in malo. Et vt in nobis aliquid proficiatur, vel deficiat, additur per determinationem nomen, & profectus in malo, & defectus in bono accipitur. autem profectus accipitur in malo, tur Apoſtolus Timotheo præcipiens: *Prophanas verborũ nouitates deuita, multum proficiũt ad impietatem,* & alibi, *proficiet in peius.* Defectus vero bono in malum, lus eſt, a malo autem in bonum bonus eſt. Talis defectus accipitur, & ſignificat iſte defectus quoddam deſiderium, quod ſurgit ex dilectione, quod deſiderium a condito mundo in corpore Chriſti, vſque ad virginis partum non deficit.

c In ſalutare. Hebraicè Ieſum. Et ne dubites, addit: In verbũ. Ideſt filium, vel in verbum, ideſt promiſſum.

d Superſperaui. Hæc ſpes facit per patientiam expectare, quod non videtur.

Super, quia plus futurum eſt, quam dici poteſt.

Anima, & oculi, qui interius loqui poſſunt cum deo. non ex infirmitate, ſed fortitudine deſiderij.

e Defecerunt. Aug. Duo ſunt oculi, myſticus acutior, moralis dulcior, non eſt otioſus, qui verbo dei tantũ ſtudet, nec ris eſt, qui extra operatur, quã qui ſtudium cognoſcendæ diuinitatis exercet, ipſa etiam ſapientia maximum opus antefertur Maria, quæ audiebat Marthæ, quæ operabatur.

✻ Baſi. & Theo. Eloquium, & promiſſio diuina vocat ſcriptura diuino numine inſpirata, deficit igitur non modo qui diuinam promiſſionem, & liberationem ab imminentibus malis expectat, ſed ẽt, qui diuina oracula lectitat, hu[ius]que ſenſum ſedulo diſcere deſiderat, & putat horum tionem eſſe ſibi in conſolationem, & animi oblectationem.

f In eloquium. Ideſt promiſſum.

g Dicentes. Vox eorum eſt gemitus, & oratio. Dum ardent ſpiritualia deſideria, frigeſcunt carnalia. vnde dicit Quia factus ſum, ſicut Vter in pruina. Vter, eſt caro huius mortis, pruina, cœleſte beneficium, quo quaſi gelu concupiſcentia carnis torpet, & contrahitur.

Ambr.

## NICOLAVS DE LYRA.

Vita contemplatiua.

D Efecit. *Poſtquã actũ eſt de beatitudine, prout conſiſtit in perfectione vitæ actiuæ, hic conſequenter agitur de ea, prout eſt in actibus vitæ contemplatiuæ. Circa quod ſciendum, quod vita contemplatiua delectabilior, & ſublimior eſt actiua, quia contemplatio magis proprie verſatur circa Deum, actio vero circa proximũ, propter qđ dicit ſaluator, Lu. 10. g.* Martha, Martha ſol. &c. *Maria autem, &c. & ideo primo agitur de eius ſuauitate, ſecundo de eius ſublimitate, ibi:* Mirabilia te. *Prima in duas, quia primo oſtenditur eius ſuauitas ex parte obiecti contẽplati, ſecundo ex modo cõtemplandi, ibi:* Quõ dilexi legem tuã. *Prima adhuc in duas, quia primo oſtenditur dicta ſuauitas. Secundo ſuauitatis ſtabilitas, ibi:* In ęternũ dñe. *Prima adhuc in duas, quia primo ponitur dicta ſuauitatis delectamentum, ſecundo ſubditur eius impedimentum, ibi:* Narra. mihi iniq. *Circa primum ſciendum, quod quanto anima in contemplatione magis eleuatur, tanto magis ab occupatione exteriorum ſenſuum retra[hitur], & quando contemplatio multum intẽditur, ſenſus exterior ab actu ceſſat, & impeditur, vt in raptu, & ſic anima quodammodo de[ficit in]quantũ ceſſat ab actu exteriori abſorpta in contemplatione ſum[mi bo]ni, & delectatione ſequenti, & hoc eſt, quod dicitur.* 1 Defecit in ſalu. *Quia talis defectio eſt valde ſalutaris.* 2 Et in. &c. *Quod promiſiſti Abrahæ vitã beatã, & eius ſemini, quãto enim aliquis in contẽplatione eleuatur, tanto magis de veritate huius promiſſionis certificatur.* 3 Defec. oc. *Quia quanto oculi interiores ani[mæ] eleuantur in deũ, tanto magis percipiunt diuinam bonitatem, & [hones]tatem, quæ in ſacra ſcriptura diuinis eloquiis exprimuntur tran[ſcende]re omne bonum creatum in infinitum, & per conſequens acc[enditur] eius deſiderium ad videndum deum immediate, & eo fruendum ſubditur.*

4 Dicentes, quoniam conſolab. me. *In perfecta beatitudine.*

a ¶ Quaſi,moras patior,quod fit vt res dilata dulcior veniat. b Ambro.Vter eſt qui caſtigat corpus,qui vt pellis mortui non ſentit frigus peccati, qui non frangitur neceſſitatibus,qui mollis eſt imperijs animæ. c Alias niue.

a Quando cõſolaberis me? Quia factus ſum ſicut uter in † prui 1
Quibus plenus vter. a Ita deſidero videre ſalutare. Sed. In hoc ſeculo. b Non ſunt annuæ moræ,in hac vita.
na, iuſtificationes tuas non ſum oblitus. Quot ſunt dies ſer- 2
a ¶ Aug.Hoc addit,ne qui eccleſiam aliquo tempore ante iudicium non futuram putet,non enim finietur ante iudicium. b Vel,hic conteret Deus Sathan ſub pedibus noſtris.
b ui tui, quando facies de perſequentibus me iudicium? † Nar 3
c a Nam ad hoc vt perſequantur. Vt & fidem impediant. b ¶ Quæ in verbo dele- 4
ctant.vnde alij ponunt delectationes, quod eſt in ſecularibus literis,& in Iudæis,& in hæreticis. 5
rauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non vt lex tua. Om- 6
a ¶ Quia. b Me in eis veritas,non verba delectat. Sunt mihi. c Non vt in illis vanitas. d ¶ Et per hoc iniuſte,quia iu me non niſi ueritatem perſequuntur. e Vt deprauent veritatem.
nia † mandata tua veritas, iniqui perſecuti ſunt me, adiu- 7
a Ergo. Vt pro veritate certem,hoc eum facit eccleſia pſtitur quod addit. 8
b Facta multa ſtrage martyrum. c Sed quia non fruſtra dicitur adiuua me, ſubdit.
d ua me. † Paulominus conſummauerunt in terra, ego autem 9
a Vt poſſit perſeuerare vſque in finem ſubdit. b Non meritum meum. 10
non † dereliqui mandata tua. Secundum miſericordiam 11
a Ne amando vitam temporalem,negem,& ſic perdam vitam ſpiritualem. b Sic. c Martyria.
tuam viuifica me, et cuſtodiam teſtimonia oris tui. 12

Amb.& ſic iuſtificationes a memoria nõ labuntur, dũ aliunde nõ cogitatur,qa torpet cupiditas,feruet charitas. Quia ...ſecutiones nõ finiendas ante finem ſeculi,de ipſo quærit quando fiet vltio de pſequẽtibus,ideſt diabolo cũ miniſtris? ...cur de eo quærit,cũ dicatur, *Nõ eſt veſtrum ſcire tempora?* ...phetat autem hic ...m interrogatio...n apoſtolorũ fu...rum in qua hæc ...phetia impleta eſt. ...Vl,iõ deſidero hoc. Quia facta cõparatio ...n futuri. Sicut vter, ...li liquori idoneus, & tamen iuſtificationes vel inter...los commiſſa reti...nis. Vel per pruinã intelliguntur mali, q. ...feruẽt charitate, algent infidelitate. Et eſt. Iõ cõſolare. Quia factus ſum ſicut vter in.

a *Pruina.* peccata ſe...i, quæ vter non ...tit.

...n pruina. Ambro. ...ec carnis ardorem ...lendo refrigerat,nõ adurit, fœcũdat ſata, non internecat. ...doque forte in transformatione cum dominus gloriam ...reſurrectionis demonſtraret in monte, *veſtimenta eius facta ſunt alba ſicut nix*, quia non ipſe ſolus erit alienus a contagio peccati,ſed & quicunque reſuſcitatur,congelatis cõiugij cupiditatibus reſurget frigidus. Vnde *in reſurrectione,neque nubent neque nubentur,&c.* Boni ergo ſũt vtres frigidi, in gelicidio conſtricti,pruinis non libidinis calore ſoluti.

Thedoretus & Baſil. Vter tepefactus laxatur,& inflatus ...met,in pruina vero obduratur & congelatur, ita habet & corporis natura. Delicijs laxatur & intumeſcit, & aduerſus animam inſurgit, religioſa vero afflictione & caſtigatione humiliatur & reprimitur,& huius Paulus teſtis eſt clamãs, *Sed caſtigo corpus meũ & in ſeruitutem redigo ne quo pacto fiat ut cũ alijs prædicauerim ipſe reprobus efficiar.* Quin & ipſe propheta cũ a Saule pelleretur affectione victor erat, pace vero potitus deliciarũ laſciuijs labe factatus eſt. Humiliato itaque corpore diuinarum legũ memoriam reuocauit, *Quot ſunt ſerui tui.*

* Bed. Venerab. Hoc eſt quandiu differet educere me de diebus carceris & tribulationis? & quãdo facies iudiciũ, ideſt, diſcretionẽ, vt educas me de perſequentibus me? hoc eſt, quãdiu differes ſeparare localiter, quos iã diuiſiſti nãliter? † falsò

* Baſ.& Theo. Breue ait humanæ naturæ eſt tẽpus, Dies.n. annorũ noſtrorũ in ipſis ſeptuaginta anni,qñ igitur ius mihi reddes, & ab inimicis meis liberabis.

b *De perſequentibus.* Aug.Q. vt ab his liberetur, vult ſuos dies claudi. Vel,fac ſeruis pro miſericordia, qñ neceſſe eſt facias impijs pro iuſtitia.

c *Narranerunt mihi iniqui.* Theo. Prophetæ quidem vt inimicos necaret conſuluerunt, ipſe vero diuinæ legi obtemperans diuinam ſentẽtiam expectauit, Verum nobis etiam horum oraculorũ doctriua vtiliſſima eſt,decet enim nos fugere,non modo Græcorum fabulas,Iudæorumque perfidiam, ſed etiam hæreticorum nefaria dogmata.

d *Paulominus.* Aug.Nõ modo narrauerunt,ſed & perſecuti vt deprauent veritatem,ſed adiuua quaſi contra beluã,quia paulominus conſum. Adeo nimia fuit perſecutio cõtra carnalem infirmitatem.

*Lamed*

## NICOLAVS DE LYRA.

*Et quia ex tali eleuatione ad diuina redditur homo quaſi inſenſibilis circa exteriora agibilia,ſubditur.*

1 Quia factus ſum ſicut vter. *Vter enim in pruina derelictus, videtur nõ applicabilis vltra humanis vſibus,& ideo homines excellenter contemplatiui,reputantur in agibilibus et politicis quaſi ſtolidi,vnde 4.Reg.9.ca.principes exercitus qui erant cũ Iehu dixerunt de propheta qui venerat ad eum inungendum,* Quid venit inſanus iſte ad te. *Et in figura huius facies Moyſi apparuit cornuta ex conſortio ſermonis domini,Exo.24.d.quia excellenter contemplatiui ab hominibus mundanis reputantur fatui, & tamen ſecundum veritatem ſunt ſapientiſſimi,quia ſapientia proprie conſiſtit in contemplatione primæ cauſæ,non ſolum ſecundum ſanctos,ſed etiam ſecundum philoſophos, vt habetur.1.Metaph.Et quia excellenter cõtemplatiuis vita præſens vertitur in tædium,ideo ſubditur.*

2 Quot ſunt di. *i.quandiu retardabor a beatitudine cæleſti. Hoc modo dicebat Paulus apoſtolus Phi.1.* Deſiderium habens diſſolui,& eſſe cum Chriſto.

3 Quando facies de perſe. *Extremũ.n.iudicium in quo perſecutores humani generis.ſ.dæmones detrudentur in infernũ a ſanctis & maxime cõtemplatiuis deſideratur,quia tunc vita contemplatiua nũc inchoata cõſummabitur,vnde dicit Aug.ſuper Ioh.exponens illud verbum domini,Sic eũ volo manere, donec veniã.i.inchoata cõtemplatio maneat donec veniam perficiendo cum venero.ſ.ad iudicium.*

4 Narrauerunt. *Hic tangitur dictæ ſuauitatis quæ eſt in cõtemplatione impedimẽtum,quod contingit per falſas ſuggeſtiones hæreticorũ & infidelium,ideo dicitur,* Narra.mi. iniqui fabula. *quia hæreſes & ſectæ continent multa fabuloſa & conficta.*

5 Sed non vt lex tua. *quæ nullam falſitatem continere poteſt, cum ſit a prima veritate priuata.ideo ſubditur.*

6 Omnia man.tua ve. *ſ.infallibilis.*

7 Iniqui perſe. *infideles enim & hæretici illos perſequũtur quærentes occidere quos nõ poſſunt verbis auertere a veritate, ideo ſubditur.*

8 Adiuua me. *contra eorum deceptiones & perſecutiones.*

9 Paulomi.con. *Aliquando ei fuit talis perſecutio & tanta,quod ab aliquibus timebantur ſancti contemplatiui deficere. Sicut quãdo Elias fugit a facie Iezabelis,prophetas domini interficientis. 3.Reg.19.& quando Manaſſes impleuit Ieruſalem ſanguine prophetarũ vſque ad os.4.Reg,21.& tempore Arrij hæretici, in quo catholici fuerunt in maxima perſecutione,ita quod quaſi videbantur deficere, quia tamen in omnibus perſecutionibus aliqui fideles reſeruati ſunt conſtantes, ideo ſubditur.*

10 Ego autem non de. *Et quia hoc non proceſſit ex virtute humana,ſed magis ex bonitate diuina, ideo ſubditur.*

11 Secundum mi. *confirmando me in perſecutione.*

12 Et cuſt.teſtimonia oris tui. *i.præcepta decalogi,& verba ſãcti euãgelii,quæ pceſſerũt ex ore Dei ſicut dictũ eſt ſupra octonario.9.*

Cor ſeruitutis.

Lamed.

a Vnde, Sedes tua Deus in ſe.&c. Filius.

a b I N æternum domine, verbum tuum permanet in 1

a Angelis. Iuſtis. Eccleſia. b Primis infidelibus veteris teſtamenti. c In fidelibus noui teſtamenti. d Deus.

c d cælo. In generatione & generationem veritas tua, 2

a Sed non a ſe. Quia. b Eccleſiam. Aug Animam, vel corpus ne diffluat c Veritas In ea, vel econuerſo ipſa in veritate. d ¶ Et. Perma.ve .tu.ſed hoc non a ſe habet, ſed a te quia. Nec maiores etiam, qui dies ſecundum ſcientiam a ſe habent, quia

e f fundaſti terram, & permanet. † Ordinatione tua perſeue- 3 4

a Quicquid vrgeat. b ¶ Caſſ. Ille ſcilicet, cui Chriſtus nunquam occidit. Noiter enim dies noſte clauditur. Secundum ſcientiam. Hoc in futuro. c Et merito dies tuæ ordinationi ſubeſt. d Hoc in futuro, cum omnia ſubiecta ei. modo multi ſerui peccati. e Et merito quia. f Aug Qui non ante exercetur in bello ignarus eſt.

rat dies, quoniam † omnia ſeruiunt tibi. Niſi quod lex tua 5 6

g a Sciendi & faciendi: Vt fuit Iob. b Quando paulominus conſum. & tunc, ideſt ideo quia non meditaret. c Delectioae, afflictione.

h † meditatio mea eſt, tunc † forte periiſſem in humilitate mea. 7 8

a Niſi meditarer in lege, periiſſem Sed quia per legem viuo, non poteſt a memoria elabi. Per totam vitam, vel ſi ſemper viuerem. Sicut Iſraelitæ, in vera terra promiſſionis, erimus memores vnde liberaſti, & agemus gratias. b Legem, quæ a peccato purgat.

i In æternum non obliuiſcar † iuſtificationes tuas, quia 9 10

## GLOSSA ORDINARIA.

A a *Lamed.* Ambroſ. Lameth. Cor vel ſeruo, quia hæc præcepta prudenter ſũt intelligenda, vel ſolicite ſeruãda. Cœleſtia ſũt eloquia Dei, nihil in eis adulterina opinione miſcendũ. Leuetur ergo cor ad ea. decet enim in te manere qđ in cęlo perſeuerat, & illud ſemper meditari. vnde, *Niſi quod lex tua meditatio mea eſt.* Et. In æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas.

Pſal.118.a.

Caſſio. In 12 litera virtutẽ Dei & facta deſcribit, dicẽs temporalia finiri, ſed nõ mandata eius. ſecundum illud, *Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt.*

Matt.24.c.

† vniuerſa

* Beda venerabilis. Lamed, diſciplina. Ad duodecimam literam plebs cæleſtis aduenit, in qua virtutem domini factaque deſcribens dicit: Omnia temporalia finẽ poſſe ſuſcipere, mandata vero eius nequaquã terminum reperire, quorum diſciplina libentiſſime ſubdita proclamat, *in æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas,* & ideo Lamed diſciplinam ſonat.

† delectationes meæ fuiſſent.

† præceptorũ tuorum.

B b IN *æter.do.* * Beda venerabil. Iſte qui hic loquitur quaſi tædio affectus inſtabilitatis, cuius plena hæc vita eſt tẽtationis, & in tribulatione ſua inflãmatus deſiderio cœleſtis patriæ. i. Hieruſalem ſupernæ, quaſi ſurſum aſpiciens dicit, *In æternum domine, &c.* q.d. Dico domine viuifices me, illos autem qui in cælis ſunt. i. angelicos ſpiritus viuificari non oportet, quia in illis permanet verbum tuum. i. præceptum veritatis in æternum.

Amb. Solennis ordo cæleſtium ſtatutorum. Labitur annus per dies & menſes, conuerſio ſolis & lunæ omnium manet immutabilis, hoc in mẽte tua meditare. Quia ſathanas de cęlo cecidit in terrã, ideo ibi verbũ permanet in ſeculum, hic fiunt mala. Sed quia & ibi locus eſt vitijs. quod in cadentib. patet, & ipſum cęlum mutatur, & pręterit, videt non de elemẽto dictũ, ſed in virtutib. cæli. Cęli ergo ſũt angeli, in qbus nil lubricum, ſancti qui ſi corpore in terra, mente tamen in cælo Magis autem in angelis, quia in hominibus variabilis eſt affectus.

Aug. Feſſus expectator, eſt ardens ad ſeruiendũ ei cui angeli ſeruiũt & oẽs boni, & omnis creatura. adiuua, viuifica, & cuſtodiã teſtimonia, quia. *In æternum.* i. ſine intermiſſione cæleſtes & inferiores rationales creaturæ cuſtodiũt ea. Vel, in cælo, ideſt eccleſia quod non in terra, quæ paradiſus dicta eſt. *In æternum ſedes tua in ſeculum ſeculi.*

Pſal.44.b.

C Caſſ. Sed quia non permiſit Deus eum conſummari terra, admiratus potentiam Dei clamat.

D c *In cælo.* i. in quocunq, iuſto permanet verbum. Vel, in cæleſtibus ſpiritibus.

d *In generatione & generatio.* in duobus populis, legis & euangelij, veritas. i. Chriſtus permanet, ideo quia.

e *Funda. ter.* ideſt ſanctos in fide in quibus permanent.

Caſſ. Ad literam enim terra mouenda eſt.

Aug. Vel, Qui c... xerat perſecuti ſunt & conſummauerunt me in terra, quaſi ... deret eum huius instabilitatis & tẽtationum, inflammatus deſiderio cæleſtis Hieruſalem in ea ſuſpiciens dicit, In æternum, in cęlo, in angelis cuſtodientibus æternam militiã. P... cælum, ſubdit de terra. In generatione & generationẽ. Inuenit in ea generationes, quę non ſunt in cęlo. *In generatione & generationem.* q... repetitione, vel oẽs ſucceſsiones notat, a quibus nunquã eſt veritas Dei in ſanctis, vel populũ legis & euangelij. Cauſam ſubdit, quia, Fundaſti in Chriſto fundamento morantes in terra, & hi permanent in æternum, quod non filij ancil...

E

f *Ordinatione tua perſe.* Caſſ. Dies, ſingulariter, ille vnus æternus qui noctem non habet, nec inde dubitandum, quia omnia temporalia & æterna pro ſuo nutu diſponit.

† ord... tua... vſq... die...

*Ordinatione tua perſe. dies.* Auguſtin. quia iſta omnia ſunt dies, & iſte eſt dies quem fecit dominus. *dico.* Ordinatione tua.

g *Quoniam omnia ſerui.* Omnia. ſ. de quibus loquitur. i. q... pertinent ad hunc diem: impij enim non ſeruiunt. Vnde ... tem libretur terra, vt fundata permaneat, ſubditur.

h *Niſi quod lex tua.* Lex fidei, quę per dilectionem operatur, qua impetratur gratia fortes faciens, ne pereant in humil... te mortali.

* Theo. Hoc vnuſquiſque qui in impiorum calamitates ... cidit dicere poſſet, & Ioſeph etiã ſeruitutem, adulterium, calumniã aufugiſſet, & Daniel ne obſecraret prohibitus, tres illi qui vt imaginem venerarentur vocati fuerũt, triumphatoreſque martyres, qui varias ſpecies ſupplicij perpeſſi ſunt Merito autem Beatus Dauid, cum a Saule exactus ... ſet, & cum alienigenis impijs hominibus ſimul viuere coactus eſſet, particeps namque impietatis fuiſſet, niſi diuinam legum meditationem ſecum circumtuliſſet.

i *Quia in ipſis vi.me.* Ecce vñ fit, ne periret in humilitate D...

F

☞ ſcilicet

## NICOLAVS DE LYRA.

1 IN æctern. *Hic cõſequẽter deſcribitur cõtemplationis ſtabilitas. & primo ponitur huiuſmodi ſtabilimentũ, ſecundo tangitur impedimẽtũ, ibi, Niſi, quod lex tua. Circa primum dicitur,* In ætern. *Iſtud verbũ, quo Deus alloquitur ciues cæleſtes, ſunt diuinæ illuminationes ſeu reuelationes angelis factæ, quarum aliquæ permanebunt tãtum vſque ad diem iudicij. ſ. illæ quæ ſunt de ſalutis hominum procuratione ſeu promotione, quæ tunc terminabitur, ſed illuminatio, quãtũ ad notitiam diuinæ eſſentiæ & perſonarum durabit in æternum. Et quia reuelationes pertinentes ad procurationem noſtræ ſalutis per angelos reuelantur hominibus ſanctis ſecundum diſpoſitionem diuinæ ſapientiæ, ideo ſubditur.*

2 In gen. *per angelos hominibus reuelata in omnibus generationibus ſibi ſuccedentibus, ſicut Enoch & Noe in generatione ante diluuium. Abrahæ & aliis patriarchis et prophetis in generationibus vſque ad Chriſtum, & a tempore Chriſti vſque ad iudicium.*

3 Fun.ter.&c. *q.d. cum terra ſit facta propter habitationem hominum, multo fortius permanebunt tuæ illuſtrationes neceſſariæ ad ſalutem eorum. Vlterius oſtendit hoc idem alio exemplo.*

4 Ordinatione tua perſeuerat dies. *ſenſibilis.*

Quo-

5 Quoniam omnia ſeruiunt tibi. *obedientia ad nutũ ſuo creatori. q.d. multo fortius perſeuerabit dies intelligibilis, ideſt reuelatio veritatis neceſſaria ad directionem noſtræ ſalutis.*

6 Niſi quod lex. *Hic cõſequenter tãgit quoddam impedimentũ ... eſt duplex. ſ. ab intrinſeco & ab extrinſeco, ſecũdum ponitur ibi.* ... expectauerunt. *Circa primũ ſciẽdũ, quod* corpus corruptibile grauat animam, *vt dicitur Sapient.* 10 *c. propter quod minus ... cipit diuinam illuſtrationem, & minus ſequitur eius directionem ... per hoc habet aliquando ruendi occaſionem, contra quod pericu... maxime valet diuinæ legis frequens meditatio, vnde dicit Hiero. ad ... ſticum monachum. Ama ſanctarum ſcripturarum ſtudia, & carni... tia non amabis, & propter hoc dicit Pſal.*

Niſi quod lex. *i. niſi fuiſſem occupatus in tali meditatione.*

7 Tunc forte perij. *per lapſum in culpam grauem.*

8 In humilitate mea. *i. impulſus corruptione meæ carnis, quæ ... ſua vilitate ratio eſt meæ humillationis, ſecundũ illud Michææ 1 ...* Humiliatio tua in medio tui, *& quia tale conſeruatiuum d... diligenter cuſtodiri tanquam valde neceſſarium. ideo ſubditur.*

9 In æter. *quæ continentur in lege tua.*

10 Quia in ipſis vi. me. *per eorum meditationẽ præſeruãde ...*

* *peccat*

ſcet viuificante.
ı celo, & in generatione permaneat verbum, quia om-
ni ſeruiunt tibi, etſi diuerſo modo.
ſiſi quòd lex. Aug. Talis tu, & lex tua tam valida, cuius
m litatio a tantis liberat.
a *tuus ſum eg.* Auguſt.
Q a viuificaſti. Tu',
n viciotũ, non duo-
n dominorum.
u aſil. & Theodor.
N omnes hac vocc
v oſſumus, pecca-
u im ſeruus men-
t ſeipſum ſeruum
D eſſe nominans,
a o enim qſq; de-
n is eſt, illi ſeruus
c i igitur ab illo pec
c liberati, diuinas
ſc cremur leges, hac poterimus vti voce.
b *ſtificationes.* Aug. Dicit quę futura ſignabãt, vt agnus pa-
ſc lis, & cętera quę ſunt primordia fidei, ſine quibus nemo
p rectè nouit gratiam. Nemo putet ſignificantias veteris
te menti negligendas, quas iſte tam ſtudioſe acquirit.
ug. Vel, intellexit teſtimonia. Nam.
*e expectauerunt.* * Theodoret. τὸ ὑπέμειναν, Expectaue-
r, Symmachus & Theodotion dixerunt. illi quidem me
m te multare ſperarunt, ego vero tua teſtimonia attẽdens
l s vitam percipiebam.
b *nnis conſ.* ſ.q; nemo in ſe, ſed in Deo glorietur, & ita hoc
v q; mandatũ tuũ eſt mihi latum, quia ẽt inimicos diligo.
Vel,

a ¶Nihil extra petentem. b ¶Quem Adam perdidit. c ¶Aug. Meus eſſe volui & perij, modo tuus & ſalua.

a in ipſis viuificaſti me. Tuus ſum ego, ſaluum me fac, quo- 1
b a ¶Debes, vel hoc modo tuus. b ¶Nun meas voluntates quibus fui meus. ¶Vt ſim tuus. 2
c c ¶Alij alia quærunt. d ¶Saluum me fac, quia. e ¶Quaſi in inſidijs expectantes donec tranſiret, vt tunc occiderent. 3

niam iuſtificationes tuas exquiſiui. Me expectauerũt pecca 4
a ¶Faciendo conſentire ad malum. b ¶Sed inde non perij, quia. ¶Martyria.
tores, vt perderent me, teſtimonia tua † intellexi. Omnis cõ- 5
a ¶Aug. Etſi confitentem vrgebant, non ceſſi, intuens finem ſine fine, id eſt æternam beatitudinem. & ideo mandatum eſt mihi latum, quaſi facile factum. b ¶Anguſta via eſt, per gratiam nimis lata, vt etiam inimicos diligere faciat. 6
7
ſummationis vidi finem, latum mandatum tuum † nimis. 8
9

Vel, omnis conſummationis, quia intellexi complenda
præcepta Dei non obtentu terrenorum, ſed æternorum.
c *Omnis conſum.* Aug. Intrauerat enim iſte in ſanctuariũ Dei,
viderat nouiſſima Dei, viderat alta Dei, quæ nõ poſſunt ex-
plicari, ſed breui ſententia, dicenda concludi, vidi finem om
nis conſummationis.
Cõſummatio, eſt om-
nium virtutum perfe
ctio, pro ſummo bo-
no omnia facere, vſ-
que ad mortẽ pro ve-
ritate certare, cuius fi-
nis eſt in regno Chri-
ſti excellere, ſcilicet
ipſe Chriſtus, quem
mente vidit venturũ.
Latum mandatũ cha-
ritas, ſine qua non va-
leret inter quæcun-
que tormenta martyrij confiteri, in qua mille anguſtiæ,
ſed anguſtia viæ facit ire, in qua tota lex pendet & pro-
phetæ.

Caſ. Vel, omnibus ſecularibus terminum videt impoſitũ,
ſed mandata Dei non habent finem, quia latiſſima. & ideo
illis ſpretis hęc petantur. Nimis, dicit pro charitate, quę to-
tam legem & prophetarum dicta cõcludit. Vel, mandatum
quod eſt nimis latum. i. dilectionem Dei & proximi. cogno-
ui finem omnis conſummationis.

Ambroſ. Omnis com. Conſummata malitia ſeculi, venit
agnus qui per crucem finiret: conſummata iuſtitia finis eſt
Chriſtus qui remunerat.

D E F

Matt. 22.d.
† valde.

## NICOLAVS DE LYRA.

*ccati morte, ideo concludit vlterius.*
1 Tuus ſum. *eo quòd vitam meam ſeruaſti dicto modo.*
2 Saluum me fac. *de futuro, ſicut & feciſti de præterito.*
3 Quoniam iuſtificationes tuas. *in lege contentas.* Exquiſiui, *intellectu & affectu.*
4 Me expectauerunt peccatores. *Hic tangitur impedimentum ab extrinſeco. quod eſt inſidiatio dæmonum, bonos ſubuertere quærentium propter quod dicitur,* Me expectauerunt peccatores. *id eſt ſpiritus maligni in peccato obſtinati.*
5 Vt perderent me. *per lapſum mortalis culpæ.*
6 Teſtimonia intellc. *id eſt intra me legi, intelligere enim eſt intus legere. & ſic eorum inſidias euaſi, quia ſacræ ſcripturæ deuota meditatio eſt armatura contra tentationes dæmonum. Et quia ex tali meditatione intelligitur finis perfectionis humanæ, ſubditur.*
7 Omnis conſummationis. *id eſt humanæ perfectionis.*
8 Vidi finem. *Et quis ſit iſte finis perfectionis humanæ oſtenditur, cum dicitur.*
9 Latum mandatum tuum nimis. *Iſtud eſt mandatum charitatis, quod eſt tantæ latitudinis, quòd ſe etiam extendit vſque ad inimicos; vt dictum eſt ſuprà. Quòd autem ſit finis perfectionis humanæ, patet. I. ad Timot. I. a.* Finis præcepti eſt charitas. & *Deuter. 10. c. cum dicitur,* Quid petit dñs Deus tuus a te, niſi vt timeas, &c. *Sequitur,* Et vt diligas eum in toto corde tuo, &c. *propter quod ſaluator Matthæi viceſimoſecundo dicit,* In his duobus mandatis tota lex pendet, & prophetę, *& loquitur de duobus præceptis dilectionis, ſcilicet Dei & proximi.*

## GLOSSA ORDINARIA.

a Ambr. Mem, ſonat in Latino ex intimis, vel vt alij ignis
ex intimis.
Mem. Caſſio. In 13. litera loquitur qui meditatione pro-
phetarum & euangelij profecit, dicens ſe ſuper ſeniores in-
tellexiſſe, & ideo ſcri
ptu s ſibi eſſe dul-
ces ſuper mel.
Augu. Caſs. Mem,
viſcera. i. multiplex
dilectio, quia legem
ex toto amat. vnde
in e nouũ teſtamen
tum nuenit, & ſupe-
rat omnes qui vetus
teſt mentum tãtum
prædicant.
* Bl. venerabilis, Mem. ex quo, vel ex ipſis. Propterea bea-
tus, qui prophetarum atq; Euangelij plurima meditatione
procerat, alloquedũ ſuper te docẽt eſſe, ac ſeniores aſſerẽs
diu a intellexiſſe mandata, & idõ ſuper mel & fauũ ori ſuo
ſcriptu-

a ¶Aug. Caſ. Mem, viſcera, vel ex ipſis, quia ex charitate quæ ex ipſis medullis.

### Mem.

a a ¶Quaſi, intellexi teſtimonia, vidi finem quomodo! admiratiue dicit: ¶Vnde ſit latum oſtendit. ¶Dilectio eſt latitudo mandati. b ¶Non timui. c ¶Quotidie ſiue continue.
b † Qvomodo dilexi legem tuam domine, tota die 1
c ¶Etſi caro impediat. a ¶Non modo dilexi. b ¶Et ideo. 2
d c ¶Caſ. Iudæos, paganos hæreticos, qui vel non intelligunt, vel non operantur. 3
e meditatio mea eſt. Super inimicos meos prudentem me 4
5

ſcripturarum diuinarum teſtatur proueniſſe dulcedinem
Quod ergo Mem interpretatur, Ex quo, hoc eſt, qui dicitur,
*Quomodo dilexi legem tuam dñe*, Et iterum, *quàm dulcia fauci us
meis eloquia tua domine*, i. ex quo affectu dulcedinis & amoris,
vt ſignificet ex intimo, qui vero dicitur ex ipſis dñi manda-
tis eorundem conci-
piendum amorẽ, vn-
de dicit, *à mandatis
tuis intellexi.*
b *Qvomodo dilexi.*
Auguſtinus.
Qui diligit quod iu-
bet Deus, & ipſam
iuſſionem quę eſt lex
diligit.
c *Domine.* ipſum te-
ſtem inuocat, quẽ diligit, qui Deũ diligit, legem eius diligit.
d *Tota.* Aug. Semper eſt dies meditanti legem, qui nouum
teſtamentum neſciunt ſemper nox.
e *Super ini.* quia illi zelum Dei hẽnt, ſed non ſecundum ſciẽ
tiã, quia ſuam iuſtitiam conſtituere volũt. Sed iſte iuſtitiam
quærit

## NICOLAVS DE LYRA.

Qvomodo. *Hic conſequenter oſtenditur ſuauitas ſeu bonitas vitæ contẽplatiuæ ex parte modi contẽplandi. et primo oſtenditur propoſitũ. ſecundo excluditur oppoſitum, ibi,* Iniquos odio habui. *Prius in duas, quia primo oſtenditur propoſitum inquantum contẽplatio perficit intellectum. ſecundo inquantum dirigit affectũ, ibi,* Ab omni via mala. *Circa primum ſciendum, q; motus contemplandi philoſophorum eſt per ſciẽtiam virtute intellectus agentis ex ſenſibus acquiſitam, in qui poteſt falſitas admiſceri ex intellectus errore. Contemplatio verò fidelium eſt per ſacram ſcripturam virtute Spiritusſancti a ſuperi. reuelatam, propter quod non poteſt ibi falſitas inueniri, propter quod talis modus contemplandi melior eſt & amabilior, & ideo dicit Pſal. in populi fidelis perſona.*
1 Quo. di. *i. valde dilexi.*
2 Legem tuam d. *quæ in ſacra ſcriptura continetur, & maxime legem euangelicam, quæ dicitur lex amoris.*
3 Tota die. *quia oculus mentis dirigitur ad illud quod intenſe diligit. Et cauſa huius dilectionis quantum ad perfectionem intellectus ſubditur, cum dicitur.*
4 Super inimi. me. *i. ſuper infideles qui licet quantum ad naturam ſint amici, ſunt tamen quantum ad infidelitatem inimici.*
5 Prudentem feciſti me. *id eſt, cognoſcentem, quia nõ habent ſacram*

A querit per fidē Chriſti,quę eſt ex Deo. Illi tēporalia pręmia, vt filij Agar ſerui,ex mādato quęrunt,& ideo nō eſt illis in æternū ſicut huic.finito ſeculo ſecundum illos nullū poteſt eſſe legis mandatū.Secūdum iſtum autem in tabulis cordis erit dilectio Dei & proximi in æternū.Et præmium mandati cuſtoditi,ipſe Deus qui mandauit.

a *Super omnes d.* Aug. quia & ſuper oēs docētes.i.ſcribas & Phariſeos. Super omnes docentes. Hoc ſecundū caput. Vnus.n.loquens Chriſtus & eccleſia, propter illud ſacramentum, erunt duo in carne una. Alius non ſuper omnes docentes intellexit prophetas, ſed Chriſtum ſuper omnes homines quem pater docuit. Ideo ſuper omnes.

*mandatum tuum, quoniā*

*Eph. 5. g.*

*seniores*

*Dupliciter docemur de ſacra ſcriptura.*

b *Quia teſt.* meditabatur, quę melius quam illi de ſe nouerat. Doctores, ſunt ſeniores de quibus dicit.

*Meditatio.* Aug. Quicquid ſancte agitur. meditari legē eſt.

B Talis peruenit in legē iuſtitię,quia quęrit iuſtificari ex fide quę per dilectionē operatur. vnde habet inimicos Iudęos. qui ex operibus gloriantur.

*Luc. 2. c.*

c *Super ſe.* per hoc notat ętatem,quia puer inter ſenes ſedebat,ſuper illos intelligebat,vt in tradione ſeniorū de lauandis manibus. Hęc & membris quę & ipſe docuit cōueniūt.

*Super ſe.* Caſſ.quia & ſuper ſeniores corpore,non mente. Melius intelligitur nouus populus qui Chriſtū accipit, quā ille ſenior Iudaicus,cui pręripuit benedictionem. Intellexi, &. opere impleui.

* Beda venerabilis. Dixit ſuper oēs docentes me intellexi, & repetit illud ęquipollēter,pp aliam cauſam, quod ſubdit dicens,Intellexi ſup ſenes,ideſt,ſuper illos moroſos, volentes eſſe doctores,qui tantummodo philacteria ſua dilatabāt & fimbrijs magnificabant,legem ſcriptam in fronte ferentes,& qui in corde erāt pręuaricatores,& vere ſuper illos intellexi,quia ego quęſiui mandata tua,non ad ſciendum,ſed ad faciendum.quod illi non fecerunt.

d *Ab omni via ma.* ipſorum ſeniorum & doctorum, ne peruerſitate eorum ſubuerteretur.

* Baſil. Nequit enim fieri, vt duas quiſquam vias ſimul ingrediat̄,iuſtitię videlicet & iniuſtitiæ. Sed neceſſe eſt vt cō-

C trariam fugiat. Sic enim poſſibile eſt, vt diuinarum legum cuſtodes reddamur.

e *Quam dulcia faucibus,&c.* * Baſil. Nō ita oris mei guſtum dulcedo

a Quia illi in ſignis,ego in veritate quieſco. b Sic interpretor vt ſit æternum,& ad æternitatem mihi valeat, illis vero tantum in ſeculum.

a feciſti† mandato tuo, quia in æternum † mihi eſt. Super om-

a Quia erant de inimicis. b Ideo. c Quod non illorum,qui ibi falſa ſentiunt & docent. d Spiritu non litera. Non in litera quieſco.

b nes docentes me intellexi, quia teſtimonia tua meditatio

a Quem docet Deus,facile doctores & ſenes ſuperat. b Non hominum,ſed Dei,quæ illi tranſgrediuntur.

c mea eſt. Super † ſenes intellexi, quia mandata tua † quæſi-

a Internus. Non exterius accepi. b Et. c Criminali. d Quaſi pronos,& volentes ire. e Affectus. f Quod aliter fieri non poterat.

d ui. Ab omni via mala prohibui pedes meos, vt cuſtodiam

a Aug. Quia ſemper timui iudicia tua. b Semper eis credidi. Caſ. Semitis nouæ vel veteris legis.

e verba tua A iudiciis tuis non declinaui,quia tu † legem po-

Et. a Cordis,non carnis. b In quibus remiſſio & vita prædicatur.

ſuiſti mihi. Quā dulcia faucib. meis eloquia,tua,ſuper mel

Et.

f g ori meo. A mandatis tuis intellexi,propterea † odiui omnem

h viam iniquitatis.

dulcedo mellis delectat, ſicut animam meā eloquiorū tuorū meditatio lætificat. Gutturis nāque mentionē fecit, tanquam organi vocis meditatio vero manifeſta eſt. His uſ animus vtilitatem quæ ex illis eſt,reportat.

* Beda Vene. Per mel eliquatū,patens doctrina ſapientiæ intelligitur, per fa[uum]

vero occulta ſapiē[ntiæ]

1 doctrinæ, quæ in a[b]

2 ſtruſiorib. ſacramē[tis]

3 vt mel in fauo el[au]c

4 tur. Et quaſi de t[e]r[e]-

cellis ore diffrent[is]

tanquam ore ma[n]d[en]-

tis exprimitur, & h[oc]

5 dicere eloquia tua,

6 eſt præcepta quę

7 ſpecialiter per te

8 ſum dediſti, ſunt

9 meo ſuper mel &

10 uum, ideſt ſunt m

11 dulciora omni do[ctri]-

12 na ſapientię, per c[on]-

13 ctores edocta, ſiue

14 occultās mihi dulc

15 f *A iudi.* Caſſiod.

prohibui pedes a

eorum,quod non [de]-

clinaui ab his quę cōſtituiſti ad regulā viuendi. Cuius ca[uſa] eſt,quia tu, non Moyſes legē,ideſt euangeliū poſuiſti m[ihi]. Intellexi mēte, impleui opere,& annūtiaui alijs,& hoc Quā dulcia,loquēti. *Super mel.* Vbique in his comparationibus nō ſicut,ſed ſuper,ponit,quia hęc diuinis nō poſſunt parari. Mel,uetus teſtamētum. Fauus, nouū quod dulc Vel,melli(qđ expreſſum & eliquatū eſt)aperta doctrina milis eſt fauo,quæ de obſtruſis ſacramentis quaſi cereis lulis,ore mandentis.i. differentis exprimitur.

Aug. A iudicijs. Semper enim credidi,quia tu intus dig tuo legem ſcripſiſti,non ut ſicut ſeruus timerem,ſed dili rem vnde ſubdit,Quam dulcia.

g *Fauc.* Caſſ. Deglutit,ore loqt̄, anima deglutit ac rumi

h *A manda.* Aug. Nō mādata ipſa dico me intellexiſſe, a mandatis,quia faciendo venit ad altitudinē ſapientię, q niſi per obedientiā mandatorum non peruenitur ad ſap tiā occultorum. vnde,*Concupiſti ſapientiam ſerua mandata,& minus præbebit illā tibi.* Si aliter feceris,dr̄ tibi in libro Ieſu lij Syrach. Altiora te ne quęſieris,& fortiora te ne ſcruta fueris. *Sed quæ pręcepit tibi dominus, illa ſola cogita ſemper.* Ser qa anteq̄ percipiatur ſapientia,& poſt perceptam. Qua magis vero inflammat eum dulcedo amplioris ſapien creſcit amor iuſtitiæ,vnde neceſſario odit iniquitatem.

* Beda. Q.d. merito eloquia tua intellectū habui, quia intellexi a mandatas tuis,hoc eſt verū de mandatis tuis, didici ea modo audiendo tantum ſicut ſcribæ & phari ſed faciendo,perfectius.n.ſcit ille rem qui diſcit facien[do].

GLOS

## NICOLAVS DE LYRA.

* *cram ſcripturam,ſed tantum humanitus repertam,quantum ad Gentiles,vel ſi habent non tamen intelligunt eam vere, ſed peruerſe, cuiuſmodi ſunt Iudæi hæretici.*

1 Mandato tuo. *i.per mandatum tuum a me vere intellectum ex tua illuſtratione.*

2 Quia æter.mi.eſt. *i.mihi impreſſam inſeparabiliter.*

3 Super o.do. *De ſacra autem ſcriptura edocetur homo dupliciter: Vno modo ab homine perito in intellectū ſacræ ſcripturæ. Et in tali notitia diſcipulus aliquādo tranſcendit magiſtrū,quia habet clarius ingeniū,& diligentius exercitum,ſicut cōtingit in pluribus fidelibus. Et in perſona talium dicitur. Super omnes docentes me intellexi ſacræ ſcripturæ veritatem. Cuius cauſa ſubditur.*

4 Quia teſti.tua me.m.eſt. *i.meditatio mea circa teſtimonia tua cōtinue verſatur quantū humana fragilitas patitur. Alio modo docetur a Deo,ſicut edocti fuerūt apoſtoli,de quibus dicit Hierony. in epiſtola ad Paulinū de omnibus ſacræ ſcripturæ libris. Quicquid.n.alijs exercitatio & quotidiana in lege meditatio tribuere ſolet,hoc illis ſpiritusſanctus ſuggerebat,& erant iuxta quod ſcriptū eſt,docibiles Deo. Hoc et modo fuerunt edocti plures alij ſancti, ſicut de beato Franciſco legitur,& pluribus alijs. Et iſte modus ſciendi eſt excellentior pręcedenti, propter quod in perſona talium ſubditur.*

5 Super ſe. *per exercitium longi temporis ſacræ ſcripturæ notitiam habent.*

6 Intel. *cuius cauſa ſubditur,quia mandata tua quæſiui.i.intel[ligentiā] verborum tuorum a te in feruenti & deuota oratione poſtulaui, [&] de diſti mihi,vt ſcribit Sap.7.a. Inuocaui,& venit ī me ſpiritus ſapię.*

7 Ab omni via. *Hic conſequenter ponitur bonitas contemplat[ionis] prout dirigit affectū,& primo in vitatione mali,ſecundo in proſec[utio]ne boni,ibi,*Lucerna pedi. *Quātum ad primum,dicitur,* Ab omni via mala. *quæ ducit ad perditionem.*

8 Prohibui pedes meos. *directus per conſiderationem, legis &c.*

9 Vt cuſtodiam verba tua. *ideſt,mandata negatiua quæ pr[ohi]bent malum.*

10 A iudicijs. *in lege diuina contentis.*

11 Nō declinaui. *ad iniuſtā ſententiā timore humano vel fa[uore],*

12 Quia tu legē. *quā teneor ſequi abſque declinatione. Et qui[a] tali exercitio expectatur optima retributio delectās animū, iō ſu[bdit].*

13 Quam dulcia fau. *Os & fauces ibi accipiūtur metaphori[ce pro] viribus ſuperioribus animę,quibus dulcedo cæleſtiū in præſenti a[liquo] modo ſentitur & pręguſtatur,& per conſequens peccatum quod e[ſt hu]ius dulcedinis impeditiuum oditur,ideo ſequitur.*

14 A mandatis tuis. *dulcedinē tuæ retributionis,ſecūdū quod [dici]tur, Eſa.64.b. Oculus non vidit,Deus abſque te, & auris non au[diuit] quæ præparaſti diligentibus te.*

15 Propterea odiui omnem viam iniqui. *quia impedit c[on]ſecutionem prædictæ dulcedinis & ſuauitatis.*

Luc

¶Aug.Vnicus vel paſcua, Chriſtus ſingulatis adiutor,& paſcua animarum.

Nun.

a ¶Vt lunæ radius. b ¶Quibus lucet in nocte huius ſeculi.
c ¶Omnes ſanctæ ſcripturæ. ¶Chriſtus qui eſt verbum in principio apud patrem. d ¶Inextinguibile.

a
b LVcerna pedibus meis verbum tuum. & lumen 1
a ¶His opus eſt luce ad illuminandum. b ¶Et ideo. ¶Quaſi, In lumine ambulans. c ¶Pro id eſt. d ¶Exponit iuraui, ideſt ſtatui 2
quaſi per ſacramentum, quia ita fixus eſt in eo, vt ſtatuere habeatur pro iuratione. 3
c ſemitis meis. Iuraui et ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ. 4
d a ¶Et quia cuſtodio, ideo. ¶A perſecutore. ¶Hoc volebat qui cuſtodit iudicia iuſtitiæ. 5
b Sed o. c Vt ſecundum verbum tuum viuam. & omnia cum ratione faciam.
e
f † Humiliatus ſum † vſquequaque domine viuifica me ſe- 6 7

† nimis

GLOSSA ORDINARIA.

A a Nun. Caſs. 13. litera lumen verbi pedibus radiare gaudet, animam humilitate commendans, ex deſiderio retributionem petens, hic agit de humilitate, quia initium boni & perfectionem Chriſto retribuit, non ſibi. Quaſi, ſic & ſic, mihi & alijs profeci, hoc non a me, ſed Lucerna.

Amb. Nun, vnicus vel paſcua eorum, qui hic de vnigenito Dei æterni luminis claritate, qui eſt & paſcua fidelium. Ipſe enim nos paſcit & reficit. Bona eſt hæc paſcua, quia carpis illic bonum florem, quia reſurrectionis dedit bonum odorem. Carpis illic lilium æternitatis, & roſam dominici corporis & ſanguinis. Docet aūt humilitatem in hac paſcua propheta. i. in hoc octonario, vbi agit de hac paſcua. Ipſe Chriſtus, qui eſt paſcua noſtra humilitate in ſe docuit, ip.n. verus Dauid humilis & manu fortis, patri obediens, oues patris ſui diuina prædicatione paſcebat, quibus ſecundum ſcripturas certis indicijs ſuum probabit aduentum.

* Beda. Nun ſempiternum, ſiue piſcis. Ad Quartam decimā literā cohors beata peruenit, in qua pedibus ſuis dñici verbi lumen radiare congaudet, aīam ſuā humillima ſatisfactione commendans, expetens retributiones dñi perpetuas: ob quam literam hæc ſempiterni nomen accepit. Porro & quod piſcis interpretatur, oſtendit eum qui ſeculi fluctibus obſitus, lumē verbi requirit dicēs, *Humiliatus ſum vſquequaque domine.*

b LVcerna. ✲ Baſil. Sciendum aūt eſt quod lucerna quidem nominata eſt lex, propterea qđ ægre vnam gentem illuminauit. Saluator vero ſol iuſtitiæ dictus eſt, vt qui totum orbem illuſtrarit. Ita vt Iohannē Chriſtus lucernā nominauit. Quoniā vero lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundū orta iam erat, Apoſtolos quoq; lucem appellauit, propterea quod lucis huius participes facti cunctos mortales illuminaturi eſſent.

✲ Beda venerab. Nota q̃ dicit lucerna ſunt & lumen: lucerna a lumine habet lumen, ſicut montes illi de quib. dictū eſt *Leuaui oculos meos in montes vnde venit auxilium mihi*. Hoc ſunt Apoſtoli a lumine ſunt illuminati, quia ſol iuſtitiæ exortus prius illos illuminauit, & per ipſos in cōualles reduxit, quapropter & in his, & in alijs doctorib. lucerna eſt diuinum verbum, in Chriſto vero qui a ſeipſo illuminationem habuit quia Deus erat in Chriſto, mundum ſibi reconcilians, non lucerna, ſed lumen eſt illud, ideſt, verbum diuinum.

Aug. Caſ. In nocte huius ſeculi, vbi tenebræ, foueæ, quæ ſua prouidentia non vitaret. Verbū, quod a prophetis ſeminatur. Lumen propriè, qđ ex ſe lucet, non niſi Deus. Lucerna creatura quæ participat lumine. Ideoq; de Iohanne dicitur, *Paraui lucernam Chriſto meo.* Pedibus mentis, ſemitis operum. vnde & prius dixit pedibus, deinde, ſemitis, vt prius clarificati corde, poſt rectis greſſibus ambulemus.

c Iuraui. Tanquam bene ad lucernam ambulans, & quaſi rectas ſemitas habens. *Iuraui & ſtatui.* Ideſt firmiter ſtatui.

* Beda. Quod quæq; fidelis anima ſtatuit, hoc ex ipſa fide debet eſſe iuramentum, & ideo dicit, *Iuraui*, i. firmiter intui, & ideo me dico iuraſſe, quia ſtatui cuſtodire iudicia C
iuſtitiæ tuæ, id eſt, pręcepta tua quæ tu iudicas eſſe iuſta. D

✲ Baſil. & Theod. firmum animi ſui iudicium iuramentum nominauit, eo quod pleraque humanarum rerum iuramento firmantur.

d *Cuſtodire.* inter quælibet pericula, quod fit per fidem, dum ſub Deo iuſto iudice, nec bonum ſine fructu, nec malum impunitum creditur, ſed pro hac fide grauia ſuſtinet. Humiliatus ſū. Non dico humiliaui me, vt humilitatem quæ in pręcepto eſt, intelligi ſit neceſſe, ſed humiliatus ſū vehementi perſecutione. Beatus qui gloriatur humilitate magis quàm poteſtate. poteſtas enim decipit, humilitas vero non deſtituit. ſed ne fides deficiat. Viuifica ſecundum promiſsū. Vt cuſtodiam iudicia iuſtitię, aliter & anima moritur in tribulatione. Voluntaria. humiliatus viuificatur ſ̃m promiſsū Dei, viuificatus ſpiritu voluntarius eſt miniſter, non ex neceſſitate: talis docetur iudicia quę ſunt inſcrutabilia, vt non reddat pro malis mala, hęc doceri poteſt qui aīam ſemper intendit ad Deum, & legem non eſt oblitus, vnde iam lętus & ſecurus dicit: *Poſuerunt peccatores.* Aug. Chriſtus lumen eſt E
& lucerna. Sed lumen eſt Chriſtus, dum ore noſtro recenſetur, lucet enim in nobis: tanquam in vaſe fictili. Vñ Apoſt. 2.Cor.4.b.
*Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus.* In ſe vero lumen eſt inextinguibile quod illuminat oēm hoīem venientē in hunc mundum. Mitte ergo oleū, ne deficiat tibi lumen lucernę. Oleum inquā miſericordię cęleſtis & gratię, quo vngebantur prophetę, quo ceruicis noſtrę dura molleſcunt, quo etiā colliſa ſcopulis peccatorū fouentur corpora. *Lucerna pedibus, lumen ſemitis.* congrua verborū diſtinctio. Lucerna enim ſufficit pedibus ad ambulandum. Semitis vero opus eſt luce expanſa ad illuminandum. Vel, verbum, ideſt Chriſtus dicit lucerna ſecundum legem, vbi minus clarè lucebat. lumē ſecundum euangelium vbi apertè radiat: Vel verbum, omnes ſanctę ſcripturę, quod eſt nobis lucerna. Vnde Petrus: *Habe-* 1.Pe.5.d.
*mus certiorem propheticum ſermonem, cui intendentes benefacitis, tanquam lucernæ in obſcuro loco.* Cum igitur vnigenitum verbū ęquale lumen gignenti dicatur, & homo ab illo illuminatus dicatur lucerna, & nec homo ſit verbum quod eſt lumen, nec illud verbum ſit lucerna. manifeſtum eſt de hoc non agi, vbi idem verbum lumen & lucerna dicitur.

*Iuraui.* Aug. Quaſi diceret, verbum eſt mihi lumē. & ideo pręeunte hac luce, quaſi in lumine ambulans iuraui. Alioquin infirmis dicit Ieſus, non iurandum eſſe omnino.

c *Iudicia iuſtitiæ.* Aug. Vt credam cuique retribuendum eſ- Matt.5.d.
ſe, etiam quę hic aguntur a bonis & malis, vt a nullo moueatur perfectus.

f *Humiliatus ſum, &c.* * Baſil. & Theodor. Non ſimpliciter ſe humiliatum eſſe dixit, ſed vehementer humiliatum, pręſertim, cū rex eſſet & propheta, & fiduciā a virtute haberet & diuitijs afflueret & hoſtes vinceret, ſed nec ſapientię, nec fortitudini, nec iuſtitię fidere voluit unquam, & hęc diuinę gratię donum eſſe opinatur, & uitam ab eo qui eam dare poteſt efflagitat, non indefinitè petit, ſed rationis compotem, ut ſecundum legem, ut a diuina lege illuſtratam. F

☞ Vo-

Humilitas

*Cum carbo.* gehennę. Et qm̃ inſultus dęmonum eſt valde grauis ad ſuſtinẽdũ, ſubditur. 2 *Hei mihi, quia inco. meus.* In hoc mundo. † *Prolonga. eſt.* Cum tali bello. Et quoniam non ſolum dæmones, ſed etiam homines mali, qui ſunt eorum miniſtri, impellunt ad peccatum, ideo ſubditur.

3 *Habitaui cum habitantibus Cedar.* Qui interpretantur tenebræ,& ſic ſignificat homines malos peccatis obtenebratos, de quibus adhuc ſubditur. 4 *Cum his, qui ode. pacem, eram pacificus.* Eorum moleſtias in patientia toleranda.

6 *Cum loque. il.* Modeſtè.

7 *Impugnabant me gratis.* id eſt, ſine cauſa.

## ADDITIO I.

In pſal. 119 *Ad dominum cum tribularer, &c.* vbi dicitur in poſtilla. Et ex tali variatione intitulationis.

De auctoritate horum canticorum, ſ. graduum idem videtur dicẽdum, ſicut de cæteris pſal. quorum autor eſt Dauid, licet aliqui ei non intitulantur, imo videantur intitulari alijs vt frequenter ſupra dictum eſt, & nonnullis rationibus perſuaſum, vnde non oportet amplius ſuper his innouari. De ſignificatione aũt huius tituli cum dicit: *Canticũ graduũ.* quidã ex antiquis expoſitoribus Hebræorum dicunt, & forte probabiliter, quòd hoc deſignat quandam ſpeciem cantus, qui eleuando vocem gradatim decantabatur,& inde fuerũt iſta cantica appropriata ad aſcẽſum templi, qui erat per quindecim gradus, ita quòd ſicut corporaliter ſacerdotes,& Leuitæ aſcendebãt de gradu in gradum ad ingreſſum templi, ita voces eorũ gradatim eleuabantᷣ. Et quicquid ſit de hac materia horũ canticorũ, licet prima facie non videatᷣ totaliter ad illum ꝯtinuari, tñ diligẽter ꝯſiderãti reperiri põt aliqualis cõtinuatio horũ cãticorũ adinuicẽ, ꝓut videbitᷣ ꝓſequẽdo,&c.

A D-

## ADDITIO II.

In eo. pſalm. 119. vbi dicitur in poſtilla: Propter quod videbitur mihi melius dicendum.

Iſtud canticũ nõ vr̃ pertinere ad captiuitatẽ Babylonicã.

Primo quia in illa captiuitate non fuit oppreſſus populus Iſraeliticus per fraudem ſeu doloſitatem, ſed per puram violentiam,& armorum potentiam, obſidendo ciuitatem Ieruſalem, quam cum machinis,& alijs bellicis artificijs acquiſiuerunt Babylonici,& totaliter deuaſtauerũt. Similiter,& regem eorum Sedechiam fugientem violenter captiuauerũt vt iſta,& alia pertinentia ad hoc patent. 4. Reg. vlt.& 2. Paralipo. 36. Inconuenienter igitur conquereretur quis in perſona populi Iſraelitici in illa captiuitate exiſtentis de lingua doloſa, cum dicit. *Libera animam meam a lingua doloſa. Quid apponatur tibi ad ling. dolo.*

Scđo q̃a Babylonij deſcẽdebãt a Chã filio Noe, vt hr̃ Ge. 10. Cedar aũt deſcẽdit ab Iſmahel filio Abrahę, vt legitᷣ Ge. 25. qui quidẽ Abrahã deſcẽdit de Sem. Non.n. vere diceretᷣ, q̄ popul⁹ Iſraeliticus in captiuitate Babylonica exiſtẽs habitaſſet

A taſſet cũ habitantib, Cedar: cũ valde remotę eſſent iſtę natio
nes, nõ ſolũ quo ad originẽ, vt dictũ eſt, ſed ẽt quo ad locũ.
Babylonia n. eſt in parte oriẽtali terrę, ſ. in Aſia: Arabes vero,
q ſunt in Cedar, ſunt in Africa. Tertio q̃a hoc, q̇ dr̃: Cũ his, q
oderũt pacẽ, erã pacificus, & cũ loquebar illis impugnabant
me gratis, valde improprie applicaret̃ Iſraeliticis in Babylo
nia captiuatis. Captiui.n.im̃, ppriè dicerent̃ eſſe pacifici do-
minis ſuis, ſed ſubiecti, & ſubditi, & hmõi. Nec cũ dñs peutit
vel aliqd dãnũ, vel lęſionẽ infert ſeruo ſuo, valde impropriè
diceret̃ impugnare eũ, ſed eũ affligere, vel opprimere, & hu
iuſmodi. vñ, pprie videret̃ iſte pſ. exponi de ſtatu eccłię tri-
bulatę a paganis, & hęreticis, & ſpãliter a Saracenis, a quib'
eccłia diu fuit tribulata, & ẽt hodie tribulat̃ in diuerſis regio
nib. vt patet p experiẽtiã, in qua tribulatione eccłia nõ dr̃ ca
ptiuata ab eis, nec debellata, ſed põt dici turbata p eos ſeu tri
bulata. de qua tribulatione iſte pſ. vr̃ tractare circa qđ ſex fa-
cit, q̃a primo orat deũ, dicẽs: *Ad dñm cũ tribu.* Nõ.n. facit mẽ-
tionẽ de captiuitate, q̃ i de' nunq̃ pmiſit eccleſiã vniuerſalẽ
ab illis ſupprimi in captiuitate, ſed bene tribulari. Et q̃a ſpe-
ctat diuino adiutorio ab eorũ tribulationib. liberari, idcirco
dicit: *Clamaui, et exaudiuit me*, intelligendo præteritum pro fu
turo, vt moris eſt in talibus.

Conſequenter ſecundo declarat, quæ ſit hæc tribulatio, à
qua petit liberari, dicens: *O dñe libera animam meam a labiis ini-
quis, & a lingua doloſa.* Pro quo ſciendum, q̇ licet Saraceni ſę
pe impugneat eccleſiam per viã potentię, & manu armata,
tamen in hoc pſal. potius intendit pſalmiſta de eorum impu
gnatione ſpirituali, quæ eſt duplex. Vno modo blaſphemã
do Chriſtũ noſtrũ, & doctrinã eius, & hoc intelligitur, qđ di
cit: *Libera me a labiis iniquis.* Alio modo fraudulenter iactãdo
B ſe ſeruare legẽ, & euangelium, & in hoc ſeducunt multos fi
deles preſertim in exordio ſui erroris. Nam in eorum Alcho
rano neſandiſſimo ſępe pręcipitur ſeruare legem, & euange
lium, & tamen vtrunque deſpiciunt, vt patet ad ſenſum. vn-
de de hoc proprie intelligitur, quod dicitur. *Et a lingua doloſa,*
quia mendaciter, & doloſe pſeudo propheta ſuus Mahume
tus loquitur, & præcipit ea, quæ non vult fieri, vt dictum eſt.

Alchoranus ia ctanter, & legem, & euangelium obſeruari tradit.

Conſequẽter tertio pſalmiſta quærit, quod remedium ſit
adhibendum tali linguę doloſæ. vnde dicit: *Quid detur tibi, aut
quid apponatur tibi ad linguam doloſam?* Ad quod reſpondet: *Sa
gittæ potentis acu.* i. ſcientia ſacræ ſcripturæ, quæ ſagittæ poten
tis, ſcilicet Chriſti ſunt, & acutiſſimæ, vt ad Hebr. 4. c. *Sermo
dei penetrabilior omni gladio acuto.* Et quia huiuſmodi ſenten-
tiæ ſacræ ſcripturæ non ſolum penetrant ad modum ſagittę
ſeu gladij, ſed etiam, vt ignis, iuxta illud Iere. 22. f. *Nonne ver-
bum meum, ſicut ignis, dicit dominus.* ideo ſubdit. *Cum carbonibus
deſolatoriis.* Vel põt referri hæc reſponſio cum dr̃: Sagittæ po
tentis, ad deſtructionẽ eorũ futuram ante aduentum Chri
ſecũdũ quam quarta beſtia a Daniele viſa cum cornib.
penitus deſtruetur, inter q̃ cornua poteſtas tyrãnica Sara
norũ includit̃ prout declaratur in additione ſupra Danie

Conſequenter p̃uidens propheta hanc turbationem e
valde diuturnã. Excedit.n. in tp̃is duratione cæteras turb
tiones quas paſſi ſunt fideles tã in antiquo teſtamento, q̃
nouo. A tp̃e.n. ortus ſui vſque hodie fluxerũt plus, q̃. d. cc
anni, & adhuc eſt in magna valetudine, vnde merito pſal
ſta de tã longiſſima diuturnitate huius turbationis plãgẽ
dicit: *Heu me, quoniã inco. meus prolongatus eſt.* Et nota, q̇ nũ
xit captiuatio mea, nec ſuppreſſio, & hmõi, ſed incolat'
peregrinatio ſm̃ tranſlationẽ Hier. in quo denotat̃, q̇ pop
lus fideliũ nõ erat ab eis totaliter ſupprimendus, nec capti
dus, ſed q̇ cũ eis hẽbat conuerſari audiẽdo eorũ doloſita
circa ea, q̃ ſunt fidei, ꝓut ſæpe cõtingit Chriſtianis in ter
eorum ditioni ſubiectis commorantibus, quod eſt maxi
moleſtũ veris fidelib. Etſi quæratur, qui ſunt illi cum qui
erat iſte incolatus ſeu peregrinatio, hoc exprimit dicẽs. *Ha
bitaui cum habitantib. Cedar.* Iſti enim ꝓprie ſunt Agareni
ſcendentes ab Iſmahel per Agar, vt dictũ eſt, qui poſtea
ſo nominantur Saraceni, quaſi per Saram liberam ab Ab
ham deſcendiſſent: Ex iſtis enim ſunt Arabes habitantes
tabernaculis Cedar, ſcilicet in tentorijs denigratis, de qu
Canticorum. 1. b. *Nigra ſum, ſicut tabernacula Cedar.*

Cõſequẽter quinto, vt amplius declararet, qualiter ſe
eccleſia cum hmõi habitantibus Cedar, ſubdit: *Multũ inc
fuit anima mea, cum his, qui oderunt pacem.* Hic finitur verſus
Hebraico, & eſt ſenſus, q̇ eccleſia ſe hẽt cum iſtis tanqu
cum aduerſarijs, cum quibus non habet pacem, ſed tñ n
totaliter ab eis deuincitur, nec totaliter eos deuincit. Et
eſt propria comparatio fidelium ad Saracenos quo ad po
tiam mundanã, quia vt communiter cum eis conuerſant
tanquam cum his, qui oderunt pacem modo prædicto.

Conſequenter ſexto, vt oſtenderet, q̇ defectus huius
cis non procedit ab eccleſia, ſed potius ab huiuſmodi hab
tib. Cedar nolentib recipere verbũ veritatis, idcirco ſubd
*Eram pacificus.* Cuius ſenſus eſt, quia eccleſia non dedit eis
q̃ occaſionẽ impugnationis, niſi inquantum proponebat
verbũ fidei, & veritatis, qđ ipſi nõ pñt pacifice ſuſtinere
ideo ſubdit: *Cum loquebar illis,* ſ. verba ſalutis, & pacis, imp
gnabant me, ſ. non ſolum per linguam iniquã ſeu doloſa
ſed etiam per potentiam inuaſiuã, quæ proprie dr̃ impug
tio, & quia talis inuaſio eſt penitus irrationabilis, iõ cũ dic
impugnabant me, ſubdit: *Gratis,* ideſt, abſque cauſa rõnab

D

E

## GLOSSA ORDINARIA.

a *Canticum graduum.* Caſſ. Secundus gradus petere diuinam
defenſionem, cui nihil poſſe obuiare monſtratur.

Aug. Cui.n. de mundo exeunti pericula occurrunt, expo-
ſcere debet diuinum auxiliũ. Cõgrue ergo, qui ſupra geme-
bat intra malorũ inſi
dias, hic ꝯ eas orat iu-
uari. Non eſt.n. impa
ratus, & imprudens,
ſicut ille paterfami-
lias, qui in euangelio
neſcit, quando fur vẽ
turus ſit, & dormit.
Et iõ ipſum ſubito occupat hora furis, p quẽ ſignificant̃ illi,
C q p̃ſumẽtes de cupiditatib. ſuis, & delitijs hui' ſeculi, diffluẽ
tes tumẽt, & erigunt̃ aduerſus humiles. Hi ſunt, q̃ in diebus
Noe nubũt, vxores ducũt. & ędificãt, i. q̃ de his p̃ſumunt, q̃
hęc deo p̃ferũt. Et iõ eos ꝯprehẽdit hora furis. Sed filios lu-
cis nõ ꝯprehendit, q̃a ſemp vigilant, expectantes dñm ſuũ
quando reuertatur. Talis eſt iſte, qui oculos ad deum leuat.

† ad. Luc 12. c. Luc. 12. c

Caſſ. Primo leuat oculos, & orat, ſecundo qđ orauit affir-
mat, oſtẽdẽs virtutẽ auxilij impetrati. Ibi dominus cuſtodit.

⁜Beda. Primo in tribulatione poſitus propheta, ad exem-
plũ Publicani illius, qui tunſo pectore oculos eleuare nõ au-
debat ad cęlũ, liberari ſe petit a labijs iniquis, & a lingua do-
loſa, nunc aũt reſpirans ad ſecundum gradũ oculos leuauit
ad montes, ad interceſſores vtique ſanctos quorũ ſuffrag
munera mereret̃. Hoc ex pſona ſua loquit̃ ꝓpheta, q̃ tan
& ipſe mõs erat, & patriarcha mirabilis, ſed iõ per iſtos g
dus competenter aſcendiſſe ſe retulit, vt nobis ignoranti
cęleſtiũ virtutũ genera, diſtincta narratione mõſtraret. Pr
pheta, vt diximus
cœleſtem Hieruſa
conſcendens prim
membro ad ſancto
merita eleuaſſe ſe
cit oculos, vt eorũ p
cibus iuuaret̃, ne m
illius hoſtili impug
tione ſuccumberet. Secundo ordine indubitanter ſibi pr
mittit, quod ſe integre nouerat poſtulaſſe.

a ¶Ideſt, canticum aſcenſionis: Aſcendere eſt in deum proficere, profectus ergo gradus eſt.

a Canticum graduum. CXX.

a ¶Auguſtin. Qui prius illuminati ſole iuſtitiæ, per quos apertæ ſcripturæ. ¶ Spirituales, ideſt, ſanctos.
b ¶ Quia de ſcripturis in hac uita habemus auxilium.

¶Interiores.

b LEuaui oculos meos † in montes[a], vnde veniet au[b]- 1 † 2

⁜Idem. Prędicatio, vel inſtitutio ſupplicationis, quę in Ba
bylone poſito conueniat. Aliter pſalmi graduum dicunt
quia in aſcenſu templi canebantur ſinguli pſalmi per ſing
los gradus. Aliter vox Eccleſiæ ad Apoſtolos.

F

### PSALMVS CXX.

a LEuaui ocu. Caſſ. Qui quaſi inclinatus clamauit, iam re
rans oculos ad interceſſores ſanctos leuat.

⁜Euthym. Hoc cantico, & verba prædicuntur, quæ dic
ri erant Iudæorum captiui, cum ex Babylone diſceſſuri
ſent, & aſcenſuri in Hieruſalẽ. Per montes autem cęlos in
ligit ob ſummã, ſcilicet eorũ altitudinem, illinc enim ſpe
ba

## NICOLAVS DE LYRA. PSAL. CXX.

LEuaui ocu. meos. *Titulus huius pſalmi eſt,* Canticũ graduũ.
*de quo dicendũ eſt, ſicut in pſalmo præcedenti. De materia vero
pſalmi videtur mihi, ſaluo meliori iudicio, quod ſicut p̃cedens eſt ora-
tio alicuius ſancti ſpiritũ dei habentis pro reditu populi Iſrael de Ba-
bylonica captiuitate, ſic pſalmus iſte eſt oratio ꝓ bono ſtatu populi de
captiuitate reuerſi, de quo hẽtur. 1. Eſd. Dicit igitur pſalmiſta in p
li perſona.* 1 Leuaui ocu. meos. &c. *hoc eſt ad deũ, & ciues cæ
leſtes, qui dicuntur montes, infra pſ. 124. Montes in circumitu eius, i
angeli, vt exponit Aug.* 2 Vnde veniet auxilium mihi, &
*Diuina enim adiutoria hominib. præſtita communiter per angelos
miniſtrantur, principaliter tamen ſunt a deo. propter quod ſubdi*

Mite pſa.

## MORALITER.

1 *Leuaui ocu. meos, &c.* Iſte pſ. eſt orõ alicuius viri ſancti pro
bono ſtatu populi de pctõ p pęnitentiã reuerſi, dicentis: *Le-
uaui ocu. meos, &c.* ſ. cordis, & corporis. † *In montes, &c.* i
deũ, & ciues cęleſtes. 2 *Vnde veniet auxiliũ, &c.* me pſeru
& populũ a recidiuo peccati, ideo ſubditur. *Auxiliũ meũ a*

Dant aduenturum ſibi eſſe conſuetum Dei auxilium, quo du
Aente illæſi in patriam peruenirent.

✠ Beda. Iterum ſpiritus iſte admonet nos vt aſcendamus, quia qui incipit velle aſcendendo proficere, eius opus eſt vt proponat ſibi exemplū ſanctos patres, vt eorū exemplo magis proficiat aſcendendo, vel vt ille qui dicit, *Leuaui oculos meos in montes, &c.* Id eſt ſanctos prophetas & patriarchas, attendo excellentiam vitæ eorum, *vnde,* id eſt à quibus *veniat auxilium mihi,* quia eorum exemplo commoneor aſcendere.

*Auxilium meum à domino.* ✠ Euthymius. Propriū enim Dei eſt omnium creator dicitur, cū ipſe ſolus ſit, qui poſſit creare, & nos ſtur ſi animi oculos in cęlum leuauerimus eoſque à terreſtris rebus omnibus dimouerimus, diuinum ſimili modo cōſequemur auxilium.

a Sed non de illis præſumendum, imo de domino & quia & hi de plenitudine eius accipiunt In quos tamen niſi leues oculos per ſcripturas, non amoueberis, vt ab illo illumineris. Illi miniſtri, Deus autem illuminationis. Qui eſt lux vera quæ illuminat omnem hominem, &c.

a xilium mihi. Auxilium meum à domino, qui fecit cęlum 1

a Vt ergo firmus ſis in gradibus. b Vt cadas per ſuperbiam. Vt non moueatur, elige cuſtodem qui non dormit: c Cogitationem.

b c & terram. Non † det in commotionem pedem tuum, neq; 2 3

a Aug. Non ſignat pigritari. b Quis eſt cuſtos qui non dormit? Ecce. c Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur:

d e † dormitet qui cuſtodit te Ecce non dormitabit neq; dor-

a Chriſtus qui cuſtodit, primo per fidem, poſt videntes per ſpeciem. b Quomodo?

f g miet, qui cuſtodit Iſrael. Dñs cuſtodit te dominus † protectio 4 5

a Ideſt fidem qua fiunt filij, ut non ſinat tentari ſupra quam poſſunt. b Et ſic. Non errabis in diuinitate ſiue in Dei ſapientia. Vel æ: Vel æ. c Ideſt non ſcandalizaberis in eccleſia vel in carne Chriſti.

h tua, ſuper manū dexterā tuā. Per diē ſol nō vret te neq; lu- 6 7

✠ Baſilius. Si enim cęlum, inquit, & terram ipſe fecit, & inter alienos & Barbaros opem ferre, ac manum porrigere poteſt: Etenim ſi omnia elemēta ſolo verbo produxit, multo magis nos è Barbaris liberare poteſt.

b *Non det, &c.* Lætus iſte, ſcilicet vir iuſtus de tali auxilio ſibi ipſi loquitur.

B c *In commotionem.* Ad proficiendum non mouet pedem ſi charitas. Ad cadendum, ſuperbia.

✠ Euthymius. Hoc ad fraternum amorem pertinet, vt vnuſquiſq; pro altero effundere ad Deū preces addiſcat, ne det inquit pedē tuū in commotionem, hoc eſt in fluctuationem, neque à recta virtutū via auertaris Ne idcirco ipſe etiā Deus qui te cuſtodire ſolebat dormitet. Hoc eſt ne ipſe etiā negligēs videri poſſit in ijs quæ ad cuſtodiā tuā pertinēt, vel des iter tuū in fluctuātia negotia, ſed tutā legis ac mādatorū ſemitā conſcende quæ rectū iter incedētibus præſtat.

✠ Beda venerab. Q. d. Quādoquidem principale mihi eſt auxilium à dño poſtulandum, ergo non det pedes tuos, i. affectiones tuas o anima in cōmotionem illam videlicet qua commotus primus cecidit homo in paradiſo poſitus, & qua commotus de cęlo cecidit angelus & factus eſt diabolus.

✠ Theodoretus. Hanc clauſulam humano more poſuit, a tranſlatione eorum qui greges & exercitus & ciuitates diligenter cuſtodiūt. Nam diuinam naturam affectu carentem eſſe, per ea quæ ſequuntur, declarauit.

d *Neq; dormit.* Aug. Si dormit in te fides, dormit in te Chrs.

Caſ. *Neque dormi.* Dicitur hoc humana conſuetudine, vt quando feſſus cuſtos dormitat, furtum patitur.

e *Ecce non dor.* Ad hoc enim quod dixit: Non dormitet, refert non dormitabit. Ad aliud vero quod dixit: Non det in commotionem: refert, neque dormiet.

Aug. Ecce non dormitabit. Dormitat Chriſtus, qn̄ in fide torpeſcimus: talis nobis quales nos ei: dormitat mortalis, dormiuit moriens, quod non iā Chriſtus. Ipſe eſt ergo qui vigilat & nunquā dormit. vnde dr̄ ad Ieremiā. *Quid vides? Et ait virgam vigiliarū ego video, quia vigilo ego ſuper populum meū, dicit dominus.* Et dicitur hoc à ſimilitudine virgæ quā tenet fur, vt poma, vel veſtimenta alterius rapiat. Si dormierit ille fur cum

C virga vigilat. Si aūt vigilat ille, fur dormit nō rapit. Similiter ſi homo

D ſi homo cuſtodit veſtimenta ſua. i. bona opera ne nudus ambulet in via, Chriſtus dormit. i. nō punit. Si vero dormit homo, Chriſtus vigilat. i. corripit. Hic eſt cuſtos, de quo in Eſaia: *Ad me clamat ex Seir.* Cuſtos quid de noc. & dixit cuſtos: Venit mane, & nox. Si quæritis quærite, conuertimini & venite. Hic ergo non dormi. neque dor. Sed ne adhuc putes hoc de aliquo hominum, ſubdit: Dominus cuſtodit. Eſai. 21. c.

✠ Theodor. Natura quidem eſt peruigil cuſtos: te autem fluctuante & ipſe incuriam, & te veluti quēdam ſomnum accipit, quandoquidem non amplius de te curam geret. Sed inſidias tibi nectere volentibus permittet. † tegumētum tuum, vmbra.

✠ Beda. Q. dicat. Quære cuſtodem Iſrael: ipſe non dormitabit neque dormiet. Dormitat quiſque quoniam cardinem mortalem portat: dormit quando moritur. Sed iuſtus Iſrael neque dormitabit neque dormiet: quia Chriſtus reſurgens iam non moritur: mors illi vltra nō dominabitur. Nota quia Iſrael eſt vir videns dominum nūc in ſpe, quandoque in re viſurus. Sis ergo tu Iſrael & dominus cuſtodiet te, & dominus protectio tua ſuper manū dexteram tuam.

E f *Qui cuſto. Iſrael.* Auguſtinus. Qui non poteſt videre faciem, videat poſteriora cum tranſierit: Pertranſiuit autem Chriſtus per paſſionem à morte ad vitam: Qui tranſitus Hebraicè dicitur paſcha. Paſcha putatur Græcum quaſi paſſio: ſed verè Hebræum eſt, id eſt tranſitus. In hoc voluit Chriſtus videri, id eſt credi, non modo in eo quod mortuus, vt iniqui credunt, ſed quod ſurrexit. Primum eſt: *In principio erat verbum,* poſterius, *verbum caro factum eſt.* Qui ergo credit quod paſſus eſt, & quod reſurrexit, Iſrael eſt, & huic non dormit Chriſtus. Exod. 33. Iohan. 1. a.

g *Domi. cuſtodit.* Caſ. Secunda pars, vbi quod orauerat affirmat. Et quaſi quis quæreret. Quis eſt ille cuſtos? ſubdit, Dominus cuſtodit, &c.

Aug. Non ſine cauſa eſt, quod non ſimpliciter dicit protegit te, vel dexteram tuam, vel manum dexterā tuam, ſed tranſitiuè ait manū dexteræ. Et non ait ſiniſtræ. Siniſtra eſt quicquid temporaliter habemus, quod & à Deo, dextera eſt æternum. Illa eſt conſolatio, hæc beatitudo. ſecūdum illud: *Lęua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexa. me.* Et in Prouer. *Longitudo dierum, & anni vitæ in dextera eius, & in ſiniſtra eius diuitiæ & honor.* Dextera ergo Dei æterna felicitas. Siniſtra mundana quę & à Deo. Ideoque ad dexteram locandi, qui æterna quæſierunt, ad ſiniſtrā qui terrena. Sed quidam errantes hoc alternant. Sicut illi qui dixerunt. Beatum populum, cui hęc tēporalia ſunt. Contra quos dñs dicit. *Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua,* i. pro terrenis bona ne facias, ſed pro æternis neſciat, ne ſaltem ſe admiſceat. Super manū dexteræ, i. ſuper poteſtatem quam tibi Deus dedit. vt ſis ad dexteram, vt ſis filius, ſecundum illud. *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, &c.* quæ poteſtas eſt per fidem. Sed non valet, niſi Deus protegat. Sed quare oportet vt protegat? propter ſcandala quæ ſunt de duobus, quia & duo ſunt præcepta in quibus lex & prophetæ: Dilectio Dei ſcilicet & proximi. Cant. 2. b. Prouer. 3. a. Matth. 6. a. Iohan. 1. b. Matth. 22. d.

h *Per diem ſol non vret te, neque luna per noctem, &c.* Auguſt. F

Deus

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Auxiliū meū à dño, &c.* & non ab idolis, quę nullā habent virtutē, nec ab angelis ſanctis niſi miniſterialiter tantum, vt dictum eſt. quia non ſunt creatores cęli & terrę. Conſequenter Pſalmiſta conuertit ſermonem ad populū Iſrael, dicens.

2 *Non det in com.* id eſt, non permittat amplius te duci in captiuitatem extra terram tuam.

3 *Neq; dormitet qui cuſtodit te.* ſ. Deus & angeli ſancti quibus committit cuſtodiā fidelium, qui dicuntur ab oībus dormire, quando

quando ſubtrahunt ſuffragium, veruntamen in veritatem in eis non cadit ſomnus, qui eſt paſſio ſenſitiuæ partis, propter quod dicuntur vigiles. Dan. 4. c. *In ſententia vigilum decretum eſt, &c.* ideo ſubditur. *Ecce non dormiet. neq; dormi. &c.*

4 *Dom. cuſtodit te.* Ab omni malo in bono.

5 *Dom. prote. tua.* Contra malū tibi inferendū. 6 *Super manū.* i. plus q̄ manus tua dextera poſſet te protegere & cuſtodire, & per manū dexterā intelligitur tua poteſtas humana.

7 *Per diē ſol non vret te.* ideſt non vrat te, quia Hebræi non habent

## MORALITER.

2 *Non det in commotionem pedem tuum.* id eſt, non permittat affectionem tuam mutari de bono in malum.

3 *Neque dormitet qui cuſtodit te, &c.* i. nō ceſſet te cuſtodire. Deus enim & angeli nunquam dormiunt, ſed dormire dñr, quando non auxiliantur ſicut dixit Elias deriſoriè ſacerdotibus

tibus Baal. 3. Reg. 18. c. *Clamate voce maiore, Deus enim veſter dormit. ideo ſubditur.*

† *Ecce nō dormitabit neque dormiet, &c.* i. ab auxilio nō ceſſabit.

7 *Per diem ſol non vret te, &c.* ideſt æſtus cupiditatis non nocebit tibi tempore proſperitatis, Pſalmo 61. b. Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.

☙ Deus eſt ſol. Dies ſapientia. Luna eccleſia, Nox caro Chriſti.
A Qui ergo errat in Deo, à ſole vritur, & per diem: quia in ipſa ſapientia errat de qua dr̃: *Dies diei eructat verbum, ideſt perfecti.* Pſal. 18.a. ſapientiã perfectis. *Nox vero nocti indicat ſcientiam*, i. paruulis prędicatur humilitas Chriſti. Et non relinquũtur in nocte.i. carnis humilitate: ſed ad altiora diuinitatis prouehuntur: quia lucet & luna in nocte, i. per carnẽ Chriſti prędicatur veritas eccleſię, quia caro ipſa Chriſti caput eſt eccleſiæ. Qui ergo in eccleſia, & in carne Chriſti ſcãdalizatur, à luna vritur. Vel, dominus eſt protector ſuper manum dexteram, i. bonam operationem proteget. Et non ſolum operationem proteget, ſed & te intus, vt ſol id eſt Chriſtus non ſcandalizet te in cognitione deitatis ſuæ, vel humilitatis ſuæ, ſiue
B vnitatis eccleſiæ. Vel luna, ideſt eccleſia non permittet vri nocte tribulationis.

a Quare non vret? vel vt breuiter concludam.
b A ſcandalis in ſole & luna & à perſecutoribus.

a na per noctem. Dominus cuſtodit te ab omni malo, cuſto- 1 2

a Ne cedat. b Auguſt. Si corpus occidatur, quia martyres occidi queunt, flecti nequeunt.
c Et. Aug. quando tentamur intiamus. quando vincimus eximus. Vnde. Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis.

b diat animam tuam dominus. Dominus cuſtodiat introitũ 3 4

a Inſtanti, quia & nunc facit cum tentatione prouentum.

tuum & exitum tuum, ex hoc nunc & vſque in ſeculum. 5

Hieron. Vel per diem accipiuntur proſpera: per ſolem elatio quæ ex proſperis venit ad noctem aduerſa: per lunam depreſſio, quæ ex aduerſis aliquãdo prouenit. Et eſt. *Sol non vret te per diẽ.* i. non vreris elatione proſperitatis. *Neque luna per noctem*, ideſt non depreſſione aduerſitatis ſuccumbes. Et hoc eſt dictum à ſimilitudine beneficij collati antiquo Exod. 13 d. populo. Quia vt olim in columna nubis & ignis præcedebat Iudæos: ita nunc in proſperis & in aduerſis nos ſeruat.

✻ Baſilius. Hoc etiam cum ex Aegypto aſcenderent, & in ſolitudine agerent factum eſt. Multam vero hic ſecuritatem dicit. Veriſimile autem eos etiam cum è Babylone redirent huiuſmodi admirabili potitos eſſe beneficio, idque alio quodam quàm illic modo. Ex abundanti igitur prouidentiam ſuam oſtendere voluit quod non ſolum à grauioribus malis liberat, ſed ne humana quidem pati permittit.
C ✻ Beda

✻ Beda. Sol diuinitatem notat, cuius radio quaſi ſo'e i minatur mens cuiuſque, & quia diei ſapientiã notat, per ad diuinitatẽ aſcendit, vnde illud *dies diei eructat verbũ*, in mẽ opus eſt vnicuique vt protegatur, ne eũ vrat ſol per i. ne permittat eum diuinitas hæc ſcandalizare in ſapien ſcãdalizatur quiſ in ſapientia, qua filiũ quem per ſa tiã æqualem patr telligere deberet, norem eſſe dub quod dicit. *Sol diem non vret te.*
a *Neque luna per noctem.* ✻ Beda ver. Per lunã vel Ch caro propter defectum mortalitatis & paſſibilitatis, vel eccleſia quę eſt corpus ſuum, denotatur. Per noctẽ vero ſc tia intelligitur. Per quã intelliguntur ea quę de carne C ſti, vel de corpore quę eſt eccleſia intelligunt, vrit luna que per noctem, qñ per ſcientiam quiſque de carne Ch vel de corpore eius intelligit ea quæ non eſſent intellig & ideo opus eſt vt dominus protegat quemque, quia eſt protector, per diem ſol nõ vret te, nec luna per noc
b *Dominus cuſtodiat introitum tuum.* Cuncta concludit, initijs bonos exitus adiungat.

Aug. Dominus cuſtodiat introitum tuũ. Intrantes c dit, vt ſana fide intremus, & humiles, ne vento ſuperbia pemus, & dum non ſinit tentari ſupra vires. Exitum cuſtodit ex hoc nunc & vſque in ſeculum, quia cum e mus ab omni tentatione, iam in æternum nihil noceb

*Dominus cuſtodiat, &c.* ✻ Baſilius. Per introitum & ex totam vitam ſignificat: in his enim illa conſiſtit, & vt clarius exprimat ſubiungit. *A modo & vſque in ſeculum.* vno tantum inquit aut altero aut tribus, vel viginti, vel tum diebus, ſed perpetuo, quod inter homines fieri non teſt.

☙ a Can

NICOLAVS DE LYRA.

habent optatiuum modum, ſed loco eius vtuntur futuro indicatiui modi. q.d. ardor ſolis non exuret te per diem, ſicut fecit in Babylonia, vbi cogebaris operari in agris in feruorę diei, ſicut coguntur ſerui.
1 *Neque luna.* ideſt gelu in hyeme, quod maximè intenditur de nocte, quando aer eſt depuratus à nebulis, & luna lucet clarè: propter quod dicebat Iacob Gen. 21. b. *Die noctuque æſtu vrgebar & gelu.*
2 *Domi. cuſtodit te.* ideſt, potens eſt te cuſtodire à malo culpæ & pœnæ.
3 *Cuſtodiat ani. tuam dominus.* id eſt vitam tuam corpor & ſpiritualem.
4 *Dominus cuſtodiat introitum tu. & exit.* ideſt dirigat te i nibus operibus tuis à principio vſque in finem.
5 *Ex hoc nunc & vſque in ſeculum.* Ideſt ſemper.

MORALITER.

1 *Neque luna per noctem, &c.* i. mutabilitas a bono tempore aduerſitatis. 4 Dñs cuſtodiat introitum tuum & ex tuum, &c. *ſcilicet in boni inchoatione, & eius conſummatione*

ADDITIO.

In Pſal. 120. *Leuaui oculos meos.*
Sicut pſal. præcedens proprie poſſet exponi in perſona eccleſiæ tribulatæ ab habitantibus Cedar vt ſupra dictum eſt: In cuius fine concludit, ꝙ ipſi aduerſarij eccleſiã impugnãt gratis. ſ. ſine cauſa rõnabili: ſic pſal. præſens vr̃ exponendus in perſona eccleſiæ ſic impugnatæ, petentis a Deo, & nõ ab aliqua creatura quantumcunque excelſa adiutorium. Circa quod ſex facit. Nam primo dirigens oculos mentis ad ſuperiora ad quęrendum auxilium ſeu protectionẽ ab hmõi impugnantibus, dicit. *Leuaui oculos meos in montes*, i. ad ſublimas ptãtes, in quibus diuina poteſtas maxime relucet. Quid aũt quærat in hmõi leuatione oculorum ſubdit dicens. *Vnde veniet auxilium mihi.* Et quia hoc auxiliũ eſt expectandũ a ſolo Deo principaliter, iõ ſubdit. *Auxiliũ meũ à dño.* Et quia multę ſunt creaturę quę dicuntur, ſeu poſſunt dici domini, ad excluſionem talium dicit. *Qui fecit cælum & terram*, quod pertinet ad ſolum Deum.

Conſequenter ſecundo Pſalmiſta pręuidens, quod eccleſia prædicto modo tribulata quantũcunque a prædictis aduerſarijs turbaretur nunquam tñ pateretur lapſum periculoſum ſaltem in vniuerſali. idcirco ſubdit per modũ propheticæ orationis populo alloquens. *Non det in commotionem pedem tuum.* Caſus.n. ruinoſus populi aſſimilat in ſcripturis lapſui pedis. vnde Deut. 32. e. dr̃. *In tempore, vt labatur pes eorum.* Et cauſam huius protectionis dicit eſſe diuinam prouidẽtiã inceſſabiliter populũ protegẽtẽ, ad ſimilitudinẽ alicuius potentis viri, qui vigilãter cuſtodit atrium ſuũ. Et de hoc dicit. *Nec dormiet qui cuſtodit te.* & ẽt addit dicens: *Ecce non dormitabit neque dormiet, &c.* quia homines quandoque, etſi non dormiunt per ſomnum profundum, dormitant tamen leuiter, ſic vt per talem dormitationem ceſſet eorum prouide quod excludit a cuſtodia diuina circa populum fidel in hoc caſu dicens: *Ecce non dormitabit, &c.*

Conſequenter tertio, quia iſta cuſtodia diuina ſe ext dit etiam ad illa, in quibus prouidentia humana non conſ ſufficienter prouidere. ideo ſubdit: *Dominus protectio tua ſuper manum dexteram tuam.* Pro quo ſciendum, quod impugn tes, communiter partem ſiniſtram protegunt pluſquam d ram: vt puta cum ſcuto inſuper protegẽte, & ſimilibu communiter ſupra ponuntur ad partem ſiniſtram & dexteram, eo quod manus dextera non poteſt cooperi to, vt ſit expeditior ad inuadendum, & ſic dextera m indiget vlteriori protectione. propter quod dicit. *Do protectio tua ſuper manum dexteram tuam*, ſcilicet quod n dextera licet nõ cooperiatur ſcuto ſicut ſiniſtra, erit ta a Deo protecta: Et iſta dicuntur metaphoricè, ad deſi dum excellentiam & diligentiam diuinæ cuſtodiæ.

Conſequenter quarto dicit. *Per diem ſol non vret te, neq na per noctem.* Quod exponitur communiter ad literam cuſtodia diuina, ab æſtu ſolis, & humectatione lunæ, qu cent ſanitati corporis, cum in aliquo exceſſu cõtingun vlterius hæc verba poſſunt intelligi de alijs influentijs ſtium corporum. Ad quod ſciendum, quod Gentiles, xime Saraceni contra quos hic agitur, ſecundum exp nem prædictam, in principio ortus ſuæ ſectæ conſueu aſpicere in iudicijs aſtrorum, & ſecundum ea dirigere ſua & alia facta publica, vt patet in geſtis eorũ, quod plures Gentiles facere conſueuerunt. vnde Eſa. 47. d. *te augures tui qui contemplantur ſydera, & ſupputabant menſe* Vnde ad remouendum hunc errorem Deuteron 4. le *Ne forte oculis eleuatis ad cælum videas ſolem & lunam, &*

aſtra cæli, *& errore deceptus adores ea, & colas, quæ creauit Deus tuus in miniſterium cunctis gentibus*. Et ad hanc intentionem reducenda videtur verba pſalmiſtę in hoc loco, quaſi diceret, taliter dominus cuſtodit te, quod nullæ influentiæ cęleſtiū corporum tibi nocebunt, inter quæ corpora cęleſtia ſol habet pleniorem poteſtatem de die, & luna de nocte. vnde infra pſal. 135.b. *Solem in poteſtatem diei, &c.*

Conſeqнēter quinto, vt omnia pericula particularia quaſi ſub clauſula generali comprehenderet ſubdit: *Dominus cuſtodit te ab omni malo*, ſ. corporali, & ſequitur: *Cuſtodiat animam tuam dominus*, ſ. a malo ſpirituali, quod proprie eſt in anima. Conſequenter ſexto ne ex dictis intelligeretur, quod Deus cuſtodierit populum hmōi ab omni malo, ſic quod nunquā alicui eorum contingeret in particulari aliquod malum penę ſeu culpę, idcirco ſubdit: *Dominus cuſtodit introitum tuum & exitum tuum, ex hoc nunc & vſque in ſeculum*. Cuius ſenſus eſt, quod principalia ad populū Dei pertinentia ſemper à Deo cuſtodirent'. Introitus. n. quod eſt principium viæ vel motus rei, eſt plus q̄ dimidium totius itineris ſm̄ Philoſophum in 1. Ethicor. Exitus etiam qui finis eſt habet rationē optimi, & ſic eccleſia prophetice dicit' cuſtodiri à Deo. *Ex hoc nunc & vſque in ſeculum*, eo modo quo dicitur Mat. vltimo. d. *Ego autem vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi.* D Philoſophus.

## GLOSSA ORDINARIA.

*Canticum graduum*. Caſ. Tertius. Magnum gaudium in eccleſia, pura mente verſari atque dignè Deo in hac peregrinatione militare: vnde ſuſpiramus ad cęleſtē Ieruſalem ad quam duabus alis dilectionis leuamur.

Ambroſius. Amor tanque qualiſcunque eſt, vacare non poteſt. Nam ſi terrenus eſt, animā ad cōcupiſcentia terrena inclinat. Si vero cęleſtis eſt, ad cęleſtia ſubleuat, vel rapit, & ad ęterna inflammat. Obligata anima terreno amore viſcū habet in pennis, volare nō poteſt: ſed amor ſanctus ad ſuperna leuat ad cęleſtem, ſcilicet Ieruſalem.

a Canticum graduum. CXXI.

a Spem habui & gaudium. b A ſpiritusſancto. Caſſ. A prophetis apoſtolis, qui priores viderunt patriam, & inuitant vt curramus ad eam.

b LÆtatus ſum in his quæ † dicta ſunt mihi: in domum domini ibimus. Stantes 1 2 3

a Quę ſunt illa? quod ſcilicet. Non manu factam. b Et cum hæc dicerentur. Aug. Qui currit, ita cogitet quaſi iam ibi ſtet.

a Hæc eſt domus domini. b Cuius? Non illius quæ ſeruit cum filijs ſuis, quæ corporeis parietibus erigitur, ſed. Aug. Cuius Ieruſalem? non quæ prophetas occidit. c Hieron Sed quæ ædific de viuis lapidibus. d Non ſaxorum molibus ſed quæ virtutum ſoliditate conſurgit, & ſanctorum ſocietate nuſquam diſſoluenda extruitur.

c d erāt pedes noſtri, in † atrijs tuis Ieruſalē. Ieruſalem quæ ædi- 4 5

† dixerunt.

captiuitate videlicet & moleſtijs q̄ ex illa acciderunt. Quoniam. n. in facem audiendi verbi dn̄i coniecti fuerant, maiore cum deſiderio ea iam exquirunt quibus antea exciderāt.

✠ Theodor. Religionis eſt hęc vox: nam exultant & gaudent, non tanquam donum recepturi, ſed veluti diuinum templum viſuri.

✠ Beda Venerab. Sicuti amor animam ad hęc terrena concupiſcenda inflammat, & quaſi in ima præcipitat, ſic amor ſanctus ad ſuperna leuat, & ad æterna deſideranda inflammat, ad ea videlicet quæ non tranſeunt, ſed ſemper permanent ad quorum amorē hortatur nos ſpiritus iſte, qui intitulatur. E

✠ Theodoretus. Supradictos quidem mœrentibus vates commodauit. Hunc autem ijs qui cum gaudio reditus ęnunciū iam acceperunt, & iucundiſſimū iter arripuerūt.

✠ Beda. Ecce iam ſubleuatur propheta tertio gradu ſecun altior factus, & de ipſa lętitia principium pſal. ſumpſiſſe declaratur: in prima parte gaudet ſe propheta cōmonitū ad ſupernam Hieruſalem eſſe venturum, vbi iam ſancti ſecura proſperitate conſiſtunt, & cum domino miſericordia ipſius urgiente iudicabūt. In ſecūda loquitur ad ciues Hieruſalem optans eis abundantiam pacis, quam ſe dicit charitate fratrum, & domini amore prædicaſſe.

✠ Idem. Nunc propterea lætatum ſe eſſe dicit, quod ſibi in domo Dei introitus ſit promiſſus. Aliter vox eccleſiæ ad apoſtolos.

### PSALMVS CXXI.

B *Læta. ſum in*. Primo gaudet ſe monitum ire ad Ieruſalem, vbi ſancti ſecuri, & cum domino iudicabunt. Secundo, aſcenſurus optat abundātiam pacis, ibi. Rogate quæ ad pacem, &c.

✠ Baſilius. Vnde ſunt iſti emendati, qui iam antea relicto templo Dei montibus ac locis ſyluoſis ſeſe dediderāt, à captiuitate

*Canticum graduum*. Gradus vero ſunt aſcēdentiū nō deſcēdentiū. Aſcendat ergo quiſque, qui hunc pſalmū cantat, & quo aſcendat niſi in cęlū? Vbi angeli ſunt ciues noſtri, à quibus ciuibus peregrinat' in terra. In peregrinationibus aūt ſuſpiramus, in ciuitate gaudebimus. Inuenimus aūt & ſocios in hac peregrinatione, qui iā agnouerūt ipſam ciuitatē & inuitāt vt curremus ad illā: ad hos gaudet iſte venire, qui dicit *lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, &c.* qđ aūt dicit *in domum Dei ibimus*, Domus dn̄i eſt non manu facta ſed ęterna in cœlis. Et quaſi quærat quæ eſt illa domus. Dicit Hieruſalē, vbi dn̄s qui condidit ipſam ciuitatem eſt deliciæ oīum in ea habitantiū: hic ſpes ibi res ad quā affectione ſuſpirare debemus vt dū ad eā tendimus ex nimia affectione ibi eſſe putemus.

e *Hieruſalem quæ ædificatur*. ✠ Theod. Symmachus aūt ſic explanauit. Hieroſolyma q̄ ædificat' vt ciuitas quæ propinquitatē hēt. Quia. n. nunc deſerta eſt domoſq; deiectas hēt, rurſus floreſcet, & frequentabitur, priſtinaque męnia habebit.

c *Stantes*. Auguſt. Quia oīa ibi ſtant, nihil tranſit vel cadit. Ibi non pertranſit Belial. ibi non eſt macula in luna. Ibi Rachel nō dolet vel timet. vnde alibi q̄ poſuit fines tuos pacē. Matth. 2.c. Pſal. 147.

d *In atrijs tuis Ieruſalem, &c.* Caſ. A parte totum; Atria introitus: hic de penetralibus accipiuntur. F

a *Idipſum*

## NICOLAVS DE LYRA. PSAL. CXXI.

LÆtatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi. Titulus Canticū graduum. Et patet ſententia ex ſupradictis. De materia aūt huius pſal. videtur mihi ſaluo meliori iudicio, quod ſit oratio Dauid exultantis in dn̄o de ędificatione ciuitatis & templi quam præuidit fiendam per Salomonem filium ſuum, ſicut dixit ei Nathan propheta de mandato domini. 2. Reg. 7. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur exultatio pro huiuſmodi ædificatione, ſecundo ſubditur deprecatio pro eius ædificij conſeruatione, ibi: *Rogate*. Circa primum dicitur.

1 *Lætatus ſum in his quæ dicta*. Per diuinam reuelationem factam Nathan prophetæ. Et quæ ſint illa, ſubditur cum dicit'. 2 In

2 *In domum domini ibimus*. Vbi exprimitur templi ædificatio, quo ædificato populus ibat illuc in diebus ſolennibus. Propter quod ſubditur.

3 *Stantes erant pedes noſtri*. loquitur de futuro per modum præteriti, propter certitudinē prophetiæ. Et licet Dauid ante illud tēpus mortuus fuerit: tamen connumerat ſe futuris hominibus, eo quod erat pars populi & princeps. Sequitur.

4 *In atrijs tuis Ieruſalē*. Erāt. n. ibi tria atria per Salomonē ędificata, ſ. atriū ſacerdotū, vbi erat altare holocauſti, & atrium mundorū, vbi orabāt hoīes mūdi, & atriū immundorū, vbi erant immundi. 5 *Ieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas*. ſ. valde notabilis, ſicut de aliquo notabili clerico dicitur. Hic eſt clericus, ſcilicet per excellentiam. Et eodem modo dicitur hic. 1 Vt

## MORALITER.

1 *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, &c.* Pſalmū iſtū fecit Dauid exultās in ſpiritu, de hoc quod ædificium ciuitatis & templi per Salomonem filium ſuum fiendum pręuidit. Moraliter autē pōt exponi de quolibet fideli in dn̄o exultante de eccleſiæ ædificio ſpirituali. Sciendum autem, quòd vna eſt eccleſia duplicem habens ſtatum, ſcilicet militantem & triumphantem. Et primo agitur de triumphante tanquam de nobiliore, cum dicitur in perſona deuoti. *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, &c.* Et quæ ſint iſta ſubditur. 2 In

2 *In domum domini ibimus*. Hoc enim dictum fuit beatis Petro & Paulo per reuelationem, vt habetur ex eorum epiſtolis, & etiam alijs pluribus ſanctis. Dicitur etiam per ſacram ſcripturam omnibus bonis Chriſtianis.

3 *Stantes erant pedes noſtri in atrijs tuis Ieruſalem*. ideſt affectiones noſtræ in appetitu Ieruſalem ſupernæ.

5 *Ieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas cuius participa. eius in idipſum*. Sicut. n. ciuitas materialis conſtituitur ex diuerſis ſtatibus hominum, ſic ſuperna Ieruſalem ex diſtinctis ordinibus angelorum & hominum ad eoſdem ordines aſſumptorum.

MORA-

a Ideſt in ſimilitudinem ciuitatis. Aug. Non eſt corporalis ciuitas, ſed ei ſimilis.
b Bonum quod fuerit ſingulorum, erit omnium.
c Hic habent homines diuerſa bona & deficientia:
d Vnde ſcis quo ibimus: Quia.

a b ficatur vt ciuitas, † cuius participatio eius in idipſum. Illuc 1 2
a Ideſt aſcendentibus. b Non omnes, ſed quæ do. 3
c Quæ ſunt domini? in quibus eſt te:
Ideſt qui ſe teſtantur Iſrael per bona opera.

c enim aſcenderunt tribus tribus domini, teſtimonium Iſrael 4 5
a Quare aſcenderunt. Vt ſuperbia de ſe præſumit, ita humilitas confitetur Deo.
b Vere ibimus in domum domini. c Ideſt ſedebunt.

d ad confitendum nomini domini. † Quia illic ſederunt ſedes 6
Quæ? a Familiam Chriſti, cui dederunt cibum in tempore. 7
b Ergo. O ſedes qui ſedebitis vt iudicetis.
Iudicans debet omnia rimari. Interrogate iudicandos.

e † in iudicio, ſedes ſuper domum Dauid. Rogate quę ad pa- 8 9
a Quæ ſunt ad pacem? Ea per quæ. In æternum. Hic omnes pauperes, & 10
ibi diuites qui hic dederunt ſua. Sed quibus eſt abundantia? 11
b Et o Ieruſalem. Ideſt charitas.

f g cem ſunt Ieruſalem, & abundantia † diligentibus te. Fiat pax 12 13

a *Idipſum.* Aug. Quod ſemper eodem modo eſt, nõ potuit
A expreſſius dicere. Stabilitatis ergo particeps eſt illa ciuitas, quod nõ eſt hic in aliqua creatura: Deus vero eſt in idipſum qui ait: *Ego ſum qui ſum.*

Exod. 3. d.

⁂ Euthymius. Vel iuxta alium interpretem, cuius contiguitas ſimul eſt, hoc eſt cuius participationes atque habitationes ob inhabitãtium multitudinem contiguę ſunt, atq; in vnum connexæ. Nam quod ait *in idipſum*, idem eſt quod vna aut ſimul.

† quæ coninncta eſt ſibi ipſi ſimul. i. apprime vnita.

b *Illuc enim aſcenderunt tribus tribus, &c.*

⁂ Theodoretus. Roboam tempeſtate diuiſæ fuerunt tribus & Dauidici regni decẽ ſeparatæ fuere. Verũ poſt reuerſionem vnũ imperiũ euaſit & omnes in Hieroſolymam concurrerunt, vſitatum honorem ſecundum legem Deo of-

† ad iudicium

B ferentem. Hoc igitur vates vaticinatur. Tribus priſtinã concordiam fore vt accipiant, vtque in Hieroſolymam concurrant Deum vſitato more laudantes.

⁂ Euthymius. Hoc ad maximam Hieruſalem laudem dictum eſt. Neque enim adeo magnitudinę ſua, aut ædificiorũ ſtructuris ornata erat, quãtum una hac re quod vniuerſæ tribus populi Iſrael ter in anno illuc congregabantur, quando totus populus in vnum conueniebat: in paſchate nimirũ, in pẽtecoſte atq; in ſcenophegijs. Illuc igitur olim ante captiuitatem aſcenderunt tribus Iſrael, illuc congregabuntur: domini autem tribus eas appellauit tanquam peculiarem Dei populum, vel tanquam tribus à Deo ordinatas.

c *Teſti. Iſ.* Aug. i. in quibus cognoſcit, quod uere ſunt Iſrael. Quando enim grana ſunt cum paleis, totum palea putatur, ſed cum ſeparabuntur, tunc erit teſtimonium Iſrael.

⁂ Theod. Teſtimonium diuinam nuncupauit legem palam iubentem, vt Iſrael in locum concurrat quem ſelegit dominus Deus.

⁂ Euthymius. Quod ait. *Teſtimonium ipſi Iſrael* defectiuus eſt ſermo, ſubintelligenda eſt enim dictio *iuxta*, vt ſit ſenſus, quod illuc aſcenderunt iuxta conteſtationem, & diuinum mandatum à Deo olim factum ipſi populo.

Sap. 9. a. ſecundum LXX. Luc 20. c.

d *Sedes.* Auguſ. i. iuſti, in quibus Deus ſedet, & inde iudicat quicquid iudicat. vnde in libr. Sapiẽtiæ: *Anima iuſti thronus eſt*
C *ſapientiæ*, & hi ſedebunt cũ Chriſto ſup. 12. ſedes, vt iudicent. Iudicabunt autem qui oĩa reliquerunt Chriſtum ſequen s, qui fiunt amici de mammona iniquitatis, vt recipiãt da es in æterna tabernacula. Et hæc eſt pax Ieruſalem dando & accipiendo, vt opera miſericordiæ corporea iungantur c ribus prædicationis. vnde: *Si nos vobis ſpiritualia ſeminan s, magnum eſt, ſi nos nalia veſtra metam?* Et hæc eſt æqual s quam Paulus dicit. a qui multum habui, non abundauit, & modicum, non mi rauit. Vnde conue it verba ad iudices O ſedes domini qui detis, vt iudicetis, terrogate. Iudic eſt interrogare iu dos, quæ ad pac ſunt Ieruſalem, i opera miſericord, quæ qui fecerunt mũtur ad Ieruſal, alij non: quia iud ſine miſericordia fiet illi, qui non fecit miſericordiam. ucant ergo ſibi omnes interrogandi.

⁂ Theod. Cum diuina vaticinatus eſſet, & humana dicit. Quoniam enim Hieroſolymæ non modo diuinum ctum erat templum, verũ etiam regiæ domus, & eo on confluebant, qui controuerſias decidere volebãt, neceſ hoc etiam prædixit vates.

e *Rogate.* Caſ. Secunda pars vbi loquitur ad iudices, op eis abundantiam pacis, quam amore fratrum prædicaui

f *Diligentibus.* Aug. Qui amat in alio bonum, quod ipſe no teſt habere, imputatur ei quaſi haberet. vnde, Si charitas hẽt quod det, det calicẽ aquæ, & tantum imputatur ei, qu tum Zachæo multa. Impar facultas, ſed non impar chari

⁂ Theodoretus. Porro Symmachus ſic dixit. *Amp mini Hieroſolymam, otiabuntur qui diligunt te*, hoc eſt, cum funda pace perfruiti eſſetis, Hieroſolymæ habitationem plectimini, quandoquidem in omni lętitia qui hanc dili erunt.

⁂ Euthymius. Ad ipſam inquit Hieruſalem pacifica mini verba, pax ſcilicet ſit tibi, pax populo. Deinceps et immenſam, atque (vt ita dicam) profundam pacem h bit & gaudium. Alius vero interpres *ſalutare eam* dixit.

g *Fiat pax.* Aug. Charitas eſt virtus fortis vt mors, cui re ſiſtit cum venit, cũ regibus & ignibus & alijs poſſit re Quæ charitas & occidit quod fuimus, ut aliud ſimus. *Oc vt & viuificet.* vnde Apoſtolus: *viuo ego iã non ego, &c.* Per regu

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Vt ciui.* ſcilicet ualde excellens. In hoc exprimitur ædificatio ciuitatis quam fecit Salomon valde notabilẽ, claudens eam triplici muro, & ędificia valde ſolemnia faciens in ea, vt patet. 3. Reg 3. & 4. Regum. 22.

2 *Cuius participatio eius in idipſum.* i. cum ipſo templo: De cuius ædificatione præmiſſum eſt, qđ fecit Salomon valde notabile, vnde dicit ſecundi Paral. 2. b. *Domus quam ædificare cupio, magna eſt nimis & inclyta*, & ad correſpondentiam nobilitatis templi ædificauit ciuitatem Ieruſalem valde notabilẽ, ideo de ea dicit: *Cuius participatio eius in idipſum.* vnde in Hebræo habetur: Ieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas, quæ aſſociatur ei ſimul, ideſt quę aſſociatur templo prius ædificato in nobilitate & fama ædificij.

3 *Illuc enim aſc. tribus.* ſcilicet duodecim.

4 *Tribus domini.* quia in populo Iſrael, in duodecim tribubus diuiſo, erat verus cultus domini, cęteris gentibus ad idolatriam declinantibus.

5 *Teſtimoni Iſrael.* i. ſecũdum teſtimonium ipſius Iſrael, qui alio nomine vocatus eſt Iacob, qui teſtificando prędixit ificationem templi futuram. Gen. 28.

6 *Ad confitendum no. dom.* confeſſione laudis & oblation.

7 *Quia illic ſederunt ſedes.* ideſt ſuper ſedes.

8 *In iudicio.* ad determinandum caſus dubios in alijs ci tibus & locis contingentes, qui determinabantur per ſa dotes & reges, ſm quod dicitur Deuter. 17. ideo ſubditu

9 *Sedes ſuper domum Dauid.* Per domum Dauid intelligũtur reges ab eo deſcendentes.

10 *Rogate.* Hic conſequenter ponitur deprecatio pro ci tis & templi conſeruatione, pro qua Pſalmiſta non ſolu rat, ſed ad orandum alios inuitat, dicens: *Rogate quæ ad p ſunt Ieruſalem.* hoc eſt ad tranquillum ſtatum in ea habitã

11 *Et abundantia.* Supple ſit bonorum temporalium & ritualium.

12 *Diligentibus te.* Quia eſt ciuitas ad Dei cultum electa quod Pſalmiſta verbum ſuum dirigit ad ciuitatem Ier lem.

13 *Fiat pax in virtute tua.* i. fortitudo murorum & ædific tuo

MORALITER.

2 *Cuius participatio eius in idipſum.* ideſt in idem & vnũ, Deus enim eſt omnibus beatitudinis obiectum, plus tamen & minus participatum ſecundum diuerſitates meritorum.

3 *Illuc enim aſcenderunt tribus.* non omnes.

4 *Tribus domini.* i. ſancti patres veteris & noui teſtamenti.

† *Teſti. Iſrael ad confi. nomini dom.* Deus. n. per miracula eorũ gloriã teſtificat, vt fidelis populus eos in eccleſia veneretur.

7 *Quia illic ſederunt ſedes.* i. ſedentes: ſicut ciuitas aliquando ponitur pro ciuibus, vt cum dicitur: Tota ciuitas currit ad tale ſpectaculum, 8 *In iudicio* de agendis in mundo, nicl. 4. c. *In ſententia vigilum decretum eſt, & ſermo ſanctorum*

10 *Rogate.* Hic agit de ſtatu militantis eccleſię, in cuius ſona dr ciuibus eccleſiæ triumphantis. *Rogate quæ ad p ſunt Ieruſalem.* i. vos qui eſtis in Ieruſalẽ ſuperna, rogate pro pace Ieruſalem inferioris, quæ ſtat adhuc in pugna.

11 *Et abundantia diligentibus te.* i. rogate ẽt dñm, vt abun tia bonorũ ſpiritualiũ detur nobis appetẽtibus eſſe vob

13 *Fiat pax in virtute tua.* ideſt ex precum veſtrarum v te, fiat pax in eccleſia militante.

ſeguntur infirma à firmis, ideo: *Fiat pax in virtute tua*, Charitis autem eſt, non noſtra, ſed quæ aliorum ſunt quærere: leo cum de charitate diceret, ſubdit: Propter fratres meos.
※ Euthymius. Alius autem interpres in ſuturo dixit: *fiet.* ɛt virtutem autē ipſos Iudaici populi milites intelligit, quis certiſſima erit pax bellum aut hoſtem illum habuerint.
※ Theodoret. Symchus autem ſic vertit: Pax in mœnibus robur in regijs dobus. Sanè precatur Hieroſolymæ dius Dauid bona, vt mœnia & domus regiæ & habitationes quæ in ipſa ſunt, fruantur.
a *In turribus.* Aug. i. in excelſis tuis. Pauci ſunt iudices, ſed multi ad ſingulos pertinebūt, quos recipiēt in æterna tabernacula, & tunc erit abundantia in turribus: Deus autem eſt tota eorum abundantia, tam recipientium quàm receptorū. D
※ Euthymius. Alius etiam interpres *in regijs tuis*, dixit, & alius *in ſeptis tuis*. Illud etiā ſciendū eſt, quod in græca lectione non in turribus ſimpliciter legimus, πυργοβάρεσι, qua dictione hoc in loco men[i]a turribus circumſepta ac munita intelligimus.

a Per hanc virtutem & pacem fiat. b In numero & premio. c Et Caſſ. Non propter me, ſed vt fratres & proximi vinculo vnitatis aſtringantur.

a † in virtute tua, et abundantia in turribus tuis. Propter fra- 1

a Ideſt hic prędicabam. b O Ieruſalem. 2

tres meos & † proximos meos, † loquebar pacem de te. Pro- 3

a Et. Scilicet. Non propter me, ſed propter eccleſiam, propter peregrinos, vt aſcendant. 4
b Ideſt prædicauit de te bona. 5

b c pter domum domini Dei † noſtri, † quæſiui bona tibi. 6

† Loquar. nēc pacem tibi. † quæram.

b *Propter domum domini Dei.* Vel ſic legas, vt hic verſus ſit expoſitio precedētis. Quaſi loquebar pacem de te propter proximos & fratres ſcilicet: Queſiui bona tibi propter domum domini Dei noſtri. Sententia horum verborum non mutatur.
c *Tibi.* O tu cæleſtis Ieruſalem, quia domus Dei es, & ita in hoc quod te diligo, Deum diligo.

GLOS- E

NICOLAVS DE LYRA.

[tu]rrum tanta ſit, quod aduerſarij non poſſint perturbare pacem ciuitatis. vnde in tranſlatione Hieron. habetur: *Fiat pax in [m]uris tuis.* Et quia pax ciuitatis non conſeruatur ex muris tantum, ſed cum hoc ex abundantia victualium & armorum, ideo ſubditur.
1 *Et abundantia in turribus tuis.* in quibus ſolent arma & victualia reponi.
2 *Propter fratres meos.* i. propter Iudæos natione, quos Pſalmiſta vocat fratres ſecundum modum cōſuetum ſcripturę.
3 *Et proximos me.* ideſt conuerſos de Gentilitate ad Iudaiſmum, quia plures tales erant inter Iudæos in Iudaiſmo.
4 *Loquebar pacem de te.* orando Deum pro tua pace. Tempore enim orationis homo fidelis cum Deo loquitur, & quia Pſalmiſta non ſolummodo deſiderabat pacem propter conuerſos & Iudæos, ſed principaliter cultum Dei, qui vigebat in Ieruſalem, ideo ſubditur.
5 *Propter domum domini Dei no.* ideſt propter templum diuino cultui deputatum.
6 *Quæſiui bona tibi.* à Deo tibi impēdēda per orationē meā.

PSAL-

MORALITER.

1 *Et abundantia in turribus tuis.* ideſt abundantia bonorum ſpiritualium procuretur nobis per angelos cuſtodes. Qui dicuntur turres veſtræ & noſtræ inquantum à vobis datę ſunt ad defenſionem eccleſiæ. Et ſubditur reſponſio triumphantis eccleſiæ, cum dicitur.
2 *Propter fratres meos & proximos meos.* ideſt propter ſanctos, qui ſunt adhuc in via.
4 *Loquebar pacem de te, &c.* Deum rogando pro tota eccleſia. cui datur pax pro ſanctis qui ſunt in ea, & vt diuinus cultus vigeat ibi. propter quod ſubditur: *Propter domum domini Dei noſtri quæſiui.*

MORA- F

ADDITIO.

[I]n pſalmo. 121. *Lætatus ſum.*
[A]d declarationem huius pſalmi, & eius continuationem cum præcedentibus conſiderandum eſt quod ſicut habetur 2. Reg. 7. poſtquā Dauid habuit quietem & aliqualem ſecuritatem ab hoſtibus exterioribus, conſiderauit de templo Dei ędificando, de quo locutus eſt Nathan prophetę: vt ibi latius habetur. vnde pari forma poſtquam Dauid in pſal. pręcedenti fuit à Deo in perſona eccleſiæ propheticè ab hoſtibus finaliter ſecuratus, in hoc pſal. agit de domo dñi & eius ciuitate: vndè hic pſal. duplicem ſenſum literalem vr̄ hr̄e. Vnū minus principalem & imperfectum, in quo agit de eccleſia militante per Ieruſalē materialē figurata, & aliū magis principalē & perfectū, in quo agit de Ieruſalem quæ ſurſum eſt mater noſtra, Galat. 4. d. Qui quidē ſenſus duplex literalis quo intelligatur, hr̄ a poſtillatore in tertia regula exponēdi ſacram ſcripturam in ſecundo prologo ſuper Geneſim. Et quodāmodo intellexerunt hunc pſalmū præcipui, & antiqui Hebręorū, exponentes illum. ſ. Ieruſalē quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participa. &c. de correſpōdentia vtriuſq; Ieruſalē prædictæ. Vnde Pſalmiſta in hoc pſal. ſeptem facit.
[P]rimo. n. in perſona eccleſiæ quaſi ſecuratus de cuſtodia diuina, vt in fine pſal. præcedentis ad vlteriora ſe extendit, ſ. ad conſiderandum de lætitia ſpirituali quæ in eccleſia cæleſti in ſedatis tribulationibus hr̄. & de hoc dicit: *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi*, ſ. per reuelationem diuinā in ſcripturis contentam. *Et quæ ſint illa dicta*, ſubdit dicens: *In domum domini ibimus*, ſ. in eccleſia ſuperiori, vbi ætarnaliter erimus. iuxta illud: *Vt inhabitem in domo domini in longitudine dierum.*
[C]onſequenter ſecundo, vt oſtendat, quod non ſolum lætabatur ex hoc, quod tendebat ſeu ibat in domum dñi, ſed quia quodāmmodo ibidem iam exiſtebat ſaltē in ſpe. ideo ſubdit: *Stantes erant pedes noſtri in atrijs tuis Ieruſalem.* vbi notanter dixit: *Stantes erant*, per modum præteriti imperfecti. & non dixit: *Stantes fuerunt neque ſunt.* ad deſignandum, quod in hac vita habetur inchoatio tantum exiſtētiæ in illa domo dñi, nō tamen perfecta ſtatio nec omnimoda carentia illius.
[C]onſequenter tertio declarat q̄ ſit iſta Ieruſalē inuiſibilis & immaterialis, quā vocat domum dñi, de qua hic loquit̄, & hoc per modū cuiuſdā ſimilitudinariæ proportionis, dicēs: *Ieruſ[al]ē quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipſum.* Ad cuius ſciendū, q̄ Antiqui Hebræorū & ēt multi moderni, vt Ra. S. & alij ex hoc verſu intelligunt q̄ Ieruſalē cū tēplo ſuo materialiter ſumpta, correſpondet Ieruſalē cęleſti in ſitu, ita quod in loco ſummi cęli, ſupra poſito zenith capitis Ieruſalē materialis, illic eſt cęleſtis Ieruſalē vbi Deus vr̄ à ſanctis ſuis. Et licet iſta ſic corporaliter & materialiter intellecta, aliena ſint a veritate, cū cęlū empyreū vbi sācti angeli & aīæ ſanctorū glorioſè exiſtūt, nō reſtringit̄ ad certum locū illius empyrei, vniuerſos orbes corporales cōtinentis, cū in principio creationis rerū totū fuit repletū angelis, vt hr̄ in ſecundo ſententiarū d. 2. Eſt tñ verū, quod Ieruſalē materialis cū cultus diuin⁹ ibi vigeret, fuit figura eccleſię militātis, & ipſa eccleſia militās ſcḋm Dionyſiū de eccleſiaſtica hierarchia, eſt figura cęleſtis eccleſię: & hoc eſt q̄ dicit Pſal. *Ieruſalē q̄ ędificatur vt ciuitas, &c.* Cuius ſenſus eſt: Hæc Ieruſalē materialis & viſibilis, ſ. q̄ ędificat̄, eſt ſupple, vt ciuitas, ad ſimilitudinē ciuitatis. *Cuius participatio eſt in idipſum*, ſ. in Deū, cuius eſt domus, inquantū ibidē plene participat̄. Quę quidē Ieruſalem ſcḋo loco hic intellecta, pōt intelligi de eccleſia militāte, in qua Deus participat̄ p gratiā, licet imperfecte: vel altius de eccleſia triūphāte, in qua Deus participat̄ plene per gloriā. Et vterq; ſenſus verus & cōſonus literæ, licet ſecūdus ſenſus eſt potior, inquātū perfectiorem participationem includit.
Cōſequēter quarto oñdit in quibus Ieruſalē illā materialis correſpōdet proportionabiliter militāti, & ēt eccleſia militās cęleſti. Et ſunt duo principaliter. Quorū primū ptinet ad cultū Dei: Secūdū vero ad directionē proximi. De primo aūt dicit: *Illic. n. aſcenderunt tribus tribus dñi.* Illud. n. proprie ptinet ad cultū Dei, quod ad proteſtationē veræ fidei & confeſſionē diuinæ laudis pertinet. Quæ quidē teſtificabant̄, ſeu proteſtabant̄ tribus Iſrael, aſcēdētes ter in anno ad Ieruſalē materialē, vt Exod. 23. vt ibidē offerrent ſacrificia laudis in teſtimoniū diuinæ excellentiæ, qḋ erat ſingulare in illa ciuitate Ieruſalē materiali, cū alię ciuitates gentiū pro tūc idololatrarēt. & hoc eſt qḋ dicit: *Illic aſcēderunt tribus tribus, &c.* Teſtimoniū Iſrael ad confitendū nomini dñi. Qui quidē cultus p̄cipuè viget in eccleſia militāti, vbi tribus dñi. ſ. fideles quotidie aſcēdūt per gradus virtutū ad teſtimoniū fidei expreſſius exhibendū & offerendū cōfeſſionē laudis. Perfectius autē iſte cultus viget in Ieruſalē cęleſti, ad quam aſcendūt ſoli electi, qui ſunt verè tribus dñi, & teſtificant̄ Dei excellentiā perfecte per clarā eius viſionem. vnde Iohan. 3. b. *Quod vidimus, teſtamur.* Similiter & confitentur nomini domini, per plenam & aſſiduam cōfeſſionem laudis, vt ſupra in pſalmo, *Beati qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te.* De ſecundo autem dicit. *Quia illic ſederunt ſedes in iudicio:* In Ieruſalem enim materiali determinabātur quęcunque

que qōnes, & dubia in lege diuina exorta, ꝑut dr̄ in poſtilla,
A qđ maxime pertinet ad directionē ꝓximi: & de hoc ſubdit: *Illic ſederunt ſedes in iudicio, ſedes ſuper domum Dauid.* Quod præcipue viget in eccleſia militante, vbi cauſæ pertinentes ad fidē, & operationē fideliū determinant᷑ vniuerſaliter & principaliter per ſummos pōtifices, vt in canonib⁹ cuius ſummi pōtificis autoritas fundat᷑ ſup domū Dauid, ſ. ſupra Chriſtū dicentē Petro: *Paſce oues meas*, Iohan. vlt. Dr̄ tn̄ in plurali ſedes, cū ſit tn̄ vna principalis, quia per ſucceſſionē ſunt multi ſedētes in prima ſede Petri. Vel ēt pp ſedes particulares cathedraliū eccleſiarū, quæ ēt ſunt in iudicio eccleſiaſtico poſitæ & fundatæ ſuper domū Dauid, ſ. per autoritatē Chriſti, cui ſedes Dauid pertinet. vnde Luc. 1. *Dabit ei dominus Deus ſedem Dauid patris eius, &c.* à quo oīs poteſtas eccleſiaſtica deriuat᷑. Ad eccleſiā aūt triumphantē hoc maximē pertinet, & præcipue in iudicio finali, vnde ſaluator Matth 19. d. ait apoſtolis: *Sedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael.* Vbi per duodecim ſedes, intelligitur perfectio tribunalis, ſ. vniuerſitas iudicantiū, qui ſunt oēs perfecti, ſicut p duodecim tribus vniuerſitas iudicandorū, vt in 4. diſt. 47. Et ſic manifeſtum eſt, quod hæc ſecunda præeminentia Ieruſalem materialis circa iudicāda perfectius pertinet ad eccleſiam militantem: per amplius ēt & perfectius ad Ieruſalem ſuperiorē, cui⁹ participatio plena eſt in idipſum, vt dictū eſt.

Conſequenter quinto conſiderans Pſalmiſta, q ad Ieruſalem illam de qua lętabatur in eundo ad illā, vt in primo verſu: Et in cuius atrijs iam quodammodo erant ſtantes pedes ſui & fratrum per ſpem, vt in ſecundo verſu dictū fuit, non poterat habere acceſſum niſi per veram charitatem, ex qua
B pax perfecta cęleſtis attingitur, ideirco hortatur fratres ad orandū ſeu petendum charitatem illam quę à ſolo Deo infunditur ſeu datur, iuxta illud ad Rom. 5. a. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis.* Et de hoc dicit: *Rogate quæ ad pacem ſunt Ieruſalem*, i. petite vt illa, quæ ad pacē verā quę ad eundū ad Ieruſalē ꝑtinet habeatis. Et q ſint illa ſubdit, dicēs: *Et abundantia diligentibus te.* Abundantia. n. in hoc loco ſm literā Hebraicā, cui cōcordat gloſa noſtra, eſt abundantia pacis, quę in ſolis habentibus charitatem habetur. Impijs enim non eſt pax, Eſaiæ. 48. d. *Abundantia igitur pacis eſt diligentibus te, ſcilicet te Deum.*

Cōſequēter ſexto ipſe Pſalmiſta petit à Deo illa quæ hortabatur alios, vt ea peterent. & de hoc dicit: *Fiat pax in virtute tua*, ſ. in charitate, quæ eſt virtus diuina per excellentiā, c[um] ſit maior cęteris virtutibus theologicis, vt primæ Cor. 13. [Et] in hoc diſtinguitur pax vera quæ eſt circa appetitū veri boni, a pace apparente, quæ eſt circa appetitum boni apparentis tantum, quia prima pax procedit a charitate, quæ eſt virtus diuina tanquam effectus eius. Secunda vero procedit a appetitu boni ſimulati tantum: quod quidem bonum appetendo ſeu conſequendo non habetur pax, ſed potius bell[um] vnde Sapientiæ. 14. cap. *In magno viuentes inſcitiæ bello, tot tanta mala pacem arbitrati ſunt.* Et quia pax vera non æqualit[er] requiritur in omnibus aſcendentibus in Ieruſalem, de quibus dixerat in quarto verſu: *Illic. n. aſcenderunt tribus, &c.* ſ[ed] abundantius requiritur in his qui alijs præſident, de quib[us] dixerat in quarto verſu: *Illic ſederunt ſedes in iudicio*, ideirc[o] ſubdit: *Et abundantia in turribus tuis.* ſcilicet abundantia iſti[us] verę pacis ſit in turribus tuis, ſcilicet in his qui ſunt aliorum præpoſiti, ſicut turres præponuntur in cuſtodia muri.

Conſequenter ſeptimo conuertitur ad Ieruſalem cęle[ſtem] de qua principaliter agit declarans duo bona pertinentia [ad] ipſam Ieruſalem: Quę bona per prædictā orationem a D[eo] intendit impetrare. Quorum primum eſt, augmentum n[umeri] ciuium cęleſtium. & de hoc dicit. *Propter fratres meos & proximos meos multiplicando. Loquebar pacem de te.* Secund[um] eſt integritas domus Dei, quæ per aſſiſtentiam omnium [ſan]ctorum in ea perficitur, & de hoc dicit. *Propter domum domini Dei noſtri*, ſcilicet integrandā, quæſiui prædicta bona ti[bi].

## Canticum graduum CXXII.

a Aug. Fidei & claritatis, vnde ſe mundat, vt cælum fiat:

b A D te leuaui oculos meos, qui habitas in † cęlis Ecce ſicut oculi ſeruo- 1 2 3

a Iuſtis. b Quomodo ſeruati. c Qui iubentur cædi.

† cęlo.

GLOS. ORDINARIA.

a *Canticum graduum* Caſ. Quartus gradus, iter quaſlibet anguſtias conſtanter de domino eſſe præſumendum, donec miſertus exaudiat.

Caſſio. qui ſupra ad montes, nunc ad Deum oculos leuat.

✠ Theod. Et hic pſalmus pietatem iuſtorum illius temporis oſtendit.

✠ Bed. Ex communi omnium perſona, qui in captiuitatem ducti ſunt, canitur. Libertatem reuerſionis à domino poſtulandam. Aliter vox Chriſti ad patrem.

PSALMVS CXXII.

b A *D te leuaui.* Caſ. Primo vox tribulatorum Deum reſpicientium non ad alia patrocinia. Secundo precatur miſericordiam contra inſultantes.

Aug. Ad te leuaui. Quò leuaret, niſi quo aſcendens tendebat? Non ſe attendit iſte, vt ſuperbus, qui ſibi placet. Nam qui ſibi diſplicet, hic talis Deo placet. Et cui Deus placet, ipſe ſibi diſplicet.

Aug. *Leuaui.* Aſcenſus ergo eſt in affectu. Cęlum in iuſtitia. Deſiderio ergo bono leuamur ad cęlū, ſicut deſiderio malo ad ima præcipitamur. Nō pluraliter, ſed ſingulariter, quaſi vn⁹ hō loquitur, dicens: *Ad te leuaui.* per charitatem nāque multi vnus hō ſunt, qui à finibus terræ clamat. Et per eandē Chri-
C ſto vnimur, vt cū ipſo quaſi vnus Chriſtus ſimus, ſecundum
Iohan 3. d. ꝙ ipſe dicit in euangelio: *Nemo aſcēdit in cęlū, niſi qui deſcendit de cælo, filius hominis qui eſt in cælo.* Deſcēdit quidem capu[t], aſcendit idem cum corpore eccleſia veſtitus, quam ſibi e[x]hibuit ſine macula, & ruga. S[o]lus ergo aſcēdit qui nobiſcu[m] vnus eſt. & ſolus vnitas, e[t] nos compaginat vni. Cum i[lle] ergo aſcendit, qui cum illo vnus eſſe voluit. Per charitat[em] nobiſcum eſt in terra, per charitatem cum illo ſumus in [cæ]lo. Ille deorſum eſt compaſſione charitatis. Omnes erg[o] Chriſto ſumus vnus homo, qui non angitur de terrenis [e]mali, ſed qui peregrinatur & deſiderat patriam.

✠ Theodoretus. Deum in cęlis habitare dicit, non vel[ut] loco circumſcriptum, ſed veluti lętantem cęleſtibus poteſtijs, quæ cęlos incolunt.

✠ Baſilius. Vide captiuitatis utilitatem ubique reluc[en]tem. Qui nanque murorum munitione & pecuniarum [co]pia confidentes fuerant, ab omnibus illis auulſi ad Deū c[on]fugiūt. Et quoniā templū ipſorum hoſtes ſubuerterant, è[cœ]lo iam Deum aduocant. Dicitur autem in cęlo habitare, [non] quod illo ſit incluſus, abſit (ipſe enim omnia adimplet) [ſed] quod in cęleſtibus uirtutibus potius inquieſcit. Alioqu[i] in hominibus habitare dicitur ſecundum illud: *habitab[o] in illis & inambulabo, &c.*

c *Ecce ſicut oculi, &c.* Caſſiodo. Seruus leuat oculos in [ma]nus domini quando eget, uel quādo uapulat, quia utrun[que] in domini poteſtate.

NICOLAVS DE LYRA.

A *D te leuaui oculos meos.* Titulus huius pſal. eſt: *Canticum graduum.* Cuius patet ſententia ex ſupradictis. Et uidetur pſal. iſte eſſe oratio alicuius ſancti prophetæ pro liberatione populi Iſrael ab afflictione inducta per Antiochum illuſtrem, in qua populus mirabiliter fuit afflictus, & deſpectus, ut habetur primo Machabęo. & ſecundo, quod præuides propheta dixit in pſona populi in illa afflictione futuri.

1 *Ad te leuaui oculos meos.* cordis & corporis.

2 *Qui habitas in cœlis.* Licet enim Deus ſit ubique per eſſentiam, præſentiā, & potentiā, tn̄ ſpeciali modo dr̄ habitar[e in] cęlis ubi facie ad faciem uī a ſanctis. Populus enim poſ[itus] in illa afflictione ſub Antiocho pro ſua liberatione plu[ries] orauit Deum deuote, ut habetur primo Machab. & 2.

3 *Ecce ſicut oculi ſeruorum.* Seruus enim & ancilla nihil h[abent] niſi à domino & domina: & per conſequens filij ſeruo[rum] totum auxilium ſuum expectāt à domino patrum ſuor[um] & ſimiliter ancilla à domina ſua, & hoc modo populus [pre]cta tribulatione conſtitutus non uidebat ſe poſſe liberar[i] humana, propter quod à Deo erat tota expectatio & [ſpes] ſua, ideo ſubditur.

MORALITER.

1 *Ad te leuaui, &c.* Iſte Pſal. eſt oratio pro liberatione populi de perſecutione ſub Antiocho nobili, qui ſicut dixi, Dan. 11. figura fuit Antichriſti: propter quod myſticē eſt oratio ſanctorum pro liberatione fidelium ab Antichriſti perſ[ecu]tione, qui potentiſſimus erit in terra, & ſuperbiſſimu[s] tunc eccleſia erit in magna deſpectione: & ex dictis pat[et lit]tera.

MORA-

*Sicut oculi ancil.* Auguſtinus ſeruus eſt populus, Dominus Chriſtus. Ancilla eccleſia. Domina Dei virtus, & Dei ſapiẽ- Et ſi iam filij & amici per gratiam, ſerui tamẽ ſumus per creaturam: quia omnis creatura Deo ſeruit.

Caſ. Dat ſimilitudinem de ſeruo & ancilla, domino & domina, ne fœmineus & debilior ſexus ſe extectum putet.

: Euthymius. Hac ſeruorum atque ancillarum comparatione, ſe exemplo, illud ſignificare voluit, quod ad Deum aſſiduè & conſtanter aſpiciunt, quodq; nullam aliunde habent auxilij ſpẽ, quinimo & quod nunquam deſiſtent, donec miſericordiam conſequentur. Verbũ autem *miſereatur*, tamen ſi optatiſ modum habeat, futuri tamen ſignificationem habet, pro miſerebitur. Quidam etiam dicũt ancillæ comparationem ideo oppoſitam fuiſſe, vt maiorem afflictionis intenſionem in Deum oſtenderent. Magis enim iri ſolet ab ancillis, vtpote infirmiori ſexu quã à ſeruis.

Baſil. His verbis ſignificant, quod haudquaquam aliunde ſibi adiutorij & auxilij, quàm à Deo conceperint, nec ullum quẽquam reſpexerint. Et ancilla quippe & ſeruus in hanc occaſionem per alimentum & amictum ac reliquam cõuerſationem habent, vt ad dominos ſuos reſpiciãt, nec eſſent, donec qđ petũt accipiant: Etſi accipiant gratias agũt. Atque etiãſi nõ accipiãt nihilominus perſeuerãt. Quapropter non dixit, donec mercedem reddat, ſed *donec miſereatur noſtri*. D

b *Miſerere.* Caſ. Secunda pars, vbi precatur miſericordiam contra inſultantes.

Caſ. Seruus qui vapulat, leuatis oculis ad Deum, erumpit in neceſſariã vocem: Miſerere.

Aug. Vt iubeant parcere: Per manum poteſtatem accipe. Boni attendunt & ſentiunt ſe cedi. Qui enim apponit ſcientiam apponit dolorem: mali perdiderunt ſenſum doloris, & eo ipſo grauius vapulant atque cæduntur.

2 rum, † in manibus dominorum ſuorum. Sicut oculi ancillæ

a Aug. Omnium, etiam in proſperis: quia tota vita ſuper terram tentatio, tota plagæ. Clamandum eſt ergo: Miſerere no. do.

in manibus dominæ ſuæ: ita oculi noſtri ad dominum Deũ 1

a Quare? Etiam liberet ab omni tentatione & opprobrio. b Aug. Hæ ſunt voces vapulantis.

b noſtrum donec miſereatur noſtri. Miſerere noſtri domine, 2

a Geminat, quia corpus paſſionibus, anima opprobrijs laborat. b Abundant paſſiones in quibus deſpecti. Aug. Irridetur à tenente quod amat, qui ſperat non viſa.

c miſerere noſtri: quia multum † repleti ſumus deſpectione. 3

a Exaggerando ſubdit. b Deſpectione. Nulla pars immunis. c Caſſ. Quia pauperes diuitibus.

d Quia † multũ repleta eſt anima noſtra: opprobrium † abun- 4

a Aug. Pecunia putata iuſtitia, eſt nequitia Iuſtus autem dicit: Egenus & pauper ego ſum. Pauper enim corpore infirmo, pauper in iuſtitia, dum tentationi ſubeſt. b Caſſ. Quia humiles ſumus. 5

dantibus, & deſpectio ſuperbis. 6

c *Repleti ſumus.* vt cũ dicitur: Quid credis inſane, vides quod credis? Reuerſus eſt ne aliquis ab inferis, & retulit tibi quid ibi agitur? *Ecce quod ego amo, video & fruor.*

d *Opprobrium abundantibus.* ✠ Theodoret. Symmachus hoc pacto interpretatus eſt, anima noſtra ſatiata eſt obloquentibus his qui abundant deſpicientibus ſuperbis. Efferentibus enim ſe Babylonijs nobiſque inſultantibus & exprobrantibus, nos triſtitia afficimur. Secundum LXX. ſic conſiderandum eſt opprobrium abundantibus & deſpectio ſuperbis. Conuerte inquit domine res, & ijs qui nunc efferuntur propter felicitatem qua circumfluunt, noſtras calamitates irroga. E

† eis qui abundant.

✠ Euthymius. Sabaudi verbum obueniat. Obueniat igitur opprobrium & deſpectio ad humiliationem ſcilicet atque eruditionem eorum, ne dum proſpere eis omnia ſuccedunt & ſuperbi ſunt, extollantur inde atq; eleuentur aduerſus humiliores atque infortunatos homines. F

NICOLAVS DE LYRA.

1 *a ocu. no. ad do. & c. do. mi. no.* liberando nos de perſecutione Antiochi.

2 *Miſerere no. domine miſerere noſtri.* Ad hoc enim replicatur petitio vt oſtendatur afflictionis intenſio, per quam fit magis exaudibilis: Et ad hoc ſubditur ratio cum dicitur.

3 *Quia multum repleti ſumus deſpectione.* quia Antiochus in templo poſuit abominandum idolum, vt habetur. 1. Mach. 1. Populum etiam Iudaicum compellebat multum afflictiuè, contemptiuè tranſire ad Gentilem ritũ. ideo ſubdit.

4 *Quia multum repleta eſt anima noſtra.* i. vita noſtra, & ſupplẽdum eſt afflictione & contemptu. Et eſt modus loquẽdi dolentis, qui ex vehementia doloris truncat verba ſua: propter quod aliquid eſt ſupplendum ad habendum intellectum.

5 *Opproprium abundantibus.* i. Antiocho & eius exercitui, qui abũdabãt diuitijs, eo q; ſpoliauerãt regnũ Aegypti, & tẽplũ domini in Ieruſalem, & etiã ciuitatem, vt habetur. 1. Mach. 1.

6 *Et deſpectio ſuperbis.* quia pp iſta erãt valde elati in ſuperbia, intantũ quod de Antioco dr̃. 2. Machab. 5. q, erat ei elatus ac ſi haberet pelagus ad ambulãdũ, & terrã ad nauigãdũ.

ADDITIO

In pſalm. 123. *Ad te leuaui ocu.* vbi dicitur in poſtil. Et videtur pſal. iſte.

In afflictione inducta per Antiochum non ſolum opprobrium & deſpectionem paſſi ſunt Iſraelitici, ſed occiſiones & magnas prædas & ſtrages, ſimiliter & templi multiplicẽ prophanationem, vt patet in libris Machabæorum, vnde nõ propriè applicatur litera huius pſal. illi hiſtoriæ. Sed conuenientius & magis propriè poteſt intelligi in continuatione cum præcedenti in perſona eccleſiæ Chriſti, quę etiam tempore trãquillitatis & pacis, de qua pace locutus fuerat in pręcedenti pſal. vt dictũ eſt, ſuſtinet multa approbria & deſpectionem ab his etiam fidelibus qui abundant in ſeculo, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur. Similiter in poteſtatibus mundanis, tales enim communiter deſpiciunt bonos deuotos. vnde in gloſſ. ſuper hunc pſal. dicitur: Irridetur enim à tenente quod amat, qui ſperat non viſa. & ei dicitur: *Quid credis inſane, quid credis?* reuerſus eſt aliquis ab inferis, retulit tibi quid ibi agitur? *Ecce quod ego amo, video, & fruor.* Hæc in gloſ. de hac igitur deſpectione & de huiuſmodi opprobrio, quod tempore tranquillitatis ſæpe in eccleſia contingit. Pſal. conqueritur in perſona iuſtorum eccleſiæ, dicens: Miſerere noſtri domine, quia multũ repleti ſumus deſpectione. vnde ſi quæratur, a quibus deſpiciatur, ſubdit: *Multum repleta eſt anima noſtra opprobrium abundantibus*, id eſt, ab abundãtibus. Ad quem ſenſum litera faciliter applicatur. Nec requiritur, quod aliqua dictio de contentis in hoc pſal. intelligatur, niſi in ſenſu literali, vt patet intuenti. Et nota q; ſupra in Cantico graduum quod incipit: *Leuaui oculos meos in mon.* Pſal. petit in perſona eccleſiæ auxiliũ à dño. In hoc vero pſal. petit miſericordiam. Cuius rõ taliter põt aſſignari, quia in illo pſal. eccleſia innititur iuſtitiæ diuinæ, eo qđ tribulantes eam. ſ. habitãtes Cedar, de quibus ibi loquitur, manifeſtè ſunt contra Deum. Sed in hoc pſal. eccleſia potius innititur miſericordię diuinę, quia patitur ab his qui de gremio ſunt. ſ. Chriſtianis abundantibus & ſuperbis, vnde de rigore iuſtitiæ potius eſſet punienda eccleſia ſaltem in tẽporalibus pro talibus eius conciuibus, ſicut frequenter etiam iuſti puniuntur temporaliter cum ſuis conciuibus, ſicut patet in captiuitate Babylonica, in qua nonnulli iuſti fuerunt puniti, ſicut Ieremias, Daniel & huiuſmodi, & ideo pluries petit miſericordiam dicens: *Miſerere noſtri domine, miſerere noſtri, & c.* q. d. non puram iuſtitiam, ſed miſericordiam petimus.

GLOSSA ORDINARIA.

a Canticum graduum.

a *Canticum graduum.* Caſ. Quintus gradus, vt liberati à periculis non ſibi, ſed dño tribuant.

Aug. Cantant hoc fideles, exultantes, quia euaſerunt, quod eſt in ſpe cantare. vel in re, ſi iam corpore exierũt: omnium tamen ſimul vnus eſt cantus.

Caſ. Aliquando vnum, aliquando plures inducit, vna tamen eſt eccleſia: quia in omnibus membris eſt vnitas, per quam multi homines, vnus homo.

Aug. Hi, non dicto vnde euaſerunt, ſic cęperunt cantare: Tanta eſt exultatio, vt antequã exponant pericula, dicãt ſe liberos. Et p quẽ ſic. *Niſi quia, & c.*

✠ Beda. Quia gradus iſtos & vna tãtũ eccleſia, & innumerabilia eius membra viritim aſcendunt modo in eis pſalmiſta ſingulari, modo numero loquitur plurali. Memores ſancti confeſſores quot pericula domino miſerante velut impetum torrentis euaſerint: Primo capite fatentur ſe de tot ærumnis ſola Dei miſericordia liberatos. Secundo gratias agũt, quia non ſunt decepti à perſecutoribus, ſed verſa vice contritis ipſorum inſidijs erepti.

✠ Theodor.

A ✠ Theodoretus. Poſt à Babylone reditum omnes finitimi Iudæorum libertatem ęgrè ferentes, cōmuniter in ipſos bellum ſuſceperunt, & barbaras gentes colligentes eodē tēpore cū eis bellarunt, ſperantes eorū memoriam fore vt deleretur. Sed rurſus vniuerſitatis Deus ſuis opem tulit, ac oēs hoſtes confixit. Ceterum hæc aſſerunt plurimi veterum & Iezechiel, & Micheas & Zacharias, & præter hos inſuper multi, hæc etiam hoc in loco vaticinatus eſt beatus Dauid.

✠ Beda Venerabil. Etiam ſolo perſona populi iam liberati cantatur, agentis gratias cum enumeratione malorum, quæ a Babylone pertulerant. Aliter vox Apoſtolorum.

# Pſalmus CXXIII.

a Hoc ſdicat. Iam ſecuri hoc dicunt, reſpicientes quæ paſſi ſunt quos tranſierunt, & quo venerunt. b Quia iam euaſit.

a N
Iſi quia dominus erat in nobis, dicat nūc 1
Iſrael: niſi quia dominus erat in nobis. 2 3

a Perſequendo. Alias, inſurgerent. b Quid ergo poſſunt contra dominum in nobis. c In quibus Deus erat.

b Cum exurgerent homines in nos, † for 4 5

a Aug. Scientes malum & tamen facientes, vt qui thurificat, ſciens nihil eſſe idolum. b Et Vt ſupra vicit linguas doloſas, per verba Dei & exempla de morte viuificatorum, ſic ſi dominus adeſt vincit iam minantes de quibus ait. c Sine ratione. Caſſ. Ira & vincta iudicio carent. vnde: Stultum occidit iracundia, & paruulum inuidia.

te viuos † deglutiſſent nos. Cum iraſceretur furor eorum in 6

a Niſi quia dominus erat in nobis. b Id eſt more Aegyptiorum moreremur, non tranſiremus exemplo Iſrael tatum. c Sed per dominum. De quo & caput in via bibit. d Non haſit, quia paſſus eſt ſed reſurrexit & aſcendit, per quod & nobis tranſire dedit.

c d nos, forſitan aqua † abſorbuiſſet nos. † Torrentem pertranſi- 7 8

a Sed forſi. pertran. & ſi dominus non in nobis: quod non eſt. Vel ſiit.

e f uit anima noſtra: † forſitan pertrāſiſſet anima noſtra aquam 9 10

a Alias, ſine ſubſtantia, quia hæc non vere ſunt, ſed tranſeunt omnia, & in eis perdit prodigus ſubſtantiam, quam a patre accepit. b Quia tranſiui.

g intolerabilem. Benedictus dominus, qui non dedit nos in 11

† abſorbuiſſet.

† demerſiſſet.

† Torrens tranſiſſet ſuper animam meam ſuperbię.

B PSAL. CXXIII.

a Niſi quia. Caſſio. Primo ſancti martyres memores quanta euaſerunt, ſoli miſericordiæ aſcribunt. Secūdo gratias agunt, quod liberati, ibi: Benedictus.

✠ Euthymius. Hoc figurato ſermone propheta ſummam imminentis ruinæ celeritatem denotauit. Quidam etiam aiunt dictionem, *quia*, hoc in loco abundare.

b *Forte vi.* Viuunt, qui ſciunt idolū nihil eſſe. Mortui ſunt, qui illud putant aliquid eſſe. Ergo mortui abſorbent, qui putant malū faciendum quod faciunt. Viui autem qui quidem ſciunt malū eſſe quod faciūt, ſed perſecutione ſuperati in ſocietatē tranſeunt impiorum, & Deo huius vitæ dulcedinem prætulerūt, ſicut quidā qui timore mortis idolis ſacrificauerunt.

Act. 10.b.

Aug. Attende etiā, qđ Petrus .i. eccleſia abſorbet multos, ſed non viuos. Cui dr: *Macta & manduca*. Nullum enim māducat, .i. membris inſerit, niſi mactatum, .i. renūtiantem diabolo. Mactatur ergo in malo, ſed viuificat in bono, qui manducatur a Petro. E cōtra accidit illi quem deglutit diabolus.

✠ Euthymius. Per aquam vehementem hoſtium vim intelligit, qui idcirco ira ac furore perciti, quod Iudæorum populus fuiſſet in patriam reſtitutus. Dictionem ſane poſuit pro cęterum, ſeu etiam pro vere.

C c *Aqua* Aug. Peccator, populus (& eſt a ſimilitudine Aegyptiorū) quæ aqua torrens fluit cum impetu, ſed cito tranſit. vnde ſubdit: Torrentem.

d *Torrentem pertranſiuit*, &c. Baſilius. Torrentem hic quā & indicendā hoſtium iram dicit. Non autem calamitatē modo hic dicit, ſed & tranſitū illius, itaque ne deijciamur animo ſi mala ingruant. Quodcunque nanque malum ...ris, finem habet ... enim finē habu... naturæ ad feren... non ſuffeciſſet.

e *Forſitan.* Aug... nūt Latini, vt pe... pro Græco ἄρα d... tionis loco, quod ... ligibilius dicitur ... tas pertranſit a... noſtra ē id eſt m... tudo periculi vix ... hoc credi.

f *Aquam intolerabilem.* alias. Auguſ... ſubſtantia, vt ſu... tia & peccata & ... do huius vitæ qu... opiam habēt, n... ſtantiā: Egeſtat... bent non ſubſiſt... quia hęc nō vere ... ſed tranſeunt o... ſine fructu. Nā ... peccando lucra... tum, vel hmōi, ſine ſubſtantia eſt: quia & hic fidem an... & in infernū deſcendens, hæc ſecum non portat. Ma... go amiſit, vt minus lucraretur: pecuniā auxit, fidē neg... vel minuit vel extinxit. Abundat neſcio quid in arca tu... multo magis qddā diminutū eſt in corde tuo. De arca ...des, de corde non plangis. In hac aqua ſine ſubſtantia p... dit prodigus ille filius iunior ſubſtantiā quā accepit a p... *Et adhæſit vni ciuium regionis illius*. i. diabolo, paſcens por... terrenis & immundis actibus delectatus, deſiderās mā... re ſiliquas porcorū, quę implent ventrē & non ſatiant. ... peccata, etſi ad horam delectant, veram tñ ſatietatem ... præſtāt. Hæc eſt ouis errabunda, quā pius paſtor in euā... legitur quæſiſſe relictis nonaginta nouē in deſerto. Sed ... quā reduceret, a longe eſt cōminatus baculo Moſaicæ l... vt ouicula ſe erraſſe cognoſceret, & vltra errare pertim... ret atq; per ſe redire nō valens, reductorē humiliter ex... ret, & deſideraret, qui eā viuifica baptiſmi aqua lotā, ſi... aqua ſine ſubſtantia, cōſortio angelico redderet, prod... filium longa neceſſitate confectum ad patrem reduce...

g *Benedictus dom.* Caſ. Secunda pars, vbi ſancti gratias ... quod liberati, & quod laqueus contritus.

Ba...

## NICOLAVS DE LYRA.
## PSAL. CXXIII.

1 N*iſi quia do.* Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebr. *Canticum graduum Dauid*. & ſic apparet autor pſalm. De materia autem eius mihi videtur, quod Dauid fecerit hunc pſalm. gratias agens de ſua liberatione, & populi ſui à Philiſthęis aſcendentibus contra eum, quando eum audierunt eſſe inunctum in regem ſuper Iſrael. 2. Regum. 5. vt ſic Dauid occiderent & regnum eius deſtruerent: ſed fuerunt debellati virtute diuini auxilij, vt ibidem habetur. *Et dixit dominus ad Dauid: Dabo tibi Philiſthijm in manu*. Secundum hoc igitur Dauid inuitat populum ad Deum laudandum, dicens.

2 *Dicat nūc Iſr.* i. populus Iſrael habita victoria de Philiſthęis.

3 *Niſi quia* per adiutorium ſpeciale, & replicatur hoc dicendo: Niſi quia, &c. ad oſtendendum maiorem gratitudinem de auxilio diuino.

4 *Cum exurgerent in.* id eſt, Philiſthæi, vt prædictum eſt.

5 *Forte vi. degl. nos.* id eſt, non potuiſſemus reſiſtere eorum impetui, ſicut nec illud quod deglutitur deglutienti.

6 *Cum iraſcere.* Quia Philiſthæi venerunt contra Dauid, & populum eius cum magno furore & deſiderio eos deli... di, ideo ſubditur.

7 *Forſi. aqua.* ſcilicet tribulationis, quæ per impetum deſignatur. Eſa. 8. b. Adducet dominus ſuper eos aqua... tes & multas, regem Aſſyriorum, &c.

8 *Abſorbuiſſet nos.* Includendo nos vndique, ſicut il... abſorbetur aqua, vndique circundatur ea. q. d. non pot... mus aliqualiter euaſiſſe.

9 *Torrentem pertran. ani. no.* In Hebr. & in tranſla. Hier. h... tur: *Torrens tranſiſſet ſuper animam noſtram*. & per torre... intelligitur impetus Philiſthinorum, quo Dauid & po... fuiſſent obruti, niſi fuiſſent diuinitus ſaluati: & iō cū dr...

*Torrentem pertran. ani. no.* Locutio eſt figuratiua, ſicut poeticū: Perflauit fiſtula buccas. & ſimiliter cum ſubdi...

10 *Forſitan per. ani. no. into.* Quia in Hebræo & in tra... Hier. habetur: Forſitan pertran. ſu. animam noſtram: ... ſuperbiæ vel fortes. ideo ſubditur, pro gratiarum action...

11 *Benedictus do.* Minus dicit, & plus ſignat: quia no... cos à Philiſthæis capi non permiſit, ſed etiam Philiſt... eis ſubiecit. ideo ſubditur.

1 A...

## MORALITER.

1 *Niſi quia d. erat in no.* Pſalmum iſtum fecit Dauid pro liberatione ſua, & ſui exercitus a Philiſthæis cum quærētibus occidere, cum audiſſent eum vnctū eſſe regem ſuper Iſrael. 2. Reg. 5. d. Myſtice vero poteſt exponi de Chriſto & eius fidelibus, quorum nomen quæſierunt extinguere Iudæi poſt eius aſſumptionem à dextris Dei, vt habetur Actu. 8. & 9. Et ſic in perſona eccleſiæ dicitur.

3 *Niſi quia do.* ſcilicet per cuſtodiam ſpecialem.

4 *Cum exur. ho.* i. Iudæi, qui dicuntur hic hoīes, ſicut. 1. ... 3. b. Cū in vobis ſit zelus & cōtentio, nonne homines ...

5 *Forte vi.* In perſecutione, quę facta eſt beati Stepha... pore, de quo dicitur Act. 8. *quod ſtridebant dentibus in eum*

6 *Cum iraſcere. furor eorum.* Irrationabilis.

7 *Forſitan aqua.* ſcilicet tribulationis.

8 *Abſorbuiſſet nos.* Et eadem ſententia repetitur ad ... rem exaggerationem, cum dicitur.

9 *Torrentem pertranſiuit*, &c. Et quoniā ex hoc debet ... grati...

*· Baſil. Ob eam cauſam augeri mala (Deus) permiſit non vt illa nos ſubmergerēt, ſed vt nos probatiores redderēt,& ampliorem nobis ipſe virtutis ſuæ demonſtrationem exhiberet. Superbos autem, hic hoſtes fuiſſe dicit.

a *Anima noſtra.* Vel, ſicut aliquo faciente ſtrepitū magnū, paſſer volat de muſcipula venātium: Sic anima noſtra, quæ ante vitæ dulcedine tenebatur, domino faciente ſtrepitum maximum gehēnarum, eruta eſt de muſcipula. Vel ſicut paſſer vitat laqueum, ſic ſanĉti dulcedinem præſentis aquæ, quæ eſt quaſi laqueus.

* Theo. Grato animo propriam imbecillitatem confitētur paſſeri ſeipſos comparantes,& Dei prędicant potentiam, hoſtium demonſtrantes robur. Venatores namque illos apellant, edocet vero ſalutis modum. D

b *Venantium.* Venantes ſunt perſequētes, eſca in muſcipula, dulcedo huius vitæ.

a ¶ Vel venationem. b ¶ Quaſi more ferarum ſitientium ſanguinem noſtrum. c ¶ Non dedit, ſed potius. Et ſi corpus paſſum. d Aug. Quia incaute inſtabilis ceciderat. e Non capitur dulcedine præſentis vitæ. vnde ſequitur occiſio.

a captionem dentibus eorum. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt, de laqueo venantium: Laqueus contritus eſt, & nos † liberati ſumus. Adiutorium noſtrum in nomine domini, qui fecit cælum & terram.
1
2
†
3

a ¶ Alias, muſcipula. Et iſte.

b
c
d

a ¶ Qui ante hæſeramus in muſcipula. b Quare contritus laqueus,& nos liberati? quia. c Contra quem nullus præualet.

Omnia cæleſtia,& terreſtria.

c *Laqueus contritus.* Caſſ. Occiſis martyribus, non reſtat dulcedo vitæ, qua poſſint iterum capi, ſed ipſi nō ſimul contriti ſūt, imo liberati.

d *Contritus.* Caſſiodo. Q. Qui ferreus erat, nō ruptus, vt ſtupa, tāta fortitudo paſſionis, tāta potētia liberātis.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Anima noſtra. paſ. de. la. *ideſt, de inſidiis Philiſthinorum,& per quem modum ſubditur:*

2 Laqueus contritus eſt. *quia exercitus Philiſthinorum a Dauid & populo ſuo fuit debellatus. Et quia hoc fuit virtute diuina, ſubditur.*

3 Adiutorium noſtrum in nomine do. *quaſi dicat non in nomine idolorum, qui nullam habent virtutem, quod ideo dicitur, quia Philiſthæi tunc fugientes reliquerunt idola ſua ad ſalutem populi Philiſthinorum,& etiam ſui impotentia, quia Dauid & viri eius tulerūt ea, vt habetur. 2. Reg. 5.*

MORALITER.

gratiarum actio ſubditur: *Benedictus dominus,&c.*

*Laqueus contritus eſt.* ſ. per Romanos q deſtruxerūt Iudęos.

† *Et nos libe. ſu.* nā ante aduentum Romanorum in Iudæā. Chriſtiani qui erāt ibi monitu angelico tranſierūt in regnū Agrippæ,& ibi ſaluati fuerunt iō ſubditur: *Adiutoriū no. in no.*

ADDITIO

In pſal. 133 *Niſi quia dominus.* vbi dicitur in poſtilla. De materia autem eius.

B Nō vr̄ proprie materia huius pſalmi aſsignari a poſt. Tū a de iſtis perſecutionibus corporalibus q̄ tēpore Dauid cōgerūt iā plures pſal. fuerūt facti in particulari,& ēt generaliter, vt patet in illo pſal. *Diligam te Domine.* In cuius titulo fit mētio de liberatione ipſius Dauid ab omnib. inimicis ſuis. Tū q̄a improprie applicaret' illi hiſtoriæ hoc qđ dr̄: *Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium.* quia vt ibidē patet, Philiſthæi nō inſidioſe inſurrexerūt ꝯ Dauid,& populū ſuū, ſed palā & manu armata, vt hr̄. 2. Reg. 5. vñ melius vr̄ dicēdū quod hic pſal. cōtinuat' ad prædictos, ſic. Quod poſtq̄ pſal. in pſona eccleſiæ petiuit auxiliū ab aduerſarijs exterioribus, vt in primo & ſecūdo cātico,& conſequēter introducit lętitiā de pace & trāquillitate eccleſiæ, vt in tertio cātico. Cōſequēter ēt petiuit, vt miſericorditer liberaret' ab inſeſtis eā turbantibus, vt in pſal. pręcedenti. In hoc vero pſal. vult oſtendere qđ quandocūque,& a quibuſcūque pſecutionibus eccleſia liberat', aſcribēdū eſt ſoli p̄tati diuinę. dicit: *Niſi quia dominus erat in nobis,&c.* quaſi dicat Nō potentiæ, nec viribus humanis attribuenda eſt, ſed ſoli Deo in nobis exiſtenti per ſuā prouidentiā & protectionē,& iō in hoc pſal. tangit multa genera perſecutionū. Quarū quędam procedunt a ferocitate, ſeu inhumanitate pſequentiū,& de hoc dicit, *Forte viuos deglutiſſent nos, cum iraſce. fu. eorum in nos.* E Quædā autē procedūt ex inſipientia pſequentiū, ſicut cum vulgares indocti nō ex paſsione iræ, ſed potius ex quadam inſipientia pſequūtur fideles,& de hoc dicit. Forſitan aqua abſorbuiſset nos. Aqua. n. ſæpe ppl̄s ſignificat, vt Apoc. 17. Et quia tales, vt plurimū tāquā indiſciplinati impetuoſe pſequunt', iō ſubdit. Torrentē ptranſiuit anima noſtra. Vel ſecūdū Hebraicā literā, torrens pertrāſiſset animā noſtrā, torrens. n. fluit cū impetu. Quędā āt pſecutiones procedunt ex deceptione diabolica, vel humana, vel ēt mūdana, qbus homo quādocunque capitur ſicut paſser in laqueo. Qui quidē laqueus diuina virtute cōterit', vt iuſti liberent'. Et de hoc dicit. *Anima noſtra ſicut paſſer,&c.* & laqueus cōtritus eſt,&c.& ſic de omnibus cōcludit. Adiutoriū noſtrū in nomine, dñi, correſpondēt ad principiū pſalmi in ſētētia. i. liberatio noſtra de omnibus prædictis, & ſimilibus aſcribenda eſt diuino adiutorio tātū, ad quam ſentētiā faciliter litera applicatur.

GLOS. ORDI.

a *Canticum.* aſ. Sextus gradus. Cōfidentes fidelisſimi Chriſtiani, ſolidiſsimis montibus comparantur, quam habet in domino, ne zelet feliciter in hoc ſeculo.

Beda. Sexto gradu clamat propheta nobis in dominum cōfidendū ne laboremus in caſſum, primo commonitione propter populum fidelē cōfirmat dicēs nullatenus commoueri poſſe, qui in domino ſunt confiſi, reddens cauſam quare peccatores ſupra ſortem iuſtorū nō permittat exereſcere. Secundo precatur, vt rectis proſperitas, prauis vindicta proueniat.

* Theo. Qui illam victoriam adepti ſunt, triumphalē canūt hymnum,& ſpei in deo collocatæ uim prędicant.

* Beda.

Canticum graduum. PSAL. CXXIIII.

a ¶ Aug Qui confidit in domino, eſt ſicut mons Sion & non mouebitur ſicut paſſer, qui inſtabilis eſt & cito volat hinc inde.

a
b

QVI confidunt in domino ſicut mons Sion, non commouebitur † in æternum, qui † habitat in Ieruſalem.
1
2
3

C

a ¶ Spirituali, ideſt, in eccleſia. Terreni ciues ſæpe captiuati.

* Beda. Ex perſona eorum canitur, qui de captiuitate redeuntes impugnatores ſuos, hoc eſt finitimas gētes Deo adiuuāte preſſerūt. Aliter vox Eccleſiæ.

† in æternum manebit. Ieruſalem habet in circuitu montes.

† habitant

PSAL. CXXIIII.

b QVi confidūt. Au. Hic pſ. docet nō intendere in pſperantes in ſeculo, vñ ſuperbia, ut ſe pręferant omnibus hominibus,& cor durū, contra imbrē Dei ne fructū ferat, quos attendētes & infirmi nutāt, qualiter ſupra infirmi cuiuſdā pedes pacē peccatorū uidētis, moti fere legunt', ſed credēdū eſt ſapiētię dei, qui oīa bene facit, etſi nō videamus quomō,& ita erit rectū cor, ut confidamus in domino,& non mouebuntur pedes noſtri. Oſtendens ergo fidentem in deo nō poſſe moueri, ait. *Qui confidunt in domino.* F

Qui

NICOLAVS DE LYRA.
PSALM. CXXIIII.

QVi confidunt. *Titulus huius pſalmi eſt. Canticū graduū, cuius ſentētia patet ex ſupradictis. De materia vero huius pſalmi, nō videtur quod intelligatur de Ieruſalem materiali, cuius nunquam fuit tanta pax,& ſublimitas, quāta deſcribitur in hoc pſalmo, vt videbit: quia multoties fuit impugnata,& pluries diſtructa. Bis totaliter. ſ. ſemel per Nabuchodonoſor,& ſemel per Romanos, et pluries partialiter quātū ad aliquā partem murorum & ædificiorum, vt patet ex libris Re. Para. Machabęo. Et iō exponitur de Ieruſalē ſpirituali. ſ. eccleſia. De qua dicitur Apoc. 21. a.* Vidi ciuitatem ſanctā Ieruſalē deſcendentem de cęlo,&c. *in qua per fidem Chriſti habitant Chriſtiani, quod præuidens Pſalmiſta in ſpiritu prophetico dixit:*

1 Qui confidunt in do. *non in idolis vanis, nec in rebus mūdanis.*

2 Sicut mons Sion. *quia ſicut mons Sion eſt immobilis, ita qui vere confidunt in domino, a ſtabilitate fidei non mouentur, ideo ſubditur.*

3 Non commouebitur in æternū, qui habitat in Ieruſalem. *ſpirituali per fidem charitate formatam. Et cauſam huius ſtabilitatis ſubdit, dicens.*

MORALITER.

1 *Qui confidunt.* Sicut oſtenſum ſunt in expoſitione literali, pſal. iſte ſecundum literalē ſenſum eſt de ſpirituali Ieruſalē quæ eſt militans eccleſia, in qua habitantes fidem charitate formatam ſunt ſecuri de gloria futura. Nec occurrit mihi alia ſpiritualis expoſitio hic.

quæ

Qui ſunt iſti qui habitãt in Ieruſalẽ, ipſi non commouebun-
A tur in æternum. Quis eſt iſta Ieruſalem, breuiter deſcribit.
a *Montes in circu.* id eſt, angeli, prophetę, apoſtoli ſunt murus
Eſa. 26. eius. vt Eſaias: *Et erit in ea murus, & antemurale.* Sed ne in mõ-
Pſal. tibus remaneat, addit: & dñs in circuitu. *Ne ergo ſit ſpes in montibus*, ſed in vertice montium. vnde Eſaias: *Erit in nouiſſimis diebus mons in vertice, &c.*

*Qui confidunt.* Caſſ. Primo aſſerit nõ poſſe moueri eum qui confidentiam in Dei virtute ponit. Secundo precatur, vt bonis proſperitas, malis veniat vindicta, ibi: *Benefac domine.* Confidunt: cõmouebitur.

Caſ. Prius dicit. Cõfidũt, pluraliter: poſt, non commouebitur, ſingulariter, quia numeroſa eſt vnitas huius populi, qa & multi ſunt, & vnũ ſunt.

*Mons Sion.* Hierony. Chriſtus, in quo fundata eſt eccleſia. Mons ille ad literam, in fine ſeculi commouebitur.

b *Virgam pec.* Aug. Dominantur enim aliqñ propter diſciplinam bonorum, ſed hoc non ſemper erit, vt hic apertè dicit propheta & ideo non deficiunt iuſti, quia ſciunt tẽpus futurum quo Chriſtus in claritate ſua apparens, congregabit ante ſe omnes gentes, & diuidet eas ſicut paſtor diuidit hędos
Matt. 25. a. ab ouibus, oueſq; ponet a dextris, hędos a ſiniſtris.

* Euthymius. Per peccatores impios, atque iniquos omnes intelligit, quales etiam ipſi ſunt Dęmones. Per virgam verò eorundem regnum aut potentiam intelligit. Iuſtos verò eos appellat, qui ſecundum legem viuunt.

✲ Theodoret. Et Aſſyrios virgam furoris per Eſaiam vatem
Eſ. 10. dominus appellauit. *Væ enim*, inquit, *Aſſur.* virga furoris
B mei, & iræ meæ, &c. Dicit igitur vates etiam hic. Dñs vniuerſitatis iuſta vtens ſententia, nõ ſinet iniuſtorum virgam iuſtorum cętui infligi.

c *Sortem.* Caſſ. id eſt, iuſtos ſorte electos, vel qui ſunt ſors & hęreditas Dei.

d *Benefac domine.* Caſſ. Secunda pars vbi confirmato populo precatur quod ſcit futurum, vt bonis proſperitas, malis vindicta veniat.

* Theod. & Euth. Cũ Dei iuſtitiã oſtendiſſet, iuſtas preces fudit: orat enim ęqualia pręmia bonis conſequãtur. hoc Dominus ait, *qua menſura metimini, remetietur vobis.* & Beati miſericordes quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.

e *Declinantes autem.* Caſſ. Pari etiam ſententia pereunt, qui declinant iuſſa principis, & qui opera mala velle contendunt, deficientes cum cogentibus deficere.

✲ Theodoretus. Obligationes Aquila quidem *ſimultates* planauit, *Obliquitates* Symmachus, & Theodotion *peruerſitates*. Atque vates nihil iniuſti petijt, verum vt boni bona conſequantur, qui verò rectam viam declinarunt, vt obligationibus & ſimultatibus vſi ſunt correſpondentem finem inueniant.

f *Pax ſuper Iſrael.* Auguſt. Vno nomine patria hæreditas dicitur, quæ eſt Chriſtus. Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, qui pacem ſupra pacem dabit nobis.

✲ Theodoretus. Sciendum eſt hoc nomen Iacob adeptum eſſe cum diuino conſpectu dignus effectus eſſet, cognominis igitur habeant omnes, qui eoſdẽ mores, & animam, fidemque puram habeant: Non enim omnes qui ex Iſrael Iſraelitæ ſunt, ſed qui Iſraelis pietatem amplectuntur.

a ¶Quia habitat in montibus. b ¶Quos enim aſſumit, vt ſint populus ſuus conſtringit in vnum vinculo charitatis & pacis, vt in æternum non moueantur: Quia non relin.

a Montes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi 1
a ¶Vere, non commouebuntur. 2
ſui: ex hoc nunc & vſque in ſeculum. Quia † non relinquet 3

a ¶Dominium. b ¶Aug. Intelligentes hoc ad tempus eſſe, & ideo patienter ferant: ſi enim ſic ſemper eſſe viderent: deſererent iuſtitiam Et ſic quia eis placet Deus per omnia. Bene fac d.b. Sed Declinantes qui ſcandalizantur in vijs domini, adducet cum e iniqui. quorum facta imitati ſunt, quorum præſentes lætitias amauerunt.

b dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum, ut non 4
c ¶Opere. 5
d extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas. Benefac domine, 6

a ¶Qui nolunt præire ſed ſequi. b ¶¶A iuſſis Dei. c ¶Pœnæ & culpæ. Caſ. Iniquitas obligat, nec ſinit liberos. 7

e bonis & rectis corde. Declinantes autem in † obligationes 8
a ¶Aug. Sed quid rectis corde? Vno verbo omnia bona dicit. 9
f adducet dominus cum operantibus iniquitatem: pax ſuper 10
Iſrael. 11

☞ PSAL.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Montes in circuitu eius. *id eſt, angeli ad cuſtodiam eccleſiæ deputati.*

2 Et dñs in circuitu populi ſui. *propter quod dicit Matt. vlt. d.* Ecce vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.

3 Quia non relinquet dom. vir. pec. *ideſt, poteſtatem eorum.*

4 Super ſortem iuſtorum. *ideſt, prævalere iuſtis: intantum, ut moueantur a ſtatu fidei, & virtutis, quia facit cum tentatione prouentũ, vt poſsint ſuſtinere, vt dicit Apoſtolus. 1. Cor. 10. c. ideò ſubditur.*

5 Vt nõ extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas. *Et quia boni merentur præmiari, & mali puniri, ſubdit Pſal.*

6 Benefac dom bo. & re. *conferendo eis bonum gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro.*

7 Declinantes autem. *A rectitudine fidei & virtutis.*

8 In obligat. *ideſt, ad peccata quæ obligant ad pęnam: ideo in tranſlat. Hiero. habetur ſic: Qui autem declinant ad prauitates ſuas, &c.*

9 Adducet dominus. *Ad pœnam æternam.*

10 Cum operantibus iniquitatem. *i. cum dæmonibus obſtinatis in iniquitate, propter quod dicitur Matth. 25. a.* Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius.

11 Pax ſuper Iſrael. *non ſuper Iſrael ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiritum, ſcilicet ſuper populum catholicum: propter quod in natiuitate Chriſti cantauerunt angeli, Luc. 2. b.* Gloria in altiſsimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. *Per bonam enim voluntatem habent pacem cordis internam, ſecundum quod dicitur Prou. 12. c.* Non contriſtabit iuſtum, quicquid ei acciderit. & per illam diſponuntur ad pacem ſupernam.

ADDITIO.

In Pſal. 124. *Qui confidunt.* vbi dicitur in poſtilla. De materia huius pſal.

Iſte pſal. continuatur ad præcedentem ſic. Nã cũ dixiſſet Pſal. in præcedenti. *Adiutorium noſtrum in nomine domini, &c.* In hoc Pſal. declarat, qui sũt illi quibus adeſt tale adiutoriũ, ſcilicet. *Qui confidunt in domino*, immobiliter, & habitãt in Ieruſalem per veram charitatem. & de hoc dicit: *Sicut mons Sion non commouebitur in æternum, qui habitat in Ieruſalem, &* cętera exponantur prout in poſtilla.

GLOSSA ORDINARIA.

a *Canticum graduum.* Caſſ. Septimus gradus in figura veteris teſtamenti per venturum Chriſtum, reuerſionem de captiuitate, quaſi de Babylonia prophetat: vnde iam conſolatio, & ſeminatio vt plus
C metatur.

Auguſt. Redempti ſanguine Chriſti & conuerſi a captiuitate, hæc cantant, dum peregrini gementes in via. Sion eſt Ieruſalem in angelis ęterna, in hominibus captiua.

* Beda. In captiuorum perſonam canitur ſupplicantiũ pro libertate, atque dicentium, quanta bona, ac quanta clara laudatio abſolutionem talem ſecutura ſit. Aliter: Conuertente Domino captiuitatem Sion, hoc eſt Hieroſolymorum, quę prima domum redierãt, *facti ſumus ſicut deſolati:* non dicit conſolati, non eſt enim plena lætitia cæteris in captiuitate poſitis. Aliter vox Apoſtolorum de impijs Iudæis.

a Canticum graduum.

* Theodoretus. Cyrus Rex vt omnes redirent Iudæos iuſſit. plurimi vero prauam habentes mentem, in omnibus diuinis legibus repugnantes regredi noluerũt, qui autem auitæ pietatis curam gerebant, legiſque cultum deſiderabant libentiſſime redierunt: hoc igitur pſalmo propriam cernentes libertatem exultant, & precantur, vt hanc & ſuiues conſequantur.

☞ PSAL.

PSALMVS CXXV.

[I]N conuertendo. Caſſ. Primũ magnitudo facti, cũ magnitudine gaudij oſtenditur. Secũdo precatur conuerſionem captiuitate adhuc futura, ibi: Conuerte domine.

*In conuertendo.* Aug. Vel: Cum conuerterit, quaſi de præterito loquens, futura [p]ronuntiat, & vt ſi[gu]ra pteriti futura cogitare oſtēdat, [ai]t: Tũc dicẽt. Quod [no]n de futuro eſt, vn[d]e & poſt vt hæc [fia]nt, orat. *Conuerte [do]mine cap. no.*

Baſil. Captiuitas [n]omen quidem ſim[ple]x eſt habet vero [m]ultos ſenſus. Eſt [eni]m bona captiui[tas], vt quãdo Paulus [di]cit. *Captiuantes om[ne]m intellectum in Chri[ſtu]m.* Eſt mala, vt cũ [di]cit. *Captiuantes mu[lier]culas oneratas pecca[tis.]* Eſt etiã ſenſibilis [cap]tiuitas. Rurſus, [eſt] ſpiritalis, de qua [A]poſtolus dicit captiuãs [in tra]nſmiſſionẽ. Senſibi[lis] eſt apud hoſtes, qua prior eſt grauior, quę Iudam captiuũ [fa]cta, proditorem etiam reddidit.

* Euthym. Per conuerſionem propheta reditum ac reſtitu[tio]nem intelligit in patriã cuius patrię filios, hoc eſt, cuius [po]pulum in captiuitate olim conſtitutum, captiuitatẽ Sion [a]ppellauit. Per cõſolationem vero, refrigeriũ intelligit. Per[ue]rſi inquit in patriam valde refrigerati ſumus. Nam Græ[ca] dictio ὡσεὶ pro qua interpres reddidit, ſicut, non ſolũ hãc [ſig]nificationem habet, ſed interdum ponitur pro quam, id[eſt], pro valde, quemadmodũ & alibi. *Quam bonus Deus Iſrael.*

[Sicut.] Aug. Non ſemper ad ſimilitudinem ponitur, ſed ad [pro]prietatem, vt hic, vnde etiam dicitur: Fecit vt iuſtus, qđ [iuſtus] eſt, ita facti fiunt iſti ſicut conſolati, ideſt, gauiſi ſunt, vt [con]ſolationem accipientes in reſurrectione Chriſti, qui præ[ceſ]ſit vt conſequamur.

[O]s *noſtrum* Caſſ. Cordis arcanum, vbi primum gaudia, quę [p]ro officio linguæ erumpunt.

Aug. *Os noſtrum.* Cordis, inde procedit malum vel bonum [qu]od nos mundat vel inquinat. vnde: Quod pcedit de ore [co]inquinat. Non de ore carnis, ſed cordis. Non enim ſi nomi[na]s furta & alia mala, immundus es, ſed dum cogitas, & ſi [ta]ceas. C

* Theo. E ueſtigio [redacted] fuſi linguas in hymnorũ [redacted] nem enim Aquila, *laudem.* Symmachus, *gloriam* interpretati ſunt. D

d *Tunc dicent inter gentes.* * Baſil. Non eſt temere adiecta in geminatio, ſed multę emphaſis demonſtrationẽ habet, *Tunc dicent illi quia magnificauit dominus, &c.*

PSAL. CXXV.

a Alias, cum conuerterit. Vt redeuntium de Babylonia, quam conuerſionem dominus fecit.

a [I]N conuertendo dominus captiuita- 1

a ¶ Augu. Conſolatio non eſt niſi miſerorum, gemimus in re, conſolamur in ſpe. Et ſi nondum ſecuri.

b tem Sion, facti ſumus ſicut † conſolati. 2

c a ¶ Et dominus conuertit. In illa conuerſione.

b ¶ In ſpe gaudet. Non mundi ſed redemptionis.

Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum, 3

a ¶ Corporis. Vel quæ intus clamat ad eum. b ¶ Aug. Hoc ficu n de toto corde ad eccleſiam curritur.

d & lingua noſtra exultatione. Tunc † di- 4

a Et vere.

e cent inter gẽtes, magnificauit dominus facere cum eis. Magni- 5

a ¶ Aug Nos nobis fecimus, qui ſub peccato nos vendidimus. b Vnde.

c Aug. Qui prius captiui.

f ficauit dominus facere nobiſcum, facti ſumus † lætantes. Con- 6 7

a Vnde. Dominus ſoluit captiuitatem. Miſſo redemptore. b Qua ſub diabolo captiui tenemur. c Conuertitur.

g h uerte domine captiuitatem noſtram, ſicut torrens in au- †

a ¶ Operi miſericordiæ ad quæ ſufficit voluntas ſi deſit facultas, inde metitur pax. Num ergo dicitur pax in terra diuitibus? non, ſed hominibus bonæ voluntatis.

b ¶ In hac vita plena lachrymis. c Fructum æternæ beatitudinis.

i ſtro. qui ſeminant in lachrymis, in † exultatione metent. 8 9

3 bi eſt. pe. e. *Propitiatorium enim quod dicebatur ſedes Dei, erat ſu r arcam, ita quod operculum arcæ erat quaſi ſcabellũ Dei ſedentis ſu r propitiatorium, vt dictum fuit plenius Exod. 15. Homines autẽ ve entes ad tabernaculum orationis eam adorabant verſa facie ad lo m arcæ.*
4 urge do. *Hic conſequenter deſcribitur translatio arcæ ad tem- p n ædificatum a Salomone, vbi habuit ſtabilem manſionem & quie te, quam tranſlationem prænidit Dauid fieri poſt mortem ſuam. ideo di:* Surge do. in re. tu. *hoc eſt in domum a Salomone filio meo a ficandam, vbi elegiſti ſtabilem manſionem & quietam.*
5 Tu & ar. ſan. tuæ. *quæ ſic nominatur, eo quod continebat ſancta, ſcilicet tabulas digito Dei deſcriptas, & virgam Aaron, & vrnam nna plenam.*
6 Sacerdo. tui. *ideſt ad tuum obſequium deputati.*
7 Induantur iuſti. *ita quod non ſolum ornentur exterius ornamen t corporalibus, ſed etiam interius virtutibus.*
8 Et. ſ. t. *i. ſacerdotes & Leuitæ tuo obſequio deputati. Sanctum.n. in vna ſignificatione idem eſt quod diuino cultui deputatum. vnde & etiam veſtes ad hoc deputatæ dicuntur ſanctæ.*
9 Exul. *i. te laudent cum deuotione mentis in ſigno exteriori apparente ſecundun illud Pſal. 83.* Cor meum & caro mea exulta. in deum viuum.
10 Pro. Da. ſer. tu. *i. propter merita eius & deprecationem.*
11 Non auertas faciem Chriſti tui. *Ideſt Salomonis de mãdato tuo in regem uncti. Dicunt enim Hebræi, quod cum ſacerdotes trãsferent arcam ad templum Salomonis, portæ clauſerunt ſe contra eos, & cum orarent dñm & cantarent pſalmum iſtum, quando venerunt ad verſum iſtum, portæ aperuerunt ſe, & ſic vidit omnis populus, quod Dauid erat Deo acceptus. Vſque enim ad illud tempus multi de populo tenebant contrarium propter adulterium cum Bethſabee, & homicidium Vriæ. Et ad declarandum, quod illa peccata erant ſibi dimiſſa, fuit facta illa clauſio portarum & apertio, ſicut dictum fuit plenius. 3. Reg. 8. & 2. Parali. 6.*
12 Iurauit. *Hic conſequenter agitur de promiſſione ſucceſſionis regni in prole Dauid. Et primo deſcribitur dicta promiſſio. Secundo, promiſſionis ratio, ibi:* Quoniam elegit. *Circa primum dicitur:* Iurauit dominus Dauid. *Ideſt ipſi Dauid Veritatem, quia eſt veritas prima.*

Et

## M O R A L I T E R.

*Introibimus in ta. eius.* ſ. deuote.
*Adora. in lo. vbi ſte. pedes eius.* Licet.n. deſit, tamen eſt in ecceſia per ſpecialem habitationem. Et quoniam ad orandũ uote indigemus auxilio Chriſti & matris ſuæ, ſubditur.
*Surge domine in requiẽ tuã.* in nobis habitando per gratiã.
*Tu & ar. ſan. tuæ.* i. uirgo ſanctiſsima per arcam teſtamenti gurata.
*Sacerdo. tui in. iu.* ad debite miniſtrandũ in eccleſia. Et qa prælatus quantuncumque bonus ſe reputat indignũ, ſequit.
10 *Pro Da. ſer. t.* i. propter meam inſufficientiam uel culpã.
11 *Non auer. fa.* ideſt nõ permittas eã auerti a ſalute populi.
12 *Iurauit dominus.* Hic agit de ſecũdo. ſ. de bono ſucceſſore in eccleſię regimine, cũ dicitur: *Iurauit dominus.* Per iuramentum.n. domini factũ Dauid, quod filii ſui ſuccederent ſibi, ſignificatũ fuit, quod Deus paratus eſt prouidere paſtoribus bonis de ſucceſſoribus in diſcipulis ſuis, ſicut beato Petro prouidit de ſancto Clemente, & beato Martino, de ſancto Briccio, & ſic de aliis pluribus, ideo ſubditur.

*De*

a *Et non fruſtrabitur.* (alias) nõ penitebit. Aug. Pęnitere dicitur Deus non propter conſilij ſed operis mutationem. Non. n. pęnitentiam patitur Deus vel in aliquo fallitur, vt vellet corrigere in quo errauit, ſed quomodo homo quē peniter, mutare vult quod fecit. Et ſic vbi audis, quia pœnitet Deum, mutationem, ipſam intellige. Aliter dicit illam Deus, aliter tu. *Tu enim facis quia erraueras.* Ille facit, & liberat.

b *De fructu ventris tui.* Auguſtinus. Poterat dicere, ex fructu femoris tui. Quare ex fructu ventris voluit dicere? Et illud quidem ſi diceret verum diceret, ſed ſignificantius dicere voluit, *ex fructu ventris*. quia de fœmina natus eſt Chriſtus, quo vir non acceſſit.

c *Super ſedem.* Dauid, ſcilicet iuxta illud Et dabit illi Deus ſedem Dauid patris ſui, quia quos Dauid temporaliter rexit, Chriſtus ſpiritualiter.

✲ Euthy. Vna quidem promiſſio hæc eſt, & finem habuit, non modo enim Salomon, ſed qui ex Salomone originem traheret, regijs ſedib. digni effecti fuere. Cęterũ vaticinationis finem dominus Chriſtus confirmauit Dauidis regnum corroborans, hoc namque beatus vaticinatus eſt Eſaias. *Quoniam puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis cuius imperium ſuper humerum eius, & vocatur nomen eius magni conſilij angelus admirabilis, &c.*

d *Si cuſto.* Augu. Meritum videntur facere parentes filijs ſuis per hoc quod dicit. *Si filij cuſtodierint, et filij eorum ſedebunt.* Sed ſciendum qđ homines ſpem ſuam dẽnt filios generare & relinquere, filij ſpes eorũ ſunt, ideo nomine filiorum ſpē poſuit. *Per filios autem filiorum fructus ſpei accipe.* Et eſt ſenſus. Si cuſto. filij ſpes. Et filij eo. in ęter. ſe. ſu. ſe. t. Filij, fructus eorum. tales fructus habebunt, vt ſpes eorũ non fallat ſed veniat quo ſperat. Vel, filios accipe homines, per filios eorum. imitatores Et eſt ſenſus. Si cuſt. filij tui. i. homines ex te nati, teſtam. & te. mea. hæc. quæ do. e. Hoc nõ mutatur. Et etiam filij eorum. i. ſequaces eorum in ſeculum ſedebunt. Quid ergo ſi non cuſtodierint, perit promiſſio? Non, quia ſi in te nõ implet, implet in alio. Et filij Dauid ſunt, nõ ſtirpe ſed Dei & fide. Si ergo non cuſtodierint teſta. meum non Non ergo glorieris de carne. Si cuſtodierint. Vel ita, Dauid intelligat Chriſtus. Et agit de promiſſione facta Chriſto hoc modo. *Iurauit do.* pater Dauid. i. Chriſto. Veritatem & nõ fruſtrabitur penitebit eum.

a Alias, pænitebit. b Dauid.

† veritatem, & † non fruſtrabitur eum, † de fructu ventris tui 1 2

a Dicens Aug. Poterat dicere, de fructu femoris tui, ſed ſignificantius ait, de fructu ventris tui, quia de fœmina natus eſt Chriſtus, quo, ideſt, ad quam vir non acceſſit, vnde Et exiuit per clau. por. ex & decus, &c. Quos paries. Ad idem facit.

b Non omnes, ſed cuſtodientes teſtamentum. c Pactum baptiſmi hoc.

ponam ſuper ſedem tuam. Si cuſtodierint filii tui teſtamentũ 3

a Præcepta vitæ. b Non quæ ipſi ſibi conſtituant. Si cuſtodierint.

meum, & teſtimonia mea hæc quæ docebo eos. † Et filii eo- 4

a Quandiu durabit hic, vel cuius non eſt finis, quaſi non eſt temporale præmium, ſed æternum. b Beatitudinis, vt ſicut es regiæ poteſtatis, ita ipſe pro modo ſuo. c Hoc promiſit gratis, non pro meritis.

rum vſque in ſeculum ſedebũt ſuper ſedem tuam. Quoniam 5

a Eccleſiam. b Vbi ſpiritualiter habitet, qui vbique eſt. c Dicens. 6

† elegit dominus Sion, elegit eam in habitationem ſibi. Hęc 7 8

Verba Dei patris. a Hoc non ad literam, cum ſæpe euerſa ſit Ieruſalem. Quia durat in æternum. b In eccleſia. c Non pro merito ſuo. d Sed.

requies mea in ſeculũ ſeculi, hic habitabo, quoniam elegi eã.

Dans benedictionem, vnde ſubdit. Et. a Ingi benedictione. b Non præſumentes de Deo vnde Edent pauperes & ſatu. Superbi ſaturati ſunt in ſe, nec ſaturabuntur. Sed humiles quanto plus eſuriunt, tanto plus manducant, & tanto plus eſuriunt, quanto inanes ſunt a ſeculo: plenus ſaſtidit. c Sion. 9 †

† Viduã eius benedicẽs benedicã, pauperes eius ſaturabo pa- † †

runt, poſtea autem duę trib. regno Dauidico priuatę ſunt.

e *Et filij eorum.* Si cuſt. teſtam. Sedebunt ſuper ſedem tuam principes erũt tuæ beatitudinis. Vt ſicut es regiæ poteſtatis, ita & ipſi pro modo ſuo, & hoc. Vſque in ſeculum ſeculi, id eſt in æternum.

f *Hæc requies mea.* Aug Sic amat nos Deus, vt ſe dicat requieſcere, ſi nos requieſcimus in illo.

g *Viduam.* Aug. Vidua eſt anima, quæ ſe intelligit deſertam omni auxilio, niſi ſolius Dei.

* Theod. Symmachus autem Annonam eius benedicens benedicam hoc eſt omnium bonorum affluentiam præbebo.

h *Panibus.* Auguſtinus. Deus eſt panis, qui in carne fecit.

✲ Greg. Quia per contemplationis donum gratia ſpiritali ſatiamur, apte dixit Eſaias. *Panis ei datus eſt.* id eſt, refectionem ſpiritalis gratiæ percipit, quia ſe a bonis infimis cæleſti ſperando ſuſpendit. Hinc etiam de ſancta Eccleſia per Dominus dicit. *Pauperes eius ſaturabo panibus.* quia mentes humilium poſitæ, ſpiritualium replentur refectione donorum.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et non fruſtrabitur eum. *denegando promiſſum, & quid ſit illud ſubditur.*

2 De fructu ventris tui ponam ſu. ſe. tu. *hoc enim promiſit per Nathan prophetam. 2. Reg. 7. Et hoc promiſſum primo fuit impletum in Salomon filio Dauid, qui in regno ei ſucceſſit, et multo perfectius in Chriſto deſcendente a Dauid ſecundum carnem, cuius Salomon figura fuit, & in quo Dauid regni accepit perpetuitatem.*

3 Si cuſto. filij tui t. *ideſt decem legis præcepta, quæ Deus protulit in monte Sinai, Exod. 20. f.* Et teſtimonia m. *quantum ad alia mãdata, quæ dominus dedit populo per Moyſen.*

4 Et filij eorum vſ. *ideſt abſque temporis determinatione.*

5 Sedebunt ſuper ſedem tu. *ſcilicet regni tui, et ita fuiſſet factum ſi prædicta ſeruaſſent. Sed quia reges a Dauid deſcendentes multipliciter tranſgreſſi fuerunt legem diuinam, vt patet ex decurſu 4. Reg. & 2. Paral. ideo illa ſucceſſio in dignitate regni, tempore Sedechiæ fuit interrupta, vt habetur 4. Reg. vlt.*

6 Quoniam elegit. *Hic ponitur prædictæ promiſſionis ratio, quæ fuit deuotio ipſius Dauid ad diuinum cultum. Et ideo voluit, quod locus ſui cultus eſſet prope Dauid palatium. Et hoc eſt quod dicitur.* Quoniam elegit do. *ideſt montem Sion, vt ibi ædificaretur templum ideo ſubditur.*

7 Elegit eam in habi. ſibi. *Licet enim Deus ſit vbique, dicebatur men ibi ſpecialiter habitare, eo quod dabatur ibi diuina reſponſa propitiatorio, quod dicebatur ſedes Dei. Electionem autem huius loci oſtendit Deus, quando Deus præcepit ipſi Dauid per Gad prophetam vt extrueret ibi altare, & offerret hoſtias, & exaudiuit eũ dominus igne de cælo deſcendente ſuper altare, vt habetur. 1. Para. 21. Propter quod Dauid hoc videns dixit.* Hęc eſt domus Dei, & hoc altare in holocauſtum in Iſrael, *vt habetur ibidem in principio.*

8 Hęc requies mea. *quia arca domini inde non fuit ad aliud templum tranſlata.*

9 Viduam eius benedicens benedicam, pauperes eius *deſt, perſonas habentes deuotionem ad hunc locum, quantũcunque ſint parui ponderis in populo, in bonis ſpiritualibus & temporalibus multiplicabo:*

MORALITER.

2 *De fructu ventris tui. &c.* i. de filijs ſuis ſpiritualibus, nutritis ſua doctrina, & ſubditur ratio.

6 *Quoniam elegit dominus.* id eſt, prouidebit ſibi de bona cuſtodia.

9 *Viduam eius.* ideſt ſexum muliebrem in eccleſia fideliter viuentem.

† *Benedicens be.* dando eis meam gratiam.

† *Pauperes eius.* ideſt ſimplices credentes.

† *Saturabo.* euchariſtiæ, & ſacræ ſcripturæ in prædicatione

*Vi-*

a *Sacer. e.* Vel diſtingue. inter ſacerdotes, & ſanctos ſicut A ſupra. Et eſt: Sacerdotes eius, ideſt, prælatos: Induam ſalutari, ideſt, Chriſto, ideſt, vt honeſti ſint ad docendum. Et ſancti, ideſt, ſubditi. Exultatione exulta. de Chriſto.

b *Exultatione exultabunt.* Auguſt. Quia induti ſunt ſalutari: Non enim in ſe lux, ſed in domino. vnde ſubdit ibi: Suſcitabo cornu Dauid, ut de Chriſto præſumatur, ipſe eſt altitudo, quã ſcilicet, ſignificat cornu, non carnalis, ſed ſpiritualis. Ipſe eſt qui baptizat poteſtate & autoritate, qui habitat in eo, ergo ſecure exultauit.

c *Cornu Dauid, paraui lucernam Chriſto.* Auguſt. Eccleſię altitudo ſpiritualis (quæ carnem excedit) Chriſtus, cui Io. lucerna paratur vnde ſubdit: Paraui lucernam Chriſto meo. Hęc lucerna eſt Iohannes, qui illũ oſtendendo prædicat di. Hic eſt qui baptizat. Qui Ioannes pręcurrens, Chriſtum nuntiat homines baptiſmo aſſuefaciens, uiam præparat verbo. Ipſe eſt enim præco verbi, paranymphus ſponſi, lucerna Chriſti. Hinc eſt, quod in diebus priuatis vnus cereus ante euangeliũ defertur: hic eſt Ioannes qui Chriſtũ præceſſit prædicãdo, baptizando. In feſtiuis diebus duo cerei procedunt, per quod ſignatur quod bini & bini miſſi ſunt apoſtoli ad prædicandũ in Iudæã ante Chriſti mortem & reſurrectionem.

a Ideſt, celeſti pane. b Genus electum, ſcilicet, omnes fideles. c Vnde. Quotquot in Chriſto baptizati eſtis Chriſtum induiſtis. d Chriſto. e Iidem qui & ſacerdotes.

a b nibus. † Sacerdotes eius induam | ſalutari, & ſancti eius † exul- 1 2

a Vel illic. Ideo exul, qu.a. b Alias, ſuſcitabo. c Ideſt, Chriſtum.

c tatione exultabunt. Illuc producam cornu Dauid, paraui lu- 3 4

a Chriſti.

d cernam Chriſto meo. Inimicos eius induam confuſione: ſu- 5 6

a Auguſt. Ipſe ſanctificat & nemo alius In eo floret ad gloriam ſanctificatio, in homine qui fœnum eſt non poſſet florere.

per ipſum autem † efflorebit † ſanctificatio mea. 7 8

✻ Euthym. In eccleſia oriri fecit cornu ipſi Dauid, hoc D eſt gloriã atque honorẽ Dauidici nominis celebrari atque exaltari, dum laudatur, ſ. & glorificatur ab omnibus tanquã progenitor Chriſti, vel oriri fecit validum & ſublime cornu regni ipſi Dauid in Sion feriens, ſcilicet, atque deijciens quoſcunque ſibi aduerſantes, hoc autẽ eſt regnum Chriſti. Lucerna vero quæ Chriſto fuit parata, caro illa ſanctiſſima eſt, quæ à Deo fabricata & diuinitati fuit cõiuncta, quæ lucentiſſima fuit propter vitæ ſplendorem, & E quia in ea requieuit ſeptemplicis ſpiritus potentia. Vel per lucernam, Euangelium intellige, per quod omnes qui conſtituti erant in tenebris illuminati ſunt & ad clariſſimam ducti virtutem. *Lucerna enim* inquit *pedibus meis verbum tuum.* Vel ipſum etiam dñi præcurſorem: de quo ſcriptum eſt. *Ille erat lucerna ardens.*

† laudando laudabunt.

d *Induam confuſione. &c.* Caſſiod Hoc faciet filius, cui omne iudicium datum. Sed nota patrem, qui hic loquitur facere, quod filius facit.

✻ Theodoretus. Dedecoris igitur Iudæi ſunt teſtes, qui inimicitias amplexi ſunt & confuſionem collegerunt. *Sanctificationem* vero Eccleſias per totum orbem atque mare dixit: quia Chriſti corpus vocantur, quæque Sanctitatis fontes ab eo reportant. F

GLOS-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Sacerdotes eius induam ſalutari.* ideſt, ſaluabo eos vndique, ſicut indumentum circumdat hominem circumquaque.

2 *Et ſancti eius.* ideſt, Leuitæ miniſtrantes ei deuote.

3 *Exultabunt.* ideſt, exultatione mentis & corporis, nõ per diſſolutionem, ſed per deuotionem.

4 *Illuc produ. co. Da.* ideſt, dignitatem regiam ipſius prolongabo in filijs ſuis propter ipſum, ideo ſubditur.

5 *Paraui lucer. Chri.* ideſt, memoriam regni ipſi Dauid. vnde. 3. Reg. 11. c. vbi agitur de tranſlatione 10. tribuum ad Ieroboam, dicitur de Roboam nepote Dauid: Filio autẽ eius dabo vnam tribũ, vt remaneat lucerna Dauid ſeruo meo, &c. Et ſimile verbum dicitur de pluribus regibus à Dauid deſcendentibus, qui propter peccata ſua meruerant deſtructionẽ regni quod nõ fiebat, vt remaneret lucerna Dauid.

6 *Ini. eius in. con.* quod factum fuit tempore Dauid & Salomonis & plurium aliorum regum a Dauid deſcendentium, quando bene ſe habebant ad cultum diuinum, vt patet de Ezechia, cuius tempore angelus domini percuſſit centum octoginta quinque milia in caſtris Sennacherib, & fuit compulſus fugere cum confuſione, vt habetur 4. Reg. 19.

7 *Sup. ip. au.* quantum ad perſonam eius & domum ipſius.

8 *Efflorebit ſanctificatio mea, &c.* ideſt vnctio regia, quæ durauit vſque ad Sedechiam. In Heb. habetur. Lucebit corona mea. Quod poteſt intelligi de corona regni materialis, quę erat de auro & gemmis fulgentibus.

PSAL-

## MORALITER.

1 *Sacerdotes eius.* ideſt, gratia ſpiritusſancti.

2 *Et ſancti eius exultatione exulta. &c.* ideſt, in domino gaudebunt.

4 *Illuc pro. cor.* ideſt boni prælati poteſtatem augendo. Et ſubditur modus cum dicitur.

5 *Para. luc.* ſcilicet, gloriæ.

† *Chri. meo.* ideſt, bono pontifici conſecrato.

6 *Inimi. eius indu.* ideſt, ſpiritus malignos ab eo deuictos.

7 *Sup. ip. au. ef.* per gratiam in præſenti, & per gloriam in futuro.

## ADDITIO.

In pſal. 131. *Memento domine Dauid.* vbi dicitur in poſtilla. Circa primum. d. Pſal. iſte cõtinuatur cũ præcedenti ſic. In illo. n. Dauid facit mentionẽ de humilitate ſua, petẽs a Deo retributionẽ huius humilitatis in aĩa ſua dicens, ita retributio in aĩa mea, prout expoſitũ eſt in additione pſal. p̃cedentis. In hoc aũt cãtico Dauid declarat qũo Deus exaltauit illũ in p̃miũ p̃dictæ humilitatis promittẽdo ei Chr̃m vẽturũ de ſemine ſuo, eo mõ quo Abrahæ in p̃miũ immolationis filij ſui promiſerat, ꝙ in ſemine ſuo, ſ. Chriſto benedicerentur oẽs gentes, Gen. 26. a. Circa quod pſal. duodecim facit. Nã primo prophetizans per modũ orationis dicit. *Memento dñe Dauid, & oĩs manſuetudinis eius.* i. reminiſcaris cũ remunerare pro ſua humilitate & mã ſuetudine. Cõſequenter ſecundo incipit exordiri promiſſionẽ illã de Chriſto ab eo deſcenſuro, digreſſionẽ faciẽs a propoſito ſuo circa ædificationẽ tẽpli. Cuius rõ eſt. Nã pro tũc fuit ſibi hoc prophetatũ per Natham, vt patet. 2. Reg. & de illa hiſtoria agit vſq; ibi. *Et ſancti tui exulta. exulta.* & exponant verſus ĩtermedij ſicut in poſtil.

Conſequẽter tertio, quia ẽt illa quæ ſunt à Deo promiſſa, quinq; requirũt orationes ſanctorũ, vt opere impleant̃ p̃ut in ſcđa ſcđæ. idcirco orat ne impediat̃ p̃dicta p̃miſſio. & de hoc dicit. *Propter Dauid ſeruũ tuũ non auertas faciẽ Chriſti tui.* i. veri Chriſti, qui antonomaſice dr̃ Chr̃s Dei. Hæc. n. verba. *Non auertas fa.* Chriſti tui, nõ p̃nt rõnabiliter intelligi de Salomone. Nã ſi Salomon nõ regnaſſet, valde improprie diceret, ꝙ ipſe Salomon auerteret faciẽ ſuã à regno, ſed potius ꝙ regnũ auerteret faciẽ ſuã a Salomone. Et ſ̃m hũc ſenſum debuiſſet dicere. *Propter ſeruũ tuũ non auertas faciẽ regni à Chriſto tuo.* Quod aũt hic fabulant̃ Hebręi de ſacerdotibus transferentibus arcã ad tẽplũ Salomonis, &c. fictitiũ eſt. Non. n. hẽt fundamentũ in ſcriptura, nec eſt verum ꝙ populus non credebat fuiſſe dimiſsũ ipſi Dauid adulteriũ & homicidiũ vſq; ad tp̃s tranſlationis ipſius arcæ. Tũ quia 3. Reg. vlt. fuerũt ſigna manifeſta, quib⁹ totus populus debuiſſet credere, ꝙ Deus acceptauerat ſacrificia & holocauſta oblata ab ipſo Dauid, qđ non feciſſet ipſo nõ exiſtẽte in gr̃a. Tũ q̃a Salomõ filius Bethſabee cũ qua Dauid cõmiſerat adulteriũ, fuit aſſumptus in regnũ & approbatus à Deo, alijs fratribus excluſis, ꝙ eſſet valde incõueniens, ſi peccata patris & matris nõdũ fuiſſent dimiſſa. Nec eſſet veriſimile, ꝙ hoc non fuiſſet obiectũ Salomoni nouiter regnãti p̲ populũ vel aduerſarios

Cõſequẽter quarto oñdit qũo ſua oratio fuit exaudita dicẽs. *Iurauit dñs Dauid, &c.* qđ nõ dẽt intelligi de ſucceſsione Salomonis in regnũ. Primo quia in illa hiſtoria, in qua agit̃ de miſsione Nathan ad Dauid, ubi fit mẽtio de ſucceſsione filij Dauid in regnũ patris, q̃ habet̃ in duobus locis, ſ. ſecũdi Reg. 7. & 1. Paral. 17. nunq̃ legit̃ ꝙ deus iuraſſet ſuper talem ſucceſsionẽ, ſed ſolũ hoc ſimpliciter fuiſſe prophetice denunciatũ, ut patet in utroq; ca. p̃dictorũ. unde cũ hic dr̃. *Iurauit dñs, &c.* Nõ eſt referẽdũ ad prophetiã Nathan, ubi nullũ iur̃m interuenit. Secundo quia ualde inconueniens uĩ, ꝙ deus ſup̲ ſucceſsionẽ Salomonis in regno tẽporali caduco, deus tã firmiter iuraſſet. Tũ q̃a plurimi reges regnãt ex ordinatione uel p̲miſsione diuina ſine tali iurõ. Idcirco poti⁹ dicendum eſt & uerius, ꝙ hoc iur̃m factũ ipſi Dauid ſuper aduentum Chriſti de fructu ventris ſui, ꝙ fuit inter promiſſa diuina, ꝙ cõcordat proprie cũ illa hiſtoria, Gen. 17. e. ubi cũ deus inter quædã alia denuntiaſſet Abrahæ, quod in ſemine eius benedicerentur gentes, ꝙ intelligitur ad literam de

A de Chriſto, interpoſuit firmũ iurm̃ di. *Per memetipſum iuraui dicit, &c.* ſuper q́ Apoſtolus ad Hebr. 6.c. reddẽs rõnem quare Deus Abrahæ iuraſſet, ſic dicit. In quo abundãtius volẽs Deus oñdere pollicitationis ſuæ hęredibus immobilitatem cõſilij ſui, interpoſuit iurm̃. Ex quo patet, q́ ex maxima excellẽtia rei promiſſę Deus interpoſuit iurm̃, qđ tñ nõ cõpetit regno Salomonis tpaliter, vt de ſe patet. Si aũt dicat. Vñ hẽt autoritatẽ iſtud iurm̃, cũ hoc nõ inueniat in capitulis ſupradictis vbi de ſucceſſione regni Dauid agit? Ad hoc dicẽdũ, qđ ſufficit autoritas ipſius Dauid, q magnus & egregius pſal. fuit in Iſrael, vt 2.Reg. 23. Manifeſtũ eſt.n. q́ ſæpe euangeliſtæ de vna & eadẽ re tractãtes: q iã explicãt aliqua quæ ab alijs fuerunt p̃termiſſa. Põt ẽt rõnabiliter dici, q́ Nathan qui non erat tanti gradus in prophetia, fuit reuelata ſucceſſio Salomonis tm̃, quæ figuratiua erat ſucceſſionis Chriſti, ſuper q̃ iurm̃ interuenit pp arduitatẽ & magnitudinẽ rei pmiſſę. Cõcordat ẽt cũ hoc qđ legit ſupra in pſal. de ſacerdotio Chri iurauit dñs, & nõ pęnitebit eũ, tu es ſacerdos in ęternũ. Quod quidẽ iurm̃ nõ legit in alijs hiſtorijs propheticis, & tñ credendũ eſt firmiter ex teſtimonio ipſius Dauid, q́ De⁹ hoc iurauit pp magnitudinẽ excellẽtiæ talis ſacerdotij.

Pſal.109.a. Cõſequẽter quinto interponit illa q̃ fuerũt denũtiata per Nathã ipſi Dauid, q̃ ptinẽt ad Salomonẽ, & ẽt ad alios ſucceſſores. & hoc cũ dicit. *Si cuſtodierint filij tui, &c.* & exponat ſicut in poſti. Nec eſt neceſſariũ, q́ iſta includant ſub iurõ ſupradicto, ſed ſolũ fuit ſucceſſio Chriſti ſub iurõ, & ſine aliqua conditione, prout dictũ eſt vallata. Illud aũt qđ ſequit. *Si cuſtodierint filij tui*, eſt conditionale, vt patet in litera.

B Cõſequẽter ſexto, ne quis pũtaret q́ cã principalis huius iuratæ promiſſionis fuiſſet meritũ ipſius Dauid, eo q́ dixerat. *Propter Dauid ſeruũ, &c.* ideirco cãm veram hm̃õi reddit dicẽs. *Quoniã elegit dñs Sion, &c.* Ad qđ ſciẽdũ, q́ principalis cã hm̃õi promiſſionis factæ & iuratæ ipſi Dauid, non eſt dicẽda deuotio Dauid, & hm̃õi. Sicut.n. dicit Apoſtol⁹ ad Ro. 8.b. *Non ſunt condignæ paſſiones huius ſeculi ad futurã gloriã quæ reuelabitur in nobis*, pari rõne dicẽdũ eſt, q́ nõ ſunt cõdignæ orationes & merita ſanctorũ ad hoc, vt Deus tm̃ beneficiũ iureiurãdo humano generi promiſiſſet, ſed hoc proprie & principaliter proceſſit ex diuina liberalitate. & iõ dicit. *Quoniã elegit dñs Sion.* Electio.n. vt dr̃ 3 Ethi. libertatẽ importat, vnde quia Deus elegit Sion, i. eccleſiã cuius figura erat Siõ illa materialis, quæ quidẽ electio non ſolũ fuit ad diuina reſponſa ibi danda & hm̃õi nec ad ſacrificia legalia ibi offerẽda, quia iſta in q̃ plurimis alijs locis fuerunt facta, vt patet in decurſu ſcripturæ ſacræ. Sed hæc electio fuit principaliter ad hoc, vt in ea Deus habitaret, ſ. per carnis aſſumptionem. vnde ſubdit. *Elegit eã in habitationẽ ſibi*, ſm̃ illud Iohan. 1.a. *Et habitauit in nobis*. Et nota q́ bis dixit elegit, ſ. elegit Sion, & elegit eã in habitationẽ, forte ad denotandũ duplicẽ electionem illius Sion. Primam, ſ. minus principalẽ quæ pertinebat ad cultum diuinum veteris teſti ibidem celebratam. Secundam vero, ſ. principalem ad inhabitationem diuinitatis ſupra dictam, quæ eſt electio potior & dignior. Et vt amplius declararet q́ hæc habitatio erat inſeparabilis, & in ęternũ duratura, iõ ſubdit. *Hæc requies mea in ſeculũ ſeculi*. ſ. in æternum. Quod non põt intelligi de terrena Sion, quæ ſæpe fuit, & eſt euerſa. Et ſequit. Hic habitabo, qm̃ elegi eam, i. nõ ex meritis principaliter, ſed ex electione, vt dictum eſt.

Conſequenter ſeptimo, quia habitatio Chriſti in eccleſia pñti ſm̃ naturã aſſumptã in propria effigie nõ durauit in eccleſia militante, niſi vſq; ad aſcenſionẽ, poſſet quis obijcere

C cõtra hoc quod dr̃. *Hæc requies mea in ſeculũ ſeculi*: hic habitabo qm̃ elegi eam, dicens q́ non habitauit Chriſtus in eccleſia perpetuo ſm̃ naturã aſſumptã, ideo ſubdit. *Viduã eius benedicens benedicã*. Circa quod notanter attendendũ eſt, q́ vbi trãſlatio noſtra hẽt viduã. Hebraica litera hẽt tſedah, quod nullo mõ ſignificat viduã, ſed proprie ſignificat eſcam, & ſpecialiter illã, quę datur viatoribus per modicũ viatici cibi: vnde omnino conſimilis dictio hr̃, Gen. 42.e. vbi dr̃. *Datiſque ſuper cibarijs in via*, vbi.n. nos habemus cibarijs in via. Hebr. litera hẽt tſedah. Similiter, Iob. 38.d. vbi dr̃. *Quis parauit coruo eſcã ſuã*: vbi hẽ eſcam ſuã, ſignificatur per ſimilẽ dictionẽ, ſ. tſedah. vnde ſm̃ veritatem Hebraicam ſenſus huius eſt: q́ Deus promittebat ſe benedicturũ eſcã eccleſiæ viaticam. q́ proprie ſignificat ſacrm̃ eucharistiæ, de quo fideles Chriſti, ſ. pauperes ſpiritu ſaturantur. & ideo ſubdit. *Pauperes eius ſaturabo pa.* iuxta illud pſal. *Edent pauperes & ſaturabuntur.* Et ſic

Pſa.21.g. conſtat. q́ p p̃dictũ ſacrm̃ Chriſtus perpetuo habitat in eccleſia. Ad quod uno mõ applicatur illud. Ego aũt uobiſcum ſum vſq; ad conſummationem ſeculi. Matth. vlt.d. Et nota q́ Ra. Aben. exponens illud verbũ, ſ. tſedah eius benedicẽs benedi. ſic dicit. Ceda ſignificat idem, quod cibaria ad viã. Et eſt ſenſus, q́ benedictio inueniret in cibo, quẽ trãſeuntes per viã portarẽt de Sion: Hęc ille. In quibus verbis iſte Rab. manifeſte prophetauit prædictã expoſitionẽ licet neſciens.

Conſequenter octauo declarat excellentiã miniſtrorum huius ſacri cum dicit. *Sacerdotes eius induam ſa.* Vbi notandum eſt differentia inter hm̃õi ſacerdotes, & illos quibus paulo ante in hoc pſal. dixerat. *Sacerdotes tui induantur iuſtitia.* Illi.n. erant ſacerdotes veteris legis, qui coram arca fęderis miniſtrabant. vnde cum dixiſſet. *Tu & arca ſanctificationis tuæ.* ſtatim ſubdit. *Sacerdotes tui induantur iuſtitia.* Quiquidem ſacerdotes indui dicuntur iuſtitia, eo q́ fide iuſtificabãtur. Iuſtus enim in ſua fide viuit, Abac. 2.a. Iſti vero ſacerdotes, de quibus in hoc loco loquitur, ſunt noui teſtamenti, qui pauperibus ſpiritu panes miniſtrãt, quibus ſaturantur. Qui quidem ſacerdotes non ſolum iuſtitia induuntur, ſed etiam ſalutari. Salus enim nunquam fuit niſi per Chriſtum, de quo Matth. 1.a. *Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum*, ſimiliter de primis dixerat: Et ſancti tui exultabunt. De iſtis vero dicit *Exultatione exultabunt*, duplicans exultationem, vt intelligatur maior ſeu perfectior exultatio.

Conſequẽter nono declarat duo maxime attendenda circa hoc ſacrm̃, & hoc cum dicit. *Illuc producã cornu Dauid, paraui lu. Chriſto meo.* Circa quod notandum, q́ inter multa ineffabilia, q̃ in hoc ſacrõ euchariſtiæ pñt conſiderari, duo ſunt maximè attendenda. Quorum vnum eſt poteſtas inſtituentis, ſ. Chriſti, & de hoc dicit. Illuc producam cornu Dauid. Cornu.n. in ſcripturis ſignificat eminentem potentiam, vt ibi. *Exaltabuntur cornua iuſti.* Sed cõſtat q́ hoc ſacrm̃ non niſi per potentiam Chriſti infinitam, producitur in effectu & i-

E dicit. *Illuc* .i. in eccleſia de quo lòquitur. *Producã cornu Dauid* i. producam potentiam Dauid infinitam in effectu, ſ. modo prædicto. Secundum conſiderandũ eſt circa hoc ſacrm̃ vtilitas eccleſiæ cui e neceſſum fuit. Et de hoc dicit. *Paraui lucernã Chriſto meo.* Pro quo ſciendum, q́ vtilitas huius ſacri i. eccleſia præcipue conſiſtit in hoc quod Deus qui inuiſibilis eſt, viſibiliter a nobis cognoſcat, vt ſic in eius amorẽ trãsformemur, q́ vtiq; fit per lucẽ diuinã oculis nr̃is mẽtalibus infuſam. Vnde Eccleſia in p̃fatione cãtat. Per incarnati verbi myſteriũ, noua noſtrę mẽtis oculis lux tuę claritatis infulſit vt dũ viſibiliter Deũ cognoſcimus, per hũc in inuiſibilium amorẽ rapiamur. Propter qđ in huius ſacri myſterio ppriè dr̃, q́ Deus parauit lucernã Chriſto ſuo, ſ. lumẽ diuinũ infuſum in mẽtibus digne ſumẽtib⁹, quo Chrm̃ inuiſibilẽ ſub viſibili ſacrõ exiſtentẽ cognoſcimus per fidẽ, & per charitatem amamus. Quod autem allegat poſtil. de hoc q́ dr̃ 3.Reg.1 *Filio aut eius dabo vnã tribũ, vt remaneat lucerna Dauid ſeruo meo &c.* in Hebr. veritate nõ dr̃ in illo loco lucerna, ſed noualis vt ibidẽ fuit dictum in addi.3. Et nota q́ iſtis verbis pſal. Producã cornu Dauid, & paraui lucernã Chrõ meo. in propria forma vtunt Hebr. in ſuis orõnibus, vbi ſolẽniter petit aduẽtũ ſui Meſſię, inaniter ſpectati, ſic dicẽtes. *Producas cornu Dauid Chriſti tui*, & para lucernam Chrõ tuo. Ex quo patet manifeſte, q́ iſta verba intelligunt dicta fuiſſe de vero Meſſia, nõ de Salomone. Conſequenter decimo, quia multi infideles ſeu hæretici non capientes hoc myſterium credũt c hoc confundere fideles dicentes eos in hoc ſacrõ idolatrare, idcirco pſal. per oppoſitũ dicit: Inimicos eius induã confuſione, iuxta illud Iere. 17.c. *Confundantur qui me perſequũtur & non confundar ego*, & merito ſicut ſacerdotes Chriſti induuntur ſalutari, ita inimici eius indui debent confuſione.

F Conſequenter vndecimo dicit. Super ipſum aũt efflorebit ſanctificatio mea. vbi eſt attente notãdũ, q́ vbi trãſlatio nr̃a dicit. *Sanctificatio mea.* in Hebraica veritate hr̃ nizro. Pro cuius declaratione ſciendũ, q́ in veteri lege illi qui erãt conſecrati, & ſanctificati per certũ votũ, ſic vt ſepararentur a immundis contagionibus pluſquã cęteri de populo, q́ quædã alia obſeruarẽt, dicebant Nazaræi, vt patet Num. 6. Quæ quidẽ conſecratio ſeu ſanctificatio abſtractiuè ſumpta Nazaræitas in lingua Latina dicẽda eſt, in Hebręo vero talis ſignificatio abſtracta dr̃ nezer. Si aũt referatur ad habentem illã conſecrationem, tunc in Hebræo dr̃ nizro: quod ſignificat idẽ quod conſecratio ſua, uel Nazaræitas ſua prout p̃dicto c. Nu. 6. pluries ponit talis dictio, ſ. nizro ſub hac ſignificatione & forma, unde in propoſito idẽ eſt dicere: Super ipſum aũt efflorebit nizro. & dicere: Super ipſum aũt efflorebit Nazaræitas ſua ſeu conſecratio ſua: quod pertinet Chriſtum, qui maxime fuit a contagijs peccati immunis: Deo ſingulariſſimè cõſecratus, & ſic p excellẽtiã Nazaręus. Vñ ex hac autoritate pprie iuxta veritatẽ literæ Hebraicæ acceptã, Chriſtus fuit pphetice à Dauid Nazaræus vocatus tanquã habẽs Nazaræitatẽ, vt dictũ eſt, vñ q́ legit Mat. 2. Chriſto, vt impleretur quod dictũ eſt, quia *Nazaræus vocabitur*, ad iſtã autoritatẽ eſt referẽdũ. Nuſquã.n. legitur in propheticis ſcripturis q́ Chriſtus Nazaræus vocaret, niſi tantum in h

ſ in hoc loco. Quod poſtillator ibidē hoc nitit̄ fundare in dictis Eſaiæ vbi dr̄. *Et necer de radicibus eius aſcendet*, quod ēt ponit̄ in gl. non vr̄ valere, nā necer ſcribit̄ cū litera, c. nezer vero cū, z. inter quas dictiones eſt magna differētia tā in proferendo q̄ in ſignificādo. Non.n. Chriſtus vocat̄ ab euangeliſta, Nacaræus ſed Nazaręus. Iudęi uero Chriſtū in ſuis ſcripturis mendaciter improperantes cōiter vocant eū Nacaręum ad excludendū ab eo Nazaręitatē, quæ ſignificat conſecrationē & ſanctificationē, vt dictū eſt, q̄ abſit à veris catholicis. Dr̄ aūt ſm gl. florere ſanctificatio Chri ſeu eius Nazaræitas, inquātū in eo ſolū eſt poteſtas ſanctificationis actiua. Ipſe.n. ſolus ſāctificat ſeu Nazaręos facit, iuxta illud q̄ in pſona Dei legit̄ Amos. 2.c. *Suſcitaui de iuuenib. veſtris Nazar.*

REPLICA. In pſal. *Memento dn̄e Dauid.* Bur. putat incōuenienter exponi de Salomone illud pſal. *Non auertas faciē Chriſti tui.* ex debili motiuo. Ad quod dici pōt, q̄ in hac expoſitione, intelligendū eſt in litera poni genitiuū pro ablatiuo more Gręcorū: & ſic eſt ſenſus. *Non auertas faciē à Chriſto tuo*, ſ. Salomone, ſic eſt ꝓpria. Nec eſt illa expoſitio noua vel ficta, quia magiſter in glo. ſuper illo pſal. Purgatū terræ purgatū ſeptuplū, dicit: ponit̄ genitiuus ꝓ ablatiuo more Græcorū, & ſic ſenſus eſt: purgatū terræ, i. purgatū à terra. Et cū poſtillator dicit hic aliquos de populo habuiſſe opinionē de Dauid, q̄ non eſſet Deo gratus, nec peccata adulterij vel homicidij dimiſſa. Bur. dicit hoc nō eſſe verū, ꝑcipitāter dictū eſt per Bur. quia ipſe ſibi infra circa pſal. Dn̄e probaſti, contradicit ſic di. Dauid pro tunc ſe ſciuit eſſe in gr̄a, licet apud plurimos crederetur ipſi Dauid non fuiſſe peccata dimiſſa, prout ſupra in pſal. 3.a. dicebat, Multi dicunt aīæ meæ: non eſt ſalus illi in Deo eius. Hæc Bur. Vbi videtur duplex contradictio: Vna de illa hominum opinione: Alia de loci allegati expoſitione: quia pſal. 3. de quo ſumpſit allegationē ſupra exponit de Chriſto, volēs q̄ de Dauid iſte pſal. totaliter nō poſſit exponi: hic eū adducit quaſi de Dauid exponēdū. Nec valet illud qđ inducit Bur. ad ſic dicēdū in hoc loco, quia videlicet Dauid Deū placabat, prout hr̄. 2. Reg. 45. Nā la placatio pertinebat ſolū ad caſum numerationis populi, vt pa-

vt patet ibi in litera iuncta gl. vnde populus ſcire non potuit Deū ipſi Dauid placatū quo ad peccata priora: pſertim qa vindicta illorū non pertinebat ad ſolū Dauid, ſed & ad oēm domū eius, prout dr̄. 2. Reg. 12.c. *Nō recedet à domo tua gladius vſq; in ſempiternū.* Eſto igitur q̄ peccata Dauid erant abolita quo ad culpā, non tn̄ quo ad vindictā & pęnā. quia illa debebat manere in domo eius in ſempiternū. Cū aūt videret oīs populus in delatione arcę & tēpli dedicatione illa magna ſigna clemētię, de quibus. 3. Reg. dicit, tūc primo populus oīs receperat contrariū opinionis prius habitę ex cōminatione pœnæ dictæ taxatę. 2. Reg. 12. Nec in placatione Dauid, de qua. 2. Re. vl. ꝓut allegat Bur. oīs Iſrael fuit pſens ſicut ī iſto facto dedicationis tēpli. Potuit igit̄ Dauid gratā oblationem Deo facere exiſtēs in gr̄a, nō tn̄ abſolutus à pęna, ꝓut ſupra tactū eſt. Per idē tollit̄ quod Burg. poſt obijcit, q̄ videlicet inconueniens vr̄, ſi populus habuiſſet talē opinionē, q̄ Salomon fuiſſet in regnum aſſumptus, & illud adulterium non fuiſſet ei obiectum. Tum quia aſſumptio Salomonis fuit de voluntate Dei. Tum de voluntate patris adhuc viuentis, quibus non erat reſiſtendū. Nec iuſte Salomoni fuiſſet obiectū adulteriū, qa ipſe fuit legitimus filius Dauid, frater aūt eius ex adulterio natus fuit mortuus, vt patet. 2. Reg. 12. Nec ſine periculo fuiſſet ex opinione populi aliqđ fœditatis obijcere regi. Sed & Bur. vlterius obijciendo dicit valde inconueniēs Deum inter ponere iurm̄ in re caduca, qualiter hic exponit poſtil. de ſucceſſione Salomonis in regno. ad qđ dico, Deus iurauit patribus ſuper adeptione terræ promiſſionis cū iuro principaliter reſpiciebat terrā viuentiū, ita dico in propoſito, q̄ iſtud iurm̄ de Salomone ad literam principaliter reſpicit regnū Chriſti, cuius nō erit finis. Veruntn̄ Burg. immemor fuit ſcripturarū, qn̄ voluit ſic dicere: Nā iurauit Deus ad Iſaac pſal. 104. Iurauit Deus ſuper deſolatione regni Iudæ, Ierem. 22. & 44. & 52. Et generaliter notandū, pro concordantia finali q̄ poſtil. exponit hunc pſal. de Dauid, & Salomone tanq̄ figura deſignāte Chriſtū. Burg. aūt de Chriſto tanquam figurato ſecundum modum dictum circa pſalmū. *Dixi cuſtodiam.* & circa pſalmum. *Laudate pueri.*

## GLOSSA ORDINARIA.

*Canticum graduum.* Caſ. Quartuſdecimus gradus: Charitas quæ facit fratres habitare in vnū vnde bn̄dictio & vita.

### PSALMVS CXXXII.

*Ecce quam bo.* Caſ. Et eſt hic pſal. atomus, (ideſt ſine diuiſione) de charitate. Vbi commendatur charitas proximi quæ nullam admittit alienationem mentis eu diuiſionem. Hic ergo vir iuſtus de cohabitatione fratrum exultans ait.

⁂ Theodoretus: Roboam tempeſtate tribus diuiſæ fuerunt. Et decem quidem Ierobōā ſecutæ ſunt: Duæ vero Dauidicū regnū amplexę ſunt. Poſt igit̄ à Babylone reditū, & rurſus coactæ ſunt & concorditer adamarūt, & vnū habuerūt imperium & cōem cultum ſecundū legem perficiebant: hæc igitur pſalmus præcinit.

*Ec. quam.* Aug. Iſte verſus toto orbe notiſſimus, vt tuba ſpiritusſancti diuiſos cōgregauit: monaſteria plurima peperit.

Caſ. *Ecce.* Quaſi plus oſtēſione, quam lingua explicetur.

⁂ Athanaſ.

### Canticum graduum CXXXII.

a Aug. Quod oſtendentis eſt. Vt ille. b Ideſt, delectabile. Quia ſunt bona, quæ non delectant.

Ecce quam bonum, & quam iucundum 1

a Erat illis cor vnum & anima vna in Deum. b Recte diſpoſitis ſingulorum diuerſis officijs. c In unctio ſpiritusſancti quæ prius in capite Chriſto. A ſimilitudine regum & ſacerdotum qui figura ſunt Chriſti. Ita & bonum & iucundum eſt habitare fratres in vnum.

habitare fratres ī vnum. † Sicut vnguen- 2 3

a Chriſto. b A capite Chriſto.

tū in capite, quod deſcendit in barbam 4 5

⁂ Athanaſ. Quid ita pulchrum prout pſalmographus inquit, aut quid ita delectabile quā habitare fratres in unum? nam ita quoque fieri arbitramur ut & Deus nobiſcū habitet cuius hæc verba ſunt, *habitabo in eis & verſabor inter eos & coloniā meā ibi habebo, quonia elegi eā.* Ita quoque quodammodo fit vbi vna fides & religio prædicatur. Reſcript. ad Antiochenſes Ezech. 43.

c *Habitare in vnum.* Auguſt. Hoc de omnibus Chriſtianis, ſed propriè conuenit monaſterijs, a quibus tamen ad ceteros bene dictio deſcendit, vt etiam illis fratribus de Iudæa, de quibus dicitur: *Erat illis cor vnum, & anima vna.* † De ſacra vnctio. cap. 1.

d *Sicut vnguentum.* ⁂ Theodoretus. Oleum ſacerdotale ex varijs rebus odoriferis compoſitum erat, ſed neque illud ipſum ex ſeipſo tm̄ odorem amittebat, ſed oīum miſtio & tēperamentū quam plurimū odorē reddebat. huic merito fraternū conſenſum cōparauit, quandoquidem collecta ex pluribus rectis officijs perfectæ virtutis odorem perficit.

e *Barbam.* Aug. Ecce determinatio, i. in apoſtolos & alios Act. 2. f.

☞ primi-

## NICOLAVS DE LYRA.

### PSAL. CXXXII.

Ecce quam bo. Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebr. *Canticū graduū ipſi Dauid.* ex quo patet autor huius pſalm. De materia vero eius dicūt expoſitores communiter, quod loquitur de unitate populi Iſrael ad inuicem per charitatem ſub uno rege, & ſub cultu unius Dei, de quibus factus fuerat ſermo pſalm. præcedenti, & ſecundum hoc dicit Dauid.

1 *Ec. quā bo. & quā iu.* i. ualde bonum, & ualde delectabile.

2 *Ha. fr.* i. filios Iſrael, qui dicūtur fratres ꝓꝓ unitatē cultus diuini. unde Deu. 23. d. *Non fœnerabis fratri tuo ad vſurā*, id eſt, Iudæo, ſed alieno, id eſt, Gentili.

3 *In v.* per concordiam charitatis ſub una lege & ſub uno rege. Ad hoc adducit duplex exemplum. Primum eſt de unguento, unde conſecrabatur ſummus ſacerdos, quod erat ualde pretioſum, redolens & ſuaue, cum dicitur.

4 *Sicut vn. in c.* ſcilicet, ſummi ſacerdotis. Dicit enim Rab. Sa. quod unctio illa fiebat cum digito conſecrantis intincto unguento. Qui digitus primo applicabatur capiti ipſius conſecrandi, & trahebatur uerſus palpebras ex utraque parte, & ſic deſcendebat uerſus barbam. ideo ſubditur.

5 *Quod de. in bar.* non cuiuſcunque, ſed.

Bar.

## MORALITER.

1 *Ec. quam bo.* Pſalmum iſtum fecit Dauid gaudens in domo de unione & pace. Moraliter autem exprimit gaudiū boni principis uel prælati de fraterna charitate ſub regimine ſuo. Et ſic dicit. *Ec. quam bo.* ideſt, ualde bonum.

4 *Si. vn. & c. in bar. Aaron.* Per Aaron ſummū pontificē intelligitur dn̄s noſter Ieſus Chriſtus, qui factus eſt pontifex in æternū. Col. 1. c. Et ipſe eſt caput eccleſiæ. Per unguētū in capite, deſignatur in Chriſto plenitudo gr̄æ quę redūdat in mēbra per barbam & ueſtimentum ſignificata, per barbam tn̄ ſibi magis coniuncta, & per ueſtimentum minus, omnia tn̄ participāt de gratia eius, Io. 1. b. De plenitudine eius omnes

primitius ſanctos,qui primo fide certauerunt,ſed vinci non
A potuerunt, quia iam caput paſſum præceſſerat.
a *Aaron.* Auguſt. Sacerdos qui ſeipſum obtulit, i. Chriſtus, qui intrauit ſancta ſanctorum, qui ſuit victima & ſacerdos, qui cum in mundo non inueniret mundum quod offerret, ſeipſum obtulit, qui cũ eccleſia eſt vnus & totus Chriſtus. In capite eius vnguentum: qui in eo habitant plenitudo diuinitatis corporaliter, cui non eſt datus ſpiritus ad menſuram. Sed a capite Chriſto aſcendente ad cœlos venit ſpiritusſanctus in barbam, id eſt, fortes, ſtrenuos, alacres, quos barba ſignificat, quæ eſt indicium virilitatis, primum in apoſtolos, in illos qui primos impetus ſeculi ſuſtinuerunt, ſed vinci non potuerunt. Ab illis.

† ſuper montem.

a Determinat in cuius barbam ſubdens, barbam Aaron. b Veri ſacerdotis Chriſti. c Vnguentum. d Poſtea e Id eſt in illos perfectos qui in vnum habitant. Eſt comparatio inter cohabitationem fraternam & ſpiritualem vnctionem, tanquam in cauſam & effectum. f Chriſti.

a barbã Aaron. quod deſcendit in oram veſtimẽti eius ſicut 1

b a Aug Non paſcualis ſicut & mons Sion. Gratia quam gentes receperunt, prius deſcendit in Sion, id eſt, ſuper Iudæos. b Ideo bonum & iu.ha.ſra in vnum. 2

c ros Hermon qui deſcendit † in montem Sion. Quoniam 3

d a In fratribus qui in vnum præcepit benedictionem, vt concordes benedicant Deum. Concordes enim benedicunt Deum, diſcordes non. Præmiſit. b Hic. c In futuro duraturam, 4

e illic mandauit dominus benedictionem, & vitam vſque in 5

f a In æternum.

ſeculum. 6

B b *Deſcendit in o.v.* Veſtis Chriſti, eccleſia ſine macula & ruga. Ora veſtis finis, in quo veſtis perficit. Hi ſunt pfecti qui in vnũ habitant, qui legẽ Chriſti implent, quę eſt: alter alterius onera por. Vel, ora ad quam deſcendit vnguentum, non in lateribus, ſed in capite: tales ſunt qui habitant in vnũ: Sicut per iſtas oras intrat caput hominis, vt veſtiat ſe, ſic per fraternam cõcordiam Chriſtus intrat vt ab eccleſia veſtiatur. Et ſignificantur ijdem qui & prius per oram veſtis, ſed iuxta aliam proprietatem. Ros de cœlo, gratia qua fratres in vnũ habitant non ſuis viribus vel meritis.

Eph. 5. f.

Galat. 6. a.

c *In oram.* Caſ. Vel per orã, quæ eſt finis veſtis, intelliguntur ſancti qui erunt in nouiſſimis temporibus eccleſiæ, ſcilicet, tempore Antichriſti. Et eſt ſenſus: *Deſcen. in o. ve. e.* i. vſq; ad extremitates eccleſiæ, & in fine mũdi, quæ eſt tunica indiuiſibilis. Deinde alijs verbis idem notantibus idem dicit.

✻ Theodor. Oram vocauit quem Torquem appellamus. hoc autem Aquila veſtimentorum os dixit, quemadmodũ igitur a capite per barbam, ad veſtem vſque ſacram vnguẽtum percurrens odoris ſacerdotem implebat. ſic a principe ad ſubditos vſque concordiæ vtilitas peruenit.

d *Sicut ros.* Caſſiod. Ros tenuis aqua, vnde terra germinat
C & ſignificat gratiã, qua peccatores cõuertuntur. *Hermon*

e *Hermon*, anathema, accipiunt peccatores, per Sion eccleſia. Ros eius, i. Hermon qui peccatores nutrit in bono, deſcendit in Sion, qñ conuertuntur ad eccleſiã, quæ eos recipit. Et eſt ſenſus: Ita eſt illud bonũ ſicut ros Hermon, i. gratia nutriens peccatores. Qui deſcendit in monte Sion, id eſt quo illi conuertuntur ad eccleſiam.

*Hermon.* Aug. Ad [l]iterã, mons trans Iordanem. Mirum ergo quòd ab eo in Siõ [r]os deſcendat, ſed Hermon dr lumẽn exaltatum, i. Chriſtus pri[mo] in cruce, poſt in cœ[lo] exaltatus à quos r[os] grãæ deſcendit in Si[on], i. eccleſiã. nõ. n. in v[ita] eſt eccleſia, niſi eius dono & gratia. Idẽ Sion quod barba [&] ora veſtimenti. Idẽ ros Hermon quod ſupra vnguentum, gratia per quam fit cohabitatio. Qui. n. in vno ſine rore ch[a]ritatis ſunt, inquietum iumentũ in iunctura: quod non t[ra]hit, ſed turbat. Hi etiam murmurãt, de quibus dicit. *Præc[e]ſat. rot. car.* Fenum portat, & ſemper murmurat. Hi ſunt [qui] relinquuntur in mola, in agro, in lecto: qui in vnũ ſolum [mo]do corpore. Cęteri aſſumuntur, qui in vnum corde ſunt.

✻ Euthym. Hermon mons eſt Libano adiacẽs, vbi mu[lta] niuiũ copia conſeruat, vnde vapores generantur, qui aere[m] montium Sion craſſiorem atq; hebetiorem reddunt, ac [ro]rem ęſtatis tempore non modicum efficiunt, quem bon[um] quidẽ eſſe dicimus veluti terræ areſcenti neceſſariũ, iucu[n]dum vero eo q; æqualiter & cũ delectatione ſuperne in t[er]ram defertur: quia igitur ros iſte cauſam atq; originẽ hab[et] ex mõte Hermon, idcirco rorem eum Hermon appellau[it].

f *Quoniam illic mandauit dominus benedictionem.* ✻ Euthymi[us]. Illic, id eſt, in communi habitatione, in concordia, in amo[re] fraterno, atque in dilectione quæ eſt virtutum omnium [ca]put. Cęterum Dei benedictio erga hominẽ, idem eſt qu[od] diuina gratia, & benedictio ab hominibus in Deum, diui[na] laus eſt ſeu gratiarum actio. Benedictio vero ab hominib[us] in homines, humana eſſe dicitur ad Deum oratio, quan[do] nimirum pro alijs preces effundimus ad Deum.

GLO[SSA] F

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Bar. Aar.* i. ſummi ſacerdotis tantũ ab Aaron deſcendentis. Alij enim minores ſacerdotes non conſecrabantur per talem vnctionem, ſicut dictũ fuit plenius Exo. 29. & Le. 8.

2 *Quod deſcen. in oram ve.* eius. Hebræi dicunt: Quod deſcẽdit ſuper os veſtimentorũ eius. Et eſt iſtud de verſu pcedẽti, & refertur ad barbã ſummi ſacerdotis, quæ deſcendebat ſuper orã ſuperiorẽ tunicę hiacynthinę, & ſuper humeralis, quæ ora dr os veſtimenti. Et ideo patet, q; cum dr in tranſlatione noſtra. In orã, &c. non intelligit ora inferior veſtimẽti, ſed ſuperior. Et referenda eſt ſententia huius verſus ad pcedẽtẽ, vt ſit ſenſus. Sicut vnguẽtũ tale eſt ualde redolẽs & ſuaue, ſic habitare fratres in vnũ mõ pdicto eſt ualde bonũ.

3 *Sicut ros Her.* Hic eſt principiũ tertij uerſus, & ultimi huius pſa. ubi ponit ſm exemplũ ad propoſitũ de deſcenſu roris, qui eſt ualde ſuauis & bonus terræ naſcentibus, ita ſimiliter ualde bonũ eſt habitare fratres in unum, & quantum ad hoc dicit. Sicut ros Hermon, i. deſcendẽs in montẽ Hermõ, qui

q; mõs eſt fructuoſus & paſcualis uirtute roris ibi deſcẽdẽ[ntis].

4 *Qui de. in m. Si.* Non eſt intelligendum, q; idem ros nu[me]ro de monte Hermon deſcendat ſuper mõtem Sion. Tu[m] quia unus mons multum diſtat ab alio. Tũ quia mons H[er]mon eſt demiſſior, q̃ ſit mons Sion, propter hoc dicit mo[ns] modicus ſupra pſal. 41. b. *De terra Iordanis & Hermonij à m[on]te modico*, ſed idem ros ſpecie & in qualitate ſuauitatis & [fe]cunditatis deſcendit ſuper utrumq; montẽ. Et ſic eſt ſenſ[us], q; ſicut ros deſcendens in montẽ Hermon, & ros deſcenc[ens] in monte Sion, ſunt ualde boni, ſic etiam habitatio fratru[m] mõ ſupradicto eſt ualde bona. & q; ſit ualde rationabile [ta]lem rorem in monte Sion deſcendere, oſtenditur cum ſubdit.

5 *Quo il. man. do. be.* id eſt, in monte Sion, ubi erat templ[um] & ſacerdotes ibi benedicebant populum.

6 *Et vi.* In Hebræo habetur. Benedictionem uitæ, quia [ſa]cerdotes benedicentes imprecabãtur populo bona temp[o]ralia, & ſpiritualia, quibus continuatur & conſeruatur u[ita] corporis & animæ. Et eandem ſententiam importat tran[ſla]tio cõis quæ habet. Et uitam uſq; in ſeculum. ut patet de[...]

MORALITER.

nes nos accipimus.

3 *Si. ros Her.* qui interpretatur anathema mœroris, ideo ſignificat gratiam ſpiritusſancti infuſam apoſtolis in ſigno uiſibili: & excludit ab eis mœrorem timoris humani.

4 *Qui de. in mon.* Ibi enim erãt apoſtoli quãdo ſpiritumſan-

ctum receperunt in ſigno uiſibili. Eſt igitur ſenſus, q; ſic[ut] iſta, ſ. plenitudo gratiæ Chriſti deſcendens in eius memb[ra] & ſpiritusſanctus ſuper apoſtolos in ſigno uiſibili ſunt bo[na] ualde & iucunda, ſic eſt de charitate fraterna, qua merem[ur] Dei benedictionem & uitam æternam, ideo ſubditur.

5 *Quoniam illic man.*

ADDITIO.

In pſal. 132. *Ecce quam bonum.* ubi dicitur in po. De materia uero huius. Quia in pſal. pcedenti principaliter de regno Chriſti in ſede Dauid poſiti factus fuit ſermo. ideo in præſenti pſal. agit de unitate populi Chriſtiani per charitatẽ ſub hmõi rege Chriſto, quod maxime bonum & iucũdum eſt. Dicit autem: Habitare fratres, iuxta illud, Oẽs fratres ſumus in Chriſto, ſ. per unitatem fidei & charitatẽ. Ad quod inducit duo exẽpla. Primũ, ſ. de unguento, q; deſcendit in capite Aaron, &c. pro quo ſciendũ, q; hoc exẽplũ inducit non ſolũ pp redolentiã & ſuauitatẽ unguenti, ſed quia nominauerat Chriſtũ, quod intelligit unctus, ne forte quis putaret q; unctio Chriſti eſſet tm̃ regia ſicut fuit unctio ipſius Dauid, cui ſedes

ſedes data eſt Chriſto, idcirco oſtendit q; unctio Chriſti ſolũ eſt regia, ſed ẽt ſacerdotalis: & hoc eſt quod dicit. *Sicut vnguentum in capite Aaron.* Licet. n. non æquiparet ſacerdotiũ Aar[on] momentaneum ſacerdotio Chriſti æterno, comparat tñ ſimilitudinarie per modum exempli. In hoc aũt quod di[cit] de unguento Aaron, quod deſcendit in barbam Aaron, i[n] oram ueſtimenti eius, datur intelligi, q; unctio Chriſti ca[pi]tis, quę eſt plenitudo gratię eius deriuat in barbã, ſ. in for[tes] & ſtrenuos ſibi cõiunctos, i. apoſtolos, qui uiriliter tanq̃ b[ar]bari preſſuras ſuſtinuerunt pro Chriſto. Similiter & per [fra]tres intelligẽda eſt eccleſia, quę ſignificat per tunicã inc[on]ſutilem Chriſti. Sola. n. gratia mẽbrorũ eccleſiæ, q; per unct[io]nem deſignatur a plenitudine gratię Chriſti deriuatiue [...]

cendit. vnde: Ioh. 1. b. De plenitudine eius oẽs accepimus. Secundũ vero exemplum. Sicut ros Hermon, inducitur & ad excludendum errorem, qui poſſet contingere ex primo exemplo. poſſet enim quis putare quod vnctio Chriſti eſſet aliqualiter per humanam induſtriam ſeu obſequium miniſtrata, ſicut vnctio ipſius Aarõ, quæ celebrata fuit per Moyſen, vt Exo. 30. Ad quod excludendum dicit. Sicut ros Hermon, &c. Ros. n. quo terra fœcundatur, non per opus humanum, ſed cęlitus infunditur, vnde Michęæ. 5. c. *Quaſi ros à domino quaſi ſtillæ ſuper herbam, quæ non expectat virum*, & non prę ſtolatur filios hominum. Cætera autem exponantur, vt in poſtilla, reducendo ad hunc ſenſum propoſitum. D

## GLOSSA ORDINARIA.

a *Canticum gra.* Caſſiod. Quintuſdecimus gradus: Charitas ſeculi.

### PSALMVS CXXXIII.

b Ecce. ✠ Theodoretus. Conſonat etiam hic pſalmus ijs qui è Babylone regreſſi fuerunt. Cæterum omnibus pijs admonitionem proponit, vt non modo interdiu verum etiam de nocte Deum laudibus proſequantur.

Caſs. Et eſt hic tertius pſalmus de charitate Dei, de qua hic agit, ſicut ſupra de charitate proximi.

Caſſiod. Non quod alia gratia ſit qua diligitur Deus, & alia qua proximus. Sed quia diuerſos actus habet gratia, & diuerſa diliguntur ea. Monet ergo ad diligendum Deum.

Caſ. Primo, inuitat pluraliter benedicere Deum. Secundo, optat benedici, ibi: Benedicat.

*Ecce.* demonſtrantis eſt. Et quibus faciat hanc demonſtrationem, determinat. vos ſer.

c *Statis.* Seruorũ eſt, non ſedere in domo dñi. Vel, de eiſdẽ intelligit. Et per domũ, intelligit eccleſia: per atria, latitudo charitatis. In charitate. n. quæ extenditur vſq; ad inimicos, latitudo eſt, in odio anguſtia. Q. d. vos bñdicite. Qui ſtatis. i. pſeueratis. In domo dñi. i. in eccleſijs. Et qui ſtatis. In atrijs dom⁹ Dei nři. i. in latitudine charitatis, vbi nullus anguſtiat.

d *In atrijs.* ✠ Aug. Quare addidit *in Atrijs*? Atria ampliora ſpatia domus intelliguntᷣ, qui ſtat in Atrijs non anguſtatur nõ premitur, quodãmodo dilatatᷣ. in latitudine mane & poteris diligere inimicum tuum, quia nõ ea diligis vbi ab inimico anguſtias pateris. Quomodo itelligeris ſtare in atrijs? Sta in charitate & ſtas in atrijs, in charitate latitudo eſt, in odio anguſtia. Audi Apoſtolum. *Ira & indignatio, tribulatio & anguſtia in omn. ani. hom. oper. malum.* Rom. 2.



### Canticum graduum CXXXIII.

a In hoc tempore, in his aduerſis. Tot gradibus conſcenſis. b Adunati in vnum.

Ecce nũc benedicite † domino, omnes 1

a Vos dico. b Perſeueratis. c In penetralibus, ſcilicet maiores & perfectiores in eccleſia.

ſerui dñi. Qui ſtatis in domo domini: 2

a Et vos etiam qui ſtatis. In ingreſſu, ſcilicet, incipientes. b In aduerſis, non ſolum in diebus proſperitatis.

ĩ atrijs domus Dei noſtri In noctibus 3

a Corporis & operis. b Nihil boni vobis tribuentes, ſed totum Deo. Alias dominum. 4

extollitẽ manus veſtras † in ſancta, & benedicite dño. Be- †

a Caſ. Qui tot gradus conſcendit, benedictionem ſupernam loco remunerationis accipit, quia omne munus aſcendentium, benedictum eſt. 5 6

nedicat † tibi dominus ex Sion: qui fecit cęlum & terram. 7

e *Extol. ma. ve.* Sicut Moyſes manus ſuas leuauit pugnante populo Iſrael contra Amalec. Extollite dico, in ſancta: vt intentione æternum bonum operemini, aliter enim non valet. Exod. 17. cap. E

f *Bene. ti. do.* Secunda pars vbi optat benedici fideles. Q. d. benedicite. & vt hoc poſſitis, Benedicat te dominus, benedictione quę eſt ex Sion. Qui poteſt, quia ipſe eſt qui fecit cęlum & terram.

Caſſiodor. Benedicat. Supra hortatur plures benedicere Deum, ipſe vero vnum benedicit tantum: quia etſi plures ſint, tamen in vnum ſunt, & vnitati conuenit benedictio. Vnde vnus in piſcina ſanabatur, qui prior deſcendebat. Eſto ergo in vno, & ad te perueniet benedictio. Iohan 5. cap.

✠ Auguſtinus. Plures hortatur vt benedicant, & ipſe vnũ benedicit qui ex pluribus vnum fecit, quia *bonum & iucundum eſt habitare fratres in vnum.* pluralis numerus *fratres*, ſed ſingularis *habitare in vnum.* Ideo benedicat te dominus ex Sion, qui fecit cęlum & terram. Nemo veſtrum dicat, ad me non peruenit iſta benedictio. Putas quis eſt quem dixit. *Benedicat te Dominus ex Sion?* vnum benedixit. Eſto vnum & perueniet ad te benedictio. Pſalm. 132.

☞ GLOS- F

## NICOLAVS DE LYRA. PSAL. CXXXIII.

Ecce nunc bene. do. Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo: *Canticum graduum.* & patet ex ſupradictis. De materia vero huius pſal. ſatis patet quod eſt quædam inuitatio ſacerdotum & Leuitarum ad laudem Dei, cum dicitur.

*Ecce nunc ben. dom.* Ideſt, vos ſacerdotes & Leuitæ, qui ad diuinum obſequium eſtis à Deo electi, propter hoc ſubditᷣ.

*Qui ſta. in do. dom.* ad ipſam officiandam.

*In atrijs do. Dei no.* Et quia in atrijs & prope atria erant habitacula eorum, vt eſſent ſemper parati ad ſua officia, nõ ſolum de die, ſed etiam de nocte. ideo ſubditur.

*In no. extol. man. ve. in ſan.* deuotè orando, verſa facie ad ſanctum ſanctorum, vbi erat arca & propitiatorium.

*Et ben. dom.* benedictione confeſſionis diuinæ laudis, quę impenditur. ſ. inferioribus à ſuperiori, de qua dř Hebræ. 7. b. ſine vlla contradictione, quod minus eſt a meliori benedicitur. Conſequenter pſal. poſt quam ſeruos Dei ad Dei laudẽ inuitauerat, eiſdem benedictionem Dei optat dicens.

*Ben. ti. dom. ex.* i. ex tẽplo quod eſt in monte Sion, in quo templo erat propitiatorium, vbi dabãtur diuina reſponſa & inde procedebat propitiatio & benedictio diuina. Et dicit. *Benedicat te, &c.* in ſingulari. quia in principio pſal. dixerat, quod deberent eſſe vnum concordia charitatis.

*Qui fec. cęl. & ter.* Hoc dicitᷣ ad excludendum Manichęorum errorem, qui dicunt inferiora à diabolo eſſe creata.

Vltimo circa quindecim pſal. graduũ pdictos ponẽda eſt quædã breuis expoſitio myſtica ad dãdũ occaſionẽ vlteri⁹ meditãdi magis deuotis. Ad cuius intellectũ ſciẽdũ ꝙ Macrobius ſup ſomniũ Scipionis diſtinguit virtutes ĩ politicas, purgati animi, & exẽplares. Exẽplares vero ponit in Deo inquãtum eo ſunt exẽplaria oĩum, & p cõſequens virtutũ, & iõ de iſtis nihil ad ꝓpoſitũ, q̃a hic agitᷣ de virtutibus ꝓut pficiunt ſtatus hoĩm. Virtutes aũt ab hoĩbus hñr dupliciter. Vno mõ cõi & humano, & ſic dñr virtutes politicæ, q̃a hõ eſt aĩal policitũ. Alio mõ excellẽter quaſi mõ diuino. & tales virtutes à Philoſopho vocantᷣ heroicæ ſeu diuinæ. 7. Ethic. Hũc autẽ modũ habẽdi virtutes diſtinguit Macrobius in duos. Vnus eſt ꝓut hõ eſt intẽdẽs ad talẽ pfectionẽ diuinã. & ſic dñr virtutes purgatorię. Alius modus eſt, ꝓut hõ iã aſſecutus eſt terminũ dictæ tẽdẽtiæ, quantũ põt haberi in pſẽnti vita. & ſm hoc dñr virtutes purgati animi. Hæc aũt diſtinctio virtutum in tribus gradibus ſub alijs verbis ponitᷣ à catholicis doctoribus ſm tres gradus hoĩm, vel potius in ſtatu hoĩm, ꝓut gradatim tẽdũt ad pfectionẽ: ita ꝙ primus gradus eſt incipientiũ, ſcđs ꝓficientiũ, tertius peruenientiũ ſeu perfectorũ. Et tanguntᷣ in tribus quinarijs quindecim pſal. graduũ. Igitᷣ circa primũ quinariũ, in quo tangitᷣ perfectio incipientiũ, cõſiderandũ, ꝙ incipiens aggredi ſtatũ virtutis patitᷣ difficultatẽ & turbationẽ pp reſiſtentiã paſſionũ ſenſitiuæ partis, ita ꝙ eius tẽperantia magis eſt dicenda cõtinentia, quia cũ difficultate tenet ſe cõtra paſſiones. Et ſimiliter dicẽdũ de alijs tribus virtutibus cardinalibus quæ deficiunt ſm ſuũ modũ à perfectione virtutis: ꝓpter quod neceſſe hẽt recurrere ad diuinũ auxiliũ implorandũ. & ſm hoc dicitur in primo pſal. *Ad dñm cũ tribularer clamaui, &c.* Secundo ex hoc vlterius cõcipit quandam fiduciã habendi cũ diuino auxilio de paſſionibus triumphum, & quantum ad hoc dicitur in pſal ſecundo. *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxiliũ mihi, &c.* Tertio ex hoc vlterius concipit ſpẽm deueniendi ad Deum debite colendũ paſſionibus quietatis: ideo dicitᷣ tertio pſal. *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum dñi ibimus, &c.* Quarto ex hoc vlterius concipit ſpẽ reportandi cęleſte prę-mium

Virtutes ab hominibus dupliciter habentur.

Quindecim pſalmorum graduum diſtinctio.

## MORALITER.

*Ecce nunc benedi.* Pſal. iſte eſt quædam inuitatio Leuitarum ad Dei laudem tempore veteris teſtamenti. Moraliter fit ad idem inuitatur eccleſiæ miniſtri, cum dicitᷣ. *Et nunc.* ſine retardatione, quia de tempore non habemus niſi nũc.

*Qui ſta. in dom.* ideſt, ſtare debetis. Nõ enim diſcurrere debent eccleſiæ miniſtri ad venationes & aucupia ſicut milites, nec ad negotia terrena ſicut mercatores.

4 *In no.* quantum ad officium nocturnum.

† *Extol. man. ve. in ſan.* id eſt, ad Deum & ad eius ſanctos mente deuota. Et quoniam alij debent orare pro miniſtris eccleſiæ, ſubditur in eorum perſona.

mium ex dicto obſequio: & ſm hoc dr̄ in quarto pſal. *Ad te* A *leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis.* Ecce ſicut oculi ſeruorū in manibus dn̄orum ſuorū, ſ. ad recipiendū mercedē ab eis. *Ita oculi noſtri, &c.* Quintus gradus eſt, vt de inchoata perfectione ſm prædicta hō non glorietur, ſed totū attribuat diuinæ gratiæ, & ſibi nihil, ſm dictū ſaluatoris Luc. 17. c. *Cum omnia feceritis, quæ præcepta ſunt vobis, dicite: Serui inutiles ſumus.* & ſm hoc dr̄ in quinto pſal. *Niſi quia dominus.* Circa ſm quinarium, in quo deſcribitur ſtatus proficientiū. Primus gradus eſt, q. ſedatis iam paſſionibus per exercitiū virtutis confidat de ſtabilitate in bono cū Dei adiutorio: pp quod dr̄ in primo pſal. *Qui confidunt in domino, ſicut mons Sion, &c.* Secundus gradus eſt, vt liberatus à paſſionibus ipſum prius, vt captiuū detinentibus ad percipiendū diuinas cōſolationes aſſurgat, pp quod in ſecundo pſal. dr̄. *In conuertendo dominus captiuitatem Sion facti ſumus ſicut conſolati.* Tertius gradus eſt, vt perfectionē in qua cum Dei adiutorio iā profecit ad alios deriuet per proximi ædificationē, in qua ſcit ſe nihil poſſe agere ſine Dei aſsiſtentia ſpeciali: pp quod dr̄ in tertio pſal. *Niſi dominus ædificauerit domum, &c.* Quartus gradus eſt, vt ex ædificatione proximorū ſumptus debitos nō requirat, ſed gratis impendat ſm quod dicit Apoſtolus, 2. Theſ. 3. b. *Nocte & die operantes, ne quē veſtrū grauaremus.* Nō quaſi non habuerimus pṫātem, ſed vt noſmetipſos formā daremus vobis ad imitādū nos: & pp hoc in quarto pſal. dr̄. *Beati oēs qui timent dn̄m, qui ambulant in vijs eius,* gratis exemplo & verbo primū ædificando. ideo ſubdit. *Labores manuū tuarū quia manducabis, beatus*
B *es, &c.* Quintus gradus eſt, vt pp tribulationem inſurgētē à prædictis bonis operibus non deſiſtat. ideo ſubdit in quinto pſal. *Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, &c.* Circa tertium quinarium, in quo deſcribit ſtatus perfectorū cōſiderandū, q. ſicut dr̄ Ia. 1. a. *Patientia opus perfectū habet.* Patientia vero hr̄ in duplici gradu. Primus eſt, q. homo tribulationes patienter ſuſtineat: & pp eas a bono opere non deſiſtat: & hic eſt vltimus gradus præcedētis quinarij, vt dictū eſt. Secūdus qui eſt altior, & vbi incipit tertius quinarius, eſt qn̄ non ſolū homo perſecutiones patiēter tolerat, ſed ēt perſecutoribus bonū optat pro eis orando, exēplo Chriſti in cruce dicentis. Luc. 23. c. *Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt.* Et pp hoc dr̄ in primo pſal. De profundis clamaui ad te dn̄e, i. de profundo tribulationis, orādo etiam pro inimicis. vnde ſubdit. *Si iniquitates obſeruaueris dn̄e, &c.* Et quia ex tanta perfectione habita de facili inſurgit aliquis motus ſaltem leuis proprię elationis diabolo inſtigante, qui inſidiatur hominibus perfectis, ideo ſecundus gradus eſt, vt ex perfectione habita nullus motus elationis ſurgat interius, nec aliquod ſignum appareat exterius: ideo ſubdit̄ pſal. 2. dn̄e non eſt exaltatū cor meum, *neque elati ſunt oculi mei, &c.* Tertius aūt gradus eſt, vt homo quicquid eſt cordis, & operis applicet per votum diuinis obſequijs. ideo dr̄. 3. pſal. Memento dn̄e Dauid, & omnis mãſuetudinis eius. *Sicut iurauit dn̄o, votum vouit Deo Iacob, &c.* Et quia charitas eſt vinculū perfectionis, ſm q. dr̄ Col. 3. & ideo quartus gradus eſt, vt homo ſit in charitate pfectus ſm modum qui traditur Actu. 4. f. *Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna,* & pp hoc dr̄ in 4. pſal. *Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnū, &c.* Quintus gradus eſt q. homo ex perfectione charitatis quantum poſsibile eſt, obliuiſcatur huius ſeculi, & occupetur in diuinis laudibus, quaſi mente habitans in ciuitate cęleſti, ſm illud Phi. d. *Noſtra conuerſatio in cælis eſt.* & pp hoc dr̄ pſal. 5. Ecce nunc benedicite dn̄m oēs ſerui dn̄i. Qui ſtatis in domo dn̄i, &c.

ADDITIO

In pſal. 133. *Ecce nunc benedicite dn̄m,* vbi dicitur in poſtil. In noctibus extollite. In Hebræo li. *In noctibus*, eſt finis primi verſus. Pro quo eſt ſciendum, quod hic pſal. loquitur ſacerdotibus & Leuitis prout poſtil. dicit. ad quos principaliter pertinet benedictio. ſ. laudis. Similiter benedicere populum bonum ei imprecando, de quo in fine pſal. *Benedicat dn̄s ex Sion:* ſed quia in principio dixerat. *Benedicite dn̄m omnes ſerui dn̄i,* quod comprehendit omnes ſeruos Dei, etiā ſi non ſint ſacerdotes neq; Leuitæ, ad quos non pertinent prædicta ex officio: idcirco adiungit: *In noctibus.* per quod neceſſario intelliguntur tantum ſacerdotes & Leuitæ. Cæteri autem de populo non ſtabant in domo domini, niſi tātum die. Continuatur tn̄ hic pſal. pręcedenti ſic. Nam ab eccleſia iā cōgregata ſub vno rege Chriſto & ſacerdote, prout in præcedenti, benedicendus eſt Deus ab oībus per gratiarū actionē, de quo dicit. *Ecce nunc benedicite dn̄m, &c.* & cōſequenter benedicendus eſt populus ſub hmōi principe conſtitutus à ſacerdotibus, quibus talis benedictio ex officio cōpetit, &c.

REPLICA. In cāticis. 15. graduū inter poſtil. & Bu. ſunt nonnulla quæ videntur contraria. Sed ſtant vt plurimum in diuerſa applicatione ad materiam pſal. quam communiter poſtil per hiſtorias aſsignat ad literam tāquam figura, Burg. autem moralitatem refert ad Chriſtum vel eccleſiam tanquam ad figuratum, reliqua nō ſunt multū diſputabilia.

GLOSSA ORDINARIA.

a *Halleluia.* Caſsi. Poſt gradus qui ducunt ad æternitatem congrue ponitur halleluia, vt eccleſia fruatur laudibus Dei, cui tale munus paratum eſt.

PSALMVS CXXXIIII.

LAu. Primo, demonſtratiua oratione monet Deum laudare, propter eius potētiam enumerans eius magnalia. Secundo, cultores idolorum redarguit, ibi: *Simula. &c.*
C Tertio, omnes ordines monet ad laudem, ibi: *Domus Iſrael.* Propheta ergo quaſi intentionem ſuam aperiens gradus ſtantes in domo alloquitur: vt poſt beneficia laudēt dicēs. *Lauda.* Qui? *ſerui.* Addit. Qui ſtatis, nō titubantes vel in ſecretario vel ingreſſu. *Laudate ſerui.* Deinde, qui & quare laudare debeant ſubdit: *laudate ſerui.*
D b *Laudate do. &c.* Aug. Si omnia laudantur, quia bona: præcipua cauſa laudis eſt, q a bonus eſt ex ſe & in ſe cuius bonitas, nō qualitas, ſed natura. Ille bono ſuo bonus, & nō aliunde participato bono. Ille ſeipſo bonus, non adhærendo alteri bono, q. nō eget aliquo bono; vt fiet bonus. Sed eguerunt illo cætera, vt fierent bona: Sed quia ipſa nobis nō poteſt videri qualiter in natura ſit bonus, vel operi videamus, quia ſuauitudum dedit ſe poſſe guſtari, carnem factum vt de pane angelorum viuat homo: Temperatur laus in hoc pſal. ita vt & firmū ſit & infirmorum ſicut per Moyſen, qn̄ eum mitteret ad filios Iſrael, cū dixiſſet. *Ego ſum qui ſum,* hęc dices filijs Iſrael:

Halleluia. CXXXIIII.

a Aug. Vnde vos meliores eſtis non ipſe. Bonus enim ille ſemper manet vt eſt. b Quare? quia. c Eſtis laud. alioquin offendunt, quia ipſi ſerui & ipſe dominus

a LAudate nomen dn̄i: laudate ſerui do- 1 2
a Qui? Ecce vos. Non quidam mali ſed. b Non qui ruitis, vnde laudare debetis.
b minū. Qui ſtatis ī domo dn̄i ī atrijs do 3
a Propter hoc lauda. b Vno verbo laudis cauſa explicata eſt. Proprie à quo ſunt omnia bona.
mus Dei nr̄i. Laudate dn̄m, † qa bonus 4

NICOLAVS DE LYRA.
PSAL. CXXXIIII.

LAudate no. Huic pſal. pręmittitur talis titulus in Hebręo: *Halleluia.* id eſt, laudate Deum ex quo titulo nō apparet autor pſal. ſed ſatis apparet quod pſal. iſte eſt quędam inuitatio fidelium ad laudem Dei: & primo ponitur inuitatio in generali, ſecundo magis in ſpeciali ſecundū diuerſos ſtatus. ibi: *Domus Iſrael.* Prima in duas, quia primo ponitur dicta inuitatio, ſecundo ſubditur ad hoc multiplex ratio, ibi: *Laudate dominum.* Circa primum dicit pſal.

1 *Lauda. no. dom.* ipſum laudibus extollendo.

2 *Lau. ſer. dom.* cui omnes tenentur ſeruire deuote pro beneficio creationis & generalis gubernationis.

3 *Qui ſta. in do. do.* quia pręter atriū ſacerdotū vbi offerebantur hoſtię, erāt alia atria vbi vulgares vacabāt orationi: & in vno eorū recipiebant Gentiles, qui veniebant in Ieruſalem cauſa orationis, ſecundum quod dr̄ Iohan. 12. c. *Erant autem Gentiles quidam ex his qui aſcenderant, vt adorarent in die feſto.*

4 *Lauda. &c.* Hic conſequenter inducitur multiplex ratio laudis diuinæ. Et primo ex ſuæ deitatis veritate, ſcdo ex idolorū falſitate, ibi: *Sim. ſacra gentiū.* Veritas aūt Deitatis ex duobus allegat. Primo ex ſua bonitate, ſcdo ex ſua pṫāte, ibi: *Quia ego cognoui.* Circa primū dicit pſal. *Laudate do. quo. bo. do.* Eſt infinitę bonitatis, pp quod eſt ſumme laudabilis, ideo di.

MORALITER.

1 *Lau. ſer. dom.* Pſal. iſte eſt quędā inuitatio generalis ad Dei laudem pro tempore veteris teſtamenti. Moraliter autem ad idem inuitantur omnes Chriſtiani tempore noui. Et ſic dicitur *Lau. no. dom.* omnes catholici generaliter.

2 *Lau. no. dom.* vos eccleſiæ miniſtri ſpecialiter.

3 *Lau. do. quia bo. dom.* Exponatur ſicut pſalmo præcedenti.

4 *Qui ſta. in do. dom.* eſſentialiter.

a Rei nominis. b Guſtanti. c Pſallite, quia illa fecit quæ capere valetis.

domino pſallite nomini eius, quoniam ſuaue eſt. Quoniam 1 2

a Iudaicum populum. b Gratia non merito. Alijs verbis idem repetit. c Vnde ſcis.

Iacob elegit ſibi dominus, Iſraël † in poſſeſſionem ſibi. quia 3

Quia. a Raptus ad ſuperna. b Quod non omnes poſſunt ſcire, ſed credant noſcenti qui intrauit in ſanctuarium Dei, & audiuit arcana & ineffabilia verba quæ non licet homini loqui. c In ſe.

ego cognoui, quòd magnus eſt dominus: & Deus noſter 4

a Ideſt, ſuper omnes deos qui ſunt in celo & in terra, quia eos fecit. b Redit ad opera quæ capiantur. Hic breuiter concludit omnia. c Caſ. Cauſæ omnium quæ fecit voluntas eſt, nulla neceſſitas, ſed bonitas.

† præ omnibus dijs. Omnia quæcunque voluit dominus fe- 5

a Quod commeatur. b Pro profunditate ignoti oceani. Fecit quę voluit ipſe dico. Quę fecit enarrat ad literam, ſecreta naturę Deum dicit miniſtrare.

cit in cœlo, & in terra, in mari & in omnibus abyſſis. 6
7

Qui eſt: miſit me ad vos. Quod quia non capit homo continuò tēperauit, & dixit, qđ poſſet capi ab homine ita: Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob. Quod nomen pp hominem ne videret temporale, addit: *Hoc nomen eſt mihi in æternum*. Non quia illi æterni. ſed quia eos æternos facit poſtea ſine fine. Habuerūt quippe principiū, ſed finem non habebunt. In quibus totum ſemen Iſrael intelligitur, tota eccleſia cogitatur.

a *Pſallite nomini eius.* ideſt, laudate eum, eo quòd id fecit qđ res ſui nominis exigit, cū ſe incarnatum dedit hominibus guſtari.

⁂ Euthymius. Pulchrum eſt ei pſallere ex pſalmis enim & cāticis diuinorum dogmatum excellentiam addiſcimus. pſalmi etiam & cantica pſallentium mentes protendent ad Deum, humanos affectus ſedant, animam cantu delectant, & in declaratione coniunctam vtilitatem habent.

b *Iacob.* Luctator interpretatur, & ſignificat illos qui contra ſpirituales nequitias luctantur.

⁂ Theodoretus. Symmachus autem ſic, Et Iſraelē in electionem ſibi. Multa ait: cura ipſum dignatus eſt, propriū appellauit, & omnes homines curans, huius potiſſimum curā geſſit. Hæc autem etiam beatus Moſes dixit, quando diuidebat altiſſimus gentes, quando ſeparabat filios Adam, conſtituit terminos gentium iuxta numerum angelorum Dei, & facta eſt pars domini populus eius Iacob, funiculus hæreditatis eius Iſrael.

c *Iſrael in poſſeſſionem*. Aug. Ad literam. Cęteras gentes ſub angelis cuſtodiendas dominus poſuit, Iacob ſibi elegit, quē vt agrum coleret, ſeminaret, poſſideret, ſeruaret.

⁂ Theodoretus. Ea quæ facta ſunt minime potentia definiri poſſunt, ſed voluntate: potuerat enim & plura, & multo his maiora fabricare, ſed tot & talia voluit, veruntamen omnia ſunt eius opera. Cœlū & cœleſtia, terra & terreſtria, mare & quæ in ipſo ſunt. Cæterum Abyſſos vocat immenſam aquarum multitudinem. Porro multitudinis numero maria vocauit, quoniam vnum mare in multa æquora diuiditur. quandoquidem Atlanticus ſinus & Oceanus, & Tyrrhenus, & Ionicus, &c.

d *Omnia quæcunque*. Q. Magnus eſt in eſſentia, magnus in operibus, quia Omnia, &c.

Aug. Si omnia opera comprehendere non poſſumus, hoc de eis firmiter teneamus, quòd omnia à Deo facta.

Aug. Oīa quæcunque voluit. Typice, hoc in oībus poſſumus agnoſcere. Cœlum, ſpirituales: terra, carnales: ex his duobus conſtat eccleſia. In his quæcunque vult, & ēt in mari. i. in infidelibus, in quibus nihil fit niſi iuſſu Dei. nō enim ſæuiunt niſi permittant à Deo. Abyſſi, latētia corda, profunda corda mortaliū, profundæ cogitationes hominum, & ibi C fecit Deus quod vult. Interrogat iuſtū & impium, latet cor bonū, latet & malū, & in vtroq; eſt abyſſus. Sed Deus hoc D videt, quē nihil latet: hoc conſolat, illud torquet. Et ipſe eſt educēs nubes, quæ ſunt pdicatores. vnde: Mādabo nubibus meis, ne pluant ſuper eā imbrē. Et itē: *Qui ſunt hi qui vt nubes volant*, quas non tm̄ de Iſrael miſit, ſed & ab extremo terræ excitat: Quid de ipſis fecit? fulgura in pluuiam, minas ad miſericordiā flexit, de terroribus irrigauit: prædicatores namque & terrent & blandiuntur. Terrent, comminando æterna ſupplicia. Mulcent promittendo æterna gaudia. Ideoque & de manna legitur, quod liqueſcebat ad ſolem, & indurabatur ad ignē. Manna enim cęlitus datū, figura eſt diuini eloquij, quod liqueſcit ad ſolem, dum mentes fidelium futuræ claritatis promiſſione lætificat, vt cum ait: Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum. Induratur autem ad ignē dum peccantium conſcientias futuræ pœnæ comminatione adurit, vt illud: *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur & in ignem mittetur*. Ideo in veteri lege in veſte ſummi pontificis erat coccus bis tinctus, qui habebat ſpeciem ignis. Ignis enim duo facit, vrit ſcilicet, & lucet. Quia prædicator peccantium corda adurere debet fulgure comminationis, & piorum mentes confouere promiſſione ęternæ lucis. Inde etiā eſt, quod baculus pontificalis ex inferiori parte pungit, ſuperius in anteriora extenditur. Quia prædicator pungere debet vitia carnis, & mentis vires in anteriora dirigere: ita tamen quod ad ſui conſiderationem ſemper redeat: ne cum alijs prædicauerit, ipſe reprobus efficiatur. Et in principio ſermonis ſui accuſator ſit, ne videat feſtucam in oculo alterius, geſtans trabem in ſuo. Prædicatores, nubes, propter carnem, venti propter ſpiritum. Nubes videntur, venti ſentiuntur, non videntur. Et quia caro de terra nubes excitat ab extremis terræ, ſed ſpiritus hominis ignoratur, vnde veniat, vnde ecce dicitur.

Eſa. 5.b.
Ibidem 6.
Exod. 16.c.
Matth. 3. f.
Exod. 28 a.
Prædicatoris officium.
B
1. Cor. 9.d.
Prouer. 16. c.
Luc. 6. f.

*Qui producit ventos de theſauris ſuis*. Qui percuſſit primogenita. Fide vnde incipimus, qua viua pficit homo in melius, Aegyptus afflictio. Quicunque ergo affligit eccleſiā & ſcandala facit: etſi Chriſtianus dicitur, perdit fidem.

Ab homine. Homo, ideſt, doctus, qui & trahit poſt ſe indoctas turbas, i. pecora. Pharao diſſipatio. Aegyptus vt diximus, afflictio. Diſſipatio ergo pcedit vt rex, & ſequitur afflictio. Diſſipati. n. affligunt eccleſiam, vt n. affligant diſſipantur. Percuſſit gentes & reges: Quas & quos? Sehon regē occidit. Sehon tentatio oculorū, Amorrhęi amaricātes. Amaricantes ergo regē habent, tentationē oculorum, Tentatio oculorum non eſt niſi in mēdacio oculorum, putat habere rem, veritatem non habet. Retur. n. quod non eſt, nō intuetur quod eſt. Tentatio ergo oculorum, i. fallacia vt rex præcedit, & ſequit amaricatio. Occidit Deus in homine illū regem, qn̄ homo damnat ſimulationem & diligit veritatem, & de F

Tentatio oculorum.

## NICOLAVS DE LYRA.

*Pſal. no. q. ſu.* Eſt enim nomen domini, mel in ore, melos in aure, & iubilus in corde, vt dicit beatus Bern. Et licet omnes teneantur Deum laudare, vt prędictum eſt, tamen principaliter populus Iſrael quem elegit, vt inde in humanitate aſſumpta naſceretur, propter quod legem diuinam ei dedit, & hoc eſt quod dicitur.

*Quoniam Iacob elegit ſibi domi.*

*Quia ego cog.* Hic accipitur ratio diuinæ laudis ex ſua poteſtate, quæ apparet in effectibus & beneficijs hominibus exhibitis, & primo hoc oſtēditur in beneficijs exhibitis omnibus generaliter. ſecundo populo Iſrael ſpecialiter, ibi: Qui percuſſit. Circa primum dicit pſal. *Quia ego co.* q. d. hæc debet eſſe ratio laudandi Deum: quia ego cognoui, quod magnus eſt dominus, magnitudini cuius non eſt finis.

4 *Et Deus no. præ. o. diis.* Et accipitur hic dij participatiuè cuiuſmodi ſunt angeli ſancti, quibus præeſt Deus tāquam miniſtris dominus, ideo ſubditur.

5 *Omnia quæ. vo. do. fe.* aliquos angelos ibi ſtabiliendo, & alios propter ſuperbiam ſuam inde eijciendo.

6 *Et in ter.* aliquos homines per gratiam ſuam vocando, & alios iuſto Dei iudicio, licet occulto dimittendo.

7 *In mari.* Aliquos inde tempore tempeſtatis mirabiliter ſaluando, alijs periclitantibus propter ventorum flatus: ideo ſubditur.

*Edu-*

## MORALITER.

*Pſalli. no. eius. quo. ſuaue.* ſcilicet, ad audiendum, meditandum & proferendum.

*Quo. Iac. ele.* Per Iacob intelliguntur actiui, per Iſrael cōtemplatiui, ex quibus conſtituitur eccleſia.

3 *Quia ego. co.* magnitudini cuius nō eſt finis. propter quod ſe extendit ad oīa poſsibilia. ideo ſupple laudabilis eſt plus quam poſsit virtus creata, Eccl. 43.d. *Laudantes dominum magnificate eum quantum poteſtis, maior eſt enim omni laude.*

& deſinit amaricare. Og concluſio. diabolus qui intercludit
A viā ad Deū ne credatˀ in eū, ſicut Chriſtus aperuit, & ipſe eſt via. Cui ergo clauditˀ via ne credat in ipſum, cū venerit Chriſtus confundetˀ. Sequitur ergo Baſan Og, i. confuſio concluſionem. Chanaā paratus humiliationi. Et intelligitur hic humiliatio non quæ virtus, ſed quę pœna eſt, i. ois ſuperbꝰ qui in die iudicij humiliabitur. non enī nunc humiliatur, ſed paratur humiliationi. Ita hæc prædicta ſpiritualiter ſane accipiuntur, cū tn̄ id literam facta ſint. Si ergo tunc corporaliter occidit illos Deꝰ, modo non ceſſit manus eius & ideo ne putares hec tunc perac̄ta ceſſaſſe, inquit: *Domine nomen tuū*, i. operatio potentiæ tuæ. Et in
B æternū, ideo non ceſſat manus tua in ſeculū hæc facere, quæ tūc prænūtiaſti in figura.

† Suſcitans. † educit. † immiſit. † ſæculum. † memoria tui

a *Ab extre.* Aug. Siue ab imo terrę ſiue à circūdatione finiū terrę.

a Fecit quæ voluit ipſe dico: Quæ fecit enarrat ad literam ſecreta naturæ Deum dicit miniſtrare.
b Ad medium, vt ibi pluant. c Quia fulgura ſine pluuia terrerent & nihil d[...]rent

a b † Educens nubes ab extremo terrę, fulgura ī pluuiā fecit. Qui 1 †

a Ideſt, apoſtolos: qui totum mundum percurrerunt neſcis vnde, ſed ſcis quod iuſſu Dei.
b De occultis cauſis.

c d † producit ventos de theſauris ſuis: qui percuſſit primogeni- 2 3

Palam & viſibilia ſigna fecit, ter quia vt in paſſione terra tremuit, & ſol obſcuratus eſt.

e ta Ægypti: ab homine vſq; ad pecus. Et † miſit ſigna & pro- 4 5

In diabolum. Malos homines.

digia in medio tui Ægypte: in Pharaonem & in oēs ſeruos 6

a Innumera vitia. Qui poſſidebant terram quam populo ſuo dare volebat.
b Dominantia vitia.

f eius. Qui percuſſit gentes multas, & occidit reges fortes. 7 8

a Sed. Tentatio oculorum b Amaricantium. Amara ſunt quæ tollunt beatitudinem, quorum rex diabolus, qui transfigurat ſe in angelum lucis. c Concluſio. d Confuſio.

g Sehon regem Amorrhæorum, & Og regem Baſan: & 9 10

a Percuſſit ſub Ioſue, mortuo iam Moyſe. Ideſt omnes qui male humiliantur. b Humiliatio. c illos expulit. d Hæc terra promiſſionis verius dicitur hæreditas quæ in pace.

h i omnia regna Chanaan. Et dedit terram eorum hęreditatem 11

a Pro factis ſequitur exultatio laudis.
Cum hæc feceris.

k hæreditatem Iſrael populo ſuo. Domine nomen tuum in 12 13

Præſenti. Futuram.

l † æternum, † memoriale tuum in generatione & genera- 14

b *Fulgu. & plu.* Aug. Fulgur terrorem, pluuia gaudium facit. Qui ergo terruit fulgure, reficit pluuia.

c *Qui producit ventos.* ✻ Euthym. Per theſauros Dei hoc in loco propheta occulta illa loca intelligit vnde exeunt venti. occultus eius eſſe dr̄ theſaurus eo qđ & generatio & locus eius ignoratur. Theſauri noīe præterea, non tantum pecuniæ aut occulta alia bona intelligūtur, ſed & ipſa etiam loca vbi theſauri abſcondi ſolent. Vel qui educit ventos tāquā a theſauris ſuis vt ſubintelligatur dictio illa *tanquam* vel *quaſi*. Ita vt ex his verbis educēdi facilitas denotetˀ. & quod eos Deus ſemper in promptu habet cū voluerit. Illud aūt q̄ maxime admirandū eſt quod modo hunc, modo illum Deus ventū emittat, & aliqn̄ vna vtrumque, perſępe etiā plures vno &
C eodem tempore, perſępe etiam nullum prorſus: Atque hęc omnia ex vtilitate, & nihil ſine ratione, illis ſcilicet interea incluſis veluti in quibuſdam theſauris, atque illinc quotie[s]
D Deo libuerit maxima cum facilitate eductis.

d *Qui percuſſit.* Auguſt. Hoc in hominibus fecit propter populum ſuum. Si dixit quæ amares, audi & quæ timeas.

e *Ab homine vſque ad pecus.* Caſſio. Hoc ſępe repetit ad indicādum Dei potentiā vt non caſu facta putentur, ſed in magn[i] futuri ſignificantia. Dum audis quæ fact[a] in impios, caue ne i[n] te fiant: ideo ſunt hę vtilia cum leguntu[r]. Aegyptus mundus. Primogenita princip[a]lia vitia mundi, qu[æ] deſtruit in prudent[i]bus & idiotis.

f *Reges fort.* Caſſio[d.] Mundi ſpiritus. Q[ui] ſunt occiſi, dum n[e]queunt in nobis quo[d] volunt.

g *Sehon regem Amorrhæorum, &c.* Hoc ſ[ub]
E Moyſe factum: [...] hoc in libro Nume[rorum] legitur: Quod cu[m] prohiberent filios I[ſ]rael per fines ſuos t[ran]ſire, percuſſi ſunt ab eo; & poſſedit populus Iſrael terra[m] eorum.

h *Chanaan.* Caſſiod. Humiliatio mala, ſcilicet, quando a[b] honore ſancti decidunt.

i *Et dedit terram eorum heredit.* Caſ. ideſt, cęleſtem beatitud[i]nem, quam dęmones per ſuperbiam deſeruerunt, dedit fid[e]libus. Hæc eſt vera terra promiſſionis, quæ verius dicitur h[æ]reditas, quæ in pace eſt, quam illa actualis, quam ſępe amiſ[e]runt filij Iſrael.

k *Hereditat. Iſrael.* Augu. Hæreditas, ſunt gentes Iſrael. [fi]delis ſcilicet populi, quem paſcūt tribulatione, docentes p[a]tientiam, vel quas Iſrael excolit conformando ſibi.

l *In gener. & gener.* Aug. Generatio vna eſt qua renaſcim[ur] per baptiſmum, altera qua reſurgemus. nō eſt oblitus De[us] in hac vocare, in illa coronare.
F ☞ Qui

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Educens nu. ab ex. ter.* i. à mari oceano: vnde vt plurimum eleuantur vapores humidi, ex quibus nubes generantur. Et iſte oceanus eſt terræ habitabilis terminus.

2 *Fulgura in plu. fe.* quia frequenter in dictis nubibus generantur tonitrua, & inde procedunt coruſcationes & fulgura, quæ terminantur per hoc q̄ nubes in pluuiā reſoluuntur.

3 *Qui pro.* ideſt, de locis hominibus occultis.

4 *Qui per.* Hic conſequenter adducitur ratio diuinæ laudis ex effectibus Dei mirabilibus pro populo Iſrael factis, cum dr̄. *Qui per. pri. Aegy.* de qua percuſſione habetur Exod. 12.

5 *Et mi. ſig.* pro populi Iſrael liberatione, ſicut patet in Exo. vbi deſcribuntur decem plagæ Aegypti.

6 *In Pharaonem, & in omnes ſeruos eius.* quos poſt multa flagella finaliter ſubmerſit in mari rubro, vt habetur Exod. 14.

7 *Qui percuſſit gentes multas.* in conſpectu filiorum Iſrael po[ſt] egreſſum de Aegypto, ſcilicet, Amalechitas, Exod. 17.

8 *Et occidit reges fortes.* Et qui ſint illi, ſubditur.

9 *Sehon regem Amorrhæorum, & Og regem Baſan.* de quoru[m] occiſione habetur Num. 21.

10 *Et omnia regna Chanaan*, vbi interfecit per Ioſue & fili[os] Iſrael reges. 31. vt habetur Ioſue. 12.

11 *Et dedit terram eorum hæredit.* non cuicunque, ſed pop[u]lo Iſrael, vt habetur in libro Ioſue. Et quia ex iſtis eſt à fil[ijs] Iſrael ſpecialiter laudabilis, ſubditur.

12 *Domine no. tuum in æter.* ſit laudabile a nobis.

13 *Domine me. tu.* ideſt, remaneat memoria beneficioru[m] tuorum.

14 *In generatione & gener.* ideſt, in generationibus ſibi ſu[c]cedentibus, ſicut videmus impletum.

## MORALITER.

1 *Educ.* Hic conſequenter ponuntur quædā potentiæ diuinę, quę nunc ſunt exponenda myſticè, cum dicitur: *Educens nubes*: id eſt, prædicatores, Eſa. 60.b. *Qui ſunt iſti qui vt nubes volant?*

† *Ab extremo terræ.* ſcilicet Bedam ab Anglia, ſanctos Dominicum & Antonium ab Hiſpania, & ſic de pluribus alijs à terræ finibus oriundis.

2 *Fulgura in plu. fe.* prædicauerunt enim terrorem iuſtitiæ diuinæ quæ per fulgura, & dulcorem ſuæ miſericordiæ, qui per pluuiam deſignantur.

3 *Qui producit ventos de theſau. ſu. &c.* Id eſt, impulſus ad bonum ex occultis ſuæ deitatis.

4 *Qui percuſſit primogenita.* Ideſt, initia peccati, quæ ſunt ſuperbia, Eccleſ. 10.b. Initium omnis peccati ſuperbia. Et auaritia, ſecundę Tim. 6.b. *Radix omnium malorum cupiditas.* Per prędicationes enim ſanctorum percuſſit dominus vitia dicta.

5 *Et miſit ſigna & cęt.* Id eſt, miracula prædicationis ſanctorum confirmatiua. Mar. vltim. d. *Prædicauerunt vbique domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.*

6 *In Pharaonem & in omnes ſeruos eius.* ideſt, in dęmonem [&] miniſtros ipſius.

7 *Qui percuſſit gentes multas, & occidit reges fortes.* eos ad fi[dem] conuertendo. Per talem modum loquendi dictum fuit be[a]to Petro de conuerſione Cornelij & amicorum eius, Act. 10.b. Surge Petre, &c.

9 *Sehon regem Amorrhæo.* per quem ſignificatur rex Rom[a]norum, eo quod Amorrhęi interpretantur illuminati. Na[m] in conuerſione Conſtantini ipſe & populus Romanus inde fuerunt illuminati.

10 *Et Og regem Baſan.* ideſt, Francorum regem. Baſan en[im] interpretatur pinguedo. Francia vero pinguis eſt in diui[tijs] & pinguedine deuotionis.

11 *Et dedit terram eorum hæreditatem Iſrael populo ſuo.* nam [ipſę] terrę quæ prius erant Gentilium, factæ ſunt Chriſtianoru[m]. Et quia ex his Deus eſt in perpetuum laudandus ſubdit.

12 *Domine nomen tuum in æternum, & cęt. Quia iudicabit dominus populum ſuum.* iudicio approbationis.

a *Quia iudi.* Caſſ. Cauſa laudis, quia vidit dominus populum cui tot fecit prophetas miſit, poſt & filiũ. Sed quia duri fuerunt, iudicabit eos in futuro, & in ſeruis, ideſt fidelib. conſolabitur, cũ præmia æterna reſtituet. Ecce gradatio laudis ad iudicium perducta eſt.

Aug. Vel, Ita. Ideo de præſenti accipiatur. Iudicabit. Q. laudandus, quia præter iudicium futurum, iam iudicauit deus Iudæos, alios aſſumendo, alios reprobando.

Hoc eſt iudicium diſcretionis, de quo ait, In iudicium veni in hunc mundum, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant.

B b *Simulachra.* Caſſ. Secunda pars, poſtquam laudibus ſe dei expleuit, idolorum cultores irridendo redarguit, quia perfecta ius veritatis eſt deſtruere falſitatem. ſupra fuerunt eadem dicta, ſed repetita verecundiam augent.

*Euthym. Atqui apud nos ſunt etiam ſanctorum imagines, quæ aurum atque argentum ſunt, & opera manuum hominum, verum enim vero idola non ſunt, quoniam idolorũ quidem prima ſpecies ac prima eorum argumenta falſa ſunt, fabulæ nimirũ, quæ nulla rei veritate ſubſiſtunt. Deos etenim ſibi aſcribunt gentes, qui dei non ſunt, ſed dæmones falſo ſibi diuinitatem arrogantes, verum ſanctorum noſtrorũ imagines primas ſuas ſpecies veras habent, ac prima eorũ argumenta vera ſunt, quoniam ſecũdum veram rerum hiſtoriã

C

a ¶Aug. Non repulit dominus plebem ſuam, quam præſciuit, habet, & ſeruos de omnibus gentibus. vnde conuertit ſe ad exprobranda idola, quæ iam a ſuis cultoribus irridentur, dicens, Simulachra, &c.

a tionem. † Quia iudicabit dominus † populum ſuum, & in ſer-

a ¶ Deus noſter eſt magnus. ¶ Autem. b ¶ Sunt. c ¶ Quantum ad materiam.

b uis † ſuis deprecabitur. † Simulachra gentium argentum, &

¶ Quantum ad formam.

c aurum, opera manuũ hominum. Os habent, & non loquentur, oculos habent, & non videbunt. † Aures habent, & non

a ¶ Concludit omnia, quod nec hominibus, nec pecoribus poſſunt comparari. b ¶ Exprimitur quidem in eis ſimilitudo quædam idolorum non quidem in carne eorum, ſed in interiori homine.

d audient, neque enim eſt ſpiritus in ore ipſorum. Similes illis

e fiant, qui faciunt ea, & omnes, qui confidunt in eis. Domus

f Iſrael benedicite † domino, domus Aaron benedicite domi-

a ¶ Domus, quæ quotidie ſuſcitatur de lapidibus, de quibus domus Iſrael. vnde, Potens eſt deus de lapidibus iſtis filios Abrahæ ſuſcitare.

no. Domus Leui benedicite domino, qui timetis dominum

a ¶ Facit, quod docuit, & loquitur in perſona omnium fidelium, vel in propria perſona.
b ¶ Nunc ex Sion, quia ſpecularetur, quod veniat. ¶ Qui venit ex Sion homo factus.

g benedicite domino. Benedictus dominus ex Sion, qui habi-

a ¶ Ad literam, ubi prædicauit, & multa mirabilia fecit. ¶ Vbi videbimus eum in æterna pace.

tat in Ieruſalem.

vere id fuerunt, quod appellantur, & vera ẽt quæcunque de illorum vita ac conuerſatione tradunt, vnde ſola ſceleſtorũ ac nequiſſimorũ hominum, aut dæmonũ ſunt ſimulachra, noſtræ autem ſanctorũ, & clariſſimorum hominũ imagines. D

c *Os habent, & nõ loq.* Illa exteriora artifex potuit facere, ſed non ſpiritum dare, nec auditum auribus nec lucẽ oculis, nec vocem ori.

d *Similes illis fiant.* Auguſt. Hæc ſcientes irrident idola. Sed qd neſcientes? Similes interius, aures habẽt, nec audiunt deum, nec fide vident, nares habent, nec ſentiunt bonum odorẽ Chriſti.

† plebem ſuã. † ſeruis ſuis. placabilis erit.

e *Domus Iſrael benedicite.* Caſſio. Hæc eſt tertia pars, vbi poſt irriſa idola, laudes dei celebrare monet omnes ordines, quaſi dicat, Cultores idolorum ſimiles illis fiãt. Sed vos, qui eſtis domus Iſrael. E

† dominum.

f *Domus Aaron Benedic.* Aug. Præpoſiti ſunt domus Aaron, miniſtri domus Leui, populi oẽs, qui timent, omnes generaliter ſunt domus Iſrael, nos vna voce dicamus, Benedictus.

g *Bene. do. &c.* Aug. Vel iuxta interpretationem nominum. Sion enim interpretatur ſpeculatio, Ieruſalem viſio pacis. Nunc ergo ex Sion. ideſt, a nobis benedictus eſt. qui quãdiu ſpe viuimus, ſumus in Sion, quia ſpeculamur, quod veniat. Finita via erimus cum illo in æterna ciuitate, quia ipſe eſt, qui habitat in cæleſti Ieruſalem, quæ nunquam ruitura eſt, vbi videbimus eum in æterna pace. F

---

## NICOLAVS DE LYRA.

Quia iudi. do. po. ſu. *dando pro eo ſententiam contra perſecutores eius iniuſte.*

Et in ſeruis ſuis deprecabitur. *id eſt deprecabilis efficietur, orationes eorum exaudiendo.*

Simulachra gentiũ. *Hic adducitur ratio diuinæ laudis ex falſitate idolorum, quæ pro diis à Gentilibus colebantur, & hoc eſt, quod dicitur:* Simulachra gentium, id eſt, *a gentibus pro diis venerata.*

Argentum, & aurum. *ſupple ſunt quantum ad materiam.*

Opera manuum hominũ. *quantum ad formam per artificiũ factam.*

Os habent. *ſcilicet ſimilitudinarie, quod probatur per hoc, quod ſubditur.*

Et non loquentur. *quia carent proprio oris opere: Vnũquodq; enim habet proprium opus, in quod dum poteſt, dicitur illud, cum autẽ non poteſt, non dicitur illud, niſi æquiuoce, ſicut oculus lapideus, aut depictus, eo quod non poteſt videre, vt dicit Philoſophus. 2. de Anima. eodem modo exponendum eſt, quod ſubditur.*

Oculos habent, & non. *quorum ratio redditur, cum ſubditur.*

Neque enim eſt ſpi. in ore ip. *Et ideo, ex quo non habent ſpiritum, non poſſunt habere opera vitæ, quæ mediantibus ſpiritibus exercentur, vt dicitur in libro de differentia ſpiritus, & animæ.*

Similes illis fiant, qui faciunt ea. *qa carẽt ſenſu diſcretionis, & motu bonæ operationis.*

11 Et omnes, qui confidunt in eis. *quia confidunt in nihilo, eo quod idolum nihil eſt, ſecundum quod dicit Apoſtolus. 1. Cor. 8.*

12 Domus Iſrael. *Poſtquam induxit pſal. populum ad dei laudẽ in generali, hic cõſequẽter inducit ad idẽ magis in ſpeciali, diſtinguẽdo ſtatus populi Iſrael, cũ dicitur,* Domus Iſrael. *quantum ad 11. trib.*

13 Benedicite domino. *benedictione, quæ conſiſtit in confeſſione laudis.* 14 Domus Aaron. *quantum ad ſacerdotes, qui diſtinguebantur contra alios de tribu Leui.*

15 Benedicite domino. *benedictione laudis. Iſti enim tenebantur ad hoc præ cæteris ratione officii.*

16 Domus Leui. *quantum ad Leuitas, prout diſtinguebantur contra ſacerdotes. Iſti tamen, & illi erant de tribu Leui.*

17 Benedicite domino. *eum laudando præ cæteris populis ex officio impoſito.*

18 Qui timetis dominum. *Hoc dicitur propter conuerſos de Gẽtilitate ad Iudaiſmum, qui non erant de aliqua duodecim tribuum.*

19 Benedicite domi. *eo quod de gratia ſua iũxit vos populo ſuo.*

20 Benedictus dñs ex Sion. *Ideſt ex templo, quod erat in monte Sion, quia ibi cum magna ſolennitate celebrabantur laudes diuinæ.*

21 Qui habitat in Ieruſalem. *quod dicitur eo, q elegit eã, vt ibi eſſet templum ſuo nomini dedicatum, vt habetur. 2. Paralip. 6. e. Elegi Ieruſalem, vt ſit nomen meum in ea. Et in illo templo erat propitiatorium, quod ſedes dei dicebatur, vt dictum fuit diffuſius, Exo. 25.*

PSAL.

---

## MORALITER.

*Et in ſeruis ſuis deprecabitur.* id eſt, per ſeruos ſuos, dans eis ſpiritum deprecandi.

*Simulachra gentium argentum, & aurum.* exponatur moraliter, ſicut ſupra pſalmo, qui incipit, In exitu Iſrael, &c.

*Domus Leui benedicite domino.* ideſt, clerici, qui ſuccedunt Leuitis vet. teſt.

18 *Qui timetis.* ideſt, boni Chriſtiani.

20 *Benedictus dominus ex Sion, &c.* ideſt laudetur in eccleſia militante.

21 *Qui habitat in Ieruſalem.* ideſt in eccleſia triumphãte, eo quod ibi magis relucet gloria ſua.

## GLOSSA ORDINARIA.

A a *Halleluia.* Aug. Pſalmus iſte laudem dei continet, vbi etſi multa in laude dei dicantur, maxime tamen hic miſericordia dei commendatur.

Caſ. Diuerſa initia verſuum, in vnum finem conueniunt. quia quicquid hic dicitur, ad miſericordiam dei refertur, ſine qua non ſubſiſtitur, qua omnia operatur. In miſericordia ergo pſeuerate monemur. Magna virt⁹ huius pſal. in Paralipomenon oſtēditur, vbi legitur, quod cū cœpiſſent deum laudare, & dicere, *Confitemini domino quoniam in ſeculum, &c.* impleuit gloria dei domum dei, ita præſto ſit diuina præſentia ſi pure cantatur. B

1. Paral. 20. d.

### Halleluia. CXXXV.

a ¶ Laudes, & peccata, laudes audit, peccata dimittit, Ideo omnes, & ſemper laudare debemus.

b Confitemini domino quoniam bonus, 1
a ¶ Præſens. ¶ Alias in æternum. ¶ Ideſt hic, & 2
in futuro eſt miſericordia eius, quia hic parcit, ibi coronat.
b ¶ Per quam a miſeria peccati liberat.
quoniam in ſeculum miſericordia eius. 3
a ¶ Pluraliter dicit deorum, & dominorum, ſi quidem ſunt dii multi, & domini multi, vt ait Apoſtolus, ſuper quos ipſe eſt, ſequitur, Qui fa. mirabilia, &c.
c Confitemini Deo deorum; quoniam. 4
d Confitemini domino dominorum, quoniam. Qui † facit 5
a ¶ Non alterius opera ſecutus, ſed ſuo intellectu. 6
e mirabilia magna ſolus, quoniam. Qui fecit cælos ‖ in intel- 7
f a ¶ Intelligibiles, vel intellectuales, ſcilicet empyreum, quod etſi corporeum, tamen tantæ eſt tenuitatis, vt a mortali videri non poſſit.
g lectu, quoniam. † qui firmauit terram ſuper aquas, quo- 8

¶fecit. † extendit.

### PSALMVS CXXXV.

Confitemini domino. Caſſ. Primo, magnificentiam dei, & totius orbis conditionem exponit. Secundo, dicit quæ in Aegypto, & gente Iudæorum fecit in figuram noſtri, ibi: *Qui percuſſit.* Tertio, agit de Chriſtianis. ibi, *& dedit terram eorum hæreditatem.*

b *Confitemini do.* Aug. Modo laudemus, vt cum angelis mereamur laudare. Ipſa laus eſt noſtra refectio, vt nulla videatur ſimilis delectatio. Ipſa eſt remuneratio, quæ & operatio. Confitemini. Nec pro hac confeſſione eſtis temporale ſumpturi quoniam in æternum miſericordia eius, id eſt beneficium, quod miſericorditer præſtat, æternum eſt, quia data per miſericordiam beatitudo, æterna eſt.

Sap. 18. b. c *Confitemini Deo deorum.* Deos dicit hoīes, ad quos ſermo dei factus eſt in alio pſalmo, vbi ait, *Ego dixi, dii eſtis, & filii ex. &c.* Et non iō dicuntur dij, quod omnes ſint boni. Si enim omnes boni eſſent, non diceret in eodem pſal. In medio aūt deos dijudicat, ideſt diſcernit, de quibus etiam ſubdit, *Confitemini domino dominorum.*

C ⁂ Theod. Deos hoc in loco, non idola dicit, non. n. ipſum deum deorum, qui non ſunt, appellaſſet, nā nō deus eſt mortuorū, ſed viuentiū. Vocat igitur deos eos, qui ſacerdotio p̄diti ſunt, qui filij dei vocantur. hic etiam in lege inquit, *Diis non detrahes, & principi populi tui non maledices,* & *filius primogenitus meus Iſrael.* & per Iſaiā, *filios genui, & exaltaui,* & in pſalmis, *Ego Dixi dii eſtis.* hos deos vocauit tanq̄ dei filios appella[...]

d *Qui facit mirabilia.* Aug. Sicut in fine vbique ponitur, [quo]niam in ſeculum, ſic in principio, licet non ſit poſitum [...] audiendum eſt. Cōfitemini, quod apertius eſt in Græc[o] ſi diceremus, *Confitemini facienti mirabilia.* vel ei, qui fecit, [...] neceſſario ſubaud[iendum eſt]tur, cōfitemini q[uo]d noſtra locutio in [...] omnibus ſeruare [n]ō potuit. vnde ob[ſcu]rū eſt, vt poſſit p[...] ſententia ſic iu[n]gi. Qui fecit mira[bi]lia, &c. Quaſi ideo fecerit, quia in æ[ter]num miſericord[ia] eius, cū potius ad [mi]ſericordiā pertin[ea]t hi quos de miſer[ia] liberat. Dicendum [er]go eſt, *Confitemini ei, qui fecit hæc,* vel ideo, quia miſeri[cor]dia ei⁹ vobis æte[rna] vt finis ſingulorum verſuum referatur ad principium modo: Confitemini ei, qui facit mira. ma. ſolus. Ideo co[nfite]mini, quoniam in æternum miſericordia eius.

e *Mirabilia magna ſo.* Aug. Quia & quædā per homine[s vel] angelos facit, & q̄dā magna ipſe ſolus, quæ & prius exe[...]

⁂ Theo. Miraculorum editiones ſunt ēt beneuolorū [...]uorum eius, etenim diuinas vocamus res Moſis, & Ie[...] miracula Eliç, ſimiliter, & ſigna, quæ a ſacris Apoſtolis facta, iure igitur ipſum vates ſolum dicit maximorum [mi]raculorum opificem eſſe. Deinde oſtendit opera eius ma[gna].

⁂ Euthy. Solum dixit, ad Idolorum diſtinctionē. Nā [...] qui per dn̄m eā intelligit, qui in tribus perſonis vnus de⁹ [...]

f *Qui fe. cæ.* Vniuerſam ergo creaturā p̄ ſe fecit, cuius c[rea]turç excellentiores partes ponit, ex quib. omnia cogitē[...] intelligibiles cęlos, & viſibilē terrā. Sed quia ſunt, & vi[ſibi]les cęli, per eorū luminaria totum cęleſte corporeum i[ntel]ligere nos admonet ſubdens, *Qui fecit luminaria.* Vel, in i[ntel]lectu, i. in ſua ſapientia. Quod dictum de cęlis, de omn[ibus] debet intelligi. vnde, *Omnia in ſapientia feciſti deus.*

Vel typice, Cęlos in intellectu, i. ſpirituales ſanctos, q[ui]b⁹ non modo credere, ſed intelligere diuina dedit. Simp[lic]es aūt, qui ſolam fidem firmam tenent, quaſi infra cęlos, t[erra] dicuntur, qui quia in baptiſmo quē acceperunt, quaſi ſ[uper] aquas firma fide cōſiſtunt, quaſi ſuper aquas, terrā firm[a]t.

g *Terram ſuper aquas.* Aug. Sed qūo terra grauior ab aqu[...] uior[...]

## NICOLAVS DE LYRA.
### PSALMVS CXXXV.

Diuiſio. Confitemini do. *Titulus huius pſal. eſt Halleluia. Ex quo patet quòd pſal. iſte eſt inuitatio ad dei laudem, ſicut & præcedens, facta ab aliquo ſancto viro, cuius nomen ſecundum Heb. & Hiero. ignoratur. Et diuiditur in tres partes. Quia primo ponitur inuitatio ad laudem dei ex beneficijs collatis omnibus generaliter. Secundo, ex collatis populo Iſrael ſpecialiter, ibi.* Qui percuſſit Aegyptum. *Tertio, ex beneficio collato omni viuenti vita ſenſibili, ibi.* Qui dat eſcam. *Circa primum dicit pſalmiſta.*

1 Confite. domino. *confeſſione laudis.*

2 Quoniam bonus. *bonitati cuius non eſt finis.*

3 Quoniam in ſeculum miſericordia eius. *qa ſemper paratus eſt parcere, & miſereri vere pœnitentib. Et notandū, quòd in quolibet verſu huius pſ. ponitur iſta clauſula, Quoniā in ſeculum miſericordia eius, In Hebræo, ita q̄ viginti ſex vicibus ponitur in hoc pſal. eo, quòd ſicut dicit Ra. Sa. a principio mundi, vſque ad dationē legis in monte Sinai fuerunt vigintiſex generationes, in quib. mūdus, fuit ſuſtentatus ſola diuina miſeratione, & non ex alicuius legis datæ a deo obſeruatione. Iſtæ aūt vigintiſex ſic colliguntur ex ſcriptura, Gene. 5. a. habetur, q̄d Adā genuit Seth, qui Seth genuit Enos, qui Cainan, qui Malaleel, q Iared, qui Henoch, qui Mathuſalem, qui Lamec, qui Noe, qui Sem. [...] Gene. 11. b. habetur, quòd Sem genuit Arphazat, qui Sale, qui H[e]r, qui Phalech, qui Reu, qui Saruch, q Nachor, qui Thare, q Abr[ahā], Abrahā vero genuit Iſaac, Gene. 21. Iſaac genuit Iacob, Gene. 2[5]. Ia[cob], Leui, Gene. viceſimono. Item Exod. ſexto habetur, quod Leu[i ge]nuit Caath, qui Amram, qui Moyſen, qui genuit Gerſon, Exo. 2. [...] in hac generatione fuit data lex, Exod. viceſimo.*

4 Confitemini de. *ideſt angelorum, qui dicūtur dij participa[tiue].*

5 Confitemini domino dominorum. *id eſt principum t[erræ]. Prou. 8. b. Per me reges regnant, &c.*

5 Qui facit mirabilia. *Mirabile dicitur alicui, quod tranſcend[it co]gnitionem eius, & ideo aliqua ſunt mirabilia ſimplicibus, quæ t[amen] non ſunt mirabilia ſapientibus, ſicut eclipſis ſolis, vel lunæ mir[abilis] eſt laico, non autem aſtrologo. Et per hunc modum aliqua ſunt mi[rabi]lia hominibus, non tamen angelis. Illa vero ſunt mirabilia ſimplic[iter], ſiue magna, quæ tranſcendunt facultatem totius naturæ creatæ, e[t] ſunt ſoli deo poſſibilia.*

7 Qui fecit cœlos in intellect. *id eſt, per intellectum, & vol[unta]tem, & non per naturæ neceſſitatem.*

8 Qui fir. *ideſt iuxta aquas, ſecundum communem modum loq[ue]ndi quo dicitur, Talis ciuitas, eſt ſuper mare, et talis ſuper Secanā.* I

## MORALITER.

1 *Confitemini domino.* Pſal. iſte ſicut, & præcedens eſt quędā inuitatio ad dei laudem ex eius beneficijs corporalibus, quę ſunt hic ſpiritualiter exponenda. *Confitemini domino, &c.* formaliter, & etiam effectiue, ideo ſubditur.

3 *Quo. in ſe. mi. eius.* in beneficiorum collatione.

4 *Confitemini.* laudis confeſſione.

† *Deo d.* ideſt iudicū. Exo. 23. a. *Vtriuſque cauſa ad deos* [...]

5 *Confitemini domino do.* ideſt, principum, Apocalip. 1. b. [prin]ceps regum terræ, &c.

6 *Qui facit mi.* totius naturæ virtutem excedentia.

7 *Qui fecit cæ.* ideſt contemplatiuos cœleſtium.

8 *Qui firma. &c.* ideſt actiuos ex humore pietatis bono[s di]ſpenſatores terrenorum.

Qui fe.

...ioribus portat. Sed ſiue ita, ſiue aliter ſit, terra fundata ſup aquas dicitur, quod aquis circumfluentibus ſupereminet, Sicut dicitur illa, vel illa ciuitas ſuper mare fundata, non quod mare ſit ſub ea, ſed quia mari ſupereminet. ſic dominus ſuper puteum, ſedit, ideſt, iuxta.

per multam Iſraelitarum ingratitudinem, & propterea, qđ cũ de illo ſemper audierint, obliti tñ eius ſunt. Deinde & aliud quiddam hic innuit, nempe quod & poſt eam plagam, ipſius ſit potẽtia factũ, vt moleſta illa ſint ſeruitute liberati. D

✲ Theod. Sed fortaſſe aliquis ambigere poſſet, quomodo per miſericordiam mors efficitur? Conſiderет igitur finẽ præſentiũ verborum iniuria affectos miſerans, iniuria afficientes plectit.

*Qui fecit lumina a magna.* ideſt dona [na]turarum fidelibus [h]is contulit.

*Solem in poteſtatem diei.* Hoc eſt quod [A]poſtolus ait, *Alij datur per ſpiritum ſermo [ſa]pientiæ*, hic eſt ſol. a... ſcientia dei, hæc [e]ſt luna. alij fides cu... tionũ, &c. hæc ſunt [ſt]ellæ. Nihil enim eſt ...orum, quod in noctе huius ſeculi non [ſit] neceſſarium. Po[ſt]ea ceſſabunt cum tranſierit nox iſta, & [ve]nerit dies. Hæc autem fecit in poteſtatem diei, vel noctis, [vt] poteſtas ſit diei luceat, vel nocti. Sapiẽ[tia] autem eſt pietas, [quæ] eſt cultus diuinus, [quæ] eſt in cognitione, & dilectione dei, [qu]i ſemper eſt, & immutabiliter ma[ne]t. Scientia vero abſtinere a malo, & in medio prauæ natio[ni]s, quaſi in nocte ſeculi prudẽter verſari, vt abſtinendo quiſ[qu]e ab iniquitate, non confundatur tenebris, proprij munc[ere] luce diſcretus.

¶Cæleſtes ſpiritus, qui ante omnia lucentia quaſi ſol. a ¶ Hæc per ſe ſolus. ¶Quæ?

a b quoniam. Qui fecit luminaria magna, quoniam. ſolem in 1 2

a ¶Sapientiæ domini. ¶Vel poteſtas eſt diei, quo omnia declarantur. ¶Ideſt, ſpiritualibus, vt poſſint lucere. b ¶Eccleſiam. ¶Donum ſcientiæ. c ¶Diuerſos ordines. d ¶Vt ſint lux noctis. ¶ Alia minora dona, quæ nocti dantur.

c poteſtatem diei, quoniam. † Lunam, & ſtellas in poteſtatem 3

a ¶Percuſſit, & ſeculum cum his. quæ præcipua putantur in ſeculo.

d e noctis, quoniam. Qui percuſſit Aegyptum cum primogeni- 4 5

a ¶Sic ſanctos de malorum conuerſatione educit.

tis eorum, quoniam. Qui eduxit Iſrael de medio eorum, quo- 6

¶Eduxit. a ¶Hoc eſt, brachium, de quo. Brachium domini cui reuelatum eſt?

f niam. In manu potenti, & brachio † excelſo, quoniam. Qui 7 8

a ¶Baptiſmum, vt vnus idemque baptiſmus aliis ſit in uitam, aliis in pœnam. b ¶Sic etiam educit innouatum populum per lauacrum regenerationis.

g diuiſit mare rubrum in diuiſiones, quoniam. Et eduxit Iſrael 9

a ¶Aug Interemit peccata per baptiſmum.

h i per medium eius, quoniam. Et † excuſſit Pharaonem, & † vir- 10

a ¶ Aug Ita & nos per hoc ſeculum, ne in eo pereamus ue hæreamus.

tutem eius in mari rubro, quoniam. Qui traduxit populum 11 12

a ¶In ſuis fidelibus. b ¶Diabolicas poteſtates.

ſuum per deſertum, quoniam. qui percuſſit reges magnos, 13

a ¶Aug Germen inutile, uel tentationem cedentem.

k quoniam Et occidit reges fortes, quoniam. Sehon regem †

a ¶ Amaricantium. b ¶Coacervantem diabolum. c ¶Ideſt, confuſionis. Quid coaceruat diabolus, niſi confuſionem.

Amorrhæorum, quoniam. Et Og regem Baſan, quoniam.

c *Cum primogenitis eorum.* Caſſ. Primogenita Aegypti percuſſit, quando gloriã ſeculi damnauit, quæ putabatur præcipua. Luxus enim ſuperbia, auaritia ſunt, quæ primo generat vẽter, charos filios amplectitur, ſed deus a ſe excludit. E

† exercitum. Exod. 14.

f *In manu potenti.* Caſſio. Manus dei, inuincibilis actio, quæ a brachio venit, ideſt ab omni potentia ſingulari.

g *Diuiſit.* Caſſiodorus. Ad literam, *in diuiſiones duode.* pro numero tribuum, vt ſingulæ tribus ſuas vias eundi haberent. Typice, Sic per vias varias ad deum de mundo tranſitur. Per mare rubrum ſeculum accipitur.

Typice.

✲ Baſil. Vide, & hoc loco benignitatem dei. Quoniam. n. [m]ortales facti, & in multis neceſſitatibus conſtituti ſumus, [in]termedium illud tempus in diuerſorũ morem dedit, ac tã[ta]m terram hanc benignitatis ſuæ declarationibus impleuit, [vt] ne ſermone quidem exprimi queat.

*Lunam, & ſtellas in poteſtatem noctis.* Caſſ. Aliter ẽt dici põt [my]ſtice ab illo loco, Qui fecit luminaria magna, ideſt cæleſtes ſpiritus, qui ſunt ante omnia lucentia. Et fecit ſolẽ, ideſt [ſa]pientes. In poteſtatem diei, vt per eos maiores luceant. Et [lu]nam, ideſt, eccleſiam. Et ſtellas, ideſt diuerſos ordines. In [po]teſtatem noctis, vt per hæc quæque minores luceant.

*Qui percuſſit Aegyptum.* Caſſ. Secunda pars vbi dicit, quæ Aegypto fecit, & gente Iudæorum ſub figura noſtri. Iam [in]cipit, quæ per homines, vel per angelos fecit.

✲ Baſi. Irremiſſe miraculum percuſſæ Aegypti verſat, propter

h *Et excuſſit Pha.* Caſſ. Diabolũ cum miniſtris excuſſit, vt puluerẽ, q̃ celeriter excutit. In hac celeritate, & virtus dei oñdit, & illi terrenæ ſordes indicãt quas ſolem⁹ excutere.

i *Pharaonem.* Aug. Congrue per Pharaonem diabolus intelligitur. Pharao maſculos necat, fœminas ſeruat, ita diabolus virtutes præfocat, concupiſcentiam nutrit. F

k *Sebon regem Amorrhæorum.* ✲ Baſi. Gemina erat beneficẽtia, cũ qđ hoſtes vicerãt, tũ qđ dñi eorũ, q̃ habuerant facti erant: nã & hoc multæ virtutis erat, nõ ſolũ eieciſſe terræ illius habitatores, ſed & alienã terrã occupare potuiſſe.

✲ Theo. Nõ temere aũt alios reges pteriens, hos potiſſimũ in mediũ attulit, ſed populo victoriã diutius conceſſam in memoriã reuocans, quandoquidem iſti ob robur, & potentiam, & corporis magnitudinem gloriabantur. Ceterũ ferreo lecto vtebantur ob corporis magnitudinẽ, cuius nouem cubitorum longitudo erat, & quinque latitudo.

a *Et*

## NICOLAVS DE LYRA.

*Qui fecit lumi. ma.* & quę ſunt illa, ſubdit. 2 *Solem in poteſtatem diei.* quia dies eſt latio ſolis ſup terrã. 3 *Lunam, & ſtellas in poteſtat. no.* i. ad illuminandũ noctẽ. 4 *Qui percuſſit Aegyptum.* Hic ponitur inuitatio ad laudem dei ex beneficijs ...inis collatis Iſraeli, cum dicit, *Qui percuſſit Aegyptum, &c.* ...ũe plagis pp populũ Iſrael liberandũ, vt hr in Exo. 5 *Cũ primogenitis eoru.* Iſta fuit decima plaga, Exo. 12. 6 *Qui edu. Iſra. &c. eorũ.* i. Aegyptiorũ. 7 *In manu potenti, et brachio excelſo.* Timebant. n. oẽs Aegyptij mori, ſi populus Iſrael am...us detineret in Aegypto, Exo. 12. 8 *Qui diuiſit mare rubrũ in diuiſiones.* Ex hoc dixerunt aliqui, quod mare rubrum fuit diuiſum in 12. locis, ita quod quælibet tribus habuit viã per diſtinctã ab alijs. Sed hoc fuit improbatum Exo. 14. Et licet mare diuiſum fuerit in vno tm̃ loco, partes tñ illius diuiſionis dicũtur hic diuiſiones, quia aquæ erant eis pro muro a dextris, & a ſiniſtris. 9 *Et eduxit Iſrael per medium eius, quon.* præbens ei iter ſiccum. 10 *Et excuſſit Pharao. & virtutẽ eius.* id eſt exercitum eius. 11 *In mari rubro.* vbi perſequebantur populum Iſrael ex nimia obſtinatione contra deum. 12 *Qui traduxit populum ſuum per deſertum.* 40. annis quouſque mortui fuiſſent omnes, qui exierunt de Aegypto, præter Caleb, & Ioſue, & filios Leui, eo quod territi verbis exploratorum voluerunt reuerti in Aegyptum, vt dictum fuit plenius, Nume. 14. 13 *Qui percuſſit reges magnos.* Expoſitum eſt hoc pſalmo pręcedenti vſque ibi, Hęreditatem Iſrael ſeruo tuo, incluſiue, hoc excepto, quod ille verſus. Et omnia regna Chanaan, non eſt in Hebræo, nec in tranſlatione Hiero. & ideo videtur hic appoſitus ab aliquo expoſitore, ſicut ponitur in textu pſalmi præcedentis.

I Quia

## MORALITER.

*Qui fe. luminaria magna.* Et quæ ſunt illa, ſubditur.

*Solem in poteſtatem diei.* ideſt, Chriſtũ diẽ glorię facietem.

*Lunam, & ſtellas in poteſtatem.* Ideſt beatã Virginẽ, & alios ſanctos, q̃ ſua cõuerſatiõe tenebras illuminauerũt hui⁹ vitę.

*Qui percuſſit Aegyptum cum primogenitis eorum.* id eſt, principem tenebrarum, eo quod Aegyptus interpretatur tenebra ...m aliorum dæmonum caterua.

*Qui eduxit Iſrael, & c.* ideſt, patres ſanctos de inferno.

*Qui diuiſit mare rubrum in diuiſiones.* Per quod intelligi põt Chriſti corpus amaricatum, & rubricatum in paſſione. Et ...t etiam diuiſum percuſſione clauorum, & lanceæ.

*Et eduxit.* Nã virtute paſſionis ſaluatus eſt populus Chriſtianus, & diabolus cum ſua virtute cõfuſus. ideo ſubditur, *Et excuſſit Pharaonem.*

12 *Qui traduxit populũ ſuũ pe. de.* ſ. pęnitẽtię ad patriã glorię.

13 *Qui percuſſit reges magnos.* id eſt, dæmones, qui Ephe. 6. dicuntur principes, & poteſtates tenebrarum harum.

† *Sebon re.* Sicut dictũ fuit in hui⁹ opis principio, eadẽ res ſignificat diuerſa, & aliqñ oppoſita pp diuerſas ſui ,ppriętates, Sicut leo ſignificat Chriſtũ pp fortitudinem, & diabolũ pp voracitatẽ, ſic in propoſito per regẽ Amorrhæorũ ſignificatur rex Romanorũ, eo q̃ Amorrhęi interpretantur populi illuminati, ſicut dictum eſt pſ. præcedenti. Hic aũt per ipſum ſignificatur dæmon tentans de inuidia, eo quod alia interpretatione Amorrhęi interpretantur amari. Inuidi

a *Et ded. ter. eorum hæreditatem.* Caſſ. Tertia pars vbi deſcendit ad Chriſtianos, exponens beneficia eis data, vt ſic vnum autorem omnium ſcias.
b *Iſrael ſeruo ſuo.* Accipit per Iſrael ſeruũ Chriſtũ. Vel per Iſrael ſeruũ accipit Chriſtianos quibus data eſt promiſſio Iudæorum, Et eſt ſenſus, prædicta beneficia ad literam contulit Iudæis. *Et dedit terram eorum hæreditatem.* Hæreditatem Iſrael, ſeruo, id eſt promiſſionem eis ſub figura factam dedit Chriſtianis. Dedit terrã, etſi hoc videatur de Heb. ad Chriſtianos pertinet, quibus datur promiſſio illis facta, ad quos proprie pertinet humilitas, quam Chriſtus docuit, quos & redemit. pro Heb. enim nullum dedit pretium Aegyptijs.

† cum deiecti ... eramus.
† tribulatoribus.

a ¶Aug Sic, & quod poſſidebat diabolus, dat hæreditatem ſemini Abrahæ, quod eſt Chriſtus.
a Et dedit terram eorum hæreditatem, quoniam. Hæreditatẽ †
a ¶Aug. Interiori, quæ eſt propria Chriſtianis, vel in deiectione. b ¶Quando aduenit.
b Iſrael ſeruo ſuo, quoniam. Quia † in humilitate noſtra me- 1
a ¶Hoc proprie de Chriſtianis. ¶Sanguine unigeniti ſui.
mor fuit noſtri, quoniam. Et redemit nos ab † inimicis no- 2 3
a ¶Spiritualem. ¶Caro mea vere eſt cibus.
c ſtris, quoniam. Qui dat eſcam omni carni, quoniam. Confi- 4 5
d a ¶Aug Hoc eſt, quod ſupra, deo deorum. unde & hic repetit, quod ibi ſubiunxit.
temini Deo cæli, quoniam. Confitemini domino domino- 6
¶Ideo confitemini.
rum, quoniam in æternum miſericordia eius.

c *Dat eſcam.* Theodo. A ſingulari prouidẽtia rurſus in ge[nera]lẽ deſcendit, dei curã circa omnes prædicans, non en[im] modo hominib. ſed ẽt animalibus ratione carẽtibus cibu[m] proponit. Sic enim dominus ſacris in Euangelijs inquit, [A]ſpicite volatilia cæli, quæ neque ſerunt, neque congregant in horrea, pater veſter cæleſtis ſcit illa.
✲ Baſil. Neq; en[im] terræ, neque aeris, [ne]que aquarũ ſunt [fru]ctuum prouẽtus, [ſed] ipſius potentiæ. [I]ter, Neque iuſtis, [ne]que recte facienti[bus] tantum, ſed & pe[cca]toribus, & impijs & vniuerſæ hum[anæ] naturæ potentia[m] ſius potiſſimum [præ]dicat.
d *Omni carni.* Aug. Omni generi hominum, Iſrael, & g[en]tium, non ſicut manna ſoli Iudæo.
e *Dat*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quia in humilitate noſtra. *quia fuimus valde deiecti, & contempti in ſeruitute Aegypti.*
2 Memor fuit noſtri quoniam. *nos inde liberando, ideo ſubditur.*
3 Et redemit nos ab inimicis noſtris. *id eſt, Aegyptijs. qui vitam Iſrael perducebant ad amaritudinem afflictionibus duris, vt habetur Exo. 1.*
4 Qui dat eſcã omni. *Hic ponitur inuitatio ad dei laudem ex beneficio collato omni viuenti vita ſenſibili, cum dicitur,* Qui dat [eſc]ã omni carni. *Viuentia enim vita vegetabili tantum, vt plantæ non [ha]bent carnem. Similiter nec angeli in quibus eſt tantum vita intell[ectiu]a, quia ſpiritus carnem, & oſſa non habet, Lu. vlt.*
5 Confitemini deo. *Licet enim ſit deus totius creaturæ, tam[en ſpe]ciali modo dicitur deus cæli, eo quod videtur ibi clare.*
6 Confitemini domino dominorum. *Totus iſte verſus [ponitur] hic appoſitus ab aliquo expoſitore, quia non eſt in Hebræo, n[ec in] tranſlatione Hiero.*

MORALITER.

vero ſemper ſunt in amaritudine de aliorũ proſperitate. Et ſimiliter per regẽ Baſan ſignificatus eſt ibi rex Francorũ, eo q; interpretatur pinguedo, hic autem p ipſum ſignificatur dæmon tentans de rapina, eo quòd interpretatur bruchus, qui corrodit arborum viridia, & rapit ſimiliter aliorũ bona.
† *Et dedit terram eorum.* quia deus de terra viuentiũ dæmones expulit, & eam fidelibus conceſſit. 1 *Quia in hum[ili]t.* ſicut enim dæmones inde ceciderunt per ſuperbiam, ſi[c fi]deles illuc aſcenderunt per humilitatem. 3 *Et rede.* [i.] ſuo ſanguine. 4 *Qui dat eſcam.* ſua largitate.
5 *Confitemini deo cæ.* Licet enim ſit deus omnium gene[rali]ter, dicitur tamen deus cæli, eo quod ibi videtur faciali[te]r.
6 *Confitemi. do. domi.* Exponatur vt ſupra.

ADDITIO.

In pſal 125. *Confitemini.* vbi dicitur in poſtil. Et notandum, quod in quolibet verſu.
Non videtur neceſſarium eſſe reddere rõnẽ de numero horũ verſuũ. Tũ quia in alijs pſalmis fuit appoſita illa clauſula, ſ. *Quoniã in æternũ miſericordia eius.* ſub alio numero, vt patet in pſ. *Confitemini.* & in alijs. Tũ quia quilibet verſus habet ſpecialem rõnẽ regratiandi deo, & laudandi miſericordiam eius, vt patet intuẽti, vnde rõnabiliter noſtri ſancti doctores, qui vlterius rõnes pertinẽtes ad ſenſum ſpũalẽ ſcrutati ſunt, non curauerunt de reddẽda rõne huius numeri. Dixerũt tñ quod iſte pſ. inter alios eſt notandus, quia hẽt oẽs verſus vni fines, & quicquid ibi dr̃ ad miſericordiã dei refertur. Ratio aũt aſſignata ab ipſo Ra. Sa. inualida vr̃. Tũ quia non minus attribuenda eſt ſuſtentatio mundi miſericordiæ diuinæ poſt dationem legis, q̃ ante, imo forte magis. Tum quia ſi iſtę generationes numerent̃ p Iudã filiũ Iacob, ſicut in genealogia Chr̃i, tũc erũt. 28 generationes, qđ patet ſic. Nã Iuda poſito loco Leui fratre ſuo, cõſtat q; Iudas genuit Phares, q; Eſ[ro]n, q; Abrã, q; Aminadab, q; Naaſon. in cuiꝰ generatione data [e]ſt lex, qbꝰ generationib. additis ſupradictis alijs vſq; ad Iaco[b i]ncluſiue, ſunt 28. generationes, & ẽt ſi per Leui cõputen[tur], ſunt. 27. vt patet diſcurrenti p eas. Si forte qs de hmõi nu[me]ro omnino vult hẽre aliqualẽ myſticã rõnẽ. põt eã accip[ere] ſic: Nã ſecundũ cõputationẽ euangelicã Matt. 1. a Dauid [vſ]que ad tranſmigrationẽ Babylonis fuerũt generationes [14.] & a tranſmigratione Babylonis vſque ad Chriſtũ gener[atio]nes 14. & ſic ſunt a Dauid vſque ad Chr̃m generationes [2]8. a quib. ſi ſubtrahant̃ duę generationes, ſ. Dauid, & Salo[mo]nis, remanent 26. q̃ incipiunt a generatione Roboã, in [qua] filij Iſrael receſſerunt non ſolũ a regno Dauid a deo inſt[itu]to, ſed a cultu diuino, facientes ſibi publice vitulos argẽt[eo]s, & ſic conſequenter in illis generationibus pro maiori p[ar]te deuiauerũt a via domini vſque ad generationem Chriſt[i, in] quo reformata ſunt omnia ſecundũ ſufficientiã. vnde pr[ædi]ctę 26. generationes videntur in miſericordia dei ſuſten[tati].

GLOSSA ORDINARIA.

a *Pſalmus Dauid.* Caſſ. Tertius pſalmus de lamentatione Ieruſalẽ. de hoc, q̃ a Babylonijs deſtructa, ꝓcedunt alij duo, ſ. Vt quid deus repuliſti, vbi agit̃ de captiuitate facta a Romanis. Et, *Deus venerunt,* vbi agitur de vaſtatione facta ſub Antiocho, hic autem de captiuitate facta a Nabuchodonoſor.
Supra. 73.
Sup. 78.

a ¶Iuxta. b ¶Quia agit de captiuitate Iudæorum, quam defleuit Ieremias in figura noſtri, qui ſpiritualiter captiui tenemur.
a Pſalmus Dauid propter Ieremiam.

C Aug. Duę ciuitates ſunt permiſtę corpore, ſeparatę corde, Ieruſalem, & Babylonia. Tenetur autem Ieruſalẽ captiua in Babylonia, ſed non tota, Ciues. n. eius angeli ſunt omnis miſerię exortes, ſed tenetur captiua ſecundũ homines prędeſtinatos ad gloriã, qui per peccatum captiui ſunt, & a patria peregrini. De ea ergo captiua per peccatũ hic agit. De reditu ſup. in, *Te decet hymnus deus in Sion,* ibi dicitur, *Te decet hymnus in Sion,* hic, Super flu. Babylonis ſedimus, & fleuimus. In atrijs Ieruſalem ſtamus ſpe, hic ſedemus humiles pœnitendo, confitendo.
Supr. 64.
Aug. Habet Babylonia amatores ſuos, p repub. labor[ant]es ſed quicunque in ea non ſupbe, ſed fideliter verſant̃, vt [ſi]ã tũ intelligunt, fidẽ exhibeant, q̃ poſſunt, & quibus poſſ[un]t, eos non ſinit deus perire in Babylonia. Intellexit chari[ta]tẽ eorum, & oſtendit eis aliam ciuitatem pro qua labor[ent]. Vnde dicit Ieſus, [Qui] in modico fidelis [e]ſt, & in magno fi[de]lis eſt. Et rurſus, Si in alieno fideles non fuiſtis, quod veſtrum eſt, quis dabit vo[bi]s? De talibus tamen non agit hic pſal. ſed de illis, qui me[rito] & deſiderio ſunt ciues Ieruſalem.
✲ Euthym. Hic pſalmus ex ſacerdotum, Leuitarũ, & C[an]torum, qui in Babylone captiui fuerant perſona conſcri[pt]us eſt, ita tamen, vt quę futura erant prædixerit. Nos etiam [de]cet in huiuſcemodi calamitatibus, eadem agere, atque [ho]c pacto deum ad miſericordiam incitare. Eſt autem hic [pſ]al[m]us apud Hebręos ſine inſcriptione.

Aug.
Theo.

✠ Theo. Hic pſalmus ſine titulo eſt apud Hebręos, ſed nō nulli rem audacē auſi, inſcripſerunt *Dauid per Ieremiam*, & ap poſuerunt. *ſine titulo apud Hebræos*, Porro hoc inſcriptionis fig mentū ſtultitiam eorum, qui ſic inſcripſerunt præ ſe fert. Ie remias nāque minime Babylonē cum captiuis peruenit, ſed um parum tẽporis Hieroſolymæ vixiſſet ab iniquis Iudæis coactus in Aegyptū euſdem itineris par ceps fuit. Quomo o igitur conuenit eremię dicere, *Super umina Babylonis illic dimus, & fleuimus*. Illi iti haud quaquam æc conuenire pa et ex ſupradictis, Ve untamen pſalmi ſen ſus planus eſt. Illi e im captiui abducti, reditum conſecu , ea quæ Babyloni ciderunt narrant.

ralibus, vtrunque de Babylonia eſt. D

c *In ſalicibus*. Aug. quæ rigantur fluminibus Babylonis, ſed ſteriles ſunt ĩ bono opere. Et ſunt in medio Babylonis, ideſt multū mali, ideſt cupidi auari. (Sunt enim aliqui in exteriori bus non ſic cōcupiſcentijs obruti.) Ab his porcis, & canibus ſcripturas auertim⁹, nō enim allegamus, ſed differẽdo ſuſpen dimus.

Caſſio. Vis doloris exaggeratur, quando delectatio qua ſe ſolebant conſolari, ſuſpenditur.

✠ Euth. Per organa muſica illa inſtrumẽta intelligit, cum qui bus canere ſolebant cantica, veluti pſalte rium, citharam aut huiuſmodi. Attulerant enim ea inſtrumenta ad concinen- † citharas noſtras.

## Pſalmus. CXXXVII.

a ¶Omnia, quæ hic amantur, & tranſeunt, quæ attendentes ſancti, non ſe eis amore immiſcent, ſed ſupra ſedent contemnendo, & flent.
¶Vel eos, qui rapiuntur, vel ſe, qui captiui ibi ſunt.
b ¶In tam notabili loco. c ¶Humiliati.

† SVper flumina Babylonis illic ſedimus, 1 †
a ¶Non de alia re, vt multi. b ¶Vbi nihil fluit.
& fleuimus, dum recordaremur tui Siō. 2 3
a ¶Sed. ¶Ideſt malis. b ¶Quæ ſunt. 4
c ¶Babylonis. d ¶Diſtulimus. ¶Subtraximus.
e ¶Scripturas, & promiſſa dei. f ¶Quare.
† in ſalicib. in medio eius ſuſpendim⁹ † organa noſtra. quia il- 5 6
a ¶In Babylonia. b ¶Tentantes, non proficientes. c ¶Diabolus, & angeli eius, qui interrogare dicuntur, dum illi interrogant in quibus operantur. d ¶Rationes aggratulationis noſtræ. e ¶Alias canticorum. 7
lic † interrogauerūt nos, qui captiuos duxerūt nos verba cātio-

### PSALMVS CXXXVII.

SVper flumi. Caſſ. Primò, captiuandos longe poſt ꝑ Nabuchodonoſor (quos defleuit Ieremias) hic ſua mala ere, nec tamẽ, & inter mala obliuiſci Ieruſalem inducit in gura noſtri. Secundo, contra hoſtes ad deum fit conuerſio i, *Memor eſto*.

Caſſ. Quaſi laudibus ſtatim in domo excitatus, captiuus mentationem hanc incipit deſiderio patriæ dicens, Super mina, &c.

✠ Baſil. Multum erat viris iſtis ciuitatis huius deſiderium. onec enim bona poſſidebant, ingrati & contumelioſi ma ebant: Poſteaquam vero eiecti ex illis erant, tum demū cō piſcentia illius tenebantur. Propterea namque eos eiecit, iam vt in maius deſiderium induceret. Qua vero ratione l flumina ſederunt? tanquam captiui, & terra hoſtili deten extra muros, & ciuitates commorabantur.

✠ Theo. Mœrentes ſolent deſerta loca petere, & ibi pro ias calamitates conqueri, hi igitur ad ripas fluuiorum aſſi entes, & ſuæ metropolis ſolitudinem perpendẽtes multas oſundebant lachrymas, fluuiorum curſus imitantes.

✠ Euthy. Conſilio diuino factum eſt, vt poſtquam bona il deſpexiſſent Iudæi, q̃ habebant in manibus, inuiti decide nt ab eis, vt rurſus ad eorū deſiderū commouerẽtur. Hoc cto. n. ſolet deus ad ſenſum atque ad cognitionem eos re care, qui beneficia in ſe collata neglexerint, aut nō cogno rint. Dū illos nimirū a cōceſſis donis permittit decidere.

*Dum re.* Aug. In hoſtili terra dulcis recordatio patrię, Sedi us, non erecti per ſuperbiā, nec iacentes per ruinam. Fleui us incolatū. Multi flent fletu Babylonio, q̃ & gaudent gau o Babylonio, quia gaudent lucris, & flent pro dānis tẽpo ralibus

das diuinas laudes, verum cum ea in ſalicibus ſuſpendiſſent, attoniti rurſum ac mœſti ea ſpectabāt, atque occaſionem illinc lamentationum magnā ſumebant, repetẽtes memoria diuinum cultum, & conuerſationem illam laude dignā, quā habuerant in Sion. Iuxta anagogen, in Salicibus expone, pro in ocio, per ſalices enim, quæ infructuoſæ arbores ſunt, ceſſationem, à cantibus ſignificauit. E

✠ Baſil. Qua ratione organa in captiuitatem abeuntes, ſecum aſportarunt. Diſpenſatū hoc eſt ob eam cauſam, vt inter alienos conſtituti prioris conuerſationis monumẽtum haberent, vt ſymbola cultus illius videntes, amplius morderentur.

✠ Theod. Quando quidem penitus ipſis inutilia erant, cū lex præcipiat, vt in vno loco cultus perficiatur.

d *Quia illic interrogauerunt nos*. ✠ Baſil. Et hinc haud parū emolumenti ceperunt, quod Barbari ipſos vrſerūt, & cātica ex ipſis audire cupierunt. Vide, & hinc quātā correctionem acceperunt. Qui. n. præuaricati fuerant, & de cultu ſuo reſilie rant, iam barbaris vrgentib. & audire deſiderantib. deſiderio illorum ne ſic quidem vtuntur, ſed legem præferunt, & accurate cuſtodiunt. Illud vero, *qui abduxerunt nos*, hoc ſenſu dictum eſt, quaſi dicat, qui antea nobis inſultauerāt, vſque a deo facti ſunt mites, vt & cantica noſtra audire voluerint.

✠ Theodo. Illudentes nos, & noſtris calamitatibus inſultantes, nos canere præcipiebant, vt noſtris cantibus ipſi demulcerentur, non vt hinc aliquam vtilitatem perciperent, ſed vt noſtras res irriderent.

e *Verba Cantio.* Auguſtinus, Vel, cāticorum, vt quid prodeſt Chriſtus? Vel, quæ eſt alia vita? Sed his, qui pleni ſunt malis, non debemus percutere organum, vt ſonet, ſed ſuſpendere. F

Diabolus

### NICOLAVS DE LYRA.
### PSALMVS CXXXVII.

❡ Vper flumina. *Huic pſal. nullus omnino titulus præponitur in Hebræo, nec in tranſlatione Hiero. & ideo titulus, qui in aliquib⁹ libris ponitur, ſ.* Pſalmus Dauid propter Ieremiam, *fuit appoſitus ab aliquo expoſitore. eo quod ſententia pſal. conſonatur lamẽtationi Ieremiæ, quia iſte pſal. loquitur de templi deſtructione, & de Babylonica captiuitate, cuius autor ignoratur ſecundū Hiero. & Heb. Et diuiditur ĩ duas partes, qa primo deſcribitur populi captiuati lamẽtatio. Secundo aduerſantium punitio, ibi.* Memor eſto. *Circa primum dicitur.*
1 Super flumina Babylonis. *quia terra illa abundat aquis fluuialibus.*
2 Illic ſe. *ideſt, diu habitauimus, ſicut dicitur Deut. 1. g. Sediſtis ergo in Cades barne multo tempore.*
3 Et fleui. *habitando ibi in amaritudine. Cuius cauſa ſubditur, cum dicitur.*
4 Dum recor. tui Si. *ideſt templi, quod erat in monte Sion incenſi, & deſtructi. de qua deſtructione plus affligebantur, quam de ſua captione.*
5 In ſalici. in me. eius. *ideſt in medio Babylonis, quæ eſt plena ſalicibus, propter abundantiam fluminum.*
6 Suſpendimus. *id eſt ſubtraximus nos ab omni carmine lætitiæ, non ſolum ratione captiuitatis, & deſtructionis templi, ſed etiam ratione exaggerationis mali, quia Babylonij exigebant carmina lætitiæ ab hominibus in tanta amaritudine conſtitutis, & hoc eſt, quod dicitur.*
7 Quia illic interro.

1 Et

### MORALITER.

1 *Super flumi.* Iſte pſ. eſt lamentatio exiſtentium in Babylonia captiuitate. Morali. aūt eſt planctus peccatoris de hoc, quod fuit ĩ dęmonis ſeruitute. Et magis ꝓprie religioſi apoſtatę de ſua miſeria dolentis. Et ſic de ſe, & ſimilib. di. *Super fl. &c. ſedi. & fle.* i. ꝑ abundantiam noſtrę confuſionis corā deo, & hominibus bonis.
† *Sedi. &c.* i. conſolationis diuinę dū eſſemus in religione.
5 *In ſalici.* per ſalices infructuoſas arbores boni ſterilitas deſignatur.
7 *Quia illic in.* Dęmones. n. qui ducunt apoſtatas in captiuitatē peccati, inducunt eos ad celebrādum diuina cū ſint excommu-

A Diabolus aſtute quærit, vt irrideat. vnde eſt reſpondendū eis, quomodo cātabimus? Paſſus autē vndique interrogatores, adulantes, irriſores, reprehēſores, quaſi inter eos periclitans, animū erexit ad recordationem Sion. Et conſtrinxit ſe iuramento, dicens, *Si oblitus fue. &c.*

a ¶A ſocietate angelorum. ¶Alias adduxerunt. ¶Ad has miſerias.
¶Vbi interrogauerunt verba cantionum dicentes.

num. † Et qui abduxerunt nos, hymnum cantate nobis de 1 2

a ¶Sed. ¶Quaſi, Ita dicunt nobis, ſed nos reſpondemus eis.

a canticis Sion. Quomodo cantabimus canticum domini, in 3 4

a ¶Illis non cantaui, ſed. ¶Inter verba illorum. b ¶Vt illis placere velim.
c ¶Aug. Conditionem ponit, quam neceſſe eſt fieri.

b terra aliena? † Si oblitus fuero tui Ieruſalem, † obliuioni de- 5 6

a ¶Vita æterna. b ¶Aug. Sic contingit, vt pronuntiat. ¶Id eſt obmuteſcam, quia, vt quid ſonat, qui canticum Sion non ſonat?

tur dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non 7 8

c d a ¶Cum amore. vnde ſubdit, Si non propoſuero. b ¶Caſſ. Id eſt ſi non eſt mihi præcipua lætitia de te.

e meminero tui. Si non propoſuero Ieruſalem, in principio læ- 9

f a ¶Ibi eſt ſumma lætitia, vbi deo fruimur. b ¶Ego ita me habeo. ¶Sed.
¶Autem. ¶O. c ¶Qui, & Eſau, & Seu carnalium, qui ſunt inimici ſanctorum.
d ¶Qui euertere volunt Ieruſalem. ¶Sequeſtrationis Ieruſalem, vt ipſi mali puniantur, & boni coronentur.

g titiæ meæ. † Memor eſto domine filiorum Edom; in die Ieru- 10 11

h a ¶Quicquid eſt in ea. b ¶Nec unus remaneat in Ieruſalem. 12

i k ſalem. † Qui dicunt exinanite, exinanite, vſque ad funda- 13

a ¶Ieruſalem. ¶Eccleſia. b ¶Sed o, uel tu etiam. c ¶In ſua exultatione. d ¶Sed. e ¶Quia deus. 14 15

l mentum in ea. † Filia Babylonis † miſera, beatus, qui retri- 16 17

a *Quomodo cantabimus.* Aug. Cauendum eſt ne dum tamen carminibus diſplicere, affectet amicitias eorum, & incipiat delectari in Babylonia.

¶ Suſpiraſſe a nobis ſentit ab eis, ſed non cantare.

⁜ Euthymius. Vide quemadmodum captiuitas illos timidiores reddidiſſet. Nā cum in propria ciuitate ac regione legē eſſent tranſgreſſi, modo in aliena eam obſeruant. Per alienam etiam terram quodcunque humanū cor poteſt intelligi, quod a cultu atque religione dei aliena ſit, & conſona ſunt huic dicto illa diuina verba, *Nolite ſanctum dare canibus, & margaritas nolite proiicere ante porcos.*

† De pœ. diſt. 3. c. inual. eib. † nili.

† Memento.

B

† De pœ. diſt. 3. in falcib.

⁜ Baſil. Qua ratione in terra aliena non cecinerant? non licebat prophanis arcana illa audire. nam etiam ſi patria exciderant, legem tamen ſeruare debebant.

⁜ Theodo. Sane hæc iniquos redarguunt, legem implere ſtudentes, & extra inſtitutos locos legalia perficientes.

b *Si oblitus fuero.* ⁜ Theodo. Hæc a vale dicere docentur, vt ſacræ ciuitatis tenacem memoriam habeant, & ſpe reditus recreati, ne eorum, qui ipſos in ſeruitutem abduxere impietatem diſcant. Dicunt igitur, ne cū a longe a te abeſſem ò Hieruſalem obliuioni memoriam prodidit, & ſi hoc feciſſem, hoc patiar, & ſuperum auxilium ne conſequar. hoc enim vocat dexteram.

⁜ Baſil. Vide, & hinc quanta fuerit in iſtis immutatio, qui namque antea ſingulis diebus audierant, qđ vrbe eſſent eijciendi, nec curauerāt, iam ſeipſos diris deuouēt ſi ipſius obliuiſcantur. Quid eſt aūt, quod dicit, *Obliuioni detur dextera mea.*

C fortitudo mea, inquit, vt virtus mea, obliuioni detur, & mutus prę magnitudine malorum reddar, ſi tui oblitus fuero.

c *Dextera mea.* Aug. Quicquid facis ꝓ æternis dextera operatꝰ, ſi & alió intenderis, ſiniſtra ſe immiſcuit, & in ea delectatus quaſi in dextera perdis æterna.

d *Adhæreat.* Caſſ. Mutus fiam in laudibus dei, quod eſt ſolatio fletus, & miſeriarum.

e *Lingua mea.* Aug. Cāticum Ieruſalem, lingua noſtra, cū ſeculi, lingua barbara. Mutꝰ eſt deo, q oblitꝰ eſt Ieruſ

⁜ Euthym. Hæc etiam a nobis dicenda ſunt de ſuperna Hieruſalem, per dexteram opera virtutis intelligit, per linguā vero ſcientiæ contemplationem, lingua ipſius ſermonem profert, & ſermo ſcientiam, & contemplationis ſenſus explicat. per guttur etiam gulæ effectus intelligere poſſumus, hoc eſt ciborum voluptatem. Obliuioni inquit detur omnis mea operandi potentia, atque hoc per ipſam ignauiam, & omnis ſimiliter contemplandi virtus ciborum adhæreat voluptati, ita vt ad diuinæ ſcientiæ delectationem, de cætero mobilis fiat, & in ea amplius non verſetur.

f *Si non propoſuero.* ⁜ Baſil. Non ſimpliciter inquit tui memor ero, Sed et in hymnis, & canticis, hoc eius eſt, quod dicit: *Si non præpoſuero.* Hoc eſt ſi nō pręcinuero, ob quod vehementer deſiderantes, & vehementer accenſi erga illā era

g *Memor eſto.* Secunda pars, vbi contra hoſtes ad deum conuerſio. Memor eſto, in die ſequeſtrationis, vt puniātur.

h *Filiorum Edom.* Aug. Filij Edom, i. Idumæi impedimento fuerunt reædificantibus Ieruſalem, vel, in deſtructione coniuncti Babylonijs. vnde dicit, Filia Babylonis miſera. *Edom* Moral. eſt carnalitas, quæ ad illicitos motus nos ſeducit.

i *Edom.* Aug. Eſau, omnes carnales, Iacob, ſpirituales, maior carnalis homo, minor ſpiritualis, quia prius quidem animaleꝰ, poſtea quod ſpirituale Omnes carnales inimici ſunt ſpiritualibus. vnde ait: Memor eſto, libera nos ab illis.

k *Exinanite.* Caſſ. A ſimilitudine ciſternæ, vnde ſi aqua hauritur, ad fundamentum peruenitur. Sed quid prodeſt, & vitam talibus tollere, quibus in fundamēto, (qui eſt Chriſtus) vita æterna eſt. dum putant nocere mali, coronas dant.

l *Filia.* Aug. Per ſucceſſionē facta eſt filia Babylonis ciuit

maloru

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et qui abduxerunt nos. *de Iuda in Babylonem captiuos, dicebant nobis ſupple.*

2 Hymnum cantate. *hoc eſt de canticis, quæ cantabantur in templo, quod fuit in monte Sion. Et ſubditur reſponſio Iudæorum.*

3 Quomodo canta. canti. do. *ideſt deputatum diuino cultui.*

4 In terra alie. *ideſt idololatriæ ſubdita. q. d. nullo modo debet hoc fieri. Vnde, & Balthaſar rex applicans vaſa diuini cultus humanis vſibus, ſtatim fuit a deo punitus, vt habetur Da. 5. a.*

5 Si ob. f. t. Ie. *ideſt deſtructionis tuæ cantans canticum lætitiæ, quaſi oblitus deſtructionis tuæ.*

6 Obli. de. de. me. *ideſt tota virtus mea ꝑ infirmitatem, vel mortē.*

7 Adhę. ling. *ita quod non poſſim loqui.*

8 Si non me. t. *dolendo quaſi continue de tua deſtructione.*

9 Si non pro. *i. ſi accidente mihi cauſa alicuius lætitiæ, non recordabor in principio de tua deſtructione dolēdo, & ſupplendū eſt, puniar a deo. vnde dicitur, Eccle. 11. c. In die bonorū ne immemor ſis malorū.*

10 Memor

10 Memor eſto domine filiorum. *Hic conſequenter ponit aduerſantiū punitio. Et primo, Idumæorū, qui ſemper fuerūt Iudęis moleſti, ſicut Eſau a quo deſcēderūt Idumæi, quærebat occidere Iacob a quo deſcēderūt Iudæi, vt habetur, Gene. 27. ideo dicit,* Memor eſto dñe fi. Edom. *Ideſt Idumæorum, ad puniendum eorum nequitia*

11 In die Ieruſalem. *Ideſt deſtructionis Ieruſalem, in qua fuerunt Idumæi cum Babyloniis, eos incitantes ad totalem deſtructionem ciuitatis, ideo ſubditur.*

12 Qui dicunt. *Ideſt dixerunt Babyloniis.*

13 Exinanite exinanite. *id eſt totaliter exterminate Ieruſale*

14 Vſque ad fun. *Conſequenter petit pſal. pūnitionem Babyloniorum di.* 15 Filia Baby. *ideſt gens Babylonica.*

16 Miſera. *In Hebræo, & in tranſlatione Hiero. habetur, Vaſta & loquitur de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ, Prænidit enim regnum Babylonis deſtruendum per Cyrum, Darium, ideo ſubditur.*

17 Beatus, qui re. ti. re. tuam. *id eſt pœnam tibi debitam.*

1 Qua

MORALITER.

communicati, vt ſic augmentetur grauitas peccati. Sed quia ſynderesis remurmurat malo, ideo ſubditur reſponſio.

3 *Quomodo cantabimus.* ideſt alienati a religione noſtra, q. d. nimis grauis eſſet hęc culpa. Et quia per talem remorſum redire deſiderant ad religionis ſuæ ſtatum, ideo ſubditur in perſona cuiuſlibet talis.

5 *Si oblitus fue. tui Ieru.* i. religiōis ſacrę in qua viuebā ī pace.

6 *Obliuioni detur de. m.* i. ſalus mea, q̄ ꝑ dexterā deſignatꝰ. Et eadē ſententia repetitur ad maiorem aſſertionem, cū dicitꝰ.

7 *Adhæreat, &c.* i. ꝑdicta mala mihi cōtingāt, niſi pręcipuū gaudiū eſſet mihi iterum recipi ad religionis meæ ſtatum.

10 *Memor*

10 *Memor eſto.* Qūo religioſi non ſolum a dæmonibus impugnantꝰ dicto modo, ſed ēt a malis hominibus iniuſte moleſtantꝰ, ſubditur. *Me. eſt. fi. Edō.* qui interpretatur terrenus | quod mali homines terrena tantū ſapiētes filij Edō dicun

11 *In die Ieru.* i. ad religionis cōſolationē per diē ſignificatā, q, fit qñ malitia talium eam iniuſte turbantium ſm ordinem iuſtitiæ repellitur, aut punitur de qua malitia ſubditur.

12 *Qui dicunt exinanite exina.* Vellēt enim ſi poſſent religionem deſtruere. Congregatio vero talium filia Babylonis confuſionis conuenienter dicitur. ideo ſequitur.

15 *Filia Babylonis miſera.* ratione culpæ.

17 *Beatus, qui retribuet tibi.* ſ. pœnā debitam ſecundū ordi

iuſti

lorum, ſicut eccleſia, Ieruſalem ſcilicet, ciuitas bonorũ ſucceſſionem filia Sion.

Caſſ. Filia Baby. Moral. Caro eſt, quæ confuſionem peccatum ingerit, cui digna compenſatio datur, vt ſicut cõcitat vitia, ita repreſſa ſubdetur virtutib⁹. Qđ carni retribuere totum eſt, qui e- paruulos, qui de- ne naſcuntur, id- motus malos, an- iam creſcant, ne liberi, allidunt petram Chriſtum, confracti diſpereant.

a Beatus, qui te. Aug. Quam retributionẽ? vt Babylonia nata in mundo dũ parui ſunt, parentũ, & ſeculi ſuffocat errores, Ita qui iã iuuenes, data agnitione dei paruulos Babylonis allidunt, i. naſcentes cupiditates antequã robur accipiãt, facilius vincunt, ſed & maiores ad petrã occidendę ſunt.

Euthy. Irã ſuã populus ad immaturam etiam ætatẽ extendit. Beatos eos dicens, qui vel ipſos Babyloniorũ infantes ſæuitia crudeliter occiderint. Verum non huiuſmodi ſunt ſunt noſtra fidelium vota, qui diſcipuli ſumus mitiſſimi, ac miſericordis domini, qui vel ipſos etiam inimicos diligi iuſſit, & eorum curam haberi. D

a ¶Alliſionem ſpiritualem pro alliſione corporali. b ¶Odium pro dilectione noſtra.

a buet tibi retributionem tuam, quam retribuiſti nobis. Bea- 1

¶Chriſtum. 2

tus, qui † tenebit, & allidet † paruulos ſuos ad petram. 3

✻Baſil. Prophetæ multa quidem de ſuis loquuntur, multa vero, & de aliorum paſſionibus diſſerunt. Quod ſi mentẽ huius quæſieris audies eum dicentem, Si retribuis retribuẽtibus mihi mala, quãdo vero aliorum paſſiones exponit, tunc iram, & dolorem exprimit. Id quod, & Iudæorum deſiderium in medium adducens fecit, qui etiam ad immaturam vſque ætatem iram ſuam extenderunt.

✻ Theo. Igitur Cyrus beatus eſſe dicitur cum in illos animaduertiſſet, & hos liberaſſet, non quia ſynceræ pietatis alumnus erat, ſed quoniam pium populum liberare dignatus eſt, & vt diuinum templum ædificaretur iuſſit. Cæterũ deus perexiguos fructus ſuſcipit, & magnas remunerationes præbet. Sic duos viduæ obolos laudauit. E

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Quam retri. no. *id eſt propter mala, quæ feciſti nobis.*

2 Beatus, qui tenebit, & alli. par. ſuos. *In Hebræo habetur, tuos & tranſlatione Hier. ex quo patet, ꝙ litera cõmunis, quæ habet par ſuos, intelligitur de paruulis Babylonis, quos crudeliter interfecerunt Medi, & Perſæ in Babylonis deſtructione, ſecundũ quod dicitur Iſa. 13.d. Babyloniis,* Suſcitabo ſuper vos Mœdos, qui argentũ non quærãt, nec aurũ velint, ſed ſagittis paruulos interficiẽt, & lactantibus vteris non miſerebuntur, & ſuper filios non parcet oculus eorum.

3 Et allidet. *Ex crudelitate enim accipiebant pueros per pedes, & allidebant capita eorum contra parietes.* Moral. *poteſt exponi pſalmus iſte de quolibet pœnitente, qui lamentatur ſe fuiſſe in captiuitate dæmonis per peccatum mortale, & petit punitionem dæmonis, et membrorum ſuorum in gehenna ſecundum ordinem diuinæ iuſtitiæ.*

## MORALITER.

Iuſtitiæ. pſal. 105. Beati, qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam in omni tempore.

1 *Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos ſuos ad petr.* id eſt beatus erit, qui retinebit ſuis exhortationib⁹ bonis filios eorũ, ne fiant imitatores ſcelerum paternorum, & ſic elidantur, vt moriantur peccato, & viuant Chriſto.

## GLOSSA ORDINARIA.

a *Pſal. ipſi Dauid.* Caſſ. Captiu⁹, ꝙ fleuerat quaſi reædificata Ieruſalem, & templo, & quaſi conciuis illi parti Ieruſalẽ, quæ non fuit captiua. i. angelis, exultat, & laudat primo bñficia ſibi data. Ex perſona igitur eccleſiæ, ꝙ in ſuperioribus eſt ſpe, expectans ibi eſſe in re.

Theodor. Poſt è Babylone reditum, cum gentes, quæ in ipſis ſtruerunt Iudæi diuina ope profligaſſent, hymnum de gratiarum actione afferunt. Hæc nunc diuinus Dauid vaticinatur.

a ¶ Chriſto, cui ſit huius pſalmi tota confeſſio.

### Pſalmus ipſi Dauid. CXXXVII.

¶ laudabo. a ¶ Totum cor in aram tuæ confeſſionis impono, totum accende flamma tui amoris.

Onfitebor tibi dñe in toto corde meo, 1 2

a ¶Interioris. b ¶Cui prope eſt deus: Adhærens iniquitati, intus non clamat, etſi extra vociferetur.

qm̃ audiſti omnia verba oris mei. In cõ 3 4

a ¶Et. ¶Coram angelis pſalterium, & gaudium meum eſt: coram hominib[us] qui neſciunt gaudium iuſti, ſed putant miſerum quem vident flagellari.

ſpectu angelorũ pſallam tibi, adorabo 5 6

c *In conſpectu.* Aug. In laudãdo propono mihi angelos, quibus æquari, ſicut nunc, ita poſt dignitate expecto. Hi autem in laude dei nihil aliud proponunt, quam ipſum. In conſpectu ergo angelorum in ea puritate qua te cõſpiciunt angeli, vt in te ſolo ſibi acquieſcant, ego pſallam.

* Baſilius. Illud *In conſpectu angelorum.* Alius, *In conſpectu deorũ.* inquit pſallam tibi. Quid eſt igitur, quod dicit? Si angelos dicit, cum ipſis inquit cæleſtibus virtutibus cantaturum me tibi, cumque illis etiã certaturum ac vna tripudiaturũ affirmo. Si vero alteram verſionẽ receperimus, videtur mihi de ſacerdotibus loqui, Sacerdotem enim, & angelum, & deum vocat. Q. d. Sacerdotibus præſentibus ac præcinentibus ſuccinam, ac ſubſecutus eos tibi cantabo. F

## PSALMVS CXXXVII.

b *Confitebor tibi domine.* Primo commẽdat beneficia ſibi data. Secundo dicit quomodo hæc ad omnes dilatentur, ibi, *Confiteantur tibi domine, &c.*

## NICOLAVS DE LYRA. PSALMVS CXXXVII.

1 Confitebor tibi. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Dauid. Ex quo apparet autor pſalmi, non tamen eius materia, ſed ex circunſtantia literæ videtur, quòd ſit gratiarum actio ipſius Dauid, poſtquã liberatus fuit à perſecutione Abſalon, & rebellione Sibæ filij Bochri, & venit ad templũ domini ad adorandum, & regratiandũ, ſicut promiſerat fugiens a facie Abſalon, prout habetur 2. Regum. xv. f. Et dixit rex ad Sadoc:* Reporta arcã Dei in vrbem, ſi inuenero gratiam in oculis domini, reducet, & oſtendet mihi eã, & tabernaculum ſuum. *Et ſecundum hanc ſententiam pſ. iſte in duas partes diuiditur, quia primo Dauid ipſi deo regratiatur. Secundo, alios regẽ hortatur ibi.* Confiteantur tibi. *Circa primum dicit Dauid.* Confitebor tibi domine. *confeſſione laudis, & gratiarũ actionis.*

2 In toto corde meo. *id eſt, in toto intellectu, & affectu.*

3 Quoniam audiſti omnia. *Hoc non eſt in Hebræo, nec in trãſlatione Hierony. vnde videtur, quod primo fuerit quedã glo. ad oſtendendum cauſam quare Dauid gratias deo agebat, ſcilicet, eo quod orationẽ ſuã exaudiuerat, qua petiuerat a perſecutione Abſalom liberari, & poſtea hæc glo. forte interlinearis fuit inſerta textui per imperitiã ſcriptorum, ſicut in multis alijs locis Bibliæ factum eſt ſimile.*

4 In conſpectu angelorum. *Secundum illud, Matth. 18. b.* Angeli eorum ſemper vident faciẽ patris mei, qui in cœlis eſt.

5 Pſallam tibi. *quærens tibi placere, & angelis tuis, & non hominibus vanis.*

6 Adorabo ad templum ſanctum tuum. *id eſt, verſa facie, & extenſis manibus ad ipſum: Sic enim orabant Iudæi vbicunque eſſent, vt habetur 3. Regum.*

## MORALITER.

1 Confitebor. Iſte pſal. eſt gratiarũ actio ipſius Dauid pro ſua liberatione ab Abſalõ filij ſui perſecutione. Moral. autem eſt gratiarũ actio pro liberatione pręlati a perſecutione tyrãni, qui deberet eũ, vt patrem timere, & reuereri, & ſic dicit *Confi. tibi.* non ſicut hypocritæ, qui Deum orant tantum ore.

4 *In con.* qui de voluntate tua fuerunt in auxilium mihi.

6 *Adorabo ad templum.* protendens manus ad cœlum.

1 *Et*

a ¶Ideſt pro æternis, vt ſm ſocius angelorum. b ¶Ideſt laudabo te.
a ad templum ſanctum tuum, & confitebor nomini tuo. † Su- 1
b a ¶Qui peccatorem reſpicis. ¶Qui uocas. b ¶Quia promiſſionem reddis. 2
¶Qui remuneras.
per miſericordia tua, & veritate tua, quoniam magnificaſti 3
a ¶Cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. b ¶Chriſtum. c ¶Ergo. 4
d ¶Tempore, uel ſine nube. c ¶Vt quando ſine nube cupiditatis.
c ſuper † omne nomen ſanctum tuum. In quacunque die in- 5
a ¶Aug. Quia iam non terrena peto, nouo inſtructus teſtamento, ſed hoc mul. in ani. mea uir. 6
b ¶Plene ea prunit ſanctum deſiderium. c ¶Non in carne peto. 7
d ¶Non aliud in anima.
d uocauero te, exaudi me, multiplicabis in anima mea virtu- 8
a ¶Hoc iam fit quotidie. b ¶Moderati uiri, qui carnem regunt, & ſpiritui ſubdunt. 9
¶Cur? c ¶Obedienter. 10
e re. Confiteantur tibi domine reges terræ, † quia audierũt om-
f a ¶Quæ prius abſcondita in una gente Iudæorum, quibus credita ſunt eloquia. b ¶ Reges terræ,
ut uiatores. ¶ Quæ ſunt miſericordia, & ueritas. c Hoc cantent.
nia verba oris tui. Et cantent in † uijs domini, quo- 11
Non regum. 12
g niam magna eſt gloria domini. Quoniam excelſus do- 13
a Aug. Si ergo uolunt reſpici, ſint humiles. b Superbos. Auguſtin. Si ſuperbi, non
eum latent, ſed a longe uidentur. c Quia per gratiam non eſt cum eis.
h minus, & humilia reſpicit, & alta a longe cognoſcit. 14
i †

1. Cor. 3. b. — a *Ad templum ſanctũ tuum, & con.* * Aug. Intra nos eſt quo A adoremus, vnde, *Templum dei ſanctum eſt quod eſtis vos.* Tñ & in angelis habitat deus, angeli ſurſum, fideles deorſum. Sed ſi gaudẽt de ſpiritualib. non de terrenis, ad illud tẽplũ adorant futuri ſocij illorũ, pro quibus venit dominus angelorũ.

Im. — ✠ Baſi. Neque hęc virtus exigua eſt, pura cum conſcientia in templum aſcendere, & illic adorare, neque enim, quod hic quęritur ſimpliciter eſt genua flectere, aut templum introgredi ſed animo feruẽti, & compoſito, non corpore tantum, ſed interno animi affectu.

omnia nomẽ animi, vt per eloquiũ tuũ.

quoniam. — ✠ Theod. Erit mihi pro cælo templũ tuo nomini conſecratum. in illo enim te B colam, & benignitatem, qua in me vſus es pro anſa laudes de gratiarum actione tibi canendas arripiã. Iuſtitiam in hoſtes cernens, hos enim tanquam iniuſtos veritate vſus ad interitum condemnaſti, me autem tua miſericordia ſeruaſti.

b *Super mi.* Aug. Vniuerſæ viæ domini miſericordia, & veritas. Non ſunt aliæ viæ, quibus ad nos venit. Non ſunt aliç, quibus ad eum veniamus, has deo reddemus miſericordiã in ſubueniendo, veritatem in iudicando.

Pſal. 24. b. — c *Super omne nomen ſanctum tuum.* Caſſ. Vel ſuper nomen ſanctum tuum, cum nobis cultura tua innotuit.

d *In anima.* Et quia in anima pōt fieri carnalis multiplicatio, addit, virtutem. q. non aliud in anima peto, niſi virtutem.

✠ Euthy. Hoc eſt tu animæ meæ nõ mediocrẽ rationem habebis, quinimmo magnę illa tibi erit curę, pręſertim cum hoc facere poſſis. Vel aliter tu, inquit, potentia tua animam meam extolles, hoc eſt exaltabis, & facies eum calamitates atque ęrumnas omnes ſuperare, verbũ, *enim magni pendes* pro quo in Græco hoc in loco habetur πολυώρησεις idẽ ſignificat, quod rationem habere ſeu magnifacere, quemadmodum, & Græcum ὀλιγωρέω idem ſignificat, quod paruipendo.

e *Confiteantur.* Caſſ. Secunda pars, vbi dicit quomodo hæc C bona ad omnes ſint dilatanda. Q. meo exẽplo. Cõfiteãt, &c.

f *Omnia ver. o. tui.* Aug. Quæ modo vbique reuelata ſunt, & ad oẽs gẽtes miſſa. Quod ſignificatum eſt in vellere Gedeonis, Qui iturus cõtra Madianitas, petit ſignũ a domin[o] vellus irrigaret, ſicca manẽte area. Deinde petijt, vt v[ellere] ſiccato cõplueretur area. Area, orbis terrarũ, vellus, ge[ns Iu]deorũ, in medio orbe terrarum habens gratiæ ſacram[en]non in manifeſto, ſed in nube ſecreti, tanquam pluui[a] vellere, ſed ex[ ] vellere, pluuia manifeſta eſt, r[ ] perta. Solus C[ ] ſuauitas pluuię gratię hunc [ ] neſcis, o Iudęę[ ] pturis, propter [ ] factę ſunt, qu[ ] bis terrarum r[ ] quo irrigata e[ſt] Et ita vellere [ ] au. omnia ver[ ]

g *Magna eſt g[loria]* Si humiles ſun[t] amant, & cãtã[t] ſi ſe extulerit[ ] meãt, quod ſec[ ] *Quoniam excelſ[us do]nus.*

✠ Euthym. [ ] co pro *gloria* [ ] gimus, quę di[ ] gloriã tantum, ſed opinionẽ etiam ſignificat. magn[ ] quit, opinio illa, quæ hr̃ de deo, eo quod magnum e[ſt] opinantur, qui illius beneficia cognouerunt. vel, ma[ ] gloria eius, cum homines vna atque angeli eum glo[ri]ficẽt.

✠ Baſil. *Magna eſt gloria domini,* i. manifeſta omnibu[s] per beneficia erga quoſuis facta. Quod vero dicit. *Q[uoniam] excelſus dominus.* excelſus quidẽ eſt natura, excelſus e[ſt] verũ hic ſeſe ad captũ Iudaici cultus demittendo lo[ ] & magis acerbe, illud vero, quod ſequitur hoc quoq[ue] ficit, & humilem quoque auditorẽ magnanimum

h *Humilia pe.* Caſſ. Non eſt hic humana conditio, v[t] humilis deſpicitur, ſuperbus reſpicitur. Sed dominus h[umilia] reſpicit.

i *Alta a longe co.* Aug. Nõ hoc agit ſuperbus, vt min[us] cte videatur a deo, ſed vt non ſit cũ illo, a quo vr̃. Se[d] tingit iuſtis tribulatio, adeſt deus viuificator. Vel, alt[a a lon]ge, alia litera, i. valde ſuperbos, qui non inuenerunt t[ribula]tionẽ, & dolorẽ huius peregrinationis, qa neſciunt, v[t] amãt verã patriã. His ergo neſcientib. euenit tribul[ ] eã non agnoſcunt. Econtra in medio tribulationis ſi[ ] in hac vita degẽtes eã totã tribulationem eſſe, & m[ ] agnoſcunt, lugentes hunc incolatum. Vnde ſubdit[ ]

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et confitebor nomini tuo.* in laude, & gratiarũ actione, & ſubditu cauſa.

2 *Super miſericordia tua.* q̃ mihi feciſti liberando me de pſecutione Abſalõ, & diſſenſione excitata per Sibam. 2. Re. 20.

3 *Et veritate tua.* i. iuſtitia tua, q̃ feciſti puniendo eos ꝑ ſua culpa, quia Abſalõ cum ſuo exercitu fuit debellatus, & Siba decapitatus. 4 *Quoniam magnificaſti,* i. magnificare feciſti.

5 *Super omne.* ideſt, ſuper omnem virtutem creatam.

6 *Nomen tuum.* Oẽs enim homines boni audiẽtes prædictã miſericordiam dei erga Dauid, & iuſtitiam erga Abſalom, & Sibam, magnificabant nomen eius laudibus extollendo.

7 *In quacunque die inuocauero te exaudi me.* hoc dixit, quia beneficium diuinum iam præſtitum præbet confidentiam obtinendi futurum, ideo ſubditur.

8 *Multiplicabis in anima mea virtutem.* ſcilicet patientiæ, & obtinendæ victoriæ.

9 *Confiteantur tibi domine omnes reges terræ.* Hic confe[ ] inducit alios reges ad laudem dei, ex cuius virtute c[ ] ſtatus, & dignitas eorum, di. *Confitean. tibi domine.* rec[ognoſcen]tes tuum dominium generale.

10 *Quia audierunt omnia verba oris tui.* i. illa, quę feci[t] contra Abſalon, & Sibam. Et non loquitur de regib[us] generaliter, ſed de regibus in circumitu Iudęę exiſte[ntibus] ad quos venit rumor ꝑdictorum, qui cito diuulgatu[r] ne nominant facta dei eius verba, quia eius facere, & [ ] ſunt idẽ, ſm quod dicitur ſupra pſal. 32. a. Dixit, & fa[cta]

11 *Et cantent in vijs domini.* ideſt propter vias domi[ni] ſunt eius opera.

12 *Quoniam eſt magna gloria.* Iſtud debent cantare [ ] laudis diuinę. Et quia non ſolum gloria domini eſt in ſe, ſed etiam in effectu, ideo ſubditur.

13 *Quoniam excelſus d.* vt attollat.

14 *Et alta a longe co.* i. ſupba ab ęterno cognoſcit, v[t depri]mat. vñ in Heb. hr̃, *Et a longe cog.* hoc dr̃ ſpiritualiter

*Confiteantur*

## M O R A L I T E R.

1 *Et confitebor.* ipſum laudando.
2 *Super miſeri. tua.* qua me liberaſti.
3 *Et veritate tua.* qua meam innocentiam declaraſti, & ſic nomen tuum magnificum oſtendiſti.
7 *In qua.* i. ex beneficio prętcrito ſpero ſimiliter de futuro.
9 *Confiteantur.* q̃m bonus pręlatus non ſolum deum laudat ſed etiam alios ad hoc inuitat. ideo ſubditur. *Confi. ti. o. r. ter.* ideſt cęteri pontifices in ſpiritualibus regnantes. 1. P[e]tr. 2. *Vos eſtis genus electum, re. ſacerdotium.*
10 *Quia au.* profitentur enim in ſua conſecratione [ ] notitiam vtriuſque teſtamenti.
11 *Et cantent.* deuote celebrando diuina.
13 *Quoniam excelſus dominus, & humilia re.* vt attoll[at]
14 *Et alta.* ideſt ſuperba.
† *A longe co.* vt deprimat, ſic exponit Aug.

A a *Si ambu.in me.* tui. Aliter non viuificat,niſi in medio tui. vnde.Beati qui lugent, væ ridentibus.

Matt. 22. b *Super iram.* Aug. Hoc ipſum quod iraſcuntur mihi,tua eſt in illos animaduerſio , id eſt punitio . Eſt.n. eis iraſci pena, non tantum culpa. Dũ ergo hoc permittis,ſuper omnes vindictæ manum extendis.

c *Dextera tua.* Non habet Deus dexterã vel ſiniſtrã. Sed dextera Dei dicitur felicitas æterna, ſiniſtra felicitas temporalis. Aliquando ergo non ſaluat in ſiniſtra ſanctos ſuos,ſed ſemper ſaluat eos in dextera.

d *Retribuet.* Auguſti. Quod ego non poſſum.vnde: *Non voſmetipſos defendentes chariſſimi,ſed date locum iræ.* vñ: *Mihi vindictam,& ego retribuam,dicit dominus.* Vel tangit illud qđ in euãgelio legitur de Chriſto. Qui cũ vellet cenſum ſoluere ꝓ ſe & pro Petro, illis qui tributũ exigebant,dixit Petro. *Vade,& mitte hamũ in mare,& piſcem qui primo aſcenderit,tolle,& aperi os eius,& inuenies ibi ſtaterem*, ideſt, duas didrachmas.i.quatuor drachmas, quem vt poſtea addidit,da illis pro me & pro te. D Hoc ſpecialiter fecit Chriſtus,qui quod nõ rapuit, ꝓ nobis ſoluit. Chriſtus ergo primus piſcis hamo mortis captus,primus ſurgens de mari,quia primogenitus a mortuis in cuius ore inuenimus duas didrachmas.i. quatuor drachmas,quatuor.ſ.euangelia,qui

1 bus a vexatione hu-
2 ius ſeculi liberamur,
3 nec iã debitores re-
4 maneamus . Ibi.n.
5 omnia peccata no-
6 ſtra ſoluũtur. Pro no
7 bis ergo reddidit , q
8 pro ſe nil debuit , in
9 quo princeps mũdi
10 peccatum non inue
nit,quare occideret.

e *Domine miſericordia , &c.* * Baſilius. Duas haſce iuſtificationes ponit,quibus benignitas Dei acquiratur. Vnã quod miſericors ipſe eſt & bonus. Alteram quod cõditor & factor eſt. Verũ ſicuti iſtis ſaluari petimus,ita & dignũ quid miſericordia oſtendamus.

* Theodoretus. Hanc deprecationem propheta attulit a ſancto ſpiritu edoctus, debitum naturæ opificem naturæ perſoluturum.

a Quæ ſemper inſtat ſaltem a diabolo. Si in hac vita fuero,eam totam miſeriam reputans,& veram patriam quærens.

a **ſi ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me , & ſu-**

b a ¶ Super id quod poſſunt inimici,eſt manus tua. Poſſunt enim vt plus occidere,ſed non a te ſeparare,vel amplius vindicans dum diuitius licet eis conterere me,quia vel moriuntur vel conuertuntur,vt pauci iam aperte impugnent nomen Chriſtianum.

**per irã inimicorũ meorum extẽdiſti manum tuam, & ſaluum**

a ¶ Non ſiniſtra quæ temporaliter ſaluat. b ¶ Quaſi:Non ego ſed dominus. Pro me pretium redemptionis. Alias.Domine retribues.

c **me fecit dextera tua . Dominus retribuet pro me , domine**

d a Quaſi,Nolo diem hominis qui temporalis,ſed æternam.

e b In æternum. c Quod homines ſumus,vel iuſtificari a te. Noſtra opera ſi videris,damnas,tua ſi videris,coronas.

**miſericordia tua in ſeculum, & opera manuum tuarum ne † deſpicias.**

---

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ *humilitatem Dauid fugientis a facie Abſalom nudis pedibus incedendo & lamentando,vt habetur 2.Reg.25.& iniurias Semei humiliter diſſimulando.2.Reg.16.Quam humilitatem Deus reſpexit,ipſum Dauid in regno reſtituendo. Et propter ſuperbiam Abſalom quem deiecit a regno ( quod inuaſerat ) per mortem vilem & aſperam , nec poſt ſe reliquit prolem maſculinam ad ſui memoriam , vt habetur.2. Reg.18.Et quia beneficium a Deo obtentum præſtat confidentiam obtinendi aliud de futuro in caſu ſimili,ideo ſubdit Dauid.*

1 Siambulaue.in m. *ſicut fecit fugatus ab Abſalom.*

2 Viuificabis. *i.ſaluabis,me a morte imminenti.*

3 Et ſu.iram.ini. *ideſt Abſalom,Achitophel,Sibæ,& conſimiliũ.*

4 Extendiſti manum tuam. *faciendo de eis vindictam.*

5 Et ſaluum me fecit. *a perſecutionibus eorum.*

6 Dextera tua. *ideſt virtus tua,& non mea. Et quia Dauid ſic ſperabat de futuro,ſi caſus conſimilis contingeret,ſubditur.* E

7 Dominus ret. pro me. *pœnam mihi aduerſantibus.*

8 Domine miſericordia tua. *quia ſemper paratus eſt recipere recurrentes ad ipſum.*

9 Opera manuum tuarum. *ideſt me & regnum meum,quod per te conſecutus ſum.*

10 Ne deſpicias. *ſubtrahendo a me manum protectionis tuę. Moraliter poteſt exponi pſal.iſte,vt ſit gratiarum actio deuota cuiuslibet liberati diuinitus a perſequentium tribulatione , & inuitatio aliorum ad confeſſionem deuotam laudis diuinæ.*

---

## MORALITER.

1 *Si ambulauero in me.* dando mihi virtutem patientiæ.

3 *Et ſuper iram inimic.* de præterito, & ſpero quod ſic facies de futuro.

7 *Dominus retribu.* ſcilicet vindictã, quę eſt ſibi reſeruanda.

9 *Opera manuũ tuarum.* i. hominẽ,qui quodammodo eſt omnis creatura . Habet.n.commune eſſe cũ inanimatis, viuere cũ arboribus,ſentire,cũ animalibus,intelligere , cũ angelis.

---

## ADDITIO.

In pſal 137. *Confitebor tibi domine,* vbi dicitur in poſt. *Dominus retribuet pro me.* In Hebr.habetur. *Dominus perficiet pro me,* vt ſupplebis pro me. Et ſic erit ſenſus, quod Dauid petebat a Deo, vt opera ſua imperfecta vel diminuta, per ſuam miſericordiam perficeret & ſuppleret eius defectus.

---

## GLOSSA ORDINARIA.

a ¶ Chriſtum. Attribuitur. Toti Chriſto.

a **In finem pſalmus Dauid.**

*In finem pſalmus Dauid.* Caſsio. Pſalmus rofunditate myſteriorum plenus, & ine obſcuriſsimus. Hæc autem obſcuritas nyſteriorũ ex peccato primi parentis acceſsit,cui dictũ eſt.

Gen. 3.d. i dolore & ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Ex primo rgo peccato hanc pęnam ſubimus, quo in ſudore vultus oſtri & labore manducamus panẽ qui eſt Chriſtus , q ait.

Ioan. 6.f. *go ſum panis viuus,&c.* In prophetis velatus , iu euangelio anifeſtus.

Aug. Loquitur totus Chriſtus,tanquã vnus & integer vir, ropter nimiã vnionem capitis & corporis , quę ſignata eſt primorum parentũ cõditione,quia & fęmina de viro eſt. nde dicitur. Iã non duo Chriſtus & eccleſia , ſed vna caro, uia de nobis carnem ſuſcepit . Non autẽ vna nobiſcum dinitas eſt,quia ille creator,nos creatura, Quicquid ergo louitur ex perſona ſuſceptæ carnis,& ad caput pertinet , qđ m aſcendit in cęlum,& ad membra quę peregrinantur in rra vt ſint duo in voce una,ſicut duo in carne una.

C

* Theo. In nonnullis exemplaribus inſcribitur, *Zachariæ in diſperſionem.* Hoc nec apud Hebræum,nec apud ſeptuaginta,nec alios interpretes inueni , ſed aliqs cum pſalmum intellexerit ut uoluerit inſcriptionis additionem fecit. Atqui pſalmus Ioſiæ regis prædictionem cõtinet. Hic enim ex impio patre natus,taliſque etiam aui nepos,im pietatem quidem illorum execratus eſt, & per omnem uirtutem inceſsit,& diuino amore incenſus,omnes Idolorum ſacerdotes cõfixit,eos uero qui pietatem amplexi ſunt omni cura dignatus eſt. Hæc pſalmus uaticinatur. Cæterũ propheticus ſermo ipſum deprecantem inducit,& Dei pręſciẽtiam erga ſeipſum admirantem .

* Beda. Ipſi Dauid,ipſi Chriſto domino ſignificat,ad quẽ pſalmi iſtius refertur uniuerſa confeſsio.

✱ Idem. Et perſona populi fidelis intelligentis domini potẽtiam,& quod nulla etiam ſecreta maieſtatem eius fallere poſſunt,pſalmus iſte componitur. Aliter uox Petri Apoſtoli pęnitentis. F

PSAL. CXXXVIII.

A Domine probaſti me. Caſſ. Primo, de notitia Dei, quę omnia opera cōprehēdit, & reuerti & exultātis: quę quaſi cogit eũ qui latere non poteſt reuerti, maxime cũ manus Dei ibi eum tetigerit. Secũdo dicit non eſſe a Deo fugiendum, ſed ad ipſum, ibi: *Quo ibo.* Tertio, quanta ſit exultatio reuerti ad Deum, ibi: *Confitebor tibi.* Quarto, quomodo mali ei non noceant, ibi, *Si occideris Deus, &c.*

PSAL. CXXXVIII.

a ¶ Secundum quod ego homo. Vt in paſsione. Experimentis. b Non quod ante non nouerat ſed aliis tunc notum fecit. Vt in reſurrectione.

Domine probaſti me, & cognouiſti me: 1

a ¶ Voluiſti approbari, ſecundum voluntatem tuam factum eſt. Vt enim Chriſtus caput ſeoit & reſurrexit, ſic & illi ſedent humiles in patientia: Surgunt erecti in ſpem vitæ æternæ, ſedent confitentes peccata, ſurgunt iuſtificati gratia. b Humilitatem in paſsione.

tu cognouiſti ſeſsionem meam, & reſur- 2

a Glorificationem in reſurrectione. 3

rectionem meam Intellexiſti cogitationes meas de † longe, 4

a Arctiora præcepta. b Alias directionem. Alias limitem. Hæreditatem.

ſemitam meam † funiculum meum inueſtigaſti. Et omnes 5 6

a Opera. b Sine veritate. Alias dolus. c Et vere præuidiſti, quia.

vias meas præuidiſti, quia non eſt ſermo in lingua mea Ecce 7 8

domine tu cognouiſti omnia, † nouiſsima & antiqua. 9

a Secundum hominem. Vt iuuares. vnde. Manus enim mea auxiliabitur. Alias grauaſti, b Quod non ſuper primum 10

tu † formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam. 11

† accubitum meum circun
d diti i. vias
q te euades.
† Exiiſti

a *Domine probaſti.* Aug. Iam in Ieruſalem reſtitutus, memor diſceſsionis ſuæ in qua Deum latere non potuit, in qua & eum ſecuta eſt manus domini, deliberat non eſſe ab eo fugiēdum, ſed ad eum per eũ vnde ſibi magna non nocent mala. Hæc eſt perſona
B totius humanę naturę reuertentis.

* Theo. Virtutis index, non modo eſt paupertas & calamitas, ſed etiam regnum & felicitas. Sicut enim in rebus triſtibus probamur, ſi viriliter ferre poſſumus res graues q̄ accidunt. Eodem pacto ſecũdis rebus exercemur, & oſtēdimur ſiue ob felices res efferimur, ſiue harũ rerũ naturā cognoſcimus. Igitur cum regnum beato Ioſiæ commiſſum eſſet, & cum pietate ipſum gubernaſſet, iure ait, *domine probaſti me, &c.*

b *Cognouiſti.* * Beda. Purę animę, & conſcientię ſanæ ſunt verba, & poſtquam dixit: *probaſti me, &c.* Ne quis ſuſpicaret̃ poſt finem rerum Deum ea quę fiunt diſcere, congruenter admodum ſubdit. *intellexiſti cogitationes.*

c *Intellexiſti.* Caſſ. Pręſcientia deitatis hic oſtenditur. Lōge non loco, ſed tempore, quia omnia antequā ſint, videt. Semita, ad tacitas cogitationes ptinet. Vię, ad humanos actus. Funiculus vel directio ad iuſta iudicia. Nouiſsima de incarnatione. vt, *Verbũ caro factum.* Antiqua, ęterna. In principio erat verbũ. Hæc ſunt noua & vetuſtiſsima, de quib. in Leuitico dicitur vel in lege, vel in Deuteronomio. *Vetuſtiſsima veterum comedetis, & nouis ſuperuenientibus vetera proiicietis.*

Alia.n. ſunt vetera, alia noua, alia vetuſtiſsima. Vetera ſunt promiſsiones legis & prophetarũ de venturo tunc Chriſto.
C Noua ſũt pmiſsionũ impletio, veritatis exhibitio. Vetuſtiſsima quę ad diuinitatis ęternitatē pertinent. Nouis ergo ſuperuenientibus vetera ſũt proijcienda, ſed vetuſtiſsima ſeruanda. Quia enim in ipſa veritate domini aduētus figura & promiſsio ceſſare debet. Inde eſt q̃ tres miſſæ in natali domini celebrātur. In prima de ęterna filij genitura cātatur. *Dominus dixit ad me.* In ſecũda de promiſsione aduetus. *Lux fulgebit.* In tertia de impletione promiſsionis. *Puer natus eſt. &c.* Et qa ille idem qui eſt Dei filius, factus eſt hominis filius, ideo illo miſſæ officio, vbi cantatur de æterna genitura Dominus dixit, legitur euāgeliũ de temporali Chriſti natiuitate, *Liber generationis.* Et in miſſa vbi de tēporali cantat̃ natiuitate legitur euāgelium agens de ęterna verbi genitura. Cantatur enim. *Puer natus eſt.* Et legitur, *In principio erat verbum.* quia veritate exhibita, figuræ ceſſare debent. Ideo officiũ ad promiſsionē pertinens, ſequētibus diebus nō repetitur. Sed illud q̃ pertinet ad promiſsionis completionem. ſ. *Puer natus eſt nobis.* Scientia patris per eũ p̄dicata. Mirabilis facta hominibus, quibus tot arcana paruerunt. Et cōfortata eſt pectoribus hominũ. Non potero. Ecce veritas humanę conditionis, quia homo aſſumptus diuinæ ſubſtantię nō poteſt æquari.

D d *De lon.* Aug. Cum adhuc in peregrinatione ſum, antequam ad patria veniam, vt filio minori redeunti occurrit pater, intellexit eius cogitationes de longinquo, quia apud ſe dixerat egeſtate confectus. *Surgam, & ibo ad patrem meum.*

e *Semitam meam.* ſ. malam, quam iui patrem deſerens.

f *Et funicu.* (alias) limitem quouſque perueni, longe quæ ieram, ſed tu ibi. Vt deprehenſus fugitiuus loquitur, ſequente ſe vindicta Dei.

g *Et omnes.* antequam irem eas, & permiſiſti me in labore ire, vt redirem ſi nollem laborare, hoc fateor.

h *Quia non eſt do.* iam in tua gratia iuſtificati.

i *Nouiſſi.* mea quando porcos paui. Antiqua, quādo partem ſubſtantię perij, hoc ſecũdũ parabolā. Sed myſtice. Antiqua, quando per antiquum peccatum lapſi ſumus. Nouiſsima, quando in hanc mortalitatem venimus, quę eſt vltima ſi redire volumus, alioquin reſtat ęterna.

K *Formaſti me.* ad labores, ad quos omnes nati ſumus.

l *Poſuiſti* (alias) Grauaſti manum, vindicem, grauantē ſuperbum

NICOLAVS DE LYRA.
PSAL. CXXXVIII.

Domine. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo:* Ad victoriā pſal. Dauid. *In quo apparet autor pſal. ſ. Dauid, & modus cantandi hunc pſal. cum præmittitur:* Ad victoriam. *quia cantabatur a Leuitis cum quodam conatu vnius chori cōtra alterum ad habendum victoriam in cantu, ſicut frequēter dictum fuit ſupra. De materia vero huius pſal videtur ex circunſtantia literæ, quod ſit quædā aſſurrectio ad confeſsionem diuinæ laudis ex conſideratione eminentiæ diuinæ. Et diuiditur in duas partes, quia primo Dauid deſcribit Dei eminentiam. Secundo conſurgit ad eius reuerentiam, ibi:* Quia tu poſsediſti. *Prima in duas, quia primo deſcribit celſitudinem diuinæ ſcientiæ. ſecundo latitudinem ſuæ præſentiæ, ibi:* Quo ibo. *Circa primum dicit.*

1 Domine probaſti me & cogno. me. *ideſt cognoſci me feciſti. Homo enim probat aliquid, ad hoc quod notitiam accipiat de illo, ſed Deus cuius ſcientia eſt infinita, non ſic probat, vt acipiat notitiam, ſed vt alii accipiant, & hoc modo loquitur, Gen. 22. ca.* Nunc cognoui, quod timeas Deum. *ideſt, cognoſcere feci. per hoc enim quod Abraham ad mandatum Dei voluit filium immolare, fuit nota hominibus promptitudo ſuæ obedientiæ, & ſimiliter per tribulationes, quas Dauid ſuſtinuit a Saule, Abſalom, & aliis patienter, nota fuit hominibus perfectio ſuæ patientiæ.*

2 Tu cogno. ſeſsio. meam. *i. quicquid feci ſedendo vel ſurgendo, quieſcendo vel ambulādo. Aliter exponitur ſic.* Tu cog. ſeſsi. meam. *i. inthronizationem meam ſuper regnũ Iſrael.* 3 Et reſur. meam. *ideſt, reſtitutionem meam in regno poſt mortem Abſalom, quia vtraque a Deo fuit. Et quia non ſolum cognoſcit exteriora, ſed etiam latentia in corde, ſubditur.*

4 Intel. co. &c. *i. ab æterno.* 5 Semitam me. *i. iuſtitiæ exercitium, ſecundum quod dicitur. 2. Re. 8. a. Et menſus eſt Dauid duos funiculos, vnum ad occidēdum, & alium ad viuificandum.* 6 Inueſti. *i. perfecte cognouiſti, ſicut res quæ inueſtigatur vſque ad minima, perfecte cognoſcitur, quia inueſtigatio proprie dicta quæ importat diſcurſum ab vnius rei notæ ad aliam cognoſcendam, non eſt in Deo.*

7 Et omnes vi. me. *antequam eſſem in rerum natura.*

8 Quia non eſt ſer. *ſupple ſufficiens ad explicandum celſitudinem tuæ ſapientiæ, ideo ad hoc ſubditur.*

9 Quia nō eſt ſer. *i. oīa quæ erũt, & quæ fuerunt, quantũcunque aliis latentia.* 10 Tu for. me. *principaliter, quia cauſæ ſecũdæ non agunt niſi in virtute primæ.* 11 Et po. ſu. me. *ad tenendum me in eſſe. Artifex enim creatus completo artificiato remouet manũ ſuam ab eo, ſicut carpentator a domo facta, quia nō eſt eius cōſeruator, ſed tantum factor, ſed artifex omnium Deus formata creatura nō ſubtrahit manum*

MORALITER.

1 *Do. probaſti.* Sicut dixi in expoſitione literali, pſal. iſte videt̃ quędā eleuatio ipſius Dauid ad confeſsionem laudis diuinę eminentię Dei ſup creaturas diligenti conſideratione. Nec mihi uidetur alia cōuenientior expoſitio hic ponenda, quod quilibet fidelis exemplo Dauid attendat diligenter hanc eminentiam, ita vt ſurgat ad laudem diuinam.

bum ſalubriter, vt erigat humilem. In grauata manu.
a *Mirabilis.* & incomprehenſibilis mihi.
b *Facta eſt ſci.* Non eſt mihi facile contemplari te, quem ſuperbus reliqui, vt prius eram cum eſſem apud te, quando dixi, da mihi partem ſubſtantiæ.

a b c d e f g h i K l m n o p q r

a Hominibus, quibus tot arcana patuerunt. b ¶ Super illum ſcilicet primum hominem deſpicabilis. c Per meam præuaricationem. d Infirmata per illum Adam. e Tamen.

1 † Mirabilis facta eſt ſcientia tua † ex me, cōfortata eſt, & non 2

a Vanitas humanæ conditionis oſtenditur. b Quaſi nuſquam. c Præſentia. Ab ira.

potero ad eam. Quo ibo a ſpiritu tuo, & quo a facie tua fu- 3 4

a Mente ad ſuper cœleſtes angelos. Nuſquam, quia. Vt in aſcenſione fecit. b Quia quod perdidit angelus, tuum eſt. Ibi locandus ſum ad dexteram tuam. c Vt fecit cum expirauit.

giam? ſi aſcendero in cęlum, tu illic es, ſi deſcendero ad in- 5

a Ad eos qui non perdituri ſunt. b Per vindictam. Cuius virtute aereas poteſtates debellauit. c Si bona facere volo, non ſine te. Virtutum. d Alias in directum, vt nec erigar præſumptione, nec mergar deſperatione.

fernum, ades. Si † ſumpſero pennas meas † diluculo, & ha- 6 7 8

a Non in medio vbi mergerer. b Scilicet ades. Quia. c Vt erigar, quaſi aere, non tangens cœlum per elationem, nec terram per deſperationem.

bitauero in extremis † maris. Etenim illuc manus tua de-

a Ne recidam. b Gratia. Filius verbum mihi vnitum. Mihi. c Ironia, irriſio hoc opinantium, quod ipſe qui lux, conculcetur a tenebris. d Tot mala ſeculi.

ducet me, & tenebit me dextera tua. Et dixi, Forſitan tene- 9 10 11

c *Ex me.* ideſt ex peccato meo.
d *Confor.* (alias) inualuit.
e *Et non potero.* attingere ex me. Aug. In Exodo legitur dominū dixiſſe Moyſi: *Non poteris videre faciem meam.* Sed ponā te in foramine petræ, & protegam te dextera mea, donec tranſeam, tollamque manū meam, & cum tranſiero, poſteriora mea videbis. Moyſes eſt Iudaicus populus, manus domini ſuper eum, vt non videat faciem trāſeuntis. Cecitas eſt in Iudæis, vt nō cognoſcant diuinitatem Chriſti, donec p paſſionē tranſeat de hoc mundo ad patrem. Poſt trāſitū tollit dominus manū ſuam, & videt Moyſes poſteriora, quia poſt reſurrectionē ablata eſt cæcitas eorū qui crucifixerant dominū. Sicut ergo ſuper Gentilem populū poſita manu Dei, incomprehenſibilis facta eſt ſcientia Dei. Ita grauata manu ſuper Moyſen. ideſt Iudæos, non potuerunt videre Chriſtum eſſe Deum, donec tranſiuit ad patrē. Tunc. n. prædicante Petro multi de illis conuerſi ſunt. Cōcluſit ergo Deus omnes vel omnia in infidelitate, vt omnium miſereatur. Et cum fugitiuus te non lateo, cuius limitem vides.

Euthym. Per cognitionē Dei nihil aliud ſignificare vult, quam ſcire & cognoſcere eum qualis naturæ ſit. Nā qd ſit Deus, hoc pculdubio ſcimus, quid autē, aut qualis ſit ipſius ſubſtantia ignoramus. Similiter qd vbicunq; Deus eſt nouimus, quomodo autē id fieri poſſit neſcimus pari etiā modo nouimus, quod bonus eſt, quod miſericors, quod ſapiens & potens, ſed bonitatis, miſericordiæ, ſapientiæ, & potentiæ modus, aut qualitas a noſtra cognitione procul eſt.

*Quo ibo a ſpiritu tuo.* Caſſ. Secūda pars, vbi iam deliberat nō eſſe ab eo fugiendum, ſed ad eum, ab irato ad placatum, qd eſt per ipſum quo plenus eſt mundus. *Spiritus enim domini repleuit orbem terrarum.* Quo a facie tua fugi. vertit ſe hac & illac, quaſi quærens locum fugæ.

* Theodoretus. Notandum eſt, docuiſſe eandem operationem habere & Deum, & ſanctum Spiritum. *Quo ibo,* ait, a ſpiritu tuo, *& quo a facie tua m fugiam.* Sane quorum vna eſt operatio vna omnium eſt potentia, & quorum vna potentia eſt vna natura, vna igitur eſt Dei & ſpiritus ſancti natura.

Euthymius. Per ſpiritū Dei & per faciem Dei, Deū ipſū circumloquitur. Vel per ſpiritum Dei ſanctum ſpiritum intelligit, per faciem vero ipſum filium, tanquam veram patris figuram, & certiſſimum illius diuinæ naturę characterē. *Qui enim,* inquit, *vidit me, videt patrem meum.* Per cælum autem

tem ſuperna & per infernum, inferna loca denotauit, deinde etiam abyſſum dicit, & profundum maris, per quæ omnia inacceſſa hominibus loca ſubſignauit. D

g *Si aſcendero in cælum, tu illic es, &c.* ſi me extulero, inuenio repreſſorem, ſi de iuſtitia mea ſuperbiero: Tu ibi es, cuius vere eſt iuſtitia. † per me excelſa eſt.

h *Si deſcendero.* peccando venero.

i *Ad infernum.* vel in profundum, & nolens cōfiteri dicam, quis me videt.

K *Ades.* vt vindices. Inuenit conſilium, ſed ſic potero fugere iratum.

l. *Si ſumpſero pennas,* duas alas charitatis, quas perdideram, *Quo ibo a.* † auroræ

m *Pennas.* Caſſiodorus. Quę meæ poteſtatis, ideſt efficaciā deitatis, qua corpus de ſepulchro leuauit. Has ſumpſit diluculo, ante lucem, ideſt tempore reſurrectionis, & habitauit in extremis maris, hoc eſt ſuper ſeculi ampliſſimum finem. E

* Euthym. Per alas potentiam illam mentis intelligit, qua humanus intellectus mouetur, ſi alis, inquit, intellectus mei in abyſſum maris peruenero, eo conſilio vt illic ſaltem poſſem a te abſcondi, potentia tua tamē nihilominus illuc me deducet, & rurſus detinebit me.

n *Diluculo, &c.* * Theodoretus. Diluculum orientis portas vocauit, extremas vero maris partes Occidentē, alto & profundo longitudinem & latitudinem oppoſuit, edocens diuinā naturam minime circumſcribi poſſe. Sane huius potentiæ propheta Ionas periculum fecit. Cum enim vniuerſitatis Deum fugitare conatus eſſet, & captus fuit, & vndis proditus eſt, & veluti in quibuſdam vinculis in cetum cōiectus eſt, & ad quam miſſus erat urbem deductus eſt.

* Euthym. Per diluculum illud tempus intelligit, quo potiſſimum humana mens ſobria eſſe ſolet.

o *Et habita in ex.* Aug. Mente, in fine ſeculi, vt non ſeculum amem, ſed eius finem, in quo ſit mihi requies. Sed & ipſe illuc ducit, unde ſubdit.

p *Etenim il. ma. tua.* Conſiderans autem longinquitatem uiæ, ſubdit. F

q *Et dixi for. te. con. &c.* Abūdat iniquitatis ſeculi, qua pennæ charitatis refrigeſcere poſſunt. Et quia in nocte deſperaui tranſire mare, nox mihi facta eſt illuminatio: Venit mulier ſapientia Dei, quæ drachmam, ubi eſt imago regis. i. hominem perdiderat, accendit de ſe lucernam quæ de luto eſt. i. carnem, & nocte illuminata inuenit drachmam. Luc. 15. b.

Et dixi. Aug. deliberaui.

r *Forſitan te.* Tenebras dicit illam inferiorem partē rationalis creaturę contrariam infiſtentem. ſ. iniquos homines vel carnem, unde timet. Et eſt. Tenebræ. i. inferior rationalis creatura ſiniſtram tenens viam.

* Theodoretus. Symmachus autem ſic interpretatus

## NICOLAVS DE LYRA.

manum ſuam ab ea, quia non eſt tantum factor eius, ſed etiam conſeruator, & ideo ſi retraheret manum ſuam ab eius conſeruatione, decideret in nihilum. Et propter prædicta concludit.

1 Mirabilis, &c. *ideſt mirabilior quam ego poſſim cogitare, propter quod Hieron. tranſtulit: Mirabilior eſt ſcientia tua a me. Hebræi enim non habent comparatiuum gradum, ſed vtuntur poſitiuo pro eo cum ablatiuo caſu, ſecundum quod habetur ſupra pſal. 117. Bonum eſt confidere in domino, &c. i. melius.*

2 Confortata. *i. ſuper omnia eleuata.*

3 Et non. *ſ. comprehendam.*

4 Quo ibo. *Hic conſequenter oſtendit latitudinem diuinæ præſentiæ, quæ ſe extendit ad omnem locum, propter quod dicit.* Quo ibo. *i. a te ipſo, quia ſpiritus eſt Deus, Iohan. 4.*

5 Et quo a facie. *ideſt a præſentia tua, quaſi dicat hoc eſt impoſſibile. Quod probat conſequenter dicens.*

6 Si aſcendero in cęlum. *per refulgentiam tuæ gloriæ.*

7 Si aſcendero in infernum, ades. *per exercitium tuæ iuſtitiæ.*

8 Si ſumpſero pennas meas diluculo, &c. *ideſt ſi haberem pennas, quibus poſſem citiſſime vel altiſſime volare ante claram diem, & ſic peruenire ad extrema maris.*

9 Etenim illuc manus tua deducet me. *ſine qua nulla creatura poteſt aliquod opus facere.*

10 Et tenebit dextera tua. *aliter deciderem in nihilum, vt prædictum eſt, & ſic non poſſem effugere præſentiam tuam.*

11 Et dixi. Forſitan tene. *quaſi dicat: Poſſet aliquis ignarus dicere, licet Deus ſit præſens vbique, tamen non videt ea quæ fiunt in tenebris, ſicut homo exiſtens in loco tenebroſo non videt ea quæ ſunt in præſentia ſua, hoc remouet, dicens.*

tus eſt, neque tenebræ tenebricoſæ erũt ſuper te, ſed nox ſicut dies apparebit, tenebre inquit tenebre mihi sũt, ego n. A lucis & tenebrarum differẽtiam habeo, tibi vero mentis lumini, & nox lucidiſsima, & omni luce meridiana clarior.

a *Conculcabunt me.* In timebam, ſed nox facta eſt illuminatio in delicijs meis. i. illi qui prius nox, illuminati eum ſunt in delicijs. Quia te ſpectatores. *Nõ obſcu.* a peccatoribus de gẽtibus ſicut dicti ſancti de Iudæis. *Sicut tene. eius ita & lu.* quia quatenus agnoſcit, eatenus ignoſcit. Sed vñ hoc mihi? quia tu poſſediſti renes meos.

† occultaunt.

† texiſti me n.

b *Nox il.* Aug. quæ erat horror, illuminata eſt deliciæ.

c *Quia tenebræ.* Au. Qui non confitetur peccata, ſuas tenebrat tenebras, ſed ſi confitetur, Deus illuminat.

† Non fuerunt occultata oſsa mea a te, quia feciſti in abſcõdito, contexuiſti in inferioribus terræ. i. in vtero.

d *Sicut tenebræ eius.* Aug. Noſtrę noctis, idest humanæ vitæ miſeriæ. Nox, eſt ſeculi aduerſitas, dies B eiuſdẽ proſperitas. Sed ſi Deus habitat in anima promittens aliã lucem, & docẽs non lętari proſperis, vel frangi aduerſis, incipit homo his indifferẽter vti, & ſic eſt ei nox huius noctis, vt dies eius, & in omni tẽpore benedicit Deũ, vt Iob. & ſi hoc eſt, tenebrę non conculcabũt quem lumẽ nõ extollit.

Iob. 1. d.

* Euthym. Hoc eſt, duo hęc ęque ſe habebãt apud te, ęque lucent, ęque ſplendeſcunt & iuxta hoc ſenſus eſt, qđ omnia apud Deum manifeſta ſunt, intelligũtur etiam hæc verba iuxta alium ſenſum, tentationum inquit atque afflictionum tenebris ſtipatus dixi, qđ dominationes forſitan mei dominabuntur, verũ te ita poſt modum volente, nox illa nigroris illuminatio lętitię mihi effecta eſt. Gregorius vero Theologus aliter hoc dictũ expoſuit, me inquit delicijs vacante, nox illa deliciarũ quę mẽtẽ obtinebat, viſa mihi eſt quędam eſſe illuminatio, nox enim inqt undique mihi miſero erat, & ignorabam, arbitrabar enim delicias lucem eſſe.

e *Quia tu poſſediſti renes meos.* Aug. Vnde hęc differẽtia tibi? quia interior poſſeſſor nõ ſolũ cor. i. cogitationes tenet, ſed & renes, ideſt delectationes, vt non delectet lux noctis, ſed lux ſapientiæ ſuæ.

f *Confitebor tibi.* Caſſ. Tertia pars, vbi dicit, reuolanti ad Deũ, Deo illuminante, renes poſsidente, quanta eſt exultatio & multiplicatio.
C

*Anima*

g *Anima mea cognoſcet nimis.* Auguſti. Iam cognoſcit anima mea valde, ante erat mira ſcientia tua ex me, nec poteram ad eã, ſed modo poſſum, quia noctem illuminaſti, renes poſſediſti, de vtero ſuſcepiſti, ideſt quia venit mihi gratia tua, illuminauit me.

a Illi qui prius non. b Erit. Illuminabuntur a me. c Deliciæ noſtra Chriſtus, in quo exultamus.

a bræ conculcabunt me, & nox illuminatio mea in delicijs 1
b

a Peccata, & homines mali myſtica ſcripturarum. b Aug. Sed flagellando erudis, & vera luce illuminas. c Huius noctis. Tenebroſus & obſcurus ſermo.

c meis. Quia tenebræ non † obſcurabuntur a te, & nox † ſicut 2

a Pateſiet, ſicut apertus ſermo. b A te. c Et cum hoc ſit d Scripturæ. Noctis ſunt. 3
e Indifferenter: Quia in vtriſque in opertis & apertis ſimul veritas eſt, & vtraque per Chriſtum reuelata ſunt.

d dies illuminabitur, ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius. † Quia 4
e

a Vt ſine peccato fieret conceptus meus. b Et. Præpoſtere hoc dicit. Prius enim eſt ſuſcipere, quam poſsidere. c Virginis Mariæ. 5
De conſuetudine meæ ciuitatis Babyloniæ, in qua prius natus ſum captiuus, non indifferenter habebam lucem & tenebras noctis.

tu poſſediſti renes meos, † ſuſcepiſti me de vtero matris meæ. 6

a Ideo. Laudabo. b Aug. Eo ipſo quo te miramur terribilis es, & ita cum tremore gaudemus, quia timemus ne ſuperbi perdamus, quod humiles percepimus c Per illum. i. Adam decidit homo, per me emicuit quam ſis magnificus.

f Confitebor tibi, quoniam terribiliter † magnificatus es mi- 7

a Non modo tu. Circa me. Quia nemo cognouit patrem niſi filius. Alias valde. 8

g rabilia opera tua, & anima mea cognoſcet nimis. † Non eſt 9
h

Diuinitatis. a Ideſt malis occultum. 10
b Secundum hominem. 11

occultatum os meum a te quod feciſti in occulto, & ſubſtan- 12

a Ille inter angelos, non tamen ſtetit. Ideſt de fragili terra. 13
b Et ideo miſericorditer viderunt.

K tia mea in inferioribus terræ. † Imperfectum meum vide- 14

h *Non eſt occultatum os meum a te quod feciſti in occulto.* Augu. Os ab oſſe, non ab ore. Eſt ergo quę firmitas interior, quæ eſt abſcondita hominibus, ſed qui feciſti eã, vides quæ frangi non poteſt. Occidi enim poſſunt ſancti, flecti nequeunt, hominibus extra triſtes videntur, D autem qui intus videt, gaudent. vnde Apoſtolus, Qu triſtes, ſemper autem gaudentes.

* Baſilius. rum de præſcientia Dei loquitur, omnia illius arc eſſe dicit, aut al quod dicit opif videlicet, & fig

tionem.

* Theo. Aquila ſic interpretatus eſt, non delituerunt mea a te, quibus in occulto factus ſum, effictus ſum ſicut infima parte terrę. Nihil inquit te latere poteſt, qui hominum naturam in recondita naturæ officina formas.

i *Subſtantia mea in inferioribus terræ.* Aug. In carne. & tamen os non cedit malis huius inferioris. Non ita mirum, ſi angelus eſt fortis, quã ſi caro fortis, quod eſt ex oſſe occulto, quid de his quibus non eſt hęc fortitudo? Chriſtus qui caput dicit patri. Imperfectum, & titubantes reſpicis, vt P ne pereant. Et omnes ſcribentur & nominabuntur, non do perfecti, ſed imperfecti, non ergo deſperent.

k *Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes, &c.* Aug. qui hucuſque locutus eſt ex perſona corporis, hic loquitur ex perſona capitis.

* Theo. Porro Symmachus ſic explanauit, informem præuiderunt oculi tui cum omnibus qui in libro tuo ſcripti ſunt nulla die deficiente ad creationem. Sic ne inquit diſti priuſqam effictus & formatus eſſem, vt eos qui iam lucem editi & perfecti ſunt & nulla die indigent, & in libris inſcripti ſunt. Horum librorum etiam Beatus Daniel meminit. *Iudicium enim,* inquit, *ſedit & libri aperti.* E minus in ſacris Euangelijs, veſtri capilli capitis omnes

mea

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et nox illuminatio mea in delicijs meis. *quaſi dicat, ipſa nox illuminata eſt coram Deo, vt videantur ibi ab ipſo deliciæ carnales, quæ communiter fiunt in tenebris, ſecundum illud Iob. 24. c.* Oculus adulteri obſeruat caliginem. *Et probat conſequenter, quod nox ita nota ſit Deo, ſicut & dies, dicens.*

2 Quia tenebrę, &c. *Quia nihil in eis exiſtens latet te.*

3 Et nox ſicut di. il. *ideſt ita clare patet conſpectui tuo, ſicut & lux. Propter quod ſubditur.*

4 Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius, &c. *ideſt eodem modo patent ipſi Deo, & ea quæ fiunt in vtroque.*

5 Quia tu poſſediſti, &c. *Hic conſequenter ex præcedentibus Dauid conſurgit ad laudem diuinam. Et primo, ad laudandum Deum in ſe. Secundo, in amicis ſuis, ibi:* Mihi autem, &c. *Circa primum dicit:* Quia tu poſſediſti. *formando me in vtero matris.*

6 Suſcepiſti me, &c. *in vita me conſeruando, & in perſecutionibus protegendo, & ad dignitatem regni promouendo. Q. d. propter iſta & conſimilia.*

7 Confitebor tibi. *bonitatem tuam recognoſcendo.*

8 Quia ter. &c. *In tranſlatione Hieron. habetur, quia terribiliter magnificaſti me, & eſt eadem ſententia, quia Deus magnificãdo Dauid*

*modo*

*modo prædicto, declarauit hominibus magnitudinem ſuæ bonitatis & potentiæ, ideo ſubdit Dauid.*

9 Mirabilia opera tua, &c. *non ſolum in me, ſed in omnibus creaturis, quia minima etiam creatura non poteſt ad plenum inueſtigari ab homine, vt puta per quam virtutem ferrum trahitur a magnete.*

10 Et anima mea, &c. *ideſt conabitur quantum poterit ad cognoſcendum opera tua, & maxime beneficia mihi facta, inter quæ eſt formatio mea, ideo ſubditur.*

11 Non eſt oc. *& accipitur hic os oſſis, quod latet in carne, ideo ſubditur.*

12 Quod feciſti in occulto, &c. *q. d. quomodo eſſet tibi occultatum, qui feciſti illud intra carnem vbi occultatur aliis, ſed non tibi.*

13 Et ſub. mea, *ideſt ſubſtantia corporis mei non latebat te, cum adhuc eſſet in materia vnde facta eſt, quæquidẽ materia pro maiori parte eſt terra, quæ eſt inferius elementum.*

14 Imperfectum meum. *In tranſlatione Hiero. habetur, informem me adhuc viderunt oculi tui. Res enim antequam ſit formata, eſt imperfecta. Eſt igitur ſenſus: Cum eſſem adhuc in fieri, viderunt me oculi tui, quia Deus cognoſcit res perfecte antequam ſint in actu eſſe.*
C

rr rari ſūt,libri igitur intelligendi ſūt Dei ſcientia,& tenax memoria omnia continens, ſic cum diuina peruidiſſet proprium propoſitum aperit,non ambitione vtens ſed vtilitatis exemplar proponens.

* Baſil. Aut idem denuo dicit,quoniam nondum formatū me vidiſti, aut de actibus ipſis, qm̄ (inqt) quod nondum factū eſt,cognoſcis.

a *Dies formabuntur* (alias) Per diem errabunt. Dies,hic manēs adhuc erat Chriſtus, vnde dicebat: Ambulate dum lucem habetis. Qui inter ſuos multa mira ſe cerat, & tamen imperfecti trepidabāt, vt & Petrus,ne in morte eū pderent. Et hoc eſt quod hic ait, omnes ſcribētur, ſed tamen per diē errabant imperfecti adhuc de Chriſto non recte ſentientes. Et nemo prorſus fuit in illis,qui non erraret. Nec ille qui dixerat. *Tecum ero vſque ad mortem.* ſcilicet Petrus ,qui illū ante confeſſus fuerat Dei filium,ſed tunc timuit,ne ſicut filius hominis moreretur,& non reſurgeret, vt Dei filius.Erat vtique filius Dei, erat & filius hominis.Filius Dei,in forma Dei patri æqualis.Filius hominis,in forma ſerui,in qua patre minor eſt. Timuit ergo Petrus,ne in forma ſerui periret forma Dei, & nō potius præſumpſit , quia ex forma Dei reuiuiſceret forma ſerui. Per diem ergo errauerunt,cum hic poſitum dominum non intellexerunt,ſed non perierunt, quia imperfectum meum viderunt oculi tui . vnde & ſubdit . Et ſi errabant . Inde tamen nimis honorati ſunt , iidem ipſi qui errabant, & in quibus nemo fuit qui non erraret . Amici tui facti ſunt o Deus,& mihi honorati nimis, quia factum eſt in illis os in occulto, poſt reſurrectionem quando induti ſunt virtute ex alto,qua confirmati verbum Dei vbique prædicauerunt,& eius nomine paſſi ſunt,in cuius paſſione trepidauerūt, Et nimis confortatus eſt principatus, quia facti apoſtoli duces & paſtores Eccleſiæ.

*Dinumerabo eos,& ſuper arenam multiplicabuntur,&c.* * Euthym.Vtitur ꝓpheta figura hyperbole,conabor,inquit, eos enumerare,& adeo immenſæ erunt multitudinis,vt ſupra numerum eſſe reperiantur. Eſt autem hic quidem loquēdi modus, apud Deum vero non ipſi tantum numerabuntur, ſed omnes etiam capilli capitis eorum.

*Exurrexi,&c.* * Theodoretus. Symmachus autem Et expergiſcar & ſemper ero apud te, Semper enim & me ipſum excitās,& pigritiæ ſomnum exigam,& tuam memoriam in mente conſeruabo, ſic enim tua perfruar ope.

* Baſilius. multi namque proſperitatem qua vſi fuerant,obliuioni tradiderunt. Ego vero nequaquam,ſed poſtquam ſurrexi,ideſt,malis liberatus ſum,ſemper tecum ero.

Aug.Q. Merito ego illos confortaui , quia ego,nō aliquis homo. dinumerabo eos , quos in fide genuerunt , & ipſi enumerati , ſuper arenam multiplicabuntur. Q. tam innumerabiles nati ſunt per illos , qui per diem errauerunt, quam innumerabilis eſt arena . Et dum ait : Dinumerabo , oſtendit quod Deo numerabiles ſūt. Subdens vero , ſuper arenam, oſtendit nobis innumerabiles eſſe,vnde,& in promiſſione dictum eſt Abrahæ. *Multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli,& ſicut arenam maris.* Gen.22.c.

a In me ſcilicet. Inſtruentur. b Maiores ,vt apoſtoli,de quibus.Dies diei eructat verbum.

a runt oculi tui, & in libro tuo † omnes ſcribētur. Dies forma- 1

a In me a quo perfectionem gratiæ ſumunt. Quia non dicuntur Petri vel Pauli,ſed Chriſti,a quo Chriſtiani. Meorum. b Sed tamen. 2

buntur, & nemo in eis. † Mihi autem nimis honorati ſunt 3 4

a Quia ſunt. Vltra quam dici poſſit.

amici tui Deus, nimis confortatus eſt principatus eorum. 5 6

a ¶ Merito confortaui quia,Dinumerabo.Vel Putas ne paucos bonos per eos natos eſſe?Dinumerabo eos,qui ſunt ſtellæ,& multiplicabuntur ſuper Iudęos,qui arena,propter ſterilitatem. b Tam innumerabiles nati ſunt per illos,qui per diem errauerunt. Nobis innumerabiles. 7

b Dinumerabo † eos, & ſuper arenam multiplicabuntur, exur- 8

c a Hoc totum ideo,quia. A morte. b Donec omnibus videar in iudicio. 9

c Tecum ſum, ſed tamen patior ab hæreticis in corpore meo. Si,ideſt quando.

d In futuro. Cum per ſuperbiam amittunt gratiam.

e Hæreticos qui faſtu ſuperbiæ ab aliis ſe diuidunt.

d rexi , & adhuc ſum tecum . Si occideris Deus peccatores 10 11

d *Adhuc ſum tecum,&c.* Sicut ante mortem,quod putauerunt ſe tuliſſe Iudei.

Vel adhuc,ideſt,ipſa morte,quod nō videtur de mortuo. Vel,etſi reſurrectio ſit ſignum deitatis, tamen adhuc ſum occultus pluribus,tecum, ideſt vt tu.

Aug.*Adhuc ſum tecum.* Nondum cum ipſis per notitiam, quia nondum agnoſcunt,quia non mox poſt reſurrectionē Chriſtum agnouerunt. Vel , toto hoc tempore tecum ſum in occulto ad dexteram patris , antequam reueletur in ea claritate,qua venturus eſt.

e *Si occideris Deus peccatores,&c.* Caſſ. Quarta pars quomodo a malis non noceatur ei.

Aug. Si occideris. Subdit qd interea patitur pro cōmiſſione malorū in eccleſia,& per ſeparationē hęreticorū dicens: *Si occideris De.&c.* Ordo verborū. *Si occideris. De.p.* Accipiēt, occiſi in vanitate ciuitates ſuas.i.populos ſuos vanos , q inflatos nomine iuſtitię ſequūtur vanitate dirupta. Eſt autē occaſio inflatis hęreticis,ſeducētibus populos,ſeparādi ſe,& illos ab vnitate,quia mali ibi ſunt.i. in eccleſia quibus nolunt miſceri,& ſunt vere non modo boni quos infamant , ſed & certe mali, & hac occaſione ſe & alios corporaliter a bonis diuidunt Et etiam ideo,quia monet bonos, vt a malis ſe ſeparent. Ideo,interponit, *Viri ſanguinum decli.a me.* Quoniam dices(alia litera) in cogitatione,ideſt ideo ſeducunt in ſeparatione propria vanos populos. Quia tu o Deus,dices,ideſt immites in cogitationē,iuſti,vt dicat malis. *Viri ſanguinum* decli.

## NICOLAVS DE LYRA.

Et in libro,&c. *ideſt,in notitia tua quæ dicitur liber, eo quod ibi omnia retinentur firmiter abſque obliuione.*

Omnes ſcribentur,&c. *In notitia enim prædeſtinationes diuinæ quæ dicitur liber vitæ,ſoli electi ſunt ſcripti,& in notitia præſcientiæ ſiue reprobationis,quæ poteſt dici liber mortis,ſoli reprobi ſunt ſcripti,ſed notitia diuina generaliter ſumpta, prout ſe extendit ad prædeſtinationem & præſcientiam,omnes ſunt ſcripti, & ſic accipitur hic liber Dei,vt dictum eſt.*

Dies for. *in futuro ſicut tu præuidiſti.*

Et ne. *quia nemo eſt in tempore futuro,quod nondum eſt adhuc, & per hoc intelligit Dauid quod tempus futurum , & ea quæ futura ſunt,in eo ſunt perfecte cognita ipſi Deo,quia eius notitia menſuratur æternitate,quæ aſſiſtit omni tempore præſenti,præterito & futuro.*

Mihi au. *Hic conſequenter Dauid oſtendit ſe habere reuerentiam ad Deum,non ſolū in ſe,ſed in amicis ſuis.Et primo oſtendit in amicis ſuis propoſitum.Secundo in eius inimcis oppoſitum,ibi:* Si occideris. *Circa primum dicit.* Mihi autem ni.hono. *In Hebræo habetur.* Sodales tui. *& per hoc intelliguntur angeli ſancti,qui ſunt in ſocietate Dei & eius amici,de quibus dixit Dauid in pſal.præcedenti:In conſpectu angelorum pſallam tibi.*

Nimis conforta.eſt. *i.firmiter ſtabilitus.*

Principatus eorum. *Angeli enim ſancti per ordines triū hierarchiarum ſūt diſtincti.Hierarchia vero eſt idē quod ſacer principatus. Et quia iſtæ tres hierarchiæ, & tres ordines in ſingulis hierarchiis immobiliter ſtabiliuntur,ideo conuenienter dicitur:* Nimis confortatus eſt prin. eorum. *Et quia angeli ſunt in maximo numero,ſecundum illud Iob.25.a.* Nunquid eſt numerus militum eius, *ideo ſubditur.*

8 Dinumerabo,&c. *i.ſi vellem eos numerare non poſſem, ſicut nec maris arenā.Videmus enim ſenſibiliter,quod corpora cęleſtia quæ ſunt incorruptibilia,ſupra modum excedunt corpora elementaria, & miſta quæ ſunt corruptibilia in continua quantitate. Et eodem modo valde probabile eſt,quod angeli qui ſunt adhuc ſuperioris naturę excedant in numero omnem corporalem creaturam. Propter quod dicitur Danielis.7.c.* Milia miliū miniſtrabāt ei,& decies milies centena milia aſsiſtebant ei, *vbi deſignatur maxima multitudo angelorū nobis incognita per replicationē, & multiplicationē maximorū numerorū. Et quia propheta Dauid cognouit per reuelationē ſe futurum in ſocietate angelorum,ad quam electi aſſumūtur.ideo ſubditur.*

9 Exurrexi. *per tuam gratiam a peccatis quæ commiſi,ſcilicet adulterii cum Bethſabee,& homicidii Vriæ, & numerationis populi.*

10 Et adhuc ſum te. *in præſenti per gratiam, & in futuro per gloriam,de qua loquebatur Dauid per modum præſentis,propter certitudinem ſibi factæ reuelationis.*

11 Si occideris. *Hic cōſequenter oſtendit oppoſitū de inimicis Dei, videlicet,quod non ſint honorabiles ſibi,ſed magis deteſtabiles dicens:* Si occideris Deus peccatores. *Et accipitur hic ſi,pro quia,vt ſit ſenſus : Quia certum eſt , quod tu occides peccatores obſtinatos morte* *geben-

A *decli. a m.* i. mones bonos, vt a malis ſe ſeparent, non corpore vel loco, ſed mente, nō aperte adhuc, ne & bonos deſerant, ſed puritate vitæ. Qđ modo dicit Deus malis in cogitatione bonorū, in iudicio dicet aperte. *Amen dico vobis, non noui vos: diſcedite a me.*

Matt. 25. a.

a *Non e qui oderunt te domi.* Quaſi, Si occideris. Nonne qui oderunt te o. i. l. & ego occidam.

† diſcedant

Aug. Quaſi hæretici non intelligẽtes, accuſant in bonis cõmunionem malorum. Sed quid calũniantur, dicit corpus Chriſti de commiſtione malorum. *Nonne qui o.* Quaſi ſacramentis malorum, non factis communico. Et zelo domus tuæ ſuper eos tabeſco, ſed tamen Perfecto odio od. il. i. iniquitates eorum odi, non naturam. Quomodo ergo per miſtione eorum cõtaminor?

† oderant te, odio habui.

B

a Dicens. b Qui oderunt fratres. c De præconiibus meis. d Quod prius eſt quam in ore.

1 viri ſanguinum † declinate a me. † quia dicitis in cognatio-

a Non quidem in æternitate. b Populos ſuos.

2 ne: Accipiant in vanitate ciuitates ſuas. Nonne † qui o-
3

a Zelo domus tuæ vidi inſenſatos & tabeſ. b Inaleſcendo peccatis eorum.

derunt te domine, oderam, & ſuper inimicos tuos tabeſce-

a Vtique quia &c. b Ipſi hæretici. Non tantum Dei.

b bam. Perfecto odio oderam illos † inimici facti ſunt mihi. 4
5

a Quam libere cuncta egerim. b Tu quod non poteſt homo, non hæreticus. 6 c Pro, Ideſt. d Quia non conſentio factis malorum. e Quaſi quæſtionibus interrogatus non poteſt negare quæ geſta ſunt.

Proba me Deus, et ſcito cor meum, interroga me, & cognoſce 7
8

a Conſilia & cogitationes. Vt quid. b Faciendo vel conſentiendo. Si quid autem inuenies in via mea quod diſpliceat, quia via mea mortalis eſt. 9 c Tu. d Hominem ad dexteram tuam. 10

ſemitas meas. Et vide ſi via iniquitatis in me eſt, & deduc me 11
12

a Quæ eſt Chriſtus, vbi nulla eſt iniquitas, quia ſi quis pereat, aduocatum habemus ad patrem Ieſum Chriſtus æternus eſt qui dixit. Ego ſum via. b Ideſt per verbum coæternum.

in via æterna.

C b *Pro. me. domine:* Auguſt. Hucuſque de hæreticis, & alijs eos ſequentibus ab eccleſia ſeparatis, nunc etiam agit de malis vel fictis ſibi coniunctis, quos patitur eccleſia & gemit.

Auguſtinus. Q. Hæretici ſe, & alios ſeparant, ergo cum ſeparatis occiſis, & ſuis ſequacibus, reſtent mali inſeparati inter quos gemit eccleſia, quos & patitur, quid ait? *Proba. me.* & pro ideſt ſcito cor meum. Hęc conſcientia eſt, & ſpecies filiæ regis intrinſecus, quæ eſt inter filias, vt lilium inter ſpinas. Q. Illi inimici, tu vero Deus. Proba.

* Theo. Hęc a beato Dauide dicta ſũt, & omnibus qui ſalutis occaſionem nolunt arripere prædicta ſunt.

* Baſil. & Euthy. At qui in principio pſalmi dixit, domine probaſti me & cognouiſti me, verũ melius adhuc probari, & cognoſci cupit, non vt Deus ipſe melius ei cognoſcat q̃ omnia nouit, ſed vt ij qui prophetæ animum ac mentem non nouerant, illius magis certiores reddantur.

## NICOLAVS DE LYRA.

* *gehenna, quæ dicitur mors ſecunda, Apo. 10. g. ideo ſupple dico.*
1 Viri ſan. de. *Quia horreo etiam vos videre. Cuius cauſa ſubditur cum dicitur.*
2 Quia di. *in cogitatione. ſ. veſtra.*
3 Accipiant in va. *viri enim ſanguinum ſemper cogitant, quomodo poſſint alienas ciuitates & loca capere, populũ occidere, & bona rapere, & iſtud procedit ex vanitate ſuperbiæ exiſtentis in eis. Et quia tales ſunt Deo, & hominibus iuſtis odibiles, ideo ſubdit Dauid.*
3 Nonne qui ode. te do. *q. d. ſic, quia eorum vitium eſt odiendum bonis hominibus, ſicut eſt odioſum Deo.*
5 Et ſuper ini. tu. ta. *i. reſoluebar interius ex zelo iuſtitiæ tuæ, contra eos iratus, ideo ſubditur.*
6 Perfecto odio oderam illos. *Et quia homo iuſtus ſemper debet timore, ne in tali zelo excedat modum, & incurrat aliquod peccatum ſaltem leue, ideo ſubdit Dauid*
7 Proba me Deus, & ſci. &c. *ideſt, fac me ſcire ea quæ latent in meo corde. Probatio enim Dei non eſt ad hoc quod ipſe notitiam accipiat, ſed alius, ſicut dictum fuit in principio huius pſal.*
8 Interroga me, & cogno. *i. fac me cognoſcere.*
9 Semitas meas, *i. facta & cogitata mea occulta.*
10 Et vide. *ideſt, fac me videre.*
11 Si via ini. in me eſt. *i. aliqua latens culpa, vt per veram pœnitentiam expediar ab ipſa.*
12 Et deduc me in via æterna. *i. ad beatitudinem æternam, a quã nullus poteſt peruenire, niſi fuerit totaliter expeditus a peccatis ſecundum quod dicitur Apocã. 21. g.* Nõ intrabit in eam aliquod coinquinatum. *Moralitas huius pſal. eſt quod quilibet exemplo Dauid diligenter conſideret Dei notitiam omnia intuentem, & attendat ipſum vbique præſentem, & ſic aſſurgat ad Dei ſanctorumque ciuium reuerentiam, & ad deteſtationem iniquorum.*

## ADDITIO.

In pſal. 138. *Domine probaſti me.* vbi dicitur in poſtil. De materia huius pſal.

Licet multa in hoc pſal. ponãtur ad excellentiam diuinã pertinentia, tamẽ principalis intentio Pſalmiſtæ in eo videtur eſſe quędam concluſio ſupplicatoria, quã in duobus vltimis verſibus ponit, ſcilicet cum dicit: *Proba me Deus, &c.* Et vide ſi via iniquitatis in me eſt. Cæteri autem verſus præcedentes a principio pſ. vſque ad illum locum, ſunt quaſi quædam notabilia præambula ad illam ſupplicationem ſeu orationem intentam. Ad cuius declarationem præſupponenda ſunt quædam. Primũ eſt, quod licet de lege communi nullus ſcit certitudinaliter ſe eſſe in gratia. vnde Eccle. 9. a. *Nemo ſcit vtrum ſit dignus odio vel amore.* Dauid tamen ex reuelatione diuina ſciebat ſeipſum eſſe in gratia ſpecialiter, cum hunc pſal. compoſuit, qui quidem pſal. ex circũſtãtia literæ videtur eſſe factus poſtquam Deus ei dimiſerat peccata quæ commiſerat, ſcilicet homicidii, & adulterii, & numerationis populi. De quorum dimiſſione fuerat certificatus per prophetam Nathan. 2. Regum. 12. quo ad prima duo peccata, & de tertio per acceptationem ſui ſacrificii. 2. Regum. vlt. Et quia remiſſio peccatorum non eſt niſi per gratiam: vnde ad Rom. 3. d. *Iuſtificati per gratiam ipſius,* idcirco Dauid pro tunc credendus eſt hoc ſciuiſſe, ſcilicet ſeipſum eſſe in gratia, licet apud plurimos crederetur non fuiſſe dimiſſa illa peccata ipſi Dauid, de quibus ſupra in pſal. dicebat: *Multi dicunt animæ meæ, non eſt ſalus ipſi in Deo eius.* Secundum præſupponendũ eſt, quod Dauid ex hoc non ſciebat certitudinaliter ſe eſſe adepturum gloriam, prout eſt de lege communi, nec de hoc legitur ſibi fuiſſe aliqua reuelatio facta, & ideo in prima parte huius pſal. Deo refert gratias propter iuſtificationem ſuam, & in vltima parte petit certitudinem finalem ſuæ ſalutis, ſcilicet in duobus vltimis verſibus prædictis, inter quæ ponit quædam notabilia, tam circa prouidentiam diuinam, quam etiam circa productionem & formationem hominis, quam circa prædeſtinationem ſanctorum, ſimiliter & malorum reprobationem. Circa quæ omnia tredecim facit. Nã primo contra multos philoſophantes qui a cognitione diuina amouebant indiuidua ſeu ſingularia, vt Iob. 22. *Super cardines cæli perambulat, nec noſtra conſiderat.* Pſal. attribuit Deo perfectam & ſingularem cognitionẽ de homine, & de hoc dicit: *Domine probaſti me, &c.* Dicit autem. *Probaſti.* non vt deus notitiã accipiat per probationem, ſed ad excludendum quorundam errorem dicentium, quod diuina cognitio eſt per applicationem vniuerſalium cauſarum ad effectus particulares vel per alios certos modos, mediante quibus res cognoſcuntur, quod nõ pertinet ad dei cognitionem, ſed deſignat, quod notitia dei eſt per euidentiam immediatã, quæ quodammodo aſſimilatur cognitioni humanæ, quę experimentalẽ ꝓbationẽ acquiritur ſine aliquo diſcurſu. A tali n. notitia. ſ. experimentali, tota cognitio humana deriuatur, cum nihil ſit in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu, vt dicitur. 1. Poſteri. q. d. Cognitio tua de me eſt ꝓbatiſſima abſq; diſcurſu. Similiter eſt intelligendũ illud qđ infra dr. *Inueſtigaſti.* ꝙ habet referri ad perfectionẽ cognitionis, non autẽ ad modũ inueſtigationis quę deo non pertinet. In hoc autem quod dicit. *Cognouiſti* oſtendit ipſum fuiſſe adeo approbatum ſecundum notitiam a pro-

An aliquis ſcire poſſit ſe eſſe in gratia.

probationis, de qua 2. Tim. 2. c. *Nouit dominus qui ſunt eius*.

Cõſequẽter ſecũdo agit quatuor ſingularia circa hoĩem ſ. ſeſſionẽ, & reſurrectionẽ, &c. Pro quo ſciendũ, q. Deu. 6. b. circa explicationẽ pcepti de dilectione Dei dicit. *Meditaberis* ſ. in his quę ad diuinã dilectionẽ ptinẽt. *Sedens in domo tua, & ambulans in itinere, & dormiens ſeu cubans atque conſurgens*. Quod exponit ſic. Nã hõ dẽt meditari in his quę ad dilectionẽ Dei pertinẽt, tã in tpe quietis q̃ in tempore laboris, ſimiliter in ingreſſu lecti ad dormiendũ, & in egreſſu ad vigilandũ. Ad q̃ quatuor, licet non eodẽ ordine, referenda ſunt verba pſal. in hoc loco, quaſi diceret. *Domine tu cognouiſti ſeſſionem meam*. ſ. an in ſeſſione mea tpe quietis meditor, in his quæ ad dilectionem tuã pertinent. *Et reſurrectionem meam*. ſ. cum ſurgo de lecto ad vigilandum. *Et ſemitam meam*. ſ. cũ ambulo in itinere. *Et funiculum meum*, q. in Hebręo hẽt. Accubitũ meũ. ſ. cum lectũ intro, ad q. tranſlatio noſtra poſſet reduci. Nã lectus eſt hoĩ quaſi funiculus hereditatis. Cũ n. hõ in lecto dormiẽs iacet, nihil aliud vr̃ hẽre tanq̃ propriũ ſibi. Et q̃a iſta quatuor q̃tũ de ſe indifferẽtia ſunt, quo ad meritũ vel demeritũ, niſi inquantũ cadũt ſub cogitatione hoĩs ea debite ordinantis in Deũ vel aliter, idcirco interpoſuit. *Intellexiſti cogitationes meas de longe*. i. intellexiſti quas cogitationes habeã in huiuſmodi varietatib. meis ſupradictis. ſ. vtrum ſint digna mercede vel nõ. Dicit aũt a *longe*, eo q. finis cogitationis (qui eſt vltimus in executione & p cõſequẽs lõge) eſt principalis quo ad meritũ & demeritũ, & iõ dicit, q. Deus cogitationes humanas qualiter pueniãt de lõge. ſ. de fine proprie intelligit. Et ne qs æſtimaret, q. cognitio diuina circa hoĩem ſolũ ad quatuor pdicta ſe extẽderet, iõ dicit. *Et omnes vias meas præuidiſti*. vt oñdat oẽs humanas actiones q̃ p vias intelligunt, cõprehẽdi in cognitione diuina q̃ eas ab ęterno puidit. Et reddẽs rõnem quare ſub clauſula vniuerſali ɔprehẽdit vias humanas, & nõ eas diſcurrẽdo ſpecialiter expreſſit, ſicut inceperat, ſubdit dicẽs. *Quia non eſt ſermo in lingua mea*. ſ. ſufficiẽs ad expreſſionem ſingulorũ, eo mõ quo dr̃, Ecc. 1. b. *Cunctæ res difficiles, non poteſt eas homo explicare ſermone*. Et ne quis putaret, q. huiuſmodi diuina cognitio ſe extẽdit ſolũ ad pñtia, eo q. ſunt in actu & nõ ad præterita & futura, quę non hẽnt eſſe actuale in ſeipſis, iõ ſubdit. *Ecce tu domine cognouiſti omnia nouiſſima & antiqua*. q. d. non ſolum pręſentia, ſed etiam pręterita & futura.

B Cõſequenter tertio oñdit quaſdã eminẽtias ſingulariter, ad cognitionẽ ſpecialiter Dei pertinẽtes, & de hoc dicit. *Tu formaſti me, &c.* Ad q. ſciẽdum, q. ſm Aug. in libro de trinita. vniuerſas creaturas ſpirituales & corporales, non quia ſunt, ideo nouit Deus, ſed ideo ſunt, quia nouit. Cuius ratio eſt. Nam ſic ſe habet ſcientia Dei ad omnes res ſicut ſcientia artificis ad artificia ab ipſo artifice producta. Ad q. oñdẽdum poſtq̃ dixerat. *Tu cognouiſti omnia nouiſſima & antiqua*. ſubdit. *Tu formaſti me*. ac ſi dicat. Cognitio tua eſt cã meæ formationis mõ pdicto. Sed ne putaret, q. cognitio ſeu prouidẽtia diuina nõ requirit ad cõſeruationẽ rei poſtq̃ eſt creata ſeu formata, ſicut nõ requirit cognitio artificis finito opere, iõ ſubdit. *Et poſuiſti ſuper me manum tuam*. exponat ſicut in poſtilla.

Conſequẽter quarto, ex pdictis cõcludit tria miriſſima circa diuinã cognitionẽ. Primo cũ dicit. *Mirabilis facta eſt ſciẽtia tua ex me*. valde. n. mirabile eſt, quod cognitio ſit cã rerum naturalium cognitarum cum in creaturis eſt cõiter oppoſitũ. Secundo dicit etiam. *Confortata eſt*. quia huiuſmodi cognitio ſeu prouidentia diuina ſic eſt confortata, quod rẽs per eam conſeruantur in eſſe, & ipſa a reb. ſubtracta deficiunt, quod ad maximam fortitudinem pertinet. Tertio dicit. *Et non potero ad eam*. ſ. vt ab ea qualitercunque poſſem me ſubtrahere.

Conſequenter quinto hoc vltimum q. dixerat, declarat. ſ. *Non potero ad eam*. vt ab ea qualitercunq; poſſẽ me ſubtrahere. Et hoc ex trib. Primo ex diuinæ pñtiæ immenſitate, quia cũ ſit vbiq; nullus pt̃ a ſua pñtia abeſſe, & de hoc dicit. *Quo ibo a ſpiritu tuo*. exponat ſicut in poſt. vſque ibi. *Si ſumpſero pennas meas diluculo*. Cuius ſenſus eſt. Si hẽrem pennas ſimiles diluculo, q. in inſtanti volat ab oriente in occidẽtẽ, & ſic cum tanta velocitate trãſirẽ ad extrema maris, hoc non ſufficeret ad hoc, vt me ſubtrahere poſſem a tua pñtia. Ratio quare.

C *Etenim illuc manus tua deducet me*. Et hic ponit ſecũda rõnem, p quã homo nõ poſſet ſe ſubtrahere a diuina ſciẽtia, quæ eſt ea cum ſua potẽtia. Et quia Deus per ſuã potentiã eſt vbique ſicut per ſuã eſſentiam, iõ dicit. Illuc. ſ. in extremis maris, vel vbicũque, *Deducet me manus tua*. i. ero ſub poteſtate tua quocũque me ducas, nec potero declinare a deductione tua. *Quia tenebit me dextera tua*. & ſequitur. *Et dixi forſitan tenebræ*. vbi ponit tertia rõ, in qua dicit, q. homo non poſſet ſe ſubtrahere a cognitione diuina pp tenebroſitatem ſeu obſcuritatẽ loci, quia nihil in eis latet Deũ, & exponatur litera prout in poſt.

g *Et in factis manuum.* ac ſi di. quæſiui in opere artificei & in conditis omnibus conditorem, creatura tua facta eſt [...] hi ſpectaculum.

✠ Grego. Loquitur propheta ad deum, *Opera manuum tuarum ſunt cœli*: & alibi: *Cœli enarrant gloriam dei.* Illi ſunt cęl[...] enarrant gloriam dei, qui opus manuum dei dicuntur, diuinam in ſe non deformant imaginem chariſmatum[...] excludunt dona, animæ ſpeciem non demoliuntur. Q[...] hil ſibi, ſed totum gratiæ dei tribuant, ſcientes ſe nihil [...] re, quod non acceperint.

h *Expandi manus meas.* ✠ Grego. Non ſufficit bene v[...] niſi ſequatur, & facere, ideo qui in operibus bonis med[...] ſe dixerat, & in meditatione laudis ſanctorū memorati[...] curus adiunxit, *Expandi manus meas ad te.* Hinc namque [...] ta nos admonet dicens, leuemus corda noſtra cum ma[...] ad deum. Quid eſt manus ad deum expandere, niſi o[...] tionem ad omnipotentem leuare? Denique ille manus[...] contrahit, qui indigentibus nihil tribuit, qui vocem pa[...] ris non exaudit.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Quia non iuſtifi. in con. tuo. omnis vi. *ideſt nullus homo viuens iuſtificabitur, quia quantumcunque ſibi caueat, tamen frequēter labitur ſaltem venialiter peccando, Prou. 24. b. Septies in die cadit iuſtus, &c. & in hoc allegat Dauid, quod deceat deum rigorem iuſtitiæ temperare pro humana fragilitate.*

2 Quia perſe. *Hic ponitur prædictæ petitionis ratio, quæ accipitur ex atrocitate perſecutionis, quam Dauid ſuſtinebat, ideo dicit:* Quia perſecutus eſt in. *ideſt Abſalom, & Achitophel eius conſiliarius.*

3 Animam meam. *i. vitā meam, quærebant enim occidere eum.*

4 Humi. in ter. vi. meam. *Tunc enim fugit Dauid peditando flēs & operto capite, vt habetur. 2. Reg. 15. Iniurias etiam Semei valde humiliter ſuſtinuit. 2. Reg. 16.*

5 Collocauit. *quia Dauid fuit compulſus ſe abſcondere in locis deſertis, & cauernoſis.*

6 Sicut mor. ſe. *qui ponuntur in foueis ſubterraneis.*

7 Et anxiatus eſt ſuper me. *ex nimia afflictione.*

8 In me turbatū eſt cor. *propter malitiā filij mei me perſeq[uent]is.*

9 Memor fui. *i. dierum Noe, in quibus mundum ſubmerſiſti [di]luuio pro peccato luxuriæ, & in quibus per Noe amicum tuum maledixiſti ipſi Cham pro patris deriſione. Ge. 9. quaſi dic. Dauid: ex iſto valde timeo punitionem meam pro peccato adulterij cum Bethſabe, & dānatione filij mei pro mea perſecutione: propter quod eum mor[tuum] valde luxit, vt habetur. 2. Reg. 18. vt ibidem plenius fuit dictu[m]*

10 Meditatus ſum. *in quibus ſemper concurrit iuſtitia.*

11 In factis ma. *Repetitio eſt einſdem ſententiæ ad maiorē af[fect]us expreſſionem. Et quia diuina iuſtitia eſt formidāda, ideo ſubdit D[auid].*

12 Expandi manus meas ad te. *ſcilicet humiliter deprec[an]do.*

## MORALITER.

1 *Quia per.* Hic ſecūdo ponitur petitionis ratio, cum dicit. *Quia perſecutus eſt inimicus.* inferendo perſecutionem nimis grauem. Et dicitur inimicus ratione culpæ, non naturæ.

4 *Humiliauit in terra vitam meam.* id eſt deiecit, non tamen in cœlo, quia patiens creſcit in merito.

5 *Collocauit me in obſcu.* nam talē oportet aliquādo cedere malitiæ, & latitare.

7 *Et anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum.* eo quod non poſſim eſſe cum populo meo.

9 *Memor fui dierum antiquorum.* in quibus Abſalom perſequebatur patrem ſuum, quia ſic patior a meo filio ſpiritual[i]

10 *Meditatus ſum.* qui pmiſiſti innocentes a malis tribulari.

12 *Expandi.* orās pro mea liberatiōe. Et ſubditur cauſa c[...]

A a *Animam* – *ſicut terra ſine aqua tibi,&c.* ✲ Idem. Quaſi enim terra ſine aqua, eſt anima ſine gratia, ſicut enim terra, quæ imbre non perfunditur, non veſtitur herbis, non venuſtatur floribus, non abundat meſſe, ſic anima gratia carens, non operitur virtutibus, non cogitat de cæleſtibus, non inſiſtit utilibus, Vitiato namque in primo parente libero arbitrio, iam nec velle quidem bonum poſſumus, niſi illius gratia adiuuemur apud quem greſſus hominis diriguntur.

eſt dies, quam verus ille ſol illuminat, qui neſcit occaſum, D quem non obtenebrat nubes, non obſcurat nebula, quem non obumbrat turbo, quæ recte vna dicitur, quia nullius finis termino anguſtatur: in hac quippe vita diem non habemus, in qua per fidem ambulamus, &c.

*Memor fui dierum.* Caſſio: Recolens iſte, quod fecit cęlum, & terram, & quod beneficit antiquis, obliviſcitur miſeriarum mundi. Et ex his, quę eius fecit, ſe conſolatur, di.

B ✲ BASILIVS. Quid dicit? medicum vocet, vt ſanet, nequaquam, ſed hic mos animis tribulatis, quemadmodum, & ægroti medicum obſecrare ſolent, etiam vbi tempus hoc non exigit, vt velociter ſibi ſolutionem adferant: Quapropter, & cauſam dicit, *defecit* inquit, *ſpiritus meus.* nouit quidem illi omnia eſſe facilia, verum dilationem non ſuſtinet.

a ¶Quæ eſt per ſe. b ¶Hæret. ¶Non mihi, qui rigare non poſſum. ¶Tu comple eam, vt fructum faciat. c ¶Ideo. ¶Quia ſic ſitio, cito audi, quia differebat ad inflammandum deſiderium, acſi differretur pluuia ad inflammandum ſitim.

a anima mea, ſicut terra † ſine aqua tibi. † Velociter exaudi me 1
b a ¶Auertiſti olim a ſuperbo, vt probarem, quod erat eſſe a te. 2
c domine, defecit ſpiritus meus. † Non auertas faciem tuam a †
a ¶Iam humili. b ¶Quia etſi auertis. c ¶In profundum peccati, in quo contemnunt, & perit confeſſio. 3 4
d me, et ſimilis ero deſcendentibus in lacum. Auditā fac mihi 5
a ¶Poſt finem ſeculi, cum uidebimus, quod modo credimus. b ¶In nocte ſumus, ſed in ſpe, donec nocturna tranſeat iniquitas. Nox quærit patientiam in expectando, lætitiam dabit dies.
e c ¶Non eſt ſatis iterum ſperare, ſed aliquid, opus eſt agere, quod per me non poſſum.
f mane miſericordiam tuam, quia in te ſperaui. Notā fac mihi 6 7
a ¶Non contra te. b ¶Non ad mundum inclinaui. 8
g † viam in qua † ambulem, quia ad te leuaui animam meam. 9
a ¶Diabolo, & ſuis quos implet. ¶Aug. Multi Iudæi ſunt quos implet Sathanas in quibus ipſe expugnatur Sathanas, illum vero viſum expugno, illos uiſos patior. 10
b ¶Quia a te fugit Adam, & abſcondit ſe unde, tanquam ſeruus fugiens dominum ſuum, & conſecutus eſt umbram. c ¶Si me non doces faciam voluntatem meam, & deſeret me deus meus. †
h † Eripe me de inimicis meis domine, † ad te cōfugi, doce me 11
a ¶Quia. ¶Ego peto, ſic non deſpero. b ¶Non meus malus, qui duxit me in terram peruerſam.
i facere voluntatem tuam, quia deus meus es tu. Spiritus tuus 12
a ¶Sed deduci nullo modo merui, ut inde lauderis. unde alibi, ut rem nominis tui impleas, quod eſt Ieſus.
k bonus deducet me in terram rectam, propter nomen tuum

f *Notam.* AVGVS. Hoc fecit deus, cum propheticum ſermonem accedit deus, *cui* ſicut Petrus ait, *debemus intendere, tanquam lucernæ in caliginoſo loco donec dies luceſcat*, ideo etiam, & ſe lumen in teſta carnis poſuit, ad quod lumen ambulemus, & ad formam ſerui ambulando perueniemus ad lumen purum, ad verbum in princip. apud deum. E

† Cito. 2. Pet. 1. d.

† Ne.

g *Animam.* Caſſiodorus. Vt vas ad fontem attuli, imple ergo.

✲ GREGORIVS: Vide ordinem. Primum eſt, vt a teipſo deficias, nec ſuper te cauſa iactantiæ rapiaris, ſed omnibus inferiorem te ſentias, & ſic in te ſpiritum ſuperbiæ extinguas, deinde ſequitur, vt in deo ſperes, vt derelictus iuxta prophetam a patre, & matre aſſumaris a domino, & præſidio guberneris inter fluctus mundanæ tentationis. Poſtremo, vt animam ipſam leues ad deum, & omni vanitate expulſa in cęleſtib. conuerſeris, vbi delitiarum dei reficiaris dulcedine, & viſionis eius perfruaris claritate.

b *Velociter.* Caſſiodo. Tertia pars, vbi ponitur deprecatio cauſis confirmata.

c *Quia defecit ſpiri.* Aug. Impleat me tuus ſpiritus, quia defecit meus. iam ſum pauper ſpiritu. In quo enim viuit ſpiritus ſuus, ille ſuperbus eſt ſpiritu ſuo, & extollitur cōtra deū. C Vnde alibi. *Auferes ſpiritum eorum, & deficient.*

d *In lacum.* Aug. Ille deſcendit in profundum, qui etiā per confeſſionem, vt qui proponit ſibi licentiam peccandi ſpe veniæ, habenis iniquitatis effuſis. Talis nō audit deū dicentem: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.

e *Mane.* Caſſio. poſt noctem peccatorum. Aug. Mane eſt, cum peccata laxantur.

Gregorius Quid eſt mane, niſi ſequentis diei initium, quam dies, niſi illa, de qua propheta dicit, *melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper milia.* & Apoſtolus: *Nox,* inquit, *præceſſit, dies autem appropinquabit.* Abijciamus ergo opera tenebrarū, & induamus arma lucis, ſic vt in die honeſte ambulemus. Ille. n. eſt

h *Eripe me de inimicis.* ✲ Baſil. non dixit ſimpliciter *doce me facere voluntatē tuam,* ad opera illā educito. Opus enim eſt cęleſti auxilio, vt in via virtutis ambulemus, nō vt ocięmur ſed vt noſtra quoque conferamus. F

i *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.* Caſſ. Quarta pars, vbi eſt læta concluſio.

Auguſtinus. Q. Doce me, quod, vtique facies, quia Spiritus tuus.

k *Propter nomen tuū domine viuificabis me in æquitate tua.* Caſſ. Gratia dei hic commendatur, quia non ex meritis, ſed ex nomine, quod eſt Ieſus, ſe viuificatū dicit, ſed cum hoc gratia æquitatis miſeretur, quia licet deus omnia gratis faciat, iuſtitiæ tamen eius eſt ſupplices iuſtificare, quos dæmones videt impetere.

a Quoniam

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Anima mea, ſicut terra. *In Hebræo habetur: Sicut terra laſſa, eſt eadem ſententia, quia terra ſine aqua in pulueres reſoluitur, & ſic res laſſata diſſipatur. Et ex hoc bene deſignat Dauid, quod erat totus diſſolutus timore diuinæ iuſtitiæ, propter quod ſubdit adhuc.*

2 Velociter exaudi me domine. *ideſt prope defectum, ſicut de homine ad mortem appropinquante dicitur: Iam eſt mortuus.*

3 Non auertas faciem tuam a me. *tāquam offenſus contra me. Et loquitur de deo ad modum hominis, qui indignanter auertit faciē ſuā ab eo, contra quem eſt offenſus.*

4 Et ſimilis ero deſcendentibus in lacum. *ſcilicet ſi auertas faciem tuam a me modo prædicto.*

5 Auditam fac mihi mane. *Ideſt celeriter ſine retardatione.*

6 Miſericordiam tuam. *per effectum euidentem.*

7 Quia in te ſperaui. *Non in virtute humana.*

8 Notam fac mihi viam. *Vt ſic ad locum ſecuritatis perueniā. Hoc dixit Dauid, quia fugiebat vagabundus per deſertum.*

9 Quia ad te leuaui animam meam. *de auxilio tuo ſperando.*

10 Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi. *ideſt Abſalom, & ſibi adhærentibus.*

11 Doce me fa. *homines enim conturbati minus prævident, & ideo tunc maxime indigent a deo edoceri.*

12 Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectā. *Hic cōſequenter ponitur exauditio gratioſa. habuit enim Dauid reſpōſum ex diuina reuelatione ſe fore liberandum de perſecutione Abſalō, & in regno ſuo reſtituendum, vt dictum fuit ſup. pſal. 3. ideo dicit Dauid:* Spiritus tuus, *i. in Ieruſalem. vbi erat tabernaculum, & arca domini.* Propter nomē tuum domine. *de periculo mortis mihi imminēte.*

1 In

## MORALITER.

1 *Anima mea, ſicut terra ſine aqua tibi.* ideſt non poſſum facere fructum populo meo ad honorem tuum.

2 *Velociter exaudi me domine.* Et ſubditur ratio.

† *Defecit ſpiritus meus.* ſcilicet deuotionis ex feruore tribulationis.

3 *Non auertas faciē tuam a me, & ſimilis ero deſcēdentib. in lacū.* ideſt, quod abſit, auertas eam a me, ero ſimilis deſcendentibus in lacum gehennæ.

5 *Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam, quia in te ſperaui.* ideſt celeriter.

8 *Notam fac mihi viā in qua ambulem.* itinere recto ad patriā.

9 *Quia ad te leuaui animam meam.* per ſpem.

10 *Eripe me de inimicis meis.* viſibilibus, & inuiſibilibus.

† *Domine ad te confugi.* ſicut ad protectorem.

12 *Spiritus tuus.* Hic tertio ponitur petitionis exauditio, q aliquando reuelatur aperte bono prælato, & aliquando coniecturaliter per internam conſolationem a ſpiritusancto, & ſic dicit, *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam,* ſcilicet viuentium, in qua nihil eſt obliquum.

† ad interitū educes.

† tribulantes.

A a *Quoniā ego ſeruus tuus ſum.* ✻ Grego. Quid eſt, quod ſe nominat ſeruum, cum ſeruus non maneat in domo in æternum, ſed ſeruendum, quoniam ſicut ſunt duo timores, ita etiā ſunt duæ ſeruitutes, eſt enim timor pœnam ferēs, quod charitas foras mittit, & timor domini ſanctus permanēs in ſeculum ſeculi. Ille tur timor, q a charitate excludit, ad ſeruū nō manētē in d[omo] pertinere vid[e]tur: timor vero ſe[ruo] illi conuen[it] noſcitur cui voce [do]minica dicitur, *Euge ſerue bone. & fidelis ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa conſtituam te. intra in gaud.* e[tc.]

B

a ¶Ego me occidi. b ¶Alias iuſtitia. c ¶Non mea. d ¶Caſſiod. Quando dat venia de ſeculo iubet exire quaſi de carcere.

domine viuificabis me in æquitate tua. Educes de tribulatio- † 1

a ¶Non in merito tuo. b ¶Hic. ¶Nihil poterunt contra me.

ne animam meam, & in miſericordia tua diſperdes omnes ini- 2

a ¶In iudicio futuro. b ¶Diabolum, & omnes obſtinates.

micos meos. Et perdes omnes, † qui tribulant animam meam, 3 4

a ¶Tribulant ideo, vel merito.

quoniam ego ſeruus tuus ſum. †

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *In æquitate tua.* & non mea.

2 *Educes de tribulatione animam meam.* id eſt vitam meam, vel meipſum. 3 *Et in miſericordia diſperdes inimicos meos.* quia illi, qui erant cum Abſalom ad perſequendum Dauid, fugerunt diſperſi ad loca, ſecundum quod dicitur. 2. Reg. 18. d. Omnis autem Iſrael fugit in tabernacula ſua, & cætera.

4 *Et perdes oēs, qui tribulant.* quia Achitophel ſe ſuſpendit. Regum. 17. Et Abſalom interfectus fuit, & multi de popu[lo] cum eo. 2. Regum 18. Et Siba filius Bochri mouens con[tra] Dauid ſeditionem decapitatus fuit 2. Regum 20. Morali[ter] exponitur pſalmus iſte de quolibet fideli exiſtente in pe[rſe]cutione graui, a qua lachrymoſe petit diuinitus liberari, p[ro]pter quod meretur gratioſe exaudiri.

## MORALITER.

† *Viuificabis me.* vita gloriæ.

1 *In æquitate tua.* & non mea.

2 *Educes de tribulat.* ſcilicet præſentis vitæ.

3 *Et in miſe. tua.* ſ. corporales, & ſpirituales, & ſubdit ra[tionem].

† *Quoniam e. ſ. t.* obediendo tibi ad nutum.

## ADDITIO.

In pſalm. 142. *Domine exaudi.* vbi dicitur in poſtil. *Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo.*

Attendendū vt̄, quō Dauid, qui exaudiri petebat in iuſtitia, cū dixerat paulo ante. *Exaudi me in tua iuſtitia. modo dicit. Non intres in iudiciū cū ſeruo tuo.* cū iuſtitia in iudicium terminatur, iuxta illud pſal. *Donec iuſtitia conuertatur in iudiciū.* Ad qđ dicendū ſecundum glo. quod iuſtitia, ſecundum q̄ petebat exaudiri Dauid, non intelligit̄ iuſtitia humana, q̄ cōiter iuſtitiā vocamus, ſed iuſtitia diuina qua deus pœnitentib. & ſe accuſantib. indulget. vnde Eſa. 43. d. *Dic tu prior iniquitates tuas, vt iuſtificeris.* vnde non dixit: *Exaudi me in iuſtitia*, ſed in tua iuſtitia. Conſequenter autem, quia iudicio diuino pœnitentes liberantur, non dixit: *nō intres in iudiciū tuum cum ſeruo tuo*, ſed *non intres in iudiciū.* ſ. cōiter dictum, ſecundum quod peccatores iuxta menſuram delicti puniuntur. Vnde pſal. iſte exponitur melius de perſecutione ſpirituali in qua iuſti in hac vita afflicti ad deū clamant, & cōſiderantes defectus ſuos petunt liberari per iuſtitiā diuinā, qua veri pœnitentes liberantur, & nō intrare in iudiciū cōiter dictum, quo delinquentes etiam et ſi peniteāt, & cōfiteant̄, nihilominus puniuntur pęna defectib. ꝓportionata. Et ad hunc ſenſum faciliter redu[citur] litera. Quę quidē ſenſum penultimus verſus teſtat̄, cum [d]icit. *Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectā.* Qđ valde impropriè exponitur de Ieruſalē, qđ nuſquā legitur nominata terra recta, ſicut nec alia loca vbi fuerunt tabernaculū, & a[rca] dñi recta nominant̄, ſed pro terra recta intelligendū eſt [ill]ud quod et dr̄ terra viuentiū, & iō cū dixiſſet: In terrā rectā. [Sta]tim ſubiunxit: *Propter nomen tuum domine viuificabis me.* ſ. d[u]cendo me in terrā prædictā, quæ eſt vera terra viuentium.

Replica. In pſ. *Dñe exaudi.* 2. quē poſtil. exponit de Da[uid] petente ſe liberari a filij ſui Abſalom perſecutione, ſic [Da]uid ſe ponit pro exemplo morali alijs tribulatis, de quib. [ex]ponit Burg. Sed quod dicit Burg. Ieruſalem nō vere dici [ter]rā rectā, fundat ſe ſuper argumento ſuo conſueto. Non r[epe]ritur in ſcriptura, igitur non eſt verum. poteſt enim ratio[na]biliter dici terra recta ex effectibus, quia in Ieruſalem pe[r ſa]crificia, oblationes, & alios cultus, ibi quærebatur rectitu[do], quæ alibi fieri non debuit ædificato templo. Ibi rectificab[an]tur errantes per ſolam legis doctrinam, ibi rectificaban[tur] peccantes per oblationes, & ſacrificia, prout dictum eſt.

## GLOSSA ORDINARIA.

C a *Pſalmus Dauid ad Goliam.* Caſſio. Dauid, Chriſtus totus caput & corpus. Arma, quibus armatus erat populus Iudaicus circuncīſio, ſacrificia, & alia viſibilia ſacramenta. Sed qa lex per illa non pōt viuificare, vt prementia, non vt adiuuantia. In tempore gratiæ Chriſtus, caput, & corpus depoſuit legis ſacramenta, & quinque lapides, i. ipſam legem, quinque, ſ. libros Moyſi tulit de flumine, i. a populo illo, qui per flumen ſignificatur, quia labitur oē ſeculū, quia ergo in flumine, i. in illo populo lapides vacabant inutiles, ſed vt lex eſſet vtilis, Dauid accepit vas paſtorale, i. gratiā, ſine qua non pōt lex impleri, quia plenitudo legis charitas, quæ eſt ex ſpirituſancto. Hoc eſt ergo mittere lapides ī vaſe paſtorali, quo lac mulgeri ſolebat, legi. ſ. admiſcere gratiam. Sic armatus procedit aduerſus ſuperbū. Vnum lapidē mittit, quo deiecit ſuperbum, quia vnitas vincit diabolū. Percuſſit in fronte, quia ex eo loco corporis ſui occidit, vbi ſignum Chriſti non habuit. Deiecto caput gladio eius abſtulit, quia quando magni eius credunt (quos ille in manu habebat, vnde animas trucidabat contra eum loquuntur,) & ſic caput eius gladio ſuo inciditur.

1. Reg. 17. c.

Rom. 13. c.

1. Reg. 17. c.

Caſſio. Dauid Goliam: Chriſtus occidit diabolum, humilitas ſuperbiam. Deus. n. fit humilis, vt ſuperbi qui humiles ſanctos dedignarentur ſequi, hunc ſaltem velint imitari: De ſua. n. figurali, & myſtica gloria Chriſti agit, ex qua proceſſit & ſua. Agens ergo deo gratias de ſua, precatur vt ille veniat, qui diabolum vincat, & ſuos fideles liberet. Non inſoleſcit de victoria, vt ſolet homo, ſed virtuti dei dat de hac victoria quaſi terminū omniū mundanarum rerum ſibi fecit propheta, non enim poſt hanc aliquid dicturus eſt, vel de eccleſiæ perſecutoribus, vel ærumnis ſeculi, vel lamentatione pia Antichriſti elatione, ſed ſeptē reliqui diuinis prçconijs, & [cæ]leſti lætitia pleni ſunt, vt quaſi repulſis nubibus peccator[um] ſerenis mentib. ad laudes dei perueniat̄, & quaſi compl[etis] omnib. quibus humana ignorantia erat inſtruenda, nunc ſola præconia vacandum eſt. v[nde] ſpiritualiter ſequ[ens] pſalmus laudatio[ne] titulatur.

a Agens de victoria.

# a Pſalmus Dauid ad Goliam.

✻ Euthymius. Quædam exemplaria non habent ve[rba] illa: *aduerſus Goliath*, nihil tn̄ impedimento eſt, quin ad[ſcribi] poſſint, quaſi cōpoſitus fuerit hic pſalmus in gratiarū ac[tio]nē, poſt trophæū illum de gigante reportatū, & poſt mu[ltas] alias victorias: Dicere et̄ poſſumus compoſitum fuiſſe h[unc] pſalmum aduerſus inuiſibilem atque intellectualem [Go]liath communem nimirum omnium inimicum diabol[um].

✻ Beda. Bellum iſtud Dauidicum ad deſignandum c[erta]men eſt dñici Chriſti permiſſum, vt ſicut ille gloriam [Go]liath, qui reuelatus, ſiue tranſmigrans interpretat̄, ſaxe[a] dimicatione proſtrauit, ita per petrā, quod eſt dñs Chr[iſtus] fortitudo diabolica vinceretur. Notandum autem, quo[d in]terfectione Goliath memorata, quaſi quidā terminus r[e]bus mundanis eſt appoſitus. Neque enim poſt hunc aliquid de eccleſiæ laboribus, aut de amaritudine ſeculi, aut de tribulatione pęnitētium, aut de Antichriſti abominatione [nar]ratur. Sed reliqui ſeptem in magnum myſterium diuini [præ]conijs aptati cęleſti gaudio videntur eſſe pleniſſimi.

✻ Theodoretus. In nonnullis exemplaribus inſcrip[tioni] hoc additum inueni, *Contra Goliath.* neque autem in He[brai]co exemplari, nec apud alios interpretes, nec apud Se[ptua]ginta inueni in ſextuplici.

A Benedictus. Caſſiod. Triumphalis pſal. agit primo de victoria, qđ Dauid figuraliter vicit Goliā. Spiritualiter ic cū alijs ſanctis diabolū, q̄ tota victoria inde eſſe dicitur, ia Chriſtus de eius ſemine venit vincere, ſuperbiam mū- aduentū eius precatur. Secūdo vnde promittit ſe victori mare, in nouo, & ter teſta. precans r. cum liberari, ibi us canticum. ✠ THEODORE. ne etiam nobis ver concinunt. Nam diaboli tyrannide berati a deo pugna- docti ſumus, ma- bus quidem noſtri- m operantes, & r digitos crucis ſi- gum frontibus im- nentes. ✠ BASILIVS. (id dicis? Bellare ſus, & prælia docet? Maxime, non aberrauerit quiſquam, etiam in iſtis deo victoriam adſcripſerit. Hoc enim eſt, od dicit. *Qui docet manus meas ad prælium.* hoc eſt, qui facit, vincam, & vt hoſtes ſuperem.

a *Qui do. ma.* Augu. i. qui per ſpiritum ſanctum dat mihi do gratiarum, quibus me facit, & docet pugnare, & procede id bellum contra principes tenebrarum, & contra carnē us deſiderijs, & illi mala proponuntur. Sed vincit ille; qui idem mittit in lactis exceptorium, id eſt qui gratiam at- dit, qui ſpiritu dei ducitur. Et quia in pugnando periclita dic, quod ſequitur: *Miſericordia, &c.*

b *Et digi.* Auguſ. In digito notatur diuiſio operationis, quæ in radice vnitas, vt Apoſtolus ait, *Alij datur per ſpiritum ſer- ſapientiæ. alii, &c.* Quaſi alij hoc, alij illud, ſed omnes in eo- n ſpiritu. Omnia enim operatur vnus atque idem ſpiritus idens ſingulis prout vult.

C c *Miſericordia mea.* Caſſiodo. Quia prolixum eſt multis cau explicare, breuiter ſingulis verbis tangit. Miſericordia, ndo vltimus fratrum in regem vnctus eſt. Refugium qđ contra Goliam conſilium dedit, vt petra deijceret eū, cum quo nō poterat armis pugnare. Suſceptor, qđ fecit generū regis. Liberator, a periculo regiæ iræ. Protector quando in ſpelunca ius in Saulem accepit. Poſt tanta beneficia ſcit a tali ſpe non eſſe ceſſandū, ideo ſubdit: In ipſo ſperabo. Vel, de futuro, q. a imperaturus erat populis, vel ſemini ſuo Chriſto populos ſubditos prædicit. Poſt tāta beneficia non ſolū ſe fatet. exiguum ſed totum genus humanū beneficijs Dei indignum, quia cum deſpectu, & ſub admiratione ſubditur: *Domine quid eſt homo, quia, &c.* D 1 Reg. 24. a. † fortis.

## PSALMVS CXLIII.

a ¶ Sit. b ¶ Omnium. c Cui me ſubijci, vel dedi.

Benedictus Dominus † Deus meus, 1

a Si primo das te deo, tunc illo iuuante, & docente pugnabis. 2

qui docet manus meas ad prælium, &

a Quod de prope fit. Contra carnem. 3

digitos meos ad bellum. Miſericordia

a Turris in tribulatione. b Ne cadam. 4

mea, & † refugium meum, ſuſceptor 5 6

a Ne hæream in via. b Ne feriar. c In omnibus laboribus, & præliis. 7 8

meus, & liberator meus. † protector meus, & in ipſo ſpe-

a Ecce caput loquitur nobis, vel pater. b Quaſi, qui per ſe nihil, per te dignum quid. 9

raui, qui † ſubdis populum meum ſub me. Domine quid eſt 10 11

AVGVSTINVS. *Miſericordia mea.* Quia tu das mihi, vt miſericors ſim, & ſic vincam, quia de nullo alio ſic vincitur diabolus inimicus, vt de miſericordia, quæ in duob. cōſiſtit, ſ. in dando, & dimittendo. Qui. n. dimittit, etſi peccauit, dimittetur. Qui dat, datur ei. De hac dicit Ia. Superexaltat miſericordia iudiciū, i. ſuper ponitur in iudicio, quia in quo fuerit inuentū opus miſericordię, & ſi habuerit forte in iudicio quo puniatur, vnda miſericordiæ quaſi aqua, peccati ignis extinguit. In quo nō eſt iniuſtus deus, nec iudicij veritatē deſerit cū talib. ignoſcit: Quia iuſtitia eſt, vt ſm quod quis fecit alijs fiat ei. vnde dñs ait: In qua menſura menſi fueritis, ea re. vo. Aeſi diceret: Si ignoſcis, ignoſco. Etſi eſt apud te mēſura venię dādę, inuenies apud me mēſurā accipiēdæ. Etſi eſt apud te mēſura retribuendi, qđ habes, inuenies apud me mēſurā accipiendi, qđ nō habes, dimitte ergo, & dimitto, da, & do. E Luc. 6. f. Iaco. 2. c. Matt. 7. a.

F ✠ Baſil. Vide rurſus benignitatē dei ſaluari petentem. Immo, & aliud quid hoc loco ſignificat, ne ipſa quidem miſericordia inquit dignus eſſem, niſi ipſe armauiſſet, ipſe enim eſt miſericordia mea, non ego illam in operibus habeo. Luc. 6. f.

d *Domine quid eſt homo.* ✠ Theodoretus. Porro *Innotuiſti* cognoſceris

## NICOLAVS DE LYRA.

Benedictus do. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo, & tranſlatione Hier.* Dauid, *ſine aliqua additiōe. Dicit tamē Hier. in prologo ſuper librum pſalmorum, quod Dauid fecit hunc pſal. cum contra Goliath Gethæum, de quo habetur 1. Reg. 17.*

*Circa, quod ſciendum, q̄ dicit Aug. de pugna Dauid, et Goliæ, quod d accepit hanc pugnam ex inſtinctu ſpiritusſancti, & ex reuelatione prævia, quod dominus volebat per eius victoriā Philiſthæos debellare, propter quod dixit Goliæ. 1. Reg. 18. f.* Tu venis ad me cū gladio, & haſta, & clipeo, ego aūt venio ad te in nomine domini. *Et ſubditur*, & dabit te dñs in manu mea, & percutiā te, & auferam caput tuū a te, & dabo cadauera caſtrorum Philiſtijm hodie volatilib. cœli, & beſtijs terrę, vt ſciat oīs terra, quia eſt dñs deus in Iſrael, &c. *Igitur ſecundum iſtam ſententiam pſal. iſte in duas partes diuiditur. Quia primo Dauid diuinum ſibi aſſiſtens adiutorium confitetur. Secundo, laudare dominum pollicetur, ibi.* Deus canticū nouum. *Prima adhuc in duas, quia primo confitetur aſſiſtentiam adiutorij diuini. Secundo, hoc attribuit bonitati diuinæ, & non ſibi, ibi:* Domine quid eſt homo.

*Circa primū ſciēdū, quod Dauid proceſſit ad pugnā contra Goliath inermis, excepto baculo, & funda, vt habetur. 1. Reg. 17. vt per hæc in victoria magis reluceret virtus diuina. Homo autem in baculo pugnat cum manibus, & quantum ad hoc dicit.* Benedictus dominus deus. *pugnando vero in funda, vtitur magis proprie digitis, & quantum ad hoc ſubditur.* Et digitos meos ad bellum.

4 Miſericordia mea. *quia proprium eſt ipſius dei parcere, & miſereri, ideo Dauid vocat eum miſericordiam in abſtracto, di.* miſericordia mea. *in beneficijs mihi conſeruandis.*

5 Et refugium meum. *In periculis.*

6 Suſceptor meus. *Tanquam pater miſericordiarum.*

7 Et liberator meus. *In periculis occurrentibus.*

8 Protector meus. *Contra Goliæ inſultus.*

9 Et in ipſo ſperaui. *De victoria obtinenda.*

10 Qui ſubdis populum meū ſub me. *In Hebræo, & in trāſlatione Hiero. habetur. Qui ſubdis populos mihi, i. Philiſthæos exiſtentes in magna multitudine, propter quod dicuntur populi in plurali. Per hoc. n. quod Dauid Goliā interfecit; fuerunt oēs Philiſthæi debellati, vt habetur 1. Reg. 17. Ad hunc autem intellectum reducitur litera communis,* Qui ſubdit populum meū. *i. populum Iſrael.* Sub me. *i. in obedientia mea. propter hoc enim, quod Dauid Goliam deuicit, habuit magnū nomen in populo Iſrael, & fuit poſitus ſuper omnes viros belli contra aduerſarios regni. Et per hoc diſpoſitus ad hoc, quod populus deſideraret dominium eius, vnde cum populus venit ad eum, vt vngeret eum regem, dixit ei. 2. Reg. 5. a. Cum eſſet Saul rex ſuper nos, tu eras educens, & reducens Iſrael.*

11 Dñe quid eſt homo. *Hic conſequenter Dauid totū attribuit diuinæ bonitati, & primo quantū ad reuelationem ſibi factam de victoria*

## MORALITER.

1 Benedi. ſecūdum Hier. Dauid fecit hunc pſ. de pugna cōtra Goliath Gethæū. Moral. autem poteſt exponi de bello virtuoſi contra diabolū. Et ſic in eius perſona dr̄ confitendo auxilium diuinum. *Benedictus do.* Circa quod ſciendum, quod ſicut in bello corporali aliquando pugnatur de ꝓpe, manu ad manū, aliquando de longe, vt ſagittando, vel funda lapides iaciendo, & tunc bellans vtitur digitis, & ſic in bello ſpirituali fit bellum de prope cum pugnatur contra actum peccati, vt fornicationis, vel adulterij, & ſic dicitur.

*Qui docet*

2 *Qui do. ma.* Aliquando de longe. ſ. contra occaſionē fornicationis, vel adulterii, vt eſt aſpectus impudicus, & ſic dicit.

3 *Et digitos meos ad bellum. Miſericor. mea.* Hic ponuntur tot nomina quaſi ſynonima, ad ſignificandum, quod effectus diuinæ miſericordiæ nemo poteſt explicare.

10 *Qui ſubdis populū meum ſub me.* Hominis populus dici poſſunt animi motus, qui ſubduntur ſibi quando obediunt rationi. Sed quia totum debet deo attribui, dicitur.

11 *Domine quid eſt homo, quia innotuiſti ei, aut filius hominis, quia reputas eum.* ſcilicet, per effectum tuæ bonitatis ſibi collatum, quaſi dicat nihil eſt. propter quod ſubditur.

A cognoſcens Symmachus interpretatus eſt: Magnopere immenſam tuam benignitatē admiror, quod cum deus ſis omniūque opifex, talem de huiuſmodi vili animali curam geras.

a *Quia reputas.* Magnum eſt, quod Deus æſtimat, & tanti facit vt pro eo filiū dederit, cui et ſit panis, qui eſt panis angelorum: non enim ſic æſtimat hominē Deus, vt homo, qui carius emit equum quā hominem.

b *Vanitati ſimilis factus eſt, dies eius, ſicut vmbra.* AVGVSTINVS. Quando homo conditus eſt, veritati ſimilis factus eſt, vanitati peccando. Vana ſunt omnia tranſitoria, cōparatione ſemper manentis veritatis.

† quod agnouiſti eum.

† tranſiens.

B ✻ EVTHYMIVS. hoc dicit propter corporis infirmitatem, & quia humanum nihil eſt ſtabile, ſed corruptibilia omnia, & quæ cito tranſeunt, per vanitatem autem inania ac fatua hominum ſtudia ſignificat.

† ex.
† exime me, & erue.

¶ Totem, quod eſt in de. quia innotuiſti ei. ¶ Per aſſūptam humanitatem.
b ¶ Id eſt. c ¶ Quid eſt.
d ¶ Et hoc. e ¶ Alias æſtimas. ¶ Alicuius pretii.
¶ Quod tanti eum facis.

a homo, † quia innotuiſti ei, aut filius hominis, quia reputas 1 2

a ¶ Quod tanti eum æſtimas. ¶ Et tamen innotuiſti ei, & æſtimas eum.
¶ Ecce quid per ſe 3

b eum? Homo vanitati ſimilis factus eſt, † dies eius, ſicut vm- 4 5

a ¶ Dum eſt, in nocte eſt. ¶ Caſſ. videtur, ſed non habet ſimilitatem manendi. 6
¶ Sed o. b ¶ Contempera hominibus apoſtolos. Itē ſi es dicant aliis tuam excellentiam.
¶ Quantus per ſe eſt homo, ſed vt per te reformetur. c ¶ Per eos.
¶ Ad nos. ¶ Ad notitiam aliorum.

c brā † prætereunt. Domine inclina cœlos tuos, & deſcen- 7 8

a ¶ De gratia tua. b ¶ Elationes terræ tangēdos Gentiles, id eſt, ſuperbos.
c ¶ Confitebuntur pecca. d ¶ Ecce bellum Chriſti contrà diabolum.
¶ Contra eos autem, qui conſpirant contra te fulgura cōcrebreſco miraculis, & territi nihil audebunt.

d de, tange montes, & fumigabunt. Fulgura † coruſca- 9

a ¶ Ab inuicem. b ¶ In fine autem. c ¶ Verba tua. d ¶ Ad pœnitentiam.

tionem, & diſſipabis eos, emitte ſagittas tuas, † & conturba- 10 11

a Chriſtum. Dominus in tuba dei deſcendet de cælo. 12

e f bis eos. Emitte manum tuam de † alto, † eripe me, & libera 13 14

a Hæ ſunt aquæ contradictionis. Populis foris, uel intus oppugnantibus.
b Quid eſt de aquis? de ma. filio. c Qui aduerſo patre diabolo irati ſunt.
d Exaggerat eorum malitiam, vnde addit, & dextera.

me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum. Quorū 15 16

✻THEODORE. Theodotion autē homo, inquit, auræ ſimilis eſt, Symmachus vapori: Nam vaporis more conglobati, & diſſoluti facile hominū natura diſſoluitur, & vmbræ inſtar horum vita incedit, quoniam ſic tibi cadauei homines curæ ſunt.

✻ Baſilius. Vanitatem vocat nullius eſſe momenti, propterea quod humana, nec firma ſunt nec durant.

Caſſiodorus. Vanum eſt, quod de ſua ſubſtantia cadens vaneſcit: vt fumus, vt vmbra. Ita, & ipſe homo tabeſcit. vnde

Ioh. 8.b.

C ſubdit: *Dies eius.* id eſt vita eius motoria, id eſt trāſitoria. ſic præterit ſicut vmbra.

c *Domine inclina.* Auguſti. Humilis Dauid ex perſona eccleſiæ plenus gratia præſumens de Deo, pugnans hic inuocat adiutorium Dei. Quaſi, In lucta ſumus, ſed ne deficiamus.

*Domine inclina.* Caſſio. Domine. Idem aperit, quod ſupra dixit, innotuiſti, quia tunc innotuit qn̄ incarnatus appa[ruit]. Inclina, quia hæc niſi inclinata diuinitate fieri non poter[at]. Inclinati ſunt celi quando honor, & virtus supernorum [ad] hominem deſcendit, & forma Dei formam ſerui ſuſce[pit].

✻ Euthymius. Atqui deſcendere deus non poteſt, cū v[bi]que adſit, & imple[t] vniuerſa; verum hu[ma]no more, ꝓpheta n[ec] huiuſcemodi protu[lit] verba, vt per ea (t[er]ribilia enim admo[dū] videntur) illos perte[r]reat, qui magna ſa[piūt] & tumēt ſuperbia, [at]que eorundem co[m]primat temeritate[m].

d *Fulgura coruſca[ti]onem.* ✻ Theodo[re]. Per optandi mod[um] ſermonē format, p[ræ]dicit autē futura, q[uæ] per vatem Ezech[iele] deus prędixit, ſic e[n]im illos omnes conſ[um]pſit.

✻ EVTHYMI[VS]. Per fulgurationem [&] ſagittas flagella ac [ſup]plicia appellat, fa[mem] peſtem, & alia hu[iuſ]modi. Notiorib. n. & terribilib. hiſce vocabulis reſupin[um] cōtēptorē hoīē veluti à ſōno excitās, exurgere eū faci[t &] tremere. Pn̄t ēt hęc verbā đ primo ſaluatoris aduētu itell[igi].

e *Emitte ma.* Caſſ. Ad patrem verba conuertit; Emitte manum. i. Chriſtum, de alto. vbi cum patre, vt carnem ind[uat].

Aug. Vel de ſcđo aduētu agit in perſona eccleſię. q. ita [di]c modo. *Emitte manū tuam de alto.* i. Chriſtum de cęlo ad iu[di]cium Veniet enim dominus in voce angeli, & in tuba [dei] deſceñ. de cę. Deinde ex perſona eccleſię ſubdit: *Eripe m[e]* licet per eam manum. Et libera, &c. vt in litera.

f *Libera me de aquis multis.* ✻ Euthy. & Baſil. Aquas cōfu[ſum] hoſtium impetum vocat, eo quod aquarum ſeu torre[ntium] inſtar multo cum impetu ac vehementia, & nullo ordin[e fe]rantur, & quodcunque obuium eſt pertrahant.

☞ a

## NICOLAVS DE LYRA.

*ria contra Goliam, vt prædictum eſt, dicens*: Domine quid eſt homo. *id eſt ipſe Dauid.*

1 Quia innotuiſti ei. *Victoriam de Golia reuelando.*

2 Aut filius hominis. *Id eſt ipſemet Dauid, qui vocatur filius Iſai primi Regum, & 2. & in pluribus locis.*

3 Quia reputas eum. *Tanta victoria dignum, quaſi dicat hoc prouenit ex tua bonitate tantum, ideo ſubditur.*

4 Homo. *Id eſt Dauid.*

5 Vanitati ſimilis factus eſt. *Id eſt nullius momenti, & in ſe, & in ſua reputatione: propter quod poſtquam iam adeptus fuerat regiam dignitatem, dixit. 2. Regum. vi. d.* Vilior fiam plus, quam factus ſum, & ero humilis in oculi meis. *Secundo attribuit diuinæ bonitati obtentum victoriæ, dicens.*

6 Domine inclina cæ. *Non per loci mutationem, ſed pietatis condeſcenſionem.*

7 Tange mon. *id eſt percute Philiſthæos ſuperbos.*

Et fumi.

8 Et fumi. *i. virtus exercitus eorum extinguetur, ſicut titio, [c]ui flamma extincta fumigat.*

9 Fulgura cor. *i. oſtende tuæ virtutis euidentiam.*

10 Et diſſipabis eos. *i. acies eorum.*

11 Emitte ſagittas tu. *i. dirige lapides in eos qui dicuntur ble[ſſ]tæ, eo quod emittuntur a longe de funda, ſicut ſagitta de arcu.*

12 Et cōturba. eos. *Quia proſtrato Golia ictu lapidis, Philiſthæi co[n]turbati, & ſtupefacti fugerunt, & filii Iſrael eos inſequentes m[ul]tos occiderunt. 1. Regum. 17.*

13 Emitte ma. *de manu Goliæ.*

14 Et libera me de aquis multis. *i. de Philiſthæis, eo modo lo[qu]endi quo dicitur Apoc. 17. d.* Aquę quas vidiſti ſuper quas m[er]etr[ix] ſedet populi ſunt, &c.

15 Et de manu. fi. al. *& pro, id eſt. i. de manu Philiſtinorum qui dicuntur filii alieni, eò quod erant idolatriæ dediti.*

16 Quorum os lo. eſt. va. *Quia Goliath nomine omniū Philiſthinorum exprobrabat agminibus Iſrael iactanter, dicens, Exprobraui agminibus hodie. 1. Regum. 17. b.*

Et dextera

## MORALITER.

4 *Hō vanitati ſimilis factus eſt: dies eius ſicut vmbra prętereūt. Domine. I.* Hic conſequenter ponitur dæmonum repreſſio, qui ſunt frequenter nimis acres in hoc bello, ideo dicitur.

6 *Dne inclina cælos tuos, & deſcende*, per effectū poteſtatis tuæ.

7 *Tange montes.* Reprimendo ſuperbos dæmones.

8 *Et fumigabunt.* i. murmurabunt, ſicut dixerūt Chriſto Mat. 8. d. Cur veniſti ante tempus torquere nos;

9 *Fulgura coruſcationes, & diſſipabis eos.* per fulgura, coruſcationes, & ſagittas, intelligitur dei ſentētia in iudicio final[i qua] dæmones retrudentur in profundū inferni. Sed quia v[ſq]ue tunc grauiter inuadunt homines ſubditur.

13 *Emitte manum tuam.* id eſt potentam.

14 *Et libera me de aquis multis.* Id eſt tentationibus dæm[o]nū impetuoſis.

15 *Et de manu filiorum alienorum.* id eſt dæmonum, qu[i] ſunt filij dei per creationem, ſed alieni ab eo per rebellione[m].

16 *Quorum os locutum eſt va.* Eam mundanis hominibu[s] ſug[]gerendo.

a *Deus canticum nouum cantabo tibi in pſalte.* Caſ. Secũda pars. Vbi quaſi ille quẽ precabatur, victor & liberator venerit, ei ſe cantare in nouo teſtamento, & veteri promittit. & ab eo precatur liberari ab his, qui beatitudinẽ putant in terrenis.

*Canticum.* Aug. Hoc alio nomine ſignificat legem, quam per quinque lapides ſignificauit.

a Id eſt, dextera eorum eſt ſiniſtra.

os locutum eſt † vanitatem: & dextera eorum dextera † ini-

a Aug. Quid tu inter eos, in vaſe paſtorali habens quinque lapides? b Noui hominis, noui teſtamenti. c Auguſt. In lege decem præceptorum cantabo tibi canticum nouum, quia plenitudo legis charitas, qua qui caret, portare poteſt pſalterium, pſallere non poteſt.

a quitatis. Deus canticũ nouum cantabo tibi: in pſalterio * de- 3

a Strepitus aquarum non facit obmuteſcere. a Montibus iam fumigantibus. 4

b cachordo pſallam tibi. Qui † das ſalutem regibus, qui † rede- 5 6

a Totum Chriſtum caput & corpus. b Aug. Quia eſt & benignus gladius, quo Deus loquitur veritatem, malignus quo illi loquuntur vanitatem. †

c miſti Dauid ſeruum tuũ, de gladio maligno eripe me. Et erue † 7

a Hæc repetitione deteſtabiliores iniquos reddit. 8

d me de manu filiorum alienorũ, quorum os locutum eſt † va- †

a Quia terrena ſunt beatitudo. b Quia terrena pro dextra habent. 9

e nitatem: & dextera eorum dextera † iniquitatis quorũ filij † 10

* Euthymius & Baſilius. Tunc quidem organa erant quibus canebant, nunc vero organis vtendum eſt corpore noſtro, quando membris eius (vt decet) vſi fuerimus, videlicet quilibet tunc demum pſalteriũ decachordum efficitur, ſi quinq; corporis ſenſus, & quinque animi potentias, in ſe apte atque concinne diſpoſitas habuerit.

b *Gladio.* Auguſtinus. Quas ſuperius dixit aquas, ipſum hic dicit gladium. vnde & hic ſubdit quod ibi: *Et erue me de manu filiorum alienorum.*

c *Maligno.* Auguſtinus. de quo: Lingua eorum gladius acutus. Eſt & benignus gladius, de quo dominus ait: *Non veni pacem mittere, ſed gladium.* Hic eſt gladius bis acutus, vtroque acumine præpotens, ſcilicet veteris & noui teſtamenti quo omnis putredo à membris Chriſti abſcinditur.

C

* Theodoretus. Gladium malignum furorem & feritatem irruentium vocauit, eoſdem vero filios alienos tanquam impios. D

d *Et dextera eorum dextera iniquitatis.* * Idem. Eiuſdem ſermonis repetitione non fruſtra vſus eſt, ſed eorum felicitatẽ narraturus prauitatis inſimulationem ſumpſit ad opẽ ferendam Deum excitans.

e *Quorum filij.* Hic, qui ſint alieni, & quæ illorum dextera iniquitatis, & qualiter locuti ſunt vanitatem, exponit.

Auguſtinus. Felicitatem eorum enumerat, hęc eſt dextera eorum, hæc eſt vanitas quam loquũtur, dum hæc dicunt beatitudinem. E

Caſſiodorus. *Quorum filij.* Vel, myſticè hæc poſſunt intelligi ab illo loco. Et agit de erroribus malorum & hæreſibus hæreſiarcharum, & peſſimis cogitationibus, oſtendens eos eſſe hæreticos, de quibus etiam quædam ad literam exponuntur ſic: Quorum, ſcilicet prædictorum filij ſunt ſicut nouellæ plantæ in iuuentute ſua, id eſt, filij eorum ſunt ſicut nouella plantatio. Qui non de apoſtolis fundati, ſed de peruerſitate nouitatis. Poſt mala ipſorum, nunc & bona accuſat. Filij prauo dogmate generati, qui non antiquis ritibus patrum viguerunt, ſed nouis erroribus pullulauerunt. F

† mendax.

* &

† redemiſti

† mendacium.

† mendacii Quoniam filii noſtri ſicut plantulæ creſcentes. Filiæ noſtræ ſicut anguli inciſi ad ſimilitudinem templi.

*Filiæ.*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et dextera eorum.* id eſt, virtus ad bellandum.

2 *Dextera iniquitatis.* Quia cõtra Iſrael habebant iniuſtũ bellũ.

3 *Deus canticum.* Hic conſequenter Dauid pro beneficijs prædictis Deum laudare promittit. In qua quidem laude primo diuinũ beneficiũ recognoſcit. & ſecundo proſperũ ſtatum gentis ſuæ depoſcit, ibi. *Quorum filii.* Circa primum dicit: *Deus canticum nouum.* In recognitione noui beneficij.

4 *In pſalterio decachordo.* id eſt, decem chordas habente.

5 *Pſallam ti.* Cantus enim huius pſal. magis appropriabatur huic inſtrumento quam alteri, quem decantabat Dauid non ſolum voce humana, ſed etiam inſtrumento muſico.

6 *Qui das ſa. re.* id eſt, mihi & Sauli. Vocat enim ſe regem, pro quod erat inunctus per Samuelem, & ſimiliter Saulem, pro quod adhuc actu tenebat regnum. Et vterque tunc fuit ſaluatus, quia Dauid habuit victoriam de Golia, & Saul de exercitu Philiſthinorum. Quia tamen hoc proceſſit ex victoria Dauid vt prædictum eſt. ideo ſubditur.

7 *Qui redemiſti Dauid.* id eſt, de gladio Goliæ, cuius haſtile erat quaſi liciatorium texentium, & ferrum ſexcentos ſiclos habebat ferris, vt habetur. 1. Reg. 17.

8 *Eripe me.* Hic incipit verſus ſequens immediatè præcedentem in Heb. & tranſla. Hieron.

9 *De manu.* exponatur ſicut ſupra: quia eſt repetitio eiuſdem, ſicut frequenter fit in canticis.

10 *Quorum filii.* Hic conſequenter Dauid proſperitatem Iſrael depoſcit: prout ſonat litera Hebraica & trãſlatio Hieron. quæ ſic habent. Vt ſint filij noſtri, id eſt, filij Iſrael: iuuenes quaſi plantatio creſcens in adoleſcẽtia ſua, id eſt, proficiant in virtute corporis & mentis. Filiæ noſtræ quaſi angeli, ornatæ ad ſimilitudinem templi, id eſt, vt ornentur & tradantur nuptui, vt ſic poſſit melius populus multiplicari. Et in hoc petit Dauid proſperitatẽm populi Iſrael quantum ad multitudinem perſonarũ. Conſequenter idem petit quantum ad multiplicationem bonorum tẽporalium, ſine qua non poteſt multiplicatio populi ſuſtentari. Et primo, in terræ naſcentibus. ſ. blado & vino & ſimilibus, di. Promptuaria noſtra plena, & ſuper effundentia ex hoc in illud. Secundo, in aĩalibus cum ſubditur: Pecora noſtra in milibus, innumerabilia in cõpitibus noſtris: tauri noſtri pingues, ſic hẽt tranſlatio Hier. & litera Hebraica eſt eadẽ in ſententia, quę talis eſt: *Oues noſtræ à milibus in decem milia in greſſibus noſtris*, boues noſtri pingues. Tertio, in ædificijs & clauſuris, cum dr̃: Non eſt interruptio, ſ. in muris ciuitatũ. Et non eſt egreſſus. vnde poſſint fugere illi qui apud nos detinentur captiui de alienis gentibus. Et non eſt vlulatus in plateis noſtris ꝑꝑ inimicos noſtros ſubito irruentes quaſi dicat, ſunt ciuitates noſtræ ita fortes & munitæ, ꝙ nõ habeamus timere incurſum ſubitũ hoſtiũ. Nec mirãdũ eſt de mutatione modi loquẽdi, videlicet de optatiuo mõ ad indicatiuũ, & de futuro ad pꝛ̃ſens: qa talis mutatio frequẽs eſt in prophetis: & maxime in ſcripturis metrice cõpoſitis, cuiuſmodi eſt liber Pſalmorũ. Et qa proſperitas tp̃alis nõ eſt ad bonũ male vtentiũ, ſed tm̃ bene vtentiũ, ſm̃ qđ dicit beatus Ambr. ſuꝑ Lucã. Sicut diuitiæ impẽdimẽta ſunt reprobis, ita ꝓbis ſunt adiumẽta virtutis. iõ ſubdit̃. *Beatus populus cuius talia ſunt, ſi tamen bene vtatur.* ꝑꝑ quod ſubdit̃. *Beatus populus, cuius eſt dñs Deus ſuus*, quia ille qui verum Deum colit, bene vtitur tẽporali ꝓſperitate.

Aliqui vero expoſitores noſtri literã p̃dictã ab illo loco: Quorũ filij prout iacet in trãſlatione cõi, exponũt de Philiſthæis cõiungẽdo literæ p̃cedẽti: qa vt iſti dicũt, gloriabant̃ de multitudine & pulchritudine ꝓlis maſculinæ & fœmininæ, & de abundãtia in terræ naſcẽtibus & aĩalibus, & de fortitudine ciuitatũ, & ſic in fine ſubdr̃. *Beatum dixerunt*, ſ. Philiſthęi, populũ cui hęc ſunt, vel beatus populus cuius ſunt talia, iactando ſe de prædictis. Sed qa male vtentes, cuiuſmodi erant Philiſthæi, non erant per hoc beatiores, ſed miſeriores. ideo ad repellendum dictum eorum ſubditur: *Beatus populus, cuius dñs Deus eius*, qualis erat populus Iudæorum colens vnum verum Deum. Sed quia Hebræi & Hierony. literam prædictam non referunt ad Philiſthæos, ſed magis ad Hebręos, vt viſum eſt: ideo tranſlatio cõis poteſt reduci ad intellectum eorum ſupra poſitum. Sic vt ab illo loco. *Quorum filii, &c.* ſit conſtructio ſuſpenſiua vſq; ad illum locum: *Beatum*

## MORALITER.

1 *Et dextera eorum dextera iniquitatis.* Nam ad eum impellunt homines multis modis. Et quoniam ex tali beneficio debetur laus Deo. Ideo ſubditur.

3 *Deus canticum nouum cantabo tibi.* Cum liberatus fuero de inſultu maligni.

4 *In Pſalterio decachordo pſallam tibi.* id eſt, in obſeruatione decalogi.

6 *Qui das ſa. re.* i. hoĩbus cũ adiutorio Dei ſe bene regẽtib⁹.

7 *Qui redemiſti Dauid.* de Saulis perſecutione.

8 *De gladio ma.* id eſt, de maligni ſpiritus tẽtatione.

† *Et erue me.* Hic conſequenter ponitur liberatio ab hominibus malis, qui ſunt inſtrumenta dæmonis, cum dicitur: *Erue me de manu fi. alie.* id eſt, hominũ malorum, qui ſunt filij Dei ad eius imaginem facti, ſed ab eo per peccatum alieni.

† *Quorum os locutum eſt vanitatem.* id eſt, mendacium ad bonorum deceptionem.

† *Et dextera eorum.* Eſt enim ſemper extenſa ad operandum iniqua. Et quia frequenter iniqui proſperantur in vita præſenti, ſubditur.

10 *Quorum filii.* In quo notatur proſperitas in prole maſculina. Et etiam fœminina, cum ſubditur.

*Filia*

A a *Filiæ*. quæ non habent vires conſtantiæ.
b *Compoſitæ*. non natura pulchræ, ſed ab hominibus cōpoſitæ. Hæ filiæ, ſunt cogitationes vel prędicationes eorū, quę non habent veram eccleſiam, ſed ſimilitudinem.
c *Promptuaria*. corda diuerſis rebus ſacta. vnde peſſimas eructuationes exhalant, quæ fœtent.
d *Ex hoc in illud*. inſtabiles, quia non habent radicē veritatis.
e *Oues*. ad literam, quia vult eos oſtendere caducis rebus hærere. quaſi dicat pecu-
B lium eorum ſœtuoſum, cum ipſi fide ſteriles. vnde myſtice, diſcipuli eorū hæ oues ſunt fœtuoſæ, quia ipſi alios plures in errore generant.

a Alias nouellæ ſtabilitæ.
a ſicut nouellæ plantationes, in iuuentute ſua. Filiæ eorum †
Alias cellaria.
b compoſitæ, circumornatæ vt ſimilitudo templi. Promptua- 1 2
c ria † eorum plena: eructantia ex hoc in illud. Oues † eorum 3
d Alias ſi.
e fœtoſæ, abundantes in egreſſibus ſuis: boues † eorum craſſæ.
f a Alias ſepis. b Alias exitus c Nullus tumultus, ſed pax quieta.
g Non eſt † ruina maceriæ, neque tranſitus, neque clamor in †
h Sed quia. Non hoc arguo. b Filij autem. 4
i plateis † eorum. † Beatum dixerunt populum cui hæc ſunt: 5 †
k a Quia tu Dauid dicis. b Voluntate. c Poteſtate. 6
beatus populus, cuius dominus Deus eius.

† noſtra.

† emptio, vel, ſeptis nec eſt tranſitus, ſcilicet abortus.
† noſtris
† Beatus populus cui hic eſt.

f *In egreſſibus*. Non in ingreſſibus, quia totum bonum quod habere videntur, ab eis egreditur cito periturus.
g *Boues*. non labore macri, ſed otio pingues, vt his qui affluunt diuitijs, cum ipſi ſint à veritate ieiuni. Vel myſticè, boues, magiſtri terrenis affluunt.
C h *Maceriæ*. quæ de ſolis ſaxis in hortis vel vineis, ſed nec ipſa ruit illis, adeo proſperi. ✲ Theod.

✲ Theodoretus. Symmachus ſic dixit. nec percuſſio nec funeris elatio, nec luctus in plateis eorum, ſic etiam & alij interpretes explanarunt. Nam per multam felicitatem, & bonorum affluentiam in delitijs & in riſu degunt, de rebus triſtibus non facientes periculum.

i *Ne. tran. ne. cla.* tumultus interrumpit quietem eorum.

Vel Myſticè: maceria, ars philoſophorum quæ non pōt deſtrui vt tranſeant iuſti, nec clamor Dei, quæ in anguſta via (quæ ducit ad vitā) eſt in plateis eorum, id eſt in lata via eorum, quæ ducit ad mortem.

K *Beatum*. non ind[...] reprehendit, quia h[...] abundāt. ſed quia p[...] dextera habent, id eſt pro beatitudine, & hæc eſt vanitas quam locuti ſunt. His & Abraham, & Iſaac, & Iacob, abundauit. Fœlicitas eſt ſiniſtra, id eſt temporalis, mortalis.

✲ Baſilius. Poſtquam omnem opulentiam deſcripſit, [...] putauit illos ob eam cām. quod diuites ſunt dignos ob qu[...] quiſquam extimuletur, ſed præteritis his omnibus ad v[...] rum theſaurum felicitatem extendit. ☞ GLO[...]

NICOLAVS DE LYRA.

*Beatum dixerunt*, &c. & ibi incipiat conſtructio: Beatum dixerunt beatitudine quæ habetur in præſenti. Populum cui hæc ſunt ſ. præmiſſa in litera, cum dr̄. *Quorum filij ſicut nouellæ plantationes*, id eſt, qui abundant in bona prole maſculina & fœminina, & in terrænaſcentibus: propter quod ſubditur.
1 *Promptuaria eorum plena* &c. ex magna abundantia.
2 *Ex hoc in i.* propter diuerſas ſpecies terrænaſcentium abundantes. Et ſimiliter in aialibus propter quod ſubditur.
3 *Oues eo.* Et ſimiliter in fortibus ciuitatibus, propter quod ſubditur.
4 *Non eſt rui.* vbi hoſtes poſſint faciliter incurrere, & p cō[...] quēs. 5 *Neq; clamor in plateis eorū.* ex ſubito incurſu hoſti[...] Et q, deceat deū dare talia populo Iſrael, oſtēditur, cum [...]
6 *Beatus populus cuius dominus Deus eius.* quaſi dicat hic ſol[us] eſt populus Iudaicus, in quo pro tunc vigebat fides vni[us] Dei, & eius cultus. & ideo cum ex hoc ſit beatus princip[a]liter, decet quod habeat abundantiam bonorum tempor[a]lium, quæ in hominibus bonis facit adiutoriū virtutis. M[o]raliter poteſt exponi pſal iſte de quolibet fideli, quo hab[et] victoria de hoſte viſibili ſeu inuiſibili, cuiuſmodi eſt ſp[iri]tus malignus, exemplo Dauid inſurgit ad Dei laudem.

MORALITER.

† *Filiæ eorum compoſitæ cir.* id eſt, ornatæ curioſe.
1 *Promptuaria eorum plena.* In quo tangitur proſperitas in terrænaſcentibus, & in animalibus, cum dicitur.
3 *Oues eorum fœtuoſæ.* Et in temporali pace, cum ſubditur.
4 *Non eſt ruina ma.* id eſt, clauſuræ murorum.
† *Neque tranſitus.* aduerſariorum.
5 *Neque clamor in plateis eorum.* ſcilicet vulneratorum [ab] aduerſarijs.
† *Beatum dixerunt.* Hoc enim dicunt homines mundan[i], licet ſit miſer miſeria peccati. Conſequenter oſtenditu[r] quis populus ſit vere beatus, cum ſubditur.
6 *Beatus populus cuius eſt dominus Deus eius.* id eſt, qui ſer[uit] domino fideliter & deuote: talis enim eſt beatus in ſpe.

ADDITIO I.

In pſal. 143. *Benedictus dominus.* vbi dicitur in poſtil. *Qui das ſalutem regibus.* Hoc quod dicit regibus in plurali, non eſt neceſſe, vt referatur ad Saul & Dauid: ſed generaliter intelligendū eſt, ſ. quòd Dauid attribuit Deo victoriam quam habent reges quicunque ſibi. *quia omne datum optimum de ſurſum eſt, deſcendens. Iac. 1. c.* Incōueniēs eſt. n. dicere, quod Dauid vocaſſet ſe regem tempore huius pugnæ, cū poſtea pluries vocabat ſe ſeruum regis, vt patet. 1. Reg. 24. & in alijs locis.

ADDITIO II.

In eodem pſal. vbi dicitur in poſtil. *Quorum filij.*

In hoc loco non eſt dictio in Hebræo, q̄ ſignificat quorū, prout in tranſlatione Latina hr̄, nec ēt quæ ſignificat idē q, vt ſint, prout in tranſlatione Hier. hr̄, ſed vera Hebraica ſic hēt. *Quonia filij noſtri quaſi plantatio* &c. vel, q, filij nr̄i quaſi plantatio. Ad cuius ſenſum proprius intelligendū eſt, & attendendū, q, Dauid in hoc loco non petit beneficia futura circa proſperitatē populi, ſed potius regratiatur de p̄teritis beneficijs populo Dei exhibitis mediāte victoria ſua. vnde cū dixiſſet: *Deus canticū nouū.* de duobus intendit Deū laudare. Primo. ſ. de liberatione ſua. ſecundo, de proſperitate quę ſecuta fuit in populo Dei per eādē victoriā. De primo dicit: *Qui redemiſti Dauid ſeruū tuū.* Sed qa p̄uidebat ſe adhuc in multis certaminibus futurū cū hmōi alienigenis Philiſthinis. iō regratiādo de hmōi victoria iā p̄terita, introducit petitionē de ſua liberatione futura ab eis. & de hoc dicit. *Eripe me, & erue me de manu filiorū alienorū.* q. d. qui nunc eripuiſti me de hmōi gladio maligno, cōtinua protectionē tuā eripiendo & eruēdo me vlterius ab hmōi manu filiorū alienorū, &c. De ſecundo vero regratiando dicit. *Quoniam filij noſtri*, &c.

Pro quo ſciēdū, q, ſi victoriā certaminis Golias habuiſſet, filij Iſrael eēnt effecti ſerui Philiſthinorū prout hr̄. 1. Reg. 17. & p cōſequēs totus ſtatus eorū ſubuerſus, ſed p victoria quā dedit Deus ipſi Dauid fuit p cōpoſitū: qa ſtatus populi fuit valde proſperatus, & iō in hac victoria ſingulariter legit̃, qa de cūctis ciuitatibus Iſrael exibāt mulieres pſallētes. 1. Reg. 18. q, nō ſic legit̃ de alijs victorijs. vnde Dauid de hac regratiando deo dicit: *Quoniā filii noſtri quaſi plantatio.* i. merito d[ecan]tādū eſt tibi cāticū nouū ſuper hāc victoriā, quia per [eam] iuuenes noſtri nō viuēt ſeruiliter, ſed proficiēt in virtutib[us] tanq̄ liberi. Similiter & filię noſtrę quaſi angeli ornatæ & exponant̃ prout in poſtil. nō tn̄ per modū petitionis, ſed p modū regratiationis: qa per hāc victoriā fuit populus mu[lti]plicatus in pſonis & in victualib⁹ & in cęteris q̄ in litera c[ōti]nent̃, & finaliter i pace politica q̄ principaliter cōſiſtit in ſ[e]curitate ab hoſtibus & calūniatoribus intrinſecis. & hoc [in] vigore iuſtitię, q̄ tpe pacis potius colit̃. vn̄ Eſa. 37. d. *Erit op[us] iuſtitiæ pax.* Et de hoc dicit finaliter. *Non eſt vlulatus in plat[eis] noſtris.* Et vtrūq; ſignificat̃ p dictionē Hebraicā in hoc lo[co] poſitā, & eſt ſenſus, q, iā nō erat in populo vlulatus, q cauſ[at̃] ab incurſu hoſtiū, nec clamor q cauſat̃ ab oppreſſione cal[ū]niatorū cōciuiū, & qa oia iſta ptinēt ad felicitatē politicā, [præ]cipuē hęc clauſula vltima q̄ trāquillitatē populi ſignificat, eſt maximū bonū, q, intendit̃ in regimine politico, vt hr̄. Eth. iō ſubdit. *Beatus populus, cuius hæc ſunt.* q, intelligit̃ de b[ea]titudine ciuili. Sed qa felicitas vera nō ꝯſiſtit i his, ſed poti[us in] adhęſione ad Deū p cognitionē & amorē, iuxta illud: M[ihi] aūt adhęrere deo bonū eſt iō ſubdit. *Beat. pop. cuius do. De⁹ e[ius].*

REPL. In pſal. *Bñd. ēius dñs Deus meus.* cōcordāt poſtil. Burg. p̄terq̄ in expoſitione illius paſſus. *Qui das ſalutem regi[bus]* hoc exponit poſtil de Dauid & Saul, nō excludēs: q[ui]n de al[ijs] Iudęorū regibus poterit exponi pphericē. Obijcit aūt Bu[rg.] q, tpe pugnæ cū Goliath, Dauid ſe nō potuit dicere regē, q[uia] ſępe poſt ſe dixit ſeruū regis, vt patet. 1. Re. 23. Ad q, rnde[tur] q, Dauid ſe vere illo tpe potuit dicere regē: qa ante illā p[u]gnā à Samuele inunctus fuit in regē. vñ quāuis nōdū hab[uit] executionem regiæ maieſtatis, fuit tn̄ vere rex cōſtitutus [a] Deo, quāuis nōdū aſſumptus a populo. Sic & Chr̄s ſe dixit [re]gē, q[ua]uis tn̄ nullā fecit regiæ maieſtatis executionē, qa venit di[judi]care, nō iudicare, &c. Dauid igit̃ vere ſe cōnumerauit re[gi]bus, qa habuit ius ad regē, q̄uis nōdū in regno, &c. In reli[quis] huius pſal. Bur. variat applicationē, veritate nondū mutat prout ſæpe conſueuit.

GLOSSA ORDINARIA.

a *Laudatio ipſi Dauid.* Caſ. Breuiter continet hic pſal. quę in ſcripturis diuinis latè diffunduntur. Vbicunque .n. de laudi bus Dei agit, legitur, vel opera, vel potētia, vel aliquid ęter- norū. Ad cuius præconia ſequentes pſal. pertinent, qui cum ſolo ſeptē ſunt. vt, Septies in die laudē dixi tibi, vt & ſeptē ſunt ſpiritus gratiarum, q laudes concinunt, ſicut in Apocalypſi legitur. in his ſufficienter Deus docuit. quo modo velit laudari, & quis in eius laude ſtare poſſet.

Auguſt. Spiritu ſancto implet Deus ſanctos, vt laudent eum, ne erremus in laudando, iter laudis in ſcriptura conſtituit. homo laudat, arrogantia eſt: Si Deus, miſericordia eſt: ia laudando ſe amabilem facit, & nos amando meliores ſumus non ipſe. Ideoque ſpiritus eius in ſeruis ſuis laudat eū, ia laudari ſe facit.

Caſ. vt ſeptem pſal. pęnitentiæ, ſic & ſeptem ſpiritus, iuxta illud ſacramentum, quod præcepit dominus Moyſi in tabernaculo ſeptē lucernas ponere, perpetuo lumine lucētes.

✠ Euthymius. Hic Pſalmus laudationem Dei continet, quæ omnibus communis eſſe poteſt, & ex fidelis cuiuſque perſona proferri.

✠ Beda. Ex perſona canitur populi de captiuitate liberati admirans Dei potētiam, & agentis gratias pro beneficijs his qui omnibus in tribulatione poſitis ſubuenire ſolet. aliter vox Eccleſiæ ad Chriſtum.

✠ Idem. Quæri pôt, quare titulus hic ſingulariter contineat. *Laudatio ipſi Dauid.* Cum in oībus pſalmis ipſius Dauid hoc eſt, domini Chriſti gloria prędicet. Sed hic durior diſtri ctiorque poſita eſt, qui cōpletis oībus quibus humana igno rantia fuerat inſtruenda, nunc ad ſola præcipitur Dñi vacare præconia: Quæ laudes propter futuri ſeculi ſabbatū (vt dixi) ſeptenario pſalmorum numero ſunt comprehenſæ.

PSALMVS CXLIIII.

Exaltabo te. Caſ. Primo, propheta promittit infinitā laudem. Secundo, oēs perfecturos Dei laudem nouem modis dicit, ibi: *Generatio & generatio.* Tertio, eadem latius explicat, ibi: *Miſerator.*

c *Et benedicam.* ✠ Euthym. Sumus enim præ cæteris oībus nos Deo debitores, & quia fecit nos cū non eſſemus, & quia tales creauit, homines .ſ. & fideles, & quod creatos conſeruat, & quia prouidentiā noſtrum oium habet, in vniuerſum omnium, ac priuatim ſingulorum, ſecreto, & paſam tam ſcietiū, quam ignorantium.

✠ Baſilius. Vides quomodo futuræ vitæ præmia ſignificet? Benedictionem autē hic dicit nō eam quæ verbis tātum, ſed quę & rebus ipſis conſtat. Sic .n. exaltatur Deus, ſic magnificatur.

d *In ſ. ſecu.* Caſſiod. Qui hic non incipit, in futuro mutus erit.

e *Per ſin. dies.* Caſſio. Qui hic per ſingulos dies, in æterno die merebitur laudare conti nua exultatione.

Auguſt. Benedicit nūc per ſingulos dies, vt cum venerit vnus ſine fine dies, eat ex laude in laudem, ſicut ex virtute in virtutem.

f *In ſeculum & in ſeculum ſeculi.* Caſ. De qua laude alibi: *In ſecula ſeculorum laudabunt.* quia ſemper amabunt quem ſemper videbunt, qua viſione nihil delectabilius.

g *Magnus dominus & laudabilis.* ✠ Euth. Magnus non tantū vt magnarū rerū opifex ſed vt magnorū donorū largitor, & ꝓpterea valde laudādus eſt, qđ ſi nullus eſt finis diuinæ magnitudinis, ꝯſequēter null9 erit ēt diuinis laudib9 mod9.

✠ Baſil. Quid eſt, qđ dicit laudabilis? dignus qui laudet ac ꝑdicet, nec ſimpliciter dixit laudabilis, ſed adiecit, ad modū

h *Nimis.* Vno verbo dedit cogitare, quod non poteſt capi plene, & ideo nunquam ceſſes à laudibus.

i *Generatio & gen.* Caſſiod. Secundo, omnes perfecturos laudem Dei nouem modis promittit.

k *Opera tua.* Aug. Si ī magnitudine deficimus, vel de operib9 laudem9 operātē, de cōditis cōditorē, de creaturis creatorē.

Caſſiod. Nouem ſunt opera, potentia, magnificentia, ſanctitas, mirabilia, virtus, terribilium magnitudo, memoria, iuſtitia, quæ poſt explicabuntur, ex his quaſi locis, & ſeminibus omnis laus trahitur, ad quem modum omnia argumenta de paucitate locorum ſumuntur.

Nouem opera ex quibus omnis laus Dei trahitur.

l *Et potentiam.* Aug. Non .n. opera laudant, niſi vt virtutem operantis

a Chriſto.

Laudatio ipſi Dauid. CXLIIII.

Aleph.

Notum facio prædicando quod es: Creator & recreator.
a Chriſte. De Iuda vnde reges in vet. teſt. b Laudabo.

b EXaltabo te Deus meus rex: † & benedi 1 2
a Hic. b In æternum.
cā† nomini tuo in ſeculum, & in ſecu- 3
a Exponit quod dixit. Aug. Ecce in ſeculum ſine intermiſſione in lætis vel triſtibus. 4
c d e f lum ſeculi. Beth. Per ſingulos dies be- 5 6
nedicam tibi, & laudabo nomē tuum
in ſeculū, & in ſeculum ſeculi Gimel.
a Cuius ſine laudis ſubdit. In eſſentia. Alias valde. b Incomprehenſibilis cogitatione vel loco.
g h Magnus dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis 7 8
loco non potes laudem finire. a Aug. Omnis repetitio dicentis, in infinitum miſit animum cogitantis vel, generat o qua in præſenti naſcuntur filij Dei. Generatio, qua filij reſurrectionis. vnde dicitur: In generatione cum ſederit filius hominis, id eſt, reſurrectione. 9
i eius non eſt † finis. Daleth. generatio † & generatio lau- 10
a Primus locus laudis. b Secundus locus laudis.
k l dabit opera tua, & † potentiam tuam pronuntiabunt. 11

† meus. † generationi. Pſal. 83. a.

NICOLAVS DE LYRA.

PSAL. CXLIIII.

EXaltabo te Deus. Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo & in tranſlatione Hieron. Hymnus Dauid. Circa quod ſciendū, quod hymnus proprie eſt laus diuina cū cantico ſeu exultatione, & ideo ſi non ſit laus Dei, ſed alterius perſonæ, non eſt hymnus, ēt ſi fiat cū exultatione. & ſimiliter ſi ſit laus diuina, & nō fiat cū cantico ſeu exultatione, ſed magis cū fletu: ſicut ſanctus Ieremiæ nō eſt ꝓprie hymnus. ideo per hoc quod dr̄ in titulo, Hymnus Dauid, deſignat Dauid fecit hunc pſal. ad Dei laudē cū cantico ſeu exultatione. Et diuiditur in duas partes, quia primo Dauid Deum laudat. ſecundo, alios ad huiuſmodi laudem excitat, ibi: *Generatio.* Circa primum dicit. 1 *Exaltabo te Deus.* Per creationem. 2 *Meus.* Per fidem & ſpecialem deuotionem. Rex. Per omnium gubernationem. Rex enim dr̄ à regendo. 4 *Et benedicam.* Non benedictione conſecrationis, quæ à maiore impenditur minori, Heb. 7. b. *Sine vlla contradictione, quod minus eſt à meliori benedicitur*, ſed benedictione gratiarum actionis & laudis, quæ à minori exhibetur maiori. 5 *In ſeculum & in ſeculum ſe.* Præuidit .n. Dauid, ꝙ pſal. iſte & alij ab eo facti eſſent cantandi in futuris generationibus ad laudē Dei. 6 *Per ſingulos dies, &c.* Quia Dauid ſingulis diebus aliqua hora vel pluribus intēdebat diuinis laudibus. Cuius rō ſubditur, ibi. 7 *Magnus dominus.* nō magnitudine molis, ſed virtutis. 8 *Et lauda.* i. plus ꝙ̄ poſſit à creatura laudari. Eccle. 43. d. Benedicentes dñm exaltate illum quantū poteſtis: maior eſt enim omni laude. 9 *Et magnitudi. eius.* quia poteſtas eius non eſt determinata ad aliquem certū effectū, ſed oī facto pôt ſemper maius facere. 10 *Generatio.* Hic cōſequenter Dauid alios ad Dei laudem excitat. Et primo excitat patres veteris teſtamēti. ſecundo noui, ibi. Confiteantur tibi. tertio oēs in cōi, ibi. *Alleuat dominus.* Circa primum dicit. *Generatio & gen. lau.* i. laudet. Hebræi .n. pro optatiuo vtuntur futuro indicatiui modi. per hoc aūt quod dicit hic. *Generatio & generatio.* intelligitur generatio fideliū veteris teſtamenti, quæ præceſſit captiuitatem Babylonicam & generatio quæ ſecuta eſt vſq; ad Chriſtū. 11 *Et potentiā tuam.* qua eduxiſti Hebræos potenter de Aegypto, vt patet in Exo. & etiam de captiuitate Babylonica, vt habet Eſd. 1. Magnifi-

MORALITER.

*Exaltabo te Deus.* In hoc pſal. Dauid ſe & alios excitat ad Dei laudē. Senſus moralis eſt, vt bonus platus per Dauid ſignatus ad laudandū Deū, excitet ſe primo, & cōſequenter populū Chriſtianū. Quātū ad primū in eius perſona dr̄. *Exaltabo te Deus meus rex.* id eſt quantum potero te laudabo. Deus enim exaltari non pôt in ſe cum ſit magnitudinis infinitæ. 6 *Per ſingulos dies benedicam tibi, & laudabo nomen.* Sicut per ſingulos dies tua beneficia recipio. Magnus

7 *Magnus dominus & laudabilis nimis.* id eſt, vltra omnem virtutem creatam improportionabiliter.

10 *Generatio & generatio laudabit opera tua.* Hic cōſequēter ponitur aliorū excitatio ad laudādū, cum dr̄. *Generatio & generatio laudabit opera tua.* i. omnes homines pręſentes & futuri, laudent te in operibus tuis naturæ & gratiæ, quia ſunt eis materia laudis. Et ponitur hic futurum indicatiui modi pro optatiuo ſecundum Hebraicum modum, cum dicitur.

† *Laudabit.* id eſt laudet, & ſic in ſequentibus exponatur. Magnifi-

A ... perantis annuntiant. Sed quidam eloquentes, creaturā laudant, creatoris obliti. Sancti vero laudatores, ſi opera amāt, & laudant, magis operatorem: & propter hæc illum amant.

Aug. Si in rebus factis tenetur aliqua ſpecies, vtilitas, virtus, & laudatur magis in illo qui fecit. Si opera laudas, & te quæres Dei opus. Et occurrit illud: *Non te laudet os tuum, ne arrogans videaris.* Sed non eſt arrogantia, quia Deum in te, non te laudas.

Prou. 17 a.

a *Et virtutem*. Si non minaretur, nulla eſſet correctio: ſi vero non blandiretur, nulla eſſet exhortatio. Eſt itaque amabilis, & terribilis. Dicent ergo virtutem diſciplinantis & punientis, ſi prædicant regnū æternum, non tacent ignem æternum.

† bonitatis tuæ loquētur & iuſtitia tuā audabunt.

✱Theodoretus. Videtur quidem eiuſdē

a Tertius locus laudis. Alij magnificentiam maieſtatis tuæ, & ſanctitatem tuam loquentur.
b Quartus locus laudis.

He. Magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ loquētur, & mi- 1

a Quintus locus laudis. b Sextus locus laudis. c Aug. Non tantum blanditur, ſed etiam minatur. Blanditur vt exhortetur, minatur, vt terreat & corrigat. Alias metuendorū. 2

a rabilia tua narrabunt. Vau. Et virtutem terribilium tuorum 3

a Septimus locus laudis. Cuius non eſt finis, ſed narrabunt, cum talem eſſe laudabunt. 4 5

dicent, & magnitudinem tuam † narrabunt. Zain. Memo- 6 7

a Octauus locus laudis. Non eſt oblitus, nos oblitos eum, & non oblitus facit nos reminiſci ſui.
b Foris. Intus ea pleni. c Nonus locus laudis. Quam memores tui accipiunt à te. Alias eructuabunt. d Non ſua.

b riā abundātiæ † ſuauitatis tuæ eructabūt: & iuſtitia tua exul- 8 †

c d e f g h

a Quaſi: Hæc prædicta laudent & annuntient. Et quod de his laudant & exultant, tu feciſti, merito illorum bona, tua ſunt quæ per miſericordiam eis præſtantur. 9
b Repetit de miſericordia. 10

tabūt. Heth. Miſerator & miſericors dn̄s, † patiens & multū 11 12
miſericors. Teth. Suauis dn̄s † vniuerſis, & miſerationes 13 14

B dulcis, manducanda eſt & eructuanda. Sic ergo manducas vt eructes.

d *Tua.* Auguſtinus. Nemo Deo tribuat, quia eſt: & tribuat, quia iuſtus eſt. Melius enim eſt quod ſibi vult tribuere quam illi. Totum ergo illi da, in totum ipſum lauda.

e *Miſerator & miſericors.* Caſſio. Feret latius explicat qua... cundo breuiter poſuit. Q. Merito his laudabunt, q... Miſe. Partes laudis ponunt hic quæ ſu... rius, ſed non ſingu... poſſunt explicari. ... enim opera vel po... tiā eius plene exp... caret?

Auguſ. Miſerator & miſe. quib' iam ... niam dedit.

f *Patiens.* his quib' nondum dedit, ſed expectat, vt det.

Caſ. Miſera. Ab operibus incipit, vt miſerator dicatur du... cadentes reſtituit. Miſericors, natura, etiā dum creat. Pati... hoc ſumit de ſecūdo loco laudis, ſcilicet de potētia quā la... dat, non quod terras ſuſpendit, maria coercuit, ſtellis cel... depinxit, &c. ſed quia tolerat peccantes, vt conuertantur.

g *Suauis.* De magnificentia ſumitur, quia nil magnifice... tius quam ſuauem eſſe guſtantibus; & miſericordiam om... bus operibus ſuis impendere: non autem his quæ diabol... facit, ea enim potius damnat.

h *Et miſerationes eius.* Aug. Si enim tollas opera tua mala, non in te remaneant niſi opera eius, non te dimittet miſe... tio eius. Si autem tu non dimittas opera tua, erit eius ſeueri... tas in opera tua, cum dicet: *Ite maledicti in ignem æternum.*

✱Euthy. Sermonem amplificat ſciens, in ea potiſſimum Dei diuitias cōſiſtere: neq; .n. ſaluari potuiſſemus, niſi ma... gna illius benignitas adfuiſſet nobis, & miſericordia, vniu... ſis aūt dixit, & nō iuſtis tantū: quinimo & peccatoribus n... rōnalibus tantū, ſed etiā irrationalibus, ac deniq; quibuſc... que tametſi minimis operibus ſuis inſeretur, quippe qui gehēnā & oēs alias æternas pęnas peccatoribus præ ſumm... miſericordia cōminatus eſt, vt earū timore à vitiis abſtin... rent, & virtutem adepti cęlorum regnum conſequerentur.

ſermonis repetitione vſum eſſe, diuerſa tamen ſignificat, mirabilia quidem enim dicit, miracula in quorundam beneficijs edita. *Virtutem* autē *terribilium*, magnificentias ob aliorum ſupplicia demonſtratas, veluti per diuinum Moſem Aegypto vniuerſo flagella inflixit, illa quippe intelligenda ſunt virtus terribilium, in ſolitudine mannam populo ſuppeditauit & coturnices ligauit, &c.

✱ Euthymius. Per mirabilia quidem contemperatas tēporum mutationes intelligit, florentes item hortos, prata, nitidos, ac potabiles fontes, flumina ac riuulos ſuauiter fluētes, terrę fętus, arborū ſpecies, & alia quæcūque tam in animantibus, quam in aīatis admiratione digna ſunt: per terribilia vero, fulgura, tonitrua, fulmina, peſtē, famem, niuē, & alia quæcunque tā in animātibus, quam in animatis terribilia ſunt; per magnitudinem uero & magnificētiam, diuinæ naturæ ſapientiæque, ac potentiæ excellentiam intellige.

b *Suauitatis.* Auguſtin. Ipſe per abundantem ſuauitatem ſuam, prius memor noſtri eſt nos vocando, gratia ſua nos præueniendo, inde nos eius.

c *Eructabunt.* dicit non manducabunt.

C Auguſtinus. Manducat qui diſcit: eructat qui docet: hoc tamen eructat quod manducat. Hæc memoria, quia valde dulcis,

Confiteant

F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ loquen.* Quam oſtendiſti in datione ſanctæ legis.

2 *Et mirabilia tua narrabunt.* Quæ tunc virtute diuina apparuerunt, vt habetur: Exodi. 19.

3 *Et virtutem terribilium tuorum dicent.* id eſt, iudicia tua terribilia in apertione terræ & deuoratione Core, & aliorum ſibi adhærentium in rebellione, Numeri decimoſexto, & in alijs punitionibus terribilibus.

4 *Et magnitudinem tuam narrabunt.* quam oſtendiſti in debellatione Og regis Baſan, & Sehon regis Amorrhæorum.

5 *Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ.* qua paniſti eos manna in deſerto, & potaſti eos aquis productis de ſaxo duriſſimo.

6 *Eructabunt.* id eſt, de corde deuoto proferent & narrabunt.

7 *Et iuſtitia tua.* qua Chananæos de terra promiſſionis eiecisti, & filios Iſrael ibi habitare feciſti.

8 *Exultabunt.* id eſt, cum exultatione deuota referent hęc & prædicta opera tua.

9 *Miſerator.* quantum ad effectum.

10 *Et miſericors dominus.* quantum ad affectum.

11 *Patiens.* quia non ſtatim infert punitionem pro peccatis, ſed aliquādo differt etiam per totam vitam peccatori, quod videtur hominibus nimis differre. ideo ſubditur.

12 *Et multum miſericors.* tamen totum benefacit ſecundum ordinem ſuæ ſapientiæ.

13 *Suauis dominus vniuerſis.* quia omnibus creaturis dat eſſe, quod eſt deſideratiſſimum hominibus ſecundum ſe: licet aliquando ratione mali adiuncti efficiatur aliquibus tædioſum. Et cum hoc aliquibus dat viuere, vt vegetabilibus. Et vltra hæc, ſentire, animalibus, & vltra prædicta, intelligere hominibus, & angelis.

14 *Et miſerationes eius ſuper omnia opera eius.* Quia diffuſio ſuæ bonitatis ad omnem creaturam modis prædictis, non procedit ex aliqua obligatione ſeu debito ex parte Dei, ſed ex mera bonitate, & pietate ipſius.

Confitean

## MORALITER.

1 *Magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ loquentur.* orando & docendo.

2 *Et mirabilia tua narrabunt*, ſcilicet alijs, eos ad tuam laudem inducendo.

3 *Et virtutem terribilium tuorum dicent.* in peccatorum punitione, vt in diluuij inundatione, & Sodomorum ſubuerſione, & ſic de alijs; vt audientes terreantur, & a peccatis retrahantur.

5 *Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ.* ſcilicet in beneficijs creationis, recreationis, gubernationis, & glorificationis.

8 *Exultabunt.* id eſt, exultent. Et per hoc ſignificatur prædicatio procedens ex corde deuoto.

† *Et iuſtitia tua exultabunt.* Pſalmus 57. b. *Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam, &c.*

9 *Miſerator & miſericors dominus.* Peccata relaxando.

11 *Patiens.* per pœnitentiam expectando.

12 *Et multum miſericors.* pœnas debitas minuendo.

13 *Suauis dominus vniuerſis.* attingens a fine vſque ad finem fortiter, & diſponens omnia ſuauiter: dans eis inclinationem ad bonum ſecundum ſuæ naturæ modum.

Confitean

a Quia facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos & malos in huiuſmodi: & in hoc quod expectat & monet, bene omnibus facit, quod ſi punit, ſeueritas eſt non eius, ſed in tua opera.
a eius ſuper omnia opera eius. Iod. Confiteantur tibi domine 1
a In confeſſione operum ſancti inſpicientes benedicunt te, quid enim dicent? Gloriam regni: quam potens Deus, qui hæc fecit & continet. †
b c omnia opera tua; & ſancti tui benedicant tibi. Caph. Glo- 2
In regno. 3
riam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur. La- 4
Loquentur ad hoc vtique. a Vnde quidam timore pœnæ, quidam ſpe gloriæ conuertuntur. 5
d med. Vt notam faciant filijs hominum potentiam tuam, & 6 7
a Cuius? Non huius ſeculi regnum dico, & quod decorem habet, ſed non ibi magnitudo decoris, ſed tuum.
e gloriam † magnificentiæ regni tui. Mem. Regnum tuum, 8
a Aeternum. b Per quod oſtenditur regnum eſſe forte.
regnum omnium ſeculorum: & dominatio tua in omni
a Per ſucceſſionem, vel hac & futura. b Quicquid promiſit dedit, & per data fidem fecit ceteris dandis quæ promiſit, & quaſi in chirographo ſcribi fecit.
f generatione & generationem. Nun. † Fidelis dominus 9
a Vt verax in promiſſis, ita ſanctus in omni operatione.
in omnibus verbis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus 10
a Non quod omnes, ſed quicunque alleuantur, hoc eſt per eum. b Qui nondum corruerunt. Alias decidunt.
g ſuis. Samech. † Alleuat dominus omnes qui corruunt, 11

a *Confiteantur tibi domine omnia opera tua.* Aug. Laudent, ſicut ea quæ non habent ſenſum laudādi, qui ſunt materia laudis: quia dum inquiris, inuenis magnam vim in eis quæ à Deo. ⁂ Theodoretus. Non ea quæ animis carent Deum laudant, neque feræ rationis expertes vocem rationis compotem emittunt, ſed per hæc ij qui rōnis parti cipes, Deique ſtudioſi ſunt, hymnorum cantilenam componūt, quodlibet enim intuentes eorum, quæ ab ipſo facta ſunt, vt ſapientiæ magnificentiam obſeruantes in laudes linguam impellunt.

b *Et ſancti tui.* Caſſi. Omne quod eſt, confitetur, vel per ſe, vel per rationales creaturas. Vel ſancti, id eſt, angeli & homines. Hoc de ſanctitate. ipſi eſt enim ſanctitas Dei, vt ei ſancti debeant confiteri. ⁂ Baſilius. Sanctos hic vocat qui præcepta Dei adimplent. ⁂ Euthymius. Qui tibi ſanctificati ac dedicati ſunt. hos enim præcipue, decet tibi ſemper benedicere, curis ac ſollicitudinibus ſeculi liberatos, atque idoneos puro ac mundo corde tuas laudes proferre tanquam alijs ſapientiores.

*Gloriam regni.* Caſſiod. De mirabilibus ergo ſumitur. Quam mirabilis enim qui fecit cęlum & terram, & diuerſis onis impleuit.

*Vt notam.* Caſ. De virtute terribiliū hoc ſumit. Sanctis enim pdicantibus nota facta eſt potētia Dei qua vindicat in malos, & gloria regni, qua coronat bonos, ne ignorata min⁹ C quærerctur, & nota etiā facta eſt, qñ apoſtoli virtutes fecerunt, & per notitiam vtriuſque ſcilicet potentiæ & gloriæ, quidam timore pœnæ, quidam ſpe gloriæ conuertuntur. Et nota, q poſt potentiam commendat decorem regni: quod ideo facit, vt potentia nominata amantem non terreat: hēt enim regnum quo delectemur, & illud regnum habet decorē, cui tā magnifico nil comparatur. Act. 4.

c *Regnum tuū re.* Caſſ. Laudat de perpetuitate & dominationis effectu. Et ſumitur hoc de magnitudine, ſi magnum eſt ad tempus imperare, maius eſt dominationis terminum non habere.

f *Fidelis dominus in omnibus.* Caſſiodorus. De abundanti ſuauitate hoc ſumitur. vnde ſupra: *Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ.* Fidelis, quia aduentus dona compleuit. Ad abundātiam quoque ptinet, quod alleuat ruentes: erigit eliſos, vnde recordatio ſuauitatis habetur, & in laudibus eius eructuatur. E

Supra. eo. † Fidelis &c. hic verſus nō eſt in Hebręo

g *Qui corruunt.* Caſſiod. A malis ſuis, quos omnes alleuat Deus. Vel, ab his temporalibus ſicut ſancti, vt Iob, qui in ſeculo aliquid perdunt, & abiecti ſiunt, decidentes ſunt, ſed hos omnes confirmat, quia ſepties cadit iuſtus & reſurgit: impij autem infirmantur in malis. Prou. 24. c.

⁂ Baſilius & Euthymius. Cum de regno Dei dixerit, quod ſcilicet eſt ſine fine, & de ſermonibus, quod veri ſunt, & de operibus quod reprehendi non poſſunt, & ad hæc omnia F

NICOLAVS DE LYRA.

*Confiteantur.* Hic conſequenter Dauid incitat fideles noui teſtamenti ad laudem Dei, dicens. *Confiteantur tibi domine.* id eſt, laudent te ſecundum ſuum modum, quia etſi irrationabilia & inſenſibilia non laudent Deum proprie, eo quod careant intellectu, bonum quod habent in Deum referente, tamen laudant Deum inquantum ſunt materia diuinæ laudis intelligibilibus creaturis.

*Et ſancti tui.* id eſt, fideles noui teſtam. tibi conſecrati per ſacramenta noui teſtamenti, quę ſunt efficacia ad ſanctificationem, non ſic autem erant ſacramenta legalia, quæ Apoſtolus appellat infirma & egena, ad Galat. 4.

*Benedicant tibi.* pro patribus veteris teſtamenti, eo quod in ipſis completum eſt myſterium Chriſti.

*Gloriam regni tui dicent.* i. prædicabunt gloriam regni cęleſtis quod fecerunt apoſtoli alijque diſcipuli per orbem diſperſi. patres autem vete. teſtamenti annuntiauerunt gloriā regni terreni. Deut. 28. a. Si audieris vocē dñi Dei tui, &c. ſequitur. *Faciet te dominus Deus tuus excelſiorem cunctis gentibus, quæ verſantur in terra.* Et Eſa. 1. c. *Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis,* tamen iſtis promiſſionibus & conſimilibus intelligebantur bona ſpiritualia principaliter promiſſa, vt frequenter dictum eſt ſupra, quia tamen populus rudis illa non capiebat, ideo patres veteris teſta. illi tacebant, quæ per patres noui teſtamenti ſunt aperte prædicata.

*Et potentiam tuam loquentur.* i. oſtendent per miracula doctrinam euangelicam confirmantia, ſecundum quod dicit, Mat. vlt. d. Illi aūt profecti prædicauerunt vbique dño, &c.

*Vt notam.* per opera totam virtutem naturę creatæ tranſcendentia.

*Et gloriam.* Gloria eſt clara notitia cum laude. In regno autem cęleſti, de quo hic eſt ſermo, eſt clara Dei viſio & iugis laudatio. ideo regnum illud dicitur glorioſum, eſt etiam æternum. propter quod ſubditur. 8 *Regnum tuum.* ſecundum quod dicitur Luc. 1. c. Regni eius non erit finis.

9 *Fidelis dñs.* Totus iſte verſus vr̄ hîc appoſitus ab aliquo trāſlatore vel expoſitore, quia nō eſt in Hebręo, nec in trāſlatione Hier. pōt tñ ſic exponi. *Fidelis dominus in omnibus verbis ſuis,* quia ſemper implentur & non tranſeūt in vacuum, ſecundum quod dicit ſaluator Mat. 5. b. *Iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant, &c.*

10 *Et ſanctus in omnibus.* Sanctum enim dicit quod eſt ad Dei gloriam ordinatum, propter quod res etiam inſenſibiles vt calix, & veſtes, & huiuſmodi, dicūtur ſanctæ, eo quod ſunt ad diuinum cultum ordinatæ, omnia autem opera diuina ſunt ad Dei gloriam ordinata, ſecundum quod dicitur Prouer. 16. a. *Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus.* & ideo dicitur ſanctus in omnibus ſuis operibus.

11 *Alle. do.* Hic cōſequenter pſal. inducit oēs gñraliter ad laudē Dei, & hoc ex beneficijs cōiter oibus exhibitis, & iō primo dicta beneficia ad memoriā reducit, ſecundo propoſitum concludit, ibi. *Laudationē dñi.* Circa primū primo tangit diuina beneficia releuando à malis dicens. *Alleuat dom. oēs qui cor.* quia corruentes in culpam ſemper paratus eſt releuare quantum eſt in ſe, licet aliqui renuant, ſecundum q dr̄, Prou. 1. c. *Extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret,* & ex hoc ſequitur, q paratus eſt releuare a pœna gehennæ, quę pro culpa mortali debetur. Corruentes aūt in pœnam tēporalem aliquando releuat, ſicut patet de Manaſſe rege Iuda. 2. Paral. 33. quem de captiuitate & carcere releuauit ad ſuū regnum. & ſimiliter de ſancto Iob & multis alijs quos temporaliter releuauit de miſerijs, tñ non eſt ſic de oibus etiam dilectis ſuis, vt patet in ſanctis martyribus, ſed alleuauit eos melius, eos transferēdo de miſeria pſenti ad gloriā celeſtē. Diuiſio.

*Et eri-*

MORALITER.

1 *Confiteantur tibi.* Hic inuitatur generaliter oīs creatura ad Dei laudem, cum dicitur. *Confitean. ti. do.* confeſsione laudis. † *Omnia ope. tua.* Nam habentia intellectū laudare poſſunt Deum proprie, & intellectu carentia large, inquātum in eis relucet bonitas creatoris, & quia ineſt intelligentibus materia diuinæ laudis, ideo ſubditur.

2 *Et ſancti tui be. tibi.* ſ. docendo vt audientes te diligant.

5 *Et potentiam tuam lo.* vt te timeant.

6 *Vt notam faciant.* Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ ad maiorem expreſsionem.

8 *Regnū tuū.* i. ęternę durationis & magnæ extēſionis ad oīa.

9 *Fidelis dominus.* Nam implet promiſſa.

10 *Et ſanct.* Nā ordinat ipſa ad declaratione ſuæ ſanctitatis.

11 *Alleuat omnes qui cor.* Quia quantum eſt ex ſe, paratus eſt cadentes in peccatum releuare.

*Oculi*

A omnia de diuina magnificentia,potentia,gloria,benignitate,iam tractauerit, Hic rurſus de benignitate Dei diſſerit,quod & ipſa maxima eſt regni eius gloria, quod non ſolū ſtantes ſed & caſuros conſeruat ne prolabātur, & iacentes erigit,& quod mirabile eſt, non vnum aut alterum,ſed vniuerſos.

pientiam illius declarat. Verum ſingulis annis alimoniam diſtribuit, vt agricolam quoque recreet.

d *Aperis tu manum.* Auguſtinus. Etſi non das aliquando, das tamen opportunè. differs quidem, non aufers.

✠ Baſilius. Manuum apertionem, & virtutem neceſ- ...ria ſuppeditandi di... vt inſtruat nos, nō... elementis frugum c... ſe copiam, ſed ex c... uinæ beneuolenti... placiditatis ac volu... tatis prouidentia. N... enim ſimpliciter ... bum ſed vnicuiqu... proprium commod... vt vtilem largitu... nec largitur mo... ſed ita cumulat,vt r... la ſit penuria.

c *Iuſtus.* Caſſiod... Ipſo nomine iuſti... aperit, vt manife... oſtēdatur hic laus... iuſtitia eſſe. Viæ ſu... diſpoſitiones & ... luntates, quæ om... iuſtæ, etiā ſi verbe...

a *Et erigit omnes eli.* Auguſtin. Ad ſe pertinentes, quia ſuperbis reſiſtit.

b *Oculi omnium in te ſperant do.* Auguſt. De iuſtitia latius agit, vt qui miſericordem audit, iuſtum timeat: & iuſtitiæ eſt, vt ſperantes ſatiet corporaliter vel ſpiritualiter. Non ſemper enim danda eſt eſca, ſed in tempore opportuno, multis enim petentibus ſalubriter differtur.

✠ Euthymius. Similia ſunt hæc verba ijs quæ habentur in pſalm. 103. Omnia enim, inquit, à te expe-

† collapſos.
† illis in opportunitate. Iac. 4. b.
† ſaturas.
† clamorem.

a Qui ruinam peccati paſſi ſunt. b Intentiones.

a b & erigit omnes † eliſos. Ain. Oculi omnium in te ſperant 1 †

a Quaſi ægro, quod conuenit, & quando conuenit, non vt homo deſiderat.

c domine, & tu das eſcam † illorum in tempore opportuno. 2 †

a Quaſi quam eſcam. Quia omnia in eius poteſtate. b Benignitatem potentiæ tuæ. c Rationale quod poteſt benedici.

d Pe. Aperis tu manum tuam, & † imples omne animal be- 3 4

a Et quando cedit, & quando curat: Sic confeſſi ſunt Daniel & omnes ſancti in tribulationibus quod iuſta ſunt iudicia Dei.

e f nedictione. Zadik. Iuſtus dominus in omnibus vijs ſuis, 5

a Pius, patiens, dator omnium bonorum. b Aug. Etſi non ſtatim facit, ideo magis non facit, quia prope eſt.

g & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Kuph. Prope eſt 6 7 8

a Sed quibus inuocantibus?

dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus † inuo-

a Aug. Non ſecundum vana deſideria, quæ aliud quam ipſum quærunt. b Aug. Si ideo timent, vt faciant eius voluntatem.

h cantibus eum in veritate. Res. Voluntatem timen- 9

a Aliquando, etſi non mox.

tium ſe faciet, & † deprecationem eorum exaudiet, 10 11

B ctant, vt des cibum eorum in tempore, & rurſum: aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate, quod igitur illic bonitatem, hoc in loco bonam voluntatem appellauit. Vidiſti quomodo oſtendit propheta, quod Deus bonus & benignus eſt vniuerſis, & quod miſericordia eius ſupra omnia opera eius, &c. Per manuum vero apertionem præbandi facilitatem demonſtrauit.

✠ Theodoretus. Hoc in loco verbum, *ſperant*, non propter affectum poſuit. Neque enim qui impie viuunt, hanc habent ſpem, nec genera animalium ratione carentium ſenſum rationis compotem habent, ſed edocet vnumquodque ab ipſo congruentem vſum accipere.

c *Et tu das eſcam illorum in tempore opportuno.* Aug. Dat ergo medicus ægro quod conuenit, & quando cōuenit, nō vt homo deſiderat & petit: ne obſit, ſi det. Petit.n. Apoſtolus de angelo ſathanæ, vt auferret ab eo, & nō accepit, ſed pp perfectionem ſuam, quia tēpus adhuc erat exercendæ infirmitatis. Petit diabolus tentandum Iob, & accepit, ſed ad damnationem ſuam. Ipſe Chriſtus mori venerat, & tñ transfigurans in ſe infirmos, ait. *Pater ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte.* Et licet non acciperet quod petere videbatur, ait. Nō quod volo, ſed quod tu. benedicens Deum in omni tempore.

Iob. 1. b.
Matth. 26 d.

✠ Baſilius. Quid eſt quod dicit tēpore opportuno? quo-

C niam temporibus omnia ſunt diſcreta, & hoc potiſſimū ſapientiam

f *Vijs ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis.* Sciendum, q... viæ ad diſpoſitionem pertinent, opera ad effectum: hæc ... cundum nos diuiduntur. Sed apud illum, hoc eſt velle qu... facere, quia ex eius voluntate res habent eſſe.

g *Prope eſt omnibus inuocantibus eum.* Caſſiod. Propitius ... vbique, & hoc de iuſtitia.

✠ Theodoretus. Hæc particula, *prope*, non loci ſp... tium ſignificat. Natura enim vbique adeſt Deus, na... in ipſo viuimus & mouemur, & ſumus ſecundum di... num Apoſtolum. Sed per hæc affectionem & ſtudiu... declarauit. Pulchra autem eſt hæc additio *veritatis*, n... enim ſimpliciter inuocantibus adeſt, ſed ijs qui in ve... tate hoc facere decreuerunt. *Non omnis, enim, qui dicit m... domine domine, intrabit in regnum cœlorum, ſed qui facit voluntat... patris mei qui in cœlis eſt.*

h *Voluntatem timentium ſe faciet.* Caſſiodorus. Concludit ... iuſtitia. Aequum eſt enim & diligentes cuſtodire, & pecc... tores perdere.

✠ Baſilius. Et hæc eſt ſane modica diuinæ prouident... portio, quod eos quibus prouidet munitos reddit, peccat... res vero eos dicit, qui incurabiliter languent, nec ſalu... volunt. Si vero quidam diligentium ſe puniti ſunt, eſt h... animas eorum cuſtodientis, illuſtrioreſque reddentis, etiam ... corpus intereat.

Laudat...

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et erigit omnes eli.* Eodem modo exponatur, quia eſt repetitio eiuſdem ſententiæ ſub alijs verbis. Conſequenter tangit diuina beneficia in bonis promouendo, dicens.

2 *Oculi omnium in te.* Per hoc autem quod ſubditur. Et imples omne animal benedic. &c. patet quod hæc ſcriptura nō loquitur generaliter de omni creatura, vt exponunt aliqui, ſed tantum de creatura animata anima ſenſibili, cuiuſmodi eſt homo & animal brutum propter hominem factum. dicit igitur. *Oculi omnium in te ſperant.* quia à Deo expectant prouiſionem victualium, non ſolum homines, ſed etiam beſtiæ & aues, ſecundum quod dicitur Mat. 6. d. *Conſiderate volatilia cœli, &c.* & ſubditur. *Et pater veſter cœleſtis paſcit illa.*

3 *Et tu das illis eſcam in tempore opportuno.* Aliqua enim animalia ſunt, quæ ſecundum conditionem naturæ ſuæ per magnum temporis ſpatium non comedunt, ſed nutrimento prius recepto viuunt, ſicut hirundines nō comedunt in hyeme, ſed viuunt de alimento recepto in æſtate, vt dicit commentator Albertus ſuper ſecundo de Anima: & de pluribus alijs ponit exempla.

4 *Aperis tu manum tuam.* per bonitatis diffuſionem.

5 *Et imples.* id eſt, conuenienti refectione.

6 *Iuſtus dominus.* id eſt, proceſsibus ſuis cum ſit ipſa regula iuſtitiæ & veritatis.

7 *Et ſanctus in omnibus.* exponatur ſicut ſupra.

8 *Prope eſt dominus.* Sed quia hoc eſt intelligendum de... deliter inuocantibus tantum, ideo ſubditur. *Omnibus inuoc... tibus eum in veritate*, quia inuocantes eum pie, id eſt, de p... tinentibus ad ſalutem pro ſe & perſeueranter ſemper ab ... exaudiuntur, tempore tamen debito, ideo ſubditur.

9 *Voluntatem timentium ſe.* timore filiali, qui eſt annexus c... ritati.

10 *Faciet.* quia tales ſupponunt voluntatem ſuam diui... voluntati, & ſic ſicut diuina voluntas impletur, ita & ſu...

11 *Et deprecationem eorum exaudiet.* ſi ſit pia, pro ſe, & per... ucrans, vt prædictum eſt.

Et...

## MORALITER.

2 *Oculi omnium.* ſcilicet bonorum.

† *In te ſperant. domi.* Spe formata charitate.

3 *Et tu das eſcam illis.* ſcilicet euchariſtiæ.

† *In tempore opportuno*, quod eſt tempus gratiæ.

4 *Aperis tu manum tuam.* tua largitate.

5 *Et imples omne animal.* Per animal quod dicitur a ſenſu, intelligitur habens Dei ſenſum, & omnis talis, Dei benedictione repletur.

6 *Iuſtus dominus in omnibus vijs ſuis.* Nam vniuerſæ viæ d... mini ſunt miſericordia & veritas.

7 *Et ſanctus in omnibus operibus ſuis.* Exponatur vt prius.

8 *Prope eſt dominus omnibus inuocantibus eum.* Quia veloci... exaudit veraciter deprecantes.

Cuſto...

a Apud eum ſuauitas eſſe oſtenditur.
ſaluos faciet eos. Schin. Cuſtodit domi- 1
a Aug. Eos qui perſeuerant in peccatis. 2
nus omnes diligentes ſe, & omnes peccatores 3
a Apud eum ſeueritas eſſe demonſtratur.
a Laudationem. Caſſi. ... poſitis omnibus, ... ſequitur breuis con-
a. diſperdet. Tau. † Lauda- 4 5

a Concludit laudem. Quaſi Quoniam omnia ita ſe habent.
tionem domini loquetur os
cluſio, qua concludit, quod non poteſt explicari.
a Meo exemplo. b Conuerſi ad Deum. c Id eſt homo.
6 meum, et benedicat omnis caro † nomini ſan- † nomen ſanctum.
a Et hoc in præſenti. b Id eſt in futuro.
7
8 cto eius in ſeculum & in ſeculum ſeculi.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et ſaluos faciet eos.* ſalute æterna, & aliquando etiam temporali, vt dictum eſt ſupra.
2 *Cuſtodit omnes diligentes ſe.* ſicut amicos chariſſimos in ciuitate cæleſti collocandos.
3 *Et omnes pec.* in peccato mortali decedentes.
4 *Diſperdet.* deperditione gehennæ.
5 *Laudatio.* Hic ex prædictis beneficijs concludit Pſalmiſta Deum ab omnibus hominibus eſſe laudãdum: & primo incipit a ſeipſo, dicens: *Laudatio dom.* & ſecundo alios ad laudem inuitat.

6 *Et bene. omnis ca.* id eſt, omnis homo, qui frequenter in ſcriptura caro nominatur, ſecundum quod dicitur ſupra pſal. 77.e. *Et recordatus eſt, quia caro ſunt, &c.* Gen. 6.a. *Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt.*
7 *Nomini ſan. eius.* ſ. Dei, à quo omnis ſanctitas deriuatur.
8 *In ſe. & in ſecu. ſe.* id eſt, æternaliter. vbicunque enim fit talis replicatio huius dictionis ſeculum, æternitas deſignatur: ſaltem à parte poſt ſecundum doctores Hebræorum. Senſus autem literalis huius pſal. eſt etiam moralis, vt patet ex dictis: propter quod non oportet aliam moralitatem addere, nec in conſimilibus pſalmis.

4 Et

## MORALITER.

2 *Cuſtodit dominus omnes di. ſe.* à malo mortalis culpæ.
3 *Et omnes peccatores.* ſcilicet obſtinatos.
4 *Diſperdet.* pœna gehennæ. Cætera patent ex dictis.

6 Et

## GLOSSA ORDINARIA.

a *Halleluia.* Caſ. Vox iſta quaſi muſica ſalutaris tanquã harmonia cæleſtis, quę non ſolũ homines ſed etiã angelos delectat, laudem Dei exprimens. Quę congrue huic pſal. præſcribitur, vbi vir iuſtus exhortatur animã ad laudem Dei, quia in diuerſis aliqñ velit nolit perturbatur anima. vnde ſupra. *Quare triſtis es anima mea, & quare cõturbas me?* Sed vt auferat ei perturbationem, ſuggerit gaudium de ſpe, ſi non in re. *Spera in Deo, quoniam ad confi.* Auguſtinus. Hac ſpe erecta anima Deũ laudat hic. Caſ. Primo, ſibi quaſi omnibus conſulit laudare, ne in vanis ... etur, & quaſi acquieſcens conſilio, afferit ſe laudaturum ... vbi poterit plene. Secundo, alios monet non ſperare in homine, ibi: *Nolite confidere.* Tertio docet omnem ſpem in omnipotente ponendam, ibi: *Beatus.*

✲ Theodoretus. In nonnullis exemplaribus additum eſt, *Aggæi. & Zachariæ.* Sane hoc nec apud Hebræum, nec apud alios interpretes, nec apud Septuaginta inueni in ſexplici. Atque præſens pſalmus, vt Deum rerum omnium conditorem laudibus proſequamur adhortatur, quãdo quidem etiam inſcriptio hoc ſignificat. Nam Halleluia Laudate dominum interpretatur.

✲ Beda Vener. Memoriam dominicæ laudis quam præcedente titulo latine poſuerat: Nunc ad cumulum eiuſdem laudis Hebræi Halleluia voluit augmentare vocabulo, cuius propheta laudes domini, ex toto corde decantari.

✲ Idem. Populus de Babylone ſaluatus, beneficia in ſe Dei ab initio commemorat. Aliter vox Chriſti ad populũ.

PSAL. CXLV.

b *Lauda anima mea dñm.* Sed quęritur. A quo, cui hoc cõſulitur? Si dicitur caro conſulere animæ, non videt hoc eſſe verum, cum à meliori, & a digniori ſoleat inferiori dari conſilium. Caro autem inferior eſt anima.

Auguſtinus. Anima enim licet vituperata, quia peccatrix: tamen melior dicitur per naturam corpore laudato in ſuo genere: quia ſpiritualis natura prẽſtat corpore, quod mouet, regit, ſanctificat, capit: & ipſa infinita, vicina eſt ſubſtantię Dei. Sic aurũ vituperatum, quia ſordidũ pręeſt plumbo in paritate laudato, ſic & malus homo optimo equo. Non datur ergo conſilium animæ à carne, quamuis domita valde & pacata, quę tamen mortua eſt propter peccatum. Nec etiam mortalis conſulit animæ. quia ſemper infra animam eſt, ſed ſuperior pars aĩæ, ſcilicet mens quæ cogitat ſapientiam diuinã illi inhærens, & in illã ſuſpirans: videt quaſdam ſui partes perturbari moribus ſeculi, & cupiditate terrenorũ ad exteriora rapi. vnde ad interiora, & ſuperiora reuocat eã. Se ergo & ſenſualitatem exhortans dicit. *Lauda anima mea dominum.* Quid .n. tibi placet in hoc ſeculo? diuiſa per tot ſecularium rerum amores: collige te ad autorem hic tibi pax & ſecuritas. Deinde reſpondet aĩa menti quaſi hic prægrauata non valens deſiſtere, vt dignum eſt. *Laudabo in vita*: hic in morte laudabo tenuiter, quia corpus aggrauat animã, & terrena inhabitatio ſenſum deprimit multa cogitantem. hic, ſpes paſcit, vt in futuro.

Anima præſtantior corpore.

a Halleluia PSALMVS CXLV.

a Quid de alijs ſatagis? ſta mecum in laude Dei. Perfecte.
b Lauda anima mea dominũ, laudabo do- 1
a Aeterna, quæ vere vita. b Sic laudabo ibi. & hic pſallam, vbi non ſemper ero. Hic eſt homo & alijs intentus, & ideo non ſemper & perfecte pſallit: ſed in æterno eſſe non ſic, ſed pſal. imo quandiu fue. 2
c minum in vita mea: pſallam Deo meo 3

✲ Baſil. Vbi deſiit, illinc & denuo orditur, à laude videlicet ac celebratione Dei: non enim parum hoc facit ad purgãdum animam, Laudem vero dicit (quod crebro monui) eam quæ ex operibus eſt. Sicut præcedenti pſalmo dixit, *per ſingulos dies benedicam tibi*, ita & hic, *donec*, inquit, *fuero.*

c *In vita mea.* Caſſiod. Cum ei perfecte inhæſero, à quo ſeparari vt modo fit, mors eſt: ſed ſpes conſolatur, in qua quodammodo viuens laudat. Sap. 9. c.

Quandiu

## NICOLAVS DE LYRA.
### PSAL. CXLV.

Lauda anima mea dñm. Huic pſal. pro titulo præponitur, Halleluia, quod ſignificat laudate Deum, vt dictum eſt ſupra.

Circa materiam huius pſalmi conſiderandum eſt, quod ex decurſu veteris teſtamenti patet, quod quãdiu filij Iſrael confidentiam habuerunt in domino, bene fuit eis. Quando autem diffidentes de diuino auxilio recurrerunt ad humanum, malũ fuit eis. vnde & Sedechias rex confidens de adiutorio regis Aegypti contra regem Babylonis fuit captus & excoculatus, & ciuitas Ieruſalem deſtructa, & populus captiuatus, vt habetur. 4. Regum. & 2. Paralipome. in fine. Multa etiam alia exempla poſſent ad hoc adduci de ſcriptura, ſed propter breuitatem omitto: quod conſiderans autor huius pſalmi qui ſecundum Hebræos ignoratur, in hoc pſalmo declarauit, quod non de hominibus, ſed de Deo eſt confidendum. Et diuiditur in duas partes, quia primo Pſalmiſta laudat Deum ſecundum huius pſalmi titulum. Secundo deſcendit ad propoſitum, ibi: *Nolite confidere.* Diuiſio.

Circa primum dicitur: *Lauda anima mea dominum.* quaſi diceret, non laudent eum labia mea tantum ſicut illorum, de quibus dicitur Eſa. 29.d. *Populus iſte ore ſuo, & labijs ſuis glorificat me, cor autem eius longè eſt a me.*
2 *Laudabo dominum in vita mea.* id eſt, in vita præſenti, quandiu durabit.
3 *Pſallam Deo meo quandiu fuero.* id eſt, in futuro. Laus enim diuina non tollitur à ſanctis per mortem, ſed magis perficitur.

Nolite

## MORALITER.

*Lauda anima mea dominum.* In hoc pſal. declaratur, quod de hominibus non eſt principaliter confidendum, ſed de Deo: propter quod ſenſus literalis eſt ſimpliciter moralis, ideo pertranſeo.

MORA-

A a *Quandiu.* Non quod aliquando non ſit, quia in æternum erit. & ideo vere diu.

b *Nolite confidere.* Caſ. Secunda pars. Dato conſilio & affirmato vbi ſe plene laudare poterit, quaſi longe remotus, & interim dum mala ſunt (quibus turbatur anima) monet non ſperare in homine, ſed in Deo.

a Vos alij maxime in nouiſſimis temporibus poſiti. Vos autem puſilli qui nondum de Deo ſperatis, interim dum ma a ſunt, in Deo non in homine ſperate. Et hoc eſt quod ait.
b Dæmonibus. Tenel ramen. Quæ temporalia ſuadent amare.

quandiu † fuero. Nolite confidere in principibus, neque in 1
2

a Id eſt, baptiſtis. b Aug. Quia domini eſt ſalus, non principum ſeculi vel baptiſtarum, qui ſe iactant date ſanctitatem: ſi homo dare poſſet, minus a Deo peteretur. c Subito quando non vult, vel ſit. Vnde enim quid iit ſpiritus. d Anima.

filijs hominum, in quibus non eſt ſalus. Exibit ſpiritus eius, 3

a Aug. Exeunte ſpiritu, caro. b Vnde cepit initium. c Mortis ſcilicet. d Aug. Fiat tractantur. e Quæ in diuerſos ambitus ſeculi tendebant.

et reuertetur in terram ſuam: in illa die peribũt omnes co- 4
5
6

a In quo ergo ſperandum? b Eſt Deus. Non angeli vel homo, ſed Iacob. c Id eſt, qui ſperat in illo, quia eſt Deus Iacob. d Vel, Iacob, ſicut fuit illius actualis. Iacob.

gitationes † eorum. Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, 7
8

a Cui beatus? quia. Etſi interim gemimus. b Quæſi: In quo domino Deo? Caſ. Laus ab operibus, quia etſi non ſubſtantiam, actus tamen eius aliquatenus capit noſtra notitia. Aug. Etiam ſi ſunt multi dij & domini, nobis vnus ex quo omnia.

ſpes † eius in domino Deo ipſius, qui fecit cęlum & terram: 9

a Auguſt. Et ita curat de te inter alia. b Præter cętera hoc addit ad nos pertinens. 10
c Aug. Iis verbis & amandum prædicat & timendum.

mare, & omnia quę in eis ſunt. † Qui cuſtodit veritatẽ in ſe 11

a In æternum. b In quo cuſtodit veritatem? Ecce. c Quibus. d Etiam. Non homo iactet ſe quaſi det. ſolus enim Deus dat iudicium & iuſtitiam. e Vtranque corporalem & ſpiritualem. f Beati qui eſuriunt, &c.

culũ, facit iudiciũ iniuriã† patiẽtib⁹, dat eſcam eſurientib⁹. 12

a Faciens immortales. b Auguſt. Mortuos corpore, vel, à peccatis ſoluit. c Eos qui cæci ſunt, facit ſapientes. 13
14

Dominus ſoluit cõpeditos, Dñs illuminat cęcos. Dominus 15
16

† ſum. Aug. Vel, quaſi in fine ſeculi mente poſitus: cito finienda, docet non amare pro æternis, quaſi & meo exemplo. *Nolite confi.*

c *In filijs hominum.* † eius. Auguſtin. In vno filio hominis, eſt ſalus, & in ipſo ſperate: Non filius hominis quia eſt ſed quia filius Dei eſt. Non propter illud quod ſuſcepit ex te: ſed propter illud quod ſeruauit in ſe. † illius in dominum Deũ.

d *Exibit ſpiritus eius, & reuertetur in terram ſuam, in illa die peribunt omnes cogitatio.* † 22 q. 4. cap. infideles. Caſſiod. B Prius mũdat corda prohibendo à noxijs, vt poſt ſalutaria intendat monendo ſalubria. † accipientibus.

⁂ Theod. Spiritum hoc in loco animam vocat: hac enim tranſmigrante in propriam cognationem, corpus reuertitur ſecundum diuinam ſententiam: *Quoniam terra es, & in terram reuerteris.* Geneſ. 3.

e *In die illa peribunt omnes.* ⁂ Euthymius. De die loquitur exitus animæ de corpore: cogitationes vero eas intelligit, quas mortuus hic princeps de ſeculi rebus habuerat. poſtquam vero propheta ab humana ſpe lectorem abduxit, quod reliquum eſt tutum ei ac ſecurum deinceps portum oſtendit, atque inexpugnabilem quandã turrim. Eſt autem optimus admonendi modus, primum ab infirmioribus abducere, & deinde fortiora ſtatuere, inania deſtruere, & vera erigere, arguere fallacia, atque vtilia demonſtrare.

f *Beatus cuius Deus Iacob.* Caſſiod. Tertia pars, vbi docet totam ſpem in omnipotenti ponẽdam, quem ex factis deſcribit, vt Gentilitas tam frequenter conuicta quieſcat.

Auguſtinus. Remotis noxijs, docet quod ſalutis eſt, ſcilicet in quo ſperandum ſit.

⁂ Theodoretus. Deum Iacob non temere vocauit, ſed admonens nos quantam opem conſecutus fuerit Iacob, cũ in Deo ſpes ſuas conſtituiſſet, & quales & quot fructus ſpei C perce-

percepit, vt in Deo huius ſperemus commonefacit, & numinum ipſum & Deum nominat, & per vtraque poteſtatem prædicat.

f *Adiutor eius ſpes eius.* Caſ. Ipſius Iacob ſic fuit adiutor, vt de Iacob faceret Iſrael, quia iã videret adiutorũ fieret Iſrael, id eſt, videns Deum: ſic ſi hic non vis, ſed habes adiutorem Deum, eris tandem de Iacob Iſrael & videbis, & ceſſabit omnis gemitus & dolor, dicit ergo: *Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius*, id eſt, huius Iacob ſicut illius.

g *Qui fecit cęlum & terram.* Caſſiod. Cultoribus & cultoribus da... num ſpes eſt in ſuo, determinat in quo debet eſſe ſpes, id eſt, in Chriſto & hoc vſque in finem pſalmi oſtendit, deſcribendo cum omnia.

h *Omnia quæ in eis ſunt.* Caſ. ne quem alium putes creatorem vel (id eſt, etiam) minutiſſimarum rerum exiſtere creatorem.

⁂ Baſilius. Si opera illius diuturna ſunt quanto magis ipſe diuturnus eſt ac potens? quid autem eſt, quod potens ac diuturnus eam ſeruare nolit? multi ſiquidem inſipientes iſta obijciunt, ſed vide quomodo vt hãc ſuſpicionẽ auferat.

⁂ Baſilius. Hoc inquit opus eius eſt, vt non negligat iniuria preſſos, vt non deſpiciat calumnijs affectos, vt manum porrigat inſidijs obnoxijs, idque ſine intermiſſione.

i *Qui cuſtodit veritatem in ſeculum.* Caſ. Chriſtus qui eſt veritas, omnis homo mendax.

K *Facit iudicium.* Caſſio. Hæc duo ad iuſtitiam pertinent. Chriſtus iudex vindicat patientes propter nomen ſuum & dat eſcam diligentibus ſe.

l *Iniuriam patientibus.* Aug. Nõ omnis moleſtia eſt iniuria: quod iure pateris nõ eſt iniuria, vt quod patitur latro & ſcelerati alij. aliud ergo eſt pati iniuriam, aliud ſuppliciũ. Supplicium enim iure quis patitur. Iniuria autem iuri cõtraria eſt.

m *Dominus ſoluit compeditos.* Caſſiod. Hoc ad abundantiam ſuauitatis.

n *Dominus erigit eliſos.* Quos diabolus elidit, dominus erigit.
Qua ratione ſacrā baptiſmi poſſet dicit porta Ieruſalē, co quod per ipſum eſt ingreſſus ad eccleſiam, eadem rati ſacramentū pęnitentiæ dici poteſt Ieruſalem, quia per eſt regreſſus ad eccleſiam poſt lapſum, & ſic poſſunt h cipi Ieruſalem in plurali.

PSAL. CXLVIII.

a L*Audate dominū.* Caſ. Primo, cęleſtia hortatur ad laudes. Secundo terreſtria, ibi, Laudate dominum de terra.

* Theo. Duos cælos a Deo factos eſſe magnus Moyſes nos docuit vnum cum terra cōdi alterum poſtea dium inter aqua ſitū eſſe, quod firmamentum app uit, propterea de cælis et excelſis Deū laudare præcepit eſt, et eos qui in hoc et in illo degunt, nimirū incorpor

## PSALMVS CXLVIII.

a ¶ Nos admonet facere, ſed adiungit gratulationem facientibus, quia placet quod faciunt, & leuato corde eſt cum ipſis ſpe. ¶ Repetit.

a LAudate dominū † de cęlis: laudate eum in excelſis. 1

NICOLAVS DE LYRA.
PSALM. CXLVIII.

LAudate dominū de cælis. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo & in tranſlatione Hiero.* Halleluia. *In aliquibus āt Biblijs additur,* Aggæi & Zachariæ, *quod fuit additū ab aliquo trāſlatore ſeu expoſitore. Neſcio tamē quare, quia pſal. iſte nō videtur plus factus ab eis, quam alijs, ſed eſt quædam inuitatio omniū creaturarū ad laudādū Deum, facta ab aliquo viro ſancto quicunque fuerit, cuius nomen ignoratur ſecundum Hebræos, & prophetauit de primo C aduentu in fine huius pſal. qui diuiditur in duas partes, quia pri laudē Dei inuitantur creaturæ ſuperiores, ſecundo inferiores, ibi,* Lau date dominū de terra. *Circa primū, primo ponitur dicta inui ſecūdo inuitationis ratio, ibi:* Quia ipſe dixit. *Primo inuitantu turæ ſuperiores generaliter, cum dicitur:*

1 Laudate dominum de cælis, &c. *Secundo magis ſpeci vbi primo exprimitur natura, cum dicitur.*

L

MORALITER.

1 *Laudate dominum de cæ.* Iſte pſal. eſt quędam inuitatio generalis creaturarū ad Deum laudandum, & quantum ad i tionē hominū & angelorum ſenſus literalis eſt ſpiriti † qua

A horos. Qm̃ enim diuinus Moſes nihil de naturæ cęleſtium ſpirituũ creatione nos docuit, neceſſario hic vates de his fecit mentionẽ, propterea vt afferant creatori hymnũ mãdat, ſiquidem hoc debitũ ab his qui creati ſunt debetur, & oẽ quod ab ipſo conditum eſt, & rõne honoratum hoc debitũ ſemper exoluere conuenit.

a *Laudate eum omnes angeli eius*. * Euthy. Cum de angelorum ordine dixerit, collectim addidit de cæteris omnib. ordinibus, virtutes ſeu potẽtias eas appellans. Vel per angelos & per virtutes vniuerſos illorũ ordines ſignificauit, alterum quidem quia diuina annunciãt mandata, & angelus ſiquidem nuncius interpretatur. Alterum vero quia iuſſa ſibi a Deo poſſunt perficere.

a Quibus aggratulationem faciat exprimit. b Dum mittuntur.

a Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes † virtu- 1

a Generale nomen omnium ſpirituum cœleſtium, quandoque tamen pro vno ordine accipit. 2

b ¶Sed & omnia viſibilia inuiſibilibus cedunt, de quibus hic incipit.

b tes eius. Laudate eum ſol & luna, laudate eum † ſtellæ & lu- 3

c a Pluraliter, quia plures ſunt cœli. b Diuerſæ ab his, quæ ſub firmamento.

d men. Laudate eum cœli cęlorum, & aquæ quæ ſuper cœlos 4

e a Quid eis contulit vnde laudent? 5

f ſunt, laudent nomen domini. † Quia ipſe dixit & facta ſunt, ip 6

g a Omnia ſuperiora, omnia cœleſtia. 7

h ſe mãdauit & creata ſunt. Statuit ea in ſeculum, & in ſeculum 8

i a Legem & conditionem. ſ. vt laudent eum. ¶Laudant enim omnia in ſe, vel in alijs. b Quin fiat.

K ſeculi, † præceptum poſuit, & non præteribit. Laudate domi- 9

a Aug. Qui circa aquas verſantur, prodeuntes de ſpeluncis feruntur in aere, & concitatur per eos 10

aer, quibus non ſunt maiora animantia ſuper terram, vnde ab eis cępit. 11

l num de terra, dracones & omnes abyſſi. Ignis, grando, nix, 12

¶Alias tempeſtatis. a ¶Etſi perturbata videantur. 13

m † glacies, ſpiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius. 14

15

* Theo. Angelos & virtutes intelligentes naturas vocat. Angelos quidem, vtpote qui diuina verba tranſmittunt, virtutes vero quippe, quæ corporeis effectibus carent, & iuſſa perficere poſſunt.

b *Laudate eum Sol & Luna*. * Theod. Symmachus ſic explanauit. *Laudate eum omnes ſtellæ luminis*, ſic etiam cæteri. Atqui ſecundum ſeptuaginta, ſic eſt intelligendum, prima die lumen Deus fecit, quarta vero luminaria, & propterea ſeorſũ luminis mentionem fecit, non quod per ſe ipſum conſiſtat, ſed quod luminaribus attributum ſit.

c *Et lumen*. Caſ. Per lumen accipit omnia lumen habentia, quæ dinumerari non poſſunt.

d *Laudate eum*. * Baſ. Qđ aũt hic cęlos cęlorũ dicit, nõ oſtẽdit multitudinẽ, cęlum quippe Hebręa voce cęlos ſcriptura vocat. Rogauerit aũt quiſquam, qũo hæc cum vocẽ non habeant, Deum laudent. Duos ſcimus glorificãdi modos, vnus verbis fit, alter aſpectu, tertius adhuc vitæ operibus. Hominum enim Deus non ſolum loquentes, ſed & tacentes audit. Caſ. Nimia laus, q̃ & tenuitas cęlorum cõſiſtit & aquas quæ grauiores ſunt, ſuſtinẽt, quæ niſi iuſſę non defluunt per pluuias, quæ ſicut dicitur apertis cęli cataractis per pluuiam ad terram mittuntur.

e *Et aquæ quæ ſuper cęlos ſunt*. * Theod. Firmamento Deus aquarũ naturam diuiſit inexplicabili ſapientia maximã ipſis diſtinctionẽ impertiens, & inter aquas in nubem coactas C immenſum luminariũ ignem percurrere iuſſit. Aqua aũt & ignis ſibi inuicẽ aduerſantur, ſed tamen neq; ignis aqua extinguitur, neque coacta illa aqua immenſo igne cõſumitur. D

f *Quia ipſe dixit*. * Euthy. Hoc ſermone propheta duo hæc nobis demonſtrare voluit, quod & creauit Deus quæ antea non erant, & quod multa cum facilitate id fecit dum dixiſſe tantum eum dixit, & facta eſſe, ac ſi dixiſſet, Quemadmodũ tibi facile eſt aliquid dicere, ita & Deo facile eſt ea creare quæ non ſunt, quinimo & multo facilius id poteſt, neque enim poſſibile eſt diuinæ facilitatis modum demonſtrare.

Aug. Ecce verbum p̃o, omnia facta ſunt. vnde, Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil. Ipſe ergo dixit. i. verbũ genuit, & per ipſum facta ſunt omnia. Caſ. Hoc cõtra illos qui dñt mundũ Deo coęternum, ſequitur.

- ipſe dixit & facta ſunt nõ eſt in Hebr.

Ioh. 1. a.

g *Ipſe mandauit*. Verbo ſuo, & creata ſunt. Prius dixit facta, poſtea creata. Facere E enim & nos poſſumus, ſed non creare. Ipſe ergo ſolus creat quod eſt proprium deitatis. Laus ex operibus.

h *Statuit*. ex potentia oĩpotens eſt, cuius opera non mutant.

i *In ſeculum, & in ſeculum ſeculi*. Caſ. Et ſi cęlum nouũ, Deo tamen bene ſtatuta dicuntur, quæ nouantur per Chriſtũ, & meliorata permanent. Et eſt hic laus a potentia.

K *Laudate do*. Caſ. Secũda pars vbi enumeratis cœleſtib. deſcendit ad terreſtria. Conuerſus ergo ad illa, tãquam exhortans nos, vt eorum conſideratione laudemus Deũ, quę conſiderata aperiunt laudem Dei, ait, O vos qui de terra.

✲ Baſil. Quare ſermonem tranſumit? Vt ex abundantia ꝓuidentiam Dei oſtendat. Si namque quæ videntur tam ſunt bona, vt hymnos Deo adferant, cogita qualia ſunt reliqua.

* Euthy. Per dracones hoc in loco ipſa cete intelligit, quẽadmodum & alibi quando ait, *Draco ille quem formaſti eis*. per abyſſos vero ipſa ſignificat maria.

l *Omnes abyſſi*. Profunditates aquarũ maria oĩa, aer quoque nubiloſus ad abyſſum pertinet, vbi nubes, venti, tẽpeſtates, pluuiæ, coruſcationes, tonitrua, grando, nix. Et quicquid de humido & caliginoſo aere vult Deꝰ fieri ſup terras, totũ terræ noĩe appellauit, q̃a nimis mutabile eſt. Hæc aũt oĩa etſi mutabilia & turbata, habent tñ locum & ordinẽ ſuũ, & pro mõ ſuo implent decorem vniuerſitatis, & ſic laudant Deũ. Ipſa ergo. i. nos conſideratione eorum hortatur laudare.

m *Quæ fa. verbum eius*. Hoc ideo, quia viſum fuit quibuſdam F quòd

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Laudate eũ omnes angeli eius. *Qui ſunt in tribus hierarchiis & nouem ordinibus*.

2 Laudate eum omnes virtutes, &c. *Ad laudem Dei inuitatur ſpecialiter ordo virtutum, quia per angelos illius ordinis fiunt effectus mirabiles in admirationem diuinæ poteſtatis hoĩes inducentes, & per conſequens ad eius laudẽ. Secundo, natura cæleſtis corporea, & primò quantum ad cęlum ſydereum quod eſt nobis magis notum, cum dicitur.*

3 Laudate eum ſol, &c. *Licet enim corporea cęleſtia ſint inanimata vt dicit Damaſce. tamẽ dicuntur laudare Deum inquantum ex ſua pulchritudine & virtute ducunt homines in cognitionem & laudem ipſius Dei, Conſequenter inuitat cælum empyreum, di.*

4 Laudate eum cœ. cę. *Dicitur. n. empyreum cælum, cælum cęlorum, quia eſt ſuper alios cælos. Quod autem ponitur hic cæli in plurali, hoc eſt propter diuerſas manſiones electorum ibi exiſtentes, ſecũdum quod dicit Saluator, Ioh. 14. a. In domo patris mei man. multæ ſunt. Conſequenter inuitat cælum cryſtallinum, quod dicitur aqueum propter ſimilitudinem in diaphaneitate, ſicut empyreum dicitur a pyr, quod eſt ignis, propter ſimilitudinem in claritate, dicens.*

5 Et aquæ omnes, &c. *quia cælum cryſtallinum eſt ſuper cælum ſydereum.*

6 Laudent nomen domi. *Eo modo quo dictum eſt.*

7 Quia ipſe dixit. *Hic cõſequenter ponitur dictæ laudationis ratio, quæ eſt duplex. Vna ex bñficio creationis, cũ dicitur,* Quia ipſe dixit. *Et ſic habẽt ab eo eſſe. Et per hoc excluditur error illorum qui dicunt, quòd creaturæ incorruptibiles, vt intelligentiæ & corpora cæleſtia, nõ habent Deum pro cauſa efficiente, ſed tantum pro finali. Secunda ratio accipitur ex duratione eorum æterna a parte poſt, cum dicitur.*

8 Statuit ea, &c. *Sed quia iſta conſeruatio in eſſe dependet ex diuina voluntate, ideo ſubditur.*

9 Præceptum poſuit, &c. *Quòd maneat in perpetuum quantum ad ſuam ſubſtantiam.*

10 Et non præteribit, &c. *Reducendo eas ad nihilum, licet poſſet facere, vt de nihilo creauit.*

11 Laudate dominum de terra, &c. *Hic cõſequenter inuitantur ad Dei laudẽ creaturæ inferiores, quæ ſunt in regione elemẽtari, & primo inuitatur natura irrationalis, ſecundo rationalis, ibi, Reges terræ. Circa primũ dicitur,* Laudate dñm de terra. *& in hoc tangitur infimum elementum, & conſequenter elementum aquæ, cum dicitur.*

12 Dracones & omnes abyſſi. *Dñr autem hic abyſſi loca profunda Oceani, vbi habitant cęte grandia, quæ dicuntur hic dracones. vnde Gene. 1. c. vbi nos habemus,* Creauit Deus cęte grandia. *in Hebræo habetur,* Creauit Deus dracones magnos. *Conſequenter tangit elementum ignis & aeris, cum dicitur,*

13 Ignis, &c. *Quantum ad ſuperius elementum.*

14 Grando, nix, glacies, &c. *ideſt venti facientes procellas in mari, illa enim generantur in aere.*

15 Quæ faciunt ver. *Quia faciunt illud, ad quod ordinãtur ex diuina inſtitutione. Conſequenter reuertitur ad elementum terræ, quantum ad illud quod ſupereminet, & eleuatur in aere, di.*

Montes

## MORALITER.

† Quãtũ aũt ad inuitationẽ creaturarũ intellectu carẽtiũ, ſenſualis eſt, q̃ Deũ laudãt dupliciter, ſ. inquantũ relucet in eis bonitas creatoris, & inquãtũ ſunt materia laudis hoĩbus, & angelis Deũ laudantib. ex operibus ſuis. Nec occurrit mihi alia expoſitio ſpiritualis conuenientior hic ponenda.

q, Deus ſuperiora regeret, ſed hęc interiora deſpiceret, ſed
A a eaſibus regerentur, ſed & hęc agit Deus, & in his minimis laudatur, & halleluia cantatur.

a *Reges terræ & omnes populi.* * Euthym. Rurſum hoc in loco aliud pertractat diuinę prouidentię genus, de principū ſcilicet, ac regum conſtitutione. Eſt enim diuinæ ſapientiæ opus, vniuerſum orbem in principes atque in ſubditos diſtinxiſſe, Reges autem & principes & iudices appellat, eo quod dominantur regunt ac iu-
B dicāt. Laudate enim inquit dominū, vos quidem quia præpoſiti & prefecti eſtis, populi vero quia ſtudio atque curæ, & ſollicitudini ſuperiorum a Deo donati ſunt.

b *Confeſsio.* Supra dixit prius de cælo, poſtea de terra, hic de omnibus ſimul. Et accipit per cælum omnia ſuperiora,
C & per terram omnia inferiora.

Aug.

Aug. Confeſſio eius ſuper cęlum & terram. Illum omn[...] cōfitentur in ſe vel in alijs, pulchritudo omniū vox eſt co[...]fitentium in attendentibus ea. i. attendentes laudent eu[...] & de terrenis & de cæleſtibus, quo non eſt aliquid meliu[...]

* Baſil. Auditorem non iterum ad cęleſtia ducit dicen[...] *Confeſsio eius ſuper te[r]ram*, Cæleſtes eni[m] uirtutes a laude ei[us] non ceſſant, nō qu[o] miniſterio illorū [e]geat, ſed ut bonit[a]tem ſuam oſtendat [si]bi ipſi eos appropri[a]uit.

c *Exaltauit cornu p[o]pu. ſ.* Aug. Ecce qu[od] prophetauit Aggę[us] & Zacharias, Mo[do] humile eſt in tribu[la]tionibus cornu po[pu]li ſui, ſed cum uen[e]rit dominus exal[ta]bitur.

d *Hymnus omnib. ſ[an]ctis eius.* Tria hab[et] canticum, laudem Dei, ideſt, hym[nus] eſt laus Dei cum cantico. Huic ergo modo dicant ſancti [in] fine æternum hymnum accepturi.

a ¶ Maiores.
Montes & omnes colles, ligna fructifera & omnes credi. Bè- 1
a ¶ Minora. Alia reptilia, & volatilia pennata. 2
b ¶ Iam ad homines venit. 3
a ſtię & vniuerſa pecora, ſerpentes & volucres pennatę. Reges 4
terrę & omnes populi, principes, & omnes iudices terræ. Iu 5
a ¶ De omni ſexu, de omni ætate 6
uenes, & * virgines, † ſenes cum iunioribus laudent nomen 7
a ¶ Cuſtdeo. b ¶ Magnificentia. c ¶ Nemo exaltatur, niſi ſub ipſo. 8
d ¶ Maior eſt laus eius ex ſeipſo, quam ex creaturis, & quia populum ſuum exaltauit. 9
b domini, quia exaltatum eſt nomen eius ſolius. Confeſſio eius 10
a ¶ Quicquid fecit infra illum, & quicquid in hic placet minus quam ille, ſi amas viſibile quod 11
fecit, multo magis inuiſibilem quod fecit, per viſibilia intelliguntur eius inuiſibilia. †
b ¶ Poteſtatem, vel dignitatem.
c ſuper cælum & terram, & exaltauit cornu populi ſui. Hym- 12
d a ¶ Vnde Aug. modo ſit hymnus quibus in fine erit perennis. b ¶ Qui ſunt ſancti. 13
Quibus debet eſſe hymnus. c ¶ Qui filij Iſrael. 14
nus omnibus ſanctis eius: † filijs Iſrael, † populo appropin- 15
a ¶ Scilicet, non carne, ſed fide. 16
quanti ſibi. 17
18

* etiam

† filiū

NICOLAVS DE LYRA.

1 Montes & om. *Dicuntur autem colles, montes minores.*

2 Ligna fructi. &c. *Arbores enim adhærent terræ, & ideo cum ipſa computantur, vnde & tertia die productæ ſunt arbores, ſicut & terra diſtincta Gen. 1. Conſequenter deſcendit ad ea quæ mouentur in terra, cum dicitur.*

3 Beſtiæ. *Quantum ad animalia ſylueſtria, vnde dicuntur beſtiæ, quaſi vaſtiæ.*

4 Et uniuerſa pecora. *Quantum ad domeſtica.*

5 Serp. *Quantum ad animalia reptantia quæ nō mouentur pedibus.*

6 Et uolucres pennatæ. *Et in hoc tangit animalia ſe mouētia per aerem, Omnia autem iſta inuitantur ad Dei laudem, & ipſum laudāt, inquantum in ipſis relucet diuina bonitas, & ſunt materia laudis diuinæ intelligibilibus creaturis.*

7 Reges terræ. *Hic conſequenter inuitatur ad Dei laudē rationalis creatura, quæ eſt humana, & primo ponitur dicta inuitatio, ſecūdo inuitationis ratio, ibi,* Laudent nomen domini. *Circa primū inuitātur primo ſuperiores, cū dicitur,* Reges terrę, *vnde dicitur. 1. Pet. 2. ca.* Siue regi tenquam præcellenti. *Conſequenter inuitantur alij in generali, cum dicitur.*

8 Et omnes popu. *ſ. regibus ſubiecti. Et vlterius inuitantur magis in ſpeciali, cum dicitur.*

9 Principes. *Qui dominantur ſub regibus.*

10 Et omnes iudices terræ, &c. *Qui ſunt inſtituti a regibus & principibus ad terminandum cauſas. Conſequenter inuitantur alij cuiuſcunque ſexus & ætatis, cum dicitur, Iuuenes & virgines, &c.*

11 Laudent. *Hic incipit verſus in Hebræo & in trāſlatione Hiero. vbi ponit ratio dictę inuitationis ad laudē Dei, & ponit hic duplex ratio. Prima accipitur ex diuina celſitudine, cum dicitur:* Laudent [no]men domini. *ſ. omnes prædicti.*

12 Quia exaltatum eſt nomē eius ſolius. *Quia omnis creat[ura] nihil eſt in comparatione ipſius, ideo ſubditur.*

13 Confeſſio eius. *ideſt confeſsio laudis ipſius.*

14 Super cælum & terram, &c. *ideſt fiat ab habitantibus in [cælo] & in terra. Secunda ratio accipitur ex condeſcenſione diuina in incarnatione benedicta, quod notatur cum dicitur.*

15 Exaltauit cornu populi ſui, &c. *Quia per hanc incarnati[onem] natura humana eſt ſupra modū exaltata. vnde & Chriſtus propter [ho]c vocatur cornu, in nouo teſtamēto & veteri. vnde dicit Zacharias [ha]bita reuelatione de Chriſti incarnatione ꝓpinqua, Erexit dominus n[obis] cornu ſalutis in domo Dauid pueri ſui. Luc. 1. g.* Et Anna mater [Sa]muelis ſimiliter de hoc prophetauit, *dicens. 1. Reg. ſecūdo.* [Da]bit imperium regi ſuo, & ſublimabit cornu Chriſti ſui. *[Et] aduentus Chriſti in mūdum fuit angelis valde iucundus, propter [quod] cantauerunt,* Gloria in altiſsimis Deo, in natiuitate ipſius, *[Lu]cæ ſecundo. b. ideo ſubditur.*

16 Hymnus omnibus ſancti eius, &c. *ideſt angelis beatis [qui ſpe]ciali modo dicuntur ſancti, Deutero. 32. a.* Dominus de Sina u[enit] *& ſubditur.* Apparuit de mōte Pharam & cum eo ſancto[rum] milia. *i. angelorum, vt ibidem fuit expoſitum. Et quia non ſolū f[uit iu]cundus angelis, ſed etiam hominibus, & maxime debuit eſſe iucu[ndus] populo Iſrael, de quo fuit natus ſecundum carnem, ideo ſubditur.*

17 Filijs Iſrael. *Reſumatur ly hymnus, qui ſignificat laudē de[o] cum cantico ſeu exultatione, vt dictum eſt ſupra. pſal. 144.*

18 Populo ap. *i. populo Iſrael ſecundum genus propinquo ſibi, [vt] dictum eſt ſupra, quia Maria mater eius fuit de populo illo.*

ADDITIO

In pſalm. 148. *Laudate dominum de cælis.* vbi dicitur in poſtil. Circa primum primo ponitur.

Nota, ſynagoga Hebræorum recitat quotidie iſtos ſeptem pſal. qui incipiunt ab illo, *Exaltabo te domine Deus meus.* & terminantur in fine pſalterij. præmittens eis & ſubiungens aliquas orationes, in quibus orationibus expreſse aſſerunt, quod iſti pſal. ſunt facti ab ipſo. Dauid. vnde minus vere dicitur, q, ſecundum Hebræos nomen illius qui hoc pſal. compoſuit, ignoratur, imo ex hoc ſumit̄ ratio pro opinione Aug. circa auctoritatē pſalmorū, vt ſępe dictū fuit ſup. Itē circa declarationē huius pſal. & duorū ſequentiū attendendū eſt, q, hi tres pſa. proprie poſsunt applicari tribus ſtatibus eccleſię principalibus, in quibus laus Dei conſideratur in ſingulis ſuo modo.

Tres ſtatus eccleſiæ.

Primus. n. ſtatus eccleſię cōſiderat̄ in lege antiqua, in qua diuina veritas in ſeipſa nondū manifeſtata erat, *nec adhuc via ſanctorum propalata,* ad Hebræ. 9. Erat tñ excellentior ſtatus ille reſpectu cęterarū nationū in ſex. Primo in hoc, q, cognoſcebat Deū eſſe creatorē mūdi, Quod qdē creationis beneficiū celebrabāt, in cuius memoria ſabbatū ſeruabat̄, vt patet Exo. 20. Et ad iſtū ſtatū referri poſſet pſal. iſte. ſ. *Laudate dominum de cælis.* in quo fit mētio expreſſa de creatione mūdi correſpondēter ad ea q̄ cōtinent̄ Gen. 1. licet nō omnino eodē ordine. Exprimunt̄ ēt in hoc pſal. angeli q̄ nō fuerūt exp[reſ]ſi in creatione mūdi, propter populi ruditatē, ſed includu[nt]ur in hoc quod dixit, *Fiat lux.* ſecundum Aug. de quibus c[...]ris dixit, *Quia ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit, & creata [ſu]nt.* profitendo ipſarum creationem.

Secūdo iſte ſtatus præfertur cæteris in hoc, q, non ſ[...] Deū profitebatur eſſe creatorē mundi, ſed ēt cōſeruato[rem] rū creatarū, quarū quędam ſic ab eo conſeruantur vt h[a]bēt perpetuitatē ēt ſecundū indiuidua, ſicut ſunt cæleſt[ia] de quibus dicit. *Statuit ea in æternū, &c.* quędā vero perpet[ui]tatē a Deo habent ſm ſpeciē, ſicut iſta inferioria, de qb[us] dicit, *Laudate dominum de terra, &c.* exponantur cętera ſic [in] poſtil. Cōſequēter facit mentionē de regimine politic[o] hu[ma]no, eo q, deriuat̄ a lege naturali a Deo primordiali[ter] inſtituta: in quo regimine principales sūt reges tanq̄ cap[ita], & populi tanq̄ corpora, de qbus dicit, *Reges terræ & omnes populi principes & omnes iudices terræ.* Minus vero principales i[n] huiuſmodi regimine sūt illi, q̄ nō habēt pfectā rationē ad [re]gēdū, ſicut illi q̄ nōdū attingūt pfectā ętatē, de quibus di[cit], *Iuuenes & virgines.* Similiter & illi qui iam tranſierunt ęt[atem] virilem & ex ſenectute debilitantur, de quibus dicit, [Se]nes.

Tertio pfert̄ iſte ſtatus in hoc, q, ꝓfitebat̄ vnitatē D[ei] excluſa pluralitate deorū, q̄ cęterę nationes pnitio ſe ęſti[ma]bant, & de hoc dicit, *Laudent nomen domini, quia exaltatum eſt* [...]

not[...]

*nomen eius ſolius.*

Quarto pręfert' iſte ſtatus in excluſione idololatrię, vt patet Exo.20. Multi.n.philoſophantes & alij credebãt tñ vnũ Deũ eſſe qui tñ aliquas creaturas colebant tanꝗ deos, vt patet.3.Reg.17.de his quos rex Aſſyriorũ habitare fecit in ciuitatib.Samarię. Et quia huiuſmodi idololatrę colebãt vt deos qñque creaturas cęleſtes, qñque terrenas. iõ ſubdit, Cõfeſſio eius.ſ.fidei vnitatis Dei, eſt, *Super cælum & terrã*. Profitebant' .n.ꝙ nullus alius Deus erat in cęlo, nec in terra, vt hr̃ Deut. 4.f.*Scito ergo hodie, et cogita in corde tuo, quod dominus ipſe eſt Deus in cælo ſurſum, & in terra deorſum, & non ſit alius.*

Quinto pręfert' iſte ſtatus, quia ſub fide & cultu vnius Dei, miraculoſe exaltatum fuit cornu populi Dei.ſ. per regiã poteſtatem ſublimem multis miraculis acquiſitam, vt patet in hiſtoria Dauid.1.& 2.Reg. Exultatio.n.cornu in hoc loco nõ eſt neceſſariũ vt intelligatur de regno Chriſti ſpirituali, prout in poſt. ſed de regia poteſtate ſublimi, ſicut. Deut. 33.c.de Ephraim legitur. *Cornua rhinocerõtis cornua illius*, quod dicitur pro regnũ decem tribuum, ꝙ ab eo deſcẽdit non propter regnũ Chriſti, quia non deſcẽdit de tribu Ioſeph & Ephraim. Similiter cum dicitur Thren.2.a. *Confregit in ira furoris omne cornu Iſrael*, intelligitur ad literam de ablatione regiæ poteſtatis a Iudæis tempore Ieremię non de regno Chriſti.

Sexto pręfertur iſte ſtatus, quia nõ ſolũ adepti fuerũt filii Iſrael regiã poteſtatẽ mõ ꝓdicto, ſed ẽt quandã ſanctitatẽ ſortiti ſũt. vñ Exo.16. legitur. *Vos eritis mihi in regnum ſacerdotale & gens ſancta.* & de hoc dicit: *Hymnus omnibus ſanctis eius.* & ſequit. *Filijs Iſrael populo appropinquanti ſibi*, eo quod non fecit taliter omni nationi, vt dictum eſt in fine præceden.pſal.

Secũdus vero ſtatus eccleſiæ cõſideratur ſub lege euãgelica, ad quẽ ꝗdem ſtatũ proprie applicatur ſequẽs pſal.ſ. *Cãtate domino, &c.* ꝙ ſic patet, nã hic ſtatus pręfert' ꝑceden. in ſex.
B Primo in ipſius nouitate, hic.n.ſtatus nouus dr̃, cum reſpectu antiqui qui vetus eſt, de quo Apoſt. ad Heb.8.d. dicẽdo. *Nouum veterauit prius.* Tum reſpectu legislatoris, de quo ad Eph. 4.f. *Induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt.* Tũ reſpectu mandati principalis, vnde Ioh.13.d. *Mandatum nouum do vobis.* Tum reſpectu cuiuſcunque legẽ euangelicam ſuſcipientis, ad Gal.6.d. *Nec circuncifio aliquid valet, nec præputiũ, ſed noua creatura.* Et ideo in ſtatu no.te. merito cãticum nouum cantari dẽt, vñ Eſ.42.b. vbi de Chriſto in primo ſui aduentu ad literã agit, dr̃. *Cantate domino canticum nouum: laus eius in extremis terræ.* Quod proprie cõcordat in forma verborum cũ primo verſu huius pſal.ſ. *Cãtate domino cãticum nouum laus eius in eccleſia ſanctorũ*, niſi quia vbi dicitur hic. *Laus eius in eccleſia ſanctorũ.* ibi dicitur. *Laus eius in extremis terræ.* Ex quo intelligitur, ꝙ eccleſia ſanctorum.ſ.euangelica, de qua ibi, & hic agit' diffundẽda erat in extremis terrę.ſ.per orbem terrarũ. Secũdo ꝑfertur hic ſtatus nouus reſpectu primi in pręſentia Chriſti. Fuerat.n.Chriſtus in antiquo teſt. ſub figura, modo eſt in illi præſentia. & de hoc dicit pſal. Lætetur Iſrael in eo qui fecit illũ, & filię Siõ exultent in rege ſuo. q.d. hic ſtatus nõ ſolum lætatur in Deum qui fecit eum.ſ.tanquam in creatorẽ, prout in primo ſtatu, ſed ẽt tanquam in regem ſuum.ſ.in regem ſaluatorem, iuxta illud Eſa.33.d. *Dominus rex noſter ipſe ſaluabit nos.* Tertio pręfertur in exultatione humiliũ. in veteri .n. licet commendetur humilitas, nõ tñ ſic laudatur ſicut in nouo, vbi Chriſtus quaſi totam doctrinam ſuam in hoc fundauit. Matt.11.b. *Diſcite a me quia mitis ſum, & humilis corde.* Similiter & præmiũ vltimũ, quaſi totũ humilitati attribuit d. Luc.14.c. *Qui ſe humiliat exaltabitur.* & de hoc dicit Pſal. *Quia beneplacitum eſt domino in populo ſuo, & exaltabit manſuetos in ſalute.* hoc eſt dicere. Populus huius noui ſtatus in quo beneplacitum eſt Deo, ſunt manſueti qui exaltabuntur in ſalutẽ. Quarto ꝑfertur hic ſtatus reſpectu primi in purificatione interioris hoĩs.ſ.cõſciẽtię. In primo.n.ſtatu, vt Aug. dicit, manus ꝓhibebãtur nõ animus.ſ.vt in plurib. in ſtatu vero nouo tota gloria iuſtorũ in cõſcientia interiori cõſiſtit. vñ 2.Cor. 1.a. *Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ, de qua gloria dicit.* Pſal. *Exultabunt ſancti in gloria, lætabuntur in cubilib. ſuis.*
C Scilicet, in conſcientijs, vnde in gloſ. Iuſti de actib. ſuis bonis non lætantur extra.ſ.in populari fauore, ſed in cubilib. ſuis.ſ. in conſcientijs, vnde Matt.6.a. *Intra cubiculum tuum, & ora patrem tuum.* Quinto vero præfertur hic ſtatus præcedẽti in poteſtate duplici ſibi data.ſ.temporali, & ſpirituali, prout expo-

ponit' illud verbũ euãgelii, Lu.22.d. *Ecce duo gladii.* & de hoc D
dicit. *Et gladij ancipites in manibus eorũ.* ſ.gladius tẽporalis, qui apud imperialẽ poteſtatẽ principaliter reſidet, & gladius ſpiritualis.ſ.ligandi & ſoluendi, qui reſidet ad Petrũ & eius ſucceſſores. Cũ primo.n.gladio quandoque fit. *Vindicta in nationibus.* Cum ſecundo, Increpationes in populis. Et ex hoc prouenit ꝙ quãdoque: Alligantur reges eorum in compedibus quia, ſm̃ gloſ. in præceptis Dei, quæ dicuntur vincula ferrea, quæ quaſi dura ſunt & inſolubilia, vt cũ dr̃: Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet, Mat.19.a. *Alligatus es vxori, noli quærere ſolutionẽ.* 1.Cor.7.e. His.n. vinculis ligãtur gentiũ reges & nobiles ſeculi ab infirmis huius mundi, quos elegit dñs, vt fortia quæque confunderet: Hæc in gloſ. Et ſequitur: *Vt faciant in eius iudicium conſcriptum*, quia oĩa iſta in primo ſtatu. fuerunt conſcripta ſaltem in figura, & modo complentur.

Sexto præfertur hic ſtatus ꝑcedẽti, quia primus ꝑtinebat tãtũ filijs Iſrael populo appropinquãti ſibi, vt in fine ꝑceden tis pſal. cõcludit'. *Gloria tamẽ huius ſtatus, Eſt omnibus ſanctis eius.* ſcilicet per omnes gentes & per totum mundum, vt in glo.

Tertius vero ſtatus eccl'ię ꝯſiderat' ĩ lege beatifica & ęterna.ſ.in ſtatu glorię. Ad quẽ quidẽ ſtatũ ꝓprie applicat' pſ.40. .ſ. *Laudate dominum in ſanctis eius:* & exponatur ſicut vlti. loco ſup.5.d.
exponitur in poſtilla ad iſtud propoſitũ reducendo vſq; ibi. ſup.115.b.
cũ dicitur: *Omnis ſpiritus laudet dominum:* Quod verbum pręter expoſitionem poſtil. quę ſatis competens eſt, poteſt ẽt aliter exponi, & forte magis proprie. Ad qđ ſciẽdũ, ꝙ ſm̃ Greg. in in eccleſia pręſenti immolatur Deo ſacrificiũ compunctionis iuxta illud: *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus.* In cęleſti vero ſacrificiũ laudis. vñ pſ.1. *Dirupiſti vincula mea, & tibi ſacrifica-* E
*bo hoſtiam laudis.* Cuius ratio eſt: Nã in hac vita retardat' ſpiritus, ne ferat' totus in ipſum Deũ. Quandoque ex grauedine peccatorũ, quandoque ex impedimento molis carnalis, quæ ſunt vincula animę quibus diruptis in ſtatu glorię ſacrificat' Deo hoſtia laudis. In qua quidẽ hoſtia nihil reperit' quin ferat' in Deũ, iõ dicit: *Omnis ſpiritus laudet dominum.* i.totus ſpiritus. Dictio.n. Hebraica Chal in hoc loco poſita vtrumque ſignificat indifferẽter.ſ.totũ & omne. Notandũ eſt ẽt ꝙ vltimus verſus huius pſal. vltimi, correſpondet primo verſui primi pſal. ſicut vltima ꝑfectio alicuius rei primę inchoatę ꝑfectioni ipſius. Beatitudo.n. de qua intelligit' illud: *Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum*, eſt beatitudo viæ nõdũ perfecta, ſed incipiens ꝑ receſſum a malo: Sed in hoc verbo vltimo intelligit' ꝑfecta & conſummata beatitudo, ꝗ terminatur in totali adhęſione ad Deũ per clarã cognitionẽ & perfectũ amorẽ, in quibus cõſiſtit ſummum gaudium & vera laus Dei, de quibus Eſa. 61.b. *Gaudium & exultatio reperientur in ea, gratiarũ actio & vox laudis.* ad quod nos perducat Dei filius.

REPLICA. In pſ. *Et exaltauit cornu populi ſui.* vbi poſtil. dicit ex titulo nõ eſſe notũ nomẽ auctoris apud Hebręos. Bur. vult, ꝙ Dauid ſit auctor hui' pſ. ſicut & omniũ aliorũ ſm̃ opinionẽ beati Aug. de qua opinione vide correctoriũ circa pſ. primũ. Sed ꝓbatio Bur. eſt ꝓbatio ignoti ꝑ ignotius, ꝗa nitit' ꝓbare ꝑ orationes quaſdã, quas nũc fecit ſynagogę, ꝗ orationes nobis ſunt magis ignotę, & dato ꝙ eſſent nobis notę, nõ eſſent tñ autenticę, & abſit eius orationes eſſe autenticas & efficaces, ꝗa ꝑ ſynagogę orõnes Iudęi ſingulis diebus eccleſię Chr̃i & Chriſtianis maledicũt, vt dr̃ in Gl.Ord. Eſaię. Circa illũ ãt paſſũ: *Laudate dominũ de cęlis.* quẽ poſtil. exponit de incarnatione Chr̃i, in qua exaltauit nobis cornu ſalutis, ꝓut autoritatibus ꝓbat poſti. Bur. exponit de ptãte regia in veteri teſtõ miraculoſe data populo Iſrael: In quo Bur. multipliciter peccat. Primo ꝗa dicit ptãtem regiã inter Iudęos miraculis multis acqſitã, cũ tñ peccatis populi multũ reprehenſibiliter fuerint regalia Iudęorũ exacta & ĩtroducta, de quo vide. 1.Re.8. in correctorio ſatis lato. Secũdo peccat, ꝗa cũ cornu hic accipiat' in bono, & ſi dicat' exaltatũ. Bur. ad ꝓbandũ ſuũ propoſitũ adducit cõcordãtiã. in qua cornu accipit' in malo, & dr̃ de ipſius cornu deiectione. Nã ꝙ allegat Deu.penu. de *Ephraim cornua rhinocerontis.* cornua illius accipit' ꝓ regno decẽ tribuũ ſm̃ omnes, qđ regnũ ſupra ſæpe deteſtatus eſt, & Geneſ.49. vt patet in eiuſdẽ capituli correctorio.5. Similiter qđ allegat Thre.2. ſonat in deiectionẽ cornu & regaliæ, hic autẽ ſonat in exaltationẽ, quia ex optima cauſa conſurgentẽ.
Dicitur.n.hic. *Confeſſio eius ſuper cælũ & terrã, &, pro quia*, exal- F
tauit cornu populi ſui. Ad probandũ ineptias ſuas, adducit cõcordantias vocales tãtũ, nõ reales more viliũ collectorũ, &c.

GLOSSA ORDIN. a Halleluia.

a *Halleluia.* Caſ. Poſt omnes creaturas, quas in præcedenti pſalm. monuit laudare Deum eo quod ab ipſo creatæ ſunt. hic propius & ſpecialius Iſrael incitat ad nouum canticum pro natiuitate ſibi facta quæ mirabilior eſt Dei operatio. Hæc eſt ſanctificatio Iſrael per quam de veteri factus eſt nouus.

* Beda. Reuerſi de Babylone gratias agere iubentur, quia obſiſtentes ſibi finitimas gentes Deo adiuuante deuicerint. Aliter vos Chriſti ad fideles de futuro, & de reſurrectione.

PSAL.

PSALM. CXLIX.

A a CAnta.domi. Caſ. Primo multis modis monet laudare regem qui eis beneuolus & beneficus. Secundo agit de gaudijs ſanctorum, ibi. *Exultabunt.*

b *Canti.no.* Aug. Qui vult cantare hoc canticum, diligat æternа, vt fiat nouus. Vetus enim homo, vetus canticum cantat de terrenis. Nouus homo, nouum cantat, de ſpiritualibus. Canticum, ſcilicet, pacis, canticum charitatis & iucunditatis. Quiſquis.n. ſequitur, veterem animoſitatem, nouam charitatem, nouum canticum non cantat.

B * Baſilius. Secundum anagogen, quæ noui ſunt teſtamenti dicit, In hoc enim omnia noua facta ſũt. Secũdum hiſtoriam vero canticum nouum dictum eſt quod de victorijs, de inſigniter geſtis, & felicitate recepta cantaturi erant.

c *Laus eius in ec.* Hic, vbi, & a quibus cantari debeat hoc canticum determinat.

d *Et filiæ Sion.* ✲ Euth. Filij dico nouæ Sion, vel ipſe etiam Iſraeliticus populus canẽs Deo, lætetur, & lætus gratias agat & quod creatus ſit, & quod vt proprius & peculiaris populus a Deo vendicatus ſit.

e *In rege ſuo.* i. in Chriſto, qui eſt rex & ſacerdos.

Aug. Vt rex pugnauit pro nobis de cruce, diabolũ vincẽs. Vt ſacerdos ſe pro nobis obtulit, nihil inueniens in hominibus, quod pro eis offerret.

f *In choro.* Caſ. Quia nulla diſperſio, ſed chariſſima vnitas,

C tunc exultatio erit de tympano & pſalterio non ipſius actus.

✲ Baſ.

* Baſ. & Euthym. Quidam & hunc ſermonem de organis Anagogice, ſumunt, Tympanũ carnis mortificationem, & pſalteriũ celorum contemplationem ſignare dicẽtes, ſuperne ſiquidẽ illud pulſatur, non inferne ſicut cithara. Ego vero dixerim quod olim his inſtrumentis Deo cecinerunt.

PSALMVS CXLIX.

a De myſterio redemptionis & promiſſione æternitatis.

a CAntate domino canticum nouum, laus 1

Alias laudatio. — a Caſ. hæc laus non vbicunque, non a quibuſcunque, ſed in eccleſia catholica, vel in futura Ieruſalem. — b Licet hic multa patiatur.

b eius in eccleſia ſanctorũ. Lætetur Iſrael 2 3

a Etiam ſecundo, vt ſit Iſrael. — b Idem ſunt Iſrael & filiæ Sion. — Vel ij.

c in eo qui fecit eũ, & filiæ Siõ exultent in 4

a Chriſto, quem tunc videbunt.

d † rege ſuo. Laudent nomen eius in 5 6

a Qualiter? In vnitate charitatis. — Concordia morum. — b Mortificatione carnis. — c Spirituali operatione. — d Alias. — Quoniam beneplacit dominus.

e f g choro, in tympano, & pſalterio pſallant ei. Quia bene- 7

Vel bit. 8

h placitum eſt domino in populo ſuo, & † exaltauit man- 9

a Aeternam. — b Exaltauit manſue & pro eo. — c In vindicta malorum. — Caſ. vindicta peccantium in gloria eſt ſanctorum.

i ſuetos in ſalutem. Exultabunt ſancti in gloria. † læta- 10 11

† ſuper regem ſuum.

† glorificauit. † ſ eius ſalute.

g *Quia be.pla.* Caſ. In prima conditione rerũ legimus omnia placuiſſe Deo, ſed poſt mutatis qualitatibus, & pęnitere & gaudere. vnde Pęnitet me feciſſe hominem. Et alibi. *Gaudebo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.* Secundum hoc dicit hic. *beneplacitum eſt domino in populo,* cũ peccata dimittit: vel cum parem angelis faciet.

Gen.1. Gen.16 Luc.

h *Exulta.* Caſ. Secunda pars, vbi agit de gaudijs ſanctorũ & poteſtate.

* Euthymius. Iuxta anagogen exultabunt ſancti in gloria futura. *Non,* enim condignæ ſunt, vt inquit, Apoſtolus, *paſſionis huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.* Gloria autem eſt Chriſti crux, iuxta illud. *Mihi abſit gloriari niſi in cruce domini Ieſu.* Laudat etiam propheta mites ac ſanctos viros, ad manſuetudinem minorum nos atque ad ſanctitatem exhortans, quod iubilare dicit, in cubilibus ſuis, hoc eſt, in æternis, indiſſolubilibuſque tabernaculis, quæ eis parata ſunt.

i *Glo.* Caſ. eſt bonorum actuum frequens laudatio, de quibus iuſti lętantur in cubilibus. i. in conſcientia. ĩo quia habent bonum dominum, qui dat peccantibus gratiam, & in meritis vitam ęternã. Fatuus extra in fabulis hominũ lętatur. Sanctis hic modus gaudij eſt, vt ad illũ referãtur bona q reddit F

*Exul-*

NICOLAVS DE LYRA.
PSAL. CXLIX.

CAntate domi.can.nou. *Huic pſalmo in Hebræo & in tranſlatione Hiero. præponitur pro titulo.* Halleluia. *& per hoc deſignatur, quod eſt quædam laus diuina: & ſecundũ Hebræos eſt diuina laus pro victoria quam expectant ſibi affuturam per regem Meſsiã, qui ſecundum eos ſubijciet populo Iudeorum omnes nationes & reges eorũ ſecundum quod videtur litera prætendere infr.* Ad faciendam vindictam in nationibus, &c. *Sed hęc expoſitio innititur falſo fundamẽto. ſ. quod Chriſtus ſit venturus in mundum, cum iſte aduentus iã tranſierit in præteritũ, vt frequenter dictum eſt ſupra, & ideo quãtum ad hoc iſta expoſitio tanquã erronea dimittatur, & pro quanto poteſt habere veritatẽ, accipiatur, vt pſalmus iſte ſit quædam laus facta ab aliquo ſancto viro pro victoria perfecta, quã habituri ſunt fideles populi in ſecundo aduentu Chriſti. ſ. ad iudiciũ, quia tunc tyranni & potentes huius mundi, qui fideles afflixerunt in corpore, & anima, detrudentur in infernum, & ſancti cum Chriſto regnabunt in æternum. Quod præuidens in ſpiritusancto aliquis vir ſanctus cuius nomen ignoratur, ſecũdum Hebræos, facit pſalmum iſtum, ſecundum vero B. Aug. Dauid fecit ipſum. Igitur ſecundum hanc ſentẽtiam pſalmus iſte in duas partes diuiditur. Quia primo fidelis populus ad laudẽ inducitur. Secũdo ad hoc ratio adducitur, ibi.* Quia beneplacitum eſt, &c. *Circa primũ dicit Pſalmiſta.*

1 Canta.domi.cant.nouũ. *pro nouo beneficio fidelibus affuturo.*

2 Laus eius in eccleſia ſancto. *ſcilicet, veteris ac noui teſtamenti, quorũ vna eſt eccleſia, licet aliquando eccleſia magis ſtricte accipiatur prout contra ſynagogam diuiditur.*

3 Lætetur Iſrael in eo qui fecit eum. *i. in Chriſto venturo ad iudicium, qui potentia ſuæ deitatis fecit totum mũdum. Et vocatur hic populus fidelis quicũque, & potiſſime Chriſtianus Iſrael. vnde dicitur Ro.2.d.* Non.n. qui in manifeſto Iudeus eſt, neq; que in manifeſto in carne eſt circunciſio, ſed qui in abſcõdito Iudeus eſt, & circunciſio cordis in ſpiritu non litera.

4 Et fil. *ideſt, eccleſiæ quæ vocatur Sion, vt dictum eſt ſup. pſal.15.*

5 In rege ſuo. *ideſt, in Chriſto, qui in iudicio apparebit in regia maieſtate: ſicut in primo aduentu apparuit in noſtra infirmitate.*

6 Laudent no. eius in choro. *ideſt, in ſocietate concordi charitate, quia de beneficijs communibus Deus in communi eſt laudandus.*

7 In tympan.& pſalt.pſal.ei. *Per iſta inſtrumẽta deſignatur ſpiritualis gaudij redundantia de mente interiori ad extra, ſecundũ illud Pſal.83.a.* Cor meum & caro mea exultauerunt in Deũ viuum. *Et etiã quia non ſolum in veteri teſtamento, ſed etiã in nouo eccleſia vtitur, non ſolum ſono vocum, ſed etiam inſtrumentorũ, vt tympanis & organis in pluribus locis.*

8 Quia beneplacitum eſt. *Hic adducitur ratio laudandi Deũ. Circa quod ſciendũ quod licet aduentus Chriſti ad iudiciũ futurus ſit valde terribilis iniuſtis, erit tamẽ delectabilis iuſtis, propter quod Saluator Lu.21. loquẽs apoſtolis de ſignis præcedentibus extremum iudicium dixit, dicẽs.* His autẽ fieri incipientibus, reſpicite & leuate capita veſtra. *ideſt, exhilarate corda, ſecundum quod exponit B.Greg. ho & ideo aduentus Chriſti ad iudicium debet eſſe delectabilis iuſtis, qui habebunt iudicẽ gratum. Et hoc eſt quod dicitur.* Quia beneplacitum eſt domi. *Licet enim omnes boni et mali ſint ſui, generaliter tamen iuſti dicũtur populus ſuus ſpecialiter, quia ſunt a Deo electi ad regnandum cum eo in ciuitate cęleſti.*

9 Et exaltauit manſuetos in ſalutem. *Loquitur hic de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ. Et dicuntur hic manſueti potiſſime illi, qui dulciter ſuſtinent oppreſſiones tyrannorum amore Dei, qui in iudicio futuro erunt exaltati. ideo ſubditur.*

10 Exultabunt ſancti in glo.&c. *quia poſt iudicium ſancti erũt glorioſi in anima & in corpore, & ſic augmentata gloria, augmentabitur eorum exultatio & lętitia. Et quia tunc totaliter quietabitur animæ appetitus, ideo ſubditur.*

11 Lætabuntur in cubilibus ſuis. *quia cubile eſt locus quietis*

✲ *dici*

MORALITER.

1 *Cantat.dom.cant.nouum.* Pſalmus iſte ſecũdum ſenſum literalem eſt quędã inuitatio ad Dei laudem de victoria quam habituri ſunt ſancti de ſuis oppreſſorib. in iudicio finali. & ſequens. ſ. Laudate dominum in ſanctis eius, eſt inuitatio ciuium cæleſtium ad Dei laudem ex plenitudine gloriæ, quã habebunt ſancti in cõſortio eorum, quæ expoſitores ſunt ſpirituales, propter quod pertranſeo de alijs hic ponendis.

a *Exultationes.* * Baſ.Bello hic cum tripudio ſuperandũ eſ-ſe oſtendit,quod videlicet laudantes & canentes hoſtiũ ſint victores euaſuri.

* Euthym. Per Exultationes Dei dignas Deo voces intellige quibus illius laudes decantari ſolent quę magnitudinem, potentiam, ac bonitatem diuinam extollunt.

gredcrentur ad illicita.

✣ Baſ.Vide excellentiam victoriæ non ſolum enim pepulerunt & abegerunt hoſtes,ſed & vinctis regibus eorum potentiam Dei omnibus demonſtrantes redierunt.

✣ Euth.Per reges & nobiles dęmones intelligit,qui tunc ſuper eos regnabant, & nobiles ab illis reputabantur, & quorũ demonũ manus Chriſtus inefficaciæ atque imbecillitatis vinculis colligauit, infirmos prorſus eos reddẽs,vt faceret etiã in eis gentibus conſcriptum iudiciũ, hoc eſt ſtatuta & leges ſcriptas,de vita ac cõuerſatione illa humana quę Deo magis grata eſt.

a Intus in conſcientia,non extra populari fauore. b Non Dei: c Ideſt,lingua.

a bũtur in cubilibus ſuis. Exultationes Dei in gutture eorum, 1

b Alias faucibus. teſtate· a Sermo Chriſti. Vt dicant vbi velint & cui velint. b Ex veteri & nouo. Vel bis acuti. c Poteſtate. d Vt occidant peccatores illo gladio bis acuto.ſecundum illud, Ego occidam & viuere faciam.

c & † gladii ancipites in manibus eorum. Ad † faciendam 2

Ne putares ſanguinem fundi,ſubdit.

d vindictam in nationibus,increpationes in populis. † Ad alli- 3

a Præceptis Dei.

gandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in

a Alias,vinculis. Ideſt,Dei mandatis. Et item.Alligatus es vxori.noli quærere ſolutionem. Vt quod Deus coniunxit,homo non ſeparet. b Quia dura ſunt vincula.hoc eſt iudicium,quod faciunt ſancti per omnes gentes. c Ad hoc habent gladios in manibus. d Et ita conſequentur æternam gloriam.

e manicis ferreis. Vt faciant in eis iudicium conſcriptum, glo- 4

f ria hęc eſt omnibus ſanctis eius. Halleluia. 5

† faciẽdas vindictis in gentibus obiurgationis.

† Vt alligent.

b Caſ. Virtus Dei & potentia prædicatur in gloria ſanctorũ. In cubilibus, in diuerſis manſionibus eſt gloria ſanctorũ. De quibus dominus: *In domo patris mei manſiones multæ ſunt.*

c *In gutture.* qui in corde & in lingua nõ deſinũt laudare eum a quo ęterna habent.

d *Gladij.* Poteſtatem verbi Dei accipiẽtes, cum dño iudicabunt,ſedentes,& ſuper duodecim ſedes, & tunc vere fiet vindicta, & increpatio in populis, tunc reges terræ ligabuntur, vnde non ſit liberum exire. Et nobiles ferent ferrea vincula,& grauia ad portandum, & quę nõ poſſint rumpi,& ſic fiet iudicium cõſcriptum,id eſt,ab angelis cõprobatum. De quo Apoſtolus. *Neſcis quia angelos iudicabimus.* & ne putes ſolos apoſtolos iudicare, addit. *Gloria hæc.*ſ. poteſtates iudicij,eſt omnib. ſanctis eius,id eſt, perfectis qui pro Chriſto omnia terrena reliquerunt.

Euth.Per ancipitem gladium, hoc eſt valde cædẽtem & reſecantem,ipſam crucem intellige, quæ inſtructas Dæmonum acies diſſoluit,& reſecat,vel quia Græca dictio educta a Græco verbo , quod ſignificat conſolido, aliam apud latinos poteſt lectionẽ reddere,ita vt textus ſit,& gladij vtrinq; cõſolidati in eorum cõuerſationem intellige, opere nimirum & ſermone ſeu actione & contemplatione conſolidatam. Eſt aũt ſermo de Apoſtolis atque eorum ſucceſſoribus: vt faceret vindictam in gentibus,dum ſcilicet de Dęmonum eos eripit tyrannide.

Aug.Exultationes Dei in gut. Sic.n.lætantur in cubilibus & faucibus,ideſt,in corde & lingua,vt nõ ſibi tribuãt, quod boni ſunt,ſed Deo a quo acceperunt quod ſunt, & ſperãt id quod nondum ſunt.

*Ad alli.* His vinculis madatorum & pręceptorum Dei,ligantur gentium reges nobiles ſeculi ab infirmis & cõtẽptibilibus huius mũdi, quos elegit dominus vt fortia queq; cõfunderet ipſosq; impleuit ſpirituſancto,& dedit eis frameas bis acutas,vt ad Chriſti timorem nobiliũ corda conuerterẽt, & ſeculari nobilitate contempta paupertatẽ eligerent,& nobilitatẽ in Chriſto. Voluit enim prodeſſe imperatori de piſcatore, non piſcatori de imperatore.

C Au.Per hos ligat reges & nobiles in vinculis ferreis, ne pgre-

e *Iud.conſ.* Aug.A patribus ſancitum. Iſta antea ſcripta ſunt, & modo cõplẽtur. Legebantur.n.aliquando, nec fiebãt modo fiunt. Et concludit ita. *Glo.hæc.eſt.om.ſan.ei.* Per totũ mũdũ,& per oẽs,hoc agũt ſancti,ſic gloriantur, ſic exultant in gloria, ſic cantant cãticũ nouũ,ſic dicunt halleluia,corde,ore,vita,

* Euth. Si quæras quænam ſit hæc gloria? dic, quod gloria eſt,omnia virtutis opera iam dicta adimpleuiſſe. E

* Baſil. Quæ? Non quod vicerunt,ſed quod ita auxilio Dei vicerunt. Mihi vero videtur,non victoriã modo ſed & melodiam & hymnos dicere quod Deũ videlicet laudantes magnam ſibi ipſis gloriam conciliauerint.

f *Halle.* Caſ. Atomus eſt hic pſalmus,& tertius eorũ qui ſine diuiſione hic agit. In quo intẽdit vt laudetur Deus,quia ſanctos cõgregauit, & depoſita fragilitate ſuę imagini reſtituit, iã cõformes grãæ ſuæ in beatitudine locauit,vbi oĩs abũdãtia.

* Bed. Hortatur propheta tam poſteros quam pręſentes,vt pſallendi inſiſtant officijs. Aliter Chriſti vox poſt ſeculũ deiectum in regno ſuo lętantis.

* Idem. Hic pſalmus proprie ſcriptus Dauid extra numerũ quando pugnauit cũ Goliath. Quinquageſimus eſt,de pęnitentia, Cẽteſimus de miſericordia & iudicio,cẽteſimus quinquageſimus,de Dei laude in ſanctis eius. Sic.n.ad æternam beatamq; tendimus vitam,primitus noſtra,damnãdo,deinde bene viuendo,vt poſt vitam cõdemnatam malam,& geſtam bonam,mereamur æternã, vocati.n.renunciamus diabolo per pęnitentiam ne ſub iugo eius remaneamus, iuſtificati ſanamur per miſericordiam,ne iudiciũ timeamus, glorificati tranſimus in vitam æternam, vbi dominum ſine fine laudemus.

✣ Euthy. Concluſit B.Dauid pſalmorum librum in diuinis laudibus atque in gratiarum actione,docens nos,vt per vniuerſam vitã gratias Deo pro omnibus ad ipſum vſque mortis finem agamus.

PSAL. F

## NICOLAVS DE LYRA.

*dicitur in plurali cubilibus pro diuerſis gloriæ gradib. ſeu manſionibus quia licet ſit eadem beatitudo omnium obiectiue, non tñ formaliter,quia licet omnes ſancti videant Deum & eo fruantur, tamen vnus videt ipſum clarius altero,& dulcius fruitur ipſo. Et quia tunc in corporibus glorioſis erit laus vocalis, ſecundum quod dicunt aliqui doctores,& probabiliter.ideo ſubditur.*

Exultationes Dei in gutture eorum. *quia laus vocalis incipit gutture,& arterys.*

Et gladij ancipites. *id eſt, ex vtraque parte ſcindentes.*

In manibus eorum. Ad faciendam vindictam,&c. *Per hoc intelligitur conſtantia ſanctorũ,et potentia in extremo iudicio, contra eos qui iniuſte oppreſſerũt eos in hoc mundo,ſecundũ quod dicitur Sa pien.5.a.* Tunc ſtabunt iuſti in magna conſtãtia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerũt,&c. *Vel põt referri illa litera ad angelos ſanctos qui erunt executores diuini iudicij ſeparãdo impios a iuſtis, et mittendo eos cum dæmonib.in ignem inferni.ſecundum quod dicitur Mat.* 13.g. Exibunt angeli,& ſeparabunt malos de medio iuſtorũ, & mittent eos in caminum ignis, &c. *Et quia ab illa pena non poterunt ſolui ſeu liberari, ideo ſubditur. Ad alligandos reges eorum, &c.*

4 Vt faciant in eis iudicium conſcriptum,&c.*i.executionẽ extremi iudicij in diuina præſcientia ab æterno conſcripti,& ẽt in libris ve.& no.teſtamẽti. Et quia talis executio diuinæ iuſtitiæ cedet ad augmentũ gloriæ electorum,ſecundum quod dicitur ſup.pſal.57.b.* Lętabitur iuſtus cum viderit vindictam,ideo ſubditur.

5 Gloria hęc eſt omnibus ſanctis eius. *Vel iſtud poteſt referri ad ſententiam datam pro electis,quia ſicut angeli erũt executores diuini iudicij,mittendo malos in gehennam,ita erunt executores, transferendo electos in anima & corpore ad gloriam ſempiternam.*

PSALM. CL.

A *Auda.no.* Caſ. de laude Dei in ſanctis eius, qui glorificati ſine fine laudant.

Caſ. Monetur ciuitas Dei. ſ. vnitas omnium ſanctorũ ore, & animo cantare, In hoc culmen omnis pſalmodia perduci tur, quæ nuptiali dulcedine cantatur.

a *Lauda. eum in firm.*

* Euthym. per firmamentum ipſum intelligit ſecundum cælum, quod videtur, quodque in admirationem eos mouet, qui illius magnitudinem, pulchritudinem & reliquas illius laudãdas partes contemplantur.

† ſanctitate ſanctuario.

* Baſ. Hoc enim diligentius Deo quam illud agitur. Cęlum eius propter homines non homo propter cęlum eſt. Aliter, qui in firmamento cæli ſunt angeli laudate eum, &c.

Aug. Virtus eſt in firmamento. Eſt. n. virtutis magnæ, qđ ſancti iam non morientur, & poteſtatis Dei dr̃ in eis qui regnant cum eo in ęternum. Ipſi et ſunt multitudo magnitudinis, quia magnos fecit, & tam multos. ſ. milium vnde. *Milia milium miniſtrabant, & decies centena milia aſſiſtebant ei.* i. ipſi ſancti ſunt in omnibus muſicis pro ſignificantia diuinæ laudis. Dani. 7. d.

B In tuba pp excellentiſſimam laudis charitatem. In pſalterio & cithara. i. de cæleſtibus & terreſtribus, tanquam eum qui fecit cęlum & terram. Pſalterium. n. a ſuperiori ſonat, vt dictum eſt. Cithara ab inferiori, ideo per pſalteriũ cęleſtia, & p citharam terreſtria ſignatur. Tympanum fit corio ſiccato, & firmato. Organum eſt gñrale nomen omnium vaſorũ muſicorũ, licet vſu dicatur organũ quod inflatus follib. ſonat. quod non hic accipitur, ſed aliquid qđ chordas habet. Chordæ, caro iã a corruptione libera, quibus addit organum, non vt ſinguli ſonent, ſed vt diuerſitate cõcordi cõſonent, vt ex diuerſis vocibus, ſed nõ aduerſis ſit cãtu ſuauis. Cymbala inuicẽ ſe tangũt, vt ſonent, iõ labijs noſtris comparantur ſed melius in cymbalis, qui inuicẽ ſe honorantes, dant laudẽ Deo.

Caſ. Quibus propheta in principio formam conuerſationis oſtendit, iã in illa Ieruſalẽ receptis, dicit in eis laudandum eſſe Deum, qui omnia dedit. In firmamento, quia morte ſua diabolum vicit, & credentes ad cælum perduxit. In virtutibus vel potentatibus, quia omnia ſubiecta pedibus eius.

b *Secun. mult.* Quomodo hoc, cũ magnitudinis eius non eſt finis, ſed ſpiritualibus & ſanctis dicitur hoc. Et cũ nõ ſit finis magnitudinis, ſecundũ eã laudatur Deus cũ ſine fine laudet. Quomodo aũt debeat laudari per ſimilitudines myſticas vſque ad finem pſal. dicit: Tuba concrepet regi, pſalteriũ canat

C Deo, cithara cũ reliquis ſponſo. Tuba. n. terribilis, vel in bello ſumitur, vel, in aduentibus regum apparetur: pſalterium a ſummo, cithara ab imo ſonat, hęc omnia humanis, actibus comparata, figuraliter ibi dicuntur laudes Dei perſonare.

* Euth. & Baſil. Iudęos quidem iubet propheta, vt omni muſices genere, tam voce quam organis quibuſcumque, Deum laudent, Chriſtianos vero vt p corporis organa, hoc eſt per varia illius membra id faciant oculis nimirum, ore, auribus manibuſque & pedibus. Et quoniam omnem creaturã, & omnia organa quib. hymni dicebãtur, ad hymnodiam excitauit, i. ad omnem naturam & quancumque ætatem cõuertitur, & ad hymnodiam & doxologiam commonet.

c *In ch. &c.* Caſ. Chordas ponit pro omni iſtrumento muſico, chordarum tentio...

## PSALMVS CL.

a Pro his quæ ſanctis ſuis dedit. b Ideſt pro eo quod morte ſua diabolum vicit, & credentes ad cælum perduxit.

Audate dominum in† ſanctis eius, lau- 1
date eũ in firmamẽto virtutis eius. Lau- 2

a Cui flectitur omne genu, cæleſtium terreſtrium & infernorũ.

date eũ in virtutibus eius, laudate eum

a Ideſt, ſine fine, ſicut non eſt finis manſuetudinis eius.

ſecundũ multitudinem magnitudinis 3

a Ideſt, vt regem, & quia vos in bello diaboli vincere fecit.
b Vt Deum & quia vos fecit ſummos.

eius. Laudate eum in ſono tubæ, laudate eum in pſalterio & 4

De cæleſtibus & terreſtribus. Et eum qui fecit cœlum & terram.
a Vt ſponſum, & quia vos ab imis liberabit. b Carne mutatus ſine omni corruptione & vocum concordium conſonantia. Tympanum de corio fit extenſo in ligno. c Chorus eſt temperata vocum collectio.

c cithara. Laudate eum in tympano & choro, laudate 5 6

a In his qui ſe inuicem monentes delectant Deum.

d eum in chordis & organo. Laudate eum in cymbalis be- 7

a Euangelium. b O Iudæi. Nolite diligere infantiam, ſed conuer. c Per apoſtolos, eo quod credere nolebant:

c d bunt ſcientiam? Conuertimini ad † correctionem meã En

a Etſi adhuc negligitis. Vindictam. b Eſſe verba. Venite ad me omnes qui laboratis.

e proferam vobis ſpiritum meum, & oſtendam verba mea.

a Quibus perditionem veſtram prædixi. b Non tantum vocaui, ſed exten. Primo benefaciendo, liberando omnes oppreſſos à diabolo, poſt in cruce.

† Quia vocaui, & renuiſtis: extendi manum meam, & non 6

Sed etiam: a Mei dicentis: Pœnitentiam agite.

f fuit qui aſpiceret. Deſpexiſtis omne conſilium meum, & in- 7 8

a Quæ ſolent terrere. b Sicut vos modo. Sapientia minatur contemptoribus ſuis.

g crepationes meas neglexiſtis. Ego quoque in interitu veſtro 9

h ridebo: & ſubſannabo, cũ vobis quod timebatis aduenerit. 10

a Subita. b A Romanis. c Vehemens.

i Cum † irruerit repentina calamitas, & interitus * quaſi tem- 11 12

a Foris ab inimicis.

k peſtas ingruerit: quando venerit ſuper vos tribulatio, & an- 13 14

l a Intus Deo non conſolante.

m guſtia. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam, mane con- 15 16 17

Hæc illis. a Non modo non habuerunt, ſed odijs perſecuti ſunt.

n ſurgent, & nõ inuenient me: eo quòd exoſam † habuerint di 18 19

a Correctionem morum, vel meorum. b Qui eſt principium ſapientiæ.

ſciplinam, & timorem domini non † ſuſceperint: nec † ac- 20 21 22 23

h *Quod timebatis.* Timebatis dicentes. Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eũ, & venient Romani, & tollent noſtrum locum & gentem. — Ioan. 11. f. — † correptionem.

i *Cum irrue. repen. cala.* Obſidionem Ieruſalem ſubitam, & expugnationem totius prouincię a Romanis factam dicit. De qua. *Videns ciuitatem fleuit ſuper eam.* — E — Luc. 19. f.

K *Quando venerit ſuper vos.* Poteſt hęc tota correctio ſapientię de omnibus reprobis generaliter accipi, q̃ in die iudicij clament ad dominum, ianuã regni ſibi aperiri poſtulantes, nec audientur. Quod enim ſequitur. — * veſter.

*Mane conſur. & non inuenient me.* Tempus iudicij ſignificat quo alij in vitam, alij in opprobrium reſurgent ſempiternum. — † habuerunt: — † acquieuerũt.

c *Conuertimini.* Sapientia hortatur conuerti ad Deum, & profert ſpiritum.

d *Ad correctionem.* Per apoſtolos Iudęos corripit, & vel poſt aſcenſionem & reſurrectionem monet conuerti.

e *Spiritum.* Id eſt, vindictam. *Miſiſti ſpiritum tuum, & cooperuit eos mare.* vnde. Et in Iob. *Vidi impios, flante Deo periſſe, & ſpiritu iræ eius eſſe conſumptos.*

f *Deſpexiſtis omne cõſiliũ meũ & increpationes meas. Væ vobis ſcribæ & Phariſæi, &c.* Generaliter qui nõ credit iã iudicatus eſt. C Conſilium inopis cõfudiſtis, quoniã dominus ſpes eius eſt.

l *Tribulatio & anguſtia.* Sancti cum extra patiuntur, ſpe certa ſalutis in corde dilatãtur. Vnde propheta. *Cum inuocarem, exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ, in tribulatione di.mi.* — Pſal. 4. a.

m *Inuocabunt.* Non leguntur Iudęi in obſidione dominũ inuocaſſe, etſi qui inuocauerunt, quia vere non pęnituerũt, exauditi non ſunt.

n *Exoſam habue.* Iuſtus econtra. Iniquos, inquit, odio habui, & legem tuam dilexi. — Pſal. 118. p — F

g Ego ☞ Comedent

## NICOLAVS DE LYRA.

*In foribus portarum vrbis profert verba ſua dicens.* hoc dicitur. quia antiquitus iudices & ſapientes eis aſſiſtentes habebant locum in portis vrbium, vt omnes tam intranei quàm extranei haberent ad eos facilem acceſſum, & ibi fiebant correctiones delinquentium, ideo ſubditur.

*Vſquequo paruuli.* ſenſu licet non corpore.

*Diligitis infantiam.* id eſt, inſolentiam.

*Et ſtulti ea quæ ſibi ſunt noxia cupient.* id eſt, bona delectabilia, ſicut bruta animalia.

*Et imprudentes odibunt ſcientiam.* horrentes laborem ſtudij qui eſt in acquiſitione ſcientię, vel volentes ignorare vt licentius peccent abſque remorſu conſcientiæ. Et quia hoc eſt peſſimum, ſubditur. *Conuertimini ad correptionem meam.*

*Quia vocaui.* per ſapientes ſcilicet & prophetas.

*Et renuiſtis.* contemnendo eorum monitiones.

*Extendi manum meam.* quia Deus ſemper paratus eſt hominem leuare a peccato, dum tamen faciat quod in ſe eſt.

*Et non fuit qui aſpiceret.* id eſt, pauci fuerunt qui aſpicerẽt comparatiue. Illud autem quod modicum eſt, quaſi nihil reputatur, & per talem modum communiter dicitur. Nullus eſt in foro, quando pauci ſunt ibi, in comparatione ad multitudinem quę ſolet ibi eſſe.

11 *Deſpexiſtis omne conſilium meum, &c.* de bonis agendis illa monendo.

*Et increpationes meas.* de malis peractis.

12 *Neglexiſtis.* pœnitentiam non agendo.

13 *Ego quoque in interitu veſtro ridebo & ſubſannabo.* id eſt, deriſibiles & ſubſannabiles vos faciam. Eſt autem ſubſannatio quędam ſpecialis deriſio, quę fit cum naſo rugato.

14 *Cum vobis id quod timebatis, aduenerit.* per amiſſionem bonorum temporalium & delectabilium huius vitę.

15 *Cum irruerit repentina ca.* Quæ grauior eſt quando ſubito ſuperuenit iucunditati tẽporali, quam ſi veniret paulatim.

16 *Et interitus quaſi tempeſtas ingru.* id eſt, cum tanta violentia, quod non poterit euitari.

17 *Quando venerit ſuper vos tribulatio.* in corpore.

18 *Et anguſtia.* In mente.

19 *Tunc inuocabunt me.* pœna aperiente oculos, quos culpa tenebat clauſos.

20 *Et non exaudiam.* quia tranſijt tempus meriti, quantum ad defunctos. Vel quia non vere pœnitebunt, ſcilicet amore boni, ſed tantum timore & horrore mali pœnæ quãtum ad viuentes, qualis fuit pœnitentia regis Antiochi, propter quod non fuit exauditus. 2. Machab. 9. dato etiam quod ſit vera pœnitentia, non tñ ſemper exauditur à Deo, quantum ad amotionem tẽporalis pœnæ, quæ eſt quædã medicina, ſed ſemper exauditur quantũ ad amotionem culpæ. Iſta tñ litera videtur loqui in duobus modis primis. ideo ſubditur. — Quomodo dicit non exaudiri orantes.

21 *Eo quod exoſam habuerint diſciplinam.* ſicut criminoſus odit pectinem.

22 *Et timorem dñi non ſuſce.* qui facit declinare a peccato.

23 *Non acquieuerint conſi. meo.* de bonis agendis.

12 Ne

A

a *Comedent igitur.* Quia vias meas ingredi noluerunt, vt viuerent, recipient mercedem viarum ſuarum, vt in æternum pereant. At contra de illis dicit: Qui timent dominum: *Beati qui ambulant in vijs eius. Labores manuum tuarum, quia manducabis beatus es, & bene tibi erit.*

Pſal. 127 a.

b *Suiſque conſi. ſatu.* Quibus dicebant: *Ab ſcondamus tendiculas contra inſontem*, quibus pro ſaluatore latronem eligebant, vt ſcilicet vaſtarentur à latronibus, & inter latrones damnarentur, quod de omnibus verbi Dei contemptoribus ſicut cætera poteſt accipi.

Matth. 27. b. † ſucciderunt.

† Quia rebellio.

c *Auerſio.* Auerſio & proſperitas perdit, cū à timore côditoris auerſus animus, ira eiuſdem côditoris in his quæ peccat nihil ſuſtinere videtur aduerſi. Sed vt ibi ait: *Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferunum deſcendunt.*

d *Paruulorum.* Senſu. vnde ſupra: Vſquequo paruuli diſan. qui ſenſu perfecti eſſe potuiſſent, ſi nõ à conſilio ſapientiæ aurem auertiſſent: ſed quia auertunt, ſe interficiunt.

a Cum conſulerem eis, vnde inexcuſabiles. b Imo. c Quod pe us.

quieuerint conſilio meo, & † detraxerint † correctioni meæ 1

a Quia detraxerunt, nec acquieuerunt. b De qua pſal. Fedes eorum ad ma. Meis noluerunt.

vniuerſæ. Comedent igitur fructus viæ ſuę, ſuiſque conſilijs 2 3

Quia. Sua. a Senſu.

ſaturabuntur. † Auerſio paruulorum interficiet eos, & pro- 4

a Quam putant beatitudinem.
b Expeditio dum nihil retardat ab eo quod meditantes aiunt. Omnem pretioſam ſubſtantiam repe.

ſperitas ſtultorum perdet illos. Qui autem me audierit, abſ- 5 6

a Bonorum operum nunc, tunc gaudiorum in præmio, vbi nihil aduerſi.
Qui corpus occidunt.

que terrore requieſcet: & abundantia perfruetur timore ma- 7 8

lorum ſublato.

e *Qui autem me audierit, abſque terrore quieſc. &c.* Poteſt hac vita intelligi & futura. Qui enim Deo perfecte ſeruit, nõ terretur, imo gaudet, & in aduerſis, in morte: vt in ingreſſu vitæ lætetur. quietus à ſuperuacuis cogitationibus, & à tentationibus: & cum tranſierit à ſeculo, gaudio ſperatæ reſurrectionis quieſcet.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et detraxerint correctioni meæ.* dicentes eam eſſe iniuſtam.

2 *Comedent igitur fructus viæ ſuæ.* id eſt, ſecundum opera ſua mala punientur.

3 *Suiſque conſilijs ſaturabuntur.* quia diſplicebunt eis, ſed nimis tarde.

B 4 *Auerſio paruulorum inter eos.* Ex hoc enim quod multi ſunt paruuli ſenſu & ſtulti quantum ad Deum à quo auertuntur, & tamen in vita præſenti bonis temporalibus proſperantur: ex hoc alij accipiunt occaſionem eos imitandi: & ſic auerſio paruulorum & proſperitas ſtultorũ eſt eis occaſio mortis culpæ & perditionis gehennæ: ſic exponit Ra. Sa.

5 *Qui autem me audierit.* præceptis diuinis obediendo.

6 *Abſque terrore requieſcet.* in patria, vbi terror locum non habet.

7 *Et abundantia perfruetur.* adeptione ſummi boni.

8 *Timore malo ſublato.* quia nullum malum poterit ibi e[ſſe]. Poteſt etiam hæc litera exponi de ſtatu iuſtorum in præſenti, cum dicitur: Abſque terrore requieſcet, quia iuſtus fortunas aduerſas ſi ſuperueniant optime feret, vt dicitur Ethicorum. propter quod dicitur infra. 12. cap. *Non contriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit.* Et abundantia perfruetur ſcilicet bonorum ſpiritualium, quæ tanto ſunt meliora temporalibus, quanto anima eſt melior corpore. Timore malorum ſublato, illo ſcilicet qui non cadit in conſtantem virum.

E

## CAP. II.

a *Fili mi.* Duo hic notat ſapientiā eſſe de cęleſtibus, prudentiam de ſecularibus.

✠ Hieronymus. Abſcondit mandata Dei penes ſe, qui hæc audiēs ſolicite in corde recondit iuxta illum qui ait: *In corde meo abſcōdi eloquia tua, vt non peccem tibi.* Eſt enim ſummopere curādum, ne nobis hæc iuxta parabolam euāgelij, dæmonia quaſi ſemen ſecus viam iactatum volucres tollant.

† intelligētiæ Pſal. 118 b.

C

† inueſtigaueris. Matth. 13. d.

## CAP. II.

Vt abſque terrore quieſcas.

a Sapientia hortatur ſuſcipere ſermones ſuos, ſapientiam ſcilicet & prudentiam.

Fili mi ſi ſuſceperis ſermones meos, & 1

a Ne volucres celi comedant ſemen ſecus viam. 2

mādata mea abſcōderis penes te, vt 3

a Solicito corde. vnde pſal. In corde meo abſcon. elo. tu. vt non pec. ti. b Humilia.

audiat ſapientiā auris tuā. Inclina cor 4

tuum † ad cognoſcendā prudentiam.

a Dei cognitionem, qua beatus eſt homo. Quod à Deo. Quod à te.

d Si enim ſapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum 5 6

a Tanta cura quanta cupidi pecuniam, vt ſi tam ſolicite quaſi infinitas per hanc & ineffabiles diuitias acquiſiturus, præmium habebis quod ſequitur.

e prudentiæ: ſi quæſieris eam quaſi pecuniam, & ſicut 7

a Si ſolicito corde quæſieris.

f theſauros † effoderis illam: tunc intelliges timorem domi- 8

a Reſpicit ad hoc quod ſupra: Si enim ſapientiam, vſque ad hoc, & ſcien. Dei inue.
b Diuinitatis. Taceat Pelagius.

g ni, & ſcientiam Dei inuenies, quia dominus dat ſapientiam, 9

d ... nem nobis proponere, in cuius perceptione eſt ſumma beatitudo, ſecundum h[oc]: *Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcāt te ſolum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* Non dum quod & ſapientiam inuocare, & metipſos ad cognoſcendam prudētiam cor inclinare ſuadet, quia & diuinum neceſſarium eſt auxilium, nec liberū debet eſſe arbitrium.

b *Audiat ſapientiam.* Audit non aure, qui aure tantum corporis percipiens, memoria retinere, & opere complere negligit. Si autem mandata Dei, fixo amore diſcendi & cuſtodiendi ſuſceperis, primo humilitatis viam tene. hoc eſt enim quod ſequitur.

c *Inclina cor.* Inclina, humilia, mūda, vt dignū fiat ad percipiēda myſteria. vñ: *Abſcondiſti hæc à ſapiētibus & prudētibus, & reuelaſti ea paruulis.* abſcōdiſti à ſupbis, & reuelaſti ea humilib.

Matth. 11. d.

d *Si enim ſa. inuo.* Inuocare. i. in nos vocare orādo, nihil niſi dñm debemus. Cum ergo ſapientiam inuocandam docet, oſtendit ſe non quālibet ſapientiā, ſed ipſam Dei cognitionem ...

e *Et ſicut theſau.* Qui theſauros effodit, terram reijcit, ueam in altum fa[cit], ſedulus inſiſtit donec inueniat quod quærit. Sic qui theſauros ſapientiæ inuenire deſiderat, omne pondus terrenum à ſe reijciat, in ſe foſſam humilitatis faciat, nec quieſcat donec inueniat.

f *Tunc intel.* Timorem amicabilem qui non initium, ſed perfectio cæleſtis ſapientiæ, in hac duntaxat vita. Ideo perfecta dilectio non eum foras mittit, ſed facit permanere in ſeculum ſeculi: ſed etiam ſcientiā ipſius diuinitatis (quæ perpetuo beatum facit) inuenies. Quia do.

g *Quia dominus dat.* ✠ Hier. Reſpicit hic verſiculus ad hoc quod ſupra dixerat. *Si enim ſapientiam inuocaueris, &c.*

NICOLAVS DE LYRA. CAP. II.

FIli mi. In cap. præcedenti docuit vitare auaritiā, hic conſequenter docet vitare idololatriam, & quia per ſapientiam euitatur, ideo primo inducit ad amorem ſapientiæ, ſecundo oſtendit quod per hoc euitatur vitium idololatriæ, ibi: *Si intrauerit.* Circa primum dicitur.

1 *Fili mi ſi ſu.* ſicut diſcipulus docilis.

2 *Et mandata mea abſcondes penes.* non celando ea alijs, quia talia ſunt proximis communicanda, ſed ea cuſtodiendo tanquam rem pretioſam.

3 *Vt audiat ſapientiam auris tua.* auris. ſ. corporis & mentis.

4 *Inclina cor tuum.* intentio enim deſiderij ſapientiæ facit ad eam citius peruenire. ideo ſubditur.

5 *Si enim ſapientiam inuo.* deuote orādo, vt tibi detur à D[eo].

6 *Et inclinaueris cor tuum pru.* ad acquiſitionem eius quantum poteris conando. ideo ſequitur.

7 *Si quæſieris eam quaſi pecu.* id eſt, cum tanto conatu ſicut auarus quærit pecuniam, & ſicut foſſor quærit theſaurum abſconditum.

8 *Tunc intelliges timorem domini, & ſcientiam Dei inue.* id eſt, obtinebis intentum. Cuius cauſa ſubditur, cum dicitur.

9 *Quia dominus dat ſapientiam.* ſcilicet deſiderantibus eam: vnde ſapientia fuit data Danieli, eo quod erat vir deſideriorum, vt habetur Dan. 10.

Ideo natique ſapientia i. Deus inuocandus eſt ad accipiẽdam ſapientiam, quia a nobiſipſis haberi non poteſt, ſed a domino datur:

*Ex ore.* Aeterna filij natiuitate, de qua alibi. *Ego ex ore altiſſimi prodij, primogenita ante omnẽ creaturam.* Vel os domini in ſanctis. vnde. *Os domini locutum eſt.* Et ex ore eius ſcientia naſcitur & prudentia; dum dominus os humanum ſanctificat, & ſuum facit vt ſcienter & prudenter loquatur.

*Cuſtodiet.* Vt in quocunque virtutum gradu rectos iuuet & ſimplices. Iob ſimplex & rectus. Simplex per innocentiam manſuetudinis, & rectus per cautelã diſcretionis. Simplex nullũ lædens imo cunctis proficiens, rectus nullo corruptus. B

*A via ma.* Ad quam vocant, qui dicunt: *Veni nobiſcum, inſidiemur ſanguini.* peruerſa loquitur, qui eſt auctor huius pſuaſionis.

*Qui relinquunt iter.* Eligunt vias tenebroſas recto itineri opponit, quia hoc in luce agitur & ad lucem ducit. *At qui male agit, odit lucem, vt non arguantur eius opera, & finis eius in tenebris exterioribus.*

*Qui lætantur.* Quia per vias tenebroſas ambulãt, & neſciũt quo eant. Si enim ad quas tendunt pęnas aſpicerent, greſſus cohiberẽt, noxiamque lętitiam ſalubri fletu caſtigarent.

*Vt erua. a mu.* ✠ Hieron. Pendet hic verſus a ſuperioribus vt dictum fuerat. *Prudentia ſeruabit te:* Et eſt ſenſus prudentia ſeruabit & vt eruaris a muliere aliena.

Poſtquã auditorem quem ſapientia docet admonuit, ne cum latronibus participaret, ne ſi videret furem, curreret cũ eo ſed recte & ſimpliciter incederet, nũc ne cum adulteris portionẽ ſuã ponat, de qbus poteſt & hoc ſpecialiter intelligi. Vt eruaris a via mala, & ab hoĩe qui peruerſe loquitur. Que D peruerſior locutio quam ad ſupra perſuaderi? quod capitulũ incipit. *Fili mi ſi ſuſceperis ſermones meos, &c.* Poteſt per mulierem extraneam hereticorum prauitas intelligi, a Chriſto eccleſiaq; aliena, quę mollitie eloquentię & linguę blandimẽtis corda innocentium decipit. vnde, *Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula.* Psal. 54 b.

g *Et relinquit du.* Patet & de mente hæretica, quia relinquit doctorem a quo fidem eccleſiæ didicerat & oblita eſt pacti Dei ſui. i. fidei dominicæ quæ in ſymbolo continetur, quã ſe die baptiſmi ſeruaturam promiſerat. † de. E

h *Pacti Dei ſui, &c.* Quod cum viro ſuo tempore nuptiarum pepigit domino teſte, qđ fidem. ſ. caſtitatis ſibi inuicẽ ſeruarẽt, vel in baptiſmo. † eruat te.

i *Inclinata eſt enim.* Omnis conuerſatio adulteræ & ad interitum ducit. Et quamuis blanda videatur ac mãſueta, non minore ſentiet in fine vindictã, quam qui latrocinando apertę impietati famulantur. Põt domus adulteræ, ipſa eius caro (in qua turpitudini & luxurię ſubſternitur) accipi, quę in iudicio ꝑpetuã reſurget in mortẽ. Sed hęreticorum domus, quia ſuper arenam conſtruitur, & cũ ſtare videtur, vergit in occaſum, ſuiſq; cremẽtis quaſi quibuſdã ſemitis ad impiorum conſortia, ideſt, ad ſpirituum tendit tormenta malignorum.

K *Ad eam non reuer.* Mortem ſcilicet, non mulierem. Poteſt enim qui adulteræ miſtus eſt dño iuuante reuerti, ac vitam in pęnitẽdo mereri. Poteſt q pollutus eſt hæreſi, reſipiſcendo redire ad ſalutem. At q ſemel ęterna morte raptus eſt, nũquã rediet ad vitam. Hoc contra Origenem, qui ẽt diabolo F ☞ remiſ-

a ¶ Cognatæ ſunt, rectitudo & ſimplicitas, nec ſeparantur, vnde ſapientia vnam earum ſine altera non requirit, ſed in quibus ambæ conueniunt, hos cuſtodit & protegit.

a & ex ore eius prudentia & ſcientia. Cuſtodiet rectorum ſalu- 1
b a ¶ Arctiora præcepta. 2
tem, & proteget gaudientes, ſimpliciter, ſeruans ſemitas iu- 3
a Generalia præcepta. b Cum inuocaueris ſapientiam. 4
c Vt recta diſcretione cum proximo agas. 5
ſtitiæ, & vias ſanctorum cuſtodiẽs. Tunc intelliges iuſtitiam 6
a Quid per ſingula, illo illuminante nullius boni ſcientia te effugiet. 7
& iudicium, & æquitatem & omnem ſemitam bonam. Si in- 8
trauerit ſapientia cor tuum, & ſcientia animæ tuæ placuerit, 9
conſilium cuſtodiet te, & prudentia ſeruabit te, vt eruaris † a 10
a Prauis operibus. b Doctore prauæ operationis. Si te lactauerint peccatores, &c. c A quo fugiendum eſt. 11
c via mala, & ab homine qui peruerſa loquitur. Qui relinquũt 12
d a Quod in luce agitur. ¶ Ideo.
e iter rectum, & ambulant per vias tenebroſas. Qui lætantur 13
cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis: Quorum 14
a Prauæ diſpoſitiones. b Operationes. c ¶ Prudentia ſeruabit te, vt eruaris. 15
f viæ peruerſæ, & infames greſſus eorum. † Vt † eruaris a mu- 16
a Ne adulteres. b Hæretica doctrina vel hæreticis. 17
c ¶ Molliti ſunt ſermo. eius ſu. o. & ipſi ſunt ia. 18
g liere aliena, & ab extranea, & quæ mollit ſermones ſuos: & 19
a Primum virum vel doctorem fidei. 20
h relinquit ducem pubertatis ſuæ, & pacti Dei ſui oblita eſt. 21
a Lata eſt via quæ ducit ad mortem. Conuerſatio vel caro. b Opera vel occulta conſilia.
i Inclinata eſt enim ad mortẽ domus eius: & ad inferos ſemitę 22
a Nec ſola perit, ſed omnes. b Mortem ſcilicet. Per ſe. 23
k illius. Omnes qui ingrediuntur ad eam, non reuertuntur: 24
25

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ex ore eius prudentia & ſcientia. *Sapientia enim proprie eſt cognitio diuinorum, & Prudentia agibilium humanorum. Scientia autem ſpeculandorum.*

2 Cuſtodiet rectorum ſalutem. *corporalem & ſpiritualem.*

3 Et proteget gradientes ſimpliciter. *ideſt, ſine plica duplicitatis.*

4 Seruans. *ideſt, ſeruare faciens.*

5 Semitas iuſtitię. *quæ proprie reſpiciunt epikeiam, quæ dirigit ad legis intentionem & non literam, ſicut ſemita dirigit ad terminum declinans a via communi.*

6 Et via ſanctorum cuſtodiens. *ideſt, cuſtodire faciens. Aliter exponitur iſta litera, ita quod ſemitæ iuſtitiæ dicuntur hic conſilia, vię iuſtorum præcepta.*

7 Tunc intelliges iuſtitiam & iudicium & ęquitatem. *exponitur hoc vt ſupra primo capitulo.*

8 Et omnem ſemitam bonam. *ideſt, virtutem altam quæ compendioſe ducit ad felicitatem.*

9 Si intrauerit. *Hic conſequenter oſtenditur, quod per ſapientiã idololatria excluditur; cum dicitur.* Si intrauerit ſapientia cor tuum, &. *ſequitur.*

10 Vt eruaris a via mala. *ideſt, idololatria, vt dicit Rab. Sa. quia per illam homo directe auertitur a Deo.*

11 Et ab homine qui peruerſa loquitur. *Cuiuſmodi ſunt ſacerdotes idolorum, & doctores infidelium.*

12 Qui relinquunt iter rectum. *ideſt, legem naturalem & diuinam.*

13 Et ambulant per vias tenebroſas. *ſcilicet in tenebris errorum, quia de vno errore procedunt ad alium.*

14 Qui lętantur cũ malefecerint. *quia ex cõſuetudine male agendi acquiritur habitus vitioſus, qui facit delectari in malo opere. Signũ enim habitus generati eſt delectatio in opere. 2. Ethicorum. Et dicitur hic:* Lætantur. *quantum ad animam interius.*

15 Et exultant in rebus. *quantum ad corpus exterius, quia motus animæ redundant exterius in corpore.*

16 Quorum vię peruerſę. *quia quod ſoli Deo proprium eſt, attribuunt creaturæ.*

17 Et infames egreſſus eorum. *in opinione bonorum hominum.*

18 Vt eru. a mu. *ideſt, idololatriã, quæ alienat a Deo, vt exponit Rab. Sa.*

19 Quæ mollit ſermones ſuos. *promittendo idololatris delectabilia carnis, vnde in lucis idolorum exercebantur luxuriæ, maxime in venerationem Veneris & Priapi.*

20 Et relinquit du. puber. ſuę *i. Deum qui dicitur dux pubertatis ſynagogæ de Aegypto eam educendo, & in datione legis eam diſponſando, quem reliquit multipliciter idololatrando, vt patet ex libris Iudicum & Regum. ideo ſubditur.*

21 Et pacti Dei ſui oblita eſt. *i. legis ſibi datę.*

22 Inclinata eſt e. ad mor. *ſ. temporalem, quam multi incurrerunt propter idololatriam, vt patet in Exodo pro adoratione vituli, & in libro Numerorum pro peccato Phegor, & in multis alijs locis veteris teſtamenti.*

23 Et ad inferos. *i. ad mortem gehennæ:*

24 Semitę ipſius. *ideſt, doctrinæ eius & opera.*

25 ¶ Omnes qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur. *i. pauci reuertẽtur ad latriam, quia idololatria laxat habenas vitijs, ad quæ homines ſunt proni. Et eſt hic hyperbole ſicut cũ dicitur: Omnes de ciuitate currunt ad tale ſpectaculum, ad denotandum multitudinem euntium, quamuis plures non vadant. Poſſet etiam iſtud totum exponi de muliere adultera, quantum ad peccatum luxuriæ.*

A remiſſioné promittit, deceptus Eſaia dicéte. *Et claudentur impij in carcerē, & poſt dies multos viſitabuntur.* Sed Eſaias, mō clauſos tormentis pœnarũ, tempore reſurrectionis ad modicũ viſitandos ſignificat tãtũ, vt receptis in iudicio corporibus, grauius damnentur, & poſt iudiciũ atrocioribus in pęnis recludantur. Quamuis & ita recte poteſt accipi, ad eam.i.ad meretricem: vel, demum eius non reuertentur, quia quãtumcunque attinet ad naturã iniqua ſua voluntate dãnatam, vel deprauatã, recurſum per ſemetipſum non habet, ſed per Dei gratiam qua adiuuatur & inſtauratur, vt ſemitas vitæ apprehendat. Deſignat enim per hoc pondus iniquitatis, vt cum reuertatur quis, non ſibi attribuat, ſed gratiæ Dei.

Soi.31.d. n remiſſio l tun diabolo.

a *Qui enim.* Hic rectis iungit ſimplices, vt ſupra cũ diceret: *Cuſtodiet rectorum ſalu.& c.* quia nimirũ ſimplicitas ſine rectitudine diſſoluta eſt & ſtulta. Rectitudo autē ſine ſimplicitate auſtera & dura. Verũ vtraq; virtus cõiuncta, perfectũ reddit hominē. Sed hoc intereſt, quia in illo q, in præſenti dominus certantes adiuuet, in illo quod victores in futuro coronet,

B

net, indicatur. Terræ.n.noie eccleſia deſignatur, quæ ſpiritualē fructũ Deo generat, in qua habitēt & permaneāt, qui à cõſortio eius nec morte ſeparant. Sed terminata hac vi[...] ad illã eius partē quæ cũ Chriſto in cælis regnat, peruen[...]
b *Impij.* De illis dicitur ſpecialiter, qui ad terram dñi.i.eccleſiam pertinere [...]debantur. Sed aufe[...]tur ex ea quidã ap[...]to iudicio ipſius ec[...]ſiæ, vt Simon, Ar[...] & Porphirius. Qu[...] vero ſecreto Dei [...]cio, ſicut multi qui [...]ni hominibus vid[...]tur. Impios enim [...]perte apoſtatas d[...] inique agentes, o[...]nes qui perceptis fidei ſacramentis ab eius caſtitate de[...]nerant. Vtriq; autem in futuro de terra viuentium perd[...]tur. Quia non habitabit iuxta te ma. neq; permanebunt iuſti ante oculos tuos. Et recte, quia de bonorum malor[...]que vijs multa prædixit, de vtriuſque fine in concluſi[...] ſubiungit: quomodo in præcedente parabola, qua latr[...] conſortia vetabat fecit, dicens de fine malorum: Prol[...]ritas ſtultorum perdet eos: De fine bonorum: *Qui autem audierit, abſque terrore quieſcet.*

a Prudentia ſeruabit te vt am.
b Vnitate rectæ fidei.de qua dominus: Ego ſum via veritas & vita. Et alibi. Nemo venit ad patrem niſi per me.

Aggrauatio.

a nec apprehendent ſemitas vitæ. Vt ambules in via bona: & 1

a Qui cuſtodiendi? Qui enim. b Hic.
Faempla.

b calles iuſtorum cuſtodias. qui enim recti ſunt, habitabũt in 2

a In eccleſia. In futuro.

terra: & ſimplices permanebunt in ea. Impij vero de terra

a Aperte. Poteſt hoc de antiquo populo intelligi ita, quia cum viueret recte, in terra feliciter ſua te maneret: at cum peccaret, exterminaretur ab hoſtibus. Occulte.

perdentur: & qui inique agunt, auferentur ex ea.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Vt ambu. in v.* virtutum. & refertur hoc ad illud quod ſupra dictum eſt. *Si intrauerit ſapientia cor tuum*: quia ſicut facit declinare à via mala, ita facit ambulare per bonam.

2 *Qui enim.* ſ. viuentium. de qua impij perdentur & auferentur: non quia illic actu fuerunt, ſed tantum in potentia, in quãtum omnis homo factus ad imaginem Dei eſt c[...] ipſius per cognitionem & amorem: & ſic quodãmod[...] beatitudinem ordinatus. Poteſt etiam hæc litera expor[...] terra promiſſionis, quam habitauerunt Iudæi quandiu runt recti, Deo debite ſeruiendo, ſed cum per impieta[...] declinauerunt ab eo, fuerunt ab ea deiecti, vt patet de tribubus. 4. Regum 18. & de duabus. 4. Reg. vlt.

CAP. III.

a F*ili mi ne.* Docet miſericordię operibus inſiſtendum, neque noſtris viribus eſſe fidendum: ſed a Deo auxiliũ eſſe implorandum vel flagitandum. Et ſatis congruo ordine poſtquã coercuit a crudelitate, & a luxuria caſtigauit, ornat actibus bonis quem inſtruit.

b *Pacem.* Id eſt, ſtatum beatitudinis, de quo Eſaias: *Multiplicabitur eius im. pacis non erit finis.* Sed & priori populo Dei datum eſt, vt cum legi Dei obediret, longo tempore in pacis quiete viueret.

C

† deferent.

Eſai.9.b.

c *Miſe. & ve.* Ab ore tuo nunquam abſit veritas dicenda, nunquam ab opere proximo miſericordia impēdenda. Sic enim fit, vt & te Dei ſemper proſequatur miſericordia quæ deleat peccata. Veritas vero, quæ compleat promiſſa.

d *Circun.e.g.t.* In gutture organũ vocis, in tabulis cordis latitudinē inſinuat cogitationis. Sic ergo virtus miſericordiæ, & veritas radici mētis infixa pronũtiet voce loquētis, vt & occulto inſpectori placeãt arcana intētionis, & proximos iuuent officia locutionis. Bene autem [...]tutes circundari [...]cet gutturi, cum [...] loquentis potiu[...] gutture fieri ſol[...]: quia videlicet pr[...]dicationis vox de i[...]nis emanat, ſed e[...] circundat: Nam [...] alios ad bene ope[...]dum & viuēdum [...]citat, eo ad bene [...]dum opera præd[...]tionis ſeipſum li[...], ne extra ſermo[...] actio tranſeat, ne [...]ci vita contradic[...]

e *Et inue. gra.* [...] domino inuenit gratiam & diſciplinam bonam: qui vſ[...]tutum iugi promeretur à domino, vt per dies ſeipſo p[...]ctior inueniatur & melior. Sed & coram hominibus g[...] inuenit & diſciplinam bonam, cuius operibus iure lau[...] pater, & proximis exemplum viuendi præbeat.

f *Habe.fidu.in dom.* Ne metuas ob imbecillitatē tuã, d[...] non poſſe ſeruare mandata. Nec te rurſum putes tuis i[...]re viribus poſſe, vel tua naturali ſcientia noſſe: ſi non p[...]hus legē inſtruaris, ſed potius & in dicendo & in agen[...]ius quære auxiliũ, & quod iuſſit, vt implere valeas, don[...]

CAP. III.

a Sapientia hortatur non eſſe obliuiſcendam legem.

a F*ili mi, ne obliuiſcaris legis meæ, & præ* 1 2

a Ne impoſita præceptorum cuſtodia turbaret audientem, præmiſit certa præmia, & ſic enumerauit præcepta.

cepta mea cor tuum cuſtodiat. Longi- 3 4

a Quæ cuſtodienda? Sempiternam lucem.
b Tranſcenſum mortalitatis huius:

tudinē enim dierum, & annos vitæ, & 5

Ergo. 6

b pacem apponent tibi. Miſericordia & 7 8

Sed. a Vox proximum iuuet. b Intentio Deum delectet.

c

d veritas non te † deſerant. Circunda eas gutturi tuo, & deſcri- 9 10

e be in tabulis cordis tui, & inuenies gratiam & diſciplinã bo- 11 12

a Sed ne timeas, non poſſe ſeruare. Habenda eſt fiducia ad Deum, non hęſitandum in oratione: non confidendum proprię prudentię. 13 14
b Non in te, non in tuis viribus, non in naturali ſcientia. 15

f nam coram Deo & hominibus. Habe fiduciam in domino 16

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. III.

Diuiſio

F*ili mi ne.* Poſtquam docuit à malo declinare, hic conſequenter docet bono adhærere. Iſtæ enim ſunt duæ partes iuſtitiæ. & diuiditur in duas partes: quia primo inducit ad beneficentiam. ſecundo ad beneficentiæ diligentiam, capit. 6 Prima in duas: quia primo inducit ad bonum verbo. ſecundo, exemplo, cap. 4. Prima adhuc in duas: quia primo inducit ad beneficentiam, ſecundo ad ſapientiæ concupiſcentiam, ibi. *Beatus.* Circa primum dicitur.

1 *Fili mi ne obl.* i. legis naturalis, quæ a Deo impreſſa eſt cordibus humanis, & legis diuinæ a Deo per reuelationē datę. Et quia nõ proficit eam habere in corde, niſi exerceatur in opere, ideo ſequitur. 2 *Et præcepta mea, & c. cuſ.* opere ad implendo. 3 *Longitudinem d.* id eſt, vitam longam in pręſenti. 4 *Et annos vitæ.* i. ſanitatis. Anni enim languoris magis ſunt mortis. 5 *Et pacem.* internam & fraternam. 6 *Apponent ti.* Illi.n.qui præcepta diuina cuſtodiunt, [...]quenter hæc conſequuntur in præſenti. Poteſt etiam litera exponi de præmio futuro, cum dicitur. *Longitu[dinem] enim dierum.* i. æternitatem, quæ eſt de ratione veræ beatitudinis. Et annos vitæ. i. claram Dei viſionē, quæ eſt vita æterna, Ioan. 18. a. *Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te De[um] [so]lum, & c.* Et pacē, i. beatã fruitionē, quæ totaliter quieta[t a]petitũ. 7 *Miſericordia.* erga infirmos & pauperes. [8 Et] *veritas.* erga omnes. 9 *Non te deſer.* i. non deſerantur quia virtutes non deſerunt hominem, niſi quia deſeri[...] 10 *Circunda eas gut.t.* eas docendo. 11 *Et deſcribe in ta[bulis cordis] tui.* firmiter retinendo. 12 *Et inue. gratiam.* iuſtificar[...] in mente. 13 *Et diſcipli.bo.* id eſt, modeſtiam & hon[eſta]tem in exteriori conuerſatione.
14 *Coram Deo.* quantum ad primum.
15 *Et hominibus.* quantum ad ſecundum.
16 *Habe.fi. in do.* qui non deficit in neceſſitate.

a Præponendo patribus.
ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. † In omni- 1
a bus vijs tuis † cogita illum, & ipſe diriget greſſus tuos. Ne ſis 2 3
a In his quæ præcepiſti à patribus, quaſi cæteris doctior. b Hæc autem eſt vera ſapientia.
b ſapiens apud temetipſum Time † Deum, & recede à malo. 4 5
a Time Deum & ſani. b Imperfectis operibus. c Solidorum operum.
c Sanitas quippe erit in vmbilico tuo: & irrigatio oſſium tuo 6
a Et vt hoc ſit. b Eius laudem quære non tuam, aliter non honoras. 7
c Non aliena. De potioribus bonis tuis.
d e rũ. † Honora dominum de tua ſubſtantia, & de primitijs om 8
a Et ideo. In futuro. b Non eſuries amplius. 9
f nium frugum tuarũ da pauperibus: et implebuntur horrea 10
a Satiabor cum apparuerit gloria tua. b Non ſities amplius. c Quia hæc tibi à domino:
g h tua ſaturitate, & vino torcularia redundabunt. † Diſcipli- 11
a Ne eloquia Dei negligantur. Correctionem.
b Quaſi onus importabile. Sub onere. c Correctio eſt, non ira.
nam dñi fili mi ne abijcias: nec † deficias cum ab eo corri-
i peris. † quem enim diligit dominus, corripit: & quaſi pater
a Ne abijcias q.d. quia non eſt beatitudo carere aduerſis, ſed beatus homo qui inue. ſap.
k in filio complacet ſibi. Beatus homo qui inuenit ſapiētiam, 12
a Sicut qui temporalibus, vnde poſſunt dicere affluunt, ſed nolunt, ideo ſubdit & qui affluunt. 13
l & qui affluit prudentia. * Melior eſt acquiſitio eius nego- 14
m 15
n tiatione auri & argenti: primi & puriſſimi fructus eius. Pre- 16
Quia. a Non modo terrenis, ſed cæleſtibus, imo & ipſis angelorum conſpectibus huius claritas anteferrtur. vnde. Quid mihi eſt in cęlo, & a te quid, &c.
tioſior eſt cunctis † opibus, & omnia quæ deſiderantur, huic
a Quia.
o non valent comparari. Longitudo dierum in dextera eius, 17

a *Ne ſis ſa.* Videtur idem dixiſſe: *Ne innita. pru. t.* Sed prudentiæ ſuæ innititur, qui ea quæ ſibi agenda vel dicenda videntur, patrũ decretis pręponit. Sed ſapiens eſt apud ſemetipſum, qui in illis quæ ex patrum magiſterio potuit recte cognoſcere, ſeſe præ cęteris quaſi doctor extollit. Quæ ſit autē vera hominis ſapiētia, ſic oſtendit.

b *Time Deum & rece. à ma.* Quale eſt illud, in Iob: Ecce timor dñi, ipſe eſt ſapientia, & recedere à malo, intelligētia. Perfecti enim ita ſe debēt à malis omnibus continere, vt diuinæ præſentiam maieſtatis cum metu ſemper recogitent. Et notandum, quod ſupra, fiduciam habere in domino, nunc autē Deũ timere admonet. Ibi fragilium animos ne deſperent, promiſſo Dei auxilio corroborat: fortiores ne de ſe pſumant diuini timoris memoria coercet.

c *Sanitas quippe erit.* In oſſibus, ſolida virtutum opera. in vmbilico (qui in interiore parte corporis medius eſt) infirma adhuc & imperfecta bonorum actio deſignatur. Si ergo Deum timueris & non tuis viribus, ſed Deo confiſus à malis abſtinueris, & infirmitas operis ad ſtatum perfectionis conualeſcet, & fortia, vnde amplius roborentur, accipient.

d *Honora dominum de tua.* Vt ſcilicet homines qui eius plaſma ſunt, qui ad eius imaginem facti ſunt, recreentur.

e *Subſtantia & de primitijs omnium.* Non ſolum de ſubſtātia pecuniæ quam pauperibus damus, ſed de omnibus quæ bene agimus: de gratia quam a domino recepimus. Ille etiam dominum de ſuæ ſubſtantiæ ſuarumq; frugum primitijs honorat, qui quicquid boni agit, non ſibi, ſed ei tribuit.

f *Implebuntur horrea tua ſaturitate. Theſaurizate vobis the. in cę.* Sancti theſauros habent in cęlo, quia veras diuitias ibi inueniunt, habent vtiq; ibi & horrea & torcularia, ſcilicet qa non eſurient, neque ſitient amplius. Et in præſenti nonnunquam doctori, qui panem verbi, qui poculum gratiæ ſpiritualis indigenti miniſtrat, maiora miniſtranda dona, dominus pro mercede condonat. Qui terrena ſubſidia largitur

C inopibus, ditior dando cęleſti remuneratione redditur.

g *Torcularia redunda.* Quia interna ſuauitas ęternorũ, corda cunctorum fidelium in laude ſui conditoris accendit. Hic etenim dicit: *Et e.do. & bi. ſ. mem. m. in re. me.* D

Luc. 21. c.

h *Diſciplinam.* Sunt qui in proſperis ſeruiunt dño, in aduerſis recedant. Vnde ſapientia quem in proſperis viuere docuit, etiam ne in correctione deficiat hortatur, ne accedente infirmitate vel paupertate vel huiuſmodi, pietatem quã in tranquillitate videbatur habere, amittat.

† De conſtit c. ne innitaris.

i *Quem enim dili. dominus cor.* Tanto ergo minus de flagello quo caſtigamur, murmurare debemus: quanto certius in eo paternæ dilectionis pignus tenemus. Vnde ipſe ait: *Ego quos amo, arguo & caſtigo.*

† dominum.

Apoc. 3. d.
† Heb. 12. b.

K *Beatus homo, &c.* Quia poſitos ſub diſciplina & correctione conſolabatur quod cęperat, addit: Inſinuãs quod beatitudo vera eſt hominis, non aduerſis carere quæ in præſenti ſunt, ſed ęternæ ſapientiæ perceptione lætari: quod eſt in hac vita domini voluntatem cognoſcere, & in futuro eius viſione perfrui.

† tædio afficiaris.

E

l *Et qui affluit pru.* Bene cum diceret, qui inuenit ſapientiam, addidit, & qui affluit pru. Sunt enim qui inueniunt ſapiētiam, doctrinam veritatis aure percipiendo, ſed affluere prudentia negligunt, nolendo corda ſua ad percipiendã eius amplitudinē laxare.

m *Melior eſt.* Non metuat de correctione inopiæ quiſquis opes acquiſiuit ſapientiæ, omnibus theſauris munus cęleſte præcellit.

n *Primi & puriſſimi.* Quia radix ſapiētiæ timor dñi, hi ſunt primi ac puriſſimi fructus. Siue quia Deus qui vr̃ ab initio eſt, & nihil iniquitatũ in eius viſione occurrit. Siue quia ad hanc contemplationē contemplandã primo hõ creatus eſt. Vnde & filio ad patrē redeunti prima ſtola datur. Siue quia primũ & rude aurũ ſolet eſſe puriſſimum, & prima ſtola noſtra beatitudo, vere eſt beatitudo credenda quæ nobis in reſurrectione reddēda, ſed a domino perfectius promittitur.

o *Longitudo dierum in dextera eius, & in ſi.* Viſione ſuę diuinitatis, electos in perpetua luce donat, & eoſdē in pręſenti vita, incarnationis ſuę ſacramētis & chariſmatibus illuſtrat & roborat, dat eis qui ob ſe comparandum oĩa ſua vendunt centuplũ in hoc ſeculo, & in futuro vitã æternã. Iuxta antiquã translatio F

## NICOLAVS DE LYRA.

*Et ne innita. prud. tuæ.* præſumendo de te.

*In omnibus vijs tuis cogita. illum.* id eſt in omnibus operibus tuis dirige intentionem tuam ad ipſum.

*Et ipſe diriget greſſus tuos.* i. opera tua ad finem bonum.

*Ne ſis ſapiens apud temet.* de tua induſtria præſumendo.

*Time Deum.* Timore filiali.

*Et recede à malo.* diligenter cauendo ab offenſa Dei.

*Sanitas quippe erit in vmbilico tuo, & irrigatio oſſium.* In Hebræo habetur: *Et medulla oſſium tuorum*, quę fortia ſunt, quandiu ſunt medullis plena. Et eſt hic metaphorica locutio. Per ſanitatem enim vmbilici, intelligitur bona diſpoſitio animæ in proſperis, & per irrigationem oſſium eius, conſtantia in aduerſis. Et quia homo non ſolum debet eſſe bene diſpoſitus ad ſeipſum, ſed etiam ad Deum, ideo ſubditur.

*Honora dominum de tua ſubſtantia.* faciendo ei oblationem de proprio, non de alieno.

*Et de primitijs omnium frugum tuarum.* de melioribus bonis ſicut Abel, Gen. 4. Et quia pauperes ſunt membra Dei, ideo ſubditur.

*Da pauperibus, & implebuntur horrea tua ſaturitate.* id eſt, bonis, vnde tu & familia tua ſaturari poteris. Et quia Deus aliquando flagellat bonos, vt per meritum patientię eorum præmium augeatur, ideo ſubditur.

11 *Diſciplinam domini fili mi ne abiicias, &c.*

12 *Beatus homo.* Hic conſequenter inducit ad concupiſcentiam ſapientiæ. Et diuiditur in duas partes: Quia primo cõmendat ſapientiam. ſecundo inducit ad eius concupiſcentiam, ibi: *Fili mi.* Circa primum dicit: *Beatus ho.* ſcilicet in ſpe quæ eſt certa expectatio futuræ beatitudinis.

13 *Qui inuenit ſapientiam.* id eſt, notitiam de diuinis.

14 *Et qui affluit prudentia.* in agibilibus humanis.

15 *Melior eſt acquiſitio eius negotiatione auri & argenti.* quanto meliora ſunt ſpiritualia bona corporalibus.

16 *Primi & puriſſimi fructus eius.* Et dicit primi, quia nullum opus hominis bonum eſt, niſi virtute prudentiæ dirigatur. Et puriſſimi, quia bona ſpiritualia non habent aliquod malum admiſtum, ſicut frequenter habent bona corporalia, ſicut aurum & argentum & ſimilia habent annexam mentis ſolicitudinem, eleuationem mentis in Deum impedientē, ideo ſubditur. *Pretioſior eſt cunctis opibus & omnia quæ.*

17 *Longitudo dierum in dextera eius.* quia primo & principaliter habet aſpectum ad cęleſtia & æterna.

[illegible] parabolarũ, diuitiæ & gloria, ſequitur, quod noſtri codices non habent. Ab ore eius proficiſcitur iuſtitia, legem autem & miſericordiam in lingua portitat.

a *Viæ eius.* Actiones & doctrinæ, quæ in euangelio cõtinẽtur, pulchræ ſunt, quia diuinæ, quæ puri hominis legem tranſgreſſæ, & omnia eius iuſta ad pacem ducũt æternam. Omnia quæ in carne geſsit, ad recõciliãdos Deo mortales, ad pacificãdum cum angelis gen⁹ humanum, ad demonſtranda ſuis ſeruanda ædificationem pacis & dilectionis exempla pertinent.

Sicut in medio paradiſi lignum vitę, ita per ſapientiam Dei, quæ eſt Chriſtus, viuificatur eccleſia: cuius nunc ſacramentis corporis & ſanguinis pignus accipit vitę, & in futuro præſenti beatificabitur aſpectu.

B

Typice.

b *Dominus ſapi.* Typice per filium eccleſiam fidei ſoliditate locauit, ſtabiliuit cęlos pru. cum per eum ſublimium prædicatorum corda illuſtrauit.

Vel illius. a Quia diuinæ.

a & in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria. Viæ eius viæ pulchræ, & 1 2

a Quia ad pacem ducunt. b In præſenti viuificat corpore & ſanguine ſuo.

omnes ſemitæ illius pacificæ. Lignum vitæ eſt his qui ap- 3

a In futuro. b Pater.

b prehenderint eam, & qui tenuerint eam, beati. Dominus ſa- 4 5

a Per eandem quoque. Per filium. b Omnia in ſapientia fe. c Ad literam. & omnia. d Prædicatorum corda. In vel per.

c pientia fundauit terram: ſtabiliuit cęlos prudentia. Sapien- 6

a Ad literam patet. b Quia tanta ſapientia. 7

d tia illius eruperũt abyſſi, & nubes rore cõcreſcunt. Fili mi, 8 9

a Monet, non eſſe imitandum malum, nec vias eius. b Non occides, non mœcha non furtum facies. c Sapientiæ.

ne effluant hæc ab oculis tuis. Cuſtodi legem atque conſi- 10 11

a Quod dicit. Si vis perfectus eſſe, vade & vende om. quæ ha. & da pauperibus. Inde.

e f lium meum, & erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis. 12 13

Proficies. a In tentationibus non deficies.

g Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non im- 14 15

a In morte. b Securus diem reſurrectionis expectans.

i pinget. Si dormieris, non timebis: quieſces, & ſuauis erit 16 17

a Mortis. b Malignorum ſpiritum.

h ſomnus tuus. Ne paueas repentino terrore, & † irruentes 18 19

a Dæmoniorum.

tibi potentias impiorum. Dominus enim erit in latere 20 21

k tuo: & cuſtodiet pedem tuum, ne capiaris. Noli pro- 22 23

a Aliter ſufficit voluntas. Sed. b Sine dilatione.

hibere benefacere eum, qui poteſt: ſi vales, & ipſe benefac.

c *Sapientia illius eruperunt abyſſi.* In dieb⁹ Noe, vel cũ quotidie fontes & flumina de abyſſo per terræ venas emanant. Aliter: Sapientia illius eruperunt abyſsi, cũ largiente Chriſti gratia, profunda ſacramentorum cęleſtiũ fidelibus innoteſcunt, & nubes rore concreſcunt, eccleſiæ. ſ. magiſtri ſublimes per cõtemplationem & vitam, rigantes corda bonorũ auditorũ quaſi ſubiectam ſibi terram. Quæ rore ſuccreſcũt, quia ſubtiliſsima diſcretione, virtutes ſuas quibus proficiãt, quibus alta petant, quæque minoribus in exemplum monſtrent, examinant.

d *Fili mi, ne effluant.* Ne diſciplina temporali fatigatus, ſapientiæ, quæ tanta eſt, gratiam perdas, præcaue.

e *Et erit vita animæ tuæ.* Habet anima tua vitam cum Deo, ſi eius decreta cuſtodieris: quamuis caro diſciplina correctionis, aut etiam mortis prematur.

C

Pſal. 118. b.

f *Et gratia faucibus tuis. Quã dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo.* Habet ergo ſenſus animi fauces ſuas, quibus verba quæ audit, diiudicet, quibus res geſtaq; ſingulorũ diſcernendo examinet, & hæc amplectendo recipiat, illa reprobando contẽnat. Quibus nimirũ faucibus cum legẽ atq; cõſilium Dei cuſtodimus, gratia multiplicat. quia quanto ſolertius quiſq; diuinis obtẽperat iuſsis, tanto dulcius eius amorem concipit, quem nobis in eſſe deſiderans propheta ait: *Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt dominus, beatus vir qui ſperat in eo.*

g *Tunc ambulabis fiducialiter.* In via noſtra fiducialiter incedimus, cum Dei gratia confiſi, profectum in bonis noſtra conuerſatione ſuſcipimus. Si ergo eius imperijs humiliter ſubdimur, & guſtum ſuperni amoris ſuauius faucibus mentis attingimus, & orationis bonæ augmentum ſemper obtinebimus. Sed & in tentationibus ne deficiamus ipſo adiuuante, defendimur. Hoc eſt enim, quod ſequitur.

h *Et pes tuus non impinget.* Quoniã diligentibus Deum oĩa cooperãtur in bonum.

i *Si dormieris, non timebis: quieſces, & ſua.* Patet iuxta literam, quia ſecurus & dormit & vigilat, & quieſcit & ambulat, qui ſe innocentem ante Deum, & iuſte viuere meminit. Sed & iuſtus cum dormierit in morte, non ſolum potentias malignorum ſpirituum non metuit, ſed in pace quieſcit, ac ſecurus diem reſurrectionis expectat: quia Deum vbique protectorem habet & cuſtodem. vnde: *Si ambulauero in medio vmbræ mor. non ti. ma. quoniam tu mecum es.*

K *Noli proh. bene fa. eũ qui.* Quia ſupra diligẽter legẽ dñi & filiũ obſeruare monuit, & ęternã requiẽ obſeruãtibus promiſit, nũc multipliciter q̃ obſeruãda ſunt, replicat. Primoq; id q́d intermiſerat rediens, miſericordiã proximo exhibendã, & iuſte cũ illo docet eſſe viuẽdũ. Deinde & ab inimicis cauẽdũ eſſe præmonet. *Noli* ergo, inquit, *prohibere. Ne autem à dño cũ Phariſæis. Ipſi nõ introiſtis, & eos qui intrabãt, prohibuiſtis.*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria.* quia ſecundario & ex conſequenti habet aſpectum ad temporalia bene adminiſtranda.

2 *Viæ eius viæ pulchræ & omnes ſemitæ eius pacificæ.* quia nullam turpitudinem admittit, & ad decorem virtutum inducit: & ſic hominem pacificum reddit, redigendo vires inferiores in obſequium rationis.

3 *Lignum vitæ eſt his qui apprehenderint eam.* Sicut enim per lignum vitæ continuabatur vita, vt ſic homo manens in ſtatu innocentię de vita naturæ tranſiſſet ad vitam gloriæ ſine morte media, ſic ſapientia & prudentia de vita gratiæ ducunt hominem ad vitam gloriæ ſine morte mortalis culpæ intermedia, dum tamẽ homo in eis perſeueret, ideo ſequit́.

4 *Et qui tenuerint eam, beati.* quia certitudinaliter ad beatitudinem illi ducentur.

5 *Dominus.* Poſtquam autem commendauit ſapientiam ex perfectione humana, hic cõſequenter commendat eam ex perfectione diuina, cum dicitur.

6 *Sapientia.* id eſt, per ſapientiam ſuam, quæ licet ſit idem cum eſſentia diuina: tamen ſignificatur per modum cuiuſdam perfectionis ei ſuperuenientis, ſicut & alia attributa: quia diuina non intelligimus, niſi ex creaturis, & ſic nominamus, in quibus ſapientia & conſimilia, ſunt quædam perfectiones ſuperuenientes eſſentiæ.

7 *Fundauit terram,* quia eſt centrum mundi ſenſibilis.

8 *Stabiliuit cælos.* quia ſunt incorruptibiles.

9 *Sapientia illius eruperunt abyſſi.* tempore diluuij, Geneſis 7. *Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ.*

10 *Et nubes rore concreſcunt.* quia calore ſolis eleuantur exhalationes humidæ, & condenſantur in nubes.

11 *Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis.* Poſt ſapientiæ commendationem inducit, ad eius acquiſitionem & conſeruationẽ, dicens: *Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis.* ſcilicet mentalibus, quia ſunt iugiter attendenda.

12 *Cuſtodi legem.* quantum ad præcepta.

13 *Atque conſilium.* quantum ad ſuper addita conſilia.

14 *Et erit.* talis conſeruatio.

15 *Vita animæ tuæ.* quantum ad perfectionem mentis.

16 *Et gratia faucibus tuis.* quãtum ad veritatem locutionis.

17 *Tunc ambulabis fiducialiter.* procedendo de virtute in virtutem.

18 *Et pes tuus non impinget.* cadendo in culpam mortalem.

19 *Si dormie. non timebis.* quia obdormies in Deo, & in ſtatu ſalutis.

20 *Quieſces & ſuauis erit ſomnus tuus.* Mali autem homines propter mala quę fecerunt alijs, ſemper timent ſibi inferri: & propter hoc in ſomno occurrunt ſibi phantaſmata terribilia, propter quæ non dormiunt ſuauiter, nec quiete. Boni vero in ſomnis habent phantaſmata bona. Propter quod dicit Philoſophus. 1. Ethicorum. Pertranſeuntibus autem à vigilia, ſcilicet ad ſomnum, meliora ſunt phantaſmata ſtudioſorum quam quorumcunque.

21 *Ne paueas repentino terrore.* id eſt, ab aliquo terribili repente tibi ſuperueniente. Et cauſa ſubditur.

22 *Dominus enim erit in latere tuo, & cuſtodiet pedem tuum ne capiaris.* Quod ſi non vult te cuſtodire à pœna tpali, hoc erit ad bonũ tuum, ſ. ad exercitium patientiæ & meritum gloriæ.

23 *Noli prohibere benefacere eum qui poteſt ſi vales, & ipſe.* quia talis omiſſio boni imputaretur tibi.

*Ne dicas amico tuo, Vade, & reuertere cras dabo.* Non ſolum A de eleemoſynis, ſed de omnibus mandatis Chriſti, qui ait: *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis, &c.*

*Non contendas aduerſus ho.* Non vetat cõtendere aduerſus eũ, qui male facit, vt corrigatur: quia hoc fruſtra nõ fit, quod certa neceſſitas cogit. Imo qui ait: *Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum*, ipſe vult, vt errantem quantum vales, ad viã veritatis reducas.

*Quia abominatio domini eſt omnis illuſor.* Omnis illuſor, inquit, quia illuſor eſt, qui vel verba dei qui nouit implere contemnit, vel eadẽ peruerse intelligendo ac docendo corrumpit. Illuſor eſt, & ille, qui pmiſſa eius quaſi praua deſpicit, iram diſtrictionis quaſi tolerabilem ſpernit. Necnon & ille, qui proximorum ſimplicitati improbus inſultat. Ideoque omnẽ huiuſmodi illuſorẽ merito diuina abominatur iuſtitia. Bene aũt ſubditur. *Et cum ſimplicibus ſermocinatio eius.* quia ſuperbi dũ ſimplicibus illudunt, prudentiores ſe illis quos irridẽt iudicãt. Sed horũ prudentiã, vt Iacobus ait, terrena eſt, animalis, diabolica. Sermocinatio autẽ domini, cum ſimplicibus eſt: quia illos ſapientiæ ſecretis illuſtrat, quos terreni faſtus ac duplicitatis nihil habere conſiderat. Vnde ait: *Abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reue. ea par.*

a ¶ Ne differas.
a Ne dicas amico tuo: Vade, & reuerter: & cras dabo tibi, cum 1
a ¶ Id eſt benefac, & recede a malo. b ¶ Id eſt contra amicum quamuis peſſimum. c ¶ Vel quod eſt.
ſtatim poſſis dare. Ne moliaris amico tuo malum, † cum ille 2
¶ Etiam.
b in te habeat fiduciam. Non contendas aduerſus hominem 3
a ¶ Ne facias malum. Ne æmuleris hominem iniuſtum.
fruſtra, cum ipſe tibi nihil mali fecerit. Ne æmule is hominem 4
c iniuſtum, nec imiteris vias eius, quia abominatio domini 5 6
¶ Quos facile decipit. a ¶ Ne imiteris. Egeſtas enim a domino.
d eſt omnis illuſor, & cum ſimplicibus ſermocinatio eius. Ege- 7 8
¶ Alias tabernacula.
e ſtas a domino in domo impij, habitacula autem iuſtorum be- 9
a ¶ Ab Antichriſto permittet deludi. b ¶ Iudæos, qui eum deriſerunt. 10
f nedicentur. Ipſe deludet illuſores, & † manſuetis dabit gratiã. 11
a ¶ Vnde. Quia omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur. 12
Gloriã ſapiẽtes poſſidebunt, † ſtultorum exultatio ignominia. 13
14

c *In domo impii.* Vt purpurati diuitis, qui in hac vita ſpiritualibus eguit, & poſt ad tantam peruenit inopiam, vt nec guttam aquæ, quam quærebat, acciperet. vnde: *Qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto, qui in remuneratione audient. Venite benedicti, &cæ.* Sed ad literam ſæpe contingit eos, qui aliena diripiunt, ad vltimum inopia conſumi. at illos, qui ſua largiuntur, etiam bonis abũdare terrenis.

f *Illuſores.* Hos verſus Iacobus, & Petrus iuxta antiq̃ trãſlationẽ poſuerũt: *Quia deus ſupbis reſiſtit, humilib. aũt dat gratiam.*

Iaco.3.b. Luc.10.d. † & ipſe habitat fideliter tecum. Ephe.1.a. E Matt.25.c Mhumilibus. † ſtulti exaltant, quod ignominioſum eſt. Iaco.4.d.

a Suſcipiat

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Ne dicas amico tuo Vade, & reuertere. *quia acceleratio dati augmentat meritum, ſecundum quod dicitur communiter: Qui cito dat, bis dat.*

2 Ne moliaris amico tuo malum. *hoc enim eſt peſſimum. nulla enim peſtis grauior ad nocendum, quam familiaris inimicus.*

3 Non contendas aduerſus hom. *id eſt ſine rationabili cauſa.*

4 Ne æmuleris homi. *ideſt imiteris.*

5 Quia abominatio eſt domini omnis illuſor. *qui promittit bonum in ore, & cogitat malũ in corde.*

6 Et cũ ſimplicib. ſermocinatio eius. *ſcilicet illuſoris, quia facilius decipit ſimplices, quam aſtutos. Vel aliter: Sermocinatio eius, ſcilicet domini, qui ſimplicibus reuelat ſecreta ſua, Matt.11.d.* Abſcondiſti hæc a ſapientib. & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.

7 Egeſtas. *id eſt defectus bonorum temporalium, & ſpiritualium.*

8 A domi. *ſcilicet immiſſus.*

9 In domo im. *In pœnam impietatis ſuæ.*

10 Habi. au. iu. be. *ideſt multiplicabuntur in temporalibus, & ſpiritualibus bonis.*

11 Ipſe de. illuſo. *id eſt eos deluſos oſtendet manifeſtè puniendo.*

12 Et mandabit gra. *Manſuetudo enim reddit hominem gratioſum, non ſolum coram Deo, ſed etiam coram hominibus.*

13 Gloriam ſa poſ. *Commentator ſuper. 1. Ethicorum dicit, quod iſta tria reuerentia, honor, & gloria, ſe habent per additionem. Eſt enim reuerentia, qñ aliquis defert honorem alicui quacunque de cauſa, etiam ſi ex timore hoc faciat. Si autem hoc faciat propter virtutem honorati, tũc proprie dicitur honor. propter quod dicitur ibidem, quòd honor eſt præmium virtutis, & hoc quãdo fit in ſecreto, vel coram paucis. Sed quando exhibetur propter virtutem, & coram multis, tunc proprie eſt gloria, quæ eſt clara notitia cum laude. Sapientia autem reddit hominem honorabilem coram multitudine, non ſolum in terra, ſed etiã in cæleſti patria.*

14 Stulto. exul. *ideſt ignominioſa, quia lætantur cum malefecerint & exultant in rebus peſſimis, vt dictum eſt ſupra. 2. c. In Hebræo habetur.* Stultorũ exultatio ignominia, *quia tunc magis apparet turpitudo ſuæ fatuitatis, ſicut turpitudo poſteriorum ſimiæ magis apparet, quando aſcendit in altum: Et tranſlatio noſtra videtur vitiata per ſcriptores propter ſimilitudinem dictionum.* F

## CAPVT IIII.

CAP. IIII.

a *Audite fi.* Hinc exhortatur a philoſophiam, qualiter ipſe ſapientiam ſit a patre edoctus, explicat.

b *Nam, & ego.* Nil magis ad ſpẽ percipiendæ ſapientiæ parentes erigit, quam cum eos quos in ſapiẽtia iam clareſcere miramur, aliquãdo paruulos, & idoctos fuiſſe meminimus.

c *Vnigenitus corã ma.* Quare aũt Salomon ſe vnigenitum corã matre nominat, quẽ fratrem vterinum præceſſiſſe ſcriptura teſtatur, niſi quia ille mox natus ſine nomine, quaſi nunquã eſſet, de vita deceſſit.

¶ Quia ſtultorum exultatio eſt ignominia. ¶ Amplectendam.
a Audite filii diſciplinam patris, & attendite, vt 1
a ¶ Audite. Donum bonum, &c.
ſciatis prudentiam. † Donum bonum tri- 2
a ¶ Etiam.
buam vobis, legem meam ne derelinqua- 3
a ¶ Ne deſpereris de ſapientia, nam & ego. ¶ Dauid. ¶ Dei. 4
b c tis. † Nam, & ego filius fui patris mei tenellus, & vnige- 5 6

a Suſcipiat, 2 Reg. 12.d.

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. IIII.

Audite filij. Hic conſequenter inducit ad ſapientiam, & beneficentiam exemplo. Et primo ponitur exemplũ. Secundo exequitur propoſitum, ibi: *Poſſide ſapientiam.* Prima pars exponitur tripliciter. Vno modo, quod exemplũ hic poſitum intelligatur de Salomone, & iſte mod' duplicatur. Vno modo, quòd Dauid dicatur hic pater Salomonis, & Bethſabee mater eius, & ſic loquitur hic.

1 *Audite filij, & c.* ſicut & ego audiui a patre meo Dauid. Et dicitur hic diſciplina in moribus, prudentia in agibilibus.

2 *Donum bonum tri. vo.* ſcilicet ſapientiam, quæ melior eſt auro, & argento, vt dictum eſt ca. præce.

3 *Legem me. ne. de.* Id eſt documenta bene viuendi a me vobis tradita. Et inducit ad hoc exemplum etiã de ſeipſo dicẽs.

4 *Nam, & ego filius fui. pa. m.* Dauid.

5 *Tenellus.* Vnde dicit Dauid. 1. Para. 20. a. *Salomonem filium meum elegit dominus adhuc puerum, & tenellum.*

6 *Et vni. coram ma. mea.* Bethſabee. Licet enĩ tres alios filios habuerit Bethſabee, vt habetur. 1. Para. 3. tamen illi fuerunt filij Vriæ naturales, & ipſius Dauid adoptiui tantum. Ille enim quem habuit de Dauid ante Salomonem, non computatur ibi, neque hic. Tum quia fuit adulterinus. Tum quia fuit mortuus ante diem octauum, & ſic incircunciſus, & per conſequens non numeratur inter filios Iſrael, quia circunciſio eſt ſignum diſtinguens Iſrael a Gentilibus.

3 Legem   1 Doce

A a *Suſcipiat, &c.* Huiuſmodi monita Salomoni a Dauid patre data, qui verba dierum relegit, inuenit.
b *Poſſide.* In omnibus, quæ poſſides bonis, ſapiēter te agere memento. Vel, omnia quæ poſſides terrena cōtemne, dummodo ſapientiam percipias, quod ipſe fecit. Data enim ſibi optione, aurorem ſapientiæ cunctis præpoſuit rebus. In euangelio, qui pretioſam margaritam quærit, inuentam venditis omnibus comparauit.

3. Reg. 3. a. Matth. 13. f.

B c *Dabit capi.* Patet de Salomone, quia dum pro ſapientia cuncta deſpiceret, ea percepta maiore gloriæ ſublimitate refulſit, ſed & noſtro capiti, id eſt principali mentis, ſi ſapientiam amplectimur, amplior gratia ſpiritus augetur, & corona inſuper vitæ in futuro dabitur.

†conſeruabit.

C d *Audi fili mi.* Expoſitis his, quæ a patre acceperat, redit ad docendum auditorem ſapientiam, quam cœpit.

a ¶Vnde charior. ¶Alter enim quaſi non fuiſſet cito mortuus. b ¶Bethſabee. ¶Eccleſia. c ¶Patet.
a nitus coram matre mea, & docebat me, atque dicebat. Suſci- 1
a ¶Non tantum auris. b ¶Et poſt. ¶Opere. c ¶Inde. 2
piat verba mea cor tuum, cuſtodi præcepta mea, et viues. 3
a ¶Sic cuſtodi. ¶Vt hæreditatem. b ¶De diuinis. c ¶De humanis. d ¶Inculcatio.
b Poſſide ſapientiam, poſſide prudentiam. Ne obliuiſcaris, 4
a ¶Etiam. b ¶Quod minus. c ¶Quia. ¶Cuſtodita.
neque declines a verbis oris mei. Ne dimittas eam, et cuſto-
¶Alias dirige. a ¶Futuræ. ¶Eſt hoc.
diet te, dilige eam, & ſeruabit te. Principium ſapientiæ, poſ- 5 6
ſide ſapientiam, & in omni poſſeſſione tua acquire pruden- 7 8
a ¶Vel accipe. b ¶Quaſi deſideratam. ¶Sic. ¶Alias glorіaberis.
tiam, arripe illam, & † exaltabit te, glorificaberis ab ea, cum 9
a ¶Quaſi rem amatam. b ¶Principali mentis. c ¶Temporalium, vel ſpiritualium. 10
c eam fueris amplexatus. dabit capiti tuo augmenta gratia- 11 12
a ¶Vitæ æternæ. b ¶In futuro. c ¶Doctus meo exemplo. d ¶Audiens. 13
d rum, & corona inclyta proteget te. Audi fili mi, et ſuſcipe 14
a ¶Vt vitæ æternæ dona percipias. ¶Quia. 15
verba mea, vt multiplicentur tibi anni vitæ. Viam ſapien- 16 17
e ¶Etſic. a ¶Per quas ſemitas æquitatis, cum. 18
f tiæ monſtrabo tibi, ducam te per ſemitas æquitatis, quas 19

e *Audi fili mi, & ſuſcipe verba mea, vt multiplicentur.* Mone[illegible] ſuſcipi verba ſua.
f *Per ſemitas æqui.* Semitæ id eſt actiones æquitatis, dum [i]nchoantur, arctæ videntur, & anguſtę. Dum vero profect[um ca]piunt, iam ex conſuetudine ſpatioſę videtur, & latę, pp[ropheta] teſtante, qui cum [in]cipiens domino [d]ixiſſet. *Propter v[er]ba labiorū tuorum ego [cuſtodi]vi. duras.* poſtm[od]ū proficiens, iam c[ane]bat: *Viam mādato[rum] tuorum cu. cum dil[atasti c]or meum.* Etſi ergo [ſe]mitæ æquitatis [c]um ingredi cœperis [a]rctæ tibi videbuntur, cum eas ingreſſus fueris, non arctabuntur greſſus me[i]s tuæ, ſed iuxta q[uo]d dominus ait: *Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue* [re]*peries.* Etenim t[i]bi, & in hac vita [...]tum intrant ite[r] in die nouiſſim[o] [li]*gatis manibus, &* [...] *mit. in. tene. exte.* [Pe]des vero electorum in viam pacis dirigentur.

e *Audi*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Docebat me.* ſcilicet pater meus Dauid. In Hebræo enim habetur, Vaioreni, id eſt docebat me, qui modus loquendi nō dicitur, niſi de maſculo. Si autem referretur ad matrem, diceretur in Hebræo. Vathareni.
2 *Suſci. verba mea.* Sic .n. dicebat Dauid Salomoni inſtruēs eum de cultu dei, & de moribus, & de ædificatione templi, vt patet. 1. *Paral.* 28. & 29.
3 *Cuſtodi præ. mea.* vita gratiæ. quandiu enim Salomon cuſtodiuit præcepta Dauid patris ſui, habuit gratiam dei. Alio modo exponitur exēplum hic poſitum, ita quòd deus dicat pater Salomonis, ſicut 2. Reg. 7. c. dicit de eo dominus: Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium, & mater eius dicatur ſynagoga, ſiue populus Iſrael, ſicut eccleſia dicitur mater cuiuſlibet Chriſtiani. & ſic exponit Ra. Sa. cum dicitur: *Audite filii diſciplinam patris,* ſcilicet dei, qui eſt pater omniū per creationem Donum bonum tribuam vobis. In Hebræo habetur: *Tribui vobis,* ſcilicet legem in mónte Sinai, q̃ debet cum diligentia cuſtodiri. Nam & ego fui filius patris mei, id eſt dei, vt allegatum eſt. 1. Reg. Tenellus, qui a deo in pueritia electus, vt dictum eſt. *Et vnigenitus coram matre mea,* id eſt dilectus a ſynagoga, ſicut vnigenitus filius diligitur a matre ſua naturali. Et docebat me, ſcilicet deus pater meus, quia Salomon habuit ſcientiam diuinitus infuſam, vt habetur. 3. Re. 3. b. Tertio modo exponitur, vt exemplum ponatur hic de Chriſto, & deo patre, & Maria Virgine, & ſic exponit frater Raymundus in quodam libro quem fecit contra Iudæos dicens in perſona Chriſti: *Audite filii diſciplinam patris.* id eſt Dei Donum bonum tribuam vobis, id eſt legem euangelicā diligentiſſime cuſtodiendam. Nam, & ego fui ab æterno. *Filius patris mei.* id eſt dei patris, a quo diſtinguitur filius in perſona, licet ſit idem deus in eſſentia. *Tenellus, & vnigenitus,* quia fuit, & eſt vnigenitus Deo patri, & Mariæ Virgini. Et tenellus teneritudine pietatis in vtraque natura, ſcilicet diuina, et humana. Ante matrem meam, quia præceſſit matrem in natura diuina. Et docebat me deus pater ſcientiam diuinam, & humanam, quia licet ſit eadem ſcientia diuina in patre, & filio, illam tamen habet filius a patre, ſicut & naturā. Item, Chriſtus homo habet ſcientiam infuſam a deo ab inſtanti conceptionis. Iſtas tres expoſitiones hic poſui, vt lector eligat, quam voluerit. Prima tamen mihi videtur magis conſona literæ hic, & primi Paral. 3. Tamen tenendo illam, ſoluēdum eſt vnum, quod dicit hic Raymundus in expoſitione ſua dicens, quod hæc eſt litera: *Tenellus, & vnigenitus ante matrem meam.* ita quod per li ante, ſecundum eum ſignificatur anteceſſio durationis filij ante matrem, quod non poteſt eſſe verum de Salomone: ſed ſolum de Chriſto tātum modo prædicto. Sed in hoc dictum ſuum non valet, quia dictio Hebraica hic poſita, ſcilicet liphne, indifferenter ſignificat anteceſſionem, & aſſiſtentiam, ſicut & hæc prępoſitio ante in Latino. Dicitur enim de Chriſto, quod fuit ante tempora ſecundum naturam diuinam, & ante faciem Pilati ſecundum humanam, & frequentius accipitur dictio Hebraica hic poſita pro aſſiſtentia, quam pro anteceſſione.

Salomon quare tenellus.

4 *Poſſide ſapientiam, poſſide prudentiam.* Hic conſequenter Salomon exequitur propoſitum, & primo inducit ad amorem ſapientiæ. Secundo ad actus bonæ vitæ, ibi. *Ne delecteris.* Circa primum dicit.
5 *Principium ſapientiæ poſſi. ſa.* quod ſic exponitur communiter, id eſt poſſeſſio ſapientiæ in via eſt principium habendi ſapientiam in patria, quæ conſiſtit in clara viſione. Ra. Sa. exponit ſic: Principium ſapientiæ eme ſapientiam. ſic enim in Hebræo, id eſt principium acquirendi ſapientiam eſt comparare ſibi, prece, pretio, vel obſequio doctorem ſapiētem, qui dicitur hic ſapientia in abſtracto, eo modo loquendi, quo aliquis notabiliter liberalis dicitur liberalitas.
6 *Et in omni poſſ. tua acquire pruden:* id eſt præomnibus, quæ emi poſſunt, vel haberi ab alio quocunque modo. Et ad eundem intellectum, qui videtur magis literalis poteſt trahi litera noſtra. *Principium ſapientiæ.* id eſt acquirendi ſapiētiam.
7 *Poſſide ſa.* id eſt ſtabiliter ad modum poſſeſſionis adhæreas ſapienti doctori. Et in omni poſſeſſione tua, id eſt in omni re, quæ poteſt a te poſſideri.
8 *Arripe illam.* id eſt feſtina ad eius acquiſitionem.
9 *Et exalta. te.* in pręſenti, & in futuro.
10 *Glorificaberis ab ea.* id eſt honoraberis coram multis propter eam.
11 *Cum eam fueris am.* ſicut rem valde dilectam.
12 *Dabit capiti tuo au. gratiarum.* & pro id eſt.
13 *Corona incly. proteget te.* Antiquitus enim ſapientibus dabantur coronæ in ſignum, quod debebant ab alijs honorari, & in periculis adiuuari.
14 *Audi fili mi.* aure corporis.
15 *Et ſuſcipe verba mea.* aure mentis.
16 *Vt multiplicentur tibi anni vitæ.* quia ſapientes ſciunt cauere pericula mortis in pręſenti vita, & per ſapientiam perueniunt ad vitam æternam.
17 *Viam ſa. mon. tibi.* ſcilicet proceſſum in virtutibus intellectualibus, & moralibus.
18 *Ducam te per ſe.* quia vię virtutum non habent aliquid diſtortum.
19 *Quas cum in. fue. non a. g. tui.* In principio enim via virtutis videtur arcta, quia difficile eſt tenere medium rationis non habenti habitum virtutis: ſed per conſuetudinem operis dilatatur hæc via, & efficitur facilis ad tenendum, vt ſubditur.

1

a *Et currens.* Quo amplius, & alacrius ad implenda Dei mādata cucurreris, eo minus aduerſa, quæ te impediat timebis. Nam quicunque in praua actione deſudant, offendiculum in medio curſu reperiunt: quia ex templo dum non prouident, rapiuntur ad pœnam.

vitæ.

g *Remoue à te.* Duobus modis ſciendum eſt, vt os tuum ne prauum loquatur aliquid. Tua labia ne detractionibus aſſueſcant cuſtodias. Et alios quoque quos huic vitio ſubditos noſti, ne te corrumpant, fugias.

D

b *Comedunt panem impie.* In actione ſcelerū, iniqui, quaſi epulis delectantur acquiſitis. vel certe vinum damnatorū bibunt: & eſurientibus ſpicas tollere gaudent, vt eſſe moris impiorū teſtatur ſcriptura.

c *Iuſtorum autem ſe.* Iuſtorum opera in luce ſcientię peragūtur, & ęternam ducunt ad vitā, quę eſt perfecta dies.

*Via impiorum.* dicit de his Ioannes Apoſtolus. Qui diligit fratrem ſuum, in lumine manet, & ſcādalum in eo non eſt. *Qui autem odit fratrem ſuum, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quo eat: quia tenebræ obcæcauerit oculos eius.* Cui contra ſuperius dicitur ſapienti: Via currens non habebit offendiculum.

*Fili mi auſculta ſermones meos.* Auſcultandum monet ſermonibus ſuis, & recedendum a cogitationibus prauis.

f *Omni cuſtodia ſerua cor tuum.* Sunt qui recte viuere videntur hominibus, ſed quia recta intentione non faciunt, a deo, qui cor reſpicit prauum, & vita reprobatur, quæ credebatur bona. Omni ergo diligentia cordis munditiam ſerua, quia ad eius examen, modus ęſtimatur vitæ.

¶Etſi ante. Mentis.
a cum ingreſſus fueris, non arctabuntur greſſus tui, & currens 1
a Vt mali, qui in medio curſu offendunt. Ergo.
non habebis offendiculum. Tene diſciplinam, ne dimittas 2
¶Sed. a ¶Aeterna. ¶Ecce præmium. b ¶Ingredere ſemitas eius, ſed ne delecteris.
eam. Cuſtodi illam, quia illa eſt vita tua. † Ne delecteris in 3
a ¶Subtilia conſilia malorum. b ¶Aperta. c ¶Non placeat, ſed fuge. 4
ſemitas impiorum, nec † tibi placeat malorum via. Fuge ab ea, 5
Etiam. a A deo feliciti ad malum.
nec tranſeas per illam, declina, & deſere eam. Non enim dor- 6
a Aperte. Quod delectet. b Vel nec etiam.
miunt, niſi cum malefecerint, & non capitur ſomnus ab eis, 7
a Quod delectat. Fraude. b Igitur. Ita actione. 8
b niſi † ſupplantauerint. Comedunt panem impietatis, & vi- 9
a ¶Semitas impiorum fuge, quia tenebræ, iuſtorum autem ſemita.
c num iniquitatis bibunt. † Iuſtorum autem ſemita, quaſi lux 10
a Hic creſcendo. Aeternam. Autem.
d ſplendens, procedit, & † creſcit vſque ad perfectam diem. Via
Eſt. Ergo. a Tu autem ne cum eis ruas. b Aure cordis. 11
e impiorum tenebroſa, neſciunt, vbi corruant. Fili mi auſculta 12
a Expoſitio eſt. Humilia. Etiam. 13
ſermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam. Ne 14
a Quos debent illuminare. b Non in angulo.
recedant ab oculis tuis, cuſtodi ea in medio cordis tui. Vita
Imperfectis operibus. 15
f enim ſunt inuenientibus ea, & vniuerſæ carni * ſanitas Omni 16 17
a Ne cogites malum. b Et mors. c Etiam. Ne loquaris, vel loquenti auſcultes. 18
g cuſtodia ſerua cor tuum, quia ex ipſo vita procedit. Remoue 19
a Tua uel aliena. b Quia. Cordis. Monuit cuſtodire cor, & linguam, nunc oculos. 20
a te os prauum, & detrahentia labia ſint procul a te. Oculi 21 22
Prauiſio. Opera.
h tui recte videant, & palpebræ tuæ † præcedant greſſus
a Ne videlicet erres in actibus, vel fide.
i tuos. † Dirige ſemitas pedibus tuis, & omnes viæ tuæ ſta- 23
a Ne moueantur a propoſito. b Dirige ſemitas, ne declines. c Præſumendo de iuſtitia. d Peccando. 24 25
k bilientur. Ne declines ad dexteram, neque ad ſiniſtram, 26 27

h *Et palpe.* Iter iuſtitiæ quo ingredi debeas, diligēter ediſce: & in cunctis, quę agere diſponis, ſolicitus ad quē finē ſint ventura preuide. Hoc eſt enim, palpebras recta videntium oculorum tuos præcedere greſſus, bonum opus, quod acturus es, ſedula cogitatione preuenire, & quia ſecundum deum fit, meditando præuidere.

i *Stabilientur.* Ne leuitate mentis a propoſito bono mouearis. vnde Apoſtolus. *Stabiles eſtote, & immobiles, abundantes in opere domini ſemper.*

E

k *Ne decli.* Dextera via, bona eſt, ſiniſtra accipitur reproba. Non ergo dextera via ambulare, ſed ad ſiniſtram declinare prohibemur. Declinat enim ad ſiniſtram, qui iniuſtus eſt. Declinat enim ad dexteram, q. ſibi vult arrogare, quod iuſtus eſt. Declinat a dextris, qui de ſuis viribus præſumit. Declinat ad ſiniſtrā, qui præ ſua fragilitate deſperat ſe poſſe ſaluari. Declinat ad ſiniſtram, qui ſtultitiæ famulatur. Declinat ad dexterā, qui vult plus ſapere, quam oportet ſapere, quod & de cæteris virtutibus, & vitijs eodem modo intelligitur.

F

†, Ne ingrediaris ſemitam. † gradiaris in

1. Cor. 15. g.

*eius.

† recte coram te. Declinare ad dexteram. - Vias enim, &c hoc totū non eſt in Hebræo, nec in antiquis exēplaribus.

a Auerte

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et cur. non ha. offen.* quia habitus acquiſitus, facit promptè, & delectabiliter operari.

2 *Tene. diſci.* ideſt formam diſcipuli magis deſiderans addiſcere ab alijs, quam docere.

3 *Quia illa eſt vita tua.* hoc eſt profectus in vita tua.

4 *Ne delecteris.* Hic conſequenter inducit ad actus bonæ vitæ. Et primo, reſpectu ſui. ſecundo, reſpectu dei. 5. ca. Prima adhuc in duas, quia primo inducit ad euitandum malum. ſecundo ad operandum bonum, ibi. *Fili mi.* Circa primum dicit: *Ne delecteris in ſe. im.* quia cum aliquis incipit in aliquo delectari, trahitur ad illud per conſenſum, & operationem, ideo ſubditur.

5 *Fuge ab ea.* ne appropinquando ad eam traharis ad concupiſcendum, & operandum, & ſequendum eam, ſicut auicula laqueo appropinquans capitur.

6 *Non enim dormiunt, niſi cum malefecerint.* habentes enim habitum vitioſum inclinātur ad opera mala, quaſi ſibi connaturalia, eo quod habitus inclinat per modum naturæ, & ideo ſicut lapis non quieſcit niſi in centro, ita mali non habēt quietem mentis, niſi in operibus malis.

7 *Et non capitur ſomnus ab eis, niſi ſupplantaue.* id eſt ſimplices deceperint.

8 *Comedunt panem iniquitatis.* ideſt iniquitate acquiſitum.

9 *Iuſtorum autem ſemita, quaſi lux ſplen.* qui enim facit veritatem, venit ad lucem, Ioan. 3. c. b.

10 *Procedit, & creſcit vſque ad perfectam diem.* incedendo de virtute in virtutem, donec videatur deus deorum in Sion, vbi eſt dies perfecta ſine nocte ſequenti.

11 *Via impiorum tene.* tenebris errorum.

12 *Neſciunt vbi corruant.* ſcilicet in infernum, quem caſum modo nolunt attendere.

13 *Fili mi auſculta ſermones meos.* Hic conſequenter inducit ad operationem boni, cui præuia eſt doctrina bona. ideo dicitur: *Fili mi auſculta ſermones meos.* id eſt attende cum diligentia.

14 *Ne recedant ab oculis tuis.* ea iugiter meditando.

15 *Cuſtodi ea in medio cordis tui.* firmiter retinendo.

16 *Vita enim ſunt inuenientibus ea.* id eſt cauſa vitę gratiæ.

17 *Et vniuerſæ carni ſanitas.* quia cum hoc faciunt bonam diſpoſitionem corporis ſeruantibus ea.

18 *Omni cuſtodia ſerua cor tuum, quia ex ipſo vita procedit.* ſicut caſtrum obſeſſum a carne, mundo, & diabolo, & contra carnem pone cuſtodiam caſtitatis. contra mundum cuſtodiam liberalitatis, contra dæmonem cuſtodiam charitatis.

19 *Quia ex ipſo vita pro.* Sicut enim a corde carneo procedunt ſpiritus, qui ſunt cauſa motus, & ſenſus membris exterioribus, ſic ab anima, quæ vocatur hic cor bene diſpoſita ad gratiam, opera exteriora viuificantur, & meritoria efficiuntur. 20 *Remoue a te os pra.* ideſt verba malæ detractionis, murmurationis, & huiuſmodi.

21 *Et detra. la.* ſcilicet alterius.

22 *Sint pro. a te.* fugiendo detractores.

23 *Dirige ſe. pedibus tuis.* ideſt affectibus tuis quibus anima incedat. 24 *Et omnes viæ tuæ.* id eſt opera.

25 *Stabilien.* ex intentione bona, dum tamen opera ſint bona de genere.

26 *Ne declines ad dexteram.* id eſt attractus proſperis, vel promiſſis.

27 *Neque ad ſiniſtram.* fractus aduerſis.

12 Neſciunt 1 Auerte

a *Auerte pedē tuum.* Hoc eſt, ne ſiue, vel illuc a recto declines, quia virtutes diſcretiones quærunt, quarū immoderatas omnis in vitio eſt. Si auerteris a malo pedem

tuū: Si bo... cui domino adiu... te facere ſtuduer... aderit ipſe prop... conatibus tuis, vt... nūc rectè ingredi... tūc ad pacem val... peruenire æterna...

a ¶Vt hoc fiat.
a auerte pedem tuum a malo. Vias enim, quæ a dextris ſunt, no- 1 2
a ¶Eligit, placent illa deo diſplicentibus, & reprobis diſtutas eſt. Non noui vos, id eſt non vos elegi, non placetis mihi.
uit dominus, peruerſæ vero ſunt, quę a ſiniſtris ſunt. Ipſe autem
¶Ille. a ¶Vel curſus. b ¶Vt videas peruenire.
rectos faciet greſſus tuos, itinera autē tua in pace producentur.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Auerte pedem tuum a malo. *Id eſt affectum tuum.*
2 Vias enim, quæ a dextris ſunt. *Totū illud nō eſt de textu vſq; ad finem capituli, quia non eſt in Hebræo, ſed vt credo fuit quædam glo. poſtea vitio ſcriptorum textui inſerta, ſicut & in pluribus aliis locis veteris ac noui teſtamenti contingit.*

CAP. V.

F *Fili mi atten.* Hactenus generaliter caſtigaſſe erat audientium. hinc ſub ſpecie meretricis ab hæreticorum nequitia prohibet.

b *Inclina au.* Sapientiæ inclinandam aurē, & à meretrice fugiendum, precipue à fornicaria monet.

c *Labia tua.* Labia, quibus ipſam fidem per ſimplicia verba, & confeſſa atque eccleſiaſtica profitearis. Sed, & iuxta literam. Qui adhæret meretrici, etiam labia, vel oſculādo, vel turpia faciendo contaminat.

d *Fauus enim.* Cum enim hæretico, dulcedo eloquentiæ non ad ſufficientiam ſolummodo, verum ad ſuperfluitatem reſonat. & ob id falſitas, quia aperte proferri cernitur, veritas à ſtultis æſtimatur.

e *Labia meretricis.* Patet de meretrice, quia, & ſermonis ſuauitatem, & formoſitatem corporis, ad capiendos miſeros quærit.

f *Oleo guttur.* Oleo ſpiritusſancti fides catholica conſecratur, quo nitidius ſuū guttur oſtentat, qui ſua ſenſa patrum fide anteponit.

g *Nouiſ. au.* Potio abſynthij intus amareſcit in viſceribus. Gladio foris mēbra feriuntur. Vt igitur oſtendat iniquos in nouiſſima vltione, & interius amaritudine impleri, & extra circundari pœnis perennibus. & amaritudine illos abſynthij torquendos, & gladio aſſeuerat illos eſſe truncādos. Quare aūt idē gladius biceps ſit dictus, aperit dominus cum ait: *Sed eum timete, qui poteſt animam, & corpus perdere in gehennam.*

h *Vagi, &c.* Vagi ſūt greſſus hæreticorū, qa alij Chrm deū, alij hominē negāt, & huiuſmodi. Et in tam innumera hæc peſtis ſe fundit itinera, vt penitus, quæ ſint inueſtigari nequeant. At catholica veritas vaga, & inueſtigabilis non eſt, quia vna eademque cunctis eſt agnita per totum orbem fidelibus.

i *Longe fac.* Apoſtolus ait: Fugite fornicationē: Quia nimi[rum] huius vitij primū eſt remediū longe fieri ab eis, quorum p[ræ]ſentia, vel illiciti v[...] cooperatur ad vit[ium]. Sed & ab hæretic[o]rum auditu pror[ſus] ſegregari infirmis [au]ditoribus prodeſt.

K *Ne des, &c.* Ne [ho]norem quo ad i[ma]ginē dei creatus [es], immūdorū ſpiri[tuū] volūtatibus ſub[das], neque accepta vi[tæ] di ſpatia ad libitū [ad]uerſarij crudelis [im]pendas.

l *Ne for.* dæmor[um] facta adiuue[...] vel ingeniū anim[i], vel corporis tui [vi]res ad patranda f[lagitia] nora tradas, dom[um] alienā, i. numerū [ha]ditorum te adic[...] multiplices. Et p[ul]chre dixit: *Labore[s tui] in domo ſint aliena, [quia] ſunt, qui iuxta pro[...] tam,* vt etiā iniqu[...] gāt, laborant, & [hæ]retici quantū lab[...] ſubierint contra [Ec]cleſiā, vtinā late[...]

m *Et ge.* i. ideo te[...] ſtum cuſtodi, ne [for]te in pœnis gen[...] cogaris, quando ſolū carnales illecebræ tranſeunt, ſed & ipſo corpore defuncto, anima, quæ per corpus geſſit, cuncta reddere cōpelli[tur]. Et in hac vita ſæpe contingit, vt q in adoleſcentia luxuriose viuendo ſua diſperſerāt, tempore ſenectutis inopia deficiant, & refrigeſcente calore carnis ac flore iuuētutis marceſcente, rebus ſuis quas laſciuiæ vendiderant, alios vti conſpici[ant] gementeſque ſera pœnitentia dicant, quę ſequuntur. Cur deteſtatus ſum.

n *Cur dete.* De hæreticis ſpecialiter patet, qa nec veterū p[...] nec nouorum dictis, & exēplis potuerūt ab errore reuoca[ri].

CAPVT V.

a
b Fili mi attende ſapientiam meam, & pru- 1
dentiæ meæ inclina aurem tuam, vt cu-
a ¶Quibus recte credas.
c ſtodias cogitationes, & diſciplinam la-
bia tua conſeruent. Ne intenderis falla- 2
a ¶Pro dulcedine. b ¶Pro affluentia.
d ciæ mulieris. Fauus enim † diſtillans la- 3 4
bia meretricis, & nitidius oleo guttur e-
e f a ¶Modo fauus. ¶Intus, ¶Foris.
g ius. Nouiſſima autem illius amara quaſi abſynthiū, & acuta 5 6
¶Voluntates.
quaſi gladius biceps. Pedes eius deſcendunt in mortem, & ad 7
¶Opera. ¶Ergo.
inferos greſſus illius penetrant. Per ſemitam vitæ * ambulat, 8
¶Per diuerſas hæreſes. a ¶Vitii dedecus infinitum eſt.
h vagi ſunt greſſus eius, & inueſtigabiles. Nunc ergo fili audi 9
a ¶Ne ambules cum eis.
i me, & ne recedas a verbis oris mei. Longe fac ab ea viam 10
a ¶Diabolo.
K tuam, & ne appropinques foribus domus eius. Ne des alienis 11 12
a ¶Qui etiam imago dei es. b ¶Spatium uitæ. c ¶Diabolo.
l honorem tuum, & annos tuos crudeli. Ne forte impleantur 13 14
a ¶Dæmones. b ¶Animæ, uel corporis. c ¶Quia, qui inique agunt, laborant.
d ¶Conuenticulo hæreticorum. 15 16
m extranei viribus, & labores tui ſint in domo aliena, & gemas
a ¶In morte, uel iudicio. b ¶Laſciuiendo. 17
in nouiſſimis " quando conſumpſeris carnes tuas, & corpus 18 19
a ¶De fornicariis patet. b ¶Eccleſiaſticæ fidei. c ¶Quibus redarguuntur hæretici. 20
n tuum, & dicas. Cur deteſtatus ſum diſciplinam, & increpatio 21
nibus non acquieuit cor meum? Nec audiui vocē docentium
me, & magiſtris nō inclinaui aurem meam. Pene fui in omni 22

NICOLAVS DE LYRA. CAPVT V.

F*ili mi attende ſapien. meam.* Hic conſequenter inducit ad bonum reſpectu ipſius dei. Et diuidit in duas partes. Quia primo, ſub metaphora meretricis retrahit a vitio idololatrię. Secundo, inducit ad ſtudiū ſapientiæ, ibi: *Bibe aquam.* Hoc mō exponit Rab. Sa. dicens, quod in hoc capitulo eſt parabolica ſeu metaphorica locutio. Circa primū dr. 1 *Fili mi attende ſap.* ſ. ſanā, & non vanā, & ſuperſtitioſam. 2 *Ne in fal. mu.* Hoc nō eſt in Hebræo, nec in libris correctis. 3 *Fauus diſtil.* idololatriæ, cuius doctrina concedit delectabilia carnis. 4 *Et nitidiorque.* i. doctrina eius videtur inſipientib. pulchra. 5 *Nouiſſima au.* amaritudine culpæ, & pęnę. 6 *Et acuta quaſi.* incidens ex vtraque parte, quia vulnerāt hic vulnere culpæ & in futuro vulnere gehennę vt ſequitur. 7 *Pedes eius deſcen.* Aliqui libri habēt hic interpoſitū, & lingua eius, ſed non eſt in Hebræo, nec in libris correctis. 8 *Per ſemitam vitæ.* i. p ſemitā morum, q̄ ducit ad vitā beatorum. 9 *Vagi ſunt greſſus eius, & in.* quia nullum fundamentum habent ex ratione ſeu diuina lege. 10 *Longe fac ab ea viam tuam.* nec decipiaris ab idololatris. 11 *Et ne ab. fo. do.* phani in quo idololatria exercet ſeu docet. 12 *Ne des* ſ. dijs. 13 *Honorem tu.* i. honorem deo debitum, q dr t[uus], quia honor eſt in honorante, & non in honorato, primi l[ibri] eorum. 14 *Et annos tuos crudeli.* i. dæmoni, qui colitur in idolis. 15 *Ne forte im. extra.* ideſt ſacerdotes, & doctores idololatriæ, qui ſunt a deo alieni.
16 *Viribus tuis.* ideſt opibus quas acquiſiſti viribus tuis idolis offerendo, & eorum ſacerdotibus dando.
17 *Et labores tui.* i. in domo idolorum, & domo ſacerd[otum].
18 *Et gemas in no.* ideſt poſt mortem. ideo ſequitur: *Quando conſumpſeris carnes, &c.*
19 *Et dicas.* pęnitendo licet ſero. ſicut Sap. 5. dicitur de exiſtentib. in inferno. *Dicentes intra ſe, pœnitentiam agentes, &*
20 *Cur dete. ſum diſci.* legis diuinæ. 21 *Et increpa.* ſa[ncto]rum. *Non acquieuit cor meum.* per emendationem vitæ, ſubditur. 22 *Pene fui in, &c.* pœnę, & culpæ.

a ¶ Longe fac ab eo viam tuam, ſed bibe aq. b ¶ Deſiderio propriæ utere mulieris, & miniſteriis eius.

a b malo, in medio eccleſiæ, & ſynagogæ. Bibe aquam de ciſterna 1

a ¶ Serua, quod prædicas. b ¶ Filium tuum ac filias aliis nuptum tradas, & hoc manifeſte, cum pluribus conſciis. 2 3

c tua, & fluenta putei tui. † Deriuetur fontes tui foras, & in pla- 4

a ¶ Prædicationes. b ¶ In poteſtate retine qualibus matrimoniis liberos tuos socies. c ¶ Fornicarii, uel meretrices. 5

d e teis † aquas tuas diuide. Habeto eas ſolus, nec ſint alieni par- 6 7

a ¶ Tuæ ſobolis. b ¶ Proles. ¶ Tantam temperantiam cum muliere, quam adoleſcens accepiſti, etiam cum ſenueris, ſerua ut merito fidelis caſtimoniæ benedictionem conſequaris in prole. 8

f ticipes tui. Sit vena tua benedicta, & lætare cum muliere ado- 9

a ¶ Illa ſit tibi coniunx chariſſima, quæ ſicut cerua ſerpentes, perſequatur ſcorta, & ſuis fugiet ab ædibus, ſit natus ex ea filius, & ipſe caſtitatis amator gratiſſimus. 10

g leſcentiæ tuæ. Cerua chariſſima, & gratiſſimus hinnulus. Vbe- 11 12

h ra eius inebrient te omni tempore, & in amore eius delectare 13

a ¶ Illius non alterius. Quare enim ſedu. b ¶ Muliere, vel hæretico. 14

iugiter. Quare † ſeduceris fili mi ab aliena, & foueris in ſinu 15

a ¶ Ne fouearis in ſinu alterius, quia reſpicit do. b Cum quibus capitur, quia iniquita.

i alterius? † Reſpicit dominus vias hominis, & omnes greſſus 16

k eius † conſiderat. Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus 17 18

l peccatorũ ſuorum conſtringitur. Ipſe morietur, quia non ha- 19

a Qua hæretici ſanctis patribus ſapientiores ſe autumant, vel cum opera tenebrarum facientes iniqui, a domino non videri, ac ſe facile eius iram putant poſſe tolerare. 20

buit diſciplinam, & in multitudine ſtultitiæ ſuæ decipietur. 21 22

a *In me. ec.* idem eſt Græce, q; cõuentus populorum. Subtilius tñ eccleſia, conuocatio, ſynagoga, cõgregatio. Et vetus quidem populus dei vtroque nomine vocabat. Nunc autem p differentia, ille ſynagoga, noſtra eccleſia dr̃ merito, ſ. fidei, & ſcientiæ maioris, quia irrationabilia poſſunt congregari, ſola rationabilia cõuocari. Verũ aliquã ...o in malis accipiũ ...r, vt Exarſit ignis ...ſynagoga eorũ, & ...ã. &c. Et, *Odiui eccle...m malignãtium.* Cõ...mptor ergo ſapiẽ...æ dũ mala ſua con...derat, videtur ſibi ...nni malo pœnæ ir...titus, & hoc ad cu...mulũ mali accedit, ...uod non extremus ...d in medio in exẽ...um alijs etiã quaſi ...tor. Vel certe in ...edio ſanctorũ cor...re poſitus, alienã ...eis vitam ducere ...n timuit.

b *Bibe aquã.* Docet ...hæreticis cauẽdũ ...cuſtodiæ ſcriptu...rum ac lectioni at...tendendum, ſciẽtiã, ...quit, quam aliis prædicas ipſe ſerua, & tui rigatione ſer...monis infundere.

c *Deriuentur.* Cum ipſe ſeruaueris, tunc, & aliis prędica, & in magna auditorum amplitudine diuina eloquia iuxta v...niſcuiuſque qualitatem diſpenſa, &c.

d *Habeto, &c.* Aquas in plateis diuidimus, & tamen ſoli habemus, quando, & exterius late prædicationes fundimus, & tamen per eas laudes humanas non ambimus.

e *Nec ſint alie.* Immũdi ſpiritus, participes fiũt doctoris, ſi ...s mentem, vel elatione dum prædicat, vel quolibet vitio corumpunt. Solus autem aquas poſſidet, cum membris eccleſiæ fideliter connexus ab extraneis ſe conſeruat.

f *Sit vena.* Sit doctrina tua, & quæcunque naſcuntur ex ea, in benedictione eccleſiæ, & lætare cum ea cui ab adoleſcentia, ideſt ex quo credidiſti coniunctus es.

g *Cerua cha.* Vel gratiſſima, vt quidem codices hñt, ſancta eſt eccleſia, quę ſerpentinã conterit doctrinam. Gratiſſimus hinnul⁹, populus eius virtutũ varietate delectabilis, cuius vberib⁹ inebriamur, dum vtriuſque teſtamenti paginis, contra hęreticorũ fraudes inſtruimur.

h *Amore, &c.* Non vxorino amori inſiſtere docet, ſed ne prima viuẽte aliã ducas, vel meretrici vnquam ſocieris.

i *Reſpicit do.* Nõ ſe putent adulteri noctis tenebris, vel parietum obtegi, non hæretici ſua molimina poſſe celari, quia tenebræ non obſcurabũtur à dño: & nox, ſicut dies illu.

k *Iniquitates, &c.* Peccator, qui vel in magnis decidit ſceleribus, vel in prauis impius, vel infidelis, poſt acceptam fidem anathema factus, vt hæretici, vel catholici nimijs flagitijs inuoluti, qui vitijs, vel funibus peccatorum conſtringuntur, cum inceſſabili augmẽto ſuę prauitatis intereunt, qui. n. funem facit, torquendo ſemper, & inuoluendo fidem fidelibus auget, talis eſt fortitudo operum malorum, tales libri hęreticorum, in quibus praua prauis nectentes non aliud ſcribendo, quam quo ſe arctius obligent, agunt.

l *Ipſe morietur.* Quia de adulteris multa diſputauerat more ſuo in clauſula narrandi, qualis ſit finis talium oſtendit, ideſt quia ad mortem tendant æternam, quia diſciplinam vitę deteſtati ſunt.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *In medio, &c.* i. inter illos de populo meo. q. d. dum adhuc eram viuens in congregatione populi mei parum diſtabam a gehenna, vt exponit Ra. Sa. vnde de homine neq̃ adhuc viuente dicitur vulgariter, quod habet vnum pedem in infernum. Idem aũt ſignificant eccleſia, & ſynagoga, niſi quod eccleſia dr̃ conuocatio populi, ſynagoga vero congregatio.
2 *Bibe aquam.* Hic conſequenter inducit ad ſtudium ſapientiæ cum dicitur: *Bibe aquam ſapientiæ ſalutaris.* 3 *De ciſterna tua.* i. de ſacra ſcriptura. 4 *Deriuentur fon. tui fo.* ſapientiam a te hauſtam alijs communicando per doctrinam. 5 *Et in pla.* i. in locis cõibus, & manifeſtis. in talib. n. locis debet doceri ſana doctrina, ſuperſtitioſa vero, & mala docetur in latibulis. 6 *Habeto eas ſolus.* per hoc. n. non excluduntur alij fideles diſcipuli, ſed illuſores, & increduli, ſicut dicit ſaluator Matt. 7. a. *Nolite ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos, &c.* ideo ſubditur. 7 *Nec ſint alieni.* ſ. a deo, & veritate. 8 *Participes tui.* ideſt doctrinæ tuæ.
9 *Sit vena tua benedicta.* i. ſapientia tua. vnde alij proficiunt.
10 *Et lætare cum muliere adoleſcentiæ tuæ.* i. lege diuina, q̃ fuit data populo Iſrael tempore adoleſcentiæ ſuæ, ſ. poſt exitum de Aegypto. Tũc enim proprie incepit eſſe populus dei. vnde dicitur Iere. 2. a. *Recordatus ſum tui miſerans adoleſcentiã tuam & charitatem deſponſationis tuæ, quando ſecuta es me in deſerto, &c.* Studium enim legis diuinæ habet delectationem annexam, ideo ſubditur. 11 *Cerua chariſſima.* ſupple eſt lex diuina.
12 *Et gratiſſimus hinnulus.* ideſt diſcipulus in ea ſtudioſus.
13 *Vbera eius.* ideſt conciliationes ſcripturæ.
14 *Inebrient te omni tempore.* ideſt repleant te iugiter.
15 *Quare ſeduceris, &c.* ſ. a, ſuperſtitioſa, & mala doctrina. q. d. nullo modo debes declinare ad eam. etiam occulte. ideo ſequitur. 16 *Reſpicit, &c.* quantumcunque occultetur.
17 *Iniquita. &c.* i. oſtendunt captum coram deo, cui omnia nuda ſunt, & aperta. 18 *Et funibus, &c.* ita quod non põt faciliter operari bonum, propter habitum vitioſum inclinãtem ad contrariũ. 19 *Ipſe mori.* morte culpæ, & gehẽnæ.
20 *Quia non. &c.* i. non recepit eam, ſed repulit. 21 *In multitud. ſuę.* qua ſapiẽs ſibi videtur, quæ eſt maxima ſtultitia.
22 *Decipietur.* per hoc enim de peccato in peccatum labit̃.

Expoſitores autem Latini dicunt, quod in hoc capitulo non eſt locutio quantum ad primam partem metaphorica, ſed plana, ita quod in prima parte excluditur adulterium, & ſecundo conſulitur matrimonium, ibi: *Bibe aquã,* & exponatur principium primæ partis, vt ſupra, vſque ibi: *Fauus enim diſtillans labia meretricis,* quæ per verba blanda, & mendacia conſueuit hominem decipere. Et nitidius oleo guttur eius, quia incontinens attendit, & miratur eius pulchritudinẽ, & ſibi multo maior videtur, quam ſit propter motum concupiſcẽtiæ. Nouiſſima autem eius amara amaritudine culpæ, & pœnæ. Et acuta quaſi gladius biceps. abbreuiat enim incontinẽtis vitam, & minuit eius ſubſtantiam. *Pedes eius deſcendunt in mortem naturę,* quia vitium luxuriæ eſt abbreuiatiuum vitæ, vt dictum eſt. Et ad inferos greſſus illius penetrant, quia meretur pęnam gehennę. Per ſemitam vitę non ambulat recte viuendo. *Vagi ſunt greſſus eius,* quia tales mulieres ſunt vagabundę. Longe fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius, quia in talibus proſtibulis ſolent eſſe ribaldi, raptores, & homicidę. ideo ſubditur. *Ne des alienis honorem tuum.* ideſt bona vnde debes honorari. *Et annos tuos crudeli.* ideſt vitam tuam homicidę in proſtibulo latenti. *Ne forte impleantur extranei.* ideſt meretrices, & earum ribaldi. Viribus tuis, ideſt bonis, quę tuis viribus acquiſiſti. Cętera exponantur, vt ſupra. Bibe aquã de ciſterna. Hęc eſt ſecunda pars, in qua inducit ad matrimonium, quod eſt concupiſcentię carnalis remedium. de quo tamen loquitur metaphorice, dicens: *Bibe aquam de ciſterna tua.* ideſt ſi non potes, vel non vis continere, refrigera te cum vxore tua. Deriuẽtur fontes tui foras, i. pueri a te in mr̃imonio geniti. *Et in plateis aquas tuas diuide.* i. pueros tuos iam adultos coniugio trade. *Habeto eas ſolus.* i. ſic cuſtodi vxorem propriam, quod pueri ex ea ſint tui. ideo ſequitur: Nec ſint alieni participes tui, in propria vxore vel prole. Sit vena tua benedicta. i. proles tua de vero matrimonio nata Cerua chariſſima, fidelis ſponſa, & gratiſſimus hinnulus fidelis ſponſus. Vbera eius inebrient te omni tpe, & in ſocietate ei⁹ delecteris in iuuẽtute, & ſenectute. Quare ſeduceris fili mi ab aliena, ſ. muliere fornicaria, vel adultera? q. d. nulla eſt cã, vel excuſatio tua hẽs vxorẽ ꝓpriã. Reſpicit dñs viã hoĩs, & oẽs greſſus eius cõſiderat, exponatur, vt ſup.

CAP.

CAP. VI.

A a Filii mi. Literaliter patet, quia ſuadet ei, qui ſpoponderit pro amico ſuo, vt eũ ſolicitus admoneat, quatenus reddita pecunia, quã debet creditori, & ſeipſum liberet. Allego autẽ in hac, περιοχῇ doctorem anſequente autem vacantẽ quemlibet, vt legere debeat, inſtruit. Dicitur enim præceptori eccleſiæ. Si ſpo pro ami. defixiſti apud. Q.d. eſt aperte dicere. Si anima fratres in periculo tuę commiſſionis acceperis, iam ligaſti mẽtẽ apud curã ſolicitudinis, quę añ deerat. Illaqueatus es ver. oris t. & ca. pro ſer. quia dũ commiſſis tibi cogetus bona prædicando dicere, teipſum prius neceſſe eſt. q̃ dixeris, cuſtodire.

B b Suſci. non tantũ ipſe bene viuendo vigilare memento, ſed illum cui præes a peccati torpore prædicando ſuſci.

c Ne dede. Somnũ dat oculis, qui ſubditorum curam omnino negligit. Dormitat autem, qui quidẽ reprehenſibilia corum geſta cognoſcit, ſed hæc propter mentis tędium digna inuectione non corrigit.

d Eruere. q.d. Velut damula de manu captantis quærit euadere, ſic nitere, vt auditore tuo ſalubriter inſtituto, ipſe a ſpõſione vitæ eius liber effugias. Vel certe, quia damula mũdũ natura eſt animal, velox curſu, viſu acerrimum. vnde Grecè ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι, a videndo dorcas nuncupatur. Auis autem volando alta petere conſueuit, & tu cum in docendis occuparis ſubditis, mundus a peccatis omnibus, ſtrenuus in bonis operibus, perſpicax in deprehendendis malorũ inſidijs, & virtutum pennis tutus eſſe ſatage, quatenus expleto prædicandi negotio, ad ſuperna tranſuolare, & cæleſtis vitæ paſcua merearis intrare.

e Vade ad for. Hinc vacantẽ hortatur, vt ſi ad alios erudiendos non ſufficit, ſaltem ſuimet curam agere nõ negligat: ſi ſapientiã docendi nequit ab homine diſcere, vel opſapientiã diſcat a formica, quę cum non habeat ducem nec præceptorem, nec principem, parat æſtate ſibi cibũ, & congregat in meſſe, q̃ comedat. Si tantillum animal pricatens, ratione expers, natura duce ſibi in poſterum prouidet, multo magis tu ad imaginem dei conditus, ad videndam eius gloriam vocatus, doctorum ... magiſterio inſtitutus, ipſum cõcreatorem habens ducem, debes in præſenti fructus bonorum operum cõgregare, quibus in æternum viuas in futuro. Hæc vita meſſi comparatur, & æſtati, nunc inter ardores tentationum, tempus eſt colligendi futurorum fructus præmiorum. Dies iudicij hyemi, qua nulla relinquetur facultas laborandi, ... vita, ſed tamen congetur quiſq; ... reo priſcæ actionis, quod recõdidit proferre.

f Vſquequo piger dormies, quando. Vſquequo piger dormies in vitijs? q̃n potes ſurgere ad bene operandũ, qui noxio torpore depreſſus ſemper dicis: Paulolum adhuc iacebo, & ſic poſtea pœnitendo reſurgam. Fit nãque, vt te ſemper diferente opus bonũ, repente iudex, qui tua facta trutinat adſit. Hoc eſt enim, quod ſequitur, & veniet tibi quaſi viator.

g Egeſtas, & pau. Patet iuxta literam, quia pigritia nutrix eſt egeſtatis, & penuriæ. Egeſtas, & paupertas pœna eſt vltima, qua damnati nihil diuitiarum merentur, quæ quaſi viator veniet, quia improuiſa, & ſubitanea.

h Si vero impiger. Fructus terreni quos metimus, non comparantur, ſed ciſternæ, quia ad tempus paſcunt collectem, & in tempore deficiunt. At qui impiger fuerit, pro cæleſtibus laborare diuitijs, huius meſſis, vt fons adueniet merces laborum indeficientem percipiet.

## CAPVT VI.

a ¶Quem cuſtodiendum accepiſti.
a Filii mi † ſi ſponderis pro † amico tuo, 1
defixiſti apud extraneũ manum † tuam. 2
Illaqueatus es verbis oris tui, & captus 3
a ¶Quia illaqueatus.
proprijs ſermonibus. Fac ergo, quod di-
a ¶Sic. ¶Et opus eſt.
co fili mi, et temetipſum libera, quia in-
a ¶Libera ſic. b ¶A ſomno peccati.
b cidiſti in manum proximi tui. Diſcurre, feſtina, ſuſcita ami- 4 5
a ¶Subditorum curam omnino negligendo. b ¶Præ tædio non corrigendo. 6
c cum tuum. Ne dederis ſomnum oculis tuis, nec dormitent 7
a ¶Non dormites, ſed eru. b ¶Mundus ſtrenuus perſpicax. c Capienti.
d ¶Pennis tutum.
d palpebræ tuæ. Eruere quaſi † damula de manu, & quaſi auis 8
a ¶Diaboli. b ¶Etſi ad erudiendum alios non ſufficis, ſaltem tui curam non negligas.
e de inſidijs aucupis. Vade ad formicam o piger, & conſidera 9
a ¶Si non potes ab homine. b ¶Sicut tu deum.
vias eius, diſce ſapientiam. Quæ cum non habeat ducem, nec 10
¶Alias in hyeme. 11
† præceptorẽ, nec principẽ, parat in æſtate cibũ ſibi, & congre- 12 13
a ¶Vade ad formicam, & vſquequo. 14
f gat in meſſe, quod comedat. † Vſquequo piger † dormies, quã- 15
a ¶Peccati. b ¶Qui dicis. c ¶In vitiis. d ¶Qui dicis.
do conſurges e ſomno tuo? Paululum dormies, paululũ dormi-
a ¶Qui dicis. b ¶Vacabis bono opere. c ¶Interim.
tabis, paululum † cõſeres manus, vt dormias, & veniet tibi qua 16
a ¶Improuiſa. ¶Aeterna. b Id eſt inuincibilis. c Ad laborandum.
g h ſi viator egeſtas, & pauperies quaſi vir armatus. Si vero impi- 17 18

Marginalia: † ſpeciale. De his non. eſt ... ſ. verum. — † præfectum. — † Infr. 24 d. — † complicabis. — Damula.

## NICOLAVS DE LYRA. CAPVT VI.

Filii mi, &c. Superius Salomon induxit ad beneficentiam, hic conſequenter inducit ad beneficentię diligentiam, & primo hęc diligentia conſulitur. ſecundo eius oppoſitum concluditur, ibi: Vade ad formicam. Circa primum dicitur.

Diuiſio.

1 Fili mi ſpo. obligando te alteri pro ipſo.

2 Defixiſti a. ex. ma. Talis enim obligatio per dationem manus fieri conſueuit.

3 Illaquea. es. i. obligat⁹. Fac ergo fili mi, quod dico, ſcilicet ea, quę faciunt ad tui, & amici liberationem diligenter exequendo. 4 Diſcurre. ad loca tuę liberationi apta.

5 Feſtina. quia periculum eſt in mora. 6 Suſcita ami. tuũ. pro quo ſpopondiſti, monendo eum ſolicite, vt ſe, & te expediat. Vel aliter: Suſcita amicum tuum, ideſt ſi tu, & ille p̃ quo ſpopondiſti, eſtis impotentes ad iſtam expeditionẽ, quę re ab amicis tuis alijs conſilium, & auxilium. Quod enim p̃ amicos facimus, quodammodo per nos ipſos facimus, quia amicus eſt alter ipſe. 7 Ne dederis ſomnum oculis tuis. ideſt non ſis negligens in hoc negotio.

8 Eruere quaſi da. ideſt velociter, de manu, ſcilicet illius, cui te obligaſti.

9 Vade ad formi. o piger. Hic conſequenter excludit vitium oppoſitum. Et primo, excludit pigritiam. ſecundo, apoſtaſiã ibi: Homo apoſtata. tertio luxuriam, ibi: Conſerua. Conſequentia partium patebit proſequendo. Circa primum dicit: Vade ad formi. o pi. eius diligentiam conſiderando.

Diuiſio.

10 Quæ cum non habeat ducem. eam dirigentem.

11 Nec præcepto. cogentem.

12 Nec princi. ſibi mandantem de diligentia in prouiſione ſui. 13 Parat. cum magna ſolicitudine.

14 In ęſtate ci. ſibi. quia tunc inuenit grana in campis, quæ comedat. In aliquibus libris additur: In hyeme, ſed non eſt in Hebræo, nec in libris correctis, ſubintelligitur tamẽ, propter quod aliquis doctor poſuit in glo. interlineari, quæ poſtea tracta eſt ad textum per ſcriptores ignorantes. Quod autem dicitur hic, quod formica non habet ducem, &c. intelligendũ eſt in iſtis inferioribus, ſed habet eo modo quo opus naturæ dicitur opus intelligentiæ, quia ab intellectu diuino procedunt inclinationes, & ſic formica per inſtinctum naturalem a deo ſibi datum mouetur ad ſibi prouidẽdum. Habet etiam principem inquantum ſubditur diuinę prouidentiæ.

15 Vſquequo piger dormies. Piger enim videtur quaſi ſemper ſomnolentus.

16 Et veniet tibi quaſi viator egeſtas. Ideſt cito, & ex improuiſo. 17 Et pauperies quaſi. Ita quod tu non poteris contra eam te defendere.

18 Si vero impiger fueris. Iſte verſus non eſt in Hebræo, patet tamen ſententia.

1 *Homo apo.* Dixerat de hæreſi,& alijs vitiorum generibus, inſtituerat præceptorem, excitauerat pigrum,at nunc redarguit,& ſchiſmaticum. Vbi notandum,quia quem ſeminantem iurgia dicere voluit,prius apoſtatam nominauit,q.a niſi more ſuperbientis angeli, a conſpectu cōditoris,prius intus auerſione mentis caderet, foras poſtmodum vſque ad ſeminanda iurgia non veniret,de quo recte ſubditur: *Qui annuit o. quia interior cuſtodia eſt, quæ ordinata ſeruat exterius membra:* qui ergo ſtatū mentis perdidit, foris in inſtantia motionis fluit, atque exteriorum mobilitate indicat, quod nulla interius radice ſubſiſtit.

*Sex ſunt.* De eo item,quam ſit odibilis deo ſeminando diſcordiam inſinuat.

c *Deteſtatur anima.* Secundum conſuetudinem hominum loquitur, vt cū valde quis odiſſe ſignificet. vnde in Eſaia: *Solemnitates veſtras odiuit anima mea.*

d *Oculos,&c.* Enumerat ſex capitalia crimina, quæ tamen comparatione diſcordiam ſeminantis,quaſi minora deponit, q.a nimius eſt facinus illud,quo vnitas,& fraternitas, quę p ſpiritusſancti gratiā eſt connexa,diſſipatur. Poteſt.n. quilibet oculos iactanter extollere,lingua mentiri,homicidio pollui, & mala proximo machinari, alijs ſceleribus membra ſubdere, falſum contra quempiam teſtimonium proferre, quod nō idem eſſe putādum eſt, quod ſupra linguam mendacem nominat. Pōt etenim mendacium, ſed non contra proximum dici. Poteſt inquam perditus quiſque homini mala,& ſibi, & alijs inferre, pace ſeruata eccleſiæ. At Donatus, & Arrius corūque ſequaces grauius eſt,quod fecerunt,qui concordiam fraternæ vnitatis ſciderunt. D

e *Conſerua fili.* Nūc ſub adulteræ mulieris ſpecie prohibet ab auditione hęreſeos. †docet.

f *Liga ea in cor.* i. in cogitatiōe pręcepta dei fixa tene. † Ideo.

g *Cum ambulaueris.* Tanta ſit meditatio diuinę legis, vt cum vigilans aliquid operaris,hāc ſedulo mēte recolas,cum dormieris, in huius memoria requieſcas: cū euigilaueris,hanc ſedula mente primum ad mentem reuoces ſic enim fiet, ut nec uigilās offendas, nec a timore nocturno lędaris: Aliter: *Cū ambulaueris in profectu iuſtitiæ,gradiantur tecum mandata dei, vt te inſtruant.* † duces. E

h *Cum dormieris.* in morte cuſtodiant animam tuam, ne rapiat hoſtis. Cum euigilaueris in reſurrectione,loquere cum eis expectando præmia,quę tibi ſi ea ſeruaſſes,promiſſa erant.

i *Non concupiſcat.* Patet de adultera. Sed hęretici ſi bene viuere, & apte ſe agere vn̄r, vide ne ſeducaris eorū doctrinis. F

¶Indeficiens. a ¶Satiabor cum ap.g.t.

ger fueris, veniet vt fons meſſis tua, & egeſtas longe fugiet

a ¶Talis impiger,ſed homo apoſtata.
b ¶Schiſmaticus.

a a te. Homo † apoſtata, vir inutilis, graditur ore peruerſo,

annuit oculis, terit pede, digito † loquitur, prauo corde ma-

a ¶Supradicta. b ¶Tali.

chinatur malum, & omni tempore iurgia ſeminat. † Huic

¶Sicut fur.

extemplo veniet perditio ſua, & ſubito conteretur, nec ha-

a ¶Erubeſcat Orig. b ¶Omni tempore iurg.a ſeminat, quod deteſtatur deus.

b bebit vltra medicinam. Sex ſunt, quæ odit dominus, & ſepti-

a ¶Quia peſſimum eſt. b ¶Scilicet ſuperbiam.
In quolibet,alias in quoſlibet.

c mum deteſtatur anima eius. Oculos ſublimes, linguam men-

d a Hic peccatum. b In proximum.

dacem, manus effundentes ſanguinem innoxium, cor machi

nans cogitationes peſſimas, pedes veloces ad currēdū in ma-

a Alia ſcelera. b Ad rumpendam unitatem, uel ueritatem.

lum, proferentem mēdacia, teſtē fallacem, & eum, q ſeminat

e a Ne unitatem corrumpat. Dei.

inter fratres diſcordias. Conſerua fili mi præcepta patris tui,

a ¶Eccleſiæ. b ¶Conſerua ſic. c ¶ Ad cogitandum.

f & ne dimittas legē matris tuę. Liga ea in corde tuo iugiter, &

a ¶Ad loquendum. ¶ Loquelam tuam horum dulcedine vndique munito, ne labaris in lingua.
b ¶ Inſtruendo.

g circunda gutturi tuo. Cum ambulaueris † gradiantur tecum,

a ¶In morte. b ¶Ne rapiat hoſtis. c In reſurrectione.
d Expectando, quæ promiſerant.

h cū dormieris, cuſtodiāt te, & euigilās loquere cū eis. Quia mā

Minoribus. a Maioribus Incipientibus.

datum lucerna eſt, lex lux, & via vitæ increpatio diſciplinæ, vt

i cuſtodiāt te a muliere mala, & a blāda lĩgua extraneæ. Nō cō-

a Pretium

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Homo apoſtata. *Hic deteſtatur apoſtaſiam a fide, quæ ſolet ſequi ad negligentiam ſciendi ea, quæ ſunt de neceſſitate credenda, cum dicitur:* Homo apoſta. vir inu. *i. efficitur vir inutilis, tanta enim eſt grauitas huius peccati, quod vix poteſt homo ad bonum reparari. Hoc modo loquitur Apoſtolus ad Hebræos. 6.a.* Impoſſibile eſt enim eos, qui ſemel ſunt illuminati, &c. *ſ. per fidē & ſacramenta. Sequitur ibidē.* Et prolapſi ſunt. *ſ. per apoſtaſiam. Rurſus renouari ad pœnitentiam. Et accipitur ibi impoſſibile illud, quod de difficili eſt poſſibile, hic eſt enim vnus modus impoſſibilis, vt habetur. 5. metaphyſices.*

2 Graditur ore peruer. *loquens mendacia.*

3 Annuit ocu. *oſtendens mulieribus impudicitiæ ſigna.*

4 Terit pe. *vagabundus per loca inhoneſta.*

i k ne bono lætificabitur. Qui negligit danum propter amicum

a Dum vel ſua retinere, vel aliena rapere gaudent, vnde ſubdit; Non inueniet.

l iuſtus eſt, iter autem impiorum decipiet eos. Non inueniet fraudulẽtus lucrum, & ſubſtantia hominis erit auri pretium.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Effugi an.&c. *quia euadet remorſum conſcientię & pęnã gehẽnę.*

2 De fructu oris ſui. *i. de bona ſua doctrina.*

3 Vnuſquiſque re.bonis. *quia profectus diſcipuli redundat in meritum magiſtri, propter quod doctores ſacri non ſolum habebunt aureã in cælo, ſed etiam aureolam.*

4 Via ſtul.recta &c. *ſicut habenti oculos humore ſanguineo repletos omnia videntur rubea.*

5 Fatuus indi.ſta.irã ſuam. *quia ſequitur paſſionẽ, & nõ rationẽ.*

6 Qui au.diſsi.iniu.&c. *ſicut Saul diſſimulauit ſe audire verba iniurioſa illorum qui cõtemnebant ſuam electionem in regem.1.Reg.10.*

7 Qui quod nouit. *ſcilicet eſſe verum.* loquitur. *vnde in Hebræo habetur.* Loquens veritatem iudex iuſtitię eſt, quia profert veritatem maxime in iudicio.

8 Qui autem men. *in iudicio.*

9 Teſtis eſt fraudulen. *quia per hoc proximus defraudatur.*

10 Eſt qui promit.&c. *& ſupple non ſoluit.*

11 Quaſi gla.pungitur conſcientiæ. *quia conſcientia dictat ſibi quod tenetur adimplere promiſſum.*

12 Lingua autem ſapien.eſt ſanitas. *quia ſicut promittit ita adimplet, & ſic eſt ibi quædam æqualitas verborum & factorum, ſicut ſanitas eſt adæquatio humorum.*

13 Labium veri.fir. *quia non variatur de vno in aliud.*

14 Qui au.te.eſt re.cõ.&c. *quia falſum quod teſtificatus eſt incõſiderate nititur mendacijs tanquam verum colorare.*

15 Dolus in cor.cog.&c. *quia tales quod non poſſunt adimplere poteſtate, cogitant adimplere doloſitate.*

16 Qui autem p.ineunt con. *eis acquiſcendo.*

17 Sequitur eos. *qđ ſequitur ad pacẽ, ſicut triſtitia ad turbationẽ.*

18 Non con.iu. *triſtitia deijciente a virtute.*

19 Quicquid ei acci. *quia fortunam aduerſam patienter tolerabit.*

20 Impij autem. *impatientia fracti.*

21 Replebuntur malo. *quia malo pœnæ ſuperueniet malum cul & poſtea gehennæ ſi perſeuerat.*

22 Abominatio eſt domino la. *quia ipſe eſt veritatis regula.*

23 Qui autem fide.agunt &c. *quia in hoc ei aſſimilãtur. Aſſimilatio vero eſt cauſa dilectionis, iuxta illud Ec.14.c.* Omne animal ligit ſibi ſimile.

24 Homo verſu. *i. aſtutus.*

25 Celat ſci. *animum ſuum vſque ad tempus opportunum.*

26 Et cor.inſi.prouo.ſtul. *ſcilicet alienam contra ſe, quia ſta manifeſtat ſe per contumeliam.*

27 Manus fortium domi. *hoc patet in ſcripturis vete. ac noſtamenti quod reges fortes alios ſubiecerunt ſibi & remiſſi ſeruierunt alij ſub tributio. Poteſt etiam exponi de fortitudine mentis ſeu rationis quæ ſibi ſubijcit vires ſenſitiuas, ſi autem fuerit remiſſa, ſenſitas dominabitur.*

28 Mætor &c. *de aliqua offenſa Dei, quia nullus quantuncumque iuſtus de cõmuni lege tranſit vitam præſentẽ ſine aliqua offenſa cu.*

29 Humilia. *coram Deo per contritionem.*

30 Et ſer.bo. *qui eſt in fideli confeſſione.*

31 Læti. *qa ad talẽ cõfeſſionẽ ſeqtur alleuiatio mẽtis & q̃dã læt.*

32 Qui neg.damnum temporale.

33 Propter ami. *ideſt propter ſubleuationem amici.*

34 Iuſtus eſt. *quia amicus eſt magis diligendus quam lucrum temporale, ſed lucrum ſpirituale eſt magis diligendum quam amicus.*

35 Iter autem. *qui dimittunt amicum propter temporale lucrum.*

36 Decipiet eos. *quia perdunt maius bonum pro minori. ſ am ꝑ lucro tẽporali, & frequẽter ẽt illo lucro defraudãtur, ideo ſubdi.*

37 Non inue.frau.&c. *ſicut ille qui nunciauit Dauid mortẽ Saulis ſperãs inde reportare p̃miũ, reportauit ãt mortis ſuppliciũ.2.Reg.*

38 Et ſubſtan.homini. *i. eius vita.*

39 Erit au.pre. *i. precioſior auro.*

40 In ſe. *ſcilicet gratiæ & poſtea gloriæ.*

41 Iter autem. *a rectitudine iuſtitiæ.*

42 Ducit ad mor. *ſcilicet culpę primo, & poſtea ad mortẽ gehennę.*

Reple- CAI

## GLOSSA ORDINARIA. CAP. XIII.

F*Ilius ſapi.* Tantũ diſtat inter ſapientem & ſtultũ vt hic aliquando profectu eruditionis ad eũ qui ſe docuerat, docendum perueniat ille, ne cum arguitur audiat.

a *Vult,&c.* Vult regnare cum domino & non pati pro eo, delectãt præmia cum pollicentur, terrent certamina cum iubẽtur, de quo Iacobus. *Vir duplici animo incõſtans eſt in omnib. v. ſu.* Et Ieſus filius Sirach Væ peccatori terram duabus vijs ingre.

b *Anima au.ope.* iuſſa dominica. *impinguabitur.* quia perfecta ſupernorum dulcedine efficietur. vnde, *Sicut adipe &c.* vel q pijs p domino laboribus insudant, immarceſſibi li corona donabunt.

B

c *Eſt quaſi. di.* non vere, vt qui induebatur purpura & byſſo. ſed quia Deum non habuit, comperit in fine nihil eſſe quod habuit, de quibus dicitur. *Dormierunt ſomnum.&c.* Pauper contra videbatur Lazarus qui iacebat ad ianuam eius vlce. ple. ſed in multis erat diuitijs qui virtutẽ habuit humilitatis, qui con-

C

conditorem omnium diuitiarum.i. Deum corde geſtabat. Quid autem veræ diuitię valeant, quid vera paupertas agat. ſubditur. *Redemptio animæ viri diuitiæ ſuæ.*

D

d *Subſtantia fe.mi.* Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationẽ, neque ipſas diuitias quas acquirunt perpetuo poſſident. Qui autem pro accipienda ſubſtãtia præmiorum cæleſtium iuſtis inſiſtit laboribus multiplicia ſuper næ beatitudinis munera pcipiet de quo, *Spes quæ differtur affligit animam.*

1 Tim.9.d.

e *Spes quæ di. &c.* Quia nimirũ quam diu differt ſpes æternorum affligitur anima fidelium, vel pro dilatione bonorum. vel illatione malorũ. At vbi venerit quod deſiderat, facile obliuiſcitur quod ſuſtinuerat, quia in æternũ viuere incipit cũ ſuo redẽptore, quod tota intentione quærebat. Ipſe eſt enim lignum vitæ amplectentibus ſe.

E

f *Qui de.* Aliter is qui malæ rei detrahit ſe in futurũ obli, nõ vt pro tali detractione pœnas luat, ſed vt poſt detractionẽ cautius agat, quia quod in alijs iuſte reprehendit, impune non admittit, vnde: *Qui præ-*

F

† 95. diſtin. c.ecce in ſi. f.i audit eruditionẽ patris. I.nir. 12.b.

† adducit in peccatum

† corrumpendo, prodigalitate profundẽdo.

## CAP. XIII.

a Ideſt, doctoris ſui doctor.
F† Ilius ſapiens † doctrina patris, qui autem illuſor eſt, non audit cum arguitur.
† De fructu oris ſui homo ſatiabitur bo-
Alias impiorum.
nis, anima autem præuaricatorum ini-
a Cordis exterius.
qua. † qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit
a Non cuſtodit os ſuum.
a Perdet animam ſuam.
animam ſuã, qui aũt incõſideratus eſt ad loquendum, ſentiet
Dei iuſſa.
a mala. † Vult & nõ vult piger, anima aũt operãtium impingua-
Qui eſt. a Alios verbo mendacii.
b bit. Verbũ mendax iuſtus deteſtabitur, impius aũt cõfundit
a In futuro a Deo.
& confundetur. Iuſtitia cuſtodit innocentis viã, impietas aũt
Vt ſperat. a In mundo. b Apud Deum.
† peccatorum ſupplantat. Eſt quaſi diues cum nihil habeat, &
a In mundo. b In Deo, qui veræ diuitiæ.
c eſt quaſi pauper cum in multis diuitiis ſit. Redemptio animæ
a Bonorum operum. b In bono. c Ite in ignem æternum.
viri diuitiæ ſuæ, qui autem pauper eſt, increpationem non
a Spes futurorum. b Perpetuo. c Fœlicitas huius ſeculi quæ cito extinguitur.
ſuſtinet. Lux iuſtorum *lætificat*, lucerna aũt impiorum extin-
a Hæreticos, & alios reprobos. b Quia veritatem fidei non norunt. c Fideles.
guetur. Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt, qui autem agunt
a Diuinorum eloquiorum. b ¶ Moderatione, quæ eos iurgari non ſinit.
d omnia cũ conſilio, reguntur ſapientia. Subſtãtia † feſtinata mi-
a Opere bono.
nuetur, quæ aũt paulatim colligitur manu, multiplicabitur.
a Boni æterni. b Vt deſideretur. Non aufertur. c Deſide. Defe. in ſa.t.a.m. d Chriſtus. e Cum venerit.
e Spes quæ differtur affligit animam, lignum vitæ deſiderium
a Quod non debet. b Bonæ. c Penam qua conſtringatur parat.
f veniens. Qui detrahit alicui rei, ipſe ſe in futurum obligat,

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XIII.

F*Ilius ſapien.* In cap. pręcedenti inducit Salomon ad ſuſceptionem diſciplinæ, & quia hæc ſuſceptio efficit ſapientem, ideo in hoc capite conſequenter oſtendit diſciplinati ſapientiam, dicens.

*Filius ſapiens doctr ina patris.&c.* q̃a in eo manifeſte relucet.

*Qui autem il.* bonæ doctrinæ.

*Non au.cum arg.* aure mentis, nec etiam aure corporis, vt frequenter.

*De fru.oris ſui ho.ſa.bo.* exponatur ſicut ca. pręce.

*Anima au.&c.* quia auertitur a Deo, & iniqua agit contra proximum.

*Qui cu.os ſuum.* ab indiſcreta locutione.

*Cuſt.animam ſuam.* ab aduerſariorum inſidiatione, qui quęrunt aliquid rapere de ore hominis, vnde poſſint eum accuſare, ſic enim querebant Pharisęi aliquid rapere de ore Chriſti. Et per oppoſitum ſubditur.

8 *Qui au.incon.eſt.&c.* & patet.

9 *Vult & non vult pi.* quia bene vult obtinere bonum vtile vel honorabile, ſed laborem qui ad hoc exigitur, non vult ſuſtinere, & ſic non vult efficaciter, ideo ſimilis eſt cato qui vellet piſces comedere, refugit tamen pedes in aqua ponere.

*Anima au.ope.* abiecta pigritia.

*Impingua.* i. replebitur bonis ſpiritualibus, & etiam frequenter temporalibus.

*Verbum men.iu.de.* tanquam diſſonum ab habitu iuſtitię quem habet in mente.

*Impius au.con.* proximum per mendacia ſua.

*Et con.* quando de mendacio manifeſte arguetur, quod frequenter contingit.

*Iuſtitia cuſto.inno.viam.&c.* hoc patet de Ioſeph vendito a fratribus ſuis. Gene. 37. *Ne dominaretur eis, & propter innocentiã ſuam fuit cuſtoditus a domino, & factus eſt dominus ſuper fratres ſuos.* *Eſt*

16 *Eſt qua.di.cum ni.ha.* quãdo illud modicum quod habet quod nihil eſt reputandum, ſufficit ſibi.

17 *Et eſt quaſi p.cum in mul.di.ſit.* hic eſt auarus cui nihil ſufficit, propter hoc dicit Hiero. antique dictum eſt: *Auaro deeſt tam quod habet, quam, quod non habet:* quia propter auaritiam ſuam bonis habitis non vtitur.

18 *Redemptio ani.vi.di.ſ.* Vnde dixit Daniel Nabuchodonoſor, Danielis 4.c. Peccata tua eleemoſynis redime & iniquitates tuas miſericordijs pauperum.

19 *Qui autem pau.eſt, inc.e.non ſuſti.* In Hebræo habetur. *Qui tenuis eſt.* ſ. in notitia diuinę legis, vt exponit Ra.Sa. Increpationes non ſuſtinet propter defectũ ſapientię, ſicut homo phreneticus non ſuſtinet emplaſtrum fractus per impatientiam.

20 *Lux iuſtorum.* i. proſperitas eorum quæ per lucem deſignatur ſicut aduerſitas per tenebram.

21 *Læti.po.* quia proſperitate ſua bene vtitur erga ipſum.

22 *Lucerna autem impiorum.* i. proſperitas eorum.

23 *Extinguetur.* in morte, vel extinguetur per infamiam, quia abutitur ſua proſperitate.

24 *Inter ſu.ſemper iur.ſunt.* quia quilibet eorum nititur indebite alium excellere.

25 *Qui autem agunt omnia cum conſilio.* bonorum.

26 *Reguntur ſa.* & non voluntate propria.

27 *Subſtan.fe.* i. feſtinanter acquiſita, vt per rapinã vel vſurã.

28 *Minuetur.* Dei iudicio quia male acquiritur.

29 *Quæ autem pau.col.ma.* i. debito modo acquiritur.

30 *Multiplica.* propter iuſtam acquiſitionem.

31 *Spes quæ differtur.* i. dilatio boni ſperati.

32 *Affligit ani.* ipſius ſperantis, vel expectantis.

33 *Lignum vi.de.ve.* i. completio deſiderij eſt cauſa delectationis & gaudij, quę ſunt de bono præſenti.

34 *Qui de.ali.rei.* eam vituperando.

35 *Ipſe ſe in futu.&c.* ad non commendandum eam, quia ſic inhoneſte veniret contra verbum ſuum.

Qui

*prædicas nō furandum fura. &c. Qui autē ti. præce. in pa. ver.* Melius A eſt ergo quemque ſibi timere ne Dei imperiū prçuaricetur: quā aliorum errata ſtulto ore lacerare. vnde: *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, &c.*

ascendens cęlos, reliquit hęredes ſuę doctrinę apoſtolos, & ſucceſſores eorū, ad cuius fidē cōuerſa eſt multitudo Gētiū quę erat ſubſtantia diaboli vñ: *Cum fortis armatus cu. atriu. n. ſ. in pa. ſunt om. quę po. ſi autem* fortior illo ſuperue. omnia aufert ei in quibus confidebat.

a Dei. Initium ſapientiæ timor domini.
b Aeterna, vel in ſpiritu manſuetudinis inſtruendo.

qui autem timet præceptum in pace verſabitur. Animæ do-

loſæ errant in peccatis, Iuſti autem miſericordes ſunt & miſe-

a Eſt. b Aeternæ. c Quis oſtendit fugere a ventura ira?

a rātur. Lex ſapientis fons vitæ, & vt declinet a ruina mortis.

a Gratis pro gratia. b In operibus. Eſt

Doctrina bona dabit gratiam. † in itinere contemptorū vo-

Interni.

b rago. Aſtutus omnia agit cum cōſilio, qui autem fatuus eſt,

a Arius & Sabellius, & huiuſmodi. b Diaboli. c Neglecto conſilio ſcripturæ.
d In gehennam. e Dei prædicator.

aperiet ſtultitiam. Nuncius impii cadet in malum. Legatus

a Catholicus prædicator. b Aeterna ſibi & auditoribus. c Vel Dei, vel veri boni.
d Correctionem.

fidelis ſanitas. Egeſtas & ignominia ei q deſerit diſciplinā

Diſciplinæ. a Contra egeſtatem & ignominiam. b Bonum vel malum.

qui autem acquieſcit arguenti glorificabitur Deſiderium ſi

a Sed ſtulti qui carnalibus deſideriis gaudent, deteſtantur eos, qui pro amore cæleſtium in ima oblectamenta contemnunt.

compleatur delectat animam, deteſtantur ſtulti eos qui fu-

a Sapientiam actus imitatur. b Similiter.

c giunt mala. Qui cum ſapientibus graditur ſapiens erit, ami-

a Vero. b Conuictus nocet.

d cus ſtultorum † ſimilis efficietur. Peccatores perſequitur ma-

Pœnam. a Sequuntur. b Chriſtus.

e lum, & iuſtis retribuentur bona. Bonus relinquet hęredes, fi-

Apoſtolos. a Apoſtolorum ſucceſſores. Deo. b Gentes.
c Diaboli. d Cum ſibi iure paternæ hæreditatis victus abundat.

f lios, & nepotes, & cuſtodit iuſto ſubſtātia peccatoris Multi

cibi in noualibus patrum, † & aliis congregantur abſque iu-

Ratione.

g dicio. Qui parcit virgæ, odit filium ſuum, qui autem diligit

a Non parcit virgæ ſuæ. b Cibo ſapientiæ, qui in noualibus patrum.
c De eis. Proficiendo.

illum, inſtanter erudit. Iuſtus comedit & replet animā ſuam

a Capacitas ſenſus. b Hæreticorum. c Semper diſcentes, nunquam ad veritatis ſcientiam perueniunt. Quia non refecti cibis patrum, aliis congregant ſine iudicio.

venter autem impiorum inſaturabilis.

a *Lex ſapi.* Ex quo homo ſapere incipit, vtitur hac lege, vt mortem vitet & vitā acquirat.

b *Conſilio.* maxime diuino, quod eſt in ſcripturis. Fatuus enim eſt qui extra hoc conſilium viuit, quā uis naturaliter prudens videatur de quo ſequitur: Nuncius impii cadet in ma.

c *Qui cum ſa.* Quilibet ſimplex aut ruſticus qui arcana ſapiētiæ comprehendere nequit, ſi tamen exempla ſapientium viuendo ſectatur, iure inter ſapientes numerabitur.

d *Ami. ſtul.* Qui ſtultos, non quia homines ſunt, ſed propter ſtultitiam, quia mimi B ſunt vel hiſtriones vel huiuſmodi, non vt inſtruendo corrigat, amat, ſed vt fauendo deteriores efficiat, licet ſapiens videatur, ſtultorum dānatione tenebitur.

e *Bonus homo, &c.* ſępe boni ſine filijs obeunt, & maiora præmia audimus promittihis qui virginitatē nuptijs prępoſuerunt. Sed & ſubſtantiam iuſtorum a peccatoribus tolli. Et Apoſtolus glorificat eos, qui rapinam bonorū ſuorum cum gaudio ſuſceperunt. Vnde ſpiritualiter accipiendum, quia bonus & iuſtus dominus eſt, qui aſcen- ... magiſter catholicus: ne ad iniquitatem deflectat, ſolicitu[s] erudit.

† Ar alii congregant.

† inf. 13. b. Eccl. 30. a.

Heb. 10. g. Luc. 11. c.

*Aliter.* Iuſto cuſtoditur ſubſtantia peccatoris, quando ablatum a Iudęis regnum Dei, & datum Gen. f. fr. e.

f *Multi. ci.* Alius transſlator: *Viri iuſti diuitijs annis multis fruentur:* iniqui autem peribunt breuiter. Non recte facit qui diuitias ſedulo cōgregat, & non pro redemptione animæ diſperſat, ſed alijs diſpenſanda reſeruat. Vnde ſupra, *Cuſtoditur iuſto ſubſtantia.*

*Allegor.* Multi ſunt cibi alimoniæ cæleſtis in dictis & exemplis patrum. Et non irrationabiliter faci[t] qui legendis, meditandis, & exponendis inſtans non ſuæ ſaluti ſed aliorum potius ſeruit, Talis enim in noualibus, id eſt, in operibus ſiue ſermonibus patrum optima inſtitutione excultis, non ſibi ſed alijs ſubſidium acquirit. Vtrique autem ſenſui congruit quod ſubdit.

g *Qui parcit virg[æ] odit filium ſuum. &c.* Nam & bonus pater filium, & diſcipulum

CAP.

C

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Qui autem ti. pręce. i. tranſgreſſionem præcepti diuini.

Triplex pax 2 In pace. *ſ. triplici. In pace interna quantum ad conſcientiam, & fraterna, quia cum proximo facit iuſtitiam, & ſuperna, quia finaliter venit ad gloriam.*

3 Animæ doloſę errant, &c. *Hic verſus non eſt in Hebræo, ideo pertranſeo, & patet ſententia.*

4 Lex ſapien. &c. *Lex ſapientis dupliciter dicitur. Vno modo, quia data eſt a ſapiente & ſic lex diuina quæ data eſt a Deo immediate cuius ſapientiæ non eſt numerus, & quælibet lex alia iuſta quæ datur a Deo, mediante tamen legis latore creato, eſt fons vitæ, quia in ea hauritur debitus viuendi modus; ideo ſubditur.*

5 Vt decli. *i. declinare faciat.*

6 A ruina mor. *culpæ & gehennæ. Alio modo dicitur lex ſapientis quia obſeruatur a ſapiente, & hoc etiam modo lex diuina, & quælibet alia iuſta dicitur fons vitæ, quia ſapiens ibi haurit debitum modum viuendi & per hoc declinat a ruina mortis culpæ & gehennæ.*

7 Do. b. &c. *docenti & audienti, quibus dat gratiam diuinam & humanam.*

8 In itin. re con. *bonæ doctrinæ.*

9 Vorago. *qui ruunt de peccato in peccatū vſque ad profundū. vnde dicitur ... 18. a. Impius cum in profundū peccatorum venerit contē.*

10 Aſtutus. *in periculi euaſione.*

11 Omnia agit cum con. *& nihil præcipitanter.*

12 Qui a au. &c. *præcipitanter agendo.*

13 Aperiet ſtul. *fatuitatem ſuam manifeſtando.*

14 Nuncius imp. *i. ab homine impio miſſus, & pro negocio impio.*

15 Cadet in m. *ſcilicet culpæ & pœnæ.*

16 Lega. *i. a fideli miſſus & pro negotio fideli.*

17 Sanitas *quia reddit bonam diſpoſitionem inter homines, ſicut ſanitas in corpore.*

18 Egeſtas *loco boni vtilis.*

19 Et agno. *loco boni honorabilis.*

20 Et qui de. di. *quia per obſeruationem diſciplinæ bonum vtile & honorabile acquiruntur.*

21 Qui autem, &c. *ſe humiliter corrigendo.*

22 Glorifi. *i. honorificabuntur corā multis in præſenti & in futur[o].*

23 Deſiderium. *quia ſicut deſiderium eſt boni non habiti, ita delectatio eſt boni adepti.*

24 Deteſtantur. *quia non reputant niſi bona ſenſibilia quæ tam[en] vt communiter ſunt mala, & ideo indicant fugam vere bonorum.*

25 Qui cum ſa. &c. *ſe eis conformando.*

26 Sapiens erit. *Et ſimiliter conformans ſe ſtultis ſimilis efficietur.*

27 Peccato. perſequitur ma. *ſ. pęnæ quod eos finaliter comprehendet, ſicut retributio bonorum reſeruatur iuſtis.*

28 Bonus homo reli. hære. &c. *vnde de patribus frequenter dic[itur] in veteri Teſt. quod viderunt filios ſuos & filiorum ſuorum in tertia & quartam progeniem quos reliquerunt in mundo poſt mortem ſua[m].*

29 Et cuſto ſubſtan. &c. *ſicut bona Nabal impij fuerunt cuſtodita ipſi Dauid accipienti Abigail in vxorem.*

30 Mul. ci. in no. pa. *quod poteſt exponi dupliciter. Vno modo de cibis corporalibus, qa patres antiqui ſuis laboribus coluerūt terras prius incultas, quæ dicuntur noualia, & ſic multiplicati fuerunt cibi corporales in ſuſtentatione ſequentium.*

31 Et alijs congre. &c. *abſque labore ſuo, quia non cōſequūtur tal[ia] quaſi mercedē ſui laboris, in quo quædā executio iuſtitiæ, quæ propri[e] iudicium. Alio modo exponitur de cibis mentis, quia antiqui patres & multi philiſophi multum laborauerunt in inuentione ſcientiarum & artium quibus poſteri reficiuntur abſque tali labore.*

32 Qui par. vir. &c. *quantum ad animam ſubtrahendo ei debitam diſciplinam, licet eum diligat quantum ad corpus inordinate.*

33 Iuſtus co. & re. &c. *quia ſufficit ſibi quod apponitur.*

34 Venter au imp. inſa. *quia non ſufficiunt eis quæ apponuntur ſed ſemper quærunt lautiora & magis delicata.*



CAP.

## GLOSSA ORDINARIA.
### CAP. XIIII.

A ~~Apiens &c. Deſtru n a.~~ viuēdo. & aliquādo aperte repugnā
) do. Quare autē ſapientiam actus ſtulti lacerant, oſtendit
j dicit: *Ambulans rec. &c.* Abominatio eſt peccatoribus, bo

## CAP. XIIII.

a Anima fidelis, vel eccleſia. b Bonis actibus.
c In cælis. d Sed. Reprobi.
SApiens mulier ædificat domum ſuã, inſipiens 1
a Quæ bene ſunt a bonis ordinata. Deſtruet. 2
extructam quoque deſtruet manibus. Ambulãs 3
Opere.
recto itinere, & timens Deum deſpicitur ab eo, 4
a Alias in finita. In circuitu impii ambulant. 5
a qui infami graditur via. In ore ſtulti virga ſuper 6
Sed. Doctrina. Ab virga. a Doctores. b Multitudo bonorum.
b biæ, labia ſapientium cuſtodiunt eos. Vbi nõ ſunt boues, præſepe va 7
Opera.
cuum eſt, vbi autem apparent plurimæ ſegetes, ibi manifeſta eſt for-
Contra vero.
titudo bouis. Teſtis fidelis non mentietur, profert mendacium do- 8
a Peruerſe. b Hæreticus.
c loſus teſtis. Quærit deriſor ſapientiam & non inueniet, doctrina
a Quia inuenit. b Enim. c ſ. Diſputando cum eo.
d Non intelligit. e Sola inſipientia eis dulcis. 9
d prudentium facilis. Vade contra virum ſtultum & neſcit, labia 10
a Diſcernere opera ſua. 11
prudentiæ ſapientia. Callidi eſt intelligere viam ſuam, & impru- 12
a Quia non intelligit. b Per riſum operatur ſcelus. c Quia non ludunt in peccato. 13
dentia ſtultorum errans. Stultus illudit peccatum, & inter iu- 14
a Iuſti. b Quanto gaudio ſit imitanda. c Dilationes æternorum vel iræ. 15
ſtos morabitur gratia. Cor quod nouit amaritudinem ani- 16
a Aeterno. 17
e mæ ſuæ, in gaudio eius non miſcebitur extraneus. Do- 18
a In manſione. Habitatio præſens quam putant æternam. 19
b In itinere. c Præſens conuerſatio in qua incolæ & peregrini. 20
d Creſcentibus meritis vſque ad fructum cæleſtis patriæ. 21
mus impiorum delebitur, tabernacula iuſtorum germina- 22 23

orum - religio, ultumque vi- etur incredu- ;, cum fideles opter Dei a- morem aduerſa ſtinent mun- i, & tormenta eridunt eorum ui occidunt cor us, de quibus perte ſubdit: *In e ſtul. &c.*

*In ore.* quia ulti per vani- quium humi- ; quos deſpi- unt affligunt, d hi per do- B ctrinam ſapien- um ne deci- antur ſe mu- unt.

*Vbi non, &c.* æc hærent ſu- tioribus. Bo- s namque do- ores catholi- s, præſepe cœ- s auditorum, ſegetes fructus norum operũ cit. Incaſſum go ſuperbus tu et & indocta oquãtia verbe- r aures, & corda ſubiectorum, quia vbi non ſunt docti præ- catores, fruſtra ad audiendum confluunt fideles. Vbi ergo urimæ operationes apparent, patet quia non hæreticus, ſed e pro verbi fruge laborauit, qui & verbum caſto ore rumi- re, & viã veritatis recto diſcretionis pede noſſet incedere. s alitur de præſepi, doctor verbo audientes nutrit, ſed & ore bouis præſepe repletur, & bos de præſepi ſuo re- C ficitur fructu. Sic fidelis prædicator, & audientes verbo refi- cit,

D cit, & eadẽ refectione apud Deum proficit. Quod in Helia fi guratur, qui Sareptanam viduam paſcit aqua & ipſe paſcitur. 3.Reg.17.b.
c *Quærit de. ſa.* Vt Caiphas. *Adiuro te per Deum viuum vt dicas no bis ſi tu es Chriſtus.* Quia male quærebat, nõ inuenit. At diſcipu li nõ ſolũ Chriſtũ Dei filium cognouerunt, ſed & ſcripturas. Matt.26.f.

Sed & tunc do- ctrina pruden- tium facilis erat, quando Corne- lius cum domo ſua & huiuſmo- di verbum hu- militer audien- tes, *Mox crede- bant, & accepto ſpiritu linguis om- nium loquebantur.* Act.10.e. Nunc quoque doctrinam fidei catholicæ pru- dens quiſque dũ catechizatur, fa- E cilius percipit quam hæretici, quia peruerſe quæ runt nunquam prorſus inue- niunt.

† mundum.
† 22.q.5 c. iu ramenti:

d *Vade contra, &c.* Ideo deri- ſor ſapientiam quã quærit, non inuenit, quia & ſi aperte contra illius ſtultitiam diſputando in- cedas, neſcit in- telligere quæ di- cis, velut Arrius qui verbum con ſubſtãtialitatis in patre & filio nunquam inuenire contendebat, cum ei objice retur: *Ego & pater vnum ſumus.* & *Deus erat verbum.* & cętera ta- lia. Ideo doctrina prudẽtium facilis eſt, quia labia quęcũque reguntur ſapientię moderamine, & de ſapientia ſolũ loqui & audire dulce habent, eiuſque meditationi operam dare ſatagunt. Ioan.10.f.

-&.

e *Extraneus.* ideſt, reprobus qui propria ſponte cęcatus, quod in præſenti patitur non videt, quod in futuro ſit paſſurus, nõ pręuidet.

F

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. XIIII.

SApiens mulier. Superius Salomon commendauit ſapientiã in ſexu virili, hic in principio huius capituli commẽdat eã in ſexu muliebri dicens.

1 Sapiens mu. ædi. do. ſuam. i. ſaluat eam & ampliat, ſicut Abigail domum ſuam ſaluauit refrenando iram Dauid. 1. Reg. 25.

2 Inſipiens ex. quoque de. ma. i. operibus ſuis malis quę p manus deſignantur, Sicut Iezabel inducens virum ſuum Achab, & plebem ſuam ad idololatriam, propter quod tota domus illa per Hieu fuit deſtructa. 2. Reg. 9. g.

3 *Ambulans recto iti.* per viam virtutis.

4 *Et timens Deum:* timore filiali.

5 *Deſpicitur ab eo, &c.* ſicut Golias impius deſpexit Dauid iu ſtum. 1. Reg. 17. c.

6 *In oro ſtulti virga ſuperbiæ.* quia loquitur contumelioſe, & ſu perbe, & ſic percutit alios virga linguæ ſuæ.

7 *Labia ſapien. cu. eos.* quia nõ loquunt̃ niſi bona & honeſta.

8 *Vbi non ſunt bo.* Hoc exponitur dupliciter. Vno modo de bobus ad literam quibus ſolum antiquitus vtebantur homines ad agriculturam, & adhuc vtuntur in pluribus terris, & ideo vbi erat defectus boum, ibi erat etiam defectus agricul turę & ſegetum, & per oppoſitum abundantia ſegetum, vbi erat abundãtia boum. Alio mõ exponitur, vt p boues docto res intelligantur qui laborant in agro dominico, & ideo vbi eſt defectus doctorum, ibi eſt paucitas fideliũ, qui per ſegetes deſignantur, & vbi eſt pluralitas fideliũ ibi apparet manife- ſtè labor doctorum & prędicatorum.

9 *Teſtis fide non men.* prece nec pretio, ſed pro vtroq; men- titur falſus teſtis.

10 *Quærit deri. ſa. & non inue.* Dicitur autem hic deriſor ille qui contemnit videre dicta antiquorum, & credit inuenire ſapientiam per ingenium ſuum ſed non inuenit, quia ſuper- bia excæcat eum.

11 *Doctrina pru. ſa.* quia ſicut dicit Hierony. in prologo ſup Pentateuchũ, quod melius nouimus, melius & proferimus, & ideo prudentes quæ bene nouerunt, ſic proferunt quod auditores de facili intelligere faciunt.

12 *Vade contra vi. ſtul.* ipſum arguendo.

13 *Et neſcit la. pru.* i. aduertet quod loquaris prudenter. q. d. talem arguere.

14 *Sapientia callidi.* Sic incipit verſus in Hebręo: Eſt intelli- gere viam ſuam. Callidus enim dicitur proprie qui pręuidet pericula ſibi ab alijs præparata, & ſic cognoſcit viam ſuam. i. quid debeat fugere & proſequi.

15 *Et imprudentia ſtul.* i. improuidentia eorum reſpectu futuri.

16 *Errans.* quia non pręuidet quid ſit fugiendum, quid pro ſequendum.

17 *Stultus illu. pec.* i. pro nihilo habet peccare.

18 *Inter iu. mo. gra.* quia ſtudent diligenter euitare peccata.

19 *Cor quod nouit ama. animæ ſuæ.* de peccatorum prędteritorũ contritione.

20 *In gaudio eius.* de remiſſione culpæ & ſpe glorię.

21 *Non miſcebitur ex.* i. a vera pęnitentia alienus, vnde latro ni vere pęnitenti dixit Chriſtus. *Hodie mecum eris in paradiſo.* Luc. 23. f. a quo aliter impęnitens fuit excluſus.

22 *Domus impio de.* ſicut patet. 4. Regũ. de pluribus regibus, Iſrael, quorum domus fuerũt delete propter ſuã impietatẽ.

23 *Tabernacula iu. ger.* i. proficiẽt in ſpiritualib. & tẽporalibus vnde dicitur. 2. Reg. 3. Dauid proficiens, & ſeipſo robuſtior.

Quæ- Eſt

A præuidet, ideoque a futuris bonorum gaudijs remanebit extraneus, quia amaritudinis eorū præſentis particeps eſſe noluit, vnde ſubditur. *Domus impiorum, &c.*

c *Iacebunt mali ante bonos.* Vidētes tormenta e[o]rū vt ſint gratiores Deo ereptori ſuo, vnde Eſa. Egredientur & videbūt cadauera virorum, qui præuaricati ſunt in me. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt vſq; ad ſatietatem viſionis oī carni. Quod autem ait. *Egredietur non pedibus.* ſed oculorum intuitu quem quādo volunt, foras emittunt ad vidēda eorum ſupplicia.

d *Fatuitas ſtul.* imprudentia quaſi improuidentia dicitur.

e *Liberat animas teſtis fidelis.* Catholicus prædicator qui, teſtimon[ium] ſcripturarum f[i]deliter prædic[at] & profert, here[ti]cus mendacia

f *Profert mēdaci[a]* Alia translatio. [...] cendi autem n[...] dacio, dol[...] lus animas d[...] ceptor.

g *Verſipellis.* id[est] diabolus qui m[...] la quæ ſuggeri[t] bona mētitur, dū bona pmitt[it] æter-

a *Sapiens timet & declinat &c.* Sicut ſtulti eſt de ſua alacritate contēdere torrentem rapidum vel voraginem ſaltu velle tranſire, ſapientis autem ad planum, vel ad pontem diuertere, ita qui peccatum, quantum valet declinat, timens ne inuoluatur malis, ſapiens eſt. Stultus autem qui cōtēnit, peccat blandiens ſibi, quia aut poſt pœniteat, aut poſt mortem fortiter pœnas ferat.

B

b *Impatiens operabitur ſtultitiam.* Reprehenſibilis quidem eſt impatiens, ſed multo peior & odioſior verſutus. Ille enim palam oſtēdit ſtultitiam ſuā, iſte cum ſit corde peruerſus, ſimplicitatem ſimulat, & humano iudicio ſanctus, diuino inter reprobos æſtimatur.

C

† Etiam in riſu dolebit cor.
† Stultus imperitus
† Hic verſus nō habetur in Hebræo.
† Qui cito iracundus
† cogitans, 12. c. q. 4. c. in [...]
† ſtulti.
† Qui credit &c hic verſus nō eſt in Heb.
† nihil niſi ſtultitia.

¶ Aliquando homines pondere corruptionis adhuc grauati, dum bona appetunt ſub ſpecie boni, mala incurrunt. Et dum bona dei [...] ignorant.

buut. Eſt via quæ videtur homini iuſta, nouiſſima autem eius de-

a Væ vobis qui ridetis. b ¶Mundani.

ducunt ad mortem. † Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudii

a Perpetuus. Malis operibus punietur. b ¶Iudicio.

luctus occupat. Viis ſuis replebitur ſtultus, & ſuper eum erit vir bo-

a Stultus. b Chariſſimi nolite omni verbo credere. c ¶Sapiens. d Probate ſpiritus ſi ex Deo ſunt.

nus. † Innocens credit omni verbo, aſtutus conſiderat greſſus ſuos

† Filio doloſo nihil erit boni, ſeruo autem ſapienti proſperi erunt

a Pœnas. b Peccato. c Inconſideratione peccat.

a actus, & dirigetur via eius. Sapiens timet & declinat a malo, ſtultus

a De impunitate. b Aperte. c Hypocrita.

b tranſilit & confidit. Impatiens operabitur ſtultitiam, & vir verſutus

a Quaſi hæreditatem. b Stulti. c Sapientes. d Vel ſapientiam.

odioſus eſt. Poſſidebunt paruuli ſtultitiā, & expectabunt aſtuti ſciē-

a Damnabuntur coronatis iuſtis in iudicio. b Qui eos deprimebant. c Idem qui ante bonos. d Ad literam.

c tiam. Iacebunt mali ante bonos, & impii ante portas iuſtorū. Etiam

a Hic. b Carnem tuam ne deſpexeris.

proximo ſuo pauper odioſus erit, amici vero diuitum multi. † Qui

a Non ſolum non deſpicit.

deſpicit proximum ſuū, peccat, qui autem miſeretur pauperi, beatus

a Dei adiuturam ſibi. b Non credunt. c Contra miſericordiam. Iudicium ſine miſe. ei qui non fa. mi.

erit. Qui credidit in domino miſericordiam diligit, errant qui operā-

a Iuſtitia. b Aeterna.

tur malum. Miſericordia & veritas † præparāt bona. In omni opere

a Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc. ¶ Non opus.

bono erit abundantia, vbi autem verba ſunt plurima, ibi frequēter

a Operis vel veri boni. b Aeterna pro virtutibus. c Veræ ſapientiæ. Eſt. Non terrenum emolumentum. d At. Eſt quod. ſ. improuidi æternorum de præſentibus tantum commodis gaudent.

d egeſtas. Corona ſapientium diuitiæ eorum, fatuitas ſtultorum im-

a A diabolo. b Chriſtus qui eſt teſtis fidelis primogenitus mor. & qui teſtimonium reddidit ſub Pontio Pilato, ſcilicet bonam confeſſionem. c Antigraphus, quia in diuerſis tranſlationibus diuerſi ſunt ſenſus.

e f g prudentia. Liberat animas teſtis fidelis, & profert mēdacia verſipel-

Ia-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Eſt via. *peccatorum.* Quę videtur homini. *peccatori.*
2 Iuſta. *quia vnuſquiſque iudicat ſecundum quod eſt affectatus.*
3 Nouiſſima autem eius de. ad mor. *culpæ & gehennæ.*
Riſus d mi. *quia exultationem vitæ præſentis in honorib. et delicijs concomitatur remorſus conſcientiæ propter peccata quæ committuntur frequenter in tali vita.*
4 Et ex. gau. *ſ. huius mundi.*
5 Luctus occupat. *ſ. inferni.*
6 Vijs ſuis replebitur ſtul. *quia propter mala replebitur pęna.*
7 Et ſuper eū erit vir bonus. *quem conculcauit in pręſenti vita.*
8 Innocens credit o. *Innocens accipitur hic pro ignorante qui neſcit diſtinguere inter bonum & malum conſilium.*
9 Aſtutus. *qui ſcit aduertere malum & bonum conſilium.*
10 Conſideret greſſus ſuos. *i. qualiter debeat procedere in factis ſuis.*
11 Filio do. &c. *Iſte verſus non eſt in Hebræo.*
12 Sapiens timet. *Deum timore filiali.*
13 Et declinat a ma. *magis propter offenſam quā, propter pęnam.*
14 Stultus tranſilit. *de facili currens de peccato ad peccatum.*
15 Et confidit. *veniam conſequi ex benignitate Dei, qua tamen fatue abutitur.*
16 Impatiens ope. ſtultitiā. *quia paſſio iræ abſorbet in eo rationē.*
17 Et verſutus. *i. cito vertens animum ad varias fraudes.*
18 Odibilis eſt. *omnibus bonis.*
19 Poſſidebunt paruuli. *ſ. ſenſu.*
20 Stultitiam. *prudentes erunt ſic paruuli.*
21 Et expectabunt aſtuti ſcien. *quæ dirigit in actibus humanis.*
22 Iacebunt ma. ante bo. *in futuro, ſicut in præſenti ſunt ſuper eos erecti vt frequenter.*
23 Et impii ante portas iuſtorum. *quia erunt a regno excluſi iuſtis ibi tamen receptis, ſicut Matth. 25. de fatuis virginibus excluſis & prudentibus receptis.*
24 Etiā proximo ſuo pauper odioſus erit. *Tū quia homines communiter verecundantur de conſanguineis pauperibus. Tum quia nō ſperāt aliquid ab eis habere, ſed magis timēt quod pauperes cōſanguinei velint aliquid ab eis requirere.*
25 Amici vero diuitum multi. *Tum quia videntur in hoc honorari, & quia ſperant ab eis ditari.*
26 Qui deſpicit proximum ſuum, peccat. *quia facit cōtra charitatem proximi.*
27 Qui autem miſeretur pauperi. *affectu & effectu, ſi poſſibilitas adſit.*
28 Beatus erit *propter quod dicitur. Mat. 5. a.* Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.
29 Qui credit in domino. *fide formata charitate.*
30 Miſericordiam diligit. *quia annexa charitati.*
31 Errant. *a rectitudine iuſtitiæ.*
32 Qui operantur malum. *culpæ.*
33 Miſericordia & veritas. *i. iuſtitia, quia miſericordia ſine iuſtitia puſillanimitas eſt, iuſtitia vero ſine miſericordia crudelitas, dulcor miſericordiæ temperans rigorem iuſtitiæ diſponit hominem ad omne bonum gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro.*
34 In omni opere bono erit abundantia. *quia oē bonum dicere & factū ex charitate, meretur augmentum gratiæ, & ſecundum hoc dicitur, Matth. 13. b Habenti dabitur, & abundabit.*
35 Vbi aūt verba ſunt plurima, ibi frequenter egeſtas. *Parum enim ſcientes & parum valentes in quacunque arte vel facultate ſolent eſſe magis loquaces, vt appareant.*
36 Corona ſapi. *de qua gloriantur.*
37 Diuitiæ eorum. *ſ. ſcientiæ & virtutes, quæ ſunt diuitiæ ſapientis. Vnde & philoſophi qui antiquitus ſapientes dicebantur, temporales diuitias contempſerunt, vt liberius contemplationi ſapientiæ vacarent, vt patet de Socrate & Diogene, & multis alijs.*
38 Fatuitas ſtultorum impruden. *q. d. ideo ſunt fatui, quia non præuident futura.*
39 Liberat animas. *i. homines a morte.*
40 Teſtis fidelis. *ſicut patet de Daniele, qui liberauit Suſannam a morte.*
41 *Profert mendacia.* Verſipellis qui dicitur quaſi vertēs pellem, & eſt ille qui variat verba ſua ſecundum fortunam contra veritatem.

I

æterna ducit ad tormenta.

a. *In timo.domini.* Timor domini fiduciā fortitudinis pręſtat, quia mens noſtra tanto valētius terrores rerum temporaliū deſpicit quāto ſe auctori earum veracius formidine ſubdit. Filij autem timoris domini dicuntur qui diuino timore reguntˀ, ſicut filij virtutis, & reſurrectionis, qui virtutibus ſtudēt, & qui ad reſurrectionis gaudia pertinēt, quibus erit ſpes ſecundum illud. Qui timent dominum, ſperauerunt in domino. De qua ſpe ſubdit: Timor domini fons vitæ.

b *Timor do.* Hæc eſt ſpes eorum qui timent dominum, vt declinantes a ruina mortis ad eum perueniāt, qui dicit. *Ego ſum via, veritas, & vita.* Dictum autem eſt ſupra. Lex ſapiētis fons vitę, vt declinet a ruina mortis. Et nūc dicitˀ. Timor domini fons vitæ, vt declinet a ruina mortis. Ex quo patet, quia nulla prior eſt lex ſapientis, qua mortem vitare, & vitā acquirere debet ęternam, quam habere timorem domini. vnde: *Initium ſapientiæ timor domini:* psal.111.

c *Vita carnium.* Per carnem, infirma, per oſſa firma, Si mentis innocentia cuſtoditur, etſi quę foris infirma ſunt, quandoque roborantur, vnde ſubdit.

d *Putredo oſſium inuidia.* quia per liuoris vitium ante oculos Dei pereunt ea quæ humanis oculis fortia videntur. Oſſa enim per inuidiā putreſcere, eſt robuſta quęque perire.

e *Miniſter intelligens: iracundiam eius, inutilis ſuſtinebit,* cui dicitur. *Quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper mult. te. conſtitu. intra in gaudium domini tui.* Matt.25.b.

Qui initium ſapientiæ eſt. a Timoris.

a lis. In timore domini fiducia fortitudinis, & filiis eius erit

a Ducit ad eum qui eſt fons vitæ.

b ſpes. Timor domini fons vitæ, vt declinet a ruina mortis. † In

¶Deo ſeruientis. ¶Gloria. a Chriſti. b Si ſoli cathecumeni vel modo nati infantes, & in Chriſto renaſci feſtinantes ſub regno diaboli tenentur, vel ſub hæreticorum conuenticulis pauci, cum in eccleſia multi.

multitudine populi dignitas regis, & in paucitate plebis igno-

¶ Diaboli, vel hæretici.

minia principis. Qui patiens eſt, multa gubernatur † ſapien-

c tia, qui autem impatiens eſt, exaltat ſtultitiam ſuam. Vita † car-

¶Eſt. a Bonorum operum. ¶Eſt.

d nium ſanitas cordis, putredo oſſium inuidia. Qui calumnia-

a Scientia, vel diuitijs. b Qui talem fecit eum. ¶Factorem.

tur egentem, exprobrat factori eius, honorat autem eum qui

¶Pro. a ¶A ſpe boni. ¶A regno Dei.

miſeretur † pauperis. In malitia ſua † expelletur impius, ſperat

a Sibi & alijs proficit.

autem iuſtus in morte ſua. In corde prudentis requieſcit ſa-

¶Alias quoque. a Ad cœlum. ¶Alias egentem.

pietia, & † indoctos quoſque erudiet. Iuſtitia eleuat gentem,

a Deprimit ad infernum. b Chriſto.

e miſeros facit populos peccatum. Acceptus eſt regi miniſter

a Domine ne in furore tuo arg.me, neque in ira tua cor.me.&c.
b De quo inutilem ſeruum eijcite in tenebras exteriores.

intelligens, † iracundiam eius inutilis ſuſtinebit.

## NICOLAVS DE LYRA.

In timore domini. *ſcilicet, filiali.*

Fiducia fortitudinis. *contra carnem, mundum, & dæmonem.*

Et filijs eius. *ſcilicet, talis timoris. Et dicuntur filii eius illi qui in filiali timore ſunt educati, ſicut filii ſapientiæ illi qui ſunt in ſtudio ſapientiæ eruditi.*

Erit ſpes. *quæ eſt certa expectatio futurę beatitudinis ex gratia & meritis proueniens. Timor enim filialis ſemper eſt cum gratia & charitate.*

Timor domini fons vi. *quia principium eſt ſapientiæ, ſicut fons fluuialis aquæ.*

Vt decli. a ruina mor. *culpæ & gehennæ.*

In mult. po. dig. reg. *quando plebs eſt bona & bene ordinata, vt patet de Dauid & Salomone.*

Et in paucita. plebis. *bene ordinatæ, licet ſint multi moribus incompoſiti.*

Ignomi. prin. *quia inordinatio ſubditorum redundat in verecundiam prælatorum.*

Qui patiens eſt mult. gube. ſa. *quia Impedit ira animum, ne poſſit cernere verum, & ideo patiens cuius animus non perturbatur in aduerſis, clare videt in factis ſuis.*

Qui autem impatiens eſt. *ſequens impetum irę.*

Exalta. ſtul. ſuam. *ideſt, manifeſtat eam.*

Vita carnium ſanitas cor. *A corde enim procedit ſenſus & motus, qui ſunt operationes vitales ad membra exteriora.*

Putr.

14 Putre. oſſiū inui. *Inuidia enim eſt triſtitia de bono alieno. Triſtitia vero eſt paſſio corruptiua & mortificata. Vel per oſſa intelliguntur virtutes, quæ corrumpuntur ſuperueniente inuidia.* Inuidia. Triſtitia.

15 Qui calumniatur egentem exp. facto. ſuo. *quia factus eſt ad imaginem Dei, ſicut diues, ideo ſubditur.*

16 Honorat autem eum qui miſ. paup. *in imagine ſua.*

17 In malitia ſua. *ideſt, pro malitia ſua.*

18 Expellitur impius. *de conſortio bonorum.*

19 Sperat autem iuſtus in morte ſua. *quia ſperat conſequi beatitudinem, quæ haberi non poteſt in præſenti vita.*

20 In corde prudentis te. ſapi. *quia habituatur in ea, habitus autem eſt qualitas de difficili mobilis.*

21 Et indoctos quoſque eru. *hoc eſt. n. opus ſapientis alios docere.*

22 Iuſtitia eleua. *Sicut patet in decurſu ve. teſta. quandiu. n. filii Iſrael fuerunt iuſti, fuerunt in proſperitate eleuati, vt tempore Dauid & Salomonis & aliorum bonorum regum, & quādo declinauerūt a iuſtitia fuerunt depreſſi, & captiuati de terra ſua, vt temporibus Oſeæ & Sedechiæ, vt patet 4. Reg. 18. & 24.*

23. Acceptus eſt regi mini. intelli. *ſicut Ioſeph Pharaoni. Ge. 41.*

24 Iracundiam eius. *ſcilicet, regis.*

25 Inutilis. *ſeruus.*

26 Suſtinebit, &c. *ſicut magiſter piſtorum qui iuſſu Pharaonis fuit ſuſpenſus. Geneſ. 40. Poteſt etiā exponi hæc litera de bono & malo prælato, quorum vnus eſt acceptus regi Chriſto, & alius acriter punietur ab eo.*

## CAP. XV.

a *Reſponſio mollis frangit iram.* Cum verba increpantis humiliter ſuſcipit, iam propinquat veniæ reatus quē geſſit. Qui argumenti reſiſtat, contra ſe iram iudicis prouocat.

b *Ebullit ſtultitiā.* ſcripturam peruertēdo, ſuos ſēſus auctoritati præponēdo, velut fatui Philoſophi, vt Porphy. & Iulianus, qui contra eccleſiæ doctores ſtultitię ſuę fluen-

## CAP. XV.

a Reſponſio mollis frangit iram; ſermo durus ſuſci-

a Catholicorum patrum. b Exponendo. c Diuini eloquij.

tat furorem. Lingua ſapientium ornat ſcientiam,

a Hæreticorum. b Oculi domini ſuper iuſtos.

b os fatuorum ebullit ſtultitiam. In omni loco oculi Domini,

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. XV.

Reſponſio mollis frangit iram. *Superius Salomon informauit hominem in moribus quantum ad partem rationalem, hic incipit eum informare quantum ad iraſcibilem. Et diuiditur in quinque partes ſecundum quinque capitula: tamen iſta diuiſio accipitur ſecundum principia capitulorum, non ſecundum proſecutionem, vt dictum eſt ſupra. In prima parte dicit ſic.*

1 Reſponſio mollis fran. irā. *increpantis vel cōminantis, ſicut patet Iudi. 8. de Gedeone, qui reſpōdēdo dulciter illis de tribu Ephraim fregit iram eorum.*

2 Sermo durus. *ſicut patet 2. Reg. 19. quod viri de tribu Iuda dure reſpondentes decem tribubus fecerunt eas recedere a Dauid.*

3 Lingua ſapientium ornat ſci. &c. *quia tempore, & loco, gratioſe proponit eam.*

4 Os fa. e. ſtult. *ideſt, feruenter & impetuoſe profert eam.*

5 In omni lo. ocu. do. *dicitur contra illos qui dicebāt diuinā prouidentiā ſe non extendere ad iſta inferiora, & maximè ad actus humanos propter arbitrij libertatem. In quorum perſona dicitur Iob 22. b.* Circa cardines cœli perambulat, nec noſtra conſiderat.

fluenta fundebant.

A

a *Stultus irridet.* Stultus eſt omnis peccator, qui terrenis actibus deditus futurum nihil prævidet. is diſciplinam irridet, dum derogat diuinæ correctioni.

b *Cor ſtultorum diſſi.* Vel diſſimile ſibi ipſi varijs cogitationibus, & nunquam idẽ manet. Contra quod de Anna dicitur, Vultuſque eius nõ ſunt amplius in diuerſa mutati.

B

c *Doctrina mala. Qui ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis & docuerit ſic homines, minimus eſt in regno cælorum.* Talibus tamen ſi correcti fuerint, patet reditus ad veniam. Si autem increpationes non receperint omnino morientur.

d *Omnes dies.*

C

Omne tempus po-

† ſana
† peruerſa
1.Reg.10.
† ab etu ſic.
† oratio
† deſerenti
Matt.5.c.
† illuſor
Inf.17.d.
† in quibus eſt contritio.

a Vultus autem domini ſuper facientes mala. b Catholici doctoris. c ¶Ad fructum vitæ ducit,

contẽplantur bonos & malos, lingua † placabilis lignũ vitæ, quę au 1

a ¶Ignorans fructum vel modum eccleſiaſticæ regulæ. b Male loquendo. c Suum & auditorum. 2

d Peccator. ¶Dei vei prælati.

tem † immoderata eſt, conteret ſpiritũ. Stultus irridet diſciplinã pa- 3 4

¶Non irridet. a Sapientior.

tris ſui, qui aũt cuſtodit increpationes, aſtutior fiet. In abundãti iu- 5 6

a Contra iuſtitiam. b Quia ſine virtute

ſtitia virtus maxima eſt, cogitationes autem impiorũ eradicabũtur. 7 8

a Eccleſia. ¶Chriſti. b Fundata eſt ſupra firmam petram. c Operibus. d Diaboli.
e Feruet, quia Chriſti domum eijcere tentat, vel per falſos fratres, vel per apertos aduerſarios. 9

Domus iuſti plurimã fortitudo, & ĩ fructib. impii cõturbatio. Labia 10

a Catholicorum. b Prædicando. c Rectæ fidei. d Hæreticorum. 11
¶Quia pro ſcientia perfidiam concipit, vt ducet. 12

ſapientiũ diſſeminabunt ſcientiã, cor ſtultorum † diſſimile erit. † Vi- 13

a Orationes, opera ſacrificia. b Hæreticorum. c Quia quicquid non eſt ex fide, peccatum eſt. 14
d Qui fidem catholicam iuſtis operibus affirmant. e Deo grata. 15

ctimæ impiorũ abominabiles domino, † vota iuſtorum placabilia. 16

a Contra abo. b Iniuſtitia. ¶Non abominabitur. 17

Abominatio eſt dño via impii, qui ſequitur iuſtitiã, diligitur ab eo. 18

¶Eſt. a Veritatis. ¶Eccleſiæ. 19

Doctrina mala † deſerentiũ viam vitæ, qui increpationes odit morie- 20

a ¶Omnino. b ¶Omnia nuda in conſpectu eius. c ¶Ego dominus ſcrutans corda.
d ¶Bonorum. 21

tur. Infernus & perditio corã domino, quãto magis corda filiorum 22

a Quia iam ſedet in cathedra peſtilentiæ & corruptus alios corrumpit. 23

hominũ. Non amat † peſtilens eum qui ſe corripit, nec ad ſapientes 24

a Qui timet argui. b Bona conſcientia. c Exteriora. d Conſcientiæ. 25
e ¶Vel ducitur. 26

graditur. † Cor gaudens exhilarat faciẽ, in mœrore † animi deiici- 27

¶Non ſolum facies. ¶Alias quærit. ¶Cordis. 28

tur ſpiritus. Cor ſapientis quæret doctrinam, & os ſtultorum † paſci- 29

a Populi Dei. b ¶Redimentes tempus quoniam dies mali ſunt. 30
c Amore Dei, alias, a timore Dei.

tur imperitia. Omnes dies pauperis mali, * ſecura mens, quaſi iuge 31 32

a ¶Vnde: Melior eſt modicum iuſto ſuper diuitias pec. &c. b Melius eſt vt ſeruato Dei timore egeas opibus,
vel etiam quotidiano victu, quam vt deſiderio plura acquirendi, Dei timorem. 33

conuiuiũ. Melius eſt parum cum timore domini, quã theſauri ma- 34

gni † & inſatiabiles. Melius eſt vocari ad olera cũ charitate, quam ad 35 36

vitulum ſaginatũ cum odio. Vir iracundus prouocat rixas, qui patiẽs 37

populi Dei quã diu in præſent... pauper eſt afflictionibus abũdat, quia non peruenit adhuc ad veras diuitias. vnde Apoſtolus: *Redimentes, quoniam dies mali ſunt.* At re... probi qui ſine timore Dei mũdo fruuntur qu... ſi iugi delectan... tur conuiuio. vi... de rectè ſubdit *Melius eſt paru... cum timore dom... ni.*

c *Melius eſt vocari ad oler.* Multo enim vtiliu... eſt ſimplicis v... tæ innocentia... cum charita... ſeruare, quã... virtutum ext... rius fulgere m... raculis, & int... riora mentis... odiorum ſor... non expurga... vnde edicẽtibu... *Domine nõne m... tas vi tutes fec... mus, dicit Dom... nus: Nõ noui v... Diſcite a me op... rarij iniquitatis*

Pig-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Lingua placa.* ideſt, ſuauis eloquio erga proximum, & orationi intenta erga Deum, ad ipſum placandum.

2 *Lignum vitæ.* quia ſicut per lignum vitæ continuabatur vita corporalis, ita per talem linguam vita corporalis.

3 *Qui autem immo. eſt.* ad loquendum.

4 *Conteret ſpiritum.* ſicut dictum eſt ſupra. 10.c. *In multiloquio non deerit peccatum.*

5 *Stultus irridet diſci.* quia non cognoſcit eius fructum.

6 *Qui autem cuſtodit increpa.* ſe corrigendo.

7 *Aſtutior fiet.* futura mala præcauendo.

8 *In abundanti iuſtitia, &c.* quæ conſiſtit in obſeruatione conſiliorum.

9 *Virtus maxima eſt.* reſpectu obſeruationis peccatorũ, ſicut caſtitatis virginalis reſpectu caſtitatis coniugalis.

10 *Cogitationes autem.* quia auferet eis poteſtas & facultas adimplendi ſuas cogitationes malas. Sicut Abſalom ablata fuit poteſtas regnandi loco Dauid patris ſui. 2.Reg.18.

11 *Domus iuſti plurima fortitudo.* quia dominus protegit eam.

12 *Et in fructibus.* ideſt, operibus.

13 *Impij cont.* quia malus non põt habere pacẽ ad proximũ, nec etiam ad ſeipſum. vnde dicit Philoſ. 7. Ethic. de impijs: Contendit eorum anima, & hoc quidem trahit huc, hoc autem illuc quemadmodum diſcrepantia, quia ratio, quæ non totaliter abſorbetur trahit ad bonum, ſenſualitas autẽ quæ præualet ad malum.

14 *Labia ſapi. diſſe. ſcien.* populum docendo.

15 *Cor ſtulto. diſſim. e.* ſcilicet cordi ſapientis, & etiam ſibiipſi, quia diuerſis & varijs cogitationibus agitatur.

16 *Victimæ impiorum abo. domino.* ſicut oblatio Cain, quia fit de alieno, vel mala voluntate.

17 *Vota iuſtorum placa.* ſicut patet de Abel.

18 *Abominatio eſt domino via imp.* quia proprium Dei eſt parcere & miſereri, & per conſequens eſſe pium, propter quod abominatur oppoſitum.

19 *Qui ſequitur iuſti.* ſecundum eam operando.

20 *Diligitur ab eo.* ſcilicet, Deo, qui eſt regula iuſtitiæ.

21 *Doctrina mala deſerentium viam vitæ.* quia ſicut viuunt, ... docent.

22 *Qui increpationes odit morietur.* morte culpæ, & frequẽ... corporali morte, ſicut patet de latronibus, & alijs male... ctoribus, qui occiduntur, eo quòd correctionem oderu...

23 *Infernus perditio coram domino.* ideſt, ſibi manifeſta, li... ſint ſub terra, & a Deo longinqua.

24 *Quanto magis corda filiorum.* qui adhuc ſunt in via. Hoc ... citur contra illos qui negabant diuinam prouidentiam ... extendere ad actus hominum & cogitationes eorum.

25 *Non amat peſtilens eum qui ſe corri.* ſicut nec tineoſus an... pectionem, ſed refugit.

26 *Cor gaudens exhilarat faciem, in mœrore animi deiicitur.* Di... ſitio enim cordis magis apparet in facie, quàm in cęte... partibus corporis, eo quòd ibi vigent omnes ſenſus.

27 *Cor ſapientis quæret doctrinam, &c.* quia ſemper deſide... in ſapientia proficere.

28 *Et os ſtultorum paſcitur.* ideſt, delectatur loquendo ſtu...

29 *Omnes dies pauperis ma.* malo pęnæ, quia paupertas ... defectus neceſſariorum vitæ.

30 *Secura mens.* a timore paupertatis.

31 *Quaſi iuge con.* ideſt, delectabiliter viuit ſicut homi... in conuiuio.

32 *Melius eſt parum, &c.* quia illud modicũ ſufficit homi...

33 *Quàm theſauri magni & inſatiabiles, &c.* quia non ſuppl... indigentiam, ſed magis augent. Auaro enim deeſt tã q... habet, quàm quod non habet, vt dicit Hieron. in epiſt... ad Paulinum de omnibus ſacræ ſcripturæ libris.

34 *Melius eſt vocari ad olera, &c.* ideſt ad modicum cib... amicabiliter datum.

35 *Quàm ad vitulum ſaginatum cum odio.* ſicut Abſalom v... uit Amnon fratrem ſuum ad magnum conuiuium, v... ſum interficeret temulentum. 2.Reg.13.c.

36 *Vir iracundus prouocat rixas.* quia ira eſt appetitus vi... ctæ. Exemplum de Siba ſiue Bochri. 2 Reg.20.

37 *Qui patiẽs eſt mitigat ſuſcitatas.* patet de Gedeone. Iud...

Dili- Ite

*Pigro.* quos … piget operari … iuſtitiam. Qui … eum vitã Dei … appetunt, eos … velut ſpinę ob … tentionum ſe … ſiũ, formidi … num ſuarum … appoſitæ ſuſ … picionés pun … gunt. Sed quia … hoc bonos nõ … expedit ad … iungit.

*Via iuſtor. abſque offendi culo.* Iuſti .n. quicquid ad … uerſitatis ĩ ſua … conuerſatione … uenerint, nõ … offendũt, quia … æternæ ſpei & … æternæ con … templationis … ſtu aduerſa … inſiliunt.

*Lætatur ho … .* Humanũ … it deſentẽtia … quaſi pruden … ter prolata læ … tari. Sed vere … ſapiens nõ ſo … lum quod lo … quitur ſed & … opportunita … tem loci, & tẽpo … ris, & perſonę cui loquitur, diligenter inquirit.

*De infer. no. &c.* Primus infernus cęcitas peccãtis animæ, & … tę lucis ſcientia carentis. De quo: *Deſcendunt in infernum viuentes.*

a Non ſolum non prouocat: b Ab aliis.

a eſt mitigat ſuſcitat lites. Iter † pigrorum quaſi ſepes ſpinarum, via iuſto-

b a Vt ſupra.

rum abſque offendiculo. Filius ſapiens lætificat patrem, & ſtultus ho-

mo deſpicit matrem ſuam. Stultitia gaudium ſtulto, & vir prudentes

a Ne gaudeat de ſtultitia ſua.

diriget greſſus ſuos. Diſſipantur cogitationes vbi non eſt conſilium,

Alias ſcientia.

c vbi vero plures ſunt conſiliarii, confirmantur. Lætatur homo in † ſenten-

tia oris ſui, & ſermo opportunus optimus eſt. Semita vitæ † ſuper eru-

a Ideſt, ſcientia & opere perfectum cui ſemita vitæ deſuper aperta & ianua cæli patet.

b Pena vltima damnationis. c Conuenticula hæreticorum & eccleſiæ perſecutorum.

d ditum, vt declinet de inferno nouiſſimo. † Domum ſuperborum de-

a Per vniuerſum orbem. b Eccleſiæ.

e molietur dominus, & firmos faciet terminos viduæ. Abominatio

a Dicentium. Quis eſt hic qui etiam dimittit peccata. b Tu es Chriſtus filius Dei viui. Cui reſpondit. Beatus es Simon Bariona, quia caro & ſanguis non reuel. tibi, ſed pa. &c.

f domini cogitationes malæ, & purus ſermo pulcherrimus firmabi-

a Cordis. b Beatus qui excutit manum ſuam ab omni munere.

tur ab eo. Conturbat domum ſuam qui ✱ ſectatur auaritiam, qui au-

a In æternum.

tem odit munera, viuet. Per miſericordiam & fidem purgantur pecca-

ta, per timorem autem domini declinat omnis a malo. Mens iuſti medi-

a Gratia non eſſentia, non loco.

tatur † ſapientiam, os impiorum redundat malis. † Longe eſt domi-

g nus ab impiis, & orationes iuſtorum exaudiet. † Lux oculorum læ-

a Diſcipuli. b Obediendo. c Doctorum.

tificat † animam, fama bona impinguat oſſa. Auris quæ audit increpa-

Proficiendo ad cathedram uſque conſcendit.

tiones vitæ, in medio ſapientium commorabitur. Qui abiicit diſcipli-

a Cuius vita diſciplina.

b Contra abiicit.

nam deſpicit animam ſuam, qui autem acquieſcit increpationibus,

a Non deſpicit animam ſuam.

poſſeſſor eſt cordis. Timor domini diſciplina ſapientiæ, & gloriam præ-

cedit † humilitas.

*uentes.* c *Viduæ ec.* ſci licet ſponſæ ſuæ pro cuius vita mori di gnatus eſt. † *Firmabitur.* in iudicio, quã do non ſolum factis, ſed & verbis omni bus digna præ mia reddet. g *Lux oculorum lætific. ani.* Iure mentem delectat hu manã, quæ ſe lucẽ cæleſtiũ arcanorũ do mino reuelan te percepiſſe cognoſcit. Fa ma quoque il la qua angelis deferentibus non ſolum o pa noſtra, ſed & ſermones & cogitatio nes Deo nũ tiantur, oleo charitatis for titudinem no ſtræ actionis impinguat. Sic. n. magis feruet opus. *Lux oculor.*

Alia trãslatio. Vides bona oculus delectat corda bona. ſ. dñi in terra viuentium, quę quia in oculo mentis contemplatur, merito corde delectatur, quamuis affligatur exterius.

† reſponſione † ſuperbe in cendit ſuum ad fa cien ſuum pru denté, vt de clinetur infer nus inferior.

† firmabitur ab eo.

† 14. q. 5. c. ſcriptum † Amicabilis aſpectus.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

Iter pi. quaſi ſe. ſpi. *Semper enim timet piger inuenire obſtaculum in via, vnde infra. 26. b. dicitur. Dicit piger, leo eſt in via & leæna in itineribus.*

Filius ſa. læ. pa. &c. *ſicut patet de Salomone, qui lætificauit patrem ſuum Dauid.*

Et ſtult. ho. deſpi. ma. &c. *Sicut Nero, qui fecit matrem ſuam interfici.*

Stultitia gau. ſtul. *quia quilibet ſecundum habitum delectabiliter operatur ſiue ſit habitus bonus ſiue malus. 2. Eth.* Signum habitus generati eſt delectatio in opere.

Diſs. c. *ideſt non deducuntur.*

Vbi non eſt con. *quia conſilium bonum dat viam adimplendi cogitata.*

Vbi ve. &c. conſi. *ideſt fideles & boni.*

Confir. *ideſt, ad effectum deducuntur.*

Læ. h. in ſen. o. *quando ab aliis approbatur, quia per hoc inſurgit æſtimatio propriæ pfectionis, in qua quilibet naturaliter delectatur.*

Et ſer. oppor. *ideſt, tempore opportuno, & ſeruatis aliis circunſtantiis debitis prolatus.*

Optimus eſt. *in ſe & in ſuo effectu.*

Semita vi. ſuper eruditum. *in ſana & bona doctrina.*

Vt decli. de infer. no. *qui eſt infernus damnatorum.*

Domum ſuam. de do. mi. *vt patet de domo Holofernis, quam dominus diſsipauit.*

Et fi. &c. *quia Bethuliam & terminos eius meritis Iudith ſaluauit.*

Abomi. do. co. ma. *quia ab eis procedunt mala verba & opera.*

Et purus ſer. *non habens admiſtum aliquid iniquitatis, vt pote detractionis murmurationis, & conſilium.*

Pulcherrim. *pulchritudine honeſtatis.*

Firmabitur ab eo. *ad effectum deducendo. Poteſt etiam hoc exponi de ſermone euangelico carente omni impuritate, & omnem ſanctitatem continente, qui per Apoſtolos prædicatus a Deo miraculis eſt confirmatus. Mat. vlti. d.* Illi autem profecti prædicauerunt vbique domino cooperante & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.

20 Contur. do. ſuam. *ideſt, familiam.*

21 Qui ſec. aua. *nimis eam reſtringendo a modo viuendi debito.*

22 Qui au. odit mu. *pro iniuſtitia oblata.*

23 Viuet. *vita gratiæ.*

24 Per miſe. &c. *ideſt, per opera miſericordiæ erga pauperes.*

25 Et fidem. *erga Deum.*

26 Purgantur pec. *quantum ad culpam & pœnam. Dan. 4. e. Peccata tua eleemoſynis redime.*

27 Mens iuſti med. obe. *ideſt, obedire Deo & ſuperiori ſuo, hoc. n. eſt debitum quod iuſtitia reddit, quæ reddit vnicuique quod ſuum eſt.*

28 Os im. redun. ma. *rebellando Deo & ſuperioribus ſuis.*

29 Longe eſt. *per gratiã, licet ſit præſens per eſſentiam & potẽtiã.*

30 Et ora. iuſ. *tempore tamen opportuno, qui aliquando differt exauditionem, vt gratioſius recipiatur quod ab ea datur, quanto per dilationem magis deſideratur.*

31 Fama bo. im. oſſa. *ideſt, augmentat virtutes in quibus cõſiſtit robur mentis, ſicut in oſſibus robur corporis, virtus enim laudata creſcit.*

32 Auris quæ au. incre. vi *ideſt, dirigentes ad vitam virtuoſam.*

33 In me. ſa. cond. *ad audiendum eorum ſapientiam.*

34 Qui abiicit diſci. &c. *ideſt, reddit eam deſpicabilem Deo & omni homini bono.*

35 Qui autem. acquie. incre. poſ. eſt cor. *quia ſedatis paſſionibus eſt ſuiipſius dominus.*

36 Timor domi. *filialis.*

37 Diſciplina ſapientiæ. *ideſt, diſciplinata.*

38 Et gloriam præcedit humilitas. *ſicut diſpoſitio neceſſaria ad ipſam. Lu. 14. c.* Qui ſe humiliat exaltabitur. *Vnde Dauid ex humilitate ſua exaltatus fuit primo ad gloriam regni terreni. 2. Regum. 5. &* poſtea ad gloriam regni cęleſtis.

CAP. XVI.

A a HOminis eſt. Sine me, ait nihil poteſtis facere. Quomodo ergo hominis eſt animũ pręparare, & Dei gubernare linguã? ſed perſecutionis tēpus ſignificat, de quo dicitur. *Nolite cogitare quomodo aut quod loquamini, dabitur .n. in illa hora, quid loqua.*

Ioh 13.a. Matth.10.c.

*Omnes viæ.* Ita actiones omnium bonorum, ſcilicet, & malorum, quid in occulto cogitent, certa lance diſcernat, vnde ſubdit.

b *Reuela dom.* Opera noſtra reuelamus, q̃do quem nihil latere nouimus in cunctis quę agimus ĩ memoriam reducimus, atq; illius flagitamus auxilium, & tunc non ſolũ opera, ſed cogitationes dirigit.

* corde.

B

c *Vniuerſa pro.ſe.&c.* Nulla fuit domino cauſa operandi niſi ſola volũtas, vt ſuam ſcilicet, bonitatem rationabili creaturæ q̃ perpetuo faceret beatam oſtenderet, cum vero qui bonum conditionis propria ſponte deſeruit, ideſt, diabolum cũ ſuis ſequacibus iuſta ſeueritate damnauit.

d *Abominatio eſt.* Quicunq; tribuit ſibi bonum quod facit, etiã ſi nihil videtur mali manibus operari, cordis innocentiã perdit, in quo largitori bonorum ſe prætulit, & ideo talem dominus abominatur virum, quem ſibi in beneficijs vidit ingratum.

†abſque iudicio. †47. di.c ſicut hi. neceſſo. † iuſtitia.

C

CAP. XVI.

Ex libero a bitrio.

a HOminis eſt † animum præparare, & domi- 1
Actiones. 2
ni gubernare linguam. Omnes viæ ho- 3
Cogitationum. 4
minum† patēt oculis eius, ſpirituũ ponde- 5
rator eſt dominus. Reuela domino opera 6 7
a Non tantum opera. 8
tua, & dirigenter cogitationes tuæ. Vni- 9
a Ideſt, ſua bonitate ſua.
uerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus, impium quo- 10
a Qui ſibi bona tribuit. 11
que ad diem malũ. Abominatio eſt domini omnis arrogans* 12
a Nihil operans. b Nam eſt. 13
etiam ſi manus ad manum fuerit, non erit innocens. Initium 14
viæ bonæ facere iuſtitiam, accepta eſt autem apud Deum ma-
De reatu. Miſericordia redimitur iniquitas peccatoris, cum dat & dimittit alijs 15
gis quam immolare hoſtias. Miſericordia & veritate redimi- 16
tur iniquitas, & in timore domini declinatur a malo. Cum 17
placuerint domino viæ hominis, inimicos quoque eius con- 18
a Beati pauperes ſpiritu, quoniam ip. eſt reg. cælorum. b Alias lætitia.
uertet ad pacem. Melius eſt parum cum iuſtitia, quam 19
a Væ vobis diuitibus, qui habetis hic conſolationem veſtram. 20
multi fructus † cum iniquitate. † Cor hominis diſponet vi- 21
am ſuam, ſed domini eſt dirigere greſſus eius. Diuinatio in 22 23
a Iſta litera Nihil falſi exiet de ore eius. b Diuidens ſingulis prout vult.
labiis regis, in iudicio non errabit os eius. Pondus & ſta- 26 27
a Omnia fecit in numero, & pondere, & menſura.
tera † iudicia domini ſunt, & opera eius omnes lapides ſe-

e *Cum pla.do.* Tanta eſt ſanctitas diuinę religionis, vt eã plerunque etiam qui foris ſunt, venerentur, & cum his pacē habeãt quos Deo ſeruire perfecte conſiderant, quamuis religione diſcordent, vt in Daniele & tribus pueris. Sępe etiã perſecutores, nõ ſolum ad pacem cum prædicatoribus ſed etiã ad veritatem fidei conuerſi ſunt.

f *Melius eſt parum cum iuſti. &c.* Melius eſt in ſimplici conuerſatione Deo ſeruire deuote, qu[am] multis abundare virtutibus & proximorum facta deſpicere.

g *Diuinatio in labi. regis. Deus iudicium tuum regi da.* Qu[i] alius rex non erra[t] in iudicio, & in cuius labijs diuinatio. Hic autem non ſol[um] ſermones ſuorũ & facta dirigit, ſed diuinos Gentilium q[ui] reſpondeãt interrogantibus diſponit, iſte propheta, qui deceptionē Ach[ab] miſſum ſpiritum [di]cit a ſolio Dei, [et] prophetarum ei[us] ora impleret.

h *Pond.& ſta.* Lapides iuſti fortes. vide. *Lapides viui ſup[er] ędificati in domos ſp[iri]tales.* Null⁹ ergo initio ſeculi ſua [vir]tute electus & ca[ſti] ſti ædificio apt⁹ e[ſt] ſed eius opere, qui omnia in menſura & pondere & nume[ro] conſtituens vnicuique ſicut voluit menſuram fidei & grat[ia]rum diſtribuit.

Cum

Volun-

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XVI.

HOminis eſt ani. Capitulo præcedenti docuit Salomon refrenare motum iræ, per quod quietatur animus, & ſic ad orandum & docendum redditur aptus, ideo dicitur conſequenter in hoc capitulo.

1 *Hominis eſt animum præparare.* per orationem & ſacræ ſcripturæ meditationem.

2 *Et do.gu.lin.* ſine quo non habet ſanam doctrinam. Mat. 10.ca. *Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpi.pa.&c.*

3 *Omnes viæ ho.* ideſt, cogitationes & actus ipſorum.

4 *Patent ocu.e.* quia omnia ſunt ei nota quantumcunque occulta.

5 *Spirituum.* ideſt, voluntatum.

5 *Ponde. eſt do.* ad retribuēdũ ſecundum merita & demerita.

7 *Reue.do.opera tua.* nõ manifeſtando illi aliquid quod ignorat, quia hoc eſt impoſsibile, ſed quærendo ab eo auxilium & conſilium in operibus tuis.

8 *Et dirigen.d.tuę.* ad bonum effectum.

9 *Vniuerſa propter ſe.* quia ſicut eſt principium effectiuum omnium, ita eſt finis vltimus. Prima enim cauſa conuertit in ſeipſam omnes ſuos effectus. Apo. 1 .b. *Ego ſum α alpha & ω, principium & finis.*

10 *Impium quoque.* Scilicet præparauit.

11 *Ad diem malũ.* Id eſt, extremi iudicii, vt reprobis reluceat eius iuſtitia, ſicut eius miſericordia in electis, vt deducit Apoſtolus diffuſe in epiſtola ad Ro.

12 *Abominatio eſt domini.* ſicut per oppoſitum vere humilis eſt ſibi amabilis.

13 *Etiam ſi manus in manum.* exponatur vt ſupra. 11.

14 *Initium viæ bonæ.* Iſte verſus non eſt in Heb. propter quod pertranſeo, & quia ſatis patet ſententia.

15 *Miſericordia & veritas.* ideſt, iuſtitia, quia ſine illa non eſt virtuoſa, vt dictum eſt ſupra. 14. ca.

16 *Redimitur iniquitas.* ideſt. pęna pro iniquitate debita.

17 *Cum placuerint domino viæ hominis.* ideſt, bona facta [e]i[u]s dicta & cogitata.

18 *Inimicos quoque eius conuert. ad pacem &c.* ita quod erũt [e]i amici. Exemplum de Ioſeph, Geneſ. 41. & de Moyſe Ex[o]. & de tribus pueris in camino poſitis, Dani. 3.

19 *Melius eſt parum cum iuſtitia.* ſcilicet, acquiſitum, quia i[llu]d eſt ipſius acquirentis.

20 *Quã multi fructus cum iniquitate.* acquiſiti, quia non ſun[t a]cquirentis, ſed tenetur reſtituere.

21 *Cor hominis diſponit viam ſuam.* proprium enim eſt hominis per deliberationem procedere in factis ſuis, quod [no]n conuenit animalibus brutis.

22 *Sed domini eſt dirigere greſſus eius.* quia non ſufficit humana prouidentia niſi aſſit directio diuina.

23 *Diuinatio.* ideſt, diuina electio.

24 *In labiis re.* vnde Deut. 17.d. dicitur de eo: Poſtquam [au]tem ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi Deutero. legis [h]uius in volumine, ſequitur: *Legetq; illud omnibus diebus vitæ, vt diſcat timere dominum.*

25 *In iudicio non er.* dando malam ſententiam, ſi in lege [d]ucerit, & Deum timuerit.

26 *Pondus & ſta.iu.ſunt.* ideſt, iudicia Dei ſunt iuſta.

29 *Et o.e.* in Heb. habetur Lapides ſacculi, & videtur li[tera] noſtra corrupta per ſcriptores propter ſimilitudinem di[ctio]num. Ad cuius intellectum ſciendum, quod antiquitus fi[eb]ant pondera cum lapidibus, quorum vnus erat ponderoſior ſecundum diuerſos gradus, ſicut modo fiunt per diuerſas portiones metalli, quarum vna ponderat marchiam, ali[a] libram, alia vnciam, & ſic de alijs, & lapides illi ponebantur in ſacculo. Eſt igitur ſenſus. *Et opera eius omnes lapides ſa.* i[d eſt] opera Dei fiunt cum debito pondere & hoc modo di[citur] Sap. 11.d. *Omnia diſpoſuiſti domine in pondere numero & menſu[ra].*

Ab

A *Volũtas regum, &c.* i. iuſtorum. Multi reges & prophetæ voluerunt videre quę vos vidiſtis, & non viderunt. Hi n. & vitijs reſiſtunt, & uirtutum obſequio quaſi ſatellitũ conſtipantur. Reges enim terrę ſæpe labia iuſta deteſtantur, vt Herodes Ioannem.

*Nuntij mortis.* Angeli ſathanæ, hæretici, uani philoſophi omnes q. uerba mortifera nuntiant proximis. Hi quo magis auctori mortis ſeruiunt, eos grauius uitę largitorem offendũt, quibus tamen pœnitentia non negatur. Nã ſubditur. Et uir ſapiẽs placabit eum. Poteſt enim reſipiſcẽdo placare, quem cõtingit ſtulte loquendo offendiſſe.

B *Placabit.* Hier. de morte Fabiolę, Dauid homicidium & adulterium ſeptẽ dierum fame purgauit. Idem. *Difficilius arrogantia quam auro caremus & gemmis.*

*In hilaritate vultus regis vita.* Quicunque hilaritatem Chriſti uultum uidere merẽtur, his in æternũ cũ illo iucũdabitur. Alter enim uidebit omnis caro ſalu. Dei Sed tũc iuſti placatum, reprobi uidebunt iratum.

culi. Abominabiles regi qui agunt impie, quoniam iuſtitia

a ¶ Certa. Vir linguoſus non diri in terra, &c.

a firmatur ſolium. Voluntas regum labia iuſta, qui re[a]cta lo-

a Vt rectis operum greſſibus ad vitam perueniat æternam In manu malorum dolus dirigatur non homo, vnde de Antiocho, vide. Dolus in manu eius dirigetur.

b quitur, dirigetur. Indigna[a]tio regis nuntii mortis, & vir ſa-
c piens placabit eum. In hilaritate vultus regis vita, & clemen
d e tia eius quaſi imber ſerotinus. Poſside ſapientiam, quia auro
melior eſt, & acquire prudentiam, quia pretioſior eſt argento. Semita iuſtorum declinat mala, cuſtos animæ ſuæ ſeruat

a Contritionem futuræ damnationis præcedit ſuperbia vitæ pręſentis, & vnde hic omnis reprobus eleuatur, inde illuc ille deiicitur.

† vitam ſuam. Contri[a]tionem præcedit ſuperbia, & ante rui-

a ¶ Humilia pati.

nam exaltabitur ſpiritus. Melius eſt humi[a]liari cum mitibus,

a Prædicando.

quam diuidere ſpolia cum ſuperbis. Eruditus in ve[a]rbo † re-

a Aeterna. b Etſi prædicare non nouerit. c ¶ Etſi non prædicet.

periet bona[a], & qui ſperat in domino, bea[b]tus eſt. Qu[c]i ſapiẽs eſt

a Soluni. b Prædicando hæreticis reſiſtendo.

corde[a], appellabitur prudens, & qui dulcis eſt elo[b]quio, † maio

a Præmia. b Ipſam eruditionem.

f ra reperiet. Fons vitæ † eruditio po[b]ſsidentis, doctrina ſtulto-

b ¶ Etſi prædicatorem non nouerit, qui per prædicatorem ſpem ponit, beatitudinis eius ſit particeps.

rum fatuitas. Cor ſapientis erudiet os eius, & labiis † illius ad-
g det gratiam. Fauus mellis verba cõpoſita, dulcedo animæ ſanitas oſsium. † Eſt via quæ videtur homini recta & nouiſsima

a Quæ non amat requiem ſibi in hoc exilio.

h eius ducunt ad mortẽ. Ani[a]ma † laborantis laborat ſibi, quia

*Et clementia eius quaſi imber ſeroti.* Serotinus imber in Iudæa vſq; hodie iam maturis meſſib. venire conſueuit, vbi dominus & matutinã pluuiã & ſerotinam promittit dicens. *Dabo vobis pluuiam matutinam et ſerotinam terræ.* Pluuia matutina, vel temporanea, vt alibi dicitur, quãdo prima credendi in Chriſtũ ſemina ſuſcepimus. Serotinus, quando iã maturis virtutũ fru- C

frugib. in Dei horreo recondimus. Et bene regis clementia imbri ſerotino comparatur, quia quod fructum uitæ bene agentes percipimus, non libertas arbitrij, ſed ſuperni facit irrigatio domini. D

f *Fons vitæ.* Quia ille prędicator uere ſuis auditorib. vias uitæ aperit, qui exercet ipſe quod prædicat, quia amorem verbi quo alios erudit, fixum in corde poſſidet, nec tam memoria retentum, quam collectum, gremio ſemen iactat, in terra. Ideo namque doctrina ſtultorum fatuitas eſt, quia etſi qua bona uſu eruditionis didicerint, quæ dicunt bona fatuo corde contemnunt. E *ſpiritu.*

g *Fauus mellis compoſita verba &c.* Multi per, eloquentiam poſſunt amãtibus & fauentibus ſuauiter pronũtiare bonaquę † ipſi non amant. Ea autem ſolum ad oſſium, id eſt, uirtutum ſpiritualium incrementa proficiunt, quę ex interna animę dulcedine procedunt. *† addet doctrinam.*

h *Anima laborantis laborat ſibi, &c.* Conſtat ad literam, quia expulſus de paradiſo homo quotidianum laborem ne deficiat exercet, compulit eum os ſuum, quando cum ſerpente locutus eſt, quando vetitum tetigit, vt exilium longum cum labore ſufferat, & in ſudore vultus ſui comedat panem. Sed & doctorem vt laboret, os ſuum compellit, quia neceſſe habet facere bona quæ dicit. Gen. 3.

*Vir* F

## NICOLAVS DE LYRA.

Abominabiles regi. *ſ. iuſto.*

Qui agunt impie. *quia diſtorti ſunt ab eius mente.*

Quoniam iu. firm. ſo. *ſ. regni, quia ſicut dicit Aug. amota iuſtitia quid aliud ſunt regna, niſi latrocinia magna.*

Voluntas regum. *ſ. iuſtorum.*

Labia iuſ. *in iudicibus ab eo inſtitutis.*

Qui re. lo. di. *a Deo in finem debitum.*

Indi. re. nun. mor. *Exemplum. 3. Reg. 2. de Salomone, qui indignatus contra Ioab & Semei mandauit eos occidi.*

Et vir ſa. pla. eum. *ſicut patet de Ioab. 3. Reg. 14. qui per mulierem Thecuitem placauit iram Dauid contra Abſalom.*

In hi. vul. re. vi. *ſ. illorum qui offenderunt, quia per hoc eſt diſpoſitus ad condonandum eis, ideo ſequitur.*

10 Et clementia eius quaſi imber ſerot. *quia ſicut imber ſerotinus eſt bonus & ſuauis terrę naſcentibus, ſic clementia regis remiſſio ne indigentibus.*

11 Poſſide ſapientiã, quia melior. &c. *quia auro melior eſt quanto animæ bona corporalibus præferuntur. Et auro bene comparat ſapiẽtiam, quæ eſt notitia de diuinis, & argento prudentiam, quæ eſt notitia de humanis.*

12 Semi. iu. de. ma. *patet ſententia.*

13 Contri. præc. ſu. & an. rui. ex. ſ. *Hoc patet de Abſalom, qui poſt nimiam elationẽ in ſuperbiã in quercu pendẽs fuit occiſus. 2. Reg. 18. de Antiocho ſuperbiſſimo, qui a Deo fuit percuſſus intantum, quod eius fœtore grauabatur exercitus, & in montibus miſerabiliter eſt mortuus. 2. Mach. 9.*

14 Melius eſt humiliari cum mitib. *propter quod dicit pſalm. 83. Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.*

15 Qui ſapiens eſt corde appellabitur, &c. *abſq; tamen doctrina aliorum appellabitur prudens, id eſt, denominari poteſt ab habitu ipſum perficiente.*

16 Et qui dulcis eſt eloquio. *ita quod cũ ſapientiæ habitu exercetur in doctrinæ actu.*

17 Maiora reperiet. *quoniam non ſolum habebit auream, ſed etiã aureolam, quæ debetur actui docendi, ideo ſubditur.*

18 Fons uitæ eruditio poſſidentis. *i. erudire potentis per ſapientiam ſuam & eloquentiam. Sicut enim riuuli deriuantur a fonte, ſic aquæ ſapientiæ deriuantur ad alios a tali doctore.*

19 Doctrina ſtultorum fatuitas. *quia de ſacco non exit niſi quod intus habetur.*

20 Cor ſapientis erudiet os eius. *dirigens ipſum in loquendo.*

21 Et labijs illius addet gratiã. *quia eloquentia per ſapientiam directa efficitur magis gratioſa.*

22 Fauus mellis uerba compoſita. *quia ſunt dulcia auri, ſicut fauus mellis ori.*

23 Dulcedo animæ ſanitas oſſium. *i. bona diſpoſitio & robur corporis, quib. exiſtentibus anima dulciter viuit in corpore. Poteſt etiã hoc exponi de robore ſpirituali, quod conſiſtit in virtutib. intellectualibus & moralibus, in quibus anima delectatur tanquam in ſuis perfectionibus.*

24 Eſt uia quę uidetur homini recta & nouiſſima. *Exponatur vt ſup. 14. c.*

25 Anima laborantis. *i. homo laborans, eo modo loquendi quo totum denominatur a parte digniori.*

26 Laborat ſibi. *i. propter neceſſaria vitæ ſuæ familiæ.*

27 Quia compulit eum. *ſ. ad laborandum.*

A a *Vir inſipiens fodit malum.* Poſt hoc de heretico ſpecialiter intelligi, qui florentes diuini eloquij campos noxię linguę vomere rumpit, vt de internis corda finibus ſenſus impios eruat, in cuius labijs ignis ardeſcit, a quo ſe ſuoſque auditores in perpetuũ perdit. vnde Iacobus: *Lingua inflammat rotam natiuitatis noſtræ inflammata a gehenna.*

Iacob. 3.b

b *Vir iniquus lactat amicum ſuum, &c.* Poteſt hoc de heretico & de omni fautore malorũ accipi, quo niam laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur.

Impius belial · vafer · ſubdolis Pſal. 9. · Iuſurro

B

c *Qui attonitis oculis cogitat, &c.* Grauius eſt perficere malum quam facere. Non ſolum autem perficit qui actu operatur, ſed & qui patrare diſponit. Solent ſuperbi indignãtes labia mordere, attonitos habere oculos, & præſentia non videre, dũ taciti ſedula mente pertractant. Vnde intelligitur q attonitis oculis praua cogitare dicat eũ, qui ſic mala quę facit, inquirit: vt quæ malorum ſuorum retributio ſequatur, non videat.

† attonitis oculis · † mala · * c'omne tu ... carũ

C

d *Melior eſt patiens viro forti & qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbium, &c.* Minor eſt victoria vrbes expugnare, quia
1 extra ſunt quæ vin-
2 cuntur. Maius eſt au
3 tem quod per patiẽ-
4 tiam vincitur, quia
5 a ſe animus ſupera-
6 tur, & ſeipſum ſibi-
7 metipſi ſubijcit, & pa
8 tiẽtię humilitate ſub
9 ſternit.
10 e *Sortes mit. in ſinum.*
11 Sicut ſortes mittun-
12 tur in ſinũ, aut clau-
13 ſæ in ſinu continen-
14 tur, diuini autem eſt
15 iudicij, cuius ęlata
16 palmã teneat: Sic ho
minum facta in præſenti quidem vita latent cuius ſunt meriti, pateſcunt vero in iudicio prolata, quaſi de ſinu examinis diuini.

Vnde: Vt iniquè agerent laborauerunt.

a compulit eum os ſuum. † inſipiens fodit malum, & in labiis eius * ignis ardeſcit. Homo † peruerſus ſuſcitat lites, &

a Diſcordiam ſeminando.

b c † verboſus ſeparat principes. Vir iniquus lactat amicum ſuum, & ducit eum per viam non bonam. Qui † attonitis oculis cogitat † praua, mordens labia ſua perficit malum. Corona di-

a Maturitas mentis. b Maius eſt ſe a ſe ſuperari quam ea quæ extra ſe ſunt.

d gnitatis ſenectus, quæ in viis iuſtitiæ reperietur. Melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo, expu-

e gnatore vrbium. Sortes mittuntur in ſinum, ſed a domino † temperantur.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Os ſuum.* Eo enim ipſo qd oportet eum comedere, oportet eum laborare propter quod dicit Apoſtolus. 2. Theſ. 3. *Qui non vult operari, non manducet.*

2 *Vir inſipiens fodit malum.* id eſt quærit eum diligentia, ſicut fodiens theſaurum inclinatus ad hoc ex habitu malo.

3 *Et in labijs eius ignis ardeſcit, &c.* ſcilicet, ignis iracundię & ſuperbiæ.

4 *Homo peruerſus ſuſcitat lites, &c.* Exemplum de Siba filio Bochri. 2 Reg. 10.

5 *Et verboſus ſeparat principatus.* Sicut Doeg ſeparauit Saul a Dauid genero ſuo. 1. Re. 22.

6 *Vir iniquus lactat amicum ſuum.* ei adulando.

7 *Et ducit eum.* per talem adulationem.

8 *Quia attonitis oculis.* Hic ponit duo ſigna hominis cogitantis mala. Vnum eſt quod habet occulos attonitos ex intenſa cogitatione ad malum, & ſic obſcuratur viſus exterior, quia motus maiores expellunt minores, ſecundum Philoſophũ. Secundum eſt quod mordet labia ſua, ex imaginatione enim perficiendi malum mouentur dentes ad talem actum, ideo dicitur.

9 *Mordens la. ſua perfi. ma.* id eſt imaginatur perficere.

10 *Corona digni. ſenec.* id eſt, debetur ſenectuti non cuicũque ſed bonę, ideo ſubditur.

11 *Quæ in viis iuſtitiæ reperietur.* ſcilicet, proceſſiſſe.

12 *Melior eſt patiens viro forti.* fortitudine corporali, quanto melior eſt anima corpore. Patientia enim proprie eſt fortitudo animę, per quam æquanimiter tolerat aduerſa.

13 *Et qui dominatur animo ſuo.* per repreſſionem concupiſcentiarum.

14 *Expugnatore vrbium.* propter qđ Diogenes Philoſophus dixit Alexandro magno, qui multas vrbes expugnauerat, q, erat ſeruus ſerui ſui, quia Diogenes per rationem dominabatur ſuo ſenſitiuo appetitui: Alexander vero magis ſeruiebat ſuo appetitui ſenſitiuo.

15 *Sortes mittuntur in ſinum.* id eſt, in aliquo loco occulto, vt inde recipiantur fortuitu, vel ſine prouiſione humana.

16 *Sed a domino temperantur.* Ex diuina enim prouidentia prouenit quod talis ſors cadat ſuper talem.

Ad maiorem huius auctoritatis intelligẽtiam quæritur hic, vtrum vti ſortibus ſit licitum: Ad quod dicendum, quod vti ſortibus eſt ex vario euentu, ſeu diſpoſitione alicuius rei ſenſibilis propoſitæ, determinare aliqđ dubium vel incertum, ſicut ex feſtucis propoſitis per hoc quod aliquis accipit breuiorem vel longiorem, ſeu in proiectione taxillorum ex hoc quod aliquis proijcit plura vel pauciora puncta, vel ex conſimilibus aliquid dubium inter homines determinatur, etſi hoc fiat ad alicuius rei diuiſionem inter homines, vt p hoc determinetur quis quam partem accipiat, vocatur ſors diuiſoria. Si autem hoc fiat ad aliquid determinatiue agendum, vocatur ſors conſultoria. Igitur ſi diſpoſitio vel euentus ſortiũ expectetur a fortuna tantum, nullum eſt vitium, vt ſi mittantur ſortes ad determinandum inter homines, quis quam partem accipiat alicuius rei. & ex hoc cõmittitur fortunę. Cauſa tamẽ motiua poteſt eſſe peccatum, vt ſi propter cupiditatem propriam vel aliud vitium non poſſint concorditer aliquo modo diuidere. Si autem diſpoſitio ſortium vel euentus non expectetur ſolum a fortuna, ſed ab alia cauſa, hoc eſt dupliciter. Vno modo a cauſa corporali, vt a diſpoſitione ſtellarum & ſic cum actus ſtellarum ad hoc ſe non extendat, ſuperſtitioſum eſt & illicitum, & non caret occulto pacto dæmonũ. Alio modo quia expectatur euentus & diſpoſitio ſortium cauſa ſpirituali dirigente, & hoc eſt dupliciter. Vno mõ a dæmone, & hoc eſt illicitũ, quia includit familiaritatẽ & pactum cum dæmonibus. Alio mõ a Deo expectatur immediate vel mediantibus ſanctis angelis, & hoc non eſt illicitũ ſecũdum ſe, ſi fiat cum debita reuerentia. vnde dicitur hic. Sortes mittuntur in ſinũ, ſed a domino temperantur. Poteſt in hoc quadrupliciter peccato incidere. Primo ſi abſque vlla neceſſitate ad ſortes excurratur, hoc enim vr̃ ad Dei tentationẽ pertinere. vñ dicit Am. ſuper Lu. Qui ſorte eligitur, humano iudicio non comprehẽditur. Secundo ſi aliquis ẽt in neceſſitate abſque reuerẽtia debita ſortibus vtatur, vnde ſuper Act. apoſtolorũ dicit Be. Si qui neceſſitate aliqua compulſi Deum putant ſortibus apoſtolorũ exemplo eſſe cõſulendũ, videant hoc ipſos apoſtolos non niſi collecto fratrum cœtu, & precib⁹ ad Deũ fuſis egiſſe. Tertio ſi diuina oracula ad terrena negotia cõuertantur, vt dicit Aug. ad inquiſitiones Ianuarij. His qui de paginis euangelicis ſortes legunt, etſi optandum ſit vt hoc potius faciant quam ad dęmonia conſulenda concurrant, tamen mihi diſplicet iſta conſuetudo ad negotia ſecularia & ac vitæ huius vanitatem diuina oracula velle conuertere. Quarto ſi ĩ eccleſiaſticis quæ ex ſpiritusſancti inſpiratione fieri debent, aliqui vtantur ſortibus. vnde dicit Beda ſuper Actus apoſtolorum. Matthias ante pentecoſtem ordinandus ſorte quæritur, quia, ſcilicet, nondum erat plenitudo ſpiritusſancti in eccleſia effuſa. Septem autẽ diaconi poſtea nõ ſorte, ſed electione diſcipulorum ſunt ordinati. Secus autem eſt in temporalibus, quæ ordinantur ad terrena diſponenda, & ideo in electione illarum poſſunt homines vti ſortibus, ſicut & in diuiſione rerum temporalium, vt prædictum eſt. Si vero aliqua neceſsitas alia ab electione dignitatis eccleſiaſticæ immineat, licitum eſt cum debita reuerẽtia ſortibus diuinum auxilium implorare, vnde dicit Aug. in epiſtola ad Honoratũ: Si inter Dei miniſtros ſit diſceptatio, qui eorum tempore perſecutionis maneant, ne fuga omnium, & qui eorum fugiant, ne morte omnium deſeratur eccleſia, ſi hæc diſceptatio aliter non poterit terminari quantum mihi videtur, qui maneant & qui fugiãt; ſorte eligendi ſunt. Et hoc modo vſi ſunt ſortibus viri ſancti qui in ve. ac no. teſt. vſi fuiſſe ſortibus leguntur, ſicut Ioſue iudicio ſortium puniuit Acham, Ioſue 7. & Saul deprehendit Ionathã filium ſuum mel comediſſe. 1. Re. 14. & Zacharias ſorte exijt vt incenſum poneret Luce 1. & ſic patet reſponſio ad quæſtionem.

An vti ſortibus, ſit licitũ.

CAP.

CAP. XVII.

MElior eſt buc. Melius eſt parua bona cũ charitate facere ſine ſcientia prædicandi: hoc eſt enim ſiccã bucellam eſſe, quàm magis effulgere virtutibus cum admiſtione diſcordiæ.

*Corona ſenum, &c.* ...enes, patriarchę, prophetæ qui a filiis filiorum, i. ſucceſſorius apoſtolorũ diuina laude celebrãtur: gloria eſt prędicatorũ noui teſtamenti, qui veterum patrum filij eſſe meruerunt.

B *Gemma gratiſſima* ...ui præmia futura fideliter expectat, & quaſi gemmæ ſplendidiſſimæ poſſeſsione lætatur: pro cuius acquiſitione ſapiens negotiator omnia vẽdit. Hic ſiue proſpera ſiue aduerſa cõtigerint, a ſua intentione non flectitur, prudẽter intelligens, *quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.*

*Semper iur. quærit* ...i. angelus crudelis immundus ſpiritus, C qui a domino contra peccatores mittitur, in prę ſenti affligat Aegyptios. vnde: ...ſit in eos iram indignationis ſuæ, vſque, per angelos malos. Vel etiam poſt D mortem ad interitum rapiat æternum. Econtra: *Immittit angelum dominus in circuit. &c.* pſal. 33. b.

e *Expedit ma. vr.* Facilius erat ſanctis doctorib. furori Gentilitatis occurrere, raptis ad ſe populis aliqb. & a beſtiali eius ſæuitia, ad fidei pietatem prædicando conuerſis, quàm in heretico confidenti in ſui pfidia dogmatis, qa ibi cõtra exteros, hic contra viſcera ſua certamen agebant.

Poteſt in vrſa hoſtis antiqui malitia intelligi, cui fœtus rapimus, cũ eos qui filij ſui erant catechizando, baptizando Dei E filijs adiungimus, & hoc ſæpe facilius fit quàm hæreticum ad fidem rectam reuocare, vel catholicum praue agẽtem ad bonum opus reducere.

f *Qui.* Aquã dimittere eſt linguã in fluxa eloquia relaxare: Qđ contra in bonam partem dicit: Aquæ profunda verba ex ore viri. Qui ergo dimittit aquam caput eſt iurgiorum, quia qui linguã non refrenat, cõcordiam diſsipat. vnde contra: Qui imponit ſtulto ſilentium, F iras mitigat.

CAP. XVII.

MElior eſt buccella ſicca cum † gaudio, quam domus plena victimis cum iurgio. Seruus ſapiens dominabitur filiis
a Vel patrem inter eos accipiendo vel vnicuique ſicut arbiter aſſignando.
ſtultis, & inter fratres hæreditatem diuidet. Sicut igne † probatur argentum, & aurum camino, ita corda probat dominus Malus † obedit linguæ iniquæ, & fallax obtemperat labiis mendacibus. † Qui deſpicit pauperem, exprobrat factori eius, & qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus. Corona ſenum filii filiorum, & gloria filiorum patres eorum Non decent ſtultum verba compoſita, nec principẽ labium
a Expectatio vitæ æternæ quaſi gemmæ poſſeſsio lætificat expectantem.
† mentiens. † Gemma gratiſſima expectatio præſtolãtis, quo
a Primus ſermo eſt cum fit delictum, alter cum manifeſtatur.
cunque ſe vertit, prudenter intelligit. Qui celat delictum,
¶Alias alto. a Scilicet delictum.
quærit amicitias, qui altero ſermone repetit, ſeparat † fœderatos. Plus proficit correctio apud prudẽtẽ, quã centum plagæ
¶Diabolus.
apud ſtultũ. Sẽper iurgia quærit malus, angelus aũt crudelis
a Gentilitate vel diabolo. b Conuerſis ad fidem.
mittetur cõtra eũ. Expedit magis vrſæ occurrere raptis fœti-
a Hæretico. b Doctrina ſua praua. ¶Retributio quam Deus neſcit.
bus, quam fatuo cõfidenti ſibi in ſtultitia ſua. Qui reddit ma-
¶Corpore vel familia. ¶Non refrænat linguam ſuam.
la pro bonis, non recedet malũ de domo eius. † Qui dimittit

Marginal notes: † pace; † conflatorio; † Dees; † Vt lapis pretioſus eſt munus in oculis domini eius ad oẽm locũ ad quẽ ſe verterit proſperabitur; † duces; - confidenti ſibi; † Id eſt, principium iurgiorum eſt ſicut aqua prorumpens

Quid

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XVII.

MElior eſt buc. *Superius Salomon repreſſit iræ impetum, hic reprimit triplicem eius effectum in tribus cap. ſequentibus: tamen ſicut dixi ſupra, iſta diuiſio & conſimiles accipiuntur ſecundum incipia cap. & non ſecundum proſecutionem eorum. Primus autem effectus eſt iurgium, de quo dicit.*

Melior eſt buc. *id eſt, paruum fruſtum panis.*

Sicca. *id eſt ſine pulmento.*

Cum gaudio. *id eſt, hilariter data.*

Quam domus plena. victi. *id eſt, magnis epulis.*

Cum iurgio. *vnde dicit Poeta: Super omnia vultus Acceſſere boni.*

Seruus ſapiens dominabitur filijs ſtul. *Hoc videtur impleri in Pariſiis, & in pluribus ciuitatibus aliis, quia filii ſtulti vendunt hæreditatem paternam ſaltem in parte, & frequenter illis qui prudenter ſeruiunt patri.*

Et inter fra. hæ. di. *id eſt, habet hæreditatem cũ fratribus. Alio modo exponitur de Ioſue miniſtro Moyſi, qui ſucceſſit ei in ducatu populi Iſrael, & non filii Moyſi. Diuiſit etiam hæreditatem duodecim tribubus, vt patet libro Nume. & Ioſue.*

Sicut igne probatur. *quia ſicut aurũ magis examinatur quàm argentum, ita dominus maiori tribulatione examinat corda magis fortium quàm minus. vndè dicit Apoſt. 1. Corin. 10. c.* Fidelis Deus qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis. *& ſecundum hoc dixit beatus Sixtus ad ſanctum Laurentium: Nos quaſi ſenes leuioris pugnæ curſum recipimus, te autem quaſi iuuenem glorioſior de tyranno expectat triumphus.*

Melius obedit lin. iniquæ. *id eſt, tyranno pręcipienti iniqua.*

Et fallax obtemperat labijs menda. *quia* ſecundum iudicem populi, & ſic miniſtri eius. *Eccl. 10. a.*

Qui deſpicit pauperem exprobrans facto. e. *exponatur ut ſuprà 14.*

Et qui in ruina læ. alte. *per ſe directè.*

Non erit im. *quia in hoc peccat. Secus eſt aũt ſi lætatur in ruina alicuius per accidens, vtpote, quia ille eſt malus homo turbãs aliorum pacem, & ſic ceſſat hoc malum. Lætari autem per ſe de pace reddita populo, & per accidens de ruina perturbantis eam, eſt licitum.*

14 Corona ſenum. *id eſt, honor eorum.*

15 Filij filiorum. *vnde ad gloriam plurium patrum vet. teſta. dicitur, quod viderunt filios & filias filiorum vſque in tertiam & quartam generationem.*

16 Gloria fi. pat. eo. *In hoc enim gloriantur, quod de bonis patribus & nobilibus ſunt orti.*

17 Non de. ſtul. ver. com. &c. *hoc eſt dictum non eſt decens, quod ſtulto imponatur aliqua ambaſiata, in qua oportet habere verba compoſita.*

18 Nec principem labium men. *quia debet eſſe regula aliorum ad quod requiritur veritas labiorum.*

19 Gemma gratiſſima expectatio præſto. *id eſt, res expectata a deſiderante, eſt quaſi lapis pretioſus in oculis eius.*

20 Quocunque ſe vertit. *id eſt, in quocunque negotio.*

21 Prudenter intelligit. *id eſt, diligentiam apponit, vt prudenter agat, ne ſuo deſiderio defraudetur. Aliter exponitur de expectatione regni cœleſtis, quod dicitur pretioſa margarita. Matth. 13. & talis in omni tempore ſtudet prudenter agere ne fraudetur ſua expectatione.*

22 Qui celat delictum. *alterius.*

23 Quærit amici. *illius.*

24 Qui altero ſermone repetit. *ſine cauſa iuſta publicando.*

25 Separat fœderatos. *quia rumpit fœdus inter ſe & illum.*

26 Plus proficit correctio. *ſcilicet fraterna.*

27 Apud prudentem. *qui eam recipit.*

28 Quàm centum plagæ apud ſtultum, &c. *qui non emendatur verbo, vel verbere.*

29 Semper iurgia quærit malus. *ad hoc inclinatus ex complexione, vel aſſuefactione.*

30 Angelus autem crudelis. *id eſt, nuncius iudicis.*

31 Mittetur contra eum. *ad eum incarcerandum, vel occidendũ tanquam ſeditioſum.*

32 Exped. mag. vrſ. oc. *quia homo deſtitutus a lege & iuſtitia qui dicitur hic ſtultus eſt peſſimum animalium, vt dicitur 1. Politicorum.*

33 Qui reddit mal. pro bon. non rec. *quia iſta eſt ingratitudo mala & maximum vitium.*

34 Qui dimittit aquam. *bibens vinum nimis forte.*

Infra .26.b

† dominum

† Vt quid eſt pretiū in manu ſtulti, vt emat ſapientiā. & non eſt cor ei?

- Qui altam, &c. hic verſus non eſt Heb.

† eſt qui deſixit manus (i. vadē ſe obrulit) & ſponſor ſit pro proximo ſuo.

†Qui generat ſtultum eſt ad triſtitiā ſuā, & non lætabitur pater fatui.

† filio

A a *Quid prodeſt*. Quid prodeſt populo Iudæorum infideli habere diuitias ſcripturarum, cum in his intelligere Chriſtū non poſſit? Quid hæretico eiſdem abundare diuitijs, cū vnitatem fidei in eis diſcernere nequeat? Quid malo catholico expedit diuitias habere rectæ fidei, cum ſapientiam piæ actionis habere neglexerit?

b *Omni tempore*. Qui Deum verè amat, omni tempore eius cuſtodit amorem, neque in anguſtia paſſionis deſerit, quē in pacis tranquillitate confeſſus eſt.

B c *Homo ſtultus &c.* Stultus eſt, qui cum fratris ſui animam ſuſcipiat regendam, de ſuis gloriatur actibus, & non potius ei humili compaſſione quicquid poteſt auxilij ſalutaris impendit.

d *Animus gaudēs &c.* Qui interna ſācti ſpiritus conſolatione lætatur, etiam bonę actionis flore decoratur, & fructum cœleſtis præmij expectat,

C qui

aquām caput eſt iurgiorum, & antequam † patiatur contume-

a Diſcretionis. b Non miſerearis pauperis in iudicio. c Barrabam.

liam iudicium deſerit. Et qui iuſtificat impium, & qui condem-

a Chriſtum. b Etſi non apud ſe.

a nat iuſtum, abominabilis eſt vterque apud Deum. † Quid pro-

a Scripturarum vel rectæ fidei. b Iudæo vel hæretico vel malo catholico.
c Chriſtum vel vnitatem vel actiones.

deſt habere diuitias ſtulto cum ſapientiam emere non poſſit?

a Qui ſe exaltat, humiliabitur.

Qui altam facit domum ſuam, quærit ruinam, & qui euitat

Non horat. è. a Deus. b Qui facit voluntatem pa. &c.

b diſcere, incidit in mala. Omni tempore diligit qui amicus eſt,

a Paſsionis. b De honore.

c & frater in anguſtiis comprobatur. Homo ſtultus. † plaudet

a Deo. b Cuius animam ſuſcipit regendam.

manibus, cum ſpoponderit pro amico ſuo. Qui meditatur

a Diſperdat dominus vni.ſa.do.lin.mag.

diſcordias, diligit rixas, & qui exaltat os ſuum, quærit ruinam.

a Ex quo debet procedere vita. b Qui bilinguis eſt. Nigrum in candida vertit.

Qui peruerſi cordis eſt, non inuenit bonum, & qui vertit lin-

a Gehennæ. b Peccator.

guam, incidet in malum † Natus eſt ſtultus in ignominia ſua,

a Deus vel prædicator b Conſolatione ſpiritusſancti.
c Actiones vnde fructus cæleſtis.

d ſed nec pater in † fatuo lætabitur. Animus gaudens ætatem flo-

a Seculi triſtitia, quæ operatur mortem. b A pinguedine charitatis.
c Virtutes. d Occulte.

ridam facit, ſpiritus triſtis exiccat oſſa. Munera de ſinu impius

¶ Iudex aliquis. a Chriſti.

e accipit, vt peruertat ſemitas iudicii. In facie prudentis lucet

a Diuinitatis. b Iudæorum. c Terrenis. d Dolor. e Dei vel prædicatores.

ſapientia, oculi ſtultorum in finibus terræ. Ira patris filius ſtul-

a Eccleſiæ. ¶In fide. b Mortis vel facultatis.

f tus, & dolor matris quæ genuit eum. Non eſt bonum dam-

a Chriſto vel ſanctis. ¶Chriſtum vel rectorem eccleſiæ: ¶Prohibe linguam tuam a malo.

num inferre iuſto, nec percutere principē qui recta iudicat. Qui

moderatur ſermones ſuos, doctus & prudens eſt, & pre-

¶Eſt.

tioſi ſpiritus vir eruditus. Stultus quoque ſi tacuerit, ſa-

piens reputabitur, & ſi compreſſerit labia ſua, intelligens.

q triſtitia ſeculi (q
morté operatur) a
gitur pinguedine
diuinæ charitatis
robore virtutū q
exercere videtur
bere nullatenus
let, ſed quaſi oſſib
exiccatis marceſc
quia in bonis qua
cit gloriam dilecti
nis amiſit.

e *In fa. pru*. In fac
Chri lucebat ſapie
tia deitatis vel diui
tatis, q a in carne a
parens, virtutē & c
ctrinæ teſtimoniu
oſtendebat, ſed oc
Iudæorum terre
potius quā eius m
nitis intēdebant. C
neraliter. Sæpe pr
dentes grauitatē
ſus in ipſo frontis
ſpitio prēmonſtra
nec tamen ſtulti
imitandum ocu
attollūt, ſed quaſi
ad finem volupt
pertingant, tota
tentione perquirū

f *Non eſt bon.* Et
ipſo iudice ac pri
pe ſeculorū qui p
noſtri ſalute perc
voluit, accipi pote
& de omnibus rec
rib. eccleſiæ, qui
facultatibus nud
ab impijs, vel ipſa
morte conſumpti

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Caput eſt iur.* quæ oriuntur ex ebrieta te.

2 *Et anteq. pa. cont.* a proximo.

3 *Iudicium deſerit.* lædendo proximum ſine cauſa. In Hebr. habetur. *Qui aperit aquam, principium eſt iurgiorum, &c.* qđ exponens Ra. Sa. dicit, quod ille qui in aluco fluminis fecit aperturam, vt aqua inde decurrat, & ille qui incipit iurgia, faciūt ſimilia, quia in principio apertura eſt parua, ſed procedendo dilatatur, ſicut iurgium eſt in principio paruum procedēdo ſit magnum malum.

4 *Et qui iu. impi. & qui cond. in.* quia vterque facit iniuſtitiā.

5 *Quid pro ha. di. ſtul.* q.d. nihil, quia eis non vtitur ad bonum, ſed ad malum, nec per eas poteſt acquirere ſapientiā.

6 *Qui altam fa. do.* Iſte verſus non eſt in Hebr. ideo pertranſeo, quia ſententia ſatis patet.

7 *Om. tem.* ſcilicet tempore aduerſitatis, ſicut & tempore proſperitatis,

8 *Qui ami. eſt.* verus & certus.

9 *Et frater in anguſtiis.* ſuccurrendo fratri in magnis anguſtijs, ſicut Ioſeph ſuccurrit fratribus ſuis afflictis.

10 *Homo ſtultus plau. m.* quaſi gaudens, & non curans.

11 *Cum ſpo. pro ami. ſuo.* In Heb. habetur: pro ſocio ſuo, periculosè obligans ſe pro eo: & tamen deberet ſolicitari de liberatione ſua & amici ſui, ſicut et iam dictum eſt ſup. 6. cap. *Fili mi ſi ſpoponderis pro amico tuo, &c.*

12 *Qui me. diſcor.* ſeminare,

13 *Diligit rixas.* quia ſequuntur ad diſcordia.

14 *Et exal.* ſe iactando & alios contemnendo,

15 *Quærit rui.* licet præter intentionē ſuam, quia talis exaltatio eſt inimicorum acquiſitio.

16 *Qui peruerſi cor. eſt.* quia alijs efficitur odioſus, & quia in ſemetipſo eſt diuiſus propter ſynderesim recalcitrantē malo & ſenſualitatem ad malum inclinātem. propter quod dicit Philoſophus 4. Ethic. quod malus non habet amicitiam ad alterum, neque ad ſeipſum.

17 *Et qui ver. lin. &c.* in præſentia adulando, & in abſen diffamando.

18 *Natus eſt & ſtultus.* quia ab alijs deſpicitur, vnde pa occaſio triſtitiæ tribuitur.

19 *Animus gau. æ. ta. flo. fa. &c.* quia vitam producit vſque caniciem.

20 *Spiritus triſtis exiccat oſſa, &c.* & ſic abbreuiat vitam, qu triſtitia eſt paſſio mortificatiua.

21 *Mune. deſi.* ideſt, in occulto tradita.

22 *Impius ac.* ſcilicet, iudex.

23 *In fa. pru. &c.* per maturitatem & honeſtatem, quia ſpoſitio cordis magis apparet in facie, in qua ſunt omnes ſ ſus, quàm in partibus alijs.

24 *Oculi ſtul. in fi. ter.* ideſt, habens vagos aſpectus, ſicut c varios cogitatus.

25 *Ira pa. fi. ſtu.* quia pater repræſentatur in filio, & ſic ſt titia eius redundat in patrem ſimiliter & in matrem.

26 *Non eſt bo. & c. iuſto.* cui debetur honor & bonum.

27 *Nec per prin.* ideſt, occidere. ſicut Iſmahel peſſimus i terfecit Godoliam, qui rectè iudicabat populum, Ierem 4

28 *Qui moderatur ſer. ſu. &c.* ita quod nihil eſt ibi ſuperfl nec diminutum.

29 *Doctus & pru. eſt.* quia hoc eſt valde difficile, circa qu eſt magna virtus.

30 *Et pretioſi ſpi.* ideſt, animæ.

31 *Vir erud.* in ſcientia & moribus, ex quibus pretioſitas nimæ attenditur.

32 *Stul. quoque ſi ta.* inter ſapientes.

33 *Sapiens repu.* ab ignorantibus ipſum, credentibus ha taciturnitatem procedere ex ſapientis maturitate, qui ſo eſſe tardus ad loquendum.

34 *Et ſi compreſ. la.* ab inclinatione loquendi.

35 *Intelligens.* ſcilicet, proprium defectum, ex quo comp mit la. ſua, ne prorumpat in aliquod.

CAP.

CAPVT XVIII.

a Occaſiones quæ &c. Impius cũ. in profun. Qui lõgis peccatorũ tenebris inuolutus ſemel de luce deſperat, ex deſperatione ſibi peccandi ſrena relaxat, ſed opprobrium futuræ dãnationis nulla ratione euadit, quem nulla diuini timoris memoria cohibuit.

b *Aqua prof.* quia dominus & apoſtoli palã vtriuſque teſt. ſacramenta mũdo reſerabãt, de quib. ſubdit. Et torrens redundans fons ſapiẽtię. Aqua profunda. i. verba ſapientium lauant mẽtes & rigant, ne peccatorum ſorde deformes remaneãt, aut ariditate deficiãt. Et quia quædã myſtica latent, quędam aperta ſunt, recte hic aquam profundam & torrentem redundantem eſſe dicit.

C *Qui mol.* qui. n. cępta

# CAP. XVIII.

a Calumnias. b Iudæus c ¶Non cogitur.
a † Ccaſiones quærit qui vult recedere ab a-
a Chriſto. 1
mico, omni tẽpore erit exprobabilis. Non 2 3
recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea † di 4
Quæ placeant.
xerit quæ verſantur in corde eius. Impius
Peccare. 5
cum in profundum venerit peccatorum, contemnit, ſed ſe-
a Futuræ damnationis. b Sacramenta vtriuſque teſta. 6
b quitur eum ignominia & opprobrium. Aqua profunda ver- 7
¶Ad vetus. a Chriſti & apoſtolorum. Quo ad nouum. 8
ba ex ore viri, & torrens redundans fons ſapientiæ. † Acci-
a Non eſt perſonarum acceptio apud Deum. 9
pere perſonam impii non eſt bonum, † vt declines a verita- 10
te iudicii. Labia ſtulti miſcent ſe rixis, & os eius iurgia, pro- 11 12
a Vita & mors in manibus linguæ. Expoſitio.
uocat. Os ſtulti contritio eius, & labia ipſius † ruina animæ e- 13 14
ius. Verba † bilinguis quaſi ſimplicia, & ipſa perueniunt vſ- 15
Vſque ad viſcera. a Non eſt. b A bono opere. c Ne poſsit. 16
que ad interiora ventris. Pigrum deiicit timor, animæ autem 17
a Debilium. De textu. 18
c effœminatorum eſurient. Qui mollis & diſſolutus eſt in 19
a Similis. Deſtruentis. b ¶Domine refugium fa.es nob. 20
opere ſuo, frater eſt † ſua opera diſſipantis. Turris fortiſ- 21
Velam. a Expedite. Inde. 22
ſima nomen domini, ad ipſum currit iuſtus & exaltabitur. 23
Virtutes. Intraſitiue. 24
d † Subſtantia diuitis vrbs roboris eius, & quaſi murus vali- 25
Ab inſidiis. a In futuro. In hoc ſeculo. 26
dus circundans eum. Antequam conteratur, exaltatur cor- 27
In futuro. a In hoc ſeculo. ¶Humilitas præcedit gloriam. 28
e hominis; & antequam glorificetur, humiliatur. † Qui 29
a Quaſi magiſter. b Vt diſcipulus. 30
prius reſpondet, quam audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat, 31
a Chriſti vel ſancti cuiuslibet. b ¶Carnis. 32
f & confuſione dignum. Spiritus viri ſuſtentat imbecillita- 33 34

cœpta bona diſtricte non exequitur, diſſolutione negligentiæ manum deſtruentis imitatur. D

d *Subſtan.* Subſtãtia terrena non ſemper defẽdere poteſt, imo plerique per eam pereunt, vnde Eccl. *Diuitiæ conſeruatæ in malum domini ſui*, pereũt enim in afflictione peſſima. ergo de ſubſtantia virtutum dicit, quæ cum abundat quaſi in expugnabili muro cunctas hoſtium arcet inſidias.

e *Qui prius re.* Qui prius magiſter eſſe deſiderat quã diſcat, ſtultitiæ noxam non declinat. Qui iudicare proximorũ facta prius quam vtriuſque plene cauſam nouerit, inordinate feſtinat, ſe dignum cõfuſione monſtrat.

f *Spiritus autem vi.* Et ipſe autem vir ait, *Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma*. Põt & de quolibet ſancto viro accipi, qui carnis imbecillitatẽ ne in tentationes incidat, mentis fortitudine ſuſtentat.

† direxit. Ecc. 5. c. † vt iuſtum a iudicio abducas. E † laqueus. Marc. 14. e. † Eccl. 11. a.

☞ Spi- F

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. XVIII.

Occaſiones. *Hic conſequenter reprobat effectum iræ, ſecundum, qui eſt recedere ab amico fideli, quod frequenter facit ira. Dicit itur.*

Occaſiones quærit. *allegando non cauſam pro cauſa.*

Qui vult recedere ab ami. *ſine rationabili cauſa.*

Omni tempore. *quia corrumpit & falſat amicitiam, quod eſt peius quam falſare pecuniam, quanto pretioſior res eſt amicitia quam pecunia, ſecundum quod dicit Philoſophus. 8. Ethic.*

Non recipit ſtultus verba. *quia ſibi deſipiunt propter habitum contrarium.*

Impius cum in profundum venerit peccatorum. *per obſtinationem mentis.*

Contemnit. *omnem correctionem & pœnæ comminationem.*

Sed ſequitur eũ ignominia & opp. *ſempiternum in gehẽna.*

Aqua profunda verba ex ore viri. *vt dicit Rab. Sa. hic accipitur vir perfectus in ſcientia & virtute, cuius verba continẽt profundam ſcientiam, ad quam quilibet nõ poteſt de facili attingere, ſicut nec profundum aquæ profundæ.*

Et tor. re. *in alios per bonam doctrinam.*

Fons ſa. *in mente ſapientis, a quo fonte ad alios deriuatur aqua ſapientiæ.*

Accipere perſo. im. *ſiue diues ſit, ſiue pauper.*

Non eſt bo. *minus dicit & plus ſignat, quia hoc eſt malum, cũ contra iuſtitiæ veritatem.*

Labia ſtulti miſcent ſe rixis. *ſcilicet, aliorum adinuicem rixantium.*

Et os eius iur. pro. *quia rixantes ad maiora incitat, ſicut ille qui canes incitat ad mordendum ſe inuicem.*

Os ſtulti contritio eius. *quia propter verba ſua frequenter punitur in corpore, & cum hoc peccat in mente. ideo ſequitur.* Et labia ipſius ruina animæ.

Ver. bilin. *qui in præſentia adulatur & in abſentia detrahit.*

Quaſi ſim. *i. ſine plica doloſitatis videntur quando in potentia loquitur.*

18 Et ipſa p. *i. vſque ad cor quod eſt in medio ventris, hoc eſt dictũ. ſunt valde nociua.*

19 Pigrum de. *Iſte verſus non eſt in Hebr. poteſt tamen ſic exponi, Pigrum deijcit ab aggreſſu boni operis.*

20 Timor. *laboris.*

11 Animæ autem effęminatorum. *i. homines vt fęminæ molles ad bene operandum.*

22 Eſuri. *quia non laborant ad neceſſaria acquirenda.*

23 Qui m. & diſ. eſt. *a virtute operandi.*

2 Exalta.ocu. *ſ.effectiue. Diſpoſitio.n.cordis maxime apparet in oculis, & ideo quando cor tendit ad maiora quam debeat, ſicut facit cor ſuperbi, tunc apparet in oculis.*

3 Lucerna impiorum pec. *Ad hoc.n.ſciunt dirigere intellectum ſuum, non autẽ ad bonum, ſecundum quod dicitur Iere.4.f.* Sapientes ſunt, vt faciant mala, bene autem facere neſcierunt.

4 Cogita ro. *robore mentis & corporis.*

5 Semper in abun. *quia cogitant ſemper facere bona, ex quo ſequitur abundantia bonorum ſpiritualium & etiam temporalium.*

6 Omnis au.pi. *ad bene operandum.*

7 In ege.eſt. *ſpirituali & temporali.*

8 Qui con.the. *ſicut adulatores diuitum & falſi aduocati.*

9 Vanus. *i. virtute vacuus.*

10 Et excors eſt. *quia patitur defectum boni cordis.*

11 Et im.ad. *culpæ & gehennæ.*

12 Rapinę impi.de.eos ad. *infernum, ſecundũ quod dicitur.1.ad Tim.6.b.* Qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueum diaboli, & in deſideria multa & nociua, quæ mergunt hominem in interitum.

13 Quia noluerunt facere iudicium. *i. iuſte viuere cum proximo.*

14 Peruer.via vi. *quæ eſt via peccati.*

15 Aliena eſt. *ſ. a Deo, propter hoc in aliquib. libris additur, a Deo, ſed non eſt de textu. quia non eſt in Hebræo, ſed eſt quædam gloſa interlinearis inſerta textui per ſcriptores.*

16 Qui autem mun. *a peccato.*

17 Rectum opus e. *i. ordinatum in fine debitum.*

18 Melius eſt ſe. *i. ſolitarie, vbi põt homo bona facere, et cogitare.*

19 Quam cum mu.li. *quæ impedit hominis bona.*

20 Anima im. *inclinata ad hoc per habitum vitioſum.*

21 Non mi.pro.ſuo *ad releuandum eius defectum.*

22 Mulctato pe. *Exponatur vt ſup.17.cap.in fine.*

23 Et ſi ſa. *ſ. paruulus ſenſu alterius pœna territus.*

24 Sumet ſcienti. *i. boni notitiã, quia principiũ ſapiẽtiæ eſt tim...*

25 Excogitat iuſtus de do. *i. exiſtens de domo impij.*

26 Vt detrahat impios a ma. *i. vt eorũ mala impediat vel dim...nuat ſicut Abdemelech Aethiops exiſtens in domo impij Sedechiæ traxit Ieremiam de lacu, vbi fuerat poſitus per homines impios, vt ...betur Ier.38.*

27 Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & *Sicut diues epulo qui negauit panis micas, a Lazaro guttam aquæ n... potuit impetrare, Luc.16.f.*

28 Munus abſconditum. *i. abſcondite datum mediatori.*

29 Extinguit iras. *ſ. domini.*

30 Et donum in ſinu indignationem maximã. *Repetitio ... eiuſdem ſentẽtiæ ad maiorem aſſertionem. Aliter exponitur de eleemoſyna in abſcondito data, quæ placat iram Dei.*

31 Gaudium iuſto eſt facere iu. *i. iuſtitiam exequi, qui delectabile eſt vnicuique ſecundum habitum operari.*

32 Et pauor. *ſupple eſt.*

33 Operan.ini. *quia ſemper timeat deprehendi, propter quod dicitur communiter, quod latrones ſunt timidi.*

34 Vir qui errauerit a via doctrinæ. *ſ. bonæ.*

35 In cętu gigantium. *i. hominum moribus incompoſitorum.*

36 Commora. *Quia oĩs homo ſimili ſibi ſociabitur. Eccl.13.c. Dicuntur enim gigantes homines magni corporis & incompoſiti mori... Vel, per gigantes intelliguntur dæmones, ſecundum quod dicitur. Ma... 25.d.* Ite maledicti in ignem ęternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius.

37 Qui diligit epulas. *Immoderate ſicut gluto.*

38 In egeſtate erit. *Quia nimiũ expẽdit, et parũ aut nihil acquir...*

39 Qui amat. *Eadem eſt ſententia per alia verba.*

40 Pro iuſto. *i. pro malo pœnæ illato iuſto.*

41 Dabitur impius. *Qui intulit illud ad pœnã maiorem, ſicut ... Mardochæo datus fuit Aman, Eſther.7.*

42 Melius eſt ha.inter de. *i. ſolitarie, & exponatur vt ſupra*

Non

The-

ſrus deſiderabilis requieſcit in ore ſap(ie)nt(i)s.

a *Theſaurus deſi.de.* Reprob. non tantū virtutes non aſſequi, ſed & perſequi: & quantū valent in bonis obruere feſtināt. Poteſt hoc de quolibet martyre accipi, in cuius habitaculo, i. corpore anima ſancta Dei theſaur⁹ ſeruatur, & abundat vnctio gratiæ ſpiritualis. At perſecutor imprudens huiuſmodi habitaculum dirum pere poteſt, theſaurum autem tangere non poteſt, vnde: *Nolite timere eos qui occid. cor. &c.*

b *Ciuitatē for.* Mundum. ſ. qui quōdam malignorum ſpirituum tyrannidi ſeruiebat, habens fiduciam vitæ in cultu (de)orum qui non ſunt (di)j: ſed opera manuū hominū. Hanc ciuitatē Dei virtus, & Dei ſapiētia Chriſtus in carne intrauit, deſtruxitq; per ſuos prædicatores cultum deorum, & in fide cęleſtium docuit eſſe fiduciam habendam, quæ non poteſt deſtrui. Hoc etiam quotidie fit, cum fidelis doctor argumenta philoſophorum vel hæreticorum, & quibus ſcelera ſua defendere vel alleuiare nituntur, eccleſiaſtica diſciplina redarguit.

c *Teſtis mendax pe.* Qui ſe Deo ſeruire teſtatur, nec factis dicta exequitur, peribit. Qui autem implet vt ꝓmittit, huius loquela ad victoriam peruenit: quia dum per obedientiam ſuam deſideria vincere ſatagit, per iuſtitiā iudicis poſt victoriam palmam percipit.

d *Vir impius.* Iudas qui impius corde erat, quamuis ipſo domino redarguente noluit mala cępta corrigere: Petrus vero quia rectus corde, id eſt rectitudinis amator, reſpiciente ſe domino mox pęnitendo correxit, quod negando deliquit.

lius eſt habitare in terra deſerta, quam cum muliere rixoſa & 1

a Caritas bonorum operum. b Deo amabilis. c Pinguedo dilectionis. 2
d In ſanctorum eccleſia.

a iracunda. Theſaurus deſiderabilis & oleum in habitaculo 3 4

† iuſti: & imprudens homo diſſipabit illud. Qui ſequitur iu- 5 6

ſtitiam & miſericordiam, inueniet vitam & iuſtitiam & glo- 7

a Mundum. b Dæmonum. c Chriſtus. 8

b riam. Ciuitatem fortium aſcendit ſapiens: deſtruxitque robur 9 10

fiduciæ eius. Qui cuſtodit os ſuum & linguam ſuam: cuſtodit 11 12

ab anguſtijs animam ſuam. Superbus & arrogans vocatur † in- 13

doctus, qui in ira operatur ſuperbiam. Deſideria occidunt pi- 14 15

grum, noluerunt enim quicquam manus eius operari. Tota 16 17

die concupiſcit & deſiderat, qui autē iuſtus eſt, tribuet & non 18 19

ceſſabit. Hoſtiæ impiorum abominabiles, † quæ offeruntur ex 20

Alias as.

c ſcelere. Teſtis mendax peribit, vir obediens loquetur victoriā. 21

a Vt Iudas. b Imprudens vt non pœniteat. 22

d Vir impius procaciter obfirmat vultum ſuum, qui autem re- 23

a Vt Petrus. b Flendo amare. c Alias, iram. d Hereticorum. e Nihil eſt. 24

ctus eſt, corrigit uiam ſuā. Non eſt ſapientia, non eſt pruden- 25

Hominis eſt Deo deuote tempore perſecutionis animum præparare, corpus offerre diſcrimini, ſed diuini eſt adiutorij, vt cœpto labori victoria ſaluſque ſuccedat. 26

tia, non eſt conſilium contra dominum. Equus † paratur ad 27 28

Qui fidelis.

diem belli, Dominus autem ſalutem tribuet. 29

† irriſor.

† quæ offeruntur in peccato, vel per ſcelus.

† paratus.

## NICOLAVS DE LYRA.

*Theſaurus de.* i. de diuitijs artificialibus, ſicut ſunt aurum, & argentum in vaſis quæ ſunt valde deſiderabilia. 2 *Et oleum.* i. theſaurus de diuitijs naturalibus, quæ ſignificantur per oleum, eo q᷑ eſt condimentum ciborū. 3 *In habi. iu.* quia frequenter iuſti in talibus abundant ex dono Dei. *Et impru.* i. hæres fatuus & prodigus, qui aliqñ ſuccedit iu(ſ)to, & ſic Manaſſes diſſipauit diuitias Ezech. iuſti 4. Reg. 21. *Qui ſe.* Quia vna nō eſt virtuoſa ſine alia, vt dictū eſt cap. preced. 6 *Inuenit vitam.* gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro. 7 *Ciuitatem for.* Sicut Moyſes cępit ciuitates Seon regis Amorrhei, & Og regis Baſan. Plus. n. valet ſapientia in bellis q̄ vires. 8 *Qui cu. os ſuum.* Ab immoderato potu, & cibo. 9 *Et linguam ſuam.* ab immoderato verbo. 10 *Cuſtodit ab.* quę ſolent ſequi ad vitia guloſitatis & loquacitatis. 11 *Animam ſuam.* i. ſeipſum. A nobiliori. n. parte frequenter denominat̄ totū. 12 *Superbus.* corde. 13 *Et arro.* re. 14 *Qui in ira opera. ſu.* Exequēs in opere quod habet corde. 15 *Vocatur in.* i. ſtultus, quia oī modo ſuperbus. 16 *Deſideria oc. pig.* quia deſiderat aliquod bonū delectabile vel vtilę ſeu honorabile, ſed non vult ad hoc laborare. & ſic ſemper eſt in anguſtia, quia nō aſſequitur illud quod deſiderat. 17 *Qui autem iu. eſt tri.* Egenis de hoc quod habet. 18 *Et non ceſ.* A labore, vt poſſit egenti tribuere. 19 *Hoſtiæ impio. abo.* Deo. 20 *Qui offeruntur ex ſce.* i. rapina vel furto, quæ plus diſplicent Deo, quam carentia hoſtiarum, quibus non indiget, vt dictum eſt ſupra eodem ca. 21 *Teſtis men. pe.* Spiritualiter, & aliqñ corporaliter, ſicut patet de teſtibus falſis contra Suſannam Dan. 13. 22 *Vir obe. lo. vi.* quia vires inferiores ſubijcit rationi quæ eſt maxima victoria, vt dictum eſt ſupra. 16. *Melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo expugnatore vrbium.* 23 *Vir impius pro. ob. vul.* Motus. n animi magis apparet in facie, in qua vigēt omnes ſenſus, quam in alijs partibus, & ideo obſtinatio animi apparet in obfirmatione faciei. 24 *Qui autem rectus eſt, corrigat viam ſuam.* Non inquantum rectus, quia ſic non eſt corrigendus. ſed quia de cōi curſu nullus ſic eſt rectus in vita præſenti, quin aliqñ declinet à rectitudine iuſtitiæ, & de tali declinatione corrigit ſe. 25 *Non eſt ſapientia.* Quę eſt notitia de ſuperioribus cauſis. 26 *Non eſt prudentia.* Quæ eſt notitia de humanis. 27 *Non eſt conſilium.* Quod eſt quædā applicatio ſcientię practicę ad operandū. 28 *Contra dom.* Quaſi diceret: Scientia ſpeculatiua, & practica & eius applicatio ad opus, non pñt impedire diuinā ordinationē, ſed magis promouent, licet ꝑter intentionē, ſicut fratres Ioſeph ex ſapiētia terrena & aſtutia vendiderunt eū ne dominaretur eis. Et per hoc fuerunt eius dominio ſubiecti, vt patet Geneſ. 43. 29 *Equus paratur ad diem belli.* Quia vadens ad prælium non dēt omittere ea q̄ faciunt ad ſui defenſionē, ne tentet Deū, tamen dēt à Deo principaliter ſperare proſperum euentū.

Nota contra inconſiderate bellantes.

CAP. XXII.

*Melius eſt.* Nā ſi quis mundum vniuerſum lucraretur, merito to(tum) contemneret, vt (ei)us nomen ſcriberetur in cęlis, eiuſque memoria inter ſanctos atque angelos figeretur æterna.

*Nomen bo.* qđ fideliū teſtimonio laudatur, nō vulgi imperiti. vnde: Si adhuc hoib⁹ placerē, Chriſti ſeruus nō eſſem.

Galat. 1. b.

c *Gratia bo.* Quia à bono, pro bonis laudatur operibus quis: imo ꝓ collatis ei donis meritorū glorificat̄ pr̄ q̄ in cęlis eſt.

d *Diues & pau.* Neq; diuitē propter diuitias honora, neq; pro inopia pauperem deſpice: quia opus ſunt diuinū, & ad ima(ginem)

## CAPVT XXII.

a Religionis. b Mundanæ. 1

a b c d MElius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ, ſu- 2 3

per argentum enim & aurum gratia bona. Diues & 4

pauper obuiauerunt ſibi, vtriuſq; operator eſt domi- 5 6

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXII.

MElius eſt. Superius repreſsit cōcupiſcibilē quātū ad potū, & luxuriæ actum, hic cōſeqtienter ponit huius re(pre)ſsionis laudabilē effectū. Circa quod ſciendū, quod vitia carnalia ſunt maioris infamiæ, licet frequenter ſint minoris culpæ, & ſic ad repreſsionem concupiſcentiæ ſequitur bonitas famæ, quod eſt valde magnū, ideo dicit. 2 *Melius eſt no. bo.* quod eſt bonum honorabile. 3 *Quam di. mul.* quæ ſunt bonū vtile. Honorabile vero ſimpliciter eſt vtili melius. 4 *Super ar.* non ſolū Dei, ſed etiā populi: quia frequēter ſaluat vitā quā diuitiæ non pñt ſaluare, vt patet de Tobia, Tob. 1. 5 *Diues & pau.* Tunc. n. proprie obuiant ſibi, qñ diues ad petitionem pauperis ſupplet defectū ſuæ indigentiæ. Et ſic beatus Martinus in porta Ambianenſiū ciuitatis obuiauit pauperi dans ei medietatem ſui pallij. 6 *Vtri. op.* Facit. n. pauperem, vt habeat meritū patientiæ, & diuitē vt ſubueniendo pauperi habeat meritum

imaginem, & ad opus Dei factum.

A a *Callidus vi. ſa.* Multi ex principibus crediderunt, ſed pp Pharisæos non confitebant, ne extra ſynagogā fierent. Callidi enim videbant malum perſecutionis, & abſcondebant fidē pietatis quam parumper conceperant. Innocētes vero apoſtoli pertranſierunt timere profeſſionis quā cęperant, & afflicti ſunt verbere, & vinculis, carcere, & ipſa morte. Vtrumque autē exemplum vſque nunc & in certamine fidei, & in communibus conſequunt actibus.

b *Fi. i. mo.* Quia nimirum perfectio virtutum eſt ad hunc ſtatū animi conſcendere, quo gratiā conditoris, vel in modico timeamus offendere, nihil eius memorię preponentes, quę & alibi vocatur pfecta charitas, quæ foras mittit timorē ſeruilem ſcilicet & incipientē, quo metuit quiſque ne pœnis fortè mereatur ſubigi.

B

c *Diuitiæ & glo.* Finis modeſtiæ timor domini gloria & vita: quia perfectio virtutum eſt in hac vita, vt ſic timeamus Deum; finis virtutū in futuro, vt diuitias promiſſæ hæreditatis regni cęleſtis gloriam & vitam recipiamus æternam.

C

Ioan. 12. f.

† Spinæ, & laquei ſunt in via peruerſi.

† conſumetur

† Eccl. 31. c.

1. Ioan. 4. d.

† 5. q. 4. c. in loco.

† Infra 23. c.

a nus. Callidus videt malum, & abſcondit ſe: † innocens pertran- 1 2

a Comitante bonorum operum b Qui permanet in ſeculum ſeculi.

b c ſiit, & afflictus eſt damno. Finis modeſtiæ timor domini: di- 3 4

a In futuro. b Quibus necatur proximus verbo vel opere: vel quibus in fine feriatur à domino. c Iuſtus.

uitiæ & gloria & vita. † Arma & gladij in via ſuperbi: cuſtos 5 6

a Vtriuſque armis. b Quaſi. Ab infantia virtutibus ludere: quia prouerbium eſt.

d autem animæ ſuæ longe recedit ab eis † Prouerbium eſt: ado- 7 8

a Non quia ſemper: ſed quia ſæpius.

leſcens iuxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit non recedet ab 9 10

a Virtutibus. Ad literam patet. b In Dei iudicio. c A prædicatore. d Verbum Dei. e Debitor impendi omnia.

ea. Diues pauperibus imperat: & qui accipit mutuum, ſeruus 11 12

a Magiſtri.

e f eſt fœnerantis. Qui ſeminat iniquitatem, metet mala: & virga 13 14 15

a Quia dixit de impio, adiurgit econtra de pio.

iræ ſuæ † conſummabitur. † Qui † pronus eſt ad miſericordiā, 16 17

a Venite benedicti patris mei b Non ſolum carnalibus, ſed & ſpiritualibus. c Eſuriui, & dediſtis mihi manducare.

benedicetur: de panibus enim ſuis dedit pauperi. Victoriam 18 19

& honorem acquiret qui dat munera: animam autem † aufert 20 21

a De eccleſia. b Hæreticum incorrigibilem. c Pacem præſtabit eccleſiæ.

accipientium. † Eiice deriſorem, & exibit cum eo iurgium: ceſ- 22 23 24

a Alter non eum prędicet

ſabuntque cauſæ & contumeliæ. Qui diligit cordis munditiam 25 26

a Rectę prędicationis. b Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quę ego precipio vobis. c Chriſtum. d Superna inſpectio.

propter gratiam labiorum ſuorum, habebit amicum regem. 27 28 29 30

a In eccleſia b Veritatis. c Quia non cuſtodiuntur à domino. Hęreticum vel quilibet praua d Cum ipſo autore.

Oculi domini cuſtodiunt ſcientiam, & ſupplantantur verba

a In animo b Si apte bene facio. c Tentationi reſiſtere non poſſum.

g iniqui. Dicet piger, leo eſt foris, in medio platearum † occiden 31 32

a Infernus. b Oſcula & verba meretricis c Irę filius.

dus ſum. † Fouea profunda os alienæ; cui iratus eſt dominus, 33 34

d *Prouerbium eſt.* Quo ſemel eſt imbuta recēs ſeruabit odorem Teſta diu. Et Græca narrat hiſtoria Alexandrum magnum & moribus & inceſſu Leonidis pædagogi ſui non potuiſſe carere, & vitijs quibus paruus infectus fuerat.

e *Qui ſe. in.* Patet, quia is qui vel verbo vel exemplo docet iniquitatem, ſuſtinebit vindictam. Sed quia ſequitur.

f *Et virga iræ ſuæ.* illam iniquitatem videtur dicere quę ex impia mente perpetratur, vt latrocinium ſeruitio homines pmere, tormētis laniare, morte perimere, bouē viduæ pro pignore auferre, cum poſſit vindicare nolle. Talis virga conſumit. vnde: *Omnes enim qui acceperint gladium gladio peribunt.*

g *Dicet piger.* ad bona opera, & ad confitendam fidē quā corde tenet, timidus. Non audeo fidem profiteri, ne me perſecutor puniat vel perimat. Timeo ad exercenda virtutum opera in publicum prodire, ne forte me venantiqui hoſtis aduerſitas grauior tentet, vel quilibet peruerſus derideat, conuitijs cōfundat, iniurijs afficiat, aut ſicut alios iuſtos conſumat tormentis.

*Prouer-*

Qu

## NICOLAVS DE LYRA.

miſericordiæ.

1 *Calli. vi. ma,* ſcilicet pœnæ imminentis.

2 *Et ab. ſe.* ne incurrat illud.

3 *Et in.* id eſt ignarus periculi.

4 *Pertran.* per locum periculoſum.

5 *Et afflictus.* rei temporalis, & aliquando vitæ corporalis. Exemplum de Dauid, qui videns Saulem inſidiari ſuæ vitę, fugit & ſe abſcondit, & ſic euaſit. Achimelech autem ſacerdos ignorans periculum, cum tota familia ſua ad Saulem venit, & occiſus fuit. 1. Reg. 22.

6 *Finis mo.* id eſt cuiuſlibet virtutis moralis quæ conſiſtit in moderatione paſſionum & actionum humanarum.

7 *Timor do.* ſcilicet filialis, qui eſt timor ſanctus permanens in ſeculum ſeculi.

8 *Diui.* æternales.

9 *Et glo.* ſanctorum.

10 *Et vita.* æterna ad hoc enim ordinatur finaliter omnis virtus moralis. Diuitiæ vero temporales & mundani honores non poſſunt eſſe finis virtutum moralium: cum virtutes ſint maius bonum, finis autem, melior eſt his quæ ſunt ad finem.

Finis virtutis.

11 *Arma & gla.* quantum ad abuſum.

12 *In via ſup.* quia violenter quærit rapere alienum.

13 *Cuſtos an.* per bonum virtutis.

14 *Longe re.* i. a tali abuſu armorum, non tamen recedet à bono vſu eorum qui conſiſtit in defenſione fidei & iuſtitię.

15 *Prouerbium eſt.* id eſt verbum communiter dictum.

16 *Adoleſcens iuxta.* propter hoc dicit Philoſophus. 1. Eth. quod non parum facit ad virtutem imo multum, quod iuuenes aſſueſiant in operibus virtutum.

17 *Diues pau.* id eſt imperioſè loquitur ſicut ſibi ſubiectis.

18 *Et qui ac. mu.* pro releuatione ſuæ indigentiæ.

19 *Seruus eſt fœne.* id eſt accommodantis: reddit enim [illegible] paratum ad ſuum obſequium, quandiu eſt ei obligatus.

20 *Qui ſe. ini.* id eſt malam doctrinam, diſſenſiones & o[illegible] dium.

21 *Metet mala.* ſcilicet culpæ & pœnæ.

22 *Et virga iræ ſuæ.* id eſt poteſtas qua male agit.

23 *Conſummabitur.* id eſt terminabitur & finietur.

24 *Qui pronus eſt ad miſericor.* ex complexione vel bona a[illegible] ſuefactione.

25 *Benedicetur: de panibus.* Talibus enim homines bonu[illegible] imprecantur.

26 *Victoriam & honorem acquiret qui dat.* Iſte verſus non e[illegible] de textu: quia non eſt in Hebræo.

27 *Eiice deriſorem & exibit* Eſt enim talis cauſa motiua. r[illegible] mota uero cauſa remouetur effectus.

28 *Qui dil. cor.* Ex abundantia enim cordis os loquitu[r] Matth. 13. cap. & *ideo munditia cordis redundat in labus.* I[illegible] iſte.

29 *Habebit amicum re.* ſcilicet celeſtem & etiam terrenu[m] Antiquitus enim reges non permittebant aliquem aſſiſte[re] ſibi, niſi mundum & honeſtum.

Non reg[illegible]

30 *Oculi domini cuſtodiunt.* id eſt veram ſcientiam, quæ c[illegible] de ſalute animæ habitæ.

31 *Et ſup. ver. ini.* quia frequenter incurrit oppoſitum [illegible] propoſiti, ſicut ille qui annuntiauit mortem Saulis ipſi D[a]uid, credens per hoc acquirere eius gratiam, incurrit mo[r]tem. 2. Reg. 1.

32 *Dicit piger, leo eſt foris.* Semper enim imaginatur in op[e]ribus ſibi commiſſis maiora pericula.

33 *Fouea pro.* id eſt informatio malæ & ſuperſtitioſæ doct[ri]næ, quia ducit ad profundum gehennæ.

34 *Cui iratus.* quia ex ira contra aliquem ſubtrahit ſibi g[ra]tiam ſuam, & ſic ruit de culpa in culpam, & frequenter doctrinam erroneam & hæreſim damnatam.

*Seruus*

*Sti*

a *Qui calumniatur.* Conſtat, quia rapaces, & quæ pauperibus auferunt, & quæ iuſte videbantur poſſidere perdunt, cum in iudicio pro his quæ geſſerunt, pœnas recipiunt.

b *Fili mi.* Hucuſq; titulus parabolarum Salomonis qui ſuprapoſitus, ex quo nouo genere loqui probatur: non ad quem doceat, ſed ſecū ratiocinando, quod ibi incipit: *Filius ſapiens lætificat patrem*, hic finit: dabit ipſe ditiori, & egebit. Hinc ad priorē modum loquendi reuertitur, vt ad eū quē docet verba faciat. *Inclina aurem tuā.* Pulchrū initiū nouæ locutionis, vt aurē pariter ad audiendum, & cor apponendo ad intelligēdum q sapientes loquantur, percipiat.

c *Noli eſſe amicus.* Generaliter autē ſicut perfecti peruerſos proximos non debēt fugere: quia ſæpe illos ad bonū trahunt, nec ipſi ab eis peruertunt, ita infirmi ſocietatem debēt fugere malorum, ne mala quę frequenter aſpiciunt & corrigere non valent, incipiant imitari.

d *Homini iracundo, neq; ambules cum vi.* Cuilibet præcipue Iudæo, qui contra Chriſtum & eius diſcipulos væſana mente furebant, a quorum amicitia prohibentur qui ſaluari curant: ne eorum vicinia, & ipſi pereant, quod caſu Iudæ fieri poſſe probatum eſt.

e *Noli eſſe cum his qui deſigunt ma.* Noli eſſe cū his qui cum ſint liberi ac ſibi vacantes, deſigūt manus in curas ſalutis malorū, ſpondētes ſe ratione pro animabus eorū reddituros. Si enim pro quo ſpopōdiſti, nō habet bona opera quibus te liberum ac ſecurum reddat tuæ ſpōſionis: quæ tibi vtilitas eſt, vt in die iudicij pro eius anima iudiceris, amittaſque habitum iuſtitiæ quo indutus videbaris?

f *Ne tranſgrediaris.* Nō tranſgrediaris terminos catholicę fidei, quos ab initio ſtatuere doctores.

g *Vidiſti virum velocem in opere ſuo: corā.* Quemcūque velocem videris in opere ſuo, id eſt bonū quod ſuum erat facere ſtrenuū atque ſolicitū: ſcito hunc in iudicio coram apoſtolis, qui cum Chriſto iudicabūt eſſe ſtaturum: quia eorum iuſſa ſeruauit: neq; in ſiniſtra cū ignobilibus doctoribus, quorum cauit errorem, eſſe ponendum.

(a Nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote. b Non ætate: Ieremias enim puer propheta, & Daniel ſcribit. c Correctio prudentium.)

incidet in eam. Stultitia colligata eſt in corde pueri, & virga 1

(a Virtutibus detrahendo. b Spiritu.)

a diſciplinæ fugabit eam. * Qui † calumniatur pauperem, vt 2 3

(a Per eius vituperationem. b Gloriam humanæ laudis. c Quod habet auferetur ab eo, & habenti dabitur.)

b augeat diuitias ſuas, dabit ipſe ditiori, & egebit. Fili mi, incli- 4

na aurem tuam, & audi verba ſapientium. Appone autem cor

(a Quamuis primo aſpera, ſuper cætera dogmata. b In intimo corde tuo.)

ad doctrinam meam: quæ pulchra erit tibi, cum ſeruaueris 5

(a Cum. b In prædicatione.)

eam in ventre tuo, & † redundabit in labijs tuis. Vt ſit in 6 7

domino fiducia tua, † vnde & oſtendi eam tibi hodie. Ecce 8 9

(a Hoc libro docet exercere eam. b In cogitatione, locutione, operatione.)

deſcripſi eam tibi tripliciter in cogitationibus & ſcientia, vt 10

oſtenderem tibi firmitatem & eloquia veritatis, reſpondere 11 12

(a Cuilibet, ſed præcipue Chriſto qui pauper pro nobis.)

ex his illis qui miſerunt te. Non facias violentiam pauperi, 13

quia pauper eſt, neque conteras egenum in porta: quia do- 14

(a Tibi derelictus eſt pauper, tu eris pupillo adiutor. b Perdet morte æterna. c Cruci.)

minus iudicabit cauſam eius: & configet eos qui confixerunt 15 16 17

c animam eius. Noli eſſe amicus homini iracundo, neque am- 18

d bules cum viro furioſo, ne forte diſcas ſemitas † eius, & ſu- 19 20 21

(a Non canonice impoſitam regiminis curam prohibet ſuſcipere, ſed temere vſurpare.)

e mas ſcandalum animæ tuæ. Noli eſſe cum his qui defigunt 22

(Fideiuſſores.)

manus ſuas, & qui vades ſe offerunt pro debitis. Si enim non 23

habet vnde reſtituat, quid cauſæ eſt, † vt tollat operimentum

(a Fidei. b Ab antiquis ſtatutos.)

f de cubili tuo? † Ne † tranſgrediaris terminos antiquos, quos 24

(a Doctores. b Strenuum. c Bono.)

g poſuerunt patres tui. Vidiſti virum velocem in opere ſuo: 25

(a Apoſtolis. b Doctores. In ſiniſtra.)

coram regibus ſtabit, nec erit ante † ignobiles. 26

† vi aufert à paupere.

† eorum.

† vt auferat le ctum tuū qui eſt ſubter te.

† obſcuros.

❡ CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Stultitia colligata eſt in corde pu.* propter defectum experientiæ, & debilem vſum rationis.

2 *Et virga diſciplinæ.* Quia pueri magis mouentur timore pœnæ quam amore boni.

3 *Qui calumniatur pau.* Hoc videmus frequenter, quod principes ſpoliant vſurarios & raptores.

4 *Fili mi, inclina au.* Patet ſententia.

5 *Quæ pul. erit tibi.* Doctrina enim ſapientiæ in principio non videtur pulchra, quia difficilis eſt ad capiendum, & tædioſa antequam habeantur eius principia, ſed habitis principijs ex quibus facilius capiuntur ſequentia, tunc efficitur delectabilis, & videtur pulchra. Ideo ſubditur.

6 *Cum ſeruaueris eam in ven.* id eſt in corde tuo tanquam rem pretioſiſſimam.

7 *Et red. in la.* Per ſanam doctrinam.

8 *Vt ſit in domino fidu.* De beatitudine conſequenda.

9 *Vnde & oſtendi.* id eſt præſenti vita. Et ſubditur modus oſtenſionis, cum dicitur.

10 *Ecce deſcripſi eam tibi trip.* id eſt in tribus partibus ve. te. quæ ſunt lex, prophetæ, & hagiographa, vt habetur in prologo galeato. Sic exponit Ra. Sa. & ſecundum hoc Salomon hic loquitur in perſona ipſius Dei. Poteſt etiam tripliciter exponi de tribus libris à Salomone editis vt dictum eſt in principio huius libri: & ſecundum hoc loquitur hic in propria perſona: tamen vt miniſterialis ſcriptor.

11 *In cogitationibus & ſcientia.* Quia meditando ea quæ ſcripta ſunt in tribus veteris teſtamenti partibus prædicti, vel tribus libris Salomonis, augmentatur in homine ſcientia.

12 *Vt oſten. tibi fir.* Virtutum,

13 *Et eloquia.* Ad recte docendum.

14 *Reſpondere ex his.* id eſt ex tribus partibus veteris teſtamenti prædictis, vel tribus libris Salomonis quid ſit verum & falſum, bonum & malum, licitum & illicitum: vterque enim ternarius prædictus docet de iſtis reſpondere.

15 *Illis qui miſe.* In Hebræo habetur: *Interrogantibus te.* & ſic plana eſt ſententia, ad quam poteſt reduci litera noſtra, cum dicitur. *Illis qui mi.* Interrogans enim de dubijs mittit quodammodo interrogatum, inquantum inducit eum recurrere ad deliberandum pro reſponſione per aſpectum librorum, vel collationem cum alio ſapiente.

16 *Non facias vio. pau. quia pau. eſt.* id eſt quia non poteſt ſe defendere.

17 *Neque conteras ege. in por.* id eſt in iudicio, quod antiquitus dabatur in porta ciuitatis.

18 *Quia iudicabit dominus.* id eſt vindicabit.

19 *Cauſam eius.* Iniuſte tractatam.

20 *Et configet eos.* id eſt affliget.

21 *Qui con. animam eius.* Eius iuſtitiam peruertendo. *Noli eſſe amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioſo, quia amicus ſtultorum ſimilis efficietur*, vt dicitur ſupra 13.d.

22 *Noli eſſe cum his qui de.* Fideiubendo pro alijs.

23 *Si enim non ha.* Ille pro quo fideiubebis oportebit te ſoluere pro eo, & tolletur veſtimentum pro pignore de cubili tuo.

24 *Ne tranſgrediaris terminos antiquos.* Occupando iniuſte poſſeſſionem vicini tui.

25 *Vidiſti virum ve.* id eſt ſtrenuum & aptum.

26 *Coram regibus ſtabit.* Tum quia reges volunt habere talem miniſtrum: Tum quia talis nollet ſeruire homini ruſticano.

CAPVT XXIII.

A a QVando ſe. &c. Allego. Legendũ eſt: qñ ſederis legendo cum magiſtro vt pane verbi reficiaris, diligenter intellige quæ ſcripta ſunt, & diſcretionẽ ſacræ lectionis in tua locutione conſerua: ſi tñ talis es, & tantum eruditus, quod in poteſtate habes animam tuã. Guttur namque pro locutione ponit: quia in gutture vox, cultrum pro diſcretione, quia eo ſecamus. Sedens ergo vt comedat, cultrum in gutture ſtatuit, qñ is qui diuina eloquia ſedulus meditatur, diſcreta ex ore illa verba depromit: nec alia ſapius in lingua quam cæleſtis oraculi ſolutat verba: hoc aũt eius eſt facere, qui in poteſtate habet aĩam ſuam, id eſt nobilẽ B ſapientis animi ſtatum, inter errores fallentium elegit. Vñ bene ſubiũgit.

b *Ne deſide.* Hoc eſt, ne deſideres eius auſcultare ſermonibus, qui dulcedine mendacij auditores fallit.

c *Pone modum.* De quo ſupra. Ne trãſgrediaris terminos antiquos quos po. pa. i. terminos fidei & veritatis datæ à patribus.

d *Ne comedas.* i. ne de ſcripturis cũ hæretico loquaris, qui inuidet humanæ ſaluti, malens decipere quã corrigi, qm ſicut ariolus C & coniectator ſomniorũ æſtimat quæ ignorat, ita hæreticus quæ non intelligit in ſcripturis, vt libet interpretatur.

c *Comede*

† ſi habueris ... † ab intelligẽ ... define, Supr. 22. d. ... † Redemptor. † prudentiæ. ...

c *Comede &c.* Securus, inquit, diſce quæ dico, & age quæ doceo, cum in his quæ docet, ipſe fidem certam non habeat, ſciens ſe finxiſſe quæ docet.

f *Cibos quos comede.* Senſus peruerſos quos ab hæreticis didiceras, neceſſe eſt, vt vel per pœnitentiam corrigendus deſeras, vel ꝓ his poſt mortem pœnas ſuſtineas: perdaſque ſermones confeſſionis quibus eis prædicantibus humiliter fauẽdum eſſe putaueras.

g *In auribus. Noli ſanctum dare canibus, neq; mit. mar. ante por.* Sicut admonuit ne hæreticorum doctrinis auſcultares ita nunc, ne amore vanæ gloriæ ſeductus immundis hominibus paſsim arcan. veritatis ingeras.

h *Ne attingas pa.* Propinquum paruulorum & pupillorum dominum appellat quia cum eſſet in carne, pauperum magis quam diuitum conſors fieri dignatus eſt. Alioqui idem dominus eſt omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Poſſumus per pupillos & paruulos illos accipere. de quibus dicitur: *Videte ne contemnatis vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt.* Dico enim vobis quia angeli eorum in cælis ſemper vident faciem patris mei, qui in cælis eſt. Quorum agros & terminos qui attigerit, i. eſt qui conuerſationem eorum bonam inquietando læſerit, iudicium domini non euadet.

CAPVT XXIII.

a Legendo. Magiſtro.
a QVando ſederis, vt comedas cum princi 1
Scripta
pe, diligenter attende quæ poſita ſunt 2
a Diſcretionem.
ante faciem tuam, & ſtatue cultrum in 3 4
a Locutione.
gutture tuo, † ſi tamen habes in † pote 5
a Id eſt deprauatam errore.
ſtate animam tuam. Ne deſideres de 6
b Sermonibus. a Vltra modum.
cibis eius, in quo eſt panis mendacij. Noli laborare vt diteris, 7 8
a Mentis.
c † ſed prudentiæ tuæ pone modum. Ne erigas oculos tuos ad 9
a Diuinitatis perſcrutandæ. b Penetrare. c Quia cæleſtibus tantum ciuibus patent.
opes quas non potes habere, quia † facient ſibi pennas quaſi 10
a Panem ſcripturæ
d aquilæ, & volabunt in cælum. Ne comedas cum homine in- 11
Hæretico.
uido, & ne deſideres cibos eius. quoniam in ſimilitudinem 12 13
a Quia vt vult diuinat b Interpretatur. c Age quæ doceo. d Diſce.
e arioli & coniectoris æſtimat quod ignorat. Comede & bibe, 14 15
a In his quæ docet. b Peruerſam doctrinam quam didiceras.
f dicet tibi, & mens eius non eſt tecum. Cibos quos comede- 16 17
a Per pœnitentiam vel æternam pœnam. b Quibus eis humiliter fauiſti. c Quoque.
g ras, euomes, & perdes pulchros ſermones tuos. In auribus 18
inſipientium ne loquaris, quia deſpicient doctrinam eloquij 19 20
a Spiritu. b Fidei. c Pars ſacrilegij eſt, rem pauperum non dare pauperibus.
h tui. † Ne attingas paruulorum terminos, & agrum pupillorum 21
a Inquietando. b Chriſtus. c Felices artes ſi de illis ſoli artifices iudicarent.
ne introeas. † Propinquus enim illorum fortis eſt, & ipſe iudi- 22 23 24
Perſcrutando.
cabit contra te cauſam illorum. Ingrediatur ad doctrinam cor
a Audiendo. b Qui parcit virgis odit puerum.
tuum, & aures tuæ ad verba † ſcientiæ. Noli ſubtrahere à pue-
ro diſciplinam, † ſi enim percuſſeris eum virga, non morietur.
Tu virga † percuties eum, & animam eius de inferno liberabis.
Fili mi, ſi ſapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meũ, 25
a Caro rationi ſubdita.
& exultabunt renes mei, cum locuta fuerint † rectum labia 26

N

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. XXIII.

Diuiſio,

QVando ſede. Superius Salomon repreſsit concupiſcibilem appetitum quantum ad potum, hic reprimit quantum ad cibum, Et primo facit propoſitum. ſecundo infert quoddam corollarium, cap. ſequenti. Circa primum dicit.

1 *Quando ſe. vt co.* In menſa principis.

2 *Diligenter at.* Quia modeſte vtendam eſt appoſitis, maxime in præſentia tanti hominis. Ideo ſequitur.

3 *Et ſta. cul.* id eſt retinaculum.

4 *Si tamen ha. in po.* Per vſum liberi arbitrij: & ſic excipiuntur deſipientes & pueri.

5 *Ne de.* id eſt per mendacia acquiſitus, quia abominabilis eſt domino talis cibus.

6 *Noli laborare vt diteris.* Vltra modum debitum.

7 *Prudentiæ tuæ.* id eſt induſtriæ vel aſtutiæ in acquirendo.

8 *Pone modum.* rationis rectæ.

9 *Ne erigas.* aſpirando & anhelando ad eas, quia talis labor eſſet fruſtra, ſicut illius qui inſequitur aquilam volantem.

10 *Ne comedas cum homine inui.* qui triſtatur de bono alterius, & lætatur de malo eius.

11 *Quoniam in ſimi.* qui ex immolatis in ara diuinat de futuris.

12 *Et conic.* id eſt expoſitoris ſomniorum, qui loquitur incertum.

13 *Aeſtimat quod ignorat.* Talis inuidus, quia cogitat te confundere per cibum ſuum, non tamen eſt certus, quod hoc eueniat. ideo ſubditur.

14 *Comede & bibe.* Inuitando te ad nimis ſumendum.

15 *Et mens eius.* id eſt non quærit bonum tuum.

16 *Cibos quos.* ad eius inſtinctum.

17 *Euomes.* ad vituperium tuum.

18 *Et perdes pulchros ſermo.* Quia ingurgitati non poſſunt decenter loqui.

19 *In auribus inſi.* Quia margaritæ non ſunt ante porcos ponendæ, Matth. 7. a.

20 *Ne attingas paruulurum ter.* id eſt ne occupes in toto vel in parte poſſeſsiones eorum qui neſciunt ſe defendere, vt paruuli: vel non poſſunt vt pupilli.

21 *Propinquus enim.* ſcilicet Deus, ſecundum quod dicit Pſal. 114. Cuſtodiens paruulos dominus.

22 *Et ipſe iudicabit.* id eſt vindicabit.

23 *Contra te.* te puniendo.

24 *Ingrediatur ad doc.* Et patet litera vſque ibi.

25 *Fili mi.* Pater enim in filio manet quodammodo, & ideo gaudet de bono filij, ſicut de ſuo proprio.

26 *Et exultabunt renes.* id eſt corpus meum, quia fortis animi motus redundat in corpus exterius.

12 *Et*

N

a *Non æmuletur cor tuum peccatores.* Si tota die, i. ſi toto tempore huius vitæ & exempla peccatorum vitaueris, & dominum timueris, habebis ſpem beatæ retributionis in nouiſſimo, id eſt in huius vitæ fine. vnde in Apocalypſi: *Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.*

b *Noli eſſe in conuiuijs potatorum.* Carnes ad veſcendum conferre, eſt in collocutione derogationis viciſſim vitia proximorum dicere: de quorum pęna mox ſubditur: *Quia vac. po. &c.*

c *Symbola conſumen.* Symbolũ collatio, vel ſermonum vt in conſilio, vel pecuniarum, vt in præſenti loco. Potibus ergo vacant, qui de opprobrio alienę vitę ſe inebriãt. Symbolum dare eſt ſic in confabulatione verba conferre, ſicut pro parte cuiuſque cibos ad veſcendum. Sed vacantes potibus & dantes ſymbola, cõſumentur: quia omnis detractor eradicabitur. Veſtietur autem pannis dormitatio, quia deſpectũ & inopem à cunctis bonis operib⁹ mors ſua inueniet, quem hic alienæ vitæ exquirendo crimina detractionis ſuę languor occupauit.

C

l *Cui væ cuius.* Quęrit diſputãdo, quib⁹ ſceleribus maxima pœna ſeruetur? Et reſpondet ratiocinando, quia his qui per ebrietatem deuoluuntur ad luxuriã. Cui, inquit, vę, cuius patri væ? Væ æternũ interitum dicit. vnde: Væ homini illi per quem ſcandalum venit. Pater eius cui vę: homo à quo mali exempla percepit: Vel diabolus qui ſuggeſtionem infudit: De quo Iudæis: *Vos ex patre diabolo eſtis.* Ioan.8.f.

D

a tua. Non æmuletur cor tuum peccatores, ſed in timore do- 1 2
a Omni tempore. b Pe..tudinis. c .....vitæ.
mini eſto tota die: quia † habebis ſpem in nouiſſimo, & præ- 3 4
a Corona vitæ. b Audiendo.
ſtolatio tua non auferetur. Audi fili mi, & eſto ſapiens, & di-
a Veritatis.
b rige in viam animum tuum. Noli eſſe in conuiuijs potatorum*, 5
nec in comeſſationibus eorum qui carnes ad veſcendum con-
c ferunt: quia † vacantes potibus & dantes ſymbola conſu- 6
a Vt ſupra.
mentur, & veſtietur pannis dormitatio. Audi patrem tuum 7
a Aqua & ſpiritu. b In tribulatione. c Eccleſia.
qui genuit te, & ne contemnas cum ſenuerit mater tua. Ve- 8 9
a Domini. b Pretio corporis. c Gratis accepiſtis, gratis date.
ritatem eme, & noli vendere ſapientiam, & doctrinam & in- 10 11
telligentiam. Exultat gaudio pater iuſti, & qui ſapientem ge- 12
a De tuis operibus. b Deus. c Eccleſia.
nuit, lætabitur in eo. Gaudeat pater tuus & mater tua, & exul-
a Sacerdos qui te baptizauit, qui te erudiuit à paruulo. b Interiores. c Vitæ.
tet qui genuit te. Præbe fili mi cor tuum mihi, & oculi tui vias 13 14
a Infernus. Idem.
meas cuſtodiant. † Fouea enim profunda eſt meretrix, & pu- 15 16
teus anguſtus aliena. Inſidiatur in via quaſi latro, † & quos 17
a Aeternum. b Qui exemplum alij, vel diabolus. c Diſcordiæ.
d incautos inuenerit, interficiet. Cui væ, † cuius patri væ, cui ri- 18 19
e
a Vitiorum.
f xæ, cui foueæ, cui ſine cauſa vulnera, cui † ſuffoſſio oculorum? 20 21
g
a Vltra neceſſitatem.
h Nonne his qui † commorantur in vino, & ſtudent calicibus 22 23
epotandis? Ne intuearis vinum quando flaueſcit: cum ſplen- 24
duerit in vitro color eius. Ingreditur blande, ſed in nouiſſi- 25 26
mo * mordebit vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet. 27 28

* vini

† & præuaricatores in hominibus congregat ad ſe.
† cui væ?
† ſuffuſio.

c *Cui ri. cui fo.* Rixę, quia concordia nõ ſeruat, quem ebrietas, ſenſus impotentem reddit. Foueæ, quia paſſio in volutabro omnium vitiorum cadere non trepidat, qui inter bonum & malum quaſi inſanus diſcernere ignorat. Et ſępiſſime in foueam incidit. de qua: *Fouea enim profunda eſt meretrix, &c.*

E

f *Cui ſine cauſa vul.* quia multi nimis potati vulnera per tumorem acceperũt, quæ nulla ferri cauſa pertulerunt.

g *Cui ſuf. ocu.* quia immoderatus hauſtus vini, & exterioris & interioris viſus ingerit cæcitatem.

h *Nonne his.* Non vetat bibere vinum ad neceſſitatẽ, ſed morari extra tempus & vtilitatem in vino, & euacuandis certare calicibus. vnde Eſaias: *Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem.* Eſa.5.c.

F

Oculi

## NICOLAVS DE LYRA.

*Non æmuletur.* id eſt non imitetur.

*Sed in timore domini.* ſcilicet filiali.

*Eſto tota die.* id eſt per totam vitam tuam: cuius diei iuuentus eſt mane. & ſenectus veſpere.

*Quia habebis ſpem in no.* ſcilicet præmio. Spes enim eſt certa expectatio futuræ beatitudinis, ex gratia & meritis proueniens.

*Noli eſſe in conuiuiis.* Et ſequitur cauſa.

*Quia vacantes potibus.* quantum ad bona exteriora, quæ in talibus expenduntur: & quantum ad bona naturalia quæ in talibus peiorantur & corrumpuntur.

*Et veſtietur pannis.* ſcilicet vilibus. vnde in Hebræo habetur. *Laceratis, dormitatio ſcilicet tua.* q.d. non remanebit tibi in quo dormias, niſi pannus vilis & laceratus.

*Audi patrem tuum.* ei humiliter obediendo.

*Et ne contemnas cum ſenuerit mater tua.* Ei debitum obſequium ſubtrahendo.

0 *Veritatem eme.* ſtudij labore.

1 *Et noli vendere ſap.* Tum quia gratis eſt danda: Tum quia non eſt pretio pecuniæ æſtimanda. Poteſt tamen doctor ſapientiæ accipere victum & veſtitum pro ſuo labore: Imo debetur ei à republica, quod patet ex conſuetudine antiqua. Vnde dicitur, Gen. 47. b. quod ſacerdotes Aegypti tempore famis non fuerunt compulſi vendere terram ſuam, quia ipſis ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebantur: Et ipſi primo ſtuduerunt in philoſophia, vt habetur. 1. Metaphy.

2 *Exultat gaudio pater.* Quia bonum filij redundat in patrem & matrem.

3 *Præbe fili mi.* Ad doctrinam meam meditandum.

4 *Et oculi tui vias.* ad opera mea imitandum.

15 *Fouea enim profun. eſt me.* id eſt ſuperſtitioſa doctrina, quia multi cadunt in eam.

16 *Et puteus anguſtus aliena.* quia cum difficultate poteſt inde quis exire.

17 *Inſidiatur in via quaſi latro.* & hoc per doctores huius doctrinæ.

18 *Et quos incau.* neſcientes diſtinguere inter ſanam doctrinam & malam.

19 *Interficiet.* morte culpæ & gehennæ. In Hebr. habetur: Et contemptores in hominibus addet, id eſt multiplicabit in hominibus contemptores Dei, vt exponit Ra. Sa. Poteſt etiam hęc litera exponi de meretrice corporali, quę dicitur fouea profunda, quia multi cadunt in eam iuuenes viri & ſenes. Dicitur etiam puteus anguſtus, quia de peccato luxurię non exit homo niſi cum difficultate. Inſidiatur etiam quaſi latro blanditijs & oſculis incontinentes attrahendo.

20 *Cui væ.* id eſt maledictio & infortunium.

21 *Cuius patri væ.* quia in patrem redunda filij malum.

22 *Cui foueæ.* id eſt carceres ſub terra.

23 *Cui ſine cauſa vulnera.* id eſt non ex gladio, ſed ex caſu proprio facta.

24 *Cui ſuffoſſio oculorum.* id eſt debilitatio & obſcuratio eorum.

25 *Nonne his qui commorantur.* ſuperflue bibito. q.d. ſic contingit eis, vt patet de ſe ad ſenſum, ideo ſubditur.

26 *Ne intuearis vinum.* quia delectari in tali aſpectu inducit ad immoderatum potum.

27 *Ingreditur blande.* id eſt ſuauiter in principio.

28 *Sed in nouiſſimo mordebit.* quia conſumit bona fortunæ & bona naturæ, vt patet ex prædictis, & etiam bona gratiæ, quia inducit ad vitia, & potiſsime ad luxuriam, ideo ſubditur.

Fouea

A a *Oculi tui vid.* Pœnè naturale vitium eſt, poſt vina in corde mulierem concupiſcere, comitante etiam turpitudine verborum.

[illegible] mire in [illegible]

b *Et eris ſicut dor.* In medio mari dormiunt qui in huius mundi tentationibus poſiti, pariter deteriores [illegible] vitiorum quaſi cumulos vndarũ negligunt, & quaſi ſopitus gubernator clauum amittunt, quando mens ad regẽdam nauem corporis, ſtudium ſolicitudinis perdit.

c *Verberabunt me.* Vox percuſſi eſt & dormientis. Mens enim à cura ſolicitudinis dormiens verberatur, & non dolet, quia imminentia mala non proſpicit. Sic nec quæ perpetrauerit, agnoſcit: trahitur & non ſentit: qa per illecebras vitiorum ducitur: nec tamen ad ſui cuſtodiã ſuſcitatur. Vigilare optat, vt rurſum vina reperiat. Quamuis enim ſomno corporis preſſus ſe non cuſtodiat, vigilare tamen ad curas ſeculi nititur, vt ſemper voluptatibus debrietur.

a Ad concupiſcendum. b Mulieres. c Res contumelioſa ebrietas.
a Oculi tui videbunt extraneas: & cor tuum loquetur peruerſa. 1 2
a Mundi tempeſtatibus. b Sine cura.
b Et eris ſicut dormiens in medio mari, & quaſi † ſopitus gu- 3 4
a Corporis. Mens. b Solicitudinis ſtudio. c Dæmones.
c bernator amiſſo clauo: & dices, Verberauerunt me, ſed non 5
Ignoraui. a Per vitia. b Ad curas ſeculi, alias à curis ſeculi. 6
dolui: traxerunt me, & ego non ſenſi. Quando † euigilabo, & 7 8
a Voluptates. 9
rurſus vina reperiam?

c *Ver-*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Oculi tui.* id eſt meretrices & adulteras.
2 *Et cor tuum.* concupiſcendo eas.
3 *Et eris.* quia paſſio Venereorũ ligat rationem & ſenſum.
B 4 *In medio ma.* id eſt præſentis ſeculi, quod iactatur vndis tentationum & vitiorum.
5 *Et quaſi ſopitus.* corpus eſt nauis, anima gubernatrix, vnde dixerũt Platonici, quod anima vnitur corpori, ſicut nauta naui: quæ ſimilitudo tenet inquantum eſt motor corporis, non tamen inquantũ eſt forma. Dicitur autem anima ſopita, quando ſomno vel paſſione Venereorum eſt ligata.

Platonici de anima.

6 *Amiſſo clauo,* id eſt gubernaculo. quod hic intelligitur rectum rationis iudicium.
7 *Et dices.* tranſeunte ſomno vel paſſione.
8 *Verberauerunt.* Sicut enim oppreſſus ſomno præ nimia ebrietate, non percipit pro tunc ſi percutiatur aut trahatur, ſic detentus vehementi paſsione Venereorum, non percipit pro tunc mala culpæ & pœnæ quæ incurrit.
9 *Quando eui.* ſicut enim aſſuetus ebrietati poſt euigilationem cito recurrit ad potationes inclinatus ad hoc per malã conſuetudinem vel complexionem, ſic & aſſuetus Veneri etſi aliquando euigilet percipiendo ad horam mala quæ incurrit, tamen cito reuertitur ad vomitum propter malum habitum, vel carnis corruptionem ipſum ad hoc impellẽtẽ

## CAPVT XXIIII.

CAP. XXIIII.

a *Ne æmu.* Ne deliciores imitaris [illegible] prædictis vitiis [illegible] implicari: ſed ſapientiæ operam dare [illegible], vnde ſubdit. *Sapien. æd. ædificabitur domus.*

b *Vir ſapiens.* Non omnis fortis ſapiens, ſed econuerſo, quia etſi corpore debilis eſt, ſi adſit ſapientia, omnia fortis aduerſarij, id eſt diaboli certamina vincit.

C

† pectus robo [illegible]

c *Exceſſa ſtul.* Non poteſt ſtultus ad ſapientiam aſcendere, quia in imis vitiorum iacet: quia etſi in præſenti ſe aliquid ſapere putat, in porta, id eſt in exitu huius vitæ nihil fuiſſe inueniet.

d *Qui cogitat.* Aperit quem ſtultum dicat, non ingenio tardum ſed & qui vel cogitando peccat.

e *Si deſpe.* Nihil execrabilius deſperatione: quã qui habuerit & in generalibus huius vitę laboribus, & quod peius eſt, in fidei certamine conſtantiam perdit.

f *Erue eos.* Erue eos qui ab hæreticis decipiuntur, rectam fidem prædicando: libera eos qui a male viuentibus catholicis trahuntur ad interitum exemplo bonorum operum instruendo. Sed & ſi quos in certamine perſecutionis lapſos vel lapſuros inſpexeris, ad vitam exhortando reſtaura: ſi aliquos fame, perituros, victu, veſ recrea.

Prædictos.
a NE æmuleris viros malos, nec deſideres 1 2
eſſe cũ eis, quia rapinas meditatur mẽs 3
eorum, & fraudes labia eorum loquun- 4
a Quæ eſt Chriſtus. Domus:
tur. Sapiẽtia ædificabit domus, & pru- 5 6
a Sapientiæ. b Et in eis.
dẽtia roborabit. In doctrina replebun- 7
a Corda iuſtorum. b Et in eis.
b tur cellaria vniuerſa ſubſtantia pretioſa & pulcherrima. Vir 8 9
ſapiens fortis eſt, & vir † doctus robuſtus & validus: quia † cũ 10
diſpoſitione initur bellũ, & erit ſalus vbi multa conſilia ſunt.
Alta & remota ob ſuperbiam.
c Excelſa ſtulto ſapientia: in porta non aperiet os ſuum. Qui 11 12
d cogitat mala facere, ſtultus vocabitur. Cogitatio * ſtulti peccatum eſt: & abominatio hominum † detractor. Si † deſpe- 13
e raueris in die anguſtiæ lapſus, † imminuetur fortitudo tua. 14
a Bene docendo. b Ab hæreticis. c Vel in certamine perſecutionis lapſuros, vel fame perituros recrea.
f Erue eos qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad inte- 15 16
ritũ, liberare ne ceſſes. Si dixeris: † Vires non ſuppetunt, qui 17

Come

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXIIII.

NE æmu. Hic conſequenter concludit ex prędictis quoddam corollarium. Dictum eſt enim ſupra quod in conuiuijs & comeſſationibus potatorum conſumuntur fortunę bona, quibus conſumptis inducuntur tales ad rapinas & furta: quia non habent vnde continuent talia, & tamen continuare volunt, quia conſuetudo eſt altera natura, ideo quaſi concludendo ex prædictis dicit.

1 *Ne. æmule.* id eſt imiteris: Aemulor, aris, habet plures ſignificationes. unde uerſus: Aemulor inflatur, amat inuidet ac imitatur.

Aemulor.

2 *Viros ma.* id eſt ebrioſos & guloſos, ut dictum eſt.
3 *Quia rap.* poſtquã cõſumpſerit bona ſua modo prædicto.
4 *Et frau.* quando non poſſunt habere per violentiam.
5 *Sapien. ædi.* i. promouebitur familia uel cognatio aliqua.
6 *Et pru. ro.* id eſt bono regimine.
7 *In do. ſa. re.* id eſt corda audientium.
8 *Fa[illegible] ſub.* Diuitiæ enim ſpirituales ſemper ſunt pretioſæ & pulcherrimæ, corporales enim aliquando habent turpitudinem annexam.
9 *Vir. ſa. for.* quia ſapientia plus ualet in arduis & in bell[illegible] quam uires corporis, ideo ſubditur.
10 *Quia cum.* Niſi enim exercitus eſſet bene diſpoſitus, [illegible] haberet uictoriam ſed magis confuſionem.
11 *Excelſa. ſtul.* quia non poteſt attingere ad eam.
12 *In porta non.* id eſt inter ſapientes qui antiquitus ſedebant in porta ciuitatis ad faciendum iudicium. Cætera p[illegible] tent uſque ibi.
13 *Si deſperaueris in die anguſtiæ lapſus.* de periculi euaſio[illegible]
14 *Imminuetur fortitudo tua.* Quia deficiente corde per deſperationem deficiunt membra exteriora, quæ habent [illegible] tutem a corde.
15 *Erue eos qui.* Iniuſte tamen exemplo Danielis, qui liberauit Suſannam, Dan. 13.
16 *Si dixe.* ad hoc faciendum.
17 *Qui in eſt cor.* i. Deus, ſecundum quod dicitur. 1. Reg. [illegible] b. Homo uidet ea quę patent, Deus autem intuetur cor

inſpector eſt cordis, ipſe intelligit, & ſeruatorem animæ tuç 1 2
Omni, ita & tibi.
a nihil fallit: reddetque homini iuxta opera ſua. Comede fili 3 4
a Doctrinam ſapientiæ.
mi mel, quia bonum eſt, & fauum dulciſſimum gutturi tuo. 5
Sic & doctrina ſapientiæ animæ tuæ, quam cum inueneris, 6 7
b habebis in nouiſſimis ſpem, & ſpes tua non peribit. Ne inſi- 8 9
dieris & quæras impietatem in domo iuſti, neque vaſtes re- 10 11
c quiem eius. † Septies enim cadet iuſtus & reſurget, impij au- 12 13
d tem corruent in malum. Cum ceciderit inimicus tuus, ne gau 14
deas, † & in ruina eius ne exultet cor tuum, ne forte videat 15 16
a Te cadentem in peccatum.
dominus, & diſpliceat ei, & auferat ab eo irã ſuam. Ne† con- 17 18
tendas cum peſſimis, nec æmuleris impios, quoniam non 19 20
habent futurorum ſpem mali, & lucerna impiorum extin- 21 22
Quæ ſunt Dei Deo. Quæ ſunt Cæſaris Cæſari.
e guetur. † Time dominum fili mi, & regem, & cum detracto- 23 24
f ribus non commiſcearis. Quoniam repente conſurget per- 25 26
Subaudi ignorata ſunt.
g ditio eorum, & ruiná vtriuſque quis nouit? Hæc quoque ſa- 27 28
pientibus. † Cognoſcere perſonam in iudicio non eſt bonũ. 29 30
Qui dicunt impio, Iuſtus es, maledicent eis populi, & dete- 31 32
ſtabuntur eos tribus. Qui arguunt, laudabũtur, & ſuper ipſos 33
h veniet benedictio. *Labia deoſculabitur, qui recta verba re- 34

a *Comede fili mi.* Melli & fauo comparat doctrinã ſapientię. Quia ſicut illa cęteris cibis, ita hæc doctrinis præcellit cæteris. Mel autem quod in promptu eſt, moralẽ literæ ſuperficiem notat. Fauus, vbi mel in cera, allegoriam, vbi ablato velamine literæ: ſpiritualis ſuauitas labore aliquo & mora percipitur.

b *Ne inſidieris.* Ne quæras occaſionem, per quam deroges homini iuſto. Ille enim ſi ceciderit, cito reſurget, nec iterat malũ: impij vero ſi corruũt, vt non reſurgant. vnde ſubiungit: *Septies cadet iuſtus in die, & reſurget: impij vero, &c.*

c *Septies enim cadet.* Iuſtus dicitur & cadere, id eſt peccare memoratur, quia de leuibus peccatis agitur, ſine quibus hæc vita nõ ducitur. Per ignorantiam enim, vel obliuionem, vel ſurreptionem; per neceſſitatẽ, vel fragilitatem carnis, ſingulis diebus vel inuiti, vel volentes frequenter peccamus, & tamen reſurgit iuſtus, quia iuſtus eſt, nec eius iuſtitiæ humana præiudicat fragilitas. Vnde cum de iuſto loquitur, non addit, in malum: quia etſi malum eſt, quod cadunt, ne hæreant in malo citius reſurgunt. At contra. *Impij autem corruunt in malum*, quia cum ceciderint, vel (quod grauius eſt) corruerint, id eſt criminaliter peccauerint, ſic peccato aſſentiunt vt non pœniteant.

d *Cum ceciderit inimicus tuus.* Supra iuſto inſidias vetuit, nũc autem vt reddat te perfectum in omnib⁹ inimicis, etiam ſi peccauerint: aut quid aduerſi incurrerint, inſultare ꝓhibet, ne forte ſi miſerãte domino ad pęnitentiã redierint: & tibi amici fideles fuerint, erubeſcas: quia aliquãdo illos deſpexeris, quos diuina gratia ad vitam ſeruauerat. Sed quãtũ potes iacentibus condole, & vt reſurgãt iuua, etſi effectus conatũ ſequitur, gaudebis de ſanato quẽ ęgrotum dolueras. Si non, beneuolentiæ, tamen fructu non carebis ante Deũ. Vel ita: Nõ gaudeas de caſu inimici tui, ne forte dominus ſuperbiã tuam, quæ illi abſq; dubio diſplicet: hoc ordine illum deijciẽs humilier, ne te cadente in peccato, ille reſipiſcens ſanetur. D

e *Time dominum fili mi.* Põt per dominũ & regem, pater & filius intelligi, qui eodem diuinitatis honore colendi ſunt. *Qui enim non honorificat filium, non honorificat patrem qui miſit illum, &c.* Ioan. 3. d.

a Quem timere debes.

f *Cum detractoribus.* Cum illis ſcilicet qui dicentes ſe Deum patrem noſſe, filiũ Dei in carne apparentem noluerunt recipere, quoniam repen. conſur. perdi. eorum: & rui. vtri. quis nouit. Vtriuſque & detrahentis, & ei fauentis: derogantium Chriſto principum, & decepti ab eis populi, & lacerantium fidem hęreſiarcharum, & auſcultantium illis auditorum.

† commerciũ habeas.

g *Hæc quoque ſapien.* E Quãdo reprobus quis repentino interitu rapitur a ſeculo. Vel, Hæc quoque ſapientibus ſunt obſeruanda quæ & docui, ne & detractoribus cõmiſceãtur, quia hoc ſpecialiter vitio periclitatur totum pene genus humanum. vnde Auguſ. in menſa ſua: *Quiſquis amat dictis abſentum carpere vitam. Hanc menſam indignam nouerit eſſe ſibi.* Alia tranſlatio apertius habet: Hæc vobis (ſubaudi ignorata ſunt) ſapientiã agnoſcentibus. Quod ſequentium poteſt eſſe principium. Cognoſcere perſonam in iudicio, &c. Supra regem timere docuit, & nunc perſonam in iudicio cognoſcere vetat. Vnde colligitur, quia ita principibus oportet ſeruire, vt eorum reuerentia, vel timore nunquam à via veritatis recedatur.

Verſus in mẽſa Auguſti.

Quomodo ſeruiendum principibus.

h *Labia deoſcu.* Oſculum, pacis & amoris ſignum eſt. Qui ergo recte reſpondet, labia deoſculatur, quia quicunque neglecta acceptione perſonarum ſola verba iuſtitiæ ſequitur, inſipientibus forte grauis videtur & auſterus. Multos tamẽ cum quibus pacem habeat, multos prudentes qui ſua verba cum amore cõplectantur inueniet, & eoſdem qui ſæpe aduerſabantur in melius conuerſos. F

Præpa-

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Ipſe intelligit.* Si dicas verum vel falſum, & ſecundũ hoc reddet tibi pœnam vel præmium.

2 *Comede fi.* Ad literam, in terra promiſsionis in qua regnauit Salomon mel abundat, ideo in pluribus locis vet. teſ. dicitur terra abundans lacte & melle, & eo reficiuntur homines corporaliter.

3 *Sic & doct.* Dulcis eſt & bona & ſpiritualiter refectiua.

4 *Quam cum.* Corde meditando & opere adimplendo.

5 *Habebis in no.* ſcilicet in bonis futuri ſeculi.

6 *Et ſpes tua.* id eſt effectu non carebit, quia ſpes eſt certa expectatio futuræ beatitudinis vt ſupra dictum eſt.

7 *Ne inſidie.* id eſt occaſionem eum diffamandi, eo quod in aliquo deliquit, & ſubditur cauſa.

8 *Septies enim.* id eſt pluries, quia vita præſens ſine peccato non poteſt tranſigi de curſu communi.

9 *Et re.* id eſt ſe emendabit, propter quod ſeruanda eſt fama eius. vnde dicit ſaluator, Matth. 18. b quod correctio fraterna primo debet eſſe in ſecreto, vt ſic ſeruetur fratris fama, ſi emendetur ex tali correctione.

10 *Impij au.* Sine correctione tali per emendam, & ideo nõ ſic eſt cum iſtis agendum, ſed magis ſunt accuſandi publicæ iuſtitiæ & puniendi, quãdo non ſperatur de eorũ emendatione ex ſecreta correctione.

11 *Cum cecide.* In aliquod malum pœnæ.

12 *Ne gaudeas.* Motus rõne odij ſeu inimicitiæ, ſecus autẽ eſt qñ tale gaudium procedit ex zelo iuſtitię, ideo ſequitur.

13 *Ne forte.* Motus malus animi tui.

14 *Et auſe.* Et ſuper te conuertat ipſam.

15 Ne

15 *Ne conten.* id eſt cum incorrigibilibus verbo correctionis, quia hoc inutile, ſed iudex debet contendere cum talibus pœnis, vt à malo arceantur, & alij terreantur.

16 *Ne æmuleris.* id eſt imiteris.

17 *Impios.* Cuius cauſa ſubditur.

18 *Quoniã non.* Sed totã ſuã ſpẽ ponũt in bonis huius mũdi. Iob. 21. a.

19 *Et lucerna.* id eſt poteſtas eorum finietur.

20 *Time do.* principaliter. 21 *Et regem.* Qui eſt eius vicarius in temporalibus ſecundario. 22 *Et cum detractoribus non commiſcearis.* Eorum detractiones libenter audiendo.

23 *Quoniam repente.* ſcilicet detractoris & eius auditoris.

24 *Et ruinam vtriuſque.* q. di. valde magna erit, quia poſt ruinam culpæ incurrent ruinam gehennæ.

25 *Hæc quoque.* quæ ſequuntur: ſic coniungitur hæc litera in Hebræo.

26 *Sapientibus.* id eſt iudicibus & eis aſsiſtentibus.

27 *Cognoſcere.* id eſt ex aliqua familiaritate ei condeſcendere plus debito.

28 *Non eſt bonum.* Quia eſt contra veritatem iuſtitiæ. In tali enim caſu ſanctum eſt præhonorare veritatem. 1. Ethic.

29 *Qui di.* Eũ pro muneribus ſeu familiaritatibus iuſtificãdo.

30 *Maledicent.* Per populos intelliguntur gentes, quæ non ſunt de populo Iſrael, & per tribus populus Iſrael in duodecim tribubus diuiſus.

31 *Qui arguunt.* Iuſte peccatores, obſeruando tempus & locum, & alias debitas circunſtantias.

32 *Laudabuntur.* id eſt laudabiles efficientur coram Deo & hominibus. 33 *Et ſuper.* Dei & populi. 34 *Labia.* id eſt pacem reformabit, cuius ſignum eſt mutuum oſculum.

a *Præpara.* Præparato opere agrum diligẽter exercere, eſt cultiſſis . . . . . lentibus, actionem noſtram ad ſtrugem retributionis excolere, & poſt agri exercitium domum ędificare, quod plerunque ex bonis operibus diſcimus, quam tam vitæ munditiã & in cogitatione conſtruamus. Ille enim exterius domum ædificat, qui primum agrum corporis a ſpinis vitiorum purgat ne ſi deſideriorum ſentes in carnis agro proficiant, intus tota virtutum fabrica tamen boni creſcente deſtruatur.

b *Per* . . . . *hominis pigri tranſiui, & per vineam ſtulti viri.* Per agrum vineam que pigri ac ſtulti tranſire, eſt cuiuſlibet vitam inſpicere negligentis: Quam vrticæ vel ſpinæ replent, quia in corde negligentium pruritia terrena deſideria & pũctiones pullulant vitiorum, vnde In deſideris eſt oĩs otioſus. Et maceria lapidum in vinea vel agro viri ſtulti deſtructa iacet: cum incepta virtutũ munimina, vel improbitate hominum deceptus vel diaboli perſuaſione quiſque negligens perdit.

ſpondet. Prępara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum 1
tuum, & poſtea ædifices domum tuam. Ne ſis teſtis fruſtra 2 3
Ne foueas in peccatis.
contra proximum tuum: nec † lactes quẽquam labijs tuis. 4
a Malum pro malo non reddas.
Nẽ dicas: Quomodo fecit mihi, ſic faciam ei: & reddam vni- 5 6
a Quia reprobi prædicta facere negligunt, recte ſubiungit. Per agrum ho. pi. tranſi.
cuique ſecundum opus ſuum. Per agrum hominis pigri tran- 7 8
ſiui, & per vineam ſtulti viri: Et ecce totum repleuerant vrti-
cæ: operuerant ſuperficiem eius ſpinæ, & maceria lapidum
* deſtructa erat. Quod cum vidiſſem, poſui in corde meo, & 9
Non eſt in heb.
exemplo didici diſciplinam. Vſquequo piger dormies, vſque- 10
Ebrius.
quo de ſomno conſurges? Parum inquam dormies, modicum 11
dormitabis Pauxillũ manus cõſeres, vt quieſcas, & veniet tibi
quaſi curſor egeſtas tua, & mendicitas, quaſi vir armatus.

† ſedneas.
* eius.
Vſquequo & hic v. . . . . ſ non eſt in Hebræo.

A B

## NICOLAVS DE LYRA.

*Qui recta ver.* Ille enim qui reſpondet ex tranſuerſo, veritatem fugiendo, nõ reformat pacem, ſed magis diſſipat eam.

1 *Præpara foris opus tuum, & dilig.* Hũc verſum exponit Ra. Sa dupliciter. Vno modo ſic. *Præpara foris opus tuum.* i. prouide tibi de agris & vineis, & alijs ad vitam neceſſarijs.

2 *Et poſtea.* i. accipias vxorem & facias prolem. Coniunctio enim viri & mulieris & educatio prolis faciunt domũ: quæ male gubernaretur, niſi præcederet prouiſio neceſſariorũ. Alio modo ſic. *Præpara foris opus tuum*, ſtudendo ſacram ſcripturam. Et diligenter exerce agrum tuum, videndo gloſſas doctorum. *Et poſtea ædifices domum tuam*, id eſt fac tibi diſcipulos per ſanam doctrinam, aliter eſſet ordo peruerſus.

3 *Ne ſis teſtis.* id eſt ſine iuſta & rationabili cauſa.

4 *Ne lactes quenquam.* id eſt verbis adulatorijs.

5 *Ne dicas.* ad oppoſitum verbis comminatorijs.

6 *Quomodo fecit.* talis iniuriam inferendo.

7 *Sic faciam.* quia nullus debet eſſe iudex in cauſa ſua, ſed debet ad ſuperiorem recurrere. cuius eſt inter homines iuſtitiam conſeruare, & iniuriantes corripere.

8 *Per agrum.* & ad ſenſum patet hoc in poſſeſſionibus pigrorum.

9 *Quod cum vi.* quia ſapientes hoc videntes, fiunt magis ſolliciti de ſuis poſſeſſionibus cuſtodiendis & colendis. Alio modo exponitur, per agrum & vineam intelligendo hominis conſcientiam, quæ quando negligitur, varijs vitijs repletur. Quod conſiderantes ſapientes viri, circa propriam conſcientiam purgandam ſunt magis ſoliciti.

10 *Vſquequo piger.* Hoc principium non eſt in Hebræo, ſed incipit ibi verſus.

11 *Parum inquam do.* Exponatur tamen totum vſque ad finem capituli, ſicut expoſitum eſt ſupra cap. 6. vbi ponitur iſta ſententia, & quaſi ſub eiſdem verbis.

## CAPVT. XXV.

C

a *HAe quoque para.* Hinc nouo ordine loqui incipit, & vt non ad audientẽ, ſed ſecum quid ratio veritatis habeat, pertractet: in quibus tamen quiſque quid cauere, quid appetere debeat, agnoſcat. Quas quidem parabolas viri Ezechiæ trãſtuliſſe dicuntur, quia forſitan vſq; ad eum diſpertię habebãtur a pluribus, prout ex ore Salomonis ſemel dictas rapuerant: ſed per eius induſtriam collectæ, huic libello inſertæ ſunt. Notandum quia in his parabolis multo plura ſunt allegorica, quam in cęteris ex collatione rerum, ſcilicet quæ figuris aptæ videntur.

b *Gloria Dei.* Gloria dñi, in carne apparentis, eſt humanitatis magis quã diuinitatis naturã mortalium oculis oſtendere: & ſe potius miraculis & myſticis locutionibus quam apertis verbum Dei, id eſt filium fateri: vnde ſe magis filium hominis quam filium Dei appellat.

c *Inueſtiga.* Sermonem quo ſe Deum (quamuis obſcure) ſignificat, vt illud: *Ego & pater vnum ſumus, & huiuſmodi.* Denique celans diuinitatem & prętẽdens humanitatem, ait: *Quem dicunt homines eſſe filium hominis?* Cui Petrus inueſtigato ſermone: *Tu es Chriſtus filius Dei viui.* Qui non paruam inueſtigationis gloriam meruit, nam illico audiuit. *Beatus es Simon Bariona, quia caro, &c.*

d *Cælum ſurſum & terra.* Sicut altitudo cęli & profunditas terræ ab hominibus ſciri non poteſt, ita ſcientia apoſtolorum & prophetarum, qui arcana diuinitatis ſpiritu reuelante cognouerunt, noſtram fragilitatem tranſcendit.

## CAPVT XXV.

a HÆ quoque parabolæ Salomonis, quas † tranſtule- 1 2
a In carne apparentis.
b runt viri Ezechiæ regis Iuda. Gloria Dei eſt celare 3
Deitatis. a Apoſtolorum. b Perſcrutari.
c verbum, & gloria regum inueſtigare † ſermonẽ. 4 5
a Apoſtolorum. Scientia apoſtolorum noſtram fragilitatem tranſcendit. 6
d Cælum ſurſum, & terra deorſum, & cor regum inſcrutabile. 7

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XXV.

Diuiſio.

HAe quoque pa. Hic incipit tertia pars principalis huius libri, in qua ponitur tertia collectio parabolarũ Salomonis. Et diuiditur in duas partes. ſ. in proœmium & tractatũ. Secunda ibi: *Gloria Dei.* In prima parte ponitur materia huius collectionis, cum dicitur. 1 *Hæ quoque pa.* ſ. quæ ſequuntur in hac collectione, & autor parabolarum, cum dicitur. 2 *Salomonis.* i. æditæ a Salomone, & autores collectionis, cũ dr̃. 3 *Quas tranſtule.* i. ſtudioſi ſui temporis & de eius mandato. Nec accipitur hic tranſlatio de vno idiomate in aliud, quia Salomon protulit illas parabolas Hebraicè, & ſic ſcripſerunt eas viri ſibi aſſiſtentes in ſchedulis tñ diuerſis. Sed viri Ezechiæ illas ſchedulas colligentes, addiderunt eas duabus prædictis collectionibus iam ante poſitis in hoc libro & ſic fuerũt in maiori autoritate quã ante. Et iſta tranſpoſitio de ſchedulis in hoc libro vocatur hic tranſlatio. vnde in Hebræo non habetur, Tranſtulerunt, ſed fortificauerunt, imponendo in libro autentico. 4 *Gloria Dei.* Hic conſequenter ponitur tractatus. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur eruditio Salomonis actiua, ſecundo paſſiua. c. 20. Prima in duas: quia primo ponitur diſciplinatorũ eruditio. Secũdo increpatur indiſciplinatorum obſtinatio, c. 29. Prima adhuc in duas: quia primo deſcribitur virtutis bonũ, ſecundo vitij malum. c. 28. Prima adhuc in duas, quia primo incitat ad virtutis bonũ. ſcd̃o remouet impedimentũ. c. 27. Prima adhuc in duas quia primo declaratur bonũ qđ virtuti debet. Secũdo à quibus remouet. c. 26. Circa primũ dr̃. *Gloria Dei eſt ce.* i. ſacræ ſcripturæ ſecretum, vt exponit Ra. Sa. ſicut principia Gen. & Ezechielis velate traduntur, vt infideles irrideantur, & fideles ſtudioſi exerceant, & profunditatẽ diuinæ ſapientię admirentur. ideo ſubditur. 5 *Et gloria* id eſt ſapientum, qui debent alios regere. 6 *Inueſtigare* quærere ſenſum ſermonis diuini occulte traditi: & ex hoc ſunt ſapientes ab alijs honorandi, quia honor debet virtuti nõ ſolũ morali, ſed ẽt intellectuali: veruntñ non oĩa ſunt ſapientibus in lege Dei perſcrutãda, ideo ſubdit. 7 *Cælum* i. quantũ diſtat altitudo cęli à terra, & quantum diſtat ter-

Tranſlatio diuerſo modo accipitur.

D

a ¶ Superficiem literæ. b ¶ Sacro eloquio
c ¶ De ſubtilitate literæ, & figuralium ceremoniarum.
d ¶ Spirituale myſterium.

Aufér rubiginem de argento, & † egredietur vas puriſſi- 1
a mum. Aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur iuſtitia
b thronus eius. Ne glorioſus appareas coram rege, & in loco 2
magnorum ne ſteteris. † Melius eſt enim, vt dicatur tibi. 3
Aſcende huc, quam vt humilieris coram principe. † Quę vi- 4
¶ Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipſum ſolum.
derunt oculi tui, ne proferas in iurgio cito, ne poſtea emen- 5
dare non poſſis, cum dehoneſtaueris amicum tuum. Cau- 6 7
ſam tuam tracta cum amico tuo, & ſecretum † extraneo ne 8
reueles, ne forte inſultet tibi cum audierit, & exprobrare non 9 10
¶ Non eſt In Hebræo.
ceſſet. Gratia, & amicitia liberant, quas tibi ſerua, ne expro-
c brabilis fias. Mala aurea † in lectis argenteis, qui loquitur ver- 11
a ¶ Magiſter eruditus.
d bum in tempore ſuo. Inauris aurea † margaritum fulgens, qui 12 13 14
e arguit ſapientem, & aurem obedientem. Sicut frigus niuis in 15 16
a ¶ Tempore prædicationis. inter feruores perſequentium.
b ¶ Meſſis quidem multa, operarii autem pauci.
c ¶ Prædicator miſſus a deo.
die meſſis, ita legatus fidelis ei, qui miſit eū, animam illius re- 17 18
a ¶ Speciem ſanctitatis habens.
f quieſcere facit. Nubes, & vētus, & pluuię nō ſequētes, vir † glo
a ¶ Virtutem negans. b ¶ Ferendo, quæ pro peccatis irrogantur. c ¶ Deus.
rioſus, & promiſſa nō cōplens. † Patiētia lenietur princeps, & 19
a ¶ Humilis ſatisfactio.
b ¶ Domabit. c ¶ Contumacię prioris.
d Paratum tibi. Dulcedinem cęleſtis intellectus, quæ apud, ideſt, patrum officio paratur.
g lingua mollis cōfringet duritiā. Mel inueniſti, comede quod 20 21 22 23

a *Aufer impieta.* Aufer impietatē perſequendi Chriſtianos de animo Sauli, vel huiuſmodi, & cum Chriſtum prædicare cœperint, firmabitur iuſtitia, cathedra doctrinæ eorum, quam prius ad ruinam ſua impellebat impietas, cum iuſtitię dei repugnantes ſuam volebant ſtatuere.

*Aufer impieta. &c.* Qui præſunt populis, ſi volunt firmum eſſe ſoliū ſuum, ſemper hilaritate, & gratia vultus plenos exhibeant, ne per arrogantiam rigidi, plebis odium incurrāt.

b *Ne glorioſus appareas.* Sicut superius prælatum, nunc ſubditum monet: illum, vt hilarem vultū oſtēdat ſubiectis. Hūc ne in conſpectu maiorum arrogās appareat, ſed in mediocri poſitus loco, ſuperius euocari mereatur. vnde: *Cum inuitatus fueris ad nuptias, recumbe in nouiſſimo loco.* Poteſt in rege, & principe dominus intelligi, in cuius conſpectu nos ſemp humiliari neceſſe ē. vnde: *Humiliamini ſub potenti manu Dei, vt ex altet vos in tempore viſitationis.*

*Mala aurea.* Sacra eloquia, electis comparantur, quia requiē parant audientibus. Argenteis, quia ſplēdida fulgent virtutibus patrū. vnde: *Eloquia domini eloquia caſta, ar. igne examinatum, probatum terræ purgatum ſeptuplum.* Lecto ornatui mala ſuperaddit aurea, qui diuina eloquia ſpiritualib. ſenſib. & myſterijs plena exponēdo demonſtrant. Sē. s. n. mala vocantur. quia de arbore vitę, i. dei ſapientia ſunt nati. Aurea, quia notitiam amoremque perpetuæ claritatis credentibus infundunt. Mala ergo aurea in lectis argenteis, q. lo. ver. in tēpore ſuo, quia qui verbum dei opportune nouit iuxta audiētium capacitatē prædicare, modo exempla ac dicta patrum (per quorum cuſtodiam ad requiem pueniť æternam,

ternam) iuxta literā replicat, modo ſuauiores in his ſenſuū D
ſpiritualium fructus, quibus pia audietium deſideria paſcat, remoto literę velamine pandit.

d *Inauris aurea margaritum fulgens.* Recte humilis auditor in auri aureæ cōparatur, dū libenter increpāti ac docenti aurē accommodat, iam ſe ad percipiendam claritatem ſapientiæ cęleſtis præparat, iam ſupernæ lucis viſioni appropiat. Magiſter eruditus, margaritæ fulgenti, quia dum emendationem morum, dum ſupernorū ſcientiā pie quęrentibus aperit, quaſi aureo ornatui maiorē inſuper gratioreq; fulgorem gehennæ ardentis annectit.

e *Sicut frigus.* Inportunum videtur tēpore meſſis ningere. Nā & poſt: Quomodo nix in æſtate, & pluuiæ in meſſe, ſic indecens eſt ſtulti gloria. Sed tū in feruenti paleſtina, non parū delectabile eſt, ſi ſubito frigus (quomodo in niue ſolet) adueniat: quod incendia ſolis aliquādo refrigeret, ſudorem laborū tergat, ardētes temperet anhelitus: Cui bene legatus aſſimilatur fidelis, q mētē ei9, q ſe miſit, prudēter agēdo repauſat

f *Vir glorioſus.* Idem videtur: *Nec lactes quemquam labiis tuis.* Sed illud eſt ne promittendo hominem ſuſcipies, & non complendo decipias. Hoc autem, & idem, quod dicit Apoſtolus: *Habentes ſpeciem pietatis, veritatem autem eius abnegantes.*

g *Mel inueniſti, comede quod ſufficit tibi.* Poteſt & ſic intelligi, quòd poſt aperte dicit: Subtrahe pedem tuū de domo proximi tui. Etſi enim cuiuſlibet, vel locutionem, vel viſitationē melle dulciorem inueneris, melius eſt tamen, vt rarius veniendo, facias eū diligere aduentū tuū, quam vel vna vice tandiu cū illo maneas, vel toties ad illū venias, vt faſtidiat.

a *Deus*

†fiet inde.
†5.q.5.c. qui ambulat.
†alterius.
E
†cum figuris.
†ornamentum obrizi.
†qui ſe iactat de domo mendaci.
†Sapientia.
F
†Sup.24 d.
2. Tim.3.a.
Nota rarius veniendum ad amicum.

NICOLAVS DE LYRA.

*rum terræ ab eius ſuperficie, & ſecreta cordium, & maxime ſapientum, & qui ſciunt corda ſua celare, & ſic ſoli deo ſunt nota, talia inquam non ſunt a ſapientibus legum perſcrutanda, vnde prophetæ, & apoſtoli, & doctores vtriuſque teſtamenti de talibus tacuerunt, & de ejs conſimilibus, quæ plus habent noxiæ curioſitatis, quam vtilitatis dicit Aug.*

1 Aufer ru. *id eſt, ſicut ablata rubigine de argento formatur inde vas puriſſimum, ſic ablata impietate de regno, remanet purum, & iuſtitia ſolidatum.*

Nec glorioſus appareas coram. *Te vltra debitum ingerendo, ex hoc ſequatur tua confuſio. ideo ſubditur.*

Melius eſt enim, vt dicatur tibi. *Et patet.*

Quæ viderunt oculi tui. *ideſt, mala proximi tui, quæ in ſecreto vidiſti.*

Ne proferas in iurgio. *Cito aliis propalando.*

Ne poſtea emendare non poſſis cum dehoneſtaueris. *i. reddere famam proximo tuo, quem læſiſti.*

Cauſam tuam ſe. tra. cū ami. tuo. *de cuius fidelitate non dubitas.* 8 Et ſecretum extraneo non reueles. *cuius fidelitatem ignoras.* 9 Ne forte inſultet tibi. *exprobrando in publico defectum quem dixiſti ſibi in ſecreto.*

Gratia, & amicitia liberant. *iſte verſus non eſt in Hebræo.*

Mala aurea. *ideſt, pomelli aurei ad modum pomi formati.*

In lectis argente. *ſunt ad decorem.*

Qui loquitur verbum in tēpore ſuo. *i. ſic obſeruatio temporis debiti in proferendo verbum bonum decorat illud. Quod autem potentes antiquitus facerent lectos argenteos, & aureos habetur Eſth. 1. Probabile tamen eſt, quòd illi lectuli de quibus habetur Eſther. 1. erant argentei, & aurei tantum exterius, & de alia materia interius. Item Ra. Moyſes dicit, quod hæc eſt litera:* Mala aurea in ſculpturis argenteis. *ideſt, cooperta argento ſculpto, ita quod per foramina argenti videtur aurum interius exiſtens.*

14 Inauris aurea. *quæ eſt ornamentum auris.*

15 Et margaritum fulgens. *in ornamentis aliis.*

16 Qui arguit ſapientem. *ideſt, ſicut illa ornamenta ſunt gratioſa corporaliter, ita correctio facta ſapienti, & obedienti pulchra eſt, & gratioſa ſpiritualiter, quia habet optimum effectum.*

17 Sicut frigus niuis in die meſſis. *Non loquitur de frigore niuis realiter, quia nix non eſt decens tempore meſſis, ſed de vento refrigerante meſſores ad modum frigoris niuis.*

18 Ita legatus fidelis ei, qui mi. eū, *qa refrigerat animi ſui motum.* 19 Nubes, & vētus, & plu. nō ſequen. vir. & promiſſa nō cō. *Sicut. n. nubes, & ventus prætendentes pluuiā futuram, & nō adducentes, ſuſpendunt deſiderium hominum pluuiam expectantiū, & per conſequens magis affliguntur, quia ſpe tali fruſtrātur, ſic promiſſio hominis potentis, quæ non cōpletur, affligit animā illius cui promittitur.* 20 Patientia lenie. prin. *Sicut Nabuchodonoſor fuit lenitus, & pacificatus ex patientia trium puerorū in ignem proiectorum, Dan. 3.* 21 Et lingua mollis. *ideſt, ſuauiter loquens.*

22 Confringet duritiam. *Sicut lingua Abigail confregit duritiā quam diſpoſuerat Dauid inferre domui ſuæ. 1. Reg. 25. b.*

23 Mel inueniſti, comede quod ſufficit tibi. *Vno mō exponit de*

a ſNon plus ſapere, quam oportet ſapere. b Cito continget. c Vltra vires quærendo. d Perdas, quod bene intellexeras.

ſufficit tibi, ne forte ſatiatus euomas illud. Subtrahe pedem 1
tuum de domo proximi tui, ne † quando ſatiatus * oderit te. 2
laculum, & gladius, & ſagitta acuta, homo qui loquitur con- 3 4
a tra proximum ſuum falſum teſtimonium. Dens putridus, & 5

a Beatus, qui cuſtodit veſtimenta ſua ne nudus appareat.

pes † laſſus, qui ſperat ſuper infideli in die anguſtiæ, & amittit 6

a Ebullit. b Peruerſa mens correctione deterior ſuccenditur.

pallium in die frigoris. Acetum in nitro, qui cantat carmina 7 8

Non eſt in Hebræo.

b cordi † peſſimo. Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno, ita 9 10

a De corporalibus, & ſpiritualibus alimentis.

triſtitia viri nocet cordi. † Si eſurierit inimicus tuus, ciba il- 11 12

Ardorem charitatis.

lum, * ſi ſitierit, da ei aquam bibere. Prunas enim congrega- 13
c bis ſuper caput eius, & dominus reddet † tibi. Ventus aquilo 14
d diſſipat pluuias, & facies triſtis linguam detrahentem † Me- 15 16
e

a In altitudine virtutum, liberum, & ſecretum a ſeculi deſideriis, & vxoris vinculis.
b Carnali voluptate, quotidianis nefariæ mulieris contumeliis affici.

lius eſt ſedere in angulo † domatis, quam cum muliere
litigioſa, & in domo † communi. Aqua frigida animæ 17

a Os iuſti medi. ſa. & l &c.

f ſitienti, & nuntius bonus de terra longinqua. Fons 18 19 20

a A diabolo. b Lingua.

g turbatus pede, & † vena corrupta, iuſtus cadens co- 21
ram impio. Sicut, qui mel comedit multum, & non 22 23 24
h

a *Deus pu. & p.* Ieremias: *Maledictus, qui ponit ſpem ſuam in homine, & ponit carnem brachium ſuum.* Qui recte denti putrido, & pedi laſſo comparatur, quia vnicũ hominis bonũ, i. adhærere deo & ponere in deo ſpẽ ſuam, neſcit ille, nec vitæ percipere cibũ, nec ad manſionẽ poteſt deſideratæ ſalutis pertingere, et amittit palliũ in die frigoris, quia etſi in ſerenitate vitæ præſentis habitu religionis videatur indutus in die iudicij nudus patebit.

† forte.

b *Ace. in ni. qui cantat.* Nitrum a Nitra prouincia (vbi naſci ſolet) dicitur, nec multum a ſalis amoniaci ſpecie diſtat. Sicut enim ſalem in littore maris feruor cõficit ſolis, durando in petras aquas marinas: quas vis ventorũ, vel maris feruor ad litus proijcit, ita in nitria vbi æſtate pluuiæ prolixiores tellurem infundunt, ardor nimius aquas excoquit in petram ſalis, vel glaciei ſimillimam, ſed nihil gelidi rigoris, nihil ſalſi ſaporis habentem, quę tamẽ iuxta naturam ſalis ĩ caumate durare, & nubiloſo aere fluere ac liqueſcere ſolet. Hac indigenæ ad lauandum vtuntur. vnde: *Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith, maculata es in iniquitate tua.* Crepitat autem in aqua quaſi calx viua, & deperit, ſed aquam lauationi habilem reddit.

† libens. † peruerſo. d Roma. 12. d. * pane. † tecti. † ampla. † ſcaturigo. Iere. 2. c. C

c *Prunas e. cong.* Ideſt, ardorem charitatis. Non enim doceret ſapientia, vt bona inimico mali cauſa faceres. Fit enim ſępe, vt inimicus crebris victus beneficijs, odij ponat rigorem, & calorem charitatis menti apponat.

d *Ventus aquilo.* Si hilari vultu audieris detrahentem, tu illi das fomitem detrahendi. Si vero triſti, vt ait quidam, Diſcit non libenter dicere, quod didicerit non libenter audiri.

e *Melius eſt ſedere in angulo domatis, q̃.* Doma eſt excelſus, & ſecretus locus. In Actib. enim apoſtolorum vbi Petrus ad ſuperiora aſcendit ad orandum, pro ſuperioribus in Græco doma ſcriptum eſt.

f *Aqua fri. a.* vnde: *Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus.* Aqua ergo frigida, quę ſitientis ardorem extinguit, & nũtius, qui de longe venit, noua quęlibet & inopinata gaudia portat, aſſimilantur quia dulcedo diuinæ viſionis animam di[...] deſiderantem conſolatur, & ab ęſtu tribulationis liberat, [...] quotidie angeli [...] terra longinqua, i. [...] ſuperna patria deſcendentes in mundũ, [...]ſtos, vel in tentationes ſpe cœleſtium roborant, vel fini[...] certamine ad palm[am] retributionis ind[u]cunt.

g *Fons tur.* Euenit [ſæ]pe, vt qui maiori p[...]diti ſciẽtia fulgeba[nt] ad vltimum, plus v[o]lentes ſapere, quam fragilitati humanę conceſſum eſt, in inſipientię foueam c[...]cidant. vnde adiungit.

h *Sicut, qui mel.* Dulcedo. n. mellis, ſi plus, quã debet ſum[...] (vnde delectatur comedens) necatur: Dulcis quoq; eſt inq[ui]ſitio maieſtatis, ſed q̃ vltra modũ inquirit, ab eius gloria [o]primit, q̃a vt mel immoderate ſumptũ perſcrutantis ſenſũ, nõ capit rũpit. Nõ aũt hoc ſolũ dẽt quiſq; ſapiens attende[re]

## NICOLAVS DE LYRA.

de melle ad literam, quod inuenitur abundanter in Iudęa, & inde homines reficiuntur, ſi tamen vltra debitum accipiunt, attracti mellis dulcedine vertitur eis in nocumẽtum. Aliter exponitur, vt nomine mellis intelligatur quicunque cibus appetibilis, in cuius ſumptione debet homo eſſe cautus, ne ex ſuauitate cibi tantum accipiat, quod ſibi noceat.

1 *Subtrahe.* nimiam frequentiam præcauendo.

2 *Ne q. ſa.* ideſt, attędiatus, ſuſpicans, quòd talis frequentia ſit pro decipienda vxore ſua, vel filia.

3 *Oderit te.* qui prius diligebat te.

4 *Iaculum, & gladius, & c.* ideſt, ſicut iſta ſunt nociua illi contra quem mittuntur, ſic teſtis falſus illi contra quem teſtificatur, ſicut patet de teſtibus falſis contra Naboth. 3. Re. 21.

5 *Dens putridus, & pes laſſus, & c.* Qui faciunt dolorem magnum in corpore.

6 *Qui ſperat ſuper infi. in die anguſtiæ.* ideſt, ſic inducit dolorẽ ſpes ſuper infideli in die anguſtię, quando magis indiget auxilio. ideo ſubditur.

7 *Et amittit pallium in die frigoris.* i. talis ſperans inaniter ſimilis eſt illi, qui amittit pallium tempore quo magis eſt neceſſariũ. 8 *Acetum in nitro.* Eſt aũ nitrum ſpecies quędã ſalis, q̃ perfuſa aceto crepitat, & fumat, ſicut calx viua in aqua poſita. 9 *Qui cantat carmina.* i. legis, & prophetarum dicta.

10 *Cordi peſſimo.* i. homini obſtinato, q̃a inde nõ corrigitur, ſed magis obſtinatur, & iraſcitur, & ad contumeliam prouocatur. 11 *Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno.* Iſte verſus non eſt in Hebręo, patet tamen ſententia, quia triſtitia eſt paſſio valde nociua, & mortificatiua.

12 *Si eſurierit inimicus tuus ciba il. ſi ſitie. da ei aquam bi.* ideſt [i]pſum poſitum in neceſſitate adiuua.

13 *Prunas enim congregabis ſuper caput eius.* id eſt induces [e]u[m] ad pœnitentiam de malo, quod tibi fecit, ſeu facere attentauit. 14 *Et domi. reddet tibi.* ſcilicet mercedem pro charitate proximi. In Hebr. habetur. *Et dominus pacificabit tibi.* ſcilicet illum, qui prius erat tibi inimicus.

15 *Ventus aquilo diſſipat pluuias.* hoc videmus ad ſenſum in regione iſta.

16 *Et facies triſtis linguam detrahen.* Ille enim, qui faciem triſtem oſtendit, detrahendo eum ſilere facit, ſecũdum R[ab]. Sal. hęc eſt vera litera, *Ventus aquilonis creat pluuias,* quia ſicut ventus auſtralis generat pluuias verſus partes aquilonares, ita aquilonaris verſus partes auſtrales, vt habetur 2. Meteo. Et facies triſtis lingua detrahens, ideſt lingua detrahens prouocat iras dei contra ſe.

17 *Melius eſt ſe. in angulo domatis, quam cum mu.* Exponatur, vt ſupra 12.

18 *Aqua frigida animæ, & c.* ideſt, homini ſitienti, eſt ſuper valde delectabilis, & ſimiliter.

19 *Nuntius bonus.* apportans bonum nuncium.

20 *Fons turbatus pede.* qui ad horam perdit pulchritudinem ex modica motione.

21 *Et vena corrup.* quę ante corruptionem erat organũ [vi]tę & poſt corruptionem efficitur magis ſignum mortis, ſic [im]ple. 22 *Iuſtus cadens.* ideſt peccans.

23 *Coram impio.* quia diffamat eum multum ex caſu modico, & de feſtuca facit trabem.

24 *Sicut, qui mel comedit multum, & non eſt ei bonum.* quia propter comeſtionis exceſſum in nauſeam vertitur.

12 Si

1 Sit

ſed etiam ne ea, quæ recte atque vtiliter dicere potuit immoderatis ſermonibus inutilia reddat. vnde addit: *Sicut vrbs pa. &c.*

*Sicut vrbs patens, &c.* Si enim murum ſilentij non hēt, patet

a eſt ei bonum, ſic † qui perſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur a gloria. Sicut vrbs † patens, & abſque murorum ambitu, ita vir, qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum.

tet inimici iaculis ci uitas mentis, & cum ſe per verba extra ſe metipſam iacit, aperte tam ſe aduerſario oſtendit, quam tanto ille ſine labore ſuperat, quanto & ipſa, quę vincitur, contra ſemetipſam per multiloquium pugnat.

D † qui inueſtigat grauia obruitur.

## NICOLAVS DE LYRA.

*Sic qui perſcrutator eſt.* curioſus, & præſumptuoſus, volens ſuo intellectu diuina metiri.

*Opprimetur a gloria.* i. diuinæ lucis excellentia. Nam ſicut excellentia lucis obtundit oculū, ſic excellēti a diuinæ maieſtatis excęcat talis inueſtigatoris intellectū, & ſic cadit ī errorē. 3 *Sicut vrbs patens.* i. ſicut interiora talis ciuitatis patēt volētib. īgredi, ſic ſecreta talis hominis patēt alijs, q̄a ex abūdātia cordis os loq̄t, & ſic talis loquacitas apit cordis ſecre.

## CAP. XXVI.

Q*Vomodo nix in æſtate.* Nix ī ęſtate, & pluuię in meſſe, pſecutiones infideliū tempore prædicationis, q̄ dū forte grauiores inſiſtunt, & calorē in multis impediunt dilectionis, & fruges bonę operationis fędant, quib. gloria ſtulti comparatur, quia ſi indocto cathedra docendi tribuitur, ęque per hoc eccleſia, vt fidelium perſecutione læditur, quod Arrianæ tempeſtatis calamitas probauit.

*Nam ſicut a.* Verba comparat auibus, quia per aera tranſuolant ab ore loquentis ad audientem, ſed aliis ſæpe reſidet, vbi vtilitas aut neceſſitas non eſt. Verba autem non diſperſa in vētū euaneſcunt, ſed cuncta in autorem reuertuntur, & vel bene prolata iuuant loquēm, vel male grauāt, vt pro omni otioſo verbo rationem in die iudicij reddere cogamur: Quanto magis autem maledicta non, quę maligne in inſontē iaculantur, ſed & illa, quæ negligenter paſſim in quoslibet proferuntur, nō alium, ſed ipſum maledicū opprimunt. *Maledici enim regnum dei non poſſidebunt.* Nō autem ſine cauſa addit. *Maledictum fruſtra prolatum.* Eſt enim maledictū iuxta diuinam iuſtitiā, vt: *Pecunia tua tecum ſit in perditionem.* Et anathemata eccleſiæ, de quibus: *Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum, & in cælis.*

1 Cor 6.b. Act 8 b. Matthæ. 16 b.

## CAP. XXVI.

a ¶Non indoctis honor docendi committatur.

a Q Vomodo nix ī ęſtate, & pluuię ī meſ-
ſe, ſic indecēs eſt ſtulto gloria. † Nā
b ſicut auis ad alta trāſuolās, & paſſer
quolibet vadēs, ſic maledictū fruſtra
a ¶In proferentem.
prolatū in quempiā ſuperueniet. Fla
gellū equo, & chamus aſino, & virga
c in dorſo imprudentiū. Ne reſpōdeas
ſtulto iuxta ſtultitiam ſuā, ne efficiaris ei ſimilis: Rn̄de ſtulto
d iuxta ſtultitiā ſuam, ne ſibi ſapiēs eſſe videatur. Claudus pedi-
a ¶Prædicationis.
bus, † & iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntium
¶Hæreticum.
ſtultum. Quomodo pulchras fruſtra habet claudus tibias, ſic
indecens eſt in ore ſtultorum parabola. Sicut qui mittit † la-
a ¶Deus gentium cultu veneratur inani. ¶Hæretico. ¶Docendi.
pidem in aceruum Mercurij, ita qui tribuit inſipiēti honorē.
a ¶Punitiones. b ¶Operibus.
e Quomodo ſi ſpina naſcatur in manu temulenti, ſic parabola
in ore ſtultorum. Iudicium determinat cauſas, & qui im-

c *Non re. &c. Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam.* Non ſunt contraria, vtrunq; enim pro tempore, & perſonarum diuerſitate concordat. dum & ſtultus contemnit, quia non recipit ſapientiam, & ſtulta ſuperbia a ſua deiicitur ſtultitia. vnde: *Factus ſum inſipiēs, vos me coegiſtis.*

d. *Claudus pedibus.* Poteſt ſapiens ſtultum mittere neſciēs, nec tamen ſapientiæ ſuæ gloriam perdit, quia de ignoto, bonum quod audierat, credit. Sed & qui hęreticum ſciens, mittit ad prædicandum claudus eſt pedibus: *Et iniquitatem bi.* quia & operis boni foris inceſſum amiſit, & interiora ſui ſenſus hauſtu ſtultitiæ debriat.

c *Quomodo ſi ſpina naſcatur.* Spina naſcit' in manu temulēti, cum

† 11. q c. illud. E

2. Cor. 12. c.

† lapidem pretioſum funda. (eſt autem aceruus Mercurii aceruus lapidum ad diſcrimē viarū.) F

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XXVI.

Q*Vomodo nix in æſta.* In principio capituli precedētis oſtēdit, quod gloria eſt ſapientibus exhibenda, hic conſequenter oſtenditur, quod eſt inſipientib. deneganda dicēs.

*Quomodo nix in æſtate.* eſt indecens ſupple, quia eſt contra naturam temporis.

*Et pluuiæ in meſſe.* Quia ſegetes peiorant, & ad corruptionem diſponunt.

*Sic indecens eſt ſtulto gloria.* i. honor in publico exhibēdus.

*Nam ſicut a. ad alta. t.* Iſtud Nam, non eſt in Heb. ſed abſque incipit verſus. Sicut auis ad alta tranſuolans, & neſcit vbi debeat reſidere.

*Et paſſer quolibet va.* i. hinc & inde, quaſi in incertum volans. 6 *Sic maledictum fru. prola.* i. ſine cauſa rationabili.

*In quempiam ſuperueniet.* i. in proferentem, vel aliquē amicorum eius, neſcitur tamen in quem determinate. In Hebr. habetur ſic. *Maledictum fruſtra prolatum nō veniet,* ſ. ſuper illum in quem profertur, ſicut auis vagiuolans ad locum certum non vertitur. 8 *Flagellum e.* ſcilicet indomito decens eſt.

*Et virga.* correptionis.

*In dorſo im.* quia etſi non corrigantur, alij tn̄ terrentur.

*Ne re. ſtulto.* i. ne reſpōdeas ſtulte, ſicut ſtulte locut' eſt.

*Ne efficia. ei ſi.* q. d. ſic enim eſſes ſibi ſimilis in ſtultitia.

*Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam.* ideſt ſuam ſtultitiam rationabiliter declarando.

*Ne ſibi ſa.* quaſi dicat per hoc ſua præſumptio confundetur, & alij ab eius imitatione retrahentur. Et ſic hęc p̄poſitio, iuxta, aliter, & aliter accipitur in primo verſu, & ſecūdo.

*Claudus pedi.* qui patitur defectum in greſſu.

16 *Iniquita. bi.* id eſt potum ſibi nociuum. 17 *Qui mittit ver. per nuntium ſtul.* i. talis eſt prædictis ſimilis, quia ſtultus nūtius prouocat eum ad quem mittitur ad iram, & ſic negotiū peioratur. 18 *Quomodo pul. fruſtra ha.* quia indecenter incedit. 19 *Sic indecens eſt in ore ſtul.* i. doctrina, quia indecēter docet. 20 *Sicut qui mit.* i. ad ædificandum templum in honorem huius idoli. 21 *Ita qui tribuit in.* quia vterque honor perditur. Alio modo exponitur intelligēdo per Mercurij aceruum, computum eo, q Mercurius apud Gentiles dicitur ratiocinationis deus. Ratiocinatio vero computus dicitur, in quo antiquitus vtebantur homines lapillis, ſicut modo denarijs plumbeis, vel ſtanneis. Et frequenter ille denarius, qui ponitur pro vno ſolido, amouetur de loco ſuo, & ponitur pro vna libra, vel pro viginti, vel pro centum, ſic inſipiens, qui debet eſſe in infimo loco, ponitur aliquando in ſtatu valde honorabili, & eſt in magna hominum reputatione, quamuis in ſe non plus valeat, quam ante, ſicut nec denarius pro centum libris poſitus plus valet in ſe, quam poſitus pro vno ſolido, vel denario. Secūdū Hebr. hæc eſt lr̄a: *ſicut, qui mittit lapidem in palma fundæ,* q̄ eſt latitudo exiſtens in fundæ medio, vbi ponitur lapis, vt mittatur in altum contra naturam lapidis, cuius eſt eſſe deorſum, ita honor exhibitus inſipienti eſt contra rationem, cum exhibēdus ſit ſoli ſapiēti.
22 *Quomodo ſi ſpina naſcatur in manu temulenti.* ideſt, ebrij.
23 *Sic parabola.* ideſt, doctrina.
24 *In ore ſtultorum.* Sicut enim ebrius habens ſpinam in manu pungit ſe, & alios, ſic ſtultus docens, uel prædicans.
25 *Iudicium determinat cauſas.* ideſt, præſcindit lites.
26 *Et qui imponit ſtulto ſilentium.* cuius loquacitas eſt cauſa rixarum.

16 Ini- | I Iraſ

cum ĩ operibus eius, qui carnalibus ſeruit illecebris punctiones oriuntur ſcelerum, quibus recte parabola, quam ſtultus proponit aſſimilatur quia etſi verba prudentiæ nouit dicere, in his tamen vitiorũ punctiones quibus, vel ſe, vel proximũ lacerat, vitare non nouit. Sæpe enim dũ bona dicit, aut ſuam laudem, aut vituperationem quęrit aliorum.

a *Sicut canis.* Canis vomens, cibum quo pectus eius premebatur, abijcit, cum redit ad vomitum, quo leuatus fuerat oneratur, & qui admiſſam plangunt nequitiam, quæ mentis intima deprimebat, confitendo proijciunt, quam poſt confeſſionem dum appetunt, reſumunt.

b *Vidiſti hominem.* In iudicium ergo in hunc mundum veni vt qui non vident videant, & qui vident, cæci fiant.

c *Dicit piger.* Multi cum verba exhortationis audiũt, dicũt velle ſe viam incipere iuſtitię, ſed a Satana

† lecto. † De præſum. cap. 1. B † Eccl. 18. h. † contentioſus. Ioan. 9 g. † Eccl 10. b. C

a ponit ſtulto ſilentium, iras mitigat. † Sicut canis, qui reuer-
¶Nequitiam.
titur ad vomitum ſuum, ſic imprudens, qui iterat ſtultitiam
b ſuam. Vidiſti hominem ſapientem ſibi videri, † magis illo
¶Diabolus. ¶Iuſtitiæ.
c ſpem habebit inſipiẽs. Dicit piger: Leo eſt in via, & leęna in
¶Mala delectationis. ¶Ad opus bonum.
itineribus. Sicut oſtium vertitur in cardine ſuo, ita piger in
† lectulo ſuo. † Abſcondit piger manus ſub aſcella ſua, & la-
d borat ſi ad os ſuum eas conuerterit. Sapientior ſibi † piger vi-
¶Septiformi gratia imbutis. ¶Scripturæ.
e detur, ſeptem viris loquentibus ſententias. Sicut qui apprehendit auribus canem, ſic qui tranſit impatiens, & commiſcetur rixæ alterius. † Sicut noxius eſt, qui mittit lanceas, & ſagittas in mortem, ita vir, qui fraudulenter nocet amico ſuo & cum fuerit deprehenſus, dicit: Ludens feci. † Cum defecerint ligna, extinguetur ignis, & ſuſurrone ſubtracto iurgia conquieſcunt. Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem,
¶Litis incentoris bilinguis.
ſic homo † iracundus ſuſcitat rixas. Verba ſuſurronis quaſi
¶Simulat laudem uerborum, & quærit unde iurgia ſeminat.
ſimplicia, & ipſa perueniunt ad intima † cordis. Quomodo ſi argento ſordido ornare velis vas fictile, ſic labia tumentia cum peſſimo corde ſociata. Labijs ſuis intelligitur inimicus, cum in corde tractauerit dolos. Quando ſubmiſerit vocem ſuam, ne credideris ei, quoniam ſeptem nequitiæ ſunt in corde illius. Qui operit odium fraudulenter, reuelabitur malitia eius in concilio. † qui fodit foueam, incidet in eam, & qui voluit lapidem, reuertetur ad eum. Lingua fallax non amat veritatem, & os lubricum operatur ruinas.

1 2 na retrahi ne profi-
3 4 ciant, ſicque excu-
5 ſando ſemper in le-
6 cto ſui corporis, ſi-
7 cut oſtium in cardi-
8 ne vertuntur, & mo-
9 do exire ad operan-
10 dum, modo ad quie-
11 ſcendum redire pro-
12 ponentes, in ſuis ia-
13 cere prauitatibus n-
14 deſiſtunt.
15 d *Sapientior, &c.* S-
16 ptem viri loquente-
17 ſententias, ſeptifor-
18 mi gratia pleni, no-
19 bis ſententias ſacr-
20 ſcripturæ miniſtra-
21 tes, quibus ſapien-
22 tior ſibi ſtultus vid-
23 tur, qui dicit, vel n-
24 debere, vel non po-
25 ſe impleri, quæ i-
26 dictante ſpiritu ſa-
27 cto hominem face-
28 iuſſerunt, & mult-
29 perfeciſſe monſtr-
30 uerunt.
31 e *Sicut qui ap.* N-
32 verbis contendere
33 ad nihilum vtile e-
34 niſi ad ſubuerſio-
35 audientium. Quic-
36 que ſimplex ſen-
37 eſt, & duobus int-
38 ſe iurgantibus, mo-
39 daci ſermone cap-
40 eius aure, cito in-
41 pit quaſi canis lat-
42 re, & contentior-

generare, ſed ſapiens omnino vitat.

CA

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Iras mitigat,* quia remota cauſa remouetur effectus.

2 *Sicut canis, qui reuertitur ad vomitum ſuum.* eſt abominabilis Sic imprudẽs, qui iterat ſtultitiam ſuam. Et intelligitur hoc de malitia ſeu ſtultitia magna, quæ reddit hominem deo, & hominibus abominabilem, non de leui ſeu parua, quæ etiã iuſtis aliquando accidit, ſicut dictum eſt ſupra 24. b. *Septies in die cadet iuſtus, & reſurget.*

3 *Vidiſti hom. ſapientem ſibi vi.* cum tamen non ſit, vel plus, quam.

4 *Magis illo ſpem boni habebit inſipiens.* ideſt, ſuam inſipientiã cognoſcens, quia eſt diſpoſitio quædam ad quærendam ſapientiam.

5 *Dicit piger: Leo eſt in via, & leæna in itinere.* quia in omni opere arduo æſtimat maiorem difficultatem, & maiora pericula, quam ſint in veritate.

6 *Sicut oſtium vertitur in cardine ſuo.* Eſt autem cardo lignum circa quod vertitur oſtium.

7 *Ita piger in lectulo ſuo.* quia quamuis vigilet, non tamen ſurgit, ſed pigritia detentus in lectulo ſe reuoluit.

8 *Abſcondit piger manus ſuas ſub aſcella ſua.* propter frigus.

9 *Et laborat ſi ad os ſuum eas conuerterit.* id eſt, non ſolum ex pigritia interrumpit opus, ſed etiam comeſtionem.

10 *Sapientior ſibi piger videtur.* inquirendo requiẽ ſuę carnis.

11 *Septem viris loquentibus ſententias.* id eſt, ſapientibus non ſolum mediocriter, ſed etiam excellenter.

12 *Sicut qui apprehendit auribus canem.* excitat eum pro nihilo ad ſe mordendum.

13 *Sic qui tranſit impatiens.* id eſt, nullam iniuriam patiens ab alio.

14 *Commiſcetur rixæ alterius.* quia ſine cauſa excitat illum, cum rixatur ad mordendum ipſum verbo, vel facto.

15 *Sicut no. eſt.* & patet ſententia uſque ibi.

16 *Et cum fue. de.* Cum enim non poteſt excuſare malitiam facti, quæ eſt patens, negat malitiam intentionis, q̃ eſt latẽs.

17 *Cum de. li.* quæ ſunt etiam materia ignis.

18 *Et ſuſurrone ſub.* ideſt detractore. Et dicitur a ſono vocis, quia non loquitur palam, ſed in aure.

19 *Iurgia con.* quia eius verba ſunt iurgij materia.

20 *Sicut carbo.* ideſt ad carbones ardentes.

21 *Et lingua ad ignem.* Vtrumque enim auget incendium

22 *Sic homo iracundus ſuſ. &c.* quia ira eſt appetitus vindic-

23 *Ver. ſu.* ideſt detractoris.

24 *Quaſi ſimplicia.* ideſt videntur ſine plica doloſitatis, qu- ſimulat ſe loqui ex zelo iuſtitiæ, vel propter bonum ill- cui loquitur, vel de quo loquitur.

25 *Et ipſa per. ad in.* quia intendit nocere vſque ad cor.

26 *Quomodo ſi ar.* i. ſcoria argenti, vt habetur in Hebræo.

27 *Ornare ve. v. ſi fi.* ideſt terreum, quod non eſt decens -nari argento vero, ſed tantum apparenti, ſicut ſtannũ, vel quid huiuſmodi, aliqñ ponit̃ in extremitatib. godeti terr-

28 *Sic labia tu.* ideſt tumore ſuperbiæ loquentia.

29 *Cum peſſimo corde, &c. Quia ex abundantia cordis os loquit-* Matt. 12. c. ideo ſubditur.

30 *Labiis ſu.* intelligitur inimicus, quia diſpoſitio cordis -paret in labijs.

31 *Quando ſubmiſerit vo.* Humilius loquendo, ne appar- eius dolus.

32 *Ne cre. Quoniam ſeptem nequitiæ.* ideſt vniuerſitas mali- ſeu nequitiæ, quæ per ſeptenarium deſignatur, eo quod -ne tempus ſeptenario dierum comprehenditur.

33 *Sunt in cor. illius.* Ex magno enim appetitu nocendi n- tat ſic modum loquendi.

34 *Qui operit odium frau.* ſignis amicitiæ, vt Iudas.

35 *Reuela. ma. eius.* quia deprehenditur poſtea facto, ſicu- citur de Torquato, in legenda ſancti Tyburtij martyris.

36 *Qui fodit foueam.* Parans alteri ruinam.

37 *Inci. in eam.* Sicut patet de Balaan, qui docuit Balach -tere ſcandalum coram filijs Iſrael, Num. 24. & poſtea ab- occiſus eſt. Num. 31.

38 *Et qui vol. la.* De loco ſuo.

39 *Reuertetur ad.* ſcilicet lapis, ſicut videmus ſenſibilite- lapis ponderoſus ab aliquo motus ex ſuo põdere reuerti- ad ipſum mouentem, & lædit eum. Et per hoc intelligit- quòd volens immutare aliquid notabile, & conſuetum - hoc patitur detrimentum, quia talis nouitas ſolet induc- diſſenſionem, & rebellionem contra facientem.

40 *Lingua fal. non amat ve.* quia diſſona eſt habitu ſuo.

41 *Et os lu.* quod non ſeruat ſecretum.

42 *Opera. rui.* Denudando aduerſarijs conſilium.



CP.

CAP. XXVII.

N*E glorieris.* Ne ſecurus ſis aliquãdo de futuro, quia & ſi hodie ſeruis domino, qualis eſſe in futurum poſſis, quomodo vitam finire, prorſus videre non vales. *Beatus homo qui ſemper eſt pauidus.*

*Graue eſt ſa.* Graue eſt, vel vno crimine capitali, quaſi pondere ſaxi deprimi, vel quaſi glareis arenæ innumeris peccatis leuioribus onerari. Sed vtroque grauior eſt ira ſtulti, quia hæc quo certius, quã ſint mala pateſcunt, eo citius, vt caſtigentur fugiunt. Ira vero, quia non corporale, ſed ſpirituale vitium eſt, quo minus deprehenditur, eo amplius grauat. Vnde non abſolute irã, ſed irã ſtulti dicit, ſaxo & arena grauiorem. Nam ſapientes quomodo actus, & ſermones, ita mentis quoque motus examinant, & caſtigant.

*Ira ſtulti vtroque grauior, & cæt.* De quo ſupra. Ira enim iuſti non talis. Nã de Moyſe dictum eſt, *quia exiit a Pharaone iratus nimis.* De tali ita dictum eſt: *Melior eſt ira riſu, quia per triſtitiam vultus animus corrigitur delinquentis.* Ira ſtulti vbi incanduerit, mox viſcera pietatis amittit, & furori frena laxat.

*Melior eſt manifeſta correctio.* Amor abſconditus, illicitus, vt adulterinus. Qui .n. male agit, odit lucem. Huic iure manifeſta correctio pfertur. Melius eſt .n. deſiderio corrigendi palam corrigere, quam ſtudio peccandi ſimiliter clã diligere. D Io. 3. c.

e *Anima ſaturata calcabit fauum, & c.* Anima diuitũ, q habẽt conſolationẽ ſuam, quibus dicitur: *Væ vobis, qui ſaturati eſtis, quia eſurietis.* Lucæ. 6. d. ſpernit auditam cæleſtis regni dulcedinem. Anima autem eorum, qui eſuriunt, ſitiunt iuſtitiam: aduerſa ſeculi ad mortem ipſam pro domino pati dulce habet.

E

f *Sicut auis tran.* Sicut auis oua, vel pullos, quos fouerat, raptui exponit, ſic virtutes in quibus proficiebat, qui deſerit, immundis ſpiritibus prodit. Vnde dicit alibi. *Si ſpiritus habentis poteſtatem aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris.* Eccl. 10. a. Quod eſt. Si tentatio diaboli inſtiterit tibi, ne a bono, quod faciebas, deſiſtas.

g *Melior eſt vi.* Melior eſt tibi, qui animi fraterna dilectione, vel ſocietate connectitur, quam germanus frater, qui fidei, & pietatis iura tecum habere communia negligit. Vnde: *Homo quidam deſcẽdebat ad Ieruſalem in Iericho, & incid.* Lucæ 10. e.

F

h *Qui be. pro.* Id eſt, qui fauore ſuperfluæ laudis eum extollit, vel malis fauendo, vel bona plus æquo laudando. Sed hic maledicenti aſſimilatur,

CAP. XXVII.

a N E glorieris in craſtinum, ignorans qd ſupuẽtura pariat dies. Laudet te † alienus, & non os tuũ, extraneus, & non labia tua. † Graue eſt ſaxũ, & oneroſa arena, ſed ira ſtulti vtroque grauior. † Ira non hẽt miſericordiam, nec erũpens furor, & impetum cõcitati † ſpiritus ferre quis poterit? Melior eſt manifeſta correctio, quã

b

c

† alienum.

† Crudelitas eſt in ira, & impetus in furore, & quis ſtabit coram inuidia.

d

a ¶ Vtiliora. b ¶ Verbera. c ¶ Dei.
¶ Flagellat enim deus quem diligit.

amor abſconditus. Meliora ſunt vulnera diligentis, quam

¶ Ideſt, quam diaboli blandimentis decipi, qui noſtris fauet erratibus, quaſi parum ſit, quod peccamus, & vltra modum ſæuiens tribulatio, quam domino diſpenſante toleramus.
a ¶ Ideſt blandimenta. b ¶ Diaboli. c ¶ Diu tum. d ¶ Mundanis. e Dulcedinem cęleſtis gratiæ.

e fraudulenta odientis oſcula. Anima ſaturata calcabit fauũ

a ¶ Iuſtitiam. b ¶ Aduerſa ſeculi. ¶ Mortem. c ¶ Beatitudine.

f anima eſuriens etiam amarum pro dulci ſumet. Sicut auis trãſmigrans de nido ſuo, ſic vir, qui relinquit locum ſuum. Vnguẽto, & varijs odoribus delectatur cor, & bonis amici conſiliis anima dulcoratur, amicum tuum, & amicũ patris tui ne dimiſeris, & domum fratris tui ne ingrediaris in die

¶ Vt Samaritanus. a ¶ Vt ſacerdos, vel Leuita.

affictionis tuæ. Melior eſt vicinus iuxta, quam frater pro-

g

¶ Vel tuum. ¶ Contradicenti.

cul. Stude ſapiẽtię fili mi, & lętifica cor meũ, vt poſſis exprobrãti reſpõdere ſermonẽ. Aſtutus videns malum abſcondi

a ¶ Apoſtoli. b ¶ Quaſi viatores ¶ Multa opprobria.

tus eſt: paruuli tranſeuntes ſuſtinuerunt diſpendia. † Tolle veſtimentum eius, qui ſpopondit pro extraneo, & pro alie-

† Supra. 20. c.

h nis aufer ei pignus. Qui benedicit proximo ſuo, voce gran-

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXVII.

N E *glorieris.* Superius induxit ad virtutis, & ſapientiæ bonum, hic conſequenter remouet impedimentum. qđ frequenter contingit ex dilatione operis boni ſub ſpe futuri temporis magis apti, & hoc eſt, quod dicitur.

*Ne glo. in craſti.* ideſt tempus futurum, credens in illo facere magna.

*Ignorans quid ſu.* Quia frequenter parit impedimentum.

*Laudet te ali.* Laus enim in ore proprio ſordeſcit.

*Graue eſt ſaxum, & one.* Poteſt tamen portari a quolibet fatuo, dum tamen ſit fortis corpore.

*Sed ira ſtulti vtroque graui.* Quia non poteſt portari, niſi a ſapiente, qui eſt fortis in mente.

*Ira.* ſcilicet impetuoſa.

*Non habet miſericordiam.* Quia aufert deliberationẽ. ideo ſequitur.

*Et impetum concitati.* Ira vel furore tali.

*Ferre quis poterit.* q. d. nullus, niſi valde ſapiens, & patiens.

*Melior eſt ma. cor.* Ex qua venit bonum correcto.

*Quam amor. ab.* ideſt in effectu non oſtenſus, quia nullũ bonum inde prouenit amato.

*Meliora ſunt vul. dili.* Quæ fiunt ad vulnerati correctionẽ.

*Quam frau. ocu. odi.* Quæ fiunt ad oſculati deceptionem, vt patet de oſculo Ioab. 2. Reg. 20. b.

*Anima ſa.* homo cibis repletus.

*Calcabit fauum.* ideſt cibus eſt ei abominabilis, quantumcunque bonus.

*Anima eſuriens etiam amarum, & c.* quia fames facit omnes cibos delectabiles.

*Sicut auis tranſmigrans, & c.* Relinquẽs ibi pullos ſuos inanes, & vacuos.

18 *Sic vir, qui relinquit locum ſuum.* ideſt domum ſuam, & familiam, negligens eorum curam. Per hoc etiam intelligitur malitia prælati animarum curam negligentis pro curis, & negotijs terrenis.

19 *Vnguento, & varijs odoribus delectatur cor.* quia delectatio, quæ eſt in ſenſibus exteriorib. vſque ad cor redundat, ſicut econuerſo ſenſus, & motus de corde procedunt ad exteriores ſenſus.

20 *Et bonis amici conſiliis.* Ad bonum conſequendum, vel malum euitandum.

21 *Anima illius.* Cui datur conſilium.

22 *Dulcoratur.* quia ex hoc concipit ſpem conſequendi bonum, vel euitandi malum.

23 *Amicum tuum, & amicum patris tui ne dimiſeris.* quia veteres amicitiæ ſolent eſſe magis ſolidę.

24 *Et do. fra. tui ne in.* i. paupertatis tuę, ne forte verecundetur de tua pręſentia, & libẽtius velit tibi ſuccurrere alia via.

25 *Melior eſt vi. iu.* qui ſtatim poteſt ſuccurrere,

f *Qui autē.* vbera fortiter premis, dum ... eloquij verba ſubtili intellectu penſ... qua preſſione dum quæritur, butyrum tenuitur, quia dum ... vel tenui intellectu quærimus, vbertatem internæ pinguedinis vngimur, quod nequaquam faciendum, dum lac quæritur, ſanguis ſequatur, quia dum verba diu vltra modum diſcutiūtur, in carnalem intellectum cadunt. Sanguinem enim elicit, qui vehementer emungit, quia carnale efficitur hoc, quod nimia diſcuſſione ſentitur.

g *Et qui prouo. iras produ.* Quid prior parabola ad literā ſignificet, aperit, qa q. modeſte pximū allocutus, gratū accipit riſum, quaſi de vberib. in quib. lac q̄rebat, butyrū exprimit. At qui inepto verbo, irā & diſcordiā fraterno ex corde prouocat, quaſi vltra modū emungens vbera elicit ſanguinem.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Regem locu. non habet. *Qui diriget eam.*
2 Et egreditur vni. per tur. *ordinatione diſpoſitas.*
3 Stellio m. ni. *Eſt aūt ſtellio ſpecies reptilis habētis maculas in cute lucentes. In Hebræo habet aranea manibus nititur. i. pedibus quibus pro manibus vtitur, quibus adhæret parietibus, & telam operat.*

Stellionis natura.

4 Et m. in ædi. re. *Ibi enim facit telam ſuam, & locum ad manendum, ſicut in aliis locis. Stellio vero non moratur in ædibus regum in terris iſtis, ſed magis in ſyluis. Sequendo tamen tranſlationem noſtrā poteſt dici, quod habitat in ædibus regum in regionibus calidis, cuiuſmodi eſt terra promiſſionis. Per prædicta intelligitur, quod homo debet eſſe ſolicitus de prouiſione cibi exemplo formicæ, & de ſecuritate loci exemplo lepuſculi, & de ordinata diſpoſitione ad bellum exemplo locuſtarum, & ſubtilitate operandi ad modum araneæ.*
5 Tria ſunt. *Hic ponitur tertius quaternarius, & dicit Ra. Sa. qđ hic eſt prophetica locutio, tamen ſub metaphora quatuor regnorum, quæ in paruo tempore fuerunt valde proſperata, quartum tamen multo plus præcedentibus. Primum autem regnum eſt Babylonicum, quod notatur cum dicitur.*

Monarchiarū quatuor mundi principia.

6 Leo fortiſ. be. *Nabuchodonoſor enim rex Babylonis vocatur leo. Iere. 4. b. Surrexit leo de cubili ſuo. Secundum fuit regnum Perſarum, quod notatur ibi.*
7 Gallus ſuc. lum. *In Heb. tamen non eſt gallus. Cyrus autem, & Darius armis acci... interfecerunt Balthaſar, & regnum Babyloniæ tranſtulerunt ad Medos, & Perſas.*

8 Et

8 Et aries. *per quem intelligitur Alexander magnus, qui regna Medorum, & Perſarum ſubiecit regno Græcorum, & in paruo tempore multum proſperatus fuit. Et rex, contra quē non leuabit, ſic eſt in H. i. contra quem nullus reſiſtere poterit, in quo deſignatur regnum Romanorum, quod fuit fortius præcedentibus, vnde dicitur ferreum, Da. quia ſicut ferrum domat omnia, ita regnū Romanū domauit alia regna.*
9 Et qui ſtul. ap. *Hic reuertitur ad communem modum docendi. Et ponit hic duo documenta. primum eſt diſſuadens promotionē ſtulti, quia magis cedit ad confuſionem ſuam, quam ad honorem, & ſecundum hoc dicitur: Et ſtultus ap. Sciendum tamen, quod li, & non eſt in H. quia ſententia huius verſus non copulatur præcedenti, ſed eſt omnino alia, & eſt ſenſus, quod ſtultitia alicuius magis apparet, quando poſitus eſt in ſtatu ſublimi, ſicut turpido ſimiæ magis apparet quando aſcendit in altum. ideo ſubditur.*
10 Si enim intel. *ſcilicet promotus, vel promouens eum, quod cederet ad vtriuſque vituperium.*
11 Ori ſuo impoſuiſ. ma. *i. tacuiſſet de tali promotione procuranda. Secundum documentum reprimit in omnibus exceſſum, cū dici...*
12 Qui au. *exprimit butyrum, id eſt materiam lactē ſolidiorem, quæ non eſſet exprimenda, ſed magis dimittenda.*
13 Et qui vehementer emun. *ſcilicet naſum.* 14 Elicit ſanguinem. *faciens ipſum effluere, quod magis vertitur in nocumentum.*
15 Et qui prouo. iras. *aliquorum inter ſe.*
16 Producit di. *quia aliquando protenduntur ad omnes amicorum, & aliquando ad totam ciuitatem, & regnum.*

CAP. XXXI.

Verba Lamu. Lamuel in quo eſt deus de quo ſupra interpretatio. Viſio q̄ locutus eſt vir, cū quo eſt deus, Mater de gratia, quæ illum erudit intellectu ſapientię, quam fortis hominibus ipſe meruiſſet, et quamuis ad literam, hoc mater Salomonis docuiſſe poſſit intelligi, quæ quia ipſe ſapienter dicta cognouit operi parabolarū ſuarū inſerere voluit, & iō poſtquam dictum eſt in titulo, verba Lamuelis regis, additum eſt: Viſio qua erudiuit eum mater ſua, quia cum in regnum vnctus, ſpiritum ſapientiæ accepit, per ſpiritum vidit, quam prudenter ſe mater ſua ... cuerit.

CAP. XXXI.

VERBA Lamuelis regis. Viſio † qua erudiuit eum 1 2

a

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXXI.

Verba Lamuelis. Hic conſequenter ponitur inſtructio Salomonis paſſiua a matre ſua. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur exhortatio matris, ſecundo commendatio fortis mulieris, ibi: *Mulierem fortem.* Prima adhuc ī duas, ſcilicet præfationem, & proſecutionem, ibi: Quid dilecte. Circa primum per modum cuiuſdam prologi præmittitur.

Diuiſio.

1 *Verba*

1 *Verba La.* ſupple ſunt, quæ ſequuntur. Et dicitur hic Salomon Lamuel, quod interpretatur cum quo deus, quia deus fuit cum Salomone in principio regni ſui, vt declaratū cap. præceden. Sciendum tamen, quod verba, quę ſequuntur in principio huius capituli, non ſunt Salomonis, niſi vt referentis, ſed ſunt verba matris ſuę ipſum exhortantis. ideo dicitur. 2 *Viſio.* id eſt inſtructio ſeu increpatio. *Qua erudiuit eum mater ſua.*

1 Sed

a ¶Dicam tibi, O. b ¶Qui de vtero natus electus es in regnum. c ¶Qui electus es in hoc, quod uotis omnibus desiderabam.
mater ſua. quid dilecte mi? quid dilecte vteri mei? quid dile- 1
a ¶Ad literam patet. b ¶Corruptionibus uitiorum. c ¶Virtutum tuarum. 2
cte votorum meorum? Ne dederis mulieribus ſubſtantiam 3
a tuam, & diuitias tuas ad delendos reges. Noli regibus, o La- 4
a ¶In quo eſt luxuria. 5
b muel, noli regibus dare vinum, † quia nullum ſecretum eſt vbi 6
a ¶De carnis illecebris. b ¶Alias beneficiorum tuorum. 7
regnat ebrietas, ne forte bibant, & obliuiſcantur iudiciorum; 8
a ¶Chriſti, qui pauper pro nobis. 9
c & mutent cauſam * filiorum pauperis. Date ſiceram † mœ- 10
rentibus, & vinum his, qui amaro ſunt animo, bibant & obli- 11 12
uiſcantur egeſtatis ſuæ, & dolores non recordentur amplius. 13
Aperi os tuum muto, & † cauſis omnium filiorum, qui per- 14 15
d tranſeunt. Aperi os tuum, decerne quod iuſtum eſt, & † vindica 16
a ¶Ideſt doctrina. b Eccleſiam filios dei generantem. 17
c Facientem. d Qualis, quantas 18
e inopem, & pauperem. Aleph. Mulierem fortem quis inue- 19 20

A *Et diuitias tuas.* Hoc eſt, noli terrenis delicijs hominum ſorda corrumpere, ne cęleſtia quærant in quibus perpetuo regnent cum domino. Delentur enim reges per diuitias, qñ omnium regis corpori adunati per fidem, per illecebras ſecu merentur eradicari de terra viuentium.

*Noli regibus.* Hæc ſequentia ad literam patent. Allegorice item præcipit, ne vino in quo eſt luxuria, inebrientur mentes fidelium, qui ſunt membra regis æterni. ...ia nullum ſecretum eſt vbi regnat ebrietas, nil de cæleſtibus cogitatur, vbi regnat voluptas carnalis, ſed ea ſolum, quæ ſunt viſibilia, carnales ſcrutantur.

*Date ſic. mœ.* Vinũ ſicera, diuinæ ſapientiæ conſolatio, B quæ illis debetur, qui infimis conſolari fugiunt, & quicquid in præſenti occurrerit amaro animo ſuſcipiunt, cęleſtibus tota mente inhærentes. vnde. *Renuit conſolari anima mea, memor fui dei, & delectatus ſum.* Item date ſiceram, &cęt. pœnitentibus, ſcilicet, qui priſtinorum ...tuum mœrore atque triſtitia deprimuntur, ſpiritualis ſcientiæ iucunditatem, vt vinum, quod lętificat cor hominis affluenter infundite, ne abundantiori triſtitia abſorbeantur, qui huiuſmodi ſunt.

*Ape. os.* Pro cauſa pauperis, quę per ſe in iudicio loq non valet, ipſe loqui meméto: & eos defende, qui patrię cęleſtis intuitu huius vitæ viam citius tranſeunt. Vel, os aperire muto, gentibus verbum prędicationis prędicare, qui diuina eloquia prius perſonare neſciebant, & non tantum Iudęis, ſed, C cunctis per orbem nationibus curam ſalutis impendere.

*Aperi os tuum, decer.* Sicut ꝓ cauſa pauperis, & ereptione os aperire pcepit, ita vbi errauerit, iuſte caſtigare admonet ac iudicare. Et Moyſes: Pauperis in iudicio nõ miſereberis. Qđ vtrunque dominum facere propheta dicit: Sed iudicabit in D iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terrę.

e *Mulie. fortem.* Hucuſque verba. Lamuelis regis. hinc Salomon paucis verſibus, ſed pleniſſima veritate decãtat laudes eccleſiæ. Conſtat enim hoc carmen verſibus. 22. per ordinem Hebræi alphabeti, & ſinguli verſus ſingulis ... pñunt literis, vbi inuenitur, quam plene hęc, vel animæ vniuſcuiuſque fidelis, vel totius eccleſiæ ſanctæ, quæ ex omnibus electis vna perficitur catholica, virtutes deſcribantur ac præmia. *Mulierem fortem quis inuen.* Mulier fortis ſancta eccleſia, quia ex aqua, & ſpiritu ſancto deo filios ſpirituales gignit. Fortis, quia cuncta aduerſa, E vel proſpera ſeculi pro dei amore contemnit, quam ipſe in carne apparens, in firmã inuenit, & fortem fecit. Vnde ad cęlos rediens, ait angelis: Congratulamini mihi, quia in. d. q. per. Videns ergo Salomon humanũ genus innumeris implicatũ erroribus, & quod ad eius ſaluationẽ nullus, niſi ſol⁹ mediator dei, & hominũ ſufficiat, ait: Mulierẽ fortem quis inueniet. Acſi aperte futuram dei gratiã admiretur. Quis talis? quis tantus? qui de tot incredulis mundi nationibus vnam ſibi electorũ eccleſiã congreget, quam ſua gratia fortẽ, & inſuperabilem efficiat, non noſtri ſimilis, non noſtri temporis, ſed in fine ſeculorũ Deus homo futurus, & nos ſua paſſione a morte redempturus. Hoc enim eſt quod ait: Procul & de vlti fi. præ. eius. Procul interuallo temporis a Salomone vſque ad partũ virginis. De vltimis autẽ finibus, quia a ſummo cęlo egreſſio eius. Non. n. alius ptium F ꝓ nobis dedit, q̃ ſeipsũ: *Vnde. Qui dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis, &c.* Quãuis, & ita recte poſſet intelligi ptiũ sãctę eccleſię ꝓcul poſitũ fuiſſe: qa verbi icarnatio inter homines conuer-

† filij

† neque principibus ſicheram.

* omnium † pereunti Mulier fortis

† ad iudicium † iudica

Luc. 15. b.

Pſal. 18. b. Galat. 2. d.

## NICOLAVS DE LYRA.

Quid dilecte mi? *Hic ſubditur proſecutio inſtructionis, quæ eſt in duobus, ſ. de vitanda carnalitate, & de proſequenda æquitate. ſecũ ibi:* Aperi os tuum. *Circa primum ſciendũ, quod Hebræi dicũt Salomonem nocte ſequenti diem deſponſationis filiæ Pharaonis nimis vigilaſſe. & per conſequens in mane nimis dormiuiſſe, intantũ quod trãſijt hora offerendi iuge ſacrificium matutinum, & claues tẽpli erant ſub ceruicali Salomonis, propter quod mater ſua intrauit eius cubile, & incepit eum arguere, dicens.* Quid dilect. mi. *ideſt quid feciſti ex carnalitate tua impediens diuina ſacrificia?*

Quid dile. vte. m. *Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ ad maiorem exaggerationem.*

Quid dilecte votorum meorum. *q. d. ſuper omnia deſideraui quod bene regeres regnum tuum, & iam in aliquo feciſti contrarium nimis carnaliter cum vxore tua dormiendo, ideo ſubditur.*

Ne dederis mulie. ſub. tuam. *nimis ardenter eas amando, & eis nimis carnaliter adhærendo. Et quia ad nimiam carnalitatem cũ mulieribus inducunt delitiæ cibi, & potus, ideo ſubditur.*

Et deuitias tuas ad delendos reges. *Hebræi dicunt ad impugnandũ reges. Et cauſa huius diuerſitatis eſt, quia verbum Hebraicũ ibi poſitũ æquiuocũ eſt ad delere, & ad impugnare, ſed litera ſequens videtur magis conſonare dicto Hebræorum, quia ſubditur.*

Noli regibus o Lamuel. *ideſt Salomon.*

Noli regibus dare vinum. immoderate bibendũ. *Et dicũtur hic reges ipſe Salomon principaliter, & ſecũdario alij iudices ad regendũ populũ cõſtituti. Et ſubditur cauſa dictæ ꝓhibitionis, cũ dicitur.*

Quia nullum ſecre. *eſt vbi regnat ebri. Hoc patet vnicuique, et per hoc, quod dicitur hic ebrietas, patet quod non diſſuadetur hic potio vini regibus, & principibus temperata, ſed potio immoderata, quæ aufert debitam diſcretionem, ideo ſubditur.*

Ne forte bibant. *ſcilicet immoderate.*

10 Et obliuiſ. iu. *in lege domini ſcriptorum.*

11 Et mutẽt cauſam filiorum pau. *i. pauperum nimis fauẽdo parti diuitum. Conſequenter oſtenditur, quib. ſit dandus potus cũ dicitur.* 12 Date ſi. *i. potũ inebriatiuum, & ſic ſonat litera Hebraica.*

13 Mœrentibus. *i. exiſtentib. in luctu, & amaritudine, quia potio vini fortis multiplicat ſpiritus, & ſic eſt remedium contra dolorẽ animi, & corporis. Occaſione autem huius verbi ſapientes Iudæorum ſtatuerunt, vt perſonis ad mortem condemnatis, daretur potio vini fortis, vt ſic facilius tolerarent dolorem mortis imminentis.*

Vinum bibere damnatis confert.

14 Aperi os. *Hic ponitur ſecundum documentum, quod eſt de exequenda iuſtitiæ æquitate, cum dicitur: Aperi os tuum mu. t. allegando iuſtitiam pro eo, qui neſcit eam proponere in cauſa ſua, ſicut eſt homo ſimplex, & ignarus, vel pauper, qui non habet aduocatum pro ſe loquentem.* 15 Et cau. *ideſt pro cauſis.*

16 Omnium fi. qui pertranſeunt. *i. hominum extraneorũ per terram tranſeuntium, qui frequenter non inueniunt, qui pro ſe allegent, eo quod ſunt extranei, & tamen indigent celeriter expediri.*

17 Aperi os tuum. *celeriter.*

18 Decerne quod iu. eſt. *non differendo ſententiam propter aduerſæ partis potentiam.*

19 Et iudica inopem, & pau. *ideſt exequere iuſtitiam pro inopibus, & pauperibus, quando habent iuſtam cauſam.*

20 Aleph. Mulie. for. *In vlti. parte huius libri ponitur cõmẽdatio fortis mulieris. Et exponitur cõiter a doctorib. noſtris de eccleſia, quæ metaphorice dicitur fortis mulier, & ſponſus eius Chriſtus. Filij autem eius & filiæ populus Chriſtianus in vtroque ſexu. & dicunt, ꝙ iſte eſt ſenſus literalis, ſicut Iud. 9. b. dicitur. Ierunt ligna ad rhannũ, &c. ſenſus literalis non eſt de lignis materialib. ſed de Abimelech, & Sichimitis cũ ſuper ſe regẽ inungentib. Et licet hæc expoſitio ſit rationabilis, & cõis, tamen eã non proſequor, quia ſatis diffuſe traditur in gloſſis, & communibus poſtillis. Ra. Sa. vero conuenit cum doctoribus catholicis, quantum ad hoc, quod hic eſt metaphorica locutio, ſed dicit, quod per*

A conuerſatio,paſſio,reſurrectio, lõge a natura noſtra remota. Ille enim quando voluit,& de qua voluit matre natus eſt,& ſine peccato vixit in mundo,& qñ voluit,& qũo voluit mortuus eſt, & quando voluit, & quomodo voluit reſurrexit,& aſcendit,& cætera huiuſmodi,in quibus tantum procul a nobis, quantum cœlum a terra. Quis vero Eccleſiam, quam redemit de mortuis non ſolũ verbum ſanctum, ſed opere,ſed & conſiliter pro illo certamine mundi per ... dominata est ...

† præſtantius margaritis ... pretium eius.

† liber ... ultimis ...

Confidit in ea cor viri. Vir fidelis ... ſpoſa eius non ... virginea ... Chriſtus. Quod ergo dicit Confidit in ea cor v. ſui. Ab humana ſimilitudine tractum eſt. Sicut enim, qui fortem fidelemque, & caſtam hẽt coniugẽ confidit in ea,quia nihil contra voluntatem ſuam agit, nec ſaltẽ adulterij cogitatione polluitur, cũcta pro amore ſuo tolerabit libenter,& quos valebit,ad amicitiam ſuã conuertet. Sic deus in eccleſia confidit. Nouit enim ſpiritum grę quẽ dedit,nouit virtutem charitatis, quam eius pręcordijs in fudit. Ideoque non dubitat non ſolum eam a ſuę fidei integritate non poſſe corrumpi, ſed & perſeueranter inſiſtere, vt plures ad fidei cognitionem,& vnitatem congreget. & hoc

† ſtatutum.

B eſt. *Spolijs non indigebit.* Spoliat enim diabolum eccleſia,cum per prędicatores quos deceperat, ad veritatem reuocat.

a *Et ſpolijs non indi.* Quia nunquã ceſſabit eccleſia deceptas a diabolo animas Chriſti fidei reſtituere,donec mundi curſu finito numerus iuſtorũ cõpleat. Sed quia qcqd boni ſancta eccleſia,vel fidelis aĩa agit,deſup accipit, recte ſubditur.

b *Reddet ei bo. & non ma.* Reddet anima Chriſto bonum, cũ perceptis vitę muneribus recte viuendo reſpõdet, & ea,quę ſcit,vel facit,alijs intimare ſatagit. Cum autẽ dixit: Reddet ei bonum,addidit,& non ma. quia quidã accepta a deo bonis mala rependunt, vel myſteria fidei,q̃ perceperunt in hęreſim vertũt,vel, fidẽ quã verbis fateb ntur factis negãt,vel

Tim.1.d. bonos mores per colloquia mala corrũpunt. vel in bono ꝓpoſito vſque ad finem non perſeuerãt. vnde cũ dixiſſet,reddet ei bo. & non ma. vt perſeuerantiã neceſſariam oſtenderet,adiunxit:omnibus di.vi.ſuę cui ſimile. *Seruiamus illi.&c.*

Luc.1.g. c *Quæſiuit.* Quibus operibus,quib. iuſtitię,vel ſanctitatis fructibus ſit potius inſiſtendũ ei, q̃ qđ accipit, rependere q̃rit, ſic dicit. *Quæſiuit la.* Hęc ſancta eccleſia, & ad literã facit,ſe-

Eſa.58.c. cundum illud Eſa. *Cum videris nudum,operi eum,et car.tu.ne deſ.* Operatur autẽ non inconſulte,ſed cõſilio,ut a viro ſuo Chri-

Matth.25.c. ſto mereatur in iudicio audire. *Nudus fui,& o. Et quãdiu feciſti vni ex mi.iſtis,& mi.fe.Manuum ſuarum.*idest earum perſonarũ per quas eleemoſynas pauperibus tribuit, in quorum opere deuoto ſaluberrimo vtitur cõſilio, vt cum diſpergit,det pau

C peribus,non vt ab hominibus laudetur ad tempus,ſed vt iuſtitia eius maneat in ſeculum ſeculi.

Myſtice autem in lana,quæ habitus eſt ouium,pietatis,& ſimplicitatis opera,quæ proximis impẽdũtur, accipimus.In lino,quod ex terra virẽs oritur,ſed multo, & lõgo exercitio amittit humorem natiuum, & ad gratiam noui candoris peruenit,caſtigatio carnis noſtræ itelligitur.Dũ enim ingenitas vitiorum ſordes per continentiam excoquimus, dignam veſtem qua Chriſtum induamus, efficimus vnde. *Quotquot baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.* Quęrit ergo fortis mulier lanam, & linum, & operata eſt cõſilio manuum ſuarũ, cum eccleſia ſolicite perquirit,quibus ſe pietatis fructibus exerceat,quomodo a carnalibus illecebris emundet,& hoc conſilio prudentiſſimo,id eſt ſupernæ tantum retributionis intuitu. De hac retributione apertius ſubditur.

a ¶Sibi. ¶Congreget. b ¶Scilicet,inuentoris. c ¶Id eſt, confuſio.

niet? † procul,& de vltimis finibus pretium eius. Beth. Con- 1

a b fidit in ea cor viri ſui,& ſpoliis non indigebit. Gimel. Reddet 2 3

a ¶Idest,Bona retributio. a ¶Id eſt,timor.

c ei bonũ,& nõ malũ omnib.diebus vitæ ſuæ. Daleth. Quæſiuit 4 5 6

a ¶Eſt,vel viuit.

d lanã,& linũ,& operata eſt cõſilio † manuũ ſuarũ. He. Facta eſt 7

a ¶Ille.

e f quaſi nauis inſtitoris,de lõge portans panẽ ſuũ. Vau.De nocte 8

g ſurrexit,deditque † prædã domeſticis ſuis, & † cibaria ancillis 9

d *Facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longe.* Nauigator dicitur inſtitor,eo quod acquirendis mercibus ſedulus inſtat. Sicut ergo inſtitoris nauis onerata mercimonijs, q̃ in patria ſua abũdant,per mare portat, vt venditis, q̃ attulerat cariora domi reportet:ſic eccleſia,ſic anima pfecta virtutum diuitijs gaudet onuſtari, quibus maiora diuinę gratię dona mercetur. Optimum enim cõmercium cũ bona, quæ valemus operates,primum hãc mercedem a domino recipimus, vt ad maiora ſemper agenda proficiamus, deinde vitam æternã. Sic ſancta anima quaſi nauis inſtitoris, quæ tranſit deſideriis fluctus ſeculi,ſola,quę in cęlis ſperat gaudia, meditatur ęterna pro quibus abundantius adipiſcendis, quicquid occurrit aduerſi ſuperare contendit. Quę de longe portat pa.ſuum,quia in cunctis, quæ agit, ęternam tantum retributionẽ expectat ſolum viui panis ſaturitatem deſiderat,qui dicit, *Venite ad me omnes qui laboratis, & one.e.& ego re.vos.* In proximo panẽ recipit,qui in eo,quod iuſte agit,humani tantum fauoris prœmia petit, nullo vitę ęternę intuitu:de quibus dicitur: *Amen dico vobis,receperunt mercedem ſuam.*

e *De nocte.* Sicut totus pręſentis ſeculi curſus die ac nocte variatur,& dies ad operã dum, nox ad quieſcẽdum, ſic tempus eccleſię gemino quietis, & operis ſtatu diſcernit. Quaſi enim nocte quieſcit, cum fidelis intermiſſa mundi ſolicitudine ſibimet vacare,& ſpiritualiter incipit curare, vel lectionibus, orationibus,lachrimis,& huiuſmodi ſecreto exercere.

f *Surrexit.* Cum quis fidelis ad agendum proximorum curis ſolicite accingitur. Quod duobus modis facit, quia, & eos qui foris errant, ad fidē vocat,& qui in fide ſunt, & amplius operibus inſiſtant,excitat,vnde ſubdit:

g *Deditque prædam domeſticis ſuis.* Dat prędam domeſticis ſuis cum eos quos diabolis eripuit, eorum ſocietati qui in fide pręceſſerunt conciliat. Dat ancillis ſuis cibaria, cum humiles quoſque,& timore iuſſa ſeruantes, ne † laſſaſcant pio labore,mercedis commemoratione reficit.

a Conſid-

## NICOLAVS DE LYRA.

*mulierem fortem intelligitur ſacra ſcriptura,& hanc expoſitionẽ intendo proſequi, quia rationabilis videtur, nec communiter habetur,in aliquo tamen intendo aliter dicere,quã ipſe,prout eſt conſonũ fidei noſtræ,maxime quia ſacram ſcripturam vocant ſolũ vetus teſtamentũ ego autem vtrumque,ſcilicet vetus,& nouum. Sponſum autem,& maritum mulieris accipio doctorem in ſacra ſcriptura expertum, & prolem populum catholicum in ſacra ſcriptura ſtudioſum in ſexu maſculino, & fœminino, quia aliquando inuentæ ſunt aliquæ mulieres ſacræ ſcripturæ ſtudioſæ, vt pote tẽpore beati Hiero. vt patet ex ... ſacræ ſcripturæ,& in alijs eius ſcriptis. Sciendũ ... mulieris fortis in Hebræo ſcribitur metrice,ita qđ primus verſus incipit per Aleph, quæ eſt prima litera Hebr. ſecundus per Beth, & ſic conſequenter ſingulis verſibus præponuntur nomina literarũ quibus incipiunt in Heb. quia in tranſlatione ſeruari non potuit, quod verſus ſic inciperent ordinate per literas alphabeti Latini. nec ad aliud ſignificandum ponuntur hic nomina literarũ Hebraicarum,vt aliqui æſtimant, & hoc diffuſius declaraui ſuper librũ Pſalmorum, & ſuper lamentationes Ieremiæ. His igitur præmiſſis ad expoſitionem literæ accedamus.* Mulierem fortem. *idest ſacrã ſcripturam,quæ continet firmam, & inuiolabilem veritatem.*

1 Quis

1 Quis inueniet. *q.d.pauci attingunt ad plenam eius notitiam.*

2 Confidit in ea cor. *de bono præmio recipiendo. Et dicitur vir eius doctor bonus,in cuius perſona dicitur. Sap.8.a.* Hanc amaui, & exquiſiui a iuuentute mea, & q̃ſiui mihi ſponſam aſſumere

3 Et ſpolijs non indigebit. *quia in præmio duplicem ſtolam habebit, ſcilicet gloriam corporis,& animæ.*

4 Reddet ei. *ſcilicet ſponſo tali.*

5 Bonum. *ſcilicet gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro.*

6 Quæſiuit lanam, & linum. *proſequitur metaphoram mulieris quæ lanam,& linum operatur, per quæ intelliguntur dicta ſanctorum ad declarationem veritatis ſacræ ſcripturæ,vt dicit Ra.Sa.*

7 Facta eſt quaſi nauis inſtito. *Sicut enim in naui inſtitoris portantur diuerſa ad vitam humanam neceſſaria, ſic in ſcriptura continentur omnia neceſſaria ad ſalutem.*

8 De nocte ſurrexit. *idest ſurgere fecit,eo modo loquendi,quo dicitur Gene.22.c.* Nunc cognoui,quòd timeas dominum, *idest cognoſcere feci. Amor enim ſacræ ſcripturæ inducit doctores bonos,& diſcipulos ad ſurgendum de nocte pro ſtudio,& oratione.*

9 Deditque prędam. *In Heb.habetur*, Annonam, *quia ſacra ſcriptura reficit omnes ſtudentes in ea fideliter tam viros, quam mulieres.*

1 Conſi-

a *Conſiderauit.* Hodie & vſque in finē ſeculi fortis. Conſiderauit agrum, &c. quia eccleſia ſancta ſemper exquirit quos ad fidē cōuertere poſſit: & quos dociles inuenerit, hos data verbi pecunia in ſeruitiū Chriſti emit, & in eis vineā Chriſti plantare, vel potius vineam Chriſti facere curat. Et quia qui alterum docere deſiderat, prius à malis abſtinere, & bona opera facere debet, ſubdit. *Accinxit fortitu. lumb.* Ager ſupernę hereditatis poſſeſſio. De qua: *Ecce odor fi. mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit dominus. Odor enim ſanctorum ſicut o. a. ple. c. b. d.* quia tota mentis intentione cōtuentur quæ ſit beatitudinis plenitudo in regno Dei.

a Hue vel duc te.

a b ſuis. Zain. Conſiderauit agrū, & emit eū: de fructu manuum 1

a Pauor vel paſſio. b Cum ſupernis deſiderijs intenta carnalibus illecebris ſuccumbere deſpicit. 2

c ſuarum plantauit vineam. Heth. Accinxit fortitudine lum- 3

a Bonum excluſo ſeculo. 4

d bos ſuos, & roborauit brachiū ſuū. Teth. Guſtauit & vidit, 5

quia bona eſt negotiatio eius: nō extinguetur in nocte lucerna 6

a Scientia vel principium. 7

e f eius. Iod. Manum ſuam miſit ad † fortia, & digiti eius appre 8 9

a Incuruatus.

g henderunt fuſum. Caph. Manum ſuam aperuit inopi, & pal- 10

a Cor feruiens vel cor ſeruitutis. 11

h mas ſuas extendit ad pauperem. Lamed. Non timebit do- 12 13

i mui ſuæ à † frigoribus niuis: omnes .n. domeſtici eius veſtiti 14

b *De fructu ma. ſu.* q.a de fructiferis ſuorum fidelium factis vel verbis ſcripturam condidit, qua auditores fide & dilectione inebriaret. Et bene per vineam, eccleſiam (quæ per mulierem fortem eſt deſignata) & eos propagines vineę, qui ſunt filij mulieris accipimus. Mulier autem vineam plantauit, cum eccleſia primitiua per orbem miſſis prędicatoribus fidei ſemina diſperſit. Conſiderauit enim agrum, id eſt, mundum vitiorum ſpinis horridum, & cultore ſpirituali egere. Emit vero eum, cum talentum verbi auditoribus contulit, vt credentes Chriſto manciparet. Plantauit autem in eodem agro vineam, cum in nouis credentium populis eccleſiā plenā euangelica inſtitutione firmauit. Quam vineam de fructu manuum ſuarum plantauit, quia non ſolum verbo inſtituebant ſancti quos erudiebant, ſed & factis & miraculis. Cōſiderauit ergo eccleſia agrum, & emit eum de fructu manuum ſuarū: quia ſtudioſe didicit quę ſunt gaudia vitę, & pro eis quicquid poteſt, laborat.

c *Accinxit.* Cum ſe ad virtutum opera pręparat, & bene lumbos primo accingit, & poſt brachium roborat: quia bonū opus Deo acceptabile non eſt, ſi non prius carnis & mentis luxuria reſtringatur. Vnde: Quieſcite peruerſè agere, diſcite benefacere. Et: Sint lumbi veſtri pręcincti, & lucernę ardentes in manibus veſtris, vt bonis operibus fulgeatis.

d *Guſtauit & vidit quia bona.* Agri, ſcilicet illius negotiatio. De quo ſupra. *Conſiderauit agrum, & emit eum.* Guſtauit igitur ſancta eccleſia, & anima perfecta, i. prę nimio mētis deſiderio cognouit: quia bona eſt negotiatio vitę immarceſſibilis: quam mundo relicto ęternā meretur in cęlis. *Guſtauit autē,* id eſt, aperte didicit, quia bonū eſt per inſtantiam prędicandi quocūque valet ad viā veritatis adducere. Atq; ideo nullis tribulationū tenebris, nec ipſa morte pōt lucerna deuotionis eius extingui. Eorū nāque lucerna nocte extinguitur, & veniente iudice (quāuis in die videātur ardere) qui ad tēpus credunt & in tēpore ten. re. Sed illorum lucerna nocte media extinguitur, qui veniente iudice, oleū charitatis non habuiſſe in vaſis pręcordiū probantur: dū perdito rumore falſarum virtutū, vera tenebroſorū luunt tormenta factorū. Sed ſi hoc loco, noctē pro quiete accipimus, ſecundū quod ſupra, & de nocte ſurrexit, i. ad operandum ſe poſt quietem aptauit: aperte dicit quod lucerna ſanctæ eccleſiæ nō extinguitur in nocte, quia & cū ab actione quieſcit, vacat liberius contēplationi: cumque a publicis ceſſat operibus, ardentius vel lectionibus vel laudibus ſtudet diuinis, vt mulier quę nō ſolum in die inſtat laboribus, ſed & nocte accenſa lucerna D manibus operatur.

e *Manum ſuam miſit.* Fortia dicit, pfecta in charitate opera, quibus ſe eccleſia pro æterna retributione exercet. vn̄ *Benefacite his qui oderunt vos.* Et ſi vis perfectus eſſe, vade & vende oīa quæ ha. & da pauperibus. Synagoga autem cui dicitur. *Si volueritis & audieritis me, bo. t. co.* Tanto infirmior eſt in opere iuſtitiæ, quanto minus ſpe æternæ retributionis erecta. At eccleſia quę audit. *Pœnitentiam agite, appro. enim re. cæ.* merito pro hac remuneratione omnia ſuffert. De cuius fortitudine dicitur: *Regnum cælorum vim patitur, & vi rapiunt illud.*

Matt. 5. g. Ibidem. 19. c. Eſa. 1. c. Mat. 3. a. Ibidem. & manus eius iuſte rauerūt colum. Ibidem. 11. b.

f *Et dig. ti eius.* inquit, *apprehenderunt fuſum.* Colus in ſiniſtra, fuſus in dextera: de colo lana filo tranſit in fuſum, & dextera vitam perpetuam: lęua præſentia dona Dei ſignificat, id eſt, opulentiam rerū, pacem, ſoſpitatem, ſcripturarū ſcientiam, & celeſtium perceptionem ſacramentorum. Hæc & huiuſmodi cum à Deo percipimus, quaſi lanā colo in lęua geſtamus. At cum ea pro amore celeſtium ſalubriter exercere incipimus, lanam agni E immaculati de colo in fuſum, de lęuā in dexteram traijcimus: qui de donis noſtri redemptoris & de exemplis operū eius ſtolam gloriæ cæleſtis nobis ac veſtem nuptialē charitatis facimus. Digiti .n. quibus fuſum apprehendit, intentionē diſcretionis quā quiſq; operatur, ſignificant: quia nulla corporis mēbra ſic diſtincta ſunt articulis ac flexib⁹. *Quorum ergo conuerſatio eſt in cęlis, vnde etiam ſaluatorem expectamus, &c.* Horum digiti dextri apprehenderūt fuſum, quia ſedula diſcretione pro æternis laborant. Et bene dicit, apprehenderunt fuſum, vt diſcatur quanto ſtudio, quanta feſtinatione agere debeamus. Quid autem, mulier fortis, ſcilicet ſancta eccleſia vel anima perfecta per fuſum operata ſit, ſubiungit.

Phi 3. d.

g *Manum ſuam ape. inopi, & palmas ſu.* Hoc de eleemoſynis q̄ pauperibus fiunt, pōt accipi, ſed de verbo Dei melius, quod indumētū ſalutis animabus cōfert. vnde Iob: *Iuſtitia indutus ſum, & veſtiui me ſicut veſtimento & diademate iudicio meo.* Aperuit manū inopi, cum myſteria fidei ignorātibus per operarios veritatis reuelat: palmas ſuas ex. ad pau. cū late longeq; prædicatores ad gentes æternæ ſalutis egentes diſperſit.

Iob. 29. c.

h *Non timebit.* Frigora niuis, ſunt corda malorum perfidię torpore algentia. de quibus: *Quoniā abundauit iniquitas, refri. cha. mul.* Quæ illa niue opprimuntur, quæ ob ſuperbiam de cęlo corruens in tenebras, adhuc ſe velut angelū lucis oſtentare præſumit: & habitū niueum prætert, quod Dei & angelorū eius propriū eſt, ſcilicet niueo habitu ſuæ virtutis claritatē ſignare. *Non timebit autem domui ſuæ à fri. ni. quia credidit Deo dicenti, quod portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam.*

Matth 24. a. Matth. 16. c

i *Omnes enim domeſtici eius veſtiti.* & ſapientia ſ. ad hæreſes reuelandas, & patientia ad tolerandas apertorum hoſtium pugnas. Vel, veſtiti ſunt duplicibus, quia promiſſionē vitæ habent, quæ nunc eſt & futuræ. Nūc adiuti a Deo ne deficiat, tunc in beatitudine diuina viſione ditari. Itē, veſtiti ſunt duplicibus: vna veſte corporis, altera mentis, fide ſ. & factis. F Sacramentis quoque redemptoris imbuti & exemplis. vnde: *Quicunque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.*

Gal. 3. d.

Poſſunt

NICOLAVS DE LYRA.

*Conſiderauit agrum.* Ager iſte eſt diſciplina ſtudij cęleſtis, vt dicit Greg. homi. 37.

*Et emit eum.* id eſt, emi fecit à ſtudentibus per domationē carnis redigendo eam in obſequium ſpiritus.

*De fructu.* id eſt, exemplo vitæ & verbo doctrinæ fecit fidelium multiplicationem, qui ſunt palmites vineæ domini, vt dicit Gregor. homil. 7.

*Accinxit fortitudine lumbos ſuos.* id eſt, accingi fecit lumbos ſtudioſorum cingulo caſtitatis.

*Et roborauit brachium ſuum.* per multiplicationem boni operis, quia ſicut dicit Grego. hom. 32. Nec caſtitas magna eſt ſine bono opere, nec bonum opus aliquid ſine caſtitate.

*Guſtauit & vidit.* per experientiam dulcedinis ex ſtudio ſacræ ſcripturæ reſultantis.

*Non extinguetur in nocte.* id eſt, in morte.

8 *Lucerna eius.* i. claritas ſuę notitiæ, ſed magis augebitur.

9 *Manum ſuam miſit ad fortia.* In Hebræo habetur, *ad vertebrum*, quod eſt quidam circulus aliquantulum ponderoſus in inferiori parte fuſi poſitus, vt recte & ordinate vertatur: & huic dicto conſonat quod ſubditur.

10 *Et digiti eius appre. fu.* Per vertebrū hic intelligitur recta intentio opus dirigēs per apprehēſionē fuſi ad filandū, proſecutio boni operis de genere eius, q. cōſonat itētioni recte.

11 *Manum ſuam.* Scriptura enim ſacra quaſi vbique inducit ad opera miſericordiæ.

12 *Non timebit do. ſuæ à fri.* i. a pęna gehennæ. ſecūdū quod dicit hic Ra. Sa. allegans illud Iohan. 24. cap. *Ab aquis niuium tranſiet ad calorem nimium*, & loquitur de damnato.

13 *Omnes enim domeſti. eius.* id eſt, boni doctores & diſcipuli.

14 *Veſtiti ſunt duplicibus.* id eſt, virtutibus intellectualibus & moralibus, quæ ſunt veſtes animæ.

Stragu-

a Conclusio vel aſpice.
a Coph. Surrexerunt filij eius, & beatiſſimã prædicauerunt,* 1 2
a Caput vel videat. b
b vir eius, & laudauit eam. Res. Multæ filiæ congregauerunt 3 4
Vultus.
c diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas. Schin. Fallax gratia, & 5 6
vana eſt pulchritudo, mulier timens dominum, ipſa lauda- 7 8
a Conſummauit.
d bitur. Tau. Date ei de fructu manuum ſuarum, & laudent 9 10 11
eam in portis opera † ſua.

A a *Surrexerunt filij eius.* Quod futurũ nouit vt propheta, quaſi iã tactũ refert. Surgent filij eius eccleſiæ, i. electi immortales, & tunc matrẽ quę eos aqua & ſpiritu Deo genuit, beatiſſimã prædicabunt. quæ nunc quaſi miſera deſpicit᷑. ſicut Apoſtolus ait: *Si in hac vita tm̃ ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus.*

Sed quia pro alia vita militamus, merito cũ apparuerit quod erimus, matrem noſtrã beatiſſimam prædicabimus.

Poteſt & hoc quod dicitur: *Surrexerũt filiæ eius, & beatiſſimam prædicauerunt.* etiam nũc accipi, cum quis fidelium tranſcenſis ſeculi ærumnis ad cęlum ducitur. Aliqñ enim ſedere, ad humiliationem eſt, ſurgere ad gloriã pertinet. Vnde de Niniuitis dicitur in euangelio: *Olim in cinere ſedentes pœniterent.* Et. *Surgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris.* Surgunt ergo filij eccleſiæ, & beatiſſimam eam prædicant, cum cæleſtibus bonis ſublimati, quanta ſit illa beatitudo aſpiciunt: & hanc debita laude cum ea concelebrant. Laudat eam vir ipſius, cum bona quæ ipſe donauit, remunerat. Sed quibus verbis laudat, oſtendit. *Multæ filiæ congregauerunt diuitias.*

Surget vir eius, & laudabit eam in iudicio, dicens. *Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum eſt, &c.* Qui quidẽ primitiæ dormientiũ reſurrexit à mortuis. Sed in iudicio quanta ſit reſurrectionis ſuæ gloria demõſtrabit.

b *Multæ filiæ congregauerunt diuitias: tu ſupergreſſa es vniuerſas.* Eccleſiæ hęreticorũ & malorũ catholicorũ, quæ filiæ dicũtur. vel Chriſti, vel eccleſiæ, quæ a dñicis non ſunt remotæ ſacramentis, & adoptionem filiorũ quã non cuſtodierunt, receperũt. Vñ Iohãnes. *De nobis exierunt, ſed de nobis non ſunt.* Quę congregauerũt diuitias, bona opera, ſ. ieiunia, eleemoſynas, afflictionẽ, &c. quæ ſunt veræ diuitiæ ſpiritus, vbi pura mẽtis ſynceritate gerunt᷑, ſed ſine fide nihil proſunt. Sed & illæ filiæ fruſtra congregant diuitias. De quibus: *Multi dicent in illa die: Domine, nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas feci. Sed & confitebor tunc illis, quia nunquam noui vos.* Sed has filias eccleſia ſuperegreditur, quæ fide caſta & opere perfecto redemptoris ſui veſtigia ſectat᷑. D Matth 7.c.

c *Fallax gratia & vana eſt pulchritudo.* Fallax eſt gloria laudis, quam ab homine accipit. Vana pulchritudo caſtitatis, vel operationis bonę, quã hominibus oſtentat anima, quæ timore caret diuino. At illa conſcientia vera laude digna, quæ timorem Dei in omnibus ſeruat. Ipſe enim principium ſapiẽtiæ cuſtoſque virtutum. Vnde: *Timor domini initium ſapientiæ.* Et alibi: *Qui timet Deum, nihil negligit.* Hinc eſt q̃ Iob & in proſperitate virtutibus floruit, & in aduerſitate inſuperabilis permãſit, quia vero dixit: *Semper quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui.* Fallax ergo eſt ſimulatorum gratia, vanus decor operis ſtultorum. Eccleſia autem quæ in hoc ſeculi exilio conuerſatur in timore: quoniam ardentes virtutum lampades venienti ad iudicium ſponſo offert, iure ab eo laudata, ianuã cum eo regni cæleſtis intrabit. Qualiter enim eam laudet, oſtendit: *Date ei de fructu.* * eam. E Eccleſ. 1 b. Ibidem. 7. c. Iob. 31. c.

d *Date ei de fru. ma. ſu.* Hoc vir ille, de quo ſupra dictũ eſt: Vir eius, & laudabit eã: qui angelis in fine pcepturus eſt, vt eccleſiã poſt huius vitæ certamẽ, poſt triturationẽ afflictionis ad regni gaudia introducant, ac ſibi vitę immortalitatis ſociã aggreget, ſcdm illud: *Triticum autem congregate in horreum meum. Date ei de fructu manuum ſuarum*, quia fructũ ſpiritus facere curauit: charitatẽ, gaudium, pacem, &c. Et laudent eã in portis, in iudicio, ſ. ſiue in ingreſſu patriæ cæleſtis non hominũ fauores ſuperuacuos, ſed opera ſua quæ fecit examinante, & probante ac remunerãte Deo, cui eſt honor & gloria. Mat. 13. d. F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Surrexerunt filij eius.* id eſt, diſcipuli ſtudioſi.
2 *Et beatiſſimam.* quia ſacram ſcripturam ſuper omnem aliam extollunt.
3 *Vir eius & laudauit eam.* id eſt, doctor bonus qui doctrinã ſuam incipit à commendatione ſacræ ſcripturæ.
4 *Multæ filiæ.* id eſt, philoſophorum & ſapientũ ſcripturę.
5 *Congregauerunt diuitias.* id eſt, cognitiones veritatis multas, quæ ſunt meliora bona quam corporalia.
6 *Tu ſupergreſſa.* quia ſacra ſcriptura multo plures veritates tradit quam aliæ ſcripturæ, & etiã puriores: quia in ea nulla falſitas admiſcetur, cum immediate emanet à prima veritate. Scripturæ vero humanitus adinuentæ, etſi continent multas veritates, tamen habent admiſtas multas falſitates, ſicut patet in ſcripturis Ariſtotelis, qui minus inter alios philoſophos dicitur erraſſe: & tamen errauit in multis, vtpote de mundi æternitate, & de numero intelligentiarum, quẽ poſuit ſecundum numerum orbium: cum tamen ſit maior quaſi incomparabiliter, ſecundum quod dicitur, viceſimoquinto. a. *Nunquid eſt numerus militum eius.* & Dan. ſeptimo. c. *Milia milium miniſtrabant ei & decies milies cen. mi. aſſi. ei:* & de felicitate earum quam ponit in motu orbium, & in multis alijs, ideo ſubditur.
7 *Fallax gratia & vana eſt pulchritudo.* ſcilicet verborũ Rhetoricorũ in humanis ſcripturis, & maximè poeticis, in quibus ſub verbis ornatis latent multæ falſitates, ſecũdũ quod dicitur. 1. Metaphy. Multa mentiuntur poetæ cantantes.
8 *Mulier timens dominum.* id eſt, ſacra ſcriptura, quæ quaſi vbique inducit ad Dei reuerentiam & timorem.
9 *Ipſa laudabitur.* præ cæteris ſcripturis.
10 *Date ei de fructu manuum ſuarum.* id eſt, ſtudentibus in ea dabitur fructus glorioſus.
11 *Et laudent eam.* id eſt, ſapientes in portis ſedentes cum iudicibus, vt dictum eſt ſupra. Et iſti ſapientes dicuntur opera ſacræ ſcripturæ, inquantum per eius ſtudium ſapientiam conſequuntur.

## *Incipit prologus ſancti Hieronymi in librum Eccleſiaſten.*

MEmini me hoc fermè quinquennio, cum adhuc Romæ eſſem, & Eccleſiaſten ſanctæ Bleſillæ legerem, vt eam ad contemptum huius mundi prouocarem, & omne quod in mundo cerneret, putaret eſſe pro nihilo: rogatum ab ea, vt in morem commentarioli obſcura quæque diſſererem, vt abſque me poſſet intelligere quæ legebat. Itaque quoniam in procinctu noſtri operis ſubita morte ſubtracta eſt, & non meruimus ò Paula & Euſtochium, talem vitæ noſtræ habere ſortem, tanto vulnere tunc percuſſus obmutui: & nunc in Bethlehem poſitus, anguſtiore videlicet ciuitate, & illius memoriæ & vobis reddo quod debeo: hoc breuiter admonens, quod nullius autoritatẽ ſecutus ſum, ſed de Hebræo tranſferens, † maximè Septuaginta interpretum conſuetudini me coaptaui, in his duntaxat quæ non multum ab Hebraicis diſcrepabant. Interdum Aquilæ quoque & Symmachi & Theodotionis recordatus ſum, vt nec nouitate nimia lectoris ſtudium deterrerem, nec rurſum contra conſcientiam meam fonte veritatis omiſſo: opinionum riuulos conſectarer. † magis.

*Eccleſiaſtes, qui ab Hebræis Coheleth appellatur.*

## CAP. I.

a Concionatoris. b Paterna dignitas. c Propria autoritas.

a VERBA † Eccleſiaſtes filij Dauid regis b Ieruſalem. † Vanitas vanitatum dixit 1 2 3 4

[Male opinantur quidam nos his verbis ad voluptatem luxuriamque prouocari, cum potius omnia quæ cernimus, vana eſſe conuincantur.]

CAP. I.

A Verba Eccleſiaſ. ✠ Athanaſ. Hunc librum ſcripſit Salomon, dicit' autem Eccleſiaſtes quoniam ita hũc nominauit autor ipſe qui ſcripſit. In principio ipſius dicens. *Verba Eccleſiaſtæ filij Dauidis regis Iſrael in Ieruſalem.* Varijs autẽ nominib' vocatus eſt Salomon, Sapiẽs propterea quod Sapientiæ particeps fact'. eſt Prudens eo quod veritatis in eo fuit prudentia. Doctus quoniam veram a Domino doctrinã habuit. † Eccleſiaſtæ Eccleſiaſtes vero vocatus eſt quoniam ad populum ipſe concionatus eſt, & quæ ſpiritus ſunt loquutus. Videtur autẽ in hoc libro de naturali theoria philoſophari. Quoniam enim Aegyptij de illa ſuas iam habebant imaginationes, & Græci hiſce de rebus fabulaturi erant, ob eam ipſe cauſam impulſu Spiritus Sancti eos qui de iſtis inquirere conabantur ita compeſcit dicens: *Non poterit homo inuenire opus, &c.*

Hierony. Tribus nominibus vocatus eſt Salomon, i. pacificus, & idida, i. dilectus domini: quia in regno eius pax, & dominus dilexit eũ, & Coheleth, id eſt, ἐκκλησιαστής Græce, qui cœtum, id eſt, eccleſiam cõgreget, i. concionator: cuius ſermo non eſt ad vnum, ſed ad vniuerſos. Iuxta tria vocabula, tria volumina compoſuit: prouerbia paruulos docens. B Vnde crebro quaſi ad filiũ loquitur. Eccleſiaſten, ad maturos, omnia eſſe breuia & caduca oſtendens, quæ cernimus. Canticum canticorum, vbi conſummatam ſponſam ſponſi iungit amplexibus. Niſi enim vitia reliquerimus, & mortali pompæ renuntiantes nos ad aduentũ Chriſti præparauerimus, non vere dicemus. Can. 1. a. *Oſculetur me oſculo oris.* Propter hoc ordine philoſophi docent, primo Ethicen, inde Phyſicen, & quẽ in his profeciſſe vident, ad Theologiã vſq; perducunt.

Notandum quoque, quod in his diuerſis eſt titulus. In prouerbijs. Prouerbia Salomonis filij Dauid regis Iſrael. In Eccleſiaſte, Verba Eccleſiaſtes filij Dauid regis Ieruſalem. In quibuſdam codicibus tam Græcis quam Latinis inuenitur additum Iſrael, ſed male. In Cantico canticorum nec filius Dauid, nec rex Iſrael ſiue Ieruſalem, ſed tantum Canticum canticorũ Salomonis. Sicut enim prouerbia quaſi rudis inſtitutio ad 12. tribus & ad totum pertinent Iſrael, & qñõ contemptus mundi non niſi metropolitis conuenit, i. habitatoribus Ieruſalem: ita Canticum canticorum ad eos proprie qui tantum ſuperna deſiderant. Ad incipientes & proficientes & paterna dignitas, & regni proprij autoritas. ad perfectos vero qui non timent, ſed amant, ſolum nomen ſufficit, & æqualis magiſter eſt, & neſcit ſe eſſe regem.

Greg. Quõ hic liber ſit legendus, & exponendus, ſic dicit: Eccleſiaſtes aũt proprie dr, concionator. In concione vero ſententia proponit', per quem tumultuoſæ turbæ ſeditio cõprimatur, & cum multi diuerſa ſentiunt, per concionãtis C rõnẽ ad vnã ſententiã perducuntur. Hic igit' liber ideo concionator dr, quia in eo Salomon tumultuantis turbę ſenſum ſuſcipit, vt ea per inquiſitionẽ dicat, q̃ fortaſſe per tẽtationẽ imperita mens ſentiat. Nã quot ſententias per inquiſitionẽ mouet, tot perſonas in ſe ſuſcipit, ſed cõcionator verax velut extẽſa manu omnium tumultũ ſedat, & ad vnã reuocat ſententiã, cũ in fine ait: *Finem loquendi omnes pa. audia. Deum time, & mandata eius obſerua, hoc eſt omnis homo.* In hoc autẽ q̃ dicit: finẽ loquendi oẽs pariter audiam': innuit quia ſolus locutus nõ eſt. Sunt ergo alia in hoc libro quæ per inquiſitionem mouentur, alia quæ per rationem ſatisfaciunt, alia quæ ex tentandi animo profert, & mũdo adhuc dediti, alia in quibus ea quæ rationis ſunt diſſerat, atque animum a delectatione compeſcat. Nanque ait: *Hoc itaq; mihi viſum eſt bonum, vt comedat quis & bibat, &c.* Et poſt. *Melius eſt ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij.* Illud ex infirmi perſona, hoc ex ratione. Similiter etiam diuerſas cogitationum tentationes exponens ait: *Vnus interitus hominis eſt & iumentorũ, &c.* Quid habet amplius ſapiens ſtulto, niſi vt pergat illuc vbi eſt vita? Has autem perſonas diligenter lector inſpiciat, ne in Epicuri dogma incurrat.

Albinus. Tradunt Hebręi hunc librũ Salomonis eſſe agẽtis pœnitentiã, quia in ſapientia diuitijſq; confiſus per mulieres Deum offendit. Secum enim omnia vana reputauit eſſe, & ad miſeriam deuenire eos qui in eis ſpem ponunt.

Allegorice. Pacificus & dilectus Dei patris filius, & Eccleſiaſtes noſter Chriſtus eſt, qui inimicitias in carne vacuans, vtraq; fecit vnum, dicẽs: *Pacem meam do vobis, &c.* De quo: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite.* Qui eſt caput eccleſiæ, non ad ſynagogam, ſed ad multitudinem gentium loquens: Rex Ieruſalem ſpiritualis, filius Dauid, de quo: *Miſerere noſtri domine fili Dauid.* Et. *Oſanna filio Dauid.* Verbũ quoq; Dei non fuit ad eũ, ſicut ad Ieremiã & ad cęteros prophetas. Ipſe eſt etenim verbũ & ſapientia: ipſe enim diues & pauper, ipſe rex gloriæ potẽs, ipſe verba loquit' ad eccleſiæ viros, ſcilicet ad apoſtolos. vnde: *In omnem terram exiuit ſonus eorum,* & in fines orbis terræ verba eorum. b *Vanitas vanitatum.* Hierony. Pro vanitas vanitatum ſm quoſdam interpretes poſſumus dicere: Vaporẽ fumi, & auram tenuem, quæ cito ſoluuntur. Vnde vniuerſitas caduca oſtenditur. Quę enim videntur, temporalia ſunt: quæ autẽ non videntur, ęterna. Siue quia creatura vanitati ſubiecta eſt, & ingemiſcit, & parturit, & pręſtolatur reuelationem filiorũ Dei: & nũc ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus, & tandẽ oĩa vana, donec veniat quod perfectum eſt.

Antequam ſuam ponat ſententiam, quędam apparatum videtur & ornamentum facere, cum dicit: *Vanitas va. & o. va.* Poſtea a maiori, id eſt, ab homine incipit, oſtendens ipſum vanitati ſubiectum id eſt, mutabilitati. Et hoc eſt: *Vanitas, &c.* Vanitas oĩs hõ viuens, quanto magis cętera? Vnde: *Vanitati ſubiecta eſt creatura, non volens, ſed prop. e. qui ſub. can. in ſpe.* Quicquid. n. nõ eſſe põt, vanitas dici põt, q̃a mutari põt.

Solus

## Venerabilis patris fratris Nicolai de Lyra Poſtilla ſuper librum Eccleſiaſten incipit.

CAP. I.

Verba Eccleſiaſtes. Sicut dictum fuit in principio libri Prouerbiorum, in tribus libris Salomonis traduntur tria ſapientiam excellẽtia magnifice, quę ſunt ſm Empedoclem, mobilis affluentię contemptus, futurę felicitatis appetitus, & mentis illuſtratio. Et iſtud tertium in ordine doctrinę eſt primum, quia via eſt compendioſa ad aſſecutionem aliorũ: propter quod traditur in primo libro qui dicitur Parabolę Salomonis, quo finito acceditur ad ſecundum in libro Eccleſiaſtes, in quo traditur mobilis affluentię contemptus.

Circa quod ſciendum, quod tempore Salomonis ſapientię ſtudium viguit in Ieruſalem, quia omnes reges terrę, & potentes deſiderabant audire ſapientiam Salomonis, vt dr tertij Regũ quarto. Et quia circa felicitatem hominis multi varie dixerant, & dicebãt. Nam aliqui ponebant eam in diuitijs, alij in delicijs, & alij in honoribus, & ſic de pluribus alijs bonis, quę per laborem humanũ acquiri poſſunt in vita pręſenti, ideo Salomon voluit hanc quęſtionem tractare in hoc libro, oñdendo quod in talibus bonis non cõſiſtit felicitas hominis, ſed in Deo qui eſt bonum infinitum. Et diuiditur liber iſte in duas partes, ſcilicet in procemiũ & tractatũ, qui incipit ibi: *Vanitas vanitatum dixit, &c.* Circa primum notificatur autor huius libri miniſterialis tñ: quia Deus eſt autor principalis. & primo quantũ ad eius ſapientiã, cum dr.

1 *Verba Eccleſiaſtes.* id eſt, Salomonis, qui Eccleſiaſtes dicitur, id eſt, concionator, quia per ſapientiam ſibi datam erat aptus ad concionandum & perſuadendum alij veritatem. Secundo quantum ad genus, cum dicitur.

2 *Filij Dauid.* qui fuit ſanctiſſimus. Tertio quantum ad dignitatem, cum dicitur.

3 *Regis Ieruſalem.* ita quod ly regis, refertur ad Dauid & ad Salomonẽ. vterque enim regnauit in Ieruſalem. Et licet regnum ipſorum ad alia loca, & ad alias ciuitates ſe extenderet: exprimitur tñ ſpecialiter Ieruſalẽ, quia erat metropolis in regno, & electa ad Dei cultũ. 4 *Vanitas vanitatum dixit Eccleſiaſtes.* Hic incipit tractatus & diuiditur in duas partes, quia primo Salomon errores aliorũ excludit. Secũdo propoſitũ cõcludit capite 7. Prima adhuc in duas, quia primo proponit intentũ in generali. Secũdo proſequit' in ſpeciali, ibi:

*Generatio.*

C fuit morientis. Sic de auibus, piſcibus, ſerpentibus, & oībus animantibus: ſic de herbis, arboribus & alijs naturis nihil nouum inuenitur quod antea non fuerit: nihil præteritū, quod poſt non fiat. Vnde: *Requieuit Deus die ſeptimo ab oī opere ſuo*, a nouarum creatione naturarū, non a gubernatione, ſecundū illud: *Pater meus vſque modo operatur, & ego operor.* Sic ex primordialibus rerum ſeminibus totius ſeculi tēpus naturali curſu peragitur.

pari naufragio demergātur, an hæc & hmōi caſu, an Dei iudicio veniant? Si iudicio, vbi iuſtitia? Si non iudicio, vbi prouidentia? Hęc, inquit, noſſe deſiderās, intellexi ſuperfluā curā per diuerſa cruciantem, a Deo hominibus datam, vt cupiant ſcire quod licitum non eſt, & hoc propter ſuam curioſitatem, quam ſponte incurrerunt. D

a Quod non ante fuerit.

quod † factum eſt? Ipſum quod † faciendum eſt. Nihil ſub ſo 1

a le nouum, nec valet quicquam dicere: Ecce hoc recens eſt.

b Iam enim † præceſſit in ſeculis, quæ fuerunt ante nos. Non 2

c a Apud nos.

eſt priorum memoria, ſed nec eorum quidem quæ poſtea fu

tura ſunt, erit recordatio apud eos qui futuri ſunt in nouiſ-

a Alias non habet Iſrael. Sponte.

d ſimo. Ego Eccleſiaſtes fui rex * Iſrael in Ieruſalem, & pro- 3

a Varia curioſitate. b Cauſas omnium. 4

poſui in animo meo quærere & inueſtigare ſapienter de om- 5

e nibus quæ † fiunt † ſub ſole. Hanc † occupationem peſſi- 6

Permiſit. Carnalium. Ne proficerent. Quanto plus inquiritur, tanto plus dubitatur.

mam dedit Deus filijs hominum, vt occuparentur in ea.

f Vidi quæ fiunt cuncta ſub ſole, & ecce vniuerſa vani- 7

a Dum diuerſis cogitationibus rapitur. b A recto deprauati. c Peccator cum in profundum venerit vitiorum contemnit. 8

g tas & afflictio ſpiritus. † Peruerſi difficile corriguntur. 9

Hucuſque generaliter de vanitatibus ſeculi: hinc ad ſeipſum redit, & quis eſſet oſtēdit, quomodo omnia cognouerit, & docuerit. vnde: *Et propoſui in animo meo*, & cætera. † fiendum.

e *Hanc occupationem.* Hieronym. Verbum Aman Aquila. LXX. Theodotio περισπασμόν quod Latine diſtenſio: eo quod in varias ſolicitudines mēs hominis diſtenta lanietur. Symmachus vero, ἀσχολίαν, id eſt, occupationē tranſtulit. * ſuper. † afflictionem malam.

b *Vidi afflictionem quam dedit, &c.* Dicitur q; propterea Deus in præſenti ſeculo et peruerſorum dogmatũ magiſtris conceſſerit occupationẽ, ne mens hominis otioſa torpeſceret, & hoc eſt bonum quod fecit Deus in tempore ſuo, & non poſſe eos naturæ rerũ comprehendere ſcientiã.

Aliter. Cum omnia ſuo labantur tempore, & ſit tempus deſtruendi & ædificandi, flendi & ridendi, & cætera quæ de tempore dicta ſunt. Quid fruſtra conamur, & breues huius vitæ dies putamus eſſe perpetuos, nec ſufficit malitia diei, vt nihil in craſtinũ cogitemus? Quid enim plus hẽre poſſumus amplius laborando? In quo id tantũ hominib. a Deo datum eſt, vt alius ali a ſectãdo hẽret, in quibus ſe erudire & exercere poſſet. Deus enim oẽ qđ fecit, bonum eſt, ſed in tempore ſuo bonum eſt, Vigilare, dormire nõ ſemp, ſed viciſſim bonum eſt, nunquã vlterius quàm vt opus eſt. Dedit quoque mundum inhabitandũ hominibus, vt fruantur varietatibus tẽporum, & non quærant de cauſis rerũ † naturalium, quomodo creata ſint oĩa, quare hoc vel illud ab initio mũdi vſque ad finem ſeculi fecerit creſcere, manere, & mutari.

c *Et cognoui.* Ideo colonus in mũdo datus eſt homo, vt hoc breui tpe fruatur, & ſpe lõgitudinis abſciſa quæ poſſidet, vt ad alia tranſiturus aſpiciat, & qđ boni poteſt faciat in vita, ne fruſtra pro cõgregandis opibus torqueatᷣ, ne ſe putet plus de labore ſuo lucrari, quam cibum & potum. Et ſi quid de opibus eꝗ bonis operibus expenderit, hoc ſolum donũ Dei eſt. Non ex his vt quidam putant ad luxuriã & deſperationẽ prouocamus, ſm illud, *Manducemus & bibamus, cras enim moriemur.* Sed vt ſm Apoſtolum. *Habentes victum & veſtitum, his contenti ſimus, cætera pauperibus proſint.* Nec contrarium quod dicit Balaam, *non erit labor in Iacob, neq; dolor in Iſrael.* Hinc.

d *Omnis homo qui comedit & bibit, & videt bonum, &c.* Multæ enim nunc tribulationes iuſtorum, in futuro autem nõ erit labor in Iacob.

* Olympiod. Sapiens quidem nouit quod bonum eſt, omnis aũt homo, hoc eſt vulgaris & in multitudine media D
ſumptus qui aberrat a cognitione veri boni, cũ voluptate ſola bonũ diffiniat & metiatur, comedere ac bibere bonũ eſſe exiſtimat. Et ſane manifeſtũ q; ſenſibilium rerũ copia, Dei munere hominibus data eſt, non tamen vt conceſſis rebus abutamur, ſed vt eas cõicemus in pximos liberales, & Deo grati de acceptis muneribus. Communicauit autem hoc loco pſonas Eccleſiaſtes, eius ſcilicet qui verè ſapiẽs, quod proprie bonum eſt cognoſcit, & eius qui errore malo ductus, fallitur circa ipſius boni cognitionem. † bona. Sup.1.b.

e *Didici, quod omnia opera quæ fecit Deus, perſeuerent in perpetuum: Nihil eſt in mundo nouum,* ſolis curſus, lunæ vices, terræ & arborum ſiccitas vel viror, cũ mundo condita ſunt, & hæc idcirco Deus certa ratione temperauit, vt Dei prouidentiam in his intelligamus, & timeamus a facie Dei. Vultus autem domini ſuper facientes mala. Pſal. 33.c. E

* Olymp. Rerum alię quidem viſui ſunt obnoxiæ, alię verò videri non pñt. Hic aũt ſermo habetur de viſibilibus rebus, & harum quidem aliæ ſemper eodem modo pdurant, vt terra, cęlum, ſol, luna, aliæ verò per ſucceſſionẽ ſeruantur in ſpecie, vt hoĩes, plantę & ſimilia. Noui igitur, inqt, quod non eſt apponere ad ea quę in mũdi cõſtitutione Deus creauit, cũ eiuſmodi cõpoſitio pfecta ſit & indeficiens. Sed neq; ab ea quicquam vt ſuperuacaneum eſt auferre: Qui vero ad ſpeculationem mundi animũ adijciunt, rationeſq; ſingularum rerũ quantum in ſe eſt, conſequuntur, timore Dei occupantur, attonitiq; redduntᷣ, auctoris omnium ſapientiam demirantes. In omni itaq; hominũ mente inſitus eſt a natura Dei timor vel legitima quędã rõ, quę ab ordine ac pulchritudine vniuerſi hoĩum corda conuertit ad creatoris ſapientiam contemplandã. Sciendum vero eſt hęc quę videmus, eſſe veluti ſymbola quędã ac ſigna ſpiritualium rerũ. Quare ſi finem ſpectes ob quem facta ſunt, omni prorſus carent defectu. Nam ſiue quid eorum principaliter Deus produxit, ſiue quid in ſecundas cauſas referendum eſt, non eſt eis apponere quicquam nec demere. Omnia igitur bona & pulchra, perfecta omnia ſunt, & neceſſaria Dei opera. F

Et

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et tempus odii.* quando efficitur malus, non tamẽ odiendo naturam ſed culpam. Tertio, in actu iraſcibilis, cum dicitur.

2 *Tempus bell.* quando inſurgunt aduerſarij iuſtitię vel reipublicę.

3 *Et tempus pacis.* quando ceſſent tales aduerſarij. Sciẽdum autem, quòd hic accipiuntur actus concupiſcibilis & iraſcibilis, prout imperantur a ratione.

4 *Quid ha. amp. homo de labore ſuo.* Hic remouentur quędam obiectiones poſſibiles fieri cõtra pdicta. Et diuiditur in tres partes ſecundũ tres obiectiones. ſecunda ibi, *Vidi ſub ſole.* tertia ibi, *Dixi in corde meo.* Contra pręđicta poſſet aliquis obijcere, q; longęuitas deſideranda eſt tanquã ſummũ hoĩs bonum, quia per eã põt acquiri ſapientia & ſcientia in pfectione ſua, hoc remouet per hoc q; homines quantumcunq; viuant ad perfectam cognitionem etiam rei minimę, non attingũt, vt plenius dictum fuit ſupra primo capite, & hoc eſt quod dicitur, *Quid habet amplius.* in certitudine notitię.

5 *Homo de labore ſuo.* in ſtudij exercitio longo, quaſi diceret, modicum aut nihil: imò frequenter contingit q; aliqui iuuenes ſtudioſi credant ſe multa ſcire per demonſtrationes, & procedentes vltra vident q; non ſunt niſi topicę vel ſophiſticę rationes, propter quod Socrates Philoſophus dixit, Hoc tantum ſcio, quòd neſcio, non auſus affirmare aliquid ſe ſcire, ideo ſequitur.

6 *Vidi afflictionem.* ſcilicet in exercitio ſtudij.

7 *Quam dedit Deus fi.* inquantum dedit eis intellectum ad talia inquirendum.

8 *Vt diſtendantur in ea.* ideſt, occupentur.

9 *Cuncta fecit Deus, &c.* ideſt tempore creationis, vt dicitur Gen. 1. d. Vidit Deus cuncta quę fecerat, & erãt valde bona, ſed angelica natura & humana per ſeipſam peiorata eſt.

10 *Et mundum tradidit diſputatio. eorum.* ideſt hominum.

11 *Vt non inuenia. &c.* ipſum perfecte cognoſcendo.

12 *Ab initio vſque ad finem.* ideſt dato quòd viueret per tempus longiſſimum. ideo concludit.

13 *Et co. quod non eſſet melius ni. lætari & bene facere, &c.* decenter viuere & virtuoſe ſecundum curſum naturę, ita q; ſit cõtentus termino vitę, quem dedit ſibi natura.

14 *Omnis enim homo qui comedit & bibit.* honeſte viuendo & ſine cura ſuperflua.

15 *Et videt bonum de labore ſuo.* ea quę acquiſiuit, partim liberaliter, partim miſericorditer tribuendo.

16 *Hoc donum Dei eſt.* ſcilicet bonum in præſenti.

17 *Didici quod omnia opera quæ fecit Deus perſeuerent, &c.* quia illa quę ſunt de integritate mundi, quantum ad partes principales, manent eadem numero. Sicut corpora, quę ſunt incorruptibilia ſimpliciter, & elementa, quæ licet corrumpantur ſecundum aliquas partes, non tamen ſecundum ſe tota.

18 *Non poſſumus eis quic. &c.* ſicut nec ipſe addit poſtquam ceſſauit a nouis operibus condendis, & eodem modo debemus eſſe contenti de termino vitę noſtrę, nec ſolicitari de additione per longæuitatem.

Quam

 Quod

A a *Et Deus inſtaurat quod abiit.* Quaſi a proprio principio mūdi. Sic poteſt legi ad conſolationē martyrum, *Deus inſtaurat quod abiit, ſecundum illud, Capillus de capite veſtro non peribit.* Quidam alij ſic, *Quærit eum qui perſecutionem patitur, quia ſanguinem ſeruorum ſuorum vlciſcetur.*

Luc. 11. d. Deu. 32. f.

b *Vidi ſub ſole.* Cum in hoc mundo iudicium & veritatem requirerem, aliter arbitratus ſum aliquid iuſtitia hic geri, & vel pium ſuo merito recipi, vel impium pro ſuo ſcelere damnari: Sed poſt mecum reputans intellexi Deū non per partes iudicare, ſed in futurum reſeruare iudicium, vbi recipiet vnuſquiſque quod geſſit, & tunc vidi tempus diſcretionis omnis rei. Similiter in ſapientia. Ne dixeris quid hoc, aut quid illud. Omnia enim tempore ſuo requirentur.

* Et adhuc

* ergo

† quo eligit eos Deus, & ſcit apparere … eſſe inter iumenta inter … Nam vnus euentus

* quia

B

* omnia

a Vt ſolis ortus & occaſus.

Quod factum eſt, ipſum permanet. Et quæ futura ſunt, iam 1

a ¶Animalia moriuntur, & naſcuntur eiuſdem generis ſic & alia. 2

a fuerunt, & Deus inſtaurat quod abiit. * Vidi ſub ſole in loco 3

b 4

a Dextera eorum repleta eſt muneribus.

iudicii impietatem, & in loco iuſtitiæ iniquitatē. Et dixi * in 5

¶ In futuro 6

corde meo, Iuſtum & impiū iudicabit dominus, & tempus 7

a Non modo. b Sanctorum qui vere homines vel doctores. 8

c omnis rei tunc erit. Dixi in corde meo de filiis hominum, 9

† vt probaret eos Deus, & oſtenderet ſimiles eſſe beſtiis. Id-

¶Similis.

circo vnus interitus eſſe hominis & iumentorum, & ęqua vtriuſque conditio. Sicut moritur homo, ſic & illa moriun-

¶Vel, Et ſpiritus vnus omnibus.

tur. Similiter ſpirant omnia, & nihil habet homo amplius iumento, * cuncta ſubiacent vanitati, & omnia pergunt ad v-

a Ne putaremus dictum de anima. b Secundum corpus & membra, Terra es & in terram ibis.

num locum. De terra facta ſunt, * & in terram pariter † reuer-

¶ In cælum.

d tuntur. Quis nouit ſi ſpiritus filiorū Adam aſcendat ſurſum, 10

e ¶Peccatores qui verè iumentum vel idiotæ. 11

f & ſi ſpiritus iumentorū deſcendat deorſum? Et deprehendi 12

*Tempus erit omni rei & omni operi.* * Olim. Hoc eſt, erit vniuerſalis iudicij tēpus. Myſtico autem intellectu ſic accipe, Vidi ſub iuſtitiæ ſole dominum Ieſum Chriſtū, qui ſcilicet venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Vidi, inquam, locum impij a ſiniſtris videlicet conſtitutum, & iuſti, non vidi locum qui eſt a dextris eius, & dixi in corde meo quod Deus omnes ad iudicium conuocabit, pro dignitate vnicuique diſtribuens, illud tempus deſtinens ac decernens, in quo noſtra omnis actio & operatio diſtricto examine perpendetur.

c *Dixi in cor. meo.* Quaſi, Non mirū, inter iuſtū & impium nihil diſtare, nec virtutē nihil valere, ſed indiſcretè omnia volutari, cum ēt inter pecudes & hoïes quātum ad corpus vel vilitatem corporis nihil intereſſe videatur, vna conditio naſcendi, vna ſpecies moriendi. Si aūt videtur diſtantia quod ſpiritus hominis aſcendat in cęlum, pecoris in terram deſcēdat, quis certus auctor eſt, quis ſcit an vera an falſa ſint quæ ſperantur? Non hoc dicit, quia animam hominis putaret perire

C cū corpore, vel vnum locum beſtijs hominibuſque præparari. Sed quia ante aduentū Chriſti omnes animæ hominum pariter deſcendebāt ad inferos. Vnde hominis pecoriſque ſpiritus eiuſdē vilitatis videbatur. Et licet alter cū corpore periret, alter non, nō multum intererat cū corpore perire & ad inferos deſcendere. Hier. *Dixi in corde meo de loquela filiorum hominum, quia probat illos Deus.* Hoc ſolum inter homines & iumēta Deus eſſe voluit, quia nos loquimur, illa ſunt muta. & cum hoc ſit, tamen oſtēditur nobis, quia ſecundum corpus iumenta ſumus, ſicut iumētum morimur, & vnus omnibus ſpiritus eſt. ſ. aer. Hoc eſt enim quod ait, *Et ſpiritus vnus omnibus & amplius homini a pecore nihil eſt.*

Alleg. Homines & iumenta ſaluabis domine. Et alibi *vt iumentum factus ſum apud te.* Et in prophetis, Homines & pecora in Ieruſalem ſaluanda dicuntur, & impleri terram pecoribus & armentis.

d *Quis nouit.* Non dicit inter hoïs & pecudis dignitatem nihil intereſſe, ſed per Quis, difficultatem rei monſtrat. Quis enim, nō impoſſibile, ſed difficile in ſcripturis ſanctis ſęp[iſſi]mè ſignificat. vt ibi, *Generationem eius quis enarrabit? Dñe quis aſcendet in tabernaculo tuo?* Ieremias quis in Heb. aliter. Et homo eſt, & quis cognoſcit eū? Inter homines igitur & beſtias hæc dīa eſt, quod ſpiritus hominis aſcendit in cęlum, & iumenti deſcendit in terram cum carne diſſolutus, ſi tamen huic rei vir aliquis eruditus, & rei quaſi dubię certus aſſertor ſit.

e *Deorſum.* Ad inferos. Fieri enim poteſt vt citò mutentur. Et ſæpe qui docti videbantur ad inferos ducuntur; & ſimplices ruſtici coronantur.

f *Et depreben.* Superiori errore turbatus, quo putabam hoïem nihil a beſtijs differre. in hac ſtulta opinione ductus ſū, vt dicerem hoc tantū bonum præſentem carpere voluptatē, quia poſt mortem non liceret, ſed melius de lætitia bonorū operum. Nihil enim melius quàm lætari hominē in opere bono,

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Quod factum eſt. *a Deo incorruptibile.*

2 Ipſum permanet. *vt dictum eſt de corporibus cæleſtibus & elemētis. Alia autem quæ corruptibilia ſunt, licet non ſic maneant eadē numero, manent tamen eadem ſpecie per ſucceſſionem generationis, ideo ſequitur.*

3 Quæ futura ſunt. iam, &c. *& patet litera ex dictis.*

4 Vidi ſub ſole. *Hic remouetur ſecūda obiectio, quę poſſet fieri. ſ. ſi proceſſus huius mūdi melioraretur, quia ſic longæuitas eſſet appetēda, vt ſic viderentur fieri maiora bona, ſed hoc excludit dicens:* Vidi ſub ſole. *i. in hominum habitatione.*

5 In loco iudicij impietatem. *Ideſt vbi ſolebat dari rectum iudicium, datur impium.*

6 Et in loco iuſtitiæ iniquitatē. *Quia pro habitu iuſtitię in multis partibus ſucceſſit habitus nequitiæ, & adhuc plus ſuccedet in futuro tempore. Vnde dicit ſaluator, Matt. 24. a.* Abundabit iniquitas, & refrigeſcet charitas multorum.

7 Et dixi in corde meo, iuſtum & impium iudicabit dominus. *quia cum ſit iuſtiſſimus, non permittit aliquod bonū irremuneratū, nec aliquod malum impunitum. Videntur autē in præſenti mali vſque ad mortem eſſe in proſperitate, & ecōtrario multi iuſti in aduerſitate, & ideo ex diuina iuſtitia concluditur aliā vitam eſſe expectandā in qua iniuſti hic impuniti puniantur a domino & iuſti præmientur, ideo ſubditur.*

8 Et tempus omnis rei tunc erit. *quia multa quæ nunc videntur inordinata, ad ordinem diuinæ iuſtitiæ reducentur.*

9 Dixi in corde meo de filijs. *Hic remouetur tertia obiectio, quę primo ponitur, & ſecundo tollitur, ibi,* Quis nouit. *Obiectio autē procedit ex errore eorum qui negauerunt vitam aliam, cuiuſmodi fuerunt Saducęi, qui negauerunt ſpiritum, & angelum, & reſurrectionē, vt habetur: Act. 23. & plures alij ante ipſos, ex quorū perſona dicitur h[ic]* Dixi in corde meo de filijs hominum. *i. quod nullam excellentiam reſpectu alterius vitæ haberent magis quam beſtię, quarum nihil remanet poſt mortem, & ſecundum hoc patet litera ſequens. Si autem hoc dictū eſſet verū, longæuitas eſſet homini maxime appetēda, vt acciperet quantum poſſet de bonis præſentis vitæ, ex quo nō expectatur vita alia, in qua pœna aliqua ſeu præmiatio eſſet reddenda.*

10 Quis nouit. *Hic remouetur dicta obiectio, quia procedit ex c[a]nalitate hominū vitā præſentē tantummodo conſiderantiū, & hoc quod dicitur.* Quis nouit ſi ſpiritus filiorū Adam. aſcen. ſur. *[i.] quā immortalis, quaſi diceret, pauci valde, & accipit hic, ſi pro qu[ia] quaſi diceret, quia verū eſt quod aſcendit. Et dictio Heb. quæ ponitur hic eſt æquiuoca ad ſignificandū ſi, & quia, & litera Heb. planior quæ ſic habet,* Quis noſcens, quia ſpiritus filiorū Adam aſc[endens] ſur. *ideſt, aſcendit. Heb. enim non habent præſens tempus indicatiui modi, ſed pro eo vtūtur participio præſentis tēporis, vñ gloſſa Heb[raica] habet,* Quis noſcens, &c. *ideſt, qui ponit cor ſuum ad cogitandum quod ſpiritus hominis adducitur ad diuinum iudicium ad rationem reddendam, ſcilicet de his quæ agit per liberum arbitrium.*

11 Et ſi ſpiritus iumentorum deſcendat deorſum. *i. quia [non] adducitur ad diuinum iudicium, quia non agit per liberum arbitrium, ideo mortalis eſt ſimul cum corpore. De immortalitate vero animæ [hominis ... ]rius dicit infra. 12. c. dicens de morte hominis. Reuertatur puluis in terram ſuam, vnde erat, & ſpiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.*

12 Et deprehendi. *Hic infertur cōcluſio intenta in hoc capitulo & primo infertur concluſio, ſecundo remouetur quædā obiectio, ibi.* Quis

* enim

A o,in eleemoſynis,& huiuſmodi,pręparādo in cęlis theſauros. Hanc.n.portionem veraciter habemus. Non enim poſſumus poſt hanc vitam rurſus noſtris laboribus perfrui, aut ſcire,quæ in mundo futura ſunt poſtea.

*Et vidi quia non eſt bonum,&c.vt videat id quod futurum eſt poſt ipſum.* ✠ Hieron. Pro eo quod nos poſuimus, Vt videat id quod futurum eſt poſt ipſum, apertius interpretat⁹ eſt Symmachus dicens, Vt videat quę futura sūt poſt hoc. Nihil eſt ergo bonum in vita iſta, niſi q̃ lętatur homo in opere ſuo, faciēs eleemoſynā & futuros tibi theſauros in regno cęlorū p̄parans. Hanc ſolā hēmus portionē,quā nec fur nec latro ualet nec tyrannus auferre,& q̄ nos poſt mortē ſequatur. Nec .n. poſſumus cum vita fuerit diſſoluta,rurſum noſtris laboribus perfrui, aut ſcire quę futura ſint in mūdo poſtea. Aliter ſuperiori errore turbatus, q̃ putarē nihil intereſſe inter homines & beſtias,in hāc ſentētiam praua opinione deductus ſum, &c. D

nihil eſſe melius, quam lætari hominem in opere ſuo,& hanc 1
a Ideſt neſcit qualis ſit eius hæres futurus.
eſſe partem illius. Quis enim eum adducet, vt poſt ſe futura 2 3
cognoſcat? 4

## NICOLAVS DE LYRA.

*...s enim eum adducet,Cōcluſio vero intenta eſt,quod longæuitas non eſt multum appetenda,ideo dicit ex prædictis.* Et deprehendi nihil eſſe me.*in ſpatio vitæ præſentis conceſſi*.

Quam lętari hominem in opere ſuo. *i.in operibus virtuoſis, quæ proprie dicūtur humana,alia enim opera magis dicūtur beſtialia.*

Et hanc eſſe partem illius.*i.quod termino vitæ ſibi conceſſo ſit contentus,ſicut parte debita præſenti.*

3 Quis enim. *Hic remouetur obiectio. Poſſet.n.aliquis obijcere dicens.Imo longæuitas eſt multū appetenda,vt homo prouideat filijs ſuis dicens* Quis enim adducet. *ſ.hominem ad talem notitiam.*

4 Vt poſt ſe fu.c.*i.vt ſciat filios poſt ſe victuros, & ſi viuāt qualiter bonis ſibi derelictis ſint vſuri,quaſi diceret, nullus adducet eum ad hanc notitiam,et ideo ex has cauſa non debet eſſe multum ſolicitus de longæuitate.*

## CAP. IIII.

V*Erti me ad alia.* Plenius hunc locū Dauid in pſal.72. & Ier.in ſuo volumine proſequuntur.

Olym.Ad alia me,inquit examinanda conuerti, & contēplatus homines,vidi calumniatores multos & qui calumniam patiebantur lugentes ex infirmitate, eo quod nullus eſſet ex illis contra calumniatores vindictę potentiam exercere,atque ita eos conſolaretur. Calumniatores autem ſunt, alij quidem in pecunijs, alij vero in opinionibus ſectarum, ſicut hæretici contra fidem. Quin & ipſe princeps autorque malorum diabolus,cum apoſtaticis poteſtatib. ſuis, aſſidue calumnias texunt, mēdacia que moliuntur.

*Et laudaui.* Hier. Alij hunc locum ita intelligunt, dicentes eos eſſe meliores,qui mortui ſunt, quā viuentes, licet ante fuerint peccatores,quia hi in p̄lio & quaſi in ergaſtulo, mortui vero iā ſecuri,qui & peccare deficiunt,ſicut & Iohā.quo maior non fuit in natis mulierū, minor eſt eo,qui minimus eſt in regno cęlorū, & corporis mole liberatus neſcit cum Apoſtolo dicere.*Infelix ego homo,quis me liberabit de cor.mor.huius?* Meliorem aūt dicunt eum eſſe his duob. qui nondū natus eſt,in eo q̃ nec mundi miſerias vidit. Animas autem noſtras antequā ad corpora iſta deſcendant,verſari dicūt apud ſuperos, & tandiu eas eſſe beatas quandiu perfruantur choro angelico.

c *Et feliciorem.* Quia nec vidit hęc mala,nec expertus eſt,nec ſecundum errorem eorum qui putāt animas eſſe antequam homines fiant. Melius eſt itaque omnino non eſſe, quam male viuere. Vnde *Melius illi erat ſi natus non fuiſſet homo ille quam pati, ſubaudis, æternam pænam.* E Mar.14.c.

d *In hoc ergo vani.* Quid ergo vanius quam ſuas miſerias non flere, alios iudicare, melioribus inuidere.

e *Stultus com.ma.ſu.* vult oſtendere miſerum, & qui habet quia inuidiæ patet, & periculo ſubiacet, & qui non habet, quia inopia opprimitur. Aliter. *Stultus com.* a bono opere ceſſando.nec viriliter agēdo comedit car.ſu.carnalib. ſcilicet deſiderijs tabeſcēs, donec conſumatur. *Stultus com. ma.* Hic eſt piger qui in p̄uerbijs continēs manus ſuas ſuper pectus ſuū deſcribitur,cui tanquā citus curſor venit inopia. Vel ſic q̃ alienę felicitati inuidet, & quaſi ſpiritus furore raptatur, quiq; inuidiā in ſinum receperit nutrieritq; in pectore,iſte comedit animā & carnes ſuas. Quanto.n illi felicius ſuccedit, tanto iſte tabeſcit, & paulatim in zelum & moerem Prou.14.d. F

### CAP. IIII.

¶Poſt prædictam cogitationem.
a V Erti me ad alia, & vidi † calumnias quæ 1
Pro calumnijs.
ſub ſole geruntur, & lachrymas inno-
a Quo ſub ſole.
centum, & neminem conſolatorem,
a Quo maior miſeria dolor.
nec poſſe reſiſtere eorum violentiæ
Ideo. ¶Comparatione horum. a Qui non ſentiunt has miſerias.
b cuncto auxilio deſtitutos. Et laudaui magis mortuos quam 2
c viuentes, & feliciorem † vtroque iudicaui qui necdum 3
Conuertens me ad alia. 4
natus eſt, nec vidit mala quæ ſub ſole fiunt. Rurſum contem- 5
Alter, alterius bonis inuidet & patet inſidiis glorioſus. 6
platus ſum omnes labores hominum, & induſtrias animad- 7
d uerti patere inuidiæ proximi. Et in hoc ergo vanitas & † cu- 8 9
a Manum ſuam ponit ſub aſcel. b Vrgente fame. ¶Hyperbolice. 10
e ra ſuperflua eſt. ſtultus complicat manus ſuas, & comedit 11

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. IIII.

V Erti me. *Quartum quod ſolet ab hominib. deſiderari tāquam ſummū bonum in vita præſenti eſt auctoritas dominij. Ideo hoc ...udit in hac quarta parte huius libri oſtendens quod non ſit homini ...s appetenda. Et primo oſtendit hoc ex defectibilitate humana, ſecūdo ...ſtabilitate diuina, ibi.* Cuſtodi pedē tuum. *Prima in duas, quia ...imo oſtendit propoſitū rationib. ſumptis ex parte plebis. ſecundo ex ...te principis, ibi.* Melior eſt puer. *Prima adhuc in duas. ſ. in partē ...incipalem, & incidentalē. ſecunda, ibi.* Stultus. *Prima in duas ſecū... in duas rōnes quas inducit ad propoſitū. ſecunda, ibi.* Rurſum. *Prima rō accipitur ex iniurijs et violentijs quæ innocentib. inferuntur, et ſuperiorib. non corriguntur, aut quia non poſſunt, aut quia nolūt, & ...continue anxiantur vel ſua poteſtate abutuntur, talis autem ſtatus ...n eſt appetendus, ergo, &c. & hoc eſt quod dicitur.* Verti me ad a. *patet ex dictis litera vſque ibi.*

Et laudaui magis mortuos quam viuentes. *i.ſtatum eorum, quod ſubtracti ſunt a vita præſenti, antequam haberent experientiam tanti mali.*

Et feliciorem. *i.minus miſerum.*

Vtroque. *ſ.malo homine mortuo, & malo homine viuente.*

Iudicaui qui necdum natus eſt. *ideſt abortiuum qui non habet experientiam aliquam mali pœnæ, aut mali culpæ actualis, et ſic non ſuſtinet aliquam pęnam ſenſibilem, ſed habet vitam magis delectabilem quam poſſit haberi in vita præſenti, ſecūdum omnes doctores qui loquūtur de morientibus in ſolo peccato originali.*

6 Rurſum. *Hic ponitur ſecunda rō ad idem. Statim enim cum aliquis aſcendit ad ſtatum dominij inſurgunt inuidiæ contra ipſum, et per conſequens odia, rancores, & inſidiæ, talis autē ſtatus non eſt appetēdus, ergo, &c. & hoc eſt quod dicitur.* Rurſum contēplatus ſum o. labores hominum & induſtrias. *quib. aſcendunt ad dominij ſtatū.*

7 Animaduerti patere in.proximi. *& hoc patet ad ſenſum.*

8 Et in hoc ergo vanitas. *i.in ſtatu dominij acquirendo eſt vanitas ſuperbiæ.*

9 Et cura ſuperflua eſt. *in acquirendo.n. & conſeruando requiritur magna cura & anxietas animi.*

10 Stultus cōplicat manus ſuas. *Hæc eſt pars incidētalis, in qua reprobat duplicem modum fugiendi dominiū, quia vituperabile eſt vtrumque modū. Secundus remouetur, ibi.* Conſiderans. *Circa primum ſciendū, quod in acquiſitione dominij requiritur labor magnus, vt dictū eſt, quē refugit piger non virtuoſe, quia bene vellet dominari, ſed deſidioſe quia vult otiari, & hoc eſt quod dicitur.* Stultus. *i.piger.* Complicat manus ſuas. *tanquam otioſus.*

11 Et comedit carnes ſu. *quia propter pigritiam laboris habet pa-*

a Melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas. Farris. b Qua dignus iuſtus.
a carnes ſuas dicens, Melior eſt * pugillus cum requie, quam 1
a Otio. Diuitiis. Quo digna iniquitas. Per hæc alia. 2
b plena vtraque manus cum † labore & afflictione animi. Cō-
Solus Chriſtus. Aliquis homo. In redemptione mundi. 3
c ſiderans reperi & aliam vanitatem ſub ſole.† Vnus eſt, & ſe-
a Aliquem hæredem cui congregata ſunt. Portando peccata noſtra.
cundum non habet, non filium, non fratrem,& tamen labo-
a Naturæ etiam non ſatisfacit.
rare non ceſſat, nec ſatiantur oculi eius diuitiis, nec recogi-
a Quia ſemper cupit vitam noſtram vel ſalutem.
tāt, dicens, Cui laboro, & fraudo animam meam bonis? in 4
d hoc quoque eſt vanitas & afflictio † peſſima. Melius eſt er- 5
go duos eſſe ſimul quam vnum, habent enim emolumen- 6
tum ſocietatis ſuæ. Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. 7 8
† Væ ſoli, quia cum ceciderit, non habet ſubleuantem. Et 9
ſi dormierint duo,† fouebuntur mutuo. Vnus quomodo ca- 10 11
leſiet? Et ſi quiſpiam præualuerit contra vnum, duo reſiſtunt 12
e ei. Funiculus triplex difficile rumpitur. Melior eſt puer 13

rem diſtillat, Aliter.

A *Manus ſc. pro ope.* vnde, *Verbū quod factū eſt in manus Aggæi.* talia opera geſſit, vt dignus eſſet ad quē ſermo Dei fieret. Et Dauid, *Qui docet manus meas ad prælium.* Stultus igit̄ amplexus eſt manus, ſcilicet extēdere noluit. Vnde, *Non comedit labores manuum ſuarum, quos nec habet,* ſed ſecundum carnes ſuas vaiens, Id eſt ſapientiam carnis, & carnis operibus veſcitans.

[Margin: Aggæi 1.a. Pſal. 143. * plenus † dolore]

a *Melior eſt p.* Singularis numerus in bono, duplex in malo, ideo vnus pugillus habet requiem, duæ manus laborem. *Melior eſt pu.* Melius eſt modicum iuſto, &c. In prouerbijs. *Melior eſt parua acceptio cum iuſtitia, quam multa genimina cū iniquitate, eligant.* Iuſtitia requiem habet, iniquitas laborem.

[Margin: 7. q. 1. c. factus. † nec recogitat dicens † ſpiritus Pſal. 36. Prou. 16. b. † 7. q. 1. ca. illud Deſtatu monac. c. monach.]

b *Conſiderans.* Conuerſus ſum ad alios, & vidi eos pluſquam

B neceſſe eſt laborare. Cōgregare per fas & nefas, & nō vti cōgregatis, ſeruare alijs, cum nec fratrem habeāt nec propinquum, & nihil vanius deprehendi.

c *Vnus eſt.* Poſſumus hęc intelligere de his q̄ libros faciunt, & ignauis lectoribus relinquunt. De Chriſto quidā hunc locum interpretantur, quod ſolus & abſque comite ad mūdū redimendū venerit. Et quamuis per adoptionem multi filij Dei ſint, nullus tamen dignus, qui in hoc ei opere iungeret̄, cuius laborū non eſt finis, quia pro nobis dolet, & oculus nō ſaturatur diuitijs, ſemper cupiens noſtram ſalutē. Dolere autem dicimus, ſecūdū hoc. *Spiritus poſtulat pro nobis ge. inenarrabilibus.* ita Chrs̄ pro peccatis noſtris dolet. i. dolere nos facit.

[Margin: Rom. 8. e.]

* Olymp. Amplius, inquit, res humanas conſiderans vidi quoſdā qui nec legitimos habēt hæredes, inſatiabili affectu circa diuitias occupari, oculum habentes inexhauſtum & inexplebilē. Quod cum ſatis contēplatus ſit, introducit inexplebilē huius hominis perſonam ex auaritiæ pœnitentia ita loqui. Et cui ego laboro & fraudo animā meam bonis? Iure ergo & huic labori vanitatē attribuit. Aliter, Myſtice ſic intellige, Eſt vnus. Vnum hoc loco accipit qui ſeipſum tātum modo fouet ac diligit, qui ne habere quidē velit filios ac fratres. Nā qui deſiderio illorum tenetur, quāuis natura nullos affines & conſanguineos habeat, quia tamen ſecundum Dei præcepta charitatē ſectatur, omnes homines quamuis externos eſſe ſibi filiorū loco putat & fratrū iuxta illud. Eſto orphanis, tanquā pater, & tanquam maritus matri eorum. Hic itaque vnus ac ſolus qui habere nō curat filium neque fratrē laborioſa quadam electione viuēdi ac ſollicitudine fraudat animam ſuam bonis, neq; ad futura attendens, neque in vita quicquam boni efficiens. Huic ergo & vanitas àttribuitur.

[Margin: Eccl. 4.]

C d *Melius eſt.* Poſt ſolicitudines & miſerias quibus ſe cruciat, qui ſine hęrede acquirendis opibus inhiat, ad † ſodalitatem ſermo cōfert̄. Et dicitur quid boni habeat, quia ſcilicet alterius ruina, alterius ſolatio ſubleuet̄, & curas domeſticas, & noctis requiē melius exigat, qui amicū fidelē habeat, quam ſolis opibus incumbat acquiſitis, & ſi fortior inimicus cōtra eū ſurrexerit, alterius ſolatio ſuſtentari. Et quanto duo differunt, ſi amore coniuncti ſunt, tanto triumplus valere contubernium, quia charitas vera nullo liuore violata, quanto augetur numero, tanto creſcit robore. *Melius.* Quia ſuperius, quorundam intelligentiā ſuper Chriſto poſuimus, etiā reliqua eodem ordine tranſigamus. Melius eſt enim habitantem in ſe habere Chriſtū, quā ſolum patere inſidijs aduerſarij. Si enim ceciderit vnus, erigit Chriſtus participem ſuum. Væ ei qui cum corruerit, Chriſtum non habet erigētem. Si dormierit vnus, ī morte, ſ. & Chriſtū ſecū habuerit, calefactus & uiuificatus citius reuiuiſcet. & ſi aduerſus eū pugnādo robuſte ei diabolus inſtiterit, ſtabit homo & Chriſtus pro homine ſuo, non q̄ contra diabolū Chriſti uirtus infirma ſit, ſed quod liberum homini relinquatur arbitrium, & ruentibus nobis ipſe in prælio de nobis fortior ſit. Q̄d ſi etiam pater & filius & ſpiritusſanctus aduenerit, non cito rumpitur iſta ſoliditas. Quod autē non facile rumpitur, tamen aliquando rumpitur, vt in Iuda. In Iuda enim triplex funiculus fuit, ſed quia poſt buccellā introiuit in eum ſatanas, diruptus eſt. Quod autem ſupra, *Et ſi dor. duo. fo. mutuo.* De Eliſeo ſumimus exēplum, quod cōtraxerit ſe cū puero & dormierit & calefecerit corpuſculum eius, & ita viuificauerit reſurgentē. Niſi igitur Chriſtus nobiſcum dormierit, & in morte requieuerit, calorem uitę æternę accipere non valemus.

[Margin: † ſoliditatem]

Laodice. ſic dicit Eccleſiaſten de cōmutatione bonorum in mala hic habere ſermonē, & exprimere inſipientē hominē q̄ futura non cogitans, pręſentibus & caducis quaſi magnis & perpetuis delectatur, & poſt diuerſa quę accidūt hominibus, immutatur, quaſi generalē infert de morte ſententiam, quod innumerabilis multitudo intereat, & paulatim cōſumat̄ & trāſeat, vnoquoque aliū in loco ſuo relinquēte.

⁂ Chromat. Vę illi vni cum ceciderit, quia non habet qui erigat illū, oſtendens quia caro quę cōcordiā & ſocietatem ſancti ſpiritus habere meruerit, cū in mortē ceciderit, ab eodem ſpiritu erigatur in vitā & in gloriam ſempiternā. Et iđ Væ vni illi dixit, quia cum ceciderit, nō habet qui erigat eū idest, quia caro conſortiū ſpiritus per infidelitatē ſuam non meruerit habere, nō in vitam ęternam erigitur ſed in pœnā perpetuā ſuſcitatur, ab eo qui iudex viuorū & mortuorū eſt.

e *Melior eſt p.* Symmachus ita, melior eſt puer pauper cū ſapiētia rege ſene & inſipiēte, q̄ neſcit p̄uidere viciſſitudinē F

Aliter

## NICOLAVS DE LYRA.

⁂ *nem ad comedendum, & ſic attenuantur carnes eius.*

1 Dicens, Melior eſt pugillus c. *ad excuſationem ſuæ pigritię.*

2 Cōſiderans reperi & aliam vanitatem. *Hic remouetur ſecundus modus vitioſus, ſ. per auaritiam. Ad ſtatum enim dominij oportet magnas expenſas fieri, quod refugit auarus non per virtutem, ſed per auaritiam. & hoc eſt quod dicitur,* Conſiderās reperi & aliam vanitatem. *ſcilicet miſeriam auari, de quo ſubditur.*

3 Vnus eſt, & ſecundum non habet. *quia refugit habere familiaritatem & amicitiā cum quocunque, ne oporteat ipſum aliquid expendere, & tamen non ceſſat acquirere cum magna & animi & corporis afflictione, ideo concluditur quod eſt afflictio peſſima. & patet litera, propter quod ex oppoſito concluditur.*

4 Melius eſt ergo duo eſſe ſi. *ideſt, plures coniunctos amicitia, & ſocietate,*

5 Habent enim emolumentum ſocietatis. *ſ. quia cōmunicant inuicem bona ſua.*

6 Si vnus cecide. *In aliquod infortunium.*

7 Ab altero fulcietur. *Quia ab eo iuuabitur & conſolabitur.*

8 Væ ſoli. *i. ſocietatem & amicitiam cum aliquo non habenti.*

9 Et ſi dormierint duo in lecto vno. *contra malum frigoris per hoc metaphoricè intelligitur quietatio plurium in vna dilectione ideo ſubditur.*

10 Vnus quoque calefiet, *ſ. charitate. vnde dicit Greg. hom. 3. Charitas ſemper in alterum tendit, vt eſſe charitas poſſit.*

11 Et ſi quiſpiam præualuerit contra vnum. *hoc patet in corpore & anima, quia amicus iuuatur ab amico, non ſolum in tribulatione mundi, ſed etiam in tentatione diaboli.*

12 Funiculus triplex difficile rumpitur. *i. quantò plures & boni ſunt amicitia coniuncti, tantò ſtatus eorum melioratur.*

13 Melior eſt puer. *In princ. huius capituli oſtendit, dn̄ium nō eſſe appetēdū rationib. ſumptis ex parte plebis, hic idem oſtendit ex parte*

⁂ te

Aliter.n.de carcere exit ad regnum. Aliter verò cum etiam rex natus, paupertate opertus eſt. Vidi oẽs viuentes qui gradiuntur ſub ſole cũ adoleſcente ſecundo, qui ſurrexerit pro eo. Infinitus oĩs populus qui fuit ante vtrũque, & poſteri nõ lætabuntur in eo, ſed & hoc aura & paſtiola venti,

Grego. Pont. Epiſcopus ita. Ego præfero adoleſcentulum ſapientem & pauperem ſeni regi & ſtulto, qui non putat, quod poſſit aliquis de his quos vinxit, de carcere eijcere vel exire ad regnũ vel ipſe de praua poteſtate corruere. Fit enim interdũ, vt qui ſub adoleſcentulo ſapiente fuerint, ſine mœrore ſint, ita tamẽ vt cum ſene ante verſati ſunt. Qui enim poſtea nati sũt, quia mala præterita neſcierunt, nec poſtea adoleſcentẽ laudare poſſunt, qui poſt reſurrexit abducti opinione peruerſa & impetu ſpiritus aduerſantis.

pauper ſapiens, rege ſene & ſtulto, qui neſcit † præuidere in
a poſterum. Quod & de carcere catenisq́; interdum quis egrediatur ad regnum, & alius natus in regno inopia cõſumatur. vidi cunctos viuentes, qui ambulant ſub ſole cum adoleſcente ſecundo, qui conſurget pro eo. Infinitus eſt numerus populi omnium qui fuerunt ante eum, & qui poſtea futuri ſunt, non lætabuntur in eo. Sed & hoc vanitas, & afflictio ſpiritus.

a Magnum eſt eccleſiam intrare, ſed ſine offenſione. ¶ Affectum. ¶ Vel templum.

b Cuſtodi[a] pedem tuum † ingrediens domum Dei, † & appropinqua[a], vt audias[b]. † Multo enim melior eſt obedientia, quam

a Mente digna, aliter non audies. b Aure cordis. ¶ Præcepto Dei obedias.

c ſtultorum victimæ, qui neſciunt quid faciunt mali.

a ¶ Dum non obedierint, & offerunt: Si offers munus tuum ad altare, & recordatus fue. &c.

Hiero. Heb. meus Dirachiam (quem maximè admirant) ita expoſuiſſe teſtatus eſt. Melior eſt interior homo qui poſt 14. pubertatis annum in nobis per ſapientiam exoritur, exteriori homine qui de matris aluo natus eſt, qui neſcit recedere a vitio, & qui de domo vinculatorum, ideſt, vtero ad hoc exit, vt regnaret cum vitijs, qui etiam in poteſtate ſua pauper effectus eſt mala omnia perpetrando. Vidi eos qui in priori homine vixerunt, & cum ſecundo poſt conuerſati ſunt, eo ſcilicet, qui priore deceſſo regeneratus eſt. intellexi quidem omnes in priore homine peccaſſe, antequam ſecundo naſcente duo fierent. Qui vero ad meliora conuerſi, & poſt, Y, literã philoſophorum in ſiniſtro tramite dimiſſo ad dextrum apicem contenderunt, & ſecundum. i. nouiſſimũ hominem ſunt ſecuti, non lætabuntur in eo. i. priore.

Orig. & Victorinus non multũ inter ſe differũt. Poſt generalem.n. ſententiam quæ oĩbus patet, quod melior ſit adoleſcens pauper & ſapiens quàm rex ſenex & inſipiens, & qđ frequenter eueniat, vt ille per ſapientiam ſuam ẽt de carcere regis egrediens, imperet pro peruerſo, & rex inſipiens imperiũ perdat: Super Chriſto & diabolo ſic interpretati ſunt: Puerum pauperẽ & ſapientem Chriſtũ. vnde: *Magnum eſt tibi vocari puerum etiam cum pauperem.* & quia cũ diues eſſet, pauper pro nobis factus eſt. Sapientẽ, quia proficiebat ætate & ſapientia. *Ille natus eſt in regno ſenis.* & iõ dicit: *Regnum meum non eſt de hoc mundo*: ſi ex hoc mundo eſſet regnũ meũ, mei vtique de. vt non tra. Iu. *Nunc autem regnum meum non eſt hinc.* D 1.Cor 8.b. Luc.2.g. Ioh 18 g. Matt.4.b.

In illi⁹ ergo ſenis ſtulti regno qui oſtendit ei oĩa regna mũdi, & gloriã eius, natus eſt optimus puer, & de domo vinculatorũ, de quibus Iere. *Vt humiliaret ſub pedibus eius omnes vinctos terræ*, proceſſit ad regnum, & abijt in regionem lõginquam & contra illos qui regnare eum nolebant, poſt aliquantulum temporis rex reuerſus. Vidit ergo in ſpiritu Eccleſiaſtes viuentes omnes qui pñt adoleſcentis eſſe participes, dicẽtis: *Ego ſum vita*: veteri ſtulto rege dimiſſo, Chriſtũ ſequi ſimul duo ex Iſrael populi ſignificãtur. prior qui ante aduẽtũ fuit, & poſterior qui Antichriſtũ pro Chr̃o ſuſcepturus eſt, qui prior non penitus eſt abiectus. Prima enim eccleſia ex Iudæis & Apoſtolis cõgregata eſt, & in fine Iudæi qui Antichriſtum pro Chriſto ſuſcepturi ſunt, non lætabuntur in Chriſto. Thren.3.d. Luc.19.b. Ioh.14 a. E

a *Cuſtodi pedem tuum.* * Hier. Præcepta vitę dat & non vult offendere euntes ad Eccleſiã. Non.n. ingredi in domũ Dei, ſed ſine offenſione ingredi laudis eſt. Et ſi eſſet omniũ qui ſunt in Eccleſia Dei audire ſermonem, nũquam addidiſſet. *Appropinqua vt audias.* Demq́; Moyſes ſolus prope accedebat ad audiendum Deum: ceteri nõ valebant accedere. Qđ ſtulti neſcientes remedium eſſe peccati, æſtimant oblatione munerum Deo ſatisfacere poſſe, & ignorant hoc quoq́; malum eſſe atque peccatum, non obedientia & operibus bonis ſed donis et victimis emendare velle qđ fecerint. Huic congruit illud quod alibi dicitur, *Obedientia ſuper ſacrificium.* Et, *Miſericordiam volo, & non ſacrificium.*

b *Appropin.* Moyſes accedit ad audiendum Deum, alij non poſſunt.

c *Stultorum.* inobedientium, qui donis et victimis volunt emere impunitatem peccatorum, ſed dominus ait: Miſericordiam volo, et non ſacrificium. F

☞ CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

※ *te principis. Et ponuntur hic tres rationes. Prima ratio eſt, quia frequẽter cõtingit qđ rex ætate prouectus eſt ſapiẽtia deſtitutus, quia delicioſe nutritus fuit, & in delicijs viuit, quæ impediũt acquiſitionẽ ſapiẽtiæ, & iõ melioris conditionis eſt iuuenis pauper, qui eſt ad acquirẽdã ſapientiã diſpoſitus, quia ſicut dicit Secundus philoſophus, Paupertas eſt ſapiẽtiæ reparatrix, propter qđ Socrates philoſophus, & multi alij diuitias contempſerunt, & hoc eſt qđ dicitur:* Melior eſt puer. pauper. *hoc in Ioſeph, & Pharaone, Geneſ. 41. c. Præuidit enim Ioſeph famẽ futuram, & remedium præuidit cõtra ipſam, quod rex facere neſciuit.* 1 Qđ & de car. *Hic ponitur ſecunda ratio, quæ talis eſt, Illud quod frequenter terminatur ad magnam miſeriã, non eſt appetẽdũ, tanquam huius vitæ ſummũ bonũ, ſic eſt de domino temporali, vñ Sedechias rex Iuda finaliter exoculatus, & captiuus in Babylonẽ ductus, & ſic miſerabiliter mortuus. 4. Reg. vltim. Poteſtas etiã temporalis aliquãdo caſualiter & ſubito venit ex magna miſeria, ſicut de Ioſeph, q eductus de carcere ſtatim fuit factus princeps Aegypti, & ſecũdus a rege. Quod autem ſic a caſu prouenit non eſt ſummũ hominis bonũ, ideo ſubditur.* Quod & de car. caten. *ſicut dictũ eſt de Ioſeph.* 2 Et alius natus eſt. *ſicut dictũ eſt de Sedechia, qui fuit filius regis.* 3 Vidi cunctos viuen. *Hic ponitur tertia ratio. Frequẽter enim accidit qđ ſeneſcente rege populus & maxime iuuenes adhærẽt filio eius qui pro eo eſt regnaturus, & aliquãdo regnũ vſurpat ſibi viuẽte patre, ſicut Adonias voluit facere. 3. Reg. 2. & eodem modo fit de eiuſdẽ filio quando ſeneſcit, & filius eius ad ętatem adultam venit. Quod antẽ rex in fine vitæ ſic contemnatur, vel de eo parum curetur, eſt ſibi doloris materia, propter qđ talis dignitas non eſt appetenda, & hoc eſt qđ dicitur.* Vi. cun. vi. *i. multos. Eſt enim hyperbolica locutio ſicut dicitur.* Oẽs de ciuitate currunt ad tale ſpectaculum. *ad denotandum multitudinem currentium, licet aliquando maior pars remaneat.* Qui ambu. ſub. ſol. *i. in vita præſenti.* 4 Cum adoleſcente. *cum filio regis qui eſt ſecundus ab eo, eò quod regnaturus eſt poſt eũ. ideo ſubditur.* 5 Qui conſurget pro eo. *ſcilicet, in regno.*

In. nu.

6 In. nu. eſt po. *ideſt, valde magnus, & eſt hyperbole ſicut & ſupra.* 7 Om. qui fu. an. *adhærentes primo patri, & poſtea ſibi mõ dicto.* 8 Et qui poſt. futu. ſunt. *iuſto filio ſeneſcente.* 9 Non lætabũt. *ideſt, parum curabũt de eo, ſed magis adhærebũt filio eius, vt dictũ eſt.* 10 Sed & hoc vanitas. *quod rex ſenior dimittitur ſic pro Iuuene.* 11 Et affli. ſpi. *rege ſic dimiſſo.* 12 Cuſtodi. *Superius oſtendit dominiũ terrenum nõ eſſe appetendum rationibus ſumptis ex defectibilitate humana, hic conſequenter idẽ oſtẽdit ex ſublimitate diuina. Deus enim eſt ſumme venerãdus & timendus, vt ſupponitur ab omnibus, qa quilibet reputat Deũ id quo maius eſſe vel cogitari non poteſt, vt dicit Anſelmus, ſed poteſtas terrena retrahit a diuino timore & reuerẽtia, vt patet non ſolũ de regibus infidelibus Deum verum contemnentibus, ſcilicet, Pharaone, Sennacherib, Nabuchodonoſor, ſed ẽt de fidelibus, ſicut de Dauid qui ex poteſtate regia nõ timuit Deũ offendere in adulterio Bethſabee, & homicidio Vriæ, de Salomone in tẽplorũ pro idolis fabricatione & adoratione, ergo talis poteſtas nõ eſt appetẽda. In hac ratione ſic procedit, quia primo oſtendit Deum eſſe ſumme venerandũ ſecundo timendum, qđ eſt huius rationis fundamentuum, ſecũda ibi. Tu vero. Prima in duas, quia primo oſtendit Deum ſumme eſſe venerandum in ſe. ſecundo in miniſtris ſuis, ibi.* Ne dicas: *Prima adhuc in duas, quia primo oſtendit Deum venerandum opere, & ſecundo ore, ibi:* Ne temerè. *Circa primum dicit. Cuſtodi pedem tuum ingrediens domum Dei, vt non ingrediaris pompatice & ſuperbe, ſicut ſolent facere potentes huius ſeculi ſua poteſtate nimis eleuati.*
13 Et appropinqua. *ſacerdotibus & legis doctoribus.*
14 Et audias. *ſcilicet Dei mandata ad ea fideliter adimplenda.*
15 Multò enim melior eſt obedientia, &c. *in obſeruatione mandatorum Dei.*
16 Quam ſtultorum victimæ. *i. tranſgreſſorum legis, qui per poteſtatem ſuam nũ formidant Dei mandata tranſgredi æſtimantes eum placare oblationibus & ſacrificijs.*
17 Qui neſciunt quid faciunt ma. *Ex hoc enim quod ſunt ſuperbia excæcati cognoſcere neſciunt grauitatem ſui peccati.*

CAP.

CAP. V.

A a Ne teme. Deus. Qui omnia audit & videt, & ſtultitiam etiam arguit, quamuis ipſe in cęlo, & tu in terra.

b *Multas*. Q. Sicut qui multa cogitat, ipſa frequenter ſomniat, ſic in ſtultitia rec dit, qui vltra ſe de Deo diſputat. Vel, quia; [1.Cor 13.d.] modo videtur per ſpeculum & in ænigmate, quaſi per ſomniũ æſtimamus nos tenere quod non habemus, & tamen nihil habemus.

*Cum vo.&c.* Hie. Melius eſt non promittere q̃ promiſſa non facere. quia diſpliceant Deo & inter inſipientes computent qui vota nõ expleant. Quod autem ait. *Non eſt vo.lun tas in inſipientibus.* [Deu.23.d.] ſubauditur, Dei: iuxta illud Apoſtoli, *& vtique non fuit voluntas, vt nũc veniret ad nos.* [†quęcunque 1 Cor.4 d.] Quod ſi volumus & cuſtoſius aliquid dicere, præcipit Chriſtiano, vt fidem opere cõpleat & non ſit ſimilis populo Iudæorum, qui ſpondentes atque dicentes, omnia quæcunque Dominus præcepit faciemus, adorauerunt idola. [†quod igno ratiple.] [*Quia Quare diuitiæ non ſunt ſummum bonum.] [Exod.24 b.] Et poſt verberatos ſeruos & lapidibus oppreſſos nouiſſimè quoq;, ipſum patrisfamilias filium trucidauerũt. [Matt.21.d.] Melius e t ergo incipitẽ diu deliberare ſententiam [†47.ſic.c. ſicut hi qui. Luc 12.f.] quam in verbis facilem in oneribus difficilẽ. *Seruus enim qui ſcit voluntatem domini ſui & non facit eam, vapulabit multis.*

c *Multoque*. Sicut Iudæi qui dixerunt. *Omnia quæcunque præcepit nobis Deus, faciemus:* & adorauerunt vitulum. [Exod 24.b. Exod 32.b.]

d *Ne ded. os tuũ*. Q. Ne dicas te ex infirmitate carnis tuę peccare tanquam reflectens culpam in auctorem. vnde: *Ne declines cor meũ in verba mala ad excu.ex. in peccatis.*

e *Coram ange*. Qui aſtat vnicuique, & omnia Deo nuntiat, ne putes omnia latere Deum.

* Hier. Eo loco vbi ait. *Ne dixeris coram angelo, quia ignorantia eſt.* Aquila interpretans verbum Hebraicũ שגגה p ignorantia, ἀκούσιον tranſtulit, ideſt, nõ ſpontaneum. Si enim, inquit, hoc dixeris, Deũ prouocas quaſi actorem mali atq; peccati vt iratus ſit, & ſi quid videris boni habere auferat de manibus tuis. Vel certe talia ſentientẽ tradat in reprobum ſenſum vt faciat ea quę nõ conueniunt.

f *Vbi multa ſunt*. Q. Ne dederis os tuũ, &c. quia hęc vita eſt quaſi ſomnia, vt multa videãtur vera quę ſunt falſa, ſic & excuſatio tua.

g *Si vide calu.* Ac ſi dicat: Ne dicas corã angelo, non eſt prouidentia, quod eſt contra eos, qui omnia caſibus agi putant, & Dei prouidẽtiam negant. Si tamẽ vide. ca. eg. &c.

h *Vn.u. ſæ terræ, &c.* Deus pauẽs & redditor qui dicit: *Cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo.*

*Qui pecuniam diligit, non explebitur, & qui amauit fructus in multitudine ipſius hoc etiã vanitas.* * Olym. Huius ſententia poſterior particula ita conſtruenda eſt. *Et qui amauit fructus* hoc eſt, quicunq; amauit ſibi ipſi non aũt cõmunis vtilitatis gr̃a cõgerere fructus. q.d. qui laborat auaritię morbo ſiue pecuniã congerat, ſiue fructus, nũquam expletus plura ſemper afficiatur.

CAP. V.

¶Sicut Iudæi qui dixerunt. Omnia quæcunque præc. nobis, &c.

N E temere quid loquaris, neque cor tuum 1
a Vouendo Deo vel de diuinitate diſputando. b Voti vel nimis inquiſitæ diuinitatis:
ſit velox ad proferendum ſermonẽ corã
a Non comprehendes eum, quia quantum diſtat cælum a terra, tantum noſtra ſcientia ab illius natura.
Deo. Deus n. in cęlo, & tu ſuper terrã, id- 2
a Conſiderati. b De Deo de quo & vera dicere periculoſum eſt.
circo ſint pauci ſermones tui. * Multas 3
4
a In multilo pec. non deerit.
curas ſequuntur ſomnia, & in multis ſermonibus inuenitur
a Autem. b In baptiſmo. c Quia dies domini ſicut fur in nocte veniet.
ſtultitia. † Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere. diſplicet e- 5
6
a Non impleta. b Indiſcreta. c Vouere & red. de. vo. ¶Cito.
nim ei infidelis & ſtulta promiſſio, ſed † quodcunque voueris,
redde. Multoq; melius eſt non vouere, quam poſt votum pro-
¶Ne vltra quam potes voueas.
miſſa nõ reddere Ne dederis os tuum, vt peccare faciat carnẽ 7
8
a Quaſi: Ne putes omnia caſu agi, nihil a Deo prouideri.
tuã, neq; dicas coram angelo, † non eſt prouidentia, ne forte 9
10
a Etiam bona opera. & tradat te in reprobum ſenſum. 11
iratus dominus ſuper ſermones tuos diſſipet cuncta opera ma-
a Somnia ne cures, quia vana ſunt.
nuum tuarum. * Vbi multa ſunt ſomnia, plurimæ ſunt vanita-
a Non ſomnia. b Iudicem peccati, quia voluntarij, vbi enim non eſt voluntas, non eſt peccatum. ¶Tamen. c Ab impijs.
tes & ſermones innumeri: Tu vero Deum time. Si videris ca- 12
a Beati pauperes ſpiritu. b Potentum. c A iudicibus. 13
lũnias egenorũ, & violenta iudicia & ſubuerti iuſtitiam in pro
a Tanquam Deus non videat, vel iniuſte agat. ¶Tyranno.
uincia, nõ mireris ſuper hoc negocio, qa excelſior alius eſt, & 14
15
a Tyrannos b Angeli, cum prohiberent niſi tempus expectarent c Nunc. 16
ſuper hos quoque eminentiores ſunt alii, & inſuper vniuerſæ
a Dominus cuncta prouidet & gubernat, cui cuncta ſeruiunt vel inuita. b Semper auarus eget. 17
terræ rex imperat ſeruienti. † Auarus non implebitur pecunia 18

C

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. V.

N E temere. Hic conſequenter oſtendit Deum venerandum eſſe ore, & primo in affatu, ſecundo in guſtu ibi: Ne dederis. Prima in duas quia primo docet eum venerari a verbis indecentibus cauendo, cum dicitur.

1 *Ne temere quid lo.* de Deo vel eius iudicijs ea in aliquo reprehendendo.

2 *Deus enim in cęlo, &c.* i. excellentior eſt ſine aliqua mẽſura.

3 *Idcirco ſint pauci ſer. tui.* loquendo de Deo ne peccatum incurras ex multiloquio, ideo ſubditur.

4 *Multas curas.* quia ſicut multas curas in vigilia ſequuntur ſomnia in ſomno ſequenti, eo quod in ſomno formantur phantaſmata ſimilia præcedentibus curis in vigilia, propter quod dicit Philoſophus. 1. Ethic. quod ſomnia ſtudioſorũ, ideſt, virtuoſorum ſunt meliora quam quorumcunque, ſic in multis ſermonibus & maxime de diuina excellentia frequenter admiſcetur ſtultitia.

5 *Si quid vo.* Hic conſequenter oſtenditur, quod Deus venerandus ſit ore verificando promiſſa cum dicitur. *Si quid vo. Deo, ne mo. reddere.* quia ex tali tardatione fit homo frequenter impotens ad reddendum, ſicut vouentes ingredi religionem, aliquando tantum tardant, quod ſunt inepti ad receptionem.

6 *Diſp. enim ei inſid. & ſtul.* Dicitur autem infidelis promiſſio votum in articulo neceſſitatis factum, & ceſſante neceſſitate ſtatim mutatur propoſitum. Dicitur autem ſtulta quãdo eſt de re illicita vel etiam indifferenti, vt ſi aliquis voueat leuare feſtucã de terra, qa hoc in nullo cedit ad honorem Dei, vel etiam ſi ſit de bono tamẽ impoſſibili vouenti.

7 *Ne de. os tu.* Hic cõſequẽter oſtendit Deũ venerãdũ in guſtu dicens. *Ne dederis os tuum.* nimis ipſum aperiendo gulæ.

8 *Vt pe. ſa.* per vitium luxuriæ, quia ſicut dicit Hiero. Venter et genitalia ſunt membra vicina, ex vicinitate membrorum deſignatur propinquitas vitiorum.

9 *Neque dicas coram angelo.* a Deo miſſo in miniſterium.

10 *Non eſt.* quia Deus non ſolum honorandus eſt in ſe, ſed etiam in miniſtris ſuis, ideo ſubditur.

11 *Ne for. ra.* Non ſolum .n. punit peccata ꝯ ſe directe facta ſed etiam ꝯ miniſtros ſuos, quia redundant in eum. Cæter patent. 12 *Tu vero.* Hic conſequenter oſtenditur, quod Deus ſit ſumme timendus, quia iudex eſt & ſupremus, & omnia errata ab alijs quantumcunq; magnis ſuo iudicio reſeruantur per hoc ad lineam iuſtitię reducenda. et hoc eſt quod dicitur: *Tu ve. Deum time ſu. om.* Et ſubditur cauſa.

13 *Si videris calum.* et patet.

14 *Quia excelſo excelſior alius.* quia ſuper præpoſitum eſt balliuus.

15 *Et ſuper hos quoque emi ſunt a.* quia ſuper balliuos ſunt reges.

16 *Et inſuper vniuerſæ terræ rex.* ideſt, Deus.

17 *Imperat ſeruienti.* ideſt, omni creaturæ ſubiectæ ſibi.

18 *Auarus.* Hic incipit capitulum ſecundum quotationem Hiero. in quo a fęlicitate humana excluduntur diuitiæ temporales, in quibus aliqui licet falſe poſuerunt felicitatem hominis. Ad quod excludendum ponũtur hic plures rationes quarum diſtinctio videbitur proſequendo.

Prima

C affectans, vt potius pecuniarũ dici ſeruus, q̃ dñs mereatur.
A a *Dul.eſt ſo.* Diuitẽ auarũ, quẽ deſcripſerat, cõparat operanti qui ſine cura dormit, non diſtẽtus manimitate cibi, cui poſt laborem gratus eſt ſomnus, & cibus ſimplex, & modicus minus oneroſus, & cito digeritur. Diues autem epulis diſtẽtus curis anxius, aut vix aut nunq̃ ſomno fruitur. *Beati pauperes ſpiritu.* beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiã, quoniam ipſi Deũ videbunt. *Væ vobis diuites, qui habetis conſolationem veſtram.*

18 Luſtra. vni. *& patet litera, & ſubditur.*

19 Et inue. *per experientiam.*

20 Amario. mor. *quia ſeparat animã a ſuo creatore, mors autem ſolo corpore, prima autem ſeparatio amarior eſt, quia ſeparat a bono infinito.*

21 Quæ la. vena. eſt. *i. dæmonum qui venantur animas & mulieribus quaſi laqueo vtuntur ad ipſas capiendas. vnde. Pro. 7. b. Ecce mulier occurrit illi in ornatu meretricio, præparata ad capiendas animas.*

22 Et ſage. cor eius. *quia ſicut ſagena capiũtur piſces magni, parui, & mediocres, ſic mulier de quolibet ſtatu hominum decipit plures.*

23 Vincu. ſunt. ma. *quia ligat hominem mente & corpore ſuis amplexibus.*

24 Qui pla. Deo. *& ſic expeditus poterit tendere ad virtutem.*

25 Ecce hoc. *Poſtquã Salomon induxit ad virtutem acquirendam, hic conſequenter oſtendit difficultatẽ. Et primo hanc difficultatẽ oſtendit. Secũdo huius difficultatis originẽ dicit, ibi.* Solummodo. *Difficultas autem oſtenditur per hoc quod valde pauci attingũt ad virtutẽ, & hoc eſt quod dicitur.* Ecce hoc in. *Ideſt diligenter inueſtigaui.*

26 Vnum & al. *ideſt, ſingulis applicando intellectũ meum. Per*

* lem

ū viz de paucis viris bonos inuenerint, ita vt in mille vnus
otuerit inueniri, mulierē bonam omnino inuenire non po
ii, quia me omnes ad luxuriā non ad virtutem deduxerūt.
t cū cor hominis ab adoleſcentia ad malitiā diligenter eſt
ppoſitū, & pene omnes offenderūt Deum, in hac ruina ge-
eris humani faci-
or ad caſum eſt mu
er. Vnde poeta. Va-
ū & mutabile ſem-
er femina.
✠ Orympiod. To-
us hic locus ſen-
u myſtico ac mora-
exponendus eſt,
a videlicet. Cum
ſpicere, inquit, v-
iuerſum genus mu
ebre, non ſexu qui-
em corporeo, ſed
nerui ac effœmina-
o ingenio muliebri in nulla mulierum rationē inueni, quā
uærebat anima mea fortē ſcilicet virilemque rationem, hu
iſmodi rationē ſapiens eligit ac requirit. Neque vero ſolū
oc mihi accidit in ijs q mollitie eneruati a viris ad fęminas
eſciuerunt, ſed quod grauius multo eſt, cū ad illos quoque
ſpiciendos me trāſtuliſſem qui putabātur mulieres nō eſ-
e, per quā rarum in his quoque inueni, qui virili ingenio ac
irtute verus eſſet vir diciq; mereret. Ex admiratione itaq;
um nutum tacitus reputare cępiſſem, vnde hęc enormitas or-
orta eſſet, inueni demū qđ Deus omnes homines rectos pro
tulerit, carenteſque prauitate, ipſi vero ſua electione in obli-
quas viuēdi rationes commigrarint, diſſectique ſint, vt alius
quidem libidinibus, alius auaritię ſeruiat, alij paſſionibus alijs
ſint ſubiecti.

Vel vnum ad alterum.
a & alterum, vt inuenirem rationem, quam adhuc quærit ani- 1
a Vir a virtute, fortis, vel rationem ſignificat, quæ ſenſualitati præſidet.
b ma mea, & non inueni. Virum de mille vnum reperi, mu- 2 3
a Mulier, a mollire, mollis, & inconſtans, vel ſenſualitatem.
c lierem ex omnibus non inueni. Solummodo hoc inueni, 4 5
Bonum.
quod fecerit Deus hominem rectum, & ipſe ſe infinitis mi- 6
Per liberum arbitrium. a Nullus. b Pauci.
d ſcuerit quæſtionibus. Quis talis vt ſapiens eſt? Et quis co- 7 8 9
Alias nouit. b Oblique videtur de ſe dicere.
b Diuini vel ænigmatis.
gnouit ſolutionem verbi? 10

a *Inuenirem rationem.* Quamcunque rem vel diſcretionē inter homines & eorum mores, quis per ſecte bonus, niſi ſolus Chriſtus? *Non eſt qui fa.bo. non eſt vſque ad vnum.* Pſal.13.a.
b *Virum.* Chriſtum, qui caput eſt omniū bonorum, quod figuratur per millerariū, qui perfectus numerus.

c *Solummodo hoc.* Ne videatur communem omniū hominū naturā damnare, & Deū eius auctorē accuſare, vigilāter adiecit, *Solummodo, &c.* Quaſi dicat, Homo quidē bonus factus eſt. & libero arbitrio derelictus ſponte cadit & immiſcet ſe vanis curis & ſuperfluis.
d *Quis talis vt ſapiens, &c.* Dixi ſuperius vix bonum hominē inueniri cū a Deo homines ſint boni facti. Nunc quæ bona eis dederit tanquam gratulabundus enumerat, ſapientiam, rationem, arcana cognoſcere.

## NICOLAVS DE LYRA.

*lem modum loquendi dicitur de diligenti inueſtigatore circa multa. alis inquiſiuit hæc & illa.*
Vt in. ra. quam. ad. quærit ani. *quia quanto quis plus ſtudet aliquā ſcientia, tanto deſiderat acquirere perfectius.*
Et non in. *ſ. vſque ad perfectū, quia nulla res quantum ad omnem us conditionem poteſt perfecte ſciri per humanam inueſtigationē, ſi- ut fuit dictū ſupra.* 1.c. *ſuper illud:* Cūctæ res difficiles, nec poteſt omo eas explicare ſermone. *Conſequenter deſcendit ad propoſi um oſtendens quid inuenit de virtute dicens.*
Virum de mille vnum. *ſ. virtuoſum, & eſt ſenſus, quod de viris alde pauci inueniuntur virtuoſi reſpectu deficientium a virtute, ſicut ſupra* 1.c. Stultorū infinitus eſt numerus, &c. *Per talē modū oquendi dicitur communiter de conditione raro reperta in aliqua ſpe- ie. De mille vix inuenietur vna res talis.*
Mulierem ex omnibus non, &c. *ſcilicet aliquā virtuoſam. Nō it tamen per hoc intelligendū, quod nulla ſit virtuoſa, ſed quia paucæ unt virtuoſæ reſpectu virorum, ſicut dicitur communiter, nullū eſſe in cleſia, quando valde pauci ſunt ibi reſpectu multitudinis quæ ſolet cō enire. Et per talem modum dicitur.* 2. *Phyſicorum, quod illud quod nodicum eſt, quaſi nihil computatur.*
Solummodo hoc inueni. *Hic cōſequenter oſtendit vnde proue- it difficultas attingendi virtutē. Secundo ex hoc infert quandam con- luſionē, ibi:* Quis talis. *Circa primum dicit:* Solummodo hoc inueni.
ueni. *ſcilicet de cauſa dictæ difficultatis.*
6 Quod fecerit Deus hominem, &c. *In prima. n. hominis conditione Deus fecit Adā perfectum in ſcientiis & virtutibus. Creauit enim eū in iuſtitia originali, & in perfectione quæ conuenire poteſt humanę naturę in præſenti vita, filii autē ſi fuiſſent ab eo progeniti in ſtatu illo, nō fuiſſent nati ſic perfecti in corpore, nec in conditionibus animæ, tamē fuiſſent nati in rectitudine naturali, per quam nulla rebellio eſſet in viribus ſenſitiuis ad rationem, & acquiſiuiſſent ſcientias & virtutes ſine difficultate.*
7 Et ipſe ſe infi. miſcue. *ideſt, difficultatibus circa acquiſitionem ſcientiarum & virtutū, quia ipſo peccante in pœnam huius ſubtracta eſt originalis iuſtitia a tota natura humana, ex qua ſubtractione ſecuta eſt rebellio corporis ad animam, & omnium virium inferiorum ad partem animæ ſuperiorem, & ex hoc cauſatur difficultas acquirendi ſciētias & virtutes.*
8 Quis talis. *Hic infert cōcluſionem ex dictis, quia ex quo tanta eſt difficultas attingendi virtutes intellectuales & morales, ille qui attingit, eſt valde excellens inter homines, ideo dicit:* Quis talis. *i. ſic appretiandus inter homines.*
9 Vt ſapiens eſt. *virtuoſus virtute morali & intellectuali.*
10 Et quis cognouit ſolutionem verbi. *ſ. occulti. q. d. nullus niſi ſapiens dicto modo, ſicut patet de Daniele, qui expoſuit Nabuchodonoſor ſomnia, & ipſi Balthaſar ſcripturā in pariete exaratā. Dan.* 5.g. *Et quia diſpoſitio mentis magis relucet in facie qua vigent omnes ſenſus, ideo ſubditur in eodem viſu in Hebræo.*

CAP. VIII.
Sapientia hominis lucet, &c. Olym. Qui vere ſapiēs ipſe non fuerit, neque diſcretionis donū fuerit Dei beneficio cōſequutus, non facile ſapiētem verum diſcernet ab eo qui videatur ſapiens & nō ſit. Ille autem quem Deus diſcretionis dono dignatus ſit neſcit plane quid inter verum ſapiētem, exiſtimatumque interſit, hic etiam po- teſt

## CAP. VIII.

a Quia. Qua deſeruitur actus. b In operibus.
a † SApientia hominis lucet in vultu eius, 1
a Deus. Qui ſperant ſuper miſericordiam domini, mutabunt fortitudinem.
b Vt bonus fieret ex malo.
& potentiſſimus faciem illius commu- 2
a Ideo. b Iubar Chriſti, de quo. Deus iudicium tuum regida.
c Firma immobilia. 3
tauit. Ego os regis obſeruo, & præcepta 4

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. VIII.

1 SApientia hominis lucet in vultu eius. *vnde* dicitur Eccl. 19. d. Ab occurſu faciei cognoſcetur.
2 *Et potentiſſimus, &c. com.* ſ. in reſurrectione, quando ſibi dabit faciem glorioſam.
3 *Ego os regis obſeruo:* Poſtquam Salomon induxit ad virtutē, hic conſequēter inducit ad mandatorum Dei obſeruationē, quia diſponit ad beatitudinem. Matth. 19.c. *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Et diuiditur in duas partes, quia primo inducit ad obſeruandum mādata, ſecundo circa hoc remouet impedimenta, ibi: *Omnia.* Prima in duas, quia primo inducit ad mandatorum obſeruationem, ſecundo, ad huius obſeruationis accelerationem, ibi: *Omni negotio.* Prima in duas ſecundum duas rationes, quas propoſitū inducit. Prima accipitur ex auctoritate pręcipientis propter quam eſt ſibi obediēdū & ideo in perſona ſic obedientis dicit: *Ego os re. obſer.* ideſt mandata ab eius ore prolata, cuiuſmodi ſunt decalogi pręcepta, vt patet Exo. 20.
4 *Et præ. iu. Dei.* i. iuramenti Deo facti, ſicut habetur Exod. 24.b. vbi reſpondit populus Moyſi: *Cuncta quæ locutus eſt nobis dominus faciemus.* Et tunc Moyſes aſſumpſit de ſanguine vi- ctime,

teſt ſoluere quæſtiones, ac ſermonũ vertices explicare, hic profecto habet animæ ſuæ faciem luce magna conſpicuã, iubare. ſ. diuinæ ſapientiæ illuſtratam. Qui vero nequaquam ſapiens fuerit, effreni tamen vultu impudentiam præ ſe tulerit, hoc eſt, qui contẽtioſis ſermonibus captiunculiſq; ſophiſticis ſeſe efferat, redargutus, impudẽtiæ pœnas dabit, odioq; habebitur.

a *Nec dicere ei quiſquam poteſt, &c.* Præcepta Dei non ſunt diſcutienda quare illa præceperit, ſed facienda.

b *Non eſt in hominis ditione.* Q. Non debes moleſtè pati, ſi futura non ſcire potes, ſi a potentioribus impijs ſępe opprimeris. quia citò omnia finiuntur, & mors omnia æqualiter rapit.

✱ Hieronymus. Non eſt in poteſtate, anima noſtra ne auferatur a nobis, & ingredientem ad imperium domini ſpiritum prohibere. Nihil prodeſt ora concludere, & vitam retinere fugientem. Cumq; interitus inimicus vitæ noſtræ & hoſtis aduenerit, inducias accipere non poſſumus. Nec reges quondam in ſęculo & omnia noſtra impietate vaſtãtes, obuias morti ferre manus, ſed in cinerem terramq; ſoluũtur. Non eſt ergo lugendum ſi futura ſcire nõ poſſumus, & ſępe ab iniquis potẽtioribus opprimimur, cum morte omnia finiantur, & ſuperbus & potens qui cõtra populatus eſt, nõ valeat animam ſuam retinere cum rapitur. Aliter, Spiritus qui vniuerſa diſpenſat, non pôt a quoquam hominũ prohiberi, & leges accipere ſpirandi. De quo & ſupra dictum eſt. Gyrãs gyrando vadit ſpiritus. In die mortis nõ ſumus potentes, in die enim vitæ facile vitatur inimicus. Similiter qui in bello eſt, & Dei pacem nõ habet, quæ ſuperat omnẽ intellectum, non habebit emiſſionem, de qua ſponſe dicitur. Emiſſiones tuę paradiſus malorum granatorum cũ fructu pomorum. Et quia impietas nõ ſaluabit habentem ſe, pietas religionem ſaluabit. Poteſt impietas diabolus appellari, & pietas dominus noſter Ieſus Chriſtus.

c *Vidi impios ſepultos, &c.* Nec in morte pœnitet, quorum quanto accuſatio rarior & difficilior, tanto peccandi libertas videtur eis eſſe maior.

d *Et laudabantur in ciuitate, quaſi iuſtorum operum.* Vnde: *Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur.*

(a ¶Quod in te eſt. b Voluntate quæ non deſerit niſi deſeratur. c Neſcis quid pariat tibi ventura dies.)
iuramenti Dei. Ne feſtines recedere a facie eius, neque per- 1
(a ¶Verbo vel exemplo. b Omnia quæcunque vo. fe.) 2
maneas in opere malo, quia omne quod voluerit faciet, & 3
(a ¶Cuius dicere factum eſt. b ¶Voluntati eius quis reſiſtet?)
a ſermo illius poteſtate plenus eſt. † Nec dicere ei quiſquam 4
(a Ergo. ¶In hac vita. ¶Domini.)
poteſt, Quare ita facis? Qui cuſtodit † præceptum, non ex- 5 6
(¶In futuro.)
perietur quicquam mali. Tempus † & reſponſionem cor ſa- 7
(a Quia. b Circunciſionis baptiſmi. c Ideſt, omnia tempus habent a Deo iuſtè ordinata. ¶Sic cuſtodienda ſunt præcepta, vt ſapienter intelligas, quid quomodo facias, quando & quare.)
pientis intelligit. Omni negotio tempus eſt, & opportuni- 8
(a Tamen. b Hæc ignorantis qui ad laborem naſcitur, aliud ſperat, aliud intelligit. c Neſcia mens hominum fati ſortiſque futuræ.)
tas, et multa hominis afflictio, † quia ignorat præterita, & 9
(a Alias nuntio vel iudicio b Cuiuſlibet.)
b † futura nullo ſcire poteſt initio. Non eſt in hominis di- 10
(a Poteſtate. b Exire de corpore. c Exeuntem. d Retinendæ animæ.)
tione prohibere ſpiritum, nec habet poteſtatem in die mor- 11 12
(a Incurſu dæmonum vel vitiorum, quia pœnitere noluit. b Imo damnabit.)
tis, † nec finitur quieſcere ingruente bello, neque † ſaluabit 13 14
(a In qua confidebat.)
impietas impium. Omnia hæc conſideraui, & dedi cor 15 16
meum in cunctis operibus quæ fiunt ſub ſole. Interdum do- 17
(a Princeps tyrannus epiſcopus. b Quia ſanguis ſubditorum de manu eius requiritur.)
c minatur homo homini in malum ſuũ. Vidi impios ſepultos, 18
(a In eccleſia. b Corpore, non mente; & præerant, non proderant. c A ſubditis & timentibus & adulantibus.) 19 20
d † qui etiã cum adhuc viuerent in loco ſancto erant, & lauda- 21

¶ creatura
† nec eſt te miſſio in prælio.
¶ qui ierant & ambulauerãt in loco ſãcto, & obliuioni traditi ſũt in ciuitate, vbi ſic fecerant.

Qui

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ ctimæ, & ſparſit ſuper populum, ad firmationem huius dicti, & erat modus iurandi.

1 *Ne feſtines recedere a facie eius.* tranſgrediendo mandata affirmatiua.

2 *Neque per. in op. malo.* tranſgrediendo negatiua.

3 *Quia omne quod vo. fa. &c.* ideſt, quia tantę auctoritatis & poteſtatis eſt, quòd non poteſt ei reſiſti.

4 *Nec di. quiſ. ei po.* In verbis enim eius & operibus nihil irrationabile poteſt inueniri.

5 *Qui cuſtod t præceptum.* Hic ponitur ſecunda ratio quę accipitur ex vtilitate obedientis, cum dicitur: *Qui cuſtodit præceptum.* ſcilicet diuinum.

6 *Non experietur quicquam mali.* ſ. in futuro. In pręſenti enim bene experitur malum pœnę ad exercitium ſuę patientię & augmentum ſuæ glorię, ſicut patet de ſancto Iob. Et cum dicit, *Non experietur quicquam mali.* minus dicit & plus ſignificat, ſcilicet quòd experietur multum boni, ideo ſubditur.

7 *Tempus & reſponſionem cor ſapientis intelligit.* In Hebręo habetur: Et iudicium. Sapiens enim attendit tempus iudicij, vbi oportebit de omnibus reddere rationem, & ſic cauet diuinorum pręceptorum tranſgreſſionem.

8 *Omni negotio.* Hic conſequenter inducit Salomon ad dictę obſeruationis accelerationem, & ad hoc inducit duplicem rationem. Prima accipitur ex temporis opportunitate, quia pręcepta diuina poſt mortem non ſunt implenda, quia tunc ceſſat tempus meriti & demeriti, ſed nunc implenda ſunt quãdiu durat tempus merendi, & hoc eſt quod dicitur, *Omni negotio tempus eſt & opportuni.* quę in omni opere attenditur, & per conſequens maxime debent attẽdi in opere meritorio, quantum ad impletionem diuini pręcepti, quod eſt maxime neceſſarium ad ſalutem.

9 *Et multa hominis, &c.* In Hebręo habetur: *Quia ignorat quid erit.* q. d. futura pręmia non poteſt ſcire per ſe vel per alium humana inueſtigatione, & hoc cauſat afflictionem aliquam in impletione pręceptorum. Si enim ſciret pręmia futura, non eſſet ei aliqua afflictio in impletione pręedictorum, ſed magis conſolatio. Ad idem poteſt trahi, litera noſtra, cum dicitur: *Quia ignorat præterita, &c.* ideſt, pręmia electorum qui pręceſſerunt, & eorum qui futuri ſunt.

10 *Non eſt.* Hic ponitur ſecunda ratio, quę accipitur ex humanę vitę breuitate, propter quod non eſt in vacuum tranſcunda, ſed in operibus mãdatorum Dei expendenda: propter quod dicitur: *Non eſt in hominis ditione.* ideſt, poteſtate.

11 *Probi. ſpi.* animam ſuam ab exitu de corpore.

12 *Nec ha. po. in die mortis.* eam differendi.

13 *Nec finitur quieſcere ingruente bello.* ſcilicet infirmitatis & naturæ, in quo bello tunc ſuccumbit natura.

14 *Neque ſalua.* a morte.

15 *Impietas impium.* ſicut aliqui credunt aliquando mortem differre per artem magicam vel aliqua ſuperſtitioſa.

16 *Omnia hæc.* Poſtquam Salomon induxit ad obſeruandum Dei præcepta, hic circa hoc remouet certa impedimenta in tribus partibus, quę patebunt proſequendo. Primum autem impedimentum procedit ex abuſu humanæ potentiæ, qua aliqui ſic abutuntur, quòd præcepta ſua præponunt diuinis, ſicut improperat ſaluator ſacerdotibus Iudæorum & legiſperitis, Marc. 7. b. *Irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram.* Ad hoc autem remouendum præmittit Salomon ſuam conſiderationem circa hunc abuſum, dicens: *Omnia hæc.* ſ. quæ ſequuntur. Sic enim copulatur in Hebræo. *Conſi.* & ſubditur.

17 *Interdum domi. homo homini in malum ſuum.* ideſt malum ipſius dominantis, quando per hoc eleuatur contra Deũ modo prædicto. de quibus ſubditur.

18 *Vidi impios ſepultos.* ideſt, poſt mortem impios nominari.

19 *Qui etiam cum viuerent, &c.* ideſt, adhuc vitæ ſupereſſent.

20 *In loco ſancto erant.* Sicut ſacerdotes & principes mali, qui tenent in terris locum Dei, iſti in ſpiritualibus, & illi in temporalibus.

21 *Et laudabantur in ciuitate, quaſi iuſtorum operum.* Partim adulatione, & timore,

Sed

a Tanquam iuſti. b Hæc laus hæc dominatio.
bantur in ciuitate, quaſi iuſtorum operum. Sed & hoc vanitas 1
a Cum peccant: ſed fit cito, quia fit bene.
eſt. Etenim quia non profertur cito contra malos † ſententia, 2
a Nihil timentes in futurum quaſi non iudicandi.
b Hoc eſt malum quod dixi, hoc vero bonum ſcilicet timere Deum.
† abſque timore vllo filij hominum perpetrant mala. † Attamen 3
4
a In tota vita ſua. b Dei.
peccator ex eo quod centies facit malum, & per patientiam ſu- 5
a Expectatur ad pœnitentiam. b Dei. c Et ideo pœnitentibus.
a ſtentatur, ego cognoui, quòd erit bonum timentibus Deum, qui 6
a Huius ſeculi, quia aliud non quærit. b Qui non timet, & ideo non pœnitet. 7
b verentur faciem eius. † Non ſit bonum impio, nec prolongen- 8
tur dies eius, ſed quaſi vmbra tranſeant, qui non timent faciem 9
c domini. Eſt & alia vanitas, quæ fit ſuper terram. Sunt iuſti qui- 10
11
a Afflictiones vt Lazaro. b Mala ſcilicet. c Peccatorum.
bus † mala proueniunt, quaſi opera egerint impiorum, & ſunt 12
a Ab omni aduerſitate, vt diues qui induebatur pur. & byſ. b Bona. 13
impij qui ita ſecuri ſunt, quaſi iuſtorum facta habeant. Sed & 14
a Fortuitum. b Secundum infirmos. Secundum ſe. c Bonæ conſcientiæ.
hoc vaniſſimum iudico. Laudaui igitur lætitiam, quòd non 15
a In hoc tempore. b Panem qui de cęlo deſcendit. c Vinum quod lætificat cor hominis. 16
eſſet homini bonum ſub ſole, niſi quod comederet & biberet, 17
a Spe boni.
atque gauderet: & hoc ſolum ſecū auferret de labore ſuo in die- 18
bus vitæ ſuæ, quos dedit ei Deus ſub ſole. Et appoſui cor meum, 19
a Boni vel mali.
vt ſcirem ſapientiam, & † intelligerem diſtentionem quæ verſa- 20
a Vere rationalis. b Proſperitate. c In omni tempore.
tur in terra: Eſt homo qui diebus & noctibus ſomnum non ca- 21
a Cordis. Intentus diuinæ philoſophiæ, nec tamen poteſt comprehendere, & hoc eſt, & intel.
pit oculis, & intellexi quod omnium operum Dei nullam poſ- 22
a Accedet homo ad hoc altum, & exaltabitur Deus.
ſit homo inuenire rationem eorum quæ fiunt ſub ſole. Et quan- 23
to plus laborauerit ad quærendum, tanto minus inueniet. Etiam 24
25
Qui videtur. Nedum ſcire.
d ſi dixerit ſapiens ſe noſſe, non poterit reperire. Omnia hæc tra- 26
ctaui in corde meo; † vt curioſè intelligerem. 27

*Qui veren. fa. eius.* Qui timent præſentiam eius in die iudicij. *Horrendum eſt enim incidere in manus Dei viuentis.*

*Nec prolongentur dies eius.* Sed cito moriatur, ne diu viuens peiora mereatur tormenta, dum plura & peiora peccat. vnde, quid auaro imprecer, niſi vt diu viuat?

*Sunt iuſti quibus mala proueniunt, &c.* Vt filiis Aaron ſacrificantibus ſecundum Hebr. & Manaſſes poſt tāta mala à captiuitate in regnum reductus feliciter vixit.

✣ Olympiodor. Nunc Eccleſiaſtes perſonam eius inducit, qui ē ſcandalo labitur in errorem, aitque, Vidi iuſtos in hac vita ab ijs malis correptos, quæ potius impijs debebātur, vt puta ęgritudine, paupertate, vel alio difficili caſu aduenientε. Contraque inquit, vidi quæ ... pijs deberentur, ad impios perueniſſe. Idcirco talis inſipiens tanquam contemptor factus diuinæ prouidentiæ: & hoc, inquit, vanitas eſt. Sapiens autem vir euentus rerum proſpiciens, & quæ ſingulis pro dignitate retribuantur, plane nouit atque intelligit Deū nequaquam hæc permittere euenire, ſed vt iuſti maiori præmio coronentur, impij vero grauiori pœna torqueantur. Notanter autem hic quoque vanitatem ſupra terram vidiſſe ſe ait: in cœlo ſiquidem nihil eſt vani.

d *Rationem eorum, quæ fiunt ſub ſole, &c.* Quare hic pauper, hic diues, hic cæcus naſcatur, hic mancus de geminis, vel hic ſtatim baptizatus ſaluetur, ille ſtatim mortuus damnetur, & † multa in id genus.

D

† ſcientia.

† Tametſi vel centies peccator malum faciat, & prolongetur ei dies, tamen ego cognoui.

E

† multitudo gentium.

F

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

*Sed & hoc vanitas eſt, &c.* Quia talis laus vergit in eorum detrimentum.

*Etenim.* Hic remouetur ſecundum impedimentū, quod procedit ex abuſu patientiæ diuinæ. Ex hoc enim quod tolerat peccatores, dans eis ſpatium pœnitendi, ex hoc econtratio frequenter abſq; timore incipiunt mandata Dei tranſgredi, & hoc eſt quod dicitur. *Etenim quia non profer. ci. contra malos ſententia.* diuinæ punitionis.

*Abſque vllo timore filij hominum*, id eſt, nutriti in carnalitate, qui ſunt filij hominum, & non Dei.

*Perpetrant mala.* tranſgrediendo Dei præcepta, cōſequenter hoc remouet dicens.

*Attamen peccator ex eo.* ideſt Dei patientia circa peccatores.

*Ego cog.* quod erit bonum in futuro.

7 *Timen. d.* timore filiali, qui cauet offenſam Dei, quia cum Deus ſit optimus, decet eum dare meliora melioribus, & ideo ex quo tolerat peccatores in vita præſenti, dans eis vitam quæ eſt bonum naturæ, concluditur quod bene remunerabit iuſtos in futuro. Et quia peccator diuina patientia abutitur, & multiplicat peccata ad augmentum ſuæ damnationis, ideo ſubditur.

8 *Non ſit bonum* id eſt, proſperitas temporalis.

9 *Impio.* eo quod abutitur ipſa.

10 *Nec prolongen. dies eius.* Eo quod eſt ſibi occaſio multiplicationis peccatorum.

11 *Eſt & alia.* Hic conſequenter ponitur tertium impedimentum, quod prouenit ex defectu noſtræ ſcientiæ. Ex hoc enim, quod homines attendunt tantum bona ſenſibilia & præſentia, & frequenter vident iuſtos in aduerſitate, & iniuſtos in proſperitate, ex hoc mouentur ad ſequendum iniuſtos tranſgrediendo mandata Dei. Sic ergo proceditur in parte iſta, quia primo ponitur effectus tranſgreſſionis. ſecundo defectus noſtrę cognitionis ibi. *Et appoſui.* Circa primum dicit. *Eſt & alia va.* à præcedentibus.

12 *Sunt iuſti.* ſicut patet de ſancto Iob.

13 *Et ſunt impij, &c.* Sicut patet de multis regibus infidelibus & tyrannis.

14 *Sed & hoc vaniſſimum.* id eſt, irrationabiliſſimum, & loquitur in perſona carnalis hominis, qui non cogitat futuras pœnas & præmia, ideo concludit.

15 *Laudaui igitur læ.* id eſt, vitam voluptuoſam, & patet litera vſque ibi.

16 *Et hoc ſolum ſecum aufer.* Non expectans aliud in futuro. Ex quo etiam patet, quod loquitur in perſona hominis carnalis cogitantis de præſenti vita tantum.

17 *Et appoſui.* Hic conſequenter circa hoc oſtenditur defectus humanæ cognitionis. Quod enim Deus permittit in præſenti iuſtos tribulari, & iniuſtos proſperari, pertinet ad Dei iudicia iuſta, ſed nobis occulta, & ideo talia non ſunt in particulari inueſtiganda, ſed ſufficit in generali cognoſcere per fidem & ſcripturam ſacram, quod talia quæ hic contingunt per Dei ſapientiam, ordinantur ad eius gloriam & eius electorum: propter quod in omnibus eſt glorificandus, & obediendum eſt mandatis eius. *Et appoſui cor meum, vt ſci. ſa.* de diuinis.

18 *Et intel. di. quæ ver.* Circa tribulationem iuſtorum & proſperitatem impiorum.

19 *Eſt homo qui in die.* plures homines ſunt qui ſolicitantur inquirendo talia nimis curioſè, deſcendēdo ad particularia.

20 *Et intellexi, quod om. ope. Dei.* ex occultis eius iudicijs procedentium.

21 *Nullam poſſit homo inue. ratio.* id eſt, certam in particulari cognitionem.

22 *Et quan. plus labo. ad quærendum.* curioſè.

23 *Tanto minus inueniet.* quia ex tali curioſa inquiſitione, frequenter incidit aliquis in errorem.

24 *Etiam ſi dixerit ſapiens, &c.* id eſt, ille qui videtur inter homines ſapiens.

25 *Se noſſe.* quæ dicta ſunt.

26 *Non poterit reperire.* id eſt, verbis explicare. ex quo patet eum ſe falsò iactaſſe. 27 *Omnia hæc.* Hic incipit capitulum nonum, quia illud quod ſubditur. *Sunt iuſti, &c.* vbi communiter ſignatur capitulum, eſt de iſto verſu in Hebr. Poſtquam Salomon induxit ad beatitudinē, prout habetur in ſpe

A

## NICOLAVS DE LYRA.

ꝗ in ſpe per opera virtutum & impletionem mandatorũ,hic cõſequẽter reprimit elationis motum,qui aliquãdo ex bonis operib.inſurgit.Et diuiditur in duas partes,quia primo facit hoc ex incertitudine humani ſtatus.Secundo ex facilitate caſus,cap.ſequenti. Prima in quatuor ſecundum quadruplicem incertitudinem circa ipſum hominem.Prima cõtingit circa bonum gratię.Secunda,circa bonũ fortunæ,ibi.verti.me. Tertia,circa bonum naturæ.ibi. Neſcit homo. Quarta,circa bonũ gratitudinis humanæ,ibi.Hãc quoque vidi.Prima in quatuor,quia primo ponitur prædicta incertitudo.ſecundo incertitudinis ratio ibi. Eo quod.tertio,infertur quædam cõcluſio ibi. Hoc eſt peſsimum, quarto,malorum comparatio,ibi.Nemo eſt. Circa primum dicitur. Omnia hęc.ſcilicet quæ ſequuntur,ſic enim in Hebræo coniungitur. Tractaui in cor.meo.Diligẽter cõſiderãdo vel potius admirãdo.

Diuiſio.

## CAP. IX.

a Vnt iuſti, &c.
b Melior eſt canis. Canis viuus, pauper iuſtus, leo mortuus, potens iniquus, qui nihil ſecum aufert de mundo.

c Mortui vero. Quidam aſſerunt etiã poſt mortem creſcere & decreſcere merita, p hoc quod ait, nec habent partem in hoc ſeculo, & in opere quod ſub ſole geritur, ita exponunt, vt dicant, eos in hoc ſeculo & ſub ſole, quem cernimus nullam habere communionẽ, habere vero ſub alio ſeculo & ſub ſole iuſtitiæ, & non excludi opinationẽ quę contendit, poſtquam de hoc ſeculo migrauerimus, & offendere poſſe creaturas rationales & promereri.

d Vade ergo & comede in lætitia, etc. Olymp. Literali ſenſu in lætitia & corde bono vti quis dicitur bonis ſibi a Deo conceſsis, quum modeſte vtitur & ad naturæ neceſſitates hic eſt enim proprius vſus rationalis creaturę, e propter, inquit panem tuum comede. Nam qu inexhauſta cupidine, gulæ ventrique deſeruiũ pecorum vitam potius conſectãtur. Myſtico autem ſenſu panis & vinũ rationalis creaturæ ſunt ipſæ virtutes e quibus animę n triuntur. Alite[r] Ver-

† 11.q.1.c. ſacerdotibus.

An merita poſt mortem creſcant.

B

† Ille tamẽ qui ſocietatẽ habet cum omnibus viuentibus, habet ſpem, cum & cani viuo melius ſit quam leoni mortuo.

C

## CAP. IX.

a Vt videtur.
S Vnt iuſti atque ſapientes, & opera eorum in 1
a Ab ipſo diſponuntur. b Etiam cum benefecerit. 2
manu Dei. † Et † tamen neſcit homo vtrum 3
¶ Dei. 4
amore, an odio dignus ſit, ſed omnia in futu- 5
a Bona & mala promiſcue.
rum ſeruantur incerta, eo quod vniuerſa 6
æque eueniant iuſto & impio, bono & malo, 7 8
mundo & immundo, immolanti victimas, & 9
a Opinione hominum. 10
ſacrificia contemnenti. Sicut bonus, ſic & peccator, † vt periurus, 11
ita & ille qui verum deierat. Hoc eſt peſſimum inter omnia quæ 12
ſub ſole fiunt, quia eadem cunctis eueniunt. Vnde & corda 13
a Carnalium. b Non timent peccare. c In peccatis.
filiorum hominum implentur malitia, & † contemptu in vita 14
Mala. Quia.
ſua, & poſt hæc ad inferos deducentur. † Nemo eſt qui ſemper vi- 15
a Semper viuendi. b Et. c ¶ Peccator qui poteſt conuerti & proficere 16
Canis viuus, Gentilis, qui Deo viuit. d Iudæo incredulo & ſuperbo. 17
b uat, & qui huius rei habeat fiduciam. Melior eſt canis viuus leo- 18
a Mortuo, iuſto qui nihil poteſt meritis ſuis addere. b In æternum niſi caueant. 19
c ne mortuo. Viuentes enim ſciunt ſe eſſe † morituros, mortui ve- 20
a De mundo. b Quia non proficiunt amplius. 21
ro nihil nouerunt amplius, nec habent vltra mercedem, quia 22
obliuioni tradita eſt memoria eorum. Amor quoque, * & odium & 23 24
a Cum ipſis. Alias bunt.
inuidiæ ſimul perierunt, nec habent partem in hoc ſeculo, & in 25
a Cito. Quandoquidem mors ſic finit omnia b Ne moriaris. c Cordis. d Viuum. 26
d opere quod ſub ſole geritur. Vade ergo, & comede in lætitia pa- 27 28

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. IX.

1 SVnt iuſti atque ſapientes.ſ.plerique inter homines.
2 Et opera eo.in manu Dei.quantũ apparet humano ſenſui.
3 Et tamen neſcit homo.quantumcunque iuſtus videatur.
4 Vtrum amore an odio.ſcilicet Dei.
5 Dignus ſit.ſed oĩa in futurum ſeruãtur incerta: Tunc enim manifeſte videbitur quos diligit & quos odit. Et licet homo non poſſit ſcire certitudinaliter de ſeipſo,& multo minus de alio via humana vtrum ſit dilectus a Deo,an nõ:poteſt tamẽ hẽre aliquam coniecturam, vtpote ſi non ſit peccati mortalis ſibi conſcius,et ad implendũ Dei mandata ſit voluntarius.Poteſt etiam ſcire certitudinaliter reuelatione diuina, ſicut reuelatum eſt aliquibus ſanctis ex ſpeciali gratia ad eorum conſolationem.
6 Eo quod.Hic incipit verſus in Hebræo,vbi ponitur dictæ incertitudinis ratio,cum dicitur. Eo quod vniuerſa ęque eueniãt iu.& impio,&c.Sicut enim iniuſti aliqui proſperantur in præſenti,ita aliqui iuſti in diuitijs honoribus et conſimilibus,& ſicut aliqui iniuſti tribulantur & eijciuntur, ita ſimiliter aliqui iuſti. et ideo non poteſt diſtingui acceptus Deo,ab eo qui non eſt ei acceptus,per aliquod quod cõtingit hominibus.Dicit autem.
7 Iuſto & impio. quantum ad ea quæ fiunt erga proximum modo contrario.
8 Bono & ma. quantum ad hoc quod reſpicit vitium & virtutem.
9 Mundo & immundo.quantum ad id quod reſpicit honeſtatẽ et inhoneſtatem.
10 Immolanti vi.& ſa.quantum ad id quod reſpicit erga Deum deuotionem & indeuotionem.
11 Sicut bo.ſic & pec.quantum ad bonitatem et malitiam operis generaliter.
12 Vt periurus.i.multum aſſertiue iurat ſicut dicitur. 1.Reg.20.c.Addidit Ionathas deierare,et hoc dicitur quantum ad id quod reſpicit peccatum & meritum oris ſpecialiter in vero et falſo iuramento:
13 Hoc eſt.Hic ex dictis infertur quædam concluſio, & ſecundo malorum comparatio.ſ.quod multi aſſueſcunt peccato,eo quod inter iuſtos & impios nõ videtur aliqua diſtinctio facta a Deo,et hoc eſt quod dicitur:Hoc eſt peſſimum. & patet litera vſque ibi.
14 Et poſt hæc ad infe. q.d.licet in præſenti vita eadem contingi[t] iuſtis & iniuſtis,tamen in futuro non erit ita,quia ſoli impij ad gehennam deducentur.
15 Non eſt.Hic conſequenter ponitur malorũ quædam comparati[o]. Et diuiditur in duas partes,quia primo ponitur hæc cõparatio.ſecũ[do] infertur ex hoc quædã cõcluſio, ibi: Vade ergo. Cõparatio talis e[ſt] ſcilicet quod mali viuentes videntur melioris conditionis, licet ſcia[nt] ſe certitudinaliter morituros,ideo dicit: Nemo eſt qui ſemper v[iuat] quia compoſitus eſt ex contrariis,& originali iuſtitia deſtitutus.
16 Et huius rei. Scilicet ſemper viuendi.
17 Habeat fiduciam.quia nullus videtur euadere mortis ſententi[am].
18 Melior eſt canis viuus. Per canẽ mordacem,& leonẽ voracẽ intelliguntur homines mali,ſecundum tamen magis & minus,ſicut l[eo] eſt cane magis nociuus, & ſic Salomon loquitur hic metaphorice, ſic[ut] etiam communi ſermone homo iracundus dicitur canis. Eſt igitur ſe[n]ſus,quod peccator viuus melioris conditionis eſt quam mortuus.Et ſ[ub]ditur ratio.
19 Viuentes enim ſciũt ſe eſſe. & hoc certitudinaliter, vt dic[tum] eſt,& ex hac cõſideratione poſſũt a malis penitere,& ad bonũ reuer[ti].
20 Mortui ve. nihil no.ampli. ſcilicet aliquid,vnde poſſint ad [bo]num reuerti,licet ſciant multa alia.
21 Nec habent vltra mercedem. quia ſunt extra ſtatũ meren[di].
22 Quia obliuioni. tradi. coram Deo,ſcilicet quantum ad hoc, [vt] det eis pęnitentię locum,licet ſint in memoria eius ad puniendum.
23 Amor quoque. quem habuerunt ad malos in præſenti vita.
24 Et odium & inuidiæ. contra bonos.
25 Simul peri. quia non poſſũt vltra malos iuuare,nec bonis noce[re].
26 Nec habent partem. i.in ſuffragiis quæ viui faciunt pro [de]functis quæ non valent eis.
27 Vade ergo. Hic ex dictis concluditur quædã concluſio.ſ.quo[d ho]mo debet in præſenti honeſte viuere, & ad vitã beatam cõtinue ſe [pre]parare, & ſic exponit Ra.Sa.partẽ iſta.Dicit igitur.Vade er.tu i[n]...
28 Et comede in læ.pa.tuum. viue in iucunditate mentis ex [teſti]monio bonæ conſcientiæ procedente.Et quod ſic hic debeat intellig[i pa]tet,per hoc quod ſubditur.

Qui

Verbũ caro factum homines cohortatur ad myſticam ſui corporis participationẽ: quum propter noſtrã ſalutem carnem aſſumpſerit. Approbat ergo hoc fieri, congaudet myſteriis ritibuſque Eccleſiæ.

a *Vide vitã cũ muliere q̃ dilexiſti omnibus diebꝰ vitæ vanitatis, &c.*

✱ Hieronym. Sapientiam ſequere, & ſcientiam ſcripturarum, & hãc tibi in cõiugium copula, de qua in Prouerbiis dicitur: *Ama illam, & ſeruabit te, amplexare illam, & circũdabit te.* Dies autẽ vanitatis, dies huius ſeculi neq̃ ſignificant. De quo, & Apoſtolus non tacet. Quod autem ait, *Vide vitam cum muliere quã dilexiſti*, ambiguè dictum eſt, ſiue vide, & contemplare vitã, & ipſe, & vxor tua tecum (non enim poteris ſine tali vxore ſolus videre vitam) ſiue vtrunque conſidera, & vide vitam, & mulierem diebus vanitatis tuæ. Et pulchrè præcipit, vt in diebus vanitatis

a ¶ Verbi Dei. ¶ Sic.
nem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum: quia Deo pla- 1
¶ Corpus a ¶ Caſtitate, puritate.
cent opera tua. Omni tempore ſint veſtimenta tua candida, 2
a ¶ Miſericordia. b ¶ Mente. c Sapientia, quam tibi accepiſti.
a & oleum de capite tuo non deficiat. Perfruere vita cum vxo- 3
re quam diligis cunctis diebus vitæ † inſtabilitatis tuæ, qui da- 4
¶ Alias natiuitatis ¶ Sapientia vera. 5
ti ſunt tibi ſub ſole omni tempore vanitatis tuæ. Hæc eſt enim 6
¶ Boni.
pars ✱ in vita, & in labore tuo, quo laboras ſub ſole. quodcun- 7
a ¶ Dum dies eſt, dum tempus habes. 8
b que poteſt facere manus tua, inſtãter operare: quia nec opus, 9
nec ratio, nec ſcientia, nec ſapientia erunt apud † inferos, 10 11
a Iob: Homo fugit velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet. 12
quo tu properas. Verti me ad aliud, vidique ſub ſole, nec ve- 13
a Quos non aggrauat carnis infirmitas. ſ. ſanctorum Vnde: Eſtote for. in bel. & pug. cum ant. ſer. 14
Sed Dei vnde. Non eſt volentis neque cur ſed miſerentis eſt Dei.
b Eſſe c Spiritu. d Viuum. 15
c locium eſſe curſum, nec fortium bellum, nec ſapientium pa- 16
a Aeterna vel ſapientiæ. 17
b Sed Dei vnde Gratia Dei ſum, id quod ſum. 18
d nem, nec doctorum diuitias, nec artificum gratiam, ſed tem- 19
a Neſcitis diem neque horam. 20
pus caſumque in omnibus. Neſcit ✱ homo † finem ſuum, ſed 21
a Subito. 22
ſicut piſces capiuntur hamo ✱, & ſicut aues comprehendun- 23
a Iudicij, mortis, cuiuslibet aduerſitatis. 24
e tur laqueo: ſic capiuntur homines tempore malo cum eis ex- 25
a Alijs dicentibus, quod amplius ſa. ſtul 26
templo ſuperuenerit. Hanc quoque ſub ſole vidi ſapientiam, 27
a Ad literam, vel eccleſia humilis b Ad comparationem malorum. 28
Multi vocati, pauci vero electi. c Fortes. 29
& probaui maximam. Ciuitas parua, & pauci in ea viri, venit 30
a Diabolus, vnde Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pa. ſunt omnia, quæ poſ. Qui ſe magnum iactat di Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens ador me
b Omnimodis inſtitutiones, perſecutiones.
contra eam rex magnus, & vallauit eam, extruxit munitiones 31
f † per gyrum, & perfecta eſt obſidio. Inuentuſque in ea vir 32
a Diabolo, morte ſua. 33
g pauper, & ſapiens: liberauit vrbem per ſapientiam ſuam, & 34

vanitatis noſtræ veram vitam cum ſapientia vxore quæramus. Hæc enim pars noſtra eſt, & hic laboris fructus ſi in hac vita vmbratili veram inuenire valeamus.

b *Erunt.* Id eſt, valebũt tibi poſt mortem. vnde: *In inferno autem quis confitebitur tibi.* Et illud: *Veniet nox, quando ne. poteſt opera.*

c *Bellum.* Victorum, vel etiam imitatores belli, ſecũdum illud: *Sine me nihil poteſtis facere.*

d *Diuitias.* Bonorũ operum. vnde: *Redẽptio animæ viri, propriæ diuitiæ.*

e *Sicut piſces ca.* vnde: *Simile eſt regnum cælorum ſage.* Et illud: *Faciam vos fieri piſ. hominum.* Hæretici quoque habent ſagenam ſuam miſſam, & laqueos quibus capiãt ſimplices.

f *Vir pauper.* Chriſtus, de quo Pſal. *Ego ſum pauper, & dolens.* Et in quo omnes theſauri ſapientiæ, & ſciẽtiæ ſunt abſconditi.

g *Per ſapi.* Non per potentiam.

D † vanitatis Pſal. 6. b Ioan. 9. a † ſepulchrũ E Ibidem 5. a † tempus Prou. 15 b ✱ malo Math. 13. f Ibidem 4. f Pſalm. 68. f Col. 2. a F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quia D. pla. opera tu. *quod dicitur magis coniecturaliter quam certitudinaliter, vt ſupra dictum eſt.*

2 Omni tempore ſint ve. t. can. *Hic dicit R. Sa. quòd iſtud eſt ſimile regi inuitanti aliquem ad feſtum, & non dicit ſibi diem determinatum: & ideo ſic inuitatus ſi ſit ſapiens, ſic ſe parat, & ornat, quod omni hora ſit paratus: quia Deus vocat electos ad feſtum futurum, & non dicit eis tempus determinatum quod eſt tempus mortis, quo nihil eſt incertius: & ideo homo ſemper debet eſſe paratus, vt recipiatur ad Dei feſtum, quæ præparatio eſt per vitam ſanctam, & honeſtam: & ſignificatur hic per candidam veſtem: & ſic Salomon loquitur hic metaphorice, ſicut in pluribus aliis locis.*

3 Et oleum. *diuinæ gratiæ.*

4 De capite tuo. *id eſt, de mẽte tua, q̃ eſt caput in viribus animæ.*

5 Non deficiat. *id eſt, ſic viue, quòd Deus gratiam ſuam à te non ſubtrahat.*

6 Perfruere vita. *præſenti.*

7 Cum vxore quam di. *i. cũ ſapientia diuinæ legis, vt exponunt hic Hebræi ſecundum quod dicitur Sap. 8. a.* Hanc amaui a iuuentute mea, & quæſiui ſponſam mihi eam aſſumere.

8 Cunctis diebus vi. *id eſt, vitæ præſentis, quæ eſt inſtabilis, quæ expendenda eſt in exercitio diuinæ legis.*

9 Hæc eſt enim pars. *id eſt, iſta tecum portabis de præſenti vita, & non temporalia bona, ideo ſubditur.*

10 Quodcunque poteſt facer. manus. tu. in. o. *i. quantũ potes, operibus meritoriis inſta.*

11 Quia nec opus. *ſ. exterius.*

12 Nec ratio. *i. mentis meditatio.*

13 Nec ſcientia. *de humanis.*

14 Nec ſapientia. *de diuinis,*

15 Erunt apud inferos. *id eſt, in limbo patrum: vbi deſcendebant omnino purgati ante Chriſti paſſionem, de quo tempore loquit̃ hic Salomon; & in purgatorio vbi deſcendebãt, & adhuc deſcendunt, qui deſcẽdunt in aliquibus purgandi. Iſta enim duo loca à doctoribus eſſe dicuntur in parte inferni; & ibi non eſt opus, nec ratio, nec ſcientia, nec ſapientia ſcilicet ad merendum, licet ibi ſint ad alia.*

16 Quo tu properas. *quia oẽs quantumcunque iuſti deſcendebãt ad alterum iſtorum dictorum ante Chriſti aduentum.*

17 Verti me. *Hic conſequenter ponitur incertitudo hominis circa bona fortunæ, cum dicitur.*

18 Et vidi ſub ſole. *in hominum habitatione.*

19 Nec velocium eſt curſum. *quia aliquando contingit, quod velocior curſor no venit prior ad terminum, [illegible] quod aliquo caſu impeditur, & ſic ab alio præuenitur.*

20 Nec fortium bellũ. *qa aliquando fortior forti animus vincitur.*

21 Nec ſapientium. *ſed aliquando ſunt in egeſtate magna, ſicut patet de ſancto Iob, & pluribus aliis.*

22 Nec do. *Philoſophi enim apud Gentiles cõtempſerunt diuitias, vt patet de Socrate, & Diogene, & pluribus aliis. Similiter prophetæ qui fuerũt doctores tẽpore vete. teſt. & Chriſtꝰ, & apoſtoli tẽpore noui.* Philoſophi contempſerunt diuitias.

23 Nec ar. gr. *Melior eſt artifex in mechanicis, non ſemper habet maiorem gratiam principis.*

24 Sed tem. *i. incertitudinem, quæ ab elationis motu debet reprimere hominem.*

25 Neſcit ho. *Hic ponitur incertitudo hominis circa bonum naturæ, quod eſt ipſa vita, cuius terminus eſt omino incertus, ideo dicitur.* Neſcit homo finem ſuum.

26 Sed ſicut pi. *i. ex inſperato, quando æſtimant accipere eſcam.*

27 Sic capiuntur. *i. tempore mortis, quod malũ dicitur inquantum priuat vitam.*

28 Cum eis ex. *i. repente.*

29 Superuenerit. *Et talis incertitudo debet hominem retrahere ab elatione.*

30 Hanc quoque. *Hic conſequenter ponit̃ incertitudo reſpectu gratitudinis humanæ, qua frequẽter priuatur beneficiis. Et diuiditur in duas partes: quia primo propoſitum oſtenditur, ſecundo circa hoc quæſtio mouetur, & ſoluitur, ibi:* Quomodo ergo. *Circa primũ dicitur:* Hanc quoque ſub ſole vidi ſa. *gratitudine tamen priuata.*

31 Ciuitas parua. *ideo poterat de facili obſideri.*

32 Et pauci in ea vi. *ideo male poterat defendi.*

33 Venit cõtra eã rex magnus. *qui poterat eam ſuo exercitu circundare, & machinas contra eam erigere, & ſic eam capere.*

34 Inuentuſq; eſt in ea vir pauper, &c. *Tamen nullus reddidit ſibi gratitudinem. Ra. Sa. exponit hoc tanquam fuerit ſic ad literam.*

potentiam.vnde: *Obſtetricante manu eductus eſt coluber tortuoſus.*
A a *Verba ſa.* Qui fauorem & plauſum non quærunt, ſed ſalu-
Iob 26.d tem audientium, nec clamant vt audiantur, ſed cupiunt, vt exaudiantur.
b *Inter ſtultos.* Stulti qui non quærunt pro ficere, ſed laudem ſibi acquirere.
c *Et qui in vno.* vnde: *Qui peccauerit in*
Iaco 2.b *vno, factus eſt omnium*
1 Cor 5 b *reus.* vnde: *Vnus ſtultus plurimos corrumpit.* vnde:
† S. 3.6 a. *Modicum fermentum totam maſſam corrumpit.*
B
† ſed vnicus peccator

a Pauci. b Obediendo.
nullus deinceps recordatus eſt hominis illius pauperis. Et di-
a Alijs membris præſenti lætitia. b Chriſti: c Diaboli. d Admiratur.
1 cebam ego meliorem eſſe ſapientiam fortitudine. Quomo-
2 a Ab ingratis. b Mandata.
3 do ergo ſapientia pauperis contempta eſt, & verba eius non
a Expo... b Quiete. ¶Su... auditorum, & ſic.
4 a ſunt audita? Verba ſapientium audiuntur in ſilentio, pluſquã
5 a Clamoroſa oratio. b In bello. c Sapientiam præfert fortitudini.
6 b clamor principis inter ſtultos. † Melior eſt ſapientia quam
7 a In charitate quæ eſt radix omnium bonorum.
8 arma bellica, † & qui in vno peccauerit, multa bona perdet.

*Et peccatorum multa bona perdet.* ※ Olympiod. Adam peccauit, & in omnem generis humani poſteritatem peccati labem mortemq; tranſmiſit, ipſeq; imaginem Dei ad quam factus fuerat, violauit, & violatores ſibi ſimiles quamplurimos propagauit. Vnus, quicunq; is demum ſit, dum ſeſe peccati ſorde commaculat & bona corrumpit, quæ ſibi ex acquiſitis virtutibus inſidebant, & multos etiã malo exẽplo ad imitationẽ inducit.

*Et*

## NICOLAVS DE LYRA.

※ *veruntamen non dixit quæ fuerit illa ciuitas, & ille pauper eam liberans, ſicut nec hic exprimitur. Potuit tamen ſic eſſe, quia ſapiens mulier liberauit Abelam ab imminente exitio, vt habetur 2 Reg. 20. ſapientia autem magis viget in viris quàm in mulieribus.*
1 Et dicebam ego. *ex facto pauperis diuites is.*
2 Meliorem eſſe ſapientiam fortitudine. *Quia bellatores ciuitatis non poterant hoc facere.*
3 Quomodo ergo. *Hic ex prædictis mouetur quæſtio, vnde proceſſit tanta ingratitudo erga pauperem ſapientem, & reddet ad hoc cum dicitur.*
4 Verba ſapientium. *i. procedentia ab ore ſapientis, & ſapientibus ... ideo dicitur ſapientium in plurali.*
5 Audiuntur in ſilentio. *id eſt, attentè.*
6 Pluſquam clam. princi. inter ſtultos. *Et per hoc ſoluitur quæſtio. Quod enim verba pauperis ſapientis fuerunt contempta, proceſſit ex populi ſtultitia. Et quia ſtultorum infinitus eſt numerus, vt dictũ eſt ſupra cap. 1. ideo frequenter contingit talis contemptus & ingratitudo. Expoſitores vero catholici communiter dicunt, quod Salomon hic loquitur metaphoricè, per ciuitatem, intelligens eccleſiam, & per regem eã obſidentem, diabolum & eius militiam. Per pauperem, ſapientem ipſum Chriſtum, qui duxit pauperẽ vitam, & ſua ſapientia liberauit populũ ſuum, natũ eſt in ſe ex dæmonis poteſtate, & nullus deinceps recordatus eſt, quia pauci valde ſunt grati reſpectu ingratorum, & maximè de Iudæis, qui negant Chriſtũ, & talis ingratitudo ex humana ſtultitia procedit, & ad hunc intellectum poteſt litera de facili applicari. Aliqui vero Hebr. dicunt ſimiliter quantũ ad hoc, quod Salomon loquitur hic metaphoricè. Et per ciuitatẽ paruam intelligit corpus humanũ. Per viros exiſtentes in ea, corporis mẽbra. Per regem obſidentẽ ipſum, fomitem ad malum inclinantem, qui dicitur rex magnus eo quod multi obediunt ei. Per virum ſapientem et pauperẽ, ſynderesim vel rõnis dictamen ad bonũ inclinantẽ. Et dicitur pauper, quia pauci obediunt ei. Liberatio aũt ab impulſu fomitis fit per dictamen rõnis, & quod contemnitur procedit ex ſtultitia hoĩs. Et ad iſtũ intellectũ poteſt ſimiliter litera de facili applicari: prima tamen expoſitio videtur magis literalis.*
7 Melior eſt. *Poſtquã Salomon repreſſit motum elationis ex incertitudine humani ſtatus, hic cõſequẽter idẽ facit ex facultate ſui caſus propter quod ſemper debet timere, & non præſumere. Et diuiditur in duas partes, quia primo oſtendit facilitatẽ caſus ex impulſu interioris fomitis. ſecũdo ex defectu exterioris regiminis, ibi:* Væ tibi terra. *Circa primum ſciendum quod fomes impellit ad malã actionẽ, & ad eius occaſionẽ, & et ad inordinatam locutionẽ. Primo ergo oſtenditur propoſitum in primo. ſ. in peccati actione. ſecundo in peccati occaſione, ibi:* Qui fo. *tertio in mala locutione, ibi:* Si mordeat ſerpens. *Prima adhuc in duas, quia primo oſtẽdit Salomon damnũ peccati. ſcdõ monet reſiſtere fomiti, ibi:* Si ſpiritus. *Prima adhuc in duas, quia primo oſtẽditur propoſitũ. Secundo infert duplex corollariũ, ibi:* Pretioſior: *Circa primũ dicit continuando ſe ad præcedentia:* Melior eſt ſapientia quàm arma bellica. *quia prius locutus fuerat de ſapientia pauperis ciuitatẽ liberantis, quod fieri non poterat armis. Eſt & continuatio ad ſequentia, quia per ſapientiam reſiſtitur fomiti, quæ eſt optima victoria, & multo melior quàm illa, quæ acquiritur per arma bellica.*
8 Et qui in vno pecca. mul. bo. p. *Sicut enim in bellis ex modico defectu in primo congreſſu debellatur aliquando totus exercitus, ſic ex vno peccato mortali perditur totus cumulus præcedentium meritorum, qui ſtante illo peccato non proficit ad ſalutem, & ad hoc inducitur exemplum cum dicitur.*

## CAP. X.

¶Quia ¶Sic mali inter bonos. vnde, corrumpunt mores bonos col. pra.
a ¶Odorem.
a M † Vſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti. 1
a Simplex. b Humilis. c Omnia tempus habent. 2
Pretioſior eſt ſapientia paruaq; gloria ad tẽpus 3

CAP. X.
M Vſcæ mori. Sequitur.
... Muſcæ mortificantes ... apparatum ... ſuauitatem, &c.
... Oleum. Apparatum ... eſt vnguentũ, ... & Aquila interpretatus eſt: muſca vero impurum animal, quod putredines & vlcera inſidendo exugit, appetitq; ... cutis leſiuras. Mortificat autem & corrumpit oleum vnguẽtarium muſca, cum ſe in illud temerè proijcit, nam & ipſa immoritur. & olei vim extinguit. Iudæi ergo propriam vitam cõtemnentes animæque ſalutem veræ ſunt muſcæ mortificantes, cum ſuaue redolens verbũ ſaluatoris Ieſu Chriſti ſemper vitiare ac fœdare ſtuduerint ſemperq; cauſas calumniarum arripere quibus illum vrgere poſſent.
*In dexte.* vñ: *Neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua.* Et alibi:

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. X.

1 M Vſcæ morientes. *id eſt, languidæ & debiles, quæ de facili cadunt in illa quæ conficiuntur ab apothecarijs.*
2 *Perdunt.* id eſt, deſtruunt.
3 *Suauitatem vnguenti.* i. eius bonitatem, quãdo cadunt ibi. Et ſicut per muſcã quæ eſt res parua perditur res bene pretioſa. Sic per vnum peccatum. cumulus meritorum.
4 *Pretioſior.* Hic infertur primum corollarium, cũ dicitur: *Pretioſior eſt ſa.* Quia locutus fuerat de valore ſapientiæ. Et ſecundum expoſitores noſtros cõmuniter ſapientia & gloria parua, ſunt nominatiui caſus, & ſtultitia ablatiui, & eſt ſenſus.
5 *Sapientia* ... *gloria.* ſapientia cum honore paruo pretioſior eſt quã ſtultitia cum honore magno, vt dictũ eſt ſup. ca 4. c. *Melior eſt puer pauper & ſapiens rege ſene, & ſtulto.* Sed hæc expoſitio ſecũdum literam Hebraicã ſtare non poteſt, quia in Hebræo, ſapientia & gloria, ſunt ablatiui caſus, ſtultitia vero nominatiui. Item ſi parua, non eſt adiectiuum huius ſubſtantiui gloria, ſed huius, ſ. ſtultitia, quia ponitur immediate poſt ipſum. Eſt igitur ſecundum Heb. hæc litera: Põderoſior eſt ſapientia & gloria ſtultitia parua. Et eſt ſẽſus, quod defectus paruus in moribus, qui dicitur hic parua ſtultitia, ponderoſior eſt quàm ſapientia & gloria, quia frequenter facit eã vileſcere in perſona aliqua notabili, & ſm hoc hæc litera eſt cõfirmatio præcedentis ſententiæ, in qua dictum eſt quod muſcæ quæ ſunt res paruæ, vileſcere faciunt vnguentum pretioſum. Ratio autem diuerſitatis inter tranſlationem noſtram, & dictũ Hebræorum circa hoc nomen: Pretioſior eſt, quia nomen Heb. hic poſitum eſt æquiuocũ ad pretioſitatẽ & ponderoſitatem, & frequentius accipit̃ pro pretioſitate, ſicut accipit tranſlatio noſtra, & ideo pòt aliter exponi lr̃a noſtra, & ſequẽdo Hebraicã veritatem quantum ad hoc, quod ſapientia & gloria ſunt ablatiui caſus, & ſtultitia parua, nominatiui, vt ſit ſenſus: Stultitia parua, i. ſtultitia ad horã ſimulata. Pretioſior eſt. i. vtilior quàm ſapientia & gloria, vt patet de Dauid. 1. Reg. 21. qui ſimulando ſtultitiã coram Achis rege Geth, per hoc euaſit mortẽ.
Cor

bi. *Si percuſ. te in dexte. maxillam, præbe ei & alteram.*
a *Si ſpiritus habentis, &c.* * Hierom. Symmachus verbum Hebraicū. מרפא (quod omnes ἴαμα hoc eſt, ſanitatē vel curationē ſimiliter trāſtulerūt) interpretatus eſt ad ſenſum & ait, Si ſpiritus principis irruerit tibi, de loco tuo ne recedas, quia pudicitia comprimit peccata magna, id eſt, Si titillauerit mētem tuam diabolus & te ad libidinem cōcitauerit, ne ſequaris cogitationē peſſimā & blandientem voluptatē, ſed ſta fortis & rigidus frigore caſtitatis, flāmam voluptatis extingue. Hebræus in loco tale neſcio qđ ſuſpicatus eſt, Si aliquam in mundo acceperis dignitatem & ordinatus fueris maior in populis, noli relinquere priora opera tua & antiquarum virtutum ne incipias obliuiſci, laboremque priſtinū non habere, q̃a peccatorum tuorum remedium ex conuerſatione bona naſcitur, & non ex tumenti & ſuperflua dignitate.
b *Locum.* Stationem fidei retine, ne vincaris, & ne pficias ſi iam male cogitaueris, vnde. *Et emundabor a delicto maximo.*
c *Qui fodit.* Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit.

a ¶Quia intentio. b Ideſt, vt perueniat ad dexteram, ſtatuet autem dominus oues a dextris, hœdos a ſiniſtris. c Mundanis. vnde, In ſiniſtra illius diuitiæ & gloria.
ſtultitia. Cor ſapientis in dextera eius, & cor ſtulti in ſiniſtra 1
a Praua. b De vitio in vitium. c Peccator. 2
illius. Sed & in via ſtultus ambulans, cum ipſe inſipiens ſit, 3
a Sibi ſimiles. b ¶Immundus. Spiritus princeps huius mundi, & rector tenebrarum harum. c In filios diffidentiæ 4
a omnes ſtultos æſtimat. Si † ſpiritus poteſtatem habentis aſcen- 5 6
a ¶Praua ſuggerendo. b Virtutum. ¶Et. c Pœnitentia.
b derit ſuper te; locum tuum ne dimiſeris, quia † curatio ceſſa- 7 8
¶Actus impios.
re faciet peccata maxima. Eſt & malum quod vidi ſub ſole, 9 10
a ¶Sed iuſto iudicio Dei. b Diaboli vel cuiuslibet qui malos exaltat, bonos humiliat c ¶Fauore populi & potentum 11
quaſi per errorem egrediens a facie principis. Poſitum ſtul- 12
a ¶ Seculi, vel eccleſiæ vnde. Propter peccata populi facit Deus regnare hypocritam. 13
b ¶ Sapientia, virtutibus, bonis operibus, Dei donis. c ¶ Deiectos. d ¶ Item. 14
tum in dignitate ſublimi, & diuites ſedere deorſum. Vidi ſer-
a ¶ Vitiorum. b ¶ In dignitate. Bonos. c ¶ Depreſſos. d ¶ Cum ſint liberi.
uos in equis, & principes ambulantes quaſi ſeruos ſuper ter-
a ¶ Deceptionem. b ¶ Primum ſeipſum iaculo percutiet proprio.
ram. † Qui fodit foueam, incidet in eam, & qui diſsipat ſe- 15
C a ¶ Inſtituta eccleſiæ. b ¶ Hic & in futuro. c ¶ Diabolus. d ¶ Sicut hæretici. 16
e ¶ Ab ædificio eccleſiæ.
f ¶ Viuos ſcilicet ſanctos, qui in Zacharia voluuntur ſuper terram.
d pem, mordebit eum coluber. Qui tranſfert lapides, affligе- 17
a ¶ Pro. b Translatis. c ¶ Infructuoſa ſcilicet hæreticos & quoslibet malos. 18
d ¶ Compatiens eis vnde. Quis infir. & ego non infirmor. quieſcan. & e. non vror. e ¶ In diuina ſcriptura.
tur in eis, & qui ſcindit ligna vulnerabitur eis. Si retuſum 19
a ¶ Acumen ingenii. b Acutum. Quaſi non eſt deſperandum.
c Pro ſuperbia ſua, vel pro negligentia. vnde. Dicentes ſe eſſe ſapientis, ſtulti facti.
d Studendo, diſcendo, pœnitendo.
fuerit ferrum, & hoc non vt prius, ſed hebetatum fuerit, mul-
a Sic. b Reſtauratur. c Prior.
to labore exacuetur, et poſt induſtriam ſequetur ſapientia. 20 21

D
✠ Olymp. Locus hic totus ſoli vacat myſtico intellectui, aliter enim ſemper hoc non contingit, vt qui foueā fodit in eā cadat. Inquit ergo, Peccator ſuā animam prius excruciat. *Qui enim diligit iniquitatem, odit animam ſuam*, & vnuſquiſq; ob ea quæ peccauerit punietur. Ipſe etiam Moſes legiſlator ita faciendum ſanxit in homicidam, videlicet, *Facite illi ex pacto quo contra proximum ipſum malignatus eſt.* (Pſal. 10.)
d *Qui extrahit lapides dolebit & affligetur in eis, & qui ſcindit, &c.* († lenitas) * Olymp. Qui ſibi domū virtutibus extruit, lapides congregat ac bene ædificat, qui vero vel ſacerdotia vana elatione demolitur ac ſoluit quæ prius erāt extructa, lapides aufert, angiturque miſer, dolet ac periclitatur. E
Aliter, Lapides ſancti apud Prophetam Zachariam ſancti homines ſunt, (Zachar. 9.) Qui ergo huiuſmodi lapides eximit, hoc eſt, perſequitur ſanctos atque interfecit, labore affligitur, hoc eſt perniciem ſibi attrahit, ſicut Herodes fecit qui Ioannem Baptiſtam gladio percuſſit. (Matt. 15. Marc 6. Luc. 9.) F

si

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Cor ſapientis.* Hic ponitur ſecundū corollariū de ſapiētia, & ſtultitia ſibi oppoſita, cum dicitur. Cor ſapiētis in dextera eius, quia dirigitur in bonum moris per dexterā deſignatū.
2 *Et cor ſtulti in ſiniſtra illius.* quia ſemper tendit in malum per ſiniſtram deſignatum.
3 *Sed & in via.* ſ. vitæ præſentis, in qua oēs ſunt viatores.
4 *Stultus ambulans.* per vitia & peccata.
5 *Cum ipſe inſipiens ſit.* ſecundum veritatem.
6 *Omnes.* a ſua via declinantes.
7 *Stultos æſtimat.* quia non ſequuntur delectabilia huius mūdi quæ ſola reputat bona, & propter hoc homines vani & mundani viros, ſapientes & religioſos reputant ſtultos.
8 *Si ſpiritus.* Poſtquā oſtendit damnū peccati ad qđ fomes impellit, hic cōſequēter monet reſiſtere fomiti, & primo ponitur hæc monitio, ſecūdo infertur quædā concluſio, ibi: *Eſt & malum.* Circa primum dicitur. *Spiritus.* ideſt, impulſus.
9 *Poteſtatem habentis.* i. fomitis qui dicitur hic poteſtatem habens, eo ꝙ multi obediunt ei, vt poteſtatē habenti. Poteſt etiā dici dæmon, de quo dicitur Iob 41. *Non eſt poteſtas ſuper terram quæ ei comparetur.* Et frequēter impulſus fomitis & dæmonis ſimul concurrunt in tentatione, quia dæmon excitat fomitem, & eo vtitur tanquam inſtrumento, vt deijciat hominem a virtute.
10 *Aſcenderit ſuper te.* impellendo te ad peccatum.
11 *Locum tuum ne dimiſe.* i. ſtabilitatem virtutis, in qua tanquā in loco ſtabili debet homo pmanere, & ſubditur cauſa.
12 *Quia curatio faciet ceſſare peccata maxi.* Licet enim reſiſtēdo fomiti non auferatur fomes totaliter in præſenti vita, tamē per talē reſiſtentiam eius poteſtas diminuitur, & virtus moralis firmat̃ & augetur, quæ dicitur quædā ſanitas animæ & per cōſequens curatio ab infirmitate, & hæc facit ceſsare peccata ad quæ impelleret fomes, niſi eſset talis ſanitas vel curatio.
13 *Eſt & malum quod vidi ſub ſole.* Hic infert̃ quædā cōcluſio. Ex hoc. n. qđ pauci reſiſtunt fomiti mō prædicto, & multi ſequuntur eius impulſum, iō homines fiunt ambitioſi poteſtatis mundanæ & honoris, & ſic homines defectuoſi ad talia promouētur, & virtuoſi ſine honore dimittuntur, & hoc eſt quod dicitur. *Eſt & malum quod vidi ſub ſole.* & quid ſit illud ſubditur: Quaſi per errorem egrediens a facie principis.
14 *Poſitum ſtultum in dignitate ſublimi.* Princeps iſte Deus eſt, qui nullo modo poteſt errare ſecūdū veritatem ſed tantum ſecūdū hominū inſipientium æſtimationē, qui ex promotione malorū ad magnas dignitates frequenter dicunt Deum dormire vel deſipere, tamē ſecūdū ordinē ſuę ſapiētiæ & iuſtitiæ nobis occultæ permittit aliquādo malos ſublimari & bonos humiliari, & ideo nō dicitur hic per errorē principis abſolute, ſed quaſi p errorē, quia ſic vr̃ fatuis & ſimplicibus.
15 *Qui fo. foue. inci. in eam.* Hic conſequenter oſtendit malū fomitis, inquantū inclinat ad peccati occaſionē, dicit. *Qui fo. foueā, incidit in eam.* Sic enim cōtingit aliquādo corporaliter. Et per hoc intelligitur, quod quęrēs peccati occaſionē incidit in illud: Sicut vadēs ad ſpectacula inhoneſta, cadit in peccatum luxurię, & quęrens familiaritatem latronum in furti peccatum. Ad idem inducit quod ſubditur.
16 *Et qui diſ. ſe.* i. honeſtatis diſciplinā a ſapientibus traditā.
17 *Mordebit eum co.* i. diabolus, qui vocatur ſerpens Gen. 4. Et ad idem facit quod ſubditur.
18 *Qui tranſ. la.* Sicut. n. transferens lapides, & ſcindens ligna patitur corporale detrimentum, ſic & ille qui exponit ſe occaſionibus peccatorum, detrimentum animę.
19 *Si retu. fue.* Hic remouet circa prędicta quandam ęſtimationē falſam, qua aliqui ęſtimāt hominem de facili de vitijs redire ad virtutes, & iō quęrūt facilꝰ peccatorū occaſiones, iō remouet per exemplū ferri acuti, qđ ſi inde repercutiatur lapis, eius acies pditur, nec de facili recuperatur, ſed cū magno labore: & ſimiliter declinās de virtutibus ad vitia, nō de facili, ſed cū multa difficultate redit ad virtutē, & patet per experientiam, & per Philoſophum. i. Ethi. ideo ſubditur. (Philoſophus)
20 *Et poſt indu.* i. magnā diligentiā ad recuperandū virtutē
21 *Sequetur ſa.* per quam intelligitur ſtatus virtuoſi.

a *Si mor.* Sicut ſerpens occulte mordens venenũ infundit, A ſic & qui detrahit. Vel, ſerpẽs.i.diabolus.mordet in ſilentio, quando qui diabolo ſuadente peccauit,non vult confiteri.

a ¶ Diabolus: b ¶ Occulte. c ¶ Quia tantundem nocet.
a Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet qui oc- 1
a ¶ Chriſti,vel viri catholici.vnde:diffuſa eſt gratia in labiis tuis. 2
b ¶ Mors & vita in ma.lin. c ¶ Diaboli vel hæretici.
culte detrahit. Verba oris ſapientis gratia,& labia inſipientis 3
a In infernum. b ¶ Inſipientis. c ¶ Qui a pertinax in ſtultitia & impœnitens. 4
præcipitabunt eum. Initium verborum eius ſtultitia, et no- 5
a ¶ Qui. Contra ſapientes. 6
b uiſſimum oris illius error peſſimus. Stultus verba multipli- 7
a Sed tamen. b ¶ Carnalis.
cat. Ignorat homo quid ante ſe fuerit, & quid poſt futurum 8
Hominum. a Inquiſitio ſcripturarum & ſtudium vanæ doctrinæ. 9
b Hæreticorum philoſophorum c Corpore & anima. 10
c eſt quis poterit ei indicare? Labor ſtultorum affliget eos,qui 11
a Nec, et ſe nec per alios ſcire volunt.
b ¶ Ciuitatem Dei.de qua Glorioſa dicta ſunt de te,ciuitas Dei.
c Terrenæ,vel ad literam. d Diabolus qui ſemper, nouitate gaudet.
e Cuius ætas leuitati & ſtultitiæ proxima.
neſciunt in vrbem pergere. Væ tibi terra cuius rex puer eſt,& 12
a ¶ Iudices. b Ante tempus,non curantes publica negotia. 13
c ¶ Econtra. d ¶ Eccleſia. e ¶ Chriſtus.
cuius principes mane comedunt. Beata terra cuius rex no- 14
a ¶ De ſtirpe regum. b ¶ Prælati. c ¶ In regno Dei.
Tantum comedunt vt viuant,non viuunt,vt comedant.
bilis eſt, & cuius principes veſcuntur in tẽpore ſuo, ad † refi- 15
a Magis neceſſitate quam voluptate. b ¶ Mundi.
c Noſtris vel prælatorum. d Ad terram. 16
Aedificium virtutum cuiuslibet vel eccleſiæ.
ciendum & non ad luxuriam. In pigritiis humiliabitur 17
a Pars pro toto. Tigna congeries lapidum vel domorum.
b Operum. c Vnde.Venerunt flumina & flauerunt venti.
d Status mentis vel eccleſiæ.
contignatio, & in † infirmitate manuum perſtillabit do- 18
a Quia. b Quia prælati vel quilibet deliciis & ſilui dediti.
c Verbi Dei. d Ideſt,vt blandientes non corripientes populo placeant,& deli- 19
ciis affluant & agnum de grege & vitulum de armento comedant.
d mus. † In riſu faciunt panem & vinum, vt epulentur 20
Sic. a Mortificant animas quæ non moriuntur,& viuificant corpora quæ non viuunt.
b Chriſto,qui regit omnia iuſte. 21
e f bibentes. Et pecuniæ obediunt omnia. In cogitatione tua re- 22

1 Reg. 2.c. b *Statim,&c.* vnde: *Si peccauerit vir in virum, poteſt ei placari Deus, ſi autem peccauerit in Deum, quis orabit pro eo?*

c *Labor ſtultorum affliget eos qui neſciunt, &c.* ✶ Hieronym. Cum ſuperioribus etiam hos iunge verſiculos, aut generaliter de omnibus ſtultis qui ignorant Deũ B aut ſpecialiter de hæreticis diſputationibus. Lege Platonem, Ariſtotelis reuolue verſutias, Zenonem & Carneadẽ diligentius intuere & probabis verum eſſe quod dicitur, *Labor ſtultorum affliget eos.* Veritatem illi quidẽ omni ſtudio quęſierunt, ſed quia non habuerunt ducem, & præuium itineris, & humanis ſenſibus rati ſunt ſe comprehendere poſſe ſapientiã, ad ciuitatẽ minime peruenerunt. De qua in pſalmo dicitur, *Domine in ciuitate tua* C *imaginem ipſorum diſſipabis, &c.* Siquidem hanc veritatis & ſapientiæ ciuitatẽ cũ firma ſit & robuſta, oẽs ſapiẽtes ſęculi & hęretici impugnare conantur. Et qđ de philoſophis diximus, hoc idem & de hęreticis ſentiendũ, quod fruſtra laborent & affligantur in ſtudio ſcripturarum, cum ambulent in deſerto & ciuitatem inuenire non valeant. De quorum errore & pſalmiſta commemorat, dicens: *Errauerunt in deſerto & in inaquoſo, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.*

Negligentia.

Ad luxum.

d *In riſu faciunt panem & vinum, vt epulentur bibentes.* Prædicant magis, vt alliciant, quam vt proficiant.

e *Pecuniæ obediunt omnia, &c.* vnde: *Dextera eorum repleta eſt mune.* Et ſacerdotes in mercede docebant.

f *In cogitatione tua, &c.* Simpliciter monet, ne vel ira vel leuitate maioribus maledicamus, quia ſæpe eis et iam cum nõ timebamus, quæ diximus nuntiantur etiam ſi in cubili.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Si mor.* Hic oſtendit malum fomitis inquãtũ inclinat ad malã locutionem, di, *Si mordeat ſer.* in ſilentio corporaliter.
2 *Nihil e.mi.ha.* ſpiritualiter, qui occulte detrahit proximo, Et ideo per oppoſitum dicitur de bono verbo.
3 *Verba oris ſa.g.* quia reddunt eum coram Deo & hominibus gratioſum. 4 *Et la.inſi.præcipitabunt eum.* quia reddũt eum Deo & hominibus odioſum Et quia ſicut ſapiens procedit de virtute in virtutem augmentando, ita ſtultus de malo in peius, loquẽdo, ſubditur. 5 *Initium verborum eius ſtul.* minor. 6 *Et nouiſſimum oris il.er.peſ.* quia aliquando prorumpit in blaſphemiam contra Deum, quod eſt peſſimum, & vnde procedit hoc ſtatim oſtendit. 7 *Stultus verba mul.* multiplicando verba fatua, finaliter venit ad verba peſſima. Et quia omne malum procedit ex aliqua ignorantia, ſecundum quod dicit Philoſophus. Ignorat omnis malus, ideo ſubditur. 8 *Ignorat ho.* ſcilicet ſtultus. 9 *Quid ante ſe fue.* Quia facta præcedentium ſapientium conſiderare negligit, quę ſunt quædam directiones reſpectu agendorum.

Philoſophus.

10 *Et q.poſt ſe futu.eſt.* q.d. ſolus Deus, ſed ſtultus talis non eſt hac reuelatione dignus. Et quia talis errat per diuerſa vitia, in quibus eſt magnus labor non ſolum animę, ſed etiam corporis, ſecundum quod in perſona damnatorum dicitur, Sap.5.b. *Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles.* ideo ſequitur. 11 *Labor ſtultorum.* i.ad ſanctorum requiem, de qua ciuitate dicitur Ezec.vl. *Et nomen ciuitatis, dominus.* ibidem. 12 *Væ tibi terra.* Poſtquam Salomon oſtendit labilitatem hominis ex inclinatione fomitis, hic conſequenter idem oſtendit ex defectu exterioris regiminis, & primo facit propoſitũ, ſecundo remouet quoddam periculum, ibi: *In cogitatione.* Prima in duas, quia primo ponitur boni & mali regiminis comparatio, ſecundo mali proſecutio, ibi. *In pigritiis.* Circa primum dicit. *Væ tibi terra, cuius rex puer eſt.* moribus & ſenſu, quia ex hoc ſubditi inſoleſcunt, & vitia multipliciter increſcunt.

Diuiſio.

13 *Et cuius princi.mane comedunt.* i.inordinate, & per hoc deſignantur alia vitia, in quibus principi cõformantur, eo q; ſunt ſibi magis propinqui, & ei placere nituntur, & per oppoſitũ dicitur. 14 *Beata ter.cu.rex nobi.eſt.* Moribus & genere. De hac enim duplici nobilitate dicit Gregor. Quando altera alteri copulatur, quaſi gemma carbunculi in ornamento auro ſociatur. Talis enim rex ſtudet ſolicite in terra extirpare vitia & virtutes nutrire. 15 *Et cuius principes veſcuntur in tem ſuo.* ideſt, tempore competenti ſuſtentationi naturę, & hoc tempus eſt completa præcedentis cibi digeſtione, ideo ſubditur. 16 *Ad reficiendum.* Quia cibus ſic ſumptus reficit naturam, dum tamen non accipiatur in immoderata quantitate, vel cum nimia voluptate. ideo ſubditur: Et non ad luxuriam. 17 *In pigritiis.* Hic conſequenter ponitur mali regiminis proſecutio quantum ad mala inde conſequentia, quia vt prędictum eſt homines ex hoc efficiuntur carnales, & maxime principes, & ex hoc ſequitur pigritia circa bona opera, ex qua dimittũtur peiorari ędificia, & hoc eſt qđ dr̃ *In pigritiis hu.contignatio.* i. ſummitas ędificiorum, in qua coniunguntur tigna, quia diſponitur ad caſum. 18 *Et infirmitate manuum, &c.* i.in remiſsione manuum a bonis operibus 19 *Perſtillabit domus.* pluuijs & niuibus intra cadentibus. Secundo ex carnalitate principum ſequitur, q; volunt habere magnam familiam & ſplendidam menſam. ideo ſubditur 20 *In riſu* ideſt, in lætitia inepta.
21 *Faciunt panem & vinum.* i.diſponunt ſuper menſam. Hoc enim verbum facere, in Heb. aliquando accipitur pro diſponere. vnde Deu.21.ca. dicitur de muliere Gentili accipienda in matrimonium a Iudæo, q; radet cæſariem, *& circuncidet vngues ſuos.* In Heb. habetur. *Faciet vngues ſuas.* i.cõponet, & eodem modo accipitur hic. Et quia ad magnam familiam & amplam menſam indigent multa pecunia, inde ſequitur quod ſubuertunt iudicium propter diuitum munera, ideo ſequitur. *Et pecuniæ obediunt omnia.*
22 *In cogitatio.* Hic remouet quoddam periculũ. Ex hoc. n. quod dicit de malo regimine regis & principum, poſſet aliquis prorumpere in verba contra famam ipſorũ, ideo prohibet hoc tanquam periculoſum, dicens. *In cogita.tua regi ne d.* Illa enim quæ in cogitatione reuoluuntur, de facili verba proferuntur, etiã prętor intentionem proferentis.

Et

a Conſcientiæ.
gi ne detrahas, & in ſecreto † cubiculi tui 1
a ſancto cæleſtibus donis ditato. b Angeli. 2
c Ad dominum. 3
ne maledixeris diuiti, quia & aues cæli porta- 4

¶Hyperbolice, ſicut illud Si ſerui taceant, iumenta loquentur. a Idem.
b Deo. c ¶Adminiſtratorij ſpiritus.
5 bunt vocem tuam, & qui habet pennas, an-
6 ¶Deo. ¶Tuam.
nuntiabit ſententiam.

D † indicabit verbum

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et in ſecreto cubiculi tui. *vbi credis a nullo audiri.*
2 Ne maledixeris diuiti. *Quia poteſt præter ſcitum tuũ audiri ab aliquo, & reportari, ideo ſubditur.*
3 Quia & aues cæ. *i. relatores verborum, qui dicuntur hic aues cæli, eo modo loquendi quo dæmones dicuntur aues cæli in parabola ſeminantis, Matth. 13. a.* Por-
4 Portabunt vocem tuam. *ad tuam accuſationem.*
5 Et qui habet pennas. *i. quicunque relator verborum velox ad talia referendum. Et eſt repetitio eiuſdem ſententiæ ad maiorem affirmationem.*
6 Annuntiabit ſententiã. *i. verba tua ad tuam condemnationem. Vel per habentem pennas intelligitur malus iudex, qui nimis velox eſt ad proferendum contra ſimplices de facili loquens duram ſententiam.*

CAP. XI.

a Mitte panem. Aptos fructificationi. vnde Eſaias. *Beatus qui ſeminat ſuper aquas, vbi bos & aſinus calcant.*
b *Da partes ſeptem.* Vetus teſtamentum, cuius ſeptima dies ſcilicet ſabbatum præcipue honoratur, nec nõ & octo, quod eſt nouum. Sine altero enim non valet alterum.
*Da partem ſeptem & quidem octo, quia non ſcis quid futurum malũ ſit ſuper terram.*
✱ Hieronym. Et in Ezechiele ſeptem & octo gradus ad tẽpli leguntur aſcenſuri. Et poſt ethicum illum pſalmum, id eſt, centeſimum octauum & decimum, quindecim graduũ pſalmi ſũt, per quos primum erudimur in lege, & ſeptenario numero expleto, poſtea per ogdoadem ad euangelium ſcandimus. Præcipitur ergo vt in vtrunq; inſtrumentum tam vetus. ſ. quam nouum pari veneratione credamus. Iudæi dederunt partes ſeptem, credentes ſabbathum, ſed non dederunt octo, reſurrectionem diei Dominicæ denegantes. Econtrario hæretici, Marcion & Manichæus & oẽs qui veterẽ legem rabido ore dilaniant dant partes octo, ſuſcipientes euangelium, ſed eãdem ſeptenario numero non tribuunt, legem veterem reſpuentes. Nos igitur vtrique inſtrumento credamus. Nõ. n. poſſumus dignos cruciatus, dignamque pœnam iam nunc mente comprehendere, quæ repoſita eſt his quæ verſantur in terra, Iudæis atque hæreticis è duobus alterum denegantibus. Hebræi ita hunc locum intelligunt, Et ſabbathum & circunciſionem ſerua, ne ſi hoc forte non feceris, inopinatum tibi ſuperueniat malum.
c *Si ceciderit lignum ad auſtrum, aut ad aquilonem.* Ac ſi diceret. Locum quem hic tibi præparaueris, in futuro habebis.
d *Qui obſeruat ventum, non ſeminat.* Ac ſi dicat, omni petẽti tribue, vel corporale ſolatiũ, vel Dei verbum, ne forte prætereas eum qui dignus eſt accipere, & omni tempore. *Qui obſeruat ventum.* In media tempeſtate ſeminandum eſt, quia neſcimus quę ſit voluntas ſpiritus, & hoc eſt. *Quomodo, &c.*

E

Luc. 6. c.

F

### CAP. XI.

a ¶Quaſi, Mitte vel abſconde Eleemoſynam in ſinu pauperis, quia in die iudicij eum multo fœnore reddatur tibi ſicut ſemen in irrigua terra. b ¶Verbi.
a MItte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas, quia 1
a In iudicio retributionem. b Deo credendo. proximos docendo. 2
b poſt multa tempora inuenies illum. Da partes ſe- 3
a Nonum propter dominicam diem. ¶Tibi. 4
ptem nec non & octo, quia ignoras quid futurum ſit mali ſu-
a Quaſi. Mitte pa t. ſuper tranſe. quia ſi re. in plu doct. m b Prædicatores vel præcepta. vnde, Concreſcat c Prædicationis. d Mortales.
per terrã. Si repletæ fuerint nubes, imbrem ſuper terram effun 5 6
a Enim. b In fine. c Homo. d In calore charitatis ſpiritusſancti. e In frigore infidelitatis.
dent. Si ceciderit lignum ad auſtrum, aut ad aquilonem, in quo 7 8
a Moriendo. b Metuit. c Perſecutionem aduerſorum. d Facto vel verbo.
c cumq; loco ceciderit, ibi erit. Qui obſeruat ventũ, nõ ſeminat, 9 10
d a Blandientium adulationes. b Vitam æternam. 11
& qui conſiderat nubes, nũquã metet. Quomodo ignoras quæ 12
¶Tui quomodo ingreſſus eſt. a Tua etiam. b Nemine ſciente. 13
ſit via † ſpiritus, & qua ratione compingantur oſſa in ventre 14
a Matris. ¶Occulta. 15
prægnantis, ſic neſcis opera Dei, qui fabricator eſt omnium. 16
17

Mane

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. XI.

MItte panem tuum tu. *Superius Salomõ induxit ad opera uirtutum generaliter, hic conſequenter inducit ad opera miſericordiæ ſpecialiter, quia ſpeciali modo faciunt ad conſecutionem beatitudinis futuræ, ſecundum quod dicitur Matt. 25. c.* Venite benedicti patris mei poſſidete paratum vobis regnum a cõſtitutione mũdi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi mãducare, &c. *Et diuiditur in tres partes, quia primo inducit ad opus pietatis, ſecundo ad accelerationem huius operis ibi.* Mane ſemina. *tertio infert concluſionem ſuæ intẽtionis, ibi.* Lætare ergo. *Prima in duas, quia primo inducit ad pietatis actum, ſecundo remouet impedimentũ, ibi.* Qui obſeruat ventum. *Circa primum dicit.*

1 Mitte panem tuum ſuper. *largiendo cibum & potum indigentibus, & maxime peregrinis tranſeuntib. qui dicuntur hic aquæ, eo modo loquẽdi quo dicitur, Apoc. 17. d. Aquæ multę, populi multi. Et aquę tranſeuntes, quia peregrini tranſeunt ad terram ſuam ſicut aquæ ad mare.*

2 Quia poſt multa tempora inue. *recipiendo inde mercedem nõ ſolum in futuro, ſed etiam aliquando in præſenti. ſicut Ietro vocauit Moyſen ad comedendum panem, credens eum eſſe peregrinum Aegyptium, Exod. 2. Et ex hoc poſtea receptus eſt in populo Iſrael, et vt filij ſui haberent partẽ in terra promiſſionis, quia pietas ad omnia valet, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt & futuræ. 1. Tim. 4. c.*

3 Da partes ſeptem. *i. abundanter da de bonis tuis indigentibus.*

4 Quia ignoras, quid fut. *i. in vita præſenti, & ab illo liberari poteris per opera pietatis impenſa indigentibus, quia ſicut prædictum eſt, pietas non ſolum habet promiſſionem vitæ futuræ, ſed etiam præſentis. Vel aliter poteſt exponi.* Quia ignoras quid futurum. *q. d. forte eueniet mortalitas hominum per peſtilentiam, aut gladiũ, in qua tolleris de vita præſenti, & tunc opera pietatis valebunt tibi, quia ſola pietas comes eſt defunctorum, vt dicit Aug. Ad hoc etiã inducit exemplũ ſenſibile dicens. Si repletæ fuerint nubes exhalationibus humidis.*

5 Imbrem ſuper ter. effun. *q. d. ſic homines diuitias habentes debent eas reddere indigẽtibus. Ad hoc etiam inducit motiuũ ex hominis ſtatu poſt mortem, quia tunc ceſſat meritum & demeritum, ideo dicit.*

6 Si cecid. lig. *i. homo qui dicitur arbor euerſa a philoſophis, vnde. 2. de Anima dicit Philoſophus, quod radices in arboribus ſunt ſimiles ori in hominibus, quoniam per illas accipitur arboris nutrimentũ. Dicitur ergo lignum cadere, quando hoc per mortem abſciditur a ſtatu præſentis vitæ.* 7 Ad auſtrum. *i. ad partem electorũ vel reprobõrũ, quæ nomine aquilonis deſignatur, eo quod dicitur Iere. 1. c. Ab aquilone pandetur omne malũ.* 8 Ibi erit. *i. immutabiliter permanebit, propter quod in vita præſenti debet homo de operib. pietatis ſolicitari, quãdiu poteſt mereri.* 9 Qui obſer. *Hic remouet quoddam impedimentum. Impeditur enim homo ab operib. pietatis ex nimia dilatione, cogitans quod veniet tẽpus magis opportunũ ad diſtribuendũ pauperibus bona ſua. & interim auferuntur ei bona, vel etiã uita, et ſic priuatur intento, & hoc eſt quod dicit per ſimile.* Qui ob. *quia raro aut nũquam eſt aer ſine vento aliquo.* 10 Et qui. *dimittens metere propter apparẽtiã nubium.* 11 Nunquam. *quia raro contigit, quod aer ſit ſine nubibus. Et in tali dilatione aliquando irruũt hoſtes terræ naſcentia ſibi colligentes, remanentia deuaſtantes. Secundũ impedimẽtũ prouenit ex æſtimatione longitudinis vitæ propriæ, & ſic impeditur homo ab operib. pietatis, qa credit ſe indigere in futuro bonis ſuis, hoc remouetur cum dicitur.* 12 Quomodo igno. *i. per quẽ modum anima infunditur corpori.* 13 Et quia ra. *i. per quem modum.*

14 Compingantur. *i. formentur.* 15 Oſſa. *ſ. pueri.*

16 In ven. præ. *i. matris. Iſta enim ſunt totaliter occulta nobis.*

17 Sic neſcis opera Dei. *quia ſtatim poteſt te tollere de uita præſenti, propter quod Luc. 12. c. dicitur diuiti diu viuere ſperãti. Stulte, hac nocte repetent animam tuam a te, quæ aũt congregaſti, cuius erũt?*

Philoſophus.

Mane

a Opera bona & verbe. ¶ Opus.

a Mane ſemina ſemen tuum, & veſpere ne ceſſet manus tua, quia 1 2
a Placeat Deo remuneratori. b Oriatur.
neſcis quid magis oriatur, hoc aut illud, & ſi vtrunque ſimul, melius 3
a Sic tandem. Alter enim horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis. b ¶ Corporis & mentis. c In iudicio. ¶ Iuſtitiæ. ¶ Et. 4
erit. Dulce lumen, & delectabile eſt oculis videre ſolem. Si annis 5 6
a In proſperitate vel bonis operibus. 7
multis vixerit homo, & in his omnibus lætus fuerit, meminiſſe 8
a Semper. b Diem mortis, vnde. In omnibus diebus memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.
debet tenebroſi temporis & dierum multorum, qui cum venerint, 9 10
a Quia tot mala & aduerſa, ergo lætare. ¶ Ironice. ¶ In domino, vnde. Gaudete ſemper in domino, non in mundo. b Antequam ſenectus veniat, vel captiuitas babylonica, vel Romana.
vanitatis arguentur præterita. Lætare ergo iuuenis in adoleſcentia 11
a Quod tibi placet.
b tua, & in bono ſit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in
a Voluptatis. b Sapientiæ. c Tamen. d Semper meditate. e Quæ facis.
viis cordis tui, & intuitu oculorum tuorum, et ſcito quod pro om- 12 13
a Vbi manifeſta erunt abſcondita cordis noſtri. 14
nibus his adducet te Deus in iudicium.

A a *Mane ſemina ſemen tuum, & veſpere ne ceſſet manus tua, quia neſcis.* omni tempore ſcilicet a mane in veſperum, & econuerſo: vel, in pueritia & in ſenectute. *Qui enim perſeuerat, ſaluabitur.*

Matt.10.c. b *Lætare ergo iuuenis, &c.* Hinc vſque ad finem libri Hebr. ad ſe referunt in quib. dicunt ſibi præcipi, vt fruantur † diuitijs, antequam captiuitas ſuperueniat eis vel miſeria ſenectutis, ita tamen vt cor habeant in lege Dei, & ambulent in mandatis Dei, non in carnis deſiderijs, & pro omnibus quæ fecerint ſe iudicandos ſciant. Nos vero hoc ſuperioribus iungimus, quibus ait. *Mane ſemina ſemen tuum, & veſpere ne ceſſet, &c.*

† delicijs.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Mane ſemina ſemen tuum. *Poſtquam Salomon induxit ad pietatis exercitium, hic conſequenter induxit ad huius exercitij feſtinum principium, & etiam profectum continuum di.* Mane ſemi. *i. pietatis opera incipe a tempore iuuentutis.*
2 Et veſpere. *ſ. in ſenectute, in qua ſolent homines fieri tenaces.*
3 Ne ceſſet. *facere pietatis opera.*
4 Quia neſcis quid mane oria. *i. Deo acceptius efficiatur.*
5 Et ſi vtrunque ſimul. *i. æqualiter Deo acceptum.*
6 Melius erit. *in fructu præmij.*
7 Dulce lumen. *Hic remouet huius accelerationis quoddam impedimentum, quod procedit ex conſideratione vitæ præſentis tantũ, & ſic*
B *impeditur homo ab operibus pietatis, quia non conſiderat tempus ſuæ mortis, ideo dicitur. Dulce lumen, id eſt delectabile eſt homini perfrui vita præſenti. Sed quia cum hoc debet de morte cogitare, ideo ſubditur. Si annis multis vixerit homo, & in proſperitate, tamen.* Me-
8 Meminiſ. debet te. tem. *i. mortis quod tempus vocatur frequenter nox in ſcriptura.*
9 Et die. multo. *id eſt, temporis poſt mortem, quod non habebit finem.*
10 Qui cum vene. *id eſt huius vitæ delectabilia, quæ tranſierunt [illegible] vmbra.*
11 Lætare ergo iu. *Hic infertur intenta concluſio, ſcilicet quod homo ex cõſideratione diuini iudicij debet a malis retrahi, et in bonis exerceri, Dicit igitur.* Lætare ergo. *Et ſecundum Heb. eſt ironica locutio ſicut aliquando pater dicit filio. Vade ad tabernã, & bibe et lude. quaſi diceret, poſtea dolebis, & hoc patet ex ſequentibus, cum dicitur.*
12 Et ambula. *i. ſecundum modum tuæ propriæ voluntatis.*
13 Et in. *i. ſequendo concupiſcentiæ impulſum, quod eſt valde malũ ideo ſubditur.*
14 Et ſcito quod pro, &c. *te grauiter puniendo propter quod infert per oppoſitum.*

## CAP. XII.

Hinc vſque ad finem capituli legitur trib. modis. ſ. de iudicio, ſenectute, captiuitate, & ſeruiunt quędam gloſſę quandoque duabus ſententijs, quandoque vero inueniũtur ſecundum omnes ſententias.

a *Et repelle iram a corde tuo & aufer malitiam a carne tua, quia adoleſcentia & ſtultitia vanitas eſt.* † moleſtiam.
* Hier. In ira oẽs perturbationes animi cõprehendit. In carnis malitia vniuerſas ſignificat corporis voluptates. Sic ergo, inquit, bonis ſeculi fruere, ne aut deſiderio aut carne delinquas. Relinque antiqua vitia, quibus in adoleſcentia tua vanitati ſtultitiæq; ſeruiſti, quia iuuentus inſipientię copulata eſt. † iuuentus.
C

b *Antequam tenebreſcant ſol & lumen, & ſtellæ & luna, & reuertantur nubes poſt pluuiam, quando commouebuntur cuſtodes do.* Sol conuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem, antequam veniat dies domini magnus. *Luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cælo & virtutes. cælorum mouebuntur*, quæ ſunt cuſtodes domus, id eſt huius mundi & viri fortes errore decepti nutabunt, vel in morte cuiuſque ſol & luna, & ſtellæ & nubes & pluuiæ ceſſant ei.

### CAPVT XII.

a Omnes prauos motus a parte totum. b Vitia iuuentutis. ¶ Omnes malas voluntates. 1
a AVfert iram a corde tuo, & amoue malitiam a carne 2
a Carnis, comes adoleſcentiæ. b ¶ Tranſitoria. c Et. d Qui te fecit, qui te iudicabit.
tua: adoleſcẽtia enim & † voluptas vana ſunt. Memento crea- 3 4
toris tui in diebus iuuentutis tuæ, ante quam veniat tem- 5 6
a Senectutis, mortis, iudicij, captiuitatis.
pus afflictionis tuæ, & appropinquent anni de quibus 7
a Id eſt antequam auferantur iudices tui & viri ſancti. b Veniente iudice 8
c Senſus corporis qui in ſenectute debilitantur.
b dicas, non mihi placent. Antequam † tenebreſcant ſol & 9 10
a Prophetæ. ¶ Completis quæ prænuntiant. b Ad completionem verborum ſuorum. 11
lumen, & ſtellæ & luna, & reuertantur nubes poſt pluuiam. 12

Et

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XII.

1 AVfer iram a corde tuo. *vindictam de alijs non quærendo. Ira enim eſt appetitus vindictæ, quam ſolent iuuenes magis quærere quam ſenes propter caliditatem naturæ.*
2 Et amoue malitiam. *id eſt luxuriam. Et ſubdit vtriuſque dicti cauſam.*
3 Adoleſcentia. *quærens vindictam.*
4 Et voluptas. *exercens luxuriam.*
5 Vana ſunt. *quia citò tranſeunt, & ad finem malum perducunt.*
6 Memento crea. *Superius Salomon induxit multipliciter ad fęlicitatis humanæ acquiſitionẽ, hic cõſequenter inducit ad huius acquiſitionis accelerationẽ. Et diuiditur in tres partes, quia primo ponitur hæc acceleratio. Secundo quædam breuis recapitulatio, ibi:* Cumq; eſſet. *Tertio, infertur intenta concluſio, ibi:* His amplius. *Circa primum dicit:* Memento creatoris tui. *qui te fecit de nihilo ad imaginem ſuam, Geneſ. 1. propter quod obligatus es totus ad eius ſeruitutem.*
7 In diebus. *quia tunc potes ei promptius & melius ſeruire, ideo ſubditur.*
8 Antequam ve. *id eſt ſenectutis, quia ſicut dicit Horatius: Multa ſenem circumueniunt incommoda.*
9 Et appro. *tuæ mortis*
10 De quibus. *Omnes enim mortem refugiunt & abhorrent.*
11 Antequam tene. *Reſumẽdum eſt quod dictum eſt in principio cap.* Memento creatoris tui, *in principio huius clauſulæ & etiã clauſularum ſequentium.* Antequam tene. *Dicuntur autem ſol luna & ſtellæ obtenebreſcere ſeni, & maxime ad mortem appropinquãti, quia deficit virtus eius viſiua, & ſic non poteſt claritatem eorum bene videre, nec de die, nec de nocte.*
12 Et reuertan. nubes. *i. tribulatio mortis ſuper tribulationem* ſene-

a *Et clau. oſtia in pla.* ne videant luſus iuuenum: omnia enim talia ſunt eis importabilia.
b *Et conſur.* Quia non poſſunt dormire refrigeſcente ſanguine ſiccato humore quibus alitur ſopor.

*Et conſurget ad vocem paſſerculi vel auiculæ, & humiliabunt omnes filiæ Cantici, & ab altitudine videbunt, & ſtupore in via.*

✱ Olymp. Hoc loco ſapiens noſter Eccleſiaſtes loquitur de extremo iudicij die, quãdo mortui cõſurgent in iuſſu, & voce tubæ Archangeli. Iuſſu autẽ paſſeris, hoc eſt, verbi quod carneũ corpus aſſumpſit, qui propter ſolitariam ſuam in cruce manſionem de ſeipſo dixit per prophetam Dauid, *Factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.* Tunc humiliabuntur filię cantici, hoc eſt, animę rationales mortaliũ hominum, quæ in delitiis, & in voce organi, & cãtus ſuauitate muſicisq; inſtrumẽtis oblectatæ nimiũ fuerint. Aut animas intellige falſa docẽtium Magiſtrorũ ac mendaciũ prophetarum, quæ ſonota volubilitate verborum quaſi dulci cantico perniciosa voluptate occuparint aures, & animã auditorum. Sed, & ipſæ Iudæorũ animę, quæ filiæ ſunt Cantici prophetarum, humiliabuntur, quoniam nõ audient cantãtes Prophetas, & vocãtes eas ad fidẽ Chriſti, ſicut cecinit Iſaias, *Cantabo dilecto canticum dilecti*, & , quæ ſunt generis eiuſdem. Omnes itaque prædictę peccatorum animæ, ſed fortaſſe, & iuſtorũ animæ admirabunť, & obſtupeſcent quando adducentur in viam iudicij, & videbunt ex alto venientem in nubibus filium hominis in gloria patris ſui.

D Iſa. 5.

a Recedentes. b Angeli, cuſtodes domus. Coſtæ, quæ muniunt mollia corporis. c Turbabuntur
quando commouebuntur cuſtodes domus, & † mutabuntur 1
In exitu tuo. a Crura totum corpus ſuſtinentia. b Debiles non valentes molere cibum. 2
c Dentes. Verba magiſtrorum
viri fortiſſimi, & otioſæ erunt molentes † in minuto numero, 3
a Caligabunt. b Oculi. Prophetæ qui de cælo ſolebant viſionis ſuæ lumẽ accipere. 4
c Senes qui non poſſunt ambulare ſu domo ſedent.
a & tenebreſcent videntes per foramina, & claudent oſtia in 5
a Adueniente captiuitate Ieruſalem humiliabitur. b Chaldæi.
b platea, in humilitate vocis molentes, & conſurgent ad vo- 6 7
a Quaſi Ieremiæ voce inuitati. b Galli. Nimia ſenectute nihil valentes diſcernere. c Aures, quæ delectantur carmine, vel chori pſallentium in choro. d Dei potentiam 8
cem volucris, & obſurdeſcent omnes filiæ carminis. Excelſa 9
Laſſis poplitibus a Ingredi. b Ne cadant. Ipſi hoſtes morte Sennacherib: c Plana. d Caneſcet caput. Metaphora. e Virga quam Ieremias uidit. 10
quoq; timebunt, & formidabunt in via, florebit amygdalus, 11
a Intumeſcent tibiæ. b Nabuchodonoſor cum exercitu ſuo. c Refrigeſcet libido, organis membrorum deficientibus 12
c impinguabitur locuſta, diſſipabitur † capparis. Quoniam 13 14
a Amicitia Dei cum Iſrael. b Sic diſſolutus. Dei auxilio deſtitutus. c Interram d Obſidione vallati 15
ibit homo in domum æternitatis ſuæ, & circumibunt in pla- 16
a In funere. b Gloria Iſrael. c Continuatio vitæ. 17
d tea plangentes. Antequam rumpatur † funiculus argenteus, 18
a Vnde venit. b Vel catena. Anima precioſa pars hominis. c Metaphoricè. Homo
& recurrat vita aurea, & conteratur hydria ſuper fontem, & 19 20
Id eſt donec vobis ſancta ſanctorum præcepta legis, & gratia ſpiritusſancti auferantur.
a Qua extrahitur aqua b Corpus 21
e confringatur rota ſuper ciſternam, & reuertatur puluis in 22
a Vnde regreſſus in lumbis Abrahæ. b Anima. Gratia prophetiæ qua quondam fruebaris.
c Deum. d Non eſt enim de traduce. 23
terram ſuam vnde erat, & ſpiritus redeat ad eum, qui de-
Commendat ea, que dixit, & allegorice dicta innuit.
f dit illum. † Vanitas vanitatum, dixit Eccleſiaſtes, & om- 24 25
nia vanitas. Cumque eſſet ſapientiſſimus Eccleſiaſtes, 26
docuit ✱ populum, & † enarrauit, quæ fecerat, & inue- 27 28
a Quaſi myſtica,
ſtigans compoſuit parabolas multas. Quęſiuit ✱ ver- 29 30

† nutabunt. † quod tam paucæ factæ ſunt.

c *Diſſipabitur cap.* Capparis renibus valet. Et quia circa partes illas libido regnat, per capparim ſignificatur, quæ petrę hęret, ſicut Iſrael Deo. Capparis mane aperit flores ad ſolis ortũ, veſpere autem recondit eos cum ſolis occaſu. Sic eos, qui in proſperitate gratulãtur in aduerſitate verò deſiſtunt a bono.

E † deſideriũ.

d *Antequam rumpatur fun.* Redit ad ſuperiora vbi ait: *Memẽto creatoris tui, &c.* ſimili fine ſententiã concludit.

† funis.

e *Et reuerta.* Antequam reuertaris in Babyloniã vnde es egreſſus in lumbis Abrahæ, & incipias in Meſopotamia cõteri, vnde profectus es.

f *Vanitas vanitatum.* Poſt deſcriptionem humanæ fragilitatis & mortis, pulchre quod propoſuerat concludit: *Vanitas vanitatũ.* Quaſi, noli luxuriari, noli delicias quærere, cũ ſcias te celeri fine tranſire, & ad iudicium feſtinare.

† auſcultare fecit. ✱ Eccleſiaſtes.

F

*Verba*

## NICOLAVS DE LYRA.

*enectutis. ita quòd Salomon loquitur hic metaphorice ſecundum oẽs expoſitores Hebr. & Latinos.*

1 Quando commoueb. *id eſt corporis, quod eſt domiciliũ animę. Huius autẽ domus cuſtodes ſunt ſenſus, qui præcauent corpori a noxiis. Et dicuntur hic commoueri, quando incipiunt deficere, & hebetari.*

2 Et nutabunt viri. *id eſt crura, & tibiæ, quæ dicunť viri à virtute, quia ſuſtinent corporis pondus: ſed nutant, id eſt tremunt, ſeu vacillant in ſenectute deficiente naturali virtute.*

3 Et otioſæ erunt mo. *id eſt dentes quibꝰ molitur cibus in ore: ſed appropinquante morte non poſſunt hoc facere.*

4 In minuto nu. *Numerus enim dentiũ in communi curſu minuitur in ſenectute.*

5 Et tenebreſcent. *id eſt oculi intra foramina capitis collocati.*

6 Et claudent oſtia. *id eſt labia in plano faciei ſita, quæ dicuntur claudi, quando non poſſunt bene loqui. ideo ſubditur.*

7 In humilitate. *id eſt exilitate vocis, quod contingit in appropinquatione mortis.*

8 Et conſurgent ad vo. *id eſt galli. Senes enĩ nõ poſſunt bene dormire, et ſic excitantur in primo gallorum cantu, & hæc excitatio dicit hic reſurrectio. Et quia ad literã non poſſunt diu retinere vrinam propter debilitatem organorum, & ideo oportet eos tunc ſurgere.*

9 Et obſurdeſcent. *id eſt aures, quæ dicuntur filiæ carminis, eo quod delectantur in melodiis.*

10 Excelſa quoque. *id eſt ſuperior pars animæ: quia oẽs naturaliter timent mortem propinquantem, etiam ſecundum partem ſuperiorẽ corpori compatientem.*

11 Et form. *quia timent exire viam præſentis vite.*

12 Florebit amygdalus. *id eſt caput caneſcet.*

13 Impinguabitur lo. *i. venter intumeſce humoribus indigeſtis.*

14 Et diſſi. *ideſt concupiſcentia carnis, quæ ſic nominatur, eò quòd capparis eſt herba, qua luxuria excitatur.*

15 Quoniam ibit homo. *per mortem.*

16 In domum æternitatis ſuæ. *quia inde nunquam reuertetur ad vitam præſentem.*

17 Et circumibunt. *hominem iam defunctum.*

18 Antequam rumpat. *Reſumat. Memento creatoris tui, antequã rumpatur funis argenteus, ideſt harmonia, qua elemẽta colligantur in corpore viuente, quæ rumpuntur in morte.*

19 Et recurrat. *ideſt vita futura, quæ ſecundum veritatem melior eſt iuſtis, quàm vita præſens, ſicut aurum melius eſt argento.*

20 Et conteratur hydria. *Fons dicitur hic cor, à quo procedunt ſpiritus vitales, ſicut aquæ viuidæ ex fonte. Hydria cum qua hauritur aqua de fonte, dicitur hic compago cæterorum membrorum, recipiens vitam à corde, quæ conteritur ſuper fontẽ: quia moritur cum corpore.*

21 Et confringa. *Rota dicitur hic caput, quia appropinquat ad figuram rotundam. Ciſterna vero dicitur ipſum cor, eo quòd inde accipiť vita, vt prædictum eſt: & ſic rota confringitur ſuper ciſternã, quando omnes ſenſus, qui vigent in capite, deficiunt totaliter corde moriente.*

22 Et reuertatur. *ideſt corpus humanum, quod pro maiori parte factum eſt de elemento terræ.*

23 Et ſpirit. *ſecundũ merita eius, & demerita iudicãdus per ipſum.*

24 Vanitas. *Exponatur, vt ſupra cap. j.*

25 Cumque eſſet. *Hic ponitur breuis recapitulatio de libris Salomonis, cum dicitur:* Cumque eſſet ſapien. *ideſt Salomon, cuius ſapientia præcedebať ſapientiam omnium illius temporis, vt habetur. iij. Regum iiij.*

26 Docuit populum. *verbo, & ſcripto.*

27 Et enarrauit. *ſupra. ii. ca. & in pluribus aliis locis.*

28 Et inueſtigans. *ſapientiam.*

39 Compoſuit pa. *ſcilicet tria milia, vt habetur. iiij. Reg. iij.*

30 Quęſiuit verba. *ad bonum regimen populi.*

A a *Verba ſapientum.* Ne videatur temerè poſt legē p Moyſen ipſo Deo præmonente datam, noua præcepta cudere, dicit hæc verba ſapientum eſſe.

b *Finem loquendi.* Quia diuerſorum diuerſas ſententias tanquam concionator induxerat, hoc fine omnes cōciliat, ſcilicet *Deum time.* Hoc ſolum aiunt Hebræi in autoritate habitum: quia hic intentionem ſuam oſtendit, cum videatur in multis ad voluptates hortari.

Amos 7. Stabat Amos propheta ſupra murum litum. Et dixit dominus ad eum; Quid tu vides Amos? Trullam cementarij ego video linientē murū. In trulla tria cōſiderantur, acumen, lignū, & planicies. Acumine dura eijciuntur, ligno eminentia intus reſtringuntur, planicie omnia adæquantur, & poliūtur. Murus expolitis, & impolitis lapidib. & cemēto cōſtat. Murus iſte, mūdi vniuerſitas eſt, cuius diſpoſitio, & diuerſitas ex rerum varietate conſtat. Sicut in muro quædam latent, quędam prominent, omnia tamen æquantur, ita in mundo quædam, quæ latent, ad ortum prodeūt: & quæ ſunt ad occaſum, tendunt, & occidunt: omnia tamen vno fine clauduntur, & æquantur. Super hunc murum, id eſt ſuper hanc varietatem, & diuerſitatem ſtabat Amos, ſemper ſe ad interiora mente extendens. Salamon vero ſubter, vel iuxta hunc murum ſtabat, & non deſuper. Tandem conſiderans ſubtili inquiſitione varietatem, & rerum mutabilitatem, intellexit omnia eſſe vana, & caduca. Moritur enim doctus cum indocto, pauper cum diuite, & huiuſmodi ſimilia. Et ſicut in principio dictum eſt, tria edidit volumina: Prouerbia, Eccleſiaſtē, Cantica canticorum. In quibus tria hominum genera exprimit, incipientes, proficientes, & perfectos. Inde trinomius dictus eſt, Idida, id eſt dilectus, Eccleſiaſtes, id eſt concionator, Salomon, id eſt pacificus. In titulo parabolarum vocat ſe filiū regis Iſrael. Ibi enim loquitur maioribus, & minoribus, inſipientibus, & rudibus, & ad plures. In Eccleſiaſte vero filium regis Ieruſalē: iam hic ad prouectos loquitur, & ad paucos. In Cantico tātū Salomon ſe vocat, ibi perfectis, & æqualibus more boni oratoris. In hoc libro loquitur ad populū iam pœnitentem. Legitur enim Salomon Deum offendiſſe ſupra omnes coætaneos ſui tēporis, & intantum, vt idololatra ſit factus amore mulierum: & templa tribus idolis circa Ieruſalem conſtruxiſſe, vnde, & thurificaſſe dicitur: Hebræi tradunt illum pœnituiſſe, & in illa pœnitentia hunc librum compoſuiſſe: in quo oſtendit omnia vana, & caduca eſſe: & ita reuocat eos ab errore vitiorum, & peccatorum ad pœnitentiam ſui exemplo. Materia eius eſt trulla cementarij, id eſt mundi mutabilitas, vt dictum eſt. Intentio eſt nos reuocare ab appetitu rerū mundanarum, &

[B] [C] [Eccl. 3. c] [3. Reg. 11. b]

Aud tori. Ideo ret nendos.

ba vtilia, & conſcripſit ſermones rectiſſimos, ac veritate ple-

a Non mea tantum. b Acutei purgentes pigros, & excitantes ſomnolentos, non palpantes. Mentis.

a nos. Verba ſapientum ſicut ſtimuli, & quaſi claui in altum de-

Multorum. a Non temere. b Ideo digni ea. Magiſter vel ſer vnus eſt Chriſtus.

fixi, quæ per magiſtrorum conſilium data ſunt à paſtore vno.

a Ergo Verbis. Quia. b Sed ſi his contentus non fueris, & vltra quæſieris. Tibi.

His amplius fili mi, ne requiras. Faciendi plures libros nullus

a Infinita curioſitas Non tantum ſpiritus.

b eſt finis: frequenſque meditatio, carnis eſt afflictio. Finem

Vnanimes. a Nullus excuſet ſe b Hunc, ſcilicet. c Filiali amore. Sic.

† loquendi omnes pariter audiamus. Deum time, et mandata

a Inuiolata. b Ad. c Factus a Deo. d Time quia cum. quæ ſi mala, ſcilicet, & bona.

eius obſerua: hoc eſt omnis homo. Cuncta, quæ fiunt, adducet

a Diſtrictum. b Et iudicabit. c Etiam otioſo verbo ignoranter prolato.

Deus in iudicium † pro omni errato, ſiue bonū, ſiue malū ſit.

† ſermonis omnes. † omne abſcondituum.

1 contēptu earū, vt cū
2 Amos non ſubter
3 iuxta, vel ſupra mu-
4 rū ſtemus. Modus ta
5 lis more prophetico
6 p̄mittit prœmiū,
7 in quo oſtēdit quis
8 ſit, & qui loquitur,
9 & ad quos loquatur.
10 Notādū etiā quod
11 non omnes ſenten-
12 tię, quæ hic ponun-
13 tur ſunt Salomonis,
14 ſed diuerſorum. Nō
15 enim tam ſapienti
16 hoc conueniret, ſci-
17 licet. *Bonum eſt, vt*
18 *quis bibat, & comedat.* Et illud: *Vnus interitus hominum, & iumentorum.* Et illud. *Quid amplius habet ſapiens ſtulto, &c.* Poſitis itaq; diuerſorum ſentētiis, more boni cōcionatoris, qui vt oēs audiāt ipſum manu ſilentiū indicit, ſuā ſententiā promulgat, q̄ oēs acclamant firmiter tenere. Ita finē loquendi oēs pariter audiam' Deum time, & mādata eius obſerua: hoc eſt omnis homo

*Finis ſermonis verb: vniuerſi auditi perfacilis eſt.: Deum time, & mandata eius cuſtodi.* Hoc eſt enim, &c.

✠ Hiero. Ad hoc natus eſt homo, vt creatorem ſuum intelligens, veneretur eum metu, & honore, & opere mandatorum. Siquidem cum iudicij tempus aduenerit, quicquid a nobis geſtum eſt, ſtare ſub iudice, & ancipitem diu expectare ſententiam, & vnumquenque recipere pro opere ſuo, ſiue mali quid geſſerit, ſiue boni. Pro eo autem quod poſuimus, *De omni abſcondito, ſiue bonum, ſiue malum ſit*, Symmachus, & 70. interpretati ſunt de omni contemptu, vel certe de omni ignoratu: quod etiam de otioſo verbo, & non voluntate, ſed ignorantia prolato, reddituri ſumus rationem in die iudicij. Aliter, quia timor ſeruorum eſt, & perfecta dilectio foras mittit timorē, & in ſcriptura diuina, tam inſipientium, quam perfectorum duplex appellatur metus, nūc de conſummato in virtutibus metu dici puto, ſecundum illud, *Nihil deeſt timentibus eum.* Vel certè, quia adhuc homo eſt, & necdum nomen Dei accepit, hanc habet rationem ſubſtantiæ ſuæ, vt in corpore poſitus Deum timeat. Quia omne factum, id eſt, omnes homines adducet in iudicium ſuper vniuerſis, quæ aliter, quam ab eo diſpoſita ſunt, & dicta, ſenſerunt, ſiue in hanc partem, ſiue in illam. *Væ quippe his qui dicunt bonum malum, & malum bonum.*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et conſcripſit ſermo. *Quia nulla eſt in eis diſtortio à veritate.*

2 Ac verita. *Quia cum veritate literali continent plures veritates myſticas.*

3 Verba ſap. *ad excitandum pigros in opere virtutis.*

4 Et quaſi. *id eſt in profundum, ſicut dicitur Ioan. 4. b.* Puteus altus eſt. *id eſt profundus. & ideo ſicut claui in profundum ligni defixi, ſunt ibi quaſi immobiles, ſic verba prophetarum non poſſunt a veritate remoueri.*

5 Quæ per magi. *id eſt ſapientum.*

6 Data ſunt a pa. *ſcilicet ipſo Deo qui omnia regit, & paſcit. Magiſtri vero iſti poſſunt dici tres perſonæ in diuinis, vel angeli, in quibus primo reuelantur diuina ſecreta, & ſunt executores diuinæ voluntatis.*

7 His amplius. *Hæc eſt vltima pars huius libri, in qua ponitur intenta concluſio; & hoc quantum ad duo. Primum eſt, quod homo non ſit curioſus in inueſtigatione ſcripturarum præter neceſſariorum, & quantum ad hoc dicitur:* His am. *id eſt ſacræ ſcripturæ libris, vt exponit Rab. Sa. Amplius fili mi ne requiras, per hoc tamen non excluduntur libri alij ad intellectum ſacræ ſcripturæ neceſſarii, ſed illi, qui non ſunt ad ſalutem neceſſarij, de quibus ſubditur:*

8 Faciendi plures li. *quia ſemper emergunt nouæ difficultates in talibus.*

9 Frequenſque medita. *circa talia.*

10 Carnis eſt afflictio. *ſcilicet affectiuè, & ſine vtilitate, cum ſit de præter neceſſariis ad ſalutem, & impediat neceſſariorum cognitionem: quia impedit ſtudium circa ipſa. Secundum eſt, quòd homo intendat totis viribus neceſſariis ad ſalutem. ideo dicit:*

11 Deum time. *timore filiali, per quem receditur a malo.*

12 Et mandata eius ob. *exercendo te in bono: & hæ ſunt duæ partes iuſtitiæ, quæ faciunt hominem perfectum in virtute, ideo ſequitur*

13 Hoc eſt omnis homo. *id eſt totus, ſiue perfectus homo, quia totum, et perfectum ſunt idem. 5. Metaph. ita quod accipitur hic ſignum totius vniuerſalis pro ſigno totius integralis. quia in Hebræo pro vtroque eſt vna ſola dictio æquiuoca ad vtrunque, & eſt ſenſus:* Hoc eſt omnis homo. *id eſt iſtæ duæ partes iuſtitiæ faciunt perfectum hominem in virtute, & ſubditur motiuum ad iſta duo, cum dicitur:*

14 Cuncta, quę fiunt. *ſcilicet ab hominibus, qui per liberum arbitrium poſſunt mereri, & demereri.*

15 Adducet Deus in iudicium. *generale.*

16 Pro omni errato. *In Heb. habetur: Pro omni celato, quod manifeſtabitur.*

17 Siue bonum ſit. *vt remuneretur.*

18 Siue malum. *vt puniatur. Ad hanc ſententiam poteſt trahi quantum ad aliquid noſtra litera, cum dicitur:* Pro omni errato, *id eſt delicto ex malitia, vel ignorantia.* Siue ſit bonum. *de genere, malū tamen ex circunſtantia: ſicut cum aliquis dat eleemoſynam mulieri pulcherulæ, vt eam pertrahat ad luxuriam:* Siue malum. *de genere, ſicut furtum, & homicidium. Punitio tamē talium cedet ad gloriam electorum, ſicut dicitur Pſal. 57. b.* Lętabit' iuſtus cum viderit vindictam. *& ad gloriā Dei: Cui honor, & gloria in ſecula ſeculorū. Amen.*

PRAEF.

D

# PRÆFATIO IN LIBRVM CANTICVM Canticorum Salomonis.

SALOMON filius Dauid Regis Iſrael iuxta numerum vocabulorum ſuorum tria volumina edidit. Quorũ primus eſt miſle, quem Græci παραβολας, Latini prouerbia nominant, eò quod in ipſo ſub comparatiua ſimilitudine figuras verborũ, & imagines veritatis oſtendit. Ipſam autem veritatem ad intelligendũ ingenio legentium reſeruauit. Secundum librum Coeleth vocauit, qui Græcè ἐκκλησιαστὴς vocatur, Latinè concionator: eò quod conciones non ſolum ſpecialiter ad vnum, ſicut in Prouerbijs, ſed in vniuerſos generaliter dirigantur, docẽs omnia, quæ in mundo cernimus, vana eſſe, & breuia, & ob hoc minimè appetenda. Tertium librum ſir haſſirim prænotauit, qui in Latinam linguam vertitur Cantica Canticorum. Vbi per epithalamicum carmen coniunctionem Chriſti, & eccleſiæ myſticè canit. Dicitur autem Canticum Canticorum, eò quod omnibus canticis præferatur: Sicut in lege quædam dicuntur ſancta, quibus maiora ſunt ſancta ſanctorum. In his quidem tribus libris trium generum diſciplinas compoſuit, quibus ad rerum ſcientiã peruenitur. In primis nanque ethicam, id eſt moralem, poſt hoc Phyſicam, quæ qualitatem naturæ comprehendit, ad vltimum theoricam, ideſt contemplatiuã. In Prouerbijs enim moralia docens, per communem quendam loquendi vſum altiorem intelligentiam edidit, conſeruationemque mandatorum, & doctrinæ cœleſtis inſtitutionem ſuccinctis verbis, breuibus ſententijs coaptat. Sunt autem Prouerbia ſub verbis alijs res alias explicantia, quæ aliter, quàm dicuntur, intelliguntur: plus in virtute ſententiarum, quàm in ſono verborum habent, quæ Græci παραβολας vocant. Eccleſiaſtes rerum naturas diſcutiens cuncta in mundo vana, & caduca eſſe deprehendit, rerumque omnium fragilitate conſpecta, renuntiari mundo admonuit. In Canticis Canticorum ſupergreſſus viſibilia, atque contemplans ea, quæ ſunt cœleſtia, vel diuina ſub ſpecie ſponſi ſponſæque, Chriſti eccleſiæq; vnitatem declarat, atque animam ad amorem cœleſtium excitãs, ad perueniendum ad conſortium Dei prouocat. Illud verò non eſt putandum, quod ab auditoribus noſtris traditur, apud Hebræos hanc fuiſſe obſeruationẽ, ne cuiquam hunc librum legere permitterent, niſi viro iam perfectæ ſcientię, & roboratæ fidei in peritia: ne tam erudiret cognitio lubricas mentes, quàm textus ad concupiſcentias corporales cõuerteret. Salomon, ideſt pacificus, quia in regno eius pax per quam futura pax eccleſiæ figurabat. Idida, ideſt dilectus, & ſignificat illum de quo dicitur: *Speciosus forma præ filijs hominum: propterea benedixit te Deus in æternum.* Eccleſiaſtes, ideſt concionator, & ſignificat illum, qui rationabiliter erat allocuturus, & congregaturus eccleſiam. Iuxta numerũ vocabulorum, tres fecit libros. Prouerbia, ideſt, in quo libro docet paruulos non tam ætate, quàm ſapientia, de æquanimi conuerſatione in mundo, ſcilicet qualiter licitè poſſint vti temporalibus. Eccleſiaſten, in quo inſtruit homines prouectioris ætatis, ad cõtemptum caducorũ. Cantica Canticorum, ſcilicet hoc opus, in quo virum conſummatum docet de ſolo amore Dei, vt requieſcat inter brachia ſponſi. Vnde, & Cantica Canticorum dicitur ſua dignitate omnia alia excellens cantica. Per illa quippe vitantur vitia, cauetur hoſtis, per iſta locupletamur virtutibus, domino coniungimur. Simili ordine etiam philoſophi inſtitutiones ſuas ponunt. Primum ethicam docent, poſtea phyſicam, & quẽ in his profeciſſe vident, ad theoricam vſque perducũt. Materia, ſponſus, & ſponſa, ideſt caput, & eccleſia. Et modus quali deſiderio membra capiti cohæreant, & ei placere contendant, & quæ dona ab illo, vel in præſenti accipiant, vel in futuro expectent, & quali affectione ſponſus eccleſiam diligat, eam laudans, & admonens, & confortans. Finis eſt dilectio Dei. Quatuor mihi in hoc opere inueniſſe videor perſonas, ſponſum, & ſodales ipſius, ſpõſam, & adoleſcentulas cum ea. 1. Tim. 1. 2. Alia a ſponſo, alia dicuntur a ſpõſa, nonnulla a iuuenculis, quædam a ſodalibus ſponſi. Congruũ quippe eſt, vt in initijs ſit adoleſcentularum multitudo cũ ſponſa, iuuenum turba cum ſponſo. Sponſum, Chriſtum intellige, ſponſam eccleſiam ſine macula, & ruga. Eph. 5. f. Angelos, verò, & eos, qui peruenerunt in virum perfectum, intellige amicos ſponſi. Adoleſcentulæ, ſunt ſponſarum incipientium turbæ, iuxta modum † quendam ſalutem adeptæ. † quandam Ex hoc autem libro Gentiles ſibi epithalamium vendicarunt, & iſtius generis carmen aſſumptum eſt. Si vis aſcendere ad Canticum Canticorum, neceſſe eſt de Aegypto egredi, vt poſt tranſitum maris rubri ſubmerſis inimicis, primum poſſis canere canticum: *Cantemus Domino, glorioſè enim, &c.* Exod. 15. a. Sed quia adhuc longè es a Cantico Canticorum, perambula terram deſerti ſpiritualiter, & conſequenter Iordanis ad ripam conſtitutus, ſecundum canticum canas: *Audite cœli, quæ loquor, &c.* Deut. 32. a. Et cùm vniuerſa tranſieris, ad altiora conſcende, vt poſſis anima decora cum ſponſo, & hoc canere Canticum Canticorum.

E

Notandum, quòd ſponſa ſemper in domo, vel in lectulo, vel in aliquo interiori loco cum ſponſo manere concupiſcit: quod mulieribus congruit. Ipſe quod maſculorum eſt, ad forinſeca vinearum, vel ad huiuſmodi opera amicam euocat: quia nimirum eccleſia, ſi poſſet fieri in tranquillitate pacis, domino ſobolẽ educare deſiderat. At ipſe in præſenti eam crebris perſecutionibus exercet, quò mundior ad æterna perueniat, ne ſi proſpera contingant, incolatu præſentis ſeculi, vel exilij delectata, minus ad cœleſtem ſuſpiret patriam. Synagoga congregatio, quod & lapidũ: eccleſia conuocatio, quod rationabilium. Vtraq; autem hæc portio iuſtorum in eadem fide Chriſti, & dilectione diuerſis tẽporibus, illa expectando venturum, iſta ſuſcipiendo præſentem conſors effecta eſt. Quis amor bonus ſit. Omnes animæ motiones, vniuerſitatis conditor Deus creauit ad bonum, ſed vſu noſtro ſæpe fit, vt res, quæ per naturam bonæ ſunt, dum malè his abutimur, nos ad peccatũ deducant. Vnus ex animæ motibus amor eſt, quo bene vtimur ſi ſapientiam amemus, & veritatem. Malè autem, ſi carnem, aut ſanguinem. Tu igitur, vt ſpiritualis audi ſpiritualiter amatoria verba cantici, & diſce motum animæ tuæ, & naturalis amoris incendium ad meliora transferre.

F

CAP.

# INCIPIVNT CANTICA canticorum Salomonis.

## CAP. I.

a ¶Delectet,& certificet. b ¶Humanam naturam. c ¶Incarnatione filij,quæ eſt quaſi quædam prælibatio coniunctionis.

a OSCVLETVR me[b] oſculo oris ſui: 1

CAP. I.

A a OSculetur me oſculo oris ſui. Vox præcedentium aduentum Chriſti, qui orant ad patrem ſponſi,id eſt Chriſti. In medijs precibus exauditur, & videns ſponſum ad ipſum loquitur: Tangat me dulcedine præſentiæ ſuæ,quam à prophetis ſæpius promiſſam audiui,& velut oſculum afferens etiam meioris attactum ſuſcipiat, interrogãtem me de via ſalutis audiat, & vtraque vnum faciens, oſculum pacis afferat. Oſculari pro pa-

Tria ſunt oſcula, primū, [illegible] Primum eſt incipientium. Secundum proficientium. Tertium perfectorum.

B cificari ponitur,ad ſimilitudinem illorum, qui propter diſcordiam a dominis ſuis receſſerunt,ſed redeuntes ſe inuicem oſculantur,& perfecte pacificãtur,ſic ſynagoga Genus humanum a deo per peccatum remotum, optat recõciliari per incarnationem filij. Quot præcepta ex eius prædicatione cognoſcit, quaſi tot oris eius oſcula ſuſcipit. Loquitur more amantis, quæ præ feruore dilectionis ordinem loquendi non valet obſeruare. Sicut enim in oſculo duo corpora diuerſa iunguntur, ſic in incarnatione

C filij duæ ſubſtantiæ, diuinitatis, & humanitatis penitus diuerſæ inſeparabili coniunctione vniuntur. 1

⁂ Origenes. Introducitur nunc per hiſtoriæ ſpeciem ſpõſa quædam, quæ ſuſcepit quædam ſponſaliorum,& dotis titulo digniſſima munera ab ſponſo nobiliſſimo. Sed plurimo tempore moram faciente ſponſo, ſolicitari eam deſiderio amoris ſui, & confici iacentem domi ſuæ, & agentem omnia quatenus poſſit aliquando videre ſponſum ſuum atque oſculis eius perfrui. Quæ, quoniam nec differri amorem ſuum, nec adipiſci ſe poſſe, quod deſiderat, videt, conuertat ſe ad orationem, & ſupplicet Deo, ſciens eum patrem eſſe ſponſi ſui. Conſideremus ergo eam leuantem ſanctas manus ſine ira, & diſceptatione, in habitu ornato, cum verecundia, & ſobrietate, ornatam digniſſimis ornamentis, quibus ornari decet nobilem ſponſam, ęſtuantem vero deſiderio ſponſi, & interno vulnere amoris agitatam,orationem, (vt diximus) fundere ad deum, & dicere de ſponſo ſuo, *Oſculetur me oſculo oris ſui.*

a *Meliora*

---

## Poſtilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lyra ſuper Cantica canticorum incipit.

## CAPVT I.

1 O*Sculetur me oſculo oris ſui.* Expedito primo Salomonis libro,in quo traduntur documenta,quę faciunt ad illuſtrationem mentis,& ſecundo, in quo inducimur ad cõtemptum affluentiæ mobilis, hic conſequenter incipit tertius,inducens ad amorem ſupernæ fęlicitatis, ſicut dictum fuit plenius in principio primi libri, vbi poſui quandam præfationẽ pro iſtis tribus libris. Appetitus vero fęlicitatis ſupernę procedit ex amore mutuo dei,& rationalis creaturæ,qui in hoc libro deſcribitur,vt plenius videbitur proſequendo. Tamẽ ad maiorem dicendorum intelligẽtiam aliqua ſunt hic præmittenda. Primum eſt,quod tranſlatio noſtra in pluribus locis diſcrepat a litera Hebraica, & ſimiliter ſignatio capitulorum. Secundum eſt,quòd totus iſte liber procedit parabolicè, nec tamen apparet lucide,quibus perſonis determinate parabolę ſecundum ſenſum literalem ſint applicãdę, & hoc cum prędictis difficultatem ingerit in hoc libr. Si enim hoc appareret,ſicut Iud.9.b. vbi dicitur: *Dixerunt autem omnia ligna ad rhamnum: Veni,& impera ſuper nos.* Ex litera ſequenti manifeſte patet,quod intelligitur de Sichimitis,& Abimelech quem vnxerunt ſuper ſe regem, tunc facile eſſet hunc librũ exponere,ſed hoc non apparet,niſi in quodam generali,ſcilicet quod iſte liber loquatur parabolice, de amore mutuo ſponſi,& ſponſę. Sed quis ſit iſte ſponſus, & quæ ſit hęc ſponſa,clare non apparet ex litera, propter quod accipiuntur varie a diuerſis. Quidam enim dixerunt, quod hic accipitur ſponſus ad literam ipſe Salomon, & ſponſa filia Pharaonis vxor eius prędilecta. Sed hoc non videtur verum,quia licet hic amor inter ſponſum, & ſponſam potuerit eſſe licitus,vtpote infra limites matrimonij contentus, ſicut dixi plenius ſuper tertium librum Reg.3.tamen carnalis fuit,& frequenter habet talis amor aliquid inhoneſtum, & illicitum adiunctum,propter quod deſcriptio talis amoris non videtur ad libros ſacræ ſcripturę canonicos pertinere, maxime quia huiuſmodi libri ſpiritu ſancto dictante ſunt ſcripti. Salomõ autem amorem ſui ad vxorem, & econuerſo,& delectamenta ad hoc ſequentia cognouit per experientiam, & non per ſpiritus ſancti reuelationem,propter quod hic liber,qui ſemper fuit ab Hebręis & Latinis inter canonicos libros reputatus, vt patet per Hiero. in prologo galeato, non videtur de hoc amore conſcriptus. Propter quod Hebręi dicunt,quod iſte liber loquitur parabolice de amore dei, & plebis Iudaicę, quam ſibi deſponſauit in legis datione. Exod.20.& ſic habuit eam,vt ſponſam prędilectam. Expoſitores vero catholici dicunt communiter,quod iſte liber loquitur de amore Chriſti, & eccleſię, accipiendo eccleſiam prout diuiditur contra ſynagogam,quę proceſſit de latere Chriſti dormiẽtis in cruce,ſicut Eua formata fuit de coſta dormientis Adę,& ſic tam illi,quam iſti nituntur ad ſuas intentiones literam applicare. Saluo tamen meliori iudicio, vtrique videntur in aliquo deficere. Primo in hoc,quod ſponſam accipiunt nimis ſtricte Iudęi, dicentes, ſponſam pręciſe eſſe plebem Iudaicam cum gente conuerſa ad ipſam. Catholici vero plebem Chriſtianam, quia in hoc libro ponuntur aliqua, quę non videntur conuenienter exponi referendo ad ſtatum veteris teſtamẽti. Et econuerſo aliqua,quę non poſſunt conuenienter exponi de ſtatu noui. Et ex hoc ſequitur defectus alius,quo Iudęi aliqua ad ſtatum noui teſtamenti pertinentia inconuenienter exponunt de ſtatu veteris, & econuerſo catholici aliqua ad vetus teſt. pertinentia minus conuenienter exponunt de ſtatu noui, loquendo tamen de ſenſu literali,cui prout potero,inſiſtere intendo. Et eſt hic ſenſus literalis, non ille, qui per voces ſignificatur,ſed qui per res ſignificatas primo intelligitur,ſicut patet in exemplo ſupra poſito de Abimelech,& Sichimitis, propter hoc dicitur parabola a para,quod eſt iuxta,& bole,quod eſt ſententia, quia iuxta ſignificationem vocum aliud ſignificat. Igitur in hoc libro ſponſus accipi videtur ipſe deus, ſponſa vero ipſa eccleſia cõplectens ſtatum vtriuſque teſtamenti, quia ſicut eſt vna fides modernorũ, & antiquorũ, variata tñ ſecundum maiorẽ,& minorẽ explicationẽ,ſic eſt vna eccleſia variata tñ ſm maiorẽ, & minorẽ coniunctionẽ ad deũ, quia magis coniuncta eſt tempore noui teſt. & hoc modo accipit eccleſiã beat⁹ Greg. home.7.dicẽs. Quis ſimilitudinẽ patriſfam. rectius tenet, q̃ conditor noſter,qui eos quos condidit ſic poſſidet quaſi ſubditos in domo,qui hẽt vineã ſcilicet vniuerſalẽ eccleſiã, q̃ a primo Abel iuſto vſque ad vltimũ electũ,q in fine mũdi naſciturus eſt,quot ſanctos protulit quaſi tot palmites miſit. Eccleſia vero ſic accepta reſpicit diuerſa tẽpora,& in aliquib. offendit ſponſum, & in alijs placauit. Itẽ cõſtituta eſt ex diuerſis gentib. ſ. ex Iudęis,& gentib. ex iuſtis,& peccatorib. ex p̄latis,& ſubditis,& hęc,& cõſimilia

Materia huius libri.

¶ Quia hic gratia adiuuans, & finis vita æterna. b ¶ Doctrina & refectio tuę pręſentię quę dulcis eſt. c ¶ Legis feruore vel quibuslibet aliis inſtitutionibus. d ¶ Ad ſimilitudinem vnguentorum, quia odore attrahunt, vel propter dona ſpiritusſancti. e ¶ Quia effectu, & natura nimes præcedunt vnctiones veteris legis.

a quia meliora ſunt † vbera tua vino, fragrantia vnguentis opti- 1 2
a ¶ De baptiſmo. ¶ Quia reficit, ſanat, & ſuperenarat. b ¶ Deus homo factus. ¶ Quod prius latebat in paucis, modo notificatur ad ſalutem omnium. c ¶ Quia effuſum eſt. 3
d ¶ Rudes in fidé. ¶ Quia te in eſſentia videre non poſſunt, ſola dulcedine nominis tui te omnibus rebus anteponunt. 4
b
c mis. Oleũ effuſum nomen tuũ: ideo adoleſcentulæ dilexerunt 5
a ¶ Infert vim corpori. ¶ In vmbra tua, vel etiam, imitatione tuorum operum. ¶ Cum ſingulariter dicitur trahe me additur: Curremus: quia vna per orbem eccleſia de multis fidelibus. b ¶ In fama nominis tui, quod comparatur vnguentis. vel in fide æternorum bonorum, quę vnguentis ſunt comparabilia. 6 7
d te. Trahe me poſt te. Curremus in odorẽ vnguentorũ tuorũ. 8

a *Meliora ſunt.* Vbera ſpõſi Chriſti nominat quod muliebre eſt, vt ipſo carminis initio figurate ſe loqui manifeſtet. Ideo deſidero oſculum quod eſt etiã redemptio mea, quia inſtructiones tuę, quę ſunt lac, & nutrimẽta puerorum, ſunt meliores aliis doctrinis, quæ nõ fouent, ſed occidũt ſimplices: ſicut vinũ enecat paruulos. Vnguentorum odoribus, opinio ſolet ſignari virtutum.

✠ Beda. Ac ſi patẽter diceret: Ideo te aduenire, tuis oculis recreari cupio, quia tuæ dulcedo pręſentię cũctis incomparabiliter eis, quæ per præcones aduentus tui miſiſti, muneribus antecellit. Vinũ quippe feruorem ſcientię legalis, vbera vero dicit B rudimenta Euangelicæ fidei. De quibus ait Paulus. j. Cor. 3. Lac vobis potum dedi non eſcam. Et iterum. j. Cor. 2. Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſũ Chriſtũ, & hũc crucifixũ. Vbera ergo ſponſi meliora ſunt vino, quia rudimenta noui Teſtamenti, quoſcunque ex aqua, & ſpiritu regenerant, mox vitæ cęleſtis introitu aptos reddunt, quòd longa legis obſeruatio nequaquam facere valebat, ne in his quidem qui guſtu ſupernæ ſuauitatis accenſi veraciter dicere Deo poterant cum Pſal. *Et poculum tuum inebrians quam præclarum eſt:* probante Apoſtolo qui dicit, Nihil enim ad perfectum lex. Si autẽ vbera Chriſti, id eſt, primordia dominicæ fidei meliora ſũt vino legis, quanto magis vinũ Chriſti, id eſt, perfectio doctrinæ Euangelicę, cũctis legalibus cęremoniis præſtat? &c.

b *Oleum effuſum nomen tuum.* Ideo etiam deſidero oſculum: quia nomen tuũ eſt oleum, &c. Sponſus à patre ad ſponſam venit vnctus, vt ſponſam vngat. A chriſmate Chriſtus, id eſt ab vnctione vnctus, quod nomen per gratiã ſpiritusſancti in baptiſmate funditur in cunctos fideles. Nondum poſſum te ipſum amplecti, nomẽ tuum interea ex deſiderio tui mecũ pernoctabit. Nomen Ieſu venit in mundum, & ſtatim prędicatur. *Oleum effu.* id eſt in vniuerſa terra Chriſti nomen prędicatur, nunc Moyſi nomen auditur in gentibus, quod prius Iudææ tantum claudebatur anguſtiis.

*Vnguentum effuſum nomẽ tibi.* ✠ Theod. Multiplices, inquit, hi ac C

hi ac varij fontes, qui totũ orbem terrarum odoris ſuauitate D repleuerunt vnicam habent venam, & originẽ vnguentum tuum. In eo namque inhabitauit omnis pulchritudo diuinitatis. Et ipſe cuncta ſimul ſpiritus dona vt homo ſuſcepit. Quocirca clamat etiam Eſaias, *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus domini, &c.* Ideo dicit, *Vnguentum effuſum nomen tibi.* Non vnguẽtum ait ſimpliciter, ſed effuſum. Quemadmodum enim vnguentum in vaſe cõcluſum incluſum continet, & ipſam odoris fragrantiam, ſin autẽ effundatur, ipſum quoque replet aerem: ſic Dominus Chriſtus ante paſſionem paucis notus erat: at poſteaquam crucem mortemque ſuſtinuit, ac veluti corporis vas aperuit, continuò beati E Apoſtoli ſuauitate illa repleti ſunt, terram percurrentes, & maria traiicientes, omnibuſque Euangelium nuntiantes, odoris ſuauitate mundum vniuerſum compleuerunt. Ob id ait ſponſa. *Vnguentum effuſum nomen tibi.*

c *Ideo adoleſcen. dile. te.* Hæc dicẽs, adoleſcentulas conſpicit, quæ dum prius loqueretur, non aderant, ſed in precibus mendus ingreditur adoleſcentularum chorus, & ſponſæ laudatur eloquiis. Vniuerſæ eccleſiæ, quæ vnã catholicam eccleſiam faciunt, adoleſcentulæ ſunt: non vetuſtæ per culpam, ſed nouellæ per gratiam, non ſenio ſteriles, ſed ętate mentis ad ſpiritualem congruę fœcunditatem. Et quia oleo tuæ gratię omnes dolores criminum euacuaſti. *Ideo ado. dilex. te.*

d *Trahe me poſt te.* Reſpondent adoleſcentulæ: *Trahe me poſt te.* Sponſa ſponſa non poſt tergum ſequitur, ſed ſponſi iuncta lateri, famulæ poſt eam ingrediuntur. *Trahe me poſt te.* Huc uſque vox expectantium incarnationem ſaluatoris, & dona ipſius commendantium: hinc ſubinfertur vox illorum qui poſt tempora incarnationis ad fidem venerunt. Illa, vt veniret, & oſculum afferret rogabat, hæc non ad ſe vltra eum deſcendere taliter flagitat, ſed ipſa potius ad cælos ſequi deſiderat: quod quia per ſe non poſſe fieri conſpicit, eius ducatum implorat, ad quem venire deſiderat. *In odore vng.* In conſideratione miraculorum.

Intro- F

## NICOLAVS DE LYRA.

*milia faciũt difficultatẽ in hoc libro quia frequenter fit tranſitus de vno tẽpore ad aliud, & de vna parte eccleſiæ ad aliam, & de eccleſia ad Deum, & econuerſo quaſi ſub eodem contextu literæ: & hoc propter connexionem ſponſi, & ſponſæ ad inuicem, & partium eccleſiæ in vnã fidem: ſicut plenius dixi in principio Gen. in regulis de intellectu ſacræ ſcripturæ. Sciendum autẽ quòd licet eccleſia à principio mundi inceperit, vt prædictum eſt, tamen ſpecialiter nomen ſponſæ primò in datione legis in monte* Sinai *accepit: per quam plebs Iſrael fuit deſponſata* Deo *per fidem, & latriam, aliis gentibus ad idololatriã declinantibus: propter quod Salomon ſpiritusſancto dictante deſcribendo amorem Dei, & eccleſiæ ſub nominib⁹ ſponſi, & ſponſæ, incepit a tẽpore egreſſus de Aegyptiaca ſeruitute, quia tunc lex fuit data. Igitur iſte liber diuiditur in duas partes: & in prima deſcribitur amor iſte pro tempore veteris teſtamenti, & in ſecunda pro tẽpore noui. Secunda incipit infra, cap. 7. Prima diuiditur in tres, quia primò deſcribitur amor prædictus prout reſpicit egreſſum de terra Aegypti. Secũdò, progreſſum per viam deſerti, ibi:* Dum eſſet rex. *Tertiò, ingreſſũ termini, ſcilicet Iudææ. 4. cap. ibi.* Vadam. *Primo in duas: quia primò ponit amoroſa ſponſæ petitio: ſecundo gratioſa ſponſi reſponſio, ibi:* Si ignoras. *Prima adhuc in duas: quia primò ponitur petitio amoris. ſecundò excluſio erroris, ibi:* Nigra ſum. *Circa primum ſciendum, quòd populus Iſrael qui ſponſæ nomine hic intelligitur, multum deſiderauit de Aegypto exire, vt liber a ſeruitute dura, poſſet Deo liberius ſeruire, & ei amore feruentius inhærere, vt habetur* Exod. *4. Et iſtud deſiderium exprimitur, cum dicitur:* Oſculetur me oſculo oris ſui. *id eſt vtinam Deus oſtendat ſe ibi per ſigna, & effectus amicabilem, ſicut ſponſũ ſponſæ prędilecta.*

Quia me. ſunt vbe. tua vi. *In Hæbræo habet:* Quia meliores ſunt amores tui: *Nomen enim Hebraicum hic poſitum, æquiuocũ eſt ad amores, & vbera. Hebræi ſequuntur vnam ſignificationem, tranſlatio noſtra aliam. Sed in hoc videntur Hebræi melius dicere, quia ſecundum proprietatem Hebræi ſermonis ſponſa hic alloquitur ſponſum. In commendatione vero ſponſi non videtur decenter fieri mẽtio de vberibus.*

*ribus. Poteſt tamẽ dici, quòd per vbera ſpõſi hic intelligitur plenitudo miſericordiæ Dei. Eſt igitur ſenſus ſecundum Hebræos cum dicitur:* Quia me. ſunt amores tui vino. *id eſt ſapidiores menti deuotę quã quodcunque ſapidum corporale guſtu corporali. Et ſecundum tranſlationem noſtram:* Meliora ſunt vbera tua vino. *id eſt tua miſericordiæ plenitudo dulcior eſt humanæ menti quàm vinum guſtui, quod inter corporalia eſt magis ſapidum.*

2 Fragrantia. *Vel, fragrantes ſecundum Hebræos.*

3 Vnguentis opti. *id eſt, plenitudo tua miſericordiæ, vel amores tui magis recreant animum deuotum, quàm quodcunque redolens ſenſibiliter olfactum.*

4 Oleum effuſum nomen tuum. *Per oleum hic intelligitur liquor aromaticus fluens de arboribus aromaticis in Arabia, & terra promiſſionis, & collectus ſeruatur in vaſis. & quando effunditur ſuper aliquem ad refrigerium ſeu medicinam emittit odorem ſuauem, per quem intelligitur in ſcriptura bona fama ſecundum illud Apoſt. ij. Cor. ij. d.* Chriſti bonus odor ſumus, &c. *Eſt igitur ſenſus, cũ dicitur:* Oleum effuſum nomen tuum. *Quod per mirabilia, quæ fecit Deus pro filiis Iſrael in Aegypto, & in mari rubro, fama nominis, & bonitatis eius diffuſa eſt ad alios populos, propter quam multi ad Iudaiſmum fuerunt conuerſi. propter quod ſubditur:*

5 Ideo adoleſcentulæ dilexerunt te. *id eſt aliæ gentes ad amorem tuum ſunt conuerſæ. Multi enim de Aegyptiis hoc modo fuerunt conuerſi, & cum filiis Iſrael exierũt de terra Aegypti, vt habetur Exod. 12. Similiter Ietro cũ domo ſua auditis mirabilibus, quæ fecerat Deus Iſraeli Exodi. 14.*

6 Trahe me poſt te. *Educendo me potenter de Aegypto.*

7 Curremus in odorem vnguent. *te per viã iuſtitiæ ſequendo.*

8 In odore vnguentorum tuorum. *id eſt, tracti effectibus bonitatis tuæ. Hoc tamen ſcilicet:* In odore vnguentorum tuorũ. *non eſt de textu, quia non eſt in Hebræo, ſed ab aliquo doctore fuit appoſitũ per modum interlinearis gloſſæ, quæ poſtea inſerta fuit textui per imperitiam ſcriptorum.*

a Intro-

A a *Introduxit me rex in cellaria ſua*. Sponſa in penetrale ſponſi ingreſſa reuertit ad iuuenculas,& nuntiat illis: *Introduxi me.* Vel, per ſpem in æternā beatitudinē induxit pluraliter pro omnimoda bonorū copia, quaſi iam dulcedinem regni cęleſtis prælibaui, quæ mihi in cælis parata ſunt, ipſo reuelāte cognoui: Mòxque ad eum conuerſa, qui ſibi hoc reuelat, gratias agit pro beneficiis. Quatuor ſunt in domo, porta, aſcenſus, triclinium, cubiculum. Per portam, fidem: per aſcēſum, ſpem: per triclinū, charitatem: per cubiculū, ipſam beatitudinē intelligim⁹.

† Iſai. 2. a.

† amorum

✠ Origen. cum indicaſſet ſpōſo ſuo ſponſa quod adoleſcētulę odore eius captæ curretēt poſt ipſum, cum quibus etiam ipſa curſura eſſet, vt eis formam præberet in omnib. nunc quaſi laboris ſui conſecuta iam palmam pro eò, quòd concurrens currentibus, introducta in ſe dicit ab ſponſo rege in cubiculum eius, vt ibi videret cunctas opes regias. In quo vſque meritò iocundatur, & exultat, vtpote, quæ ſecreta iam regis, & arcana proſpexerit. Hic eſt ſecundum propoſitum dramatis ordinem, quaſi hiſtoricus intellectus.

a ¶ Quaſi Vos adoleſcentulæ currite: quia me currentem. Introduxit, ſic, & vos introducet. b ¶ Nondum ad requiem, ſed in præſentem eccleſiam vbi neceſſaria ſunt vitæ. c ¶ Corpore cum bonorum operum atteſtatione. d ¶ Animo cum bona voluntate operabimur.

a † Intro[a]duxit me rex in † cel[b]laria ſua: exul[c]tabimus, & læta[d]bi-

b a ¶ Non in nobis. b Exultabimus quaudiu memores erimus donorum, vel doctrinarum tuarum. c ¶ Exiſtentium ſuper auſteritatem legis, vel carnalium deſideriorum, quæ inebriant.

c d mur in te[a], memo[b]res † vbe[c]rum tuorum ſuper vinum. Recti

a In preſſuris, vel per pœnitentiam. b Virtutum decore. c Quæ iam cæleſtis patriæ habitationem ſuſpiratis.

e diligunt te. Nigra[a] ſum, ſed formo[b]ſa fili[c]æ Hieruſalem,

a Nigra reputor, & quaſi purgamentum mundi, non habens locum inter homines. ſed ſemper militans, & exultans. b Id eſt tenebræ. c Formoſa, ſicut pelles Salo. d ¶ Noſtræ militiæ pacificum verum delectantes. De pellibus rubricatis fecit ſibi tabernaculum Salomon in quo delectabatur. e Nigra quidem ſum, ſed nolite mirari ſi hominibus foris deſpecta ſum ob æſtus tentationum.

f ſicut tabernacula Ce[b]dar, ſi[c]cut † pel[d]les Salomonis. No[e]li-

g a Non eſt naturalis hæc nigredo, ſed interior fulgor a foris velatur tribulationibus. Nec hoc ſolum intueamini, quod patior, ſed attendite fructum, qui ſequitur. b Exercitatio tribulationum, vel Chriſtus, pro cuius amore hæc patior.

h te me conſiderare, quòd fuſca[a] ſim: quia † deco[b]lorauit

B b *Exultabimus, & læta*. Q. Non de perceptis muneribus ipſi nos extollim⁹, ſed te: memores per omnia quanta pietate auſteritatē legis, gratia fidei euangelicę mitigare dignatus es: ideo non in nobis, ſed in te exultabimus, quia recti oēs diligunt te, & ſup omnia diligendū didicerunt. Rurſus in penetrale ſponſa ingreſſa, adoleſcentulę dum illius prȩſtolant aduentū lætæ concinunt pro ſponſæ perfectione. *Memores vberum*. Et recti diligunt ad ſponſę cōmendationē refertur.

c *Memores vberum tuorum ſu.* Illa (q̄ maior eſt) iam tuorū lacte vberum perfruitur: Nos quoque non quidē diligimus, ſed diligemus. Deinde loquuntur ad ſponſum. *Recti diligunt te*. Recti, oēs qui ſunt recti corde ſuper omnia te diligunt, nec recti ſunt, qui tuo amori aliquid præponunt, a quo ſolo habēt quicquid boni habent.

d *Recti diligunt*. Fruſtra ſe conditorem diligere credūnt, qui eius monita contemnunt. Vere iuſti, nec actu, nec cogitatu, nec dicto Deum violant.

e *Nigra ſum*. Poſtquam eccleſia in cellaria eſt perducta, per cognitionem, ſcilicet, & per ſpem futurorum bonorū, poſtquam eū recto corde diligere, & in eius gratia gaudere didicit, reſtat oſtendere quid pro amore illi⁹, & pro acquiſitione bonorū, quæ guſtauit, certamē ſubeat; & quid afflictionis toleret. *Nigra*. Q. promittitis vos mecū ituras, & poteſt vos tribulatio deterrere, q̄ patior: ſed nec afflictio, nec infamia vos

C deterreant, q hęc virtutum formoſitatem conferent, & poſt amorem

amorē reſtat patientia ad experimentū amoris. *Nigra*. Rurſus adoleſcentulis ſponſa reſpondet, & agitur de manifeſta tentatione. *Nigra*. Vilis quidē in oculis perſequentium appareo, ſed ante Deum veritatis confeſſione glorioſa refulgeo.

✠ Rupertus. *Nigra*, id eſt, prægnans inuenta ſum: *ſed formoſa*, id eſt, ſalua virginitate de ſpiritu
1 ſancto impręgnata.
2 Bene actum, opti-
3 me prouiſum eſt, vt
4 ventura poſtmodū
5 multitudine ad illud
6 Natiuitatis Ioannis
7 gaudium, reuerte-
8 retur in domū ſuā,
9 ne prius ab illis deprehenderetur in
10 vtero habens quam
11 ab eo B. Ioſeph, &c.
12 Dicat igitur, Nigra
13 ſum ſed formoſa,
14 filiæ Hieruſalē: ſecundum opinionē male videntiū nigra ſecundum fidem recte credentium formoſa. Quam nigra & quam formoſa? *Nigra ſicut tabernacula Cedar*. niger, id eſt ferus homo iure fuit eiectus cum matre ſua, dicente Sara *Eiice ancillā, & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cū filio liberæ*, & eregione omnium fratrum ſuorū in ſolitudine fixit tabernacula, ita & ego iure eiicienda viſa ſum, ita vt vir meus Ioſeph nollet traducere, ſed vellet occulte dimittere me &c. Ergo nigra ego ſicut tabernacula Cedar: quia ſicut ille cum matre ſua, ita & ego cum eo, quod conceperā, videbar eiicienda, viri mei hæreditate, & domo indigna.

f *Sicut taber. Cedar*. Hic ſicut, ponitur nō pro veritate, ſed pro æſtimatione inſipientium, qui eam putant vitiorum, vel dæmonum māſionē, ſicut pelles Salo. hic ponitur pro veritate. *Cedar*. Iſmahelis filius fuit. cuius manus contra omnes, & manus omnium contra eum, nullum inter homines habens locum, ſed in tabernaculis pro nequitia, & ita ſemper habitans. Sic, & iuſti pro meritis ſuis creduntur expelli, & affligi & quaſi hoſtes omnium iudicantur. vnde dicitur: *Eritis odio omnibus ho. propter nomen meum.*

g *Sicut pel.* Eccleſia in ſe carnalia mortificans deſideria, & decora virtutibus, vero pacifico dignū fit habitaculū. Ideo caro dominici hominis vocatur pellis, quia ſicut tentorium ſuper aliquem tenditur ne a ſole vratur, ita caro Chriſti in cruce extenſa fuit nobis obumbratio vitiorum.

h *Decolorauit me ſol*. Solis eſt vrere, & illuminare, ſic verus ſol exterius ſuos perſecutionibus exurit, dando vires reſiſtendi illuminat.

*Ne videatis me quoniam infuſcata ſum ego, quia deſpexit me ſol.*

✠ Ori. Hęc ipſa quę nūc nigra dicit eſſe, in fine Cātici huius dealbata memorat aſcēdere, incūbens ſuper fratrē ſuū. Effecta eſt ergo nigra, quia deſcēdit, ſi aūt cęperit aſcēdere, & incumbere ſup fratrē ſuū, & adhęrere ei, nec omnino ſeparari

ab eo,

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Introduxit me rex. *Cæleſtis.*

2 In cellaria ſua. *Reuelans mihi per Moyſen ſecreta ſua, ſecundum quod dicitur Exodi tertio a. Cumque minaſſet gregem ad interiora deſerti, &c. Sequitur: Apparuit ei dominus, &c.*

3 Exultabimus, & lætabimur in te. *Quod fuit impletum, quando tranſito mari rubro lætantes dixerunt: Cantemus domino glorioſè, &c. Exodi. 15.*

4 Memores vberum tuorum ſu. vinum recti. *Vel, amorum tuorum ſecundum Hebræos: & exponatur vt ſuprà.*

5 Recti. *id eſt iuſti.* 6 Diligunt te. *Filiali amore.*

Peccatores ſemper inueniuntur

7 Nigra ſum. *Hic conſequenter ponit excluſio erroris. Circa quod ſciendum, quòd eccleſia militans ſemper habuit, habet, & habebit vſque ad finem mundi cum iuſtis aliquos peccatores, & cum fortibus aliquos debiles, propter quod ſaluator cōparat eam ſagenæ miſſæ in mari ex omni genere piſcium congreganti, Mat. 13. f. Et ideo fragiles Hebræi in Aegypto exiſtentes, ex ſeruitute dura per impatientiā fracti reputabāt totam illam eccleſiam Deo abominabilem, ſicut ſponſa deformis viro ſuo, cum tamen Deus frequenter permittat electos tribulari ad ſuā purgationem, & meriti augmentationem: propter quod errorem fragilium remouet dicens:* Nigra ſum. *id eſt turpis in conſpectu Dei ſecundum imperitorum æſtimationem.*

8 Sed formoſa. *ſecundum veritatem.*

9 Filiæ Hieruſalem. *id eſt o vos imperfecti de plebe Iſraelitica propter quod dicuntur filiæ in ſexu fœmineo, & fragili.*

10 Sicut taber. Cedar. *id eſt Agarenorū, eo quòd Cedar fuit filius Iſmahelis, Gene. 25, qui fuit filius Agar Gene. 16. d. Agareni verò qui nunc dicuntur Saraceni, tunc habitabant in tabernaculis expoſitis imbribus, & niuibus in hyeme, & ſolis ardoribus in æſtate: propter quod denigrata erant exterius, pulchra tamen interius.*

11 Sicut pelles Salom. *Nomine Salomonis, qui pacificus interpretatur, intelligitur ipſe Deus ſecundum Hebræos, quia diſponit omnia ſuauiter, pelles autem eius dicuntur hic operimentum ſuperius tabernaculi, in quo Deus colebatur, quod erat de pellibus arietum, Exod. 2[illegible] & erat expoſitum pluuiis, & caumatibus: ſicut filij. Iſrael duris laboribus in Aegypto.* 12 Nolite me conſiderare. *id eſt iudicare.*

13 quod fuſca ſim. *id eſt obſcura, & abominabilis Deo.*

14 Quia deco. me ſol. *Mulier enim pulchra de ſua natura ſi ſolis ardoribus exponatur, à pulchritudine ſua exterius immutatur, tamen talis immutatio accidentalis eſt, & procedit ab exteriori. Eſt igitur ſenſus;* Quia decolora. me ſol. *id eſt ardor tribulationis Aegyptiacæ fecit me nigram, & turpem apparere: vnde dicitur de hoc ardore, Deut. 4. c. Vos autem tulit dominus, & eduxit de fornace ferrea Aegypti propter quod ſubditur:*

Sed

Fili

ab eo,erit dealbata & candida,abiectaq; omni nigredine,ve ri luminis luce circunfuſa radiabit. Dicit ergo nunc ad filias Hieruſalē pro nigredine ſua ſatisfaciens. Non puteris,ò filiæ Hieruſalem,q; naturalis eſt iſta ingredo quā videtis in vultu meo, ſed ſcitote quoniam deſpectu ſolis eſt facta. Sol enim iuſtitiæ quia me non inuenit recte ſtātem, nec ipſe in me rectos direxit lucis ſuæ radios. Ego enim ſum populus gentium qui prius non aſpexi ad ſolem iuſtitiæ,nec ſteti ante dominum, & ideo nec ille me aſpexit, ſed deſpexit. neque aſtitit mihi, ſed prgteriit.

a *Filij matris*. Et quaſi ad obiectionem infirmorum dubitantium reſpondet. Oſtendit vnde primam perſecutorum rabiem per tulerit,quę grauior ap paret,per hoc quòd à contribulibus. Filij, id eſt,apoſtoli deſtruxerūt ſectam noſtram. Paulus eccleſiæ perſecutor filius fuit matris eius ſecundum carnem & educationem: & pœnitentiam agens ad ſororis ſigna conuerſus, prædicauit fidem quam ante deſtruebat.

D num, per ſodalium, i. hæreticorum conuenticula eam quærere incipiā. Vel,in voce prædicatorū ad ſponſum,vt diſcernere poſſint quibus vitæ verba miniſtrare debeant. Deinde conſpicit ſponſum,qui cōſpectus abſceſſit. Et frequēter hoc facit in toto carmine,quod expertus in ſe probauit, ſępe habitus ſponſus, ſępe elabitur, donec vere tenebitur.

d *In meridie ne vagari incipiam poſt greges*.id eſt,in ſplēdore maieſtatis tuę,q; perfectis conuenit, nō mane vel veſpere. Vel, *meridie*. i.in exuſtione tribulationū, quā immittit diabolus dolens mundū ſibi ſurripi. Solet rerū qualitas ex tempore notari. Abraham meridie angelos ſuſcepit. Ioſeph meridie cū fratribus epulatur.

Gen.18. a
Gen.43. g.

a ¶ Chriſtus. b ¶ Iudæi qui in ritibus ſynagogæ adhuc perſeuerant. c ¶ Diſputationibus & perſecutionibus. d ¶ Ad me retinendam. e ¶ Cauſa fuit eorum malitia.

a me ſol. Filij matris meæ † pugnauerunt contra me, poſuerunt 1

b a ¶ Fructuum. b ¶ Gentium excolendis per orbem. c ¶ Primitus in Ieroſolymis conſtitutam per Chriſtum & apoſtolos, ſed multas per orbem. d ¶ Vox adoleſcentularum ad ſponſum. 2
¶ De occulta tribulatione quæ ab hæreticis fit.

c me cuſtodem in vineis: vineam meam non cuſtodiui. Indica 3

a ¶ Congrue dilectum vocat, quia quo grauius eſt periculum, eo amplius liberatorem diligit. 4
b ¶ Des paſtum,id eſt, opera: vel accipias vt eis poſſim conformari vel paſcat. c ¶ Scilicet in contemplatiuis poſt paſtum requies. d ¶ Vel cubet. e ¶ Id eſt, clare & manifeſte.

d mihi quem diligit anima mea: vbi paſcas,ubi cubes in meri- 5

a ¶ Niſi annuntiaueris, incipio errabunda iactari à uia recedendo. b ¶ Laſciuas multitudines latam viam incedentes. 6

e f die, ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum. Si 7 8

a ¶ Sub huiuſmodi tentatione te mihi ſponſatam. b ¶ Hæreticos, animas hominum diabolo parturientes. c ¶ Non præcipit, ſed permittit, & quid ſit euenturum prædicit. d ¶ Varios actus errantium ſequere.

ignoras te ò pulchra inter mulieres, egredere & abi 9 10

a ¶ Nutri prauos motus carnis, vel perditos auditores qui à ſiniſtris ſtatuentur. 11

g poſt veſtigia gregum tuorum, & paſce hædos tuos iuxta ta- 12 13

B

b *Poſuerunt me*. Vna erat in Ieroſolymis vinea Chriſti, ſ. primitiua eccleſia, q̄ in die pentecoſtes aduentu ſancti ſpūs eſt conſtituta, cuius eo tēpore apoſtoli cuſtodes fuerūt: ſed facta perſecutione diſperſi ſunt in regionib⁹ Iudęæ & Samariæ p̄ter apoſtolos, & ſic contigit vt plures eſſent vineæ,i. in pluribus locis. Et dum perſecutores Iudęi volebant eccleſiā perturbare, ſeminarium verbi ſpargebāt latius nolentes, & vnam perſequendo multas conſtitui fecerūt. Cum ergo dixiſſet ſe afflictā parricidali odio ſynagogę,mox ſubijcit,quāntum per hanc afflictionē profecerit,addēs ex perſona illorū quibus p̄dicandi cura cōmiſſa eſt. *Poſuerunt me cuſtodem in vineis*. Greg. Vineę noſtrę, actiones ſunt, quas vſu quotidiani laboris excolimus. Sed cuſtodes in vineis poſiti,nr̄am vineā non cuſtodimus. quia dū extraneis actionibus implicamur, miniſterium actionis noſtrę negligimus. Dum plures cuſtodirem vineas, vt alios lucrifacerem, in quibuſdam dāna ſuſtinui. Acerbitas perſecutionis filiorum ſynagogæ fecit me vineam meam non cuſtodire,quia relicta euangelica doctrina,ad legalium obſeruationum differentias cogebant.

c *Indica mihi quem diligit anima mea: vbi paſcas*. Vox incipiētis eccleſię de gētibus ad ſponſam, q̄a multi pſeudo p̄phetæ exeunt in mundū dicentes: Ecce hic Chr̄s,ecce illic,exorat vt poſſit diſcernere in quorū profeſſione & opere poſſit inueniri. *Indica mihi*. paſtorem meū quē tota anima diligo, & C a quibus requiē & paſcua habeat, ne ęſtu turbata tentationum,

e *Sodalium tuorum*. Hæretici ſodales dicuntur, quia nominis eius & confeſſionis myſteria circunferunt.

E

f *Si ignoras*. Quia ſponſa dū auxilia præſentiæ Dei requireret in tribulationibus,ex pſona infirmātium ſubiūxerat: Ne vagari incipiam: ſtatim eandem trepidationem illius ſpōſus imploratus benigna increpatione redarguit, ſecūdum illud euāgelij: *Modicæ fidei*, quaſi dicat. quaſi tu times in tribulatione à me deſeri,& in feruore denigratam te conquereris: ſed ego per tribulationes te pulchriorē efficere conſtitui. Quod ſi forte hoc ignoras, nec reminiſceris, quòd nemo coronatur, niſi qui legitimè certauerit, egredere à meo conſortio.

Matt.14. d.
2.Tim.2.a.

Moral. Greg. Quando aīa inter peccatores poſita, ad autoris ſui imaginem ſe conditam meminit, iuxta perceptæ ſimilitudinis ordinem incedit. Quod ſi non cognoſcit, egreditur à ſecreto cordis in exteriores cōcupiſcentias,& ad latā viam ducta, ſequitur exēpla populorū. Dn̄s obiurgans eccleſiā pauētē, admonet datę ſibi gr̄æ, aduerſus hoſtiū inſidias.

Moraliter.

✠ *Exi tu in veſtigiis gregum*. ✠ Orig. quaſi ad eam loquitur quę intus iam ſit anima, & intra myſteria collocata: pro eo tamen quod negligat ſemetipſam cognoſcere & requirere quæ ſit & quid, vel quomodo agere debeat, quidve non agere, dicitur ei, exi tu, quaſi quæ ob hanc deſidiæ culpam foras mittatur ab eo qui præeſt. Sic ingens animæ periculum eſt ſcientiam ſui agnitionemque negligere.

g *Hædos tuos*. Quia nō iuxta mandatorū meorū regulā, ſed iuxta tuos errores īſtituunt. Iuxta. in veſtigijs paſtorū nouiſſima fies, non inter oues, ſed hędos. Vel iuxta, i. vt ſis ſimilis veris paſtoribus, quia hypocritæ ſequi bonos vidētur viros.

✠ Greg. Per hędos immundæ cogitationes deſignantur, per tabernacula paſtorū cōuēticula hęreticorū exprimunt. F

Qui

## NICOLAVS DE LYRA.

*Filij matris meæ pugnauerunt contra me*. id eſt, duris laboribus me afflixerunt Aegyptij. Qui dicuntur filij eiuſdem matris cum Hebræis, eo quod vtrique de eadem terra fuerunt nati, eo modo loquendi quo nati Pariſiis dicuntur pueri & filij Pariſienſes. Omnes enim Hebræi qui cum Iacob fuerunt ingreſſi Agyptum, mortui erant, quando Aegyptij cęperunt, eos affligere, vt habetur Exodi primo. & ideo omnes reliqui erant in Aegypto nati.

*Poſuerunt me cuſtodem vineis*. Id eſt, deputauerunt me ſeruilibus operibus. Et forſitan aliqui eorum tanquam ſerui erant deputati nocte,& die ad cuſtodiam vinearum.

*Vineam meam non cuſtodiui*. id eſt, operibus meis intendere conuenienter non potui, propter occupationem in operibus Aegyptiorum.

4 *Indica mihi quem diligit anima mea*. Poſtquam ſponſa petiuit à ſponſo dilectionis affectum, hic conſequenter petit ab eo directionis effectum. Aliqui enim Hebræi laboribus fracti reputabant Aegyptios felices,&cum eis ad idololatriam inclinabantur: propter quod petit ſponſa ab hac deuiatione præſeruari, dicens: *Indica mihi quem diligit anima mea*. & conſtruatur ſic litera: O tu ſponſe quem diligit anima mea. *Indica mihi in meridie*. id eſt, in hoc tribulationis ardore.

5 *Vbi paſcas*. fideles tuos tanquam gregem tuum.

6 *Vbi cubes in meridie*. Id eſt, requieſcas per fidem formatam ab infidelitate, & idololatria me præſeruando. propter quod ſubditur.

7 *Ne vagari incipiam poſt greges*. Id eſt, alias gētes infideles.

8 *Sodalium tuorum*. Id eſt, regum & principum ipſorum, qui dicūtur ſic ſodales Dei, eo quod cū eo participant in nomine. Dicuntur. n. reges & dn̄i ſicut ipſe Deus, vt dicit Rab. Sal. Sed mihi videtur melius dici, quòd angeli ſancti prælati gentibus infidelibus dicantur hic ſodales Dei. vnde Danie. 10.d. Angelus prælatus Græcis vocatur princeps Græcorū, & prælatus Perſis, princeps Perſarum. Et dicit beatus Dionyſius, quod fuerūt angeli ſancti de quibus certum eſt, quod ſunt in ſocietate Dei,& tamē præerant infidelibus populis.

Angeli principes infideliū.

9 *Si ignoras te ò pulchra inter*. Poſtquā deſcripta eſt amoroſa ſponſæ petitio, hic conſequenter ponitur ſponſi gratioſa reſponſio. Et primo reſpondet ad petitionem ſecundā, vt continuetur litera ad immediatè præcedentem dicens: *Si ignoras te ò pulchra inter mulieres*. id eſt, o tu plebs Hebræa inter alias gentes pulchra, propter puritatem fidei & latriæ. *Si ignoras te*. i. times propter infirmos tuos, à via recta declinare.

10 *Egredere*. De ſocietate & familiaritate idololatrarum. quia ſcribitur Prou. 13.d. Amicus ſtultorū ſimilis efficietur.

11 *Et abi poſt veſtigia gregum*. id eſt, ſimplicium credētium quales fuerunt Abel, Seth, Enoch, Noe & conſimiles.

12 *Et paſce hædos tuos*. id eſt, infirmos de populo tuo.

13 *Iuxta tabernacula paſtorum*. id eſt, ſecundū documēta pa-

Qui ergo pugnare neſcit, iuxta tabernacula paſtorū hœdos
A paſcit: quia quiſquis obſiſtentibus tentationū gladiis viriliter non reſiſtit, immūdas cogitationes quaſi hędos laſciuos in corde nutrit & efficitur ei ſimilis, etiā qui à fide recedit. Anima vero quę ſponſa Chriſti efſici cōcupiſcit, qualiter ſe habeat Chriſtus eam docet cum ei per cōparationem protinus dicit. *Equitatui meo in curribus Pharaonis, aſſimilaui te amica mea.*

a ¶ Secta magiſtrorum inſipientium doctrinas. b ¶ Populo Iſraelitico.

a b bernacula paſtorum. Equitatui meo in curribus Pharao- 1

a ¶ Id eſt, prædicatores, qui cibum ſcripturarum conterunt, & auditoribus ſuis comeſtibilem reddunt.

c nis aſſimilaui te amica mea. Pulchræ ſunt genæ tuæ ſi- 2

a ¶ Per collum capiti membra iunguntur.

d cut turturis, collum tuum † ſicut monilia. Murenulas 3 4

a ¶ Ego & illi qui illuminati ſpiritu ſancto ſcripturas aliis miniſtrant. b ¶ Diſtinctas & variatas, ſecundum diuerſitates perſonarum. c ¶ Eloquii nitore. d ¶ Cauſa præmiſſa quare tantopere diligat.

e f aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. Dum eſſet rex 5

† propter.

a *Equitatui.* Sicut priorem populū de Aegyptiaca ſeruitute liberaui, ſic te de perſequentium manibus liberabo elidēs Pharaonem, ſi te ſponſam meam cognoueris, liberans à ſeruitute diaboli, in fonte baptiſmatis paſſione rubricati, ſubmerſo ibidem autore. *Equitatui meo.* Quia dñs non vult eccleſiam ignorare ſeipſam, ſed diligenter attendere quid donorum acceperit, quid pati debeat: conſequenter poſt comminationē blanditur ei, quaſi dicat. Si vis intelligere quomodo te ſcire debeas, intellige cui te comparauerim, & tunc cognoſces te ta-
B lem per beneficia mea tibi collata, quæ turbari non debeas. *Equitatui.* Eques, ſponſus. dicente propheta. *Et ſalus eius equitatio.* Quantum ergo differt meus equitatus ab equis Pharaonis, tātum melior es omnibus aliis filiabus. Sicut ille populus superuenientibus curribus Pharaonis perterritus eſt (ſed cęleſti protectione ſaluatus, & per aquas ſubmerſis hoſtibus in terram promiſſionis introductus eſt) ſic vnda mortis, quæ cunctis occurſura eſt mortalibus, prauos rapit in interitum, piis reſerat iter ad ſalutem, & cętera omnia quę ibi corporaliter, hic complentur ſpiritualiter. Dubitantem benigne increpat, & ne deſperet in ſequenti fideli amore viriliter confortat, vbi Pharaonis eq. comparat.

Abac. 3. b. ſecundum L x x. Exod. 15. f.

b *In curribus Pharaonis.* id eſt, in tempore curruum. Et nota ſuperbiam: Pharao, elidens vel diſſipans interpretatur. Nec oportet vt vagari incipias cum me conſolatorem habeas, & prælatos quibus innitaris, per quos ſubſiſtas.

c *Pulchræ.* Quoniam oſtenſum eſt, quomodo dominus eccleſiam inter aduerſa protegat, reſtat oſtendi quantum amorem ipſius domini inter aduerſa ſeruet eccleſia. Vnde ſequitur: *Pulchræ ſunt genæ.* Tanta te verecundiæ ſalutaris virtute decoraui, vt caſtitatem promiſſę mihi fidei nulla prauorū doctorum doctrina vel ſuggeſtione corrumpas, a quibus timebas in errorem deduci. Pulchritudo mulieris in genis dicitur eſſe quam plurima.

Allegoricè.

Allegoricè. In genis notatur ſignū pudoris, ſicut in prędicatoribus mos recte viuendi. Eccleſia etſi ſponſi ſui morte viduata, tanta tū eius memoria tenetur, vt nullatenus exter-
C norum poſſit recipere conſortium: & pro ſuis & aliorū peccatis gemit. In collo, doctores: in monilibus opera illorū: qa ea quę verbo docent, operant᷑. Quæ ſit huius ſobrietatis cuſtodiendæ gr̃a ſubdendo demonſtrat. *Collum tuum ſicut monilia.* Per collū nāque cibos traiicimus in corpus reficiendū, & verba proferimus, quib⁹ ſecreta cordis proximis declaramus, i. doctores qui & verbis inſtruunt, & cibum ſalutis in commiſſa ſibi membra trāsfundunt. Qui monilibus comparantur, qui pulchri ſunt moribus, & pectora virginum verbis & exemplis claudunt, ne adulter inſerat manum.

✻ Gregorius. Turtur poſtquam parem ſuum perdiderit ſemel, nunquam alteri ſe iungit, ſed ſemper ſolitariè habitās in gemitu perſeuerat: quia quem diligebat non inueniens quærit. Sic ſancta quæque anima dum à ſponſo ſuo abſens eſt, ab eius amore non recedit, ſed in eius deſiderium ſemper anhelat & gemit: & dum illum quem valde diligit omnino inuenit, quia ab omni alieno amore ſe retrahit, quaſi in genarum verecundia caſtitatem cordis ipſo habitu & actu exteriori oſtendit.

d *Murenulas.* Alia tranſlatio: Similitudines auri fabrefaciemus tibi cum diſtinctionibus argenti, quoadusque rex in accubitu ſuo eſt. Quod eſt aurum, id eſt, faciem meam in præſenti vita non poteris videre, ſed ſimilitudinem claritatis cęleſtis, per illuminationem ſcripturarum, videbis per ſpeculum in ęnigmate, donec omnibus appareat, quod nunc latet in deitate. *Murenulas.* Pulchrè deſcribit ſponſus eius pulchritudinem: Poſt hæc fit ei ſpōſus in recubitu. Interim eo dormiente eius ſocii, id eſt, angeli conſolantur eam, non habemus aurum, ſed ſimilitudinem auri fieri faciemus tibi, donec ſurgat cum ſtigmatibus argenti. Murenulę, quęcunque bonæ inſtitutiones quaſi ornamenta aurium. In murenulis ſcriptura ſancta, quæ auro ſpiritualium ſenſuum fulget interius, & argento cęleſtis eloquii ſplendet exterius, per doctorum ędificationem fit cuſtodia ſobrietatis, & per diuinę ſcripturæ meditationem. Auro diuinæ ſapientiæ, & argento diuini eloquii intus & exterius renitentes.

e *Faciemus.* Ego & mei opifices, quos plurimos ad erogandа ſemina verbi conſtitui.

f *Dum eſſet.* Acceptis eccleſia tātis à cōditore ſuo muneribus & promiſſis, qua hæc deuotione operū ſuſceperit, manifeſtat dicens. *Dum eſſet rex.* q̃d eſt cum Dei filius in carne apparuit, eccleſia per ipſum myſteriū incarnationis in virtute cęleſtiū feruorē excreuit. Vel, cū eſſet in humiliatione crucis humanū genus per crucē redemptū, exercitio bonorum operum odorem ſuauitatis aſperſit. Chriſto rege in beatitudine cęleſtis ſecreti quieſcente, ſanctorum virtus in eccleſia magnę nobis gratiā ſuauitatis miniſtrat, qui quō eum quer☞ apperur

## NICOLAVS DE LYRA.

triarcharum, qui interrogati de ſua cōditione reſponderūt: Viri paſtores ouium ſumus nos & patres noſtri, 47. a.

1 *Equitatui.* Hic conſequenter reſpondet ad primam petitionem ſponſæ quæ erat de dilectionis affectione, dicens: *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea.* id eſt, oſtendi manifeſtè veram dilectionem ad te, quando ſubuerti currus Pharaonis in mari rubro te perſequentis, Exod. 14. d. Et tunc aſſimilaui te equitatui meo, id eſt, angelis meis quos valde diligo. Angeli enim ſancti in multis locis ſacræ ſcripturæ dicuntur eius militia & exercitus: Et eodem modo dicuntur hic equitatus Dei. Militum enim turma & exercitus, equitatus communiter nominatur.

2 *Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis.* id eſt, pulchritudo fidei tuæ eſt mihi amabilis. In Hebræo habetur: Pulchræ ſunt genæ tuæ in ordinibus, id eſt in ornamentis circa faciem tuam ordinatè diſpoſitis. Et adhoc conſonat litera ſequens cum dicitur.

3 *Collum tuum ſicut monilia.* Sunt enim monilia colli ornamenta. Hebræi enim de Aegypto exeuntes petierūt ab amicis, & vicinis Aegyptiis iocalia argentea & aurea de mandato Dei, Exod. 11. a. de quibus poſtea ornauerunt ſe in ſolennitatibus domini. Ratio vero diuerſitatis literę prędictę eſt, quia nomen Hebraicū ibi poſitum eſt æquiuocum ad turtures, & ordines. Tranſlatio noſtra ſequitur primam ſignificationem, Hebræi vero aliam, quorū dicto magis conſonat litera ſequēs, vt viſum eſt. Et ad idē pertinet quod ſubditur.

4 *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.* Sunt enim murenulę ornamenta opere plectili facta de filis aureis & argenteis & lapidibus intextis, quibus ornabantur capita mulierum, & oræ veſtium circa manus & collum.

5 *Dum eſſet rex in accubitu ſuo.* Deſcripto amore ſpōſi & ſponſę, prout reſpicit exitū de Aegypto, hic cōſequenter idē deſcribitur, prout reſpicit habitationē in deſerto. Et diuidit᷑ in duas partes, q͂a primo ponunt᷑ huius amoris promotiua. Secundo eius impeditiua, vt appoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcāt. Secūda pars incipit ibi: Capite nobis. Promotiua vero amoris ex parte ſponſi ſunt eius beneficia in deſerto ſponſę collata, nō tū recolunt᷑ hic oīa ſed aliqua notabilia. Nec ponuntur eodē ordine quo fuerūt collata, quia frequēter in ſacra ſcriptura prius facta poſterius narrantur & ęconuerſo. Igit᷑ pars iſta diuidit᷑ in tres partes. In prima, ponit᷑ beneficium cohabitationis diuinę. In ſecūda colūnę nubis, & mānę, ibi: *Sub vmbra.* In tertia, legis datę, ibi: *Vox dilecti mei.* Prima adhuc in duas: q͂a primo ponit᷑ dictū beneficiū. Secūdo, ſponſi & ſponſę mutuū colloquiū, ibi: *Ecce tu pulchra.* Circa primum ſciendū, q̄ maximū beneficiū fecit Deus Iſraeli in deſerto, qñ voluit habitare in medio populi in tabernaculo in quo erat propitiatoriū tanquam ſedes Dei, ſicut dictū fuit plenius Exod. 25. de quo loquebatur Moyſi ſicut homo ad amicum ſuum & per Moyſen populo. vnde dicitur Deut. 4. a. *Nec alia natio tam grandis quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris.* De hac igitur habitatione Dei dicit ſponſa: *Dum eſſet rex.* cęleſtis.

In ac-

appetunt non vident, tanto ardentius per deſideriū flagrāt.
A Vel dum eſſet cum patre, nardus, i. dilectio qua prior dilexit nos, dedit odorem, quia per dilectionem pp nos aſſumpſit carnem. Mirandus ordo verborū. Accubante rege nardus mea de. odo. ſu. dum propter nimiam charitatē qua dilexit nos, filius factus eſt mulieris.

a ¶ In humiliatione incarnationis, vel humiliatione crucis, vel in ſinu patris.
b ¶ Nardus humilis herba eſt calidæ naturæ, per quam charitas deſignatur.
c ¶ Tota congeries paſſionis. ¶ Faſciculus myrrhæ factus eſt Chriſtus, quando ablatus de cruce myrrha & aloe perunctus eſt.

a b in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum. Faſciculus 1 2

a ¶ Im tanti paſſionem. b ¶ In principali corde. ¶ Decebat in carmine nuptiali mammas potius appellari quàm pectus. c ¶ Quæ prius timebam vagari, nunc firmo amore eum complector.

c myrrhæ dilectus meus mihi: inter vbera mea commorabitur. 3

a ¶ Floritio interpretatur. b ¶ Repetit ex nimia dilectione. c ¶ Cuius flore digna ſum. 4
d ¶ In collectionibus gentium quæ abluuntur fonte baptiſmatis.

d e Botrus † cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi. Ecce tu 5 6

a ¶ Simplicitate cordis, & munditia operis. ¶ Vel bis dicit, pro acquiſitione vtriuſque populi, vel anima & corpore. b ¶ Quia ſenſus tui ſpirituali ſunt intellectu præditi.

f g pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui colūbarū. Ec- 7 8

a ¶ Naturaliter per diuinitatem, & ego ex te ſum pulchra. b ¶ Secundum humanitatem, quia de ſanctificatione natus. c ¶ Humanum corpus.

h i ce tu pulcher es dilecte mi & decorus. † Lectulus noſter flori- 9 10

a *Nardus.* quæ dicitur expellere tumores, fugare frigus, & afferre calorem, cui aſſimilatur homo dominicus, qui carnem aſſumendo ſe humiliauit, & ſe humiliando omnem tumorē ſuperbię abſtulit, frigus infidelitatis remouit, & feruorem charitatis intulit. Herba etiam hæc, quanto plus atteritur, tanto maiorem reddit odorem, ſic Chriſtus.

b *Faſciculus.* mors dilecti mei, quā pro mea ſalute ſubijt, ſemper in mea memoria cōmorabitur. Itē faſciculo myrrhæ cōparatur, dum pp nos crucis iniurias tolerauit. Myrrha arbor eſt Arabiæ, altitudinis quinque cubitorū, ſimilis ſpicę quam achantum dicunt, cuius gutta viridis atque amara, vnde nomen accepit myrrha. Gutta eius ſponte manans, pretioſior eſt, corticis vulnere vilior, quæ medendis infirmitatibus eſt ſalubris. vnde. Et myrrhatum vinum à militibus accepit.

✠ Beda. Hoc iuxta literā impletum de Saluatore noſtro legimus, quādo conſummata paſſione illius & ablato corpore de cruce, venit Nicodemus, ferēs mixturam myrrhę & aloen, quaſi libras cētū. Acceperuntq; corpus eius & ligauerunt in linteis cū aromatibus. Dilectus igitur Eccleſię, faſciculus myrrhæ factus eſt, qn̄ Dn̄s myrrha & aloe perlitus, linteis inuolutus eſt. Qui videlicet faſciculus, inter vbera ſponſæ cōmoratur, cum Eccleſia mortem ſui redēptoris ſine intermiſſione, intimo in corde meditatur. Inter vbera.n. cordis eſſe locū quis neſciat? Et faſciculus myrrhæ inter vbera ſponſę cōmorabitur, cum aīa quæq; Deo conſecrata, mortē eius, à quo ſe redēptam nouit, intenta mente quantum valet, imitari ſatagit: memor iſtius Apoſtolici ſermonis. *Qui quicunque ſunt Ieſu Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cū vitiis & concupiſcentijs.* Verum quia eidem morti mediatoris ac ſaluatoris noſtri mox reſurrectionis gloria ſucceſſit, rectè ſponſa ſubiungit. *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.*

c *Vbera mea.* Caſtarum vbera non franguntur, ſed meretricum laxis pellibus irrugantur. Vnde Ezechiel: *In Aegypto fractæ ſunt mammæ tuæ.*

d *Botrus cypri dilectus.* Botrus cypri cū reſurrexerit. In vineis Engaddi eſt, cū fidelib⁹ ſpiritualia dona diſtribuit. Arbores balſami, quę in Engaddi creſcunt, quia in modū vinearum excolunt̄, vineas appellat. Sponſus Chriſtus igit̄ eſt in vineis Engaddi, q̄a in carne veniēs ſpiritu ſancto plenus, credentibus euſdē ſancti ſpiritus dona largit̄ per chriſmatis vnctionem, in cuius cōfectione oleum & balſamum cōmiſcentur. Engaddi

D Engaddi fons edi. pp chariſmata quæ poſt reſurrectionem largitus eſt in baptiſmo ſuis participib⁹. Engaddi, id eſt, oculus meę tentationis, & tentatio eſt vita hominis ſuper terrā. Quia morti mediatoris, mox reſurrectionis gloria ſucceſſit, rectè ſubditur: *Botrus.* qui fuit faſciculus myrrhæ in amaritudine paſſionis. in dulcedine reſurrectionis extitit botrus cypri. Quod myrrha enim triſtificat, vinū lætificat. Ioh. 7.a.

e *Ecce tu pulchra.* Hactenus eccleſia, quæ dilectionis pignora à ſponſo receperit teſtatur, cui ipſe mox remunerationis vice reſpondet: *Ecce tu pulchra.* quaſi ex hoc quod me diligis, pulchra efficieris. † Lectus.

f *Amica mea.* Alia tranſlatio: Proxima mea, hoc eſt, in hoc quod proxima es ſpecioſa es, & poſtquam cœperis eſſe ſpecioſa, ſine additamento pulchra es.

g *Oculi tui.* Alia laus ſponſæ ſpecioſæ, vt & nos laboremus ſpecioſi fieri. *Oculi tui columbarum.* ſimpliciter Deū intueris, quia nihil aliud niſi ipſum quęris. *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam*, non habet oculos columbę, ſed qui habet, caſtis intuetur oculis, & legem & euangelium ſpiritualiter intelligit. In cuius columbæ ſpecie ſpiritusſanctus apparuit. Ideoq; & ſpiritualis intelligentia, & omnia ſpiritualia dona nomine columbę deſignantur. Columba felle caret, roſtro non lædit, in cauernis petrarum nidificat, alienos pullos nutrit, iuxta fluenta manet, meliora grana eligit, gemitum pro cantu reddit, gregatim volat, alis ſe defendit, viſum recuperat. Ita ſancti iuxta fluenta doctrinæ ſedētes meliores ſententias eligunt, homines à Chriſto alienos nutriūt Deo, ſi quas bonas ſententias in hæreticis inueniunt non peruertunt, ira irrationabili carent, in fide plagarum Chriſti refugium habent, gemunt pro peccatis. E Mat. 5.d. Columbæ natura & eiuſdē moralizatio.

h *Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus.* audiens ſpōſa ſe per dilectionem ſponſi meruiſſe, vt ab ipſo ſponſo laudaretur, ſponſo vicem in laudibus tribuit, non quod ei quod non habet ſuo præconio largiatur, ſed intelligēs decorem eius per quem, & ipſa decora facta eſt, ait: *Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus.*

i *Lectulus noſter floridus.* Aliquando eccleſia quaſi in lectulo cum ſponſo quieſcit tēpore ſcilicet pacis, vbi Dei pulchritudinem liquidius aſpicit, & prolem fidelium flore fidei redolentem, ex aqua & ſpiritusſancto gignit. Aliquando cū ſponſo inſurgente tentatione in acie conſiſtit. Vel lectulus, puſilli fideles, qui Deo ſunt quies & magiſtris ſuis, per hoc, ſaltē, quod peccare mortaliter nolunt, qui florent initijs bonorum operum per quod dant ſpem fructus, id eſt; maiorum operum. Quietam in ſponſo vitam agere volens quales domus ſint, in quibus eum ſuſcipere velit inſinuat. Pax eccleſiæ, virtutibus floret, & ſpirituali prole multiplicatur. F Tigna

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *In accubitu ſuo.* id eſt, in propitiatorio.
2 *Nardus mea dedit odorem ſuum.* id eſt, thymiama boni odoris, quod offerebatur in altari incenſi in conſpectu ſancti ſanctorum vbi erat propitiatorium.
3 *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur.* id eſt, intra cor meum per iugem meditationem. Et dicitur dilectus faſciculus myrrhæ, quia ſicut myrrha conſeruat carnem à putrefactione, ſic Deus mentem à peccati corruptione. Et quia non ſolum mentem ſeruat, ſed etiam delectat, ideo ſubditur.
4 *Botrus.* & ordinetur ſic litera. *Botrus cypri in vineis En.* Eſt autē Engaddi locus vbi creſcit balſamum prope mare mortuum: vt apparet in deſcriptione terræ ſanctę: & ibidem creſcit arbor aromatica nomine cyprus, quæ facit grana ſimul iuncta ſicut in vuis vineæ, & inde locus vineæ dicitur, vt dicunt aliqui: Et ideo cyprus non eſt hic nomen inſulæ quę eſt in mari mediterraneo, quia ibi non ſunt dictę vineę.
5 *Dilectus meus mihi.* id eſt, magis delectat me ſpiritualiter, quàm quodcunque ſapidum & ſuaue delectet corporaliter.
6 *Ecce tu pulchra es amica mea.* Poſt cohabitationem ſponſi & ſponſę, ponitur hic mutuum colloquium gratioſum ſponſi & ſponſæ, quod ſolet eſſe in corporalibus ex cohabitatione: & ſecundum hoc dicit ſponſus: *Ecce tu pulchra es.* & duplicatur li pulchra, ad denotandum pulchritudinem mentis & exterioris conuerſationis.
7 *Oculi tui columbarum.* per ſimplicem contuitum, qui multum decorat ſponſam corporalem: & per hoc in ſponſa ſpirituali ſimplicitas intentionis intelligitur eā decorans, ſecūdum quod dicit ſaluator Matt. 6.c. Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. Et reſpōdet ſponſa.
8 *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus.* cuius pulchritudinis non eſt finis.
9 *Lectulus noſter.* id eſt, tabernaculum, in quo ſponſa per Moyſen, & Aaron, & alios ſacerdotes in quiete contemplationis quaſi in lecto quieſcebat.
10 *Floridus.* quia operimentum interius tabernaculi erat de cortinis varijs coloribus, & pulchra varietate contextis ad modum diuerſorum florum Exodi. 26. Et quia templum Salomonis poſtea fuit ædificatum ad ſimilitudinem huius tabernaculi, ideo occaſione huius dicitur hic de ipſo.

6 Ecce

A a *Tigna domorum noſtrarum cedrina.* Domus variæ, per mũdũ de gentibus eccleſiæ. *Tigna.* quæ ad munitionẽ domus ſolẽt fieri, prædicatores, quorũ verbo & exemplo ſtructura eccleſiæ ne corruat, continetur. Laquearia, quę ad decorẽ domus ſolent fieri, ſimpliciores famuli Chriſti, qui tignis adhęrent & ſuſtentantur qui non doctrina, ſed virtutibus ornant.

✲ Greg. Cedrus quę ſerpẽtes reprimit & fugat, ſublimiores ſignificat ſanctos, cypreſſus ſimpliciores. Per tigna etiam dilectionem Dei poſſumus intelligere, per laquearia dilectionem proximi, quæ ſunt partes virtutis eminentioris in cordibus ſanctorum quæ ſunt domus Dei. Cedrina verò & cypreſſina ideo dicunt̃, quia ſicut hæc ligna incorruptibilia ſunt, ita charitas nũquã excidit. Per domos, plures Eccleſias intelligimus, per tigna cedrina, p̃dicatores deſignamus, p̃ laquearia cypreſſina ipſos populos figuramus. Tigna.n. tectum ſuſtentant, laquearia verò domum implent & ornant. Sic & in ſancta Eccleſia prædicatores boni ſcripturam diuinam in corde & ore portant, quam fidelibus quaſi tectũ expandentes prædicant, vt dum Eccleſia prædicatione cęleſti inſtruitur, munimen accipiat quo ab imbribus tentationum protegatur. Cedrus autem & cypreſſus imputribilia ligna eſſe perhibent. Quibus bene omnes electi figurantur, quia dum temporalia nullo deſiderio ſectantur, æterni fiunt, eo quòd mente in æterna figura figuntur.

a ¶ Tui facientis, mei cooperantis. b ¶ ¶ Imputribilia, & odore ſuo ſerpentes, id eſt, dęmones fugantia. c ¶ Quia alta odoris optimi, medendis apta corporibus.

a dus, tigna domorum noſtrarum cedrina: † laquearia no- 1
b ſtra cypreſſina.

D b *Cypreſſina.* Cypreſſus Græcè dicitur, quòd caput eius à rotunditate in acumen erigitur. vnde & *χῶνος* dicitur, Id eſt, alta rotunditas, hinc & fructus eius chonus dicitur. vnde: *Chonifera cypreſſi.*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Tigna domorum noſtrorum laquearia noſtra. *De talibus enim lignis fuit illud templum ædificatum, vt patet tertio Regum. Et ſubdit ſponſa tanquam de beneficiis ſponſi grata.*

## CAP. II.

Ego flos. Quia præſentis tẽporis ſtatuti labor magis quã requies conuenit, rectè ſponſam otio delectatam ad laborum exercitia prouocat.

B Q. Tu quidem volens pulchritudinem tuã mihi commendabilem reddere, delectaris in quiete ſecretis florere virtutibus: ſed ſcias, quod ego alteriuſmodi pulchritudinem requiro in præſenti, quia ſum flos virtutum à quo oĩs fructus campi egreditur, quia odorem meũ toti mũdo innoteſcere cupio quod non põt impleri niſi intermiſſa quiete qua delectaris, ad officiũ prædicationis accingaris. Et liliũ conuallũ magis quàm montiũ, quia claritatẽ meæ humanitatis, vel ſplendorẽ æternæ lucis vel deitatis magis reuelo humilibus, & paratis ad patiẽdũ. Q. Memẽto q̃, qui de virgine naſci potui, qui Deus ſum humiliter in mundo apparui, hominibus me ſociũ eſſe exhibui, humiliter vſq; ad mortem veni. Ideo deſiſte quietis ſecuritatem quærere. vnde ſubdit: *Sicut li.* Sicut campus floribus ornatur, ita mundus mea notitia & fide decoratur.

b *Sicut li.* Laudato ſe laudat ſponſam, ita. Sicut liliũ nõ poteſt ſpinis cõparari inter quas ſępe exoritur, eodẽ modo proxima mea ſuper oẽs filias lilium eſt. *Sicut li.* Tu requiẽ quęris & laudes lectuli, ſed ſcito quia cãdidior tribulationũ aculeis efficieris, & maior eſt fructus p̃dicationis quàm quietis.

c *Sic ami mea* Greg. In eccleſia nec mali ſine bonis, nec boni ſine malis eẽ põt: bonus nõ fuit, q̃ malos tolerare nõ potuit.

Aug. Aduerſarium hęreſum dogmatibus eius integritas tanquã ſpinis pungitur, vt contra hoſtes ſuos vigilans exerceatur, donec eminens tanquam lilium in capite ſponſi ſui, candore ipſo decoretur.

C d *Sicut ma.* Sponſa laudata & exẽplo ſponſi ad patiẽdũ admonita, reciproca laude ſponſum attollit, q̃ inter bonorum opera † ſimiliter ſanctus emineat, & ſe paſſurã promittit, q̃ patit̃ eo præſidente qui eſt refrigerium & refectio. *Sicut ma.* Vnguentorũ odor quamuis ſuauiter redolet, non eſt tamen ad edendum ſuaue. Malum autem optimi ſaporis & odoris tale eſt, vt fauces dulcore delectet, & ſpiritum mulceat odoratus.

Margin: † roſa in Saron. — Nota pro officio prædicantium. — Moraliter. — † ſingulariter. Mali odor.

CAP II.

a ¶ Decor mundi, gloria humilium, virginis integritas de inculta terra ortus. b ¶ Poteſt in hoc humilitas parentum Chriſti accipi, quia pauperes elegit parentes.

a Ego † flos campi, & lilium conuallium. 1 2
b
a ¶ Quod pungitur à ſpinis, candorem tamen retinens, & tunc maiorem odorem effundens. b ¶ Id eſt, te pungentes dum à ſtatu diaboli mouentur. c ¶ Non ſolum ab infidelibus, ſed etiam eorum, improbitate pungeris, quos in filiarum numero gaudebas te accepiſſe.

c Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea 3 4 5
a ¶ Viſu, odore, & guſtu antecedit omnia ligna ſyluarum.
b ¶ Omnes inſtitutiones ad comparationem inſtitutionis diuinæ inferaces ſunt, id eſt, infructuoſæ ſyluæ.
c ¶ Sic Chriſtus præcedit omnes ſanctos, qui dicuntur filii Dei gratia, ipſe natura.

d inter filias. Sicut malus inter ligna ſyluarũ, ſic dilectus meus 6 7 8
a ¶ Quaſi ab æſtu deſideriorum carnalium ſub aduentus illius protectione requieui, vel vmbra, id eſt, diuina ſcriptura.

e f inter filios. Sub vmbra illius quem † deſideraueram ſedi, & 9 10

✲ Greg. Ligna ſylueſtria eſui hominum habiles fructus non gignunt. Malus vero quod gignit, congruè & ſalubriter homines edunt. Merito ergo p̃ malum Chriſtus, per ſylueſtria vero ligna cæteri homines figurantur: quia in ſolo Chriſto cibum ſalutis quoties quęrimus inuenimus: in eius verbis & exẽplis aĩas noſtras fructu ſuaui & ſalubri reficimus. Ipſe eſt quippe lignũ vitæ, quã nobis tribuit. Ipſe eſt qui dũ nobis ſemetipſum inſpirat, aĩam paſcit. In ceteris verò ſi quid refocillationis inuenimus, non quod illorũ ſed quod Chriſti eſt, ab illis ſumimus: quia quicquid in eis p̃ter Deũ eſt, mortiferũ nobis p̃culdubio inuenimus.

e *Sub vmbra.* Ideo dilectũ oĩbus præpono, quia in ſola pietatis eius protectione, cuius deſiderio ardebã, refrigeriũ tribulationũ me inueniſſe cõſpicio, & ſuauiſſimũ donorũ eius fructũ ſentio, quo me perpetuo reficiendã confido. Deſiderauerat aũt ſub vmbra autoris reſpirare, cũ ſe ſole p̃ſecutionũ fuſcatã querebatur, cum Dei auxiliũ implorans clamabat: *Indica mihi quem di. a. mea: vbi paſcas, vbi cubes in meridie.* cũ nõ ſolũ preſſurarũ tędio fatigata, ſed recordatione pulchritudinis & decoris eius illecta dicebat: Lectulus nr̃ floridus, cuius deſiderij ſe cõpotem factam oſtendit, dicens. *Sub vmbra.* Et notandũ q̃, ſuperius tigna cedrina & laquearia cypreſſina predicabat, non tñ horum ſibi protectionẽ ſufficere memorabat ſed ſolam vitæ arborem, in cuius vmbra quieſceret, & fructu reficeretur, querebat: quia ſancti exemplis, doctrina, & interceſſione, ſuffragia ferunt: ſoli tñ ſaluatori dicere habemus: *Filij autem hominũ in protectione alarum tuarum ſperabũt.*

f *Sedi & fru. &c.* Nõ dicit ſedeo, ſed ſedi. Huiuſmodi profectus ſunt eccleſiarũ, vt in exordio deſideret q̃ſpiã in virtu ũ vmbra cõfidere, vt ad eũ veniat corpus eius, ex quo vmbra naſcitur: ideo & natiuitas Ieſu ab vmbra cępit, & in veritate finitur:

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. II.

Ego flos cãpi. *i. mõ habito pura, et mũda extra vilitatẽ Aegypti.*

Sapien. 2. b. 2 Et lilium conuallium. *quaſi dicat, quãdo eram in Aegypto, eram quaſi lilium in monte, cuius color obfuſcatur ſolis ardore, ſicut dixit ſuprà. Decolorauit me ſol, ſed modo ſum ſicut lilium in valle, quod habet colorem recentem ex vallis humore. & quia Deo placet ſponſæ gratitudo, ideo ſubdit eam commendando.*

3 Sicut lilium inter ſpinas. *id eſt, ſicut lilium redolens, & ſuaue: comparatur ad ſpinas aſperas & pungentes.*

4 Sic amica mea. *id eſt, plebs Hebraica.*

5 Inter filias. *id eſt, gentes alias quæ ſunt idololatriæ deditæ, & innocentes tractant aſpere, ſicut patet de Aegyptijs, qui tractauerant Hebræos valde dure. Et ſubditur reſponſio ſponſæ.*

6 Sicut malus. *quæ eſt arbor fructifera.*

7 Inter ligna ſyluarum. *Quæ communiter ſunt infructifera.*

8 Sic dilectus meus. *A quo procedunt cuncta bona.*

9 Inter filios. *id eſt, aliarum gentium Deos, à quibus nulla bonitas procedit, ſed ſunt inutiles omnino.*

10 Sub vmbra il. *Hic conſequenter ponit duplex notabile beneficiũ. Primũ eſt bñficiũ colũnæ ignis et nubis, q̃ illuminabat noctẽ, & de die tẽperabat ſolis ardorẽ. Exo. 13. & quãtũ ad hoc dicit ſpõſa:* Sub vmbra illius quẽ deſiderauerã ſedi. *i. manſi vel habitaui, ſicut dicitur Deut. 1. g. Sediſtis ergo in Cadesbarne multo tempore, id eſt, manſiſtis. Secundum beneficiũ fuit mannæ cęlitus datę in cibum Exod. 16. c. De quo cibo dicitur Sap. 16. c.* Panem paratum de cęlo præſtitiſti eis, ſine labore, oẽ delectamentum in ſe habentem, & oĩs ſaporis ſuauitatẽ, & hoc eſt quod ſubditur: Fructus eius

A finitur. Sicut dicitur: *Spirituſſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi.* Sic poſtea ad meliora fit tranſitus.

a *Dulcis.* Quia in eo intelligit anima cauſam vitæ, dum & corporaliter percipit.

b *Introduxit me.* Hęc refectio quātę dulcedinis, quātę ſit virtutis oſtenditur, cum ſubdit: *Introduxit me.* id eſt, ſpe futuræ gloriæ adeo lętificauit, vt iam ſeculi non ſentiā labores. *Introduxit.*

cut ego in languore meo habeo. Quantò ſe ad amorē ſponſi accendit, tanto ab amore temporalium langueſcit. vnde ſubdit: *Langueo.* D

e *Lęua eius.* Noli aliunde capiti requiem quærere, ſi enim lęuam eius habueris, omnia tibi quæ mea ſunt tribuentur.

a ¶ Poſtquam vmbra protexit me, fructu eius ſaturata ſum, id eſt, cæleſti eius dulcedine vel corpore ſuo. b ¶ Cordis mei. c ¶ In collectionem gentium quæ iam aliis exemplo & prædicatione vinum propinat, quo eos amore ebrios facit. d ¶ Ordinatam me fecit habere charitatem. ¶ Oſtendit mihi qualiter Deus, & qualiter proximus eſſet diligendus.

a b fructus eius dulcis gutturi meo. Introduxit me rex in cellā 1

a ¶ Conſolamini me exemplis, et am illorum qui iam incipiunt bene operari, vel qui currunt, vel qui iam peracto curſu terminant viā ſalutis, vt eorum exemplis ad meliorem reductis non deficiam.

c d vinariam: † ordinauit in me charitatem. Fulcite me † flo- 2

a ¶ In huius mundi peregrinatione, amore ſupernæ viſionis langueo:

e ribus, ſtipate me malis, quia amore langueo. † Lęua 3

¶ Mente. a ¶ Et ſi nondum.

eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

¶ Conteſtor. a ¶ Iam in fide generati, illis miniſtrantibus qui Deum propius vident. b ¶ Bene capreas & ceruos dicit eſſe camporum, vt notet puram ſimplicitatem mentium, pura fide florentium in quibus uirtutes oriantur & nutriantur.

f g Adiuro vos filiæ Ieruſalē per capreas ceruosq; camporum, 4 5

Ambroſius. Quàm cito guttur meū dulcedinem gratię eius attigit, ita me recreatam ſpiritu, & ab amore terrenorum in ſuperna tranſlatam ſentio, acſi in cellam vinariā introducta, nouo ſim meri odore & poculo refecta.

*Lęua eius ſub ca. meo.* Cum corda fidelium in hac vita, per ſacramentorum participationē, per pignus ſpiritus, per ſcripturarū ſolatia confortantur: quæ & ad ſubſidium peregrinationis dat Deus: dextera amplexabitur, cum poſt hāc vitam cęleſtia pręmia accipiemus. *Lęua.* (id eſt, præſens vita & tēporalia Dei dona) dū per ſpem mentem roborat, eſt ſub capite

† phialis, vaſis vinariis.

† Infra. 8. a.

Typicè per vinum gratia ſpirituſſancti notatur. Cella vinaria eſt eccleſia, in cuius vnitate tantum dari ſolet & accipi ſpirituſſanctus, quam eccleſiam de toto orbe collectam, Deus in vnam ſibi domum fabricauit quam ſpirituſſanctus ſuis chariſmatibus conſecrauit. Quę fabrica, quia in charitatis maxime fundamento ipſo operante conſiſtit, recte ſubditur.

✻ Beda. Mox, inquit, vt dulcedinem gratię eius guttur mei cordis attigit, ita me recreatam ſpiritu & ab infimarū rerum oblectatione in ſuperna deſideria tranſlatam eſſe ſen B tio, acſi in cellam vinariam introducta, nouo ſim meri odore, ſimul & poculo refecta. Vnde merito qui talia bona dedit, inextinguibili in ſe redamandum charitate connectit. Typicè autem quia vini vocabulo ſancti ſpiritus ſolet gratia deſignari, Domino atteſtante cum dicit. Quia vinum nouū in vtres nouos mittendum eſt, id eſt, mundis cordibus feruor eſt donorum ſpiritalium infundendus. Cella vinaria Eccleſia debet intelligi, in cuius vnitate ſolummodo ſpiritus ſanctus dari ſolet & accipi. Introduxit ergo dilectus amicā ſuam in cellam vinariam, quia Dominus Eccleſiam de toto orbe collectam in vnam ſibi domū fabricauit, quam ſui ſpiritus chariſmate conſecrauit. Quę videlicet fabrica, quia in charitatis maximè fundamento, ipſo operante conſiſtit: rectè, poſtquam ſe in cellam vinariam introductam dixit, addidit. *Ordinauit in me charitatem.*

c *Ordinauit in me charitatem.* Multorum charitas inordinata eſt, quod in primo eſt, ponunt tertium vel quartum. Primò, Deus diligendus eſt. Secundò, parētes, inde filij, poſt domeſtici, qui et ſi boni ſunt, malis filiis præponendi ſunt. Secundū hoc in euāgelio ad cuiuſcunq; dilectionē propriū ponit. Diliges dnm Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & proximum tuū ſicut teipſum. Inimicos non ex tota virtute, non ſicut teipſum, ſed ſimpliciter: Sufficit.n. quòd diligimus, & nō odio habeamus. Vel ipſe prior dilexit me, & diligendo vt eū amare noſſem, donauit. Vel ordinauit, id eſt, ordinata charitate, mea ſingula membra, id eſt, electos oēs ſibi copulauit, eminentiora ampliori affectu cōplectitur. C Quantum charitas mentem quam perfectè abſorbuerit ab amore infimorum ſuſtollat, oſtendit, cum ſubditur.

d *Fulcite.* Iā ſupradictis cōfortata, ita in amorē Dei ardet, vt p̄ nimio amore vel pęnis illatis lāguor carnis immineat. Vel fulcite, i. vos alij vel perfectiores, vel incipientes bene operādo ſitis mihi recreatio, vt in bonis operibus veſtris quieſcā, quæ adhuc non poſſum quieſcere contēplando vultum Dei. Ideo fulcite, vt & p̄ſens & futurū ſubſidiū habeatis, ſicut

ad conſolationem data. Et dextera, id eſt ęterna vita amplexabitur, ſicut protegens, quando per remunerationem nos glorificabit. Q. temporalia Dei beneficia (quò à mundi cupiditatibus & perturbationibus aliquantulū quieſcere queā) adiuuant in hoc loco peregrinationis, & æternorum promiſſio amplius delectat.

✻ Greg. Per lęuam ſponſi vita pręſens, per dexteram verò vita ęterna deſignatur. Per caput autem ſpōſę mens quę animę principatur, aſſumitur. Sed lęua ſponſi ſub capite ſpōſę eſſe dicitur, & dextra eius amplexatur eam: quia vitam temporalem ſub mente ſua ſemper ponit, vitam verò eternam, vt omnimodo amplexetur, concupiſcit. Hęc quippe quę videt, magnanimiter mente ſublimi conculcat, officiis cœleſtibus ſe occupat. Hęc neceſſitate tolerat, ad illa ſummo deſiderio quaſi brachio dextero ſponſi aſtricta ſuſpirat. E In quę cum aliquantulum intrat, delectabiliter quieſcit, cuius quietis dilectione mundanos tumultus omnino faſtidit. Sic quieſcentem vtique ſponſus amplius diligit, & ab eius excitatione improbos quoſque repellit, dicens: *Adiuro vos filiæ Ieruſalem per capreas ceruoſque camporum, &c.*

f *Adiuro.* Primitiua eccleſia ad gentes conuerſa, & quaſi in perſona eorū huc uſque locuta, cum ex amore interiori corporis defectum iam patiatur, monet ſpōſus nouellam eccleſiam, ne peccando inquietet eam. Quam amabilis ſit Deo huius eccleſię & cuiuſlibet fidelis animę pauſatio, ex reſponſione ſponſi declaratur.

g *Per capreas.* id eſt, ſi velitis eſſe comparabiles capreis vel ceruis in virtutū altitudine & pretioſioribus cibis, & in agnitione, quæ medela ſit congrua veſtris vulneribus, ſi vulnera habetis. Capreæ & cerui, munda animalia, venenorum inimica, ruminantia, opera ſpiritualium virtutum figurant, cōtra virulenti hoſtis inſidias. Cerui tēpore amoris diſcedentes à patria, alter clunibus alterius capite impoſito ſe ſuſtentant, ordinatim incedentes, primus fert, vltimus tantum fertur, primo fatigato, vltimus ſuccedit: canibus inſequētibus per dumeta cornibus dorſo impoſitis illæſi euadunt. Caligantibus oculis ſerpētem comedunt, & hauſto fonte viſum recuperant & deponunt ſuperflua. Sic ſancti amore Dei renuntiant terrenis. Alter alterius onera ſupportant, minus enim onerati peccatis alleuiant oneratos, condonando, pro eis orando. Robur datum per ſpiritumſanctum, menti ſuæ ſupponunt dum vrgentur ab impijs, & ſic tranſeunt illæſi, F diabolum comedunt, id eſt, annihilant in ſe, & potato fonte, id eſt, Chriſto, viſum interiorem recuperant, & pellem ponunt, id eſt, immunes fiunt à peccatis.

Cerui natura.

Gal. 6. a.

☙ Ne ſu-

NICOLAVS DE LYRA.

cis gutturi meo. *Tertium beneficium fuit ritus ſacrificiorum, per quæ placabatur offenſa diuina, & conferebatur gratia, non ex ſacrificiis ſecundum ſe, ſed inquantum fiebant ex offerentium fide & deuotione, & quantum ad hoc dicit ſponſa.*

1 Introduxit me. *i. ad altare holocauſtorum, vt dicit Rabi Salomon, quod dicitur cella vinaria, eo quod in libaminibus ſacrificiorū ibi effundebatur vinū, et tūc Leuitæ cātores incipiebāt canere diuinas laudes, quæ ordinantur ad dilectionem Dei, & proximi. & ideo ſequitur.*

2 Ordinauit in me charitatem, &c. *Licet autem per charitatē Deus habeatur in via, hoc tamen non eſt in re, per quem modū habetur in patria, ſed in ſpe. Licet autem ſpes inquantū eſt de bono, cauſet delectatio*

*ctationem: tamen abſentia realis huius boni inducit afflictionem, ſecundum illud. Prouerbio. decimotertio. b.* Spes quæ differtur, affligit animam. *& hæc afflictio vocatur hic languor ſponſæ. Mulier autem languida corporaliter delectatur florum, & pomorum odoribus, & ſponſi amplexibus: per quæ hic deſignantur metaphoricè diuinæ conſolationes, quæ dantur ſperantibus in ſe, cum dicitur.*

3 Fulcite me floribus: ſtipate me malis. *& patet ex dictis litera. Et quia continuatio talium conſolationum eſt appetenda, & ſubtractio abhorrenda, ideo ſubditur.*

4 Adiuro. *i. infirmi de populo Iſrael, vt dictum eſt ſuprà ca. primo.*

5 Per capreas ceruoſque cāporum. *id eſt, per patriarchas, qui ſic nominantur in ſcriptura, Gen. 49. c.* Nepthali ceruus emiſſus, &c.

a ¶ Vt ueſtra culpa neceſſe ſit illis laborare. ¶ Id eſt, alius alium non impediat, ſed ſic quiſque de proximorum profectu, quaſi de ſuo gaudeat. b ¶ Id eſt, ne commoueatis etiam vt in aliquo interrumpere faciatis quietem. c ¶ In meo amore quieſcentem. d ¶ Notat eam aliquando ex voluntate reſurrecturam.

a ne ſuſcitetis, neque vigilare faciatis dilectam, † donec ipſa 1 2

a ¶ Spontanea voluntate ſi congruum tempus viderit. b ¶ Qui me diligit. ¶ Horum. ¶ Hic de contemplatiua. c ¶ Et vt eum mecum inuenire ſciatis, hoc ſigno quærite. d ¶ Qui eſt inuiſibilis carne indutus. e ¶ Viſitauit nos. f ¶ Id eſt, ſe in ſcripturis viſibilem fecit, & crebra viſitatione illuſtrat corda fidelium.

b velit. Vox dilecti mei: Ecce iſte venit ſaliens in montibus, 3

c a ¶ Secundum viſum. b ¶ Quia eſt in ſimilitudine carnis peccati. ¶ Caprea id eſt, dorcas. 4

d tranſiliens colles. Similis eſt dilectus meus capreæ hin- 5

e a ¶ Veram carnem de patriarchis aſſumpſit. Et velocior illis, quia pondere peccatorū preſſi, iſte immunis. ¶ Secundum opera quia contrarias fortitudines contriuit. b ¶ Ecce venit. c ¶ Corporali præſentia paratus ad adiuuandum. d ¶ Indutus parietem noſtræ carnis ita manet in nobis, vt à nobis videri non poſſit.

f nuloque ceruorum. En, ipſe ſtat poſt parietem no- 6

a ¶ Nobis reſiſtentem, ſed ei non. Vel, nobis communem, quam pro omnibus aſſumpſit, non pro nobis ſolis. b ¶ Sicut ex alto. c ¶ Miſericordiam faciens aperte per miracula, per prædicationem. ¶ Id eſt, apoſtolos. d ¶ A longe. ¶ Dudum:

g ſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per can- 7

a ¶ Per prophetas. ¶ Per inſpirationem. b ¶ Venit & ſtat, & ſic de alijs conuertendis mihi præcipit. c ¶ Inſpirando. d ¶ Et debes ſurgere, quia amo te, & tu me. e ¶ Quia tempus breue eſt.

h cellos. En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera 8

A a *Ne ſuſcitetis*. Greg. Si ſubditi aliquid peccant, propter quod doctores à quiete ſurgere cogantur, non tantum pœnā illius peccati incurrunt, ſed etiā puniuntur pro inquietatione doctorū, quia qui doctores cęleſtibus intentos inquietare præſumit, etiā virtutes quas habere ſe credebat, perdit. Adiuramentum ſponſi, ſponſa libenter ſuſcipit, & audiens determinationem iſtam appoſitā, ſcilicet donec ipſa velit, animaduertit ſibi latenter præcipi, vt ipſa ſponte ſurgere velit, promittit ergo ſe ſurrecturam, & proponit talem ſponſum pro quo velit, & tempus congruum. Poſtquam enim apoſtoli in primitiua eccleſia gentium poſiti, in tantam perfectionem ſe, & alios induxerāt, vt iam contemplationi vacarent, iterum intelligit ſibi impoſitam neceſſitatem diſcurrendi per totum mundum, & conſtruendi nouas eccleſias.

B b *Vox dilecti mei*. Hęc eſt quam audiui adiurantem filias Ieruſalem ne me ſuſcitarent, gaudeo, conſolatoriam eius vocem audiens, dum eius faciem nondum video: tamen ſublimato ad cęlum animo, aliquam ſuauitatem futuræ beatitudinis prægusto, etiam in hoc præſenti.

c *Saliens in montibus*. Salit in montibus, & quaſi pedes ponit quo ſigno ibi fuiſſe dignoſcitur, quia cum per paſſionem & vitæ conuerſationem imitatur. Saltum fecit de cęlo in vterum, de vtero in præſepe, de præſepi in crucem, de cruce in ſepulchrum, de ſepulchro rediit in cęlum. Ipſe eſt qui eleuatus eſt ſuper omnes montes, & colles, id eſt, ſanctorum tam maiorum quàm minorum altitudines.

d *Tranſiliens col.* In collibus non apparent ſigna pedū, ſed vmbram ſuperuolantis ſuſceperunt, quia etſi non vt illi maiores, tñ aliquatenus imitantur, & ab eo viſitantur. Montes & colles ſunt, qui generalē eccleſiæ conuerſationē quaſi floridā camporum planiciem, ſingulari mentis puritate tranſcendunt & ab infimis recedētes vicinius ſuperna cōtēplantur. In quibus ſalit, quia corda ſublimiū crebra viſitatione illuſtrat, & non manet ſed ſalit, & tranſilit, quia hæc dulcedo contemplationis breuis eſt & rara, pp grauedinem carnis, quia terrena inhabitatio aggrauat ſenſum multa cogitantē.

e *Similis*. Quia acutè videt, & in altis montiū habitat, velociter ſaltat. Vnde & rarius à nobis videtur: ſemper aſcendit à natiuitate vſq; ad ſinū patris. *Similis*. Et quāuis diuinitate ſua ita oēs tranſcendat, tñ factus eſt homo pro me natus eſt de Gentili & patriarcharum ſemine. In aſſumptione carnis,

C & humanitate comparatur capreæ, in varietate virtutum, & miraculorū hinnulo. Ceruus flatu narium ſerpentem de cauernis extrahit, & ſuperata pernicie veneni pabulo delectat. Quoniā iſtis verſiculis ſpeculatiuę vitę ſublimitas eſt expreſſa, reſtat actiuæ vitæ, quæ omni eccleſiæ communis eſt, perfectionem oſtendere. Vnde ſequitur: En ipſe ſtat, &c. D

f *Poſt parietem*. Paries qui ab eius aſpectu nos ſeducit, mortalitatis conditio eſt, quam peccando meruimus, qui ita conditi ſumus, vt ſi nō peccaremus, oēs electi diuinū lumen indefeſſi cerneremus: ad quod intuendum perpauci perfectiores, cum labore, fide purificati nunc pertingūt, ſed in hoc pariete miſericordia Dei feneſtras & cancellos vnde nos proſpiceret fecit, quia mentibus quamquam oppreſſis, gratiam ſuæ cognitionis aperuit, & crebra nos † ſuæ inſpirationis luce † reſpicit. Per cuius inſpirationis † proſpectum, quia hoc maximè Deus agit, vt nos à temporalibus ad promerenda cęleſtia prouocet, rectè ſubiungitur. En dilectus meus loquitur mihi, qui ſupra monuit filias Ieruſalem ad cuſtodiam meæ quietis: me ad colendas vineas mittit: oſtendens opportunitatem. E

*Poſt pa.* Hieronymus. Moraliter, ſi feceris ædificationem tuam, Deus veniet poſt parietem tuum, proſpiciens per feneſtras, id eſt, per quinque ſenſus ſolicitè contuetur, vbi enim non proſpicit ſponſus, mors aſcendit. vnde Ieremias: *Ecce mors aſcendit per feneſtras noſtras eminens per retia.* Omnia retibus diaboli plena ſunt, quibus caperis, niſi quia ſponſus ſubiecit ſe retibus mundi, qui eminenter, & cōſcindens viam faceret, vt dicas: *Anima noſtra ſicut paſſer, erepta eſt de laqueo venantium.*

g *Per feneſtras*. Sicut ſol intrans per feneſtras illuminat domum, ita Chriſtus exemplo, & admonitione apoſtolorū nos illuminauit. Sicut per cancellos, id eſt, per parua foramina parua lux intrat, ſic obſcura cognitio per prophetas.

h *Surge, propera.* id eſt, interrumpe contemplationem, & labora in acquiſitionem aliorum, vel ſurge ab amore terrenorum. Surge omnia tempus habent, qui modò adiurabat filias Ieruſalem, ne inquietarent dilectam: ecce eam ad laborem inuitat.

*Surge propera.* Greg. Cum iā de corruptionis corpore educitur, ei imber tranſiit, quia præſentis vitæ torpor abſceſſit, & ad contēplandum Deum in ſubſtantia educitur, nec iam verborum guttæ ſunt neceſſariæ, vt pluuia prędicationis debeat infundi. Nā qđ minus audire potuit, amplius videbit. Tunc.n. apparent flores in terra, qñ de æterna beatitudinis vita quadā ſuauitatis primordia prægustare aīa cęperit, quę iam in floribus odoratur exiens, quæ poſtquam egreſſa fuerit, in fructu vberius habebit. Tēpus amputationis aduenit. Noſtra amputatio tunc euenit, quando infructuoſam ac noxiam corruptionem carnis deſerimus, vt ad fructū aīæ peruenire valeamus, q fructus nobis eſt vberrimus. In amputatione

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Ne ſuſcitetis neque euigilare faciatis dilectam. *id eſt, vt non declinetis ad aliquod horribile peccatum, propter quod diuina conſolatio ſubtrahatur, & totus populus perturbetur, ſicut contigit in fabricatione vituli, & eius adoratione. Exod. 32.*

2 Donec ipſa velit. *Per iſtud donec, non intelligitur quòd ſponſa debeat hoc velle futuro tempore, ſicut Matthęi 1.d. De Ioſeph & Maria dicitur:* Et non cognoſcebat eam, donec peperit, *quia non cognouit eam poſtea.*

3 Vox dilecti mei. *Hic ponitur beneficium datæ legis, quod fuit valde gratioſum vel notabile, ſecundum quod dicitur Deuterono. 4. b. Non eſt enim alia gens ſic inclyta, vt habeat cęremonias iuſtaque iudicia & vniuerſam legem, &c. De hoc beneficio dicit hic ſponſa. Vox dilecti mei pronuntiantis præcepta decalogi Exodi. 20. a. Locutuſque eſt dominus cunctos ſermones hos:* Ego ſum, &c.

4 Ecce iſte venit ſaliens in montibus. *Id eſt, deſcēdens in montem Sinai, in quo protulit præcepta decalogi. Qui dicitur montes, & colles in plurali, propter diuerſas ſui partes, vel ponendo plurale pro ſingulari, ſicut frequenter fit in ſcriptura. vnde Exodi 32. b. Iſti ſunt dij tui Iſrael, qui eduxerunt te de terra Aegypti: & tamen erat ibi vnum idolum tantum.*

5 Similis eſt dilectus meus capreæ hinnuloque ceruorum. *Per hoc deſignatur velocitas diuini deſcenſus ad dandum legem.*

6 En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtras. *Per parietem intelligitur nubes denſa, quæ inter Deum erat & populum. Et quia ex illa nube procedebant coruſcationes, ex quibus videbatur nubes aperiri, ideo ſubditur.*

7 Reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos. *ſcilicet illius nubis aperturas, quia concutiebatur populus timore, acſi Deus præſentialiter videretur. vnde Exod. 20. cap. Dicitur: Cunctus autem populus videbat voces & lampades, id eſt, coruſcationes. Sequitur ibidem: Et territi ac pauore concuſſi procul ſtantes dixerunt Moyſi:* Loquere tu nobis & audiemus, & non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur.

8 En dilectus meus loquitur mihi. Surge propera, *id eſt, animum erige ad verba mea.*

Amic:

tione quippe ſarmenta ſterilia reſcinduntur, vt ea quæ va-
A lent, vberius fructum ferant.

Ideo ſurge, quia ego patiens pro te fluctus ſedaui.

a *Veni.* Ad impendendam etiam curam ſalutis proximis per ſtudium ſedulæ prædicationis, vt cum magno comitatu ad nuptias merearis recipi. Q. credis te venturam ſi vacaue ris contemplationi, ſed venies melius ꝑ laborem huiuſmodi. Oportet vt prædices, quia cũ iã ſcientia eſt in te, eſt etiã ĩ illis ad quos te mitto, opportunitas recipiendi.

b *Imber abiit.* Ego à mortuis reſurgens, tẽpeſtate compreſſa tranquillitatem reddidi. Modo facilius eſt prædicare cũ quidam iam conuerſi ſint, quàm prius cũ nullus adhuc credi-
B derat.

a ¶ Simplex, non inuida, ſpiritu ſancto illuſtrata. b Per morum pulchritudinem.

a amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni. Iam enim 1 2 3

a Congelatio infidelitatis. Iam non habet locum quæ prius mundum tegebat vſque ad tempus incarnationis. b Perſecutio. c Non ſolum perſequi deſinunt, ſed etiam obedientes ſequuntur. d Initia bonorum operum vel fides. e Olim.

b c tranſiit hyems, imber abijt, & receſſit. Flores apparuerunt 4

Aliis relucent creſcente eccleſia. a Cordis. Cui do incrementum, tu colis & regis. b Modo. 5 c Chriſti. 6

d in terra noſtra, tempus putationis aduenit. Vox turturis

e a Ideo non debes deſperare, quin & tu ita audieris. b In aliis qui prius erant mare & inſtabiles. c Quæ cępit eſſe noſtra, dum fidei verbum recepit d Quaſi. Da in exemplum Iudæos & Gentiles iam conuerſos. e Proiecit vel produxit. f Gentium collectiones.

f audita eſt in terra noſtra, ficus protulit groſſos ſuos. Vineę

g a Et ſic facile poſſunt corrumpi. b Famam ſanctæ conuerſationis. c Et ideo. Ad iuſtitiam vel laborem. d Cui tanta obtuli dona.

florẽtes dederũt odorem ſuũ. Surge, ꝓpera amica mea, ſpe 7

a Fouens mihi pullos infuſione ſpiritus ſancti. b Manuum. Fide. Chriſti vulneribus. c Id eſt, Chriſti qui eſt ſtabile fundamentum. Lateris Chriſti uel apoſtolorum.

h cioſa mea & veni, colũba mea, ĩ foraminibꝰ petrę † ĩ cauer- 8

a Quia quidam plus capiunt, quidam minus. b Non alienam, ſed quam in te feci. 9 c Laudis uel prædicationis. d In potentia dante quod petis.

i k na macerię. oñde mihi faciẽ tuã: ſonet vox tua ĩ aurib. meis. 10 11

f *Ficus.* Groſſos vocat primitias & immaturas ficus, quæ non ſunt habiles eius, quæ etiam ſi concuſſę fuerint, leni tactu cadunt: ergo ſonante turture, id eſt, prædicantibus apoſtolis ſynagoga protulit groſſos, id eſt, immaturam legalis obſeruantiæ intelligentiam abiecit. Vel, ita: Synagoga procreauit apoſtolos qui dulcem cibum ſuis credentibus miniſtrarẽt. Et quia proferente ſynagoga apoſtolos, totius orbis fides ſaluſque ſecuta eſt, recte ſubditur. D

g *Vineæ florentes.* Per floritionem initia multiplicium eccleſiarum. De ea Ieroſolymis primo plantata eſt, de cuius flore ſuccus expreſſus, poculi genus conficit, ſaluti & voluptati accommodum, quod lætificat cor hominis.

h *In foraminibus.* In vulneribus Chriſti eccleſia ſedet & nidificat, cum in paſſione domini ſpẽ ſuæ ſalutis ponit, & per hoc ab inſidijs accipitris, id eſt, diaboli ſe tutandam confidit, & in eodem alios gignit. In foraminibus. In fide vel in capacitate, in qua fideles locati ab hoſtibus ſunt tuti. Maceries eſt congeries lapidum, ſine cæmento in vnum compactorum, ſic apoſtoli eadem fide & eiſdem ſacramentis ſunt vniti. E

† in abſcondito ſepium.

c *Flores.* Q. Iſtos qui iam credunt, & iam bona operantur, potes dare in exemplum alijs. Iſtos potes proponere alijs in exemplum, qui iam patiuntur falcem vitia reſecantem. Pro quiete tua non debes dimittere prædicationem, quia Chriſtus qui in magna quiete erat cum patre, quietem quodam modo pro prædicatione intermiſit.

✠ Greg. Apparuiſſe in terra dicuntur, quia ſanctæ animæ cum à corporibus recedunt, in cœlo recipiuntur. Et quia in hac vita, quamuis hyems fuerit, à bono opere non torpuerunt, mox vt receſſerunt in terra viuentium glorioſè floruerunt. Bene ergo ſequitur quod dicit. *Tempus putationis aduenit.* Quia quo amplior electorum numerus in cœlo congregatur, eo celerius reprobi ab Eccleſia tãquam ſarmenta inutilia amputantur, vt mundus citius finiatur.

d *Tempus putationis.* Iam inutilibus vanæ religionis amputatis ſarmentis futuro fidei fructu præparantur corda hominum, iam & vitia amputantur, quia venit tempus remiſſionis peccatorum.

e *Vox turturis audita eſt.* Spiritus ſanctus quando de occultioribus loquitur ſacramentis, & quæ multi non capiunt, turturis appellatione ſignatur. Vnde & Moyſi apparet & vni. Quando de humilibus quæ ad omnes vſque perueniũt, per columbam aſſumitur. Vnde & circa Iordanem aſtantibus multis non in turture apparuit, ſed in columba.

*Vox turturis,* vox apoſtolorum vel quorumlibet prædicatorum, qui ſuo cantu abſceſſum hyemis, & veris aduentum nuntiant, qui pro cantu humilem gemitum reddunt, qui pudicitię amatores ſunt, qui ſemper in iugis montium, vel in verticibus arborum morantur, & conuerſationem fugiunt
C hominũ, dum in mundo corpore poſiti, conuerſationem habent in cęlis, incolatus ſui & patrię ſibi promiſſę memores.

f *Ficus.*

i *Oſtende mihi.* Necdum habebat fiduciam, vt reuelata facie gloriam Dei contemplaretur, ſed quia iam ornata eſt, dicitur: *Oſtende mihi faciem tuam: ſonet vox tua in auribus meis.* Oſtenditur domino facies, recte operando. Oſtenditur ſonus vocis, ſalubriter prædicando. Ne erubeſcas prædicare crucem Chriſti, quamuis ſtultitia videatur incredulis, quam prædicauerunt Chriſti apoſtoli, qui ſunt maceries & munimentum eccleſiæ. Vel, maceries ſunt prophetæ & patriarchæ, in quibus apoſtoli habent refugium. Quod intus pulchritudinis habes, & in ſecreto quietis didiciſti, in publica actione ad vtilitatem aliorum demonſtra. Nam mihi qui intima proſpicio, tunc faciem tuam oſtendi æſtimo, cum vtilitati proximorum bonam actionem oſtendi conſidero.

1. Cor. 1. c.

✠ Gregorius. Quid enim per faciem, niſi fidem qua à Deo cognoſcimur, accipimus? Et quid per vocem, niſi prædicationem intelligimus: Sed præcipit ſponſus vt ei ſponſa faciem ſuam oſtendat: quia quicunque ſe fidem dicit habere, neceſſe eſt vt in bonis operibus ſe exerceat, vt in operibus exterioribus fides interior innoteſcat. Sed & opera neceſſe eſt vt vox prædicationis ſequatur: quia quicunque in ſanctis operibus perfecte ſe dilatat, conſequens eſt vt ad eadem facienda proximos quoſque exhortetur.

K *Meis.* Non alienis, id eſt, meæ dilectioni, non alicui terreno, & opus & vocem expende. F

*Vox*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Amica mea.* Per charitatem.
2 *Columba mea.* Per intentionis ſimplicitatem.
3 *Formoſa mea.* Per exteriorem honeſtatem.
4 *Et veni.* Ad ſeruiendum mihi ſoli, vnde primum præceptum decalogi eſt. *Non habebis Deos alienos coram me, &c.* & ſubditur ratio.
5 *Iam enim hyems tranſiit: imber abijt & receſſit.* id eſt, tempus horridum Aegyptiacę ſeruitutis, in quo à ſeruitute mea impediebaris.
6 *Flores apparuerunt in terra noſtra.* id eſt, tempus amęnum libertatis venit, in quo libere potes mihi ſeruire. Hoc autem tempus libertatis intelligitur hic per tẽpus vernale, in quo incipiunt flores apparere, turtures cantare, & aues cæteræ, vineæ florere in terra illa quæ eſt valde calida, arbores putari, & primæ ficus maturari. Et ſecundum veritatem hiſtorię populus Iſrael exiuit de Aegypto in vere. Exiuit enim. 15. die menſis primi qui incipit à prima lunatione propinquiori æquinoctio vernali, vt dixi plenius Geneſis ſeptimo, & quinquageſima die ab exitu ſuit data lex in monte Sinai.
7 *Surge propera amica mea, ſpecioſa mea & veni.* Exponatur vt ſupra, quia repetitio eſt eiuſdem ad maiorem excitationẽ.
8 *Columba mea.* Hic incipit verſus in Hebręo. Columba enim nidificat in foraminibus parietum, & petrarum, per quæ deſignatur hic locus caſtrorum, vbi populus Iſrael habitabat. Eſt igitur ſenſus: *Columba mea,* id eſt plebs Hebraica, vt prædictum eſt.
9 *In foraminibus petræ in cauerna maceriæ.* id eſt, in habitaculis tuis.
10 *Oſtende mihi faciem tuam: me charitatem.* Hilariter recipiendo legem meam.
11 *Sonet vox tua.* Profitendo conſeruationem meę legis, ſecundum quod ſcribitur Exod. 24. a. *Venit ergo Moyſes, & narrauit plebi omnia verba domini atque iudicia, reſponditque populus cunctus vna voce: Omnia verba domini quæ locutus eſt, faciemus.* Et quia hoc fuit Deo placitum. Ideo ſubditur. *Vox enim tua dulcis, &c.*

a ¶ Prædicationem volo, quia talis vox tua eſt dul. b ¶ Quia laudem Dei cogitat. c ¶ Faciem requiro quia talis ſit. d ¶ Id eſt vita deco. e ¶ Quia ad videndam eius faciem ſ tagit. f ¶ Vox Chriſti aduerſus hæreſes. ¶ Debellate & deprehendite. g ¶ Schiſmaticos & hæreticos qui callidi ſunt, & ſe humiles fingunt.

a Vox enim tua dulcis, et facies tua decora. Capite nobis vul- 1

b a ¶ Id eſt, in ipſo initio fraudis, ne maiores effectæ amplius noceant. b ¶ Id eſt, præcipitia faciunt per ſingulas eccleſias. c ¶ Vulpes ſunt capiendæ quia florenti vinea ſunt nociuæ. 2

c pes paruulas, quæ demoliuntur vineas: nam † vinea noſtra 3

¶ Vox dilectus. a ¶ Qui delectatur candore mearum virtutum & odore.

d floruit. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui † paſcitur inter li- 4

e a ¶ Donec venturi ſeculi lux oriatur, quæ erit iuſtis aura recreationis. b ¶ Vt tranſeant, & 5

f deficiant. c ¶ Ignorantia præſentis vitæ vel errores. d ¶ Condeſcende per gratiam qui in cœlis quieſcis. 6

g lia, donec aſpiret dies, et inclinentur umbræ. Reuertere, 7

a ¶ Propter acutum viſum. b ¶ Propter agilitatem currendi. c ¶ Tu dico exiſtens ſuper montes Bethel. montes propter celſitudinem contemplationis, non propter ſuperbiam. 8

ſimilis eſto dilecte mi, capreæ hinnuloque ceruorum ſuper 9

a ¶ Domus conſurgens, vel domus vigiliæ, vel domus Dei. 10

montes † Bethel. 11

A a *Vox enim tua.* Non aliena, ſed ea quam in die deſponſationis te mihi ſeruire promiſiſti.

b *Capite nobis.* Quoniã non ſufficit nobis vitam noſtrã aliis in exemplũ proponere & bonã prædicationem facere, niſi etiam errantes corrigamus, & infirmos ab inſidiis aliorũ defendamus, recte dicitur, capite non vobis, ſed nobis. in hoc mihi enim ſeruitis, in hoc vos remunerabo.

Vulpes in foueis abduntur, & cum apparuerint, nunquam directis itineribꝰ currunt. ſic hæretici.

✻Theodoretus. Interpretes quidem illud, *paruulas*: ad vineas retulerunt. Sed nihil intereſt, hoc, an illo modo intelligatur, *vulpes* appellat eos, qui animo imbu-

† Bather.

B ti fraudulento eccleſias domini, quę modo florere incipiũt, corrumpunt & vaſtant. Ideo ſubijcit. *Et vineæ noſtræ florent.* Per *vulpeculas* autem hęreticos innuit, qui animas oppugnãt eccleſiaſticas, & dolis ac fraudibus eos decipere conantur qui nondum in fide ſunt confirmati. Iſti enim orationis ſua uitate, & laqueis ac retibus argumentorum ſimpliciores decipiẽtes, vineas demoliuntur. Quamobrem pręcipit ijs, qui docendi gratiam & munus ſunt conſecuti, ut hæreticos perſequantur, & uerbis & argumentis conuincant, atque ita vineas floreſcentes ab ipſorum peſte tutas integraſque conſeruent.

Supra. 2.d.

c *Nam vinea noſtra.* Pulchre cum ſupra uineas plurali numero, hic ſingulariter vinea, quia multæ uineæ per fidẽ & charitatem unam, & ideo ſunt expellendi, qui eam uolunt per hæreſes ſcindere.

d *Dilectus meus mihi.* Tali affatui dilecti, mox amica columbini cordis ſimplicitate reſpondet, & iniuncto officio ſe obedituram promittit, quaſi dicat, non ſolum hortatur, ſed etiã adiuuat. *Dilectus meus mihi.* Syncero amore mihi copulatur, & ego illi. Vel dilectus talem exhortationem mihi facit, & ego illi faciem, & vocem oſtendo. Vel, dilectus meus mihi, non alteri cuilibet, ſcilicet gratiam præſtabit, & fructum rependet, & ego ei, non alteri cuiquam, non in alia turba hominum, ſed integra obedientia & deuotione cõglutinabor. Cunctis his ſenſibus apte conuenit quod ſequitur.

C e *Qui paſcitur inter lilia.* Paſcitur in nobis, quia corpus illius ſumus & membra de membro, paſcit nos ipſe qui caput eſt. *Paſcitur inter lilia.* cum fideles qui ſunt membra eius, exemplis priorum fidelium in ſupernorum amore perficiuntur.

f *Lilia.* Adultis membris mederi ſolent: Sic ſancti ſi fortè vident corda proximorum aduri flammis vitiorum, refrigerium conſolationis & exhortationis adhibent. Quia hæc domini paſtio quæ in ſanctorum eius profectibꝰ agitur, vſque ad finem ſeculi pertingit. Nam vbi ad viſionem peruenerint, in quo vltra ꝓficiunt nõ habebunt, recte ſubditur: Donec aſpiret dies.

g *Reuertere, ſimilis.* In excelſis mõtibus veſtigia pone, & ab illis aliquando etiam condeſcendendo inferioribꝰ appare, qui ĩ valle ſunt.

*Reuertere, ſimilis.* Et quia ad eccleſias cõſtituendas, & excolẽdas, & ad verſutias vulpecularum abigendas prouocas, & vt faciem meam tibi oſtenderem, cum tuam faciem adhuc clare non videam, & per

E me non ſufficiam, obſecro, illuſtra perfectius cor meum, & corda illorum, quibus prædicatura ſum.

✻ Gregorius. A nobis dilectus corporaliter tunc abijt, quando poſt reſurrectionem in cœlum aſcendit. Tunc autem reuertetur, quando in finem mundi reſuſcitatis corporibus hominum, omnibus in iudicio manifeſtabitur. Qui vere ſimilis capreæ & hynnulo ceruorum apparebit: quia in carne noſtra veniens ad iudicium omnibus ſe monſtrabit. Per capream enim quæ mundum eſt animal, eccleſia deſignatur, quæ dum in celeſtibus merito habitat, quaſi in montibus paſcitur. Per ceruos autem quid aliud quàm patres antiqui deſignantur, ex quorum carne Chriſtus natus, quaſi hinnulus ceruorum mundo eſt præſentatus? Bethel autem domus Dei interpretatur. Quę bene Eccleſia Dei dicitur, quia in ea dominus habitat, dum per fidem corda noſtra mundantur. Super montes ergo Bethel ſimilis capreæ hinnuloq; ceruorum apparebit, quia in ea humanitatis forma ad iudicium ueniet, quam ab Eccleſia ſumpſit, quando in hoc mundo ex patrum progenie quaſi hinnulus ex ceruis humilis natus fuit. Qui uere & ſimilis capreæ & ſuper montes Bethel apparebit, quia & ex humanitate quidem ſimilis Eccleſiæ erit, & tamen ſuper ipſos ſummos, qui quaſi montes excellunt, in Eccleſia ſublimior eminebit. Qui dum venire moratur, quia eum ſemper ſancta anima perquirere nititur, ideo ſequitur. *In lectulo meo, &c.*

F CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Capite no.* Poſt amoris ſponſi & ſponſę promotiua, hic interſeruntur impeditiua: Et licet plura fuerint in deſerto, vbi populus pluries offendit Deum, tamẽ hic ponuntur duo magis notabilia. ſecundum ibi: *In lectulo meo.* Primum autẽ impedimentum eſt de adoratione vituli, quod fuit maximum, ad quod inductus fuit populus per aliquos ad idololatriam magis pronos, & fraudulenter ſub ſpecie boni dicentes Aaron, Exod. 32.a. Fac nobis Deos qui præcedant nos: Moyſi enim viro huic, qui nos eduxit de terra Aegypti, neſcimus quid acciderit, quaſi dicant, non poſſumus procedere ſine ductore, & iſti poſtea fuerunt interfecti per Leuitas, vt ibidem habetur. & hoc eſt quod dicitur: *Capite nobis.* id eſt, interficite.

Primum impedimentum Iſrael.

2 *Vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas.* id eſt, perſonas doloſè inducentes populum ad idololatriam.

3 *Nam vinea noſtra.* id eſt, plebs Iſraelitica, Eſa. 5.b. Vinea domini exercituum domus Iſrael eſt.

4 *Floruit.* Floruerat enim hæc vinea in receptione legis de nota, & ſicut tempore floritionis vineæ vulpes ibi tranſeuntes & flores excutientes faciunt magnum damnum, ſic prædicti idololatræ in vinea Iſrael fecerunt magnum damnum ſpirituale, veruntamen quia Leuitæ iunxerunt ſe cum domino & Moyſe, Exod. 32.f. *Si quis eſt domini iungatur mihi, congregatique ſunt ad eum omnes filij Leui, qui erant pars notabilis populi*: ideo in perſona eorum dicit ſponſa.

5 *Dilectus meus mihi & ego illi.* Et non vitulo conflatili.

6 *Qui paſcitur inter lilia.* id eſt, delectatur in perſonis mundis ab idololatria.

7 *Donec aſpiret dies.* ſcilicet expiationis in quo ad preces Moyſi dominus fuit placatus populo de peccato vituli. propter quod ſubditur.

8 *Et inclinentur vmbræ.* In Hebr. habetur. *Fugiant vmbræ.* id eſt, dicti peccati maculæ, & propter Dei placationem ſubdit ſponſa.

9 *Reuertere di.* diligendo me ſicut prius.

10 *Similis eſto dilecte mi capreæ.* id eſt, fac iſtud celeriter.

11 *Super montes Bethel.* id eſt, ſuper montem Sinai, vbi dominus loquebatur Moyſi, qui dicitur montes in plurali rationibus ſupra dictis & dicitur mons Bethel, id eſt, domus Dei, quia habitauit ibi cum Moyſe, tamen in Hebræo habetur. Super montes Bather, id eſt, perditionis vel ſeparationis, ſcilicet Dei à populo, vt dicit hic Ra. Sa. quia tunc temporis dixit dominus Moyſi. *Vade, & deſcende de loco iſto*: peccauit populus tuus, &c. & ſequitur. *Non enim aſcendam tecum: quia populus duræ ceruicis eſt*, tamen finaliter ad preces Moyſi conceſſit ſe eſſe ductorem populi.

CAP.

## C A P. III.



a ¶Ecce plenitudo gentium . b ¶Multiplices tenebras ignorantiæ.
a N lectulo meo per noctes quæſiui 1
a ¶Modo integre, quem prius incognitum quærebat . 2
¶ Summum bonum. b ¶ Ratio naturalis . 3
c Multoties ſecundum diuerſa præcepta philoſophorum.
quem diligit anima mea. Quæſiui il
a A lecto mundi . b Diligenter inueſtigabo.
b lum, & nõ inueni. Surgam, *& circũ-
a Per totum mundum. b Arte viuentes, ideſt, maiores & ſpirituales. c Minus ſapientes.
¶ Latiora præcepta tenentes, id eſt, minores licite mundo vtentes.
ibo ciuitatem, per vicos, & plateas quæram quẽ diligit ani 4
a Qui parati ſunt ad docendum.
Philippus Eunuchum, Petrus Cornelium inuenit.
b Soliciti præcones.
c d ma mea. Quæſiui illũ, & nõ inueni. Inuenerũt me vigiles, q 5
a Qui pia ſolicitudine ad cuſtodiam eccleſiarum verbo prædicationis excubant.
b Qua via potero illum aſſequi.
e † cuſtodiũt ciuitatẽ. Nũ quẽ diligit aĩa mea vidiſtis? Paulu 6
a Cum cœtibus eorum me miſcuiſſem, & eorum dicta percurriſſem . 7
b Quia quam cito aliquis uero intuitu deum exquirit, ſtatim deum inuenit:
c Quanto intentius quæſiui, tanto ardentius inuentum tenui.
f lũ cũ pertranſiſſem eos, inueni quẽ diligit anima mea. Tẽ- 8
a Eius fidem, vel operationem pro aliqua tribulatione . 9
b In collectionem, quia tunc omnis Iſrael ſaluus fiet.
Vt eos inhabiter.
g nui eum, nec dimittam, donec introducã illum in domum 10

C A P. III.

A IN lectulo. Orantibus prædicatoribus de Iudæa, ecce Gentilitas ſpiritu diuino afflata ad agnitionem ſuæ ſalutis aduenit, & inuentam firmo amore tenet. Vnde ſequitur. *Vox eius plene intrantis.*

*In lectulo.* Gregorius. Moraliter. Lectulum ſibi ſancta anima in nocte facit, dum omnes mundi perturbationes fugiens, ſecretum in quo requieſcit comparat. In hoc lecto dilectum quærit, quia dum a ſolicitudinibus vacat in eius inquiſitione quomodo ad illum perueniat requieſcit, ſed dum in mundo viuit, tenebras mundi a ſe perfecte non excutit, & quanto grauius patitur, eo frequentius quærit, & feruentius eum, quo inuento tenebras amplius non patiatur. Sed quia in hoc mundo non inuenit, ideo ſubditur. *Quæſiui eum, & non inueni.* Quia vero maximo deſiderio æſtuat, & quicquid tenet ei non ſufficit, donec dilectũ inueniat, ideo perſeuerantiam inquiſitionis ſubiungit: *Surgam, & circum.ci.* In lectulo. Ex quo Adam peccauit, cœpit homo in terrenis quieſcere, & tamen duce ratione quaſi per ſomnium veram beatitudinem intelligens, ipſam in terrenis putabat conſiſtere.

Hiero. Moraliter. In lectulo anima deum quærit, quando in ſuo otio quidem appetit deum videre, & ad eum de carcere carnis exire deſiderat, ſed non conceditur, & abſcondit ſe ſponſus, vt non inuentus, ardentius quæratur.

b *Et non inueni.* Quia mihi Gentilitati non angelus, nõ propheta, non quilibet doctor in dubijs lumen diuinæ cognitionis oñdit, iõ non inueni, quod vbi cõperi, quod in lecto non poſſet inueniri, propoſui in animo meo de lecto carnaliũ voluptatũ exurgere, & ad laborẽ ſalutiferæ inquiſitionis accingi, terra, & mari publice, & priuatim vniuerſorum quos ſapientes audirẽ magiſteria adire. Vici ſunt ſpirituales viri, qui dum ad cæleſtia gradiuntur, anguſtã viam tenent. Plateæ, i. ſeculares, qui multas voluptates ſequunt̃, & lata via incedũt. D Oẽs ergo circũit, quia omnes ſanctos, qui ſunt, vel fuerunt, mente conſpicit, & imitatur, etiam in ſecularibus aliquãdo inuenit, qđ valeat ad inquiſitionẽ ſponſi, ſed poſtquã laborẽ geminatum inquiſitionis oſtendit, iterum difficultatem inuentionis ſubdit: Quæſiui, & non inueni, ſed dum quærit & non inuenit, ipſa & quæritur, & inuenitur. Vnde dicitur: Inuenerunt me vi.

c *Quæſiui.* Plurimo labore mundo peragrato, ſapientium verbis diſcuſſis nil certum de via veritatis addiſcere potui. *nunc.

E d *Inuenerunt me.* Cum ſic inquirerem, dominus hanc inſtantiam inquiſitionis videns, tandem ſe manifeſtare dignatus eſt, & cui inſpirauerat, vt quæreret quærenti donauit, vt inueniret. Nota quomodo quærendũ. † circumeũt.

✻ Gregorius. Quid per vigiles, niſi doctores Eccleſiæ deſignantur? Qui dum lucrãdis animabus, & ſcriptis, & dictis inuigilãt, vbi ſancti deſiderij aliquantulum ſentiunt, augmentare ad melius nunquam ceſſant. Hi ſponſam quærentem inueniunt, quia piam animam Chriſtum inuenire ſatagentem excipiunt, & vt citius inueniant præceptis inſtruunt, exemplis accendũt. Quos illa interrogans dicit. *Num quem diligit, &c.*

e *Num quem diligit.* Illis volentibus docere, iſta flagrans nimio amore prior alloquitur: *Num quem diligit.* Eccleſia interrogat vigiles, cum prædicationem intente ſuſcipit, & in ea bonorum operum exhibitione fructificat.

f *Cum pertranſiſſem.* Per eos tranſit, quia in ipſis videt formã eius quem quærit, & tamen tranſit, quia deum, qui eſt vltra incipit imitari, & intueri. Tranſit Petrus vigiles, dum contẽnit prophetas, & domino prophetarum dicit: *Tu es Chriſtus filius dei viui.* Act.12.b. Matth.19.c.

F g *Donec introducam illum, &c.* Donec in fine mundi ſynagogam

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. III.

1 IN lectu. Hic ponitur ſecundum impedimentum, quod contigit exploratores, qui terruerunt populum intantum, quod dimiſſo Moyſe, & arca domini voluerunt reuerti in Aegyptum, dicentes, Nu.14.a. *Conſtituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum.* propter quod dominus iratus dedit ſententiã irretractabilem, quod omnes egreſſi de Aegypto a 20. annis, & ſupra morerentur in deſerto præter Caleb & Ioſue, & hoc impedimentum lamentatur ſponſa, dicens.

*In lectu.* ideſt in Moyſi tabernaculo, vt dictum eſt ſup.1.ca.

2 *Per no.* i. tẽpore tribulationis excitatę per exploratores.

3 *Quæſiui quem diligit.* Moyſes enim, & Aaron in tabernaculo orauerunt dominum pro populo, vt dicta ſententia temperaretur, ſed quia non fuerunt exauditi, ideo ſubditur: *Quæſiui illum, & non inueni, &c.*

*Surgam, & circumibo ciuitatem.* ideſt, deſertum annis quadraginta, quod licet non poſſit dici ciuitas ſecundũ ſe acceptũ, tamen dicitur ciuitas propter multitudinem populi ibi circumeuntis, in qua erant ſexcenta milia abſque mulieribus, & paruulis.

4 *Per vicos, & pla.* quia in omni loco ad quem populus declinabat, implorabat dei miſericordiam. Et conſequenter reuertitur ad factum Moyſi, & Aaron dicens.

5 *Inuenerunt me.* ideſt Moyſes, & Aaron, vt dicit hic. Ra.Sa. eo quod vigilabant ſuper cuſtodiam populi, & annuntiauerunt populo ſententiam domini. Sed quia die ſequenti populus pœnitens de dicta rebellione dixit: Parati ſumus aſcendere ad locum de quo locutus eſt dominus, quia peccauimus, Nu.13.g. & ſic quodammodo quærebant dei beneuolentiam, propter quod in perſona talium dicit ſponſa.

6 *Num quem dili. anima mea uidi.* ad Moyſen, & Aaron ſermonem dirigendo. Et quia non reſponderunt ſecundum eorum deſiderium, ſed magis ad contrarium, Num.14.g. Nolite aſcendere, non enim eſt deus vobiſcum, & ideo ad dictã petitionem non ponitur hic reſponſio.

7 *Paululum cum pert.e.* Hic conſequenter ponuntur quædã ſupra dictorum declaratiua, ſcilicet amoris ſponſi, & ſpõſæ. Et primo ponitur huius amoris reformatio. ſecundo, ſponſæ commendatio. ibi. *Quæ eſt iſta.* Circa primum dicit ſponſa: *Paululum cum pertr.eos.* ſcilicet Moyſen, & Aaron, de quibus fit ſermo immediate præcedens. Diuiſio.

8 *Inueni quem dili. anima mea.* quia mortuis Aaron, & Moyſe, & tota illa generatione, quæ exierunt de Aegypto a 20. annis ſupra, vt prædictum eſt, populus Iſrael inuenit deũ propitium ſub Ioſue duce, qui mirabiliter Iordanem tranſiuit, & potenter aduerſarios deuicit.

9 *Tenui eum, nec dimittam.* quia toto tempore Ioſue populus non receſſit a dei ſeruitute, Ioſue vlt.d.

10 *Donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculũ genitricis meæ.* ideſt donec figam eius tabernaculum in Silo, Ioſue, 18.a. Ibi enim habuit primum tabernaculum domini ſtabilem manſionem, vt dictum fuit ſuper librum Ioſue, & primi Regum. Dicitur autem illud tabernaculum, in quo deus ſpecialiter habitabat, domus matris, & genitricis ſponſæ pro populo Iſrael, qui tunc erat, quia de oblationibus parẽtum eius factum fuerat in deſerto, Exod.35. Et quia quies populi in ſeruitute dei erat deſideranda, ideo ſubditur.

1 *Adiuro*

A gogam, per quam auditum fide ſuſcepi, & myſterium regenerationis ad fidem eius reuocat ſynagogam.

Eccleſia Gentilis in fine reuocabit ſynagogam, quę prius vocarat illam per apoſtolos.

a *Adiuro vos.* Chriſtus audiens ſe per hos introducendũ, ad iurat ne ei parent im pedimentum. *Adiuro vos.* Ideo repetit̃ hic verſiculus in cantico amoris, vt non mino rẽ ſe dominus eccleſiæ de gentibus, quã de Iudæis collectę cu ram habere, ſed ęqua lem pro vtriuſque pa ce ſolicitudinẽ gere re deſignet. Non mi B nus enim hęc regina auſtri capitur amore ſponſi, quam prima amica de Iudæis.

b *Ceruoſque.* Cerui cõ in ſenectute ſerpentẽ comedere, & pſiti a veneno concepta, ad fontem properare, & inde potando iuueneſcere, cadẽtibus pilis, & cornibus, quod cuique fideli competit per lauationẽ baptiſmi.

a ¶Quæ genuit in fide. b ¶Vt in perſeuerantia bonitatis eorum quieſcat. c ¶Quæ me inſtruxit ad viuendum.

a matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Adiuro vos 1

a ¶Quæ de Iudæis in fide præceſſiſtis. b ¶Ne ſtulti eorum contradicatis, neque illos inquietetis, qui de præputio ad fidem conuenerunt.

b filiæ Ieruſalem per capreas ceruoſque camporum, ne 2 ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam donec ipſa

a ¶Surgere. Deſignat quod eccleſia de gentibus ſpontanee ſit ſubitura ſe uigiliis, & laboribus pro domino. b ¶Quanta laude, & admiratione digna. c ¶Ab infimis uoluptatibus ad altum uirtutum, imo ad deum. d ¶Ecce modus aſcenſionis.

c d velit. Quæ eſt iſta, quę aſcendit per deſertum, ſicut † vir- 3 4 5

e f g a ¶Recta, & extenuata b ¶Propter agilitatem. c ¶Editi. d ¶Ex multis uirtutibus. e ¶Mortificationis carnis, quæ eſt pars aromatum. f ¶Suauitatis orationum. g ¶N per ſingula omnium uirtutum curram.

gula fumi, ex aromatibus mirrhæ, & thuris, & vniuerſi

a ¶Per ſexaginta fortes uniuerſos prædicatores accipimus, qui decalogum legis perfectione im plent, & denarium retributionis pro perfectione operum expectant.

h i pulueris pigmentarij. En lectulum Salomonis, ſexaginta 6 7

c *Quæ eſt iſta.* Vlterius agit de eccleſia de gentibus cõuerſa quomodo ab apoſtolis fundamento accepto, deinde per ſucceſſus tẽporum, & graduum promotiones ſit multiplicata.

*Quæ eſt iſta.* Iudæi conuerſi videntes et gẽtes conuerti, & in amorẽ ſponſi pariter recipi, non ex inuidia, ſed quaſi admirantes, & de ſocietate fratrum congaudentes, inquirunt ſi ſalus ſit promiſſa gentibus, quod multum fuerat dubium.

d *Quæ aſcendit.* Eodem tempore, & dormit, cum a carnalibus deſiderijs ſe alienat eccleſia, & bonis operibus ad viſionem ſui conditoris appropiat.

e *Per deſertum.* ideſt per medium gentium, quæ nulla erant virtutum fruge fœcundæ, quas nullus propheta, vel angelus ad cultũ dei inſtituerat. vel, *Per deſertum, ſicut virgula fumi.* q̃ à C mundi illecebris ſeparata cæleſtibus præceptis eſt dedita. Fumus eodem tempore partim oritur, partim qui prius ortus fuerat, ſolet in ſublimioribus diſparere. Sic eccleſia in quibuſdam ſuis membris ſemper gignitur noua, in quibuſdam, qui prius nati fuerunt, ſemper colligitur ad cæleſtia. Fumus ex igne natus ad alta conſcendens paulatim ſe humanis ſubtrahit aſpectibus, ſic eccleſia igne ſancti ſolius ſpiritus in amorem dei accenſa aſcendere non deſinit, donec a terrenis abſtracta ad inuiſibilia cæli rapiatur.

f *Quæ eſt, inquiunt iſta, quæ aſcendit è deſerto, ſicut virgula fumi redolens myrrham, &c.* ✣ Theodo. Obſcura ſane compoſitio. Dum .n. Hebræorum linguæ deſeruiunt ſeptuaginta interpretes, ſententiam non explicarunt. At Aquila, & Symmac. ſenſum nobis perſpicuũ reddiderunt, dicentes, Sicut ſimilitudo fumi ex ſuffimento. Imitatur aũt, & virgulam ſæpe ſuffimẽti fumus in aere veluti expreſſus. Nec immerito ipſam fumo ſuffimenti ſimilem dicunt, quæ vt beatus ait Paulus, *membra ſua conſtituit hoſtiã viuentẽ, ſanctã, deo placentem,* quęque ſacrificat aſſidue laudis hoſtiã, & membra ſua, quæ ſunt ſuper terrã mortificat, & Chriſto cõiũcta eſt, & offert ſeipſam holocauſtum holocauſtum deo. Declarant aũt cuinam ipſam ſuffitionis ſumo compararint myrrhã & thus ex vniuerſis pulueribus vnguentarij. Thus vero tribui ex lege Moſaica facile intelligit, qñ myrrha cond unt corpora defunctorũ. Quãobrẽ qui ſponſæ pulchritudinem admirantur, eam his nominibus indi E cante, odoris ſuauitate flagrãtẽ, quia & humanitatem, & diuinitatem adorat, ſponſique tum mortem credit, tum eſſentiam ſempiternam confitetur. Itaque ex vniuerſis pulueribus vnguentarij myrrham ipſius & thus admirantur. Habet enim etiam alias virtutes ex diuina ſcriptura tanquam ex aromatarij officina de E promptas. Sed in ea tamen excellit myrrha, & thus, hoc eſt, ſponſi diuinitatis, humanitatiſque cognitio.

g *Ex aromatibus.* Nota quòd aromata commemorans, primo myrrham, deinde thus, & poſtea vniuerſi pulueris pigmen. ponit quia prius eſt mortificare concupiſcentiam carnis, poſtea offerre deo placabilia vota cordis, & ſic cum humilitate creſcere in omni virtutum genere.

h *Pigmenta.* in puluerem redacta valent ad confectionem: Sic virtutes cum non extollunt animum, ſed quaſi in puluerem reputatione agentis rediguntur, ad perfectionem perducunt. Pigmentarius, vel homo, qui operam dat virtutibus, vel deus, qui virtutes largitur.

i *En lectulum.* Priori amice miranti reſpondet Gentilitas determinans, quo aſcendat, ſcilicet ad lectulum, & per quid aſcendat, quia ſcilicet media fercula ſunt charitate conſtrata, & probat ſe in eandem ſponſi dilectionem acceſſiſſe, in qua prior eſt, quia ſimiliter habet nuptialem apparatum, & prædicatores habet, quos deus ad nos non miſiſſet, niſi eos præelegiſſet.

*En lectulum.* Lectulus veri pacifici, æterna beatitudo, in qua rex cum ſanctis quieſcit, ad quem eccleſia per deſertum partim quotidie peruenit, tandem perfecte perueniet. Vel etiã lectulus dei, eſt in præſenti quieta conuerſatio ſanctorum. Vtrumque lectum ambiunt fortiſſimi, quia & præſentẽ quietem, & pacem eccleſiæ prædicatores contra incurſus tuentur, & internam patriæ cæleſtis quietem, quique perfectiores fixa intentione ſpeculantur.

✣ Pſellus. Hæc amici ad virginem dicunt, lectuli ſponſi pulchritudinẽ explicantes, quo magis ſuccẽdãt ſponſæ deſiderium. Tu verò mihi ad horũ expoſitionẽ diligenter attende. Lectulus Salomonis eſt eorũ, q̃ ſaluant̃ locus. Sexaginta aũt fortes, q̃ illũ ambiũt, ſunt illi ipſi pfecto, q̃ ſaluati ſunt. Sexagita vero dñr, quicunque vera gratia prę̃ſtantes, dęmonũ qui per noctes homines oppugnant, agmina formidine repleuerunt. Quemadmodum gladio vir accinctus, imbelles homines, & in prę̃lijs minus exercitatos perterrefacit. Illi.n. ſigno crucis tanq̃ gladio ancipiti armati, aduerſus principatus, & ꝯ mundi, & tenebrarũ principem Satan conſtiterunt.

a Iſrael

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Adiuro vos filiæ Ieruſalem.* & exponatur, vt ſupra prę̃ced. c.

2 *Ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dile.* ideſt ne declinetis ad idololatriam, per quam interrumpitur quies iſta. Contrarium tamen fecerunt poſt mortem Ioſue, vt patet libro Iudicum, vt dicetur poſtea.

3 *Quæ eſt iſta.* Hic conſequenter ponitur ſponſę commendatio. Et primo hæc commẽdatio ponitur ſub parabola mulieris virtuoſę, & ſecundo, ſub parabola mulieris ſpecioſę. ca. ſequenti. Prima in duas, quia primo, ponitur dicta commẽdatio. Secundo, concluditur intenta concluſio, ibi: *Egredimini.* Prima adhuc in tres, quia primo commendatur de ſacrificiorum oblatione. Secũdo, de caſtrorum diſpoſitione, ibi: *En lectulum.* Tertio de tabernaculi compoſitione, ibi: *Ferculum.* Circa primum ſciendum, quod poſt oblationem ſacrificiorum in altari holocauſtorum, quod erat ſub diuo, ſacerdotes offerebant thymiama in altari incenſi, quod erat in tabernaculo, & tunc erant ſacrificia cõſummata, vt habetur Hebr. 9. & quantum ad hoc dicitur: *Quæ eſt iſta.* ideſt, quam placida in conſpectu dei.

4 *Quæ aſcendit per deſertum.* tendebat enim ad terram promiſſionis, quę altior eſt illo deſerto.

5 *Sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris.* quod dicitur propter thymiama compoſitum ex pluribus aromaticis rebus. Exo 30. & deſignabat deuotionem populi, per quam merebatur ad terram promiſſionis introduci.

6 *En lectulum.* Hic conſequenter commendatur de caſtrorum diſpoſitione, quę optime diſponebantur circa tabernaculum, vt plenius dixi, Numer. 3. Tres enim tribus erant in parte orientali, & tres in occidentali, & aliæ ſex in parte aquilonari, & meridionali, & hoc eſt, quod dicitur. *En lectulum Salo.* ideſt tabernaculum fœderis, quod dicitur dei lectulus ſupr. 1. c. qui deus nomine Salomonis intelligitur in hoc lib. vt dictum eſt ſup. 1. c.

7 *Sexaginta fortes.* ideſt ſexageſies decẽ milia, q̃ faciũt ſexcẽ t

a Electi in regnum vel regimen, b Secundum fidem vel carnem.

a b fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenentes gla- 1 2

a Et quia bona prædicatio non valet ipſi ſi mala uita ſequatur, ſubdit. Vniuſcuiuſque en.

c dios, & ad bella doctiſſimi. Vniuſcuiuſque enſis ſuper fe-

a Super humanitatem ſuam, vt eius dominetur motibus, ne cum aliis prædicant, ipſi reprobi inueniantur. b Id eſt, temporales, quamdiu hoſtis habet locum. Sancti ſemper ſunt de ſpe certi, ſed de tentatione ſuſpecti. c Greg Ferculum in quibus ipſe ſedet, iudicans de ſingulis, & per quos leuat alios ad epulas æternæ beatitudinis.

d e mur ſuum propter timores nocturnos. † Ferculū fecit ſibi 3 4

a Id eſt, fortibus, celſis, ſpecioſis, odoriferis, imputribilibus, candidis. b Suſtentatores aliorum etiam prælatorum, ſicut Iacobus, Petrus, & Ioannes.

rex Salomon de lignis Libani. Columnas eius fecit ar- 5 6

a Claritate diuini verbi inſtructos.

f g gente as, † reclinatorium aureum, † aſcenſum purpureum, 7 8 9

a Hæc omnia uileſcere facit: ad comparationem illius rei quæ media eſt, id eſt commune ornamentum omnium aliarum. & deſignat eam proprio uocabulo. præter charitatem cæteræ virtutes nihil ſunt, & omnibus aliis deſtructis ſola charitas non excidet. b Ab ignorantia infidelitatis.

h i media charitate conſtrauit propter filias Ieruſalem. Egre- 10 11 12

a Intelligite. b Id eſt Iudei. c Verum Deum pacificantem homines Deo.

k dimini & videte filiæ Sion regē Salomonē in diademate 13 14

a *Iſrael.* id eſt vir videns Deum, quo nomine iuſtè vocantur omnes, qui ad diuinæ viſionis gaudia tendūt. Inter quos fortiſſimi ſunt, qui vel cęleſtis dono ſpeculationis ſublimantur, vel prædicationis miniſterium ſuſcipiunt.

b *Omnes tenentes gladios.* Qui indeſinenter habent verbum Dei in promptu, & ad reſecanda ſuperflua & in ſe & in ſubditis, & ad repellendos hoſtes & conculcandos. *Omnes tenentes glad.* Verbum Dei tenent, & periti ſunt qualiter vtantur illo, tam alios quàm ſe quantum ad vitia expugnando.

c *Ad bella doctiſſimi.* Quia tot milibus annorum contra diabolum in carnis fragilitate pugnauerunt, ex aſſiduo vſu docti ſunt.

d *Propter ti.* Ne inſidiæ tentatoris, ſi eos ſecuros inermeſque repererint ſternant: & ne eis expugnatis lectulus quem cuſtodire debuerunt, fędetur ſcilicet ne præſens pax eccleſiæ violetur, & ſic futura beatitudo amittatur.

e *Fercu.* Non ſolum per hoc, quod & in præſenti in lectulo Salomonis quieſco, & ad futurum lectulum feſtino, & fortiſſimos cuſtodes habeo, apparet quod ſalus ſit promiſſa gentibus, ſed etiam per hoc quod de nobis fecit quoddam ferculum. id eſt quos de loco ad locum ferret ſui verbi diſpenſatores, vel in quibus ipſe per mundum feratur. Vel ita: Pacificus ad cuius lectulum propero, ita muniuit me, & hoc fecit per ferculum. id eſt per apoſtolos, per quos, ſicut in cathedra fertur, quos ad meam ſalutem vel noſtram miſit.

✠ Theodoretus. Ferculum hic rurſus ſanctos intelligamus, qui nomen Domini in conſpectu gentium & regum & filiorum Iſrael promulgarunt.

f *Reclinatorium aureum.* id eſt ſui ſpeculatores plenos diuina ſapientia, vel reclinatorium facit in ferculo: cum ſpem perpetuæ quietis fidelibus promittit. Aureum, quia requiem tuæ viſionis gloria coruſcam præparat.

g *Aſcenſum purpureum.* Aſcenſus ſunt illi per quos aliquis poteſt ſcandere primum ad virtutes, poſtea ad ſancta ſanctorum, qui ſunt purpurei, id eſt ad martyrium prompti. Vel ipſę virtutes ſunt aſcenſus, quę ſunt vera purpura, quibus decorantur animæ fideles. Vel ipſe Chriſtus aſcenſus, per quem & in eccleſiam & in cęlū intratur. Purpureus quia lauit nos in ſanguine ſuo, & nullus ingreditur eccleſiam, niſi ſacramentis dominicæ paſſionis imbutus. D

h *Media charitate conſtrauit.* Vel charitate qua pro nobis paſſus eſt. Media, id eſt eccleſiæ corda, inſtar ſtrati parauit, vbi fideles animæ molliter quieſcant: quia totam eam intrinſecus ſupernorum amore repleuit. vnde addit, *Propter filias Ieruſalem.* Propter animas cœleſtium deſiderio æſtuantes, quia quanto magis nos dilexit, tanto magis ad patiendum pro eo nos accendit.

† Lecticam Thalamum.

E

† ſellam purpuream, mediam eius ſtrati n amore. i. delectabiliter

*Media.* Gregor. Ecce conſolatio. Qui non poteſt ſanguinem pro domino fundere, diligat proximum propter filias Ieruſalem, quia nō ſunt dicendi filij, id eſt firmi, ſed filiæ quæ per charitatem à Dei ædificio non alienæ ſunt.

i *Egredimini & videte filiæ Sion regem Salomonem.* Pulchro ordine poſt enarrata regis dona, ipſam quoque ſpeciem & ornatum eius prædicare incipit, & ad videndum eum inuitat. Et attendendus eſt ordo, & ſucceſſus huius eccleſiæ quæ de Iudæorum primitijs inſtituta, prælatis, iudicibus, alijſq; gradibus illam primam iam poſt apoſtolos tepidam admonet, vt ſucceſſoribus & contribulibus eorum, à quibus prędicata ſuit, vicem reddat. Nota ordinē.

K *In diademate.* Quaſi latentem in humanitate, qua vicit diabolum, & caro fuit cauſa huius victoriæ, niſi Deus carne obumbraretur, diabolus eum non aggrederetur. *In diademate.* id eſt in illa ſpina, qua coronauit eum Iudæa mater ſua. F

Quo

NICOLAVS DE LYRA.

ta milia pugnatorum, qui excubabant circa tabernaculum, Num. 2. & adhuc erant tria milia ducenti quinquaginta, ſed non computantur hic, quia ſcriptura frequenter tales minutias omittit. Ponitur autem hic vnus fortis ad deſignandum decē milia, quia per ſexaginta fortes ſexageſies decem milia intelliguntur, vt dictum eſt, eo modo loquendi, quo dicitur de Dauid 2. Regum, 18. a. Tu vnus pro decem milibus computaris.

1 *Ex fortiſſimis Iſrael.* Hoc dicitur ad excludendum mulieres & paruulos & debiles ex ſenectute, qui non procedebāt ad bella, qui ſunt.

2 *Omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi.* Vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum. Quia erant prompti & parati ad pugnandum contra inimicos.

3 *Propter timores nocturnos*, id eſt propter ſubitum aduentum aduerſariorum, qui ſolent magis irruere de nocte.

4 *Ferculum fecit.* Hic tertio commendatur de tabernaculi compoſitione, ad cuius conſtructionem obtulit populus donaria mente deuota atque promptiſſima, Exod. 35. quia tamen hoc fuit ad mandatum Dei, qui pręcepit fieri tabernaculum fidei. Ideo dicitur: *Ferculum fecit ſibi rex Salomon.* i. ipſe Deus ad cultum ſuū. Quod dicitur hic ferculum a fero fers, quaſi fericulum, quia portabatur per Leuitas de loco ad locum vt patet Nu. 4. vnde in Hebr. ſic habetur: Papilionem ſibi fecit rex Salomon. Eſt autem papilio domus portatilis Libani. Dicit enim Ra. Sa. quod Iacob antequam deſcenderet in Aegyptum, vidit in ſpiritu filios ſuos inde poſtea exituros, & tabernaculum Deo facturos in deſerto, vbi non habentur ligna Sethim, de quibus tamen factę ſunt tabulę tabernaculi & vectes & arca & plura alia: propter quod portauit ſecum in Aegyptū ſemina & radices arborum ad opus illud neceſſariū de monte Libani, qui eſt in terra Chanaan: & hoc modo tabernaculū dicitur factum de lignis Libani. Si quis autem dictum Ra. Sa. non recipiat licet non videatur aliquid abſurdum includere, poteſt dicere.

5 *De lignis Libani.* id eſt de lignis ſimilibus illis, qui creſcunt in Libano.

6 *Columnas eius fecit argenteas.* Quia intra tabernaculū erant quatuor colūnæ, quarū baſes erant argēteę, & in illis colūnis pendebat velū diuidens ſanctū ſanctorū: & ideo dicuntur argenteæ à baſe, quæ ſuſtinet totum reſiduum, Exod. 27.

7 *Reclinatorium.* i. propitiatoriū quod erat quaſi ſedes Dei.

8 *Aureum.* Quia totum de auro puriſſimo. Exod. 25.

9 *Aſcenſum purpureum.* Aſcēſum hic vocatur velū prędictū, eo quod in columnis erat ſurſum eleuatū, & purpureum, eo quod erant ibi varietates purpureę intextę, Exod. 36.

10 *Media charitate conſtrauit.* Quia poſt velum intra ſanctum ſanctorum ſuper pauimentum erat arca, in qua erant tabulæ, & vrna aurea habens manna, & virga Aaron quę fronduerat, quæ erant diuinæ charitatis ad populum ſigna.

11 *Propter filias Ieruſalem.* id eſt propter perſonas de populo Iſrael quibus Ieruſalem metropolis erat futura, pro quarum ſalute ante propitiatorium fiebant orationes à ſummo ſacerdote.

12 *Egredimini filiæ Sion.* Hic infertur intenta cōcluſio, ſ. quod ex conſideratione prędictorum beneficiorū populus attendat dilectionē Dei erga ipſum, & potiſſimè in legis datione, per quam populum illum ſibi elegit & ſibi deſpōſauit. Ideo dicit: *Egredimini filiæ Sion.* de meditatione terreſtri & carnali.

13 *Et videte regem Salomonem.* Id eſt Deum vobis ſpecialiter factum regem in datione legis, quia modus regis eſt dare legem ſubditis.

14 *In diademate.* id eſt regia dignitate.

Quo

a *Quo coronauit eum.* A Quia humanitate, honeſtauit eum mater, in hoc quod virgo eſt, nō deturpans, vt aliæ mulieres, ſorde originalis peccati, & mitte nos ad hiſtoriam. Quaſi: Credite natiuitatē, paſſionē, reſurrectionem. Hæc deſcriptio pro eccleſiæ multiplicitate extenditur.

b *Deſponſationis illius.* Si illius, referimus ad matrem, dicimus in tēpore annuntiationis. Si ad filiū reſurrectionis, quę præcipua lætitia fuit, quia tunc ſolutum eſt genus humanum.

¶Maria. a ¶ In annuntiatione, quæ fuit initium charitatis, quando deſponſata fuit eccleſia Chriſto, vel ipſa virgo deitati. b ¶Matris quantum ad deum, vel filii quantum ad eccleſiam.

a quo coronauit eum mater ſua, in die deſponſationis illius, 1

b a ¶Videte. ¶Quia rationalis.

2 et in die lætitiæ cordis eius. 3

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Quo coronauit eū mater. *ideſt plebs Hebraica, quando legē eius ſuſcepit, tanquā domini, & regis ſui, eo modo loquendi, quo populus aliquis dicitur coronare aliquē in regem ſuum, quando recipit eū in regem, & dominū, ſicut de Dauid dicitur. 2. Reg. 5.* Et venerunt vniuerſæ tribus Iſrael ad Dauid in Hebron. *Et ſequitur ibidem.* Vnxeruntque Dauid regē ſuper Iſrael. *Dicitur autem hic plebs Hebraica dei mater, eo quod naſciturus erat de ea ſecundum carnem per virginem Mariam, Matth. 1. b.*

2 In die deſponſatio. eius. *ideſt tempore dationis legis, in quo deſponſauit ſibi plebem illam, vt dictum eſt.*

3 Et in die læti. cor. eius. *quia deo fuit placitum verbum populi dicentis, Exo. 24. b.* Omnia verba, quæ locutus eſt, faciemus.

## CAP. IIII.

a Q*Vam pulchra es.* Cū ſponſa de gentibus conuerſa, iam tantæ ſit perfectionis, vt Iudeis verſa vice prędicet, & ſponſum laudet, ipſa quoque dignā laudis recōpenſationē a ſponſo recipit. Hæc deſcriptio pro eccleſiæ multiplicitate extenditur. B Pulchra actione, quia ſicut virgula fumi per deſertum aſcendit, pulchra prædicatione, quia ad ſuum conſortium proximus attrahit.

† Ecce tu.

✻ Rup. O pulchritudo admirabilis, q. ſic admiratur, & collaudat pulcherrimus author ipſe pulchritudinis ſeptem præconijs. Conſiderauit oculos, dentes, labia, genas, collum, & vbera, & pro ſingulis dilectus ſingula decantauit dignæ collaudationis capitula. & cæt. Quid enim ſeptē iſtis modulis decantatur? Quid in te, o dilectiſſima dilectarum, virgo virginum laudatur a dilecto laudabili, quem laudat omnis chorus angelorum? Laudatur ſimplicitas, munditia, innocētia, doctrina, verecūdia, humilitas. mētis, & carnis integritas ſiue incorrupta virginitas. In oculis ſimplicitas, in capillis cogitationū tuarū munditia, in dentibus innocentia, in labijs doctrina, in genis verecūdia, in collo humilitas, in vberibus tuis admiranda, & ſplectabilis eſt cū fœcunditate virginitas. Simplicitas tua prudētia tua eſt, munditia tua ſupernorū deſiderium eſt, innocentia tua religioſitas eſt, humilitas tua vera contra diabolū fortitudo eſt, virginitas tua matrum, ſiue matronarum decus eſt. Hi ſunt dulces moduli muſicæ cœleſtis quos libenter audimus, & intelligimus, &c.

† infra 6. b.

† detonſæ ſunt.

C

b *Ocul. i.* ſenſus tui contemplatione ſpiritualium rerum ſunt excellentes, & reuerendi. Per partes intendit laudare.

c *Abſque.* Magna eſt gloria aperti operis, ſed longe incomparabiliter æterna retributio, quę videri non poteſt.

d *Capilli tui.* Vt facilius cuncta liqueſcant, breuiter ſingula percurramus. Capilli, ſunt ſpōtanei pauperes. Genę, ſummi prælati. Dētes vero genarū, alij inferiores prælati Labia, ſermocinatores. *Capilli tui.* Si in oculis acumē ſpiritualium ſenſuū accipitur, in capillis poteſt notari pluralitas cogitationum, quæ omnes ad vnum finem cæleſtis boni tendunt. Vnde capræis æquantur, quę animalia munda ſunt, & ardua rupium quærunt gratia paſtus.

e *Quæ aſcenderunt.* Vnam de naturis capreę ponit, vt ſic de alijs intelligatur, & illam magis virtutem prædicat qua auditores magis indigere perſpicit.

f *Quæ aſcenderunt de.* de illo, qui eſt teſtimoniū ſe imitātibus, ſicut ipſe promiſit, Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, &c.

g *Dentes tui, ſicut greges tonſarum.* Sicut in capillis, fragiliores eccleſiæ populi, qui numeroſitatem præſtant ſignantur, ſic in dentibus fortiores quique, & ad regendam eccleſiam apti, qui firmitate præualent.

h *De lauacro omnes.* Omnium eſt, baptiſmo purificari: Perfectorum eſt, & maxime eorum, quibus cura ouium eſt commiſſa, renuntiate omnibus, quæ poſſident.

i *Gemellis fœtibus.* ideſt conſimilibus fœtibus, quia tales alios reddunt quales ipſi ſunt. Vel duplices fœtus, opera geminæ charitatis, vt fideles conuerſi de vtroque populo. Vel fides, & opus.

k *Et ſterilis non eſt.* Nec illi inter ſteriles deputantur, qui abluti ſtatim ex hac vita rapiuntur. Habuerunt enim ſobolem fidei, quam vel ipſi pro ſe, vel alij pro ipſis confeſſi ſunt. Habuerunt etiam votū bonæ operationis, quod inter oues Chriſti expectati fuiſſent, ſocialiter exercerent, vnde dicuntur. *Conſummatus in breui expleuit tempora multa.*

## CAPVT IIII.

a ¶ In operibus exterius.

a † QVam pulchra es amica mea, quam 1 2

a ¶ Interius in animo, vel in prædicatione. b ¶Illi, qui prouident tibi, vel conuerſatio exterior ad literam. c ¶ Quia ſpiritusſanctus in ſpecie columbæ apparuit, merito illius nomine ſpirituali gratia ſignatur.

b pulchra es. Oculi tui columbarum, 3

a ¶ Id eſt, intentione, qua ſola pulchra eſſet, & per quam illa ſunt commendabilia. b ¶ Non niſi ſoli deo patens.

c † abſque eo, quod intrinſecus latet. 4

a ¶Attenuati, qui mundo renuntiantes ſoli deo adhærent, & caput ornant. b ¶In aſcenſu, & velocitate virtutum, in condeſcendendo puro paſtu. c ¶Ad beneplacitum dei. ¶Quia promouentur in monte virtutum, quas ſi opus eſt atteſtantur, dum pro Chriſto patiuntur.

d † Capilli tui, ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de 5

e a ¶Aceruus teſtimonii. b ¶Quia peccata rodunt, ſcripturas atterunt. c ¶ Innocentes.

f d ¶Ouium a quibus auferuntur ſuperflua, & aliquando neceſſaria. e ¶ Quia in baptiſmo loti, in virtutes prodeunt.

monte Galaad. Dentes tui, ſicut greges tonſarum, quæ 6

g a ¶Oculi, capilli dentes. b ¶Qui vel in ſe, vel in aliis fructum boni operis generent.

h i †aſcenderunt de lauacro. Omnes gemellis fœtibus, & ſte- 7 8

k

a Sicut

## NICOLAVS DE LYRA.

## CAP. IIII.

1 QVam pulchra es. *Hic conſequenter commendatur ſponſa ſub parabola mulieris ſpecioſæ. & primo ponitur parabola. ſecundo, exponitur. Quantum ad primum dicitur.*

Diuiſio.

2 Quam pulchra es. *ideſt, valde pulchra.*

3 Oculi tui columbarum. *ideſt, ſimplicis aſpectus, quod multum facit ad gratioſitatem mulieris.*

4 Abſque eo, quod intrin. *ideſt pulchra membrorum diſpoſitione ſub veſtibus latente.*

5 Capilli tui, ſicut greges caprarum. *ideſt ordinate diſpoſiti, et compoſiti. Hæc enim ſimilitudo, & aliæ non ſunt in omnibus conditionibus, quia tunc eſſet identitas, ſed aliquando ſunt in paucis, aliquando in vnica.*

6 Dentes tui, ſicut greges tonſarum. *i. albi, & bene ordinati.*

7 Omnes gemellis fœtibus. *ideſt ſuperiores decenter correſpondent inferioribus, ſicut gemelli adinuicem.*

8 Et ſterilis non eſt inter eas. *ideſt non eſt aliquis dentium fractus, vel putrefactus.*

1 Sicut

a ¶Sed eiicitur. b ¶Capillos imprimens capiti ne recedant. c ¶Illa labia ſunt recipienda, quia ipſa doctrina eſt dulcis etiam illis, qui prædicant, quando opere adimplent.

a b rilis non eſt † inter eas. Sicut † vitta coccinea labia tua, & 1 2

a ¶Ideſt, pudibunduli prælati, qui facies ſunt eccleſiæ, in quorum conſpectu pudet alios male agere.

c d e eloquium tuum † dulce. Sicut fragmen mali punici, ita genæ 3 4

a ¶Muniens in ſe refugientes. b ¶Chriſti manu fortis.

f g tuæ † abſque eo, quod intrinſecus latet. Sicut turris Dauid 5 6

a ¶Robuſtiores. b ¶Ad tutelam fidelium. c ¶Pro perfectione.

h i collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis. Mille

a Secundum hoc, quod continent.

k l clypei pēdent ex ea, omnis armatura fortium. Duo vbera 7

a A caprea geniti, ideſt, Chriſto, uel caprea ſynagoga.

m n o tua, ſicut duo hinnuli capreę gemelli, qui paſcuntur in liliis

a Ideſt, uſque in finem ſeculi, quando præmia recipient, quæ in labore noctis aſſidue contemplantur. b ¶Ait Chriſtus. c Ideſt ſublimes, qui fructum martyrii proferunt.

p q donec aſpiret dies, & inclinētur vmbræ. † Vadam ad mon- 8 9 10

A a *Sicut vitta.* Prędicatores, vita dicuntur, quia fluxas cogitationes in cordibus hominum ſuis prædicationibus reſtringunt ne diffluant, & cordis oculos premant.

b *Coccinea.* Quia dominici ſanguinis quo redēpta eſt eccleſia, pretium prædicare non ceſſat, vel quia pdicatio ſancta charitatis ardore flammeſcit.

c *Labia tua.* Dentes, qui terunt, labia quæ vita aperiunt.

d *Eloquium tuum dulce.* Dum quæ dicunt faciunt, ſuas prędicationes hominibus quaſi ſapidas eſcas apponunt.

e *Sicut fragmen mali punici, ita genæ.* In colore exterius puniceo, voluntas martyrij: In albis granis, (quæ cortice fracto videntur) candor virtutum, qui augetur, dum caro colliditur: cādor etiam cum impleta paſſione miraculis nitent. In genis verecundia, in malo punico paſſio Chriſti. Habet ergo ruborem eccleſia in genis, cum ſacramētum dominicæ paſſionis fatetur verbis, & oſtēdit candorem, cū pulſata preſſuris, caſtitatem puri cordis probat: & factis quid gratiæ ſalutaris crux habeat, pandit.

f *Abſque eo.* Licet ſint magna, quæ exterius apparent, maiora tamen in occulto retinent, quæ diuini oculi ſoli vident.

g *Latet.* Confeſſionem viuificæ crucis poſſunt oēs in eccleſia audire, preſſuras eccleſiæ videre, vel etiam miracula, quæ ipſi eccleſiæ ſunt diuinitus collata, poſſunt infideles cum fidelibus intueri, ipſa autem ſola anima nouit, quanto teneat amore vitæ inuiſibilis, quanto amore erga deum, & proximum flammeſcat.

h *Sicut tur. Dauid.* Turris, eſt expugnabilis prædicatorū cōſtantia, quæ ad defendēda fidei ædificia, & ad repellenda hoſtiū tela, à forti manu dei, & deſiderabili rege conſtructa eſt cū propugnaculis, ideſt, cum diuinarum ſcripturarū notitia, quando aperit ſenſum, vt intelligant ſcripturas, & dictis precedentium ſuam confirmant prędicationem, propugnacula etiam, miraculorum dona quibus prędicatio aſtruitur. Nam ſanatis morbis corporalibus, ad ſalutem animę facilius peruenitur.

i *Collum tu.* Collum extendimus, qn̄ longius proſpicimus. Sic prędicatores, collum, pp hoſtium de longe ſpeculationem. Turris, pp fortitudinem, & propter excelſam celeſtiū gaudiorum contemplationem. Vel collū, quia cibos in corpus demittunt, vel quia corpus capiti iungunt. vnde: Dominus dat panes, diſcipuli autē turbis apponunt. Propter aliud prędicatores, oculi, propter aliud, dentes, propter aliud, genę, propter aliud, collum vocantur. Propugnacula ſunt in diuinis ſcripturis infringibiles ſententię, in quibus tuti ſunt, qui de longe ab incurſantibus ſe defendunt.

D K *Mille clypei.* Clypei, iſta firmiſſima ratio eſt, qua freti ſpōte contra hæreticos prodeunt, & ſe muniunt, dum illos percutiunt.

l *Omnis arma.* i. omnis inſtructio, vel operationis, vel doctrinæ cæleſtis, per q̄ ſancti non ſolum euadunt, ſed etiam acies ſuperant malignorum dum quoſdam ab errore, vel vitijs retrahunt, quæ omnia a prælatis dependent, quia ab eis reſiſtendi exemplum & vincendi accipimus.

m *Duo vbera.* Multis figuris eadem eccleſię myſteria repetuntur, ſed repetita noui ſemper aliquid afferunt, & per ipſam nouitatem animos audientiū amplius delectant. Duo igitur vbera, pdicatores de duobus populis qui oculi dicūtur, quia occulta proſpiciunt. Dentes, quia improbos corrigunt, & in corpus eccleſiæ traijciunt. Collum, quia vitalē flatū, ęterna gaudia prędicando miniſtrant, & cibos doctrinę. Vbera, quia lac paruulis in Chriſto infundunt, qui ſunt hinnuli capreę, quia acutè, quę ſunt agenda, diſcernunt veloci curſu operationis de valle lachrymarum euolant. Gemelli, quia eandē fidē, eadem ſacramenta, prędicant, qui ne lac, quod erogant, in eis deficiat, paſcuntur floribus ſcripturarum, & exemplis ſanctorum ea ſemper recolendo.

✲ Pſellus. Et hoc conuenienter ad mulieris decorem extrinſecus dictum eſt. Intrinſecus venerabilem continet expoſitionem, & gratiam. Gemina enim diuinę Eccleſię vbera intellige ſanguinem, & aquam illam ſanctam verbi, & ſaluatoris, ex quibus animę fidelium ſalutem hauriunt.

E n *Duo hinnuli.* Duo populi, qui per humilitatem paruos ſe, & peccatores intelligunt, ſed charitate currentes omnia obſtacula mundi tranſeunt, & ſaltibus contemplationis ad ſuperna conſcendunt.

o *Qui paſcuntur.* Quia in his refectionem habent, qui floreт virtutibus, & ſplendent, dum ipſum deum quem deſiderāt, adhuc de vicino videre non poſſunt. F

p *Donec aſpiret.* Poſtquam dies illa, nec docendi vltra, nec diſcendi tempus erit, ſed conſummatis omnibus huius mūdi tenebris omnes fulgebunt, ſicut ſol.

q *Vadam ad montem.* Et quia eccleſia per ſingula talis eſt, Vadam, i. addam gratiam, tam inferioribus, quam maioribus. Vadam. Quia nouos populos quotidie congregabo. Et quia ſermo eſt ad eccleſiam de gentibus, poteſt non incongrue videri promiſſa vocatio ſynagogę, quę in fine mundi eſt futura, ſeu vocatio quarumcunque gētium. Vnde mox de ampliſſima pulchritudine vnius eiuſdemque eccleſię, quę vel de Iudæis, vel quibuſcunque gentibus per totum orbem eſt congreganda, Mox ſubditur, *Tota pulchra es.*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Sicut vitta coccinea labia tua. *Sunt enim labia in parte vbi coniunguntur rubea, quæ rubedo iuxta albedinem facit ad decorem.*

2 Et eloquium tuum dulce. *Ideſt gratum omnibus audientibus ipſum.*

3 Sicut fragmen mali punici. *quod eſt rubicundum in parte oppoſita ſoli.*

4 Ita genę tuę. *rubicundæ in parte eminentiori iuxta albedinem circunſtantem.*

5 Abſque. eo quod. *exponatur vt ſupra.*

6 Sicut turris Dauid collum tuum. *rectum, & decenter eleuatum, & in hoc tenet ſimilitudo.*

7 Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli capreę ge. *Ideſt habentia conformitatem eleuationis, non tamen nimiam, ſed decentē, inquantū facit ad oſtenſionem ſexus muliebris. Omnia prædicta faciunt, vt patet ad corparalē pulchritudinem mulieris. Per hanc autem parabolam intelligitur pulchritudo ſpiritualis ſponſæ ſecundum ſtatum illius temporis cuius caput dicitur conuenienter Patriarcha Iacob, alio nomine dictus Iſrael, a quo ſicut a capite denominantur Iſraelitæ. Capilli immediate oriētes ab hoc capite ſunt duodecim patriarchæ. Oculi vero Moyſes, & Aaron dirigentes populū. Dētes vero bellatores parati ad deuorationem aduerſariorū, vnde dixit ille ſtrenuus bellator Caleb, Num. 14. a.* Sicut panem, poſſumus eos deuorare. *Labia vero dulce eloquium proferentia, Leuitæ cantores dicentes diuinas laudes. Genæ vero rubicundæ, alii Leuitæ miniſtrantes in altari holocauſtorum, in quo erat ignis continuus. Per guttur autem intelliguntur ſtudioſi in lege, vt dicit Ra. Sa. propter hoc comparatur turri Dauid munitæ clipeis, quia per tale ſtudiū habentur arma cōtra impugnatores legis diuinæ. Et per talem modum dicit magiſter ſententiarum in principio libri ſui, in quo ponuntur ſententiæ ſtudioſorum in diuina lege. Fidē noſtrā aduerſus carnalium hominum errores Dauidicæ turris clypeis munire, vel potius munitam oſtendere ſtuduimus.* Duo vbe. *ſunt duæ tabulæ teſtimonij, ex quibus ſugitur lac ſacræ ſcientiæ, & deuotionis.*

8 Donec aſpiret dies. *Scilicet noui teſtamenti, de quo dicit Apoſtolus, Ro. 13. d.* Nox pręceſſit, dies autem appropinquauit. *vnde dicitur Luc. decimoſexto. d.* Lex & prophetę vſque ad Ioannem, *in quo incepit dies noui teſtamenti.*

9 Et inclinentur vmbrę. *Quia in nouo teſtamento ceſſant figuræ adueniente veritate, cuius quodammodo erant vmbræ.*

10 Vadam ad montem. *Poſtquam Salomon deſcripſit mutuum amorem*

A a *Tota pulchra es.* Non ſolum in electioribus membris, quæ enumerauit, ſed etiam in illis, qui puſilli, & fragiles videntur.
b *Veni de Liban.* Et quia vado ad te, tu debes venire ad me cogitatione, locutione, ope. Vel primus gradus eſt in carne pro bono opere, ſecũdus in abſolutione carnis ad pcipiendã beatitudinem in anima. Tertius recepto corpore, quando in reſurrectione duplices recipient ſtolas. Veni, fide, veni opere, veni alios adducendo, vel ter veni propter fidẽ Trinitatis. Libanus mons Phœnicis, Hebraice interpretatur cãdidatio, Græce thus, vnde ſupra, Vadam ad mõtem myrrhæ, & ad collem thuris. Dum prædicatores conuertunt tales ad ſalutem, creſcit corona de principibus victis certamine eorum. Veni. *Quaſi ne timeas, ne ſola venias, quia multos tibi addam.*

† Mecum de.

† mecum de.

† Abſtuliſti.

† abſtuliſti.

† vna torque.

† pulchri ſunt amores tui. Supra. eo.

B

a Ideſt, ad illos, qui ſuauem odorem orationibus, & aliis bonis emittunt.
b Ideo uadam, quia to. pul. es. Pulchritudo tua me delectat, & inuitat ad hoc.

a tem myrrhæ, & ad collem thuris. Tota pulchra es amica 1

a Ideſt, criminalis culpa. b Cum magno comitatu accede.

b mea, & macula non eſt in te. † Veni de Libano ſponſa mea, 2

a Candore uirtutum. b In termino uitæ cuiuſque.
Illo inenarrabili aduentu reſurrectionis.
c Inquietus, uel turbulentus uel deus uigilarum quando modo occidit.

c † veni de Libano, † veni, coronaberis, de capite Amana, 3

a Fœtor, uel nocturna auis quando decipit.
b Anathematizatio ex propria iniquitate.
c Id eſt, Superbis.

d de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de mon 4

a Pro amore tuo carnem ſumpſi, uel uulneratus in cruce. b Cohæres. c Filiarum fidelium.

e tibus pardorum. † Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, 5

a Dictis cauſis amoris, repetit, & alias cauſas adiungit. b De uulnere amoris.
c In unitate prædicatorum, quia omnes idem prædicant, idem amant, & quærunt.

† vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in 6
7

a In unitate audientium, qui adiacent doctoribus, unde dicitur, Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una.
b Ideſt lac, & ponitur continens pro contento.

f vno crine colli tui. quam † pulchræ ſunt mammæ tuæ ſo- 8

a Honeſtiora, & utiliora ſunt omnia quæcunque tu doces, quam philoſophicæ, uel legales doctrinæ.

ror mea ſponſa. † Pulchriora ſunt vbera tua vino, & 9

a Ideſt, fama uirtutum ſpiritualium, quæ ex charitate oriuntur: unde, & Deo placent, & quaſi inungunt, uel opera, quæ fiunt per ſpiritum ſanctum. b Ideſt ſuper omnem terrenam delectationem.
c Quo participare poteſt, qui uult.

g h i odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata. Fauus 10

c *De capi. Ama.* Amana mõs eſt Ciliciæ. Sanir, & Hermon montes Iudææ, in quibus leones habitant, per quos dæmones notantur, qui contra nos ſæuiunt, & quia illi conuertuntur, quorum corda fuerunt cubilia leonum, dum viciſſim eorũ confeſſione dominus creditur, quaſi de leonũ cubilibus coronantur, de quibus leo pellitur. Per Amana libemus illos quos ipſe, & per quos alios diabolus per magni ſtudij vigilantiam decipit, & conterit. Per Sanir, eos ad quos ignorantia talis deceptionis volat. Per Hermon, tales q quaſi in natura prõpti ſunt ad nequitiam, non quod diabolus deſinit. Per cubile leonum, illos quibus & per quos alijs perſecutoria dominatur ſæuitia. Per pardos hæreticos, quorũ diſtinctis dolis decipit, de quorum ſingulorum principalibus deus ſuis victoriæ confert coronam.

C d *De cu. leo.* Leones, propter ſuperbiã, vel violentiam. Pardi propter crudelitatẽ, vel variationem malignarum artiũ. Montium nomine, ſuperba infidelium corda deſignantur.
e *Vulneraſti cor.* Iõ debes venire, & de acquiſitione aliorũ laborare, quia diligo te. Vel iõ dabo tibi coronã de hominibus illis, quia præparaſti mihi in te locũ dilectionis. Omnis tua pulchritudo mihi placet, ſed maxime placet vnitas catholica, quam & in prælatis, & in ſubditis video.
f *Quam pulchræ.* Supra ſponſa in dilecto verba laudabat, hic dilectus vbera commẽdat. in quo notatur vnitas Chriſti, & eccleſiæ, qui ſunt duo, vt ait Apoſtolus, in carne vna, iõ ſimili laude alter alterum laudat. Doctrina eſt Chriſti, quã dat. eſt eccleſiæ, qua miniſtrat. Et merito amo te, quia doctrina tua, quæ continetur in ſuperioribus vberibus, eſt pulchra ad conſolationem infirmorum, & ſuſtentationem paruulorum. Mãmæ dilectio dei, & proximi, per quas mẽs ſancti ſenſus ſuos nutrit, dum deo charitate conglutinatur, & proximis, quod poteſt impendit. Quas mãmas quantum ſponſus diligat, in repetitione laudis manifeſtat dicens: Pulchriora ſunt vbera &c.

✻ Pſellus. Hic rurſum laudat diuinæ Eccleſiæ vberum, hoc eſt, diſciplinarum incrementũ. Cum enim, vt mater liberorum amantiſſima, eos, populum ſcilicet ex gentibus enutritum, ad diuinæ ætatis menſuram videat perueniſſe, nec amplius in ſancta fide balbutire, aut hæſitare, pro lacte vinũ effundit quotidie altiora illis ſuggerẽs inſtituta: Prius. n. vt rudiores docebat eos, & patrẽ, & filium, & ſpiritum ſanctum deum unum adorarent. quod quidẽ erat ueluti doctrinæ lac. Nunc autem monet, ut modeſtiã caſtitatem, temperantiam amplectantur, ut iuſtitiam diligant. Quæ quidem ſunt ueluti doctrinæ uinum.
g *Odor.* ideſt ſuauiſſima fama fidei diſperſæ per totum orbem, latior eſt, quam lex patrum, quæ in ſola Iudæa coanguſtatur.
h *Super omnia aromata.* ideſt, ſuper omnia bona opera, quæ faciunt improbi, quæ etſi aliquando hominibus placent, tamen deo nunquam, quia ex charitate non procedunt. Vel, ſuper inſtitutiones ueteris teſtamenti, quæ fuerunt figura horum.
i *Fauus diſtil.* Superius per labia, doctores, hic per labia ipſa uox

## NICOLAVS DE LYRA.

*amorem ſponſi, & ſponſæ. ſecundum ſtatũ egreſſus de Aegypto, & proceſſus in deſerto, hic conſequenter idem facit ſecundũ ſtatũ acceſſus ad terminum, ſ. ad terram ſanctam. Et diuiditur in duas partes, quia primo deſcribitur quantum ad ingreſſum terræ. Secundo quantum ad ſtatum ipſius poſſeſſæ ca. ſequenti. Circa primum excitatur ſponſa ex duobus ad ingreſſum terræ. Secundum ponitur, ibi.* Hortus concluſus. *Primum autem excitatiuum eſt amor ſponſi, & ſponſæ, qui fecit eos concorditer ambulare, propter quod dixit ſponſus:* Vadã ad montẽ myrrhæ. *ideſt ad terram Iudææ, quæ eſt monteſa, & in qua creſcunt aromatica, inter quæ eſt myrrha, q d. ſponſæ, hoc debet excitare te ad veniendum illuc, quia conſors ero, & dux viæ tuæ. hoc enim dixit dominus Ioſ. 1. a.* Sicut fui cum Moyſe, ita ero tecum, non dimittam te, nec derelinquam. tu enim ſorte diuides populo huic terram pro qua iuraui patribus tuis. & vt magis excitet eam commendat eam dicens.

1 Tota pulchra es amica mea. *Quia interfectis illis imminente Moyſi morte, qui peccauerant in peccato Phegor, Nume. 25. populus remanſit ſine notabili macula peccati ſub Ioſue.*

2 Veni de Libano. *Non eſt hic Libanus nomen montis in Iudæa exiſtentis, ſed alterius loci vltra Iordanem, vnde filii Iſrael venerunt in Iudæam. Frequenter enim diuerſa loca eiſdem nominibus nominantur. Et dicitur hic ter veni, ad maiorem excitationem, ſicut Iere. 22. g.* Terra terra terra, audi verbum domini.

3 Coronaberis de capite Amana, de vertice. *In Hebræo habetur.* Reſpicies de capite Amana, &c. *Sunt enim Amana, Sanir & Hermon nomina montium vltra Iordanem exiſtentium, vnde videtur terra Iudææ, & ideo populus Iſrael illuc veniens aſpiciebat terrã ſibi promiſſam gaudens propter eius pulchritudinem, & forte impoſuerunt ſibi ſerta, vel coronas in ſignum exultationis, ſecundum quod habet tranſlatio noſtra.* Coronaberis de capite Amana, de ver. *id eſt videbis terram tibi promiſſam de locis iſtis.*

4 De cubilibus leonum. *In montibus enim illis erant cubilia leonum, & pardorum. non tamen nocuerunt filiis Iſrael, ſicut nec ſerpentes horribiles in deſerto exiſtentes, per quod filii Iſrael trãſierunt, Deu. 8. c.* 5 Vulneraſti. *Modus eſt loquendi amantium ad expreſſionem amoris.* 6 In vno ocu. tu. *ideſt in Moyſe, qui ſupra dictus eſt oculus ſponſæ, qui fuit deo valde amabilis, & propter eum fuit deus populo fauorabilis.*

7 Et in vno cri. *ideſt in Ioſeph, qui fuit deo valde acceptus, et fuit vnus de capillis ſponſæ ſeu crinibus, vt dictum eſt ſupra.*

8 Quam pulch. *exponatur, vt ſupra de vberibus ſponſæ, quæ dicũtur hic.*

9 Pulchriora ſunt. *propter pulchritudinem, & munditiam legis contentæ in tabulis.*

10 Fauus diſtillans, &c. *Mel, & lac ſub lingua. hoc dicitur de orationibus deuotis ſummi pontificis, & cantorum, quæ fiebant in perſona totius eccleſiæ.*

A uox doctorum. Vnde & melli congrue cōparant. Fau⁹ mel in cera. Mel in cera, eſt ſpiritualis eloquiorū ſenſus diuinorum in litera diſtillans, quia pene ſingulę ſententiæ multos habent ſenſus. Vel aliter: In fauo mel latet, cera uidet. Labia ergo fauus uocant, quia dū in carnis fragilitate ſapientia magna habetur, quaſi mel in cera abſconditur.

a *Mel, & lac ſub lingua.* Tāta eſt ſpiritualis dulcedo in verbis, quanta corporalis eſt i melle, & lacte, & hoc ſub lingua, id eſt non cuilibet patens, ſed tātum bonis. Qui peccantem aſpere corripit, & inter aſpera dulcedinis quiddam admiſcet, habet mel, non in lingua, ſed ſub lingua.

b *Odor veſtiment. tuorum.* id eſt fama bonorum operum, quibus veſtiuntur, ne nudi inueniantur, & quibus turpitudo præcedentium delictorum operitur, eſt ſicut thus, quia in omnib⁹ operibus ſuis orat cum bene operatur cum intentione perueniendi ad deū. vnde: *Sine intermiſſione orate.* Supra nomine vnguentorū, infuſio ſancti ſpiritus oſtēdit, quib. corda fideliū illuſtrantur, & ad ſpiritualem certamen præparantur. Vocabulo veſtimentorū, facta iuſtorū notant, quæ foris ſunt. Vnde & pulchra diſtinctione, quæ per homines fiunt opera, thuri comparantur, quæ vero diuina largitione, fiunt dona, modum comparationis excedūt. Cōſulte poſtq̄ ſingula eccleſiæ membra dominus ſigillatim prædicauit, etiā vnguenta quibus tota eſſet delibuta, digna laude commendat. Nulla ſunt quippe membra, vel magna, vel parua, q̄ nō huius vnctionis ſpiritualis ſint infuſione cōſecrata. Laudauit, & veſtimenta, id eſt opera iuſtitiæ, quia & hic oē corpus eius ornatur. Nemo quippe in ea vitam meretur, niſi operibus iuſtis indutus, quæ vel ipſe fecit, vel ſi infans erat, alij pro eo fecerunt, & in illo.

c *Hortus.* Aſſimilauerat eam mulieri pro perfectione, p ſpecioſitate, pro ſingulorum diſpoſitione graduū, pro decentis vnitatis compoſitione. Sed quia parum uidet amanti ſingulas partes ſponſę ſingulis rebus pretioſis coęquare, totū pariter plurimis, & maximis ſpeciebus comparat. Cōparat igit horto, pro copioſis operum fructibus, ſine quo fieri quatuor contingit. In primis fons baptiſmi, in quo nullus ſequit fructus. Deinde vnguenta, id eſt dona ſpiritusſancti, quę ſunt prima fomenta, vt etiam arbores creſcant, & fructus ferant, ſcilicet illa in cordibus rudium adhuc, & tenerorum propoſita quando deliberant per ſpiritumſanctum, quia mundo renūciabūt, & aduerſa ſuſtinebūt, & ſimilia. Poſtea arbores, illi eidem, vel alij iam creſcentes, iam florentes: Tandem fructus maturi, quorū operū perfectione iam reficitur Chriſtus: Sed hic non ordinatè, ſm quod alterum ſequitur poſt alterū, ſed à digniori incipit, vt iſtius ſponſę commendatio ſit captabilior illi alij ſponſę, cui iſtam intendit commendare. Duos hortos ponit, in quo ſtatus duo contemplatiuorū, & actiuorū ſignant, quorū vterque concluſus, quia ab aduerſario colligi nō poſſunt, vel fructu priuari. Multi inter fideles cōuerſantur, in quibus hoſtis habet locum, ſed hi in horto fructiferò non ſunt computandi, ſed ut palea eiciendi. D

d *Fons ſignatus.* Quia eccleſia, quæ fontis nomine deſignat primū parua in Iudæa, poſtea dilatata eſt per orbē terrarum rectè ſubditur. *Emiſſiones tuæ.* qa illa parua eccleſia de Iudæis, adiuta fonte paradiſū emiſit ex ſe. Eccleſia fons, quia doctrina ſalutari redundat, vnde proximos irrigat. Signatus, quia ſpiritualis ſenſus indignis abſconditur, nulla incurſatione turbatur.

e *Emiſſiones.* id eſt fructus horti, ſ opera, quæ poſt plantationem, & irrigationem baptiſmi prodeunt, ſunt mihi mala punica, id eſt matura refectio, ita me delectans, vt paradiſus.

---

a Ipſa vox prædicationis. b Dulcedo ſapientiæ, quæ maioribus datur. c Doctrina paruulis congrua, quæ omnibus datur. d In meditatione cordis.

a b diſtillans labia tua ſpōſa, mel, & lac ſub lingua tua, & odor 1

a Quia gignit germina ſpiritualium operum.

c veſtimentorū tuorum, ſicut odor † thuris. † Hortus con- 2

a Cum non exponitur furibus, ſed habens murum, & antemurale. Quaſi illa diceret, vnde mihi thus: reſpondet, ab horto. b Protectione dei munitus. c Baptiſmus.

d cluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſi- 3 4 5

a Per ſacramenta ſigillatus, vt inimicos lateat, & amicis pateat. b Pro martyrio poſt ablutionem baptiſmi.

e gnatus. † Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punico- 6

Aliis. Maturis.

f rum, cum † pomorum fructibus. † Cypri cum nardo, nar- 7 8

à Id eſt, cum aliis vniuerſis prouectibus, qui figurari poſſunt in ſpiritualibus.

g h dus, & crocus, fiſtula, & cinnamomū cum vniuerſis lignis 9 10 11 12

---

f *Cypri.* i. directi, & in altū creſcentes, in humanitate graciles, & attenuati, quorum operibus iuncta charitate inūgitur princeps. Cyprus diuinam gratiam, nardus dominicā paſſionem, crocus charitatē exprimit. Cyprus eſt in Aegypto aromatica arbor, ſemine candido, & odorifero, quod coquitur in oleo, & exprimitur, inde vnguentum regale, (qd cyprus dr) paratur. Sic in tenebris huius mundi diuinæ gratiæ benedictio in pinguedine charitatis ſuſcipitur, & flammis tētationum probatur, quibus ſociatur nardus herba humilis, i. fides dominicæ paſſionis, & imitatio. Coniungit ergo cyprus nardo, cum diuina gratia confortat nos compati Chriſto. Item nardus croco iungitur, cum in charitate Chriſti mortem libenter accipimus. Nardus eſt redolens, & calens, & ſignificat charitatem. Crocus eſt aurei coloris, & ſignificat diuina ſapientia imbutos. E

g *Fiſtul. & cin.* Fiſtula, quæ & caſia, arbor aromatica, ſed parua. Eſt aūt robuſti corticis, & purpurei, quæ ad curādas viſcerum moleſtias valet, q̄ pro ſui breuitate a quibuſdā inter herbas odoriferas reputat, quæ humiles ſpiritu ſignificat, q̄ dominicæ paſſionis memores ad patiendum pro dn̄o ſunt parati. Cinnamomū eſt breuis arbor, ſed odorifera, & dulcis, cinerei coloris ad medicinæ vſum fiſtulæ duplo præſtās. Et ſignificat illos, qui ſe infirmos reputant, quorum humilitas apud deū dulcedinē habet, & laudē. Et bene poſt fiſtulā purpureā ponitur cinnamomū cinerei coloris, quia per recordationem dominicę paſſionis oritur nobis deſpectus noſtrę virtutis. Fiſtula, & cinnamomū in horto cum lignis Libani prodeunt, quia in eccleſia, qui humiles, & patientes ſunt, cū illis, qui eccleſiam prædicando, vel virtutes faciendo muniunt, palmam retributionis expectant. F

h *Cum vni. li.* Sicut fiſtula, & cinnamomū, humiles ſanctorū cogitationes, ſic & ligna Libani, quæ alta, & robuſta ſunt demonſtrant ſublimes ſanctorū actiones, & orationes. Myrrha imputribile reddit corpus, & ſignificat illos, qui amaritudine, & patientia corpus ſuum reddunt ſecurum a motibus carnalibus, & ab omni aduerſa parte. Aloe non tantam vim habet, quantam myrrha, ſed tamen valet contra putredinem.

*Primis.*

† Fons. † Prouer. 5. a. 14. q. vlt. 1. c. omnibus.

† Cyperi. Chepharim ſpecies eſt aromatica.

Cypri vnguentum.

Mirrha.

---

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris. *Hoc dicitur pro vnguento odorifero, quo vnctum fuit tabernaculum, & omnia eius vtenſibilia, Exod. triceſimo. Et dicuntur veſtes ſponſæ, quia tabernaculum erat in magnum decorem, & ornatum totius populi.*

2 Hortus concluſus. *Hic ponitur ſecundum incitatiuum ad terræ promiſſionis ingreſſum, quod eſt fertilitas terræ, & eius amœnitas. Et coniungatur ſic litera.*

3 Soror mea ſponſa. *id eſt o eccleſia Iſrael, quæ dicitur ſponſa dei eo quod deſponſauit eam per legem in monte Sinai, & ſoror, quoniam humanitatem erat accepturus de gente illa.*

4 Hortus concluſus. *ſupple eſt terra tibi promiſſa. Hortus propter eius fœcunditatem. Concluſus, propter eius fortitudinem, quia ab occidente clauditur mari mediterraneo, ab oriente Iordane fluuio, ab aquilone monte Libani, a meridie deſerto Aegypti, quod non poteſt de facili tranſiri.*

5 Fons ſignatus. *ponitur hic fons in ſingulari pro fontibus in plurali. ſicut frequēter alibi fit in ſcriptura. Habet enim illa terra multos fontes, ita lympidos, acſi eſſent ſigillati, ne beſtia, vel homo poſſet aquā turbare.*

6 Emiſſiones tuæ paradiſus. *id eſt riuuli inde defluentes reddunt terram amœnam ad modum paradiſi. vnde de quadam parte illius terræ dicitur Gene. 13. c. Eleuatis itaque Loth oculis vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuerſa irrigabatur, ſicut paradiſus dn̄i, & cæ.*

7 Malorum punicorum. *id eſt malorum granatorū, quæ creſcunt in illa terra cum multis aliis arboribus fructiferis.*

8 Cypri cum nardo. *Eſt autem hic cypri nominatiui caſus, et plurale huius nominis cyprus, quæ eſt arbor aromatica, & ēt creſcit in vineis Engaddi, vt dictum eſt ſupr. c. 1. Similiter nardus eſt plāta aromatica.* 9 Et crocus. *Herba aromatica, Gallice ſaffram.*

10 Fiſtula. *Herba eſt producens cannas, quarum ſuccus per decoctionem fit zuchar.*

11 Et cinnamomum. *Arbor eſt aromatica, cuius cortex canelle Gallice dicitur.*

12 Cum vniuer. *Eſt .n. mōs Libani in extremitate terræ promiſſionis verſus aquilonē, in quo creſcunt cedri, & multa alia ligna preſſa.*

1 Myrrha

A a *Primis.* i.cũ chariſmatibus virtutum excellentioribus, & pulchra coniunctio herbarũ, & arborum cum vnguentis, q̃ dũ carnẽ a laſciuia refrenamus, cõſequẽs eſt, vt in noua dona ſpiritus ſuſcipiamus. In horto dñi cõcluſo, inter alia naſcitur.

b *Fons hor.* quia de primitiua eccleſia proceſſit in mũdũ doctrina cæleſtis, quę plures eccleſias, ſ. hortos procrearet. De quo fonte bene ſubinfert.

†præcipuis aromatibus.

c *Puteus aquarum viuen.* quia eadem doctrina eccleſiæ, & fons hortorum eſt, quia ſpirituales fructus gignit, in his quos inſtruit, & puteus eſt propter occulta myſteria, quę ſolis ſanctis per reuelationem ſancti ſpiritus panduntur.

d *Aqua.* propter diuina eloquia, q̃ de inuiſibilibus diuinæ gratiæ theſauris procedunt atque in vitam æternam ducũt.

B e *De Li.i.* de ipſa eccleſia, quæ & cãdida eſt per mũditiã fidei, & alta per virtutum gratiam.

a ¶Myrrha, & aloe continentiam carnis exprimunt, quia natura horum eſt, ut inuncta his corpora non putreſcant.

a Libani, myrrha, & aloe cum omnibus † primis vnguentis 1 2

a ¶Tales ſunt fructus horti, talis autem eſt fons. b ¶Vtriuſque partis. c ¶Inſcrutabilis. d ¶Donorum ſancti ſpiritus, quæ hic ſitim mitigant, & in futuro extinguent, de quibus dicitur, Aqua quam ego do, &c. e ¶Ab alto ad inferiores.

b Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt 3 4

c d a ¶Nullo detinente obſtaculo. b ¶Quia pro impoſitione manuum ſit illud donum. c ¶Recede, vel inſta. d ¶Hoſtis. e ¶Poſt tribulationem tu ſancte ſpiritus recrea. f ¶Ventis tribulationum. 5 6

e impetu de Libano. Surge Aquilo, & veni Auſter, perſla hor 7

f a ¶Alias, vt. b ¶Abundent.

g tum meum, et fluent aromata illius.

f *Surge.* Et cũ talis ſit hortus, ſurge, i. diſcede, vel impugna. *Surge.* Horto conſito, & irrigato, reſtabat vt omnib. firmiter & ordinatè cõpoſitis, nequaquam aduerſarijs illius, tentandi negaret' acceſſus, ſed potius mõſtraretur, q. quo amplius flagellantur, eo amplius interna fluctuũ illius ſuauitas panditur. In aquilone, mundi aduerſa, in auſtro, blandimenta intellige, quia gemina expugnatione probatur eccleſia. Surge permittentis eſt, nõ imperantis.

g *Perſla.* alter vexando, alter recreãdo. *Perſla.* ideſt inter tribulationem, vel perſequẽdo, vt eccleſia in vtroque pulſata, & probata mirum odorem conſtantiæ ſuæ, abundantioris virtutis vbique diffundat, & in fine mundi poſitos inenarrabili fragrantia ſuæ ſuauitatis ſatiabit.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Myrrha, & aloe. *eſt autem aloe arbor aromatica, cuius lignum eſt valde odoriferum, & contritum, valet ad medicinas, & vnguenta, ideo ſubditur.*

2 Cum om. pri. *ideſt præcipuis vnguentis: Hæc omnia dicuntur ad terræ promiſſionis commendationem, in qua talia oriuntur. Ad cuius commendationem adhuc ſubditur.*

3 Fons hor. *Hoc dicitur propter Iordanem fluuium, qui currit ſecundum longitudinẽ terræ promiſſionis eã irrigans in multis locis, ideo ſubditur.* Fons hor. *& accipitur hic fons in ſingulari, pro fontibus in plurali ſicut dicitur: Syllogiſmus eſt oratio, i. congeries orationũ, quia Iordanis ex duob. fontibus oritur, quorũ vnus vocatur Ior, alius Dan, qui ſimul iuncti Iordanis nomẽ efficiũt, vt dicit Hier. ſuper Mat. et patet in deſcriptione terræ ſanctæ.*

4 Puteus aquarum. *Quia Iordanis abundat in aquis, eo modo loquendi quo aliquis abundans in pecunijs, dicitur puteus pecuniarum.*

5 Viuentium. *Dicuntur enim propriè viuere illa, quæ habent in ſe principiũ ſui motus ſecundũ augmentum, & decrementum. Et ad ſimilitudinem huius dicuntur aquæ viuentes, quæ ſcaturiunt ex fontibus quales ſunt aquæ Iordanis. Aquæ vero ciſternales dicuntur mortuæ.*

6 Quæ flu. imp. de. Lib. *Iordanis enim oritur ex fontibus prædictis ad radices montis Libani, vt dicit Hier. ſuper Mat.*

7 Surge aquilo. *Quia ad flatum ventorum oppoſitarum partium fluunt guttæ aromaticæ de arboribus aromaticis huius terræ, quæ colliguntur ab incolis, eo quod ſunt pretioſæ. Hæc omnia prædicta ſunt de commendatione terræ promiſſæ ad excitandum deſiderium ſponſæ.*

## CAP. V.

V*eniat dil.* Qui promiſit ſe futurum mecũ vſque ad cõſummationem ſeculi, modo cũ magis indigeo maiori gratia, me viſitet.

C a *Veniat di.* Audiens eccleſia ſe tentationibus probanda, prouiſioni dilecti nõ cõtradicit, ſed ne ſuperetur, auxiliũ illius quærit, qui non patitur nos tentari ſupra id quod poſſumus. Vel, põt ex voce perfectorum ſic intelligi: Veniat di. Q. Sicut eum ſemper diligimus, & ei ſeruire curamus, ſic ipſe in tentationibus non ſinat nos vſque ad defectum concuti, ſed iã reddat nobis mercedẽ piæ deuotionis.

1 Cor.10.c.

b *Veni in hor.* Sponſus deſiderio eccleſiæ reſpondens, eadẽ quæ petebantur, ſe iam feciſſe teſtatur. vnde extranei multum, in amorem ipſius poſſunt accendi.

c *Veni.* errantes corrigendo, infirmos ſubleuando, bona agentes confirmando, maturos mecum in requie collocãdo.

## CAP. V.

a ¶Qui me plantauit, amplius irriget. ¶Qui me in fundamento fidei, ſpei, & charitatis collocauit.

a V Eniat dilectus meus in hortum ſuum,

a ¶Gratanter accipiatur, & aſpiciat. b ¶Sanctorum.

b vt comedat fructum pomorum * ſuorum. Veni in hortũ meum ſoror mea 1 2

c a ¶Martyres amara paſſos, vel etiam omnes, qui carnem ſuam cum vitiis, & concupiſcentiis crucifixerunt.

d ſponſa, meſſui myrrham meam cum 3

* Theodoretus. *Veni,* inquit, *in hortum meum,* quem tu mihi adornaſti, & collegi primum myrrhã meam, id eſt, quã ego in te plantaui. Primus enim ego pro te mortem oppetij. Deinde tu ita mecũ commori atque vna ſepeliri concupiſti. Conſepulta .n. es mihi per baptiſma in morte, & mortificaſti membra tua, quæ ſunt ſuper terrã. Collegi ergo myrrham meam cum aromatib' meis, & reliquarum virtutũ, inquit, quas a me didiciſti, fructũ percepi. Comedi præterea panem meũ cum melle tuo, ſolidũ & dulcẽ cibũ, qui apud perfectos inuenitur. *Bibi vinum meum.* Iure addidit pronomẽ meũ. Ipſe enim eſt vitis vera, ex qua vinũ hoc profectum eſt. *Bibi vinum meum cum lacte tuo.* Nam ne infantes quidem, ac veluti vbera ſugentes, & lactentes excludit, ſed ab illis etiam, ætati eorum congruentem fructum capit, cumque bonus ſit, amicos etiam ad conuiuium inuitat.

d *Meſſui.* quadam falce mortis ab hac vita pręcidi, & in cellaria beatitudinis perduxi.

a Comedi

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. V.

V Eniat dile. meus. *Poſtquã deſcripſit Salomon amorẽ ſponſi, et ſponſæ, prout reſpicit ingreſſum terræ, hic conſequenter idẽ deſcribit prout reſpicit tẽpus ipſius poſſeſſæ. Et diuiditur in duas partes, q. primo facit hoc ſecundũ tempora Ioſue, & Iud. 2. ſecũdum tẽpora à Dauid vſque ad Chriſtum, cap. ſequenti. Circa primum ſciendum, quod populus Iſrael illis temporibus aliquando fuit in proſperis, aliquando in aduerſis, & ideo primo tanguntur proſpera. ſecundo aduerſa, ibi.* Ego dormio. *Circa primum dicit ſponſa.*

Diuiſio.

1 Vt

1 Vt come. fru. po. *i. vt comedere me faciat fructus terræ mihi datæ in pace, eo modo loquendi quo dixit dominus Abrahæ, Gene. 22. c. Nunc cognoui, quod timeas dominum, i. cognoſcere feci, vel quia actus & paſſiones fideliũ in ſcriptura aliquando attribuuntur ipſi deo, Act. 9. a.* Saule Saule, quid me perſequeris? *ideſt fideles meos, & ita comeſtio fructuum terræ attribuitur ipſi deo, quia populus eius comedit quando cum Ioſue terram intrauit, Ioſ. 5. c.* Comederunt de fructibus terræ, defecitque manna, *& quia hoc fuit ex dono dei, ĩo ſubditur in perſona ſponſi.*

2 Veni in hortum meum ſoror mea ſponſa. *Habitando ibi in bonorum abundantia, ideo ſubditur.*

3 Meſſui myrrham meam. *ideſt præparaui tibi terrã bona.*

1 Comedi

a Cum illis omnes qui fama bonorum ſunt operum inſignes: b Ideſt refeci me illis, vel labore attritos mihi comparaui.

a arômatibus meis. Cômedi fauum cum melle meo, bibi vinũ 1
a Delectamini b Faciendo præcepta mea. c Integra charitate me amplectendo. 2
b meum cum lacte meo. Cômedite âmici, & bibite, & inebriâ- 3
c a Exterius ceſſo. ¶Ceſſante perſecutione, quieti & contemplationi vaco. b Sed. c Intentionis & orationis oculis, ne tempore quietis per blanditias fallatur prouidet & laborat. d Ideſt aſpiratio.
d mini chariſſimi. Egô dormio, et côr meum vigilat. Vôx dile-
a Ad quod ratio me ducit, id etiam ſponſum velle intelligo. ¶ Iam non ſolum moneri eos vt prius, ſed etiam conſtringi volentis. b Prædica me. c Ponit cauſas. ¶Quia cohæres. 4 5
d Quia iugum ſeruitutis egreſſa arcanorum meorum es conſcia. e Quia ſpiritus mei dono illuſtrata, non inuidia. 6
e cti mei pûlſantis. Apêri mihi ſorôr mea, âmica mea, colûmba 7
a Quia ſegregata a negotioſis actibus diuinis es ſublimata aſpectibus. b Ideſt comæ. vel ego caput, ideſt quoddam ex memoris meis. c Ideſt vitijs quæ pro tenebis ignorantiæ non ſentiuntur vel frigido torpore. d Ideſt magnis inter ſe vitijs impliciti, & qui ſunt capilli ſpecie tenus, ſed ad illicita diſtorti. 8 9
f mea, immaculâta mea, quia câput meum plenum eſt rôre, êt 10
a Ideſt prauis ſententijs quas per ignorantiam contrahunt, vel illis quæ mala eſſe ſciunt, ſed obſcurari non refugiunt. b Ideſt prorſus exui. c Impedimento ſeculari. d Quaſi induar quidem, ſed quomodo, certe graue eſt.
g cincinni mei gûttis noctium. Expôliaui me tûnica mea, quô- 11
h a Ideſt cogitationes quibus aliquando terram tangere ſolebam, ſecretis fletibus compunctionis ablui, vt intrare mererer in cęleſtem patriam. 12
modo induar illa? Laui pêdes meos, quomodo inquinabo il- 13
a Faciendum tamen eſt, quia dilectus. b Inuiſibiliter inſpirando. c Ideſt rimulam reſipiſcenti apertam licet tenuem. 14
i k los? Dilêctus meus miſit mân um ſuam per forâmen, & venter 15
l 16

a *Comedi fauum.* Per fauũ, qui in ſcripturis dulcedinem ſpiritualis intelligẽtię quærũt, & alij dilucidant, per mel, qui epulas diuini verbi ſibi appoſitas libẽter guſtant, & his inſatiabiliter veſci deſiderãt; per vinum fortes cęleſtiũ prędicatores, p lac, infirmi adhuc auditores, qui licet diuerſis ſtudiorum modis diſcrepẽt, vna tamen ſupernæ retributionis ſpe communes, ſupernus arbiter approbat.

b *Comedite amici.* Non ſolum ipſe pijs electorum actibus delectatur, ſed etiam hortatur fideles ad congaudendum ſuper tali conuiuio, vt amplius inter ſe mutuam dilectionis curam exhibeãt, & minores quod in maiorib. viderint, memoriter imitari ſatagãt.

c *Inebriamini char.*

Greg. Poſt potum gaudij ipſas virtutes bonorum retractando torporem mentis diſcutite, & ad amorem ęternorum accenſi temporales pœnas non ſentiatis, ſicut ebrius qui obliuiſcitur omnium temporaliũ, comedit nec ſatiatur, qui epulas ſcripturarum didicit, iuſtorũ exẽpla nouit, nec tamen vitam correxit, bibit & non inebriatur, qui præcepta vitæ lætabundus audit, ſed ad implenda piger remanet.

d *Ego dor.* Eccleſia Gentilium multipliciter commẽdata, ne ſecura prędicationẽ dimittat, & ſoli contemplationi intendat, iniungitur ei de aliorũ confirmatione. Et hic agit de illa ſucceſſione eccleſię, quę eſt in hoc pręſenti ſeculo, ab illo .ſ. tempore quo plenitudo gentium intrauerat vſque ad finem mundi, quando Iudęi intrabunt, & hic non videtur mitti ad omnino infideles, ſed potius ad eos exhortandos, qui ſunt tepidi in eccleſia, & dicit itaque ipſa eccleſia. ego dormio.

e *Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea.* Surge ab otio & quiete contẽplationis, & aperi corda, vt remotis vitiorũ obſtaculis lucẽ veritatis perſpicue admittant. *De ſanguine meo, ſoror mea, de acceſſu meo proxima mea, de ſpiritu meo columba mea.* de ſermone meo quem plenius ex otio didiciſti, perfecta mea.

f *Caput meum.* i. fides mea, & amor mei in cordibus eorum excæcatis, amore terrenorum refrixit, & quaſi prorſus defecit.

Con-

g *Cincinni mei.* i. amor proximorum, qui ſunt mei capilli capiti adhærentes, ſunt pleni guttis noctium. i. patiuntur graue frigus perſecutionis tenebroſorum. i. & erga me ſunt infideles, & proximos perſequuntur, & cauſa horum corrigendorum oportet te dulcedinem contemplationis interponere. D

h *Expoliaui me.* Eccleſia non inobediens de iniuncto officio, ſed metuens in aſſumẽda fratrum cura, ne corruat in peccata, ſine quibus non tranſigitur hæc vita, reſpondet. *Expoliaui me.* Quomodo fieri poteſt, vt de culmine contemplationis egredens, rurſus mundi ſordibus polluar, quia recepta ſolicitudine temporalium ſubſidiorum quamlibet eximius doctor difficile vitat peccatum.

Grego. Qui ad ſolicitudinem regendarum animarum ſe accingit, reſtat vt quibus æterna prædicat, ad prouidenda quoque eis temporalium neceſſitatum ſubſidia inuigilet. E

i *Dilectus meus.* Eccleſia timẽte caſum, quia dominus amorẽ erga ſe noſtrum, in proximorũ maximo amore vult cognoſci, apte ſubditur. *Dilectus meus.* quaſi pertimeſco quidem ſeculi cõuerſationem, ſed intelligo, quod charitas operit multitudinem peccatorum, & confido in dilecti mei auxilio, a quo iam ſunt compuncta corda eorum.

k *Manum ſuam.* Operantẽ compunctionem, vel ad memoriã noſtram reduxit operationem, quam operatus eſt in nobis, quia nullius egens, de ſinu patris egrediens, in terra pro nobis conuerſari voluit. *Manum ſuam.* mittit, cum virtute ſua animum per ſubtilem intellectum pulſat.

l *Et venter.* Poteſt per vẽtrem intelligi mollities & fragilitas illorum qui prędicationis officium ſuſcipiunt, quia ſe minus idoneos recognoſcunt, & timent. *Venter* .i. mollis & fluxa pars inter nos, vel ventris nomine cor deſignatur, quia ſicut cibi in ventre, ita cogitationes in corde excoquuntur. Cor cõtremiſcit, ſi facere recuſat pro proximis, quod Deus fecit pro inimicis. Et venter intremiſcit, quia infirmitas gaudens de cęleſti intellectu in ſua exultatione turbatur, & timet ne perdat quod tenere neſcit. F

Sur-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Comedi.* exponatur, vt dictum eſt.

2 *Fauum cum melle meo.* Per hoc deſignatur âbundãtia mellis, vini, & lactis in terra illa. propter quod ſubditur.

3 *Comedite amici.* Ideſt quandiu adhærebitis mihi per amicitiam, & latriam, habebitis omnium bonorum abundantiã, & hoc patet ex decurſu veteris teſtamenti.

4 *Ego dormio.* Hic conſequenter ponũtur aduerſa: populus. n. Iſrael ex abundantia bonorũ temporaliũ declinauit ad idolatriam. ſicut prædixerat Moyſes Deut. 32. b. *Incraſſatus eſt dilectus meus, & recalcitrauit, incraſſatus, impinguatus, & dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum, &c.* & iõ dominus poſt multam ſufferentiam inflixit debitam pęnam, vt ſic pęna decẽter reduceretur ad pęnitẽtiam, propter quod ſic proceditur, quia primo ponitur culpa, ſecundo pęna, ibi. *Dilectus meus.* tertio pęnitentia, ibi. *Surrexi.* Circa primum dicitur in perſona domini. *Ego dormio.* ideſt peccata ad tempus diſsimulo. vnde communiter dicitur ab hominibus Deum dormire, quando peſsimos homines differt punire.

*Et cor meum vi.* i. præuideo tempus debitum punitionis, & ſubditur in perſona ſponſæ adulterantis a ſponſo reuocatæ.

*Vox di. mei.* Per prophetas ſuos & doctores.

*Pulſantis.* me ad pęnitentiam.

*Aperi mihi.* per conſenſum boni.

So-

9 *Soror mea ami.* tempore. ſ. pręterito tuæ innocentiæ.

10 *Quia ca. meum plenum ro.* Per rorem intelligitur parua pluuia, per guttas noctium, magna. Ros. n. & pluuia differunt ſecundum paucitatem, & multiplicitatem materiæ. 1. Meteo. Et loquitur hic Deus ſecundum modum ſpõſi reconciliationẽ ſuæ ſponſæ deſiderantis, & non retardatur ad hoc importunitate temporis. Et ſubditur reſponſio ſponſæ malæ, reconciliationem recuſantis, cum dicitur. Philoſophus.

11 *Expoliaui.* i. dimiſi cultum diuinum conſuetum, iam diu eſt, ſicut patet in proceſſu libri Iud. Modus. n. viuendi cõſuetus alicuius vulgariter dicitur tunica eius. Tunica alicuius.

12 *Quomodo induar illa.* quia per admonitiones prophetarũ nolebat populus reuerti ad cultum diuinum.

13 *Laui pedes meos.* Hoc dicitur ſecũdum æſtimationem idolatrantis populi; qui cultum Dei reputabat immũdum, & cultum idoli mundum. Et ſic exponit Rab. Sa.

14 *Dilectus meus.* quia per culpæ diſsimulationem Deus adhibet pęnam, ideo dicit ſponſa. *Dilectus meus miſit manum ſuam.* i. manum ſuæ iuſtitię ad puniendum me.

15 *Per foramen.* Proſequitur parabolam ſponſi irati contra ſponſam apertionem oſtij denegantem, qui per feneſtram vel aliquam aperturam infert baculum ad percutiendam eam.

16 *Et venter meus intre.* quia populus a Deo percuſſus concipiebat timorem eius, ut patet, libro Iudicum in plurib. locis.

 Sur-

a ¶ Pertimeſcebat commiſſa ſua te inſpirante. b ¶ Et quia fretus eius auxilio ſit. c ¶ Prædicando verbum dei.

a meus † intremuit ad tactum eius. Surrexi, vt aperirem dilecto 1

¶ Et vt aperire poſſem. a ¶ Operationes. b ¶ Aliis circunquaque expreſſerunt. c ¶ Exemplum amara patiendi.

b meo. Manus meæ diſtillauerunt myrrham, & digiti mei † ple 2

a ¶ Quæ imputribiles facit. b ¶ Quia actus, & intentio placent.

c ni ſunt myrrha probatiſſima. Peſſulum oſtij mei aperui dile- 3

a ¶ Dum aperirem illapſus erat in corda illorum. b ¶ Quia deus nulli ad plenum patet, ſed incomprehenſibilis ſenſus omnium excedit.

d cto meo, at ille declinauerat, atque tranſierat. Anima mea 4

a ¶ Prius conſtricta, & congelata frigore infidelitatis, contacta vero ſole ad compunctionem reſoluitur. b ¶ Intimauit ſe mihi, & voluntatem ſuam mihi innotuit. c ¶ Inueſtigaui perfectam de eo cognitionem. d ¶ Quia nemo in corpore plene poteſt noſcere. 5

e † liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt. Quæſiui, et non inueni 6

a ¶ Oraui intentione deſiderii, & bona opera feci. b ¶ Non indicauit ſe mihi, quia corruptio mea prohibebat. c ¶ Ne deſperatio lædat, conſolationem accipit, & amplius quærit. d ¶ Quærentem. e ¶ Curioſe vigilantes.

illum, vocaui, et non reſpondit mihi. Inuenerunt me cuſtodes 7

a ¶ Ex officio. b ¶ Ne quis procul a ſignis recedat. c ¶ Magis compunxerunt me ad quærendum. d ¶ Quia quicquid in ea terreni remanſiſſe deprehendunt, extinguunt, eamque velut inſenſibilem ad quæque infirma reddunt.

qui circumierunt ciuitatem. Percuſſerunt me, & vulneraue- 8

a ¶ Velamen ignorantiæ, quæ erat de veteri conuerſatione. ¶ Idem et hic pallium, quod ſuperius tunica. b ¶ Superiores doctores etiam alios, qui muri ſunt cuſtodientes.

f runt me, tulerunt pallium † meum mihi cuſtodes murorum. 9

† contremuit.

† egreſſa eſt.

† meum, quod erat ſuper me

A a *Surrexi, vt aperirem.* Surrexi a dormitione ad laborē, quia neceſſe eſt, vt qui veritatē prędicare diſponit, prius ad agēda ea, q̄ prædicat aſſurgat, ne alijs p̄dicans ipſe reprobus efficiatur. cui ſubiuncta verba conueniunt. *Manus meæ diſtil. &c.*

1. Cor. 9. d.

b *Et digiti mei pleni ſunt myrrha.* Digiti, ideſt diſcretio, vt ſolo contuitu ſupernę retributionis, non pro humano commodo oſtendantur operari. Sicut enim in manu ſunt diſcreti digiti, ſic in operibus oportet diſcretionē adhiberi, alioquin non valent.

⁂ RVPERTVS. *Surrexi, vt aperirem dilecto meo,* operam dedi, vt cum Apoſtolis Chriſti, vtique dilecti mei dictis, & factis proficerem currenti euangelio. Nā B hoc eſt, quod dico, *Manus meæ ſtillauerunt myrrham optimam, & digiti mei pleni myrrha probatiſſima.* Oportebat namque, vt maxime relictis credentiū atque Apoſtolicam vitam imitātium viduis manifeſtum darem exemplum omnis mortificationis vitiorum normāq; in propatulo mox venturo, nouūque eatenus inauditū exēplum eo ſuſcepturis ſanctę virginitatis propoſitū. Hęc myrrha vtique probatiſſima, ideſt, pretioſiſſima eſt. Cęterū carnem mortificare, non propter deum, neque propter ędificationem videntium, ſed propter gloriam propriam capiendā ex ore laudantium, hoc quidem eſt manibus ſtillare myrrhā ſed non probatam, imo nec ibi ſunt digiti, qui dicantur myrrha pleni, quia non eſt in tali opere virtus diſcretionis, quę per digitorum diſtinctionem ſolet intelligi.

c *Peſſulum oſtii.* Cauſam peccati, ideſt incredulitatem, & q̄libet aliam, quia vt peſſulum, oſtium, ſic cauſa detinet peccatū, qua remota remouetur, & ſublato peccato patet via Chriſto. Dixerat, quia dilectus manu miſſa per foramen ſe tetigerit, ac tremore concuſſerit, cuius tactu vehementer inflammata, cupit iam non per anguſtiam foraminis eius manu cōtingi, ſed patefacta cordis ianua feliciſſimo eius amplexu pfrui, ideſt ſummitate diuinæ illuſtrationis, quam raptim ſenſerat, plenius ſatiari, ſed quia nulli electorum in hac uita conceditur perfecta uiſio ęternorum, quę in alia uita reſeruatur, C ſubditur rectè: At ille declinauerat.

⁂ Rupertus. *Peſſulum,* inquit, *oſtij mei.* ideſt, clauſuram oris mei. Quid nāque per peſſulum, niſi ſilentij figuratur firmamentum? Peſſulum ergo oſtij dilecto meo aperit, quum indictū ori ſilentium pp Chriſtum reſoluitur, vt audientes ędificentur. Et quam pulcher, quam rationabilis, & diſciplinatus ordo loquendi? Prius myrrha ſtillat de manibus, & digiti myrrha probatiſſima pleni monſtrantur. ac deinde peſſulus oſtij dilecto aperitur, id eſt, prius vita laudabilis in exemplum præparatur, & deinde doctrina fidem quærens audientium palam profertur. Hinc de ipſo dilecto ſcriptum eſt, quia incepit facere, & docere.

d *Anima mea.* Ecce iam tertius gradus: primitiua fuit ex Iudæis conuerſa. per quam, & poſt quam hæc Gentilis de qua hactenus actum eſt, quę Gentilis, vt diximus, hanc tertiam inſtituit, de qua modo exequitur., q̄ vſq; ad nouiſſimā intrationem reliquiarū Iſrael durabit ſucceſſu prælatorum, & ſubditorū. Tranſit quidem, ſed tamen locutus eſt mihi mandata ſua relinquens, vt patienter eum expectarem, & poſtquam locutus eſt: *Anima mea liquefacta eſt.*

e *Quæſiui, & non inueni illum: vocaui, & non re. mihi.* Vox eiuſdem eccleſiæ, quæ aperuit ſecundum illos quos aperuit, quę prius erat venter, vel vox ipſorum.

f *Tulerunt pal.* Pallium tollunt prædicatores, quando ſi quid pompæ ſecularis reſiduum erat, ab animo auferunt, vel ſi quod peccatum per ignorantiam inerat, detegunt.

*Percuſſerunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt palliū meū cuſtodes murorū.* ⁂ Greg. Cuſtodes percutiunt ſponſam, & vulnerant, quia prædicatores ſancti dum cęleſtia loquuntur amātem animam afficiunt, & maiori amore ſagittant, &c.

⁂ Beda. Tollunt autem pallium ſuum ſponſæ percuſſæ, & vulneratæ cuſtodes murorum, cum Apoſtoli, vel Apoſtolici viri animæ cuilibet diuino amore attactæ, retinacula tranſeuntium rerum auferunt, vt infimis expedita curis, liberiori curſu faciem ſui conditoris requirat. Pallium namque idē quod ſupra tunica, vbi ait: *Expoliaui me tunica mea,* rerum terreſtrium implicamenta deſignans.

a *Adiuro*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Surrexi, vt aperirem dilecto meo. *Hic conſequenter pœna decente ſubditur pœnitentia. Et diuiditur in duas partes, quia primo p pœnitentiam quæritur ſponſi reconciliatio, ſecundo ponitur pulchritudinis eius deſcriptio, ibi.* Qualis eſt. *Circa primum dicit ſponſa:* Surrexi, vt aperirem dilecto meo. *quærens ei reconciliari, & ſic a pœna* [illegible].

Diuiſio.

2 Manus meæ diſtillauerūt myrrhā, digiti mei pleni ſunt. [illegible] *applicaui me ad opera pœnitentiæ, quæ deſignantur per amaritudinem myrrhæ.*

3 [illegible]um oſtij mei aperui dilecto meo. *Peſſulum eſt oſtiolū* [illegible] *& per hoc deſignatur, quòd pœnitentia in principio* [illegible] *propter quod ſubditur.*

4 [illegible] ille declinauerat atque tranſierat. *quia non ſtatim ad cla*[illegible] *liberabat eum a pœna. Et quia ex hoc augebatur affli*[illegible]*ſubditur.*

5 [illegible] Anima mea liquefacta eſt. *Sicut ſagimen in patella, vnde de* [illegible] *in affluctione dicitur vulgariter, quòd frigitur in ſagimine gimine ſuo.*

6 Quæſiui, & non inueni illum, vocaui, & non reſpon. *Quia ſicut dictum eſt, Deus non ſtatim liberabat populum, ſed dimittebat eū affligi ab aduerſarijs, vt a Philiſthæis, Moabitis, & cæteris gentibus circa terram Iudææ exiſtentibus, vt patet ex decurſu lib. Iud. & 1. Regum. ideo ſubditur.*

7 Inuene. me cuſtodes, qui circumierunt. *ideſt principes gentium in circumitu Iudææ exiſtentium, quæ nominatur hic ciuitas a Ieruſalem metropoli Iudææ.*

8 Percuſſerunt me, & vulnerauerunt me. *nocumentum inferendo perſonis.*

9 Tulerunt pallium meum mihi cuſtodes murorum. *ſpoliando me bonis meis, & quia populus communis propter peccatum idololatriæ non erat dignus exaudiri, ideo conuertit ſe ſponſa ad perſonas mundas ab idololatria, quia ſemper in populo Iſrael fuerunt aliquæ perſonæ tales quantumcunque populus communis, vel etiam principes ad idololatriam declinarent. vnde. 3. Reg. 19. d. dicit dominus ad Eliam;* Derelinquam mihi in Iſrael ſeptem milia virorum, quorum genua non ſunt curuata ante Baal. *Et quia preces talium ſunt exaudibiles, ideo dicit.*

1 *Adiuro*

a *Adiuro vos filiæ Ieruſalem, ſi inuene.* Adoleſcentulę iã ad aliquam cognitionem promotæ, ad famulos dei quos angelicã in terris vitã agere credunt, deuotè veniunt, & eos exorant, vt in tẽpore ſuæ orationis domino ſe commendent. Vos filiæ Ieruſalem ſupernorum ſpirituum, qui iam cum deo regnant. Vel, per filias Ieruſalem poſſumus accipere etiam inferiores in eccleſia, quos etiam admonent ſuperiores, vt ſecum quærant, quia quod a pluribus quęritur, quandoque citius reperitur, & vt vbique charitas dilectionis oſtendatur.

b *Qualis eſt dilectus.* Hæc ſponſa recolens intima conſcientiæ, expaueſcit, & pigritiam ſuam accuſans ex humilitate ad laborem feſtinat di. Obſecro, quia ſic adiuraſti nos feruore diuinæ charitatis, quã habes, me quoque fac ardere, & ſalutari admonitione in eius amore me confirmes. Appetita, & præconia virtutum ac potentiæ eius congrua laudę decantans, denuo interrogatur, in qualium mentibus eius ſoleant veſtigia reperiri.

c *Dilectus meus candidus, & rub.* Condigna quærentib. a parte ſponſæ reſpõſio. *Dilectus meus.* Primo, mũdus & ſanctus venit in mundũ, poſtmodum paſſione cruentus exiuit de mundo. Per candidũ, amorẽ diuinitatis. Per rubicundum, carnẽ paſſam accipe, vt deũ, & hominem notet, & in vtroque electus.

d *Electus ex milibus.* Quia vnus mediator de omni numero angelorum, vel hominũ acceptus. vnde dicitur: *Hic eſt filius meus dilectus, &c.* Quia non eſt inuentus alius, neque in cælo neque in terra, qui acciperet librum.

e *Caput eius aurum optimum.* Alia tranſlatio: *Crines eius abietes.* Abies, Græcè ἐλάτη vocatur. Vnde, hic elate, non Latinum, ſed Græcum videtur. Vel caput, ideſt diuinitas, quia caput Chriſti deus.

*Comæ eius.* ideſt, cogitationes eius ſanctæ, & rectę, & tamẽ ſtultis deſpicabiles.

*Oculi eius.* ideſt, dona ſancti ſpiritus, quę ipſe dat, quę amatores

a ¶Euenit quandoque, vt qui nuper quærere incepit, citius inueniat, quam ille, qui dudum quærere inceperat.

a †Adiuro vos filiæ Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, 1

a ¶Intimetis eum acceſſu veſtræ orationis, vt & mihi det gratiam ſuæ inuentionis. 2

b ¶Præ amoris magnitudine omnia temporalia ſunt mihi faſtidio. 3

c ¶Dicunt adiutare. ¶Scorsus, quia magnus eſt ſecundum naturam, qua eſt genitus ex patre. d ¶Filius

b vt nuntietis ei, quia amore langueo. qualis eſt dilectus tuus 4

a ¶Patre. ¶Ideſt ex ea parte magis debet diligi, quam timeri. b ¶Pulchritudo tua oſtendit eum pulchrum eſſe, a quo tu pulchra es. ¶Inter omnes ſectas tua fides præceſſit. 5 6

c ¶Secundum humanitatem, qua non eſt ex dilecto. 7

†ex dilecto o pulcherrima mulierum? qualis eſt dilectus 8

a ¶Deuotio tuæ adiurationis oſtendit eum eſſe magnum quem mones inquiri. b ¶Vt eum quæramus. c ¶Talis eſt. 9

¶Chriſtus ex ſola dilectione paſſus alii ex merito.

c tuus †ex dilecto, quia ſic adiuraſti nos? Dilectus meus can- 10

a ¶Quia peccatum non fecit. b ¶Quia in ſanguine ſuo lauit peccatores. c ¶Ideſt ipſe, qui eſt caput corporis eccleſiæ, diuina ſapientia plenum.

d didus, & rubicundus, †electus ex milibus. Caput eius aurum 11 12

e a ¶Splendidum. b Capiti eius adhærentes. c Rectitudine, & victoria.

f †optimum. †Comæ eius, ſicut elatæ palmarum, nigræ quaſi 13 14

a Eum intuentes, & per quos eum alii intuentur. b Ionixæ. c Scripturas diuino munere fluentes in morem aquæ, vel minores quidem. 15

g coruus. †Oculi eius, ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, 16

tores ſuos, non in cœno more porcorum volui permittunt, ſed in ſimilitudine aquarũ claros, & perſpicuos reddunt, nil tenebroſum habentes. Vnde & riuulis, & mundis aquis non ſtagnis turbulentis cõparantur, quia deum vident, & diuinorum chariſmatum luce replentur. Quæ chariſmata, quia ſola gratia dantur, ſubditur. D

*Quæ lacte lotæ ſunt.* quia ſicut mater ſola naturali dilectione lac filijs miniſtrat, ſic deus ſola gratia dona chariſmatum filijs donat: Quæ reſident iuxta fluenta pleniſſima aquarum, quia quanto de deo clarius vident, tãto magis ad altiora cognoſcenda intendunt. E

*Genæ.* ideſt modeſtia, & pietas ſaluatoris, quæ in illo ſingulariter refulſit.

*Quæ ſunt, ſicut arc.* quemadmodum ordinatæ ſunt areolæ ab hominib. expectantib. odoris ſuauitatem, & aſpectus gratiam, ita mediator in carne apparens, doctrinę modeſtia, & dulcedine delectabat pręſentes, attrahebat abſentes, conſitę a pigmentarijs, hoc eſt Apoſtolis, & prophetis, qui concordi voce, nõ ſolum eius ſermones, ſed etiam mores ſacris paginis deſcripſere, in futura eius arcana incarnatione, ex modeſtia Lazarum fleuit, ſicut agnus obmutuit, & talia.

f *Nigræ quaſi coruus.* Deſpicabiles mũdo, quaſi illa clamoſa, & improba auis. Vel, quaſi coruus, vt nulli ſacramenta eccleſię cõmittant, donec ſibi, vel matri ſimilari videãt, vel quia cum pulchri ſunt, ſe fuiſſe nigros intelligunt ex natura ſua. Ioan. 11. e. Eſa. 53. c.

g *Oculi eius, ſicut colum.* Solent colũbę iuxta fluenta aquarũ reſidere, vt volantiũ auium in aqua vmbram videant, & ſic vngues vitent. Sic ſancti in ſcripturis fraudes dęmonũ proſpiciunt, & ex deceptione, quam attendunt, quaſi ex vmbra hoſtem cognoſcunt, & fugiunt. quę fluenta pleniſſima dicuntur, quia de quibuſcunque in ſcriptura conſilium quęritur, per illam ad plenum inuenitur. Poteſt in riuulis, veteris legis eruditio, in fluentis, euãgelica perfectio intelligi, quia prędicatores, & noua, & vetera proferunt. F Columbæ natura.

☞ a *Labia*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Adiuro vos.* ideſt, perſonę deuotę de Iſrael. Nec eſt cõtra illud, quod dictum eſt ſupra 1. c. quòd filię Ieruſalem ſignificant fragiles populi, quia tam perfectę perſonę, quam imperfectę ſunt de eodem populo, ſed ſup. 1. c. imperfectę dicunt filię Ieruſalem propter fragilitatem ſexus. hic autem perfectę eodem nomine nominantur ratione deuotionis. de qua fit hic mentio, quę magis vigere ſolet in mulieribus ſecundum illud, quod canit eccleſia: Intercede pro deuoto fœmineo ſexu. Idem enim nomen in ſacra ſcriptura ex diuerſis proprietatibus non ſolum accipitur pro diuerſis, ſed etiam aliquando pro contrarijs. Sicut deus, leo dicitur, ratione magnanimitatis. Apo. 5. b. *Vicit leo de tribu Iuda.* Et diabolus, ratione rapacitatis. 1. Pe. 5. b. *Aduerſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens, &c.* Dicit igitur: *Adiuro vos.* id eſt, per rem ſacram deprecor. 2 *Filiæ Ieruſalem.* ideſt, deuotæ perſonæ.

3 *Si inueneritis dilectum meum.* vobis gratioſum in orationibus veſtris.

4 *Vt nuntietis ei.* pro me deprecando.

5 *Quia amore langueo.* ideſt, reconciliari ſibi deſidero.

6 *Qualis eſt dilectus tuus.* Hic conſequenter ponitur ſponſi deſcriptio. Et diuiditur in duas partes. quia primo circa hoc mouetur quæſtio. ſecũdo ponitur reſpõſio, ibi: *Dilectus meus.* Circa primum ſciendum, quod ſicut populus peccator recurrebat ad deuotos populi ad habendum orationis ſuffragium, ita econuerſo deuoti inducebant populum ad cognitionem dei, & ad eius verum cultum. ideo in perſona eorum dicitur *Qualis eſt dilectus tuus.* id eſt, vtinam attenderes quantum eſt amabilis, & bonus. Diuiſi

7 *Ex dilecto.* ideſt, prę omnibus diligendus. Vel, hoc dicitur ad denotãdum proceſſionem diuinarum perſonarum, quia filius procedit a patre, ſicut dilectus ex dilecto, & ſpiritusſanctus ab ambobus, vt amor mutuus vtriuſque.

8 *O pulcherrima mulierum.* id eſt, aliarum gentium pro tempore deſponſationis tuę in ſuſceptione legis diuinæ, vt dictum eſt ſupra.

9 *Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto.* Repetitio eſt eiuſdem ad maiorem excitationem.

10 *Dilectus meus candidus, & rubicundus.* Hic ponitur ſponſæ reſponſio confitendo dei pulchritudinem, & bonitatẽ, *quia corde creditur ad iuſtitiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem,* Rom. 10. b. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur ſponſi deſcriptio. Secundo ex hoc oritur quæſtio, ibi: *Quo abiit.* Circa primum deſcribitur ſponſus ſub parabola iuuenis fortis, & gratioſi, propter quod primo parabola ponetur. ſecundo exponetur. Circa primum dicitur: *Dilectus meus candidus, & rubicundus.* id eſt, in colore gratioſus. Diuiſio.

11 *Electus ex milibus.* Id eſt in multis milibus non inueniretur vnus talis.

12 *Caput eius aurum optimum.* ideſt, ornatum corona aurea.

13 *Comæ eius, ſicut elatæ pal.* frondes habentes denſitatem foliorum, & per hoc intelligitur multitudo capillorum.

14 *Nigræ quaſi coruus.* Nigredo capillorum atteſtatur fortitudini, & iuuentuti, & quia hic ponitur metaphora iuuenis fortis, dicuntur comæ eius nigræ. Dan. 7. vbi deſcribitur deus ſub parabola iudicis, in quo decens eſt ſenectus, & canicies. dicitur de eo: Antiquus ſedit dierum, & ſubditur: *Capilli eius tanquam lana munda.* id eſt alba. 15 *Oculi eius, ſicut columbæ.* ideſt, habens aſpectum ſimplicem, & honeſtum.

16 *Super riuulos aquarum.* ad ſe lauandum, ne appareat in eis aliquid immundum.

a ¶In primis tenera doctrina, vel dulciſſima gratia mundatæ. b ¶Firmiter. c ¶Alti…es ſcripturas, ſicut euangelium.
quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima. 1
a ¶Pudibundi prælati, quos pudet audire turpia, redun. facere. b ¶Multarum gemmæ virtutum. c ¶Apoſtolis, vel quibuſlibet præcedentibus patribus. 2
Genæ illius, ſicut areolæ aromatum conſitæ a pigmentarijs. 3
a ¶Prolocutores. b ¶Verbo, & exemplo. c ¶Exemplum perfectæ amaricationis ſuę. d ¶Quarum officium eſt tantum bene operari.
a b Labia eius lilia diſtillantia myrrham † primam. Manus illius 4 5
a ¶In nullo reprehenſibiles. b ¶Sola ſpe, & deſiderio cæleſtium laborantes. c ¶Pro aereo colore, vel æthereo. d ¶Etiam illi, qui vtuntur carnalibus, & vxoribus non contra deum. e ¶Candore, vel duritia, vel frigiditate. 6
c d † tornatiles, aureæ, hiacynthis. Venter eius † eburneus, 7
a ¶Quia mundo quidem vtuntur, ſed tamen cæleſtia non obliuiſcuntur. b ¶Ideſt inferiores in ſequentibus temporibus, vt crura inferior pars. c ¶Fortes, & ſuſtentantes, vel Apoſtoli, qui eum mundum tulerunt. 8
e diſtinctus ſapphiris. Crura illius columnæ marmoreæ, quæ 9
a ¶Super fidem patriarcharum, & Apoſtolorum. b ¶Id eſt omnia membra. ¶Quid per ſingula. c ¶Quia per eum omnes dealbantur. d ¶Electior eſt inter ſpecioſos. 10
f fundatæ ſunt ſuper baſes † aureas. † Species eius, ut libani, ele- 11
g a ¶Altitudine, imputribilitate, & odore. b ¶Ideſt ipſa doctrina eorum. c ¶Quia ſpiritu iuuantur adimplendum. d ¶Ita. e ¶In ſingulis membris. f ¶Dignus quæri. 12
h ctus, vt cedri. Guttur illi⁹ ſuauiſſimū, et totus deſiderabilis. 13 14

A a *Labia eius lilia diſtillantia myr.* Verba doctrinę eius, q̄ claritatem regni cęleſtis promittunt, grauia patiētibus primam myrrham, quia contemptum voluptatum prędicant.

b *Manus illius tor.* i. opera Chriſti, quę enim verbo docuit, opere cōpleuit, vt de doctrina ſua mirantes, operibus confirmaret. Tornatiles, qui in promptu habet facere, quod vult, ſicut tornatura cęteris eſt promptior artibus, & quia in ſe omnem iuſtitię regulam tenet. vnde dicitur: *Oportet in me impleri omnem iuſtitiam.* (Matth. 3.d.)

(† vt annuli aurei pleni hiacynthis.)

c *Aureæ plenæ hiacynthis.* Quia virtutes quas in homine geſſit, diuinitatis gratia perfecit, quę nos ad ſpem, & ad amorem cæleſtium excitant. († auri obrizi) B Hiacynthus enim aerei coloris eſt.

d *Venter eius ebur.* id eſt fragilitas humanitatis. eburneus pro decore caſtitatis, quia ab omni peccato immunis. Diſtinctus ſcilicet non totus eburneus, nec totus ſapphirinus. Sapphirus ſublimitatem cœleſtiū ſignificat. Diſtinctus ergo, quia partim humana fragilitas eſurie, tētatione, fatigatione, morte: partim diuina celſitudo, miraculis, reſurrectione, & aſcenſione intelligitur. Sapphirus habet ſpeciem ſereni cęli.

e *Crura illius columnæ.* id eſt itinera paſſionis, incarnationis, quę columnę dicuntur propter rectitudinem, & firmitatē, quia quicquid per eum geſtum eſt, ante tempora a deo diſpoſitum eſt.

✠ Greg. Per crura Apoſtolos intelligimus, per quos vniuerſum mundum circuiuit, & fidem eis prędicantib. populis audientib. ſparſit. Quibus ipſe in Euāgelio ait, *Ite in orbem vniuerſum, & prædicate Euangelium omni creaturæ.* (Mar. 16.) Sed crura columnę marmoreę eſſe perhibentur, quia Eccleſiam C inflexibiliter ſuſtinent, dum contra omnes aduerſarios eorū prędicationibus, dicationibus, & exemplis roboratur. Super baſes autē aureas colūnę fundatę ſunt, quia a Prophetarū dictis, vt fortes perſiſterent fidem integrā acceperunt. Vnde ipſe primus Apoſtolorum ait, *Habemus firmiorem propheticum ſermonem, cui benefacitis attendentes tanquam lucernæ ardenti in caliginoſo loco.* Ideo enim aureę dicuntur, quia luce ſapientię reſplendeſcere ſciuntur.

f *Fundatæ ſuper baſes.* id eſt ſuper prophetas, quia talis apparuit qualis prędictus ab illis in diuina diſpoſitione legentibus. Vel baſes ipſa diſpoſitio dei, quę ordinauit.

g *Species eius, vt Libani.* Quid per ſingula ipſius redemptoris membra laudo, totum breui cōprehēdā quomodo Libanus altitudine, & amplitudine eſt inſignis, ita domin⁹ inter oēs, qui de terra orti ſunt, antecellit. Et ſicut ille mōs nobiliū ferax eſt arborū, ita mille oēs ſanctos in ſe radicatos extollit, & ꝯſeruat, & ſicut cedr⁹ pulchritudine, fortitudine, ſublimitate, odore, oē decus ſyluarum antecedit, ſic dilectus ſpecioſus forma p̄ filijs hominum, quia ipſe non accepit ad menſurā, & de plenitudine eius omnes accepim⁹:

h *Guttur illius ſuauiſſimum, & totus de.* ideſt internus ſapor, et dulcedo verborū Chriſti, quā pauci guſtant, qui aūt guſtāt, amplius eſuriunt. Aliter: Sicut per guttur ad labia vitalis flatus, vt loqui valeant, ꝓcedit, ſic in labijs dn̄i verba, quę dicebat. In gutture vero pōt occulta diſpoſitio bonitatis eius intelligi, qua factū eſt, vt nobis foras loqueretur totus, ideſt deus, & homo deſiderabilis, non ſolum ſecundum diuinitatem, ſed etiam ſecundum humanitatem ab ipſo initio conceptionis vſq; ad triūphū paſſionis, reſurrectionis, aſcenſionis. *Talis eſt d.* Quaſi: Et neceſſe eſt ſi amas eū, & vis ab eo amari, vt eū intelligas talem, & tali affectione ei cohæreas.

a *Filiæ*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Quæ lacte ſunt lotæ.* id eſt albæ ad modū lactis. tales enim columbæ ſunt gratioſiores alijs, & per hoc notatur gratioſitas ſponſi in oculi.

2 *Genæ illius, ſicut areolæ aro.* Eſt autem areola portio terræ bene ſeminata. vnde Eze. 17. de areolis germinis ſui, quę delectant valde viſum, quando incipiunt ſemina pullulare. Dicit enim Philoſophus, quòd virides ſationes maxime delectant viſum, & confortant, & maxime quando ſunt herbæ aromaticę. Dicit igitur. *Genæ illius, ſicut areolæ aro.* i. ſunt ita delectabiles ad videndum, ſicut areolæ ſeminum aromaticorū pullulantium. (Areola. Philoſophus.) 3 *Conſitæ a pigmen.* i. cultę, & ordinatæ a bonis cultorib. aromatum, quæ etiam pigmenta dicuntur.

4 *Labia eius lilia diſtillantia.* ſic eſt in Hebræo, & per hoc deſignatur munditia eloquij, & gratioſitas.

5 *Manus illius tor.* In Hebræo habetur: Rotæ aureæ, p quod deſignatur, quòd manus ſponſi ſunt ornatæ annulis aureis, qui ſunt figurę circularis. ideo ſubditur.

6 *Plenæ hiacynthis.* ideſt ſapphiris, qui ſunt hiacynthini coloris, tales enim lapides ponuntur in annulis. 7 *Venter eius ebur.* i. albus, & politus. 8 *Diſtinctus ſapphiris.* i. ornatus lapidibus pretioſis nō immediatè ſuper carnem, ſed ſuper veſtem, quæ operit ventrem. Sicut enim in veſtibus circa collum, & manus ad ornatum nobilium nunc ponuntur lapides pretioſi, ita etiam tunc temporis circa partes verſus ventrem deſcendentes. 9 *Crura illius columnæ marmo.* ideſt fortia ad modum talium columnarum. 10 *Super baſes aureas.* ideſt ſuper pedes calceatos calceis in ſuperficie deauratis, quales portant nobiles de Hiſpania. 11 *Species eius, vt libani.* ideſt forma eius gratioſa, ſicut Libanus, quæ eſt arbor aromatica ramoſa, & valde gratioſa. Libanus enim non eſt hic nomen montis prout acceptum eſt ſupra in plurib. locis.

12 *Electus, vt ced.* i. ideſt ſtatura eius recta ad modum cedri.

13 *Guttur illius ſuauiſſimum.* i. album, politum, & gratioſum. Et quia oia prædicta faciunt ad gratioſitatē iuuenis. iō ſubdit.

14 *Et totus deſidera.* Hęc autem parabola ſecundum oēs doctores Hebraicos, & Latinos intelligitur de deo, de quo dicit Greg. moraliū 14 In deo, quia forma corporis non circumſcribitur, manus, oculus, &c. membra ſic nominantur, vt ex membrorum vocabulis effectus ſuæ potentiæ deſignentur. Habere nanque oculos dicitur, quia cuncta vidét, manus, quia omnia operatur. Sic ergo deo dicitur: *Dilectus meus candidus, & rubicundus,* id eſt, benignus, iuſtus, & iratus reprobis. Facies enim hominis irati rubeſcit, & exardeſcit. Electus ex milibus, id eſt pre omnibus diligendus. In Hebræo habetur: *Vexillatus in milibus.* id eſt habens in exercitu ſuo multa milia angelorum, Dan. 7. c. *Milia milium miniſtrabant ei, & decies milies centena milia aſſiſtebant ei. Caput eius aurum optimum,* id eſt corona aurea decoratum, in qua notatur dignitas regia, qua dicitur rex regum, & dominus dominantium. *Comæ eius.* id eſt attributa diuina, *vt ſapientia bonitas, &c.* Quia ſicut comæ inhærent capiti, & adiacent ei, ſic attributa ſunt idem cum diuina eſſentia, tamen ſignantur per modum qualitatum ſibi adiacentium. Sicut elatæ palmarum, quia multa ſunt. Nigræ quaſi coruus, quia non ſeneſcunt. Per nigredinem enim hic intelligitur iuuentus, vt prædictum eſt. Oculi eius, ſicut columbæ, quia vno ſimplici intuitu videt omnia. Quæ lacte ſunt lotæ, quia ex cognitione eorum, quæ ſunt extra ſe non vileſcit intellectus eius, vt dicit commentator Auerrois ſuper 2. Metaph. Non enim cognoſcit ea per formam extraneam a rebus acceptam, ſed per ſuam eſſentiam omnia perfectè repræſentantem. Genę illius ſunt virtus attractiua, ſicut oculi virtus cognitiua. Trahendo enim ad ſe electos per fidem, & amorē incorporat ſibi eos, ſicut per genas incorporantur materiales cibi. vnde dicit ſaluator Ioan. 4. d. *Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis,* quod intelligitur ad literam de Samaritanis ſibi incorporandis per fidem. Sicut areolæ a. &c. quia ſicut ex areola aromatum exhalat odor bonus, reficiens olfactum, ita ex amore diuino attrahente recreantur aīę bonorū. Labia eius, ſunt virtus reſeruatiua ſecretorū, qbus loqt̄ ſanctis, & ꝓphetis, iō ſubdit: Lilia diſtillātia myrrhā primā, quia

a *Filiæ Ieruſalem*. Pro decore carminis variãtur perſonę colloquentium, ſed eadem Chriſti eccleſia notatur, & nomine ſponſæ, & nomine filiarum. Cum ad patriam cęleſtem ſuſpirat, filia, cum nihil, niſi deum curat audire, vel loqui, ſponſa dicitur.

b *Quo abijt dilectus*. Audita qualitate dilecti, de qua quæſierant filiæ Ieruſalem, addunt aliam quæſtionẽ, quia enumeratis tot laudib. quis audiens non concupiſcat, & hoc in vnitate ſanctæ eccleſiæ inquiri oportet. In qualium corde potiſſimum, & in quo genere cõuerſationis dominus ſoleat inueniri? *Quo abijt*. non relinquendo eos in quibus erat, ſed vbi alios aſſociet, & poſt alios etiã alios inuitet, & ſic abire, & declinare dicitur ad modum candelæ, quæ cum accenſa ſit, multas alias circũquaque accendit, ipſa tamen nihil patiens detrimenti.

detrimenti. *Quo abiit*. Greg. Sciendum, quòd deus, qui vbiq; eſt, in loco eſt, ſed localis non eſt. Locale dicitur, quod circũſcribitur ſecundum partes loci ſupra, & infra, ante, & retro, dextera, & ſiniſtra. Cum vero angeli, & humanę animę, locales circumſcribi non poſſunt, longe minus illa incomprehenſibilis ſubſtantia. Maior vero cognitio, quæ in præſenti de deo haberi poteſt, eſt ſecũdum eius ſola opera, quia quod alti⁹ eſt, in carne poſſumus mirificentiam operũ dei ſubtiliter attendere. *Quo abiit dilectus tuus o pulcher*. Licet deus communi modo omnibus rebus inſit, præſentia, potentia, ſubſtantia, tamen familiari modo dicitur ineſſe, ideſt, p gratiam illis quibus opera ſua videãtur mirabiliora, qui licet plenam dei notitiam non habeant, tamen mirificentiam operum dei acutius conſiderant. D

a ¶Quem diligo. b ¶Qui ſecreta ſua mihi aperit, & cui ego ſecreta cordis mei aperio.
a Talis eſt dilectus meus, & ipſe eſt amicus meus, filiæ Ieruſa- 1
a ¶Quantum ad incomprehenſibilitatem, b ¶Facunditate. 2
b lem, Quo abijt dilectus tuus o pulcherrima mulierum, quo 3
a ¶Quantum ad gratiam. b ¶Quicunque ſine conſortio eccleſiæ Chriſtum quærit, non inter filias debet computari. 4
declinauit dilectus tuus? Et quæremus eum tecum. 5

E

## NICOLAVS DE LYRA.

quia verba dñi ſunt munda, & a corruptione peccati pſeruatiua: Manus eius, ſunt eius potentia operatiua. Tornatiles aureæ, vel ſm Hebræos totæ aureæ. Per figurã.n. circularẽ annulorũ intelligitur perfectio operũ diuinorũ, Deut. 32.a. *Dei perfecta ſunt opera*. Vẽter eius, eſt occultatio diuinorũ iudiciorũ. vnde de hoĩe occulto cõiter dr, q non põt ſciri qd hẽat in vẽtre. Eburneus, eſt.n. ebur frigidũ, & albũ, qa cõſideratio occultationis iudiciorũ dei incutit frigus timoris, a peccato retrahẽtis, Pro. 15.d. Per timorẽ dñi recedet omnis a malo, & ſic anima candidat, & deſiderio vitę cęleſtis ornat, iõ ſubditur: *Diſtinctus ſaphyris*. Eſt.n. ſaphyrus coloris cęleſtis. Crura illius, ſunt ei⁹ virtus qua ſuſtẽtat oĩa. Et baſes aureę, ſuppoſita diuina ſeu pſonę, ſpẽs eius, vt Libani. Elect⁹ vt cedri, qa pulchritudo ei⁹ eſt ſumme delectabilis, & altitudo incõprehẽſibilis. Guttur illius ſuauiſſimũ, & totus deſiderabilis, quia infinitę bonitatis. 1 *Talis eſt dilectus meus*. q.d. corde credo, & ore confiteor, q iſtũ debeo ſuper omnia diligere.

2 *Quo abiit dilectus tuus*. Hic ex pdictis orit qſtio: Vere.n. pęnitentes, & confitentes ſunt adiuuandi erga deũ a perſonis perfectis. iõ qrit in perſona eorum: *Quo abiit*. quaſi dicant: parati ſumus te iuuare in reconciliatione ad ipſum. iõ ſubdit: *Et quæremus eum*. Iſta tñ litera: *Quo abiit*. referẽda eſt ad tẽpus captionis arcę per Philiſthæos, & tranſlationis eius ad terrã illorum, tunc enim dicitur deus abijſſe de terra Iſrael, eo q propitiatorium ſuper arcã exiſtens, locus dei dicebatur.

3 *O pulcherrima mu*. ideſt omnium gentium, tempore deſpõſationis tuæ cum deo, per legis ſuſceptionem. *Quo abiit*. repetitio eſt eiuſdem ad maiorem expreſſionem.

4 *Quo declinauit di*. hoc refertur ad tempus reductionis arcæ in Bethſames, non opere humano, ſed diuino. 1. Reg. 6.

5 *Et quæremus eum tecum*. hoc refertur ad tẽpus, in quo Dauid deuotus iuit cum ſacerdotibus, & Leuitis ad reducendum ſolenniter, & deuote arcam dñi in Ieruſalẽ. 2. Reg. 6.

## CAPVT VI.

a Dilectus meus. Deſcendit irrigans fonte baptiſmi, de alto veniẽs in humili poſitos viſitauit: Vt nos ſurſum aſcẽderemus, dominus in montẽ deſcẽdit. Moyſes in montem aſcẽdit. Cũ dixiſſet: *Deſcen. in hor*. addit qualiter ſit idem hortus conſtitutus, qua fruge fœcundus, cum dicit ad are. aro. Hortus eccleſia, hortus quælibet fidelis anima. Areola eſt mens fidelis, quæ diſciplina rectæ fidei edocta, quaſi æquis lateribus hinc inde eſt compoſita, & quaſi ſolerti foſſorio creberrime reuerſata, & a ſuperfluis graminibus expurgata. Reſpondet pijs ſanctorum deſiderijs, ac fructuoſis operibus eum delectari, ac perfectos quoſque caſtimonię virtutibus ad ęterna gaudia colligere.

b *Lilia col*. dum ad perfectorum meritorum cãdorem peruenientes, de ſtatu vbi erant prius educit, & ad cęleſtia regna perducit.

✲ Beda. Paſcitur in hortis, quia pijs ſanctorum laboribus delectatur. Paſcitur in hortis, quia eius nimirũ ſunt mẽbra illi quibus iuſtitię fructus fiunt. Et non ſolũ de carnali, ſed etiã de ſpirituali debet eleemoſyna intelligi, quod in iudicio dicturum ſe eſſe pdixit, *Quandiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis*. Colligit lilia, cum ad perfectum candorẽ meritorum peruenientes iuſtos ex hac vita educit atque ad cęleſtia regna perducit.

c *Ego dilecto meo*. Hunc verſiculum apponit exaggerãdo ſtimulũ immenſæ charitatis, quia interius exardeſcit. Quaſi: In me deſcendit, in me potes habere formã eius quem quæris. F

*Ego nepoti meo, & nepos meus mihi, qui paſcit inter lilia*.

✲ Theodot. Ex eo pendeo, atque illi me ipſam dicaui. Nam & ipſe me orbi prętulit, ſibique copulauit, ex ſenio confecta reddidit iuuenem, ex inope opulẽtam, ex deformi formoſam, putridis atque fœtentibus vulneribus languentem curauit, repleuitque odoris ſuauitate. His de cauſis, ita loquor, *Ego nepoti meo, & nepos meus mihi, qui paſcit inter lilia*, vel, vt Symmachus vertit, qui paſcit flores. Nam & eos qui facti ſunt lilia paſcit, & illos, qui digni ſunt paſcit in lilijs. Diuinis autem ſcripturis ſuauius eſt nihil.

d *Pulchra es amica mea*. Hactenus vox eccleſię dñm ſuum laudantis, & qrentis, qui quoniã a ſuis amatoribus non longe eſt, ſequitur quid quęſitus reſpondeat, & declarat ſe illis loquenti.

## CAPVT VI.

a ¶Neſcio quo abierit, ſcio quo declinauerit. ¶Quem ipſe fecit b ¶Maxime.
a Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum, ad areo- 1
a ¶Quid ibi gerat, oſtendit vt ibi paſ.
b ¶Bonis operibus delectetur. 2
b lam aromatum, vt ibi paſcatur in hortis, & lilia 3
a ¶Locum habitationis in me præparo. b ¶Apud ſe locum mihi præparat receptionis. 4
c colligat. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui paſcit 5
a ¶Inter deſideria ſancta caſtarum mentium. b ¶Voluntate, vel deſiderio quo me quæris. 6
c ¶Voce qua alios ad quærendum mutuis collocutionibus excitas.
d ¶Exteriore decore bonorum operum. 7
d inter lilia. Pulchra es amica mea, † ſuauis, & decora, ſicut 8
9

†ſicut Thirſa, decora vt Ieruſa.

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. VI.

Diuiſi

Dilectus meus. Hic cõſequẽter deſcribitur amor ſponſi, & ſpõſę, p tpe Dauid vſq; ad Chriſtũ. Et diuidit in quatuor partes, qa primo tangit tẽpus ipſius Dauid. Scdo Salomonis, ibi: *Deſcendi in hortum*. Tertio, tẽpus regũ ſequẽtiũ vſq; ad captiuitatẽ Babylonicã, ibi: *Neſciui*. Quarto, tps poſt captiuitatẽ pdictã, ibi: *Reuertere*. Prima in duas, q primo ponitur ſpõſę reconciliatę grãrũ actio. ſcdo, eiuſdẽ cõmendatio, ibi: *Pulchra es*. Circa primũ ſciendũ, q reducta arca in Ieruſalẽ p Dauid, vt pdictũ eſt, q ibi inſtituit ſacerdotes, & Leuitas ad laudãdũ deũ. 1. Para. 16. d. *apparuit benignitas dei, & eius reconciliatio erga populum Iſrael, propter quod regratians ſponſa dicit*,

1 *Dilectus meus*. i. intra tabernaculũ quod tetendit Dauid ad collocationẽ arcę. 2. Reg. 6. 2 *Vt ibi paſc*. i. delectet in ſacrificijs, & oblationib. ex fide, & deuotione oblatis, ſicut de ſacrificio Noe. Gene. 8. d. *Odoratuſque eſt dñs odorẽ ſuauitatis*.

3 *Et lilia*. i. miniſtros mundos ad ſuũ miniſterium applicet.

4 *Ego di*. ipſi ſoli ſeruire volo. 5 *Et dile*. Neceſſitatib. meis ſubueniendo. 6 *Pulchra es ami*. Hic cõſequẽter ſponſus ſpõſam cõmendat ex gratitudine dicta dicẽs. *Pulchra es*. i. ad pulchritudinẽ priſtinã reſtituta. 7 *Suauis*. ex deuotione mẽtis.

8 *Et decora*. ex honeſtate cõuerſationis. 9 *Sicut Ieru*. q fuit

a Non minus quam illa primitiua eccleſia, ſcilicet Apoſtoli & alij qui ad literam de Iudæis. b Non ſubito militans, ſed in caſtris iugiter conuerſata. c In vnoquoque cornu, in lateribus diuerſis gradibus procuratorum, per charitatem vnita & nunquam interrupta.

a Ieruſalem, terribilis, vt caſtrorum acies ordinata. Auerte 1

b a Tuæ mentis inſimam contemplationem. A maieſtate & eſſentia. b Cogitationum ſubtilitas.

c oculos tuos a me, quia ipſi me † auolare fecerunt. Capilli tui 2 3

d a Alias greges. b Pro aſcenſu & velocitate. c Firmiſſima ſermonum ſtabilitas, quia dentes in loquendo cooperantur.

e ſicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad. Dentes tui

a Poſt lauacrum nunquam aſcendere deſierunt.

f ſicut greges ouium, quæ † aſcenderunt de lauacro. Omnes

a Vel ipſe, vel in alijs fructum boni operis generant. b Exterius durus, interius alba grana.

g gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt in eis. Sicut † cortex mali

a Abſque eo quod intrinſecus latet.

h punici, ſic genæ tuæ † abſque occultis tuis. Sexaginta ſunt 4

a Filios ex amore ſponſi & regni generantes. b Filios itidem generantes, ſed vt aliquid extorqueant. c Id eſt rudium & nuper renatorum, qui non ſunt apti ad prædicandum, ſed humiliter iuſſis eccleſiæ obtemperant. d Quia modum noſtræ æſtimationis tranſcendit ſumma ciuium patriæ cœleſtis.

reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularum non 5 6

a Simplicitate. b Quia omnibus virtutibus & chariſmatibus perficitur vel eſt plena. c Quemadmodum mater ſua quæ in fide genuit.

i eſt numerus. † Vna eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt 7 8

loquentibus affuiſſe, & quid loquerentur audiſſe, deuotionemque erga ſe remunerat, digna illorum laudatione.

A a *Terribilis vt caſtrorum acies ordinata.* Quia per vnitatem charitatis compacta, nullum locum aperit per malum diſcordię hoſtibus, id eſt, hæreticis vel immũdis ſpiritibus. Caſtra Romanorum terribilia erant, quia totum mundum premebãt, ſed non erant ſuauia, quia veram pacem non habebant. In eccleſia nec terror ſuauitatem, nec ſuauitas terrorem aufert, quę in terra cœleſtem vitam agit, & barbaros diuerſarum nationũ animos ad ſuum ritum trahere ſatagit. Quæ tamẽ quia necdum faciem dilecti quam maxime quærit, cernere meretur, hic ſubſequenter audit.

† inſileſcere

† deció æ ſicut

† extra cincinnos tuos

B b *Auerte oculos tuos a me.* Q. Oculos columbinos tibi dedi, quibus ſemitas iuſtitiæ diſcerneres, ſed tamen in tempore tuæ peregrinationis ne quæras me perfecte cognoſcere. *Non enim videbit me homo & viuet:* Ne quęras in via premium, quod tibi in patria reſeruatur.

† 24. q. 1. c. loquitur & c. omnibus & c. 2. pudenda. de conſec. diſt. 4. c. aliud eſt.

Exod. 33. d.

c *Quia ipſi me.* Non a deſiderio cognoſcendi deſiſtas, ſed de cognoſcendi facultate ne præſumas. vnde dicitur: *Magnitudinis eius non eſt finis.*

Pſal. 144. a.

d *Auolare fecerunt.* Rab. Quo intenſius me agnoſcere quæris, eo intenſius me incomprehenſibilem eſſe intelligis. & non eſt tua culpa ſi me non cognoſcis, ſed eſt infirmitas humanæ conditionis.

⁂ Theodor. Quod autem dicit eiuſmodi eſt, Oculorum tuorum pulchritudo & acumen in contemplando & mẽtis acies, me ad te amandum incitarunt. Sed caue, ne immoderatius in me oculos intẽdas tuos, ne tibi ex ea re cõtingat aliquid detrimenti. Inacceſſus enim ſum & comprehendi nequeo, omnemque non hominum tantũ ſed angelorum captum ſupero. Quod ſi terminos volueris tranſilire, & ad ea curioſius contendere, quæ viribus tuis antecedunt, non modo nihil aſſequeris, ſed aciem etiam oculorum hebetiorẽ reddes atque obtuſiorem. Ea namque lucis natura eſt, vt quemadmodũ oculum illuſtrat, ſic etiam lędat, ſi fuerit inſatiabilis.

e *Capilli tui ſicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad.* Hi verſiculi ſupra poſiti & expoſiti, ſed non pigeat nos iterando exponere, quod auctorem non piguit ſcribendo iterare, vt nouum aliquid addatur.

Ne eccleſia grauiter ferret quod a cognitione dilecti ſuſpenditur, ſequitur deſcriptio, qua aſſimilatur illi primitiuæ eccleſiæ Ieruſalem, de qua non dubitatur, quin amica Dei fuerit.

C f *Omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt in eis.* Cõſimilibus fœtibus, quia tales alios reddunt, quales ipſi ſunt. Vel, duplices fętus, opera geminę charitatis, vel fideles de vtroque populo conuerſi, vel fides & opus.

Moraliter.

g *Sicut cortex mali punici, ſic genæ tuæ abſque occul.* Greg. Cum multi mira agunt, ventura prophetant, mundũ perfecte relinquunt, cęleſtibus deſiderijs ardent, ſicut cortex mali punici ſanctæ comparantur eccleſię. Sed hæc omnia nihil ſunt ad comparationem rei, de qua ſcribitur: *Quod oculus non vidit nec au. &c.* Vñ conuenienter ſubdit: *Abſque occultis tuis.* quaſi dicat magna quidẽ ſunt quæ in te non latẽt, ſed valde ineffabilia quæ latent.

1. Cor. 2.

h *Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ & ado.* Reginæ & cõcubinæ pariter ad thorum regis accedunt, pariter generant, ſed non vtræque diadema regni habent. Reginæ ſunt, quæ intuitu regni cæleſtis doctrinę inſeruiunt. Concubinæ, quæ amore temporalium Chriſtum annuntiant. Ideo illæ lx. quia ſola dilectione præceptorũ Dei perfectionem operũ habẽt, quod per multiplicationem xij. per quinarium poteſt intelligi. Vel, quia quinque corporeos ſenſus ad regulam apoſtolicæ doctrinæ temperant. Octogenarius aũt cum in malo accipitur temporalium curas & implicamẽta deſignat, quia & ſeculi curſus quatuor circum agitur temporibus, & mundus ipſe quatuor climatibus oriente, occidente, aquilone, & auſtro dirimitur, vel ex quatuor elementis compoſitus.

⁂ Theod. Multos ac varios eſſe piorũ ordines non ignoramus. Quod dñs etiam docens, *multæ*, inquit, *manſiones ſunt apud patrem meum.* Et in diſtributione talentorum, non quina ſinguli talenta acceperunt, ſed vnus quinque, alter duo, tertius vnum, pro ſua quiſque virtute. In ſeminis itẽ parabola, *Aliud*, inquit, *cecidit in terram bonam, & fecit fructum triceſimum & ſexageſimum & centeſimum.* Terram appellat bonam, nõ ſolum illam quæ fructum centeſimum tulit ſed eam quoque quę ſexageſimũ & quæ triceſimum. Numerus. n. triceſimus laudatur, quia ternario denarium ter coniungit. Sexageſimus autem duplicem habet commendationem. Nã triceſimus geminatus efficit ſexageſimũ. Centeſimus verò eſt perfectiſſimus, tũ quia a ſiniſtra manu ſeparatus dexteræ principium tenet, tũ quia denario completur decies multiplicato. Tetragonum aũt, quadratumque vocant qui res eiuſmodi profitentur. Quamuis igitur centeſimus numerus perfectus ſit, tamen ſexageſimus etiam & triceſimus commendatur. Oẽs enim terram bonam dñs nominauit. Spõſam igitur animas omni philoſophia & virtute pfectas intelligamus, quæ ſola ſponſi charitate impulſæ labores excolẽdæ virtutis amplectuntur, omniaque & facere & pati volunt. Qualis erat beatus Paulus, cum dicitur. *Certus ſum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundũ, neque creatura alia poterit nos ſeparare a charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro, &c.*

i *Vna eſt columba mea, perfecta mea.* Quamuis multę & diuerſę perſonę, tamẽ fides vna eſt in eis, vnũ baptiſma, vnus Deus, vnum

## NICOLAVS DE LYRA.

⁂ *electa ſpecialiter in locum diuini cultus, & ſimiliter populus Iſrael electus fuit ad colendum Deum præ cæteris gentibus.*

1 Terri. vt ca. *quia tempore Dauid in populo Iſrael, & in Ieruſalẽ viguit militia.*

2 Auerte. *intelligitur per oppoſitum, & eſt modus loquendi amantium ad expreſſionem amoris mutui, ſicut ſponſus dicit aliquãdo ſponſæ prædilectæ:* Vade, non curo de te. *per geſtum inſinuans quod diligit eã intime, ſic aliquãdo de puero albo & gratioſo dicitur: Ecce puer maurulus, inſinuãdo per oppoſitum eius pulchritudinem. Aliter etiam exponitur de ſtudioſis in lege, qui aliquãdo inquirunt diuina nimis curioſe, & ſic Deus retrahit ſe ab eis, & ſic dicit ab eis auolare. Per hoc ergo quod dicitur.* Auerte, &c. *inhibetur diuinorũ inquiſitio curioſa, Prouerb. 25. d.* Qui perſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur a gloria.

3 Capilli tui ſi. *Exponatur vt ſupra 3. ca. vſque ibi.*

4 Sexaginta ſunt. rc. *per hoc vt dicit Rab. Sa. intelligũtur 60. perſonæ deſcendẽtes ab Abrahã, ſcilicet Iſaac, & duo filij eius, Iſmahel. & 12. filij eius, & filij de Cethura. 16. & filij Iacob. 12. & filij Eſau. 17.*

5 Et octo. con. *id eſt 80. perſonæ de Noe vſque ad Abraham excluſiue, & iſtæ numerationes accipiũtur ex. 1. Para. 1. Et ſicut reginæ ſunt maiores concubinis regum, ita perſonæ deſcendentes ab Abrahã prædictæ propter magnitudinem fidei Abrahæ exprimuntur nobiliori nomine quam deſcendentes a Noe.*

6 Et adoleſ. *i. cognationum & gentiũ a prædictis deſcendentium.*

7 Non eſt nu. *id eſt ſunt valde multæ.*

8 Vna eſt colum. *id eſt de omnibus prædictis gentibus nõ elegi niſi vnam*

a ¶Quæ informat,& nutrit. b ¶Reſpexerunt,& admiratæ ſunt. c ¶Prædictæ adoleſcentulę.
a matris ſuæ electa genitrici ſuæ. Viderunt eam filiæ Sion,& 1
a ¶Admonentes alios,vt ei ſe conformarent, & eiuſdem beatitudinis participarent.
b beatiſſimam prædicauerunt, reginæ & concubinæ, & lauda
a ¶Vox ſynagogæ mirantis eccleſiam aſcendentem. b ¶Per omnes partes orbis extenditur non parua loco,vel tempore. c ¶Quia veri luminis ortus in ea mundo poſt tenebras ignorantiæ monſtratur, nec tamen omnino euaſit tenebras in luce.
c d uerũt eam. † Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora cõ- 2
a ¶Quia a ſole iuſtitiæ illuſtrata noctem ſeculi euangelica luce perfundit. b ¶Quia imaginem veri ſolis in ſe repræſentat ambulans in omni iuſtitia,& ſanctitate,& veritate. c ¶Quia nulla aduerſitate potuit cohiberi quin in ſe præmonſtraret, & pulchritudinem lunæ in laborioſa actione,& ſolis in ſpe retributionis.
e f ſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol, terribilis, vt caſtrorũ
a ¶Viſitaui per gratiam, vel ut doctores a contemplatione pro cura fratrum excitarem. ¶Quæris quis ſit hortus utique meus eſt. b ¶Quia extra amaritudo eſt, intus dulcedo. c ¶Ideſt gratiam augerem, uel ut doctores explorarent, & curam in neceſſariis impendant.
g acies ordinata. Deſcendi in hortum nucum, ut viderem
a ¶Fructum humilitatis. b ¶Solicite ſcrutarer. c ¶Aliqua bona initia dediſſent. 3
† poma conuallis, & inſpicerẽ ſi floruiſſet vinea, & germi- 4
a ¶Si qui poſſent inueniri,qui ad imitationem dominicæ paſſionis deſiderent proprio cruore perfundi. 5
b ¶Dona ſpiritualis gratiæ, per quæ eccleſia fructificauit in omnibus gentibus.ſi enim ſciſſem,particeps fuiſſem. c ¶Lex mihi non perſuadebat amorem domini. d ¶Solicitudo,& animalis ratio, dum conſiderarem Chriſtum hominem ſoluere legem a deo datam per Moyſen. 6
h i naſſent mala punica. Neſciui, anima mea † conturbauit me 7
8

† videtur.
- conſurgens.

† poſuit me,vt eſſem quadriga populi Aminadab,ideſt munifici.

vnum opus,non alia ante legem,alia ſub lege,alia ſub gratia ſed in vna pace, vno timore conſtituta.

Mater noſtra, regeneratrix gratia eſt, quæ elegit ſimplices,& electos cuſtodit,& ſubleuat.

Vel mater ſuperna Ieruſalẽ, *quia omne donum optimum deſurſum deſcendit*, quæ ſuperna Ieruſalem.hoc ſolum de humana cõuerſatione approbat quòd in vnitate ſuæ fidei, & dilectionis deo ſeruirę deſiderat.

a *Viderunt.* Magna laus catholicæ vnitatis, quam & gratia mater,quæ genuit in perpetuum eligit, & filiæ quas ipſa per ſpiritum genuit, & nutrit mox viderunt, id eſt caſtitatem vitę eius didicerunt.

b *Prædicauerunt reg.* Siue illi,qui vere ſunt participes regni, ſiue etiam illi, qui nomine tenus adhærent, & ſi ſpes eorum ſit in terrenis, laude dignam fatentur.

c *Quæ eſt iſta.* Eccleſia gentium,ita firmiter inſtituta,& vſquequaque multiplicitate ſui diffuſa, & producta,p gradus, & ſucceſſiones ſuas vſque ad nouiſſima tempora,illis nouiſſimis temporibus iam intuens ſynagoga,tam bene operatã operantemque ipſam ſanctam eccleſiam, tam diffuſam,tot ſapientiſſimos ſine ſchiſmate ſequi vnam fidem. præterea viuorum,& mortuorum miracula, & multa alia Chriſtianę fidei argumenta, iam conuicta pœnitens,& compuncta,dicit admiratiuè: *Quæ eſt iſta,&c.*

d *Quaſi aurora conſurgens.* Tũc eccleſia fit aurora,cum mortalitatis atque ignorantiæ tenebras funditus amittit. In iudicio ergo adhuc aurora, ſed in regno dies erit,vbi plenum viſum veri ſolis habebit.

e *Pulchra,vt luna.* In nocte vitæ præſentis,vbi variantur ſtatus temporalium,comparatur lunæ, quia nunc clara mũdo, nunc deſpecta,nunc virtutum candore plena, nunc prauorum dehoneſtata vitijs.In futura beatitudine, vbi idem ſtatus erit,ſicut ſol fulgebunt iuſti.

f *Terribilis,vt caſtrorum acies ordinata.* Habent tales prælatos ſibi ordinatos,q probabilibus ſententijs fidem noſtram euacuant, & terrorem nobis incutiunt. Quo perfectius ordinẽ in ſe virtutum collocat, eo terribilior eſt eccleſia aereis poteſtatibus, vel quæque fidelis anima.

g *Deſcendit in hortum nucum,vt viderem poma conuallis.* Iudæa admirãte agones eccleſiæ,& inquirente,ipſe ſponſus perhibet teſtimonium eccleſię. Vel,dicantur eſſe verba eccleſiæ, quæ annuit ſynagogæ ſe laudanti, & continuo inſinuat, q̃ ſit ſibi cauſa apparatus militaris, reſpondens ex voce doctorum, ducem videlicet ſuæ ſpiritualis militiæ.

✱ Theodore. Verborũ obſcuritate valde abſtruſus eſt ſenſus. Sed diuinæ gratiæ auxilium implorantes, ex profunditate theſaurum effodiemus. Oſtendit homines pios (quos diuina ſcriptura ſponſam appellat) ꝓpria non eſſe ſalute contentos, neque illis ſatis eſſe, ꝙ ipſi ſoli nuptias optatas ſint aſſecuti, ſed totis viribus in eã curam incũbere,vt reliquos oẽs homines ab infrugifera vita dimoueant, quo fertiles effecti uirtutis fructum ferant. Quod quidem dũ præſtant,& cęteris hominib. vacant inſtituendis,ſimiles ſunt curribus Aminadab,vel,vt Symmachus interpretatus eſt,currib.populi pręeuntis,vel,vt Aquila vertit, curribus populi ſponte imperantis. Per hortũ nucis pręſentẽ intelligimus vitam,q̃ cum amara ſit, & ærumnis atque laboribus plena,reconditum tñ habet virtutis fructum. Nam, & nucis fructus,cum extrĩnſecus corticem priorẽ amarum habeat, alterum autẽ aſperum ac durum,intus,tãquam in penu quodam,nucleũ eſculentum continet reconditum, qui ſine labore non põt extrahi. Talis eſt etiam pręſens vita.cum enim dolorum,et moleſtiarum acerbitate referta ſit, labores habet illa quidẽ & ſudores,non tamen inutiles,aut infrugiferos.

h *Neſciui,anima mea.* Dum ſic ſponſus,vel ipſa eccleſia labores ſuos euangelicos ſynagogę miranti pręedicat,illa ſalubri plenitudine compuncta profitetur ſe cauſa prophanę cęcitatis diutius aberraſſe.

i *Conturbauit me pro.* propter euangelicam eccleſię prędicationem,

## NICOLAVS DE LYRA.

vnam in ſponſam, ſ. populũ Iſrael,quẽ deſponſaui per legẽ. Aliter ẽt põt exponi, ꝙ licet ſolũ in Ieruſalẽ fieret oblatio ſacrificiorũ,tñ in ſingulis ciuitatibus, oppidis,& villulis Iudęę erant loca vbi congregabat populus ad orationẽ,& audiẽdũ legẽ diuinã, & dicebant ſynagogę,igitur p reginas poſſunt intelligi ſynagogę ciuitatũ, per concubinas oppidorũ,& forte iſtę,& illę erant in tali numero,vel ponit hic numerus determinatus ꝓ indeterminato,ſicut alibi in ſcriptura. Da.7.c. *Decies milies centena milia aſſiſtebant ei.* Angeli enim aſſiſtentes deo ſunt in multo maiori numero ſecundum oẽs expoſitores. Per vnã, quę dicitur columba, & ſponſa,intelligitur tabernaculum,vbi in Ieruſalem erat arca, quia prę cęteris ciuitatib⁹,& locis erat ad dei cultum electa,& dicitur: *Electa matri ſuæ*,ideſt eccleſię triumphanti,quę dicitur mater militantis,Galath.4.d. Illa quę ſurſum eſt Ieruſalem, libera eſt,quę eſt mater noſtra.

1 *Viderunt eam filiæ Sion.* id eſt populus de ciuitate Ieruſalẽ, & alijs ciuitatibus,& locis Iudęę commendauerunt cultum dei,qui erat in Ieruſalem,p ropter quod admiratiue de profectu eccleſię tempore Dauid ſubditur.

2 *Quæ eſt iſta,quæ progreditur quaſi aurora conſurgens,pul.* Inter illa, quę apparent de die ſol habet maiorem pulchritudinẽ, & luna de nocte, & aurora inter diem,& noctem,& per hoc intelligitur pulchritudo eccleſię tempore Dauid, qui cultũ diuinum valde augmentauit 1. Paralipom.23. vſque ad 27. ita quòd non fuerat ante pulchrior tempore proſperitatis, quod ſignificatur per diem, nec aduerſitatis, quod per noctem,nec ſtatus intermedij,quod per auroram.

3 *Deſcendi in hortum.* Hic conſequenter deſcribitur amor ſponſi,& ſponſę pro tempore Salomonis, qui ędificauit domino templum nobiliſſimum,& in eius dedicatione deſcẽdit diuinitas in ſigno viſibili nebulę 3. Re.8. propter quod tunc ait Salomõ: *Dñs dixit,vt habitaret in nebula.* propter hoc ergo dicit ſponſus hic: *Deſcendi in hortũ.* ideſt in Salomonis templum, quod erat quaſi dei vmbraculum.

4 *Vt viderem poma con.* Id eſt opera bona humilium.

5 *Et inſpicerem ſi floruiſſet vinea.* ideſt Iſrael eccleſia. Eſa.5.b. Vinea enim domini exercituum domus Iſrael eſt, quę floruit tempore Dauid, & Salomonis.

6 *Et germi.ma.* ideſt ſacerdotes, & Leuitę, eo quod mala granata poſita erant in margine tunicę ſummi ſacerdotis, qui erat caput aliorum,propter quod in eo virtualiter intelliguntur alij miniſtri propter ſimilitudinem tunicę,in qua erant depicta mala punica. Exod.28. Tempore vero Salomonis germinauit ſummi ſacerdotis officium,quia abiecto Abiathar factus eſt Sadoc ſummus ſacerdos 3.Reg.2. & ſic fuit reſtitutum ſummum ſacerdotium filijs Eleazari filij Aaron,quod vſurpauerat Eli, qui deſcenderat de Ithamar.

7 *Neſciui.* Hic conſequenter ponitur ſtatus ſponſę poſt tempus Salomonis vſque ad captiuitatem Babylonis,breuiter tamen,& ſuccincte. Circa quod ſciendum, quòd mortuo Salomone ſtatim populus Iſrael quantum ad decem tribus, declinauit ad idololatriam per deceptionem Ieroboã 3.Reg.12. & poſtea alię duę tribus ſimiliter coluerunt idola, maxime tempore Achaz, & Manaſſe regum Iuda, vt patet 3.Reg. propter quod decem tribus primo fuerunt captiuatę per regem Aſſyriorum.4.Reg:25.propter quod lamẽtando dicit ſponſa: *Neſciui.* conſiderare circa me beneficia dei temporibus pręteritis exhibita.

Captiuitas Iudæorum propter idololatriam.

8 *Anima mea conturbauit me.* timore ad idololatriã inducente. Ieroboam .n. timore ꝑdendi regnũ decẽ tribuũ induxit

A ... nem, per quatuor mundi partes velociter diſcurrentē,& quatuor ... dei innitentem, vnde & a quatuor perſonis ferri tum ſunt, ſed illi quatuor equi eodem ſpiritu ab bellum vnum currum trahunt.

a *Reuertere.* ſynagoga conſitente ſuam tarditatem, eccleſia conſolando, & exhortando reſpondet. Quater dicit reuertere, quia Iudæi vbique modo in quatuor mundi partibus diſperſi, in fine ſunt conuertendi. Vel

B reuertere corpore, reuertere animo ab errore,vt declines a malo. Iterum reuertere corpore,reuertere animo, vt facias bonum, & ne velis eſſe turbata. Non ſufficit reuerti voluntate, niſi reuerſio oſtendatur eccleſiæ. D

b *Vt intueamur te.* Vt ſpeciem caſtitatis cognoſcamus, & copulante adinuicem nos Chriſti amore vnam domum fidei ambæ in ipſo angulari lapide conſtruamus. E

a ¶Ideſt Chriſti, qui ſponte pro populo eſt oblatus, qui quaſi curtui præſidens gratia ſua prædicatorum corda impleuit. ¶ Aminadab ille fuit abnepos Iudæ patriarchæ, & perſona & nomine indicat ſaluatorem. ¶Spontaneus meus.

b ¶Ad agnitionem redemptoris. c ¶Ad pacem germanitatis. d ¶Quæ cauſa diſſonæ religionis diu captiua tenebaris. ... captiua vinculis.

a Propter quadrigas Aminadab. Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te. 1 2 3 4

a ¶Fortitudinem dei. b ¶Operum perfectione. c ¶Chriſtus ad eccleſiam de ſynagoga.

NICOLAVS DE LYRA.

populum ad idololatriam, ne iret in Ieruſalem ad colendum dominum,reuerteretur ad priorem dominum, ſcilicet ad Roboam filium Salomonis. ideo ſubditur.

1 *Propter quadrigas Aminadab.* per quas intelligitur potētia regni Iudæ, eo q tribus Iuda ſm oēs doctores Hebræos,& Latinos meruit dignitatem regiam in tranſitu maris rubri. Nā alijs tribubus formidantibus Moyſen ſequi per mare diuiſum,tribus Iuda conſtanter ſecuta fuit ipſum,& alijs conſtantiæ dedit exemplū. tūc autem Aminadab erat princeps tribus Iudæ, qui egreſſus eſt de Aegypto cum Naaſon filio ſuo,qui mortuo patre ſucceſſit ei,in principatu, Nu.8 Hebr. dicunt,quòd hæc eſt vera litera: Anima mea poſuit me quadrigis populi principantis, ita quòd Aminadab non eſt hic vnum nomen proprium, ſed ſunt duo nomina ſignificātia populum principantem,& ſic eſt ſenſus: *Anima mea.* ideſt voluntas mea,quæ ſic nominatur frequenter in ſcriptura,eo q mouet alias animæ potentias ad agēdum, voluntas vero peruerſa induxit populum ad idololatrādum,propter quod fuit captiuatus,vt dictum eſt,ideo ſequitur: Poſuit me quadrigas populi principantis,ſcilicet. Aſſyriorum,& Babyloniorum, qui ducebant filios Iſrael in captiuitatē, ſicut quadrigas oneratas,imponentes eis onera grauia in itinere ad portandum.

2 *Reuertere.* Hic conſequenter tangitur ſtatus populi a reditu captiuitatis Babylonicæ vſque ad Chriſtū, breuiter tū,& ſuccincte,& ſm hoc dicitur: *Reuertere.* ſcilicet de captiuitate.

3 *Sunamitis reuertere.* Hic nominatᶜ hic ſponſa a ciuitate noīe Suna,in qua pluries hoſpitatus fuit Eliſeus,vt habetur 4.Re. 4.In Heb.ſic habetur. *Reuertere,reuertere Sulamit* & ſi trahatur ad proprietatē Latinam dicitur Sulamitis, i.integra,vel perfecta,q d.Reuertere ad ſtatū priſtinum perfectionis tuę,vel melius ad ſtatū integrū fidei tuę, quia poſt reditum captiuitatis Babyloniçæ ſemper fuit populus Iſrael in ſubiectione, primo Perſarum.ſecundo Græcorum.tertio Romanorum, ſtetit tū fideliter in cultu vnius dei veri vſque ad Chriſtum. Et dicitur hic quater reuertere,quia primo aliqui redierunt de Babylone cum Zorobabel duce.ſecundo aliqui cū Eſdra ſacerdote.1.Eſdrę 7.tertio aliqui cum Nehemia.quarto tempore Iudę Machabęi, qui propter perſecutionē Antiochi fugerat ad loca deſerta,& poſtea rediįt ad ciuitates,& loca ſua habita victoria de ducibus Antiochi,vt habetur.1.Machab.

4 *Vt intueamur te.* colētē deū in terra Iuda. Veruntū qa tempori⁊ illis populus Iſrael moleſtatus fuit ab alijs populis,pp quod oportebat eum frequenter pugnare. pp quod ſubdit.

CAP. VII.

*Quid videbis in Sunamit.* Dum eccleſia monet ſynagogam, Ipſe redemptor annuens hortamentis illius, ſe effectum daturum promittit. Elias enim, & Enoc in illis conuertēdis non laborarēt, niſi diuinis ſcripturis,& apoſtolicis teſtimonijs certitudinem conuerſionis eorum haberent.

C a *Quid videbis.* q.d. doles de incredulitate ſynagogæ, ſed ſcias in proximo cōuertendam, vt in ea non appareat infidelitas, ſed opera ſpiritualium agonū, & virtutum.

*Quid videbis in Sunamite,niſi choros caſtrorum.* ✠ Ruper. Quid inquam,aliud? Nunquid ſanguinē victimarum? Nūquid ſanguinis cauſēnū. Nihil omnino,niſi choros caſtrorum,id eſt, laudis ... cantiones prœliantiū,prœlia laudantium,ſiue cātantium, quod iucundiſſimum, quod vere eſt pulcherrimum. *Immola deo ſacrificium laudis,* ait ipſe in pſalmiſta, *& redde altiſſimo vota tua.* Laudando chori fiant, prœliando caſtra laudant. & omnino eſt iuſtitiæ dei ſubijci, nō ſuā velle ſtatuere iuſtitiā. Nihil aliud videbitis,aut videre deſiderabitis,ſed & ſi quis vt illis,o amici,aud toribus oſtendere voluerit, vos cū ſpiritu ſancto,ſpiritu cōcilij econtra dicetis, *Viſum eſt enim ſpiritui ſancto,& nobis, nihil vltra imponere vobis,q̄ hæc neceſſaria,vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorū,& ſanguine,& ſuffocato, & fornicatione,et ea q̄ vobis fieri non vultis aliis ne feceritis, A quibus cuſtodientes vos,bene agetis.* Igitur hoc ſolū in Euangelio videndum atque prouidendū eſt ſecundum fidem patrum,vt ſint chori caſtrorū chori in vna fide, dicendo idipſum caſtra reſiſtendo vſque ad ſanguinem contra peccatum. Act.15.

CAPVT VII.

a ¶Ideſt militiam pacis,qui laudes creatoris canant,& acies inimicos repellant In choris voces canentium,in caſtris,armatæ manus.

a Quid videbis in Sunamite, niſi choros caſtrorum? Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia principis. 1 2 3 4

a ¶Ideſt actus confirmantes prædicationem.

a ¶In teſtimoniis,& exemplis Enoc ante legem. & Eliæ ſub lege,& multorum tempore gratiæ. b ¶Iam vna per fidem, & caſtitatem. c ¶Dei.

F b *Quam pulchri ſunt.* In præmiſſis deſcriptionibus eſt deſcenſus a ſuperioribus ad inferiora, & ſuperiorum tantum fit commendatio mēbrorū. In hac cōmendantur etiam inferiora, & ab inferioribus aſcenditur ad ſuperiora, vt oſtendatur,q. illa eccleſia in nouiſſimo ex illis ante reprobis conuocata. habebit tamen membra ſuperioribus non imparia, in qua fit mentio greſſuum,quia non in otio futura,ſed ad certamē proceſſura,primam pulchritudinem ex certamine oſtenditur habitura. *Quam pulchri ſunt.* primo operum conſtantiam, & mortificationem voluptatum in ea laudat. *Quam pulchri ſunt.* Hæc dicens ad laudem ipſius eccleſię coniunctæ ex dulcedine ſe conuertit,vt Iudęi facilius conuertantur, & eccleſia de illis conuertendis plus laboret.

✠ a *Iun-*

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VII.

1 *Quid videbis in Sunamite.* vel Sulamite. ſecundum literā Hebr. 2 *Niſi choros.* ſocietates ad pugnā paratorū, quia tpe Nehemię in reparatione ciuitatis vna manu faciebant opus, & altera tenebāt gladiū, & media pars populi erat armata ad melius reſiſtēdū aduerſarijs, Neh. 4.& poſtea Machabęorū tpe populus Iſrael fuit in bellis quaſi continue vt patet ex decurſu.1.& 2.Machab. 3 *Quam pul.* Poſtquā de temporibus ſtatus ... & ſpōſę ... ſtatu veteris teſtamenti,hic ... deſcribitᶜ ... ſtatu noui, & diuiditᶜ in duas partes,quia primo ponitᶜ huius ſtatus inchoatio.ſcdo inchoati dilatatio, ibi. Veni dilecte mi.tertio dilatati tranquillatio.ſe c. Circa primum deſcribitur ſponſa primo generaliter.ſcdo quantum ad pectus ſpāliter,ibi. *Dixi aſcendā.* Circa primū deſcribitᶜ ſponſa ſub parabola mulieris gratioſę,aliter tū,q̄ ſupr.4.c. qa ibi deſcribit ſpōſę pulchritudinē a ſuperiorib. incipiendo,& ad inferiora deſcēdēdo, hic aūt econuerſo incipiendo ab inferiorib.ad ſuperiora tēdēdo, quia pro tpe veteris teſtamenti ſponſa quaſi a deo procedit, & egreditᶜ, ,p tpe vero noui de terrenis ad cæleſtia in deū reducitᶜ. Igitᶜ primo parabola pulchræ mulieris ponitᶜ, ſcdo exponitᶜ. Quātū ad primū ſic dr. Diuiſio.

*Quā pulchri ſunt.* ideſt valde pulchri. 4 *Greſſus tui in cal.* Ad gratioſitatem enim mulieris multum facit,quòd maturē,& honeſte incedat, & calceatis pedibus, quia inhoneſtum eſt, quòd nuda pedibus appareat.

1 *Iun-*

a Id eſt concordia duorum populorum in vnam prolem fidei & fecunditatem eccleſiæ.
a Iuncturæ feminũ tuorum ſicut monilia, quæ fabricata ſunt 1
b a Operis excellentiam notat diuinæ manus appoſitio. b Propinatis doctrinam.
c c Nihil nociuæ ſuperfluitatis retinens, & quanto infirmiores videntur tanto magis honorant.
d mãnu artificis. Vmbilicus tuus crater † tornatilis, nunquam 2
a Et ſi pars mollium ſit. Sine germine doctrinæ vt boni coniugati. Bonis operibus & ſi non adeo perfectis.
e f indigens † poculis. Venter tuus ſicut aceruus tritici, valla- 3 4
g a Pro duobus populis. b Lactatores rudium qui ſolidos cibos atterendo in naturam lactis conuertunt: vnde nutriantur paruuli nuper in fide renati.
c Caprea longe videt: ſic ſanct. de terrenis cæleſtia.
h tus lilijs. Duo vbera tua ſicut duo hinnuli gemelli capreæ. 5
a Id eſt, illi qui te iungunt capiti habentes poteſtatem ligandi & ſoluendi.
c Propter caſtitatem. c Illi peritiſſimi prouiſores futurorum.
i k Collum tuum ſicut turris eburnea. Oculi tui ſicut piſcinæ 6 7
l a Cingulum mœroris interpretatur. b Gentium & Iudæorum: tunc erit vna filia.
m in Eſebon, quæ ſunt in porta † filiæ multitudinis. † Naſus 8 9 10
a Libanus mons Chriſtum & eccleſiam ſignificat.
b Semper præcauet contra inſidias, vel dolos diabolorum vel malorum hominum: vt ſuos muniat & aliquos inde extrahat. c Id eſt, potus ſanguinis.
n tuus ſicut turris Libani, quæ reſpicit contra Damaſcum. 11

a *Iuncturæ fe.* Recte poſt greſſus calceatos, iunctura feminum laudatur, quia per miniſterium prædicantium perficitur vnanimis coniunctio credentium populorum.

b *Monilia.* Munitiſſima, cũ iam non diſſentiant hi ab illis, ſed in oĩbus conueniant: & operũ atteſtatione clareſcant.

c *Quæ fabri.* Quæ cõiunctio, arte inſcrutabilis conſilij ordinata eſt. Quis enim nouit, quare Deus vſq; ad illud tẽpus Iudæos excæcauerit?

*Quæ fa. ſunt ma.* Id eſt, ineffabili largitate firmata conditoris.

d *Vmbilicus tuus.* Illi etiã inter molles qui gignunt, etſi mundo licite hærent, tamen bene annunciant.

*Vmbilicus.* Id eſt, infirmitas noſtræ mortalitatis fit crater, quãdo infirmitatem noſtram in nobis experti, vt alij per nos recognoſcant, laboramus, vel aliquando eleemoſynas damus. Tornatilis.i. rotundus & perfectus: qui.n. ob id dat potum ſitienti, vel calicem diuini verbi porrigit erranti, vt à Deo remuneratore, vel terrenam ſapientiam expectet. Huius crater nõ eſt torno factus, quia opus miſericordiæ quod fecit, nõ cã ſuæ fragilitatis erigendæ ad Deum fecit, ſed terrenam mercedem requirit.

* Beda. Vmbilicus, qui eſt fragiliſsimum corporis noſtri membrum merito infirmitatem noſtræ mortalitatis deſignat. Et vmbilicus noſter crater fit tornatilis, nunquam indigens poculis cum conſcientia mortalitatis atque infirmitatis noſtræ admoniti, calicem verbi ſalutaris proximis propinare ſatagimus, vt videlicet nobis miſericordiã facientibus, miſericordiæ cęleſtis beatitudo recompenſetur. Quod etiã de eleemoſyna poculi generalis nil obſtat intelligi. De qua iudex ipſe dicturus eſt, *Sitiui, & dediſtis mihi bibere.* Crater eſt enim calix maior, duas habens anſas. De quo poeta, At vbi prima quies epulis menſæque remotæ, Et magnos crateras ſtatuunt & vina coronãt. Et bene crater tornatilis eſſe perhibetur. Tornatur.n. cęteris ocyus artificijs vas quod operatur, impletur, vt videlicet velocitas præſtandæ pietatis ſiue in eos qui terreno, ſeu in illos qui cęleſti poculo, aut etiam vtroq; indigent, oſtendatur, iuxta illud Salomonis. *Noli dicere amico tuo, Vade et reuertere et cras dabo tibi, cũ ſtatim poſſis dare.*

e *Venter tuus.* Venter noſter aceruus eſt tritici, cum memores noſtræ fragilitatis, fructus bonorum operum quibus perpetuo reficiamur in præſenti vita nobis præparamus.

C *Venter tuus.* Quamuis ſit inferior gradus, tamen triticea refectio erit Deo, quia in imo multi, in ſuperiori pauci, non tamen dicimus in imo, id eſt, in peccato.

f *Aceruus.* In imo latior, in ſummo anguſtior creſcit. Sic & in nr̃is actionibus, quę quãto altioris ſunt meriti, tanto pauciores ſui operarios inueniunt. In inferioribus plures ſunt operarij. Multi de poſſeſſionibus eleemoſynas tribuũt, pauci ſunt qui poſſeſſiones relinquunt. Poſſunt in aceruo tritici eleemoſynæ, quas pauperibus erogamus, intelligi: & bene poſt craterem, membra ſponſæ aceruo tritici comparãtur: vt & potũ & panem pauperib⁹ dare ſignetur, quod & de corporali & ſpirituali refectione æque poteſt accipi. In apertis eſt doctrina poculũ, in myſterijs eſt panis. D † rotundus.

g *Vallatus liliis.* Cum omnia bona quæ agimus, gratia videndæ æternæ claritatis gerimus. Et per hoc inſidiãti inimico aditum noſtri cordis circunquaque obſtruimus.

h *Duo vbera.* Quia doctores rudium nõ ſua prædicant, ſed ex eloquijs vtriuſque teſt. ſumunt, quæ ab vno autore ſunt edita: vt ipſe vnus paſtor ex duobus gregibus ouium vnum ouile impleat, qui capreæ comparantur, quia mũdum eſt animal, viſu & curſu inſigne, & findens vngulam, quod ad diſcretionem boni & mali pertinet. Et ruminat, quod poſt diſcretionem eſt faciendum, gemelli propter vnam concordiam. † 49. diſtin.c. hinc etenim. E

i *Collum tuum.* id eſt, illi per quos vox exit, & eſca in corpus trajicitur, qui ſunt turris, quia & exẽplo vitæ muniunt alios, & decorant. In ebore enim candor notatur.

k *Oculi tui.* Qui arcana inſpiciunt, vt poſsint in aperto proloqui, qui fluenta doctrinæ auditoribus non ceſſant, ſicut in ciuitate Eſebon piſcinæ ſemper aquis abundantes, copioſè populo in introitu ipſius ciuitatis aquam miniſtrant. Et bene dicuntur aquę eſſe in porta ciuitatis, quia nemo poteſt eccleſiam ingredi, niſi prius aſperſus aqua doctrinæ & baptiſmi. Vnde in introitu templi Salomonis erat mare æneum, vbi ſacerdotes intraturi lauabant manus & pedes. 3.Reg.7.f.

l *Piſcinæ.* Continentes multas aquas ſapiẽtiæ & doctrinæ, ad potandum eos qui erunt in cingulo mœroris perſequente Antichriſto, quæ ſunt in illa plenaria introitione vtriuſque multiplicitatis, quæ erit filia.

m *Naſus.* Cautiſsimi diſcretores boni & mali, ſicut & per nares odor vel fœtor diſcernitur, quos nulla fallit hypocriſis, & eminentiſsimum tenent locum.

n *Sicut turris Libani, quæ reſpicit contra Damaſcum.* In monte idcirco ad ſpeculandum ponitur, vt hoſtes qui veniunt longe videantur, ſic prędicatoris vita ſemper in alto debet firma permanere, vt incurſus malignorum longe proſpiciat, ut culpam priuſquam ueniat, deprehendat.

Damaſcus metropolis Syrię, quę multa mala intulit Iſraeli, & etiam captiuauit, per hanc omnis multitudo dęmonum uel nequam hominum ſignatur. F

*Cap.*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Iuncturæ feminum tuorum ſicut mon. fabri. ſ. manu.* Per hoc deſignatur, quod crura ſunt in iuncturis ſuis debite collocata, ad excludendam omnimodam claudicationem.

2 *Vmbilicus tuus ſicut cra. tor.* id eſt rotundus & bene formatus, & accipitur hic umbilicus pro ſuperficie uentris in cuius medio eſt umbilicus. In Hebr. habetur. Vmbilicus tuus baccinus clarus, in quo deſignatur pulchra diſpoſitio uentris exterius.

3 *Venter tu. ſicut acer. tri.* id eſt, interius fęcundus in prole.

4 *Valla. lilijs.* id eſt, decoratus maritali caſtitate.

5 *Duo vbera tua ſicut d. hin.* i. ęqualiter tumentia & abundantia lacte pro prole nutrienda.

6 *Collum tuum ſicut turris eburnea.* i. rectum ad modum turris, & album ad modum eboris.

7 *Oculi tui ſi. piſ. in Eſeb.* ſecundum Hebręos Eſebon non eſt hic nomen ciuitatis ultra Iordanem, de qua dicitur Ierem. 48.a. Ignis egreſſus eſt de Eſebon, ſed eſt nomen commune ſignificans computationem. Et ſic eſt litera: *Oculi tui ſi. piſ. in c.* i. magnę reputationis. Eſebon æquiuocum eſt.

8 *Quæ ſunt in por.* id eſt, prope portam.

9 *Filiæ mul.* i. in Ieruſalem, quę dicitur multitudinis filia, eo quod erat plena populo. Thre. 1.a. Erant enim duę piſcinę aquarum in Ieruſalem ciuitatem multum decorantes, ſicut oculi pulchri & mundi decorant mulierem. Comparantur autem oculi piſcinis aquarum, eo quod ſunt aquei à dominio propter quod ſi lędantur, in lachrymis reſoluuntur.

10 *Naſus tuus ſicut turris Libani, quæ re.* id eſt, rectus & bene ſedens in facie, ſicut turris Libani, quę erat recta & bene ſita in extremitate terrę promiſsionis.

11 *Contra Da.* quę erat ciuitas Syrorum, qui frequenter fuerant aduerſarij Iudęorum.

*Ca.*

A a *Cap.tu.* Mens tua, quia regit totũ corpus cogitationũ eſt alta, vt mons per conuerſatione vitæ: & talis mons qui hẽt ſcientiã circumciſionis, nõ in ablatione carnis, ſed ſuperflui tatũ cordis. Cochleæ maris ferro circũciſæ, lachrymas purpurei coloris emittũt, quib⁹ collectis tinctura purpurei coloris conficitur. Canales qui purpuram regis ſuſcipiunt, ſunt præcordia fidelium. Lana quæ intingitur vt indumẽtum regis efficiatur, eſt humilitas in patiendo, quæ iuncta eſt canalibus, quando cõſtanti corde virtus humilitatis, & cõtinua dominici cruoris memoria ad tolerantiam animat. B Semp purpuram veri regis.i. paſſionem, in memoria habẽtes, & ad imitandum parati, vt cum Chriſto reſuſcitentur.

† coccinum.

† ligata in plicas.

* illa.

a Scientia circumciſionis quam non habent Iudæi carnei. b Cogitationes.

a Caput tuũ vt † Carmelus: & comæ capitis tui, ſicut purpura 1 2

a Poſita in canalibus humilitatis vt intingatur ſanguine Chriſti, & ibi fucata efficiatur indumentum regis. b Quid per ſingula. c Fide. d Opere.

regis * iuncta canalibus. quam pulchra es, & quã decora cha

a Domino tuo ex hoc quod vacas cœleſtibus delicijs.
b Delicatula es, & laudis cibos rationali animæ amaros & inutiles: faſtidis etiam quædam bona vt procedas ad meliora.

b c riſsima in delicijs. Statura tua aſſimilata eſt palmæ, & vbe- 3 4

a Ante ſecula diſpoſui. b Exaltabor in cruce cuius pars eſt palma.
c Per hoc fugimus & traham.
d Omnes ſaluandos: quorum pars vltim. iudæi erunt:

d e ra tua botris Dixi: Aſcẽdã in palmã, & apprehendã † fructus 5 6

a Per hoc idem. b Quia doctrina nulla profeciſſet niſi Chriſtus palmam aſcendiſſet.
c Dulces non vt hederæ. d Non ſolum os: ſed etiam odor oris tui, id eſt, fama prædicationis alliciet & inebriabit ad guſtum.

f eius. Et erũt vbera tua ſicut botri vineæ, et odor oris tui ſicut 7 8 9

a Ipſum prędicationis officium, quam vbera continent. Vox eccleſię. 10

g odor malorũ. Guttur tuũ ſicut vinũ optimũ, † dignum dile- 11 12

b *Statu. t.* Quia eccleſia in certamine præſentis vitæ gaudia futuræ vitæ præguſtat, ſubditur.

*Sta.t.aſſi.eſt pal.* Hæc eſt rectitudo bonæ operationis, quæ ad terrena deſpicit incuruari, totam ſe ad cæleſtia erigit, & in certamine poſita tendit ad brauium, quo finito agone, victrix donãda eſt palma. In inferioribus aſperſa eſt, ſed deſuper pulchra eſt, & fructum gerit. Sic eccleſia in terra aſperos tolerat labores, ſed ſperat in cęlo ſe accepturã præmiũ. Palma conſeruat folia, ſic eccleſia variante ſeculi ſtatu, eadem tenet fidei ſacramenta.

c *Vbera.* Id eſt, magiſtri, qui pro capacitate audientium ſuam temperant doctrinam, & vnumquenque ad ſublimia ab vbertate domus Dei inebriant, & corda exhilarant.

d *Dixi: Aſcendam.* Quaſi diceret. Et q. tales habet doctores, tam diſcretè prędicantes, non eſt tui meriti, ſed donum meũ: quia aſcendi in palmã, i. dedi eccleſię augmentum virtutum, donec ad perfectũ veniat, & apprehendam fructus C eius, id eſt, ita confortabo & multiplicabo virtutes in eis, vt nullo modo poſſint decidere, donec ad maturitatem perueniant, & per hoc vbera tua erunt ſicut botrus cypri, quia illi qui parua norunt ſi beniuole nuntiant, interdum potiore ſapientia debriabuntur.

*Dixi.* Quaſi inſiſtendum eſt ad conuerſionem Iudæorum, quia tam pulchra coniunctio eſt ſecutura, & quia pro eis maxime paſſus ſum, quia eos ſaluandos prouiderã.

e *Fructus.* Crucis poteſt dici reſurrectio, & aſcenſio, aduentus ſpiritusſancti, & ſalus mundi: & per hæc doctores ſunt debriati & confortati.

f *Et odor oris.* Odor malis, guttur vino cõparatur, quia mala, ex nouitate, vinũ ex vetuſtate laudem conſequitur. Sicut vinum malo præſtat, ita præſtat præſens allocutio eccleſiæ ipſi famæ, quam de illa poteſt audientium ſermo diſſeminare. Odor in gutture, vox præſentis doctrinæ: In odore fama abſentis deſignatur: & ideo vino illa propter fragrantiam virtutum, hęc malis ob ſuauitatem abſentis famæ comparatur.

g *Dignum dilecto meo.* Verbũ quod in ore meo dilectus poſuit, tantæ eſt ſublimitatis, quod non per alium quam per ipſum ſponſum mundo debuit prædicari: quia non eſt alius inuentus, qui ſolueret librum, & ab illo ſuſceperũt alij: Chriſtus quaſi potauit, quia docente diuinitate, cito in perfectione ſcientiæ profecit, & libenter paſſionem ſuſtinuit, membra non eodem modo. Dum ſponſus laudat guttur ſponſę, illa intelligens in gutture verbum per quod ſalus datur mũdo deſignari, ex magno amore verbum diſpenſare volens, rapit verba ab ore ſpõſi: ille vino optimo eam comparauit, hæc ſubiecit: *Dignum dilecto meo.*

Rumi

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Ca.tu.vt Car.* ſupereminens corpori, & bene ſedens ſicut mons Carmelus in terra promiſſionis, qui eſt frugifer & gratioſus, Eſai. 35. a. *Gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli & Saron.*

2 *Et comæ capitis tui, ſicut purpura, &c.* iuncta canalibus, id eſt, poſita in canalibus ad lauandum poſt tincturam, vt color ſit magis viuidus, per hoc deſignatur pulchritudo capillorum ſponſæ in colore, ſicut purpura quæ tingitur pro paramentis regijs, ſit coloris excellentis, ideo ſubditur. *Quam pulchra es.*

3 *Statura tua aſſimilata eſt palmæ.* id eſt, recta eſt & alta.

4 *Et vbera tu.bo.* propter vbertatem lactis. Omnia prædicta faciunt ad gratioſitatem ſponſæ corporalis. Per dictam parabolam intelligitur ad literam decor ſponſæ ſpiritualis pro tempore noui teſtam. de qua dicitur. *Quam pulchri ſunt greſſus tui*, per euangelica conſilia gradiendo. In calceamentis. Calceamenta quę fiunt de pellibus animalium mortuorum ſunt memoria mortis Chriſti & martyrum, quæ muniunt pedes ſponſæ ad firmiter incedendũ per conſilia euãgelij. Filia principis, i. eccleſia, quæ dr̃ filia & ſponſa Chriſti, qui eſt princeps regum terræ, Apo. 1. b. *Iuncturæ fe.tu.* i. coniunctio Iudæorum & Gentilium in vna Chriſti eccleſia. Et hæc iunctura fabricata eſt manu artificis, i. Chriſti, qui fecit vtraque vnum, Eph. 2. c. *Vmbilicus tuus, &c.* per vmbilicum ſub quo fœtus concipitur, & per ventrem in quo ante natiuitatem nutritur, intelligitur eccleſiæ fęcunditas ad gignendũ filios ipſi Chriſto: & quia non generãtur carnaliter, ſed ſpiritualiter. Ioan. 1. d. *Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, &c.* Ideo venter ille dr̃. *Vallatus lilijs.* i. caſtitatis. Duo vbera tua, i. duo teſtamenta, ex quibus ſugitur lac: quo nutriuntur & augmentantur filij in Chriſto generati. 1. Pet. 2. a. *Quaſi modo geniti infantes rationabiles, ſine dolo lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem.* Collum tuum, i. fides formata charitate, quæ cõiungit corpus ſponſæ capiti ſuo Chriſto. Eph. 1. d. *Ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam.* Huius autem capitis naſus eſt iudicium diſcretionis, quo in præſenti diſcernit fideles ab infidelibus, ſicut naſus diſcernit inter odores fętidos & ſuaues. Oculi vero ſunt Chriſti virtus cognitiua, quibus reſpicit fideles ſuos eos approbando. Ioan. 10. c. *Ego cognoſco oues meas*, qui dicuntur fideles. Sicut piſcinæ, quia pleni ſunt aquis miſericordiæ. Caput tuum, i. huius capitis ſummitas, quæ eſt Chriſti diuinitas, ex quo capite fluit ſenſus & motus vitæ ſpiritualis: primo in humanitatem Chriſti, & conſequenter ad omnia mẽbra eccleſiæ, ideo ſubdit. Sicut Carmelus, qui eſt mons fructibus plenus. Comę huius capitis ſunt apoſtoli, qui primo adhæſerunt Chriſto capiti, qui dicuntur. *Sicut purpura regis*, quia pro amore regis Chriſti fuerunt ſuo ſanguine rubricati per palmam martyrij. Ex prædictis concluditur. *Quam pulchra es*, interius per fidem. *Et quam decora*, exterius per honeſtatem. *Chariſſima.* i. pretio maximo redempta, ſcilicet ſanguine Chriſti pretioſo. Illud enim cariſſimum dicitur, quod maximo pretio emitur. In delicijs quia paſſio Chriſti aperuit portam deliciarum paradiſi ſponſæ ſuæ. Statura tua aſſimilata eſt palmæ, in rectitudine iuſtitiæ, & altitudine contemplationis deuotæ. Et vbera tua botris, propter abundantiam lactis ad nutritionem filiorum Chriſti & eccleſiæ.

Sponſæ ſpiritualis decor exprimitur.

5 *Dixi: Aſcendam.* Hic conſequenter deſcribitur pulchritudo ſponſæ quantum ad perfectos ſpecialiter, de quibus dicit ſpõſus. *Dixi: Aſcendam.* i. aſcẽdere faciã perfectos in eccleſia.

6 *In palmam.* i. in contemplationis altitudinem. 7 *Et apprehendam.* i. apprehendere faciam, ſicut frequenter expoſitum eſt in ſimili. 8 *Fructus eius.* i. dulcedinem, quæ ſentitur in contemplationis altitudine, ſicut palma fructus ſuos facit in ſummitate. 9 *Et erunt vbera tua ſicut botri vineæ.* ex abundantia lactis ſacræ doctrinę. Contẽplatiui. n. in cõtemplatione hauriunt, quę poſtea per doctrinã effundunt, ſicut patet de Paulo poſt eius raptũ, & de multis alijs doctoribus.

10 *Et odor oris tui.* i. fama doctrinę. vnde Paulus apoſtolus. 2. Cor. 2. d. *Per nos odorem ſuæ notitiæ manifeſtat in omni loco, quia Chriſti bonus odor ſumus, &c.* Et ad idem pertinet quod ſubdit.

11 *Guttur tuum.* in quo formantur prędicationis verba.

12 *Sicut vinum optimum.* inebrians amore diuino mentes fidelium, & hoc eſt vinum germinans virgines, Zacharię 9. cap. Et quia hoc eſt valde placitum Deo, ideo ſequitur. *Dignum dilecto meo.* & ideo concludit ſponſa.

Ego

¶ a *Ruminandum.* Non ita facile ad potandum, quod ille prius
A potans alijs porrexerit, ſed cũ labore & ſtudio meditandũ.
b *Ego.* Totũ ſtudium meæ ſeruitutis & deuotionis ad ipſum refero, & in præſenti vita ne laborando deficiam, me adiuuat: & in fine ſecum ad gaudia recipiet. Ego prius exul à Deo ab omni errore ad Deum conuerſa ſum, vt ciuis & domeſtica, & ipſe prius humano generi iratus ad me eſt conuerſus, naturã meæ mortalitatis indutus.
c *Veni.* Qui aſſumptam pro me humanitatem in cęlo locaſti, per præſentiam diuinæ gratiæ viſita me, vt in agrum mundi ſemen verbi tui poſſim ſpargere, & villas cohabitationis in vnam fidem conſtituere.
*Veni dile.* Eccleſia videns, quod nec ad bene operandum vel egrediendum per ſe ſufficit, nec in bono perſiſtere, vel auditores quantum profecerint diſcernere, implorat auxilium.

a Et dignum præconibus vt Paulo. b Attritoribus vt Auguſtino.
a ᵃcto meo ad potandum: labijſque & ᵇdentibus illius ad rumi- 1
a Mihi adhortanti credite. Quia. Conuerſa ſum & non alij.
b nandum. Egoᵃ dilecto meo & ad me † conuerſio eius. 2
a Ergo: Quia ſum certa quod compunſta Iudæa in fine obediet: tu adiuua.
b Ab occulto cordis: in quo contemplabar te in eos qui adhuc à principio ornandi & excolendi ſunt.
c Aſſidua prædicatione.
c Veᵃni dilecte mi, egrediᵇamur in agrum: commoreᶜmur in 3 4
a In illis iam ad legitime viuendum inſtruendis.
b Studioſius laboremus etiam in quibuſdam conuerſis: vt Apoſtolus in Galatis: Minori enim cultura ager indiget quam vinea.
c In aliquo initio fidei & confeſſionis.
d Laborioſius excolendi.
d viᵃllis Maᵇne ſurgamus ad vineas: videamus ſi floᶜruit vineᵈa: 5 6
e a Quia multoties florem non ſequitur fructus.
b Si exercent opera, ne fides otioſa inueniatur.
c Si hi qui in fide & recta operatione profecerunt, etiam deſiderium patiendi percipiunt.
f ſi floᵃres fructus parturiᵇunt: ſi floruᶜerunt mala punica. Ibi 7 8
a Teneram doctrinam, vt per hanc creſcant pueri.
b Egrediendum vere eſt, quia Iudæa membrum ſine capite. 9
Iam. Opinionem. Spem.
g dabo tibi † vbeᵃra mea. Mandraᵇgoræ dederunt odorem 10
a In introitu ad nos fide & conuerſione. b Omnia teſtimonia & exempla.
c Nouorum apoſtolorum. d Veterum patrum & prophetarum.
ſuum in portis noſtris. Omniᵃa poᶜma, * noua & veteᵈra dile- 11 12
a In illo tempore exponenda.
h cte mi, ſeruaᵃui tibi.

In agro, Chriſtiani: in villis, pagani: in vineis, eccleſiæ: in floribus, fides: in fructibus, virtutes: in malis punicis, martyrium deſignatur. In his ſingulis ſponſa dilecti ſui præſentiam quærit.

✲ Theodoretus. Sponſum vt animarum vilium adhuc & abiectarum, quas metaphoricè agrum & villas nominat curã gerat, ſponſa cohortatur. Neq; enim dicit, Egrediamur in ciuitatem ſed egrediamur in agrũ, cõmoremur in villis, mane ſurgamus ad vineas, *videamus an viti floruerit*, aſpiciamus, inquit, eos, qui modo prædicationem acceperunt, an floruerit germen. Intueamur & meliores iſtos, qui non ſolum folia, ſed etiam flores tulerunt quos hic per germen intelligit, *An floruerint mala punica*, an charitatis initium in aliquibus apparuerit. Oportet enim nos circumire & omnem diligentiam idoneam adhibere. Id nanque faciens te promerebor. Quamobrem, illic, inquit, *dabo tibi vbera mea.* Quæ enim illis præſtantur, ea in teipſum collata arbitraris, *quandiu* inquiens, *feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Mandragoræ dederunt odorem.* Mandragoræ vis eſt, vt medici tradunt, ſoporifera. Quare cum præceptum ſit nobis vt mortificemus membra quæ ſunt ſuper terrã, non vt ea morte afficiamus, ſed vt mortua malis actionibus reddamus, merito mandragoram hoc loco poſuit, & dixit, *Mandragoræ dederunt odorem*, i. cœperunt homines dormire peccatis. Et quemadmodũ, qui mandragorã hauſerunt, corporis motiones non ſentiunt, ita qui piæ doctrinæ poculum biberunt, perturbationes ſtudent conſopire. D

† deſiderium, appetitus.

d *Mane.* Quia nox infidelitatis tranſiit, & lux fidei apparet, procedens ex matutina reſurrectione Chriſti: ab ipſo mane reſurrectionis laboremus, tu inſpirando, & ego prædicando.
e *Videamus.* Vt ego qui pædagogus ſum paruulorum, poſſim diſcernere eos qui acquiſiti ſunt, quomodo ſe habeant, quantum proficiãt, vt qualiter nutriendi ſint, intelligam. E

* optima.

Non eſt intuendum ſi vineæ florent, ſed ſi flores ad partum fructuum conualeſcant, quia mirum non eſt, ſi quis bona inchoet: ſed valde mirabile eſt, ſi intentione recta in bono opere perſeueret.
f *Ibi.* Id eſt, vbi ad videndas vineas, & mala ſi floreant, venerimus in tuum obſequium: & facta & dicta meorum prædicatorum exhibebo ad ſimilitudinem ſedulæ nutricis.
g *Mandragoræ.* Merito inuocat ſponſum ad auxilium prædicationis, vbi prędicatores præcipuis flagrant virtutibus. Portæ apoſtoli, & eorũ ſucceſſores. Mandragoræ, i. virtutes illorũ quæ ſunt aptæ medicamẽtis, quę cõtra ſolicitudines mundi adducunt quietem, quæ nauſeam verbi Dei excludunt, quæ vitia ab hominibus ſine dolore excidi faciunt, quæ proferunt mala id eſt, eccleſias, ſuauiter redolentia in confeſſoribus, ſimilia malis punicis in martyribus, dederunt odorem: quia exemplis maiorum minores confirmantur.
h *Seruaui tibi.* Vel ſeruaui .i. intellexi omnia præcepta & teſtimonia vel promiſſiones vtriuſque teſtamenti à te eſſe datas, vel omnia poma, id eſt, iuſtos vtriuſque teſta. per te ſolum incarnatum iuſtificatos cognoui. F

¶ CAP

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Ego dilecto meo.* per amorem inhæreo.
2 *Et ad me conuerſio eius.* conſolando me in tribulationibus.
3 *Veni dilecte.* Hic conſequenter deſcribitur fidei Chriſti dilatatio, quæ primo fuit in Ieruſalem, & inde deriuata eſt ad alias partes orbis, ſicut prædictum fuit, Eſa. ſecundo a. *De Sion exibit lex, & verbum domini de Ieruſalem,* propter quod etiam dixit Chriſtus apoſtolis, Act. primo a. *Eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa, atque Samaria, & vſque ad vltimũ terræ:* & hoc eſt quod petit ſponſa hic. *Veni dilecte mi. &c.* egrediamur in agrum per diffuſionem fidei in orbe terrarum.
4 *Commoremur in villis, &c.* ædificando eccleſias in ciuitatibus & villis.
5 *Mane ſurgamus ad vineam.* id eſt, ad conuertendum Gentilitatem, ex qua pro maiori parte eſt eccleſia Chriſti, quæ dicitur eius vinea. ſicut tempore veteris teſtam. ſynagoga dicebatur Dei vinea, Eſa. quinto b. *Vinea domini exercituum domus Iſrael eſt,* & dicitur.
*Mane ſurgamus ad vineam.* quia in primitiua eccleſia Iudæis excæcatis per infidelitatem, Gentilitas eſt illuminata per fidem, Romano. vndecimo c. *Cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret, &c.*
6 *Videamus ſi floruerit vinea.* Hic accipitur ſi, pro quia, quia Gentilitas floruit, verbum Dei gaudenter accipiendo, Act. decimotertio. *Audientes autem gentes gauiſæ ſunt, & glorificabant verbum domini.*
7 *Si flores fructus parturiunt.* ſi pro quia: quia gentes non ſolum verbum audierunt, ſed etiam bonorum operum fructus fecerunt.
8 *Si flo. mala puni.* Per mala punica granis rubicundis plena, intelligitur plenitudo martyrum in primitiua eccleſia.
9 *Ibi dabo tibi vbera mea.* id eſt doctrinam vtriuſque teſtamenti ad tuam gloriam ordinabo.
10 *Mandragoræ.* poma ſunt pulchra, & odorifera, & valde rara: & per hoc intelliguntur excellentes viri in eccleſia Chriſti odorem famę per ſanctam vitam, & ſanam doctrinam dantes in eccleſia, ideo ſubditur.
11 *Omnia poma noua & ve.* id eſt, veteris ac noui teſtam. teſtimonia.
12 *Dilecte mi. ſer. ti.* ad honorem tuum ordinaui, propter quod dicit ſaluator, Matth. 13. *Omnis ſcriba doctus in regno cælorum ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera.*

CAP.

## CAP. VIII.

A a QVis mihi. Introducitur Iudæa iam inſpirata & edocta, & ſummo deſiderio Deum inueſtigat.

※ Gregorius. In veteri lege Eccleſia poſita Chriſtum exoptabat, & expectabat, & in ſecreto patris manentem foras venire per carnem ad humanos oculos non mediocriter cupiebat. Vnde & Dauid deſiderans dicebat, *Exurge, & ne repellas in finem*. Et alibi. *Inclina cœlos tuos & deſcende*. Et Iſaias valde cupiens eum videre dicebat. *Vtinam diſrumperes cœlos & deſcenderes*. Vult ergo ſponſum foris ſponſa inuenire & deoſculari: quia concupiſcit ſub lege poſita, vt per carnem appareat: vt ei
B per amorem ſeruiat, cui prius non accepta gratia, plus timore quam amore ſeruiebat. Poſt cuius oſculum iam à nemine deſpicitur, quia poſtquam Chriſtus venit, & fidelibus ſuis ſpiritum libertatis infudit ab ipſis etiam angelis Eccleſia honoratur. Hinc eſt quod Ioſue angelũ adorauit, Ioãnı vero volẽti ſe adorare dixit, *Vide ne feceris, conſeruus tuus ſum & vnus fratrũ tuorũ habentiũ teſtim. Ieſu*. Sed quia venientẽ Eccleſia ſuſcepit, Synagoga repulit, iterũ eũ in fine mũdi ſuſcipiet & amabit, ideo ſubiũgit Eccleſia & dicit, *Apprehendam te, &c.*

b *Foris*. Intus erat dilectus, dum in principio erat verbum: foris, dum verbum caro factum eſt.

c *Deoſculer te, & iam nemo, &c.* Id eſt, facie ad faciem videã, & ore ad os loquar.

d *Ibi me do.* Tu augebis gratiam in me, & ego non ingrata augebo ſeruitium.

C e *Leua*. Id eſt, myſteriũ incarnationis, & dona q̃ dat in præſenti, erit ſub capite: quia per ea ſuſtentata in præſenti cõtra D perturbationes mundanas quieſcit, & quodammodo cũ eo dormit: & dextera, id eſt, futura bona, id eſt, plena ipſius viſio. *Amplexabitur me*. id eſt, ita vndique circundabit, vt nullus turbo miſeriæ poſſit interuenire.

## CAP. VIII.

a O vtinam aliquis.
b Cuius non debui immemor eſſe, quia ſecundum carnem frater meus eſt.
c Quibuſcunque ſabbathis dum loqueretur inter ſapientes interrogans & reſpondẽs.

a QVis mihi det te fratrẽ meũ ſugen- 1
2
a Legis vel ſynagogæ.
b Vt cognoſcam tuæ humilitatis naturam.
tẽ vbera matris meæ: vt inueniã te 3
a Quia intus nulli fas eſt. b Incipiam iungi fide, vt quandoque plene iungar nuptiarum tempore.
ſolũ foris: & deoſculer te, & iã ne- 4
5
b a Iam Gentilitas non dicat me excæcatam & reprobatam.
c b Et exinde appetit velis aufugere. c Alios coecos Iudęos.
mo me deſpiciat? Apprehendam te, & ducam in domum 6
a In multitudinem. b In ſecretariuũ. 7
c Te mihi manifeſtabis, cognitionem tuam in me ſemper augebis, plus quam per leges & prophetas. 8
matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ Ibi me doce- 9
a Faciam te delectari. b In conuerſis multis virtutum & operum pigmentis.
c Et etiam caleſieri & exhilarari in ſanguine martyrum.
d bis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & muſtum ma- 10
a Tunc erit. In hoc præſenti. 11
lorum granatorum meorum. Leua eius ſub capite meo, & 12
a Quandoque. b In lauacro regenerati & fide vniti, quamuis imperfecti. 13
e dextera illius amplexabitur me. Adiuro vos filiæ Ieru- 14
a Tumultu carnalium perturbationum.
b A quiete placidiſſimæ deuotionis: qua conſpectibus ſui conditoris aſtare delectatur.
f ſalem, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectum, 15
a Quam digna. b Gradibus virtutum ad gratiam peruenit. c De priori excæcatione.
g h donec ipſa velit. Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto 16

f *Adiuro vos*. Audiẽs ſponſus illam vltimã eccleſiam, & in præſenti velle dormire, & quandoque requieſcere, & videns multos gigni ab eccleſia qui alios perturbant, admonet illos vt à perturbationibus deſiſtant.

g *Donec ipſa velit*, Donec completis diuinę ſeruitutis obſequijs, ipſa ad communem redire curam huma- E næ fragilitatis neceſſitatibus admonita conſentiat.

h *Quæ eſt iſta*. Iudęa in tantam ſponſi agniti charitatem exardeſcente, Gentilis admirando & congratulando dicit. *Quæ eſt iſta*.

※ Theodoretus: Et non dicũt albam ſed dealbatam. Sponſa enim nigra de ſponſo, nepos meus, inquit, candidus. non autem dixit dealbatus. Natura enim eſt talis: at ipſa cum eſſet denigrata, propterea quod eam ſol aſpexiſſet, dealbata eſt & candoris ſponſi particeps effecta, qui ſicut lux exiſtens, & reddidit & appellauit: & ſanctus exiſtens ſanctam & fecit & nominauit, & cum ſit reſurrectio, reſurrectione dignam eſſe voluit, ſic etiam albedinem ſuam illi communicauit. Quocirca adoleſcentulæ eam contuentes, *quæ eſt*, inquiunt, *iſta quæ aſcendit dealbata innixa ſuper nepotem ſuum?* Ab ipſo enim recta & quaſi manu ducta aſcendit in cœlum, & iter facit ad dilectum ſuum per firmam in ipſum fidem. Poſt hęc ſponſus illam ita compellat, *Sub pomo excitaui te*. F

Sub

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. VIII.

Diuiſio. QVis mihi det. Hic vltimo deſcribitur eccleſiæ Chriſti pacificatio. Et diuiditur in duas partes. quia primo ponitur huius pacis deſiderium. ſecundo, complementum, ibi: *Soror noſtra*. Prima adhuc in duas, quia primo deſideriũ hoc ponitur. ſecundo ad eius complementum ratio inducitur, ibi: *Sub arbore malo*. Circa primum ſciendum, quod in primitiua eccleſia, eccleſiæ & eius miniſtris iniuriæ multæ inferebantur & opprobria. vnde Maximianus Auguſtus eccleſiam a beato Marcello conſecratam fecit ſtabulum publicum, & beatum Marcellum deputauit ad cuſtodiam animalium, propter quod ſponſa petit ab his & conſimilibus per pacem eccleſiæ dandam liberari, dicens.

1 *Quis mihi det te fra. meum*. ratione humanitatis aſſumptæ.

2 *Sugentem vbe. ma. meæ*. id eſt, virginis Mariæ, quæ non ſolum dicitur mater Chriſti, ſed etiam totius eccleſiæ. Quòd autem hic locus intelligatur de Chriſto ad literã, patet per tranſlationem Chaldaicam apud Hebræos autenticam, quę ſic habet: In illo tempore quo rex Meſſias reuelabit ſe eccleſiæ Iſrael, dicent ei filię Iſrael: tu eris nobis ad fratrẽ: ſed Iudæi moderni expectant hoc futurum, quod iam diu eſt præteritum.

3 *Vt inueniam te ſolum foris*. latria honoratum Per hanc autem dictionẽ ſolum, non excluditur pater & ſpiritusſanctus, quia tres perſonę adorãtur vna adoratione, quarum eſt vna diuinitas: ſed per hoc ſolum, excluditur idolorum ſeruitus.

4 *Foris*. id eſt, manifeſte abſque infidelium timore, quod poſtea fuit impletum tempore Conſtãtini imperatoris, qui conceſſit eccleſias licite fabricari per totum imperium Romanum. Antea vero celebrabantur diuina in cryptis martyrum, & alijs locis occultis timore paganorum.

5 *Et iam nemo me deſpiciat*. quia ante tempus Conſtantini multi contemptus fiebant eccleſiæ, & eius miniſtris, vt dictũ eſt, ſed ipſe lege ab eo promulgata prohibuit hoc fieri.

6 *Apprehendam te*. fidei deuotione.

7 *Et ducam*. id eſt, precibus meis faciam te venire per condeſcenſionem bonitatis tuæ.

8 *In domum matris meæ*. id eſt in eccleſiam beatę virgini conſecratam, & etiam in conſecratis alijs ſanctis, quia totum cedit ad honorem virginis, cum in omnibus eccleſijs honoretur.

9 *Ibi me docebis*. reuelando ſecreta myſteria eccleſiæ miniſtris, ſicut patet in beato Syluestro, & in multis alijs ſanctis doctoribus & prælatis.

10 *Et dabo tibi poculum ex vino condito*. id eſt, ex deuotione fidelium, quæ placet Chriſto ſicut vinum bibentibus ipſum.

11 *Et muſtum malorum granatorum meorum*. Per muſtum quod eſt vinum nouum, intelligitur deuotio nouiter conuerſorũ, quod fuit impletum tempore Conſtantini, cuius exemplo multi valde deuote receperunt baptiſmum.

12 *Leua e.* id eſt, ſponſi.

13 *Sub capite m.* q. d. tunc oſtendet mihi amicitiam ſicut ſponſus ad ſponſam prædilectam. Et quia huius amicitiæ continuatio eſt deſideranda, & interruptio abhorrenda, ideo ſubditur.

14 *Adiuro vos filiæ Ieruſalem*. id eſt, perſonæ de eccleſia.

15 *Ne ſuſcitetis*. id eſt, quando ſponſa obtinuerit quietem pacis, quod non faciatis aliquid vnde ſponſus offendatur, & ſponſæ requies interrumpatur: vt ſic præ admiratione proſperitatis ſuæ dicatur.

16 *Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto*. id eſt, de aſperitate perſecutionis tyrannorum.

5 Et

Delicijs

a Operibus electis,& deſiderio ſolius patriæ cæleſtis.
b Merito ſuper illum innixa, à quo ſolo fluit omnis gratia,
c Prius meum, quando erat excæcata:
d Quaſi: quia ad tantam prouecta es gratiam, pone me vt ſig. Et eſt cauſa præmiſſa, quia te ſitam ſub peccato primi parentis, vel ſub peccato crucis tibi letali o ſynagoga, vel modo ſub ſaluatione crucis

a delicijs affluens, innixa ſuper dilectum ſuum? Sub arbore 1

a Per fidem paſſionis te reuocaui. b In vindicta ipſius. 2
c Exteriori vltione à Tito & Veſpaſiano.

b malo ſuſcitaui. Ibi † corrupta eſt mater tua, ibi † violata 3

a Et quia ſuſcitaui te a tanta calamitate. b Dilectionem. c Voluntatem. 4
Sigillatum ſit nomine meo, ne vlatenus ſurrepat ſaltem viſus adulteri.

c eſt genitrix tua. Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, 5

a Operationum. Vt non tantum a corde excluſus ſit diabolus, ſed nec in opere aliquid ſuum notari poſſit. b Quod agere debes. 6

d vt ſignaculum ſuper brachium tuum: quia fortis eſt † vt 7 8

a Dilectio quam habui in te efficax fuit vt mors, quia per eam anima mea ſeparata eſt à corpore, vel ſeiuncta eſt. b Dilectionis executio. c Plura de uirtute dilectionis accumulando ſubnectit.

e f mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio. † Lampades 9

a Iuſtitiæ. b Quælibet aduerſa, ſeductiones, blanditiæ.

g eius, lampades ignis atque flammarum. Aquæ multæ non 10

a Quia ex ea enim radix conſtantiæ.
b Impetus difficillimæ anguſtiæ vel etiam mortis.

h † potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent il- 11

a In cibos pauperum. Etiam carnem.

i lam. Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro 12

a Pro eo quod diligit. b Quia & ſi hoc totum dedit ei quem diligit, quid commodi fecit ei? ſed dilectio Chriſti profuit nobis, non ſibi.
c Chriſtus ad ſynagogam de eccleſia.

k dilectione, † quaſi nihil deſpiciet eam. † Soror noſtra 13 14

a *Sub arbore.* Gentilibus admirantibus reſpōdet, ille qui eſt pax noſtra: qui fecit vtraque vnum, & admonet meminiſſe gratiæ per quam ipſa erepta eſt, & aliorū congaudere ſaluti.

b *Suſcitaui.* Quod fuit effectus magnæ benignitatis, quia in illa arbore interius excæcata fuit mater tua, ex quo dixit: *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.*

c *Pone me, &c.* Ponimus Chriſtum vt ſignaculū ſuper cor, cum ea quæ dixit, ita diſcimus, quaſi diuinæ veraciter ſint verba ſapientiæ. Solemus ſignum aliquod digito vel brachio alligatum circūferre, quo admoneamur illius rei, cuius frequentiorem habere volumus memoriam. Ponimus, vt ſignum ſuper brachium, cum ea quæ fecit ita audire & ſequi ſtudemus, quaſi veræ ſint exempla virtutis.

d *Quia fortis eſt vt mors dilectio.* Poſt corruptionē matris aptè ſubiungit de dilectione, vt non ex meritis oſtendatur data eccleſiæ.

*Quia fortis eſt vt m.* Sicut mors ſeparat animam à corpore, ſic amor Dei à temporalium amore.

e *Dura ſicut infernus, &c.* Quia nullis hoſtium tentamentis à noſtræ ſalutis cura reuocari potuit, ſicut infernus nullis miſerorum cruciatibus mitigatur, nec à ſeueritate ſuæ ſententiæ mutatur. Quanto auſterior comparatio, eo acrior zelantis nos domini commendatur affectus.

f *Lampades eius.* Id eſt, corda fideliū, in quibus dilectio continetur vt in vaſe, ſunt ignis, quia intrinſecus ſeruent Dei & proximi dilectione. Sunt etiam flamma, quia exterius lucent operibus iuſtitiæ. Hæ lampades non extinguuntur in aduentu ſponſi.

g *Aquæ multæ non po.* Quia domus quæ ſupra petram charitatis fundata eſt, irruentibus fluminibus non poteſt cadere.

h *Flumina.* Tentationum, quę vel viſibiliter vel inuiſibiliter tentant corda fidelium.

i *Si dederit.* Quia vbi abundat amor æternorum, mox vileſcit poſſeſſio labentium, rectè ſubditur.

*Si dederit ho.* Apoſtoli & alij ſancti omnibus dimiſſis nihil viſi ſunt ſibi perdidiſſe, dummodo vera bona poſſent habere. vnde Paulus: *Omnia detrimenta arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam.*

k *Soror noſtra, &c.* O vos miniſtri & cōmilitones mei, noua eſt hæc

Marginal notes: D † peperit te. † De pœn. di. 2. c. valida. E † Prunæ eius, prunæ ignis, & flammæ domini, id eſt vehementiſſimæ. † eſt nobis. Philip. 3. b. F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Delicijs affluens.* tempore Conſtantini & aliorum principum Chriſtianorum. Pax enim & tranquillitas poſt perſecutiones magnas deliciæ reputantur. vnde dicit Priſcianus in minori volumine: Si quæratur, quid eſt ſummum bonum in vita? bene reſpondetur, pax. & Eſther decimotertio a. Vt abſque vllo terrore vitam ſilentio tranſigentes, optata cunctis mortalibus pace fruerentur.

2 *Innixa ſuper dilectum ſuum.* q.d. hanc tranquillitatem obtinuit, eo quod in Chriſto totaliter confidit.

3 *Sub arbo.* expreſſo ſponſæ deſiderio, hic conſequenter ad eius impletionem allegatur ratio. Circa quod ſciendū, quod preces eccleſiæ ſunt exaudibiles, potiſſimè per virtutem paſſionis Chriſti. ideo dicit ſponſa: *Sub ar. m.* id eſt per virtutem ſanctæ crucis & tuæ paſſionis.

*Suſci. te.* i. inuocaui te in oratione, vt cum in oratione dicit eccleſia: Per crucem & paſſionem tuam, libera nos dñe. Et ſciendum quod li malo, nō eſt hic adiectiuum, vt credūt aliqui exponentes hoc de arbore vetita Adæ & Euæ, quia in Hebr. pro iſtis duabus dictionibus, arbore, malo, ponitur punica, quæ ſignat malum granatum, ideo expoſitio illa procedit ex ignorantia idiomatis Hebræi. Dicitur autem hic ſancta crux malum granatum, quæ eſt arbor fructifera, ad deſignandum fructum crucis, qui eſt innumerabilis.

4 *Ibi corrupta eſt mater tua.* i. ſynagoga quę dicitur mater Dei ratione ſupradicta, capit. tertio. quia in paſſione Chriſti ceſſauerunt legalia tanquam mortificata.

5 *Ibi violata eſt genitrix tua.* Repetitio eſt eiuſdem ad maiorem aſſertionem. In Hebræo habetur: Ibi parturiuit te mater tua, ibi parturijt te genitrix tua. & hæc litera veritati euāgelicę eſt valde conſona. Dicitur enim Ioā. decimonono c. *Stabat autem iuxta crucem mater eius, &c.* gladio doloris propter filium transfixa, ſecundū quod prædixerat ſanctus Simeon, Lucę ſecundo c. *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius.* Eſt igitur ſenſus. Ibi, id eſt, iuxta crucem, parturiuit te mater tua, id eſt, vt parturiens doluit pro te. Per talem modum loquendi dicit Apoſtolus Gal. quarto c. *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. Ibi parturiit te genitrix tua.* Repetitio eſt eiuſdem ad maiorem expreſſionem. Et quia orationes eccleſię non ſolum ſunt exaudibiles per virtutem crucis, ſed etiam per meritum beatę virginis, ideo ſponſa confidens de iſtis ſuffragijs petit à ſponſo.

6 *Pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuum.* me perfectè diligendo. Quod enim valde diligitur, ſuper cor poni dicitur.

7 *Vt ſignaculum ſuper brachium tu.* Me brachio tuę potentię protegendo.

8 *Quia fortis eſt, vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio.* Quaſi dicat, licet dilectio tua ſit tam fortis in filijs eccleſię perfectis, quod propter te non timent pœnam mortis, vt patet in martyribus, tamen ęmulatio, id eſt, perſecutio tyrannorum ex inuidia & odio procedens Chriſtianorum, dura eſt ſicut infernus infirmis, propter quod indigent brachio protectionis tuę & beneficio pacis.

10 *Lampades eius.* ſcilicet tuę dilectionis in mentibus perfectorum.

11 *Lampades ignis atque flammarum.* id eſt, tam fortis eſt, quod non poteſt obrui perſecutionibus tyrannorum, non ſic autem eſt in infirmis, de quibus ſubditur reddendo ſingula ſingulis.

12 *Si dederit homo omnem ſubſt. domus ſuæ, &c.* pro dilectione diuina.

13 *Quaſi ni. deſpi. eam.* quaſi di. pro amore tuo contemnere bona exteriora etiam poſſunt infirmi. Et ſupplendū eſt, non ſic autem propriam vitam martyrium ſuſtinendo. Et eſt hic modus loquendi apud Hebręos, qui dicitur decurtatus, vbi oportet aliquid ſupplere ad habendum intellectum, ſicut 2. Reg. 5. b. *Propoſuerat Dauid præmium ei qui percuſſiſſet Iebuſæum, &c.* & ſupplendum eſt, quod illud premium erat quod fieret magiſter militię vt exprimitur primi Paral. 11. b. *Qui percuſſerit Iebuſæum in primis erit princeps & dux.* De hac autē firmitate ad martyrium, & promptitudine ad dimiſſionem tēporalium dicit Greg. hom. 34. Fortaſſe laborioſum non eſt homini relinquere ſua, ſed valde laborioſum eſt relinquere ſemetipſum. Minus quippe eſt abnegare quod habet: valde enim multum eſt, abnegare quod eſt. Eſt igitur ſententia in hac parte, q. ſponſa petit tēporalem pacem, qua etſi non indigēt perfecti, quibus lucrū eſſet pro Chriſto mori: tū ea indigent imperfecti, quorum multo maior eſt numerus in eccleſia Dei.

14 *Soror noſtra.* Hic cōſequēter ponit adimpletio deſiderij ſpōſę in pacis largitione. Et diuidit in tres partes, q. primo ponit pacis largitio. Scđo, eccleſię pacificatę ampliatio, ibi: *Vinea fuit.* Tertio, finalis cōcluſio, ibi: *Quæ habitas, &c.* Circa primū dr̄ in perſona ſponſi ſibi compatientis: *Soror noſtra.* id eſt, eccleſia, quę dicitur ſoror Chriſti eadem ratione qua Chriſtus dicitur eius frater in principio huius cap.

*Paruula.*

eſt hęc eccleſia & tenera ad nouam dilectionē retinendam.

A *Soror noſtra paruul.* Eccleſia antequā creſcat per incremēta virtutum infirmis auditoribus non pōt præbere vbera prædicationis. Adulta dicitur, quū verba Dei copulata, ſancto repleta ſpiritu per prædicationis miniſterium in filiorum conceptione fœcundatur, quos exhortādo parturit, conuertendo parit.

a *Quid faciemus ſorori noſtræ in die quando alloquenda eſt? &c.*

✣ Beda. Alloquitur Eccleſiam, alloquitur Dominus animam quamque electam cū eam de ſalute perpetua ſiue per occultam ſui ſpiritus illuſtrationem, ſeu per apertam prędicantium vocem admonet: in qua videlicet allocutione

† palatia.

† muniamus a.q.

a Qui curam adhuc docendi nō ſuſcipiant. b Ex ſuis. c Ex. ſuis eſt. Eritis ne ad eam conſirmandam adiutores mei?

a paruula, & vbera non habet. Quid faciemus ſorori no- 1 2

a Hoc tempore. b Nondum in thalamum introducenda, ſed interim præparanda. c Tacenti, & quid ipſe velit auſcultanti, quid fieri debeat aperit.

b ſtræ in die, quando alloquenda eſt? Si murus eſt, ædifi- 3 4

a Inuincibiles ſententias diuino eloquio lucidas.

c cemus ſuper eum † propugnacula argentea. Si oſtium 5 6

a Coniungamus & conſolidemus vel ornemus. b Quorum odor fugat ſerpentes. Perfectos viros bene dolatos & planos adiungendos. c Eccleſia.

d eſt, † compingamus illud tabulis cedrinis. Ego mu- 7 8 9

a Glutino charitatis viuis lapidibus compacta. b Altiores, ſicut turris murum excedit, ſic qui lac dant alijs.

e ris, & vbera mea ſicut † turris: ex quo facta ſum 10 11

a A quo longius receſſeram. b Gratis oblatam, non emptam. c Gratanter accipiens. d Vniuerſa eccleſia.

f g coram eo, quaſi pacem reperiens. Vinea fuit † pa- 12 13 14 15

B menſuram virium noſtrarum ſuperna pietas inſpicit, ac pro modulo capacitatis humanæ ſua dona largitur. Ait ergo.

*Quid faciemus ſorori noſtræ in die quando alloquenda eſt?* Ac ſi aperte dicat, Parua quidem numero eſt Eccleſia gētium & necdum ad ſubeundum verbi miniſterium ſufficit. Quid ergo tibi videtur, ò ſynagoga, erga curā eius ſororis videlicet noſtræ eſſe faciendum tempore illo quo illam per Apoſtolos meos, Apoſtolorumq; ſucceſſores alloqui cœpero? Vtrū quaſi paruulæ adhuc parua illi ſecretorum cœleſtium arcana cōmittamus? an iam maiorem eā per augmenta reddamus, quatenus bene proficiens, perfectorū poſſit capax eſſe virtutum? cui tacenti, & quid ipſe velit potius auſcultanti cōmuni quid fieri deceat aperit, ita ſubijciēs. *Si murus eſt, &c.*

✣ Theodoretus. Sancti illi prophetæ, qui in veteri teſtamento præſliterunt, cum ſponſam ſpiritali ætate paruulam & papillis imperfectis adhuc atque reconditis cernerent, vt nuptiarū conciliatores, atq; internuncij ſecum ipſi ſic, vt arbitror, loquebantur. Quando rex ſororē noſtrā iam in ſponſam eſt accepturus, quæ parua eſt atq; vberum expers, neq; enim vim habet prolificam, nec doctrinæ lac aut ſolidum cibum pōt egentibus ſubminiſtrare, quid facto opus ſit nobis eſt cogitandū. Cum igitur magno regi copulanda ſit, & tanquam murus futura domus ipſius, vt curet & cuſtodiat ea q intus ſint, & tanquā oſtiū ea quæ recondita fuerint, conſeruet, tanquā ſuper muro quidē ædificemus argentea propu-

C gnacula, hoc eſt, eloquia rōne ſplendentia. *Eloquia* enim *Domini eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum terræ:* vt in

Pſal. 11.

ipſis conſiſtens hoſtes ſagittis petat, & inſidias ſtruentes perſequatur. Ipſi autem, vt oſtio, tabulas eaſque cedrinas, quæ peccati corruptionem ſuſcipere nequeāt, imponamus, putredinis enim expers eſt cedrus.

b *Si murus eſt, &c.* Si inuictus fuerit aliquis qui ab incurſionibus errantium poſſit alios defendere, armis nequitiæ fortiter reſiſtē do, vel naturæ ingenio munitus, vel philoſophica ſcientia imbutus diuinis ſcripturis eum informemus.

c *Si oſtium.* Si quis eſt non adeo imbutus ad repellenda hæreticorum ſophiſmata, ſed tamen ſimplicitate ſidei, intrare volentibꝰ in atria patriæ cæleſtis, potens pandere rectam viam prædicando & paruulos imbuendo, proponamus ei immarceſſibilia priorum virorum exempla, quibus ſuum melius impleat officium.

d *Ego murus.* Iam loquitur communiter de tota eccleſia ex apoſtolorū fundamento incepta, quia ex tunc fuerunt vbera in eccleſia vſque ad nouiſsima tempora.

*Ego murus.* Audiens eccleſia hæc conſilia vel promiſſa ſui redemptoris, iam non alter alterum expectat, ſed quiſque pro ſe reſpondet voce deuota.

e *Ex quo.* Hęc oīa non à me habere potui, ſed ex quo mihi donū ſuæ pacis per verbum ſuæ recōciliationis largitus eſt.

f *Quaſi pac. re.* Benedico pacē reperiēs, quia in ea pace quā dixi, ſuit pacifico Chriſto vinea inſtituta: quę olim à lege & prophetis eſt pręnuntiata. Quę pax non vnā tantū gentē Iudeorū continet, ſed hēt multos populos de toto mundo collectos nō aliquibus hominū meritis, ſed ſola pace, quā inter Deū & hoīem facere venit: Cuius vineę, qa dño cura eſt: & quia vtile eſt hoībus, vt eius participes fiant, recte ſubditur.

g *Vinea fuit pacifico in ea quæ habet populos.* ✣ Greg. Ipſe pacificus noſter eſſe dr̄, quia per ipſum Deo omne genus humanū reconciliatū eſt. Huic pacifico vinea fuit, quia in labore pręceptorū carnalium ſynagogam plantauit, de qua dr̄, *Vinea Domini Sabaoth domus Iſrael eſt.* Quę vinea in ea quę hēt populos extitit, quia in lege poſita eſt, quæ multos populos ad ſe collegit. De quibus populis dr̄, *Populi meditati ſunt inania.* Hāc vineā cuſtodibus tradidit, quia ſynagogam Moyſi & cæte-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Paruula.* id eſt, humilis & abiecta inter homines huius ſeculi: & hoc fuit vſque ad tempus Conſtantini.

2 *Et vbera non habet.* id eſt, libertatem effundendi lac ſacrę doctrinæ per fidei catholicę prędicationem, quam tunc eccleſia non audebat publicè prædicare, ſed tantum in occulto docere, exceptis aliquibus perfectis, qui pro prędicatione fidei vltro ſe offerebant morti.

3 *Quid faciemus.* Per hoc intelligitur pater & ſpirituſſanctus operari cum filio. Opera enim trinitatis ſunt indiuiſa.

Diuiſio.

4 *Sorori noſtræ in die quando alloquenda eſt.* id eſt, a principibus aduocanda eſt, ſicut patet de Conſtantino, qui beatum Syluestrum papam cum clero ſuo aduocauit, vt per eum conſequeretur corporis & animę ſanitatem. Et ſimile fecerunt eius exemplo multi principes & potentes per orbem terrarum.

5 *Si murus eſt.* Accipitur hic ſi, pro quia, quaſi dicat quia murus eſt fortis contra perſecutiones, & hoc ratione perfectorum, quorum meritis, ſubueniendum eſt imperfectis, ideo ſubditur.

6 *Aedificemus ſuper eum propugnacula argentea.* id eſt, adiungamus ei per ſuſceptionem fidei principes ad defenſionem infirmorum. In Hebræo habetur: Aedificemus ſuper eum palatium argenteum, per quod idem deſignatur quod per propugnacula, quia per palatium etiam ſecundum communem modum loquendi intelligitur regalis potentia. Et dicitur argenteum, quia Conſtantinus & alij principes in promotione eccleſiæ multum expenderunt argentum.

7 *Si oſtium eſt.* id eſt, quia eccleſia eſt oſtiū, per quod ingreditur ad cęleſte regnum.

8 *Compingamus il.* id eſt fortificemus.

9 *Tabu. cedri.* i. doctoribus ſacris, qui dicunt cedri propter ſcientiæ & vitæ eminentiam & fidei integritatem, ſicut cedrus eſt arbor valde alta, & à vermibus non perforatur. Aliter poteſt etiam exponi: *Si murus eſt, &c.* id eſt, quia vſque nunc eccleſia fuit parua & depreſſa, eleuemus eam ad ſtatū honorificum & magnum. Et quia eccleſia de huiuſmodi beneficijs fuit grata, ideo ſubditur in eius perſona.

10 *Ego mu.* propugnaculis munitus per potentiam principum, tamen ex dono Chriſti principaliter.

11 *Et vb. mea ſi. tur.* Sicut prædictum eſt, per vbera ſponſæ intelligitur lactis copia ſacræ doctrinæ, quę abundauit à conuerſione Conſtantini, quia ex tunc eccleſia habuit libertatē publicè prædicandi & docendi. Et quia hæc doctrina non ſolum eſt ad informationem morum, ſed etiam ad confutationem infidelium & hæreticorum, ideo ſubditur.

12 *Sicut turris.* De qua dicit magiſter ſententiarum: Fidem noſtram Dauidicæ turris clypeis munire, vel potius munitam oſtendere ſtudumus, ſicut ſupra allegatum eſt de doctoribus veteris teſtam. cap. 4.

13 *Ex quo facta ſum coram eo.* ſ. ex tpe Conſtantini, qui tertia die ſui baptiſmi legē promulgauit, vt quicunq; iniuriā faceret Chriſtiano, bonorū ſuorū mediam amitteret facultatē.

14 *Vinea.* Hic conſequenter ponit eccleſiæ pacem habētis ampliatio: & primo quantū ad multiplicationē credētium, cum dicitur: *Vinea.* id eſt, eccleſia vt ſupra dictum eſt. 7. cap.

15 *Pacifico.* id eſt, Chriſto, qui per ſanguinem ſuum omnia pacificauit, quæ in cælis ſunt & in terris, Col. 1.

In

& cęteris patribus cuſtodiendam ſubiecit. De qua bene ſub ditur, *Vir affert pro fructu eius mille argenteos.*

a *Tradidit eam cuſtodibus.* Sequit̃ vox ipſius pacifici, q̃ oſten dit quantã curã habeat de hac vinea, & quid ſua relinquentibus in æternũ cõſeruet, & quid ſingularis præmij doctoribus eius diſponat.

*Quæ habitas.* Et quandoquidẽ vnicuiq; apud me reſeruat̃ pro meritis præmiũ, & duplex retributio doctoribus. ergo dum adeſt tempus merendi, dum differtur dies nuptialis, quãtum valet vnuſquiſque, in cultura huius vineæ perſiſtat.

d *Amici.* Id eſt, angeli quos adiutores tibi dedi, & ſpiritus iuſtorum, qui iam cũ Deo ſunt, & pro fratribus orant.

a Pace. b Vinea. Vel pax. c Modo. d Vineam. e Prælatis.
cifico in ea quæ habet populos: tradidit eam cuſtodibus, 1
a Quicunque eſt vires habens. b Relinquendo temporalia. c Acquiſitione regni celeſtis. 2
d Quaſi. Verum dicis, quod vinea eſt coram me, & quod eam tradidi cuſtodibus, & intueor quicquid in ea fit.
† vir affert pro fructu eius mille argenteos. Vinea mea co- 3
a Bene video, nec aliqua obliuione modum tui pretij & modum retributionis minus intelligo. 4
b Duplex fructus, & gemina merces. c Doctoribus:
d Quia duplex præmium meretur, qui & ſe tuetur & alios lucratur.
ram me eſt. Mille† tui pacifici, & ducenti his qui cuſtodiunt 5
a Opera. b Vineæ. c In ſpiritualium cultura fructuum. 6
d Quaſi iſti ſunt internuntij inter me & te.
fructus eius. Quæ habitas in hortis, † amici auſcultant te: 7
a Ita age vitam, vt quicquid vel voce vel opere oraueris, dignum ſit à me exauditi. b Dum non potes iungi per præſentiam: c Non permittas te cognoſci, ſed ſola fide intelligi. d In deſcenſu. 8
fac me audire vocem tuã. Fuge dilecte mi, & aſſimilare ca- 9
a Pro claro viſu. b Exiſtens. Cum in montibus figas pedes, dignare dilabi ad ualles. 10
11
preæ hinnuloque ceruorum ſuper montes aromatum. 12

✠ Beda. Cuſtodes namque Eccleſię, ꝓphetæ: cuſtodes ſunt Apoſtoli: cuſtodes ꝓphetarum Apoſtolorum ſucceſſores qui diuerſa mundi ætate regimini illius ſuperna iuſſione dati ſunt: cuſtodes ſunt exercitus militiæ cęleſtis, q̃ omni tempore ſeculi labentis pro Eccleſiæ ſtatu curam gerũt, ne malignorum vel hominum vel ſpirituũ irruptione turbet̃. Vir autem pro fructu huius vineę mille affert argenteos: quia perfectus quiſq; pro acquiſitione regni cœleſtis cuncta quę mundi ſunt relinquit.

b *Mille tui paci.* Pretium perfectum quicquid hẽt. Per mille perfectio, per argentũ omne mundanum accipitur, quod quidem aliquando paruum eſt in re, ſed magnũ deuotione.

*Mille tui paci.* Eadem perfectio quę per mille ſignificatur, etiam per cẽtum notatur, quia vterque numerus perfectus, & idem valet ducenti, quam ſi diceret duo millia.

*Mille tui paci.* Idem eſt argentei & pacifici: quia pecunia pro Deo erogata, pacem inter Deum & hominem cõciliat.

✠ Greg. Qui ſunt iſti pacifici, qui mille dicuntur eſſe & ducenti, niſi illi ſuperiores argenteis, quo dum perfecte mittimus, pacẽ per eorum diſtributionem cũ ſanctis nobiſipſis acquirimus? Vnde & in Euangelio Dñs pręcipit, *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Sed quid per ducentos intelligimus, niſi duplicem retributionem quã acquirimus dum in hoc mundo perfecte pro Chriſto omnia bona contemnimus?

c *Quæ habitas in hortis.* Eccleſia vel quęlibet fidelis anima in hortis habitat, quę iã viriditate ſpei & bonorum operum eſt repleta. Sicca quippe eſt ſpes huius mundi, quia oĩa quę hic amantur, cũ feſtinatione areſcunt. Quę ergo in hortis habitat, oportet vt ſponſum vocem ſuam audire faciat, i. intantũ bona prædicationis emittat, inquantum ille delectatur quẽ deſiderat, quia amici auſcultant, videlicet oẽs electi, qui vt ad cęleſtẽ patriã reuiuiſcant, verba vitę audire deſiderant.

e *Fac me audire.* Exigo à te vt habites, nullo tumultu diſceſſura, poſtea etiam exigo, vt vocẽ tuam me audire facias.

f *Fuge dilecte.* Annuẽs eccleſia rñdet, quandiu vis abeſto: differ pręſentiam tuã, ego ſpe longanimi quicquid pręceperis, patiar vel faciam. † ſocij.

*Fuge dilecte.* Non optando loquitur, quis enim optet eum quem diligit fugere, ſed memor ſuę conditionis illius voluntati conſentit.

*Fuge dilecte.* Quaſi: Tu quidẽ qui ex carne cõprehenſibilis factus es, ex diuinitate tua intelligẽtiã noſtri ſenſus excede, & in teipſo nobis incõprehẽſibilis permane. Hoc clamat eccleſia dño ſpiritu prophetico, poſtquam mortem & reſurrectionem domini aſcenſionemque deſcripſit. Fugere nos dicitur, quando id quod reminiſci volumus, nõ occurrit: quando id quod volumus, memoria non tenemus.

g *Aſſimilare.* Ita fuge, vt creberrime per grãm cõpunctionis fidelũ cordib⁹ appareas, q̃ ſunt mõtes aromatũ: q̃ deſpectis oĩbus cupiditatibus, & purgatis vitijs, amore cęleſtiũ tenent̃, & virtutũ odore fragrãt, & bonus odor Chriſti ſunt.

✠ Greg. Fugiens reprobos dilectus montes aromatũ petit, quia peruerſos dimittens, ſanctas aĩas viſitare nõ deſinit, quæ & per contemplationem excelſę ſiunt & per confeſſiones virtutũ odorifera vnguenta ſecũ ferunt. Super hos montes dilectus capreę & hinnulo ceruorũ aſſimilat̃, quia in cordibus ſanctorũ virorum manifeſtatur quã pia charitate humanitatẽ pro nobis aſſumpſit. Qui dum ex patrib⁹ antiquis natus fuit, quaſi ex ceruis hinnulus, ſicut dictũ eſt ſuperius, venit. Qui dum eſſet diues, pauperem ſe, vt nos ditaremur fecit: & dum eſſet ſuper omnia excelſus, humilitatem noſtram ineffabili dignatione ſuſcepit. Cui immenſas gratias quoadusque viuimus, reddamus: cui pro nobis in mortem tradito, & reſurgenti in immortalitatem, noſipſos & corpus debemus: Qui viuit & regnat cum Deo patre, &c.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *In ea.* ſ. vrbe quæ hẽt populos. i. Roma, in qua habitabant aliqui de oĩbus terræ populis, vel quia oẽs populi Romano imperio, cuius caput eſt Roma, erant ſubiecti. vñ dicit Leo Papa in ſermone apoſtolorũ Petri & Pauli. Diſpoſitioni diuini operis maxime cõgruebat, vt multa regna vno cõfœderarent̃ imperio, & cito peruios haberet populos prædicatio generalis, quos vnius tenebat regimen ciuitatis. 2 *Tradidit eam cuſto.* i. beato Petro & eius ſucceſſoribus. 3 *Vir af.* Vel ille intelligit̃ Conſtantinus, qui fuit victorioſus cõtra hoſtes imperij Romani, de quibus triũphauit, & contra hoſtes generis humani. ſ. dęmones quos per fidẽ ſuperauit & ipſe. 4 *Pro fructu eius.* i. pro fructu eccleſiæ multas & magnas fecit expẽſas, quæ per mille argenteos hic deſignant̃. Vel põt dici; q̃ hic ponit̃ ſingulare pro plurali. ſ. mille pro multis millibus, ſicut Exo. 8. f. *Venit muſca grauiſſima.* i. multitudo muſcarũ. 5 *Vinea mea co. me eſt.* Mutat̃ hic modus loquendi à tertia pſona ad primã, de dño huius vineæ, qui eſt ipſe Chriſtus: de quo dictũ fuerat in tertia pſona. *Tradidit eã cuſtodibus.* Et ne credatur, q̃ per hanc traditionẽ dimiſerit eccleſię cuſtodiã, iõ dicit. *Vinea mea corã me eſt.* i. ad eius cuſtodiã præſentialiter & principaliter adſiſto. pp quod dr̃ in Pſal. 126. a. *Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, &c.* pp q̃d de hac cuſtodia multo maiores gratiæ debentur Chriſto, quam prælatis eccleſiæ, iõ ſubdit ſpõſa. 6 *Mille tui pacifici.* Tui pacifici ſunt genitiui caſus ſingularis numeri: q̃ patet ꝑ literã Hebraicã, q̃ talis eſt: Mille tibi pacifico. & eſt ſenſus, q̃ ſicut mille eſt maior numerus q̃ ducẽti, ſic maiores gratiæ debent̃ Chro, qui pacificus hic dr̃ de cõſeruatione eccleſiæ, q̃ prælatis qui ſub eo cuſtodes ſunt huius vineæ, & honor exhibendus prælatis cõuenienter intelligit̃ per ducentenariũ, ſm̃ illud Apoſtoli. i. ad Timo. 5. cap. *Qui bene præſunt preſbyteri duplici honore habeantur.* Inferiorib. aũt ſimplex cẽtenarius ꝓmitt̃it̃ reddẽdus, Mat. 19. d. *Centuplũ accipiet.* 7 *Quæ ha.* Hic vlti. ponit̃ finalis cõcluſio, q̃ ſtat in hoc, q̃ eccleſia de pſenti miſeria tollat̃, & ad cęleſtẽ gloriã tráſferat̃ Quod fit partialiter in pſenti, quãtũ ad ſanctos, qui ad gloriã aſſumunt̃. Sed generaliter fiet peracto iudicio finali, cũ Chrs tradiderit regnũ Deo & patri. 1. ad Cor. 15. Ad hoc igit̃ deſideradũ & petẽdũ ſpõſus inducit ſponſã dicens. *Quæ habi. in hor.* i. in eccleſijs per orbẽ diſperſis, q̃ dñr horti, quia in eis fideles ſunt plãtati, & q̃ ad literã freqũter arbores circa eccleſias sũt plãtatę. 8 *Amici auſc. te.* i. angeli, ad quorũ cõſortiũ fideles tui ſunt tráſferẽdi, & de tua ſalute ſoliciti, deſiderãt audire tuas orõnes deuotas, iõ ſubdit̃. 9 *Fac me audi. vocẽ tuã.* i. tui deſiderij expreſſionẽ in orõne deuota, quã cõſequenter profert ſponſa dicens. 10 *Fuge dilecte mi.* Per hãc fugã nõ intelligit̃ receſſus dilecti ab ea, cũ dixerit ſupra ca. pcedẽti dicens. *Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius*, per mutuã inhæſionẽ, & inſeparabilẽ ſm̃ illud Apoſtoli ad Rom. 8. g. *Quis nos ſeparabit à charitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu, &c.* ſed per eã intelligit̃ velox tranſlatio ſponſæ cũ ſponſo ad cęleſtia, q̃ ſumme deſiderat & petit in orõnibus ſuis eccleſia, vt patet in officio Eccleſiaſtico. Et per talẽ modũ exponit hãc fugã Rab. Sa. trahendo tñ literã ad errorẽ Iudaicũ, dicens, q̃ plebs Iudaica per hoc petit liberari à captiuitate iſta in qua eſt modo, per Meſſiã futurũ. Sed hæc expoſitio fundat̃ ſuper falſum fundamẽtũ, ideo bene exponitur modo pdicto, vt ſit ſenſus. *Fuge dilecte mi.* i. educ me tecũ de miſeria pſentis ſeculi. 11 *Et aſſi. ca.* i. fac iſtud velociter. 12 *Super mon. aro.* i. transferendo me tecũ ad cęlos, qui dicuntur montes, Pſal. 120. a. *Leuaui ocu. meos in mon. &c.* qui dicũtur hic montes aromatũ, quia ibi eſt ſuauiſſima requies electorũ. Ad quam nos perducat qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit, & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

Poſtilla

*Incipit Prologus in Librum Sapientiæ.*

A Liber Sapientiæ apud Hebræos nuſquam eſt. Vnde & ipſe † ſtylus Græcam magis eloquentiam redolet. Hunc Iudæi Philonis eſſe affirmant. Qui proinde Sapientiæ nominatur, quia in eo Chriſti aduentus qui eſt ſapientia patris, & paſſio eius, euidenter exprimitur.

titulus

C A P. I.

a *Diligite iuſtitiam, &c.* Rab. Hunc librum Hieronymus aſſerit non a Salomone (vt putatur) ſed a Philone doctiſſimo quodam Iudæo fuiſſe cõſcriptum, quem pſeudographum, (id eſt falſo, inſcriptum) appellat, quia nomen alienum ſibi vſurpat, cuius
B expoſitionẽ presbyter bellator octo voluminibus comprehendit. Dicit tamen Hieronymus hunc librum apud Iudæos non haberi, ſed Græcam magis redolere eloquẽtiam, nec inter canonicas recipi ſcripturas. Vt ad veram iuſtitiã nos reduceret & inuitaret, primo commendat no
C bis iuſtitiam, per quam venitur ad ſapientiam dicens: *Diligite iuſtitiam, &c.*

b *Terram.* Carnem. ſ. d. ſcrete reprimitis, ne ſuperbiat contra ſpiritum. Quia: *Primum quærite regnum Dei, &c.*

c *In ſimplicitate.* Id eſt, voluntati illius vos ſubijcite, & mandata cuſtodite, quaſi dicat. Qui non intelligitis, nolite reprehendere, quia ſecreta Dei non poſſunt humana ratione comprehendi, quia incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles, viæ eius.

d *Quoniam in male.* Id eſt, in animali homine, iuxta illud: *Animalis ho non perci. &c.* Et ideo nõ dixit ſpiritum. i. animam ſpiritualem.

*Quo. in ma.* Raba. Fruſtra ſibi blandiũtur philoſophi & hæretici & falſi Chriſtiani. Soli enim mũ do

## INCIPIT LIBER SAPIENTIAE.

### C A P. I.

a Vt caro obediat ſpiritui. Non ſolum facite. b Quibus data eſt poteſtas iudicandi. c Vt obediat caro ſpiritui.

a Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram, 1
a Hoc eſt ſcripturam pie legite & intelligite. 2
b Sentite de domino in bonitate, & in 3
c ſimplicitate cordis quærite illum, quo- 4
a Non tentabis dominum Deum tuum. 5
niam inuenitur ab his qui non tentant 6
a Iuſtis ſcilicet, quia iuſtus ex fide viuit.
b Quæ ſocietas lucis ad tenebras, aut quæ conuentio Chriſti ad Belial.
illum, apparet autem eis qui fidem habent in illum. † Per- 7
Vera. 8
uerſæ enim cogitationes ſeparant a Deo, probata autem 9
a Omnem inſipientiam. b Vbi zelus & contentio, ibi inconſtantia & omne opus prauum. 10
virtus corripit inſipientes. Quoniam in maleuolam ani- 11
d

Poſtilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lyra ſuper librum Sapientiæ incipit.

### C A P. I.

Diligite iuſtitiam. *Poſt libros hiſtoriales non canonicos, magis tamen reputatos, quod dico propter hiſtoriam Suſannæ & Belis, & ſecundũ Eſdræ, quæ hiſtoriæ vltimo ponentur ratione dicta in principio Tobiæ exponendi ſunt duo non canonici, qui ſunt ſimpliciter morales, ſcilicet liber Sapiẽtiæ, & liber Eccleſiaſticus. Inter quos præmittendus eſt liber Sapientiæ, tã ratione auctoris, quam ratione materiæ. Ratio primi eſt, quia licet Philo deſertiſſimus Iudæorũ hunc librũ Græce ſcripſerit, vt communiter dicunt doct. & hiſtoriographi, tamẽ ipſum compilauit ex ſentẽtiis Salomonis, propter qd Salomon eſt eius auctor principalis. Loquẽdo tamen de auctoribus humanis. vnde infra 8. & ix. c. expreſſe loquitur auctor in perſona Salomonis: Ieſus autẽ filius Sirach ſcripſit librum Eccleſiaſticum tempore Simonis filij Oniæ vel poſt, quod patet per hoc qd infra l. cap. ſit mentio ſatis prolixa de ipſo, & ſic fuit poſterior Salomone & tẽpore & auctoritate. Ratio ſecundi eſt, quia vterque partim procedit ratiocinatiue, & partim exemplatiue, vt in pſecutione videbitur domino cõcedente. Exempla vero poſita in li. Sapiẽtiæ incipiũt a principio ſ. ab Adã, vt habetur infra 10. c. & terminãtur in patribus exeuntibus de Aegypto. Exempla vero poſita in li. Eccleſiaſtico incipiũt ab Enoc & procedunt vſque ad Simonẽ filium Oniæ, vt patet Eccle. l. qui fuit parum ante tempora Machabæorum, & ſic patet ratio ſecũdi. His igitur præmiſſis liber iſte qui nomine Sapientiæ intitulatur, in duas partes diuiditur. Nam primo inducit auctor ad ſapientiam deſiderandam & habendam, & hoc ratiocinando, ſecundo ad idẽ inducit exem-*
Diuiſio. *plificando infra 10. c. Ad intellectum autem vtriuſque conſiderãdum, quod in hoc libro vt frequenter ſapientia & iuſtitia pro eodẽ accipiuntur. Accipitur enim hic iuſtitia legalis, quæ ſicut dicitur. 5. Ethi. eſt omnis virtus. Nã lex præcipit de actibus omnium virtutum. Eſt enim intẽtio legislatoris ciues facere bonos 10. Ethi. Quæ bonitas ſit per virtutes. Similiter ſapientia prout accipitur hic, includit omnẽ virtutẽ. Nam ad ſapientiam pertinet determinare illud quod eſt formale in qualibet virtute propter quod. 2. Ethi. c. diffinit virtus ſic: Virtus eſt habitus electiuus in medietate conſiſtens, prout ſapiens determinauit. Et ideo ſapiẽtia quæ eſt cuiuſlibet virtutis dicto modo determinatiua, includit omnem virtutem. Et ſic patet quare iuſtitia eſt ſapientia, & qualiter pro eodem frequenter accipiuntur in hoc libro. Sciendũ etiam, quod ſapientia vel iuſtitia hoc modo dicta dupliciter accipitur. Vno mo prout per actus humanos acquiritur. Alio modo prout a Deo infunditur, & licet de vtraque in hoc libro tangatur, tamen de illa quæ eſt per infuſionẽ, principaliter agitur. Igitur ad iuſtitiã vel ſapiẽtiam ſic intellectam, auctor primo nos inducit. Secũdo circa hoc errores excludit, ibi:* Nolite zelare mortem in errore, &c. *Tertio proſequendo propoſitũ reſumit. 6. c. ſicut Philoſophus in principio libri de Anima, primo ad notitiã habẽdã de anima inducit, & ſecundo errores circa eam excludit in perſecutione primi libri, & poſtea ad tractatum de anima & eius potentiis procedit ſecundo libro & tertio.*

*Circa primam partẽ ſciendum, quod ſicut in mouente requiritur debita virtus ad regulariter mouendum, ſic in mobili recta diſpoſitio vt obediat mouẽti, & ſic eſt in hominibus. Nã in prælatis & principibus requiritur ſapientia ſiue iuſtitia dicto mo intellecta, ad hoc quod bene regant populũ, & in populo porportionabiliter requiritur ſapientia, vt bene ſubdatur, & obediat regimini ipſorũ. Quod primó oſtẽditur in prælatis, ſecundo, in ſubditis, ibi.* Spiritus enim ſanctus diſciplinæ. *Circa primum dicitur.*

1 Dilig. iu. *quæ includit omnem virtutem.*

2 Qui iu. ter. *i. habitantes in terra in foro ſeculari & eccleſiaſtico. Et quia in hoc ſunt miniſtri & vicarij Dei, a quo procedit omnis poteſtas recte iudicandi, ideo ſubditur.*

3 Senti. de do. in bo. *i. cõformamini illi, quia ſicut omnia ordinat in ſeipſum tanquam in finem vltimum & optimum, ita vos actus veſtros ordinate ad commune bonum & ad honorem diuinum.*

4 Et in ſimp. c. *i. munditia mentis, quia ſecundum Aug. hoc eſt ſimplex cor quod eſt mundum cor.*

5 Quæ. il. *i. habete notitiam eius ſapientiæ donum, quæ omnem virtutem includit. Et ſubditur modus inueniendi, cum dicitur.*

6 Quoniam inue. ab. h. qui non ten. il. *Tentat autem Deum qui habẽs in aliquo negotio quod faciat via humana, irrationabiliter omittit illud expectans effectũ ex prouiſione diuina, propter quod in acquiſitione ſapientiæ omittens quod poteſt agere, vtpote ſtudij exercitiũ, expectans eã habere a Deo eſt quædam ipſius Dei tentatio, propter quod merito ſibi denegatur. Sed facientibus quod in ſe eſt per exercitium virtutis, ſtudij, & orationis conceditur, io bene dicitur:* Quoniam inueni. ab his qui non ten. il. *Et quia tales quantum ad id quod nõ poſſunt attingere, committunt ſe diuinæ prouidentiæ, ideo ſubditur.*

7 Apparet autem. *i. tendentes in ipſum per amorem, talibus enim vltra communem modum aliorum manifeſtantur ſecreta diuina.*

8 Peruerſæ enim co. *quia ſicut bonæ ſunt cauſa vnionis ad ipſum, ita malæ ſeparationis ab ipſo, ideo concluditur.*

9 Proba. autem virtus. *id eſt, approbata a Deo exiſtens in ſuperioribus.*

10 Corripit inſi. *i. per ignorãtiam peccantes, nam per eorum inſtructionem reducuntur ad virtutem, non autem ſic ſit de peccantibus ex certa malitia, ideo ſubditur.*

11 Quoni. in ma. ani. *Dicitur autẽ maleuola anima, cui placet ipſa malitia propter habitũ vitioſum, ſecundũ quod dicitur Prou. 2. c.* Qui lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis.

Non

do corde ſapientiam Dei poſſunt accipere.

A a *Spiritus enim ſan. &c.* * Idac. Sanctus pater, ſanctus filius ſanctus ſpiritus ſanctus. De patre in Eſdra, *Quoniā ſanctus Deus eſt veritas.* Et in Leuitico: *Sancti eſtote quoniam & ego ſanctus ſum dominus Deus veſter.* De filio i Euāgelio, *Scio te qui ſis tu ſanctus Dei.* Itē ibi, Quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. De Spirituſancto in Salomone, *Sanctus enim ſpiritus diſciplinæ effugiet fictum & auferet ſe a cogitationi. quæ ſunt ſine intellectu.*

b *Ben.* Contra illos inuehitur, qui cogitationes bonas & malas dicunt a Deo immitti, cum Deus velit omnes ſaluos fieri homines, & ad cognitionē veritatis venire. B Ipſe enim neminē tentat, vt decipiat ſed vt probet, vnde. Tētauit Deus Abraham. *Et: Proba me, & tenta me, &c.* Vnuſquiſque autem tentat a concupiſcentia ſua, & iuſto Dei iudicio permittitur cadere, qui ſpiritui veritatis noluit obedire.

c *Spiritus domini re.* * Idacius. Vt ſpiritum ſanctum doceamus vbiq; diffuſum. Dauidicum inueſtigabimus teſtimonium, ex cuius prophetia ſpiritus ſanctus docetur nō locis, vt vos in graui ſomno detenti, ſed potentia ſua, ſicut pater & filius vbique diffundi &c. Et in Salomone, *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum.*

* Victor. De ſpirituſancto quod adſit vbiq; dicit propheta ex pſona Dei, *Ego in vobis & ſpiritus meus ſtat in medio veſtrū*, Et Salomon ait: *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, &c.* D

d *Et hoc quod continet omnia.* i. ſpiritus, qui omnia gubernat & regit. Vel, qui attingit a fine vſque ad finē, ſcientiā habet vocis. i. intelligētiam ſcripturarū prēſtat hominibus. Vel qđ continet omnia, ideſt homo qui conuenientiā habet cū omni creatura, vnde: Ite prēdicate euāgelium omni creaturæ. Infra 2.a.

e *Scientiam habet vo.* ideſt, diuerſarum linguarū a ſpirituſācto, qui dedit apoſtolis loqui diuerſis linguis magnalia Dei. Vel quod cōtinet omnia, ideſt, ſpirituſſanctus, qui omnia replet ſua eſſentia, ſciētiam habet vocis, ideſt, verbi Dei, ideſt, eiuſdē ſciētiæ cum verbo, Vel hoc quod continet omnia. i. eccleſiam, qui alij datur. &c. E

Rab. Qui in principio ferebatur ſuper aquas, & maieſtate ſua omnem creaturam implet & continet.

f *Propter hoc.* Rab. Sicut electi donum ſciētiæ & pietatis per ſpiritum accipiūt, ſic reprobi ſuperbia ſua inflati, errorem ſuū impudenter proferunt, quoniam ſpiritum Dei celare nō poſſunt, nec iuſtam pęnam euadunt, quia ſicut oculi domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum, ita vultus domini ſuper facientes mala. Pſal.33.c.

g *Coſtodite ergo.* Rab. Pernicioſę ſunt murmurationes & detractiones, vnde: Suſurrones enim & detractores Deo ſunt odibiles, vnde: *Qui detrahit alicui rei, in furtum ſe obligat.* Prou.13.b. F Rom.2.d.

---

a Non ſpiritum. b Quæ deſurſum eſt pudica, pacifica, modeſta.

mam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdi- 1 2

a Qui peccatis ſubiacet, corpus, non ſpiritus eſt. b Qui docet omnem diſciplinam.

a to peccatis. † Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fi- 3

a Qui aliud dicit, & aliud facit. b Cogitationes hominum vanæ ſunt.

ctum, & auferet ſe a cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu, 4 5

a Fictus cum retributionis dies venerit, pro iniquitate punietur. b Opprimente. 6

b & corripietur a ſuperueniente iniquitate. Benignus eſt enim 7

Ideo. Vel & tamen. a Omnem detrahentem. 8

ſpiritus ſapientiæ, & non liberabit maledictum a labiis ſuis, 9

a Delectationum, quarum ſedes eſt in renibus. b Cogitationis quæ in corde eſt. 10

c quoniā renum illius teſtis eſt Deus, & cordis illius ſcrutator 11

eſt verus, & linguæ eius auditor. Quoniā ſpiritus domini re- 12 13

a Donis gratiæ. b Eccleſiam per omnes dilatatam. c Alii per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alii ſermo ſcientiæ, alii fides, alii gratia ſanitatum. 14 15

d pleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, 16

e † ſcientiam habet vocis

f Propter hoc qui loquitur iniqua, non 17 18

poteſt latere, nec præteriet illū corripiens iudicium. In cogita- 19

a Dominus interrogat iuſtum impium. 20

b Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum aſcendit ad dominum, & iuſta vltione puniuit eos. Murmurationes quoque filiorum Iſrael iuſto iudicio Deus percuſſit. 21 22

tionibus enim impii interrogatio erit, ſermonū autem illius 23 24

a Punitionem. Iniqui.

auditio ad Deum veniet, ad corruptionem iniquitatum illius.

a Ideſt, Dei zelantis propter amorem quem habet ad animam.

Quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmuratio

g num non abſcondetur. Cuſtodite ergo vos a murmuratione, 25 26

---

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Non intro. ſa. *per ſuperiorum correctionem, nec per diuinam illuſtrationem.*

2 Nec ha. in. *ideſt, homine ſubdito carnalibus vitijs, quæ cauſant hebetudinem mentis, nam vita talium eſt brutalis, ſicut dicitur. 1. Ethi.*

3 Spiritus enim ſanctus. *Hic conſequenter inducit ſubiectos ad ſapientiam, ſine qua non ſunt conuenienter regibiles regimine morū. Et diuiditur in duas partes, quia primo proponit intentū, ſecundo probat propoſitum, ibi: Quoniam ſpiritus domini. Circa primū ſciēdū quod ſicut dicit Philoſophus. 3. Phyſi. idem ſūt doctrina & diſciplina. Nā ſicut ibidē dicitur. idem eſt actus mouentis & moti, diuerſimode tamen nominatus. Nā vt egreditur a mouēte dicitur motio actiua, & vt ſuſcipitur in moto dicitur motio paſſiua. Et eodē modo doctoris & diſcipuli idē eſt actus dictus doctrina, vt eſt a docente, & diſciplina vt efficitur in diſcipulo, & ſic eadē ſapientia ſpecie eſt in diſcipulo & doctore, quia perfecti proprium eſt facere alterum ſibi ſimile. 3. Meteororū, propter quod ſicut rectores indigent ſapiētia vt bene regant, ſic ſubditi vt bene obediant, ideo dicit:* Spiritus enim ſ. *ideſt, auctor ſapientiæ in diſcipulo.*

4 Effugiet fi. *ideſt, illum qui in virtutibus non quærit rem, ſed apparentiam tantum.*

5 Et au. ſ. *quantum ad ſuum effectum, nam quantum ad perſonam neceſſario eſt vbique.*

6 A cogitationibus. *ideſt, ſine ratione, quales ſunt cogitationes peccatoris qui ſequitur impetum ſenſualitatis.*

7 Et corripietur. *ideſt, punietur.*

8 A ſuperueniente ini. *nam peccatum ſequens eſt pęna præcedētis per accidens eī, nā per peccatū præcedēs tollitur iuſte gratia, cuius ſubtractio eſt pęna, & per conſequens illa quæ ſequuntur ad hoc ſunt pœnalia. Et iſta ſunt peccata ſequentia, in quibus labitur homo ad ſubtractionem gratiæ, quæ hominem impediebat a tali lapſu, & hoc eſt qđ dicit Apoſtolus Ro. 1. c.* Propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ. *i. dimiſit eos cadere in ignominioſa peccata, ſcilicet, propter alia minora præcedentia.*

9 Benignus eſt e. ſpi. *i. dator ſapientiæ, quia non ſolum dat eam ſuperioribus & magnis, ſed etiam inferioribus & ſubiectis, dum tamē ad hoc debite diſponantur. Ideo alios excludendo ſubditur.*

10 Et non li. ma. *ideſt, hominem in peccatis obſtinatum.*

11 A labijs. *i. a blaſphemijs & alijs peccatis, labiorū motu ppetratis.*

12 Quoniam re. illius. *ideſt, affectionum malarum.*

13 Teſtis eſt De. &c. il. *cogitationis ipſius.*

14 Scru. eſt ve. *quia nihil eum latere poteſt.*

15 Et linguæ. *ideſt, ſermonum illius auditor, & multo fortius operū eius inſpector.*

16 Quoniam ſpi. domi. *Hic conſequenter probat dictum ſuū, ſcilicet, quod affectiones & cogitationes & locutiones peccatoris nō latent Deū, quia ſpiritus eius eſt vbique per eſſentiam & præſentiam, & hoc eſt quod dicitur.* Quo. ſpi. D. *qui omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei. 1. Cor. 2.*

17 Repleuit or. ter. *nam omnia creata ſunt & producta per ipſum, Gen. 1. a. Spiritus domini ferebatur ſuper aquas, ideſt, ſuper materia informem, ſicut voluntas artificis ſuper materiam, vnde ſunt aliqua formanda, prout dictum fuit ibidem.*

18 Et hoc quod continent. *ideſt, ſpirituſſanctus, omnia conſeruans in eſſe, ſicut pater & filius, nam indiuiſa ſunt opera trinitatis.*

61 Scientiam ha. vo. *ideſt, notitiam cuiuslibet dicti publice vel occulte. ideo concluditur.*

20 Pro. hoc qui. *qualitercunque, non poteſt latere ſpiritum domini.*

21 Nec præteri. il. *dimittendo impunitum*

22 Corripiens iu. *ideſt, diuinum iudicium, puniens omnia mala.*

23 In cogitatio. eni. impij inter. erit. *i. diſcuſſio in iudicio diuino.*

24 Sermonum autem il. *repetitio eſt eiuſdem ſententiæ ad maiorem aſſertionem.*

25 Quo. au. ze. *i. Dei, qui non ſolum zelotes ſed zelus in abſtracto poteſt dici propter ſingularem & excellentem animarum zelum.*

26 Cuſt. er. *minus dicendo plus ſignificat, ſcilicet, quod multū obeſt.*

quæ nihil prodeſt, & a detractione parcite linguæ. Quoniam
a Occultus. b Omne verbum otioſum quod locutus fu. homo, rationem in die iud.red. &c.
a ſermo obſcurus in vacuum non ibit. † Os autem quod men-
a Mutione peccati. b Mentientis.
b titur, occidit animam. Nolite zelare mortem in errore vitæ
veſtræ, neque acquiratis perditionem in operibus manuum
c veſtrarum. Quoniam Deus non fecit mortem, nec lætatur in
a Vt non perirent. b Non ægrotatiuas.
perditione viuorū. Creauit enim vt eſſent omnia, & ſanabiles
a Vel voluit eſſe. b Omnes. Vel generationes. c In natura eorum.
d Per antiphraſim, ideſt, peccatum quod non ſanat, ſed a Deo exterminat.
fecit nationes orbis terrarum. Non eſt in illis medicamen-
a Nihil homini nocuiſſet diabolus, niſi homo acquieuiſſet.
tum exterminii, nec inferorum regnum in terra. Iuſtitia per-
a Ideſt a perpetua morte liberat. b Ideſt morte punitur æterna.
petua eſt & immortalis, iniuſtitia autē mortis eſt acquiſitio.
a Factis ſcilicet & dictis.
b Quia putabant ſe impune peccare.
Impii autem manibus & verbis accerſierunt illam, & æſtiman
a In mortem æternam.
b Ne ſeparentur.
d tes illam amicam defluxerunt, & ſponſiones poſuerunt ad il-
lam, quoniam morte digni ſunt qui ſunt ex parte illius.

A a *Os quod mentitur.* Rab. Eſt mendacium leuioris culpæ, cū quis mentitur præſtans beneficiū. Quod autem ſcriptum eſt Deū benefeciſſe obſtetricibus Hebræorum, & Raab meretrici, nō ideo factū eſt, quia mētricæ ſunt, ſed quia miſericordes fuerūt, nec remunerata eſt fallacia, ſed beneuolētia. Sicut enim abſurdū non eſſet ſi Deus alio tempore commiſſa, propter poſteriora bona vellet ignoſcere, ita conueniens eſt quod Deus vnum idemque factum propter bonum malum condonat, & ipſum bonum remunerat.

Exod. 1. d. Ioſ. 2. & 6. c.

† ... nec ... & ... contigit, & ... iuramē ...

B b *Nolite zelare.* Enumerauit quæ ſunt homini noxia, ſcilicet, murmurationes, detractiones, & mendacium, nūc idem alijs verbis replicat, vt ſcilicet, fugiamus ea. Morti enim ſunt obnoxia. Non enim placet mors noſtra Deo. Qui ait: *Quare moriemini domus Iſrael?* Quia nolo mortem peccatoris, vel morientis, dicit dominus. Deus enim autor eſt ſalutis non perditionis, qui fecit omnia bona valde. Stipendium quidem peccati mors, gratia autem Dei vita æterna.

† vt ſalutem conſequerentur.

Ezech. 18. g. -morte..

Ro. 6. d.

C Rab. item ſignificat, quod Deus eſt autor bonorum, non malorū, & ideo iuſtus iudex. Nō enim neceſſitate peccamus ſed peruerſa voluntate, quæ ex liberi arbitrij qualitate procedit. A Deo non eſt, quicquid contra naturā eſt. Peccatū autē contra naturā eſt, de quo mors, & omnia quę mortis ſunt oriuntur, ideſt, ex eo quod factus de terra, non regnum infernorum, ideſt, diaboli & ſuorum, ſed potius ex vitio. D

✱ Anas. Eſt in noſtra poteſtate & libero arbitrio noſtro ſalus noſtra & interitus, vt ſcriptum eſt, *Deus ab initio fecit hominē &c.* Quāobrem Sapiens monet, *Ne mortē æmulemini in errore vitæ noſtræ, neque attrahatis exitium in operibus manuū veſtrarū, quia Deus mortē non fecit, neque delectatur in perditione viuorum,* oſtendens noſtram euerſionem ſponte a nobis eligi. Ec... E

c *Deus mor. non fecit.* ✱ Amb. fecit animā vt ſit, creauit hominem in incorruptionem, quē ad imaginē ſui fecit, ſed homines a naturæ munere deuiantes, obnoxios fecere ſe morti, vt quaſi terreni corrūpātur. Sed Deus per tribulationes ad pęnitentiā cogit, vt per pęnitētiā vtatur & cōſummatur illud accidens malum improbitatis, & pereat.

d *Et ſpon.* Percuſſimus fędus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. E F

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et a detra.par.lin. *Nam linguę iniuriatur, cum ad detractionem proferendam applicatur, quia per hoc pęnam meretur: vnde Luc. 16. dicitur de diuite epulone, quod grauius ardebat in lingua, eo quod inter epulas poſitus detrahebat pauperibus.*

2 Quoniam ſ.o. *ideſt, palliatus apparentia ſanctitatis, cum interius habet venenum iniquitatis.*

3 In v. *impunitum non tranſibit.*

4 Os au. *quod intelligendum de mendacio pernitioſo, non autem ioco ... officioſo.*

5 Nolite ze. *Hic circa appetitum ſapiētiæ remouetur triplex error procedens ex vna radice. Dixerunt enim multi valde, & adhuc dicunt aliqui, animā hominis eſſe mortalē, ſic & brutorum animaliū, ex quorum ... dicitur Eccl. 2. d.* Vnus eſt enim interitus hominis, & iumentorū, & ęqua vtriuſque cōditio. *Et ex quo aliqui ex angu... præſ... ... ad interfectionē ſui ad euadendum illa mala, cre... nulla alia poſt mortē eſſe. Alij vero per oppoſitū quærebant de... ... affluere ſine freno rationis, ſicut & beſtiæ, reputātes, ... poſt mortem nulla eſſet punitio vel præmiatio operū humanorū. ... hoc tert... dicebant, quod omnis pęna vitę pręſentis erat pro aliqua culpa præcedenti ipſius afflicti. Cuius erroris fuerūt tres amici Iob, vt ... diffuſius declarani. Tria autē hæc cōtrariātur appetitui & acquiſitioni ſapiētiæ, quæ reprobat ſuiipſius interfectionē, & bona vitæ futuræ præfert bonis vitæ præſentis, & in præſenti vita præfert bona virtutis diuitijs, & honoribus, & delicijs. Sic ergo proceditur, quia primo remouetur primum ſecundo ſecundum, cap. 2. tertio tertium ca. 3. Circa primum dicitur.* Noli.ze.mor. *ideſt, appetere eam.*

6 In er. *ideſt, per hoc omnem pęnalitatem credentes euadere, hoc eſt enim erroneum. Nam maior punitio ſequitur in anima ſeparata, ideo ſubditur.*

7 Neque ac.per. *ſcilicet, gehennæ.*

8 In ope.ma. *ideſt, per manus veſtras vos interimendo.*

9 Quoniam Deus non fe.mor. *ſcilicet, hominis quem creauit, potentē non mori, per donum originalis iuſtitiæ, quod ſi ſeruaſſet, ſine morte media ad gloriam animæ & corporis tranſiſſet.*

10 Nec lęta.in per.vi. *per mortale peccatum.*

11 Cre.en. *i. ad hoc enim creauit res, vt permaneant in eſſe. Incorruptibiles per ſeipſas, vt angelos, animas humanas, corpora cæleſtia & etiā elemēta quantum ad totalitatē, licet in aliquibus eorum partibus ſit generatio & corruptio. Res vero corruptibiles conſeruat in eſſe ſecūdum earum ſpecies per continuam generationem.*

12 Et ſana. *i. diuerſas nationes hominū, quia licet humanā natura ceciderit per peccatum, tamen non eſt irremediabile ſicut peccatū angelicæ naturæ. Similiter licet homo per peccatum incurrerit neceſſitatē moriendi, non tamen ſtatim, ſed dedit ſibi remedia medicinarū contra calamitates infirmitatum inſurgentium vſque ad humanæ vitæ debitam periodum.*

13 Non eſt, &c. *Hic conſequenter declarat dictum ſuum & primo quantum ad remedium contra morbos corporales, cum dicitur:* Non eſt in il. *ideſt, in hominibus.*

14 Me.e. *i. remedium contra calamitates corporales per exterminationem propriæ vitæ, ſicut faciunt illi qui ſe interimunt, vt liberētur a calamitatibus huius vitæ, vt prædictum eſt, ſecundo quantum ad pœnas ſpirituales, cum dicitur.*

15 Nec in. *ideſt, in præſenti vita. Eſt autē lex infernalis regni, quod nullus ibi a culpa, & pęna pōt regredi, ſed ſemper in præſenti vita poſſunt homines a culpa per pęnitētiā ſanari, & per conſequens euadere pœnā inferni per gratiam iuſtificantem, & ad immortalitatem gloriæ ducentem. ideo ſubditur.*

16 Iuſti enim. *quæ eſt per gratiam.*

17 Perpe.eſt & im. *ſcilicet, effectiue, quia facit homines dignos immortalitate gloriæ.*

18 Iniu.au. *quæ eſt per peccatum mortale.*

19 Mortis ac. *Nam per ipſam incurritur mors gehennæ.*

20 Impij au.ma. *ideſt, operibus.*

21 Et ver.ac. *illam, ſcilicet, iniuſtitiam.*

22 Et æſti. &c. *ideſt, ſibi conuenientem propter habitum vitiorū inclinantem ad malum, vnde dicitur. 2. Ethic. Qualis eſt vnuſquiſque talis finis ſibi videtur.*

23 Defluxerunt, &c. *per diuerſa vitia.*

24 Et ſpon.poſuer. *inhærētes ei inſeparabiliter, ſicut ſpōſus ſponſę.*

25 Quoniam mor. *ſcilicet gehennæ.*

26 Dig.ſunt qui ſunt ex par. &c. *ſicut illi qui ſunt ex parte iuſtitiæ, digni ſunt immortalitate gloriæ.*

CAP.

CAPVT II.

A a DIxer.en. Rab. Vox perditorũ qui tanquam bruta animalia quæ ſunt pręſentia amãt, deſpiciũt futura, nec poſt hanc vitam requiem æternã ſperãt. De quibus dicit: *Homo cum in honore eſſet, non intel. &c.* Et Eſaias increpat dicens: *Dixiſtis en.* Percuſſim⁹ fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactũ, &c. Et Amos: *Væ qui dormitis in lectulis eburneis*, & laſciuitis in ſtratis veſtris, qui comeditis agnũ de grege. Vere exiguum eſt, quia ex nihilo. Vel aliter: *Vere non erit nobis quies poſt ob.* quia exiguũ eſt, & in nihilũ redigemur.

b *Quoniam fu.* Verè nihil erimus, quia fumus & flatus eſt ĩ naribus noſtris, ideo, in corpore noſtro, ideſt corpus noſtrum fu-

B mo & flatui comparatur qui ſimul oriuntur, & deficiunt.

c *Et ſer. ſcin.* ideſt anima comparabilis ſcintillę, quæ ſtatim fit nihil, ſermo dico, ideſt anima.

d *Ad co. cor no.* ideſt vegetãt corpus. Et q̃ ita ſit exponendum, probat ſubdens: *Quia extinctus ci.* & poſt, *ſpiritus diffunde.*

e *Vi. præ. &c.* * Amb. luxurioſi dicunt, *Vino & vnguentis nos repleamus*, Vnguento enim ſe vngunt, qui corpori odoris gratiam quærunt. Sed & illa vnguenta libidinis illecebras mouere cõſuerunt. Aliud eſt ſo-

C brietatis vnguentũ, de quo dicit Eccleſia ad ſponſum ſuum, D *Vnguentum exinanitũ nomen tuum*: aliud oleum quo artus aĩæ & quædam mẽbra pingueſcunt. Vñ & Dauid dicit, *Impinguaſti in oleo caput meum.* Et hoc eſt oleum lætitiæ quo vnctus eſt Chrs a Deo patre vt præ oĩbus ſuis emineret cõſortib⁹. Hoc iubet vngere caput noſtrũ, vt oleo lætitiæ obducatur omnis ſimulata triſtitia, ne videaris ieiunium tuum vendere hominibus, ne videaris contriſtari in animæ tuæ ſalute. Nemo enim triſtis coronatur, nemo męſtus triũphãt. *Vnge ergo caput tuum*, vbi ſenſus ſapientis ſunt. Oculi enim ſapientis in capite eius. Ad myſteria vocaris & neſcis, diſcis cum veneris. Et reminiſcere il- E lud, *Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam Aaron*: tunc cognoſces quid ſit. *Vngite caput veſtrum*, quando placueris Deo, vt tibi ſua patefaciat ſacramenta, & det gratiam ſpiritalem.

f *Opprim.* Rab. Generaliter pertinent hæc ad eos, qui Deũ contemnentes nulli ſexui vel ætati parcunt, ſed iniuſte & auare oẽs opprimunt. Specialiter verò hęreticos tangunt, qui pauperẽ eccleſiæ populũ modis omnibus proſequuntur. Et viduã, de qua dictũ eſt: *Viduam eius benedicens benedicã, &c.* Veteranos. ſ. prophetas & apoſtolos reprehendunt, non diuinæ F legis

Can.1. Pſal.22. Pſal.44. & Heb.1. † ſi Eccle.2. † Quaſi extincta Pſal.132. Matt.6. † De pę. di.3. c.tantum. † noſtrum Pſal.131.

CAP. II.

a Si aperte non audent.
DIxerunt enim impii cogitantes apud ſe nõ 1
a Præſentis.
recte. Exiguũ & cum tędio eſt tẽpus vitæ 2
a Quies poſt mortem.
noſtræ & nõ eſt refrigeriũ in fine hoĩs, & 3
a Poſt mortem.
nõ eſt qui agnitus ſit reuerſus ab inferis. 4
a Quia ex nihilo nati ſumus, & poſt hæc erimus tanquã †non 5
b ¶Alias afflatus. a Fragilis nihil valens. 6
fuerimus. qm̃ fumus & flatus eſt in naribus nr̃is, & ſermo 7
c d † ſcintillæ ad commouendum cor noſtrum. † Quia extin- 8 9
ctus cinis erit corpus noſtrũ, & ſpiritus diffundetur tanquã 10
mollis aer. Et tranſiet vita noſtra tanquam veſtigium nubis, 11
& ſicut nebula diſſoluetur, quæ fugata eſt a radiis ſolis, & a 12 13
calore illius aggrauata. Et nomen noſtrũ obliuionẽ accipiet 14
per tempus, & nemo habebit memoriam operũ noſtrorũ. 15 16
Vmbræ. n. tranſitus eſt tẽpus noſtrũ, & non eſt reuerſio finis 17
noſtri, quoniã conſignata eſt, & nemo reuertitur. † Venite er- 18
e go & fruamur bonis, quę ſunt, & vtamur creatura tanquã in 19 20
iuuẽtute celeriter. Vino pretioſo & vnguentis nos impleamus, & nõ prætereat nos flos tẽporis. Coronemus nos roſis, antequam marceſcant. Nullum pratũ ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra. Nemo † veſtrũ exors ſit luxuriæ noſtræ. 21
Vbique relinquamus ſigna lætitiæ, quoniã hæc eſt pars no- 22 23
a Hæc quoque perditorum vox. b Spiritu.
f ſtra, hæc eſt ſors noſtra. Opprimamus pauperem iuſtum, & 24
a Prophetæ vel Apoſtoli. b Sapientiam.
nõ parcamus viduæ, nec †veterani reuereamur canos multi 25
a Quod enim infirmum eſt inutile inuenitur. b Quaſi: Fortitudinem pro iuſtitia habeamus.
tẽporis. Sit autem fortitudo noſtra lex † iuſtitiæ. Quod enim 26 27
a Vox Iudæorum. b Chriſtum qui peccatum non fecit.
infirmũ eſt, inutile inuenitur. Circumueniamus ergo iuſtũ. 28
¶Ideſt eccleſiam morte Chriſti viduatam. a Dum vtilitatẽ eius in omnibus viderent. b Carnalibus.
quoniam inutilis eſt nobis, & cõtrarius eſt operibus noſtris, 29

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. II.

DIxerunt enim. *Conſequenter remouetur error ſecundus. ſ. illorum qui propter animæ immortalitatem ſecundum ſuum errorẽ dicebãt eſſe currẽdũ ſine freno rationis ad vitia carnalia. Et primo hic error ponitur, ſecũdo tollitur, ibi.* Hęc cogitauerũt. *Prima in duas, q̃a primo ponit error in intellectu, ſecũdo in effectu, ibi.* Venite ergo. *Circa primũ dicitur.* 1 Dix. en. im. *Licet enim in primis principÿs non ſit error, tamen in deductione concluſionũ ex illis cõtingit errrare, quoniã minor propoſitio non accipitur recte ſub maiore.* 2 Exig. & cum tę. *quia ſolum ponebant iſti vitã præſentem, quæ cito tranſit, ideo ſubditur.* 3 Non eſt, &c. *quia negabant poſt vitã iſtam præmiũ boni operis.* 4 Et non eſt. *i. a mortuis. Sed hoc patet falſum. 3. Reg. 17. de filio mulieris Sareptanæ, quẽ ſuſcitauit Elias, & de filio mulieris Sunamitis, quem ſuſcitauit Eliſeus. 4. Reg. 4. de pluribus alÿs in nouo teſtamento.* 5 Quia ex ni. *Nam materia corporis humani ex nihilo fuit producta in prima rerũ creatione, & anima infundit p creationẽ.* 6 Et poſt hæc eri. tan. *Hoc non ſequitur, nã anima hominis eſt immortalis, ſuppoſito tamẽ influxu generali ipſius Dei ſine quo nulla res poteſt eſſe.* 7 Quoniã fumus afflat. *Viuimus. n. per inſpirationẽ & reſpirationem aeris.* 8 Et ſer. ſcint. *i. res quæ põt dici ſcintilla, ſcilicet, calor naturalis, qui propter ſui paruitatem ſcintilla poteſt dici.* 9 Ad com. cor. *Quãdiu enim calor naturalis eſt in corpore, cor influit motum in partibus alÿs, quia primo viuit, & vltimo moritur.*
10 Quia ext. &c. *deficiente naturali calore, ſtatim enim infrigidat, & tandem in cineres reſoluitur.* 11 Et ſpirit. *ideſt, anima.*
12 Diffunde. *ideſt, euaneſcet ſicut anima brutorum.*
13 Et tran. ui. no. tan. *quæ totaliter diſſoluitur per radium ſolis.*
14 Et no. no. ob. ac. per. *i. per lapſum operis. Nam licet poſt mortem hominis remaneat nomen eius aliquantulum, tamen per longitudinem temporis euaneſcit.*
15 Et ne. *præſentis vitæ.*
16 Habebit memoriam ope. *Deus tantum habebit memoriam ad puniendum mala, & præmiandum bona.*
17 Et non eſt re. *quia poſt mortem nullus reuertitur ad vitam de curſu naturali. Per miraculum tamen aliqui ſunt reuerſi, vt prædictum eſt, & omnes reuertentur in iudicio finali.*
18 Quoniam con. eſt &c. *per lapidem poſitum ſuper corpus defuncti ſepultum.*
19 Venite er. *Hic conſequenter ponitur effectus dicti erroris. Nã ſi de homine nihil remanet poſt mortem, nec expectetur aliquod præmiũ pro bonis, vel pœna pro malis, non reſtat, niſi quòd homines ſine fræno currant ad concupiſcibilia mundi, & delectabilia carnis, & hoc eſt quod dicit primo de delectabilibus carnis.* Veni. ergo & fru. bo. *conſtituendo ibi finem noſtrum.*
20 Et vtamur crea. tanquam in iu. *ideſt, citò ſicut poterimus. Cætera patent vſque ibi.*
21 Nemo veſtrum exors ſit. *ideſt, excluſus.*
22 Luxuriæ noſtræ. *ita quod ſit omnibus communis.*
23 Quoniam hæc eſt pars no. *ideſt nihil plus poſſumus portare de bonis huius vitæ.*
24 Oppri. *Hic conſequenter exemplificat de concupiſcibilibus mundi per oppreſſionem iuſtorum, cum dicitur:* Oppri. pau. iu. *quia tales non poſſunt ſe, & ſua contra oppreſſores defendere.*
25 Nec veterani reue. ca. *ideſt homines antiquos, ſed eÿciamus eos de ſtatu honoris.*
26 Sit au. for. no. lex iuſtitiæ. *ideſt, quicquid poſſumus, nobis licitum reputemus.*
27 Quod enim in. eſt inu. in. *ſecundum iudicium noſtrum.*
28 Circumue. ergo iu. *ideſt, decipiamus ipſum.*
29 Quon. in. eſt no. *quia non vult communicare operibus noſtris.*

Et

legis decreta, ſed erroris ſui deuia ſequūtur. Nec ipſi capiti parent, ſed blaſphemant, & arguunt.
a *Videa.* Rab. Similia in euāgelio dicuntur, vbi pontifices & Phariſæi conſilium inierūt quomodo Ieſum morti traderēt, & in cruce poſito illudebāt dicentes: *Alios ſaluos fecit, ſeipſum autē, &c.* Si rex Iſrael eſt, deſcēdat nunc de cruce, &c.
b *Morte tur.* cruce, ſcilicet, quę vſque ad paſſionē Chriſti pœna reorum fuit. Nūc trophęū eſt victoriæ.
c *Quo. De.* idest, non eſt auctor malorum Deus. Ad immortalitatē enim creauit hominem, quia diaboli eæ conſentiens ſuggeſtioni, mortis ſententiæ ſubiectus eſt.
d *Inuidia au. dia. &c.*
* Caſſi. Alex. Quid eſt apoſtatare, niſi a Deo diſcedere? Et vtique qui a Deo diſiungitur, diabolo ſociatur. Quod autē qui

(margin: † in veritate; Matt. 17. c.; A; B; C)

a Quaſi tranſgreſſoribus. b Quia mandatum Dei tranſgredimur propter rationem noſtram.
& improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata 1
a Omnia, ſcilicet. ¶Se ſcire tanquam Deum. b Subſtantialem Deo & coæternum.
diſciplinæ noſtræ. c Promittit ſcientiam Dei habere, & filium 2
a Cogitationes noſtras traducit in lucem.
Dei ſe nominat. Factus eſt nobis in traductionem cogitatio- 3 4
a Tenebræ non poſſunt videre lucem.
num noſtrarū. Grauis eſt nobis, etiam ad videndum, quoniam 5
a Omnino ſine peccato. b Diſſimiles ſectæ. c Sancta diſciplina.
diſſimilis eſt aliis vita illius, & † immutatæ ſunt viæ eius. Tan- 6 7
a Inania facientes & dicentes. b Actionibus, traditionibus.
quam nugaces æſtimati ſumus ab illo, & abſtinet ſe a viis no- 8
a Quia. ¶De futura vita non cogitant, ſpem futuræ vitæ præferri ſuæ voluntati dolent: vnde ad mortem machinantur. 9
a ſtris tanquam immunditiis, & pręfert nouiſſima iuſtorum, &
gloriatur patrem ſe Deum habere. Videamus ergo ſi ſermo- 10 11
nes illius veri ſint, & tentemus quę ventura ſunt illi, & ſciemus
quæ erunt nouiſſima illius. Si enim eſt verus filius Dei, ſuſci- 12
piet illum, & liberabit illum de manibus contrariorum. Con- 13
tumelia & tormento interrogemus eum, vt ſciamus reueren- 14
b tiam eius, & probemus patientiā illius. Morte turpiſſima con-
a Quaſi: Videbimus ſi poſt mortem reſuſcitare valeat carnem ſuam. Dixit autem. Soluite templum hoc, & in triduo, &c.
demnemus eum. erit enim ei reſpectus ex ſermonibus illius.
Hæc cogitauerunt, & errauerunt, excęcauit enim illos malitia 15
a Conſilia Dei, quoniam in maleuolam animam non introibit ſapientia. b Mortis Chriſti. 16
eorū. Et neſcierūt ſacramenta Dei neq; mercedē ſperauerūt 17
¶Idest, non intellexerunt, quia mors Chriſti honor eſt & ſalus ſanctorum.
c iuſtitiæ, nec iudicauerunt honorē animarū ſanctarū. † Quo- 18
a Fecit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. 19
niam Deus creauit hominē inexterminabilē, & ad imaginem 20
a Qui inuidit homini beatitudinem quam perdidit. 21
d ſimilitudinis ſuæ fecit illum. Inuidia autem diaboli mors

qui inuidus eſt, ſine dæmone eſſe poteſt, ſicut ſcriptura dicit, *Inuidia diaboli mors intrauit in orbē terrarum. Imitantur autem illum qui ſunt ex parte illius.* Nā quod & ille qui fornicatur, a diabolo poſſidetur, catholica nihilominus ſcriptura teſtatur. *Si enim* dicit propheta, *Spiritu fornicationis decepti eſtis.*
* Greg. Quia ipſe malignus ſpiritus aduerſarius noſter cęlū perdidit, condito ad hoc homini inuidit, & damnationem ſuam perditus adhuc alios perdēdo cumulauit. Admonēdi sūt inuidi, vt cognoſcāt quantis lapſibus ſuccreſcentis ruinę ſubiaceāt, quia dum liuorem a corde nō proiiciunt, ad apertas operum nequitias deuoluunt. Niſi enim Cain inuidiſſet fratris acceptam hoſtiā, nunime perueniſſet ad extinguendam vitam, vn̄ ſcriptū eſt, Re-

(margin: D; Sap.; E; † C 4 b; F)

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et im. nobis pec. legis. *Semper enim apud omnes fuit lex naturalis, cuius tranſgreſſionem improperabant iuſti peccatoribus. Et loquitur hic ſcriptura de tota multitudine iuſtorum, ſicut de vno homine, eo modo loquendi quo dicitur Exod. 4. f.* Filius meus primogenitus Iſrael.
2 Promittit ſe ſcientiam Dei habere, &c. *Iſtud pōt referri ad populum Iudaicum, qui habuit legem diuinitus datam. Exod: 20.*
3 Filium Dei ſe nominat, &c. *quia ſic nominatur ab eo, vt dictum eſt.*
4 Factus eſt nobis in traductionem cogitationum no. *eas arguendo ſicut fecerunt multi ſpiritu prophetico.*
5 Grauis eſt etiam nobis ad videndum. *Et ſubditur cauſa.*
6 Quoniam diſsimilis eſt aliis vita il. &. *Fuerunt enim Iudæi ab aliis gentibus diſtincti in habitu, & victu, nec communicabāt Gentilibus, comedendo & bibēdo cum eis, & ideo graues erant eis ad vidēdū, propter quod Antiochus Epiphanes cogebat Iudæos, vt trāsferrent ſe ad ritum Gentilium, vt habetur. 1. & 2. Macha. & idem voluit facere Aman. Quæ & ſimilia præuidens in ſpiritu Salomon dixit iſta.*
7 Tanquam nugaces. *idest, nullius veritatis homines.*
8 Aeſtimati ſu. ab illo. *Nam Gentiles erant idololatræ, vbi eſt maxima falſitas.*
9 Et abſti. ſe a viis no. tanquam ab immundis. *Nā modi viuēdi Gentilium erant in comeſtione idololaticorum & ciborum lege prohibitorum.*
10 Et præfert. no. iu. *idest, bona a iuſtis expectata præfert omnibus bonis vitæ præſentis.*
11 Videamus er. *i. p affictiones experiamur veritatē verborū eius.*
12 Si enim eſt verus filius Dei. *per gratiam iuſtificantem.*
13 Suſcipiet illum. *liberando de oppreſsionibus iniquis, & ſic factū eſt frequenter tempore veteris teſtamenti, ſicut patet in perſecutione Aman tempore Mardochæi, & tempore Machabæorum de perſecutione Antiochi.*
14 Contumelia & tormento interrogemus eū. *ſicut patet de ſeptē fratribus, qui cum matre contumelioſe, & tormentis magnis fuerunt interrogati, ſi vellent obedire regi. 2. Macha. 7. Aliter exponitur pars iſta de Chriſto, cuius paſsionem præuidens Salomon, hic deſcripſit eam, cum dicitur.* Circumueniamus ergo iuſtum, &c. *Quæſierūt enim Iudæi pluries Chriſtum capere in ſermone, vt patet ex decurſu euangelii. Et improperat nobis peccata legis. Improperauit enim eis Mar. 7. quod irrita faciebant mandata Dei propter traditiones ſuas. Promittit ſe ſcientiam Dei habere. Ioan. 7. d.* Eſt verus qui miſit me, quem uos neſcitis, ſed ego ſcio eum. Et factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum. *Chriſtus enim eos redarguens, cogitationes eorum propalauit Matthæi nono. a.* Et cum vidiſſet Ieſus cogitationes eorum, &c. *Grauis eſt nobis etiā ad videndum, propter odium quod conceperant contra eum. Cętera patent vſq; ibi:* Si enim eſt verus filius Dei, &c. *Hoc videtur eſſe pro iſta expoſitione, nā vera Dei filiatio competit ſoli Chriſto, qui eſt ſolus Dei filius naturalis, alij vero ſunt eius filij adoptiui.* Contumelia, & tormento interrogemus eum. *Chriſto enim pendenti in cruce dicebāt, Mat. 27. e.* Si filius Dei es deſcende de cru. &c. Morte turpiſsima conde. eum. *nam inter latrones ſuſpenderunt eum, vt ibidem dicitur. Erit enim reſpectus ex ſermonibus illius. Credebant enim Iudæi, q̄ Chriſto mortuo ſermones ipſius præcedentes reputarētur falſi, ſed contrarium contigit. Nam ipſo reſurgente & in cælos aſcendente fuit nomen eius exaltatum, & doctrina eius per orbem vniuerſum.*

(margin: Se 13 fratres.)

15 Hæc cog. *Præmiſſo errore circa immortalitatem animæ hic conſequenter error remouetur, cum dicitur:* Hæc cogitauerunt. *idest, quæ dicta ſunt.*
16 Et errauerunt, excęcauit. *& ſubditur cauſa erroris, cū dicitur:* Excæcauit enim illos. *Quod ſi referatur ad Iudæos ſpecialiter ſecū dum expoſitionē ſecundam, quod licet periti Iudæorum habuerint notitiā de Chriſto, ſicut plenius dixi ſuper illud Mat. d.* Videntes autem agricolæ dixerunt: Hic eſt hæres. *quia tamē cępit prædicare conceperunt contra eū inuidiam & odium, ex quibus obſcurata fuit in eis notitia, quā habebant de Chriſto, incipientes exponere prophetias de eo peruerſe. Si autē referatur ad impios generaliter, ſic ſimiliter, eſt verū, quod malitiæ affectus excæcat notitiam intellectus, maxime in moralibus, quia qualis eſt vnuſquiſque, talis finis ſibi videtur. 3. Ethicorum.*
17 Et ne. ſa. Dei. *i. occulta bona quæ præparauit diligentibus ſe, ideo ſubditur.*
18 Neque. mer. ſpe. in. *nullam retributionem expectantes.*
19 Nec iudi. ho. ani. ſan. *quod transferendæ ſunt ad conſortium angelorum.*
20 Quoniam Deus crea. ho. inex. *i. immortalem ex parte animæ contra corruptionem corporis, eo quod eſt compoſitum ex contrarijs elementis, dedit donum originalis iuſtitiæ, quo poterat anima corpus ſuum a corruptione præſeruare.*
21 Et ad im. ſim. ſu. fe. il. *quia fecit illum capacem Dei per cognitionem & amorem.*

Inui-

*Reſpexit dominus ad Abel et ad munera ei⁹, ad Cain vero & ad munera eius non reſpexit. Iratuſq; eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius.* Liuor itaq; ſacrificij fratricidij ſeminariū fuit. Nam quē meliorem ſe eſſe

introiuit in orbem terrarum.
¶Filij perditionis.
ſunt ex parte illius.

Imitantur autem illum, qui 1
2
3

1 ſe doluit ne vtcum- D
2 que eſſet amputauit.
3 Dicendum eſt inuidis, quia dum ſe iſta intrinſecus peſte conſumunt, etiam quicquid in ſe aliud boni habere videntur interimunt.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Inuid.aut.diabo.mors intr.in or. *quia per tentationem ipſius, primi parentes mandatum Dei tranſgredientes perdiderunt originalem iuſtitiam, & ſic incurrerunt neceſſitatem moriendi, Geneſ.3.*
2 Imitantur autem illum. *ſcilicet, diabolum.*
3 Qui ſunt ex parte illius, &c. *ideſt, omnes impii, de quibus dicitur Iohan.8.f.* Vos ex patre diabolo eſtis, &c.

CAP. III.

a *IVſtorum au. an.* In priori capite iniquorū ſententia expreſſa eſt quam contra Chriſtū protulerunt. Nunc autem condemnantur ſtultitiæ, quia ſanctos interire putant, quos pro eius confeſſione trucidant. Sicut holocauſtum quod totū per ignem offertur Deo acceptum eſt, ita paſſio martyrum per calorem fidei, & charitatis feruorem in odorem ſuauitatis Deo oblata, in conſpectu domini pretioſa. vnde: Pretioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius.
b *Fulgebunt iuſti & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent.*
* Gregor. Arundinetum nāque

CAP. III.

¶Martyrum. ¶Protectione.
a IVſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tan- 1
¶ Aeternæ. 2
get illos tormētum mortis Viſi ſunt oculis in- 3
a ¶Qui palmam martyrij afflictionem putant & exterminium.
b ¶ Ideſt finis, quia nullum finem præter afflictionem putabant eos habituros.
ſipientium mori, & æſtimata eſt afflictio exitus 4
a Reputatione malorum.
illorū. Et ab itinere iuſto abierunt in extermi- 5
a Perpetuæ quietis, nunc in ſpe, tandem in re. 6
nium, & quod a nobis eſt iter exterminii, illi autem ſunt in pace. 7
a Quia coronam Deo corona gloriæ. 8
b Indefectiua. c Vera. 9
Et ſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt, ſpes illorum immortali- 10
a Corporaliter. b Quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam.
tatis plena eſt. In paucis vexati, in multis bene diſponētur, quoniam 11
a Ideſt caſtigauit multis tribulationibus. b Tentatos vel tribulatos 12
c Participatione beatitudinis ſuæ.
Deus tentauit eos, & inuēnit illos dignos ſe. Tanquam aurum in 13 14
a Sicut aurum in fornace non vritur, ſed probatur, ita martyres non deficiunt, ſed ad gratiam præparantur.
fornace probauit illos, & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos,
a Quaſi Non eſt perpetua mors ſanctorum, ſed in die iudicij copioſa remuneratio.
b In die iudicij quando coronabit. ¶In die iudicij.
c Ignis qui arundinetum cito conſumit, ſubitam ſanctorum mutationem, & vindictam celerem reproborum demonſtrat.
b c & in tempore erit reſpectus eorum † Fulgebunt iuſti, & tanquā ſcin- 15
c Subito malos conſument. b Quia per illos iudicabit Deus, quia nullus reſiſtet eis. 16
tillæ in arundineto diſcurrent. Iudicabunt nationes, & dominabun- 17
a Regni eius non erit finis. b Verè.
d tur populis, & regnabit dominus illorum in perpetuum. Qui confi- 18
¶Quia ſecundum confidentiam veram datur intellectus veritatis.
a Quia in futuro a ſocietate eius non potuerunt auelli, quem hic fide & ſpe tenebant. 19
dunt in illo, intelligent veritatem, & fideles in dilectione acquieſcēt, 20

que vitam ſecularium appellat, qui morte arundinum per temporalem gloriā foris quaſi ad alta proficiunt, ſed intus a ſoliditate veritatis inaneſcunt. Vnde & Iudæorum regnum calamo cōparatur, cum per prophetam apparente in veritate carnis Domino dicitur, Calamum quaſſatum non confringet, & linum fumigans non extinguet. E Iſa.42.
c *Scint.* Scintilla duo facit, ſcilicet mutat citò arundinetum, & vindicat.
d *Et regna. do.* Cum quo & mēbra regnabunt. vnde in Daniele: *Regnum & poteſtas & magnitudo regni quæ eſt ſuper cœlum, dabitur populo ſanctorum altiſſimi.* Dan.7.d.
☞ *Sapien.* F

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. III.

IVſtorum au. *Hic conſequenter remouetur tertius error, qui eſt circa mortem iuſtorum, quam multi ignominioſam reputabant, quā ab erāt in afflictionibus, & tormentis, nam omnia talia credebant eſſe pœnas alicuius peccati præcedentis, vt ſupra dictum eſt. Primo ergo ponitur huius erroris remotio, ſecundo cuiuſdam dicti declaratio, cap. ſequenti. Circa primum primo oſtenditur mors iuſtorum (quamuis ſit pœnalis) eſſe glorioſa. Secundo mors iniquorum ignominioſa, ibi:* Impij autem. *Circa primum dicitur.*

1 Iuſtorum au.an. *Sunt enim immortales, vt dictū eſt, & ideo ſeparatæ a corporibus per mortem ſunt in manu diuinæ miſericordiæ per ſecuritatem gloriæ conſequendæ. Nam a tempore paſſionis Chriſti, per quam aperta eſt ianua gloriæ, ſi non habeant aliquid purgandū, ſtatim euolant ad gloriam. Si autem habeant aliquid purgandum, detinentur in manu diuinæ iuſtitiæ in pœna purgatorij ad tempus, ſunt tamē ſecuræ de ſua beatitudine conſequēda. Tēpore vero quod fluxit ante paſſionem quamuis eſſent purgatæ, non recipiebantur ad gloriā, erant tamen ſecuræ de ipſa conſequenda, remoto impedimento naturæ per futurum redemptorem.*

2 Et non tan.il.tor.mor. *Si autē loquamur de tormento quod eſt per ſeparationem animæ a corpore, hoc eſt cōe bonis & malis. Sed tormentum mortis hic dicitur illud ad quod per mortē deuenitur, & hoc eſt tormentum gehennæ, quod non tangit iuſtos, licet tormentū purgatorij eos tagat quādo non purgantur totaliter in vita præſenti, veruntamen non tangit eos ſicut iuſtos, ſed vt peccatores, nō tamen peccatis remanentibus, ſed præteritis pro quibus remanſerunt ad pœnam temporalem obligati.*

3 Vi.ſūt ocu.in. *totaliter in anima & corpore, vt patet ex pdictis.*

4 Et æſt.eſt af. *ideſt, exitus illorum de hoc mundo reputatus eſt mera afflictio ab illis, qui nullam vitam hominis credunt poſt iſtam.*

Et

5 Et ab itinere iu. *ideſt, a via iuſtitię quam tenuerunt in hoc mundo ſecundum veritatem.*

6 Abierunt in exter. *ſecundum inſipientium errorem.*

7 Et quod a no.eſt iter. *ſecundum dictum errorem qui dicit recedentes a nobis per mortem totaliter exterminari.*

8 Illi au. *ideſt, iuſti qui ſic erronee creduntur exterminati.*

9 Sunt in pa. *Anima enim remanens, eo quod eſt principalior pars hominis accipitur pro toto.*

10 Spes il.im.ple. *quia non poteſt amitti, immortalitas vero Adæ non fuit plena: nam amitti poterat, & fuit amiſſa.*

11 In pau.ve. *ſcilicet, in illis quæ ſunt homini communia & brutis.*

12 In mul.be.diſ. *per gloriam animæ & corporis.*

13 Quoniam Deus ten. *Eſt autem tentare accipere experimentū de ignorantia, vnde, & illa pars logicæ, quæ ad hoc ordinatur, dicitur tentatiua. Deus autē nihil ignorat, & ideo non tentat ſanctos per afflictiones corporis, vt accipiat inde aliquam notitiā, ſed vt virtus patientiæ eorum nota fiat alijs ad exemplum imitationis, & propter augmentum ſuæ retributionis, ideo ſubditur.*

14 Tanquam aurum in. *quod ibi nō deterioratur, ſed melioratur.*

15 Et in tempo.retrib.er.reſ. *Non ſolum quantū ad animam, ſed etiam quantum ad corpus, quod reſurget glorioſum, ideo ſubditur.*

16 Fulgebunt iu. *per dotem claritatis.*

17 Et taqu. *per dotem agilitatis, quia corpus obediet ad nutum animæ, quantum ad localem motum.*

17 Iudi.nat. *nam perfecti iudicabunt cum Chriſto in iudicio finali.*

19 Qui con.in illo in.veritatem. *Et iſti ſunt, qui de ſenſu proprio nō præſumunt, quæ præſumptio hominem inuoluit tenebris ignorātiæ, ſed in dubiis confidenter ad Deum recurrunt, & ſic datur eis lumē intelligentiæ. Et quia talis cognitio habet charitatem annexam, ideo ſubditur.*

20 Et fidel.in dilect.acquieſ.il. *captiuantes intellectū ſuum in ob-*

a *Sapien.* Rab. A poſſunt hæretici in hac ſententia notari, qui ſapiẽtiam diuinam, & fidei regulã abijciunt, labores doctrinæ ſuæ, & errorũ ſectas ſine fructu vitæ æternæ expendentes, quorum intentio ſtulta, & nequiſſima opera. Factura. Sapiẽtia enim quæ Deus benedicendo creauit, non maledicit, ſed operationẽ reproborum maledictione æterna dignã eſſe oſtẽdit. b *Quo. ſe.* Rab. B Poteſt in ſterili & in ſpadone virginum ordo intelligi. De quo in Eſaia dicitur: Nõ dicat eunuchus, *Ecce ego lignum aridum, &c.* Talem fuiſſe eunuchum Iohannem quẽ Ieſus amauit plurimum, vt Eccleſiaſticæ hiſtoriæ tradunt, qui ſu- C pra pectus domini in cœna recubuit, qui Petro tardius ambulante, eleuatus virginitatis alis ad dominum cucurrit, vt qui auſus eſt dicere, quæ ſecula neſcierant. *In principio erat verbum, &c.* Fatiſcat igitur cauillatio Iudæorum, quæ ſemiuiris aperit regnum cælorũ, cum pudicitia ſit in voluntate animi, non debilitate corporis. c *In die agnitio. allocutionem nationes enim iniquæ, diræ ſunt conſu. &c.* ideſt, iudicii, quando electi a iudice ſuo agniti, ad regnũ poſſidendum inuitabuntur. Mali autem nulla ſpe reſtaurationis cõſolabuntur. Sed in æternum cruciandi a conſpectu ſummi regis expellentur.

† Eſa. 45. a. Eſa. 56. a. † domini. † 59. diſ. c. ſi. 32. q. 4. cap. dicat. Eſa. 56. b. Ioan. 13. c. † Nationis.

a ¶ Aeternæ ſocietatis. b ¶ Perpetua. c ¶ Quos elegit de mundo. d ¶ Quia cum iuſti ibant in requiem cum populo ſanctorum altiſſimi, impii ibunt in ſupplicium æternum.
illi quoniam donum & pax eſt electis eius. Impii autem ſecundũ quæ 1
a ¶ Pœnam. b ¶ Iuſtitiam, vel ipſum Deum.
cogitauerunt, correptionem habebunt, qui neglexerunt iuſtum, & 2 3
a ¶ A domino recedunt, qui ſapientiam & diſciplinam abiiciunt. b ¶ Male operando.
a a domino receſſerunt. Sapientiam enim & diſciplinam qui abiicit, in 4 5
a ¶ Quia putant temporalia fore æterna, peccata impunita. b A æternæ mercedis. c ¶ Quia cæleſtem habitationem non merentur.
felix eſt, & vacua eſt ſpes illorum, & labores ſine fructu, & inhabitabi 6 7 8
a ¶ Quia Voluptates carnis, vel prauæ interpretationes, vel dogmata.
lia opera eorum. Mulieres eorum inſenſatæ ſunt, & nequiſſimi filii il- 9 10
a ¶ Opera praua vel dogmata. b ¶ Ideſt, digna maledictione. c ¶ Caſta & continens anima, quæ ſcilicet nec hæreſi, nec idololatria polluitur. 11
b lorum. † Maledicta creatura eorum, quoniam felix eſt ſterilis & inco 12
a ¶ Adulterii. b ¶ In die iudicii. c ¶ Aeternæ beatitudinis. 13
a ¶ Quoniam reſpicit Deus animas ſanctas remunerando, & ipſæ reſpicient eum contemplando. 14
inquinata quæ neſciuit thorum in delicto. Habebit fructum in reſpe 15
a ¶ Eunuchus propter regnum cælorum.
ctione animarum ſanctorum. Et ſpado qui non operatus eſt per ma- 16
nus ſuas iniquitatem, nec cogitauit aduerſus Deum nequiſſima. 17
a ¶ Inter ſanctos. b In cælo. 18
† Dabitur enim illi fidei donum electũ, & ſors in templo † Dei acce- 19
a ¶ Quia gaudium æternum. Vere glorioſus eſt fructus, quia ſapientia eſt fructus, ideſt, vitæ æternæ, quæ ſapientia non aufert, ſed confert vitam b ¶ Sed perpetuæ ſaluti afferat fructum.
ptiſſima. Bonorũ enim laborũ glorioſus eſt fructus, & quæ non con- 20 21
a Diſcipuli hæreticorum qui verbum Dei adulterant. b Aeterna ſcilicet, conſumptione.
cidat radix ſapientiæ. † Filii autem adulterorum † in conſumma- 22 23
a Pollutæ conſcientiæ. b Filii. Diſcipuli. c In futuro. ideſt, corpore polluto, conſcientia mala, ideo a domino exterminabitur:
tione erunt, & ab iniquo thoro ſemen exterminabitur. Et ſi quidem 24
a Quia memoria illorum in æternum benedictione carebit. 25
longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur, & ſine honore erit 26 27
nouiſſima ſenectus illorum. Et ſi celerius defuncti fuerint, non ha- 28
c bebunt ſpem, nec in die agnitionis allocutionem. † Nationes enim 29
Damnationis. 30
iniquæ, diræ ſunt † conſummationis. 31 32

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

* ſequium Chriſti.

1 *Quoniam donum.* gratię in præſenti.

2 *Et pax.* in futuro. *Eſt electis eius.* nam ibi quietabitur totaliter eorum appetitus.

3 *Impii autem.* Hic conſequenter oſtẽdit mortem impiorũ ignominioſam, & ſecundo mulieres eorum & prolem, ibi: *Mulieres.* Circa primum dicitur. *Impii au. ſe. qui. cog.* ideſt, ſecũdum demerita erroris ipſorum.

4 *Correption. ha.* i. punitionem æternã, cuius ratio ſubditur.

5 *Qui neglexerunt iu.* ideſt, opus iuſtum noluerunt facere.

6 *Et a domino receſſe.* qui eſt bonitatis infinitæ, propter qđ eorum punitio eſt infinita, non intenſiue, quia hoc eſt impoſsibile, ſed extenſiue, ideo ſubditur.

7 *Sapientiam enim & diſciplinam qui abiicit in. eſt.* quia per hoc venit ad hanc punitionem.

8 *Et vacua eſt ſpes illorum.* Licet ſpes ſit proprie de futuro bono, tamen large accipiendo accipitur de euaſione mali futuri, inquantum euaſio mali apprehenditur vt quoddam bonum. Impij vero de quibus loquitur ſcriptura, nullam pęnã vel præmiationem credebant eſse poſt mortem. Et ideo dicitur quod vacua eſt ſpes illorum, qua credunt euadere omnem pęnam poſt mortem.

9 *Et labores ſine fructu.* quia licet frequenter plus laborent in hoc mundo quam iuſti, tamen de ſuis laboribus nõ aſportant fructum glorię, ſed miſeriam pęnæ.

10 *Mulieres.* Hic conſequenter oſtenditur eorum ignominia in perſonis coniunctis, & primo facit propoſitũ, ſecũdo infert duplex corollarium, ibi. *Quoniam felix ſterilis.* Circa primum dicitur. *Mulieres eo. in. ſunt.* ſequentes mores virorum ſuorum.

11 *Et ne. fi. eo.* ſequentes vitam & doctrinam parentum.

12 *Maledicta crea. ea.* ideſt, promoti per eos qui dicuntur eorum creatura, & conformant ſe illis.

13 *Quoniam fe. ſte.* Hic ex prędictis infert duplex corollarium. Secundum ponitur ibi: *Filii autem.* quia dixerat, quod filij iniquorum parentum cedunt in ignominiam ipſorum, iõ ſubditur: *Quoniam felix ſterilis.* quia licet ſit in matrimonio, non tamen habet filios in eius ignominiam cedentes.

14 *Et coinquinata.* quia ſi eſſet ſterilis & adultera, non eſſet felix, ſed miſera.

15 *Habebat fructum.* a Deo pro ſua continentia coniugali, melius quam ſi ſibi eſſent filij.

16 *Et ſpado, &c.* ideſt, impotens generare, qui tamen eſt ſanctæ vitæ, ideo ſubditur.

17 *Qui non ope.* quantum ad peccatum operis.

18 *Nec cogitauit aduerſus Deum.* quantum ad peccatũ cordis.

19 *Dabitur enim illi fidei donum.* ideſt, donum glorię quod datur pro fide formata charitate, ideo ſubditur.

20 *Bonor. enim la. glorio. eſt fru.* Et quoniam æternus eſt, ſubditur.

21 *Et quæ non con. ra. ſa.* De tali. n. ſpadone dicitur, Eſa. 56. b. *Non dicat eunuchus: Ecce ego lignum aridum, quia hæc dicit dominus eunuchis: Qui cuſtodierint ſabbatha mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomen melius a filiis & filiabus, nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit.*

22 *Filii au. adul.* Hic infert ſecundum corollarium de filijs iniquorum, dicẽs. *Filii au. ad.* Et potiſsime adulterio ſpirituali, quod eſt idololatria.

23 *In con. erunt.* ideſt, in exterminatione.

24 *Et ſi qui. lon.* in præſenti.

25 *In nih. com.* Nam vita præſens nullius eſt momenti reſpectu futurę.

26 *Et ſine ho.* vero.

27 *Erit no. ſe.* Nam honor eſt pręmium virtutis. 3. Ethi. propter quod ille ſolum eſt honor verus, qui defertur alicui in teſtimonium ſuæ virtutis, propter quod ſenectus carens virtute per conſequens vero caret honore.

28 *Et ſi ce. de. fue.* ante ſenectutem.

29 *Non habe. ſpem.* vitæ futurę.

30 *Nec in die agni.* i. iudicij generalis in quo omnia cognoſcentur etiam occulta cordium.

31 *Allocutionem.* ideſt, de ſuis malis excuſationem.

32 *Nationes, &c. con.* ideſt, duræ contemplationis, quę eſt ad pęnam ignis gehennalis.

CAP.

CAP. IIII.

a O *Quam pulchra, &c.* Ra. Vituperatis & hæreticis & ſchiſmaticis laudat catholicos, & eorũ diſcipulos, quorũ fides pura & ſimplex doctrina, & iõ æterna digna memoria, quoniam eorum generatio apud Deũ probata. Diſtingue verba, ſcilicet, pulchra, quantum ad opera, caſta, quantum ad innocẽtiam mentis, clara, quantum ad virtutũ nitorem. Poteſt eſſe caſta corpore, & pulchra in ſuperficie, & ideo ait: Cum claritate. &c.

b *Præmium vincens.* Præmium datũ pro certamine tranſitorio, quod maius eſt illis certaminibus & perſecutionibus.

c *Multigena aut. im.* Alternatim de catholicis & hæreticis loquitur, vt horum laudabilem ſapientiam, illorum vituperabilem demonſtret ver ſutiam.

*Plan-*

CAP. IIII.

a O Quam pulchra eſt caſta generatio cum cla- 1
Apud Deum.
ritate. Immortalis eſt enim memoria illius, 2 3
a Id eſt probata eſt.
quoniam & apud Deum nota eſt, & apud 4
In præſenti ſcilicet, vita. a Proueceti exemplo eius.
homines. Cum præſens eſt illam imitantur 5
a Qua & recordationem ſui poſteris relinquit. b Non erit ſcilicet dolor de peracto certamine, quia perſecutionum magnitudinem præmium vincet. 6
& deſiderant eam cum ſe abduxerit, & in perpetuum corona- 7
b ta triumphat, incoinquinatorum certaminum præmium vin- 8
a Multiplex. b Hæreticorum. c Multiplex ſcilicet doctrina. d Sed nocina.
c cens. Multigena autem impiorum multitudo non erit vtilis, 9
a Alias ſpuria vitulamina. Superflua argumenta. b Expoſitio. 10
Quia perſecution s vento, vel examine iudicii cito decident
d & adulterinę plantationes non dabunt radices altas, nec ſta- 11
a Sententiis peruerſæ ſcripturæ. 12
b Ad horam ſcilicet.
bile firmamentum collocabunt. Et ſi in ramis in tempore ger- 13
minauerint, infirmiter † poſita a vento commouebuntur, & a 14 15
a Perſecutionum, vel diſcuſſionum iudicii. b Penitus euellentur.
nimietate ventorum eradicabuntur. Confringentur enim 16
Senſus. Praui venenoſi. 17
rami inconſummati, & fructus illorum inutiles & acerbi ad- 18
manducandum, & ad nihilum apti. Ex iniquis enim omnes fi- 19
a Diſcipuli, vel opera. b Probatio ſcilicet, & argumentum, quia merito damnandi ſunt. c Hæretici, vel quoslibet malos.
lii qui naſcentur, teſtes ſunt nequitiæ aduerſus parentes in 20
a A malis occiſus perſecutoribus.
e interrogatione ſua. Iuſtus autem, ſi morte præoccupatus 21
a Quaſi. Non ætas corporis ſed maturitas mentis, & morum probitas laudatur.
fuerit, in refrigero erit. Senectus enim venerabilis eſt 22
a Quaſi bene canus eſt qui bene ſenſatus 23
f non diuturna, neque numero annorum computata. Cani au- 24
a Quaſi: Bene eſt ſenex, qui mundus & ſimplex.
tem ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata. 25
26

d *Plantationes.* Quoniam μόσχος Græce, vitulus Latine dicitur: μοσχεύματα quidam non intellexerunt eſſe plantationes, & vitulamina interpretati ſunt, qui error tam multos codices præoccupauit, vt vix inueniatur aliter ſcriptum.

e *Iuſtus, &c.* Rab. Cum dixiſſet de malorum interitu, de bonorum requie addidit, quia poſt finẽ vitæ præſentis, qui bonis & malis eſt cõmunis, hi de morte tranſeunt ad vitam, illi de vita ad mortem æternam.

f *Cani quidem ſunt ſenſus hominum, & ætas, &c.* ✱ Ambro. Et ideo, inquit, *Cum veneris ad ſeniorum concilium, claude os tuum, &c.* Et alibi habet ſententia, Diſcendum prius eſt quam loquendum. Aures ergo paratas habe, vt aliquid de ſapiẽtium conſilijs conſequaris. Lingua reprimenda eſt, auditio præparanda.

D

† poſitæ

E

F

*Pla-*

## NICOLAVS DE LYRA.

CAP. IIII.

1 O Quam pul. *Errore remoto circa mortem iuſtorum, hic conſequenter declaratur quoddã dictum, ſcilicet quod iuſti ſemper ſunt melioris conditionis quã iniuſti, & hoc primo declaratur ſecudũ ſtatũ præſentis vitę, ſecundo ſecundum ſtatum vitę futuræ cap. ſeq. Iſta tamẽ diuiſio non eſt ſic præciſa, quin de materia vnius partis aliquid ponatur in alia & econtra propter connexionẽ. Prima in duas, qa primo declaratur propoſitũ in iuſtis vitæ longioris, ſecundo, in illis q ſunt breuioris vitæ, ibi: Iuſtus autẽ ſi morte. Circa primũ primo ponitur iuſtorum eminentia, cum dicitur.* O quam pul. eſt ca. gen. *i. iuſtorum multitudo quæ eſt caſta corpore, reſcindendo illicita carnis, & etiam mente, præcauendo vitium infidelitatis & idololatriæ.*

2 Cum clari. *ſcilicet, ſapientiæ, quæ datur iuſtis.*

3 Immorta. eſt enim me. *Et ſubditur immortalitatis modus.* Quo. apud Deum no. *notitia approbationis. In Deum vero nulla cadit obliuio, & ſic eius memoria eſt immortalis ſimpliciter.*

4 Et ap. ho. *& ſic eſt immortalis ſaltẽ ſecundum quid, nam memoria iuſtorum fit in eccleſia, quæ a primo Abel iuſto incepit ſecũdũ Grego. homi. 7. Si autem loquamur de hominibus ſanctis qui ſũt in patria, ſic talis etiam memoria eſt immortalis ſimpliciter.*

5 Cum præſens eſt. *ideſt in præſenti vita exiſtens.*

6 Imitantur illam. *quia multi etiam inſolentes per exempla vitæ ſanctorum emendant vitam ſuam.*

7 Et de. eam cu. ſe. *Cum enim iuſti de vno loco tranſeũt in aliũ ad habitandum, illi cum quibus habitabant, communiter deſiderãt eorũ reditum. Aliter tamen exponitur de eductione a præſenti vita & p ſenium, quia talis mors dicitur quaſi naturalis. Et ſic tales dicũtur ſe quodammodo educere de preſenti vita, quia ſolũ eſt a principio intrinſeco. Poſt mortẽ vero talium recordatur frequẽter bona vita ipſorũ, tanquã deſiderata redire ſi poſſet eſſe. Et huic expoſitioni videtur litera ſequens concordare, cum dicitur.*

8 Et in perp. coro. triump. inc. cert. prẽm. *Iungatur ſic litera. Et vincens carnẽ, mundũ & diabolum, qui perfecte vincuntur a iuſtis in morte ipſorum.* Trium. *ideſt, acquirit præmium.* Incoinqu. cer. *i. præmium quod redditur pro certaminibus incoinquinatis contra dictos hoſtes.* In perpetuum co. *ſupple eſt a Deo pro dicta victoria.*

9 Multi, autem. *Hic ſecundo declaratur iniquorum deficientia, cũ dicitur.* Mult. aut. im. mul. *quæ dicitur multigena propter eius magnitudinem, Eccl. 1. d.* Stultorum infinitus eſt numerus.

Non

10 Non erit vtilis. *quia non valet ad finem intentũ, ſicut medicina dicitur inutilis, quę non inducit ſanitatem. Omnes autẽ homines in quãtum ſunt ad imaginem Dei facti, ſunt ad beatitudinẽ ordinati, propter quod impij ab ea deficientes dicũtur inutiles, iõ ſubditur.* Et adulterinę plan. *ideſt, omnes impij qui ſic nominantur, eo quod per adulterium ſpirituale fiunt filij diaboli.*

11 Non dabunt rad. al. *nã nõ poſſunt aſcendere ad bona cæleſtia.*

12 Nec ſta. fir. col. *quia totam ſuam fiduciam in bonis mundanis & ruinoſis ponunt.*

13 Et ſi in ra. *ideſt, in bonis temporalibus proſperati fuerint.*

14 Infirmiter poſi. *i. in confidentia præſentis vitæ quæ labilis eſt.*

15 A vento commo. *ideſt, a Dei ſententia ſuper eos irruente.*

16 Eradicabun. *a bonis preſentis vitę, in quibus fixerant radicem.*

17 Confrin. enim ra. *quia frequenter talium mors acceleratur.*

18 Et fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducan. *nam ex eorum operibus non habentur exempla bona, ſed mala.*

19 Ex iniquis enim omnes filij qui naſcen. teſtes ſunt nequitię aduer. *Ex hoc enim quod ſunt imitatores paternorum ſcelerum, teſtificantur malitiam ipſorum.*

20 In inter. ſua. *Cum enim interrogãtur cuius ſint filij, reſpondent ſe eſſe filios illorum, de quibus notum eſt, quod fuerint iniqui.*

21 Iuſtus autem ſi mor. *Hic conſequenter oſtẽditur præeminẽtia iuſtorũ breuioris vitæ. Et diuiditur in duas partes, qa primo facit propoſitũ, ſecundo ponitur defectus impiorum, ibi:* Populi autem. *Circa primum dicitur.* Iuſtus au. ſi mor. *antequam veniat ad ſenectutem.* Diuiſio.

22 In refri. erit. *i. in quiete a miſerijs præſentis vitæ, & ſic eſt melioris conditionis quã iniquus diu viuens, qui frequẽter incurrit tribulationes corporis & animæ. Sed quia poſſet obijci, quod ſaltem prius tus eſt ſtatu ſenectutis venerabilis, ideo remouet hoc dicens.*

23 Senectus enim venerabilis eſt. *i. venerari digna, non eſt in multitudine annorum, ſed in maturitate morum, quam aſſecutus eſt iuſtus, licet ſit iuuenis ætate, ideo ſubditur.*

24 Cani autem ſunt ſenſus hominis, &c. *ſcilicet, iuſti, quia ſunt bonitate maturi.*

25 Et ætas ſenectutis. *venerabilis.*

26 Vita immaculata. *ſiue breuis fuerit, ſiue longa. Conſequẽter ponitur alia conditio iuſti cito morientis, quia per hoc eripitur de conſortio impiorum, a quo poſſet peiorari propter variabilitatem liberi arbitrij, propter quod acceleratio ſuæ mortis videtur ſignum diuinæ dilectionis, & hoc eſt quod dicitur.*



Pla-

a Placens Deo factus dilectus, & viuens inter peccatores translatus eſt. 1
a ¶Negatio hæreticorum.
Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio decipe- 2
a In amplexibus. b Corrumpunt bonos mo.col. praua. Vnde: Ne comedas cum homine verboſo & immundo, &c. 3
b ret animam illius. Faſcinatio enim nugacitatis obſcurat bona, & in- 4
conſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum ſine malitia. Conſum- 5
matus in breui expleuit tempora multa. Placita enim erat Deo ani- 6
ma eius, propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatũ. 7
Perſecutores. Fa nam. Gloriam futuram.
Populi autem videntes, & non intelligentes, nec ponentes in præ- 8
a Scilicet, vita æterna.
cordiis talia, quoniam gratia Dei & miſericordia in ſanctos eius, & 9 10
a Condigna retributio. b Iudicabit, ſcilicet, in futuro. c Martyr. 11
d Perſecutores ſuos vnde: Reddite illi ſicut ipſe reddidit, & duplicate duplicia ſecundum opera eius.
reſpectus in electos illius. Condemnat autem iuſtus mortuos, viuos, 12
Perſecutoris. 13
impios, & iuuentus celerius conſummata longam vitam iniuſti. 14
Mortem. Martyris. a Quod, ſcilicet, ſit daturus ei vitam æternam. 15
Videbunt enim finem ſapientis, & non intelligent quid cogitaue-
Armis fidei. Mori ſcilicet 16
rit de illo Deus, & quare munierit illum dominus. Videbunt e- 17
Quaſi non exiſtentem. a In iudicio, quando ſibi ſperabant prodeſſe, inuenient nocuiſſe. 18 19
nim, & contemnent illum, illos autem dominus irridebit. Et e-
a Sicut olera herbarum cito deci. b Damnatos. 20
runt poſt hæc decidentes ſine honore, & in contumelia inter mor- 21
Dominus. a Superbia. b Excuſationis. 22
c tuos in perpetuum. Quoniam diſrumpet illos inflatos ſine voce, & 23
a Euertet, ſcilicet, vitam illorum, quam ſtabilem eſſe putabant. 24
commouebit illos a fundamentis, & vſque ad ſupremum deſolabun- 25
a In pœnis, quia conſolatione nulla releuabuntur. b In æternum. c Ad iudicium. 26
tur. Et erunt gementes, & memoria eorum † periet. Venient in 27
a Agnoſcentes, ſcilicet, quæ fecerunt cogitatione accuſante. b Conſcientia malorum. 28
c In ignem æternum. d Accuſantes.
cogitatione peccatorum ſuorum timidi, & traducent illos ex aduer- 29
ſo iniquitates ipſorum.

† peribit

A a *Placens Deo.* Rab. Non ideo tollit Deus electũ ſuum de mũdo, quod non poſſet inter peccatores eum immunem a peccato ſeruare, qui diſcipulos quos mittebat quaſi agnos inter lupos patri cõmendauit, dicens: Non rogo vt tollas eos de mũdo, ſed vt ſerues eos a malo. (Luc. 10.a. Ioan. 17.c. Rom. 9.c.) Sed in hoc ſua ratione obſeruat, vt quos præſciuit & prædeſtinauit, vocet & iuſtificet: alios autem pro iniquitate damnet. B Vnde Petrus: *Nouit Deus pios de tentatione eripe. iniquos verò in diem iudicij cruciandos reſeruare.* (1. Pet. 2. b.)

b *Faſcin.* Rab. Notatur hac ſententia generalis laſciuia reproborum. ſed manifeſtius aſtutia, hæreticorũ, qui prauis doctrinis & cupiditate nociua, auertunt ſenſum hominis a tramite veritatis: Faſcinat. n. & grauat, quia adulando impedit vel laudando decipit, vnde: *Currebatis bene, quis vos faſcin.* (Gal. 5. b.) Et in Prouerb. dicitur: *Donum inuidi cruciat oculos.* Inuidus enim Græce ſignificantius faſcinator dicitur. His exẽplis docemur, quod inuidus aliena fęlicitate cruciatur. Vel, qui fęlix eſt alio faſcinante læditur.

Rab. In priori ſchemate, vel comate hæreticorum perfidiam, in ſequenti exprimit martyrũ gloriam, qui in breui tormento laudabilem expenderunt vitã, ſed mors ipſa fuit in eis ætas annoſa, qui eis æternam vitã peperit. *Deus enim eos a malorum ſocietate ſeparauit, vt abſconderet eos in abſcondito faciei ſuæ a conturbatione hominum.*

c *Sine voce et cõ.* quia erunt inexcuſabiles, quia cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in prauis cogitationibus ſuis.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Placens Deo factus dilectus, & viuens inter peccatores translatus eſt. *Et patet litera paucis exceptis, quæ diſcurrentur.*
2 Ne malitia, &c. *Id eſt, ne aperti mali mutarent eum violentia tormentorum.*
3 Aut ne fi. *id eſt, hypocritæ deciperent eum per apparentiam boni.*
4 Faſcinatio en. *Eſt autem faſcinatio propriè illuſio ſenſuum, ſed tractum eſt hoc nomen ad ſignificandum omnem deceptionem.*
5 Nugacita. *id eſt, verboſitatis ornatæ.*
6 Obſcurat bo. *quia frequenter facit ea apparere mala.*
7 Et inconſtantia con. tran. *quia vehementia paſſionis peruertit iudicium rationis, & maximè in ſimplicibus, in quibus minus viget ratio. Ideo ſubditur.* Sine malitia.
8 Populi au. *Hic conſequenter ponit defectum impiorum, & primo quantum ad intellectũ, dicens:* Populi autem. *id eſt, inſipientes, quorum eſt maior multitudo, vt prædictum eſt.*
9 Videntes. *iuſtum morte præoccupatum.*
10 Et non in. *quòd ſit receptus in refrigerio, vt prædictum eſt, quia non credunt aliam vitam poſt iſtam.*
11 Nec ponent in præ. *id eſt, in interioribus mentis.*
12 Talia *ſcilicet.* Quoniam gratia Dei & mi. eſt in ſanc. eius. *in præſenti vita.*
13 Et re. *diuinæ dulcedinis.*
14 In electos illius. *in futuro.*
15 Condemnat autem iu. *Nam recordatio ſuæ iuſtitiæ oſtendit iniquos condemnabiles.*
16 Videbunt enim finem ſa. *morte præuenti.*
17 Et non in. quid co. *quia non credunt beatitudinem futuram quam Deus diſpoſuit eis dare.*
18 Et quare illum domi. *breuiando vitam eius, cuius rationes ſunt ſuperius tactæ.*
19 Videbunt e. & con. *Reputant enim fatuos, & inſanos exponentes ſe morti pro iuſtitia.*
20 Illos autem Deus irri. *id eſt, deriſibiles oſtendet in morte.*
21 Et erunt poſt hæc. *id eſt, poſt delicias, & honores huius vitæ.*
22 Decident ſine honore. *in manu dæmonum.*
23 Et in con. in. mor. in p. *Mortuus aũt eſt diues, & ſepultus eſt in inferno. Et ſic priuantur honore iuſtorũ, quorum animæ ad requiem deferuntur per obſequium angelorũ, vt ibidem dicitur: Factum eſt autẽ vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ.*
24 Quoniam di. illos. *animas a corporibus ſeparando.*
25 Inflatos, &c. *ſuperbia.*
26 Sine voce. *quia non poterunt ſe defendere vel excuſare.*
27 Et com. illos a funda. *id eſt, ab amicis carnalibus & bonis terrenis quibus innitebantur, ſicut domus fundamento.*
28 Venient in. co. pec. &c. *Sicut dicitur de Antiocho Epiphane.*
29 Et traducent illos ex aduerſo, *id eſt, a fęlicitate temporali ad miſeriam ſempiternam.*

Con-

## CAPVT V.

C CAP. V.

a *Tunc. Laſſati ſu.* Rab. Laſſati ſũt philoſophi in via iniquitatis, quia ratiocinando mundi machinam diui-

a ¶Cum iudicabuntur populi impij. b ¶Iudicantes. c Perſecutores ſunt.
a TVNC ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos 1 2
a In martyrio. b Stultos, ſcilicet, & vanos iudicauerunt. c Conuerſos.
qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerunt labores il- 3 4

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. V.

Diuiſio. TVnc ſtabunt iuſti in mag. con. *Declarata præeminẽtia iuſtorum, & defectu iniquorũ quantum ad ſtatum pñtis vitæ, hic conſequenter hoc facit quantũ ad ſtatũ futuræ. Et primo facit hoc coniunctim, ſecundo ſeparatim, ibi:* Ergo errauim. *Circa primũ dicitur:* Tunc

1 Tunc. *id eſt, tempore iudicii, & continuatur mors illorũ & iniquorum, de qua factus eſt ſermo in ca. immediatè præcedenti, quia qualis in morte quis inuenietur, talis in iudicio præſentabitur.*
2 Stabunt iu. in. ma. *quia perfecti cum Chriſto iudicabunt.*
4 Aduer. eos qui ſe an. *Inferendo eis nocumentum in perſonis.*
4 Et qui ab. labo. eo. *eis nocendo in rebus poſſeſſis.*

Viden-

diuino honore ſublimantes, creaturę potius ſeruierūt quam
A creatori. Ideo in exquiſitione ſua defecerunt, non ſalutē, ſed
1.c. perditionē inuenientes. Heretici quoq; vias difficiles ſuper-
4.a. biendo ambulant, ſectas cōponunt nefandas, nec viam do-
mini (quę eſt veritas & vita) agnoſcūt. Ideo ſemetipſos in perditionem tradiderunt, nec eis ſtudium preſentis vitæ aliquid vtilitatis contulit, quibus poſt mortem non premium, ſed pęna ſuccedit. Vnde dicūt dolentes.
30. *Quid nobis profuit ſuperbia.*
a *Sol intelligētiæ, etc.*
* Greg. Per ſolem dominus figuratur ſicut Sapiētię libro perhibetur quod omnes impij in extremo die iudicij
B cognita ſua damnatione dicturi ſunt, *Errauimus a via veritatis & lumē iuſtitiæ nō luxit nobis, & Sol nō eſt ortus nobis.* ac ſi aperte dicant. Interim nobis luminis radius non refulſit. Vñ & Ioannes ait, *Mulier amicta ſole, etc.*
b *Tanquam vmbra.* Per vmbrā, obliuionē mentis, vel mortem carnis, quibus humana vita obnoxia eſt, accipimus. Per nuntiū præcurrentem, paſſiones animæ vel corporis, quæ præcedunt occaſum vitę corruptibilis.
Rabanus. Per auem,

auē, excellentiā vel hęreſim, per nauem vero, leuitatem hu- D
manę mētis, quę per amaras ſeculi vndas dæmonum flatib.
agitatur. Per ſagittam, dolos & inſidias iniquorum. Hæc.n.
omnia in mundo verſantur, ſed tandem infructuoſam pœnitentiam poſſeſſoribus ſuis relinquunt. Vnde gemētes nulla voce conſolationis releuabuntur, vnde ſequitur.
c *Talia dixe. in infer. hi qui.* Adhuc quatuor ſpecies alias introducit, quibus ſtultam ſpem iniquorū demonſtrat, qua pſentia manſura tantum putant, vel euadere ſe impunitos.
d *Lanugo eſt, quæ a vento tolli.* Quę ex flore herbarū marcido oriens, carnis fragilitatem exprimit, quę a vento ęgritudinis vel moleſtia corporis cito tolletur, quia omnis caro fœnum. E
Eſa. 40. q.
e *Et tanquam ſpuma gracilis quæ a procella diſpergitur, & tanquam fumus qui a vento diffuſus eſt, & tanquam memoria hoſpitis vnius diei prætereuntis.* Spuma ex aquis edita ſuper aquam enatat. Hic eſt appetitus humani fauoris, & iactantiæ vulgaris, quæ procella tentationis vel dicuſſione iudicij diſſoluitur vel diſpergitur. i. quam uana fuit probatur.
Iuſti F

a Se ſcilicet de gloria ad pęnam perductos, & aduerſarios ſuos de pęna ad coronam tranſlatos.
lorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur 1
a Quia dies domini ſicut fur veniet.
in ſubitatione inſpiratæ ſalutis, gementes præ anguſtia ſpiri-
¶ Alias dicent. Alias inter ſe. Sero.
tus dicentes intra ſe, pœnitentiam agentes, & præ anguſtia 2
ſpiritus gementes. Hi ſunt quos aliquando habuimus in † de- 3
riſum, & in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati vitam eo- 4
rum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore 5
† Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſan- 6 7
a ¶ Euangelij diuinæ legis.
cto ſors illorum eſt. Ergo errauimus a via veritatis, & iuſtitiæ 8 9
a Chriſtus ſol iuſtitiæ. b Qui oritur timentibus ſe, in cuius pennis, id eſt protectione eſt vera ſanitas. 10
a lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus no-
a Quia vanas traditiones ſumus ſecuti.
bis. Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis, & ambula- 11
a Quinque ſimilitudinibus terrenarum rerum defectus oſtenditur.
uimus vias difficiles, viam autem domini ignorauimus. Quid 12
nobis profuit ſuperbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit
a Quæ nullam ſtabilitatem habet.
b nobis? Tranſierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam 13 14
a Qui moram non patitur.
nuntius præcurrens, Et tanquam nauis quæ pertranſit fluctuan-
tem aquam, cuius, & cum præterierit, non eſt veſtigium inueni-
re, neque ſemitam carinæ illius in fluctibus. Aut auis quæ tranſ- 15
uolat in aere, & nullum inuenitur argumentum itineris illius, ſed 16
tantum ſonitus alarum verberans leuem ventum, & ſcindens per
vim itineris † aerem, commotis alis tranſuolauit, & poſt hoc nul- ſacra.
lum ſignum inuenitur itineris illius. Aut tanquam ſagitta emiſ-
a Quia nulla ſui reliquit veſtigia.
ſa in locum deſtinatum, diuiſus aer continuo in ſe recluſus eſt, vt
a Quaſi, ſic & huius vitæ inſtabilis & incertus eſt curſus.
ignoretur tranſitus illius, ſic & nos nati continuo deſinimus eſſe, 18
& virtutis quidem nullum ſignum valuimus oſtendere, in mali- 19
c gnitate autem noſtra conſumpti ſumus. Talia dixerunt in in- 20
d ferno, hi qui peccauerunt, quoniam ſpes impii tanquam lanu- 21 22
e go eſt, quæ a vento tollitur, & tanquam ſpuma gracilis, quæ 23

† deriſu, & ſimilitudine.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Videntes tur. *quia videbūt iuſtos glorioſos in corpore & anima, quod nullo modo crediderunt futurum.*
2 Dicentes intra ſe pę agen. *infructuoſam tamen. Tum quia erit extra ſtatum meriti, & demeriti. Tum quia non erit propter offenſam Dei, ſed propter duritiam flagelli.*
3 Hi ſunt quos ha. aliquan. in de. *ſ. in vita præſenti.*
4 Et ſimi. im. *quia improperantes aliquib. ponebant fideles pro exēplo dicentes, ita miſer fies, ſicut talis Chriſtianus vel iuſtus.*
5 Nos inſen. *per ignorantiam futurorum bonorum.*
6 Vitam il. *eo quod contemnebant temporalem felicitatem.*
7 Et fi. il. *quia moriebantur in contemptu præſentis vitæ.*
8 Ecce quomodo con. *i. inter angelos, ad quorum conſortium tunc erunt aſſumpti.* 9 Ergo erra. *Hic conſequenter ponitur iuſtorum eminentia, et iniquorum miſeria ſeparatim. Et primo ponitur iniquorū miſeria. ſecundo iuſtorum eminentia, ibi.* Iuſti autem. *Circa primum dicitur in perſona damnatorum a veritate redargutorum.* Ergo er. a uia ue. *in mundo.*
10 Et iu. lu. non lu. *licet autem luceat omnibus quantū eſt ex parte ſui, nam diuini inſtinctus ad bonum communiter fiunt omnibus. Sed aliqui eos recipiunt & ſequuntur. alij vero repellunt, & ſic non fiunt eis ad eorum vtilitatem, ſed magis ad damnationem. Et eodē modo intelligendum eſt quod ſubditur. Et ſol intelli.*
11 Laſſati ſu. in uia ini. *Nā frequenter plus laborāt homines ad perficiendum ſua peccata, quā iuſti ad iuſtitiæ opera, ſicut patet de fornicatore vel adultero, qui maioribus laborib. et periculis ſe exponit ad habendum intentū, licet frequenter deficiat, quam bonus religioſus in ſurgendo ad matutinum pluribus noctibus ad Deum laudandum.*
12 Quid nobis pro. ſu. *q. d. nihil, imo multum nocuit.*
13 Tranſierunt omnia illa. tan. umbra. *quæ ſtatim deficit.*
14 Et tan. nuntius præ. *qui ſtatim datur obliuioni.* Et tā. *ſequitur.*
15 Neq; ſemitam cari. illius. *Eſt autem carina media pars nauis, quæ latior eſt & groſſior, propter quod eius veſtigium deberet diutius apparere, & tamen ſtatim diſparet poſt nauis tranſitum.*
16 Aut auis. *ſequitur.* Verberans leuem uentum. *i. aerem. Et patent cætera vſque ibi.*
17 Sic & nos nati con. de. eſſe. *propter cōpoſitionem ex contrarijs elementis. Homo natus ſtatim tendit ad corruptionem mortis, nā calor naturalis continue conſumit humidū radicale, in quo cōſiſtit vita, quod ſecundum medicos per nutrimentum non reſtauratur, ſecundum vero philoſophos naturales reſtauratur, ſed non ſecundū æquiualentiam, vt habetur 2. de Generatione, et ſic neceſſario tandem ſequitur corruptio, ſicut vinū cui imponitur modicum aquæ conuertit illam in ſeipſum, tamen efficitur minus forte, & ſi continue apponitur, tandem vinū corrumpitur, & efficitur aqua.*
18 Et uir. quidem. *i. ſtabilitatis.*
19 Nullum ſi. ua. oſten. *ſed tantum defectionis, ideo ſubditur.*
20 In ma. au. no. *Dicitur autem malignitas, quaſi mala igneitas, quæ conſiſtit in ardore concupiſcentiæ, in qua conſumitur iniquitas. Nam luxurioſi conſumuntur igne carnalis concupiſcentiæ, cupidi, igne auaritiæ, ſuperbi, igne ambitionis mundanæ gloriæ.*
21 Talia di. *Nam in eis remanet remorſus conſcientiæ, qui eſt pœna valde magna.*
22 Quoniam ſpes impij. *quæ figitur in bonis temporalibus.*
23 Tanquam la. eſt. *i. flos tribuli qui ſtatim a vēto tollitur. Et ad idē ponit exemplum de ſpuma aquæ, & fumo, & hoſpite vnius diei, quæ ſtatim diſſipantur & dantur obliuioni, & ſic apparet defectibilitas impiorum.*

Tran-

Iuſti

A a *Iuſti autem in perpetuum vi.* Poſt peccatorũ pęnas, & ſerã in inferno pęnitentiã, iuſtorũ oſtendit gloriam, qui in cęlo recepti, vita beata in contemplatione Dei fruentur, in quo totam ſuam ſpem poſuerunt. b *Accipiet armaturam.*

Rabanus. Creator omnium, cu-
B ius arma ſunt veritas & iuſtitia & iudiciũ, per creaturam ſibi ſubiectam corripit delinquentes. Per euangelij ſcilicet prædicatores, perfidiam Iudæorũ ſtultitiam Gentilium, dolum hæreticorum. De peccato & iuſtitia & de iudicio redarguit, & telis verborum, pectora
C

-Dei. † ſancta. † rectum. † habena. † iniquitatis

a Sicut fumus vento diſſoluitur, ſic humana uita temporum mutatione diſſoluitur.
a procella diſpergitur, & tanquam fumus qui a vento diffuſus eſt, &
a Omnes hic peregrini, & hoſpites, ſumus vnde Eccleſiaſt. Generatio preterit, & generatio aduenit.
a tanquam memoria hoſpitis vnius diei prętereuntis. Iuſti autẽ in per 1
¶ Vita æterna. ¶ In quo ſperauerunt. a Laboris præmium. b Iacta cogitatum tuum in d am nũ, & ipſe te enutriet.
petuum viuent, & apud dominum eſt merces eorum, & cogitatio eo
a ¶ Vt cum Chriſto regnent. b Deuicto hoſte.
rum apud altiſſimũ. Ideo accipiẽt regnum decoris, & diadema † ſpe 2
a Chriſto. ſ. qui manus, brachium, & dextera patris dicitur. ¶ Hic & in futurum. 3
cici de manu domini Dei, quoniam dextera ſua teget eos, & in bra- 4
5
b chio ſuo defendet illos Et accipient armaturam zelus illius, & arma 6
bit creaturam ad vltionẽ inimicorum. Inducet pro thorace iuſtitiã, 7
8
& accipiet pro galea iudicium † certum. Sumet ſcutum inexpugna 9
¶ Eccleſia ſcilicet cum rege ſuo.
10
c bile ęquitatẽ, acuet autem diram iram in lanceam, & pugnabit cum 11
a Errores ſ. iniquorum. b Ad vtilitatem electorum vel ad damnationem reproborum. ¶ Pro voto actoris vel ductoris. c Tonitrua. ſ. prædicationis vel coruſcationes miraculorũ. 12
illo orbis terrarum cõtra inſenſatos Ibunt directe emiſſiones fulgu 13
a Per piam ſcilicet intentionem doctorum. b Aduerſarij. 14
rum, & tanquam † habenæ curuato arcu nubium exterminabuntur, 15
a Pro meritorum ſcilicet qualitate. b Increpationes. 16
d & ad certum locum inſilient Et a petroſa ira plenæ grandines mittẽ
¶ Perturbatio ſeculi.
e tur, & candeſcet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter. 17
a Vindicta vltimi iudicij, quæ diuidet impios. 18
Contra illos ſtabit ſpiritus virtutis, tanquã turbo venti diuidet eos, 19
a Gehennæ deſolationis æternæ. b Terrenam ſubſtantiam & carnalia opera.
& ad eremum perducet omnem terram † iniquitatis illorum, & ma- 20
a Cauſa eſt ſcilicet euerſionis eorum. 21
lignitas euertet ſedes potentium. 22
23

ra pungit, vt exterriti cedant, cũ reſiſtere nõ valeant. D

c *Et pugnabit cũ illo orbis terrarũ.* ✠ Greg. Orbis terrarum cum dño contra inſẽſatos pugnat quando in pęna delinquentium, & elemẽtorum aduerſitas militat. † ſp

d *Et ad cer. lo.* Quæcũque neceſſe eſſet, vel eſt, non enim poteſt eſſe confuſũ quod eſt diuina ſapientia ordinatum. E

e *Et flu.* i. perſecutionũ commotiones, plerumque enim corda prauorũ quę prędicatio nõ emollit, flagellũ collectionis frangit. I

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Iuſti. autem.* Hic conſequenter ponitur ſegregatim ſtabilitas iuſtorum, cum dicitur. *Iuſt. au. in per. vi.* vita gloriæ.
2 *Et apud do. eſt mer.* a quo ſperant præmiari, non a mundo.
3 *Et co. eorum apud al.* ad cuius honorem ordinant facta ſua.
4 *Ideo acci. regnum de.* i. cæleſtis gloriæ, vbi nihil eſt turpe.
5 *Et dia. ſpecici de manu do. Dei.* Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ ad maiorem expreſſionem.
6 *Quoniam dextera ſua teget eos.* reponenendo eos in beatitudinem, quæ per dexteram intelligitur, vt habetur Matth. 25.
7 *Et in brachio ſuo defendet illos.* In hoc deſignatur ſecuritas beatitudinis, quæ a nullo poteſt auferri.
8 *Et accipiet armaturam.* Hic reuertitur ad deſcribendum miſeriam iniquorum ſegregatim, cum dicitur. *Et accipiet armaturam zelus illius.* Nam ex zelo iuſtitiæ procedet ad punitionem malorum.
9 *Et armabit creaturam ad vltionem inimicorum.* Nã omnis creatura infert reprobis nocumentum.
10 *Induet pro thorace iuſtitiam.* A qua nõ poterit deflecti, cum ipſe ſit regula iuſtitiæ.
11 *Et accipiet pro galea iudicium certum.* Nam iudicando nõ poteſt deficere.
12 *Sumet ſcutum inexpugnabilę æquitatem.* quę ita erit euidens, quod nullus eam poterit impugnare.
13 *Acuet autem diram iram.* i. vindictam ſuam, cui nullus poterit reſiſtere.
14 *Et pugnabit cum illo orbis terrarum, &c.* Nã omnibus creaturis vtetur ad afflictionem reproborum, ſicut econuerſo omnes creaturę cedent ad gloriam electorum.
15 *Ibunt di. emiſ. fulgu.* ad afflictionem malorum.
16 *Et tanquam ha. cu. arcu nubium.* Quanto. n. plus arcus curuatur, tanto grauius ferit, & per hoc deſignatur, quod punitio malorum erit grauiſſima.
17 *Et a pe. ira.* i. ab ira Chriſti qui dr̃ petra. 1. Cor. 10. a. Petra autem erat Chriſtus. Sed hęc expoſitio videtur magis myſtica, quam literalis. Ideo dicitur aliter, *Et a pe. ira.* i. ab ira Dei quæ dicitur petroſa, non formaliter, ſed effectiue, inquãtum mittit lapides grandinis, ideo ſubditur.
18 *Plenæ mit. gran.* Plenæ. i. perfectæ.
19 *Et can. in il. aqua ma.* quæ cadens apparet quando mare eſt turbatum.
20 *Contra il. ſtabit ſpiri. vir.* i. ventus vehemens.
21 *Et ad ere.* i. inhabitabilem locum.
22 *Perdu. omnem ter. ini.* Nam igne conflagrationis purgabuntur elementa propter iniquitates factas in illis.
23 *Et ma. euer. ſe. po.* propter ſuperbiam ipſorum.

CAP. VI.

a *Melior eſt ſa. &c. ud.* Ra Monet rectores eccleſię, vt iuſtitiã & veritatem ſeruẽt, & diſcrete intelligere feſtinẽt, qa accepta poteſtate a Deo magiſtri & iudices ſunt fratrũ ſuorũ, vt in dicent illos ſm ęquitatẽ, & doceãt regulã fidei cum operib. bonis, & ipſi quoque iudiciũ Dei expectant, qui nõ fallit, quia nõ ſolũ opera, ſed cogitationes & voluntates indicabit. ☞ *Exi-*

## CAP. VI.

a Quæ ſemper bene regit animam. b Corporis ſcilicet, & quæ ſæpe in peccata præcipitant. c Animo. Prudentia dirigit greſſus hominis.
a MELIOR eſt ſapientia † quam vires, & vir pru- 1
a Corpore. ¶ Prælati.
dens melior quam fortis. Audite ergo reges, 2
3
& intelligite, diſcite iudices finium terræ. Præbete 4
5

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. VI.

1 *Melior eſt ſa. quã vi.* Poſtquã auctor in primo capite induxit ad amorẽ ſapiẽtię, & poſtea remouit errores circa hoc contingentes, & aliqua dicta ſua declarauit. hic cõſequẽter reuertitur ad propoſitum, & ad appetitũ ſapiẽtię inducẽdo. & primo ad hoc inducit, ſecũdo qualiter acquiratur oñdit, ibi. Quid eſt aũt ſapiẽtia. Prima in duas, nam primo inducit ad ſapientiam propter cautionem mali. ſecundo propter conſecutionem boni. ibi, *Ad vos ergo reges.* Circa primum inducit principaliter reges & principes ad ſapientiam, & alios cõſecutiue, quia ſicut dictum eſt ſup. in principio libri, ſicut ſapientia neceſſaria in ſuperiorib. vt bene regant, ita ſuo modo correſpondet in inferiorib. vt bene obediant. Dicit ergo.
2 *Audite ergo. re.* aure corporis.
3 *Et intelligite.* aure mentis.
4 *Diſcite iu.* quia non poteſtis bene docere, niſi prius diſcatis.
5 *Præbete au.* ad voluntarie audiendum.

A a *Exiguo*. His ſcilicet qui per ignorantiam uel fragilitatē, uel neceſſitatē peccauerunt, & humili potētia deleuerunt.
b *Poten.* qui, ſcilicet, mandata Dei cōtemnendo, grauia peccata commiſerunt, nec pœnituerūt. Sicut.n. potētiores fuerūt in impietate, fortiora ſuſtinebunt torméta gehēnæ.
✠ Anaſta. Quamnam ob causā propter paruum delictū iuſs⁹ fuit Moyſes procul uidere terrā, prohibitus eſt aūt ne populū introduceret? Per hoc nos nocet de⁹ q̄ ab ijs qui ſunt in uirtute perfecti Deus exigit perfectionē, & in alios hoīes qui magna admittunt ſcelera lenis & clémēs, ſā ctis non dat hanc ueniam. Hoc etiā dixit quidā ſapiēs. *Nam minimo quidē cōcedenda eſt miſericordia. Potētes autē potēter examinabuntur.* Et dn̄s. *Nā cui*, inquit, *parū fuerit datū, parū ab eo exige-*

¶Cordis. a Accepta poteſtate a Deo. ¶Subiectis.
aures vos qui contineris mulititudines, & placetis vobis in tur- 1
¶ Iudicandi in terra.
bis nationum, † quoniam data eſt a domino poteſtas vobis, & 2 3
¶Puniendi. ¶In iudicio.
virtus ab altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitatio- 4
a Tanquam de omnibus iudicaturus. ¶Eccleſiæ.
nes ſcrutabitur, quoniam cum eſſetis miniſtri regni illius, non 5 6
¶Alios vel nos.
recte iudicaſtis, neque cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, neque ſe-
a De virture in virtutem: b Horrendum eſt inci. in ma
cundum voluntatem Dei ambulaſtis. Horrende & cito appa- 7
a Potentes.ſ. magis punientur quibus plus committitur.
rebit vobis, quoniam iudicium duriſſimum in his qui præ- 8
¶Remiſſio peccatorum.
a ſunt, fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia, potentes au- 9 10
b tem potenter tormenta patientur. Non enim ſubtrahet per- 11 12
c ſonam cuiuſquam dominus, qui eſt omnium dominator, nec 13
verebitur magnitudinem cuiuſquam, quoniam puſillum & 14
a ¶Quaſi æqualis cura eſt illi de omnibus, quia omnes creauit.
magnum ipſe fecit, & æqualiter cura eſt illi de omnibus. Fortio- 15 16
a Eccleſiæ rectores vel omnes quibus animarum ſuarum regimen commiſſum eſt.
d ribus autem fortior inſtat cruciatio. Ad vos ergo reges ſunt hi 17 18
a Diuinam. b In præuaricationem præceptorum Dei.
ſermones mei, vt diſcatis ſapientiam, & non excidatis. Qui e- 19 20
a Qui ſcilicet ſequentur iuſtitiam. b ¶Ideſt iuſtitiæ ſuæ præmium accipient.
¶Iuſtificabuntur.
nim cuſtodierint iuſtitiam, iuſte iudicabuntur, & qui didice- 21 22 23
a Rectam fidem & opera. b ¶Cum diſcuſſio venerit, quia per vitæ meritum accipient gloriæ præmium.
rint iuſta, inuenient quid reſpondeant. Concupiſcite ergo ſer- 24 25
mones meos, & diligite illos, & habebitis diſciplinam. Cla- 26
a Decor ſapiētiæ immarceſcibilis, & his ſolis patet, qui eam bene diligunt. In maleuolam aīam non introibit ſapientia.
e ra eſt, & quæ nunquam marceſcet ſapientia, & facile videtur 27
a ¶Quærite & inuenietis.
ab his qui diligunt eam, & inuenitur ab his qui quærunt il- 28 29
a Chriſtum.ſ. Dei virtutem & Dei ſapientiam.
f lam. Præoccupat qui ſe concupiſcunt, vt illis ſe prior oſten- 30
a Corde deuoto a principio lucentis fidei. b Ie vacuum ſcilicet.
dat. Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit. Aſſi-
a Deſiderio diuinæ contemplationis.
g dentem enim illam foribus ſuis inueniet. Cogitare 31

D *getur. Cui autē multum, multum quoque exigetur ab eo.*
c *Non. enim. Nō eſt pſonarū acceptor Deus, vnūquēq; iuxta uias ſuas iudicat.* (Act. 10 c.)
d *Ad uos er.* Finito ſermone ad potētes, & eorum duritia duris ſermonibus increpata, ad rectores eccleſiæ exhortationē conuertit, & ſapientiā miris prǽconijs extollit.
e *Et diligite illos, & habebitis diſciplinam. Clara eſt, & quæ nunquam marceſcit ſapientia, & facile videtur ab his qui diligūt eā, et inuenit ab his qui.* Qui diligit ſapiētiam, ſeruat in moribus diſciplinā. *Nō enim amat ſapientiā qui nō ſeruat diſciplinā.* Vnde. *Si diligitis me mandata mea ſeruate.* (Iob. 14 b.)
E f *Præoccupat.* gratis ſe offerēs. Ipſe .n. eſt, uia, ueritas, & uita. per ipſū itur, ad ipſum peruenitur.
g *Aſſidentem.* ſemper paratā.ſ. auxiliati. vn̄. *Ecce ego ſto ad oſtiū et pulſo, ſi qs ape-* (Ioh. 14. a. Apo. 3. d.)
F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Vos qui.con. *eas regendo.*
2 Et place.uo.in tur. *ideſt, delectamini in regimine earum.*
3 Quoniam data eſt a domino po.uo. *cuius in hoc eſtis vicarii.*
4 Qui in ope.ue. *i. illa diſcutiet vſque ad minima, approbando bene acta & puniendo mala. Ideo ſequitur.*
5 Quoniam cum eſ.mi.re.illius. *aſtricti de iure ad ſequēdum leges eius.*
6 Non recte indi. *ſed leges eius reliquiſtis male iudicando, & viuendo. ideo ſubditur.*
7 Horrende & co ap. *in morte quæ non tardat.*
8 Quoniam iu.du. *i. pœna grauiſſima.*
9 In his qui pręſunt fiet. *quia quāto ſtatus altior, tanto caſus grauior, & per conſequens maiori pœna dignior.*
10 Exiguo enim. *i. homini parui ſtatus, & paruæ ſcientiæ.*
11 Conceditur miſe. *quia talis, vt cōmuniter peccat ex ignorātia.*
12 Potentes au. *ſtatus dignitate & ſcientiæ magnitudine.*
13 Potenter tormenta patientur. *i. ſuſtinebunt grauiſſima tormenta ratione iam dicta.*
14 Non enim ſub. *quantumcunque ſit pauper.*
15 Dominus. *a bono ſibi debito.*
16 Nec uerebitur. *ideſt, timebit.*
17 Magnitu.cuiuſquam. *quin debite puniat eum.*
18 Quoniam pu.& ma. *ſicut.n. ex diuerſis gradibus creaturarū reſultat pulchritudo vniuerſi, ſic ex diuerſis gradibus hominum reſultat pulchritudo reipublicæ.*
19 Et æ.eſt il.cu. *Iſta cura idē eſt quod eius prouidentia. Si vero accipiatur actus diuinæ prouidentiæ, prout eſt in mente diuina, ſic no eſt ibi aliqua diſtinctio, nā vnico actu prouidet omnibus creaturis, ſi autē accipiatur effectus exterior, ſic eſt ibi diſtinctio, tamē eſt ibi æqualitas proportionis, nā vnicuique rei prouidet ſecundum conuenientiam ſuæ naturę. Creaturis autē intelligibilibus quæ mereri poſſunt & demereri, prouidet ſuper hoc pœnā & gloriam, ſecūdum meritorum & demeritorum exigentiam, ideo ſubditur.*
20 Fortio.au.for.in.cru. *nam caſus eorum grauior eſt, & per conſequens grauiori tormento dignus.*
21 Ad vos ergo. *Hic conſequenter inducit ad ſapientiā propter cōſecutionem boni. Et primo ponit ſuam inductionem. Secundo remouet quandā obiectionem, ibi,* Clara eſt. *Tertio, infert intentam concluſionem, ibi:* Cogitare ergo. *Circa primū dicitur,* Ad uos ergo reges ſunt hi ſer.mei. *ſ. principaliter & conſecutiue ad ſubditos, vt dictū eſt in principio huius ca.*
22 Et nō exci. *curioſe perſcrutando diuina, circa quæ eſt proprie ſapientia, propter quod dicitur Ro. 12. a.* Non plus ſapere quā oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. *Vel, aliter,* Et nō excidatis. *durius debito pauperes tractando, propter quod ſubditur.*
23 Qui enim cuſto.iuſti. *tenendo debitam menſuram.*
24 Iuſte iudi. *a domino, qui iudex eſt omnium.*
25 Et qui didi.iu. *ſecundum leges diuinas, & humanas.*
26 Inuenient quid reſpondeāt. *cū interrogantur de iuſtitia. Homines enim recurrunt ad iudicem, ſicut ad ius animatum. vt dicitur. 5. ethicorum. Cætera patent.*
27 Clara eſt &. *Hic conſequenter remouet quandam obiectionē ſeu excuſationē, qua poſſet aliquis dicere, q̄d acquiſitio ſapientiæ eſt nimis difficilis propter quod facit homines ſeſe retrahere, propter hoc iſtud remouet di.* Clara eſt, & quę nun. mar.ſa. *propter q̄d viſibilis eſt oculis mentalibus, ſicut ſol oculis corporalibus, & hoc eſt verū quātū ad prima principia omnibus per ſe nota, ſicut dicit Philoſophus. 2. Metaph. quod veritatis cognitio partim eſt facilis. ideo ſubditur.*
28 Et facile ui. *Nā affectus trahit intellectū ad inferiora ſapiētiæ.*
29 Et inuenitur. *per exercitum lectionis & ſtudium orationis.*
30 Pręoccupat qui ſe concupiſc. *Per hoc intelligitur, q̄ quærentes dicto modo ſapientiā in illa proficiunt in breui plus quā credebāt.*
31 Cogitare ergo de il. *Hic conſequenter infert intentā concluſionem. ſ. quod quærere diligenter ſapientiam eſt optimum, dicens.* Cogitare ergo de illa. *per ſanctas cogitationes.*

Sen-

A *aperuerit mihi, introibo ad eum & cœnabo cum illo, & ipſe mecum.* In præſenti ſtudendum eſt ſapientię, & ſecundum notitiam diſciplinæ eius viuendum.

a *In viis oſtendet ſe illis hilariter, & in omni prouidentia occurrit illis.*

✻ Greg. Viæ quippe a creatore ſunt, opera cōſiderata creatoris, Quæ dum facta cernimus, potentiam factoris miramur. In illis viis a ſapientia omni nobis prouidentia occurritur, quia factoris nobis virtus in quirenda proponitur B in omne quod mirabiliter factū videtur, quocunque ſe verterit anima, ſi vigilanter intēdit, in iiſdem ipſis Deum inuenit per quę reliquit, cuiuſque potentiam ex eorum rurſus cōſideratione cognoſcit, quorum amore deſeruit & per quæ peruerſe cecidit, per hæc conuerſa reuocatur, vbi enim lapſi ſumus, ibi incumbimus vt ſurgamus, & quaſi ibi C ſurgēdo manū conſiderationis figimus, vbi pede amoris lu- D brici corruentes negligendi iacebamus. Quia.n.ab inuiſibilibus per viſibilia cecidimus, dignum eſt vt ad inuiſibilia ipſis rurſum viſibilib. innitamur, vt quo caſu anima venit ad infima, eo gradu reuertatur ad ſumma, atq; eiſdem quib. corruit, paſſibus ſurgat, dum ſicut dictū eſt, illa nos ad Deū bene cōſiderata reuocant, quæ nos ab eo male electa diuiſerūt.

b *Si ergo de.* Rab. Reges admonet diligere ſapientiam, ſine qua regnare non poſsūt. Tūc bene regitur reſpublica, cum philoſophi regnāt, & reges philoſophantur. Merito ergo rectores eccleſię aſsidui ſunt in diuinæ legis meditatione. Qui enim eam diſcendo, docendo, operandoque ſequitur, regni cæleſtis coronam aſſequetur.

c *Neque cum inuidia ta.* Inuidia non communicat ſapientiæ, quia per inuidiam dia-

† prudētia.

a ¶ Intentione mentis.
ergo de illa, ſenſus eſt conſummatus, & qui vigilauerit pro-
a Quia eius adeptio vera ſecuritas eſt.
pter illam, cito ſecurus erit. Quoniam dignus ſe ipſa circum-
a Sponte. b Præceptis.
a it quærens, & in viis ſuis oſtendet ſe illis hilariter, & in
a Adiutrix ſcilicet. b Nemo repente fit ſummus.
omni † prouidentia occurret illis. Initium enim illius veriſ-
a Qui diligit legem, diſciplinam cuſtodit.
ſima eſt diſciplinæ concupiſcentia. Cura ergo diſciplinæ,
dilectio eſt, & dilectio cuſtodia legum illius eſt. Cuſtoditio
a Ideſt ad incorruptionem immortalitatis perducet.
autem legum, conſummatio incorruptionis eſt, incorruptio
autem facit eſſe proximum Deo. Concupiſcentia itaque ſa-
a Quod eſt in cognitione diuinitatis.
b pientiæ deducet ad regnum perpetuum. Si ergo delectami-
a Alias ſenſibus. Ideſt dignitatibus.
ni ſedibus & ſceptris o reges populi, diligite ſapientiam, ut
regnetis in perpetuum. Diligite lumen ſapientiæ omnes qui
præeſtis populis. Quid eſt autem ſapientia, & quemadmo-
¶Genita.
dū facta ſit, referā, & non abſcondā a vobis ſacramenta Dei,
ſed ab initio natiuitatis inueſtigabo, & ponam in lucem ſcien
c tiam illius, & non præteribo veritatem, neque cū inuidia ta-
beſcēte iter habebo, quoniam talis homo non erit particeps
¶Cœtus prædicatorum. a Quia per doctrinam eorum ad fidem conuerſus eſt.
ſapientiæ. Multitudo autem ſapientium, ſanitas eſt orbis

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Senſus eſt conſummatus.* i. perfectus.
2 *Et qui vigilauerit.* propter illam habendam.
3 *Cito erit ſecurus.* de poſſeſſione eius.
4 *Quoniam dignos ſeipſa circumit.* Repetitio eſt ſententiæ præmiſſæ per alia verba ad maiorē expreſſionem. Nam per hoc intelligitur velox profectus in illis qui ſapientiam quærunt feruenter & debito modo.
5 *Et in omni prouidentia.* id eſt, in omnibus agibilibus humanis.
6 *Occurret illis.* eos dirigendo.
7 *Initium enim illius.* ſ. ſapientię.
8 *Veriſſima eſt, & c.* qua quis deſiderat doceri a Deo, & doctoribus ſanctis.
9 *Cura ergo diſ.* i. eius concupiſcentia.
10 *Dilectio eſt.* ſapientiæ.
11 *Et dilectio.* ſapientiæ.
12 *Cuſtodia le. il. eſt.* propter quod cōcludit Apoſtolus. Ro. 13. c. Plenitudo ergo legis, eſt dilectio.
13 *Cuſtoditio autem legum conſum. incor. eſt.* ſcilicet, ſpiritualis peccati, quia ſecundum Augu. Peccatum eſt tranſgreſſio legis diuinæ.
14 *Incorruptio autem.* i. puritas a peccato, facit eſſe proximum Deo propter ſimilitudinem ad ipſum, qui eſt ſanctus ſanctorum, & hic vlterius a primo ad vltimum concludit.
15 *Concupiſcentia itaque ſapientiæ deducet ad regnum perpe.* Quia faciet regnare cum Deo, cuius regni non erit finis, & cōcluſionem ſuam applicat ad propoſitum, dicens.
16 *Si ergo delectamini ſedibus.* iudicantium.
17 *Et ſceptris.* dominantium.
18 *Diligite ſapi. vt regnetis in perpetuum.* i. vt a temporali regno ad æternum tranſeatis.
19 *Diligite lumen ſapientiæ.* Sine quo in factis veſtris dirigi nō poteſtis.
24 *Intrans in do. meam.* Hic conſequenter oſtenditur qualiter ſapientia ſubiectum proprium conſolatur. *Intrans in do. meam.* id eſt propriam conſcientiam. nam intellectus & voluntas ſunt potentiæ reflexiuæ ſuper ſeipſas.

25 *Conquieſcam cum illa.* Homo enim per donum ſapientiæ habet meditationes valde delectabiles apud ſe. ideo ſubditur.

26 *Non enim ha. ama.* Dicitur autem conuerſatio ſapientiæ & eius conuictus meditatio, quæ ex intellectu & habitu ſapientię procedit. Et ſubditur cauſa huius delectationis, cum dicitur.

27 *Quoniam im.* id eſt propter hoc eſt delectabilis, quia facit cogitare de immortalibus & diuinis, ſicut ſapientia animalis & terrena facit cogitare de carnalibus & terrenis, quorum cogitatio anxietatem inducit.

*Et* *Et in*

a *Puer autem eram ingenioſus, & ſortitus ſum animam bonam. Et* A *cum eſſem magis bonus, &c.* Rab. Salomon in pueritia poſtulauerat à Deo ſapientiā, & vt rectè iudicaret populum, & diſcerneret inter bonum & malum: factus eſt ergo ſapientiſſimus, & videtur ſortitus animam bonam, qui habuit cor ſapiens & intelligens. Sed quomodo conuenit ei quod dicitur.

b *Veni ad corpus in. &c.* B cū mulierē alienigenā amauerit, & idola ædificauerit? Videtur ergo magis conuenire populo ſanctorū, qui in baptiſmo regeneratus eſt, & fide ſaluatoris imbutus, pueritiā indolis ſuæ bonæ & ſimplicis innocentiæ perceperit, & cunctis ſtudijs certauerit peruenire ad culmē virtutum. vnde ſequitur: *Et cum eſſem magis bonus, &c.* Pater nō iudicat quemquā, D ſed omne iudicium dedit filio. Huius membra facti ſunt imitantes eum. Iohan 5.b.

c *Et vt ſciui quoniam aliter non, &c.* Idacius. Donum Dei patris, donum filij, donum & ſpiritus ſancti. De patre in Apoſtolo, *Gratia ſalui facti eſtis per fidem, et hoc non ex vobis,* Dei donum eſt. De filio in Salomone: *Quia nemo poteſt eſſe continens niſi Deus det, & hoc ipſum ſapientiæ erat ſcire cuius eſſet hoc donum.* De ſpirituſancto de Actibus, *Pœnitentiam agite & baptizetur vnuſquiſque in nomine domini Ieſu Chriſti & accipietis donum ſpirituſſancti.* Rom. 11. Sap. 8. E Acto. 2.

a Quia quicquid de natura eius cognoſcitur, totum immortale, & ſemper viuere intelligitur. b Qui a quanto magis amatur, tanto magis ſuauior reperitur.
† immortalis eſt in cogitatione † ſapientia, & in amicitia il- 1
a Quia per ipſum facta ſunt omnia. b Qui eſt omnium rerum origo, & quod factum eſt, in ipſo vita erat.
lius delectatio bona, & in operibus manuum illius honeſtas 2
a Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo qui dat omnibus affluenter. 3
ſine defectione, & in certamine loquelæ illius ſapientia & 4
præclaritas in communicatione ſermonum ipſius: circum- 5
a Diligenter & ſtudioſè, vnde, Surgam diluculo, & circuibo ciuitatem, quæram quem diligit anima mea. b Fortiter, firmiter. 6
ibam quærens, vt mihi illam aſſumerem. Puer autem eram 7
Humanarum & diuinarum rerum.
a ingenioſus, & ſortitus ſum animam bonam. Et cum eſſem 8
a Cuſtoditio legis, conſummatio incorruptionis, incorruptio autem facit proximum Deo, & ad hanc perfectionem nemo venit niſi quem diuina gratia ſubleuat. vnde, Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt. 9
b magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum. Et vt ſciui 10
c quoniam aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det, & 11 12
Dei, ſcilicet. 13
hoc ipſum erat † ſapientia ſcire cuius eſſet hoc donum: adij 14 15
dñm, & deprecatus ſum illū, & dixi ex totis pręcordijs meis: 16

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et in amicitia illius dele. bo.* nam hæc delectatio conuenit homini ſecundum illam partem animæ, in qua conuenit cū angelis ſanctis. 2 *Et in operi.* i. in operibus à ſapientia procedentibus. 3 *Honeſtas ſine de.* nam ab ea nihil inhoneſtū poteſt procedere. 4 *Et in certamine.* i. in collatione ſapientium ad inuicem, quia non conferunt de vanis, ſed de vtilibus & honeſtis. 5 *Et præclaritas in communica. ſer.* nam ſermones quibus ſapiens communicat alijs doctrinam ſuam, clari ſunt & intelligibiles, quia quæ melius ſciuntur, clarius pronuntiantur. 6 *Circumibam quærens, vt illam.* inuenitur enim ſapientia per diligentem rationis inueſtigationem.

7 *Puer autem.* poſtquam Salomon oſtendit qualiter ſapientia proficit in vita contemplatiua & actiua, hic conſequenter ponit orationem, quam fecit pro ipſa habenda. Et primo ponit orandi motiuum, ſecundo orationis ſuæ formam & modum ca. ſe. Circa primum dicit. *Puer autem eram ingenioſus.* per intellectus ſubtilitatem. 8 *Et ſor. ſum.* per affectus puritatem, hæc enim habuit Salomonà iuuentute, quando fuit ſub diſciplina Nathan prophetæ, propter quod vocauit nomen eius amabilis domino. 2. Reg. 12. f.

9 *Et cum eſſem ma. bonus.* i. proficiens in virtutibus.

10 *Veni ad corpus incoinquinatum.* hoc non poteſt intelligi de continentia virginali, quia Salomon valde iuuenis contraxit matrimonium cum filia Pharaonis: propter quod intelligendum eſt de continentia coniugali, & etiam ab alijs vitijs vitabilibus, quam ſeruauit per longum tempus. vnde dicitur. 3. Regum. 11. a. Cumque iam eſſet ſenex, deprauatum eſt cor eius per mulieres.

11 *Et vt ſci. &c. eſſe cont.* à vitijs & criminibus.

12 *Niſi Deus.* ſine cuius dono homo non poteſt perſeuerare in bono. 13 *Et hoc ip. erat &c.* ſcilicet ſcire quod hæc continentia eſt Dei donum: nam ſapientia eſt cogitatio diuinorum. 14 *Adij do.* attentè.

15 *Et de. ſum illum.* deuotè.

16 *Et dixi ex.* id eſt ex toto intellectu meo & affectu.

## CAP. IX.

D Eus patrum meorum, & 1
domine miſericordię, qui 2 3
a Omnia per ipſum facta ſunt.
feciſti oīa verbo tuo, & ſa 4
pientia tua † conſtituiſti
hominē vt dominaretur 5
a Omnibus terrenis. Chriſtus quoque in mūdum miſſus orbē reget eccleſię in ęquitate.
creaturæ, quæ à te facta eſt, vt diſponat orbem
a Erit iuſtitia cingulum lumborum eius.
terrarum in æquitate & iuſtitia, & in directione 6
a Verum. b Oratio filij ad patrem pro corpore ſuo. c Anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ. F
7 8 cordis iudiciū iudicet, da mihi ſedium tuarum
a Qui formam ſerui accepi.
9 aſſiſtricem ſapientiam, & noli me reprobare à
a Innumeris ſubiectus caſibus.
10 pueris tuis: † quoniam ſeruus tuum ſum ego, † Pſal. 115. b.
a Quia. b Mater enim dixit, Ecce ancilla domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. c Sine me nihil poteſtis facere.
11 et filius ancillæ tuæ: homo infirmus, & exi-
a Breues dies hominis ſunt. Percipiendum.
12 13 gui temporis, & minor ad intellectum iudicij
a In iudicio hominum.
14 & legum. Et ſi quis erit conſummatus inter fi-

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. IX.

D*Eus patrum meorum.* Hic conſequenter ponit Salomon ſuæ orationis formam & modum: Et diuiditur in tres partes: nam primo Dei beneuolentiam captat. Secundo petitionem ſuam format, ibi. *Da mihi.* Tertio ad hoc rationem allegat, ibi. *Tu autem.* Circa primum captat Dei beneuolentiam eius clementiam confitendo. d. 1 *Deus pa. meorum.* quos clementer elegiſti, vt Abraham, Iſaac, & Iacob, & ſpecialiter Dauid patrem meum, quem elegiſti ad regnum.

2 *Do. miſe.* qui remiſiſti patri meo peccatū de morte Vriæ.

3 *Qui feci. om.* Nam dicere Dei, eſt facere, & in hoc confitetur Dei potentiam, & tertio eius ſapientiam, cum dicitur.

4 *Et ſapi. tua conſti. ho.* Si. n. ſteiſſet in ſtatu naturæ, habuiſſet plenum dñium ſuper creaturas inferiores ſe. Sequitur.

5 *Vt diſ. orbem. &c.* diſponēdo creaturas ad id ad quod ſunt factæ. 6 *Et in dire. cordis.* ſecundum dictamen rectæ rōnis.

7 *Iudicium iudicet.* & hoc propriè ptinet ad ſuperiores, qui habent de inferioribus iudicare. 8 *Da mihi.* Hic cōſequenter format ſuam petitionem dicens. *Da mihi ſedi. tua.* Loquitur de Deo, ſicut de iudice ſummo cui aſſiſtunt ſapientes, & à quo ſapientia deriuatur ad iudices inferiores, & hoc modo Salomon, vt iudex inferior petit à Deo ſapientiā ſibi dari. Pōt ēt aliter exponi, vt ſedes Dei dicat ſedes regni Iſrael, ſicut. 1. Paral. 29. dicitur de Salomone, quod ſedit ſuper ſoliū domini. Et hoc nomen ſedes nominatur ſedes in plurali, eo quod ad plures actus ſe extendit, & ſecundum hoc petit Salomon, quod Dei ſapientia aſſiſtat ſedi regni ſui, vt ſine errore gubernetur. ideo ſubditur. 9 *Noli me reproba.* denegando mihi donum ſapientiæ. 10 *Quoniam ſeruus tuus ſum ego, &c.* Salomon. n. & eius mater ex receptione legis Moſaicę erant obligati ſeruituti diuinæ. 11 *Homo in.* Eſt. n. breuis vita humana, & multis infirmitatibus ſubiecta, pp quod parum ſcire poteſt ex acquiſitione propria: nam ad acquiſitionem ſcientiæ requiritur longitudo temporis & experiētiæ, ideo ſubditur.

12 *Et minor.* id eſt inſufficiens.

13 *Ad intellec. iu. & legum.* ſcilicet diuinæ & humanæ, ſecundum quas debet iudicium dari.

14 *Et ſi quis erit con.* i. perfectus in ſapientia humana.

a Diuina.
A lios hominum, ſi ab illo fugerit ſapientia tua, in 1
a Gratia Dei ſum id quod ſum. 2
nihilum cõputabitur. † Tu 3
a Salomonem, vel Chriſtum.
autem elegiſti me regẽ po
pulo tuo, & iudicẽ filiorũ
Iuſſiſti.
tuorũ & filiarũ. Et dixiſti 4
me ædificare tẽplũ in mõ-
a Non poſt al. ei ſi non &c.
te ſancto tuo, & in ciuitate
a Eidem.
habitationis tuę altare, ſi- 5
militudinẽ tabernaculi tui
a Per Moyſen. b Cum educeres filios Iſrael de Aegypto.
ſancti, qđ pparaſti ab ini- 6
a Filius.
tio, & tecum ſapiẽtia tua, 7
a Nemo nouit patrem niſi filius.
quę nouit opera tua, q̃ & 8
a Omnia in ſapientia feciſti.
affuit tũc cum orbem ter-
a Quia ſapientia tua eſt.
rarũ faceres, & ſciebat qđ
placitũ eſſet oculis tuis, &
a Rectum & iuſtum.
quid directũ in præceptis
a Omne datum op. & omne do. perfe. de &c.
tuis. Mitte illã de cælis ſan 9
a A teipſo. ſ. qui ſedens, & omnia gubernans.
ctis tuis, & à ſede † magni-
a Cum fidelibus meis.
tudinis tuę, vt mecũ ſit, & 10
a Dei adiutores ſumus. b In membris meis. 11
c Vt nihil contra faciant.
mecum laboret, & ſciam quid acceptũ ſit apud 12
a Omnia nuda & aperta. b Per callem virtutum.
C te. Scit enim illa omnia & intelligit, & deducet 13

a Tu autem. Rab. Dauid quia vir ſanguinum fuit, & multa bella geſſit, templum domino ædificare non potuit, quod Salomõ ædificauit, qui libri huius autor eſſe putatur. Commemorans ergo Dei beneficia, precatur vt Dei ſapientia ſecum permaneat, & in omnib. cum diri. &c. Sed quia templum, etiam eccleſiam ſignificat, quam Chriſtus verus pacificus per operarios ſuos. i. prędi-
B catores ædificat, poſſunt & hęc in perſona prædicatorum intelligi, qui ſciunt omnia quę ad regimen populi pertinent, non ſui eſſe operis: ſed diuini † numeris. vnde quotidie poſtulãt, vt q eſt autor operis, ſit largitor ſummæ perfectionis. Quicqd enim de ſapientia Dei dicit, ad ipsũ referimus qui eſt pax noſtra, qui fecit vtraq; vnum, virtus & ſapientia Dei, & imago Dei inuiſibilis.

Marg.: ‡ Pſ. 5. a. & ‡ Para. … ; me. ; ‡ Pro. 8. c. ; tua. ; † numinis. ; † maieſtatis.

a Ne offendat ab aduerſarijs.
me in operibus meis ſobriè, & cuſtodiet me in D
Coram Deo.
ſua potentia. Et erunt accepta opera mea, & di-
a Regam. b Remuneratione regni cæleſtis.
ſponam populum meum iuſtè, & ero dignus ſe-
14 diũ patris mei. † Quis enim
hominum poterit ſcire con
ſilium Dei? Aut quis poterit
a Victrix cauſa Deis placuit, ſed victa Catoni.
15 cogitare qđ velit Deus? Co-
a Quia fragiles.
b Quia anima noſtra mutabilis, caro noſtra corruptibilis.
16 gitationes enim mortalium timidæ, & incertæ
17 prouidentiæ noſtræ. Corpus enim quod cor-
a Corruptibile. ſcilicet.
18 rumpitur, aggrauat animam: & terrena inhabi-
19 tatio deprimit ſenſum multa cogitantẽ. Et dif- E
20 a Operum Dei nullam poteſt homo inuenire rationem.
b Quaſi in aperto.
ficile æſtimamus quæ in terra ſunt, & quæ in
21 proſpectu ſunt inuenimus cum labore. Quæ in
22
23 cęlis ſunt autem quis inue-
a Ne deſperemus ex præmiſſis, ſubiungit conſolationem Spiritus ſancti.
24 ſtigabit? Senſum autẽ tuum
25 quis ſciet, niſi tu dederis ſa-
pientia, † & miſeris ſpiritum
ſanctum tuum de altiſſimis:
Vel ſententiæ.
26 & ſi correctæ ſunt ſemitę eo
rum qui in terris ſunt, & quæ tibi placent didi-
a Exponit, quod per ſapientiam Dei, id eſt, per Chriſtum, omnes ſanati ſunt qui Deo placuerunt.
27 cerunt homines? Nam per ſapientiã ſanati ſunt
Mundi.
28 quicunque placuerunt tibi domine à principio.

b Quis e. ho. Admiratur excellẽtiã Dei. Quaſi: O altitudo diuitiarũ ſapientiæ & ſcientiæ Dei. Et. Quis nouit ſenſum domini, aut quis conſiliarius eius fuit?

c Senſum autem. Nemo ſcit quę fiunt in corde hoĩs niſi ſpiritus hominis, & nemo nouit q̃ ſũt Dei niſi ſpiritus Dei. Spiritus autẽ oĩa ſcrutatur, ẽt profunda Dei qui illuminat corda ſanctorum.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Si ab illo fugerit ſapientia tua*, i. a te infuſa. 2 *In nihilum computabitur.* quia ſua ſapientia fatuitas reputabitur. 1. Cor. 3. d. Sapientia huius mũdi ſtultitia eſt apud Deum. 3 *Tu autem.* Poſtquam Salomon petiuit ſapientiam diuinam, hic conſequenter ad hoc allegat multiplicem rationem, & primo rationem ſumptam ex parte ſui ſpecialiter. Secundo, ex parte generis humani generaliter, ibi: *Quis enim hominum*. Circa primum dicit. *Tu autem elegiſti me re. po. tuo.* pro Dauid patre meo. 4 *Et dixiſti me ædif. &c.* Hæc duo habentur 1. Paralip. 28. a. Hæc non poſſunt dici de Philone, qui non fuit rex, nec templum ædificauit, ſed ſolum de Salomone. 5 *Similitudinem tabernaculi*. quod fecit Moyſes de mandato domini. 6 *Quod præparaſti ab initio.* ſcilicet exitus de Aegypto, vt habetur Exod. 25. 7 *Et tecum ſapientia tua*. Si accipiatur hic ſapientia genita, ſic eſt idem quod filius in diuinis, qui ſemper eſt idem in eſſentia cum patre, diſtinctus tamen in perſona, & cum eo cuncta operatur. Si autem accipiatur ſapientia diuina abſolute, ſic diſtinguitur ab eo ſola ratione, & de vtraque verificatur hæc litera, cum ſubditur.

8 *Quæ & affuit &c.* Et quoniam ad duo prædicta, ſcilicet regimen populi & ædificationem templi requirebatur in Salomone ſapientia infuſa, quæ eſt quædam impreſſio ſapientiæ diuinæ, ideo ſubditur.

9 *Mitte il. de cæ.* per effectum ſuum in me.

10 *Vt me. ſit.* me iuſtificando.

11 *Et me. labo.* in operibus me dirigendo.

12 *Scit enim illa om.* ſimpliciter vſque ad minima, ſi accipiatur ſapientia prout eſt in Deo: ſi autem accipiatur pro ſapiẽtia infuſa, ſic ſcit omnia, id eſt facit ſcire omnia formaliter nõ omnia abſolute, ſed omnia neceſſaria homini cui datur.

13 *Et deducet me in operibus meis ſobrie*. id eſt ſine exceſſu rationis & legis diuinæ. Cætera patent.

14 *Quis enim hominum poterit ſcire conſilium Dei*. Hic conſequenter allegatur ratio ex parte generis humani generaliter: quod patitur defectum in cognoſcendo, & maxime circa diuina, ad quę ſe habet intellectus noſter, ſicut oculus noctuæ ad lucem ſolis. ideo dicit. *Quis enim hominum pote. ſci. con. Dei, &c.* q. d. nullus, niſi per ſapientiam diuinitus ſibi datam.

15 *Cogitationes*. Hic ponit̃ ſecunda rõ, quæ accipitur ex defectu cognitionis noſtræ circa agibilia humana: quæ ſaltem vt in pluribus talia ſunt, quod ad ea non habetur demonſtratio, ſed ſolum probabilis ratio. quæ non facit intellectũ aſſentire ſimpliciter vni parti, ſed cum formidine alterius. & hoc eſt quod dicit. *Cogitatio. enim mortalium timidæ*. quia cum oppoſiti formidine, vt dictum eſt, & per conſequens.

16 *Incertæ prouidentiæ noſtræ.* niſi dirigantur dono ſapientię diuinæ. 17 *Corpus enim.* Hic ponitur tertia ratio, quæ accipitur ex corruptibilitate corporis intellectum impediente in ſuo opere, ideo dicit *Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam*. q. di. hoc non facit corpus inquantum corpus, quia non impediebat in ſtatu innocentiæ, ſed inquantum corruptibile quale factum eſt per peccatũ Adę. 18 *Et terrena inha. depri. ſen.* i. intellectum. 19 *Multa cogitantem*. Nã propter hanc inhabitationem habet homo cogitare de neceſſarijs multis ex parte corporis. 20 *Et diffi.* Hic ponitur quarta ratio, quæ accipitur ex defectu cognitionis noſtrę circa naturam ſenſibilium, quorum proprietates nõ poſſumus ſcire perfecte, ſicut patet quod proprietates minimi folij arboris quantum ad virtutem, figuram, colorem & huiuſmodi, ad plenum per rationem non poſſumus inueſtigare. Eccleſiaſtes. 1. b. Cunctæ res difficiles, nec eſt qui poſſit eas explicare ſermone. ideo dicit. *Et difficile æſti.* i. cognitionem debilem habemus, & cum difficultate. 21 *Et quæ in pro. &c.* i. ſubiecta ſenſibus humanis. 22 *Inue. cum la.* i. rões eorum aliquas inuenimus cũ laborib. multis, & frequẽter cum admiſtione erroris, vt patet de philoſophis, qui tamen circa talia inuenienda fuerunt valde laborioſi: & in multis errauerunt, ſicut dictum eſt ſupra de Ariſtotele. 23 *Quæ in cælis, &c.* q. d. nullus niſi per ſapientiam à Deo datam. Sic ex rationibus præpoſitis arguitur, quod ſapientia diuinitus infuſa neceſſaria eſt homini, & maxime populi regimen habenti. vnde ſubditur. 24 *Sen. au. tu.* conſilium diuinum.

25 *Quis ſciet, &c.* niſi per ſapientiam & ſpiritum tuum.

26 *Et ſi correctæ ſunt ſe.* i. hominum per reditum à culpa ad gratiam, per quam placita ſunt tibi opera eorum, ſupple nullus ſcire poteſt, niſi per ſapientiam & ſpiritum tuum reuelantem, Eccleſ. 9. a. Nemo ſcit verũ amore vel odio dignus ſit.

27 *Nam per ſa.* diuinam.

28 *Sa. ſunt qui. pl. ti.* Poſt lapſum primi parentis.

## CAP. X.

Adam.
a HÆc illum qui primus formatus eſt à
Deo pater orbis terrarum, cum ſolus
a Per pœnitentiam.
eſſet creatus, cuſtodiuit: & eduxit illũ
a Præpoſteratio eſt.
à delicto ſuo. Et eduxit illum de limo
terræ, & dedit illi virtutem continēdi
a A Deo. b Cain.
b omnia. Ab hac † nōn receſſit iniuſtus in ira ſua, per iram
a Diluuij.
homicidij fraternitas deperijt. Propter quod cum aqua de-
a Per paſſionem crucis Chriſti, deletum eſt peccatum mundi, & ad regnum cælorum fideles reducti.
leret terram, ſanauit iterum ſapientia, per contemptibilē
a Arcam. b Noe. c Quid ſapientia poſt diluuium fecerit oſtendit.
c lignum iuſtum gubernans. Hęc & in conſenſu ſuperbiæ
a Abraham
cum ſe nationes extuliſſent, ſciuit iuſtum, & conſeruauit
a Abrahæ.
ſine querela Deo, & in filijs miſericordiam fortem cuſtodi-
Lot. Sodomitis.
d uit. † Hæc iuſtum à pereuntibus impijs liberauit fugien-
a De cælo. b Quinque ciuitatum regionem.
tem, deſcendente igne in pentapolim, quibus in teſtimo-
a Oſtenderunt. ſ. quod in inferno damnatæ animæ ſine fructu pœnitentiæ in æternum ardebunt.
niũ nequitię fumigabunda conſtat deſerta terra, & incerto
tempore fructus habentes arbores, & incredibilis animæ
e memoria ſtans figmentum ſalis. Sapientiam enim præter-
euntes non tantũ in hoc lapſi ſunt, vt ignorarent bona: ſed
& inſipientiæ ſuæ reliquerunt hominibus memoriam, vt in

CAP. X.

A a HÆc illum qui primus. Rabba. Bonitate Dei primus homo creatus, in paradiſo locatus, cunctis aĩantibus pręlatus, per tranſgreſſionem mandati, in miſerijs huius ſeculi deiectus eſt; & per Dei ſapientiã. i. Chriſtum reparatus, magnum pietatis diuinę iudicium eſt.

b Iniuſtus in ira. vt Cain, qui fratrem nõ iuſtè peremit, cuius piaculi vindicta in diluuio ſoluta eſt, & generatio Cain delera: ſed Dei ſapiẽtia Noe de ſtirpe Seth, ad reparationem orbis cũ filijs ſuis in arca ſeruauit. vnde ſequitur. Propter quod &c.

B c Hæc & in conſenſu ſuperbiæ &c. Rabbanꝰ. Diabolus per ſuperbiam in cõſtructione turris ſeduxit genus humanum: vnde confuſa eſt cõmunio linguarum, ſed Dei ſapiẽtia ſtirpem Abrahæ adiuuit, dans cultum & legẽ vt vnũ Deum colerent: de cuius ſemine redemptorem produxit, in quo benedixit omnes gẽtes, ita quod diaboli ſuperbia confudit, humilitas Chriſti adunauit.

d Hæc iu. &c. Hinc Petrus ait: Ciuitatem Sodomorum & Gomorrhęorum in cinerem redigens euerſio-

C ne damnauit, exemplũ eorum qui impiè acturi ſunt ponẽs, & iuſtum Lot oppreſſum à nefandorum iniurijs, auerſione eripuit, &c. Vxor Lot retro reſpiciẽs, in ſtatuam ſalis cõuerſa eſt, ne qui per gratiã Dei ad vitam vocati ſumus, veterem hominem reſpiciamus, media via remanẽtes. In ſtatuã ſalis verſa alios ſalit, vnde *Mementote vxoris Lot ne ſ. tãquã fatui negligamus, ſed prudenter caueamus.* D Gen. 18. f. Luc. 17. g

e *Sapientiam enim, &c. Hæc autem, &c.* Iacob fugiens Eſau fratrem ſuum venit ad Labam auunculum ſuum, & in itinere per ſomniũ vidit ſcalam erectam, & angelos Dei aſcendentes & deſcendentes, & ipſum dominũ innixum ſcalæ dicentem ſibi, *Ego ſum Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac, terram in qua dormis, dabo tibi, & ſemini tuo.* Veniens autem in Meſopotamiã Liã & Rachel duxit pro quibus oues Labã diu pauit. Qui cũ mercede ſua fraudulẽter priuare voluit. Sed per ſapiẽtiam Dei priuatus eſt Laban, & Iacob ditatus, cum multis opibus redijt. Myſtice vero hęc ad martyres pertinent, quos Chriſti miſericordia à pſecutoribus liberauit, confortans eos gratia ſpiritusſancti, & ſpe futurę mercedis, & tãdem victis Gen. 27. g. E Ibidem 28. b. Myſtice. F

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. X.

HAec illum qui primus for. &c. In præcedentibus induxit autor ad appetitum ſapientiæ ratiocinando, hic conſequenter inducit ad idem exemplificando, ponendo eorum exempla, qui per ſapientiam diuinam illuſtrati ſe bene habuerunt & per oppoſitum illorum qui propter defectum ſapientiæ male ſe habuerunt, vt oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcant. Et diuiditur in duas partes. Nam primo ponuntur aliquarum perſonarum exempla ſpecialiter. Secundo, totius populi Iſrael generaliter capite ſequenti. Prima diuiditur in ſeptem perſonas notabiles, & patebunt partes proſequendo. Prima perſona eſt ipſe Adam, qui per ſapientiam diuinam pœnitens ſaluatus fuit, & econtrario Cain per inſipientiam perijt, & hoc eſt quod dicitur: Hæc ſcilicet ſapientia diuina. 1 *Il. qui pri. forma. eſt à Deo.* ſ. Adam, Gen. 1.
2 *Pater orbis ter.* id eſt, omnium hominum.
3 *Cum ſolus eſſet creatus.* quia poſtea formata eſt mulier de coſta eius. Gen. 2. 4 *Cuſto.* quandiu in ſtatu innocentiæ ſtetit. 5 *Et edu. illum à delic. ſuo.* poſtquã peccauit. 6 *Et edu. il. de li.* corpus eius inde formando, Gen. 1. & hoc fuit ante peccatum eius. 7 *Et de. il. vir. &c.* nam dedit illi dominiũ ſuper omnia inferiora. Gen. 1. 8 *Ab hac.* ſcilicet ſapientia. 9 *Vt re. in.* ſcilicet Cain. 10 *In ira.* eo quod Deus ad munera fratris ſui reſpexerat & non ad ſua. 11 *Per iram h.* id eſt per peccatum fratricidij. 12 *Frater. d.* id eſt amicitia fraterna. 13 *Pro. quod.* Hic ponitur ſecundum exemplum de Noe, qui per ſapiẽtiam ſibi à Deo datam cum domo ſua fuit ſaluatus meritorie, alijs in diluuio pereũtibus. & hoc eſt qđ dicitur. *Pro. quod.* id eſt propter ſapientiæ donum.
14 *Cum aqua deleret.* Gen. 7. 15 *Sanauit iterum ſapientia.* id per arcam de lignis factam contemnebant homines illius temporis reputantes fatuos Noe & eius filios. 16 *Iu. gu.* id eſt ſapientia gubernans Noe iuſtum cum ſua familia.
17 *Hæc & in.* ſ. Hic ponitur tertium exemplum de Abraham, qui per diuinam ſapientiam fuit liberatus de Vr Chaldæorum, vt dictum fuit plenius Gen. 11. & hic breuiter repetitur cum dicitur. *Hæc.* ſcilicet ſapientia diuina. & in ſequentibus ſimiliter intelligatur. Et in conſenſu ſuperbiæ cum ſe nationes extuliſſent, volentes ædificare turrim vſque ad cęlum ad magnificandum nomen ſuum. Gen. 11.
18 *Sci. iu.* ſ. Abraham, quem ſciri fecit per approbationem.
19 *Et con. ſi. quere.* id eſt notabili culpa.
20 *Et i. fi.* Abrahæ. 21 *Mi. fo.* nam hoſtes eorum fortiter debellauit: vt patet in Exod. & li. Ioſue. 22 *Hæc.* hic ponitur quartum exemplum de Lot, cum dicitur. *Hæc.* ſ. Lot.
23 *A pereuntibus.* de ciuitate Sodomorum, vt hr̃ Gen. 19.
24 *Deſcendente igne.* ſulphureo.
25 *In pentapolim.* ſic vocabatur illa regio, eo quod erant ibi quinque ciuitates quæ fuerunt ſubuerſæ à domino.
26 *Quibus in teſti.* i. vitij contra naturam, quo erant infecti.
27 *Fumigabunda conſtat.* nam facta eſt inhabitabilis. & inde ſurgit fumus & fœtor quaſi intolerabilis in teſtimonium damnationis priorum habitantium.
28 *Et incerto tem. fru.* id eſt pręter ſolitum curſum naturæ in teſtimonium quod habitatores illius terrę peccauerant contra naturam. Dicitur etiam, quod ibi ſunt arbores pulchros fructus habentes exterius, qui cum manu tanguntur, incinerantur: & fœtor exhalat ex eis in teſtimonium dicti vitij & damnationis.
29 *Et incredi. ani.* i. vxoris Lot, quæ fuit incredibilis angelo præcipienti, ne reſpiceret poſt tergum ſuum. Et accipitur hic anima, pro toto coniuncto, ſicut Exod. 1. a. *Omnes animæ quæ egreſſæ ſunt de femore Iacob.*
30 *Memoria ſtans figmen. ſa.* verſa enim fuit vxor Lot in ſtatuam ſalis, Gen. 19. f. vt poſteri memores eſſent ſuæ incredulitatis ad euitandum eam. vnde dicit ſaluator Lucæ. 17. d. *Memores eſtote vxoris Lot.* Conſequenter oſtendit malum illorum qui diuina ſapientia caruerunt cum dicitur.
31 *Sapi. enim.* prętereuntes, i. ipſam habere negligentes.
32 *Non tantum in hoc, &c.* vt ignorarent bona, ſcilicet virtutum, quæ ſunt vere homini bona, quia faciunt hominem ſimpliciter bonum.
33 *Sed inſi. ſuæ reliquerunt ho. me.* per ſuam punitionem, ſicut dictum eſt de Sodomitis & vxore Lot.
34 *Vt in his quæ.* Ad hoc. n. fecit Deus ꝑ punitionẽ eorũ pec-

A his quæ peccauerunt, nec latere potuiſſent. Sa- 1
a In quiete æternæ pacis.
pientia autem hos qui ſe obſeruāt à doloribus 2
a Iacob. b Eſau.
liberabit. Hæc autem profugum iræ fratris 3
Gen. 28. b. a In Meſopotamiam.
iuſtum deduxit per vias rectas, & oſtendit 4
illi regnum Dei: & dedit illi ſcientiam ſan- 5
a Ditauit. b Quos in paſcendis ouibus ſuſtinuit.
ctorum. Honeſtauit illum in laboribus, & 6
compleuit labores illius. In fraude circum- 7 8 9
a Laban & filiorum eius.
uenientium illi affuit, & honeſtum fecit il- 10 11
lum. Cuſtodiuit illū ab inimicis, & à ſeducto- 12
a Contra Laban & filios eius, vel contra Eſau.
b Quando luctatus eſt cum angelo.
ribus tutauit illum. Et certamē forte dedit illi, 13
a Expertus in neceſſitatibus.
B vt vinceret: & ſciret, quoniam omnium poten- 14
tior eſt ſapiētia. Hęc vē- 15
a A fratribus. b Ioſeph.
ditum iuſtum nō dereli
quit; ſed à peccatoribus 16
a Cum accuſaretur de adulterio.
liberauit eū: deſcenditq; 17
a Carceris.
cū illo in foueam, & in 18
vinculis nō dereliquit il-
a Per expoſitionem ſomniorum.
b Principatum.
lū, donec afferret illi ſcē
c Aegypti.
ptrū regni, & potētiā ad- 19
uerſus eos qui eū deprimebāt: & mēdaces oſtē- 20
dit qui maculauerunt illum, & dedit illi clarita- 21

Myſtice. victis hoſtibus, ad regnum cęlorum perduxit ad laudem & gloriam nominis ſui.

a *Hæc venditum iuſtum &c.* Rab. Myſtice. Sapientia Dei martyres de perſecutionibus eripuit & exaltauit in regno cæleſti. Vnde cum Chriſto venturi ſunt iudices hoſtium ſuorum.

a Iſraeliticum.
22 tem æternā. Hæc populum
a Patriarcharum.
iuſtum & ſemen ſine quere
a Aegyptiis.
23 la liberauit à nationibus q̄
24 a In luto & latere.
illū opprimebant. Intrauit
Moyſi.
25 in animā ſerui Dei, & ſtetit
26 a Pharaonem, & alios principes.
27 contra reges horrendos in
a Quæ fecit in Aegypto
28 portētis & ſignis. Et reddi-
a Iſraelitis. b Terram promiſſionis.
dit iuſtis mercedē laborū
a Per deſertum.
29 ſuorū, & deduxit eos in via
a In nube. b In columna ignis
mirabili: & fuit eis in velamento diei, & in luce E
30 ſtellarum per noctem. Et tranſtulit illos per ma-
re rubrum, & trāſuexit illos per aquam nimiam.
Inimicos autem eorum demerſit in mare, & ab al-
a Ineffabilium actionum.
31 titudine inferorum eduxit illos. Ideo iuſti tule-
32 a Vaſa aurea & argentea. b Aegyptiorum.
c Cantemus domino, glorioſè enim, &c.
33 runt ſpolia impiorum, & decantauerunt domine
nomen ſanctum tuum, &
34 victricē manū tuā laudaue
35 rūt pariter. Quoniā ſapien-
a Chriſtus. b Ad literam, vel myſticè.
tia aperuit os mutorū, lin-
a Ex ore infantium & lacten.
guas infantiū fecit diſertas.

b *Hæc populū iu.* Rab. D Myſtice. Liberat Deus electos ſuos à perſecutoribus, & per miraculorum coruſcationem terret aduerſarios, dat ſapientiam cui non poſſunt aduerſarij reſiſtere. Vnde coram regibus & principibus aſſiſtunt intrepidi fiducialiter loquentes verbum Dei, & per martyrium perueniūt ad præmia regni, vbi perpetuo decantant laudes liberatori ſuo.

c *Quoniam ſapi. &c.* Sine ſapientia Dei nec humana mens aliquid dignè cogitare, nec os proferre poteſt: ab ipſo ergo & ſapientia & eloquentia petēda eſt.

C F

NICOLAVS DE LYRA.

cata manifeſta, vt alij terrore pœnæ à talibus arcerentur.

1 *Sapien. autem hos qui ſe obſer.* per ſanctam conuerſationem & deuotam orationem.

2 *A doloribus liber.* vt patet in exemplis dictis & etiam dicendis.

Iacob. 3 *Hæc autem profugum.* Hic ponitur quintum exemplum de Iacob cum dicitur: *Hæc autem profugum iræ fra. iuſtum.* ſcilicet Iacob, qui iuſtus fuit, & in Meſopotamiam iuit fugiens iram Eſau fratris ſui. Gen. 27.

4 *Deduxit per vias rectas.* morum.

5 *Et oſtendit illi regnum Dei.* quando vidit ſcalam, cuius ſummitas tangebat cęlum, & dominum innixum ſcalæ, Gen. 28. c. Tunc enim habuit reuelationem de ſuperna Ieruſalem. propter quod euigilans dixit: Non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cęli. ideo ſubditur.

6 *Et dedit illi ſcientiam ſanctorum.* i. notitiam de ſanctis angelis quos vidit aſcendentes, & deſcendentes per illam ſcalā.

7 *Honeſtauit illum in ſa.* id eſt reddidit eum inclitum & diuitem pro laboribus ſuis in cuſtodiendis ouibus Labani. Gen. 30. g. Ditatusque eſt homo vltra modum, &c.

8 *Et comple. labo. illi.* quando Deo protegente receſſit de Meſopotamia cum vxoribus & liberis & diuitijs ſuis.

9 *In fraude circumuenientium illum.* id eſt Laban & filiorum ſuorum qui nitebantur eum decipere mutando frequenter mercedem ſuam, Gen. 31.

10 *Affuit illi.* multiplicando greges, qui ſecundum pactum debebant cedere in mercedem Iacob.

11 *Et honeſtum fecit illum.* ditando eum in temporalibus & ſpiritualibus diuitijs.

12 *Cuſtodiuit illum ab ini.* i. à Laban & eius filijs inſequentibus Iacob recedentem ad eum ſpoliandum, Gen. 26.

13 *Et certamen forte dedit illi.* cum angelo luctanti, Gen. 32.

14 *Vt vi.* ſcilicet Eſau ſibi aduerſantem. Ad hoc enim fuit illa lucta, vt Iacob aſſecuraretur de Eſau, quem nimis timebat: propter quod dixit ſibi angelus: Si contra dominū fortis fuiſti, quanto magis contra homines præualebis?

Ioſeph. 15 *Hæc venditum iuſtum.* Hic ponitur ſextum exemplum de Ioſeph cum dicitur. *Hæc venditum iuſtum.* Iſmahelitis à fratribus ſuis, Gen. 37.

16 *Sed à peccatoribus li.* id eſt, a fratribus ſuis eum occidere volentibus.

17 *Deſcenditque cum.* id eſt, in carcerem regis Aegypti, Gen. 39. a. vnde dicitur ibidem: Fuit autem dominus cū Ioſeph, deditque ei gratiam in conſpectu principis carceris, &c.

18 *Et in.* id eſt, dominationem in regno Aegypti poſt regem immediatè. Gen. 41.

19 *Et potentiam aduerſus eos.* qui eum deprimebant. ſcilicet Putiphar & vxorem eius, quibus ſuperior factus fuit.

20 *Et mendaces oſtendit, qui maculauerunt illum.* imponendo ſibi adulterium, nam malitia mulieris fuit detecta.

21 *Et dedit.* ſcilicet bonæ famæ quæ manet adhuc & manebit in poſterum ſemper.

22 *Hæc populum iuſtum.* Hic ponitur ſeptimum exemplum de Moyſe, qui per ſapientiam diuinitus ſibi datam liberauit populum Iſrael ab Aegypti ſeruitute, cum dicitur. *Hæc populum iuſtum, & ſemen ſine querela.* id eſt populum Iſraeliticum colentem dominum.

23 *Libera. a na.* Aegyptiorū, quę illū opprimebāt nimis grauiter, intantū q́, perducebant ad amaritudinē vitam eorū, vt habetur Exod. 1. Et ſubditur modus liberandi. cum dicitur.

24 *Intrauit.* ſcilicet diuina ſapientia.

25 *In animam ſer. Dei.* ſcilicet Moyſi.

26 *Et ſtetit contra re.* ſ. Pharaonem & principes ſuos.

27 *In portentis & ſignis.* flagellando Aegyptū decē plagis.

28 *Et reddidit iuſtos me. la. ſu.* Nā de mandato dñi, filij Iſrael recedentes ſpoliauerunt Aegyptū, petentes mutuo a vicinis vaſa aurea & argentea, Exo. 12. e. Et hoc in recompenſationem laborum, quibus iniuſte defraudauerant eos Aegyptij.

29 *Et eduxit eos in via mirabili.* nam columna nubis præcedebat per diem, & columna ignis per noctem, Exod. 13.

30 *Et tranſtulit il. per ma. ru. &c.* hoc habetur Exod. 14.

31 *Et ab altitudine inferorum.* i. de profundo maris.

32 *Ideo iuſti tu. ſpo. impio.* Viderūt. n. Aegyptios mortuos ſuper littus maris, Exo. 14. g. Et ſpoliauerūt eos armis & oībus pretioſis. Et ſm Hebręos iſta ſecunda prȩda fuit maior, q̄ illa qua prius ſpoliauerant Aegyptum vaſis aureis & argēteis.

33 *Et decanta. do. nomen ſan. tuum.* Dicentes. Cantemus domino glorioſè &c. Exod. 15. a.

34 *Et victri. ma. tuam.* potentiā tuā Aegyptios ſubmergētē.

35 *Quo. ſap. ape. os mu. &c.* id eſt Hebræorum, qui prius exiſtentes in Aegypto, non audebant mutire nec aliud fari contra opprimentes ſe nequiter, & iniuſte. Sed quia hæc omnia attribuuntur meritis Moyſi. Ideo ſubditur.

17 De- CAP.

CAP. XI.

A *Direxit opera eorum in manib⁹ prophetæ sanc. &c.* Rab. Popul⁹ Christianus per deſertum huius mundi prophetiam ſequitur, vt perueniat ad patriam regni cœleſtis, vnde Petrus: *Habemus propheticum ſermonem, cui bene facitis attendentes quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, &c.*

B a *De petra altiſſima & requies ſitis de lapide du.* Petra autem erat Chriſtus, qui virga crucis percuſſus, quę erat in manibus, id eſt in ſcripturis prophetarum, fudit aquã viuã. vñ, *Qui ſitit, veniat ad me & bibat, &c.*

b *Per quæ enim pœn. paſſi ſunt inimi.* Rabanus. Memoratis beneficijs priori populo datis narrat pœnas ini-

C

CAP. XI.

a Iſraelitarum.
Direxit opera eorum
a Moyſi.
in manib. prophe-
a Properantes, ſcilicet ad terram promiſſionis.
tæ ſancti. Iter fecerunt per 1
deſerta quæ non habitaban-
tur, & in locis deſertis † fece- 2
a Tabernacula
runt caſas. Steterunt contra 3
a Amalec, & alios.
hoſtes, & de inimicis ſe vin-
dicauerunt. Sitierunt & in- 4
uocauerunt te, & data eſt il- 5
a Spirituali gratia pleniſſima.
a lis aqua de petra altiſſima, & 6
a Ceſſatio. b Super quem ædificat ſapiens.
requies ſitis de lapide duro.
b Per quæ enim pœnas paſſi 7
Aegyptij.
ſunt inimici illorum, à defe- 8
ctione potus ſui in eis, cum 9 10
a Quia fluebat aqua de petra.
abundarent filij Iſrael lętati
Iſrael tis.
ſunt. Per hæc cum illis deeſ- 11 12
ſent, bene cum illis actũ eſt: 13
a Quo prius vtebantur.
nam pro fonte † ſempiterni 14 15

a Quando aquæ verſæ ſunt in ſanguinem.
16 fluminis, humanum ſangui-
a Qui acceperunt gladium, gladio perierunt.
17 nem dediſti iniuſtis. Qui cum
18 minuerentur in traductione
a Sicut ſub Herode factum eſt.
19 infantium occiſorum, dediſti
a Quæ ſalit in vitam æternam.
20 illis abundantem aquam in-
a De improuiſo.
21 ſperate, oſtendens per ſitim
22 quę tunc fuit, quemadmodum
a Cum torrente voluptatis tuæ potabis eos, vel nos.
b Perſecutores.
23 tuos exaltares, & aduerſa-
a Siti æterna.
24 rios illorum necares. Cum c
25 enim tentati ſunt, & quidam
Correctionem.
26 cum miſericordia diſciplinam
Experimento.
27 28 † accipientes, ſcierunt quem-
29 30 admodum cum ira iudicati
31 impij tormenta paterentur.
Iſraelitas.
32 33 Hos quidem tanquam pater
a Aegyptios, aut Chananæos.
34 monens probaſti, illos autem
35 36 tanquam rex durus interro-
gans condemnaſti. Abſentes

D inimicorũ, quas in morte primogenitorũ & varia clade paſſi ſunt. Myſtice populus Dei & oues paſcuæ eius ſatiantur de fonte aquæ viuæ: & perſecutores æterna egeſtate deficiunt. vnde Eſaias, *Ecce ſerui mei bi. & vos ſiti.* Q. Pœna eſt malis, gaudiũ eſt bonis ſitientibus ſe tentari ad correctionẽ. Siue ergo patiantur ſiue nõ gloria eſt eis.

Miſtice. Eſa.65.b.

E c *Cum e. ten.* Rab. Iſraelitas peccantes dignis plagis corripuit Deus, & pęnitentes conſolatus eſt, Aegyptios & Chananęos tanquam miſericordia indignos exterminauit. vnde ſequitur. Hos quidem tanquam &c.

† acceperunt.

Tor

F

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. XI.

*Direxit opera eorum in m. pro. ſan.* ſ. Moyſi de quo dicitur Deut. vlt. c. Et non ſurrexit propheta vltra in Iſrael, ſicut Moyſes, quem noſſet dominus facie ad faciem.

1 *Iter fece.* Poſtquã poſita ſunt exempla ſpecialia, hic conſequenter ponuntur generalia, declarando beneficia diuina circa populũ Iſrael per ſapientiã collata, & econuerſo mala populis alijs inflicta pp inſipientiã. Et diuiditur in ſex partes, ſm ſex beneficia Iſrael collata quę patebunt proſequendo. Prima vero pars cõtinet beneficiũ collatũ in exitu de Aegypto. ſ. aquæ collatę populo ſitienti, antequã veniret ad montẽ Sinai, Exod. 17. Et continetur in hoc cap. Quod diuiditur in duas partes. Nam primo ponit hoc beneficium. ſecundo contrariũ Aegyptijs inflictum, ibi. Per quæ enim. Circa primũ de aquæ beneficio duo præmittuntur. 1. proceſſus Iſrael poſt exitum de mari rubro, cum dr. *Iter fecerũt per deſerta quæ non habita.* & ideo non inueniebantur ibi victualia: propter quod vixit populus de his quæ apportauit de Aegypto, vſq; ad tempus quo data fuit ſibi manna de cęlo, Exod. 16.

2 *Et in lo. de. ſi. ca.* i. tentoria & tuguria de ramis arborum facta. Secundum eſt debellatio hoſtium, cum dicitur.

3 *Stet. con. ho. &c.* ſ. cõtra regem Amalec & ſocios eius, cõtra quos pugnauit Ioſue armis, Moyſes precibus deuotis, Exod. 17. Et ſubditur beneficium aquæ, cum dicitur.

4 *Si. & in. te.* Moyſes. n. pro populo clamauit ad dñm, Exo. 17. 5 *Et da. eſt il. aqua de p. al.* ſ. petra Horeb, vt ibidẽ dr, quę forte erat in loco alto & ſicco ad maiorẽ declarationẽ miraculi. 6 *Et re. ſi. de. l. a. du.* nã aqua iſta potata, populus requieuit a ſiti. 7 *Per quæ e.* Hic conſequenter oñdit contrariã Aegyptiorũ afflictionẽ. ſ. per cõuerſionẽ fluminis in ſanguinẽ. vt hr Exod. 7. Sciendũ aũt, quod hic loquit cõmiſtim de pęna Aegyptiorũ, & beneficio Hebręorũ, & malis illorũ, & bonis iſtorũ: ideo ſub vno cõtextu literæ de Aegyptijs tranſit ad Hebræos, & ecõuerſo. Et diuiditur in tres partes: quia primo ponitur hæc Aegyptiorũ afflictio. Secundo ſoluitur quædam tacita quæſtio, ibi. *Cum enim tentati ſunt.* Tertio ſubditur dicti ratio, ibi. *Pro cogitationibus.* Circa primum dicitur: *Per quæ e. pœ. pa. ſunt ini. il.* Aegyptij oppreſſores Hebręorum.

8 *A de. po. ſui.* i. per conuerſionem fluminis potabilis in ſanguinem quem non poterant Aegyptij bibere. 9 *In eis.* i. in aquis fluminis. 10 *Cum abun. fi. Iſrael.* quia ſicut dictum fuit Exod. 7. qñ Hebræi hauriebant de dicto flumine, ſtatim qd hauſtũ erat, reuertebatur ad naturã potabilis aquæ, & ſic lętabantur filij Iſrael de diuino beneficio. Nam ex eodem flumine Aegyptij affligebantur, & filij Iſrael reficiebantur. Id ſubditur. 11 *Per hæc.* i. per aquas potabiles. 12 *Cum illis deeſ.* i. Aegyptijs. 13 *Be. cum il. ac. eſt.* Cum Hebræis modo dicto. 14 *Nam pro fon.* i. aqua potabili. 15 *Sem. flu.* i. Nili, qui dicitur ſempiternus, eo quod eſt a principio mũdi. Eſt enim vnus de quatuor fluminibus Paradiſi, & vocatur alio nomine Gyon, Gen. 2. 16 *Hu. ſan. de. iniu.* i. Aegyptijs, quibus aqua fluminis erat ſanguis. Et dicitur humanus, quia ſimilis erat humano ſanguini. Conſequenter loquitur de Hebræis dicens. 17 *Qui cum m.* In numero. 18 *In tradu. infan. occi.* quos Pharao precepit in flumine ſubmergi. Exod. 1. qui ſi vixiſſent maior fuiſſet numerus filiorum Iſrael.

Nilus.

19 *De. il.* i. Hebræis. 20 *Abun. a. in.* per reuerſionem ſanguinis hauſti ad naturam potabilis aquæ, vt prædictum eſt: vel per aquam fluentem de petra Horeb miraculoſe.

21 *Oſten. per ſi. quæ tunc fuit.* In Aegyptijs & Hebræis.

22 *Quemadmodum tuos.* i. Hebræos aquã potabilẽ eius dãdo.

23 *Et aduer. il. ne.* pro aqua ſanguinem eis propinando.

24 *Cum enim.* Hic conſequenter ſoluitur tacita quæſtio ex prædictis ortum habens. Dictum eſt enim, quod Aegyptij fuerunt afflicti ſiti per conuerſionem aquę in ſanguinem in Aegypto, & quòd ſimiliter filij Iſrael fuerunt afflicti ſiti per defectum aquæ in deſerto. Qualiter ergo Deus fuit magis fauorabilis iſtis quam illis? Ad hoc reſpondetur, quod pęnã ſitis immiſit Hebræis ad probationem eorum: Aegyptijs autem ad eorum damnationem. Sicut iudex aliter punit filiũ proprium. ſ. ad eius emẽdationem, & aliter latronem extraneum. ſ. ad eius mortem, & hoc eſt quod dicitur. *Cum enim tentati ſunt.* ſcilicet Hebræi per paſſionem ſitis. 25 *Et qui. i. certe.* 26 *Cum miſe. di. acci.* quia poſt ſitis afflictionem per Dei miſericordiam conſecuti ſunt aquæ recreationem.

27 *Scierunt.* per hoc.

28 *Quem. cum ira.* diuina.

29 *Indi im.* id eſt, Aegyptij condemnati.

30 *Tor.* ſcilicet ſine tali Dei miſericordia ſubſequente. propter quod ſubditur. 31 *Hos qui.* ſcilicet Hebręos.

32 *Tan. pa. mo.* per afflictionẽ ſitis: ad eorum correctionẽ.

33 *Illos au.* id eſt Aegyptios.

34 *Tanquam da. rex inter.* i. tormentis ſubijciens. vnde & cõmuni ſermone talia tormenta quæſtiones dicuntur.

35 *Com.* non ſolum pęna temporali, ſed etiam æterna.

36 *Abſen. e. & præ. ſi. tor.* Aegyptij exiſtentes Pharaoni, & etiam abſentes ab eius pręſentia ſimiliter affligebantur, ſicut veſicis turgentibus & alijs plagis ſimilibus. Conſequenter loquitur de Hebræis dicens.

A a *Tor.* A Pharaone, vbicūq; ſcilicet eſſent. Vel, non tantū hi quos Iſraclitæ recenti clade per ſingulas ciuitates peremerunt, puniti ſunt, ſed & omnes Chananæi audientes victoriam populi Dei, vnde Raab dicit, *Irruit in nos terror veſter*, &c. Myſtice autem Iudæi qui incarnationem filij Dei, & prædicationem deſpiciebant, vbique terrarum vagi & profugi varijs cladibus affligūtur. Gentiles vero ad fidē conB
uerſi, & ſuſcipientes paternā correctionem à Dei miſericordia nō recedunt: vt qui fuerant in capite, ſint in cauda: & econuerſo.

Myſtice. Iohan. 2. b.

b *Duplex.* &c. Præteritorum malorum recordatio non minuitur, & pręſentium tempeſtas augetur. Vnde nec habent ſpem remedij, quia pœnitentiam ſimulantes, non ſtudent emendationi. vnde: *Cum occideret eos, quærebant eum, & dilexe*C
*runt eum*, &c.

Pſal.77.d. c *Non ſimi.iuſt.fa.*&c. Quia

enim & pręſentes ſimiliter
a Quia præteritorum malorum recordatio, & præſentium tempeſtas.
a torquebantur. Duplex e- 1
b nim tædium acceperat il-
los, & gemitus cum me- 2
moria pręteritorū. Cum 3
enim audirent per ſua tor 4
menta bene ſecum agi, 5 6
commemorati ſunt do- 7
minum, admirantes in fi- 8
nem exitus. Quem enim 9
in expoſitione praua pro-
iectum deriſerunt, in fi- 10
nem euentus mirati ſunt: 11 12
a Vt iniuſtis.
c non ſimiliter iuſtis faciēs,
a Secundum duritiam ſuam, & cor impœnitens theſaurizat ſibi iram in die iræ.
pro cogitationib⁹ autem 13
a Praua opera quę ex cogitatione procedunt.
inſenſatis iniquitates illo- 14
d rum. Quòd quidam er-
a Alias multos.
rantes colebāt mutos ſer-
a Eſculapium.
b Arietes, canes.
pentes, & beſtias ſu- 15
peruacuas: immiſiſti illis 16
multitudinem mutorum
animalium in vindictam: 17
a Ex ſimilitudine pœnæ cognoſcerent qualitatem culpæ.
18 vt ſcirent, quia per quæ
peccat quis, per hæc &
torquetur. Non enim im-
poſſibilis erat omnipotens
a Filius.
manus tua, quę creauit or
a Terra erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper fa. abyſ.
19 bem terrarum, ex materia
inuiſa, immittere illis mul
a Dæmonum.
titudinem vrſorum, aut au
daces leones, aut noui ge-
neris ira plenas, & igno-
tas beſtias, aut vaporē ig-
a Iræ, vel libidinis.
b Obſcurantes, ſcilicet, oculos ſpirituales.
neum ſpirantes, odorem
fumi proferentes, aut hor-
a Qui ſcilicet, omnia videndo vrunt.
rendas ab oculis ſcintil-
a Ignita iacula, vel ignota laſciuia.
20 las emittentes: quarum
21 non ſolum læſura poterat
22 illos exterminare, ſed &
23
24 aſpectus per timorem occidere. Nam & ſine
a Indignatione, vel iuſſu Dei.
25
26 his vno ſpiritu poterant occidi † perſecutionem
27
28 paſſi ab ipſis factis ſuis, & † diſperſi per ſpiritum

Qui non ſimiliter peccant. Septies enim cadit iuſtus, & reſurgit. Impius autem cum in profundum venerit malorum, contemnit.

d *Quod qui.er.*&c.Ra. Dignum fuit, vt qui pro creatore creaturam venerabantur, vnde opem quærebant, ſuſtinerent pęnam: pugnat enim pro eo orbis terrarum contra inſenſatos. Myſtice vero idololatræ, hæretici, ſchiſmatici, qui errorum ſuorum ſectas pro veritate colunt, & ſpiritualibus beſtijs puniuntur, de quibus dicitur. *Ne tradas beſtijs animas confitentes tibi*: quarum aſpectus terribilis furor immenſus. Tota enim intentio eſt eorū genus humanum perſequi & cruciare idque oībus modis. Sed quia Deus neminem iniuſte damnat, ſequitur, *Sed om.*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Duplex enim il. tædium ac.* Et quod fuerit illud duplex tædium ſubditur.

2 *Et gem. & pro.* id eſt, gemitus pro preſentibus afflictionibus: ſicut dicitur Exod. ſecundo. d. *Et ingemiſcentes filii Iſrael propter opera*, &c.

3 *Cum me. præ.* ſcilicet bonorum habitorum tempore Ioſeph. Hæc enim memoria eſt valde tædioſa & afflictiua tempore infortunij ſubſequentis. vnde dicit Boetius de conſolatione. Infeliciſſimum infortunij genus eſt fuiſſe felicem.

4 *Cum enim audirent.* id eſt, intelligerent.

5 *Per ſua tormenta.* id eſt per afflictiones in Aegypto ſibi illatas.

6 *Bene ſecum agi.* in liberatione ſua mirabili, quam meruerant per tribulationis ſufferentiam. Exod. 2. d. Aſcenditque clamor eorum ad Deum ab operibus, &c.

7 *Commemorati ſunt dominum.* de ſua clementi prouidentia.

8 *Admirantes in finem exitus.* ſcilicet, ſui de Aegypto.

9 *Quem enim in expoſitione praua proiectum.* ſcilicet Moyſen, qui fuit morti expoſitus in flumine in vaſe iunceo.

10 *Deriſe.* dicendo. Quis conſtituit te iudicem ſuper nos? &c. Exod. 2. & 5. dicentes Moyſi & Aaron: *Fœtere feciſtis odorem noſtrum coram Pharaone, & ſeruis eius.*

11 *In finem euentus mirati ſunt.* propter mirabilia quæ per Moyſen fecit Deus.

12 *Non ſimiliter iuſtis faciens.* ſic habent libri correcti. Et dicuntur hic iuſti ipſi Hebręi, Aegyptij vero iniuſti, quibus non ſimiliter fecit Deus. Nam Aegyptios poſt flagella plagarum in mari ſubmerſit: Hebræos autem poſt afflictionem mirabiliter liberauit.

13 *Pro cogitationibus.* Hic conſequenter reddit cauſam dicti, ſcilicet quare Deus ſe habuit ad Hebręos tanquam pater monens, ad Aegyptios autem ſicut rex durus condemnans. Et primo facit propoſitum. ſecundo declarat intentum, ibi: *Multum enim.* Propoſiti vero cauſa eſt, quia licet Hebræi in multis peccarent, Deum tamen verum colebāt, & ad ipſum per pœnitentiam recurrebant. Aegyptij vero in idololatria obſtinati erant: & hoc eſt quod dicitur: *Pro cogitationibus autem inſenſatis*, &c. Aegyptiorum.

14 *Iniquitates illorum. Quod quidam errantes colebant.* id eſt opera nequiſſima ex illis cogitationibus procedentia. Et quæ ſunt opera illa, ſubditur.

15 *Et beſtias ſuperua.* id eſt inutiles, vt talpas & veſpertiliones, ſecundum quod dicitur Eſa. 2.

16 *Immiſiſti illis multit. mutorum animalium.* vilium & inutilium ranarum, ſcilicet & cyniphicum, vt habetur Exo. 8. Licet autem talia animalia habeant vocem, tamen non eſt articulata: propter quod dicuntur muta, ſicut homo mutus dicitur qui profert vocem inarticulatam.

17 *In vindictam.* idololatrię, quia colebant animalia vilia.

18 *Vt ſcirent* &c. ſcilicet quod peccatum correſpondet pęnæ. *Non enim in poſ. erat* &c. ſequitur.

19 *Eſt materia inuiſa.* Nam materia prima per ſe non eſt cognoſcibilis, cum ſit potentia pura. *Immittere illis multitudi. vrſorum*, &c. Sequitur.

20 *Quarum non ſolum læſura pote.* per morſus, vel intoxicationes, & ſimiliter.

21 *Poterat illos exterminare.* ſubito.

22 *Sed & aſpectus.* earum terribilis.

23 *Per timorem occidere.* Timor enim vehemens aliquando interficit hominem.

24 *Nam & ſine his.* animalibus terribilibus.

25 *Vno ſpiritu* id eſt vno tuo iuſſu.

26 *Poterant occidi.* ideo ſubditur.

27 *Perſecutionem. paſ.* id eſt mortem.

28 *Ab ipſis factis ſuis, & diſperſi per ſpiritum.* id eſt, pro ſuis enormibus peccatis.

*Sed*

a *Sed omnia in menſura,& numero,& pondere diſpoſuiſti. Multum.* ✤ Anaſtas. Et Theodoret. *Pondere,& menſura omnia regit,& adminiſtrat dominus.* Nam cum iis, qui viuebant tempore Noe, vitæ terminum centum annis definiſſet, poſtquã vidit peccatum creſcere,& inundare, non expectauit pſcriptũ terminum, ſed eum coſcidit,& breuiorem reddidit, & centeſimo anno omnibus induxit diluuiũ. Ita etiam Abrahamo inquilinum futurũ eiꝰ ſemen prædixit, & docet cauſam. *Nondum enim,* inquit, *completæ ſunt iniquitates Amorrhæorum,* huc vſque. Nondum inquit, ea admiſerunt peccata, quæ cauſa ſint, vt penitus intereant. Quamobrem, non patiar, vt nunc vobis omnino occidendos tradam, ſed iniquitatis expecto menſuram. Sub menſuram enim cadunt noſtra, quæ in tempore fiunt peccata, vſque ad aliquam quãtitatem,& tunc infligit pœnas iuſtus iudex noſter deus.

a virtutis tuæ. Sed omnia in menſura, & numero, & põdere di- 1
a ¶ Deo nihil eſt impoſſibile, cui reſiſtere nemo poteſt.
ſpoſuiſti. Multum enim valere tibi ſoli ſupererat ſemp, & vir 2
a ¶ Filii tui vnde Eſaias. Induere fortitudinem brachium domini. 3
b tuti brachij tui quis reſiſtet? Quoniam tanquam momentũ 4
a Linguæ. 5
ſtateræ, ſic eſt ante te orbis terrarum, & tanquam gutta ro- 6
a Potentia domini bonitate plena, opus ſuum propter peccata non deſpicit, ſed per pœnitentiam abluit,& pie fouet,& nutrit. vnde ſubdit: Diligis enim om.
ris antelucani, quæ deſcendit in terram. † Et misereris om- 7
nium, quoniam omnia potes, & diſſimulas peccata homi- 8
c num propter pœnitentiam. Diligis enim omnia, quæ ſunt,& 9
nihil odiſti eorum, quæ feciſti, nec enim odiens aliquid con- 10
ſtituiſti, aut feciſti. quomodo autem poſſet aliquid perma- 11
nere, niſi tu voluiſſes? aut quod a te vocatum non eſſet, conſer
uaretur? Parcis autem omnibus, quoniam tua ſunt domine, 12
qui amas animas. 13

Quia omnia ſecundum veritatem, & iudicium,& iuſtitiã facit. Omnia .n. opera ſua certo numero,& mẽſura,& pondere creauit. vñ: *Qui numerat mul. ſtel.& omni. eius nomina vocans.* Et alibi: *Qui fecit ventis pondus,& aquas appendit menſura.* Vnde quidã ait: *Omnia, quæ a primæua natura ſtatuta ſunt,* numerorum videtur ratione firmata. Hoc enim fuit principale in animo conditoris exemplar,&c. In menſura, qualitas, in numero, quantitas, in pondere, ratio. In his conſtituit deus mundum,& gubernat,& iudicaturus eſt. In his iuſtus iudex comprehendi non poteſt, nec reprehendi, omnia in clauſtro horũ triũ abſcondita latent, quæ ſolis clauibus iudicij, & miſericordiæ dei reſerabuntur, quando illuminabuntur abſcondita tenebrarum, & reuelabuntur conſilia cordium.

✤ Ambroſ. Quia exũdat ignis,& feruet, ẽt aqua exundauit in terris, ne eas ſurgentis ſolis, & ſtellarum micantiũ ardor exureret, & tenera rerum exordia inſolitus vapor læderet. Quanti fontes, fluuij, lacus, irrigant terras, quia eas internus quidam ignis vaporat. Vnde.n. aut arbores germinarẽt, aut frumenta, aut ſata prorũperent, vel orta coquerentur, niſi ea interior quoq; ignis animaret? Qui etiam de ſaxis frequẽter excutitur,& de ipſo ſæpe dũ cæditur ligno exilit. Ergo ſicut neceſſaria ignis creatura, vt ordinata,& diſpoſita pmaneat, cælique clemẽtia tẽperet aquarum rigorem, ita etiam aquarum redundantia nõ ſuperflua, ne alterũ ab altero cõſumeretur, quia niſi conueniens vtriuſque menſura ſit, ſicut ignis aquam exſiccat, ita & aqua extinguit ignẽ. *Ideoque pondere,& menſura examinauit vniuerſa, numerata enim ſunt ei,& ſtillicidia pluuiarum,* ſicut in libro Iob legimus, ſciens, vel rerum facilem defectum fore, vel ſolutionem vniuerſitatis ſi alterum exſuperaretur ab altero. Itaque vtriuſque temperauit diſpendia, vt neque plus ignis excoqueret, neque exuberaret aqua, ſed imminutio fieret vtriuſque moderata, quæ & ſuperfluum detraheret, & neceſſarium reſeruaret.

† Sed. Sap. 11.

Iob 28. & 38.

b *Momentũ ſta.&c.* Simile dicit Eſaias: *Ecce gentes, ſicut ſtilla ſitulæ,& quaſi momentũ ſtateræ reputatæ ſunt.* vult.n. intelligi, q̃ mens,& ratio,& ſenſus dñi, per quem omnia facta ſunt,& ſine quo factũ eſt nihil, ille ſit de quo dicitur: Verbo domini cœli firmati ſunt,&c. *Omnes gentes, quæ non cognouerunt creatorẽ ſuum,* ad comparationem dei quaſi ſtilla ſitulæ ſunt,& quaſi momentum ſtateræ, quod leuiter declinatur,& ſicut gutta roris antelucani, quæ primo aſpectu ſolis ſiccatur. Vel ſicut ſitulæ ſtilla, ſi fluit a portante deſpicitur, vel negligitur, ita gentium multitudo cæleſti ſplendori, ſupernis myſterijs,& angelorum multitudini comparata, pro nihilo ducitur.

Eſa 40. d. Pſal. 32. b.

c *Diligis enim,&c.* Bonus opifex,& opus ſuũ diligit,& regit & ſi homo aliqñ peccat, ſuſtinet in multa patientia,& per pœnitentiã in melius conuertit. Vnde: *Solem ſuum facit oriri ſuper bonos,& malos,& pluit ſuper iuſtos,& iniuſtos,* impœnitẽtes autẽ iuſto iudicio damnãtur. *Iuſtus enim dominus,& iuſtitias dilexit.*

Matthæ. 5. g. Pſal. 10. d.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Sed omnia in menſura,& numero,& pondere.* ideſt, ordinatiſſime eos puniſti per animalia vilia, ſicut in vilibus animalibus peccauerant, vt prædictum eſt. 2 *Multum enim.* Hic declarat quoddam dictum, ſcilicet, quòd deus immiſit animalia vilia Aegyptijs, non propter impotentiam, nam aliter poterat eos punire ſecundum ſuam voluntatem,& hoc eſt, quod dicitur: *Multum enim valere.* ideſt, poſſe. 3 *Tibi ſoli ſupererat ſemper.* quæ ab æterno uirtutis es infinitæ. Ideo ſubditur. 4 *Et virtuti brachii tui quis reſiſtet?* q.d. nullus.& ſubditur rõ. 5 *Quoniam tanquam momentum ſta. ſic eſt an.te or.ter.* quæ ſubtracta conſeruatione diuina ſtatim redigeretur in nihilum. 6 *Et tanquam gutta.* quæ cadens in terrã ſtatim euaneſcit,& ſiccatur. 7 *Et misereris omnium.* conſeruando ea in eſſe. 8 *Et diſſimulas peccata,&c.* Quod dupliciter poteſt intelligi. Vno mõ ſic: *Et diſſimulas peccata.* i. dimittis punire pœna æterna, cõmutando illam in temporalem propter pœnitentiam ueram ſuperuenientem. Alio modo ſic: *Et diſſimulas peccata,&c.* ideſt differs ea punire propter pœnitentiam, ideſt, ut des hominibus pœnitendi tempus, & ſubditur cauſa.
9 *Diligis enim omnia, quæ ſunt.* conſeruando ea in eſſe.
10 *Et nihil odiſti eorum, quæ feciſti.* Deus enim diligit naturã, quam fecit, culpam autem odit, quam non fecit, quia nõ eſt autor mali culpæ. Ideo ſubditur. *Nec enim odiens,&c.*
11 *Quomodo autem poſſet,&c.* quaſi dicat nullo modo, quia omnia redigerentur in nihilum ceſſante ſua influentia.
12 *Parcis autem om.* conſeruando ea in eſſe tua mera benignitate. 13 *Qui amas animas.* Speciali modo. Et loquitur de animabus rationalibus quas diligit uolendo eis bonum non ſolum naturæ, ſed etiã gratiæ in præſenti,& gloriæ in futuro.

CAP. XII.

*O Quam bonus,& ſuauis eſt domine, ſpiritus tuus in omni.* per eos quos reples, ples, uel p alios quos uolueris. unde: *Ille arguet mundum de peccato,& de iuſtitia,& de iudicio.*

## CAP. XII.

a Quia amor dei,& fons totius boni eſt.
a O Quam bonus,& ſuauis eſt domine, ſpiritus tuus in † om- 1 2
nib. Ideoq; hos, qui exerrãt † partib. corripis, & de quibꝰ 3 4 5

Ioh. 16. b. † nobis. † patribus.

a *Illos*

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAPVT XII.

O *Quã bonus,& ſuauis eſt do.&c.* Poſt collatum beneficium populo Iſrael in exitu de Aegypto, hic ponitꝰ beneficiũ ei collatũ in introitu terræ pmiſſionis, a qua eiecit Chananæos pp idololatriã, & fecit ibi habitare Hebræos pp latriã. Et diuiditꝰ in duas partes, ſ. principalẽ, & incidẽtalẽ, q incipit ſeq. c. Prima in duas, quia primo oñdit propoſitũ. ſcdo declarat ſuũ dictum, ibi: *Non quia impotens.* Circa primum dicitur. 1 *O quam bo.& ſua.* Sic habent libri correcti. Spiritus.n. dñi attingit a fine uſque ad finem fortiter, & diſponit oĩa ſuauiter ut hẽtur ſupra. cap. 8. 2 *Ideoque.* id eſt, propter bonitatem tuam. 3 *Hos qui exerrant.* Per diuerſa peccata.
4 *Par. corri.* ideſt, partialiter punis,& non ſimul eos auferendo de uita, ut habeant tempus pœnitendi. Ideo ſubditur.
5 *Et de quibus.* Aliquando per inſtinctum in æternum, aliquando per uexationem corporis, quæ dat intellectum. Et inducit ad hoc exemplum de Chananæis cum ſubditur.
1 *Illos*

a ¶Beatus, qui audit vocem admonentis.
peccant admones, & alloqueris, vt relicta malitia credant in
a te domine. Illos enim antiquos inhabitatores ſanctæ terræ 1 2
tuæ, quos exhorruiſti, quoniam odibilia opera tibi faciebāt
a ¶Per veneficia.
per medicamina, & ſacrificia iniuſta, & filiorum ſuorum ne- 3 4
a ¶Hoc non legitur. b ¶Hoc non legitur factum fuiſſe.
catores ſine miſericordia, & comeſtores viſcerum hominū, 5 6
a ¶Eorum, qui ſe non poterant defendere, vel quibus nolebant auxiliari.
& deuoratores ſanguinis, & autores parentes animarum in- 7 8
auxiliatarum voluiſti perdere a medio ſacramento tuo per 9
manus parentum noſtrorum, vt dignam perciperent peregri 10
nationem puerorum Dei, quæ tibi omnium charior eſt ter- 11 12
ra. Sed & his tanquam hominibus pepercisti, & miſiſti ante- 13
a ¶Acerrimos timores, quibus corda gentium pungebantur. 14
ceſſores exercitus tui veſpas, vt illos paulatim exterminarēt. 15
Non quia impotens eras in bello ſubiicere impios iuſtis, aut 16 17
a ¶Id eſt, per partes, id eſt, paulatim, non exercens omnem vindictam.
beſtijs ſæuis, aut verbo duro ſimul exterminare, ſed partibus 18 19
iudicans dabas locum pœnitentiæ, non ignorans, quoniam 20 21
¶Permanens inueterata.
iniqua eſt natio eorum, & naturalis malitia ipſorum, & quo- 22 23
a ¶Indurata propria nequitia. b ¶In præſcientia, uel ex quo fuerunt, quædam praua qualitas in ipſis erat maledictione digna.
niam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum. 24 25
a ¶Originali peccato.
ſemen enim erat maledictum ab initio, nec timens aliquem 26 27
a ¶Nunquid dicit figmentum ei, qui ſe finxerit, quid me ſic feciſti?
b veniā dabas peccatis illorū. Quis enim dicet tibi, quid feciſti?
a ¶Quo iuſte iudicas, b ¶Q. Non culpa creatoris ſic pereunt, ſed ob naturæ uitium.
Aut quis ſtabit cōtra iudiciū tuū? Aut quis in cōſpectu tuo ve 28
niet †vindex iniquorū hoīm? Aut quis tibi imputabit, ſi perie- 29
¶Bonas.
c rint nationes, quas tu feciſti? Nec. n. eſt alius Deus, quam tu, 30

A a *Illos enim antiquos inhabitatores.* Rabanus. Hiſtorialiter dicit, quomodo ſeptē gentes, quæ terram Chananæorum poſſidebant, propter iniquitates eorū eiecit, & filios Iſrael nominis ſui cultores introduxit. Myſtice autē. Septem gētes ſignificant vniuerſitatem vitiorum, quæ per B præuaricationem primi parentis poſſederunt genus humanū ſed per gratiā Chriſti expulſa ſunt, & introducta numeroſitas virtutum, vt eiectis habitatoribus nefandis, virtutes adiuuante ſpirituſancto, vtiles fructus afferent.

Septem gentes Chananæorum.

Myſtice.

b *Quis enim dicet tibi, quid feciſti? Aut quis &c.* Rabanus. Manifeſta ratione oſtendit, quòd non eſt cōtradicendum creatori, ſi creaturam ſuam ſecundum propriam diſponit volūtatem, quia in volūtate eius C vniuerſa ſunt poſita, & non eſt, qui poſſit reſiſtere ei. *Iuſtus eſt in omnibus viis ſuis.* vnde ſequitur: *Cum ergo ſis iuſtus, &c.*

† index.

c *Nec eſt enim alius Deus, cuius cura eſt de omnibus.* ✠ Saluianus. *Cum ſis ergo,* inquit, *iuſtus, iuſte omnia diſponis, & cum magna reuerentia diſponis nos.* Ecce habes iugiter diſponentem Deum, iugiter gubernantem, quamuis in iſto ſcripturæ loco non gubernatio tantum ſacra, ſed etiam dignitas declaretur humana. In hoc enim, quod ait, *diſponit nos,* vis diuinæ gubernationis, in hoc autem, quod *cum magna reuerentia,* culmen humanæ oſtenditur dignitatis. Alibi quoq; in Propheta, *Nunquid non cælum,* inquit, *& terram ego impleo?* Cur autē cuncta impleat, ipſe declarat. *Quia vobiſcum ſum,* inquit, *vt ſaluos faciā vos.* Ecce enim non modo regimē ſuum Dominus, & impletionem ☞ ſed

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Illos enim antiquos inhabitatores ſanctæ terræ tuæ.* i. Iudeę, quę dicitur ſancta, eo quod ibi viguit cultus dei tempore veteris teſtamēti, & ibi impletum eſt Chriſti myſterium tpe noui.

Terra ſancta quare.

2 *Quos exhorruiſti quoniam odibilia opera tibi facie.* ideſt, enormia peccata.

3 *Per medicamina.* ideſt, ſortilegia, & auguria.

4 *Et ſacrificia iniuſta.* quia dæmonijs oblata.

5 *Et filiorum ſuorum necato.* Eos idolis ſacrificantes.

6 *Et comeſtores viſcerum hominum.* Non inuenitur in veteri teſtamento, quòd Chananæi habitatores Iudææ ante filios Iſrael comederent carnes humanas, & biberent ſanguinem, ideo videtur, quòd hic ſit metaphorica locutio, ſicut de prædone, vel vſurario dicitur, quòd comedit homines, quia rapit ſubſtantiam eorum, & hoc modo dicitur Pſal. 78. b. *Comederent Iacob & locum eius deſolauerunt.* Iſti vero Chananæi erant prædones & raptores, & ſic dicimus hominum comeſtores.

7 *Et autores parentes.* Patres.n. tenentur filijs auxiliari. Chananæi vero filios ſuos idolis immolabāt, vt dictum eſt, & ſic eius auxilium debitum ſubtrahebant, igitur iungatur ſic litera. *Et parentes.* ſcilicet Chananæos. *autores animarum.* ideſt, filiorum ſuorum. In ſcriptura enim frequenter accipitur anima pro toto compoſito, vt dictum eſt ſupra.

8 *Inauxiliatarum.* ideſt, auxilio debito deſtitutarum.

9 *Perdere.* ideſt, deſtruere.

10 *Voluiſti perdere a medio ſacra.* ideſt, a Iudæa, quæ dicitur ſacra, ratione prædicta, & eſt in medio climate habitabilis terrę.

11 *Per manus parentum noſtrorum.* ideſt, tempore Ioſue.

12 *Vt dignam perciperent.* ſcilicet Ioſue, & qui cum eo erant.

13 *Peregrinationem puerorum dei.* ſcilicet Abrahæ, Iſaac, & Iacob, qui fuerunt peregrini in terra illa, & ex hoc fuit promiſſa illa terra eorum ſemini, vt habetur in plurib. locis in Ge.

14 *Quæ tibi omnium charior eſt terra.* ratione ſupra dicta.

15 *Sed & his.* ideſt, Chananæis.

16 *Tanquam hominibus pepercisti.* Non ſic autem angelis peccantibus. 17 *Et miſiſti anteceſſores exercitus tui veſpas.* Dicūt enim expoſitores aliqui, quòd ante ingreſſum filiorum Iſrael, ad terram promiſſionis, dominus ad literam immiſit Chananæis veſpas habentes aculeos venenatos, quæ plures Chananæorum interfecerunt, & per hoc alij occaſionem pœnitendi de peccatis ſuis habuerunt. Alij vero dicunt, quòd veſpæ iſtæ dicuntur timores, quos dominus immiſit Chananæis, per quos aliqui receſſerunt de terra ante ingreſſum filiorum Iſrael, ſcilicet Heuæi, & aliqui ad fidem vnius dei fuerunt conuerſi, & populo Iſrael coniuncti, vt patet de Raab, & eius cognatione, Ioſue. 6. & de Gabaonitis, Ioſue. 6.

18 *Non quia.* Hic conſequenter declarat dictum ſuum dicens, quòd dominus ex ſua bonitate Chananæos partialiter puniuit, dans eis locum pœnitentiæ, & hoc declarat dupliciter. primo negatiuè. ſecundo affirmatiuè, ibi: *Cum ergo ſis iuſtus.* Prima in duas, quia primo oſtenditur, quòd Deus non fecit hoc ex defectu potentię. ſecundo quòd, nec ex timore, ibi: *Nec timens aliquem.* Circa primū dicitur: *Non quia impotens eras in bello ſubiicere impios iuſtis.* id eſt, Chananęos Hebræis, quos non omnes per Hebręos debellauit, quia multi illorū inter filios Iſrael remanſerunt, vt habetur in libro Ioſ. in pluribus locis. 19 *Non beſtiis ſæuis.* quę ſtatim eos iugulaſſent.

20 *Aut verbo duro.* ſcilicet tuo.

21 *Simul exterminare.* ſcilicet Chananęos, & ſupplendum eſt quòd ſi iſta non feciſti eis, non fuit ex impotentia tua, ſed ex miſericordia. ideo ſubditur.

22 *Sed partibus iudicans.* id eſt, partialiter eos puniens.

23 *Dabas locum pœnitentiæ.* licet etiam ſcires eos pro maiori parte in malitia perſeuerare. ideo ſubditur. *Non ignorans, &c.* ſequitur. 24 *Et naturalis malitia ipſorum.* id eſt, longa conſuetudine indurata, quę quidem conſuetudo eſt quędam altera natura, vt dicitur in libro de memoria, & reminiſcētia.

25 *Et quoniam non poterat.* Iſtud non poſſe non eſt ſimplex, & abſolutum. Nam quādiu viuit homo, poteſt reuerti ad bonum, ſed eſt ſecundum quid, quia tales cum difficultate poſſunt redire, propter conſuetudinem peccandi inclinantem per modum naturę. vnde 5. Metaphyſices. Impoſſibile dicitur vno modo, quod eſt difficile, ſicut etiam communi ſermone de homine male vidente dicitur, quòd nō poteſt videre.

26 *Semen enim, &c.* Gene. 9. a. *Maledictus Chanaan, &c.*

27 *Nec timens.* Hic conſequenter oſtendit, quòd deus non puniuit Chananęos partialiter ex timore alicuius ſuperioris qui poſſet facta ſua corrigere, quia hoc eſt impoſſibile, & hoc eſt, quod dicitur: *Nec timens aliquem, &c.* & patet litera vſque ibi: 28 *Aut quis tibi imputabit.* ad culpam.

29 *Si perierint nationes.* q.d. nullus, quia ſicut mera voluntate produxit eas in eſſe, ita liberè poteſt eas in nihilū redigere 30 *Nec enim eſt alius deus, quam tu.* nam etiam ſecundū philoſophos neceſſe eſt eſſe vnam primam cauſam omniū.

1 Cui

ſed etiam vim ac beneficium ipſius adimpletionis oſtendit. Hunc enim modum in ſe habet diuinitatis impletio, vt ſaluet ea, quæ adimplentur.

a *Virtus enim,&c.* Quia iudiciū dei,ſiue in correctione electorū,ſiue in damnatione malorum, ſummæ æquitatis pſectio eſt, & ideo per bonitatem ſuam diu differendo ſuſpendit iudicium, vt plures habeat, quibus reddat beneficiū:Quando enim creatura ſe erigit contra creatorē, iuſta punitur vindicta, vt ſe inferiorē cognoſcat. Poſſunt hęc ad paſſionē Chriſti referri, quem pater pro nobis in mortem tradidit,& eum, qui non nouerat peccatū, pro nobis peccatum fecit, qui niſi indebitam mortem ſuſciperet, non nos a debita morte liberaret. Pater ergo iuſtus iuſtum puniens,iuſte omnia diſponit.Omnipotens deus cum ſumma tranquillitate iudicat omnia, humani tamen affectus & membra ei, tropica locutione aſcribūtur, vt ſecundum capacitatem noſtram cōformētur eloquia diuina. Leguntur.n. in ſcripturis, oculi domini,aures,manus,os,pedes,ira,furor, & huiuſmodi, cū ſimplex natura nunquam recipiat varietatē, nec vera vnitas diuiſionē. Multiplicia vero,& diuerſa vnus,& idem operat᷑. Vnde: *Mutabis eos,& mutabuntur, tu autem idem ipſe es,& anni tui,&c.* Et alibi: *Ego ſum Deus,& non mutor.* Et alibi: *Apud quem non eſt tranſmutatio,&c.* Docuiſti aūt populū tuum,per mirifica

cui cura eſt de omnibus,vt oſtendas quoniam non iniuſte iudicas iudicium. Neque rex,neque tyrannus in cōſpectu tuo
a ¶Vtrum iuſte perdideris,vel vt reſtaurentur. b ¶Iuſtum filium puniens.
inquirent de his quos perdidiſti. Cum ergo ſis iuſtus, iuſte
a ¶In æternum.
omnia diſponis, ipſum quoque, qui non debet puniri condē-
a ¶Corripis,vel ipſum, qui non recipit correctionem condemnas in perpetuum. b ¶Alienum,& indignum a tua pietate. ¶Filius immolatus.
a nas,& exterum æſtimas a tua virtute. Virtus enim tua iuſtitię
a ¶Vt qui præes potentia,miteſcas natura.
initium eſt,& ob hoc, quòd omniū dominus es, omnibus te
a ¶In correctione reorum, ne de ſua uirtute præſumat contumacia ſuperborum.
parcere facis. Virtutem enim oſtendis tu, qui nō crederis in
a ¶Viſu, & exercitio.
virtute eſſe † conſummatus,& hos, qui te neſciunt,in audaciam traducis. Tu autem dominator virtutis cum tranquilli-
a ¶Omnia prædicta.
tate iudicas, & cum magna reuerentia diſponis nos. Subeſt enim tibi cum volueris, poſſe. Docuiſti autem populū tuum
¶Benignum.
per talia opera, quoniam oportet iuſtum eſſe, & humanum, & bonæ ſpei feciſti filios tuos,† quoniam iudicans das locum
b in peccatis pœnitentiæ. Si enim inimicos ſeruorum tuorum, & debitos morti, cum tanta cruciaſti attentione, & liberaſti, dans tempus, & locum, per quæ † poſſent mutari a malitia, † poſſunt.
cum quanta diligentia, † iudicaſti filios tuos, quorum parentibus iuramenta,& † conuentiones dediſti bonarum promiſ-
c ſionum? Cum ergo nobis diſciplinam das,inimicos noſtros

ca opera Dei inſtruuntur fideles, ne complicentur iniquis, ſed ſtudeant ſe incontaminatos ſeruare confitendo, & ſperando in domino,& non negligant pœnitentiæ tempus. D

b *Si enim,&c.* Rab. Decem plagis verberauit Aegyptios hoſtes populi ſui,& inter plagas reſpirare permiſit, vt corrigerētur. Sed quia perſeuerauerūt in malitia deleti ſunt diuina iuſtitia. Populus autē dei, quibus promiſſio facta eſt, partim corripiebātur,& cōſolabātur,dū diſciplinam dei perciperēt. Poſtquam euāgeliū dei ſpreuerunt,& filiū dei crucifixerūt, inimici facti ſunt, & ideo de terra ſua eiecti ſunt per orbē diſperſi, vt tādem corrigātur,et ſaluentur. E Perſecutores quoq; cū Chriſti confeſſores cruciabāt, patiētia eorū inſtrui poſſent,vt idololatriam dimitterent,& Chriſtianā reciperent religionē. Sed ſicut hi per pœnas temporales conſecuti ſunt ęternam gloriam, ita hi poſt parua gaudia æternam recipiunt miſeriam.

c *Cum ergo,&c.* vnde: *Multa flagella peccatores, ſperantem autem in domino miſericor.* Pſal. 31.c. Magna diſtantia eſt inter iudicium electorum, & reproborum. Illos dominus corripit, vt emendet, hi ſuperbiæ,& perfidiæ pœnas luunt, vt contra dominatorem omnium ſe repugnare non poſſe cognoſcant. Felix iudex,qui pietatem & bonitatem ſui iudicis ſemper inſpicit. *Iudicium enim ſine miſericordia ei,qui non fecit miſericordiam.* Iacob. 2.c.

a *Inſenſate* F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Cui cura eſt de omnibus.* nam diuina prouidentia ad omnia ſe extendit,quantumcunque minima.Cætera patent.

2 *Cum ergo.* Hic conſequenter declarat dictum ſuum affirmatiue,& diuiditur in duas partes, quia primo facit propoſitum.ſecundò,ex hoc infert triplex corollarium,ibi: *Docuiſti autem.* Declarat autem,quod ſupra dictum eſt de punitione Chananæorum,ex hoc,quòd deus eſt iuſtitia, & bonitas per eſſentiam, propter quod non poteſt aliquid facere, niſi pie, & iuſte,ideo dicitur:*Cum ergo ſis iuſtus.*per eſſentiam.

3 *Ipſum quoque.* conſiderando ſuam innocentiam.

4 *Condemnas.* id eſt,punis aliquando ad ſuæ patientiæ probationem,ſicut patet de ſancto Iob.

5 *Et exterum.*ideſt,extraneum.

6 *Aeſtimas a tua virtute.* i.æſtimari pmittis,vnde amici Iob reputabant ipſum peccatorem,& a deo alienum,eo quòd videbāt eū ſic flagellatū,vt in libro Iob plenius fuit declaratū.

7 *Virtus enim tua.*ideſt,potentia tua.

8 *Iuſtitia initium eſt.* nam per omnipotentiam ſuam iuſtificat impium. Nā ſicut dicit Aug. Maius eſt iuſtificare impiū quam creare cælum, & terram, & quia iuſtitiam dei ſemper concomitatur miſericordia, ideo ſubditur. 9 *Et ob hoc, quod do.omnium es,omni.te par.fa.* nam ſemper punit citra condignum,etiam in dānatis. 10 *Virtutem enim oſtendis.* i.potentiam tuam infinitam. 11 *Tu qui non crederis.*ab idololatris. 12 *Eſſe in vir.con.* i.ſimpliciter perfectus. Infideles enim,& idololatræ negantes deum verum, non credebant ipſum eſſe ſimpliciter perfectum.

13 *Et hos,qui te neſciunt.* ideſt,infideles.

14 *In audaciam traducis.* id eſt,traduci permittis de peccato in peccatum. ex hoc enim, quòd deum ignorant, audacter peccant.

15 *Tu autem dominator virtutis.* ideſt,in virtute perfectus.

16 *Cum tranquillitate iudicas.*ideſt,modeſte punis.

17 *Et cum magna reuerentia diſponis nos.* non ſtatim peccata puniendo,ſed ad pœnitentiam expectādo.Et ſubdit᷑ cauſa.

18 *Subeſt enim tibi cum volueris poſſe.* ſcilicet peccata punire.

19 *Docuiſti autem.* Hic ex dictis infert triplex corollarium. Primum eſt,quòd per hoc, quòd deus in puniendo ſemper ſe habet iuſte,& pie, dedit exemplum iudicibus huius mundi, vt etiam ſic ſe habeant ſubditos puniendo. Et hoc eſt, quod dicitur:*Docuiſti autem populum tuum.* per talia opera iuſta,& pia.

20 *Quoniam oportet.* id eſt,benignum iudicem ſecularem.

21 *Et bonæ ſpei.* hic ponitur ſecūdum. per hoc enim,quòd cum miſcdia puniuit Chananęos, dedit ſpem filijs Iſrael colentibus ipſum,conſequēdi ab eo maius bonum,& hoc eſt, quod dicitur:*Et bonæ ſpei feciſti filios tuos.* id eſt,Hebræos.vnde Exo.4.f. *Filius meus primogenitus Iſrael.*

22 *Quoniam iudicans.* ideſt,puniens.

23 *Das locum in peccatis,&c.* Chananæis,vt patet ex prædictis,& ex hoc arguit᷑ dicens.

24 *Si enim inimicos ſeruorum,&c.*ideſt,Chananęos,& Aegyptios.

25 *Et debitos morti.* ideſt,obligatos morti propter peccata ſua enormia,vt dictum eſt ſupra.

26 *Et liberaſti.*pęnam in parte differens,vt haberent tēpus pœnitendi. 27 *Cum quanta diligentia iudicaſti,&c.* i.puniſti Hebræos modeſte, & pie eorum punitionem ordinans ad eorum emendationem. 28 *Quorum parentibus,&c.*ideſt, Abrahę Iſaac,& Iacob,qb᷑ facta fuit dei pmiſſio. 29 *Cum ergo.*Hic ponit᷑ tertiū corollariū, & ſcđo declaratur quoddā dictū,ibi: Vnde & illis. Circa primū cōcludit ex pdictis circa Hebræos, & eorū aduerſarios diuerſum diuinę punitiōis modū. nā vnus mod᷑ eſt medicinalis,alter nō,quātū ad obſtinatos in malo,& hoc eſt,qđ dr. *Cum ergo das nos,&c.* i.flagellas nos ad noſtrā correctionē, ſicut verberat magiſter diſcipulū,& pater filiū. 30 *Inimicos noſtros.*in malo obſtinatos.

17 *Et* 1 *Multipli-*

A a *Inſenſate.* vt qui nolebāt creatorē agnoſcere, & honorare, digne traditi in reprobum ſenſum, facerēt ea, quæ non conueniunt, contumelijs afficiētes corpora ſua in ſemetipſis: *quia commutauerunt veritatem Dei in mendacium, & ſeruierunt creaturæ potius, quam creatori.* Roma 1.c.

b *Qui autem ludibrijs, &c.* ideſt, qui a deo flagellati nō ſunt correcti, condignam dānationē experti ſunt, ad hoc corripit deus, vt emendet. Qui autem ingratus, & impatiēs murmurat, de B temporali tormento ducitur ad æternum.

† correpti. ... moleſte ferebant. 1942.

multipliciter flagellas, vt bonitatē tuam cogitemus iudican 1 2
tes, & cum de nobis iudicatur, ſperemus miſericordiā tuam. 3 4 5
¶Idololatris. 6
a Vnde & illis, qui in vita ſua inſenſate, & iniuſte vixerunt, per 7 8
hæc quæ coluerunt, dediſti ſumma tormēta Etenim in erro 9 10
ris via diutius errauerunt, deos æſtimantes, hæc quæ in †ani- 11
malibus ſunt ſuperuacua, infantium inſenſatorum more vi- 12 13
uentes. Propter hoc, tanquam pueris inſenſatis iudicium in 14 15
b deriſum dediſti. Qui autem ludibrijs, & increpationibus nō 16
c ſunt† correcti, dignum dei iudicium experti ſunt. In his e- 17 18
nim, quæ patiebantur, moleſte ferebant, in quibus patiētes 19 20
indignabantur. Per hæc † quos putabant deos, in ipſis cum 21 22
exterminarentur, videntes illum quem olim negabāt ſe noſ 23 24
ſe, verum deum agnouerunt. Propter quod, & finis condem- 25 26
nationis illorum veniet ſuper illos. 27 28

c *In his enim, & cæt.* Rab. Gentilitas dum idolis ſeruiebat, deos eſſe putabat, quorum perſuaſionibus peribat. Ideo diuerſis pœnis afficiebatur. Vnde plurimi deum verum quem in beneficijs credere noluerunt, in iuſto iudicio omnipotentē agnouerunt. Dominator enim omniū, aut hic per pœnitentiam cōuerſis miſericordiam impendit, aut incorrectis æternam pœnam inſligit.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Multiplicitur flagellas.* Primò pena temporali, vt per hoc ſi vellēt, poſſent a malitia mutari, vt predictū eſt. Sed quia abuſunt per obſtinationem. ſecundo flagellati ſunt per penam æternam. 2 *Vt bonitatem tuam cogitemus iudicantes.* ideſt, vt cum alios punimus, hoc faciamus modeſte exemplo bonitatis tuæ. 3 *Et cum de nobis iudicatur.* id eſt, cum pœna nobis infertur. 4 *Speremus miſeri, &c.* reuertentes ad te p pœnitētiam. 5 *Vnde & illis.* Hic conſequenter declarat quoddam dictum, ſcilicet, quòd pœna temporalis obſtinatorum non eſt medicinalis, quia per hoc non euadunt æternum interitum. Et primo ponit ſuam declarationem. Secundo remouet quandam falſam reſponſionem, ibi: *Per hæc quos putabant.* Circa primum dicitur: *Vnde & illis, qui in vita ſua inſenſate.* quantum ad deum. 6 *Et iniuſte.* quantum ad proximos. 7 *Vixerunt.* vſque ad mortem. 8 *Per hæc, quæ, &c.* id eſt, propter cultum idolorum, quem inſenſate etiā vilibus creaturis exhibuerunt, vt habetur infra. 9 *Dediſti ſumma, &c.* ideſt, æterna. 10 *Etenim in erroris via diutius erra.* ideſt, per totam vitam. 11 *Deos æſtimantes hæc, quæ in, &c.* ideſt, hominibus inutilia, ſed magis nociua, vt ſerpentes, veſpertiliones, & talpas, vt dictum eſt ſupr. 12 *Infan. inſenſa. more. vi.* ideſt, bonum a malo non diſtinguentes. 13 *Propter hoc tanquam pue. inſen. iudi. &c.* inferendo eis pœnam, per quā deriſibiles reddebantur, vt cum Aegyptij ranis, & cyniphicibus grauiter affligebantur, & Chananæi veſpis pungentibus vulnerabantur. 14 *Qui autem ludibrijs, & increpationibus.* iſtis. 15 *Non ſunt correcti.* ſed magis obſtinati. 16 *Dignum dei iudicium.* ideſt, pœnam æternam. 17 *Experti ſunt.* & ſubdit huius cauſam dicens: 18 *In his enim, quæ patiebantur.* a ranis, & veſpis, & huiuſmodi. 19 *Moleſte ferebant.* ideſt, impatienter. 20 *In quibus patientes.* non a patientia, ſed a paſſione, vt ſit ſenſus: In quibus paſſionibus, & plagis.

Diuiſio.

21 *Indignabantur.* contra deum blaſphemantes ipſum. Simile dicitur Apo. 16.b. Et blaſphemauerunt nomen dei, habētis poteſtatem ſuper has plagas.

22 *Per hæc.* Hic conſequenter remouet quandam reſponſionem falſam, quia poſſet aliquis dicere, quòd propter hoc punitionem dei ferebant indignanter, & moleſte, quia notitiam eius non habebant. hoc remouet per hoc, quòd videntes deos ſuos deſtrui per filios Iſrael, quib⁹ deus præceperat deos Chananæorum deſtruere. Exo. 34 Cognouerūt, q̧ de⁹ Hebræorum erat potentior dijs ſuis, & ſic eū cognouerunt, non tñ adorauerunt, ſicut ad Ro. 1.c. dicitur de philoſophis. *Qui cum deum cognouiſſent, non ſicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, &c.* & hoc eſt, quod dicitur: *Per hæc quos pu.* ideſt, inter eos. 23 *Cum exterminarentur.* a filijs Iſrael.

24 *Videntes.* ideſt, aliqualiter cognoſcentes.

25 *Illum quem olim negabant.* ſcilicet deum Heb.

26 *Verum deum agnouerunt.* per effectum, vt dictum eſt, non tamen ſicut deum glorificauerunt. ideo ſubditur.

27 *Propter quod, & finis condemnationis.* ideſt, pœna æterna.

28 *Veniet ſuper illos.* ſcilicet in finali iudicio, quando cruciabuntur in anima, & corpore pœna gehennæ.

## CAP. XIII.

a *Vani autem, &c.* ⁜ Augu. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Quæ homini abundantia in omni labore ſuo quo laborat ſub ſole.* Et cū ex hac ſententia connecteret cetera, cōmemorās ærūnas, erroreſque vitæ huius, & euaneſcentes interea temporum lapſus vbi nihil ſolidum, nihil ſtabile retinetur, in ea rerum vanitate ſub ſole, illud etiam deplorat quodammodo, quod cum ſit abundantia ſapientiæ ſup inſipiētiam, ſicut eſt abundantia lucis ſuper tenebras, ſapientiſque oculi ſint in capite ipſius, & inſipiens in tenebris ambulet, vnus tamen incurſus incurrat omnib. vtique in hac vita, quæ ſub ſole agitur, ſignificans videlicet ea mala, q̄ bonis, & malis videmus eſſe C communia.

Augu. lib. 20. de ciuita. dei, cap. 3.

Ecclc. 2.

b *Scientia.* Timor, ſcilicet, & reuerentia. Vnde: Ecce timor dñi, ipſe eſt ſapientia, & recedere a malo intelligentia. Recedit enim a malo, qui recedit a cultura idolorū. Deū timet, q mādata eius cuſto. *quia initium ſapientiæ timor domini. Intellectus omnib. facientibus eum.*

## CAP. XIII.

a ¶Vniuerſa vanitas omnis homo viuens, magis ergo vani ſunt, qui creatorem non agnoſcunt.

a Vani autem ſunt omnes homines, in quibus non 1
b ſubeſt ſcientia dei, & de his, quæ videntur bona, 2
a ¶Obſtant cæcitate peccati. 3
c d non potuerunt intelligere eum, qui eſt. Neque operibus 4 5

c *De his.* operibus, ſcilicet hominis potuerunt cognoſcere bonū artificē, qui propriè eſt, quia immutabilis, & ſemper idem ſemp in ſe manēs, regit omnia. Vaniſſima ergo vanitas hominū, qui pro creatore creaturas venerātur.

d *Neque ope.* Alij ignē colebant, quem Vulcanū vocabant, alij ætherē, vel aerē, quē Iouē, & Iunonē dicebāt, alij nimiā aq̃, i. Neptunū, alij gyrū ſtellarū, qui diuerſis figuris aīalium, poſitiones

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XIII.

1 *Vani aūt ſu. &c.* Hęc eſt pars incidētalis, in qua occaſione idololatriæ Chananęorū tractat gñaliter de idololatria oium gentiū. Et diuidit in duas partes. Nā primo reprobat idololatria getiū. Scdo cōmendat latria Iudæorum, c. 15. Prima in duas, quia primo reprobat idololatria exhibita mirabilib. creaturis. Scdo exhibita imaginibus fabricatis, ibi: *Infelices aūt ſunt.* Prima adhuc in duas, quia primo idololatria dicta declaratur. Secundo reprobatur, ibi: *Quorum, & ſi ſpecie.* Circa primum dicitur: *Vani autem ſunt.* ideſt, a veritate vacui. 2 *Omnes homines.* & iſti ſunt idololatrę carētes notitia veri dei. 3 *Et de his, quæ videntur bona.* per participationē, ſicut ſunt ſol, & luna, & huiuſmodi, ex quorū influentia nobis proueniunt bona. 4 *Non potuerunt intelli. eum, qui eſt.* ſcilicet bonus per eſſentiam. 5 *Neque operibus.* diuinis.

Diuiſio.

1 *Atten-*

attẽdentes agnouerunt quis eſſet artifex, ſed aut ignẽ, aut ſpi 1 2
ritũ, aut citatũ aerẽ, aut gyrũ ſtellarũ, aut nimiã aquam, aut 3 4
ſolem, & lunam rectores orbis terrarũ deos putauerũt. Quo- 5 6
rum, & ſi ſpecie delectati, deos putauerunt, ſciant quanto his 7 8
a ¶Qui tanta ſpecioſa fecit.
dominator eorũ ſpecio[a]ſior eſt. Speciei enim generator hæc 9 10 11
omnia cõſtituit. Aut ſi virtutem, & opera eorum mirati ſunt, 12 13
intelligant ab ipſis, quoniam qui hæc † fecit, fortior eſt il- 14 15 16
lis. A magnitudine enim ſpeciei, & creaturæ cognoſcibili- 17 18
a ter poterit creator horum videri. Sed tamen adhuc in his 19 20
minor eſt querela. Et hi enim fortaſſe errant Deum quæren- 21 22
tes, & volentes inuenire. Etenim cum in operibus illius con- 23 24
uerſentur, & inquirunt, & perſuaſum habent, quoniam bo- 25 26
na ſunt, quæ videntur, iterum autem, nec his debet ignoſci. 27 28 29 30

† conſtituit.

A poſitiones, & curſum diſtribuebãt aſtrorum, alij ſolem, quẽ Phæbum vocabant, alij lunam, ideſt, Dianam.

Rab. Dupliciter peccant. Primũ, quia elementa, ideſt, dei opera deo præferunt. Deinde, quia elementorũ figuras ſub humana ſpecie colunt. Soli enim, & lunæ humanã figurã tribuunt. Igni quoque, & terræ, & mari, quę illi Vulcanum, Veſtam, Neptunumque vocant, non tamen ipſis elementis in apertis ſacrificãt. Tãta enim cupiditas imaginum homines tenet, vt viliora ſint, B quæ vera ſunt. Auro, ſcilicet, & gẽmis delectantur, horum nitor perſtringit oculos. Sine his non putant eſſe religionem. In his ergo auaritia, & cupiditas colitur. Credũt deos amare, quod ipſi amant, propter quod fiunt furta & latrocinia, & bella conſecrant dijs manubias, & rapinas, qui valde imbecilles ſunt, ſi cupiditatib. ſubiecti ſunt. Cur.n. cæleſtes putantur, ſi terrena deſiderant, vel beati ſi indigent, vel incorrupti ſi in his delectantur, in quibus cupiditas hominis damnatur?

C ✣August. Deum eſſe quandã vitam æternam, immutabilem, intelligibilem, intelligentem, ſapientem, ſapientes facientẽ, nonnulli ẽt huius ſęculi philoſophi viderunt, veritatẽ fixã, ſtabilem, indeclinabilẽ, vbi ſunt omnes rationes rerũ omniũ creatarũ. Viderunt quidem, ſed de longinquo, viderunt, ſed in errore poſiti, & idcirco ad eã tam magnã, & ineffabilem, & beatificã poſſeſſionem, quã via peruenitur, non inuenerunt. Nã quod viderunt etiam ipſi (quantum videri ab homine põt,) creatorem ꝑ creaturã, factorem per facturã, fabricatorem mundi per mundũ, Paulus Apoſtolus teſtis eſt cui vtique debent credere Chriſtiani, Ait enim cum de talibus loqueretur, *Reuelatur ira dei de cœlo ſuper omnem impietatem.* Iſta vt recognoſcitis, Apoſtoli Pauli verba ſunt. *Reuelatur enim ira dei de cœlo ſuper omnem impietatem, & iniuſtitiam hominum, qui veritatem in iniquitate detinent.* Nunquid dixit eos non detinere veritatem? *Sed veritatem in iniquitate detinent.* Bonum eſt, quod tenent, ſed malũ eſt vbi tenent. *Veritatem in iniquitate detinent, &c.* Vnde ergo detinent veritatẽ vel in ipſa iniquitate? Audite quod ſequitur, & oſtendit. Quia q; notum eſt dei, inquit, manifeſtũ eſt in illis. Deus enim illis manifeſtauit. Manifeſtauit illis quibus legem nõ dedit? Audi quomodo manifeſtauit, *Inuiſibilia enim eius per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur.* Interroga mũdi ornatum, cœli fulgorem, & cæ. & vide ſi non tanquam tibi reſpondent, Deus nos fecit, &c. Oſtende Apoſtolo, & ſicut oſtendiſti nobis vnde potuerunt peruenire ad cognitionem dei, quoniam inuiſibilia eius per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciũtur, ita nũc oſtende quomodo dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt. Audi. *Quoniam immutauerunt, ait, gloriam incorruptibilis dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentium.* Figuras enim iſtorũ animaliũ ſibi deo pagani fecerunt. Inueniſti deũ, & colis idolũ. Inueniſti veritatem, & ipſam veritatem in iniuſtitia detines. Et quod per dei opera cognouiſti, per opera hominis perdis. Totũ conſideraſti, cęli, terræ maris elementorũque omniũ ordinem collegiſti, iſtud nõ vis attendere, quod mũdus opus eſt dei, idolum opus eſt fabri. Si faber idolo, ſicut dedit figuram, daret & cor, ab ipſo idolo faber adoraretur. Quomodo enim, o homo, faber tuus deus eſt, ſic homo idoli faber eſt. F

a *Sed tamen adhuc in his minor eſt querela.* Hinc Paulus ait: *Reuelatur enim ira dei de cœlo ſuper omnem impietatem eorum, qui veritatem dei in iniuſtitia detinent, quia quod notum eſt dei, manifeſtum eſt in illis, &c.* Roma. 1. b. Notitia dei ex mundi fabrica percipit̃. Vt Hebr. 11. a. enim deus inuiſibilis ex inuiſibilibus cognoſceretur, opus ab eo factum eſt, quod opificem manifeſtaret, vt deus omnium intelligeretur, qui hoc fecit, quod non poſſunt alij. *Sed cum cognouiſſent, non ſicut deum glorificauerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis.* Roma. 1. c.

a *Infelices*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Attendentes agnouerunt quis eſſet artifex.* ſcilicet deus verus, qui licet a priori nõ poſſit cognoſci, cognoſcibilis tamen eſt a poſteriori, ſcilicet ab effectibus.

2 *Sed aut ignem.* quem Vulcanum dicebant.

3 *Aut ſpiritum.* ideſt, purum ætherem, vel aerem, quem vocabant Iouem.

4 *Aut citatum aerem.* ideſt, mobilem quem dicebãt Iunonẽ.

5 *Aut gyrum ſtellarum.* ideſt, ſigna in zodiaco reuoluta, quæ deos dicebant. vnde de ſigno Geminorum dicebant, quòd erant Caſtor, & Pollux in deos tranſlati, & ſic de ſimilibus.

6 *Aut nimiam aquam.* quam Tethim vocabant.

7 *Aut ſolem, & lunam.* quos vocabant Phæbum, & Dianam.

8 *Rectores orbis terrarum deos putauerunt.* id eſt, crediderunt eſſe deos mundum regentes.

9 *Quorum.* Hic cõſequenter dictus error remouetur, & primo remouetur erronea opinio. ſecundo, quædam inſufficiẽs excuſatio, ibi. Sed tamen. Circa primum dicitur.

*Quorum.* ſcilicet ſolis, & lunæ, & huiuſmodi.

10 *Et ſi ſpecie.* ideſt, pulchritudine.

11 *Delectati deos putauerunt.* eos eſſe, vt dictum eſt.

12 *Sciant.* quaſi dicat, & hoc deberent ſtatim ſcire.

13 *Quanto his dominator eorum.* ideſt, deus qui eſt cauſa prima omnium.

14 *Specioſior eſt.* nam eius pulchritudo excedit in infinitum quod probatur cum ſubditur.

15 *Speciei enim generator.* i. pulchritudinis vniuerſæ autor.

16 *Hæc omnia conſtituit.* & per conſequens eorum pulchritudo in ipſo excellentius in infinitum præexiſtit.

17 *Aut ſi virtutem, & opera eorum.* quæ faciunt in tranſmutatione creaturarum.

18 *Mirati*

18 *Mirati ſunt.* tanquam quædam excellentia intellectũ noſtrũ. Diuiſio. 19 *Intelligant ab ipſis.* i. intelligere debent ab iſtis.

20 *Quoniam, qui hæc fecit.* ſcilicet deus, qui ab omnibus dicitur prima cauſa.

21 *Fortior eſt illis.* nam eminentiori modo omnia cõtinet creata. ideo ſubditur.

22 *A magnitudine enim ſpeciei, & creaturæ.* ideſt, pulchritudinis vniuerſi.

23 *Cognoſcibiliter poterit creator horum videri.* nam per effectus poteſt in cognitionem cauſæ deueniri. 24 *Sed tamẽ.* Hic remouet̃ quædã excuſatio, qua poſſet aliquis dicere, ꝙ laborantes in cognitione creaturarũ poſſunt excuſari, ſi nõ cognouerũt deũ, qui excedit creaturas in infinitũ, quod excluditur hic per hoc, ꝙ licet per creaturas non poſſit cognoſci deus quãtũ ad diſtinctionẽ perſonarũ diuinarum, poteſt tñ per eas cognoſci quãtũ ad eſſentialia attributa, ſ. potentiã, ſapientiã, & huiuſmodi, in quib. improportionabiliter tranſcendit oẽm naturã creaturarũ mundi. Et hoc eſt, ꝙ dr̃.

*Sed tamen adhuc in his.* qui coluerunt creaturas excellentes tanquam deos, vt ſolem, & lunam, & huiuſmodi.

25 *Minor eſt querela.* quam in illis, qui coluerunt ſerpentes, & vilia animalia.

26 *Et hi enim fortaſſe errant deum quærentes.* & ideo creaturis eminentibus deitatem falſe attribuentes.

27 *Etenim cum in operibus illius conuerſentur.* ordinem creaturarum meditando.

28 *Inquirunt, & perſuaſum habent.* ideſt, pro vero tenent.

29 *Quoniam bona ſunt, quæ videntur.* ſcilicet ſol, & luna, & alię notabiles creaturę, ſed per hæc eorum creatorem noluerunt cognoſcere. ideo ſubditur.

30 *Iterũ.* q̃a vere ſunt culpabiles. Cuius cã ſubdit̃, cum dr̃.

1 *Si enim*

A a *Infelices &c.* Qui ſcilicet deos honorant, vt aurum oculis hauriāt, & nitorē ſeugati marmoris, vel eboris, aut inſignes gēmis, & colorib. veſtes, & quanto ornatoria ſunt templa, & pulchriora ſimulacra, tanto plus maieſtatis habent, vel habere dicunt. Religio ergo eſt, vel credit, quod cupiditas humana mutatur.

b *Aut ſi quis ar.* Rabanus. Inſultat ſapiētia his, qui colūt idola, vt intelligāt, quā pernitioſum ſit omnipotētem deſerere & figmēta adorare. vnde Eſaias. *Quis formauit Deum, & ſculptile conflauit ad nihilum vtile? Ecce omnes participes eius cōfundētur.* Hinc Flaccus ait, *Olim truncus eram, ficulnus inutile lignum, Cum faber incertus ſcamnū faceret ve Priapum, Maluit eſſe Deum.* Quicquid autem de idolis dictum eſt, poteſt referri ad hæreticorum principes. Qui ſimulacra dogmatū ſuorum artifici corde componūt, & venerantur, quæ fecerunt: Nec ſufficit error propri⁹, niſi ſimplices deceperint, qui quæſtum putant pietatē, & deuorant domos viduarum, & abutētes vulgi imperitia, arte dialectica, quaſi aſcia, terebro, lima, runcina, formāt deum ſuum, & cudunt malleo, atq; inaurāt rhetorica venuſtate, quorū deus venter eſt, & gloria in confuſione eorum.

† potuerunt. — † ſecauerit. — Eſa. 44 b. — horatius primo ſermo. — † vt.

Si enim tantum† potuiſſent ſcire, vt poſſent æſtimare ſeculū, a quomodo huius dominum non facilius inuenerūt? Infelices autem ſunt, & inter mortuos ſpes illorum eſt, qui appellauerunt deos opera manuum hominum, aurum, & argentum, ar-
¶ Hæreſes, vel idola. ¶ Senſum. ¶ Sermonem.
¶ Compoſitionem argumentorum. ¶ Brutorum.
tis inuētionem, & ſimilitudines animalium, aut lapidē inutilem, b opus manus antiquæ. Aut ſi quis artifex faber de ſylua lignum rectum † ſecuerit, & huius doctè eradat corticem omnem, & arte ſua vſus diligenter fabricet vas† inutile in conuerſationem vitæ, reliquias autē huius operis ad præparationem eſcæ abutatur, & reliquum horū, quod ad nullum facit vſum, lignum curuum, & verticibus plenum ſculpat diligenter per vacuitatem ſuam, & per ſcientiam ſuæ artis figuret illud, & aſſimilet illud imagini hominis, aut alicui ex animalibus illud comparet, perliniens rubrica, & rubicundum faciēs fuco colorem illius, & omnem maculam, quæ in illo eſt perliniens, † & faciat ei dignā habitationem, & in pariete ponens illud, & confirmans ferro, ne forte cadat, proſpiciens illi, ſciēs quoniā non poteſt adiuuare ſe: imago enim eſt, & opus eſt illi adiutoriū. Et de ſubſtantia ſua, & de filiis ſuis, & de nuptiis, votum faciens inquirit. c Nō erubeſcit loqui cum illo, qui ſine anima eſt, & pro ſanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita mortuum rogat, & in adiutorium inutilem inuocat, & pro itinere petit ab eo, qui ambulare non poteſt, & de acquirendo, & de operando, & de omnium rerum euentu petit ab eo, qui in omnibus eſt inutilis.

c *Non erubeſcit loqui cum illo, qui ſine anima eſt.* ✲ Auguſtin. deus aureus, & deus ligneus ad pretiū diſpares ſunt, ad hēre oculos, & non videre pares ſunt, fratres ſunt. Ecce qualibus docti homines Romani cuſtodibus cō miſerunt habētibus oculos, & non vidētib⁹. Aut ſi Romam ſeruare potuerunt, quare ipſi ante perierunt? Inquiunt, Tūc perijt Roma: tamen perierunt. Non inquiunt, ipſi perierūt, ſed ſimulachra corū. Quomodo ergo cuſtodirēt tecta veſtra, qui non potuerunt cuſtodire ſimulacra ſua, &c. Et illud, qđ dicunt non eſt verū, quia continuo dijs pditis Roma capta eſt, afflicta eſt. Prorſus non eſt verum. Ante ſimulachra ipſa euerſa ſunt, & ſic victi ſunt Gothi cū Rhadagaiſo.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Si enim tantum potuerunt ſcire.* per rationem naturalem.

2 *Vt poſſent æſtimare ſeculum.* ideſt, cognoſcere creaturarum ordinem.

3 *Quomodo huius dominum.* ſcilicet ſeculi.

4 *Facilius non inuenerunt.* q.d. debuerūt ſtatim inuenire. Nā omnia mutabilia oportet ad vnū primū principiū immutabile reducere, aliter eſſet proceſſus in infinitū, quod eſt impoſſibile, cum igitur oēs creaturæ viſibiles ſint mutabiles aliquo modo, potuerunt venire ex illis ad cognitionem primi motoris oīno immobilis, ſicut Philoſophus deducit 8. Phyſi. (Philoſophus.)

5 *Infelices autem ſunt.* Hic conſequenter reprobatur idololatria imaginib. exhibita. Et diuidit in tres partes, quia primo reprobatur imaginū fabricatio. ſecundo earū adoratio, ibi. *Et de ſubſtantia.* tertio adoratiōis inchoatio. ſe. c. ibi: *Initium enim.* Circa primum dicitur: *Infelices.* ideſt, priuati vera felicitate. (Diuiſio.)

6 *Et inter mortuos ſpes illorum eſt.* quia nulla ſpes eſt de eorum ſalute, quandiu ſunt tales.

7 *Qui appellauerunt deos opera, &c.* idola namque quantū ad figuram fiunt per artem, materia vero eſt res naturæ, vt aurum, & argentum, & reliqua de quibus fiunt idola.

8 *Opus manus antiquæ.* hoc additur. nam idola ab antiquo facta in maiori reuerentia habebantur. vnde & aliqui ſimplices Chriſtiani aliquas imagines antiquas crucifixi, quæ dicūtur factæ a Nicodemo, magis reuerentur. (Imago Nicodemi.)

9 *Aut ſi quis artifex faber.* ſcilicet lignarius. 10 *De ſylua lignū rectū ſecuerit, & huius.* ideſt, perfectè radat. 11 *Fabricet vas inutile.* Sic eſt in libris correctis, id eſt, valde vtile, vt dicunt aliqui, & adducunt pro ſimili dictum Virgilij: *Nunquam imprudentibus imber Offuit*, ideſt, valde prudentibus. Poſſet aliter dici, ſcilicet, quod ſint ibi duæ dictiones. Vas in vtile, id eſt, factum ad vtilitatem humanam. ideo ſubditur. (Vir. in geo.)

12 *In conuerſationē vitæ.* in qua neceſſaria ſunt multa vaſa lignea.

13 *Reliquias autem huius operis.* ideſt, dolaturis.

14 *Ad præparationem.* ideſt, ad coquendum eſcas.

15 *Et reliquum horum.* ideſt, reſiduum ligni.

16 *Quod ad nullum vſum facit.* quia non eſt aptum ad uas aliquod fiendum.

17 *Lignum curuum, &c.* ideſt, nodis.

18 *Verticibus plenum.* de tali vero ligno aliquando fit imago, eo quòd eſt magis durum.

19 *Sculpat diligenter per vacuitatem ſuam.* ideſt, ab eo factam, nam ſculpendo facit aliquas vacuitates in ligno. Cætera patent vſque ibi: 20 *Illud comparet.* ideſt, adaptet, vel aſſimilet. 21 *Perliniens rubrica.* ideſt, colore rubro.

22 *Et rubicundam faciens fuco.* ideſt, pictura.

23 *Et omnem maculam, quæ in illo eſt perliniens.* colorib. ad hoc aptis. Aliqui libri habent hic: Terra, ſed non eſt in libris correctis. 24 *Et faciat ei dignam habitationem.* ideſt, locum ubi reponatur. Cætera patent.

25 *Et de ſubſtantia ſua.* Hic conſequenter reprobatur imaginum adoratio. Et primo pro negotijs in rebus terrenis. Secundo pro negotijs marinis, c. ſeq. Circa primum dicitur. *Et de ſubſtantia.* ideſt, de diuitijs.

26 *Votum faciens.* idolo, vt exaudiat eum.

27 *Inquirit.* i. petit ab eo diuitias, filios, & nuptias filiorum.

28 *Non erubeſcit loqui cum illo, &c.* quaſi dicat deberet erubeſcere.

29 *Et pro ſanitate quidem.* obtinenda, uel conſeruanda.

30 *Infirmum deprecatur.* Hic accipitur infirmitas large pro impotentia, nam idolum non poteſt ſe iuuare. Infirmitas enim proprie eſt in animalibus tantum, ſicut & ſanitas.

31 *Et pro vita.* conſeruanda.

32 *Mortuum rogat.* ideſt, carens vita. Nam proprie loquendo mortuus non dicitur, niſi qui vixit. Cætera patent.

CAP.

## CAP. XIIII.

a I Terum alius nauigare cogitans , & per 1
feros fluctus iter facere incipiēs , ligno 2
portante ſe fragilius lignum inuocat Il 3
lud enim cupiditas acquirēdi excogi- 4 5
tauit , & artifex ſapiētia ſua fabricauit. 6
†Tu autem pater gubernas prouiden- 7 8
b tia , quoniam dediſti in mari viā, & in- 9
ter fluctus ſemitam firmiſſimam, oſtendens quoniam potēs 10
c es ex omnibus ſanare, etiā ſi ſine rate aliquis adeat mare. Sed
vt non eſſent vacua ſapientiæ tuę opera , ꝑpter hoc etiam, & 11 12
exiguo ligno credūt homines aīas ſuas , & trāſeuntes mare, 13
a ¶ Per mare. ¶ Diluuio.
per ratē liberati ſunt . Sed ab initio cū perirent ſuperbi gigā- 14 15
a ¶ Seminarium humani generis. ¶ Arcam.
tes, ſpēs orbis terrarū ad ratē confugiēs, remiſit ſeculo ſemen 16 17
¶ Potentia, vel filio.
natiuitatis, quæ manu tua erat gubernata. Benedictū eſt enī 18 19
¶ Crucis, quo reparatus eſt orbis terrarum.
lignū, per quod fit iuſtitia . Per manus aūt , quod fit idolum 20
d maledictū eſt, & ipſum, & q̄ fecit illud, quia ille quidē ope- 21 22
ratus eſt , illud autem cum eſſet fragile, deus cognominatus 23 24
e eſt . Similiter autem odio ſunt Deo impius, & impietas eius.

### CAP. XIIII.

a A I Terum alius nauigare, &c. Hæc quoq; cōtra idolatriam dicunt. Maxima.n.vęcordia eſt, vt homo ad imaginē dei editus rōnabilē ab ipſo habens animā, qua excogitauit quomodo trāſiret fluctus , nauem fabricans ſecundum artis ſuæ peritiā, non honorat illū, qui hāc ſibi dedit ſcientiam, & inuocet idolum , quod ſimili arte , & maiori vanitate formauit. Cū enim maior ſit, qui fecit , quā quod fit , facturā ſuā adorare inſanire eſt. A deo nauigādi curſus petendus , a quo nauigij præparatio. Hæretici autem , qui vana fingunt ſimulacra errorum, ideo in fluctibus ſeculi pereunt, quia nauem eccleſię reliquerunt, & gubernatorē Deum.

b *Quoniam dedi.* Iſraelitas per mare rubrum ſicco veſtigio traduxit dei potentia, & Iordanis aquas diuiſit, vt terrorē incuteret gentibus exterminādis, fidelibus quoque inter ſeculi fluctus, & perſecutiones, præparat ſemitam fidei, & conſtantiæ, vt tranſeant illæſi , nec eſt humani ſolatij opus, vbi deus oſtendit mirabiles effectus virtutis ſuæ.

c *Sed vt non eſſent, &c.* Creator dedit ſcientiā creaturę ſuæ, qua ſibi in ꝑſenti conſuleret, vt eius volūtati deſeruiret. Vnde Noe arcā facere iuſſit, in qua ipſe, & progenies eius ſaluaretur, & cæ.animantia ad reſtaurationē orbis reſeruarentur, cū genus humanū pro iniquitate ſua diluuio deleret. Vnde Petr⁹: *In qua pauci.i.octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquā, qđ et nos nūc ſimilis formæ ſaluos fecit baptiſma, &c.* Arca de lignis lęuigatis cōſtructa, eccleſiā ſignificat, q̄ fit de collectione fidelium artificio ꝑdicatorū . Pauci, i.octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquā mūdo ꝑeunte , quia ad cōparationē reproborū paruus C numerus eſt electorū . Pauci.n.ſunt, qui viam vitæ inueniūt. Aqua diluuij extra poſitos occidit , qa hęreticū licet habērē baptiſmi ſacramentū, ipſæ aq̄ demergunt ad inferos, q̄ arcā leuauerūt ad cęlos . Octonarius quoq; ſignificat eccleſiā, q, D in ſacramēto dominicę reſurrectionis ꝑcipit lauacrū baptiſmi. Vt ſicut ipſe reſurrexit a mortuis ꝑ gloriā pr̄is, ita & nos in nouitate vitę ambulem⁹ aqua regenerationis abluti. Ro.6.a. Hinc Ieremias : Stultus factus eſt omnis hō a ſcientia ſua , confuſus eſt factor in ſculptili, quia mēdax cōflator eius, nec eſt ſpiritus in eis: Io.10.c. Ibidem. *Vana enim ſunt opera , & digna riſu, & in tempore viſitationis peribunt.*

d *Et qui fecit illud.* Simulacrū , & cultura falſorū deorum. Diabolus enim inde punietur , quod ſibi diuinum honorem vſurpat , & homo, qui pro creatore creaturam honorat . Lignū vero ſæpe hominem ſignificat . Benedict⁹ ergo homo, qui veritatē dicit, & facit. Hę E reticus autē , qui figmenta ſua colit , maledictus eſt, & perditioni deditus, & op⁹, ideſt, doctrina eius.

e *Similiter autē odio ſunt deo impius , & impietas eius.* ⁂ Inter opera. Hierony. Ad amicum ægrotum. Hieronymo adſcripta epiſtola 6.tom 9. Forſitan dicis, Si meus eſt amator deus, cur me igitur amatoris mei flagella graui laceratione mæſtificant, & lędēdo cōturbāt? Si me amplexib. flagellorū torquet, qui amat, iā partes odij falſus amor exercet, iam malo oderit ne torqueat , imo caue ne oderit, roga vt amare dignet. Amor enim emendat, odiū vero ſuppliciū comminatur. Amor diſciplinā conſueuit impendere, odiū vero dictante ſententia reatū excitare, quod odiū natiuitate humani generis ex deo in hominē propagat. Et ideo eſt hominis, quod odit, aut iraſcitur : Deus odit dū offenditur, iraſcitur dum non rogatur offenſus. In odium.n. ſui prouocat dominum, qui factis odibilib. ſe odibilem facit, & offenſum rogare contemnit. Cæterum amat deus hominem, vt artifex fabricā, ſed odit ma- F la opera quibus fabrica vrgetur in lapſum, & cogitur in labinam. Et quia mala opera odit, malorum operum non poteſt amare factorem, ſicut Salomon ſanctiſſimus protulit , *Odio ſunt*, inquit, *Deo impius, & impietas eius.* Sap.14.

a Propter

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. XIIII.

I *Terum alius.* Hic conſequenter reprobat venerationē idoli pro negotijs marinis . Et primo ponitur hęc reprobatio. Secūdo declarat ad quid valet nauigatio, ibi: *Sed vt non eſſent.* Circa primum dicitur . 1 *Iterum alius nauigare cogitans .* 2 *Ligno por.ſe.* i.naui. 3 *Fragilius lig.* i.idolum ligneum, quod ad nihil eſt vtile. 4 *Inuocat.* vt nauigationem ſuam dirigat. 5 *Illud enim.* ideſt, idolum. 6 *Cupiditas acquiren.* i.pecuniam. 7 *Excogitauit.* vnde Act.19.e. dicitur, quod Demetrius faciens ædes argenteas Dianæ, pręſtabat artificibus magnum quæſtum. 8 *Tu autem pater.* cæleſtis. 9 *Proui.&c.* hominum nauigationem, & non ipſum idolū. Quod probatur per hoc, quòd etiam ſine naui filijs Iſrael dedit vitam in mari. Exo.14. & hoc eſt , qđ dr̄ . 10 *Quoniam &c.* & patet ex dictis litera. 11 *Sed vt non eſ.* Hic conſequēter oſtenditur nauigationis vtilitas . Et primo facit propoſitum. ſecūdo concluditur fabricationis idoli malum, ibi. *Per manus.* Prima in duas ſecundū duplicē vtilitatem. ſecūda, ibi: *Sed & ab initio.* Vtilitas vero prima eſt, quia per nauigationē homines deferunt illa qua abundant in vna terra ad aliam, vbi eſt talium penuria , & ſic terrarum releuantur indigentiæ, & hoc eſt, quod dicitur: *Sed vt non eſſent vacua, &c.* Creaturas enim inferiores fecit deus propter hominem , & ideo ſi non deſeruirent eius neceſſitatibus, viderentur eſſe vacuę quantum ad hoc in ſuis vtilitatibus. Per nauigationem vero ſuntiſtę vtilitates, vt dictum eſt: ideo ſubditur.

12 *Propter hoc etiam.* ideſt, naui, quę eſt valde parua reſpectu magnitudinis maris.
13 *Credunt, &c.* ideſt, exponunt vitam ſuam.
14 *Et tranſeuntes mare.* vt per mercationes releuentur neceſſitates humanę.
15 *Per ratem, & libe.ſunt. Sed ab initio.* Hic ponitur ſecunda vtilitas, quę fuit tempore Noe, qui cum vxore, & filijs, & eorum vxoribus per nauem liberatus multiplicauit poſt diluuium genus humanum, & hoc eſt, quod dr̄. *Sed ab initio.* i.a prima mundi ętate, quę ab Adā durauit vſque ad diluuium.
16 *Cum peri.ſuper.gi.* propter quorum peccata principaliter inundauit diluuium, ad quod denotandum dicitur, Ge.7.a. Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis.
17 *Spes orbis terrarum.* ideſt, Noe cum perſonis dictis.
18 *Ad ratem confugiens.* id eſt, ad arcam. 19 *Remiſit ſeculo ſemen natiuitatis.* quia per ipſum, & eius filios multiplicatū fuit poſt diluuium genus humanum . 20 *Quæ manu tua erant gubernata.* ſcilicet dicta arca.
21 *Benedictum eſt enim lignum.* ideſt, arca illa de lignis facta.
22 *Per quod fit iuſtitia.* nam impijs pereuntibus, per eam iuſti fuerunt ſaluati , quod erat iuſtum.
23 *Per manus.* Hic conſequenter concluditur ratione idoli malum, cum dicitur: *Per manus autem, quod fit.* id eſt , idolum manu factum. 24 *Maledictum eſt, & ipſum, & qui fecit illud,* & ſubditur cauſa cum dicitur: *Similiter autem odio ſunt Deo impius, & im.e.* id eſt, fabricator idoli, & idolum ab eo factum, nam vtrunque eſt cauſa idololatrię.

12 Pro- 1 Etenim

Etenim quod factum eſt,cum illo , qui fecit,tormēta patieṫ. 1 2
a Propter hoc,& in idolis nationū non erit reſpectus , quoniā 3
creaturæ dei in odium factæ ſunt , & in tētationem animæ 4
b hominum, & in muſcipulam pedibus inſipiētium . Initium 5 6
enim fornicationis eſt exquiſitio idolorum, & adinuētio il- 7
c lorum corruptio vitæ eſt. Non enim erant ab initio,neq; e- 8 9

¶ Oſtendit vnde proceſſerunt idola.

runt in perpetuum . Superuacuitas enim hominum hæc ad- 10 11
inuenit in orbem terrarum , & ideo breuis illorum finis eſt 12
inuentus Acerbo enim luctu dolens pater cito ſibi rapti filii 13
fecit imaginē, & illum,qui tunc quaſi homo mortuus fue- 14 15
rat,nunc tanquam deum colere cœpit,& cōſtituit inter ſer- 16
uos ſuos ſacra,& ſacrificia . Deinde interueniente tempore, 17 18
conualeſcente † antiqua conſuetudine , hic error tanquam
lex cuſtoditus eſt,& tyrānorum imperio,colebātur figmē- 19
ta. Et hos quos in palā homines honorare non poterant,pro
pter hoc, quòd longè eſſent,e longinquo figura eorum alla 20
ta,euidentem imaginem regis quem honorare volebant,fe 21
cerunt, vt illum,qui aberat , tanquam præſentem colerent 22
ſua ſolicitudine.Prouexit autem ad horum culturam,& hos 23
qui ignorabant artificis eximia diligentia . Ille enim vo- 24 25
lens plus placere illi , qui ſe aſſumpſit , elaborauit arte ſua, 26 27

A a *Propter hoc*. Non eſt ignoſcendū idolis vel eorū inhabitatoribus,id eſt,dæmonibus , quia homines ad imaginem dei factos ab ipſo retrahunt, & in erroris muſcipula ſtabuerunt. Hæretici quoque,qui homines ſeducunt,diſtrictum nō euadent iudicium.

b *Initium*. Peſſimū enim genus eſt fornicationis , quo anima recedit a deo , & fornicatur cum idolis,vel diuini dogmatis veritatem relinquit,& ſequitur falſitatem hæreticæ prauitatis,vel opinionis. Col.3.a. Hinc Paulus auaritiam idolorum ſerui B tutem appellat . Vnde conſtat omnem malam concupiſcentiam fornicationem vocari, qua anima relicta ſuperiori lege inferiorum voluptate turpi naturarum quaſi mercede proſtrata , vel proſtituta corrumpitur. († iniqua,)

c *Non enim*. Pſalm.11.a. *Diſperdet dominus vniuerſa labia doloſa,& omnes,qui loquuntur mendacium.* Iere.10,b. Hinc Ieremias: *Dii, qui cælos,& terram non fecerunt , pereant de terra,&c.* Lactantius libr.1. Lactātius Propter hominum ſtul- C titiá, & prauitatē , qui agreſtem vitā ſine vllo rectore viuebant,hoies ipſum regē,totamque gentē ſummis laudib.extulerunt,vt ēt deos appellarent, vel pro inſigni virtute conualeſcente,vel adulatione,vel pro beneficijs . Deinde,id eſt, poſt mortē reges amicis ſuis magnū deſideriū reliquerunt. Ideo hoies ſimulacra eorū finxerunt , quorū contēplatione aliquod haberent ſolatium. Progreſſique longius,per amorē memoriam defunctorū colere cœperūt, vt bene meritis gratiā referrent,& ſucceſſores eorū ad bene impetrandum allicerent. vnde Cicero: Suſcepit ante vitā hominum conſuetudo cōis,vt beneficijs excellentes viros in cęlū fama,& volūtate tollerent. hinc Hercules,hinc Caſtor, hinc Pollux,hinc Eſculapi⁹, hinc liber. Et alio loco dicit Cicero: Atq; in pleriſque ciuitatibus intelligi poteſt acuendæ virtutis gratia , quò libentius reipublicæ gratia periculum adirent , optimos quoſque virorū fortium, honore deorum immortalium eſſe conſecratos . Hinc Romani Cæſares ſuos conſecrauerunt , & Mauri,ſuos reges. Sic paulatim cœperunt religiones , dum primi , qui eos nouerant eo ritu , liberos ſuos. & nepotes , deinde omnes poſteros imbuerunt, & hi tamen ſummi reges ob celebritatem nominis in prouincijs omnibus cōcelebrabātur . Priuati vero ſinguli populi , gentis aut vrbis ſuæ cōditores, vel viros fortitudine inſignes, vel fœminas caſtitate mirabiles,ſumma veneratione coluerūt,vt Aegyptij Iſidē: Pœni, Vraniam: Romani,Quirinū:Samos,Iunonem, Naxos,Liberū:Mauri,Iubā: Latini,Faunū:Paphi,Venerem. Sic p populos,& regiones varia ſacra ſuſcepta ſunt,dū hoies grati eſſe in ſuos principes cupiūt. Preterea pietas eorū,qui ſucceſſerāt plurimū cōtulit ad errorē,q vt diuina ſtirpe nati viderēt,diuios honores parētib.detulerūt,deferriq;,iuſſerūt

a Incommu-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Etenim,quod factum eſt*.hoc non pōt intelligi de idolo abſolute,cū ſenſum non habeat per quē poſſit tormentū ſentire, pp quod intelligitur de dæmone , q colebať in idolo, & ibi reſponſa dabat aliqn̄.pp quod dr̄ Mat.25.d. *Diſcedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo,et angelis eius.*
2 *Propter hoc,& in idolis*. i.in dæmonib.in idolis habitātib⁹.
3 *Non erit reſpectus*. ſcilicet miſericordiæ diuinę.nam peccatum dæmonum eſt irremiſſibile . 4 *Quoniam creaturæ dei.* ideſt dæmones a deo creati quantū ad naturā. 5 *In odium factæ ſunt*. per eorum culpam,quę non eſt a deo autore.ſed a liberi arbitrij defectibilitate . 6 *Et in tentationem animæ hominum*. nam de cœlo eiecti ſtudent homines impedire a ſua ſalute. 7 *Et in muſcipulam*. qui vincuntur tentationib. dæmonum.Sapientibus aūt, qui viriliter reſiſtūt,hmōi tentationes non ſunt in muſcipulā, ſed magis in victoriā,& coronā.
8 *Initium enim*. Hic cōſequēter ponitur idololatriæ inchoatio. (Diuiſio.) cuius primo ponitur initium. ſecundo procedens idem malum,ibi: *Et non ſuffecerat*. prima in duas ſecundum duplicē inchoationis cauſam.ſecūda ponitur,ibi: *Deinde interueniente.* prima vero cauſa fabricationis idolorum, & idololatriæ fuit affectus inordinatus hominū ad propinquos ſuos defunctos quib.fecerunt imagines ad ſuā conſolationem,vt ſic in aſpectu imaginum defunctorum conſolarentur . vnde de Nino (Belus a Nino deificatus.) rege Aſſyriorum ſcribitur, quod mortuo Belo patre ſuo imaginem ſuam fecit,cui tantam reuerentiam exhibuit , vt ſuis delinquentibus propter refugiū ad imaginem patris parceret,pp quod homines illi imagini impendere cœperūt diuinos honores , & huius exemplo alij potētes cęperunt facere ſuis charis defunctis imagines, quib. ſimile reuerentiā exhibebāt. Et ſicut a belo īchoata eſt fabricatio idolorū,ſic & ab eius nomine denominatio aliorum,propter quod aliqui idolum ſuum nominauerunt Bel,alij Beelzebub,ſecundum varietatem idiomatum . Et ſicut Ninus ad ſui conſolationem fecit idolum patri ſuo,ita patres aliqui primogenitis ſuis ante eos morientibus fecerunt idola,& ex eadem cauſa. Sic ergo dicitur: *Ini.e.for.* i.idololatrię,quę eſt fornicatio ſpūalis.
9 *Eſt exquiſitio idolorum*. ideſt,fabricatio eorum.
10 *Et adinuentio illorum corruptio vitæ eſt*. ſcilicet ſpiritualis, quæ cōſiſtit in vnione ad deum , q̄ interrumpit idololatria.
11 *Non enim erant*.nam a creatione mundi vſq;ad diluuiū, & ēt poſt per magnū tēpus nō legitur fuiſſe aliqđ idolum.
12 *Neque erunt in perpetuum*. iā enim ceſſauerunt idola quaſi per totum mundum . 13 *Superuacuitas enim hominum.* id eſt, defectus ſapientiæ eorū. 14 *Hæc ad inuenit in orbem terrarum*.Et ſubditur modus,cum dicitur: *Acerbo enim luctu.* ideſt,irrationabili. 15 *Dolens pater ci. ſibi rapti filii.* ſ.ante mortē patris. 16 *Fecit imaginem*. ad ſuam cōſolationem.
17 *Et conſtituit inter ſeruos*. illi imagini exhibenda.
18 *Deinde*. Hic ponitur cauſa ſecunda inuentionis imaginum.nam aliqui potentes,& tyranni volentes honorari,nō ſolum in ſua pręſentia,ſed etiam in ſua abſentia,fecerūt ſuā imaginem,mittentes eam ad loca remota,vt venerarentur in ea,ſicut refert Ioſephus libro antiquitatis Iudaicæ. 18. & in libro de Iudaico bello de Caio Cæſare, quòd imaginem ſuam miſit per imperium Romanum , vt adoraretur in ea. & hoc eſt,quod diciť: *Deinde,&c.* & patet ex dictis litera paucis exceptis. 19 *Colebantur fig.* i.imagines tyrānorum. Et ſubditur cauſa . 20 *Et hos quos in palam homines ho. &c.* & patet vſque ibi. 21 *Prouexit autem*. vbi ponitur alia cauſa quę eſt adulatio artificum,& cupiditas. Nā volentes placere regibus,& tyrannis,fecerunt eis imagines pulchriores,q̄ eſſent eorum perſonæ, & ex tali pulchritudine fuerunt ſimplices magis inducti ad colēdum tales imagines , & hoc eſt quod dicitur: *Prouexit autem*. ideſt,induxit.
22 *Ad horū cul.* ſcilicet regum,& tyrannorum in ſuis imaginibus. 23 *Et hos,qui ignorabant*. ideſt,ſimplices.
24 *Artificis eximia diligentia*. circa pulchritudinem imaginis. 25 *Ille enim*. artifex.
26 *Volens plus pla.* ideſt,regi,qui eum ad faciēdum ſibi imaginem elegit.
27 *Elaborauit*. ideſt,perfecte laborauit.

1 *Vt ſimi-*

vt ſimilitudinem in melius figuraret. Multitudo autem hominum abducta per ſpeciem operis, eum qui ante tempus tanquam homo honoratus, nunc Deum æſtimauerunt. Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio, quoniam aut affectui aut re-
a gibus deſeruientes homines, incommunicabile nomen lapi-
a Quaſi ſub falſa religione omnibus ſe vitiis ſubdiderunt.
dibus & lignis impoſuerunt. Et non ſuffecerat eos erraſſe cir-
a Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt:
ca Dei ſcientiam, ſed & in magno viuentes inſcientiæ bello,
a Sub regno enim diaboli diuerſis vitiis ſubiecti, veram habere non potuerunt pacem.
b tot & tanta magna mala pacem appellant. Aut enim filios
c ſuos ſacrificantes, aut obſcura ſacrificia facientes, aut inſaniæ plenas vigilias habentes, neque vitam, neque nuptias mundas iam cuſtodiunt, ſed & alius alium per inuidiam occidit,
d aut adulterans contriſtat, & omnia commiſta ſunt, ſanguis, homicidium, furtum, & fictio, corruptio & infidelitas, turbatio, & periurium, tumultus bonorum, Dei immemoratio, animarum inquinatio, natiuitatis immutatio, nuptiarum in
e conſtantia, inordinatio mœchiæ & impudicitię Infandorum
f enim cultura idolorum omnis mali cauſa eſt, &, initium, & fi-
In feſtis vel in ludis. a Dum homicidæ fiunt, aut libidine ſe polluunt.
g nis. Aut enim dum lætantur inſaniunt, aut certe vaticinan-

A a *Incommuni.no.la & li,* Incommunicabile Dei. ſ. omnipotētis nomen, qui ſolus eſt incomprehenſibilis, inſenſibili & fragili materiæ vel imagini aſcripſerunt.

b *Aut enim fi.ſu.* Sicut in ſacris Saturni, cui pp odium Iouis, ſine reſpectu pietatis paruulos ſuos immolabnat, & † Bellonæ ipſi ſacerdotes proprio ſanguine ſacrificabant. Vnde Quintilianus: Iſtud (inquit) ſi cogit De⁹, iratus eſt, & ſi iratus eſt, non acceptat ſacrificia veſtra.

c *Aut ob. ſa.fa.* Sicut in ſacris Iſidis, Aegyptiæ. & Cereris Eleuſinæ faciebant. Nam ſicut ibi oſiris planctu matris inquiri-
B tur, ita hic ad inceſtū patrui Plutonis matrimoniū, rapta Proſerpina. Quam quia facibus ex Ethna accēſis, quęſiſſe Ceres in Sicilia dicitur, iō ſacra eius ardētium tædarum iactatione celebrabantur. Similiter in ſacris Liberi patris inſaniunt, & magnæ matris, vbi ad exemplū deorū (qui in feſtiuitate ſatiati, noctem luxibus totā duxerūt) ludūt. Quia per libidinē & immunditiam dijs ſuis placere putabāt.

✻ Auguſtin. Artotyritæ ſunt, quibus oblatio eorum hoc nomen dedit, offerunt enim panem & caſeum, dicentes a primis hominibus oblationes de fructibus terræ, & ouium fuiſſe celebratas.

✻ Idem. Marcus Puluillus dedicans ædem Iouis. Iunonis, Mineruę falſo ab inuidis morte filij nuntiata, vt illo nuntio D perturbatus abſcederet, atq; ita dedicationis gloriā collega eius conſequeretur, ita contempſit, vt eum etiā projici inſepultum iuberet, & ſic in eius corde orbitatis dolorem gloriæ cupiditas vicerat.

d *Omnia.* Enim cōfuſa erant, ibi nulla ratio, nulla religio vera, quanto quis ſceleratior erat, tanto magis Deo ſuo placere putabat.

e *Infandorum enim.* Nulla maior dementia, quam Deum viuū delerere, & mortuis deſeruire. Dementia detestabilior

Cū enim mens ſe a creatore ſuo auertit, omnibus implicatur ſceleribus. Initiū enim omnis peccati ſuperbia eſt. Supra 10,b. E

f *Finis.* Conſummatio & plenitudo. Qui enim pro Deo colūt idolum, omnia reputantur eis in peccatum.

g *Aut e.dum læ.* Quia dum iurant, nomen Dei polluūt, qui ait: Non aſſumes nomē Dei tui in vanum, & per nomen deorum externorum ne iuretis, ſed cū Deum illudere ſe ęſtimant, in ęternam mortē ſemetipſos pręcipitāt. Heretici autem errorum ſuorū ſimulacra colentes perditionis ſuę cauſa fiunt, quorū & doctrina falſa, vita iniqua, lętitia inſana, mors nefanda, quia cū iniuſte iurant in idolo, nec ſperant in Deo ſuo, ideo meritorū ſuorū recipient vindictā. Vnde ſequitur: *Nō enim iurantiū eſt virtus.* Exod. 20.

CAP. F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Vt ſimi.* ideſt, imaginem.
2 *In melius fi.* eam faciendo rege pulchriorem.
3 *Multi. autem ho.* quæ communiter eſt ſimplicium.
4 *Abducta per.* i. ſeducta per pulchritudinem imaginis.
5 *Eum qui ante tempus.* illud.
6 *Tan.ho.* purus & mortalis.
7 *Ho.ſue.* ratione ſuę poteſtatis.
8 *Nunc Deum æſtima.* falſo, & ex prædictis concludit.
9 *Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio.* trahens ad idololatriam.
10 *Quo. aut affectui.* parentum ad defunctos filios, vel alios amicos, qui fugientibus ad eorum imagines parcebant.
11 *Aut regibus deſeruien.ho.* modo prędicto.
12 *In communi.no.* Deitatis.
13 *Lapidibus & lignis impo.* ipſos Deos nominantes Hoc.n. nomen Deus ſignat naturam diuinam, quæ nullo modo eſt multiplicabilis, propter quod hoc nomen Deus, eſt incommunicabile ſecundum rem, eſt tamen communicabile per ſimilitudinē, ſicut hoc nomen Alexander, eſt incommunicabile ſecundū rem, eo q eſt vnius ſingularis perſonæ nomen, communicatur tamē p ſimilitudinē hominibus liberalibus, liberalitatem Alexandri participantibus, & ſic homines participantes aliquid diuinum dij nominantur, ſicut Exod. 7. a. de Moyſe dicitur: *Ego conſtitui te Deum Pharaonis.* & Pſal. 85. b. *Ego dixi, dii eſtis.*
14 *Et non ſuf.* Hic conſequenter declaratur malum multiplex ex idololatria procedens, cum dicitur. *Et non ſuffecerat.* idololatris.
15 *Erraſse circa Dei ſcientiam.* eius dignitatem lignis & lapidibus attribuentes.
16 *Sed in magno viuentes, &c.* nam bellauerunt contra dominum & cōtempſerunt virtutis bonū ex defectu ſciētię Dei.
17 *Tot & tanta magna mala.* quæ conſequenter exprimūtur, cum dicitur.
18 *Aut enim filios ſuos ſacri. &c.* idolis, vt dictum eſt ſupra.
19 *Aut obſcura ſacrificia faci.* i. de nocte, eo quod propter ſuā turpitudinem non fiebant de die.
20 *Aut inſaniæ plenas, &c.* nam in aliquibus ſacrificijs fiebāt ſacerdotes arreptitij, in quibus dæmones loquebantur.
21 *Neque vitam.* ideſt: vitæ honeſtatem.
22 *Neque nuptias mundas, &c.* ſed per adulterium polluunt.
23 *Sed & alium per inuidiam, &c.* ſicut Cain Abel fratrē ſuū.
24 *Aut adulterans contriſtat.* polluendo eius vxorem.
25 *Et omnia commiſta ſunt.* i. confuſa, & omni rationis ordine deſtituta.
26 *Sanguis.* in proximi vulneratione.
27 *Homicidium.* in eius occiſione.
28 *Furtum.* in ſuæ rei ſubtractione.
29 *Et fictio.* in hypocriſis ſimulatione.
30 *Corruptio.* in virginum defloratione.
31 *Infidelitas.* in proximi deceptione.
32 *Turbatio.* in diſcordiarum ſeminatione.
33 *Periurium.* in falſa iuratione.
34 *Tumultus.* in ſeditionis motione.
35 *Bonorum Dei.* in ingratitudine.
36 *Ani.in.* per vitium gulæ & luxuriæ.
37 *Natiui.* per vitium Sodomię, nam ex tali concubitu non naſcitur fętus.
38 *Nuptiarum inconſtantia.* quia aliqui proprias vxores adinuicem communicabant.
39 *Infandorum.* ideſt, nefandorum.
40 *Idolorum cultura omnis mali cauſa eſt, &c.* per eam homo directe a Deo auertitur, & ſic de peccato in peccatum ruit & labitur.
41 *Et finis.* i. conſummatio. Nam idololatria eſt malū maximum de genere ſuo. vnde Leuit. 15. b. dicit glo. Omne peccatum eſt immunditia animæ, ſed idololatria maxime.
42 *Aut enim dum lætantur.*
43 *Inſaniunt.* quia fiunt arreptitij.
44 *Aut certe vaticinantur falſa.* de corde ſuo fingentes ea, ſicut faciebant aliqui ſacerdotes idolorum, denuntiantes hominibus proſpera propter quæſtum.

a Adiutores ſuos ſeducunt. b In animam mortui.

A tur falſa, aut viuunt iniuſte, aut periurant cito. Deum enim confidunt in idolis, quæ ſine intellectu & ſine anima ſunt, male iurantes noceri ſe non ſperant. Vtraque ergo illis euenient digne, quoniam male ſenſerunt de Deo, attendentes idolis, & iniuſte in idolo iurauerunt contemnentes iuſtitiã. Nõ enim iurantium eſt virtus, ſed peccantium pœna † perambulat ſemper in iuſtorum † præuaricationem. D

### NICOLAVS DE LYRA.

1 Aut viuunt iniuſte. *inferentes proximis nocumenta.*

2 Aut periurant cito. *propter malitiam ſuam duplicem propter quod ſubditur.*

3 Dum enim confidunt in idolis quę ſunt ſine anima. *& per conſequens ſine volutate & intellectu.*

4 Male iurantes. *ideſt, falſum per idolum iurantes.*

5 Noceri ſe non ſperant. *quia de hoc puniri non timent ſicut nec mali Chriſtiani peierantes per nomen Chriſti, ideo concluditur eorum punitio cum dicitur.*

Vtra-

6 Vtraque ergo illis euenient digna. *i. iuſtum eſt, vt puniantur pro vitio vtroque, ſcilicet idololatria & periurio. ideo ſubditur.*

7 Quoniam male ſenſerunt de Deo. *per idololatriam.*

8 Et iniuſte in ido. *periuranda ad proximi defraudationem.*

9 Non enim iurantium, &c. *i. iuramentum non eſt appetendum, tanquam per ſe bonum, ſed in neceſſitate tantum eo eſt vtendum ad veritatis & fidelitatis inter homines firmamentum.*

10 Sed pecca. pę. &c. *i. creſcit & augmentatur.*

11 In iuſtorum pręua. *i. in tranſgreſſionem mandatorum Dei, quæ ſunt iuſta, nam a Deo non poteſt aliquid procedere niſi iuſtum, &c.*

CAP. XV.

a TV *autem, &c.* Iuſto. n. iudicio damnati ſero pœnitentes agnoſcunt, qđ antea credere noluerunt, vnde: *Cognoſcetur dominus iudicia faciẽs, in operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator.* vñ Ioannes: *Qui habet ſpem in eo, ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt, & omnis qui in eo manet, non peccat.* Pſal. 6. c. 1 Ioan. 3 a.

b *Etenim ſi peccaueri. tui ſumus.* ⁑ Auguſtinus. Illa verba ſunt in libro Sapientiæ, quæ neſcio quomodo intelligit pernicioſa ſecuritas, *Et ſi peccauerimus, tui ſumus,* quoniam ſcilicet bonum & magnũ Deũ habemus, qui velit atque poſsit pœnitentium peccata ſanare, non qui minime audeat permanentes in malignitate diſperdere. Denique cum dixiſſet, *Tui ſumus* addidit, *ſcientes potentiã tuam,* vtique potentiã cui ſe ſubtrahere nequeat aut occultare peccator. Ideoque ſecurus adiunxit, Non peccauimus autẽ, ſcientes quoniã ſumus tui deputati. Quis. n. digne cogitans habitationẽ apud Deũ in qua omnes prædeſtinatione ſunt deputati, qui ſecundũ propoſitũ vocati ſunt, non enitatur ita viuere, vt tali habitatione congruat? Qđ ergo & Ioannes dicit. *Hæc ſcripſi vobis vt nõ peccetis, & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt exoratio pro peccatis noſtris:* nõ id ait vt cũ ſecuritate peccemus, ſed vt recedẽtes a peccato, ſi qđ admiſſum eſt, propter illũ aduocatũ B 1. Ioan. 3. C

quem

quẽ nõ habẽt infideles, minime de indulgẽtia deſperemus.

c *Noſſe enim te, &c.* Perceptio eſt incorruptionis, & in futuro contemplationis. vnde: *Hæc eſt enim vita æterna, vt cognoſcãt te verum Deum, &c.*

d *Non enim in errorem.* Ex perſona fideliũ loquitur, qui Dei gratia muniti, nõ miſcuere ſe Gentilium iniquitati vel idololatriæ, quia ſine fructu iuſtitiæ eſt labor iſte, & mortem meretur æternam. E

e *Malorum amatores. Similes illis fiãt, qui faciunt ea; & omnes qui confidunt in eis.* Inuentores quoque falſorum dogmatum, & cultores digni ſunt mortę. Diſperdet enim Deus virum qui hęc fecerit. i. magiſtrum & diſcipulum eius. Reprobauit ſuperius lignea, lapidea, vel ęrea idola, nunc etiam fictilia damnat. Iuſte enim retributum eſt eis, vt qui de terra facti ſũt, qa meliorẽ ſui partem. i. animam ad imaginem Dei creatã ad adorandũ Deũ viuũ ſequi nolebant, viliorem ſui partem, ideſt, corpus terrenũ imitando, luteũ adorarẽt Deũ, & ſine boni operis fructu terræ inſenſibili de qua ſumpti ſunt inſenſati, inutiles redderentur.

Myſtice autem hęretici & ſchiſmatici, q veritatẽ Dei in iniuſtitia detinent, & mendaciũ pro veritate in doctrinę ſuę ſimulacris colunt, licet eloquentia aut ficta virtute palliẽt, fragilia tamen & lutea ſunt, quę fingunt. Et.

Cinis F

## CAP. XV.

a Ineſtimabilis charitatis. b Quia nec fallit nec fallitur.

a TV autem Deus noſter ſuauis, & verus

a Diu ſuſtinens peccantes, qui non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat.

es patiens & in miſericordia diſponens

b omnia. Etenim ſi peccauerimus, tui ſu-

a Quadere non poſſumus, quia creatura tua ſumus.

mus, ſcientes magnitudinem tuam, & ſi non peccauerimus, ſcimus quoniam

a Apud quem non tantum omnium numerus ſeruatur. b Summa beatitudinis perfectio.

c apud te ſumus computati. Noſſe enim te conſummata iuſti-

a Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam qui factus eſt nobis a Deo ſapientia & iuſtitia.

tia eſt, & ſcire iuſtitiam & virtutem tuam, radix eſt immorta-

d litatis. Non enim in errorem induxit nos hominum malæ artis excogitatio, nec vmbra picturæ labor ſine fructu, & effigies ſculpta per varios colores, cuius aſpectus inſenſato dat concupiſcentiam, & diligit mortuæ imaginis effigiem

a Non ſolum qui faciunt idola.

e ſine anima. Malorum amatores digni ſunt morte, qui ſpem

### NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. XV.

TV *autem Deus.* Reprobata idololatria gentiũ, hic conſequenter commendatur latria Iudæorum. Et diuiditur in tres partes. Nam primo ponitur verę deitatis confeſſio, ſecundo idololatriæ reiectio, ibi. *Non enim.* tertio contra idololatras inuectio, ibi. *Sed & figulus.* Circa primum dicit Philo pro ſe & toto Iudęorum populo. Diuiſio.

1 *Tu autem Deus.* omnium per creationem.

2 *Noſter.* per cultum ſpecialem.

3 *Suauis.* per tuam erga nos condeſcenſionẽ.

4 *Et verus.* contra idolorum falſitatem.

5 *Patiens, &c.* per pęnitentię noſtrę expectationẽ, iõ ſubdit.

6 *Etenim ſi pecca. tui ſu.* quia te dominũ noſtrũ confitemur.

7 *Scientes magnitudi. tuam.* cuius non eſt finis.

8 *Et ſi nõ pe.* mortali peccato, nam veniale non poteſt totaliter euitari.

9 *Scimus quo. apud te ſumus copu.* numero & merito cum electis, peccatum enim veniale non tollit gratiam.

10 *Noſſe enim te.* fide, formata charitate.

11 *Conſummata iuſtitia eſt.* nam dignum facit vita æterna.

12 *Et ſcire iuſti. &c.* ſcientia practica.

Radix

13 *Radix eſt immor.* nam per opera iuſtitiæ pertingitur ad immortalitatem gloriæ.

14 *Non enim.* Hic conſequenter ponitur idololatriæ reiectio, cum dicitur. *Non enim in er.* idololatriæ.

15 *Indu. nos. ho.* i. artis idolorũ factiuæ, quę ad malũ inducit.

16 *Nec vmbra. picturæ.* decorans idolum. Sciendum, q Philo loquitur hic pro ſuo tempore, nam ante captiuitatem Babylonis populus Iudæorum fuit irretitus multis idololatrijs, vt patet 4. Reg. & poſt captiuitatẽ Babylonis tẽpore Antiochi Epiphanis, vt hr. 1. Mac. & 2. Sed & tempore Philonis Caius imperator miſit ſtatuam ſuã per orbem, vt adoraretur in ea, quã ſoli Iudæi adorare renuerũt, vt dicit Ioſephus antiquitatis Iudaicę li. 18. & ſub noĩe Iudæorũ intelligit Chriſtianos, q tũc adhuc legalia in multis ſeruabãt, pp qđ Philo in eorũ laudẽ librum ſcripſit, vt dicit Hier. in li. illuſtrium virorum.

17 *Lab. ſi. fr.* In talibus enim magnus eſt labor & nullus fructus, imo finis peſsimus.

18 *Cuius aſpe. in. dat con.* attrahens eius animum ad idoli reuerentiam.

19 *Et di. mor. ima.* i. vita carẽtis. *Effig.* Et ſubdit eius pęnã, dicẽs.

20 *Malo.* ideſt, idolorum.

21 *Morte.* temporali & æterna.

Sed

A habent in talibus, & qui faciunt illos, & qui di 1
ligunt, & qui colunt. Sed & figulus mollem
terram premens, laborioſè fingit ad vſus no-
ſtros vnumquodque vas, & de eodem luto 2
fingit, quę munda ſunt in vſum vaſa, & ſimili- 3
ter, quę his ſunt contraria. Horum autem va- 4
ſorum quis ſit vſus, iudex eſt figulus. Et cum 5
labore vano Deum fingit de eodem luto, ille 6
qui paulò antè de terra factus fuerat, & poſt 7 8
puſillum † reducit ſe vnde acceptus eſt, reperi- 9
tus animæ debitum, quam habebat. Sed cura 10 11
eſt illi, non quia laboraturus eſt, nec quoniam 12
breuis illi vita eſt, ſed concertatur aurificibus, 13
& argentarijs, ſed & ærarios imitatur, & gloriā 14 15
præfert, quoniam res ſuper- 16
a uacuas fingit. Cinis ē enim 17 18
cor eius, & terra ſuperuacua 19
ſpes illius, & luto vilior vita 20
illius: quoniā ignorauit, qui 21 22
ſe finxit, q inſpirauit illi ani 23
mam, & amat, quæ operaē, 24
& qui inſufflauit ei ſpiritum 25
vitalē. Sed & æſtimauerunt 26
27 luſum eſſe vitam noſtrā, &
28 29 conuerſationem vitæ com-
30 poſitam ad lucrum, & opor-
tere vndecunq; etiā ex ma-
31 lo acquirere. Hic enim ſcit b
32 ſe ſuper oēs delinquere, qui
33 ex terrę materia fragilia va-
*Qui idola Deos putant.*
34 ſa, & ſculptilia fingit. Om-
*Licet dominari videantur.*
nes.n. inſipiētes, & infelices
35 ſupra modum animę ſuæ ſu
36 a Quia vermis conſcientiæ non morietur, & ignis eorum non extinguetur.
37 perbi ſunt, inimici populi
38 tui, & † improperantes illi.
39 † Quoniam omnia idola na
a Simulacra gentium argentum, & aurum opera man. homi. Os habent, & non loquentur, oculos habent, & non videbunt.
40 tionum Deos æſtimauerunt, quibus neque o-
culorum viſus eſt ad videndum, neque nares
ad percipiendum ſpiritum, neq; aures ad au-
41 diendum, neque digiti manuum ad tractan-
42 43 dum: ſed & pedes eorum pigri ad ambulandū.
44 Homo enim fecit illos, & qui ſpiritū mutua-
45 tus eſt, is finxit illos. † Nemo enim ſibi ſimilē

B a *Cinis eſt cor.* Eorum, & fœda cogitatio corū, & vita cœno ſordidior, quia ignorant factorē ſuū, & euaneſcunt in cogitationibus ſuis. Senſum aūt ſanctorū patrū ſpernunt, & errores nouos quaſi ludos vanos ꝓpter fauorē humanū, & terrenū lucrū fingunt, errātes, ſ. & in errorē mittētes, vt inexcuſabiles ſint: cū iudicabit Deꝰ occulta cordium, & reddet vnicuique ſecūdū opera ſua. C D

b *Hic enim ſci. &c.* Nullā excuſationē habent hęretici, qa ſcienter peccant, dum fidē ſanam, & rectā doctrinā nolunt imitari, magis terrenū ſenſum, & fragilē, q̃. ſpiritualē ſequentes. E

Roma. 2 c Ibidem 2,
† exiit.
† imperantes.
† Pſal. 113. b, & 134. c
† Non enim. F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Sed, & fig. *Hic conſequenter ponitur cōtra idololatras inuectio. & primo contra idolorum fictores. ſecundo contra eorum cultores, ibi:* Omnes enim inſipientes. *Circa primum ſciendum, q. fingi proprie dicitur quod de terra formatur. & inde figulus appellatur, & vaſa terrea fictilia dicuntur. Et quia pauperes idola argentea, & aurea habere nō poterant, ideo figuli cæperunt idola terrea facere, quæ quilibet poterat habere, & de eodem luto faciebant figuli vaſa ad varios vſus apta. Et hoc eſt quod dicitur:* Sed, & fig. *& patet litera vſque ibi.*

2 Et de eo. *ſ. vaſa honeſtis vſibus applicabilia.*

3 Et ſi. qui his ſu. con. *i. applicabilia vſibus inhoneſtis.*

4 Ho. au. va. quis ſit vſ *i. debeat eſſe.*

5 Iu. eſt f. *qui vaſa format ſecundum vſum ad quē debet applicari.*

6 Et cum la. va. *Labor enim in fingendo vaſa non eſt vanus, quia deſeruit humanis vtilitatibus, ſed labor fictionis idoli eſt vanus, quia idolum non valet alicui vſui.*

7 Ille qui pau. de ter. fa. fu. *ſ. figulus: nam corpus humanum factum à domino eſt terreum.*

8 Et poſt p. *quia breuis eſt hominis vita.*

9 Re. ſe vn. *ſ. ad terrā ad quam ducit mutua elementorum contrariorum actio, quæ ſunt in corpore humano.*

10 Repetitus. *à Deo.*

11 Ani. dede. *quam Deus repetet in morte. ſicut eam tradiderat in infuſione.*

12 Sed eſt cū. il. *ſ. figulo.*

13 Non q. la. *i. nō ſolū eſt ſolicitus de ſuo labore, & vitæ breuitate.*

14 Sed cont. au. *non arguendo quod opus ſuum ſit magis pretioſum, ſed quod ſit vtile pluribus: quia poteſt haberi paruo precio, & per conſequens ab omnibus.*

15 Sed, & ær. imi. *fingendo idola, factis de ære ſimilia.*

16 Et glo. ar. ſu. præ. *quia multitudo hominum pro idolis habendis recurrit ad eum.*

17 Quo. res ſu. *i. nullius aut parui pretij reſpectiuè ad argenteas, vel aureas fingit, quas quilibet poteſt habere.*

18 Cinis eſt cor ei. *per affectionem. Dicit enim Aug. Si diligis terram, terra es. Iſte vero totam attentionem ſuam ponit ad terræ figurationem, quæ miſtione aquæ priuata redigeretur in puluerem, vel cinerem: propter quod cor figuli dicitur cinis.*

19 Et ter. ſuper. *vnde fingit idola.*

20 Spes illi. *quia de hoc ſperat viuere. ideo ſubditur.*

21 Et lu. vi. vi. illi. *quæ ordinatur ad lucrū ex luto ſicut ad finē. & finis præſtantior eſt his, quæ ſunt ad finem. Et rō huius erroris ſubdit.*

22 Quoniam ignora. eum qui ſe fin. ſ. *Deum qui in formatione corporis eſt autor principalis.*

23 Et qui inſpirauit illi ani. *ſolus infundendo eam per creationē.*

24 Et amat, quæ op. *ſcilicet idola.*

25 Et qui inſu. *ſ. Deū ignorauit, & eſt repetitio eius quod dixit:* Et qui inſpi. &c. *per alia tamen verba: quia dicitur anima inquantum corpus adminiſtrat ſpiritus vero inquantum ſupernis vacat.*

26 Sed. & æſ. *idololatræ dicti.*

27 Luſum eſ. *i. carnalem delectationem.*

28 Vitam noſtr. *vnde in perſona talium dicitur ſupra ca. ij. b. Vbique relinquamus ſigna lætitiæ, quoniam hæc eſt pars noſtra.*

29 Et conuerſationem vitæ humanæ compoſi. &c. *vnde ſupra c. ij. b. ſubditur in perſona talium: Opprimamus pauperem iuſtum, nec parcamus viduæ, rapiendo bona eorum, & ideo ſubditur.*

30 Et oportere vndecunque etiam ex ma. &c. *hæc dicebant homines de vita alia nō ſperantes, cuius erroris fuit Simonides poeta dicens, quod decet mortalem mortalia ſapere, de quo reprehendit eum Philſophus. x. ethicorum, eo quod homo ſecundum intellectū eſt quid immortale, & diuinum, ex quo concludit Philoſophus, quod homo ſe debet ad immortalia, & æterna trahere, quantū poteſt per cognitionē, & amorem, & concludit Philo de figulo dicens.* Simonides

31 Hic e. ſcit. *i. ſcire debet.*

32 Se ſu. o. *idolorum factores.*

33 Delin. qui ex ter. &c. *nam tam vilis eſt, quòd nullus debet ignorare, quod Deus non poteſt fieri ex ea.*

34 Omnes enim. *Poſt inuectionem contra idolorum fictores, hic ponitur inuectio cōtra illorū cultores. Et diuiditur in duas partes, qa primo ponitur inuectio contra cultores imaginum. ſecundo contra cultores animalium, ibi,* Sed, & animalia. *Circa primū dicit:* Omnes enim inſipi. &c. *id eſt, idololatræ de Deo male ſentientes, & à felicitate vera deuiantes.* Diuiſio.

35 Supramodum animæ ſuæ. *id eſt, plus quàm valeant.*

36 Su. ſu. *de ſe præſumentes.*

37 Ini. p. tui. *opprimendo cultores Dei.*

38 Et im. illi. *Tempore nanque Philonis Caius erat Imperator Romanus, & miſit ſtatuā ſuam per orbem, vt adoraretur in ea tanquā Deus, vt dictū eſt ſupra præcedenti ca. & intulit Dei cultoribus multa grauamina.*

39 Quo. omnia idola na. *diuerſarum.*

40 Deos æſti. *ſ. Romani. Vnde dicit Leo papa in ſermone de beatis apoſtolis Petro, & Paulo, q Roma magnā credebat feciſſe religonem cum nullius gentis reſpuiſſet falſitatem. Cætera patent vſque ibi.*

41 Sed, & pe. eo. pi. ad am. *quia non poſſunt ſe mouere. & ſubditur ratio cum ſubditur.*

42 Homo enim fe. il. *qui per artem nō poteſt facere aliquid viuū.*

43 Et qui ſpir. muta. eſt. *à Deo.*

44 Is fin. il. *et qa cauſa effectiua potior eſt ſuo effectu, ideo ſubditur.*

45 Nemo enim ſibi ſi. ho. po. Deū, &c. *qui ſuperior eſt homine.*

a homo poterit Deum fingere. Cum enim ſit mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. Melior eſt enim ipſe his quos colit, quia ipſe quidem vixit cum eſſet mortalis, illi autem

a Non ſolum ſcilicet hominum ſpeciem.

b nunquam Sed & animalia † miſerrimi colūt. Inſenſata enim comparata his, illis ſunt deteriora. Sed nec aſpectu, aliquod ex his animalibus bona poteſt conſpicere. Effugerunt autem Dei laudem & benedictionem eius.

A a *Melior eſt.* Quia melior eſt homo idolis ſecundum rationem creationis, quia viuit & intelligit, illa autē nunquam. Sed quia magis ſequitur vanitatem erroris, quàm veritatis ſcientiā, *cum in honore ſit, non intelligit, & comparatur iumentis inſipientibus.*

† miſerrima

Pſal. 48. d.

b *Inſenſata.* Q. Nec diſcretionem habebāt. In veritate enim viuen-
1 tia meliora ſunt
2 mortuis, ſenſibilia
3 inſenſibilibus, ratio-
4 nalia irrationalibus.
5 Sed dignum fuit, vt
6 qui ignorabant crea-
7 torem, in creaturis di
8 ſtinctionem non ſci-
9 rent. Qui enim laudē
10 & benedictionē Dei
11 in ſe habere negligit,
12 in diſcretione anima-
lium ſeipſum errare oſtendit.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Cum enim ſit mortalis. *ſcilicet homo.*

2 Mortuum fin. *ſ. idolum vita carens.*

3 Manibus iniquis. *nam ad iniquitatem opus eius ordinatur.*

4 Melior eſt enim ipſe, &c. *quia melior eſt viuens nō viuente.*

5 Sed & anima. *Hic ponitur inuectio contra cultores brutorum animalium, cum dicitur,* Sed & ani. bruta.

6 Miſerrimi. *idololatræ colunt, qui dicuntur miſerrimi, eo quod inferiorem ſe colunt tanquam ſuperiorem, ideo ſubditur.*

7 Inſen. enim. *i. animalia bruta.*

8 Comparata his. *idest, hominibus.*

9 Illis ſu. dete. *quia carent intellectu.*

10 Sed nec aſ. *i. ex his quæ videbant in dictis animalibus non poterant aliquod bonum arguere, propter quod deberent ea colere.*

11 Effu. au. Dei la. *brutis animalibus impedētes ipsā, & p cōſequēs.*

12 Bened. e. *i. gratiæ ſuæ donū, quod frequēter in ſcriptura benedictio nominatur; eo modo loquēdi quo dicitur. 1. Reg. 25. c.* Accipe benedictionem hanc, &c.

## CAP. XVI.

Populus Iſrael in deſerto carnes cōcupiuit, & coturnices Deo iubente accepit, & comedit vſq; ad nauſeā, ſed vindicta prope ſunt, quia percuſſit eos dn̄s plaga magna, & vocat locus ille ſepulchra concupiſcentię. Hęc cōmemorat ſapientia alternatim diſputās de interēptione Aegyptiorū, & correctione Iſraelitarū, quia illi Deo repugnantes, & in populum ſęuiētes, ſine excuſatione ſubito perierūt. hi vero correcti & diſciplinati, oīno diuino ſolatio nō caruerunt. Vnde ſequitur: Non enim in perpe. perma. ira tua. Aegyptij varijs erroribus dediti, populū Dei perſecuti ſunt, iō multi puniti ſunt, & experti sūt ſęuitiam beſtiarum, ranarū ſcilicet & locuſtarum, & muſcatū. vnde. *Miſit in eos muſcam caninā, & comedit eos & ranam, & exterminauit eos, &c.* Hęreticos autem & ſchiſmaticos, & omnes iniquos ſpirituales beſtiæ, i. dæmones laniant, quorum voluntati conſentiunt, ideo eis cruciandi iuſte traditi ſunt.

a Ropter hæc & his ſimilia paſſi ſunt di-
1 gne tormenta, & per multitudinem be-
2 ſtiarum exterminati ſunt. Pro quibus
3 tormentis bene diſpoſuiſti populum
4 tuum, quibus dediſti concupiſcentiam
5 delectamenti ſui nouum ſaporem, eſcā
6 parans eis ortygometram, vt illi quidē
7 concupiſcentes eſcam propter ea quæ illis oſtenſa & miſſa
8 ſunt, etiam a neceſſaria concupiſcentia auerterentur. Hi au-
9 tem in breui inopes facti, nouam guſtauerunt eſcam. Opor-
10 tebat enim illis ſine excuſatione quidem ſuperuenire interi-
11 tum exercentibus tyrannidem, his autem tantum oſtendere,
12 quemadmodum inimici illorum exterminabantur. † Etenim

## CAP. XVI.

a P*ropter, &c.* Sequitur.

b *Pro quibus, &c.* * Augu. An non videmus Iſraelitas malo ſuo impetraſſe qđ culpabili concupiſcentia petierūt; Cōcupierāt enim carnibus veſci, qbus pluebatur manna de cælo. Faſtidiebant quippe quod habebant, & quod nō habebant impudenter petebant, quaſi non melius peterent nō vt cibus qui deerat impudēti deſiderio præſtaretur ſed vt ille qui aderat ſanato faſtidio ſumeretur. Quando enim nos delectāt mala & nō delectant bona rogare debemus potius Deū vt delectent bona quam vt cōcedātur mala. Non quia malum eſt carne veſci, cum de hac relo quens Apoſtolus dicat: *Omnis creatura Dei bona eſt,* & nihil abijciendū quod cum gratiarū actione accipitur, ſed quia ſicut idem ipſe ait, *Malū eſt homini qui per offenſionem manducat.* Et ſi per hominis offenſionem quanto magis Dei?

Aug. tractatu 11 in euangelium Ioan.

1. Tim. 4 b.

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XVI.

P Ropter hæc & his ſi. paſ. ſunt digne tor. &c. *Hæc eſt tertia pars, in qua recolitur tortū Dei beneficiū collatū Heb. & ecōtrario tormentum inflictū Aegyptijs. Et eſt iſtud beneficiū de cibo collato Iudæis in deſerto, principaliter tamē, nā & alia quædam beneficia ſecundario in hoc ca. recoluntur. Igitur præſens ca. in duas partes diuiditur, quia primo recolitur coturnicum eſca. ſecundo manna cęlitus data, ibi:* Pro quibus angelorum eſca. *Prima in duas, nā primo beneficium dictū recolitur. ſecundo quadā obiectio remouetur, ibi:* Etenim cū illis. *Circa primum continuādo ſe ad præcedentia immediate dicit.*

Diuiſio.

1 Pro. h. & h. ſi. *ſcilicet idololatrias prædictas.*

2 Paſſi ſu. *ſcilicet Aegyptij idololatræ.*

3 Et per m be. ex. ſu. *ſ. ranarū & muſcarum, Exo. 8. f. Sciendum tamen, qđ vbi translatio noſtra habet: Omne genus muſcarū, Exo. 8. f. In Heb. habetur, Commiſtionem. & dicit glo. Heb. quod venerunt animalia diuerſorum generum ad afflictionem Aegyptiorum.*

4 Pro qui. tor. *i. loco tormentorum Aegyptiis afflictorum, & econtrario.*

5 Be. di. po. tu. *i. cibum delectabilem ab eis concupitum, Nu. 11. b.*

6 No. ſa. *nam māna deſpiciebat eis, propter quod concupierunt eſum carnium.*

7 Eſ. p. e. or. *i. coturnicem, & ponitur hic ſingulare pro plurali, ſicut Exod. 8. f.* Venit muſca grauiſſima. *i. multitudo muſcarum, & ſic eſt in propoſito, quia tunc venit coturnicum maxima multitudo.*

8 Vt il. quidem. *ſcilicet Aegyptii.*

9 Conc. *ad ſui nutrimentum.*

10 Pro. *ſ. ranas & muſcas venenatas cibos Aegyptiorum fœdantes & venenantes.*

11 Etiam a ne. *i. a concupiſcentia cibi neceſſarij.*

12 Auerte. *horrentes cibos comedere fœdatos & venenatos.*

13 Hi autem. *idest, Hebræi.*

14 In breui inopes facti. *i. in breui tempore.*

15 Nouam guſtauerunt, &c. *ſ. ortygometrā. Et ſubditur vtriuſque cauſa, cum dicitur.*

16 Oportebat, &c. *Et iungatur ſic litera:* Oportebat enim illis, *ſcilicet Aegyptiis.*

17 Exercentibus ty. *in Hebræos, quos affligebant iniuſte, Exo. 1.*

18 Sine excu. qui. ſuperueni. interi. *i. ſine remedio.*

19 His autem. *idest, Hebræis.*

20 Tantum oſtendere. *ad eorum conſolationem.*

21 Quemad. &c. *idest, Aegyptii.* Exter. *Sequitur,*

22 Etenim. *Hic conſequenter remouetur quadā obiectio. Et diuiditur in duas, quia primo facit quod dictum eſt. ſecundo infertur diuinę poteſtatis confeſſio, ibi:* Tu es domine. *Circa primum ſciendum, qđ Num. 21. b. dicitur, qđ dominus miſit ſerpentes populum Iſrael murmurantem affligentes. Et ex hoc poſſet obiici Hebræos non fuiſſe melioris conditionis quàm fuerint Aegyptii: morſibus animalium afflicti. Quod remouet per hoc quòd dominus ſtatim dedit remedium Hebræis pœnitentibus, dicens Moyſi:* Fac ſerpentem æneum, & pone eum pro ſigno, & qui aſpexerit eum, viuet. *& hoc eſt quod dicitur:* Etenim cum illis. *ſ. Hebræis, & patet ex dictis.*

Sed

cum illis ſuperuenit ſæua beſtiarum ira, morſibus peruerſo-
a Quia correxiſti populum murmurantem, mittens ignitos ſerpentes.
a rum colubrorum exterminabantur. Sed non in perpetuum
ira tua permanſit, ſed ad † correptionem in breui turbati ſunt,
a Serpentem æneum pro ſigno poſitum, quem percuſsi aſpicientes ſanabantur.
ſignum habentes ſalutis ad commemorationem mandati le-
gis tuæ. Qui enim conuerſus eſt, non per hoc quod videbat
ſanabatur, ſed per te omnium ſaluatorē. In hoc autem oſten-
b diſti inimicis † tuis, quia tu es qui liberas ab omni malo. † Illos
enim locuſtarum & muſcarum occiderunt morſus, & non
eſt inuenta ſanitas animæ illorum, quia digni erant ab huiuſ-
modi exterminari. Filios autem tuos nec draconum, nec ve-
nenatorum vicerunt dentes, miſericordia enim tua adue-
niens ſanabat illos. † In memoria enim † ſermonum tuorum
† exterminabantur, & velociter † ſanabantur, ne in altam † in-
cidentes obliuionem non poſſent tuo vti adiutorio. Etenim
c neque herba, neque malagma ſanauit eos, ſed tuus domine
ſermo, qui ſanat omnia. † Tu es domine, qui vitæ & mortis
habes poteſtatem, & deducis vſque ad portas mortis, & re-
d ducis. Homo autem occidit quidem per malitiam animam
ſuam, & cum exierit ſpiritus, non reuertetur, nec † reuocabit
animam quæ recepta eſt, ſed tuam manum effugere impoſ-
e ſibile eſt. Negantes enim noſſe te impii, per fortitudinem bra
chii tui, flagellati ſunt: † nouis aquis, & grandinibus, & plu-
uiis perſecutionem paſſi ſunt, & per ignem conſumpti. Quod
enim mirabile erat in aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis
f valebat, vindex eſt enim orbis iuſtorum. Quodam enim tem
pore manſuetabatur ignis, ne comburerentur quæ ad impios
miſſa erant animalia, ſed vt ipſi videntes ſcirent, quoniam

A a *Sed non.* Nō enim ſerpens æneus ſanabat illos, ſed ſacramētū myſterij. i. mors Chriſti in ſerpente figurata. Ipſe enim genus humanū liberauit. *In figura.n. omnia cōtingebant illis.* Chriſtus enim antiquū ſerpentem in cruce triumphauit, eius venenum ſuperauit, vt qui vere imaginē Chriſti & paſſionē cōſpexerit, ſaluetur, vnde: *Sicut exaltauit Moyſes ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui crediderit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam:* Recte æneus ſerpens in ligno ſuſpenditur. Aes enim cęteris metallis durabilius eſt. In ſerpente ergo, Chriſtus mortuus, in ęre, æternus ſignificatur, quia mortuus per humanitatem, quaſi ęneus eſt per diuinitatem.

1. Cor. 10. c
Ioa. 3. d

B b *Illos e. &c.* Probātur electi per afflictionem, & monentur vt peccata caueāt, & bona faciant. Reprobi diſperguntur, quia non corrigūtur. Ideo idololatras parua animalia interimunt. Iſraelitas ergo Dei cultores ſerpentes exterminare non poſſunt, quia nouit dominus pios de tentatione eripere, iniquos vero in die iudicij reſeruare cruciandos.

* Aug. Quod locuſtarum octauo in loco fit mentio, puto per hoc genus plagę aut detrahentis aut ſemper a ſe diſcordātis humani generis inconſtantiam deſignari. Locuſta.n. cum

C regē nō habeat, ſicut ſcriptura dicit, vna acie ordinatum ducit exercitū. Homines vero cū rationabiles a Deo facti ſint, neque ſemetipſos regere potuerunt, neque Dei regis patienter moderamina pertulerunt.

D c *Sed tu. do. ſer.* Ideſt, filius per quē omnia, cuius poteſtas vbique. Qui oīa quæcunque voluit fecit, ipſe curat corpora, ipſe a ſpiritualibus beſtijs animas ſaluat.

Pſal. 113.

d *Ho. au. oc.* Homo per malitiam, nequitiam. ſ. propriæ voluntatis, & effectum prauæ actionis occidit animam. Vnde quidam ait: Neminem lædi poſſe niſi a ſemetipſo, quia aut proprij ſceleris inuentor eſt, aut conſentit alienis. Si enim homo cuſtodit mentem, & non conſentit perſuaſioni iniquæ, liber eſt ab omni crimine.

Chryſoſto.
† Exod. 8. f & 10. d.

E e *Negan. enim no. &c.* Rab. Diuerſis plagis afflicti ſunt Aegyptij, inter quas grandine ſimul & igne. Grando enim & ignis pariter miſta ferebātur, & percuſſerunt cuncta quę fuerunt in agris. Nec mirum ſi grando & ignis miſta feruntur ſimul, quia ad creatoris voluntatē omnia conſentiunt.

† ſeruorum
† ſaluabantur
† cadentes
Exod. 9. c
† reuelabit animam

f *Quodam enim, &c.* Rab. Sicut in Gen. legitur: Pluit dominus ſuper Sodomam & Gomorrham ignem & ſulphur, vt diſperderet impios, & in Exodo grandinem pariter & ignem. In libro Numerorū. Miſit ignitos ſerpētes contra murmurātes, vt cognoſcāt impij, quod omnis creatura parata eſt vlciſci iniuriā creatoris.

Gen. 19. c.
Exod. 9. c
Num. 21. b

Pro F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Sed non in perpetuum ira, &c.* nā dediſti eis remedium, vt dictum eſt, ideo ſubditur. 2 *Sed ad correpti. in bre. &c.* tēpore.
3 *Turbati ſunt.* morſibus ſerpentum.
4 *Signum habentes, &c.* ſerpentem æneum.
5 *Ad com. &c.* i. percuſsi & ſanati eſsent, memores mandatorum tuorum ad implendum ipſa.
6 *Qui e. con. eſt.* ſ. de Hebræis per pænitentiam.
7 *Non per hoc qu. vi. &c.* ſ. per ſerpentem æneum, qui nullam virtutem habebat ſanandi. 8 *Sed per te om. ſal.* ſupple ſanabatur.
9 *In h. au. oſten.* manifeſte. Quia tu es qui liberas, clamantes ad te.
10 *Illos e.* ſ. Aegyptios, locuſtarum & muſcarum occiderūt morſus eſt. 11 *Et non eſt in. &c.* i. non eſt datum remediū. Sed contra hoc videtur, quia Exod. 7. g. dicitur, quod dominus illam plagam remouit. Ad quod dicendum, quod hoc non fuit ad preces Aegyptiorum, ſed ad preces Moyſi, propter quod remedium non fuit datum Aegyptiis ſicut Hebræis, ideo ſubditur. 12 *Fi. au. tu.* i. Hebræos.
13 *Nec dra. nec ve. vi. dē.* nā ſanati fuerūt pęnitētes, iō ſubdit.
14 *Miſericordia, &c.* ſequitur.
15 *In memoria enim.* ideſt, vt eſsent memores.
16 *Sermonum tuorum ex.* i. affligebantur.
17 *Et velociter ſanabantur.* per tuam miſericordiam.
18 *Ne in altam.* i. profundam. 19 *Incidentes ob.* Dei.
20 *Non poßent tuo, &c.* propter contemptum tui, ſecundum quod dicitur Prouerb. 18. *Impius, cum in profundum peccatorum venerit, contemnit.* Et. 29. a. *Repentinus veniet ei interitus.*
21 *Et enim ne. her.* medicinalis.
22 *Neque malagma.* i. emplaſtrum.
23 *Sanauit eos, ſed tuus domine ſermo.* quia dicere Dei, eſt facere, Pſal. 32. b. *Dixit, & facta ſunt.*

Tu es

24 *Tu es do.* Ex dictis infertur diuinę virtutis confeſſio, cum dicitur. *Tu es domine, &c.* cōſeruandæ. 25 *Et mor.* inferendę.
26 *Ha. pote.* tua voluntate.
27 *Et dedu. ad por.* mortis corporalis.
28 *Et re. &c.* ſanando, ad portas vero mortis ſpiritualis non deducit, quia nō eſt auctor peccati, ſed homo per defectibilitatem liberi arbitrij, ideo ſubditur. 29 *Homo a. o. qui. per m.* mortalis culpę. Tob. 13. a.
30 *Ani. ſuam.* quæ immortalis eſt morte naturæ.
31 *Et cum ex. ſpi.* a corpore. 32 *Non re.* via naturæ.
33 *Nec re.* ſcilicet ipſum corpus.
34 *Quæ re. eſt.* ideſt, ſeparata ab eo.
35 *Sed tu. &c.* nam animæ iuſtorum recipiuntur in manu diuinæ miſericordię, peccatorum vero in manu ſuę iuſtitię, ideo ſubditur.
36 *Negan. e. no. te im.* Aegyptij.
37 *No. a. & gran. &c.* hoc habetur Exod. 9. c. vbi dicitur, quod ſuper terram Aegypti grando & ignis miſta pariter ferebantur. Et ille ignis fortius comburebat, quam ſi eſset ſōlus, ideo ſubditur: *Quod enim mirabile erat, &c.* Et ſubditur cauſa.
38 *Vin. eſt e. or.* i. creatura orbis.
39 *Iuſto.* i. Hebręorum ab Aegyptijs iniuſte afflictorum, propter quod creatura obediens creatori mirabilibus modis affligebat Aegyptios, vnde & adhuc ſubditur.
40 *Quodam enim tempore manſuetabatur ignis.* prędictus.
41 *Ne combure. quæ ad impios.* Aegyptios.
42 *Miſsa erant animalia.* ad eorum afflictionem, vt dictū eſt ſupra in principio huius capituli. 43 *Sed vt ipſi* Aegyptij.
44 *Videntes.* quod animalia eis nociua non comburebantur, & eis vtilia, vt boues & iumenta, eodem igne conſumerentur.
45 *Scirent.* per hoc. 46 *Quoniam Dei iudicio patiuntur.* cui creatura obedit ad nutum. *Patiuntur perſecutionem.*

a *Pro quibus &c.* Rab. In deſerto datũ eſt manna filijs Iſrael A ſuauiſſimũ & ſaluberrimũ, vt Deo maiores gratias referrẽt, quos ab hoſtib. liberauit, & ſupernis dapibus pauit: *Nix autem & glacies ſuſtinebant vim ignis, &c.* Duo contraria elementa, i. ignis & aqua gelata impios cõcorditer feriebãt. Vel qualitas ca eſtis cibi expreſſa eſt, qui vim ignis vbi oportebat ſuſtinebat, ad calore ſolis liqueſiebat: album enim & minutum apparebat, & quaſi pilo tuſum in ſimilitudine pruinæ. Cuius eſum ſentiebant quaſi ſimilæ cum melle, nec ad ignẽ deficiebat. Vnde in libro Numerorum, Erat autẽ manna quaſi ſemen coriãdri, & coloris bdellij, &c. Myſticè autem in grandine & igne B dura increpatio, qua ſcriptura diuina peccatores cruciat. In cęleſti cibo conſolatio ſuperna qua iuſtos refouet, ſignificat. vel manna ſignificat panem qui de cęlo deſcendit, & dat vitam mundo, qui ait: Panis quẽ ego dedero, caro mea eſt pro mũdi vita. Cruciantur ergo reprobi ſpirituali fame, & ſatiãtur electi cęleſti pane. Illi diuerſis laboribus pręparantur ad pęnã, iſti diuina ope quotidie nutriuntur ad vitam. vnde: *Multa flagella peccatoris, ſperantem autem in domino miſericordia circundabit.*

Exod. 16. Exod. 9. c. Pſal. 77. c. † Exo. 16. d Deu. 10. c. & cætera. Num. 11. b Myſticè. † factum Ioan. 6. c. Pſal. 31.

* Greg. Per quendam ſapientem de mannæ dulcedine dr̃: *Paratum panem de cęlo præſtitiſti illis ſine labore, oẽ delectamentum in ſe habentem, atq; omnis ſaporis ſuauitatem.* Mãna quippe omne delectamentum atq; omnis ſaporis ſuauitatem in ſe habuit, quod videlicet in ore ſpiritualiũ iuxta voluntatẽ edentium ſaporẽ dedit, quia diuinus ſermo & omnib. congruens & a ſemetipſo non diſcrepans, qualitati audientium condeſcendit, quem dum electus quiſq; vtiliter, iuxta modũ ſuum intelligit, quaſi acceptũ manna in volũtarium ſaporẽ vertit.

b *Subſtantiam enim tuam & dulcedinem tuam.* * Optatus Mi- C leuitanus. Patris ergo ſubſtantiam filium eſſe Propheticis iam olim deſignatũ eſt oraculis, dicẽte Salomone: *Subſtantiã enim & dulcedinem tuam quam in filios habes, oſtendebas,* quã figurã & imaginẽ panis celeſtis, populo Iſrael cęlitus apparet p̃ſtituiſſe, quod ipſe Dñs in Euangelio, expoſuit, dicens: *Nõ Moyſes dedit vobis panem de cęlo, ſed Pater meus dat vobis panem de cælo:* ſe vtiq; panẽ eſſe deſignans, cum dicit, *Ego ſum panis viuus, qui de cęlo deſcendi:* de quo etiam Propheta Dauid dicit: *Panẽ angelorum manducauit homo.* Nanque vt adhuc euidẽtius patris & filij ſubſtantiæ vnitas & diuinitatis æqualitas oſtendatur, ipſe in Euangelio dicit: *Ego & pater vnũ ſumus.* Quod non ad vnitatem tantummodo voluntatis, ſed ad vnam refertur eandemq; ſubſtantiã.

D

Dei iudicio patiuntur perſecutionem. Et quodam tempore in aqua ſupra virtutem ignis exardebat vndiq;, vt † iniquam a terræ nationem exterminaret. † Pro quibus angelorum eſca nutriuiſti populum tuum, & paratum panem de cęlo præſtitiſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habẽtem, b & omnis ſaporis ſuauitatem. Subſtãtiam enim tuam, & dulcedinem tuam quam in filios habes, oſtendebas, & deſeruiẽs vniuſcuiuſq; voluntati. † Ad quod quiſq, volebat, conuertebatur. Nix autem & glacies ſuſtinebant vim ignis, & nõ tabeſcebat, vt ſcirẽt quoniam fructus inimicorum exterminabat ignis ardens in grandine, & pluuia coruſcãs. Hoc autem † iterum, vt nutrirẽtur iuſti ignis etiã ſuæ virturis oblitus eſt. c Creatura enim tua tibi factori deſeruiens, excãdeſcit in tormentum aduerſus iniuſtos, & † lenior fit ad benefaciendum d pro his qui in te confidunt. Propter hoc & tunc omnia transfigurata omnium nutrici gratiæ tuæ deſeruiebant, ad voluntatem horum qui a te deſiderati ſunt, vt ſcirent filii tui quos dilexiſti domine, quoniam nõ natiuitatis fructus paſcũt homines, ſed ſermo tuus hos qui in te crediderunt, conſeruat. Quod enim ab igne non poterat exterminari, ſtatim ab exi-

† ini † Dei diſt. tidie † le

c *Creatura enim tua.* Cõ E fundantur hic peccatores, qui cum ceteræ creaturæ factori ſuo deſeruiant, ipſi repugnant. Vnde creaturarum omnium concordia flagellantur, & ſi non pœnituerint, perpetuo cruciabuntur, bonis autem vera bona præparantur.

d *Propter hoc, &c.* Rab. Pluit Deus manna de cęlo populo ſuo, aquam de petra dedit, pauit eos carnibus, & veſtimenta eorum non ſunt attrita, neque calceamenta, vt creatori ſuo magis deuoti fierent, cuius vbiq; ſentirẽt auxilium, quoniã non natiuitatis fructus paſcũt homines, ſed ſermo tuus, &c. Vnde Moyſes: *Dedit tibi cibum mãna, vt oſtenderet q̃ non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Sed ſemper ingrati fuerunt, & figuram tenẽtes veritatem repulerunt. Ad eccleſiam cuncta tranſlata ſunt. Omnia enim in figura contingebant illis. Scripta ſunt autem propter nos. vnde Paulus: *Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tran. &c. Petra aũt erat Chriſtus,* ideſt, totius legis firmamentum, & figurę veritatis, in quem qui crediderit totam legẽ impleuit. Qui autem non crediderit, tanquam pręuaricator legis in æternum peribit.

Exo. Ibid. Deu. 1. Cor. Ibid. Ibid.

*Vt* F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et quodam tempore in aqua.* ſupra virtutem naturalem.

2 *Ignis exardebat, &c.* Repetitio eſt ad maiorem expreſſionem eius quod dictum eſt ſupra. *Quod enim mirabile erat, &c.* & ſequitur.

3 *Pro quibus.* Hic conſequenter agitur de manna collata. & primo exprimitur Hebræorum conſolatio ſecundo Aegyptiorum afflictio, ibi: *Nix autem.* Circa primum dicitur, *Pro quibus.* id eſt, pro afflictionibus Aegyptiorum dictis. Diuiſio.

4 *An. eſca.* ideſt, manna, quæ dicitur angelorum eſca, eo q, deſcendebat miniſterio eorum, nam cibo corporali non vtuntur, Tobiæ 12.

5 *Nutri. po. tuum.* Exod. 16.

6 *Et para. pa. de cæ.* aereo, nam cum rore deſcendebat, Nume. 11. *Præſtitiſti illis ſine labore ſuo.*

7 *Omne dele. in ſe haben. & omnis, &c.* nam bonis ſapiebat prout volebant, vt habetur conſequenter cum ſubditur.

8 *Sub. enim tuam.* i. diuitias tuæ bonitatis.

9 *Oſten.* cibo mannæ.

10 *Et deſer. vniuſ. vo.* exiſtenti de numero bonorum, nã malis inſipidus erat cibus. vnde dicebant Nume. 21. b. *Nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto leuiſſimo.*

11 *Ad quod quiſ.* bonus.

12 *Vole con.* ſapiendo ſibi ſicut volebat. & hoc non erat ex natura mannę, ſed diuina virtute.

13 *Nix au.* Hic reuertitur ad Aegyptiorum afflictionem, dicens: *Nix autem & glacies, &c. non tabeſcebant.* i. liqueſiebant, quia miſſa pariter ferebantur, vt prædictum eſt.

14 *Vt ſcirent quo. fru. inimi.* ſ. Aegyptiorum.

15 *Exter. ignis ardens in gran.* ſine grandinis diſſolutione.

16 *Et plu. coru.* fulguratione. Exo. 19. Conſequenter oſtendit effectum oppoſitum ignis ad conſolationem Hebræorum, dicens.

17 *Hoc au. ite.* fuit mirabile.

18 *Vt nutri.* i. viuerent.

19 *Ignis etiam ſuæ virtu. obli. eſt.* ſ. ignis in camino trium puerorum, Dan. 3. & etiam in Aegypto. nam animalia Hebręorum de quibus nutriebantur, igne & grandine non fuerunt læſa. licet enim in terra Geſſen in qua fuerunt filij Iſrael, nõ fuerit illa peſtilentia grandinis & ignis, vt dicitur Exod. 9. tamen fuit in circuitu illius terræ, & ſic dicitur quantum ad hoc ignis oblitus ſuæ virtutis, inquantum animalia illius terræ non læſit, ſicut aliarum in circuitu exiſtentium. Et ſubditur cauſa huius differentiæ, cum dicitur.

20 *Crea. enim tibi factori, &c.* & patet litera vſque ibi.

21 *Pro. hoc & tunc omnia transfi.* i. tranſmutata a proprietate ſuę naturę ſecundum imperium voluntatis tuę.

22 *Omnium nutri. gra. tuæ deſer.* vt dictũ eſt de igne & manna.

23 *Vt ſcirent filii tui.* ſ. Hebræi iuſti.

24 *Quos dile. domi.* amore ſpeciali. pp q̃d data fuit eis lex & prophetæ, & alia ſpecialia beneficia Dei Pſ. 147. b. *Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis.*

25 *Quo. non na. fru.* i. nati de terra.

26 *Paſcunt ho.* ſupple ſoli.

27 *Sed ſer. tuus, &c.* Deut. 8. a. *Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod egreditur de ore Dei.*

28 *Quod enim ab igne non pote. exter.* ſ. manna quę ad ignem indurabatur, & ad ſolem liqueſiebat, ideo ſubditur.

29 *Sta. ab exi. radio. &c.* vt notum omnibus eſſet. ſ. Hebræis,

*Ex* *Quo.*

B a *Vt notum omnibus, &c.* Raba. Iſte cibus hiſtorialiter paſcebat patres noſtros, ſed ad ortum veri ſolis liqueſiebat.i. in natiuitate Chriſti ad ſpiritualem vſum ſoluebatur, & in cęleſte ſacramētū vertebatur, vt preueniamus in benedi- ctionibus ſolem.i. Chriſti diuinitatem, æternis pręconijs prædicemus dicētes. *In principio erat verbum, & verbū erat.* Ad ortum vero ſolis, ideſt, Chriſti, dicamus: *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.*

A a guo radio ſolis calefactum tabeſcebat, vt notum omnibus eſ-
ſet, quoniam oportet præuenire ſolē ad benedictionem tuā, 1
a Iudaici populi. b Fides qua expectant regem ſuum, id eſt, Antichriſtum. 2
& ad ortū lucis te adorare. Ingrati enim ſpes tanquā hyber- 3
a Contracta.ſ. frigore infidelitatis. b Sine fructu iuſtitiæ. 4
c Quia traditio eorum nulli vſui apta, quia cæci ſunt tanquam duces cęcorum. 5
nalis glacies tabeſcet, & diſperiet tanquam aqua ſuperuacua. 6

D Ioan 1.a. Ibidem b.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Quo.opor.præue.ſolem. *i.ortum ſolis.*
2 Ad bene.tuam. *i.ad colligendum māna, quæ benedictio Dei dicitur, eo quod gratis ab eo dabatur.*
3 Et ad ortum lucis. *i.ſolis.*
4 Te ado. *de beneficij tui collatione. Et ſubditur cauſa cum dicitur.*
5 Ingra.enim. *i.eius qui Dei beneficium non recognoſcit.*
6 Spes tan.hyber.gla.tabe. *i.totaliter peribit, ſic exponitur communiter, ſed Exo.16.c.dicitur.* Cūque incaluiſſet ſol liqueſiebat. *quod proprie fiebat in meridie, & ideo ibi dictū fuit ſecūdum Hebræos, quod tempus colligendi manna erat poſt ſolis ortum vſque ad horā ſextā, & ſecundum hoc aliter exponenda eſt hæc litera: Oportet præuenire ſolē.i. feruorem ſolis ad colligendum manna, quæ dicitur hic benedictio Dei.* Et ad ortū lucis. *i.ſolis. Te adorare in principio collectionis vel collationis diuini beneficij. Sed cōtra hoc videtur qđ hic præmittitur.* Statim ab exiguo radio ſolis, &c. *Hora vero ſexta nō eſt exiguus radius in virtute ſed fortiſſimus. Dicendum, qđ imo ſi comparetur ad feruorem ignis de quo hic loquitur & comparatiue, vt patet. Liber autem Exo. eſt de canone, non autem liber Sapientiæ, propter quod litera huius libri magis trahenda eſt ad librum illum, quam econuerſo.*

## CAP. XVII.

a MAgna enim. Rab. Myſtice, Omnes pſecutores eccleſię Chriſti, ſcelerū ſuorum tenebras patiuntur, nec vnquā ſecuri eſſe poſſunt, quos vexant rectores tenebrarū harū vſque ad exteriores tenebras, vbi erit fletus & ſtridor dētiū. vnde: *Omnis qui male agit, odit lucem, &c.* Hinc Paulus: *Eratis aliquando tenebræ, nunc autē lux in domino, &c.*

b *Neque enim.* Semper enim tenebras comitatur horror, & quanto minus diſcernit quis quæ circa ſe ſunt, tanto magis metuit vndique aduerſa pauitās. Sic Aegyptij triduo maximas tenebras patiebantur, quas nec ſol, nec ſtellæ poterant illuminare, & vbicunque iacebant, nimio terrore pauebant, quod autem dicit.

c *Triſtes perſo.* Eos terruiſſe, potuit fieri, vt dæmones aliqua phantaſmata ingererēt, q eos ad augmētum pęnarum exterrerent. Perſecutores quoque fidei & veritatis, circundant tenebrę peccatorum, quia ignorāt ſolē iuſtitię, nec prædicatores illuſtrāt eos fulgore doctrinę. Hos etiā ſonitus deſcēdens.i. comminatio cęleſtis perturbat, & pſonę triſtes.i. dęmones, quandoque torturi terrificant, nec tamen agunt fructuoſe pęnitentiam, ſed deſperantes theſaurizant ſibi iram in die iudicij.

d *Timore ple.* Quia vndique pęnas formidabāt. Quāto enim ſunt grauiores dolores, tanto maiores timentur horrores.

e *Et m.ar.ap. erant. &c.* Rab. Cum magi in Aegypto ſuperati eſſent virtute ſignorum, dixerunt: *Digitus Dei eſt hic.* & qui paulo ante medicos ſe iactabant, ſerpentes & cętera animalia metuebant. Sic quoque qui Chriſtianam derident religionē, qui artes ſuas iactant ſicut diuini aruſpices, heretici, & ſchiſmatici, licet doctores ſe ſimulent, Chriſti potentia vincuntur, & antiquum ſerpentem cum angelis ſuis ſeuū patientur inimicū.

* Aug. Quod dicit pſeudo pphetas, multa ſigna & prodigia facturos, ita vt fallant etiam, ſi fieri poteſt, electos, admonet vtique vt intelligamus quędā miracula etiā ſceleratos homines facere, qualia

Rom. 2.a. Exod 8. Aug. lib. 83. quæſt. quæſt. 79.

## CAP. XVII.

a Quibus creaturam regis vniuerſam.
a MAgna enim ſunt iudicia tua domine, & 1
a Quia quæ abdita decreui ti, nullus enarrare poterit. 2
b Quia ſcilicet creatorem ſuum credere & intelligere noluerunt.
inenarrabilia verba tua, propter hęc in 3
diſciplinatæ animæ errauerunt. Dum 4
Aegyptii.
enim perſuaſum habēt iniqui poſſe do-
minari nationi ſanctæ, vinculis tene- 5
a Quia tenebras palpabiles paſſi ſunt, & merito peccatorum ſuorum, & tenebroſæ obliuionis puniti.
brarum & lōgæ noctis compediti, incluſi ſub tectis, fugitiui 6
perpetuæ prouidentiæ iacuerunt. Et dum putant ſe latere in 7 8
obſcuris peccatis, tenebroſo obliuionis velamento diſperſi 9
b ſunt, pauentes horrende, & cum admiratione nimia pertur- 10 11
bati. Neque enim quæ continebat illos ſpelunca, ſine timore 12
cuſtodiebat, quoniam ſonitus deſcendens perturbabat illos, 13
c & perſonæ triſtes illis apparentes, pauorem præſtabant. Et 14 15
ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec ſyde 16
rum limpidæ flammæ illuminare poterant illam noctem hor 17 18
a Quia impios cruciat.
d rendam. Apparebat autem illis ſubitaneus ignis timore ple- 19 20
nus, & timore percuſſi illius quæ non videbatur faciei, ęſti-
e mabant deteriora eſſe quę videbantur, & magicæ artis appo- 21

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XVII.

MAgna enim ſunt iudi.tua domi. *Hæc eſt pars quarta, in qua recolitur beneficiū lucis datū Hebræis, et p oppoſitū afflictio tenebrarum inductarum Aegyptijs, & primo ponitur hic ſecūdū, ſecūdo primū, ibi:* Sanctis autem tuis. *ca.ſe. Prima in tres, quia primo ponitur obtenebratio Aegyptiorum, ſecundo deriſio magorum, ibi:* Et magicę artis. *tertio cōmunis afflictio amborum, ibi:* Illi autem. *Circa primū dicitur.* 1 Ma.e.ſunt iu.tua do. *quia ſunt incomprehēſibilia. Rom.11.d.* quā incomprehēſibilia ſunt iudicia eius.
2 Et in.ver.tua. *i.opera verbo tuo facta.* 3 Pro.hæc in ani. *i.homines veritatē intelligere nolentes cuiuſmodi fuerūt Aegyptij, qui vidētes tot Dei mirabilia, remanſerūt in errore ſuo obſtinati, iō ſubdit.*
4 Dum e.per. *i.pro firmo tenent:*
5 Po.do.na.ſan. *Credebant enim, quod Deus non poſſet Hebræos de ſeruitute eorum liberare.*
6 Vin.te. *palpabilium, Exod.10.* 7 Et lon.no.com. *quia tribus diebus nemo mouit ſe de loco in quo erat, vt dicitur ibidem.*
8 In.ſub te.fu. *Ibi enim fugerant aliqui timore percuſſionis inferēdę.*
9 Per.pro. *ſ.diuinæ, quia Deus ab æterno præuidit omnia.*
10 Iac. *de locis in quibus erant ſe non mouentes, vt dictum eſt.*
11 Et dum pu. *Hic cōſequenter ponitur dictæ obtenebrationis ratio. Erant enim Aegyptij tenebris ſpiritualibus peccatorū inuoluti propter quod iuſtū fuit, vt tenebris corporalibus inuoluerentur, vt pœna correſponderet peccato, & hoc eſt qđ dicitur:* Et dum pu.ſe la. *a cōſpectu diuino.* 12 In ob.pe. *quæ dicuntur obſcurā, eo q fiunt in occulto, Ioan.3.c.* Qui male agit, odit lucem. 13 Te.ob.ve.di.ſunt. *nā aliqui erant in campis, aliqui in domibus, & aliqui in villarū plateis, & ſuperuenientibus ſubito palpabilibus tenebris, nullus mouere ſe potuit, nec per cōſequēs ſe vel alium cōſolari, propter quod dicitur hic tenebroſo obliuionis velamento diſperſi.* 14 Pa.ho. *ex obtenebratione ſubita.* 15 Ne.e.quę con.il.ſpe. *i.tenebra, quę ſpelunca dicitur, eo quod in ſpeluncis profundis ſunt tenebræ denſæ.* 16 Si.ti.cu. *ita qđ non erat timendum de fuga eorum. Et ſubditur ratio.*
17 Qu.ſo.deſ. *i.fragor aeris pro modum tonitrui.*
18 Per.il.& per.tri.ap. *i.phantaſmata terribilia, ſicut aliquādo fit in ſomnis.* 19 Et ig.qui.nu.vis po.il.lu.præ. *propter denſitatē tenebræ.* 20 Ap.au.il. *in momento apparens, nō ad eorum cōſolationem, ſed magis ad deſolationem, quia grauiora formidabant euenire.*
21 Et ma.ar. *Hic cōſequēter deſcribitur deriſio magorū, qui a principio percuſſionis Aegypti conati ſūt facere ſimilia operibus Moyſi, vt habetur Exo.7.& 8. ſed defecerūt in tertio ſigno, ppter quod merito facti ſunt in deriſum, & hoc eſt quod dicitur:* Et ma.ar.ap.e.de. *ideſt, prædictis malis acceſſit deriſus magorum Pharaonis.*

A lia ſancti facere non poſſint, nec tamẽ ideo prioris loci apud Deum eſſe arbitrandi ſunt, non enim magis priores erant Deo quàm populus Iſrael, magi Aegyptiorum, quia non poterat ille populus facere quod illi faciebant quibus Moyſes in virtute Dei maiora potuerit: Sed ideo non omnibus ſanctis iſta tribuuntur, ne perniciosiſſimo errore decipiantur animi, exiſtimantes in talibus factis maiora dona eſſe, quàm in operibus iuſtitiæ quibus æterna vita comparatur. Propterea Dominus prohibet hinc cũ ait, *Nolite in hoc gaudere, quoniam ſpiritus vobis ſubijciuntur, &c.* Cum ergo talia faciũt magi, qualia nonnunquã ſancti faciũt, talia quidem viſibiliter eſſe apparent, ſed & diuerſo fine, & diuerſo iure fiunt. Illi enim faciunt, quærentes gloriam ſuam, iſti quærentes gloriam Dei, & illi faciũt per quædam poteſtatibus cõceſſa in ordine ſuo, quaſi priuata cõmercia vel beneficia. iſti autẽ publica adminiſtratione, iuſſu eius cui cuncta creatura ſubiecta eſt.

Luc. 10. d. 20.

† audaciam.

b †horrendam.

a *Ars autem.* Rab. Nimietatem timoris notat, quẽ imminentib. pœnis redarguẽte cõſcientia patiuntur, cũ autẽ ſemp timida nequitia, pauoris ſui dat indicium, ſupplicio condemnata eſt.

b *Cum ſit enim timida nequitia, &c.* ✻ Greg. Bene per quendã ſapientẽ dicitur, *Cum ſit timida nequitia, dat teſtimonium condemnationi:* quia dum de facto ſuo conſcientiã pulſans timor redarguit, ipſa ſibi teſtimonium perhibet dãnabile eſſe quod agit.

C

D agit. Quo contra per Iohannẽ dicitur, *Si cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus apud Deum.* Fugiãt ergo iniqui humanos oculos, ſemetipſos certe fugere non põt. In peccato igitur qd committunt, prius cõtra ſe iudicium ſuæ rationis inueniunt, & poſt ad diſtrictionem æterni examinis producuntur.

ſiti erant deriſus, & ſapientiæ gloria † correptio cum contu- 1
melia. Illi enim qui promittebant timores & † perturbatio-
nes ſe expellere ab anima languente, hi cum deriſu pleni ti-
more languebant. Nam etſi nihil illos ex monſtris perturba- 2
bat, tranſitu animalium & ſerpentium ſibilatione commoti, 3
tremebundi peribant, & aerem quem nulla ratione quis ef- 4
a fugere poſſet, negantes ſe videre. Frequenter enim præoc- 5 6
cupant peſſima, redarguente conſcientia. Cum ſit enim ti- 7
a ¶Vel dat teſtimonium condemnata. 8
b mida nequitia, data eſt in omnium condemnationem, ſem- 9
a ¶Extollitur. b ¶Quæ non habet tranquillitatis ſerenitatem.
per enim præſumit ſæua perturbata conſcientia. Nihil enim 10 11
¶Quaſi præſumptio compunctur. a ¶Medicamentum.
eſt timor, niſi præſumptionis adiutorium, proditio cogita- 12 13
c tionis auxiliorum. Et dum ab intro minor eſt expectatio, ma- 14
iorem computat † potentiam eius cauſæ, de qua tormentum 15
præſtat. Illi autem qui † impotentem vere noctem, & ab in- 16 17
d finis & ab altiſſimis ſuperuenientem, eundem ſomnum 18
dormientes, aliquando monſtrorum exagitabantur timore, 19 20
aliquando animæ deficiebant traductione. Subitaneus enim 21
illis & inſperatus timor ſuperuenerat. Deinde ſi quiſquam ex 22
illis decidiſſet, cuſtodiebatur in carcere ſine ferro recluſus. 23 24
Si enim ruſticus quis erat, aut paſtor, aut agri laborum ope- 25
rarius præoccupatus eſſet, ineffugabilem ſuſtinebat neceſ-
ſitatem. Vna enim catena tenebrarum omnes erant colligati. 26
Siue ſpiritus ſibilans, aut inter ſpiſſos arborum ramos auium 27
ſonus ſuauis, aut vis aquæ decurrentis † nimiũ, aut ſonus va- 28
lidus præcipitantium petrarum, aut ludentiũ animalium cur-
ſus inuiſus, aut mugientiũ valida beſtiarũ vox, aut reſonãs de

c *Proditio, &c.* Timor, ſcilicet prodit infirmitatẽ ſuperbiẽtis, qui vana ſpe auxiliorum ſe extollit cogitando, cum poſſe ſe ſperat, quod efficere non poteſt vel poſſit, & dum virtus minor eſt, valetudo rerum quas extrinſecus patitur, maiorem putat eſſe potentiam, hoc in perſecutoribus fidelium frequenter euenit, qui ſe potentes æſtimant, cum ſanctos cruciant, potentia eorum victi, mentis anguſtia contriſtati cognoſcunt ſe non poſſe quod cupiebãt, & maiorem eſſe fortitudinem Dei, qui ſic vincit in militibus ſuis. E

d *Illi au.* Rab. Aegyptij .ſ. horrore tenebrarũ circundati, nec vigilantes, nec dormiẽtes quieſcere poterant, quia horrẽdis monſtris & viſionibus, & terrore nimio circundabantur, nec ſecedendi dabatur facultas, quia ſine compede & catena ferrea, carcere tñ tenebrarum claudebantur. Vnde tribus diebus nemo vidit fratrem ſuum, nec mouit ſe de loco ſuo in quo erat. Vndique miſeri cruciabantur, quicquid auribus vel oculis, vel quolibet ſenſu percipiebant, tanquam periculoſum formidabant. F

Om.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et ſa.glo.co.cum con.* i.ſapientia, de qua magi gloriabãtur, correpta fuit contumelioſe, nam fuerunt percuſſi cum alijs, ita quod non poterant ſe vel alios iuuare, ideo ſubditur: *Illi enim, &c.* & patet.

2 *Nam & ſi nihil eos ex mon.per.* Eo q, erant talibus aſſueti, ſicut de Balaam magno dicit glo. Num. 22. c. Balaam aſſuetus monſtris, ad vocem aſinæ non expauit.

3 *Tranſ.ani.&c.* nã timor ex modico fremitu facit formare imaginationem terribilium, ſicut multum timens credit adeſſe hoſtes ex ſonitu foliorum, vel aliquo huiuſmodi.

4 *Et aerem quem nulla quis effugere poſſet.* quia nullus poteſt viuere ſine aeris reſpiratione.

5 *Negantes ſe videre.* ex tenebrarum denſitate.

6 *Frequenter enim præoccupant peſſima,* ideſt, credebant adeſſe æſtimatione falſa.

7 *Redarguente.* erant enim conſcij malorum ſuorum, pro quibus ſciebant ſe dignos punitione diuina, & ex hoc æſtimabant ſibi euenire peiora.

8 *Cum ſi. e.* quia facit timidos, propter quod latrones ſunt timidi.

9 *Da.eſt in om.cor.* i.punitioni. Timor enim quem ſuſtinent homines mali, eſt quædam pœna ipſorum.

10 *Sem.e.pe.* i.præaſtimat magna mala ſuper ſe ventura.

11 *Per.* i. motu pœnæ ex peccatorum recordatione.

12 *Nec eſt ti. &c.* i. augmentum exiſtimationis imminentis pœnæ, quam facit credere maiorem.

13 *Pro.co.auxi.* nam timor faciens pallorem in facie, perdit cogitationem auxilij, quia demonſtrat, quòd timens auxilium deſiderat.

14 *Et dum ab in.* i.in mente timentis.

15 *Mi.eſt ex.* i.ſpes auxilij.

16 *Ma.pu.* quia credit maiora adeſſe mala, & eſt repetitio eiuſdem ſentẽtiæ quæ prædicta eſt. Auctor enim huius libri frequenter eandem ſententiam repetit per alia verba.

17 *Il.au.* Hic conſequenter ponitur afflictio Aegyptiorum omnium ex obtenebratione, cum dicitur: *Il.aũt qui po.ve.noctem.* i. tenebras denſas quæ dicuntur nox potens ex longa duratione .ſ. trium dierum, & ex denſitate, propter quam de loco ſuo non poterat quis ſe mouere.

18 *Et ab inſi.* i. a terra & aqua, ex quibus aſcenderunt fumi aerem ingroſſantes.

19 *Et ab altiſ.* i. ex condenſatione nubium illuminationem aeris impediente.

20 *Eun.ſo.dor.al.mon.* Aegyptij nanque, qui in illo triduo fuerunt aliquantulum oppreſſi ſomno, ſtatim terribilia ſomnia patiebantur, intantum q, aliqui moriebantur. ideo ſubditur.

21 *Ali.ani.de.tra.* i.ſeparatione animæ a corpore.

22 *Sub.enim.* & per conſequens magis nociuus.

23 *De.ſi qui.ex il.de.* in terram ex timore.

24 *Cu.in car.* quia non poterat ſe mouere.

25 *Si e.ru.quis.* nam vbicunq; erat aliquis occupatus in agro vel in domo, tenebris ſuperuenientibus ibi manſit tribus diebus. ideo ſubditur.

26 *Vna e.ca.&c.* Et patet.

27 *Si ſpi.ſi.* i. ventus flans.

28 *Aut in.ſpi.&c.* aut reſonans de altiſsimis mõtibus echo ideſt, ſonus reflexus.

De.

a *Omnis enim orbis.* A Quaſi. Impij erant in tenebris, ſed vbicũq; habitabant filij Iſrael. lux erat.

b *Imago tenebrarum quæ ſuperuentura illis erat.* Grauiores ſunt tenebræ ſpirituales corporalibus, quia ducunt homines ad exteriores tenebras, vbi

altiſſimis montibus echo, deficientes † faciebat illos præ ti-
¶ Id eſt claro.
a more. Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur
lumine, & non impeditis operibus continebatur. Solis autẽ
a Cordis vel inferni.
b illis ſuppoſita erat grauis nox, imago tenebrarum quæ ſuper
uentura illis erat. Ipſi ergo ſibi erant grauiores tenebræ.

vbi erit fletus & ſtridor dentium, quas D Aegyptiæ tenebrę figurant. Sicut enim corpora ibi nullo bono operi vtilia, ita & hic animæ ſimul & corpora æterno carcere damnantur, vbi nec ratio, nec locus, nec tempus eſt operandi.

† faciebant.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Deficientes facie. *Repetitio eſt ſententiæ ſupra poſitæ, ſcilicet quod timor faciebat eos æſtimare magna pericula ex occaſione modica. Conſequenter oſtenditur quantum ad alios differentia, cum dicitur.*

2 Omnis enim orbis ter. *extra Aegyptiorum locum.*

3 Limpi. il. *i. intantum, quod nullus ab operibus ſuis impediebatur.* So-

4 Solis autem illi *ſcilicet Aegyptijs.*

5 Suppoſita erat grauis nox *diuinitus inflicta.*

6 Imago tenebrarum quę fu. *quam præfigurabat tenebras gehennæ, quas inde ſuri erant, ideo ſubditur.*

7 Ipſi ergo ſibi erant gra. *id eſt cauſa magis grauium tenebrarum ſcilicet gehennæ, quas merebantur per ſua peccata.*

## CAP. XVIII.

a *Sanctis autem tuis ma.* Iſraelitæ in Aegypto, ſub Pharaone laborabant, Chriſtianos diabolus ĩ mũdo affligit; quos tamen maxima lux illuminat, *quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Horum vocem audiunt inimici, ſed nõ agnoſcũt figuram veritatis, quæ eſt in eis, B his columna ignis in nocte, & columna nubis in die lucet, quia incarnatio Chriſti & in proſperis & in aduerſis protegit.

b *Digni quidem illi ca.* Rab. Merito Aegyptij tenebrarum pœnam patiebantur, qui inuidia cæcati, populum cui lux tradenda erat, captiuum retinere volebant, & cũ infantes Hebræorum necare diſponebant, vno. i. Moyſe Dei iudicio liberato, multitudo aduerſariorum per ipſum ſubuerſa eſt. Sic hoſtes ſpirituales qui eccleſiam Dei opprimere moliuntur, electis Dei per baptiſmum liberatis, cum rege

## CAP. XVIII.

¶ Iſraelitis quos fides & puritas conſcientiæ illuminabant.
a Corporalis, ſcilicet & ſpiritualis.
a S† Anctis autem tuis maxima erat lux, &
a Alias, & horum quidem vocem inimici audiebant.
horum quidem vocem audiebant, ſed
figuram non videbant. Et quia non &
a Eaſdem plagas.
ipſi eadem paſſi erant, magnificabãt te,
a A Pharaone.
& quia ante læſi erant, quia non lædebantur, gratias agebant tibi, & vt eſſet differentia, te † Deum
a Quia in columna ignis & nubis ducebantur.
petebant. Propter quod ignis ardentem columnam ducem
habuerunt ignotæ viæ, & ſolẽ ſine lęſura boni hoſpitij præ-
¶ Aegyptij.
b ſtitiſti. Digni quidem illi carere luce, & pati carcerem tene-
brarum, qui incluſos cuſtodiebant ſanctos filios tuos, per
quos incipiebat incorruptum legis lumen ſeculo dari. Cum
cogitarent iuſtorum occidere infantes, & vno expoſito filio,
¶ Primogenitorum.
& liberato, in traductionem illorum multitudinem filiorum
abſtuliſti, † & pariter illos perdidiſti in aqua valida. Illa enim
nox ante cognita eſt a patribus noſtris, vt vere ſcientes qui-
bus iuramentis crediderunt, animęquiores eſſent. Suſcepta
¶ Lex Moyſi.
eſt autem a populo tuo ſanitas quidem iuſtorum, iniuſtorum
autẽ exterminatio. Sicut enim læſiſti aduerſarios noſtros, ſic
c & nos prouocans magnificaſti. Abſconſe enim ſacrificabant

rege ſuo, id eſt diabolo in ipſo baptiſmo per Chriſti potentiam opprimuntur, cuius myſterij ratio in antiquis patribus figurata, & in aduentu Chriſti completa eſt.

c *Abſconſe enim ſa.* Rab. Populus Iſrael in Aegypto iuſſu domini paſcha celebrauit. Exinde dicit eos abſconſe ſacrificaſſe, qui metu hoſtium id occulte faciebant, vbi & legem paſchæ, quæ deinceps ſeruanda erat, per Moyſem didicerunt, tẽtationem reproborum ad tempus paſſi ſunt, ſed cito diuina ope liberati. Similiter tempore gratiæ ſerui Dei, quibus eſt lex data diuina, in cõcordia duum teſtamentorum a perſecutoribus quandoque impediuntur, ne religionem Chriſtianam palã faciant, ſed in abſcondito cordis ſemper domino ſacrificant. vnde. *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus.* Et alibi. *In me ſunt Deus vota tua, quære.*

† donum. E

Pſal. 50. d. Pſal. 55. c. F

Rab.

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XVIII.

1 S*anctis autem tuis ma.* Deſcripta obtenebratione Aegyptiorum, hic conſequenter deſcribitur illuſtratio Hebręorum, cum dicitur. 2 *Sanctis autem tuis.* id eſt Hebræis.

3 *Maxima erat lux.* vnde dicitur Exod. 10. f. *Vbicunque autem habitabant filij Iſrael, erat lux.* 4 *Et horum.* i. Hebræorum.

5 *Vocem audiebant.* inimici. ſ. Aegyptij, ſed figuram non videbant, tenebris impediti. 6 *Et quia non & ipſi.* ſ. Hebræi.

7 *Eadem paſſi.* ſ. tenebras. 8 *Magnificabant.* ſicut grati.

9 *Et qui ante læſi erant.* ſ. ab Aegyptijs laborib. duris, Exod. 1.

10 *Quia non læde.* Decem plagis ſicut Aegyptij.

11 *Gratias agebant.* de beneficijs Dei.

12 *Et vt eſſent differen.* inter ipſos & Aegyptios.

13 *Te Deum.* in ſua neceſsitate. Aegyptij vero plures deos inuocabant. Et quia gratitudo de beneficio præſtito meretur aliud præſtandum, ſubditur.

14 *Propter quod ignis ardentem columnam ducem.* de nocte.

15 *Et ſo.* per colũnã nubis de die, & ſic dabat bonũ hoſpitiũ.

16 *Digni quidem illi.* ſ. Aegyptij.

17 *Carere luce.* per tenebras dictas.

18 *Qui incluſos cuſtodiebant ſanctos fi.* Non permittẽtes eos de Aegypto exire ad ſacrificandum domino.

19 *Per quos in. incorruptum legis.* A quinquageſima nãque die exitus illorum data fuit in monte Sinai.

20 *Cum cogi.* Hęc eſt pars quinta, in qua ponitur quintũ beneficiũ de conſeruatione Hebręorũ, & econtrario de interfectione primogenitorũ Aegypti. Et diuiditur in duas partes, quia primo deſcribitur hoc beneficiũ, ſecundo ſoluitur obiectio in contrarium, ibi, *Tetigit aũt.* Prima adhuc in duas, quia primo dictũ beneficiũ deſcribitur, ſecũdo tẽpus & hora ſubditur, ibi. *Cum enim quietum.* Circa primũ dicitur. *Cũ cogitarent.* Aegyptij. 21 *Iuſtorum occi. infantes.* Exod. 1. c.

22 *Et vno.* ſ. Moyſe, qui in fiſcella fuit poſitus in flumine.

23 *Et liberato.* per filiam Pharaonis, Exod. 2. b.

24 *Intra. illorum.* i. in eductionem Hebręorum de Aegypto.

25 *Multitudinem fi.* i. primogenitorum Aegypti.

26 *Abſtuliſti.* de vita preſenti, Exod. 12. d.

27 *Et pariter illos.* i. patres eorum Aegyptios.

28 *Perdidiſti in aqua valida.* rubri maris, Exod. 14. f.

29 *Illa enim nox.* in qua interfecta ſunt primogenita Aegyptiorum.

30 *Ante cognita eſt a patribus.* Moyſe & Aaron, Exod. 11. b.

31 *Et vere ſcien.* i. diuinis aſſertionib. ipſis & patribus factis.

32 *Animæquiores eſſent.* reſpectu futurorum promiſſorum.

33 *Suſcepta eſt aũt.* q. d. ſaluaſti iuſtos, & deſtruxiſti iniuſtos.

34 *Sic enim læ.* Aegyptios.

35 *Sic & nos pro.* ad gratiarum actiones pro beneficijs tuis.

36 *Magnifi.* præ cęteris populis.

37 *Abſcon.* agnum paſchalem.

Cum

Iuſti

A Rab. Memorat Deũ percuſſiſſe primogenita Aegypti, vbi nec ſicut prius ſimulauerunt Aegyptij, ſed palam cogebant exire populum Dei dicentes. *Omnes morimur*.

Exod. 12. e. a *Omnipotens ſermo tuus* Filius, de quo dicitur. *In principio erat verbum, &c.* hic brachiũ & dextera nominatur, propter effectiuam diuinæ virtutis potentiã, hic tunc per angelum miniſteriũ iudicia ſua fecit in primogenita Aegyptiorum, qui poſtmodum ſanctificauit ſibi primogenitos Hebræos. Nunc quoque per aquam baptiſmi ſaluat multitudinem credẽtium, & interficit multitudinem ſpiritualium hoſtium.

regales & obtinet ſedes. Itẽ in Apocalypſi. *Hæc dicit filius Dei, qui eſt et qui fuit omnipotens Deus.* In euãgelio. *Omnia quæcunque pater facit, hęc & filius ſimiliter facit.* Itẽ in euangelio. *Sicut pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic & filius quos vult viuificat.* In Eſaia filius dicit. *Ecce ego mittam, &c.*

✠ Idacius. Omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens ſpiritus ſanctus. De patre in Salomone. *Omnipotens ſermo tuus, exiliens a regalibus ſedibus venit.* De filio vbi ſupra. *Vnus enim altiſſimus creator omnipotens, rex potens & metuendus nimis,* De ſpiritu ſancto vbi ſupra. *Eſt enim in ſapientia ſpiritus intelligentiæ ſanctus vnicus, & infra omnia potens.* Potens pater, potens filius, potens ſpiritus ſanctus, &c.

† continerent. · domine. B · venit. † proſiliit.

✠ Cereal. Quod omnipotens eſt filius, ſic docetur. In Salomone legitur. *Omnipotens ſermo tuus domine, exiliens a regalibus ſedibus tuis, in mediam exterminij terram proſiliuit.* Ergo & rex eſt, qui re-

Sap. 18. C

¶ Vel in corde.

iuſti pueri bonorum, & iuſtitię legem in concordiam diſpo 1
ſuerunt, ſimiliter bona & mala recepturos iuſtos ¶ patri om- 2
nium decantantes laudes Reſonabat autem inconueniens 3 4
inimicorum vox, & flebilis audiebatur plãctus ploratorum 5
infantium Simili autem pęna ſeruus cum domino afflictus 6
eſt, & popularis homo regi ſimilia paſſus. Similiter ergo om 7 8
nes vno nomine mortis mortuos habebãt innumerabiles. 9
Nec enim ad ſepeliendum viui ſufficiebant, quoniam vno 10 11
momento quæ erat præclarior natio illorum, exterminata 12
eſt. De omnib. enim non credentes propter beneficia, tunc 13 14
cum primum fuit exterminium primogenitorum, ſpopon- 15
derunt populum Dei ſe eſſe. Cum enim † quietum ſilentium 16
† contineret omnia, & nox in ſuo curſu medium iter habe- 17 18
a ret, omnipotens ſermo tuus domine exiliens de cælo, a re- 19

a Quia ſermo Dei viuus & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. In veritate, & ſine vlla 20 fictione omnia iudicit & diſponit.

galibus ſedibus venit, durus bellator in mediam exterminii 21 22
terram † proſiliuit gladius acutus, inſimulatum imperium 23
tuum portans, & ſtans repleuit omnia morte, & vſque ad 24 25
cælum attingebat ſtans in terra. Tunc continuo viſus ſom- 26

a Vt nec vigilantibus nec dormientibus daretur requies eis, qui propter ſcelera ſua paſſuri erant tor- 27 menta perpetua.

niorum malorum turbauerunt illos, & timores ſuperuene-
runt inſperati. Et alius alibi proiectus ſemiuiuus, propter 28
quam moriebatur cauſam demonſtrabat mortis. Viſiones
b enim quæ illos turbauerunt hæc præmouebant, ne inſcii
c quare mala patiebantur, perirent. Tetigit aũt tunc & iuſtos 29

b *Viſiones enim quæ illos turbauerunt*. Hoc diuinæ bonitatis eſt, quę peccantes caſtigat vt abſtineant, & pœnitẽtiam agant. Si autem patientia Dei abutuntur, ſine excuſatione in æternum puniuntur.

c *Tetigit autem tunc & iuſtos*.

Rab. Memorat, quod poſt interfectionem Core, Dathan, & Abiron, filij Iſrael murmurauerunt contra Moyſen & Aaron dicentes: Vos interfeciſtis populum domini, & creſcente tumultu fugerunt Moyſes & Aaron in tabernaculo fœderis. Quibus ait dominus. Diſcedite, & interficiam illos, cumque cecidiſſent in faciem, dixit Moyſes ad Aaron. Tolle thuribulum, & mitte incenſum, & ora pro eis, quia plaga deſæuit. Paruit autem Aaron, thurificauit & orauit, & plaga ceſſauit. In Moyſe lex ſignificatur, quæ docet homines ſcientiam & Dei amorem. In Aarõ ſupplicandi & orandi forma. Cum ergo indignatur Deus, ſi redeat lex in cor noſtrum commonens & docens conuerti ad

E F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Iuſti pueri bo.* i. Hebræi filij patriarcharum.

2 *Et iuſtitia.* in monte Sinai datam.

3 *In con. di.* i. concorditer receperũt. d. Exod. 24. b. *Omnia verba domini quæ locutus eſt, faciemus.*

4 *Similiter bona & mala recepturos iuſtos.* i. proſpera & aduerſa ex voluntate Dei miſſa & mittenda diſpoſuerunt æquanimiter recipere pro Dei amore.

5 *Patri omnium.* ſ. Deo.

6 *Decantantes lau.* in proſperis & aduerſis. Conſequenter ecõuerſo ponitur Aegyptiorum vox lamentabilis, cum dicitur. *Reſonabat autem inconueniens, &c.*

7 *Planctus plo.* i. qui fiebat pro primogenitis interfectis.

8 *Simili aũt pœ.* Exo. 12 d. Percuſſit dominus omne primogenitũ in terra Aegypti a primogenito Pharaonis, qui ſedebat in ſolio eius vſq; ad primogenitũ captiuę, quę erat in carcere.

9 *Quoniam vno momento.* exterminata eſt, quia tunc primogenitus regis mortuus eſt.

10 *De omnibus enim.* Aegyptijs.

11 *Non credentes.* Deo & Moyſi.

12 *Propter benefi.* in amotione plagarum eis collata, quia remotis plagis reuertebantur ad obſtinationem ſuam.

13 *Tunc enim po.* ſpoponderunt i. confeſſi ſunt.

14 *Popu. Dei.* & refertur ly. ſe, ad Moyſen & Hebræos, tũc. n. dimiſerunt eos abire tanquam Dei ſeruos, Exod. 12. c. Poteſt etiam ly ſe, referri ad Aegyptios. per hoc. n. quod obedierũt mandato Dei de emiſſione Hebręorum, licet hoc fecerint timore, poſſunt dici quodãmodo populus Dei, ſicut obediẽtes regi terreno timore ſolo, dicuntur eſſe de eius populo.

15 *Cum enim quietum ſilen.* Hic conſequẽter deſcribitur tempus & hora percuſſionis primogenitorum Aegypti, cum dicitur *Cum enim quietum* .i. cõticinij hora, in qua communiter ſilent omnia.

16 *Et nox in ſuo curſu med.* nã hęc percuſsio fuit inter principium noctis & finem.

17 *Omnipotens ſermo tuus do.* i. præceptum de interfectione primogenitorum.

18 *Exiliens de cælo.* Ex hoc arguũt aliqui quod interfectio primogenitorum Aegypti facta fuit per angelum bonũ, ſed nõ eſt efficax argumentũ. Tum quia liber iſte non eſt de canone. Tũ quia dęmones frequenter leguntur executores diuinę iuſtitię, & quod hęc interfectio fuerit facta per Angelum malum, videtur magis probabile, quia magis cõcordat ſcripturę canonicę. Dicitur. n. Pſal. 77. c. *Miſit in eos iram indignationis ſuæ, indignationem, & iram, & tribulationem, immiſſiones per angelos malos.* & certũ eſt q; loquitur de percuſſione Aegyptiorũ, ſicut dixi plenius Exo. 12. vbi proprie locũ habet hęc qõ.

19 *Durus debellator.* quia primogenitorum interfectio.

20 *In mediam exterminij terram proſiliuit.* ideſt exterminio dignam.

21 *Gladius acutus.* nam ei non poterat reſiſti.

22 *Inſimulatum* .i. non fictum, ſed verum.

23 *Imperium tuum portans* .i. exequens.

24 *Et ſtans repleuit omnia morte.* quia non erat domus Aegyptiorum, in qua non eſſet mortuus. Exod. 12. e.

25 *Et vſque ad cælum.* hoc dicitur ad exprimẽdum, quod primogenitorum nullus euadere poterat.

26 *Tunc continuo* .i. ante immediate.

27 *Viſus ſomniorum malorum turbauerunt illos, & timores ſuperuenerunt inſperati.* ad præfigurandum dictam percuſſionem primogenitorum.

28 *Et alius alibi proiectus ſemiuiuus.* nam varijs modis & terribilibus moriebantur, vt per hoc cauſa illius mortis monſtraretur, & non ſolum alijs remanentibus, ſed etiam ipſis morientibus, ideo ſequitur. *Ne inſcij quare mala, &c.*

29 *Tetigit autem.* Hic conſequenter remouetur obiectio contra prædicta, & primo ponitur cum dicitur. *Tetigit autem.* ſ. Hebræos.

Ten-

A ad pęnitentiam, ſatisfacere pro delictis, ſupplicare pro culpis, ceſſabit indignatio, & placabitur dominus, & propitiabitur quaſi Moyſe & Aaron intercedentibus. Si vero indurentur corda noſtra, vt dicamus. Non eſt Deo cura de vita mortalium & huiuſmodi, patet non eſſe in nobis Moyſen & Aaron. ſ. legis ſciētiam, & pænitentiæ fructum, per quos interitum poſsimus euadere.

✣ Aug. Non vobis obijcimus niſi ſchiſmatis crimen, quam etiam hęreſim male perſeuerādo feciſtis. Quanti autem diuino iudicio pēdatur hoc facinus, lege qđ te legiſſe non ambigo. Inuenies Dathā & Abiron hiatu terræ deuoratos, cæteroſq; omnes qui eis conſenſerāt, igne de B medio eorum exiſtēte cōſumptos. Illud ergo ſcelus ad exēplum deuitandi dominus Deus præſenti ſupplicio denotauit, vt cū talibus patientiſsime parcit, quaſi vltimo iudicio reſeruet oſtēderet.

*a Quæ facta fuit poſt incendium Core.*

tentatio mortis, & commotio in eremo facta eſt multitudinis, ſed non diu permanſit in ira tua. Properās enim homo ſine querela deprecari, pro populis proferens ſeruitutis ſuæ ſcutum orationem, & per incenſum deprecationem allegans,

*a Perplexio vt ſingulis reperiantur omnia.*

reſtitit iræ, & finem impoſuit neceſſitati, oſtendens quoniam tuus eſt famulus. Vicit autem turbas, non in virtute corporis, nec armatura potentiæ, ſed verbo illum qui ſe vexabat, ſubiecit, iuramenta parentum, & teſtamentum cōmemorans. Cum enim iam aceruatim cecidiſſent ſuper alterutrum mortui, interſtitit & amputauit impetum, & diuiſit illam quæ ad a viuos ducebat viam. In veſte enim poderis quam habebat,

*a Ideſt nomina eorum.*

totus erat orbis terrarum, & parentum magnalia in quatuor

*a Ideſt ineffabile nomen ſcilicet tetragrammaton.*

ordinibus lapidum ſculpta erant, & magnificentia tua in diab demate capitis illius erat ſcripta. Is autem ceſſit, qui exterminabat, & hæc extimuit. Erat enim ſola tentatio iræ ſufficiens.

eſt terra cōſtringitur) oceanū eſſe dicunt. Rationabile vero dicunt terrā, quæ inſtar puncti, licet in ſe omnia cōtineat, a cunctis velatur elementis. Duodecim lapides, zodiacū circulū, vel duodecim menſes. Singulis quoq; verſiculis aſſignāt ſingula tempora, & his ternos menſes deputāt. Pulchre aūt D
1 quod in medio eſt,
2 appellatur rationale.
3 ratione enim cuncta
4 sūt plena, & terrena
5 cęleſtibus inhęrent,
6 imo ratio terreno-
7 rum & temporum,
8 caloris & frigoris &
9 duplex inter vtraſq;
10 tēperies, de cæli cur-
11 ſu ratione deſcēdit.
12 Vnde rationale cum
13 ephod fortius ſtrin-
14 gitur. In rationali ve
15 ro λογίον, ideſt mani- Logion
16 feſtatio, doctrina &
17 veritas hęc ſignant,
18 quod nunquā in Dei
19 ratione mēdacium
20 ſit, & ipſa veritas
21 multis ſignis & argu
22 mētis mōſtrat̃ homi
23 nib. vñ factum eſt, vt E
24 rōnem ſolis & lunæ,
25 annorū & mēſium,
26 temporū & horarū,
tēpeſtatis & ſerenitatis, vētorū & oīum rerū noſceremus, accipiētes a Deo ſapiētiā, & ipſo habitatore & doctore fabricæ totius ſcientiam. Super omnia cidaris & vita hiacynthina, cęlū monſtrat, auri lamina in fronte pontificis, ſcriptumq; nomē Dei, vniuerſa quę ſubter sūt Dei arbitrio gubernari.

a *In veſte enim poderis.* Byſſum, terrę deputant Hebręi, quia ex terra gignitur. Purpuram, mari, quia ex eius cochleis tingit̃. Hiacynthū aeri, propter coloris ſimilitudinem, coccū igni & ætheri, vt. ſ. pro toto mundo oret pontifex. Siquidem ex terra, ex aqua, & aere, & igne conſiſtit mundus, & hęc elemēta ſunt omnium. Vnde primum veſtimentum, lineum eſt, quod terrā ſignificat. Secundum hiacynthinū, quod aerem demōſtrat, quia de terrenis paulatim ad excelſa leuamur, & ipſa veſtis hiacynthina a capite vſque ad talos veniēs, indicat aerē de cęlis vſq; terram fuſum. Mala aūt punica, & tintinnabula in inferioribus poſita, fulgura, tonitruaque demonſtrant, vel omnium elementorum conſonantiā, & vniuerſa ſibi perplexa, vt in ſingulis reperiantur omnia. Supradicti colores auro intexti ſunt, qa vitalis calor & diuini ſenſus prouidētia vniuerſa penetrat. Sup humerale, & duos lapides ſmaragdinos vel onychinos qui deſuper sūt, & vtrunque humerum tegunt, duo hemiſphæria interpretantur, quorum aliud ſuper terram, aliud ſub terra vel ſolem & lunā quæ deſuper rutilāt. Zona (qua ſacerdotis pect⁹ arctat̃) & linea tunica (ideſt

b *Is autem ceſſit.* Verus pontifex Ieſus Chriſtus aſſumpto batillo humanę carnis, & ſuperpoſitio igne altaris. i. anima cū qua incarnatus eſt, & adiecto incenſo. i. ſpiritu immaculato, medius ſterit inter viuos & mortuos, & mortē repulit, deſtruens diabolū qui habebat mortis imperium, vt qui credit in eum non moriatur in æternum. Hoc myſterium iam tūc Ioan. 6. c. vaſtator expauit. Agnoſcebat enim figuram batilli & ignis incenſi, & qualis offerenda hoſtia eſſet ab illo q medius erat inter viuos & mortuos, & illos quidē imago ſaluauit, ad nos autē veritas peruenit. Neque enim indumenta pōtificis purpura, byſſo, linoque ꝯtexta erubuiſſet vaſtator, ſed vera indumenta veri pōtificis intellexit, & his ceſſit. In figura pontificali, Chriſtum futurum prænoſcebat, ſed quia viderat carne indutum, non Deum ſed hominem purum credidit. vnde: *Si cognouiſſent, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent.* 2. Cor. 2. b.

☞ CAP. F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Tentatio mor. *ideſt punita morte, & quæ fuit illa ſubditur.*
2 Et con. *& pro id eſt, commotio ſeditionis excitata per Core & complices eius*
3 In ere. *vt habetur Num. 16. e. cuius occaſione multi de Iſrael fuerunt mortui, propter quod videtur alicui, quod populus Iſrael non fuerit melioris conditionis quam Aegyptij.*
4 Sed non diu per. *hic remouetur dicta obiectio per hoc quod ſtatim appoſitum fuit remedium, & hoc eſt quod dicitur.* Si non diu perman. *& ſubditur cauſa.*
5 Pro enim. *i. Aaron pie viuēs erga dominū, & iuſte ad proximū.*
6 Depre. pro po. *morientibus.*
7 Re. iræ. *domini eum placando ſua deprecatione.*
8 Et fi. im. ne. *ideſt morti.*
9 Oſten. quo. tu. eſt fa. *per hoc quod te placauit ſuis precibus.*
10 Vicit au. tur. *ideſt peſtes populum turbantes.*
11 Non in vir. *ſed verbo orationis deuotæ.*
12 Illum qui ſe ve. *ſ. per incendium comburens populum, de cuius combuſtione Aaron vexabatur.* 13 Subiecit. *illud extinguendo.*
14 Iuramenta pa. *vt enim oratio ſua eſſet magis exaudibilis, in ea fecit mentionem de iuramento Dei Abrahæ facto, & teſtamento in monte Sinai iam dato.*
15 Cum enim iam acer. *ideſt ſtetit inter mortuos & viuentes.*
16 Et amputauit impetum. *incendij.*
17 Et diuiſit illam quæ ad vi. *Nam ignem procedentem ad conſumendum adhunc viuentes intercidit, vt dictum eſt. Et quia tūc Aarō fungebat̃ ſummi pontificis officio, idō ſubdit de ipſius ornamēto, dicens:* In
18 In veſte enim poderis. *Et dicitur a pos quod eſt pes. Nam tunica eius hiacynthina attingebat vſque ad pedes.*
19 Totus erat orbis ter. *repræſentatiue. Tunica enim linea figurabat terram, quia linum naſcitur de terra: Baltheus cingens illam tunicam oceanum terrā cingentem. Tunica hiacynthina ratione coloris aerē, baltheus autem cingēs tunicam hiacynthinam figurabat ignē qui ambit aerem. Super humerale cum rationali ſibi cōiuncto ex varietate lapidum pretioſorum & diuerſorum colorum figurabant cælū ſydereū ſtellis ornatū. Duo lapides onychini in ſuper humerali, ſignificabāt duo magna luminaria ſolē & lunam. Duodecim gemmæ rationalis, duodecim ſigna zodiaci. Mitra quæ erat in capite ſuperiorem partem mundi, ſcilicet cælum cryſtallinum & empyreum. Lamina ſancta pendens in fronte repræſentabat Deū omnibus præſidentē, propter quod in illa ſcriptum erat nomen domini tetragrammaton, quod eſt proprium altiſſimi creatoris omniū. Et per hæc ornamenta ſignabatur ꝙ pontifex his ornatus erat creatoris omniū ſeruus, ſicut dictū fuit plenius Exod. 28.*
20 Et parentum magna. *nam in rationali erant quatuor ordines lapidum diſtincti per ternarium, & in illis duodecim lapidibus erant ſculpta nomina duodecim tribuum.*
21 Et magni. tua. *ideſt nomen tetragrammaton tibi proprium.*
22 In dia. *i. in lamina aurea quæ erat tracta ad modū ſemicirculi ab aure vſq; ad aurē attingēs per frontē, vt plenius dictum fuit in Exodo.*
23 Is autem ceſſit qui exter. *ſcilicet ignis qui ceſſauit, vt dictū eſt.*
24 Et hęc extimuit. *i. ipſum Deum cuius hæc erant ſigna, eo modo loquendi quo creatura irrationalis obedire dicitur creatori.*
25 Erat enim ſo. *ſeditionis commotæ.* 26 Iræ ſuffi. *i. cauſa ſufficiens vindictæ Dei contra totum populum, niſi pontifex placaſſet eum.*

CAP.

CAP. XIX.

A

a Impijs autem vſque in nouiſſimum ſine miſericordia ira ſuperuenit. Inimicis populi Dei, vindicta vſque ad conſummationem ſuperuenit, quia nec vitam nec mores correxerunt, fictis enim argumentis ſimulabant pœnitentiam, & ideo non meruerunt indulgentiam. Vnde Pharao cum plagis afflictus, populū Dei ſe dimiſſurum promitteret, paululum reſpirans ad domeſticam crudelitatem reuerſus eſt, donec in mari rubro fluctibus ſubmerſus eſt. Perſecutores enim Chriſtiani nominis ſi perſtiterint in malitia ſua, ſentiēt in pena, quantum valeat Dei iuſtitia.

B

† ſeducerent.

b *Via ſine impedimēto.*

* Rab. Via triū dierū, quia exit⁹ de Aegypto recte intelligitur ille qui dixit, *Ego ſum via, veritas et vita,* quia *nemo venit ad patrem niſi per ipſum.* Ipſe eſt via per quam populus qui Deo con-

† In incolatu.

Ioan. 14.

C

CAP. XIX.

a Impijs autem vſque in nouiſſimum ſine miſericor- 1
dia ira ſuperuenit, præſciebat enim & futura illo- 2
rum, quoniam cum ipſi reuerſi eſſent, & permiſiſ- 3 4
ſent vt ſe † educerent, & cum magna ſolicitudine 5 6
præmiſiſſent illos, conſequebantur illos pœnitentiæ actus. 7
Adhuc enim inter manus habentes luctum, & deplorantes ad 8
monumentum mortuorum, aliam ſibi aſſumpſerunt cogitatio- 9 10
nem inſcientiæ, & quos rogantes proiecerant, hos tanquam fu- 11
gitiuos perſequebātur. Ducebat enim illos ad hunc finē digna 12
neceſſitas, & horū quæ acciderant, commemorationem amit- 13 14
tebant, vt quæ deerant tormentis, repleret punitio, & populus 15
quidem tuus mirabiliter tranſiret, illi autem nouam mortem 16 17
a Quia conditoris ſui præceptis obedit, & in omnibus ei deſeruit. Ad hoc enim creatura creata eſt, vt ei per omnia obediret. 18
inuenirent. Omnis enim creatura ad ſuum genus ab initio re- 19
figurabatur, deſeruiens tuis præceptis, vt pueri tui cuſtodiren- 20
a Incarnatio Chriſti, qui credentes lumine euangelij illuſtrat, & a perſecutoribus protegit. 21
tur illæſi. Nam nubes illorum caſtra obumbrabat, & ex aqua 22
a Quod baptiſmum ſignificat, in quo ſaluantur fideles, & ſuffocantur dæmones.
b quæ ante erat, terra arida apparuit, & in mari rubro via ſine
impedimento, & campus germinans de profundo nimio, per 23
quem omnis natio tranſiuit, quæ tegebatur tua manu, viden- 24
c a Dei. vnde Qui aſcendes ſuper equos tuos, & quadrigæ tua ſaluatio. 25
tes tua mirabilia & monſtra. Tanquam enim equi depaue- 26
runt eſcam, & tanquam agni exultauerunt magnificantes te 27 28
domine, qui liberaſti illos. Memores enim erant adhuc 29
illorum, quæ † incolatu illorum facta fuerant, quemad- 30
d modum pro natione animalium produxit terra muſcas, 31
& pro piſcibus eructauit fluuius multitudinem ranarum.

coniungitur, de Aegypto, ideſt, de idolorum obſeruatione educitur, per mare rubrum Chriſti ſanguine rubicundum, & quodammodo iam tunc myſterio conſecratum tanquam per baptiſmi ſacramētum Pharaone ſubmerſo populus Dei eripitur.

c *Vidētes tua mi.* Sic nos oportet liberatori noſtro exultantes gratias agere dicentes. *Benedic anima mea dominū, &c.* vñ Apoſtolus. *Sine intermiſſione orate, in omnib. gratias agi. &c.*

d *Produxit ter.* Nota quod inimicis Dei terra produxit muſcas, & fluuius ranas, cultoribus autem Dei terra dedit fructum, & mare carnis alimentum. Dignum eſt enim, vt fidelibus ſuis per opera ſua nutrimentum, diuina procuret prouidentia. Inimicis vero condignum tormentum per ſubditam ſibi creaturam inferat.

☞ In-

F

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XIX.

IMpijs autem vſque in nouiſſimum. *Hæc eſt ſexta pars, in qua recolitur ſextū beneficiū, quod eſt de traductione per mare rubrum, & ſubmerſione Aegyptiorū. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur huius beneficij recordatio. ſecundo, ſubditur intēta concluſio, ibi.* In omnibus. *Prima adhuc in duas, primo recolitur Aegyptiorū ſubmerſio. ſecundo, Hebræorū ſaluatio, ibi.* Omnis enim. *Circa primum dicitur continuando prædictis. ſ. quod Hebræi in mortalitate a ſerpentibus habuerunt remedium, non autem primogeniti Aegyptiorum. ideo dicitur.*

1 Impijs autem vſque in no. *i. vſque ad ſubmerſionem eorum.*

2 Sine miſericordia. *ideſt ſine remedio, nam nullum Dei opus caret miſericordia.*

3 Ira ſuperuenit. *ideſt punitio.*

4 Præſciebat enim & futura illorum. *ſcilicet ipſe Deus.*

5 Quoniam cum ipſi reuerſi eſſent. *ideſt præordinaſſent.*

6 Vt ſe educerent. *i. filios Iſrael emitterent de Aegypto, ita quod ly ſe, non refertur ad Aegyptios, ſed ad Hebræos.*

7 Et cum magna ſolicitudine præmiſiſſent illos. *nam Aegyptij cogebant Hebræos feſtinanter egredi, Exod. 12.e.*

8 Conſequebantur illos pęnitētiæ actus. *de populi Iſrael emiſſione, Exod. 14.e.*

9 Adhuc enim inter manus. *ideſt in præſenti.*

10 Habentes luctum, & deplorantes ad monumentum mortuorum. *de morte primogenitorum.*

11 Aliam ſibi aſſumpſerunt cogitationem inſcient. *de Hebræorum redemptione.*

12 Ducebat enim illos ad hunc finem digna neceſſi. *neceſſitas, ideſt mors eis iuſte inferenda in mari rubro.*

13 Et horum quæ acci. *ſ. plagarum præteritarum.*

14 Commemorationem amit. *abijcientes a ſe timorem domini.*

15 Vt quæ deerant tormentis. *ſcilicet ex iuſtitia debitis.*

16 Repleret punitio. *ſubmerſionis eorum.*

17 Et populus quidem tuus mirabiliter tranſi. *mare rubrum.*

18 Illi autem nouam mortē. *per ſubmerſionem, quæ dicitur mors noua, reſpectu mortis primogenitorum quæ præceſſerat.*

Om-

19 Omnis enim creatura ad ſuum genus ab initio refigurabatur. *Hic conſequenter ponitur ſaluatio Hebræorum. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur hæc ſaluatio. ſecūdo gratiarum actio, ibi.* Tanquam enim. *Circa primū dicitur.* Omnis enim creatura ad ſuum genus ab initio refigurabatur. *ideſt ad obediendū Deo, a quo originatur omnis creatura.*

20 Deſeruiens præceptis tuis. *quod patuit in diuiſione maris, & in columna ignis & nubis, ideo ſubditur.*

21 Nam nubes caſtra eorum obumbrat. *Angelus enim qui præcedebat caſtra Hebræorum abijt poſt eos, ita quod Aegyptij non poterant ad Hebræos accedere, Exod. 14.*

22 Et ex aqua. *terra arida apparuit, in diuiſione maris.*

23 Et campus germinans. *i. maris fundus deſiccatus ad modum campi germinantis, per quem omnis natio Hebræorum tranſiuit.*

24 Quæ tegebatur manu tua. *ideſt potentia tua.*

25 Videntes tua mirabilia. *in deſiccatione fundi maris, & in ſolidatione aquarum, quæ erant eis pro muro a dextris & a ſiniſtris, Exod. 14.g.*

26 Tanquam enim equi depauerunt eſcam. *Hic conſequenter ponitur gratiarum actio Hebræorum, & primo de ſua ſaluatione, cum dicitur.* Tanquam enim equi. *i. arma Aegyptiorum acceperunt, quos viderunt mortuos ſuper litus maris, Exod. 4.g.*

27 Et tanquam agni. *de beneficijs ſibi collatis.*

28 Magnificantes te do. *dicentes. Cantemus domino glorioſe, &c. ſequitur.*

29 Memores enim. *Hic conſequenter ponitur alia cauſa gratiarū actionis. ſ. vindicta Dei de ſuis aduerſarijs. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur percuſſionis actus, ſecūdo mirabilis modus, ibi.* In ſe enim. *Prima adhuc in duas ſecūdum duas Aegyptiorū punitiones. Intermiſcentur tamē Hebræorum aliquæ cōſolationes, vt oppoſita iuxta ſe poſita, magis elucescant. Dicit ergo Primo.* Memores enim. *ideſt dum gratias agerent dicentes. Cantemus domino, &c. Memores enim erant adhuc eorum, quæ in incolatu illorum facta fuerant contra Aegyptios, cum adhuc Hebræi manerent in Aegypto.*

30 Quemad. pro na. *i. pro generatione animalium vtilium.*

31 Produxit terra. *Exod. 8. Et per oppoſitum ſubditur Hebræorum conſolatio, cum dicitur.*

No-

a *Iuſtè enim patiebantur ſecundum ſuas nequitias.*

Rab. Qui antiquos Dei ſeruos ad ſe venientes crudeliter tractauerunt, dignè puniti ſunt, vt mente tenebroſi, & affectu frigidi obſcuritatem tenebrarum, & diuerſorum dolorum in corpore ſuſtinerēt, quantò magis, qui ſeruos Chriſti, & prædicatores Euangelij contemnunt? vnde *Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm ciuitati.* Bene autem dicitur, quòd percuſsi ſunt cęcitate, ſicut illi tenebris excæcati erant, qui in foribus iuſti, id eſt Loth, errabant, oſtij tranſitum quęrentes, & non inuenientes. Qui enim tenebras erroris intus patitur, grauiſsimis damnis vndiq; conſtringitur, quia viam veritatis non agnoſcit: & oſtium quod Chriſtus eſt, non inuenit.

Nouiſſimè autem viderunt nouā creaturam auiū, cum addu- 1
cti concupiſcentia poſtulauerunt eſcas epulationis. In allo- 2
(Alias deſcendit.) 3
cutione enim deſiderij aſcēdit illis de mari ortygometra, & 4
vexationes peccatoribus ſuperuenerūt, non ſine illis, quæ an- 5 6
tè facta erant argumentis per vim fluminum. Iuſtè enim pa- 7 8
tiebantur ſecundum ſuas nequitias. Etenim † deteſtabilio- 9
rem inhoſpitalitatem inſtituerunt. Alij quidem ignotos non 10
recipiebant aduenas, alij autem bonos hoſpites in ſeruitutē 11 12
† redigebant. Et non ſolum hæc, ſed & alius quidem erat 13 14
reſpectus illorum: quoniam inuiti recipiebant extraneos. 15 16
Qui autem cum lætitia receperunt, hos qui eiſdem vſi erant 17 18
inſtitutis, ſęuiſſimis afflixerunt doloribus. † Percuſſi ſunt au- 19 20
tem cæcitate, ſicut illi in foribus iuſti (Loth.), cum ſubitaneis co- 21 22
operti eſſent tenebris, vnuſquiſque tranſitum oſtij ſui quæ- 23 24
b rebat. In ſe elementa enim dum conuertuntur, ſicut in orga- 25 26
no qualitatis ſonus immutatur, & omnia ſuum ſonum cu- 27 28
c ſtodiunt. Vnde æſtimari ex ipſo certo † viſu poteſt. Agre- 29
ſtia enim in aquatica conuertebantur, & quæcunque erant 30 31
natantia, in terra tranſibant. † Ignis in aqua valebat ſupra 32 33
ſuam virtutem, & aqua extinguentis naturæ obliuiſce- 34
batur. Flammæ econtrario corruptibilium animalium 35 36 37
ſed creatoris deſeruirent voluntati.

b *In ſe elementa enim dum conuertunt.* Sicut in organo diuerſi ſoni ad concordiā melodiæ temperamento conſentiunt, ita diſcrepantia elementa ſeruato iure naturæ ad creatoris voluntatem flectuntur: non enim creaturam ſibi condidit contrariam, ſed per omnia voluntati ſuæ conſentaneā.

c *Vnde æſtimari, &c.* Rab. Homines enim, & iumenta profundum maris rubri ſicco veſtigio tranſierunt, & ranæ de fluuijs procedentes domos Aegyptiorū impleuerunt. Ignis cum grandine miſtus de cęlo ruebat, nec ignis aquam, nec aqua ignē impediebat. Vbi autem erant filij Iſrael neminem lęſerunt, vt appareret, quòd elementa mundi nō ſuæ tantum conditioni,

† indeteſtabiliorem
† Gen. 19. c
Ibid. 9. f
Exod. 8. a
† vſu
† Exod. 9. f

*In ſe* — *In*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Nouiſſime autem. *id eſt poſt exitum de Aegypto.*
2 Viderunt nouam creaturam auium. *Num. 11. g.*
3 In allocutione enim deſiderij. *id eſt petitionem eorum, ſecundum ſuum deſiderium.*
4 Aſcendit illis de mari ortygo. *id eſt coturnix. Et ponitur hic ſingulare pro plurali, quia fuit ibi coturnicū multitudo magna. Si autem arguatur, quòd datio coturnicum non fuit ad bonum ipſorum: quia ibi mortuus eſt populus, qui deſiderauerat carnes, Num. 11. Dicendū, quòd mors non fuit omnium, ſed paucorum reſpectiuè, ſcilicet Aegyptiorum, qui cum filiis Iſrael exierunt de Aegypto, iunctis aliquibus de filiis Iſrael, vt ibidem dicitur. Qui malè concupierant carnes, attædiati de manna. ſed recreatio coturnicum fuit omnibus generalis, ſed ſpecialiter in conſolationem bonorum.*
5 Et vexationes peccatorib. *Hic ſponit ſecunda percuſsio Aegyptiorum, cum dicitur:* Et vexationes pecca. *ſcilicet Aegyptiis.*
6 Non ſine illis, quæ ante facta erant argu. *id eſt eorum reprehenſionibus per flagella. Et, quæ fuerint illa, ſubditur:*
7 Per vim fluminum. *Fuit enim prima plaga, conuerſio aquarum in ſanguinem, Exod. 7. d.*
8 Iuſte enim patiebantur. *Agyptij.*
9 Secundum ſuas nequitias. *ideo ſubditur:*
10 Etenim deteſtabiliorem inhoſpi. *contra bonum hoſpitalitatis inſtituta facientes.*
11 Alij quidem ignotos. *id eſt extraneos.*
12 Non recipiebant aduenas. *ſcilicet ad manendum ſecum in Aegypto.*
13 Alij autem bonos hoſpites. *ſicut filios* Iſrael.
14 In ſeruitutem redigebant. *poſt mortem Ioſeph, & fratrum ſuorum, Exod. i.*
15 Et non ſolum hæc. *mala.*
16 Sed, & alius quidem reſpectus illorum erat. *contra bonum hoſpitalitatis.*
17 Quoniam inuiti. *id eſt cum duritia vultus, & verborum.*
18 Recipiebant extraneos. *ad hoſpitium. ſicut aliquando contingit quod dantes eleemoſinam, tot vituperia dicunt petentibus, quòd nimis care vendunt eis.*
19 Qui autem cum lætitia receperunt, hos. *Iungatur ſic litera:* Qui eiſdem vſi erant inſtitutis. I*d eſt Aegyptij qui vtebantur inſtitutis contra bonum hoſpitalitatis, vt dictum eſt. Hos qui cum lætitia receperunt, ſcilicet Hæbreos hilariter recipientes extraneos.*
20 Sæuiſſimis afflixerunt doloribus. *intantum, quòd ad amaritudinem perducebant vitam illorum, Exodi primo. ſed non impune. ideo ſubditur:*
21 Percuſſi ſunt autem cæcitate. *tribus diebus in tenebris palpabilibus exiſtentes, Exod. 10.*
22 Sicut illi. *id eſt, Sodomitæ.*
23 In foribus iuſti. *ſcilicet Loth.*
24 Cum ſubitaneis cooperti eſſent tenebris. *percuſſi cæcitate ab angelo.*
25 Vnuſquiſque tranſitum oſtij ſui. *ſcilicet Loth.*
26 Quærebat. *nec tamen inuenire poterat, vt ibidem dicitur.*
27 In ſe enim elementa dum conuertuntur. *Hic conſequenter ponitur punitionis Aegyptiorum mirabilis modus, elementis Deo obedientibus, ideo dicitur:* In ſe enim elementa dum conuer. *mutando modum ſuum agendi ex præcepto Dei.*
28 Sicut in organo. *id eſt inſtrumento muſico.*
29 Qualitatis ſonus immutatur. *ſecundum voluntatem modulantis, qui modò percutit vnam chordam, modò aliā: & eandem, modo fortius, modò remiſſius.*
30 Et omnia ſuum ſonum cuſtodiunt. *ſecundum diſpoſitionem modulantis: Ita ſupple mutatur actio creaturæ in Aegyptiorum punitione ſecundum diſpoſitionem creatoris.*
31 Vnde æſtimari ex ipſo certo viſu poteſt. *hoc apparebat ſenſibiliter.*
32 Agreſtia enim. *id eſt animalia in agris habitantia, vt boues, & iumenta.*
33 In aquatica conuertebantur. *non ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum ambulationem, ſcilicet per fundum maris, quæ eſt habitatio piſcium. Hebræi namque ſua animalia eduxerunt ſecum de Aegypto, Exod. 10. c.* Cuncti greges pergunt nobiſcū, &c. *Et quòd ſic intelligatur conuerſio agreſtium patet ex hoc quod ſubditur:*
34 Et Quæcunq; erant natantia, in terra tranſibant. *gradiendo. vt patet de ranis intrantibus domos Aegyptiorum, Exod. 8.*
35 Ignis in aqua valebat. *id eſt fortiter comburebat.*
36 Supra ſuam virtutem, & aqua extinguentis naturę obliuiſcebatur. *naturalem. Nam grando, & ignis, pluuiæ, & fulgura diſcurrebant per Aegyptum, Exod. 9. & vnum contrarium non impediebat aliud, ſed magis acuebat in ſua actione.*
37 Flammæ econtrario corrup. *id eſt ſerpentium, & draconum ignem ſpirantium.*

Non

*a In omnibus enim magnificaſti.* Miſericors, & miſerator Dominus ſemper adeſt fidelibus ſuis, quos ſemper protegit, & regit, quos ſi quando in martyrio purgat. a A

non vexauerunt carnes coambulantium, nec diſſoluebant
illam, quæ facilè diſſoluebatur, ſicut glacies bonam eſcam.
In omnibus enim magnificaſti populum tuum domine, &
honoraſti, & non deſpexiſti, in omni tempore, & in omni
loco aſſiſtens eis.

1 gat. vnde: *Vaſa figuli* D
2 *probat fornax, & homi-*
3 *nes iuſtos tentatio tribu-*
4 *lationis.* Multæ enim
5 tribulationes iuſto-
6 rum, & de omnibus
his liberabit eos Dominus. E

B

NICOLAVS DE LYRA.

1 Non vexauerunt carnes coambulantium. *Id eſt filiorum Iſrael ſimul ambulantium per deſertum, in quo erat ſerpens flatu adurens. Deuter. 8. c. & ponitur ibi ſingulare pro plurali. Nam ibi erãt tales ſerpentes multi, ſicut Exo. 8. f.* Venit muſca grauiſſima, *id eſt multitudo muſcarum.*

2 Nec diſſoluebant illam. *ſcilicet mannam, quæ facilè diſſoluebatur ſicut glacies ad calorem Solis.*

3 In omnibus enim magnifi. *Hic vltimò ponitur intenta cõcluſio reſpectu totius libri, ex cuius proceſſu apparet, quod intentio Philonis eſt declarare condeſcenſiones diuinas Hebręis factas, ideo dicit,* In omnibus enim magnifi. populum tuum do. *eius aduerſarios flagellando, & ſubmergendo.*

4 Et honoraſti. *eum de ſeruitute Aegypti liberando.*

5 Et non deſpexiſti. *preces eius denegando.*

6 In omni tempore, & in omni loco aſsiſtens eis. *vt patuit in mari rubro, in deſerto, & in cęteris locis. Ad laudem nominis tui, quod eſt benedictum in ſecula ſeculorum, Amen.*

C F

## *Prologus libri Ieſu filij Sirach, qui Eccleſiaſticus appellatur, in Græcum de Hebræo tranſlatus.*

*MVltorum nobis, et magnorum per legem, et prophetas, aliosque qui ſecuti ſũt illos, ſapientia demõſtrata eſt: in quibus oportet laudare Iſrael doctrinę, & ſapientiæ cauſa: quia non ſolum ipſos loquentes neceſſe eſt eſſe peritos, ſed etiam extraneos poſſe, & dicentes, & ſcribentes doctiſſimos fieri. Auus meus Ieſus poſtquam ſe amplius dedit ad diligentiam lectionis legis, & prophetarum, et aliorum librorum, qui nobis à parentibus noſtris traditi ſunt, voluit, & ipſe ſcribere aliquid horum, quę ad doctrinam, & ſapientiam pertinent: vt deſiderantes diſcere, & illorum periti fieri, magis magiſque attendant animo, & confirmentur ad legitimam vitam. Hortor itaque venire vos cum beneuolentia, & attentiori ſtudio lectionem facere, & veniam habere in illis, in quibus videmur ſequentes imaginem ſapientiæ, & deficere in verborum compoſitione. Nam deficient verba Hebraica, quando fuerint tranſlata ad alteram linguam. Nõ tamen ſolùm hęc, ſed & ipſa lex, & prophetæ, cęteraque aliorum librorum non paruam habent differentiam, quando inter ſe dicuntur. Nam in octauo, & triceſimo anno temporibus Ptolemæi Euergetis regis, poſtquam perueni in Aegyptum, & cùm multum temporis ibi fuiſſem, inueni ibi libros relictos non paruæ, neque contemnendæ doctrinæ. Itaque bonum, & neceſſarium putaui, & ipſe aliquam addere diligentiam, & laborem interpretandi librum iſtum, & multa vigilia attuli doctrinam in ſpatio temporis ad illa, quæ ad finem ducunt librum iſtum dare, et illis, qui volunt animũ intendere, & diſcere queadmodum oporteat inſtituere mores, qui ſecundum legem domini propoſuerint vitam agere.*

## *Prologus Rabani in Eccleſiaſticum.*

*LIbrum Ieſu filij Sirach dicit ſe Hieron. apud Hebræos reperiſſe, non Eccleſiaſticum, vt apud Latinos, ſed parabolas prænotatum cui iuncti erant Eccleſiaſtes, & Canticum Canticorum, vt Salomonem non modò librorum numero, ſed & materiarum genere coęquaret. Librum verò ſapientiæ ſe non reperiſſe apud eos, ſed magis Gręcam redolere eloquentiam, quem nonnulli Philonis eſſe affirmant. Eccleſiaſticus verò ſicut, & Eccleſiaſtes eccleſię vtiliſſimus eſt, qui congregator, vel collector interpretatur, ſicut ille concionator: ſed Eccleſiaſtes ad Chriſtum refertur, & ad quemlibet prædicatorem Eccleſiaſticus, qui propter excellentiam virtutum ſuarum, πανάρετος, id eſt omnium virtutum capax appellatur. Cuius tanta claritas, tantaque Latinitas eſt, vt ipſe ſibi commenta ſit.*

CAP. I.

A Mnis ſapientia. * Aug. In ſecundo ſane (de doctrina Chriſtiana) libro, de auctore libri, quem plures vocant ſapientiam Salomonis, quod etiam ipſum ſicut Eccleſiaſticum Ieſus Sirach ſcripſerit, non ita conſtare, ſicut a me dictū eſt, poſtea didici, & omnino probabilius cōperi non eſſe hūc eius libri auctorem.

* Idem. Liber Eccleſiaſticus, quē Ieſus filius Sirach ſcripſiſſe traditur, & propter eloquij nonnullam ſimilitudinē Salomonis pronuntiatur, cōtinēt in laude patrū, quod Samuel etiā mortuus prophetauerit. Sed ſi huic libro ex Hebræorum (quia in eo non eſt) canone contra dicitur, quid de Moyſe, &c.

* Idem. Tres recepti ſunt in auctoritatem canonicam, Prouerbia, Eccleſiaſtes & Canticum canticorum. Alij vero duo quorum vnus Sapientia, alter Eccleſiaſticus dicitur, propter eloquij nonnullam ſimilitudinem vt Salomonis dicātur obtinuit conſuetudo. Nō autem eſſe ipſius, non dubitāt doctores, eos tamen in auctoritatem maxime occidentalis antiquitus recepit Eccleſia quorū in vno qui appellatur. Sapientia Salomonis, paſſio Chriſti aperti ſſime prophetatur, &c. In Eccleſiaſtico autem fides gētium futura prædicitur iſto modo, *Miſerere noſtri dominator, Deus omnium, et immitte timorem tuum ſuper omnes gentes, extolle manum tuam ſuper gentes alienas, et videant potentiam tuam, vt ſicut coram illis ſanctificatus es in nobis, ita corā nobis magnificeris in illis, & agnoſcant te ſecundum quod et nos agnouimus, quia non eſt Deus præter te domine.* Hanc ſub optādi & precandi ſpecie prophetiam per Ieſū Chriſtū videmus impletam, tā, ſed aduerſus cōtradictores nō tanta firmitate proferūtur, quę ſcripta non ſunt in canone Iudęorum. In trib. vero illis quos Salomonis eſſe cōſtat, & Iudęi canonicos habent, &c.

Rab. Incipit ab æterna Dei ſapientia quę Chriſtus eſt, qui cū patre eſt ſemper ante ſecula, ſecundum illud. *In principio erat verbum, & verbū erat apud Deum.*

b *A domino Deo eſt.* Quia Chriſtus fons vitæ, lux vera, de patre naſcitur, *& oīa per ipſum facta ſunt, et ſine ipſo factum eſt nihil.* Quiſquis hac ſapiētia caret, in tenebris ambulat & neſcit quo vadat. *Sapientia enim huius mundi ſtultitia eſt apud Deum & prudentia carnis mors.*

## Incipit liber Eccleſiaſticus. CAP. I.

a
b
c
1 OMnis ſapientia a domino Deo eſt, & cū
2 illo fuit ſemper, & eſt ante eum. Are-
3 nam maris & pluuiæ guttas, & dies ſe-
4 culi quis dinumerauit? Altitudinē cæli,
5 & latitudinē terrę & profundum abyſſi
6 quis dimenſus eſt? Sapientiam Dei præ
d cedentē omnia, quis inueſtigauit? Prior omnium creata

1.Cor.3.d.

c *Arenam maris pluuiæ guttas.* Rab. Corporalia ſpiritualibus comparat, vt ex difficillimis quod omnino impoſsibile eſt, æſtimetur. Si.n. hæc quæ in certo numero, & menſura, & pōdere condita ſunt nemo poteſt dinumerare, quanto minus ſapientiam Dei ſine initio & ſine fine inenarrabilem, inæſtimabilem poterit inueſtigare?

Sap.11.d.

d *Prior omnium creata eſt.* Creata ſecundum humanitatem in conſilio Dei patris. ſ. pro ſalute humani generis prædeſtinata eſt incarnari. Notandum autem quod propter vnitatē perſonæ aliquando Chr ſtus dicitur genitus, aliquando creatus.

* Vigilius. Secundum humanitatis naturam, quam in temporis plenitudine ſuſcepturus erat, anticipans prælocutus eſt. Cū ergo clareat Chriſtū creatū vel factū eſſe ſecundū id qđ homo dignatus eſt fieri, aut concedite hoc humanę eius naturæ, aut ſi concedere nō vultis, naturam diuinitatis creatam eſſe affirmabitis, ac ſi vos cum Arrianis, vel cum gentilibus conuincemini creaturam venerari & colere.

Vigilius contra Euthycen hæreticum, lib.5.

*Fons*

Poſtilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lyra ſuper Eccleſiaſticum incipit feliciter. CAP. I.

OMnis ſap. *Hic incipit liber Eccleſiaſticus, qui primo fuit Heb. ſcriptus, vt patet per Hie. in eius prologo ſuper parabelas Salomonis. Et dicunt aliqui, quod iſte ſcriptor fuit Ieſus filius Ioſedech, & Ieſus filius Sirach eius nepos, trāſtulit eū de Heb. in Græcum. Sed hoc non videtur verum. Nam ſcriptor huius libri infr. 5. c. facit mentionē de Simone filio Oniæ ſatis prolixe, qui fuit ſummus ſacerdos poſt mortem Ieſus filij Ioſedech per magnū tempus. Nā inter ipſos fuerūt quinque ſummi ſacerdotes. ſ. Ioachin, Eliſiaph, Iudas, Ioannes, Onias. Et iō dicendū, ꝙ primus ſcriptor fuit Ieſus filius Sirach et nepos eius, qui ſimiliter fuit Iudæus, & ſciuit Græcū, trāſtulit quoque de Heb. in Grecū, vt patet in prologo huius libri. Et huius trāslatoris nomē propriū ibi tacetur. Igitur ſi in proceſſu huius Poſtillæ dicatur ꝙ auctor huius libri ſcripſit ipſum Græce, intelligitur de trāſlatore primo. Sed primus & principalis ſcriptor (ſub Deo tñ) fuit Ieſus filius Sirach, vt hr̄ in prologo huius libri, & ēt infra 50. c. In quo libro nos inducit ad amorē ſapientiæ, & accipit ſapientiā prout includit oēm virtutē, ſicut accipitur in libro ſapiētiæ. Diuiditur aūt iſte liber in duas partes. In prima inducit ad amorē ſapiētiæ ratiocinādo, in ſecūda exēplificādo, quæ incipit 44. c. Prima adhuc in duas. Nā primo declarat auctor ſapiētiæ principiū, ſecundo inducit ad eius exercitiū c. 3. Circa primū ſciēdū, ꝙ duplex eſt principium ſapientiæ. Vnū effectiuū, ꝙ ſe tenet ex parte Dei. Aliud diſpoſitiuū, ꝙ ſe tenet ex parte noſtri, nā ad ſapiētiā ex parte noſtri requiritur actus liberi arbitrij, ergo primo ponitur primū, ſecundo ſecundū, ibi.* Ti.do. *Ad euidentiā primi & ēt aliorū infra dicēdorū ſciēdū, ꝙ ſapientia dupliciter accipitur, quātum ſpectat ad propoſitū, diuina ſcili. & humana. Diuina vero accipitur dupliciter. ſ. eſſentialiter & perſonaliter, q̄ proprie ſapientia genita dicitur, & eſt idē qđ uerbū diuinū, & p cōſequens eſt filij propriū. Pōt igitur dubitari de qua ſapientia loquitur hic auctor, & infr. 24. Et dixerūt aliq, ꝙ de ſapientia humana, eo ꝙ ſubditur in hac parte: Prior oīum creata eſt ſapiētia. Creatio vero no hēt locū in Deo. Sed cōtra hoc apparet qđ in textu dicit.* Oīs ſap. *ꝙ eſt mēſura eſſe incorruptibiliū, pp ꝙ añ ipſum nō eſt alia mēſura niſi æternitas, & p cōſequēs loqtur de ſapientia diuina quæ ſola eſt æterna pp qđ dixerunt alij, ꝙ loquitur de ſapiētia Dei eſſentialiter dicta. Sed cōtra hoc videtur textus cū dicitur.* Oīs ſap. *eſſe vero ab aliquo nō cōpetit eſſentiæ diuinæ, ſed tantum procedētis pſonæ. Itē inf. 24. a. auctor loquēs in pſona huius ſapiētiæ dicit.* Ego ex ore alt. pro. primog. *Prodire vero ex ore altiſſimi, & p modū geniti vel nati eſt ppriū filij, q eſt ſapiētia genita, pp qđ cōmunius dicit, ꝙ auctor loqtur hic de ſapiētia genita, cuius primo deſcribitur emanatio interior, ſecūdo exterior, ibi.* Fōs ſa. *Prima diuiditur in tres partes, quia primo ponitur emanationis conſubſtantialitas & æternitas, ſecūdo eius incōprehēſibilitas, ibi.* Arenā. *tertio primitas, ibi.* Prior oīum. *Circa primū dicitur.* 1 Oīs ſap. *i. filius cuius ppriū eſt eſſe ſapiētia Dei genita, & eius attributū ſeu appropiatū ſapiētia eſſentialiter dicta ſicut attributū patris eſt potentia. Dicitur ēt cū hoc filius oīs ſapiētia, qa cōtinet ſupereminēter oēs modos & altitudines & no itias ſapiētiæ creatæ.* 2 A do. *i. procedēs a Deo patre diſtinctus i pſona.* 3 Et cū. *indiſtinctus in eſſentia.* 4 Sēper. *in quo oñditur huius emanationis æternitas.* 5 Are. ma. *Hic conſequenter oñditur ſapiētiæ genitæ incōprehēſibilitas. Nā non eſt primo, i. a priori cognoſcibilis a nobis in pñti, ſed ſolū p poſterius. i. p effectus q in proportionabiliter diſtāt a pfectione ipſius. Et iō ſi cōprehēderentur, nō tñ per hoc hæc ſapiētia pfecte attingeretur, & tñ eius effectus ſunt a nobis incōprehēſibiles, ſicut plenius fuit oñſum ſup illud Ecc. 1. a.* Cūctæ res dif. *Sed qa poſſet aliquis credere, ꝙ ſaltē aliquæ creaturæ eſſent ab hoībus cōprehenſæ, iō ponit exēplū de aliquib. de quarū incōprehēſione notū eſt oībus dicēs.* Are. ma. *Quis dinumerauit? q. d. nullus hominum, et de duob. primis eſt manifeſtū. De tertio vero poſſet dubitari, nā anni a principio mūdi ſunt numerati, & p cōſequēs mēſes & dies poſſunt numerari. Ad qđ dicēdū, qđ anni non ſunt numerati certitudinaliter & preciſe. Quod patet primo, qa ſeptuaginta interptes multo plures annos cōputant ab initio mūdi, quā in libris Heb. hēatur. Itē in libris Heb. cōputantur ann. ſecundū vitas patrū, vt hr̄ Gen. 5. Et iterū ſecundū tēpora regū, vt patet in lib. Reg. & Par. In tali vero cōputatione frequēter vnus annus p duob. cōputatur, & econuerſo, vt frequēter oñſum eſt in ſupiorib. libris. Iterū a reditu captiuitatis Babylonicæ vſq; ad Chriſtū non hr̄ aliqua numeratio per ſacram ſcripturam. Et iō pp tantam varietatē bñ dr̄, ꝙ dies ſeculi nō ſunt ab aliquo hoīe numerati certitudinaliter & pciſe.* 6 Alti. cæ. *fundū abyſſi. i. oceani.* 7 Quis dim. *Quaſi dicat, nullus hoīum. Et de duob. primis eſt manifeſtum. De tertio vero dicendum, ꝙ licet profundum oceani ſit mēſuratum a nautis in aliqbus locis aridæ propinquis, nō tñ in omnib. ſed in paucis reſpectiue in quib. eſt mare nauigabile, iō cōcludit.* 8 Sap. Dei. *genitā.* 9 Pręceden. *Quia per verbū ꝙ eſt idem cū ipſa,* omnia facta ſunt. *Ioa. 1. Cauſa vero effectiua præcedit ſuos effectus.* 10 Prior om. *Hic cōſequenter oſtenditur ſapientiæ genitæ prioritas, Sciādum tamen, ꝙ aliq iſtā literā exponūt de ſapientiæ genitæ incarnatione, eo ꝙ dicitur hic:* Prior omniū. *Creari vero ſibi nō competit niſi rōne naturæ humanæ, quæ creata eſt. ſed contra hoc arguitur, quia licet ſapientia genita ratione humanitatis aſſumptæ poſſit dicit creata, ſicut dicitur. Ioa. 1.* Verb. caro fac. *tamen non poteſt hoc modo dici prior creatura vel prior creata, nam ante tempus incarnationis multa fuerunt creata. Ad quod reſpondent, quod non accipitur hic prioritas durationis, ſed auctoritatis & dignitatis, nam humanitas Chriſti propter vnionem ad verbum & plenitudinem gratiæ facta eſt dignior omnibus creaturis.*

Anni ab initio mundi.

Sapiētia quo modo omniū prior dicatur

A a *Fons ſapientiæ.* Origo omnis ſapientiæ a verbo Dei procedit, quod Deus ex Deo ſemper cum patre manet in cælis, ſed ingreſſus mundum per diſpenſationem humanitatis dedit mandata ſalutis, vnde. *Verba vitæ æternæ habes.* Ioan 6.g.

b *Radix ſapi.* Oſtēdit neminem poſſe profunditatem Dei penetrare vel magnitudinē bonitatis eius & miſericordiæ. Vnde ad liberationem & illuminationem humani generis homo fieri dignatus eſt, vnde. *Generationem eius quis enarrabit?* B Pſal.35 c.

c *Ipſe creauit illam.* Vnigenitū ſc. adueniutum, per verbum ſibi coæternum cum ſpiritusancto diſpenſauit, quomodo per Virginis partum ad ſalutem mundi veniret, & creaturas repararet, & hominem ad agnitionem & dilectionem ſui reuocaret, dans illi donum ſpiritusſancti, vt eius munere ſaluetur in æternum. C

a eſt ſapientia, & intellectus prudentiæ ab æuo. Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis, & ingreſſus illius mandata æterna.

a Idest origo.

b Radix ſapientiæ cui reuelata eſt, & aſtutias illius quis agnouit? Diſciplina ſapientiæ cui reuelata eſt, & manifeſtata, & multiplicationem ingreſſus illius quis intellexit? Vnus eſt altiſſimus creator omnium, omnipotens, & rex potens, & metuendus nimis, ſedens ſuper thronum illius, & dominans Deus. c Ipſe creauit illam in ſpiritusancto, & vidit & dinumerauit & menſus eſt. Et effudit illam ſuper omnia opera ſua, & ſuper omnem carnem, ſecundum datum

a Qui coercet a penis. b Virtutum.

d ſuum, præbet illam diligentibus ſe. Timor Domini gloria

* Idac. Menſuram dat pater, menſuram dat filius, menſuram dat ſpiritus ſanctus, &c. De ſpiritu ſancto in Salomone. *Spiritus ſapientiæ replet pacem & dat ſalutis fructum, vidit & dinumerauit & menſus eſt vtraque in dono Dei.* D

d *Timor domini gloria. Beatus vir qui timet dominum, in mandatis eius cupit nimis. Gloria & diuitiæ in domo eius, &c. Timor domini.* Duæ ſpecies ſunt timoris. De altera dicitur. *Timor † animæ in charitate, &c.* Qui hunc hēnt propter metū gehennæ peccare deſinunt, & vitam corrigunt, hic introducit charitatem, ſed & foras mittitur. Qui enim ſic timet, nōdum amat nec deſiderat bona, ſed cauet mala, ſed tamē ſe corrigit, & bona deſiderare incipit. De altera ſcriptum eſt. *Timor domini ſanctus permanet in ſeculum ſeculi.* Timet.n. vnuſquiſque ne amittat bona, & Dei præſentiā, quæ in æternum frui deſiderat, de quo dicitur. E F

☞ *Timor*

Ida.

## NICOLAVS DE LYRA.

* ris. *Et hoc mō loquitur B. Ioannes Baptiſta de Chriſto. Ioan. 1. d.* Poſt me venit vir. *ſ. Chriſtus,* qui ante me factus eſt. *no tempore ſed dignitate, quia factus eſt ſuperior et prælatus meus, vt exponūt ſancti. Sed licet hoc dictum habeat bonum intellectum, tamen non videtur procedere ſecundum mentem auctoris huius libri, nam infra 24. b. loquens in perſona huius ſapiētiæ dicit. Ab initio & ante ſecula creata ſum. Ex quo patet, quod creationem huius ſapientiæ nō vocat incarnationem quæ facta eſt in tempore, ſed eius emanationem æternam a patre, quæ large loquendo dicitur creatio, inquantū filius accipit eſſe a patre, ſicut & per creationem accipitur eſſe, non autem quantum ad hoc, quod creatio eſt de nihilo, & quod per eam accipitur eſſe in diuerſitate eſſentiæ. Nam filius in diuinis eſt de ſubſtātia patris, et accipitur idem eſſe cū patre. Et eſt aliqualiter ſimilis modus loquendi, ſicut cū dicitur aliquis imperator vel rex creari, quæ creatio non eſt de nihilo, nec per hoc accipitur aliquid eſſe nouum abſolutum, vt communiter dicitur ſed tantum relatio noua domini ad ſubditos. Et per hoc patet ad argumentum quod fiebat ſuperius ex hac auctoritate. Dicēdum igitur, quod ſicut prædictum eſt, hic ponitur emanationis ſapientiæ genitæ quædā primitas reſpectu omnis alterius emanationis, non ſolū creaturarum, ſed ēt ſpiritusſancti, eo modo loquēdi quo emanatio filij dicitur prima, & ſpiritusſancti ſecunda, ſicut ſpiritusſanctus dicitur in Trinitate tertia perſona. licet enim in diuinis perſonis & earum emanationib. non ſit prius & poſterius duratione vel natura, tamē eſt ibi ſecundum aliquos prioritas et poſterioritas originis, quia vna perſona eſt ab alia, et non econuerſo, & ſecundum omnes eſt ibi prioritas & poſterioritas ſecundū noſtrum modū intelligendi. nam emanatio verbi præintelligitur emanationi amoris. Sic igitur dicitur.* Prior omni, &c. eſt ſa. *i. per æternā generationem. Et quod iſte ſit intellectus auctoris, videtur ex hoc quod inf. 34. b. antequam in perſona huius ſapientiæ loquens diceret.* Ab initio & ante ſecula creata ſum. *præmiſit dicens in perſona eiuſdem ſapiētiæ.* Ego ex ore altiſſimi prodij primogenita ante omnē creaturam. *Per hoc inſinuans, qd huius ſapientiæ creatio nō eſt aliud quam eius æterna proceſſio. Locutiones tamē iſtæ et cōſimiles non ſunt extendendæ, ſed magis cauendæ a fidelibus, quia ſanare videntur errori Arrij, qui dixit Dei filium eſſe puram creaturam, ſi tamen inueniātur in dictis ſanctorum, vel libris ſacræ ſcripturæ canonicis, vel non canonicis, receptis tamen ab eccleſia ad legendum qualis eſt iſte, vt dicit Hier. in prologo galeato, pie ſunt exponendæ.*

1 Et intel. pru. ab æuo. *Eſt aūt intellectus habitus principiorum, item omnes morales virtutes connectuntur prudentiæ, et ideo principia virtutum moralium dicuntur principia prudentiæ, igitur quia notitia horum principiorum ſupereminenter eſt in ſapiētia genita, ideo dicitur.* Intellectus prudentiæ ab. *i. ab æterno, æuum enim eſt quaſi mediū inter æternitatem & tempus, propter quod aliquando ponitur pro tempore, & aliquando pro æternitate, eo quod medium participat cū vtroque extremo, poteſt etiam dici ab æuo proprie dicto, eo quod æternitas propter ſui ſimplicitatē aſſiſtit æuo & tempori, & cuilibet eorū parti.*

2 Fons ſapién. *Hic conſequenter agitur de emanatione ſapientiæ exteriori, per hoc quod eius effectus creaturis communicatur. Et hoc eſt quod dicitur.* Fons ſapientiæ. *i. ex quo deriuantur effectus ſapientiæ tanquam quidam riuuli, eſt ſupple.*

3 Verbum Dei. *Quod idem eſt cum ſapientia genita.*

4 In excelſis. *Nam primo fuit in angelis ſanctis, & conſequenter in alijs creaturis.*

5 Et ingreſſus. *Dicuntur autem ingreſſus ſapientiæ ad omnes eius reuelationes, & maxime notabiles, illa vero ſuit valde notabilis, quæ deſcendit in montem Sinai legem dando audiente cuncto populo, vt habetur Exo. 20. Ideo ſubditur.* Mandata æterna. *tunc enim dedit decalogi præcepta, quæ dicuntur æterna, eo quod ſunt via deueniendi ad vitam æternam, Matt. 19. b.* Si vis ad vitam ingredi, ſerua mādata. *Sed quia poſſet aliquis credere, quod per tales reuelationes ſapientia Dei perfecte cognoſci poſſet, ideo hoc remouet, dicens.*

6 Radix ſapientiæ. *q. d. nulli. Tunc enim radix alicuius reuelari dicitur, quando perfecte cognoſcitur.*

7 Et aſtutias il. *i. ſubtilitates contra mala.*

8 Quis agno. *q. d. nullus. Tanta eſt quod de malis elicit bona, vt dicit Aug. in Enchiridion.*

9 Diſciplinæ cui reue. *ſ. perfecte. Hoc enim importat manifeſtatio. q. d. nulli, quia nulla creatura capax eſt talis notitiæ, cum ſit infinita.*

10 Et multi. *effectus eius.*

11 Quis intel. *q. d. nulla creatura. Licet enim Chriſtus inquantum homo habeat notitiam creatam omnium effectuum Dei qui facti ſunt & fient, non tamē habet notitiam omnium poſſibilium a Deo fieri, et quia talis notitia eſt Dei propria, ideo ſubditur.*

12 Vnus eſt al. *Nam eſt ipſa bonitas per eſſentiam.*

13 Creator. *per ſuam potentiam, ideo ſubditur.* Omnipotens. *Et quia non ſolum eſt omniū rerum creator, ſed etiā gubernator, ſubditur.*

14 Et rex. *Sedens ſuper thronum illius. ſ. ſapientiæ, per quod deſignatur poteſtas iudiciaria, quæ attribuitur filio qui eſt ſapientia genita, Ioan. 5. d.* Pater omne iudicium dedit filio.

15 Ipſe. *ſ. pater.* 16 Creauit illam. *Modo ſupradicto.*

17 Spiritusſancto. *Nō principatiue, quia ſpiritusſanctus nō eſt principiū filij, ſed cōcomitatiue, quia tres perſonæ ſunt coæquales et coæternæ.*

18 Et vidit. *i. perfecte cognouit. pater enim perfecte cognoſcit filium.*

19 Et effudit. *quia ſapientia Dei quæ eſt attributum filij, relucet in omnibus operibus Dei, et quia natura humana ratione intellectus ſuper alia corporalia capax eſt effectus ſapientiæ diuinæ, ideo ſubditur.*

20 Et ſuper. *i. ſuper omnem hominem quem illuminat naturali lumine intellectus. Ioan. 1.* Illuminat omnem ho. ve. in hunc mundum. *Sed quia ſuper hoc dat iuſtis lumen gratiæ, ideo ſubditur.*

21 Secundum da. *ſ. luminis naturalis.* Præbet il. *& ſequitur.*

22 Timor do. *Poſtquā auctor declarauit principium effectiuum ſapientiæ, hic conſequenter declarat aliud principium diſpoſitiuum, quod dicitur timor. Nam ſicut puer ad ſapientiam humanam diſponitur, & in ea proficit timendo magiſtrū, ſic homo ſe habet ad diuinam ſapiētiā timendo Deum. Ad euidentiam dicendorum ſciēdum, quod timor a doctorib. diuiditur in timorem mūdanum, ſeruilem, initialem, et filialem. Obiectum enim timoris eſt malū, quod eſt duplex, ſcilicet pœnæ & culpæ. Si igitur propter malum pœnæ quod aliquis timet, auertatur a Deo per peccatum mortale, dicitur timor mundanus vel humanus. Si autē propter malum pœnæ quod timet, conuertatur ad Deum ei inhærendo,*

* &

A a *Timor domini delectabit cor.* Hic ſuauitatem tribuit internā, & in futuro vitam æternam.

Ro. 5. b. b *Dilectio, &c.* Rab. Charitas Dei, vera eſt ſapientia, quæ per ſpiritumſanctū diffunditur in cordib. noſtris, qui replet nos dulcedine dilectionis Dei i agnitione magnaliū eius. vnde,

1. Ioh. 2. c. *Vos vnctionem habetis a ſancto, qui noſtis omnia, &c.* Vnctio. n. ſpiritualis ipſe ſpiritus eſt, cuius ſacramentum eſt in vnctione viſibili, cuius gratia inſtruit de omnibus. Alioquin otioſus eſt ſermo doctoris. Charitas vero Dei quæ eſt donum ſpiritus, citiſsime intelligere

Eſa. 10. b. B & obſeruare mandata Dei facit. Ipſa enim bonum incipit & perficit, ipſa in futuro remuneratio erit. vnde. *Adimplebis*

Pſal. 5. c. *me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua. &c.*

lib. 83. quæſt. 36. c *Initium ſapientiæ timor Domini.* * Aug. Eſt cupiditas amor adipiſcendi aut obtinendi tēporalia. Huius minuendæ initiū eſt, Deum timere, qui ſolus timeri ſine amore non pōt. Ad ſapientiam. n. tenditur, & nihil verius eo quod dictū eſt, *Initium ſapientiæ timor Domini.* Nemo eſt quip-

C pe qui non magis dolorē fugiat quàm appetat voluptatem, quan-

quandoquidē videmus ēt immaniſsimas beſtias a maximis D voluptatibus abſterreri dolorum metu, quod cū in earundē conſuetudinem verterit, domitæ & manſuetæ vocant. Quapropter quoniā ineſt homini ratio, quæ cū ſeruit cupiditati peruerſione miſerabili, vt hoīes non timeantur, ſuggerit latere poſſe cōmiſſa & ad tegenda occulta peccata aſtutiſsimas fallacias comparat, eo fit vt homines quos, nondum delectat pulchritudo virtutis, niſi pœnis a peccando deterreantur, quæ veriſsimè per ſanctos & diuinos viros prædicantur, & quod celant hominibus, Deo celari non E poſſe cōſtituant, difficilius domentur quàm feræ.

d *Timor domini.* Sine timore Dei & obſeruatione mandatorū eius nulla religio eſt. vnde, *Si quis putat ſe* Iaco. 1. d. *religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio &c.*

Prou. 1. a. & 9. c. e *Timen. dominum bene erit, & in diebus conſolationis illius benedicetur.* Qui ſcilicet timore Dei in fide & doctrina & operatione F regulam iuſtitiæ ſeruat.

a In præſenti rectæ confeſſionis. b In futuro. c Aeternæ beatitudinis. 1

d Amore inenarrabili. 2

a & gloriatio & lætitia, & corona exultationis. Timor domini 3

a In præſenti. ¶In futuro. 4

delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudium in longitudine 5

a Aeterna beatitudo. b In fine huius vitæ. 6

dierum. Timēti dominum bene erit in extremis, & in die de- 7

¶Mortis. 8

functionis ſuæ benedicetur. Quibus autem apparuerit in vi- 9

¶Aeterna beatitudine. a ¶In fine huius vitæ. 10

b ſu, diligunt eam in viſione, & in agnitione magnalium ſuorū. 11

c Dilectio Dei honorabilis ſapientia. † Initium ſapientiæ ti- 12

a Matris eccleſiæ. b ¶Quia ſanctis animabus ſociatur. 13

mor domini, & cum fidelibus in vulua concreatus eſt, & 14

a Quibus dicitur, Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis. 15

cum electis fœminis gradietur, & cum iuſtis & fidelibus a- 16

d gnoſcetur. Timor domini, ſcientiæ religioſitas. Religioſitas 17 18

a ¶In hoc ſeculo. ¶In futuro,

cuſtodiet, & iuſtificabit cor, iucunditatem atque gaudium 19 20

a Alias conſummationis. 21

e dabit. Timenti dominum bene erit, & in diebus conſolatio- 22

a Qui magis timet Deum, magis ſapiens eſt, & quanto ſapientior, tanto fructibus bonorum operum plenior. non enim timor Dei otioſus eſt. 23

nis illius benedicetur. Plenitudo ſapientiæ timere Deum, & 24

plenitudo a fructibus illius. Omnem domum illius implebit 25 26

b Sapientiæ. ¶Vitæ æternæ. 27

a generationibus, & receptacula a theſauris illius. Corona ſa- 28

Et

## NICOLAVS DE LYRA.

*& hoc principaliter propter uitationem huius mali, hoc eſt niſi propter amorē boni proprij quo timet priuari, & quod diligit, in eo principaliter finē conſtituendo, & talis timor dicitur ſeruilis nec ſtat cū charitate, quæ principaliter facit diligere bonum diuinum. Si autē aliquis Deo inhæreat propter malum culpæ quod timet, ſic dicitur timor filialis. Propriū eſt enim filiorum timere offenſam patris. Si autem propter vtrumque malū Deo inhæreat, principaliter tamen propter malum culpæ, ne Deū offendat, ſic dicitur timor initialis differens a filiali, ſicut imperfectū a perfecto, & ſic ſtat cū charitate, minus tamē perfecta, igitur quia auctor, iſte loquitur de timore prout ſtat cum charitate, vt patet ex ſuo proceſſu, ideo loquitur hic tantum de timore filiali & initiali. Sic ergo procedit, quia primo declarat timoris Dei fructū, ſecūdo incitat ad ipſum timēdū, ibi.* Fili concupiſcens ſapientiam. *Prima adhuc in duas, quia primo oſtendit fructū timoris in adeptione boni, ſecūdo in vitatione mali, ibi,* Timor domini expellit peccatū. *Prima adhuc in duas. Nā primo agit de timore filiali, ſecundo de initiali, ibi,* Initium ſapientiæ. *Circa primū ponitur primo fructus timoris filialis pro ſtatu patriæ, cum dicitur,* Timor domini glo. *quia per ipſum meretur quis gloriam. Et dicitur hic gloria pro gloriæ habitu.*

1 Et gloriatio. *pro eius actu.*

2 Et lætitia. *pro eius diffuſione ad inferiores vires animæ, qđ erit in reſurrectione, tunc. n. animæ gloria redundabit ad corpus, & per conſequens ad vires ſenſitiuas, quæ ſunt totius coniuncti. Talis autem diffuſio vocatur lætitia, a latitudine dicta, quaſi quædam latitia.*

3 Et corona exultat. *propter triumphū perfectum de aduerſarijs.*

4 Timor domini delectabit. *meritorie, quia per eū meretur fruitionem beatam, quæ proprie vocatur delectatio, quaſi de alio lactatio, nam beati lactantur vberibus diuinæ conſolationis.*

5 Et dabit læ. & gau. *Dicit gaudium propter gloriam animæ, & lætitiam propter redundantiam eius ad corpus, vt dictum eſt.*

6 In longi. die. *Id eſt ſine fine. Conſequenter ponitur fructus timoris filialis pro ſtatu vitæ, cum dicitur.*

7 Timenti do. bene e. in extre. *vitæ præſentis, quia talis timor cauere facit Dei offenſam, & ſic excludit dæmonum poteſtatē, & meretur ſanctorum angelorum aſſiſtentiam, Lu. 16. e. Factum eſt autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ.*

8 Et in die defunctionis ſuæ benedicetur. *a Deo & hominibus ſibi bene imprecantibus.*

9 Quibus autem apparuerit in vi. *per reuelationem propheticā.*

10 Diligunt eam in viſione. *ſcilicet prophetica, quę eſt donū Dei.*

11 Et in agnitione magnalium ſuorum. *quorū cognitio eſt delectabilis. Et quia ex ſupradictis poſſet aliquis credere, quod prædictorū fructuū timor eſſet magis cauſa, quā charitas ideo hoc remouet dicens.*

12 Dilectio Dei honorabilis ſapientia. *i. excellentior in acquiſitione ſapientiæ, quæ accipitur hic prout includit omnem virtutem, vt dictum eſt ſupra.*

13 Initium ſapientiæ timor do. *Hic cōſequenter agitur de timore initiali, qui de imperfecto ad perfectū procedit, vt prædictū eſt. Ideo dicitur:* Initium ſapientiæ timor do. *Licet autē timor ſeruilis diſponat aliqualiter ad ſapientiam, inquantū retrahit a peccato propter offenſam, & ſic eſt aliquo modo principium ſapientiæ, tamen iſtud principium eſt extrinſecū a ſapientia, ſicut & a charitate, ſed timor initialis eſt principium intrinſecum, ſicut & fundamentum eſt primū principium domus intrinſecum, & ſimiliter domini timor eſt principium intrinſecum ſpiritualis ædificationis.*

14 Et cum fidelibus in vulua cōcreatus eſt. *i. in baptiſmo, qui eſt ſpiritualis generatio, in quo datur gratia ſpiritus ſancti. Poteſt ēt accipi ad literā de ſanctificatione in vtero matris. Poteſt etiam exponi de alijs inquantum puer animatus adhuc exiſtens in vtero matris habet quandam diſpoſitionem, quamuis longinquam ad gratiæ receptionem.*

15 Et cū electis fœminis gra. *deducendo eas ad virtutis augmētū.*

16 Et cum iu. & fi. a. *ſupple eſſe per opera exteriora virtutū. Iſta tamē cognitio eſt tātū coniecturalis, quia timor iſte connexus eſt charitati, quę nō cognoſcitur p certitudinē ab habēte, & multo minus ab alijs.*

17 Timor d. *i. religatio ſcientiæ circa Deum, ne effluat ad inquirendum curioſa.*

18 Religi. cu. & iu. cor. *ne effluat ad diligendum indebite vana & curioſa delectabilia.*

19 Iucun. *in præſenti ex puritate conſcientiæ.*

20 Atque gau. *in futuro per adeptionem gloriæ. ideo ſubditur.*

21 Ti. do. bene. *nam in patria nullum erit malum.*

22 Et in die. con. il. *i. fruitionis beatæ.*

23 Bene. *a Deo & angelis.*

24 Plen. *quæ ducit ad gloriā, quę eſt plenitudo ſapiētiæ in viſione beata.*

25 Et ple. a fru. il. *quia fruitio beata inſeparabilis eſt a viſione.*

26 Omnem do. il. imple. *quia dona Dei complentur in patria ad quam ducit timor, vt dictum eſt.*

27 Et re. i. *vires animę quę replebūtur in patria ex ſumma pfectione.*

28 Coro. ſa. *quia meretur coronam gloriæ ſolis ſapientibus debitam.*

Di- Replent

A a *Et vidit*. in conſpectu eius ſunt omnia, vnicuique conſeruat dignam retributionem.
b *Ram*. Per ſapientiam diuinam habet homo ſcientiã vitãdi malum, & intellectum faciendi bonũ, vtrumque enim in
Eccle.34.c. auditore operatur in fine. vnde, *Qui audit me, nõ confundetur, & qui operantur in me, non peccabunt*. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Initium ſapiẽtię, timor
Pſal.110.b. domini. *Intellectus bonus omnibus facientibus eum.*
c *In theſauris*. In legis meditatione vtrumque declaratur, quomodo. ſ. vitanda ſunt mala, & quomodo diſcenda ſpiritualis ſapientia, & exercenda bona opera in
B quibus eſt religio vera.
d *Sapientiæ intellect*. Quæ prohibet peccata, & carnalia deſide-
Prouer.15.b. ria. vnde. *Non amat peſtilens eum qui ſe corrigit, nec ad ſapientes graditur.*
e *Timor, &c*. Quia per pœnitentiã mũdat a præteritis peccatis, vel prohibet à committendis. Quia
Prouer.14.a qui p timorẽ Dei ſeſe nõ corrigit, in peccati voraginẽ cadit.
Ibid.31.p. f *Bonus ſenſus*. Vnde in Prouerbijs, *Labia ſapientium cuſtodiunt eos*. Et alibi, *Aſtutus omnia agit cum conſilio: qui autem fatuus eſt, aperuit ſtultitiam*. Sapientis ergo hominis eſt verba tenere, & omnia modeſte peragere.
g *Enarrabunt ſenſum*. Aequanimiter, non mala pro malis, ſed bona pro bonis tribuens.
h *Fili concupiſcens ſapie*. Qualiter ad ſapientiam peruenias, ipſa ſapientia monſtrat, quia ſine conſeruatione iuſtitiæ, nemo peruenit ad culmen ſapientiæ. vnde Iacob. *Qui ſapiens,*
Iaco.3.c. *inquit, & diſciplinatus inter vos, oſtendat conuerſationem bonam in manſuetudine ſapientiæ.*
C

a ¶ Deus cui aſſiſtunt omnia merita. b ¶ Gaudete, & exultate, quia merces veſtra multa eſt in cælis.
a pientiæ timor domini, † replens pacem, & ſalutis fructũ, &
a ¶ Capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt. b ¶ Sapientia, & timor Dei, quia omne datum optimum, & deſurſum eſt.
vidit, & dinumerauit eã. Vtraque aũt ſunt dona Dei. Scientiam, & intellectum prudentiæ ſapientia compartietur, &
¶ Aeternam.
gloriam tenentium ſe exaltat Radix ſapientiæ eſt timere do-
a ¶ Sententiæ ſcripturarum, quas per orbem terrarum euangelica pandit doctrina. b ¶ Cælum, & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt.
b minum. Rami enim illius longęui. In theſauris ſapientiæ in-
c a ¶ Abominabilis.
d tellectus, & ſcientiæ religioſitas, execratio autem peccatori-
e bus ſapientia. Timor domini expellit peccatum. Nam qui ſi-
¶ Dei.
f ne timore eſt, nõ poterit iuſtificari, iracundia enim animoſi-
Retributionis Vere.
tatis illius ſubuerſio illius eſt. Vſque in tempus ſuſtinebit patiens, & poſtea redditio iucunditatis. Bonus ſenſus vſque in
Retributionis. a Non poteſt abſcondi quod iuſtitia facit manifeſtari.
g tempus abſcondet verba illius, & labia multorũ enarrabunt ſenſum illius. In theſauris ſapiẽtiæ ſignificatio diſciplinæ, † e-
a ¶ Abominabilis.
h xecratio autem peccatori cultura Dei. Fili concupiſcens ſa-
i pientiam, cõſerua iuſtitiã, & Deus præbebit illã tibi. Sapien-

D ✠ Auguſt. Prior eſt in recta hominis eruditione labor operandi, quæ iuſta ſunt, quia in voluptas intelligẽdi, quę vera ſunt. Ad hoc valet quod ſcriptum eſt, *Concupiſti ſapientiã, ſerua mandata, & Dominus præbebit illam tibi*. Mandata vtiq; ad iuſtitiam pertinentia, iuſtitiã autẽ, quæ ex fide eſt, quę inter tentationũ incerta verſatur, vt piè credendo quod nondum intelligit, etiam intelligentiæ meritũ conſequatur. Quantum enim valet quod modò cõmemoraui eſſe ſcriptum, *Concupiſti ſapientiã, ſerua mandata, & dominus præbebit illam tibi*, tantũ, & illud valere arbitror, *Niſi credideritis non intelligetis*. vt iuſtitia ad fidem, ad ſapientiam vero intelligentia pertinere mõſtretur. Proinde in his, qui flagrant ingenti amore perſpicuæ veritatis, nõ eſt improbandum ſtudiũ, ſed ad ordinem reuocandum, vt à fide incipiat, & bonis moribus nitatur peruenire quo tendit. In eo quippe quo verſatur, virtus eſt laborioſa, in eo vero quod appetit, luminoſa ſapientia. E
i *Sapientia enim, & diſciplina*. Sicut ſæpe dictum eſt. Timor domini ſapientiæ, & diſciplinæ cuſtodia eſt, cui conuenit fides recta, & morum temperantia, quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, & bonorum vita ſemper tranquilla eſt. vnde Mat. *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris*. Qui enim vere timet Deum, non poteſt eſſe ſine fide, & operibus bonis, quæ replent hominem virtutibus, & Deo acceptabilem faciunt. Vnde, *Homini bono in conſpectu ſuo dedit Deus ſapientiam, & ſcientiam, & lætitiam. Peccatori autem dedit afflictionem, & curam ſuperfluam.*

✠ AV- ☞ Duplici F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Replent pa.* quia gloria quam meretur timor, ſatiat totaliter appetitum.
2 *Vidit, &c.* ſ. ſapientiã ad quam pfecte venire facit timor.
3 *Vtraque au.* ſcilicet ſapientia, & timor.
4 *Sunt dona Dei*. Hoc dicit ne crederet aliquis, quòd ſolus timor ſit Dei donum, & non ſapientia.
5 *Scientiam*. i. notitiam ſpeculabilium neceſſariã ad ſalutẽ.
6 *Et intellect*. i. notitiam moralium neceſſariam ad ſalutem.
7 *Sapien. compar*. i. diuidet. Non tamẽ ſic intelligendo, quòd hæc duo, ſcilicet timor, & ſapientia ſeparent abinuicẽ, quia ſunt cõnexa charitati. Sed qa hęc duo dant hominib⁹ multis, & diſtinctis, & ille qui hęc dona chari⁹ amplectit, apud Deũ pl⁹ meret. ideo ſubdit, Et gloriã tenẽtiũ ſe exaltat. Sequitur. 8 *Radix ſapientiæ eſt, &c*. Nam timor initialis eſt principium intrinſecum ſapientię, vt dictum eſt ſupra, ſicut radix eſt principium intrinſecum arboris.
9 *Rami enim illi*. ſcilicet virtutes, quę procedunt à ſapientia.
10 *Longæui*. Quia permanent in patria, tamẽ ſcundum alios actus conuenientes ſtatui glorię.
11 *In theſauris ſapien. intellect*. id eſt, inter precioſa eius dona. Intellect⁹, q eſt habit⁹ primorũ in ſpeculabilib⁹ & operabilibus. 12 *Et ſcientiæ, religioſi*. Ideſt religatio notitię erga Deũ, qua reſtringitur animus, ne p vana, & curioſa euagetur.
13 *Execratio autem peccatoribus ſa*. q.d. quamuis ſit multum precioſa, tamen abominabilis eſt peccatoribus propter habitum vitioſum, ſicut cibus ſapidus abominabilis eſt habenti guſtũ animę ex remorſu conſcientię infectum.
14 *Timor domini*. Hic conſequẽter ponitur fructus timoris in euitatione mali, cum dicitur. *Timor do*. Initialis & filialis.
15 *Expellit pec*. tanq̃ ſibi contrariũ, eò q eſt annexus charitati. Hęc eſt enim lex cõtrariorũ, quod in eodẽ ſuſceptibili mutuo ſe expellunt.
16 *Nam qui ſine timo*. eſt. ſ. Dei.
17 *Non pote. iuſtifica*. Nam primũ quod pertinent ad iuſtitiã, eſt eſſe ſubditum Deo, quod facit timor, ſicut ſuo ſuperiori.
18 *Iracundia enim animo. il*. i. ſuperbię eius, qua Deo rebellat.
19 *Subuerſio il*. ſ. ab omni bono. Et qa ſupbus nõ ſolũ rebellat Deo, ſed etiã moleſtias infert fidelib⁹, q ſunt mẽbra ei⁹. ideo ſubdit. 20 *Vſque in tẽ. ſubſtinebit patiens*. Moleſtias ſuperbi.
21 *Et poſtea redditio iu*. qa patienti redditur pręmium glorię, & ſuperbo pœna gehennę.
22 *Bonus ſenſus*. i. homo bonę induſtriæ.
23 *Vſque in tem*. conueniens.
24 *Abſcondet ver il*. i. ſuperbi, & proterui patienter tacendo.
25 *Labia multorum enarra. ſen. il*. ſicut patet de Dauid, cuius ſenſum multi commendant, eo quod patienter audiuit verba Semei proteruientis. 2. Regum. 16.
26 *In theſauris ſa*. i. inter eius precioſa.
27 *Significatio*. diſciplinæ. Qua aliquis patienter tolerat moleſtias, tanquam flagella Dei, ſicut patris corripientis, ſed qa peccatores obſtinati ex talibus nõ emendant, ſed à Deo magis elongantur, ideo ſubditur. 28 *Execratio au. pec. cul. Dei*. Qui colit fide, ſpe, & charitate, vt dicit Aug. in Euchiridion.
29 *Fili concupiſ*. Poſtq̃ oſtendit timoris fructũ, hic conſeq̃nter inducit ad timorẽ habendũ. Et primo ex conſideratione mali, ſecundo ex conſideratione boni, ibi Qui timetis dominũ. circa mediũ ca. 2. Prima in duas, ſecundũ conſideratione duplicis mali, ſcilicet culpę, & pœnę Secundum incipit in principio ſecundi ca. Primo igit inducit ad timorẽ habendũ ex conſideratione mali culpę, q p timorẽ euitent di. *Fili concupiſ*. Cuius initium eſt timor vt dictum eſt. 30 *Conſerua iu*. Nemini nocendo: & Deo reuerentiam exhibendo.
31 *Et Deus præbe. il. ti*. Quia dat eam omnibus ſe diſponentibus affluenter, Iac. 1. a.
32 *Sapientia. n. & diſci. ti. do*. ſupple eſt initiatiuè. Et dicitur ſapientia,

Nam

a *Duplici corde.* Vir duplex animo, incõſtans eſt in omnibus vijs ſuis, qui ſcilicet, vult gaudere cum ſeculo, & regnare cum Chriſto.

b *Hypochrita in conſpe. homin.* Aliud corde geſtans, & aliud opere mõſtrans. vnde. *Attendite a falſis prophetis, qui veniunt ad vos in ve. ouium.* (Matt. 7. b.)

c *Attende in illis, &c.* Manifeſtũ eſt, quòd qui ſequitur hæreticos, animæ ſuæ acquirit damnationem, quia

tia enim & diſciplina timor domini, & quod beneplacitum eſt illi, fides & manſuetudo, & adimplebit theſauros illius.

a Alias: Contumax non ſis & incredibilis timori Dei. ¶ Credere oportet accedentem ad Deum, quia ipſe eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. b Qui ſimpliciter quærit Deum, inuenit. Vnde, Simplicitas iuſtorum diriget eos, & ſupplantatio peruerſorum vaſtabit illos.

Non ſis incredibilis timori domini, & ne acceſſeris ad illum
a duplici corde. Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum,
b a Sicut qui prauo corde machinantur malum, & omni tempore iurgia ſeminant.
c & non ſcandalizeris in labiis tuis. Attende in illis ne forte cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationẽ, & reuelet Deus abſcõſa tua, & in medio ſynagogæ elidat te, quoniã acceſſiſti maligne ad dominum, & cor tuum plenum eſt dolo & fallacia.

quia in iudicio reuelabũtur occulta cordiũ, & reddetur vnicuique ſecundũ opera ſua, *Diſperdet enim Deus omnes qui loquuntur mendacium.* Qui abominatur virum ſanguinum & doloſum. vnde Attẽdite a fermẽto Phariſęorum, quod eſt hypocriſis Et alibi. *Veniet dominus ſerui illius, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis, ibi erit fletus & ſtridor dentium.* (Pſal. 61. c. Pſal 5. b. Luc. 12. a. Mat. 24. d.)

D

NICOLAVS DE LYRA.

* pientia, quantum ad notitiã de diuinis, & diſciplina quantum ad mores. 1 *Et quod bene pla. eſt il.* ſ. Deo.
2 *Fides & man.* ſupple eſt ipſe timor initiatiue, quia facit acquieſcere articulis fidei, & reprimere motus iracundiæ.
3 *Et adimple.* ſ. Deus.
4 *Theſauros.* bonorum ſpiritualium.
5 *Illius.* Qui timet eum.
6 *Non ſis incre. ti. domini.* i. illius qui incutiunt timorem eius, ſicut eſt iudicium extremum, & dura punitio peccatorum.
B
7 *Et ne ac. ad eum.* in eccleſia.
8 *Duplici cor.* i. pretendens exterius bonitatẽ, & interius habens iniquitatem. Et quoniam hoc faciunt hypocritę, ſubditur, Ne fueris hypocrita, &c. 9 *Et non ſ.* q. d. ſi detegatur veritas, mendax apparebis, ideo ſubditur.
10 *Attende in illis.* ſ. labijs tuis non plus dicendo de tua bonitate, quam ſit in veritate.
11 *Ne for. cadas.* in peccatum manifeſtum.
12 *Et addu.* i. tibi ipſi, accipiẽdo pro toto partem nobiliorem.
13 *Inhonorationem.* i. deiectionem coram Deo & hominib.
14 *Et reuelet Deus abſcondita tua.* i. occulta peccata.
15 *Et in medio ſynagogę.* i. congregationis fidelium.
16 *Elidat te.* grauiter puniendo.
17 *Quoniam acceſ. maligne, &c.* ſicut patet Act. 5. de Anania & Saphira, quos in conuentu fidelium interfecit ſubitò, eò qđ mentiti ſunt fraudando de agri pretio.

E

CAP. II.

a *Fili accedens &c.* Demonſtrauit quid ſit vitandum, nunc demonſtrat quid ſit agendum, dicens.

*Fili accedens ad ſeruitutem Dei ſta in iuſtitia & timo.* Qui.n. vult ab illecebris mundi ſe abſtinere, & in Chriſto pie viuere, perſecutionem patitur. Dum enim accingi diuino ſeruitio præparat, bellum diaboli contra ſe excitat, & dum alia vitia ſubdit alijs reluctatur, & diuina diſpenſatione agitur, vt ſuperet & ſuperetur, ne extollatur. Sed quia humilitas & patientia illi neceſſaria eſt, ſequitur, Deprime cor tuum, & ſuſtine, &c.

b *Patientiam habe.* q. *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.* quia ſcilicet radix & cuſtos omniũ virtutũ patientia eſt. (Luc. 21. d.)

Sciendum aũt eſt, quòd patientia tribus modis exercetur.
C
A Deo enim flagellamur, ſed cauendum eſt ne murmuremus. A proximo perſecutiones, & dãna, & contumelias ſuſtinemus, & cauẽdũ eſt ne mala pro malis retribuamus. Ab aduerſario tẽtamur, ſed proſpiciendũ eſt ne ad delectationem peccati vel conſenſum flectamur, vel pro his præſentia quæramus, ſed futura expectemus.

CAP. II.

a F † Ili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Deprime cor tuum & ſuſtine, & inclina aurem tuam, & excipe verba intellectus, & ne feſtines in tempus obductionis. Suſtine ſuſtentationes Dei, coniungere Deo, & ſuſtine, vt creſcat in nouiſſimo vita tua. Omne quod tibi applicitum fuerit accipe, & in dolore ſuſtine, &
b in humilitate tua patientiam habe, quoniam in igne proba-
c tur aurum & argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis.

¶ Alias tempore. ¶ Ne ſuperbiat. a Ne in tribulatione deficias. b ¶ Quia nemo hoc agere nouit niſi diuinis inſtinctus præceptis. a ¶ Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. b Finis. c Ne fractus puſillanimitate, finem laborum præoptes. a Quaſi in afflictionis tempore longanimis eſto & fortis, viriliter age, & confortetur cor tuum.

c *Homines vero receptibiles in camino humiliationis.* * Amb. Non ſolum in ſtudijs atque propoſitis, ſed etiam in tentationibus humilitatem dici poſſe, teſtimonijs ſcripturarũ docemur Si quidem lectũ eſt. *Homines acceptabiles in fornace humilitatis.* ταπεινώσεως enim Græcus dixit, quod eſt humilitatis. Hoc ideo poſui quia plurimi habent Latini, in fornace afflictionis. Latinus diſcernit, Grecus nõ ſeparat. ταπείνωσις & humilitas virtutis dicitur & humilitas afflictionis. Nihil impedit ſi latinus ſeparat. Non.n. Grecus ex Latinis trãſtulit, ſed Latinus ex Gręco. Deniq; & Hebrei quan- (Ambr. in Pſal. 128. octon. 19.)

F

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. II.

FIli acce. ad ſeruitu. Dei. Poſtquam auctor induxit ad timendum Deum ex cõſideratione mali culpæ, quod per Dei timorem euitatur, hic conſequenter ad idem inducit ex conſideratione mali pęnæ, quod per timorem Dei leuius toleratur, dicens. 1 *Fili accedens ad ſeruitutem Dei.* per conceptũ melioris propoſiti.
2 *Sta in iuſtitia.* erga proximum.
3 *Et timore.* erga Deum.
4 *Et præpa. animam tuam ad tentationem.* contra diabolũ qui talibus aduerſa nititur procurare. 2. Tim. 3. c. *Omnes qui pie viue re volunt in Chriſto, perſecutionem patientur.*
5 *Deprime cor. tu.* motus impatientiæ reprimendo.
6 *Et ſuſtine.* patienter, aduerſa tolerando.
7 *Inclina aurem tuam, & ſuſcipe ver. intelle.* i. verba ad patientiã inducentia, vt de paſſione Chriſti, & huiuſmodi. 8 *Et ne feſtines in tempore obductionis.* i. clauſionis ſenſuum, quòd ſit tempore mortis. q. d. Non deſideres mortem fractus propter aduerſitatis prolixitatem.
9 *Suſtine ſuſtentationes Dei.* i. aduerſa patienter tolerando, in quibus Deus ſuſtentabit te. 1. Cor. 10. c. *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere.*
10 *Coniungere Deo.* per amorem. 11 *Et ſuſtine.* aduerſa patienter. 12 *Vt creſcat in nouiſſi.* de vita corruptibili ad æternam tranſeundo. 13 *Omne quod tibi applicitum fue.* proſperum vel aduerſum. 14 *Accip.* cum gratiarum actione.
15 *Et in do.* corporis inflicto tibi.
16 *Suſtine.* patienter ſecundum animum, exemplo Eleazari dicentis. 2. Mac. 6. g. *Tu ſcis domine, quod cum a morte poſſem liberari, graues corporis ſuſtineo dolores, ſecundum animam vero propter timorem tuum libenter hæc patior.*
17 *Et in humilitate tua.* i. deiectione corporali.
18 *Patientiam habe.* & ratio ſubditur.
19 *Quoniam in.* i. approbatur, quia purgatur & melioratur.
20 *Homines vero receptibi.* diſciplinę Dei.
21 *In camino humiliationis.* purgantur, & à Deo approbantur.

A quandiu in Aegypto erant, in fornace erāt ferrea, hoc eſt, in fornace tentationis, in fornace afflictionis, cum duris affligerentur imperijs. vnde & ſcriptū eſt, *Quia eduxi eos (Hiere. 11.) de terra Aegypti, de fornace ferrea ex Aegypto.* Fornax erat ferrea, quia nullus ad huc in Aegypto opera virtutum plena lucebant, nullius aurū illic fuerat cōprobatum, (Hiere. 11. Iob. 10.) nullus plumbum inquitatis exuſtū. Dura fornax, fornax mortis perpetuæ. Quam fornacē nullus poterat euadere, quæ omnes conſumeret, in qua ſolus dolor inſiſt, & luctus. At vero fornax (Daniel. 3.) in qua Ananias, Azarias, Miſael, hymnū Deo canebant, fornax aurea illa, non ferrea, per quam toto orbe ſapientia fide deuotionis illuxit. Erat quidem etiam (I tempore) B hæc fornax in Babylonia, vbi aurum nō erat ſpiritale, niſi forte captiuū. (Ephe. 4.) *Captiuā eum Dominus duxit captiuitatem.* Hoc erat aurū in Dei ſanctis, qui captiui erant apud Babylonis corpore, ſpiritu autem liberi apud Deū, ſoluti vinculis captiuitatis humanæ, iugo gratiæ ſpiritalis innexi. Et fortaſſe eadē fornax ferrea fragilibus eſt aurea perſeuerantibus. Oēs oportet per ignē probari, quicunque ad paradiſum redire deſiderāt.

a *Crede Deo, & recuperabit te.* Credere oportet afflictū, & dirigere greſſus operum in Dei conſpectum, & ſperare in illū. (Pſal. 36. a. Iere. 17. a.) vnde, *Reuela domino viam tuā, & ſpera in eo, & ipſe fa.* Hinc Iere. ait, *Beatus qui confidit in domino, & erit Deus fiducia eius, &c.*

b *Metuentes dominum.* *Beneplacitū eſt domino ſuper timentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſe. eius.* (Pſal. 146. b.) Qui enim veraciter metuit, patienter ſuſtinet miſerationem eius. (Iere. 17. b.) *Qui autem dereliquerint Deum, confundentur, & in terra ſcribentur.*

c *Qui timetis dominum credite illi.* Hortatur timentes dominū vt credant illi qui ad certam mercedem perueniunt. vnde, (Rom. 1. b. Matt. 9. a. Luc. 10. g.) *Iuſtus enim ex fide viuit.* vnde, *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Et alibi, *Fides tua te ſaluum fecit.*

d *Qui timetis dominum ſperate in illum.* Tria commendat timentibus Deum, Credere, ſperare, diligere. quia fide, ſpe, & charitate vere colitur Deus, & ad cōtemplationem peruenitur, quæ eſt beatitudo æterna.

C e *Reſpicite filij nationes hominū, & ſcitote: quia nullus ſperauit in domino, & confuſus eſt.* Rab. Hic quoque tria dicit, Neminem ſperantem

a mino humiliationis . Crede Deo, & recuperabit te,& dirige 1 2
viam tuam, & ſpera in illum . Serua timorem illius,& in illo 3 4
a Id eſt permane.
b veteraſce . Metuentes dominum, ſuſtinete miſericordiam e- 5 6
c ius,& non deflectatis ab illo, ne cadatis . Qui timetis domi- 7 8
d num credite illi,& non euacuabitur merces veſtra. Qui time- 9
tis dominum , ſperate in illum , & in oblectationem veniet 10
Deſiderata. Lumine ſapientiæ. 11
vobis miſericordia . Qui timetis dominum, diligite illum, & 12
e illuminabuntur corda veſtra . Reſpicite filij nationes homi- 13
num, & ſcitote , quia nullus ſperauit in domino , & confuſus 14 15
eſt . Quis enim permanſit in mandatis eius, & derelictus eſt? 16
Aut quis inuocauit illum , & deſpexit eum ? Quoniam pius,& 17 18
miſericors eſt Deus , & remittit in † dei tribulationis peccata, 19 20
f & protector eſt omnibus exquirētibus ſe in veritate. Væ du- 21
plici corde:& labiis ſceleſtis, & manibus male facientibus † & 22 23
g peccatori terram ingredienti duabus vijs. Væ diſſolutis corde 24 25
h i qui non credūt Deo, & ideo non protegentur ab eo. Væ his,qui 26 27

D rante in domino confuſum eſſe, vel permanentē in mādatis derelictum, vel inuocantem deſpectum. *Quia corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* (Ro. 10. Matt.) *Et qui facit voluntatē patris, intrabit in regnum cœlorum.* Bene autem dicit, remitte in tēpore tribulationis peccata omnibus exquirentibus Deū in veritate, quia ſacrificiū Deo ſpiritus contribu. &c. (Pſal. Pſal.) Et, Prope eſt Deus omnibus inuocantibus ſe in veritate.

f *Væ duplici corde, & la.* Admonuit, nequis duplici corde accederet ad Deum, nunc autem dicit, *Væ duplici corde, & la.* Qui enim praua cogitat, & loquitur, & prauis inſiſtit operibus, niſi pœnituerit, in æternum peribit.

E g *Duabus vijs terrā ingre.* qui facit mala, & ſperat bona, vel, qui carnis ſectatur opera, & ſpiritus ſanctificationem ſe arbitratur perficere in timore, vel, quod Dei (†D tis cor. dan.) eſt opere exhibet, & quod mundi eſt, cogitatione quærit. Tales vero inconſtantes ſunt in omnibus vijs ſuis, quia facile in aduerſis terrentur, & proſperis irretiuntur.

Greg. Quiſquis æternam patriam appetit, ſimplex procul dubio, & rectus viuit, ſimplex videlicet ope, rectus fide, ſimplex in bonis, quæ inferius pagit, rectus in ſummis, quę in intimis ſentit. (Greg. Mo. 24.) Sunt namque nonnulli qui in bonis, quę faciūt ſimplices nō ſunt, dum non in his retributionē interius, ſed exterius fauorem quęrunt. Vnde bene per quendam ſapientem dicit, *Væ peccatori terrā ingredienti duabus vijs.* Duabus vijs peccator quippe terram ingreditur, quando, & Dei eſt quod opere exhibet, & mundi quod per cogitationem quærit.

h *Diſſolutis cor. &c.* Adhuc docet errorē cauere, virtutē amare. Oportet enim ſynceram fidem ſeruare, & conſtantiā mentis habere, ſi quis deſiderat Dei protectionē. Qui enim fide dubitat, ſpe vacillat, non peruenit ad coronam vitę, quæ tantum vere timentibus promittitur, qui ſ. fructū affert in patiētia. Qui autem in iudicio, ſcilicet per apoſtaſiam vel hęreſim, à fide diſcedunt, & prauis operibus inſiſtūt, perpetuo cruciabuntur. Vnde his qui nō acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, & indignatio, &c.

i *Væ his qui perdiderunt ſuſtinentiam.* Greg. Sæpe dum præſentis vitę breuitas quaſi diu perſeueratum diligit, ab æterna (Greg. ...) ſpe

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Crede Deo. *promittenti præmium propter patientiæ exercitiū*
2 Et recuperabit te. *de tēporali afflictione ad æternā conſolationem ſed quia fides ſine operibus mortua eſt, ideo ſubditur.*
3 Et dirige viam tuam. *id eſt opera tua in Deum:*
4 Et ſpera in illum *ſecurum præmium expetendo.*
5 Serua timorem illius. *ſcilicet caſtum: qui cauet offenſam Dei.*
6 Et in illo veteraſce. *q.d. non timeas Deum tantum pro hora, ſicut illi qui audiunt tonitruum, vel vident imminere periculum, quo ceſſante recedunt à Dei timore. ideo concludit.*
7 Metuentes dominum ſuſtinete miſericordiam eius. *id eſt patienter expectate.*
8 Et non deflecta. ab il. *per impatientiam.*
9 Ne cadatis. *in gehennam.*
10 Qui timetis domi. *Poſtquam induxit ad timorem domini ex conſideratione mali, Hic conſequenter ad idē inducit ex conſideratione boni. Circa quod primo facit propoſitum, ſecundo concludit intentū, ibi,* Qui timetis dominu. *Prima in duas, quia primo facit propoſitum promittēdo, ſecundo cōminando, ibi,* Væ duplici corde. *Circa primū primo ad Dei timorem inducit ex conſideratione bonorum inde ſequentium, quæ ſunt fidei, ſpei, & charitatis augmētū. Nam timor caſtus eſt iſtis annexus, ideo creſcunt ipſo creſcente, Et quantum ad primum dicitur,* Qui timetis dominum, credite illi, & nō euacabitur merces veſtra. *q.d. conſequens eſt, vt fides in vobis magis ferueat, & non euacuabitur merces veſtra, ſed magis augmentabitur. Quantum ad ſecundum ſubdit.*
11 Qui timetis dominum, ſperate in ill. *Q. dicat: conſequens eſt vt certius expectetis præmiū. Eſt enim ſpes certa expectatio futuræ beatitudinis ex gratia, & meritis proueniens. ideo ſubditur.*
12 Et in oble. *Quantum ad tertium ſubdit.*
13 Qui timetis dominum diligite illum. *feruentius amando.*
14 Et illumi. corda ve. *clarius cognoſcendo. nam amor penetrare facit intima ipſius amati.*
15 Reſpicite. *Hic conſequenter ad propoſitum inducit exemplum, dicens,* Reſpi. fi. natio. *per aſpectum librorum ſanctorum, in quibus ſcribuntur facta patrum, vt Abraham, Iſaac, & cæterorum.*
16 Et ſci. quia nul. ſperauit in domino. *veraciter.*
17 Et confuſus eſt. finaliter. *ſed reportauit gloriam in præſenti, vt frequenter, & in futuro ſemper.*
18 Quis enim permanſit in man. eius. *ea cuſtodiendo.*
19 Et derelictus eſt. *i. priuatus auxilio diuino.*
20 Aut quis inuo. &c. *q. d. nullus. Et ſubditur ratio.*
21 Quoniam pi. & mi. de. *& patet litera.*
22 Væ du. cor. *Hic conſequenter inducit ad timorē Dei communicādo pœnā, & per conſequens boni amiſſionem carentibus Dei timore dicens,* Væ. du. *i. prætendenti bonum exterius, & habenti malū interius.*
23 Et labijs ſce. *i. contra Deum blaſphemis.*
24 Et manibus ma. *ſcilicet homicidio, rapina, & huiuſmodi. Et ſic tangitur hic triplex peccatum. ſ. cordis. oris, & operis, procedens ex defectu diuini timoris.*
25 Væ diſſolu. cor. &c. *quorum cor eſt ſolutum, & ſeparatum per infidelitatem a Deo.*
26 Et id. n. ſ. *à malo culpæ in præſenti, & a malo pœnæ in futuro*
27 Væ his qui perdi. ſuſt. *id eſt patientiæ virtutem.*

Qui

A ſpe animus frangit̃, & delectatus prçſentibus, deſperationis ſuę caligine reuerberatur. Cumque longum putat qđ ad viuendi ſibi ſpatiũ reſtat, repente vitã deſerens æterna mala inuenit, quę vitare iã nequeat. Hinc eſt enim qđ per quendam ſapientẽ dicitur. *Vę his qui perdiderunt ſuſtinentiã.* Suſtinẽtiam videlicet perdũt, qui dum diu ſe immorari viſibilib' æſtimant, ſpem inuiſibiliũ derelinquũt. Cumque mens in prçſentibus figitur, vita terminat̃, & repente ad ſupplicia improuiſa perueniunt, quæ decepti ſuis prçſumptionibus, aut nunquã ſe cõtingere aut tarde crediderunt.

a *Inſpi. cœ. &c.* Licet omni tempore inſpiciat oĩa Deus, tũc tamẽ inſpicere dicitur, cum probare vel improbare aliquid dinoſcitur.

B b *Qui timent do. non erunt incre. &c.* Alternando de amore, & dilectione Dei agit, *qa timor domini permanet in ſeculũ ſeculi, & omnis qui diligit, ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deũ.* Qui vero timet Deũ, & diligit, & credit ſcripturis, ſeruat operãdo prçcepta Dei, & ſẽper meditando quçrit quę beneplacita ſunt illi, replebitur ergo ſapientia, & charitate Dei. *Finis enim præcepti charitas, & qui diligit proximum, legem impleuit.* D

Pſal. 18 c. ... 5.a.

c *Qui ti. do. præ. &c.* Felix anima, q̃ quotidie mũdat cor ſuũ, vt ſuſcipiat habitatorẽ Deũ, cuius poſſeſſor nullo eget bono, quia omniũ bonorũ autorẽ in ſe habet. Et qa ad hoc neceſſaria eſt mãdatorũ cuſtodia, & boni operis patientia. qua peruenitur ad agnitionem veritatis, Sequitur, *Qui timent do. cuſto. man. il. &c.* Iuſtus in primis accuſator eſt ſui. Sicut. n. humilitati p̄miũ, ſic ſupbię reſtat ſupplicium. vnde Ioãnes, *Si dixerimus, quoniam peccatũ non habemus, ipſi nos ſeducimus.* Qui vere ſapiens eſt, verus iuſtitię cultor eſt, quia ſapientia dictat iuſtitiæ normam. E

1.Tim.1.a. — Prouer. 18.c. — 2.Ioh.1.c.

perdiderunt ſuſtinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas,
a & diuerterunt in vias prauas. Et quid facient cum inſpicere
cœperit dominus? qui timent dominum, non erunt incre-
b dibiles verbo illius, & qui diligunt illum, cõſeruabunt † verbum illius. Qui timent dominum, inquirent, quæ beneplacita
c ſunt ei, & qui diligunt illum, replebuntur lege ipſius. qui timent dominum, præparabunt corda ſua, & in conſpectu illius ſantificabunt animas ſuas. Qui tement dominum, cuſtodiunt mandata eius, & patientiam habebunt vſque ad inſpectionẽ illius, dicentes, Si pœnitentia nõ egrimus, incidemus in manus dñi, & non in manus hominum. Secundum enim magnitudinem ipſius, ſic, & miſericordia illius cum ipſo eſt.

[Opere — Boni operis. — Agnitionem illius.]

a Secundum altitudinem cæli a terra confirmauit dominus miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe, &c.

† viam

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Qui dere. vias rectas, &c.* Sicut. n., & declinare a malo, & facere bonum ſunt duę partes iuſtitiæ, ſic per oppoſitum deſerere bonum, & facere malum, ſunt duæ partes iniuſtitię.
2 *Et quid facient cum in.* Ideſt punire.
3 *Cœper. do.* Licet enim omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius, Heb. 4. d. tamẽ dicit̃ inſpicere peccata, quãdo punit ea.
4 *Qui timent.* Hic conſequenter concludit intentum. ſ. qđ ex timore Dei procedit multiplex bonum, di. *Qui timet dominum, non erunt incre. verbo.* ſed magis credibiles.
5 *Et qui dili. illum, &c.* quia vera fides per dilectionẽ operat̃.
6 *Qui ti. do.* nam de voluntate eius implenda ſunt ſoliciti.
7 *Et qui di. il.* quia plenitudo legis eſt dilectio. Ro. 13.
8 *Qui ti. do. præ. cor. ſua.* per munditiam interiorem.
9 *Et in con. ſan. ani. ſuas.* & non in conſpectu hominum tantum, quod eſt proprium hypocritarum.
10 *Qui ti. do.* corde retinendo, & opere adimplendo.
11 *Et pa. h. a.* in aduerſis.
12 *Vſque ad inſpe. ani. il.* Et accipitur hic anima pro voluntate diuina, q̃ tunc aſpicit patientes, quãdo eos liberando reddit gaudentes. 13 *Si pœ. non ege. de pec.* a quibus hõ nõ poteſt in prçſenti vita eẽ immunis totaliter, iuxta illud. 1. Iohan. 1. c. Si dixerimus, quia peccatum nõ habemus, ipſi nos ſeducimus.
14 *Inci. in ma. do.* ideſt in diuinã punitionem valde grauem, Heb. 10 f. *Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis.*
15 *Secun. enim ma. ipſius.* ideſt poteſtatẽ puniendi obſtinatos.
16 *Sic, & miſe. il.* pœnitentibus parcendo.
17 *Cum ipſo eſt:* nam vtraque eſt eadem cum eſſentia diuina.

## CAP. III.

a F*ilij ſa. &c.* Sequitur.
b *Iudicium pa.* Dei, ex quo oĩs paternitas in cælo, & in terra, quia ex ipſo ſunt omnia. Qui diligit ea, quæ fecit, & vt in eo maneãt quo facta ſunt, cuius iudiciũ q audierit, & præcepta eius fecerit, ſaluus erit. cuius mãdatum eſt, vt etiam patri temporali, & matri reuerentia exhibeatur. vnde, *Honora patrem tuum, &c.* vnde ſequitur. *Qui honorat pat. ſuum.* Cui Deus honorem conſtituit, non debet a filijs inhonorari, quia C Deus iudicio ſuo exquiret qualiter prçceptum ſuum ſeruetur.

✻ Rabi. Samuel. De iſtis filijs qui ſunt apoſtoli, dixit ſapiens Ieſu Sirach in libro ſuo, Audite filij chariſſimi & operamini in ſalutem, quia honorat Deus patrẽ in filijs. Et qualiter intelligi debeat honor ille, declarat De⁹ p os Malachię, *Mittet Deus Heliam q cõuertat corda patrum noſtrorum ad filios.*

Rabbi Samuel Martochian' de aduentu Meſſiæ.

c *Qui diligit.* qui, ſcilicet, mandata ſeruat, & abſtinet a peccatis, & tamen pro exceſſoribus orare non deſinit, quia ſcit miſericordem iudicem omni tempore preces exaudire. F

## CAP. III.

a Filij ſapientiæ eccleſia iuſtorum, & natio illorũ obediẽtia, & dilectio. Iudicium
b patris audite filij dilecti, & ſic facite, vt ſalui ſitis. Deus enim honorauit patrem in filijs, & iudicium matris, † exquirens
c firmauit in filios. Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & continebit ſe ab illis, & in oratio-

a Virtutes ſunt] iuſtorum. Vel typice, per virtutes ſignificat virtutum poſſeſſorem.

☞ In

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. III.

Filij ſapientiæ. *Poſtquam autor tractauit de origine virtutem, hic conſequenter agit de exercitio earum. Diuiditur in duas partes, quia primo tractat de huiuſmodi exercitio, ſecundo de ſtatibus in qbus fit hæc exercitatio. 24. ca. Prima adhuc in duas, quia primo tractat de virtutum exercitio in ordine ad proximum. ſecundo in ordine ad Deum. 14. c. Prima adhuc in tres, ſecundum quod proximus eſt ſuperior, inferior, vel æqualis, quia primo tractat de uirtutũ exercitio ad ſuperiores ſecundo ad inferiores, ibi,* Ignẽ ardentem. *tertio in ordine ad pares. 12. c. ibi,* Non agnoſcitur ami. *Parentes autẽ ſunt ſuperiores, q ſunt honorandi. ideo tractatur hic de honore parentum. Et diuiditur in duas partes. ſ. principalẽ, & incidentalem, quæ incipit ibi,* Fili in manſuetu. *Sciendum tamen, quòd ſupradictę, & ſubſequentes, vſque 44. ca. excluſiuę non ſunt ita præciſæ, quin de pertinentibus ad partes aliquas tractetur aliquid in alijs partibus, & ecõuerſo, & hoc propter cõnexionem virtutum, de quibus agitur in hoc libro. Pars autẽ præſens in duas diuiditur, quia primo probatur quod parentes ſint honorandi, ſecũdo filius excitatur ad executionem huius obſequii, ibi,* Honora pa. &c. *Qđ autem parentes ſint honorandi, primo probatur autoritate diuini præcepti Exo. 20. Inter parentes vero Deus eſt primus, ex quo omnis paternitas in cælo, & in terra nominatur. Eph. 3. c. ideo dicitur.*

1 Filij ſapien. *i. Dei, qui eſt ipſa ſapientia per eſſentiam.*
2 Eccleſia iuſto. *qui ſunt Dei filii per adoptionis gratiam:*
3 Et natio il. &c. *ſicut de homine notabiliter liberali, non ſolũ dicitur quòd ſit liberalis in concreto, ſed etiam liberalitas in abſtracto, propter quod ſubditur.*
4 Iud. pa. *ideſt decretum Dei, qui pater eſt principalis, vt dictum eſt.*
5 Audite filii. *aure corporis, & etiam mentis.*
6 Et ſic fa. vt ſal. ſi. *quia non auditores legis ſupple tantum, ſed factores iuſtificabuntur. Ro. 2. b.*
7 Deus enim. *ideſt honorari prçcepit.* 8 In filijs. *i. per filios.*
9 Et iu. ma. *i. decretum ſuum de honore matris.*
10 Exqui. firma. in filios, *quia firmiter exquirit obſeruatores ad præmiandũ, & tranſgreſſores ad puniendum. Et quia honor parentum tunc eſt meritorius vitæ æternæ, quando fit ex charitate, ideo ſubditur.*
11 Qui di. de. ex. pro pec. *prçteritis.*
12 Et continebit ſe ab illis. *cauendo a recidiuo.*
13 Et in ora. *ideſt quam facit pro adeptione vitæ æternæ, quæ per* ✻ dies

A a *In filiis.* In ſobole, vel in diſcipulis, quorũ nutrimento gaudent, qui magiſtris, vel parentib. ſuis obediunt, vel melius, ſi lios, fructũ bonorum operum accipimus. *Qui auertit aures ne audiat legem, oratio eius erit exe erabilis.* Qui vero obedit pręceptis dei, dirigetur oratio eius, ſicut incenſum. Honorare parẽtes primum mandatum eſt in promiſſione.

Prou.18.b. Pſal.140.a.

b *In opere, & ſer.* nõ in vulua, ſcilicet: vnde oſtẽditur, & ſpiritualis pater maxime dignus honore. vnde Paulus, *Per euangelium ego vos genui.* Et alibi, *qui bene præſunt preſbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in doctrina & verbo.*

1.Cor.4.d. 1.Tim.5.c.

B c *Benedictio pat. &c.* Rab. Benedixerunt patriarchæ filijs, vt Noe, Sem, Iaphet, qui poſteritati Cham maledixit. Abraham quoque Iſaac filio ſuo, & Iſaac Iacob, & Iacob duodecim patriarchis benedictionem dedit, In quibus ille præfigurabatur, q de patriarcharum ſtirpe deſcendit, qui eſt ſuper omnia benedictus in ſecula. Quomodo autem maledictio parentum ſoboli noceat, in ſemine Cham oſtenſum eſt, quod a filijs Sem, id eſt Iſraelitis de terra promiſſionis deletũ eſt. Cham, nuditatem patris irriſit, & ſemen ſuum in ſeruitutẽ perpetuã dãnauit Abſalõ quoque Dauid de regno expulit, & cõcubinas eius inceſtauit, ſed morte cõdignas pęnas luit. Eliſęi caluiciũ pueri Bethel irriſerũt, & duo vrſi de ſaltu ex eis quadraginta duos lacerauerunt. quia puerilis ſtultitia Iudæorũ in Caluariæ loco Chriſtũ crucifixum irriſit, ſed quadrageſimo ſecũdo anno poſt aſcenſionem eius duo vrſi. i. Titus, & Veſpaſianus de ſaltu gentium egreſſi, illuſores ſęuiſſime laniauerunt.

Geneſ.9.d. Ibi 25.a. Ibi 27.c. Ibid 49.a. 2.Re. 4.Reg. Matth.

C D

d *Eleemoſyna.* ſ. quæ peccatum delet. Hoſtia enim, quæ pro peccato, peccatũ vocatur. Qui autem parentibus, vel cæteris pauperib' miſeretur, iuſtitiæ præmium recipiet a peccatis abſolutus. *Beati miſericordes quoniam, &c.* Et alibi, *Fœneratur domino, qui miſeretur pauperis.* Hinc Daniel ad Nabuchodonoſor, *Conſilium meum o rex placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, et iniquitates tuas miſericordiis pauperum*, ſi forſitan ignoſcat Deus delictis tuis. Hinc dominus ait, *Date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis.*

Exod. Matt. infra 7 Matt.5 E Prou. Dan.4 Luc.11

e *Fili in manſue.* Mãſuetudo, & humilitas gratiam, ſuperbia, & furor pariũt ruinam. vnde: *Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde, &c.* Et alibi, *Qui ſe exaltat, humiliabitur, &c.*

Matth. Luc. F

a *Quanto*

ne dierum exaudietur, & ſicut qui theſaurizat, ita & qui honorificat matrem ſuam Qui honorat patrem ſuum, iocũda-

a bitur in filijs, & in die orationis ſuæ exaudietur. Qui hono-

a ¶Deo præcipienti.

rat patrem ſuum, vita viuet longiore, & qui obedit patri, re-

¶Eccleſiam.

frigerabit matrem. Qui timet dominum, honorat parẽtes,

b & quaſi dominis ſeruiet his, qui ſe genuerũt in opere, & ſer-

a ¶Spiritualem, vel carnalem.

mone, & omni patientia. † Honora patrem tuum, vt ſuper

¶In vita æterna.

ueniat tibi benedictio a deo, & benedictio illius in nouiſſi-

c mo manet. Benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio autem matris eradicat fundamenta. Ne glorieris in contumelia patris tui, non eſt enim tibi gloria, ſed confuſio. Gloria enim hominis ex honore patris ſui, & dedecus filij

a ¶Rab Filii carnales, vel diſcipuli honore, & ſolatio debent fouere parentes, vt creſcat ſic charitatis affectus. Vnde, Reddite vicem parentibus, quia hoc acceptum eſt coram deo.

pater ſine honore. Fili ſuſcipe ſenectam patris tui, & nõ cõtriſtes eum in vita illius, etſi defecerit ſenſu, veniã da, & ne

d ſpernas eum in virtute tua. Eleemoſyna enim patris nõ erit in obliuione. Nam pro peccato matris reſtituetur tibi bonum, & in iuſtitia ædificabitur tibi, †& in die tribulationis commemorabitur tui, & ſicut in ſereno glacies, ſoluent tua

a ¶Impius eſt, & infamis, qui negligit parentes.

peccata. Quam malæ famæ eſt, qui relinquit patrem, & eſt

a ¶Verbis, vel factis. b ¶Carnalem, vel ſpiritualem.

e maledictus a deo, qui exaſperat matrem. Fili in manſuetu-

## NICOLAVS DE LYRA.

dies ſignificatur, Pro.3.b. *Longitudo dierum in dextera eius.*

1 *Exaudietur.* Oratio enim ſemper eſt exaudibilis, quando eſt pia, pro ſe, & perſeuerans, ſicut eſt in propoſito.

2 *Et ſicut, qui theſau.* Hic ponitur ſecunda ratio, quæ accipitur ex parte boni ex honore parentum cõſequendi, cum dicitur. *Et ſicut, qui theſa.* aggregans ſibi pretioſa.

*Ita, & qui honorificat matrem ſuam.* ſupple cõgregat ſibi merita pretioſa.

4 *Qui honorat patrem ſuum, iocundabitur in filiis.* Nam habebit filios ſibi obedientes, & ſe honorantes, quod contingit, vt in pluribus, quoniam filij ſunt patrum imitatores.

5 *Et in die orationis ſuæ.* ideſt, factæ pro ſe.

6 *Exaudietur.* Hæc eſt enim vna de conditionibus, quæ facit orationem ſemper exaudibilem.

7 *Qui honorat patrem ſuum, vita viuet longiore.* Sic enim promittitur in præcepto dei Exo.20.b. *Honora patrem tuum, & matrem, vt ſis longæuus ſuper terram.*

8 *Et qui obedit patri, refrigerabit matrem.* i. conſolabitur eam.

9 *Qui timet dominum, honorat parentes.* ne ſit tranſgreſſor diuini præcepti.

10 *Et quaſi dominis ſeruiet his, qui ſe genuerunt in ope. et ſermone.* ideſt, veraciter, & ſine fraude.

11 *Et omni patientia.* Bonus enim filius habet patientiam, etiam ſi pater eum increpet ſine culpa.

12 *Honora patrem tuum.* Hic conſequenter inducit ad executionem honoris parentum. Et primo omni tempore generaliter. ſecundo tempore ſenectutis ſpecialiter, ibi: *Fili ſuſcipe.* Prima in duas, quia primo inducit filios ad honorem parentum. ſecundo, retrahit eos a cõtumelia eorum, ibi: *Ne glorieris.* Circa primum dicit: *Honora patrem tuum, vt ſuperueniat tibi benedictio.* id eſt, multiplicatio in bonis temporalibus, & ſpiritualibus.

13 *Et benedictio illius in nouiſſimo manet.* in conſecutione vitæ beatæ.

14 *Benedictio firmat domos filiorum.* Sicut patet de benedictione Iſaac, Geneſ.27.

15 *Maledictio autem matris eradicat fundamenta.* domorum filiorum ſibi rebellantium.

16 *Ne glorieris.* Hic cõſequenter retrahit filios a contumelia parentum, dicens: *Ne glorieris in contumelia patris tui.* Et ſubditur ratio.

17 *Non enim eſt gloria.* ſcilicet tibi.

18 *Sed confuſio.* quia pater manet quodãmodo in filio. Ex hoc enim, quòd indiuidua incorruptibilia non poſſunt permanere in ſeipſis, alio modo ſupplet deus eorum permanentiam, ſcilicet per generationem, ſecundum Philoſ.2.de Anima. ideo ſubditur.

19 *Gloria enim hominis ex honore patris ſui, & dedecus filii pater ſine honore.* Et patet ex dictis litera.

20 *Fili ſuſcipe.* Hic conſequenter excitat filios ad honorem parentum tempore ſenectutis ſpecialiter, cum dicitur: *Fili ſuſcipe ſenectam patris tui.* Tunc enim non ſolum indiget reuerẽtia filiorum, ſed etiam ſubſidio ipſorum.

21 *Et ſi defe. &c.* quia non eſt culpa ſua, ſed naturalis defectus. Et quia non ſolum filii tenentur parentibus viuis bene facere, ſed etiam defunctis, ſubditur.

22 *Eleemoſyna enim, &c.* ideſt pro anima patris data.

23 *Non erit in obliuione.* coram deo.

24 *Nam pro pec. &c.* ideſt pro eleemoſyna ad remiſſionem ſui peccati data.

25 *Reſtituetur tibi, &c.* meritorium.

26 *Et in die tribulatio.* ideſt mortis.

27 *Commemorabitur tui.* ad remiſſionem tui peccati. iõ ſubditur. 28 *Et ſicut in ſereno glacies ſoluentur tua peccata.* Et patet & in fine concludit. 29 *Quam malæ famæ eſt.* i. valde malę. 30 *Qui reliquit patrem, &c.* nam hoc eſt contra naturam. ideo merito ab omnibus diffamatur. 31 *Fili in manſue.* Hæc eſt pars incidentalis. Ex hoc enim, quòd cœpit de virtutibus tractare, & poſtea proſequitur, ponit hic vnũ, qđ eſt cõe omnium virtutum, ſ. debitum modum, de quo tractat. primo prout debet eſſe in agibilibus. ſecundo in ſpecialibus ibi, *Altiora te.* tertio in intrinſecis motib. ibi, *Cor durum.* Circa primum dicitur. *Fili in manſue.* ideſt benigno, & decenti mõ.

15 *Ma-* 1 *Ope-*

dine opera tua perfice,& ſuper hominum gloriam diligeris.
a Quāto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam, quoniam magna potentia Dei ſolius, & ab humilibus honoratur. Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed, quæ præcipit Deus tibi, illa ſemper cogita, & in pluribus eius operibus ne fueris curioſus. Non eſt enim tibi neceſſarium ea, quæ abſcondita ſunt, videre o-
b culis tuis. In ſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non eris curioſus. Plurima enim ſuper ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi. Multos enim ſup-
(Hæreticorum.)
plantauit ſuſpicio eorum, & in vanitate detinuit ſenſus illo-
c rum. Cor durū habebit male in nouiſſimo, & qui amat † pe-
(a ¶ Quia in vacuum laborat.)
d riculum, in illo peribit. Cor ingrediens duas vias, non habe-
(a Requiem. b Permiſcens vera falſis, & econuerſo. ſanam enim doctrinam non ſuſtinent, ſed ſecundum ſua deſideria coaceruant ſibi magiſtros.)
bit ſucceſſus, & † prauicors in illis ſcandalizabitur. Cor ne-
(a Sarcina peccatorum.)
quam grauabitur in doloribus, & peccator adijciet ad pec-
(Hæreticorum. Germen.)
candum. Synagogæ ſuperborū non erit ſanitas, frutex enim
(a De terra viuentium.)
peccati eradicabitur in illis, & nō intelligetur. Cor ſapientis
(a Probabitur apud Deum. b Etiam in prudentia doctrinæ. c Auditores boni.)
intelligetur in ſapientia, & auris bona audiet cum omni cō-
(In lege Dei.)
cupiſcentia ſapientiam. Sapiens cor, & intelligibile abſtine-
(a Quibus ſe exercet. b Quoniam magna portio eſt eleemoſyna, de qua ſubditur. Ignem ardentem exting. a.&c.)
bit ſe à peccatis, & in operib. iuſtitię ſucceſſus habebit. Ignē

a *Quanto magnus es,&c.* Docuit ſuperius manſuetudinē morū & humilitatē operū, nunc docet cordis puritatem, ne humana ratio diſcuriat incaute, quæ nō poteſt cōprehendere. vnde Eccleſiaſtes, Ne temere quid loquaris neque cor tuū ſit velox ad proferēdum ſermonem tuum corā Deo, &c. Hinc Paulus ait, Non plus ſapere, quam oportet ſapere, &c. Sufficit homini ea pie cogitare, & opere implere, quæ præcepit Deus. (A) (Ecle.5.a.) (Ro.12.a.)

✻ Auguſtin. Cum perpetuæ continentiæ profeſſores ſe coniugatis comparātes, ſecundum ſcripturas compererint eos infra eſſe, & opere, & mercede, & voto, & præmio, ſtatim veniat in mētem quod ſcriptum eſt, *Quanto magnus es, tanto humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.* Menſura humilitatis cuique ex mēſura ipſius magnitudinis data eſt, cui eſt periculoſa ſuperbia, quę amplius amplioribus inſidiatur. (Aug. De ſan. virgini. ca.21.) (B)

b *In ſuperuacuis rebus,&c.* id eſt, ne ſcruteris ſuperuacuè, quæ ratiocinando non potes cognoſcere. vnde Eccleſiaſtes. *Quid neceſſe eſt homini maiora ſe quærere,&c.* Sobrius intellectus in omnibus optimus eſt, qui reficit animam, nec grauat mentem. vñ, *Mel inuenisti, comede quod ſufficit tibi, ne forte ſatiatus euomas illud, & periures nomen Dei tui.* Hęretici duobus modis fiūt, ſcilicet, vel de creatore, vel de creatura vltra modum diſputantes in errores incidunt, & à veritate recedunt. (C) (D)

c *Cor durum habebit male in nouiſſimo.* Quia *ſecundum duritiam tuam theſaurizas tibi iram in die iudicij.* (Roma.2.a.)

d *Cor ingred.* Quod non curat, nec ſtudet vitare, & quod ea diligit, quæ ducunt ad interitum, vt hæreſes & prophanæ nouitates. vnde ſequitur. *Cor ingrediens duas vias, non habebit ſucceſſus,&c.*

e *Ignem ardentem exting. aqua, & eleemoſyna,&c.* ✻ Ambroſius Dicit ſcriptura diuina, *Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatū.* Magna plane, & cunctis ambienda ſententia, quæ hominibus iam mortuis, & peccatorum ſuorum incendio arefactis rediuiuum quoddam beneficium pollicetur, & interueniente Eleemoſyna, ſicut aqua in termortuis, ſuccus refrigerium areſcentibus infundatur, hoc eſt, vt miſeri homines, qui in mortem peccatis aruerant, ad vitam Eleemoſynis reuiuiſcant, ſitque illis miſericordia fons ſalutis quibus auaritia fuerat mortis incendium, vt flammas quas ſibi peccando incenderant, largien- (Ambroſ ſermo.30.de eleemoſyn.) († placulum) (E) (F)

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Opera tua perfice. *nam opera bona de genere frequenter deturpantur ex indecenti modo.*
2 Et ſuper hominum glo. *communium.*
3 Diligeris. *quia pauci ſunt reſpectiuè, qui bona opera habeant, & bonū modum. Stultorū enim infinitus eſt numerus,* Eccleſ.j.d. *Et quia ad debitum modum habendum valde facit humilitas, ſubditur.*
4 Quanto magnus es. *in poteſtate, ſcientia, & virtute.*
5 Humilia te in omnib. *Greg.humil.31. Tanto eſſe humilior atque ad ſeruiendum Deo promptior quiſque debet eſſe ex munere, quanto obligatiorem ſe eſſe conſpicit in reddenda ratione.*
6 Et corā Deo inue.gra. *Gratitudo enim de beneficio iam accepto reddit hominem idoneum ad aliud accipiendum.*
7 Quoniam magna potentia Dei ſolius. *propter quod poteſt ſemper dare gratis amplius.*
8 Et ab humilibus ho. *ideo Dei dona eis multiplicantur.*
9 Altiora te. *Hic conſequenter inducit ad debitū modū in ſpeculabilib⁹ dicens.* Altiora te ne quæſie.&c. *ſicut ſūt diuinitatis ſecreta.*
10 Sed, quę præce. tibi Deus, &c. *qa ſunt ad ſalutem neceſſaria. Vnde legitur in vita patrum: quòd quidā ſanctus perſbyter nomine Copres interrogatus de Melchiſedech qs fuiſſet, cum de hoc cœpiſſet cogitare, percuſſit os ſuum dicens, Væ tibi Copres, quia, quæ tibi mandauit Deus vt faceres, dereliquiſti, & quæ a te nō requirit, illa ſcrutari præſumis, ideo ſubditur.*
11 Et in pluribus eius operibus ne fueris curioſus. *Nam in talibus eſt magis vanitas, quam vtilita. Cetera patent ex dictis vſque ibi.*
12 Plurima enim ſuper ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi. *Oſtenſa ſunt tibi illa ſcilicet, quæ ſanctis prophetis ſunt reuelata ad ſalutem hominum, quibus eſt humiliter, & firmiter aſſentiendum.*
13 Multos enim ſupplantauit ſuſpicio eorū. *quia præſumentes de ſuo ingenio, ſuſpicantur ad quæcunque ardua cognoſcenda ſe poſſe pertingere.*
14 Et in uanitate detinuit ſenſus illorum. *nam per hoc in errores, & hæreſes ceciderunt.*
15 Cor durum. *Hic conſequenter inducit ad debitū modū in intrinſecis motibus. Circa quod primo malitiam reprobat, ſecundo bonitatem commendat, ibi:* Cor ſapientis. *Circa primū dicit:* Cor durum. *quod reſiſtit inſtinctui diuino ad bonū, ſicut in corporalibus dicitur durum, quod non cedit tangenti. 3. Meteororum.*
16 Habebit male in nouiſſi. *Nam ſicut dicit Augu. in ſermone de innocentibus. Hac enim animaduerſione percutitur peccator: vt moriens obliuiſcatur ſui, qui dum viueret oblitus eſt Dei.*
17 Et qui amat periculum. *id eſt, occaſiones peccatorum.*
18 In illo peribit. *ſicut auiculæ volitans circa laqueum.*
19 Cor ingre. duabus vi. *id eſt, habens notitiam boni in intellectu, & malitiam in affectu.*
20 Non habebis ſucceſſus. *proſperos, ſcilicet, ſed aduerſos.*
21 Et prauicors. *id eſt, habens prauum cor.*
22 In illis ſcandaliza. *Grauius eſt enim ſcandalum de caſu hominis literati, quam ſimplicis.*
23 Cor ne. *id eſt, iniquum.*
24 Grauabitur in doloribus. *inferni.*
25 Et peccator, &c. *id eſt, talis dū viuit de malo in peius procedit. Et ſicut eſt de ſingulari perſona, ſic, & de congregatione mala: propter quod ſequitur:*
26 Synagogæ ſu. nō erit ſa. *ſpiritualis, quæ conſiſti in bona diſpoſitione morum, ſicut ſanitas corporis in bona diſpoſitione humorum.*
27 Frutex enim pecca. *id eſt, omnis excuſatio pallians peccatum.*
28 Eradicabitur in illis. *nam omnia nuda ſunt Dei oculis.*
29 Et non intellige. *ſcilicet a peccatoribus, qui nolunt diuina iudicia cogitare.*
30 Cor ſapientis. *Hic conſequenter bonitatem oppoſitam commendat.* Cor ſapientis intelligetur. *id eſt, cognoſcetur.*
31 In ſapientia. *id eſt, in verbis, & operibus ſapientiæ, per quem cognoſcitur habitus latens in mente. Cætera patent.*
32 Ignem ardentā. *Poſtquam autor tractauit de exercitio virtutū erga ſuperiores, & interpoſuit vnum, quod eſt commune omniū virtutum, hic conſequenter agit de virtutū exercitio erga inferiores, & primo erga inferiores in ſubſtantia, ſecundo erga inferiores in ſapientia, ſequen. cap.* Sapientia filijs ſuis. *tertio erga inferiores in potentia. 7. ca. Inferiores in ſubſtantia ſunt pauperes, erga quos virtuoſe agitur, cū eis per eleemoſynam ſubuenitur. ideo primo eleemoſynæ virtutē oſtendit,* (Diuiſio.)

giendo reſtringant, atque vtiliore commertio qui pecuniã
A quondam dederat vt adulterium perpetraret, nunc pecuniã
eroget vt adulter eſſe iam deſinat, & emat ſibi quodã modo
innocentiã, qui ſibi emerat aliquãdo peccatum. Dicit enim
Lucæ 11. dominus ad diſcipulos ſuos, *Date eleemoſynã, & ecce omnia mun
da ſunt vobis.* Quamuis ergo, pollutus, quamuis multis criminibus circunſeptus, ſi eleemoſynas feceris, innocens eſ ſe cœpiſti. Abſtergit enim eleemoſyna quod auaritia polluebat, & maculã quam res alienas diripiendo contraxeras, tuas erogando purificas: vide ergo quæ ſit miſericordiæ gratia, D quæ vna, & ſola virtus cunctorum eſt redemptio peccatorũ. videamus namq; interpretationem ipſius diuinæ ſentẽtiæ, vt intellegamus cui rei eleemoſina cõparetur. Ait.n. *Sicut aqua extinguit ignem ita eleemoſina extinguit delictu*, Aqua ergo miſericordiæ cõparatur, ſed aquã inuenio de fonte procedere, ne ceſſe mihi eſt miſericordię fontẽ quærere. Inuenio plane fontẽ miſericordię, fons de quo dicit Pſal. propheta, *Quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.*

a Sicut aqua extinguit ignem, ſic eleemoſyna per charitatem fuſa obruit flammam peccati. Vnde, Cum facis eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua.

ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis, & 1
2
a ¶ Cui placet.
Deus proſpector eſt eius qui reddit gratiam. Meminit in po- 3
Scilicet mortis. a Præmium æternæ vitæ. 4
ſterum, & in tempore caſus ſui inueniet firmamentum. 5

## NICOLAVS DE LYRA.

*dit. ſecundo ad faciendũ eam inducit, in principio ſequen. ca. Circa primum dicit,* Ignem ardentem extinguit aqua. *ex proprietate ſua.*

1 Et eleemoſyna reſiſtit peccatis *pœnam pro eis debitam auertendo. propter quod Daniel dicebat regi Nabuchodonoſor Dan. 4. c.*
B *Peccata tua eleemoſynis redime, &c.*

2 Et Deus proſpe. eſt eius, qui reddit gratiam. *de bonis a Deo ſibi collatis, eleemoſynam faciens eius membris.*

3 Memi. *augmentando eius bonum.*

4 Et in. *id eſt ſuæ mortis.*

5 Inueniet firma. *quia ſicut Auguſti. dicit: Sola miſericordia comes eſt defunctorum.* E

## CAP. IIII.

Lucæ 11. f. a *Fili eleemoſynam pauperis, &c.* Quantum eleemoſyna valet, oſtendit Deus dicens, *Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis.* Illis quoq; qui a dextris eius erunt, dicet, Venite benedicti patris mei, percipite regnum. &c. *Eſuriui.n. & dediſtis*
Matt. 25. c. *manducare, &c.* Multæ autem ſunt differentiæ eleemoſynarum. Non ſolum autem qui dat indigenti neceſſaria, ſed & qui dat veniam peccati eleemoſynã facit, & qui ex corde corripit verbis, vel factis.

b *Cor inopis, &c.* Non eſt eleemoſyna differenda, cum aſſit tribuendi facultas. vnde, *Ne dicas amico*
Prou. 3. d. *tuo, vade, & reuertere cum cito poſſis dare.* Et alibi, *Qui deſpicit pro-*
Ibidem. 14. c. *ximum, peccat: qui miſeretur pauperis, beatus erit.* Eleemoſyna autem facienda eſt, non ex neceſſitate. *Hilarem*
2. Cor. 9. b. *enim datorem diligit Deus.*
Mar. 12. d. Et alibi, *Vidua paupercula plus omnibus miſit in gazophylaciũ*, quia non quantitatẽ muneris penſat Deus, ſed deuotionẽ cordis.

c *Ab ino. ne auer. &c.* Non per iram exaſperãdus eſt pauper,
Iacobi. 1. c. ſed blanda locutione placandus. *Ira enim viri iuſtitiã Dei non o-*
Prou. 21. b. *peratur.* Et, *Qui obturat aurẽ ad clamorẽ pauperis, clamabit, & non*
Ibidem. *exaudiet dominus.* Qui enim poteſt tribuere debet, quia munus abſconditũ, extinguit iras, & donũ in ſinu indignationẽ
C maximam. Qui autẽ non poteſt, ſermo bonus eſt ei ſuper datum optimum. *Qui autẽ habuerit ſubſtantiã mundi: & viderit fra-* 1. Io.
*trem ſuũ neceſſe habentẽ, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quo modo charitas Dei manet in eo?* Fides enim ſi non habeat opera, mortua Iaco.
eſt. Nõ ergo diligamus lingua, & verbo, ſed opere, & veritate,

d *Congregationi pauperum.* In his commẽdatur manſuetudo, & humilitas, quia manſuetudo neminẽ ſpernit, humilitas ſe omnibus ſubijcit. Decet autem Chriſtianum æqualibus, & inferioribus affabilem eſſe & mitem, ſenioribus humilem. vnde, *Domine non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei.*

e *Declina pauperi ſine triſtitia, &c.* ✻ Ambro. Non de tuo largiris pauperi, ſed de Ambroſ.
ſuo reddis. Quod enim commune eſt in omnium vſum datũ, tu ſolus vſurpas? Omnium eſt terra, non diuitum, ſed pauciores qui non vtuntur ſuo, quàm qui vtuntur. Debitum igitur reddis, nõ largiris indebitũ. Ideoque tibi dicit ſcriptura. *Declina pauperi aurem tuam, & redde debitũ tuum, & reſponde pacifica in manſuetudine.*

f *Libera eum qui iniu. pa.* Sicut largitionem in pauperes eleemoſynam eſſe dixit, ſic liberationem iniquè oppreſſi miſericordiam eſſe oſtendit. vnde, *Erue illos qui ducuntur ad mortem.* F

## CAP. IIII.

a FIli eleemoſynã pauperis ne defraudes, 1
& oculos tuos ne † tranſuertas a paupe 2
re. Animam eſuriẽtem ne deſpexeris, 3 4
& non exaſperes pauperem in inopia
b ſua. Cor inopis ne afflixeris, & non pro 5
trahas datum anguſtianti. Rogationẽ
cõtribulati ne abiicias, & nõ auertas
c faciem tuam ab egeno. Ab inope ne auertes oculos tuos
propter iram, & non relinquas quærentibus tibi retro male
dicere. Maledicẽtis enim tibi ĩ amaritudine animę, exaudie 6
d tur precatio illius, exaudiet autẽ eũ qui fecit illum Congre- 7
gationi pauperũ affabilem te facito, & presbytero humilia 8
e animã tuam, & magnato humilia caput tuum. Declina pau
a Cum manſuetudine. b Conſolatio temporalis, quam qui dare negligit, debitum tollit.
peri ſine triſtitia aurem tuam, & redde debitum tuũ, & re-
f ſponde pacifica in manſuetudine. Libera eum qui iniuriã pa 9

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. IIII.

Diuiſio. FIli eleemoſynam. *Hic conſequenter inducit ad eleemoſynam faciendam. Et primo perſonæ ſingulari, ſecundo communitati, ibi,* Cõgregationi pauperum. *Circa primum dicit.*

1 Fili eleemoſynã pauperis ne defraudes. *tibi retinendo quod eſt tibi commiſſum pauperibus erogare, vel de tuo denegans in caſu neceſſitatis, in quo pauperi debetur.*

2 Et oculos tuos ne tranſuertas à paup. *Vt ſi non potes exhibere manum, ſaltem exhibeas animum, & benignum aſpectum.*

3 Animam eſu. ne deſpe. &c. *Nã afflicto non eſt danda afflictio, ſed conſolatio. Cætera patent vſque ibi.*

4 Ab ino. ne auer. ocu. tu. pro. iram. *i. ſi de præterito te turbauerit, non dimittas propter hoc ſibi benefacere.*

5 Et non relin. quærẽtibus. ma. *i. non des occaſionem pauperi per tuam duritiam, vt maledicat occulte tibi.* Et *ſubditur cauſa.*

6 Maledicen. enim tibi in ama. *Sed contra hoc videtur, quod non ſit exaudibilis, quia maledicere peccatum eſt. Dicendum, quod maledicere non accipitur hic pro imprecationem mali culpæ, quæ ſemp eſt peccatũ, nec pro imprecatione mali pœnę abſolute, ſed pro imprecatione mali pœnæ, vt vexatio det intellectum ei cui imprecatur, & ſic ex ſua afflictione ad compatiendum alijs moueatur.*

7 Congre. pau. &c. *Hic conſequenter monet eleemoſynã facere cõmunitati, dicẽs.* Congrega pau. affa. te. fa. *alloquẽdo dulciter: & donum ſi potes conferendo, Et tunc erit duplex eleemoſina. ſ. verbi, & facti, & tanto melior quãto communior cæteris paribus, quia bonũ quanto communius, tanto diuinius, ex. j. Ethicorum.*

8 Et presbyt. humi. ani. tu. &c. *ſeni exhibe reuerẽtiam debitã, & non dimittas propter eius pauperiem. Liber. n. iſte primo fuit tranſlatus in Græcum, & poſt in latinum. Presbyter autẽ Grece idẽ eſt quod ſenex Latine. Vnde. j. de Anima vbi tranſlatio noſtra habet, Si ſenex haberet oculum iuuenis, videret vtique, vt iuuenis. Antiqua tranſlatio habet, Si presbyter haberet oculum iuuenis, videret vtique, &c.*

9 Libe. eum, &c, *In hoc enim eſt pauper.*

a *In indi.* Nullam eleemoſynę ſpeciem promittit: pauperibus parentibuſq; pupillos adiūgit, & viduas, vt illis opem feramus. Si cut enim pupillo paternus dandus eſt affectus, ita & viduæ viri ſolatium.

b *Et qui vigila. Beatus homo qui audit me, & vigilat ante fores meas quo tidie, & obſeruat ad poſtes oſtij mei.* Per fores autē & poſtes, ſcripturas, & eorum doctores intelligit.

c *Qu. ſe. &c.* Qui diligit eum, qui genuit diliget eū qui natus eſt ex Deo, & quem diligit pater, diligit filius. vnde: Qui diligit me, diligetur a patre meo, & eum diligā. Sed quia probatio dilectionis exhibitio eſt operis, ſequitur: Qui audit illam, &c.

*Qu. di. Cb. man. ei. ſeruat, & iudicab. gentes.* vnde: *Cum ſederit filius hom. in ſed. maieſt. ſuæ, ſed. et vos ſu. ſe. iud. duo. trib. Iſrael. Ti.*

f tate tua. Non pecces in multitudine ciuitatis, nec immittas in 16 17

E

pria iuſtitia, aut ſcientia ſuperbire, vnde. *Non eſt homo ſuper terram, qui faciat bonum, & non peccet,* Et alibi. *Vidiſti hominem ſapientem ſibi videri, & magis illo ſpem habet ſtultus.* Ecc. 7. c. Prou. 26.
e *Noli quære. fie.* Debet quiſque proprias virtutes perpendere, & pro quantitate virium curam aliorum ſuſcipere, ne dū delectatur loco gloriæ, fiat ſubditis auctor ruinæ, & qui grauatur pondere ſuarum velit fieri iudex alienarum culparum. F
f *Non pec. in mul.* Qui rōne pollet, & liberi arbitrij poteſtate præ-

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VII.

Noli face. mala & non te ap. Superius dictum eſt de debito vſu ſubſtantię ſiue diuitiarum & ſapientiæ, hic conſequenter agitur de debito vſu potentiæ, qui quidem vſus frequenter impeditur per malitiam ipſius habentis potētiam, ideo primo remouetur hoc impedimentum, ſecūdo acceditur ad propoſitum, ibi. *Noli quærere.* Circa primum dicitur.
1 *Noli facere mala.* contra Deum. *Et non te apprehendent.* per pęnam infligendam tibi ſecundum iudicium diuinum.
2 *Diſcede ab iniquo, &c.* Contra proximum cui debes æquitatem ſeruare.
3 *Et deficient mala abs te.* ſ. mala culpæ & gehennæ.
4 *Fili non ſemines mala in ſulcis iniu.* i. non des exemplum male agendi hominibus ad hoc pronis, ſicut ſulcus paratus eſt ad receptionem ſeminis.
5 *Et non metes, &c.* in pęna tibi inferenda.
6 *In ſeptuplum.* i. multipliciter, nam quot hominib. eſt aliquis cauſa culpæ, tot pęnis eſt puniendus ſecūdū ordinē iuſtitiæ.
7 *Noli quærere.* Hic conſequenter acceditur ad propoſitum. Circa quod primo docetur debitus potentiæ vſus in regimine ſubditorum, ſecundo in diſtributione bonorum ſuorū in principio. 12. c. Prima in duas, quia primo docet vſum potētiæ in pſidendo. ſecundo in iudicando. 10. c. Prima adhuc, in duas. ſ. in partem principalem, & incidentalem, quæ incipit ibi. *Noli diſcedere a muliere ſenſata.* Circa primum notandum, quod virtutes in excellentiori gradu debent eſſe in principib. Eccleſiaſticis & temporalibus quam in ſubiectis. Sunt. n. vtrique vicarij Dei a quo eſt omnis poteſtas in regimine populi, propter quod Philoſoph. 7. Ethicorum, virtutes in excellentiori gradu vocat heroicas & diuinas. Præſumptuoſum eſt autē, quod aliquis ſe reputet ſic eſſe virtuoſum, propter quod vitioſum eſt appetere abſolute, vel quærere principatum. Suſcipere tamen in caſu neceſſitatis licitum eſt & bonum, ſcilicet, quando imponitur canonice pro communi vtilitate, vnde dicit Aug. Otium ſanctum quærit charitas, negotium iuſtum ſuſcipit neceſsitas charitatis, quam ſarcinam ſi nullus imponit, contemplandæ veritati vacandum eſt. Si autem imponitur, ſuſtinenda eſt, propter charitatis neceſsitatem. Et ideo auctor huius libri ambitionem principatus primo reprimit, ſecundo ſuſceptū dirigit, ibi. *Noli quærere.* Circa primum dicitur. *Noli quærere ab homine ducatum.* i. quod fias dux aliorum in ſpiritualibus vel temporalibus ratione dicta. Diuiſi.
8 *Neque a rege cathedram ho.* i. poteſtatem alios iudicandi.
9 *Non te iuſtifices ante Deum.* i. non ſtudeas ad hoc, quod homines te iuſtum credant coram Deo, ſicut faciunt hypocritæ, vt aſcendant ad maiora.
10 *Quon. agnit. cord. ipſe eſt.* & ſic videt talē fictionē & puniet.
11 *Et penes regem.* Nō dicit velle eſſe ſapiens, quia hoc ſemper bonum eſt, ſed velle videri tantum. Cum. n. ex hoc aliquis indignus promouetur ad maiorē ſtatū, apparet eius ſtultitiæ effectus, qui prius erat incognitus. Sicut ſimia quando ſurſū aſcendit turpitudinem ſuam plus oſtendit.
12 *Noli quærere fieri.* Hic conſequenter in principatu debite ſuſcepto dirigit. Et primo in cauendis, ſecundo in agendis, ibi. *Memen. iræ.* Prima in tres, quia primo dirigit in cauēdis reſpectu populi, ſecundo reſpectu ſui, ibi. *Noli eſſe puſil.* tertio reſpectu vtrorumque ibi. *Non irrid.* Circa primum dicitur. *Nol. quæ. fie.* i. recipere poteſtatem iudicandi. Diuiſi.
13 *Niſi valeas.* i. eas punire ſecundum ordinem iuſtitiæ.
14 *Ne fort. extimeſ. fac. po.* Propter hoc dimittendo ordinem iuris.
15 *Et ponas ſcan. in agilitate tua.* i. ſcandalizes populum ex tua leuitate & inconſtantia.
16 *Non pecces in multitudine ciuitat.* agendo iniuſte propter fauorem multitudinis.
17 *Nequ. te. immitas in populum.* ei conſentiendo in malo, ſicut Pilatus volens ſatisfacere populo dimiſit Barrabam, & Ieſū tradidit crucifigendum, Marc. 15. b.

No-

preualet, ſubditorũ inſolentia non peccet. ſed cõſtanter reſi
A ſtat alienę nequitię, nec ſe patet impune peccare, ſi pluimorum acquieſcit voluntati. Reatu. vnde. *Non ſolum autem qui ea* Rom. 12. *faciunt, ſed qui conſentiunt facienti.*

a In populi voluntatem. b Vt & pecces & peccantibus conſentias.

populum, neque alliges duplicia peccata, nec enim eris in v- 1

a Puſillanimitas fugienda eſt, ex qua naſcitur triſtitia ſeculi quæ mortem operatur. Falſum autem non contriſtabit quicquid acciderit ei. 2

no immunis. Noli eſſe puſillanimis in † animo tuo. Exorare & 3

a Cum benefeceritis dicite, quia ſerui inutiles ſumus.

facere eleemoſynam ne deſpicias. Ne dicas: In multitudine
munerum reſpiciet Deus, & offerente me Deo altiſſimo mu-

a Cum ceciderit inimicus tuus ne gaudeas, & in ruina animæ eius ne exaltetur cor tuum, ne forte videat dominus.

nera mea ſuſcipiet. Nõ irrideas hominẽ in amaritudine ani- 4

a Os quod mentitur occidit animam, & quanto ſæpius, tanto grauius, primum autem capitaleque mendacium eſt in doctrina religionis & hæretici figmenti.

a mæ: eſt enim qui humiliat & exaltat circũſpector Deus. Noli 5
amare mendaciũ aduerſus fratrem tuũ, neque in amicũ ſimi- 6
b liter facias. Noli velle mentiri omne mendaciũ, aſſiduitas e- 7
c nim illius non eſt bona. Noli verboſus eſſe in multitudine 8

a Quaſi: Sic pœnitere, ſic confitere peccatum vt non ſit iterandum. 9

d pſbyterorũ, & non iteres verbũ in tua oratione. Non oderis 10

a Laborate & otium fugere laudabile eſt. vnde; Cum ſilentio operantes panem ſuum manducent. 11

laborioſa opera, & ruſticationẽ ab altiſſimo creatam. Non te 12

a Inquietorum inobedientium, quorum ſocietas periculoſa. b Futuræ vindictæ. 13

reputes in multitudine indiſciplinatorũ. Memẽto iræ quo- 14

a Sicut initium omnis peccati ſuperbia, ita initium omnis ſapientiæ timor domini: Beatus enim homo qui ſemper eſt pauidus. Et, Qui ſe humiliat, exaltabitur

e niam non tardabit. Humilia valde ſpiritum tuum, quoniam 15
16

a *Noli ama.* Oẽ mendacium malũ, & proximis inferre ſcandalum pernicioſũ eſt. Multo magis ergo amico fraudẽ moliri crimẽ imponere, quo nã teſtis mendax peribit. vnde in Prouerbijs. *Sicut noxius, qui mittit ſagittas in mortẽ, ſic qui fraudulenter nocet amico.* († corde Prou. 26. c.)

b *Noli velle mendacium.* * Aug. Quod alio loco ſcriptũ eſt, *Noli velle mentiri omne mendaciũ.* non ad hoc volũt valere, vt nullo mendacio quiſquam mẽtiatur. Itaque cum alius dixerit ex iſto ſcripturę teſtimonio vſque adeo generali- (Aug. de mendacio ad Conſent. cap. 16.)
B ter omne mẽdacium eſſe deteſtandum, vt etiamſi mentiri quis velit, etiamſi non mentiatur, iam voluntas ipſa damnanda ſit, atque ad hoc interpretetur, quod nõ dictum eſt. Noli mentiri omne mendaciũ, ſed. *Noli velle mentiri omne mendacium.* vt nõ ſolum mẽtiri, ſed nec velle mẽtiri quiſq; audeat vllo mẽdacio. Dicit alius, imo qđ ait. *Noli velle mentiri omne mendaciũ.* de ore cordis exterminandum atq; alienandum eſſe mendacium voluit, vt a qbuſdã mẽdacijs ore corporis abſtinẽdum ſit, ſicut illa ſunt maxime quę pertinẽt ad doctrinam religionis, a quibuſdam vero non ſit ore corporis abſtinendum, ſi maioris mali euitandi cauſa exigit, ore autẽ cordis ab omni mendacio penitus abſtinere debeamus. Vbi oportet intelligi quod dictũ eſt. *Non velle.* Volũtas quippe ipſa quaſi os cordis accipitur, vt nõ pertineat ad os cordis, cum malus malũ cauentes mentimur inuiti. Eſt & tertius intellectus, quo ſic accipias. *Noli omne* vt exceptis aliquib. mendacijs mẽtiri te ſinat. Tãquam ſi diceret. *Noli velle credere omni homini.* non vtiq; vt nulli crederet̃ moneret, ſed vt nõ omnib. aliquib. autẽ crederetur, & id quod ſe (Aug. ibidem. ca. 16.)
C quitur. *Aſſiduitas enim eius nõ proficiet ad bonum.* ita ſonat, quaſi non a mendacio ſed ab aſſiduo mendacio. i. a conſuetudine D atq; amore mentiendi prohiberi videatur. Quo profecto delabitur, quiſquis vel oĩ mendacio putauerit abutendum, ita .n. nec illud cauebit, quod ſit in doctrina pietatis & religionis (quo ſceleratius quid inuenias, non inter omnia mẽdacia ſed inter omnia peccata?) vel alicui mendacio, quamuis facili quamuis innoxio nutũ voluntatis accommodauerit, vt non inuitus euadendi maioris mali cauſa, ſed volens libenſque mentiatur. Ita cũ tria ſint quæ in hac ſentẽtia intelligi poſſint, aut omne mẽdaciũ non ſolum mẽtiri noli, ſed nec velle mentiri, aut noli velle, ſed vel inuitus mẽtire, cum fugiendum eſt aliquid grauius, aut noli omne, vt exceptis, aliquibus mendacijs cætera permittantur, vnum hic pro his, quibus mentiri E nunquam placet, duo pro illis, qui aliquando putent eſſe mentiendum, inueniuntur. Sed tamen quod ſequitur, *Aſſidui. enim eius non proficiet ad bonum*, neſcio vtrũ poſſit primæ harum ſententiæ ſuffragari, niſi forte ita vt perfectorum præceptum ſit, omnino nunquam non ſolum mẽtiri ſed nec velle mentiri, aſſiduitas vero mentiendi nec proficientibus permittatur.

c *Noli verboſus.* Quaſi. Noli ſenſum tuum docere, audi ſapiẽtiã ſeniorum. Tutius eſt enim audire, quam loqui. vnde. *Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram.*

d *Non oderis labori. & c.* Peccanti homini ſciẽtia data eſt, vt labore manuum quęrat ſibi victum, vnde. In ſudore vultus tui veſceris pane, &c.

e *Quoniam vindi. ca.* quia caro peccatorũ quę luxuria defluit, igne inferni & vermib. cruciabitur, vbi vermis non morit̃, & ignis nõ extinguitur, in verme putredo gehẽnę, in igne ardor ſignatur. Vel vermis, eſt ſera ſcelerũ penitentia, quæ intormentis cõſcientiã peccatorũ mordere, nõ ceſſat, vt ignis F ſic

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Neque alliges duplicia peccata.* ſcilicet, tuum peccatum cum peccato populi.

2 *Nec enim in vno eris immun.* ſ. a pęna, ſed pro vtroque punieris, quia iudex tenetur in talibus factum populi impedire.

3 *Noli eſſe puſillanimis in animo tuo.* Hic conſequenter dirigit potentẽ reſpectu propriæ pſonæ dicens: *Noli eſſe puſillanimis in animo tuo.* quaſi dicat: Nõ ſis tã ſolicitus de populi regimine, quod negligas ſalutem animę tuę facere per orationes & opera miſericordiæ, veruntamẽ quia hæc non ſufficiunt, niſi a peccatis caueatur, ideo ſubditur. Ne dicas in multitudine munerum meorum reſpiciet Deus, intantum quod nõ puniet peccata mea. nam hoc eſt falſum ſecundum Greg. Nam qui eſcam vel veſtimentum pauperi largitur, & tamẽ animæ vel corporis iniquitate polluitur, hic quæ ſua sũt, dat Deo, & ſeipſum diabolo.

4 *Non irrideas ho.* Hic conſequenter dirigit potentem reſpectu vtrorumque. ſ. ſui & populi. dicẽs. *Non irrideas hominem in amaritudine animæ.* Et ſubditur cauſa.

5 *Eſt enim qui humiliat & exaltat circumſpector Deus.* nam Deus qui videt omnia, cito poteſt humiliare deriſorem, & erigere lugentem.

6 *Noli amare mendacium aduerſus fratrem tuum, neque in.* hoc eſt mendacium pernicioſum quod eſt peſſimum. Et quia nullũ mendacium poteſt bene ſine peccato fieri ſubditur.

7 *Noli velle menti. omne mendac.* etiam iocoſum & officioſum. *Aſſi-*

8 *Aſſiduitas enim illius non eſt bona.* imo mala, tum quia de ſe vitioſa, tum quia ad pernicioſum mendacium inductiua.

9 *Noli verboſus eſſe in multitudine preſbyterorum.* i. ſeniorum vel etiam preſbyterorum proprie dictorum, nam inter tales debent minores tacere, & ſapientiam eorum audire.

10 *Et non iteres verbum in oratione tua.* Hic oratio poteſt dupliciter accipi. Vno modo pro petitione, vel interrogatione a ſapientibus, quæ ſic intelligibiliter & præciſe debet proponi, quod eam non oporteat iterari. Alio modo pro petitione a Deo, quæ non debet fieri multiloquio, credẽdo quod per hoc exaudiatur, ideo dicit ſaluator. Matth 6.b. *Orantes nolite multum loqui, ſicut Ethinici faciunt, putant enim quod in multiloquio ſuo exaudiantur.*

11 *Non oderis laborioſa opera, & ruſticationem ab altiſſimo creatam.* contemnẽdo vinitores & agricolas & huiuſmodi. Nam eorum laboribus alij ſuſtentantur, quãtumcunque magni.

12 *Non te rep. in multitudine indiſciplinato.* ſequendo ſocietatẽ & mores eorum.

13 *Memento iræ.* Hic conſequenter inſtruit potentem in agendis dicens. *Memento iræ.* Ideſt, vindictæ diuinæ.

14 *Quoni. non tar.* imo frequẽter repẽte venit. Et hęc conſideratio potẽtẽ dirigit in agendis. Et quia potẽtia frequẽter eſt occaſio ſuperbiæ, quæ eſt principiũ omnis peccati, ſubdit̃.

15 *Humilia valde.* ſicut dicitur ſupra tertio c. Quanto magnus es, humilia te in omnibus.

16 *Quoniam vindi. car. imp.* qui p̃ ſuperbia crudelitatẽ exercet. *Ignis*

a vindicta carnis impii ignis & vermis. Noli p̄uaricari in ami-
cum † pecuniam † differentem, neque fratrem chariſſimum

a ¶ Coniugium docet eſſe ſeruandum, quod Deus coniunxit homo non ſeparet, Allegorice vero a ſocietate eccleſiæ prohibet diſcedere, & pactum baptiſmatis violare. & mercedem ſubiungit. Gratia enim vere. il.

auro ſpreueris. No[a]li diſcedere a muliere ſenſata & bona,
b quam ſortitus es in timore † domini, gratia enim vere-
c cundiæ illius ſuper aurum. Non lædas ſeruum in veritate

a ¶ Quaſi, Modeſtiam & æquitatem circa ſubditos conſerua. vnde Paulus. Domini quod iuſtum eſt, & æquum, ſeruis præſtate. Et in Deuteronomio mercenariis dictum eſt. Eadem die reddas ei pretium laboris ſuiante ſolis occaſum

ope[a]rantem, neque mercenarium † dantem animam ſuam.

a ¶ Intelligens, beneuolus.

Seruus ſenſatu[a]s ſit tibi dilectus, quaſi anima tua, non de-

a ¶ Bene operandi.

d fraudes illum liberta[a]te, neque inopem derelinquas illum.

a ¶ Simplices qui ſicut pecus, per omnia ſeruiunt.

Peco[a]ra tibi ſunt, attende illis, & ſi ſunt vtilia, perſeuerent
e apud te. Filii tibi ſunt, erudi illos, & † curua illos a pueritia
eorum. † Filiæ tibi ſunt, ſerua corpus illarum, & non oſten-

a ¶ Matrimonio ne laſciuiet. b ¶ Scilicet vtile in domo tua.

das hilarem faciem tuam ad illas. Tra[a]de filiam, & grande[b]

a ¶ Prudenti, ſtrenuo, qui bene ſeruet eam.

f opus feceris, & ho[b]mini ſenſato da illam. Mulier ſi eſt tibi ſe-

† pecunia † differenti † Dei † donantem † cura

ſit pœna extrinſecus ſæuiens, vermis autem dolor interius
A accuſans.

* Auguſt. Potuit breuius dici, *Vindicta impii*. Cur ergo dictū eſt, *Carnis impii*, niſi quia vtrumque, ideſt, & ignis & vermis, pęna erit carnis. Aut ſi vindictā carnis propterea dicere voluit, quia hoc in homine vindicabitur, quod ſecundū carnē vixerit (propter hoc enim veniet & in mortē ſecūdam, quam ſignificauit Apoſtolus dicens, *Si enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini*) eligat quiſq; quod placet, aut ignem tribuere corpori, animo vermē: hoc proprie, illud tropicè, aut vtrumq; proprie corpori. Iam enim ſatis ſuperius diſputa-
B ui poſſe animalia etiā in ignibus viuere in vſtione ſine conſumptione, in dolore ſine morte, per miraculum omnipotētiſſimi creatoris, cui hoc poſſibile eſſe qui negat a quo ſit quicquid in naturis omnibus miratur, ignorat. Ipſe enim eſt Deus, qui omnia in hoc mundo magna & parua miracula quæ commemorauimus, etiam incomparabiliter plura quæ non commemorauimus fecit, eademque ipſo mundo vno atque omnium maximo miraculo incluſit. Eligat ergo vnum de duobus quiſque quod placet, vtrū & vermem ad corpus proprie, an ad animū tranſlato a corporalib. ad incorporalia vocabulo exiſtimet pertinere. Quid autem horum verum ſit, res ipſa expeditius indicabit, quando erit ſcientia tanta ſanctorum, vt eis cognoſcendarum illarum pœnarum neceſſaria non ſit experientia, ſed ea quæ tunc erit plena atq; perfecta, ad hoc quoque ſciendū ſciētia ſola ſufficiat. *Nunc enim ex parte ſcimus, donec veniat quod perfectum eſt*: dum tamen nullo modo illa corpora talia futura eſſe credamus, vt nullis ab igne afficiantur doloribus.
C a *Noli præuaricari in amicum pecuniā.* Multi perierūt pro auaritia & cupiditate terrenorū, proximum ad imaginem Dei D ſanctū negligentes. docet ergo ſapiētia, vt magis diligamus proximū, quam pecuniæ theſaurū. Radix enim oīum malorum eſt cupiditas. vnde: *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt*. Et alibi: *Qui propter amicum negligit damnum, iuſtus eſt, & qui odit munera, viuet*.

b *Gratia enim verecūdiæ.* Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quę præparauit Deus diligentibus ſe. Pōt per hanc mulierē ſapientia intelligi, quæ alibi pretioſa margarita dicit, quā ſpiritualis negotiator inueniens vendit omnia, & emit eam. vnde Eccleſ. *Viue vitam cum muliere* E *quam dilexiſti*: quaſi ſapientiam ſequere, & ſcientiam ſcripturarum, & quaſi coniugem tibi copula.

c *Non lædas ſeruum in veritate operantem.* Qualiter ſerui nutriēdi ſunt, apertè monſtratur affectu, ſcilicet filiorum pro iure naturæ, & diſciplinandi pro mentis inſtabilitate. vnde in ſequentibus. *Cibaria & virga & onus aſino, panis & diſciplina & opus ſeruo*.

d *Inopem derelinquas illum.* Oppreſſum violentia ſeruitutis. *Siue enim ſerui, ſiue liberi omnes in Chriſto vnum ſumus*.

e *Filiæ tibi ſunt ſerua corpus illarum, & non oſtendas hilarem.* Sicut bonos ſeruos affectu filiorum habendos, ſic ancillas quaſi filias habendas eſſe docet, ſed cū diſciplina vnde: *Lacta filium, & pauētem te faciet: Lude cū eo, & contriſtabit te. Non arrideas illi ne doleas, & in nouiſſimo obſtupeſcant dentes tui*.

f *Mulier ſi eſt tibi.* Coniugalem commendat pudicitiam, remouens omnem deteſtabilem copulam.

Myſticè aūt admonet, vt catholicā fidem in vera religione, quam primum poſt baptiſmi perceptionē ſortiti ſumus, firmiter tenentes, hæreticorum perfidiam abiciamus.

Dilige F

(Margin: ge ciuit. i, 21. c. 9. — Rom. 8. — Iſa. vlt. b. — 1. Cor. 13. — 1. Tim 6. b. — 1 Iohan 2. b. — Prou. 12. d. — 1 Cor. 2. b. — Mat. 13. f. — Infra 33. d. — 1. Cor. 12. b. — Tob. 4. a. — Infra 30. b. — Myſticè.)

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Ignis & vermis.* ſcilicet gehennę & vermis conſcientiæ. Eſa. vlt. g. Vermis eorum non morietur, & ignis eorū non extinguetur. Et quoniā homo creſcens in potentia frequenter obliuiſcitur amicorum priſtinorum. Ideo ſubditur.

2 *Noli præuaricari in amicum pecuniam differentem.* i. noli rūpere amicitiā eius priſtinam, ſi differat tibi reddere pecuniā commodatā, nam amicitia multo pretioſior eſt quàm pecunia. 8. Ethic. Maius vero bonum nō eſt contemnendum pro minori, ſed magis econuerſo.

3 *Neque fratrem chariſſimum auro ſpreueris.* ideſt, propter aurum, quia melior eſt tibi quàm quodcunque aurum.

4 *Noli diſcedere.* Hæc eſt pars incidentalis, in qua ponuntur tria incidentia. ſecundum ibi: *Honora patrem.* tertium. 8. ca. Primum vero incidēs eſt. Ex hoc enim, quod dictum eſt de vſu potentiæ in populi regimine, occaſionaliter hic tractatur de vſu potentię in regimine proprię domus & familię. Et primo quantum ad vxorem, cum dicitur: *Noli diſcedere.* animo vel loco. (Diuiſio.)

5 *A muliere ſenſata.* in regimine familiæ.

6 *Et bona.* ideſt, caſta & honeſta. 7 *Quam ſortitus es in timore domini.* ideſt, ad procurandam ex ea prolem, in timore Dei & eius cultu nutriendam. 8 *Gratia enim verecundiæ illius ſuper aurum.* Pretioſiſſimum enim ornamentum eſt in fronte mulieris verecundia. Vnde per oppoſitum dicitur Iere. 3. b. de muliere inuerecunda. Frōs mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. ſecundo quantum ad familiam ſeruientem, cum dicitur. 9 *Non lædas ſeruum in veritate operantem.* cum econtrario ſit magis nutriendus.

10 *Neque mercennarium dantem animam ſuam.* ideſt, exponentem vitam ſuam in ſeruitio tuo.

11 *Seruus ſenſatus ſit tibi dilectus.* Patet litera.

12 *Non defraudes illum libertate.* poſt debitum ſeruitium ſibi concedenda. (Diuiſio.)

13 *Neque inopem derelinquas illum.* emittendo vacuum, præcipitur enim Leuit. 15. quòd ſeruus libertati dimiſſus nō recedat a domino ſuo vacuus.

14 *Pecora tibi ſunt.* nam eorum nutritio multum valet ad ſuſtentationem domus & familiæ, niſi ſint ſterilia vel morbida, & tunc ſe debet dominus de ipſis expedire. Tertio quantum ad prolem, cum dicitur.

15 *Filij tibi ſunt, erudi illos.* quia pater tenetur filiis prouidere de nutrimento & documento.

16 *Et curua. illos.* ſub diſciplina.

17 *A pueritia eorum.* ſicut ramus tener de facili curuatur, non autem poſtquam induratur & fortificatur.

18 *Filiæ tibi ſunt, ſerua corpus illarum.* vt non diſcurrant euagando, & ſic corrumpantur, ſicut Dina filia Iacob, Gen. 34.

19 *Et non oſtendas hilarem faciem tuam ad illas.* ne ex tali blandimento inſoleſcant.

20 *Trade filiam.* Scilicet nuptui.

21 *Et grande opus feceris.* nam per hoc de cuſtodia eius eris expeditus.

22 *Et homini ſenſato da illam.* Vnde dicit Themiſtocles: Malo filiæ meæ virum qui egeat pecunia, quam pecuniam quę viro egeat. Vltimo reuertitur ad vxorem a qua inceperat, dicens.

23 *Mulier ſi eſt tibi ſecundum animam tuam.* ideſt, voluntatem rationabilem. (Tob. 4. a.)

Ne-

a *Dilige eum qui te fecit & miniſtros eius*. Timorem Dei & amorem ſe habere oſtendit, qui honorat & timet miniſtros eius. Vnde: Qui vos recipit, me recipit, qui autem vos ſpernit, me ſpernit. *Dignus eſt operarius cibo ſuo*. Qui enim in ſacrario operantur, de ſacrario edunt, qui altario ſeruiunt, de altario participant. Quamuis oblatio parua ſit, humili mente & pura dilectione facta multorum delictorum negligentias purgat, quia charitas operit multitudinem peccatorum. b *Datum brachiorum*. Superius pro his quæ offeruntur

A — † Sup.3.b. — Matt.10.d. — Ibidem.b. — † dati, doni — 1.Cor.9.b — B

cundum animam tuam, non proiicias illam, & odibili non credas 1

a ¶ Hoc mandatum primum eſt in repromiſſione domini, verum patrem fide & opere debemus honorare. 2

b ¶ Eccleſiæ quæ nos multo gemitu & dolore parit.

te in toto corde tuo. † Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ 3 4

a ¶ Chriſtianos.

ne obliuiſcaris. Memento, quoniam niſi per illos natus non fuiſſes: 5

a & retribue illis, quomodo & illi tibi. In tota anima tua time Deum,

& ſacerdotes illius ſanctifica. In omni virtute tua dilige eum qui te 6

fecit, & miniſtros eius non derelinquas. Honora Deum ex tota ani- 7 8

a ¶ Eleemoſynam ſcilicet retribuendo de labore manuum miniſtrio Dei.

ma tua, & honorifica ſacerdotes, & † propurga te cum brachiis. Da 9 10

a ¶ in lege. b ¶ Quia ſacerdotes portant peccata populi & orant pro eis.

illis partem, ſicut mandatum eſt tibi, primitiarum & purgationis, 11 12

a ¶ De iuſtis ſcilicet laboribus.

b & de negligentia tua purga te cum paucis. Datum brachiorum tuo- 13 14

rum, & ſacrificium ſanctificationis offeres domino, & initia ſan- 15

a ¶ Peccatorum. 16

ctorum, & pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitia- 17

tio & benedictio tua. Gratia † datus in conſpectu omnis viuentis, 18

a ¶ Rogatione. 19

c & mortuo non prohibeas gratiam. Non deſis plorantibus in con- 20 21

ſolatione, & cum lugentibus ambula. Non te pigeat viſitare infir- 22

a ¶ Vt ſupradicta plenius & attentius impleas. 23

mum, ex his enim in dilectione firmaberis. In omnibus operi- 24

a ¶ Ad mortem. vnde. Omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat.

bus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. 25

tur miniſtris Dei, puniſit peccatorum purgationem, nunc autem per eleemoſynis veniam & benedictionis gratiam, quia ſicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna ex. pecca. c *Et mortuo*. Ad eleemoſynam pertinet ſepultura mortuorum, multo magis ergo conſolatio viuorum. Vnde Paulus docet gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Probatio dilectionis exhibitio eſt operis. vnde: *Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?*

D — † pur. — Rom. — 1.Io. — E

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Non proiicias illam*. aliqua occaſione turbatus contra illam.

2 *Et odibili non credas te in toto corde tuo*. reuelando ei ſecretum cordis tui, ſicut Samſon Dalilę per quod fuit excęcatus, Iudicum. 16.

3 *Honora patrem tuum*. Hic ponitur ſecundum incidens, ex hoc enim quod aliquis creſcit in potentia, poſſet credere, quod non teneretur parentes honorare qui ſunt inferioris gradus, quod eſt falſum. Nam talis honor eſt de iure naturali & diuino. ideo primo inducit ad honorandum patrem carnalem, dicens: *Honora patrem tuum*. non ſolum reuerentiam exhibendo, ſed etiam ſi indigeat neceſſaria miniſtrando.

4 *Et gemitus matris tuæ ne obliuiſcaris*. quos ſuſtinuit in tui parturitione. Cętera patent.

Diuiſio. 5 *In tota anima tua time Deum, & ſacerdotes illius ſanctifica. In omni virtute tua*. Hic poſtea inducit ad honorandum patrem ſpiritualem & principalem qui eſt Deus, & primo in ſe & ſuis vicariis, ſecundo in ſuis membris, ibi. *Et pauperi*. Circa primum dicit:

6 *Honora Deum ex tota anima tua*. nam diligendus eſt ſuper ſe & ſuper omnia.

7 *Et honorifica ſacerdotes*. eius locum tenentes.

8 *Cum brachiis*. ideſt, per oblationes tuo labore acquiſitas.

9 *Da illis partem, ſicut mandatum eſt tibi* in Leuitico.

10 *Primitiarum*. quæ ſacerdotibus debebantur.

11 *Et purgationis*. ideſt, decimæ quæ debebantur Leuitis.

12 *Et de negligentia tua purga te cum paucis*. quia defectus proprius non eſt reuelandus multis.

13 *Datum brachiorum tuorum*. ideſt, tuo labore acquiſitum.

14 *Et ſacrificium ſanctificationis*. ideſt, hoſtiam pacificam.

15 *Offeres domino*. ad impetrandam eius gratiam.

16 *Initia ſanctorum*. ideſt, ſanctificationes hominum, ſcilicet ſunt hæc, ſcilicet primitiæ, decimæ, & cætera quæ dicta ſunt.

17 *Et pauperi*. Hic inducit ad honorandum Deum in membris ſuis indigentibus, di. *Et pauperi porrige manum tuam*. dando ſibi eleemoſynam.

18 *Vt perficiatur*. ideſt, remiſſio peccatorum tuorum, & collatio beneficiorum, quæ frequenter in ſcriptura benedictio nominatur.

19 *Gratia datur*. ideſt, dabitur.

20 *In conſpectu omnis viuentis*. ſ. in iudicio generali, tunc. n. pro pietatis operib. dicetur. *Venite benedicti patris mei, &c.* Sequitur. *Eſuriui, & dediſtis mihi manduca. &c.* Mat. 25. c.

21 *Et mortuo non prohibeas gratiam*. ſed magis ſepeli corpus, & ora pro anima eius. Cætera patent vſque ibi.

22 *Ex his enim*. ſcilicet & proximi.

23 *Firmaberis*. & patet. Vltimo ponit directiuum vitę humanæ dicens.

24 *In omnibus operibus tuis*. ideſt, mortem, ſicut nauta ſedet in vltima parte nauis, vt dirigat eam, ideo ſubditur.

25 *Et in æternum*. ideſt, nunquam peccabis, ſicut Iohan. 13. a. dixit Petrus. Non lauabis mihi pedes in æternum, ideſt, nunquam lauabis.

CAP. VIII.

*Non litiges cum homine potente*. Superbo, Vnde. *Non te ſocies ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis*: quia inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt, ſeruum autem domini non oportet litigare. b *Locuplete*. quia auaritiæ ęſtibus anhelat. Inde enim oriuntur inuidię, contentiones, & huiuſmodi. *Radix enim omnium malorum eſt cupiditas.*

Prou.13.b. — C — Prou.26.a. — F — 1.Tim.

## CAP. VIII.

a NOn litiges cum homine potente, ne forte incidas 1 2

a ¶ Vel homine.

b in manus illius. Non contendas cum viro locu- 3 4

plete, ne forte econtra conſtituat litem tibi. Mul- 5 6

tos enim perdidit aurum & argentum, & vſque ad cor regum 7 8

Non

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. VIII.

NOn litiges. *Hic ponitur tertium incidens: Ad hoc enim datur poteſtas ſuperioribus, vt conſeruent pacem communem. Et quia ſupra dictum eſt de vſu potentiæ, hic occaſione huius agitur de pacis conſeruatione. Et diuiditur in duas partes, nam primo remouetur impedimentum pacis proueniens ex temeritate propria, ſecundo ex aliena, ibi:* Cum audace. *Circa primum ſciendum; quod contentio directe pacem impedit, propterea eam remouens dicit.* Non litiges. *in iurgio vel iudicio.*

Diuiſio.

3 Cum homine potente. *ideſt, eccleſiaſtico vel ſeculari iudice.* Ne forte incidas in manus illius. *i ſub iudicio eius, & ſic poterit te amplius grauare.*

4 Non contendas cum viro locuplete. *diuite, & dicitur locuples quaſi habens loculos plures vel plenos.*

5 Ne forte contra te conſtituat. *ideſt, moueat.*

6 Litem tibi. *imponendo tibi crimen furti vel aliquid huiuſmodi, a quo propter eius pecuniam non poſſis defendi, ideo ſubditur.*

7 Multos enim perdidit. *ideſt, concupiſcentia auri & argenti.*

8 Et vſque ad cor regum extendit. *ſupple ſe iſta concupiſcentia, & per conſequens ad iudices inferiores.*

Et

a Ad iniquitatem. b Cum indiſcreto contendere ſtultum eſt.
A extendit & conuertit. Non litiges cum ho- 1 2
a Hæretico de quo. Sub lingua eius labor & dolor. Et alibi. Hæreticum poſt vnam & ſecundam correct. deuit. b Furoris incendiæ.
mine linguato, & non ſtruas in ignem illius 3 4
a Materiam incendij.
ligna. Non communices homini indocto, ne 5 6
a ¶ Chriſtiana ſcilicet & catholica.
male de progenie tua loquatur. Ne deſpicias 7
¶ Pœnitentem.
hominem auertentem ſe a peccato, neque im-
a Si forte labitur. b Neſcis quid pariat tibi ventura dies. Qui ſtat videat ne cadat.
properes ei. Memento quoniam omnes in cor- 8
a Vniuerſa vanitas & afflictio ſpiritus.
ruptione ſumus. Ne ſpernas hominem in ſua 9
a Omnia orta occidunt, aucta ſeneſcunt, infirmantur fortia, magna minuuntur.
ſenectute. etenim ex nobis ſeneſcunt. Noli 10
a Diligite inimicos veſtros.
de mortuo inimico tuo gaudere, † ſciens quo- 11
a Inimicorum. b Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris.
niam omnes morimur, & in gaudium † no- 12
B lumus venire. Ne deſpicias narrationem pres- 13 14
a Doctorum.
byterorum ſapientium, & in prouerbiis eo- 15
rum conuerſare. Ab ipſis enim diſces ſapien- 16 17
a Spiritualis.
tiam, & doctrinam intellectus, & † ſeruire 18
a Prælatis. b Iniuriæ.
magnatis ſine querela. Non te prætereat nar- 19
ratio ſeniorum, ipſi enim didicerunt a † pa-
a Vt ſis paratus ſatisfacere omni petenti rationem.
tribus ſuis. Quoniam ab ipſis diſces intelle-
ctum, & in tempore neceſſitatis dabis reſpon-
a Aſpere corrigendo.
ſum. Non incendas carbo- 20
nes peccatorum arguens eos,
a Ad iram vel furorem. ¶ Si te ſcilicet exaſperauerint.
& ne incedaris flamma ignis 21
peccatorum illorum. Ne 22
a Hæretici.
contra faciem ſtes contumeliosi,
a Vt inueniat radicem verbi.
C lioſi, ne ſedeat quaſi inſidia 23

a Non incendas carbones. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis.
* Ambroſius Si nobis aliquid obijciatur, dum nos purgare volumus, acerba-

a Verbis tuis.
24 tori tuo. Noli fœnerari ho-
25 a Superbo, ideſt, hæretico.
26 mini fortiori te, quod ſi fœ-
a Minuit ſubſtantiam qui peruerſo communicat.
nerauerís, quaſi perditum ha
a Votum domino.
27 be. Non ſpondeas ſuper vir-
28 a Cum votum voueris domino Deo tuo, non tardabis reddere.
29 tutem tuam, quod ſi ſpoponderis, quaſi reſtituens cogita.
a Chriſtum qui conſtitutus eſt a Deo iudex viuorum & mortuorum.
30 Non iudices contra iudicem,
quoniam ſecundum quod iu
a Hæretico.
31 ſtum eſt, iudicat. Cum auda-
a Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorũ, &c.
32 ce non eas in via, ne forte gra
uet mala ſua in te. Ipſe enim,
¶ Non Dei.
ſecundum voluntatem ſuam
vadit, & ſimul cum ſtultitia il
a Blaſphemo ſcilicet Iudæo, hæretico.

bamus, dum vlciſci cupimus, cõfitemur cum dicat ſcriptura vt auertat dedecoris ſermonẽ & auferas veſtimentũ tuũ. Præterit enim iniurioſus. Taceamus ergo vt prætereat, ne veſtimentum noſtrum prouocatus exurat. Scriptum eſt enim, *Noli incendere carbones peccatoris, ne forte exuraris in igne flammæ eius.* D
b *Noli fœnerari homini.* Bibe aquam de ciſterna tua, & fluenta putei tui habeto ſolus.
c *Non iudices contra iudicẽ.* Quaſi eſto ſubiectus præpoſitis & iudicibus, qui ſecundum Deum iudicãt. E

Prou. 27. † dignum. Prou. 5. c. 1. Pet. 2. c.

CAP.

33 lius peries. Cum iracundo non facias rixam, cum
34 a Secretum ſolitudinis.
35 audace non eas in deſertum, quoniam quaſi ni-
36 a Corporalis vel ſpiritualis, vnde Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.
hil eſt ante illum ſanguis, & vbi non eſt adiuto-
a Detractoribus veritatis.
37 rium, elidet te. Cum fatuis cõſilium non habeas,
a Non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixeris, quæ verſantur in corde eius.
38 non enim poterunt diligere, niſi quæ eis placet.
a Quaſi. Ne diſputes de diuinis ſacramentis. vnde. Nolite ſanctum dare canibus, &c. b Alieno a fide.
39 Coram extraneo ne facias cõſilium, neſcis enim
a Ideſt, qualiter verbum Dei accipiat. b Exponit quod ſuperius obſcure dixit.
quid † pariet. Non omni homini cor tuum ma- † pater.
a Dum ſubmiſerit vocem ſuam, ne credas ei, quoniam ſeptem ſunt nequitiæ in corde eius.
40 niſeſtes, ne forte inferat tibi gratiam falſam, &
41 conuitietur tibi. F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et conuertit. *ſcilicet iudicium a veritate in falſitatem, & ſic multi innocentes condemnati ſunt in rebus & in corporibus per pecuniã diuitum.* 2 Non litiges. *i. rixoſo.* 3 Et non ſtruas. *ideſt, apponas.* 4 In ignem illius ligna. *ideſt, materiam incendendi furorem per tuam contentionem. Et quia non ſolum linguati, ſed etiã ſtulti ſolent male loqui, ſubditur.* 5 Non cõmunices homini indocto. *cum eo familiaritatem contrahendo.* 6 Ne male. *ſicut Sichimitæ de Abimelech, Iudic. 9.* 7 Ne deſpicias. *Secundũ pacis turbatiuũ, eſt contemptus, et potiſſimè ſine cauſa, ideo primo retrahit a contemptu perſonæ. ſecundo, doctrinæ, ibi:* Ne deſpicias. *Circa primum dicitur:* Ne deſpicias hominem auertentem ſe a peccato. *eum hypocritam vel papelardum vocando, ſicut faciunt multi.*
8 Memento qm̃ omnes in corrup. *i. ad corruptionem tendimus, eo quòd ex elementis contrariis compoſiti ſumus, ideo ſubditur.*
9 Ne ſper. hom. in ſua ſe. *in qua appropinquat morti.* 10 Etenim ex nobis ſen. *Ideſt, ex iuuenibus quales ſumus: propter quod ipſos magis reuereri debemus. Et quoniam contemptus irrationabilis habet communiter gaudium indecens annexum ex parte contemnentis, ſubditur:* Noli de mortuo inimico tuo gaude. *Et ſubditur cauſa.*
11 Sciens qm̃ omnes morimur. *quia nihil morte certius.* 12 Et in gaudium. *ſcilicet inimicorum noſtrorum.* 13 Nolumus venire. *Nolumus enim, ꝙ gaudeant de noſtra morte, nec per conſequẽs debemus de morte eorũ gaudere.* 14 Ne deſpicias. *Hic conſequenter retrahit a contemptu doctrinæ dicens:* Ne deſpicias nar. preſbytero. ſapientiũ. *i. legem Dei ſcientium.* 15 Et in prouerbijs illorum. *ideſt, notabilibus verbis ipſorum.* 16 Conuerſare. *audiendo & retinendo. Et ſubditur cauſa.* 17 Ab ip. e. di. ſa. & do. in. *ad ſeruiendũ Deo & ẽt principibus, iõ ſubditur.* 18 Et ſer. ma. *Et quia non ſolum audiendi ſunt preſbyteri, ſed ẽt ſenes in quib. eſt ſapientia ex longi tpis experientia, ideo ſubditur.* 19 Non te præ. nar. ſeni. *& patet litera.* 20 Non incen. carbones. *Tertiũ pacis turbatiuum, eſt indiſcretio, propter quod retrahit primo a verbis indiſcretis dicens:* Non incendas. *ſ. quando ſunt obſtinati, vel in paſſione poſiti, quia tunc non meliorantur, ſed deteriorantur. Hoc tamẽ eſt intelligendum de correctione fraterna, quæ ordinatur ad emendationẽ correcti, ſed non de correctione iudiciaria, quæ ordinatur ad bonũ multitudinis. Multitudo vero melioratur per aſperam increpationem & punitionem paſſionati & obſtinati quæ terrentur alij.* 21 Ne incendaris flã. ignis pec. il. *qui correctionẽ tuam non ferentes prouocabũt te ad ira, iõ ſubditur.* 22 Ne con. f. ſtes. con. *i. ad conuitia proni.* 23 Ne ſede. qua. inſi. &c. *vt rapiat inde, vt poſſit te ad iram prouocare. Secundo retrahit ab indiſcretis factis, dicens.* 24 Noli fœ. *i. cõmodare.* 25 Homini forti. te. *ſequẽti impetũ fortitudinis ſuæ, ideo ſubditur.* 26 Quod ſi fe. quaſi per ha. *quia non poteris per violentiam recuperare.* 27 Non ſpon. *i. promittas Deo vel homini.* 28 Sup. virtutẽ tuã. *Hæc eſt .n. indiſcreta promiſſio.* 29 Quod ſi ſpoponde. quaſi reſti. cog. *quia teneris facere tuum poſſe.*
30 Non iu. contra iu. *impugnando eius ſententiam iuſtam, hoc eſt enim impugnare Deum, cuius locum tenet iudex iudicando iuſte.*
31 Cũ audace. *Poſtquam retraxit ab his quæ pacẽ turbant, & hoc principaliter ex temeritate propria, hic cõſequẽter retrahit ab his quæ eam turbant, et hoc principalius ex temeritate aliena. & primo ex parte iraſcibilis. ſecundo rationalis, ibi:* Cũ fatuis. *tertio concupiſcibilis, cap. ſeq. Circa primum dicit:* Cũ auda. *i. ceruicoſo ex impetu iræ mete.* Diuiſio
32 Non eas in via, &c. *& patet litera.* 33 Cum iracundo no. fa. rixã. *nam ex verbis procedunt ad verbera.* 34 Et cũ au. *qui ſequitur impetum iræ.* 35 Non eas in de. *i. extra ſocietatẽ hominum.* 36 Qm̃ qua. nihil. *ideſt effuſio ſanguinis innocentis.* 37 Cum fa. con. *Hic conſequenter retrahit ab his quæ pacem turbant ex defectu rationis in alio dicẽs:* Cũ fa. cõ. nõ hab. *Et ſubditur cauſa.* 38 Non e. *ſ. fa. tua. Qualis eſt .n. vnuſquiſque, talis finis ſibi videtur. 2. Ethi. nec per conſequens conſulent niſi fatua.* 39 Coram ex. ne fa. con. *Neſcis .n. quid pariet. q. d. forſitan conſilium tuum aduerſario aperiet. Iõ ſubdit.* Nõ omni homini cor tuũ ma. *ſed ſolũ amico vero & probato.* 40 Ne forte inferat tibi gra. falſa. n. *i. amicitiã fictam, vt ſciat defectum tuum latentem.* 41 Et conuitietur tibi. *coram alijs in palam ad maiorem tui confuſionem.* Philoſoph.

## CAP. IX.

a Attendite a falſis prophetis, qui veniunt ad vos. b Falſos fratres, qui pacem ſimulant, & dolos parant, & doctrinam prauam.
NOn zeles mulierem ſinus tui, ne oſtendat ſuper te mali- 1 2
tiam doctrinæ nequam. Non des mulieri poteſtatem ani- 3
mæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris. Ne reſpicias 4 5
Deceptiones.
mulierem multiuolam, ne forte incidas in laqueos illius. Cum ſalta- 6 7
trice ne aſſiduus ſis, nec audias illam, ne forte pereas in efficacia il- 8
lius. Virginem ne conſpicias, ne forte ſcandalizeris in decore illius. 9
a Hereticis ſchiſmaticis.
Ne des fornicariis animam tuam in vllo, ne perdas te, & animã tuam, 10 11
a Cæleſtem.
& hæreditatem tuam. Noli circumſpicere in vicis ciuitatis, nec ober- 12 13
a ¶ Lata & ſpatioſa eſt via, quæ ducit ad mortem b ¶ Hæreticorum ſynagoga. c ¶ Ornatu verborum.
raueris in plateis illius. Auerte faciem tuam a muliere compta, & ne 14 15
Vel illius. a ¶ Decorem eloquentiæ.
circumſpicias ſpeciem alienã. Propter ſpeciem mulieris multi perie- 16
a ¶ Illiciti amoris vel gehennæ b ¶ Peruerſa doctrina.
runt, & ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit. Omnis mulier 17 18
a ¶ Rectæ doctrinæ. b ¶ Vnde Si ſal euanuerit, ad nihilum valet, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus, c ¶ Multi admirantes eloquentiam hęreticorum in doctrinam, ſeducti ſunt,
quæ eſt fornicaria, quaſi ſtercus in via conculcabitur. Speciẽ mulie- 19
ris alienæ multi admirati, reprobi facti ſunt, colloquium enim illius
a ¶ In cordibus auditorum. b Moretis.
quaſi ignis exardeſcit. Cum aliena muliere ne ſedeas omnino, nec
a Idem, ne torpeas a bono opere. b ¶ Ideſt, non diſputes cum illa in lege Dei. Vinum enim gratiam ſcripturæ ſignificat.
accumbas cum ea ſuper cubitum, & non alterceris cum illa in vino, 20
a Morte vel peccato. 21
ne forte declinet cor tuum in illam, & ſanguine tuo labaris in per- 22
ditionem. Ne derelinquas amicum antiquum, nouus enim non erit 23
Animi cuſtos. Ille enim cuſtodit animam fratris, qui cum eo tractat de cauſa æternæ vitæ. 24
ſimilis illi. Vinum nouum, amicus nouus. Veteraſcet, & cum ſuauita- 25
a ¶ Qui ſe exaltat, humiliabitur. b ¶ Nolite theſaurizare vobis theſaurum in terra. 26
te bibes illud. Non zeles gloriam & opes peccatoris, non enim ſcis, 27 28
a ¶ Qualis & quanta. b ¶ Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam.
quæ futura ſit illius ſubuerſio. Non placeat tibi iniuria iniuſtorum, 29
a Deo vel hominibus. c Quaſi. Ne per incuriam incidas in periculum mortis. 30
ſciens quoniam vſque ad inferos non placebit impius. Longe † ab- 31 32

A CAP. IX.

a NOn zeles mulierem in ſinu tuo, ne oſtendat ſuper te. H ſtorice. Docet pudicitiã: Allegorice. Allegorice, contra hæreticam prouidentiã. Qui enim libidinẽ fugit, non committit ſe mulieri, & qui catholicam fidem cuſtodit, nõ conſentit hęreticæ prauitati.

B b *Mulierem multiuolã ne forte incidas.* Hęreticorũ ſynagogam, quæ per diuerſos errores volitat.

c *Saltatrice ne aſſiduus ſis.* Hęreticorũ turba, quæ per diuerſos errores diſsilit, vt quem eloquẽtię ſuę amatorẽ conſpexerit, ad ſe trahat quaſi meretrix. vnde. *Irretiuit eum multis ſermonibus, & blanditiis labiorum traxit eum, &c.* Prouer. 7. c.

d *Virginem ne cõſpicias, ne forte ſcãdalizeris.* Auerte oculos tuos ne videãt vanitatẽ, ne Pſal. 118. e.

C

D libeat videre quę non licet cõcupiſcere.

Myſt. Myſtice autẽ nõ debemus decorem eloquentię hęreticę amare, nec ſimulatas virtutes attendere.

e *Vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius.* Idẽ ſub alia figura. Vici enim ciuitatis, hęreticorum cõuenticula ſunt, quę ſe a ciuitate ſeparãt, E de qua dicitur: Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Pſal.

f *Ne derelinquas amicũ.* Maior eſt fiducia ex parte rei cognitę, quã ignotę. Doctrinam quoq; ſanctorum patrum nõ debemus declinare, & nouellos doctores audire.

Nou. g *Vinum nouum, &c.* Nouus doctor ſtudere debet, vt ſanã doctrinam & operationem firmiter percipiat, & poſtea ſibi & aliis proficiat.

† eſto

Cum

F

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. IX.

NOn zeles. Hic conſequenter retrahit ab his quæ turbant pacem ex parte concupiſcibilis, dicens.

1 *Non zeles mulierem ſinus tui.* i. non ſis nimis ſuſpicioſus de caſtitate vxoris propter hoc eam arctans indebite.

2 *Ne oſtendat ſuper te malitiam.* machinando ad mortem tuã, ſicut docent tales mulieres a vetulis malis. Et quia ſicut vxor propria nõ eſt nimis arctãda, ita nec nimis laxãda. Iõ ſubdit.

3 *Non des mulieri poteſtatẽ animæ tuæ.* ideſt, vt dominetur tui.

4 *Ne ingrediatur in virtute tua.* ideſt, vſurpet ſibi quod eſt proprium viri.

5 *Et confundaris.* tanquam effęminatus & vilis, conſequenter retrahit a muliere alia non coniugata, dicens.

6 *Ne reſpicias mulierem multiuolam.* i. nunc illum nunc iſtum concupiſcentem.

7 *Ne forte incidas in laqueos illius.* p ſigna laſciuię tibi oſtenſa.

8 *Cum ſaltatrice ne aſſiduus ſis.* Nam talis diſtenſio membrorum muliebrium luxurię prouocat appetitum.

9 *Virginem ne conſpicias.* quia non licet intueri quod non licet concupiſci.

10 *Ne des fornicariis.* ideſt, meretricibus.

11 *Animam tuam in vllo.* conſenſum tuum in aliquo.

12 *Ne perdas te.* quantum ad bona naturę.

13 *Et hæreditatem tuam.* quantum ad bona fortunę, ſicut dicitur de filio prodigo, Luc. 15.

14 *Noli circumſpicere in vicis ciuitatis.* nam oculus gyrouagus eſt impudici cordis nuntius, & occaſio ruinæ.

15 *Auerte faciem tuam a muliere compta.* talis enim apparatus eſt ad capiendum homines laqueus. ideo ſubditur.

16 *Propter ſpeciem mulieris.* exemplum de Samſone & Amnon & Salomone. Iud. 16. e. 2. Reg. 13. f. 3. Reg. 11. a.

17 *Et ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit.* ſcilicet ex aſpectibus & colloquiis & nutibus impudicis.

Omnis

18 *Omnis mulier quæ eſt fornicaria.* quantumcunque de nobili genere.

19 *Quaſi ſtercus in via, &c.* quoniam libidini plurium ſupponitur. Cætera patent vſque ibi.

20 *Et non alterceris.* potando cũ ea & confabulando. Prouer. 20. a. Luxurioſa res vinum.

21 *Et ſanguine tuo.* propter illam effuſo, ſicut frequenter contingit pro adulterio.

22 *Labaris in perditionem.* quantum ad corpus & animam.

23 *Ne derelinquas.* Hæc eſt pars incidentalis, per deceptionem enim mulierum homo frequenter deſerit amicitiam bonorum & conuictum iuſtorum, ideo poſtquam docuit deceptiones mulierum vitare, hic conſequenter hortatur ab amicitia & cõuictu bonorũ nõ diſcedere, & primo ponit primum, ſecundo ſecundum, ibi: *Viri iuſti.* Circa primum dicit: *Ne derelin. amicum antiquum.* quia probatus eſt in amicitia. Diuiſio

24 *Nouus enim non erit ſimilis illi.* ſcilicet quandiu manſerit nouus, quia non eſt adhuc probatus.

25 *Vinum nouum amicus.* quia ſicut de vino nouo neſcitur quale finaliter erit, ſic de amico nouo neſcitur qualem fidelitatem tandem exhibeat.

26 *Veteraſcet.* ideſt, in amicitia firmetur.

27 *Et cum ſuauitate bibes illud.* eius amicitia erit tibi ſuauis & bona. Et quoniam amicitia frequenter cupiditate perditur, ideo ſubditur.

28 *Non zeles.* ideſt, non concupiſcas.

29 *Gloriam & opes peccatoris.* quia ducũt ad mortẽ gehennę, & frequenter ad mortem naturæ, propter quod ſubditur: Non enim ſcis, &c. & quia talia per iniuriam acquiruntur, ſubdit.

30 *Non placeat tibi iniuria iniuſtorum.* ipſam imitando.

31 *Sciens quoniam vſque ad inferos.* Tunc enim & non ante placebit ſanctis in pœna ſicut diſplicuit eis in culpa. Pſal. 57. b. *Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam, manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris.* applaudens iuſtitiæ diuinę.

32 *Longe abeſto ab homine po. oc.* i. a tyranno crudeli.

Et

A eſto ab homine poteſtatem habentē occidendi,
a Principes non ſunt timori boni operis, ſed mali.
1 & non ſuſpicaberis timorem mortis. Et ſi acceſ-
2 a Non ſine cauſa portat gladium.
3 ſeris ad illum, noli aliquid committere, ne for-
4 te auferat vitam tuam. Communionem mor-
5 tis ſcito, quoniam in medio laqueorum ingre-
6 dieris, & ſuper dolentium arma ambulabis. Se-
7 8 cundum virtutem tuam caue te a proximo tuo,
9 & cum ſapientibus & pru-
10 dētibus tracta. Viri iuſti ſint
a Spiritualis epuli, ſcilicet in meditatione legis. b Beatus vir qui timet dominum.
11 tibi conuiuæ, & in timore

a Cum ſapienti. Neceſſe eſt, vt caueamus doloſorum inſidias, & cum ſapientibus & Deū timentibus conſiliemur, & viam iuſtitiæ & veritatis non deſeramus.

12 Dei ſit tibi gloriatio, & in
13 ſēſu ſit tibi cogitatus dei,
14 & omnis enarratio tua in præceptis altiſſimi.
a Actione. b ¶ Artifices & principes populi, ſunt prædicatores ſancti.
15 In manu artificum opera † laudabūtur, & † prin
16 a Quia in ſermone doctorum ſplendet ſapientia & doctrina.
17 cipēs populi in ſapientia ſermonis ſui, in ſen-
a ¶ Euangelij, de quo dicitur. Verbum breuiatum faciet Deus ſuper terram. b Mundo.
18 ſu vero ſeniorū verbum. Terribilis eſt in ciuita
a Vir linguoſus non dirigetur in terra.
19 te ſua homo linguoſus, & te-
merarius in verbo ſuo odibilis erit.

b Linguoſus. Hereticus qui ſēper cōtētioſus, & ideo odibilis Deo & hominibus.

D † laudabitur. † principes.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et non ſuſpi. ti. m. *i. te elogando ab eo auferes a te timorē mortis.*
2 Et ſi ac. ad il. *neceſſitate compulſus.* 3 Noli ali. c. *ſ. mali.*
4 Ne forte. *ex modica occaſione.* 5 Cōmu. mor. ſcito. *ſupple eſſe habitare cum tyranno.* 6 Quoniā in me. *nā tyranni ſemper tēdunt laqueos ſubiectis, vt habeant occaſionem rapiendi bona eorum.*
7 Et ſup. do. ar. ma. *i. tyrānorum qui ſemper ſunt in dolore, nā propter mala quæ fecerunt alijs, in omni cibo et potu timent intoxicari, et in omni loco ſibi inſidiari, propter quod neceſſe eſt eos cōtinue anxiari. Et quia tyranni habent delatores ad grauandum innocentes, ſubditur.*
8 Secundum vi. *i. quantū potes caue tibi ab eo qui cōtra te loqui poteſt tyranno.* 9 Et cum ſapientibus. *conſilia & negotia tua.*
10 Viri iuſti. *Hic conſequēter hortatur ad tenendū conuictū iuſtorū dicens.* Viri iuſ. ſint ti. cōui. *Nā in cōuiuio relaxātur homines ad loquendum. Et quoniā ex abūdātia cordis os loquitur, iuſti loquuntur de bonis & honeſtis, iniuſti vero de cōtrarijs.* 11 Et in tim. Dei. *filiali.*
12 Sit tibi gloriatio. *nā gloria magna eſt eſſe Dei filiū adoptiuum.*
13 Et in ſen. ſit tibi cogitatus Dei. *i. ſenſum tuū applica ad cogitandū de Deo.* 14 Et om. enar. ma. *i. doctrina tua nō ſit de vanis & curioſis, ſed de neceſſarijs ad ſalutē.* 15 In ma. artifi. *Hypallage eſt. Et eſt ſenſus, quod artifices laudantur ex operibus manuū ſuarum quādo ſūt artificioſe facta.* 16 Et prin. po. *laudabitur ſicut Salomon de ſententia ſapienter prolata. 3. Reg. 3.* Date huic infantem viuū, &c. 17 In ſenſu vero ſeniorū verbū. *i. verbū breue dictū a ſapiente plus commendabitur, quam narratio magna ab alio dicta.*
18 Terribilis eſt in ciuit. ſua. *nā ipſe eſt ſeditioſus, quod eſt peſſimū in ciuitate, quæ ciuiū vnitas debet eſſe.* 19 Et temera. in verbo ſuo odibilis erit. *quia pro nihilo habet alios offendere.*

## CAP. X.

B IVdex ſapiēs. etc. Factus eſt principatus ſuper humerum eius. vnde. *Væ terræ cuius rex puer eſt.* diabolus, ſ. qui ſemper diligit nouitates, & principes cuius primo mane comedūt. i. ante diem mortis dicentes. *Manducemus & bibamus, cras enim moriemur, &c.*

b *Secundum iudicem. ſic, &c.* ✠ Auguſ. Illud quod ſcriptum eſt. *Secundum principē populi, ſic & miniſtri ipſius, &c.* ſi intelligerēt quo pertinet, nec nobis talia obijcerēt, nec ipſi vana iactantia ſuperbirent. Nos .n. vt hominum ſpē quę in ſolo Deo tuta recteque ſecura eſt, non in hominib. collocemus, quoniam ſcriptū meminim⁹, *Maledictus qui ſpē ſuā ponit in homine.* nō intelligimus hoc loco principem populi & rectorem ciuitatis epiſcopum ſignificari. Nō ideo quia non poſſumus innumerabiles ſāctos in Catholica fide epiſcopos intueri, ſed ne cuiuſquā, vt dixi, ſpes hominis collocetur in hoīe, & ſi forte ei cōtingat in ea viuere ciuitate vbi non ſit bonus Epiſcopus, arbitretur impune ſe malū fieri, vſurpans ad defenſionem ſuā tam peruerſe iſtā ſcripturam, quā peruerſe ab iſtis intelligitur, & dicens ideo ſe bonum eſſe non poſſe, quia *ſecundū principem populi, ſic et miniſtri eius, & qualis rector eſt ciuitatis, tales inhabitantes.* Contradicunt enim huic errori, veritatis ore dicentis. *Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt nolite facere, dicunt.n. & nō faciunt.* Habentes itaque plebes tales Epiſcopos, quibo na dicūt ex cathedra Moyſi, & ea quæ dicunt non faciunt ex peſtilentia ſua, ſi illi faciunt ea bona quę dicūt, & non faciunt ea mala quę faciunt, ſicut præcepit Dominus, nonne ſatis indicant non ita intelligendum eſſe principem populi & rectorē ciuitatis quomodo iſti itelligūt? Poſſunt enim eſſe populi boni, vbi fuerint Epiſcopi mali, ſicut potuit eſſe populus malus, vbi fuit Moyſes princeps & rector bonus, &c.

c *Super fa. ſcri.* Lingua mea calamus ſcribę, velociter ſcribentis, quia vice ſua mittit ad prædicandum.

E Matth 23.

## CAP. X.

a Chriſtus cui pater dedit iudicium.
1 IVdex ſapiens iudicabit populum ſuum,
a Regni eius non erit finis.
10 *Non agno.* In ſuperiorib. oñdit auctor qualiter in exercitio virtutū hō ſe debeat hēre ad ſuperiores & inferiores, hic cōſequenter oſtēdit qualiter ſe dēat hēre erga pares, inter quos aliqui ſunt mali & aliqui boni. Primo igitur oñdit qualiter ſe hēat ad malos, ſecundo ad bonos, circa mediū ſe. ca. ibi. *Omni vita tua.* Prima in duas, nā primo inducit ad vitandum ſocietatem falſorum, ſecundo cupidorum & ſuperborum, in principio ſeq. ca. Circa primum dicitur. *Non agnoſcetur in bonis.* Ideſt in proſperis. 11 *Amicus.* ſ. verus, quia tunc omnes ſe oſtendunt amicos. vnde Poeta, Si fueris felix, multos numerabis amicos. Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.
12 *Et non abſcondetur in malis.* ideſt in aduerſis.
13 *Inimicus.* quia ſtatim currit ad nocendum, ſicut canis ad mordendum canem percuſſum.
14 *In bonis viri.* ſupple triſtatur ſaltem corde, etſi non facie.
15 *In triſtitia & in malitia illius.* i. in aduerſitate eius.
*Ami-*

16 *Amicus.* verus. 17 *Agnitus eſt.* nam ſibi compatitur & adhęret, alijs ipſum deſerentib. 18 *Non cre. ini. tuo.* nunquam credas ei quem probaſti inimicum. 19 *Sicut enim atramentum æruginat nequitia illius.* rubiginem odij conſeruat interius, licet contrarium oſtendat exterius, ideo ſubditur. 20 *Et ſi humiliatus va.* tibi magnam reuerentiam faciendo. 21 *Abijce, &c.* nullo modo ei credendo. 22 *Non ſtatuas illum penes.* faciendo ipſum tibi familiarē. 23 *Ne forte conuerſus ſtet, &c.* te ſupplantando. 24 *Et in nouiſſimo cognoſcas verba.* fuiſſe vera, ſed nimis tarde, propter quod ſequitur. 25 *Quis medebitur incantatori a.* q. d. pauci aut nulli, quia ſic erat edoctus, qd debuit cauere ſibi. q. d. & tu edoctus es p me, propter quod cauere debes. 26 *Et omnibus qui ap.* beſtijs ferocib. accidit q. læduntur ab eis & ſimiliter qui contrahit familiaritatem cū hominib. malis, quia ſicut Philoſophus dicit. 1. Polit. Homo malus a lege, & iuſtitia deſtitutus, eſt peſſimum animalium. ideo ſubditur. 27 *Sic, Et qui comitatur cum.* Pſal. 17. Cum peruerſo peruerteris. 28 *Vna hora te.* ſ. durante proſperitate. 29 *Si autem decli.* a proſperitate. 30 *Non ſub.* i. non te adiuuabit: 31 *In labijs ſu.* verbis dulcibus fallendo. 32 *In co. ſu. ſa. la.* i. compaſſionem fingēdo, quando credit paſſum releuari. 33 *Et ſi in tē.* nocendi. 34 *Non ſatiabi. ſan.* Sicut patet de Iſmahele, qui occidit venientes in Maſphat. Iere. 16. 35 *Si incur. ti. ma.* in quibus poſſit tibi nocere. 35 *Inueni. e. il. prio.* ideſt priorem, quia nulla peſtis grauior ad nocendum quam familiaris inimicus. 37 *Et quaſi adiu. ſuf.* id eſt, fingens te adiuuare machinabitur ad maiorem caſum tuum. 38 *Caput ſu. mo.* Poſt caſum deridendo. 39 *Et plau. ma.* manifeſte gaudendo. 40 *Et multa ſuſur.* ideſt plura male de te dicens. 41 *Com. vul.* ab amicitia prius ficta ad inimicitiam manifeſtam.

CAP.

## CAP. XIII.

A Q*Vi tetigerit picem in.* Per ſimilitudinem oſtendit noxiam eſſe ſuperbo communicare, qui pollutus nigredine vitiorum, maculare nõ ceſſat nitorem humilium. Vnde: *Amicus ſi ſtoltum efficietur ſimilis.* (Pſal. 11.) Infirmi enim declinare debent ſocietatem malorum, ne in illa quæ frequenter aſpiciunt, imitari velint.

a *Pondus ſuper ſe tol.* (Moraliter.) Rab. Hæc moraliter nos inſtruunt, vt humilia ſequamur, ſuper B ba fugiamus: *Quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.* (Iaco. 4.b.) († deridet)

Myſtice autem docet, vt diuitem, idest Iudæũ qui in litera legis gloriatur, & hæreticum qui ſpernit ſenſum catholicum, vanis confiſum argumentis omnino fugiamus, qa exinaniunt nos bis & ter, Duum teſtamentorum ſynceritatem corrumpendo, & fidem C ſanctæ trinitatis blaſphemando. In nouiſſimo vero quos decipiunt (Myſtice.)

## CAP. XIII.

Q*Vi tetigerit picẽ, inquinabitũ ab ea, & q cõmunicauerit ſupbo, ĩduet ſuperbiam.* a Pondus ſup ſe tollit, qui honeſtiori ſe cõmunicat. Et ditiori te ne ſocius fueris. Quid cõmunicabit cacabus ad ollam? Quãdo.n.ſe colliſerint, cõfringetur Diues iniuſte egit & fremebit, paup autẽ læſus tacebit. Si largitus fueris, aſſumet te, & ſi nõ habueris, derelinquet te. Si habes conuiuet tecum, & euacuabit te, & ipſe nõ dolebit ſuper te. Si neceſſarius illi fueris, ſupplantabit te, & ſubridens ſpẽ dabit, narrans tibi omnia bona, & dicet: Quid opus eſt tibi? & confundet te in cibĩs ſuis, donec te exinaniat bis & ter, & in nouiſſimo † deridebit te. Poſtea videns derelinquet te, & caput ſuũ mouebit ad te. Humiliare Deo & expecta manus eius. Attẽde, ne ſeductus in ſtultitia[a] (a Erronea doctrina.) b humilieris[b] (b Confundaris.). Noli eſſe humilis in ſapiẽtia tua, & ne humiliatus c in ſtultitiã[a] (a Hæreticorum ſectam.) ſeducaris. Aduocatus a potentiore diſcede, ex hoc.n. magis te aduocabit. Ne improbus ſis ne impingaris: & ne longe ſis ab eo, ne eas in obliuionẽ. Ne retineas ex ęquo loqui cũ illo, ne credas multis verbis illius. Ex multa enim loquela tẽtabit te, & ſubridẽs interrogabit te de abſconditis tuis. Immitis animus illius, & conſeruabit verba d tua, & nõ parcet de malitia & de vinculis. Caue tibi & attẽde diligenter auditui tuo: qm̃ cum ſubuerſione tua ambu-

piunt rident, quia æterna confuſione dignos oſtendent, cũ in æternum cruciabuntur. D

b *Noli eſſe &c.* Non virtutem humilitatis abhorret, ſed auctoritatem firmam contra expugnatores veritatis docet tenere, quibus fortiter reſiſtendum.

c *Aduocatus.* Modeſte agendum eſt cum potentibus huius ſeculi, qui frequenter deridẽt innocentium ſimplicitatem, quibus E tamen debitum honorẽ conferre debemus, ſed non contra Deum vel contra mandata eius. Vnde: *Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, regem honorificate.* (1. Pet.)

d *Caue tibi, & atten.* Q. Nihil tutum apud amatores mundi; qui mutabilia ſequuntur, & cum illis mutantur. Vnde. *Stultus vt luna mutatur.* (Eccle.) Poſſunt in his hæretici & falſi Chriſtiani intelligi, quibus non eſt credendum, quia inconſtantes ſunt in omnibus vijs ſuis. F

*Omni*

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XIII.

(Diuiſio.) Q*Vi tetigerit picem, inquinabitur.* Hic cõſequenter docet vitare ſocietatẽ ſupborũ & cupidorũ. Et diuidit̃ in duas partes, nã primo facit propoſitũ, ſecũdo recurrere docet ad diuinum ſubſidium, ibi, *Humiliare Deo.* Circa primum dicit.

1 *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.* Eo quod eſt magnę adherentię.

2 *Et qui communicauerit ſuperbo induet ſuperbiam.* Nã homines ſunt proni ad appetitum indebitum propriæ excellentię, in quo cõſiſtit ſuperbia, propter qđ de facili adhęrent homini.

3 *Pondus ſuper ſe tollit qui honeſtiori.* ideſt potentiori.

4 *Se communicat.* quia ſemper vult habere melius pro ſe, & alius non poteſt bene reſiſtere, ideo ſubditur,

5 *Quid communicabit cacabus.* æreus.

6 *Ad ollam.* terream.

7 *Quando enim ſe colliſerint, confringetur.* ſcilicet olla quæ eſt fragilis. Conſequenter applicat ad propoſitum, dicens.

8 *Diues iniuſte egit, & frem.* quaſi paratus adhuc facere peius.

9 *Pauper autem læſus tacebit.* Nam ſi querelam moueat, peius habebit.

10 *Si largitus ei fueris.* ſcilicet munera diuiti.

11 *Aſſumet te.* i.honorabit te iuxta ſe ponendo.

12 *Et ſi non habue.* vnde ſibi facias xenia.

13 *Derelinquet.* non vocando.

14 *Si habet conuiuet tecum.* vocando te ad menſam ſuam.

15 *Et euacuabit te.* i.depauperabit te per xenia ſibi facta.

16 *Et ipſe non dolebit ſuper te.* de tua paupertate.

17 *Si neceſſarius illi fueris.* in aliquo negotio vel opere.

18 *Supplantabit te.* ideſt decipiet te.

19 *Et ſubridens.* i.blandiens.

20 *Spem da.nar.ti.om.bo.* ideſt promittens tibi facere bona.

21 *Et dicet. Quid opus.* quaſi dicat de neceſſarijs prouidebo tibi.

22 *Et confun.te in cibis ſuis.* vocando te ad menſam ſuam pro xenijs habendis.

23 *Donec te exinaniat.* i.ad paupertatem deducat.

24 *Bis & ter.* i.quinquies, quia quinque modis euacuantur pauperes a diuitibus cupidis. Vno modo bona pauperum violenter auferendo. Secundo, mercedẽ debitã retinendo. Tertio, per verba duplicia decipiendo. Quarto, male eis ponderando vel menſurando. Et hoc dupliciter. Vno modo, in pauperum abſentia qui confidunt de diuitibus. Alio modo, in eorum præſentia, quia non audent contradicere. (Quinq; modis pauperes euacuantur.)

25 *Et in nouiſſimo deridebit te.* Abſque compaſſione.

26 *Poſtea videns de.* bonis denudatum.

27 *Derelin.te.* Quia nõ põt vlterius de tuo quicquã habere.

28 *Et caput ſuum mouebit ad te.* notando de fatuitate.

29 *Humiliare Deo.* Hic cõſequẽter hortatur recurrere ad diuinum auxilium, quod eſt ſine fallacia & deceptione, dicẽs: *Humiliare Deo.* de te nihil præſumendo.

30 *Et expecta manus eius.* Ideſt beneficentiam ſuę miſericordiæ, qua paratus eſt humiles adiuuare.

31 *Attende.* diligenter.

32 *Ne ſeductus.* Per verba ad decipiendum compoſita.

33 *In ſtultitia humilieris.* Ideſt ad ſtultitiã deijciaris p errorẽ.

34 *Noli eſſe humilis.* Ideſt puſillanimis.

35 *In ſapientia tua.* a Deo tibi data.

36 *Ne humiliatus.* ideſt puſillanimis factus.

37 *In ſtultitiam ſeducaris.* Veritatem relinquens pro falſitate verbis compoſitis colorata. Et quoniam homo cõfidens de Dei adiutorio poteſt ſecurius agere quã ante, ideo cõſequẽter oſtenditur qualiter ſe habere poſſit cum diuite & potentiori. ſ.non ſe ingerendo, nec ſe nimis elongando, loquendo reuerenter, & caute ſe habendo, & hoc eſt quod dicitur.

38 *Aduocatus a potentiore diſcede.* i.aliqualiter excuſa te.

39 *Ex hoc, n. magis te aduo.* ſi prius te vocauit bona intẽtione.

40 *Ne improbus ſis.* ingerendo te nimis.

41 *Ne impingaris.* i.repellaris verecunde.

42 *Et ne longe ſis ab eo.* i.a diuite nimis te elongando.

43 *Ne eas in obl.* i.ſi dominus dederit ſibi gratiam largiendi non habeat de te memoriam.

44 *Ne retineas ex æquo loqui.* i.vt velis cum eo loqui de pari, ſed magis cum reuerentia loquere.

45 *Ne credas multis verbis il.* i.ſi multa tibi promittat.

46 *Ex multa, n. lo.* vt accipiat experimẽtũ de tua ſimplicitate.

47 *Et ſubridens.* quaſi tibi applaudens & omnia cõdonans.

48 *Interroga.te de ab.* i.ſi aliqđ de ſuo accepiſti in abſcondito.

49 *Immi.* i.crudelis.

50 *Animus illius, & conſeruabit verbis.* ad capiendum.

51 *Et non parcet de malitia.* i.pęna inferenda.

52 *Et de vinculis.* incarcerando te, propter quod ſequitur.

53 *Caue ti.* de incauta locutione.

54 *Et att.di.* i.auditis ab eo, ne pręcipitanter reſpondeas ꝯ te.

55 *Quoniam cum ſubuer.tua am.* i.in piculo tuæ ſubuerſionis.

A a *Omni vita.* Cæteris refutatis quod ſtabile eſt in æternum commendat.i.vt Deum diligas, & mandata eius cuſtodias, & auxilium eius quotidie implores, quia prope eſt dominus omnibus inuocãtib. eum in veritate.

b *Omne ani.* Ad ſuperiora reſpicit, vt diuitum.ſ.& potentum ſocietatem declines, & ei coniungaris, qui ſtudio & religione tibi conſors eſt. Hæc eſt
B enim amicitia firma, quam ſimilitudo virtutum ſociat.

c *Sicut commu.* Rapacitas lupi cum agni innocentia non conuenit, nec auari rabies cum modeſtia ſimplicis. Nulla enim communicatio munditiæ cum immunditia. *Sicut enim canis reuertitur ad vomitum, ita qui iterat ſtultitiam ſuam.* Nulla ergo parilitas ſuperbi diuitis cum humili-
C tate pauperis Chriſti.

D d *Diues commotus.* Quod de diuite & paupere inceperat, exequitur, qa multi ſunt qui diuitis facta & dicta extollũt, pauci qui doctrinam humilium & virtutem intelligunt. Arrogãtes inueniũt prædicatores humiles vero contemptores. Vnde. *Diuitiæ addũt amicos plurimos, a paupere vero, & hi, quos habuit, ſeparantur.*

E e *Cor hominis immutat.* In iudicio vultus, mentis mutatio deprehẽditur, vnde. *Cor gaudens exhilarat faciem, in mœrore animi deijcitur ſpiritus.*

f *Veſtigium cordis boni.* Quia multi ſimulati & ficti, ideo difficile inuenitur in quo cor & facies.i. cogitatio & operatio atque doctrina in bono conueniant, cum autem hoc inuenies, da gloriam Deo, quia hoc eius donũ eſt.

(margin: f.27.b. — 1.44.b. — ...rbia — ...6.b. — † vigilabit. — † 2.Cor.6.c. — Prou.19.a. — † Inf.31.a. — Prou.15.b.)

las. Audiens vero illa quaſi in ſomnis vide, & † vigilabis.
a Omni vita tua dilige Deum, & inuoca illum in ſalute tua.
b † Omne animal diligit ſimile ſibi, ſic & omnis homo proximum ſibi. Omnis caro ad ſimilem ſibi coniungetur, &
c omnis homo ſimili ſui ſociabitur. Sicut communicabit lupus agno aliquando, ſic peccator iuſto. † Quæ communicatio ſancto homini ad canem, aut quæ pars bona diuiti ad pauperem? Venatio leonis onager in eremo, ſic paſcua ſunt diuitum pauperes. Et ſicut abominatio eſt ſuperbo humili-
d tas, ſic & execratio diuitis pauper. Diues commotus confirmatur ab amicis ſuis, humilis autem cum ceciderit, expelletur & a notis. Diuiti decepto multi recuperatores. Locutus eſt † ſuperba, & iuſtificauerunt illum. † Humilis deceptus eſt, inſuper & arguitur. Locutus eſt ſenſate, & non eſt ei datus locus. Diues locutus eſt, & omnes tacuerunt, & verbum illius vſque ad nubes perducent. Pauper locutus eſt, & dicunt. Quis eſt hic? Et ſi offenderit, ſubuertent illum. Bona[a] eſt ſubſtantia cui non eſt peccatum in conſciẽtia, & nequiſ-

a Scripturarum quæ meditando & bene operando congregantur.
b Idest quæ non fraudulenter acquiritur, nec conſcientiam conturbat.

e ſima[a] paupertas in ore[b] impii. Cor hominis immutat faciem
f illius, ſiue in bono, ſiue in malo. Veſtigiũ cordis boni & faciem bonam difficile inuenies, & cum labore.

a Hæreticorum doctrina inops veritatis.
b Quia prauis verbis præparatur iſta paupertas.

CAP.
F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Audiens vero illa.* quæ dicuntur a diuite pro captione tua modo dicto.
2 *Quaſi in ſomnis vide.* i. ſimula te non intelligere.
3 *Et vigilabis.* i. in hoc vigilanter & prudenter te habebis.
4 *Omni vita tu.* excluſa ſocietate malorum, hic conſequenter inducit ad cõſortium bonorum. Et diuiditur in tres partes, quia primo inducit ad coniungendum ſe bonis. Secũdo, ad retrahendum ſe a malis, ibi. *Si communicabit.* Tertio, docet diſtinguere hos ab illis, ibi. *Cor hominis.* Circa primum ſciendũ, quod communicatio hominum adinuicem tunc eſt bona, quando dependet ex charitate diuina, ideo dicit. *Omni vita tua dilige, &c.* propter quem proximus eſt diligendus.
5 *Et inuoca illum in ſalute tua.* i. pro ſalute tua tẽporali & æterna. Et quoniam proximus eſt in Deo diligendus, Sequitur.
6 *Omne animal diligit ſimile.* in ſpecie.
7 *Sic & omnis homo proximum ſibi.* ſupple debet diligere, quia factus eſt ad imaginem Dei, & capax beatitudinis ſicut ipſe.
8 *Omnis caro ad ſimilem ſibi coniungetur.* Volatilia enim eiuſdẽ ſpeciei ſimul cohabitant, & ſimiliter animalia.
9 *Et omnis homo ſimili ſui ſo.* i. debet ſociari ratione imaginis diuinæ, in qua cõuenit cum eo in ſpecie. Et hæc ſocietas fundatur in bono rationis rectæ & legis diuinæ.
10 *Sicut communicabit.* Hic conſequenter inducit ad retrahẽdum ſe a malis, & primo ponit ſuam monitionem. ſecundo, remouet circa dictam falſam opinionem, ibi Bona eſt. Circa primum dicit. Sicut communicabit lupus, &c. quia malus homo ſemper inſidiatur iuſto.
11 *Quæ communicatio, &c.* i. ad caninum hominem qualis eſt rixoſus, iracundus, & guloſus, quaſi dicat nulla eſt communicatio bona.
12 *Aut quæ pars bona diuiti.* ſcilicet cupido.
13 *Ad pauperem.* q.d. nulla. Et ſubditur cauſa.
14 *Venatio leonis onager in eremo.* in quo leo inſequitur onagrum, ad ipſum deuorandum.
15 *Sic & paſcua &c.* ideſt cupidorum.
16 *Pauperes.* quorum bona rapiunt ſine cauſa.
17 *Et ſicut abominatio eſt ſuperbo humilitas.* eo quod contrariatur habitui ſuperbiæ in quo delectatur, nam ſignum habitus generati eſt delectatio in opere. 2. Ethic.

(margin: Diſtĩo — ...ſophu.)

Sic

18 *Sic & execratio diuitis.* cupidi eſt, pauper, & ſubditur.
19 *Diues commotus.* i. turbatus vel impulſus.
20 *Confirmatur ab amicis.* ſperantibus participare in bonis.
21 *Diuiti decepto multi recuperatores.* damni ſibi illati, quia ſperant participare ſibi.
22 *Locutus eſt, ſuperba, &c.* adulatores affirmantes, quod ſic debeat magnifice loqui.
23 *Humilis deceptus eſt.* i. pauper eſt damnificatus.
24 *Inſuper & arguitur.* i. ſine compaſſione de damno eius, vt fatuus increpatur.
25 *Locutus eſt ſenſate & non eſt ei datus locus.* quia contemnitur ab audientibus.
26 *Diues locutus eſt, & dicunt.* audiendo reuerenter.
27 *Et verbum illius, &c.* commendando eum de ſapientia excellenti.
28 *Pauper lo. eſt, & dicunt quis eſt hic.* eum contemnendo.
29 *Et ſi offenderit, ſubuertent illum.* grauiter puniendo.
30 *Bona eſt ſubſtantia.* Hic circa prędicta remouet falſam opinionem, nam ex dictis poſſet aliquis ęſtimare omnem diuitem eſſe malum, & omnem pauperem bonum, quod remouet dicens. *Bona eſt ſubſtantia.* ideſt diuitiæ.
31 *Cui non eſt peccatum in conſcientia.* ſ. de mala acquiſitione, per ſe vel per parentes ſuos, nam diuitiæ iuſtę, ſunt materia exercendæ virtutis per opera miſericordiæ, & liberalitatis. Ambroſius ſuper Lucam, Sicut diuitiæ impedimẽta ſunt reprobis, ita probis ſunt adiumenta virtutis.
32 *Et nequiſſima paupertas in ore impij.* qui per impatientiam prorumpit in blaſphemiam Dei.
33 *Cor hominis.* Hic conſequenter docet diſtinguere bonos a malis dicens. *Cor homi. im.* Diſpoſitio enim cordis apparet in facie, plus quam in alijs partibus corporis, quia vigent ibi omnes ſenſus, & potiſſime apparet in oculis, eo quod viſus plures differentias oſtendit. 1. Metaph. propter quod cogitatio cordis in bonum ſiue in malum a peritis hominibus frequenter percipitur in facie. Et quia pauci ſunt boni, & virtuoſi reſpectu malorum, ſecundum quod dicitur Eccl. 1. d. *Stultorum infinitus eſt numerus.* ideo ſubditur.
34 *Veſtigium cordis bo, &c.* i. bonitatem mentis & exterioris conuerſationis ſimul.
35 *Inuenies.* raro & in paucis.

(margin: Eccl 1.b. — Philoſophus.)

CAP.

CAP. XIIII.

A. BEatus vir qui non eſt l. Peccando. Hinc Iacobus ait: *Qui in verbo non offendit per fectus eſt il le*, ſcilicet verbo, omnis offenſionem humana poteſt vitare ſingulis. Iac. 3. a.

a *Viro cu. & te.* Auaritiæ peſtem deſcribit quæ excruciat auarum ne conſequatur laboris ſui fructum. *Qui theſaurizat & ignorat, cui congregabit.* Pſal. 38.

b *Qui ſibi ne.* Hæc ad literam mentem auari & inuidi deſcribunt, qui de bonis ſuis non lætantur. Allegorice vero ſignificant philoſophos & hæreticos qui ſine fide Chriſti cõgregant diuitias praui dogmatis, quę nihil proficiunt eis, imo pęnam conferunt ęternam. Allegorice B

✱ Auguſtinus. De mortibus furioſiſſimis quas quidam eorum ipſi ſibi inferunt de quibus ſolent deteſtabiles & abominabiles eſſe multis etiam ſuis, quorum mentes dementia non tanta poſſedit, eis ſecundum ſcriptu- Aug. epiſt. 61. † tardabit C

CAP. XIIII.

BEatus vir qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo, & non eſt ſtimulatus in tri
a ¶ Idest Loqui aduerſitate animi non frangitur, vt deſperet.
ſtitia delicti. Fęlix qui non habuit ani
a ¶ Operibus bonis pro quibus ſperanda ſunt æterna præmia.
mi ſui triſtitiam, & non excidit a ſpe
ſua. Viro cupido & tenaci ſine ra- a
tione eſt ſubſtantia, & homini liuido ad quid aurum? Qui
a ¶ Quibus vti noluit.
acerruat ex animo ſuo iniuſte, aliis congregat, & in bonis il
lius alius luxuriabitur. Qui ſibi nequam eſt, cui † alii bonus b
erit? Et non iucundabitur in bonis ſuis. Qui ſibi inuidet, ni
hil eſt illo nequius, & hęc eſt redditio malitię illius. Et ſi be c
nefecerit ignoranter, & non volens facit, & in nouiſſimo
a ¶ Mens.
manifeſtat malitiam ſuam. Nequam eſt oculus † liuidi, &
a ¶ Ne faciat miſericordiam indigenti. b ¶ Quia non ſeminat terrena, vt metat cæleſtia.
auertens faciem ſuã, & deſpiciens animam ſuam. Inſatiabi d
a Mens praua, quæ ſemper prona eſt ad mala.
lis oculus cupidi in parte iniquitatis, non ſatiabitur donec
conſumat, areſaciens animã ſuam. Oculus malus ad mala, e
a ¶ Vitæ æternæ. b ¶ Ideſt, in futuro perpetua egeſtate, te laborabit.
& non ſatiabitur pane indigens, & in triſtitia erit ſuper
menſam ſuam. Fili ſi habes, benefac tecum, & Deo f
dignas oblationes offer. Memor eſto quoniam mors non
† tardat, & teſtamentum inferorum, quia demonſtratũ eſt
tibi. Teſtamẽtum enim huius mundi morte morietur. An-
b ¶ Facultatem.
a ¶ Dum eſt tempus operandi.
te mortem benefac amico tuo, & ſecundum vires tuas ex-

ſcripturas rationem, D que Chriſtianorũ ſepe reſpõdimus, quoniam ſcriptum eſt, *Qui ſibi nequam, cui bonus?* Aut certe in eiſdem poſitũ tentationibus mori volentem occidat, & proximum qui ſibi expedire & licere putat occidere ſeipſum quoniam ſcriptura dicit, *Diliges proxim. tu. tan.* Leu. 19. Matt. 22.

c *Et ſi bene. igno.* Dixerat nihil eſſe nequius illo qui ſibi inuidet, ideſt qui legitime nõ vtitur bonis ſuis, & negligit habere bonum miſericordię & largitatis, nũc vero idem repetit. † in

d *Inſatiabilis ocul.* quia ſine fructu bonorum conſumit vitam, & ſterilem animam gehennæ ignibus tradit cruciandam. E

e *Oculus ma. ad mala.* Hæreticorum oculus ſemper malis eſt intentus, & panẽ cæleſtem ideſt intellectum diuinæ ſapientiæ non meretur, & in ſcripturæ mẽſa marceſcit indigentia.

f *Fili ſi ha. be. te.* Hortatur, vt cotẽpta mũdi luxuria F

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XIIII.

BEatus vir. Superius a principio tertij capituli & citra actũ eſt, hic cõſequẽter agitur de virtutis exercitio in ordine ad Deũ. Et diuiditur in duas partes, quia primo remouetur impedimentũ, ſecũdo acceditur ad propoſitũ, ibi: *Beatus vir qui in ſapientia.* Primũ autẽ impedimentũ eſt loquacitas, quę habet peccatum annexum. Prou. 10. c. *In multiloquio peccatum non deerit*, & per conſequens in Deum ordinari impedit. Hãc igitur loquacitatem excludit, dicens.

1 *Beatus vir, qui non eſt la.* Veruntamen quia taciturnitas eſt aliquando vitioſa, ſcilicet quando tacetur illud quod quis dicere tenetur, ideo ſubditur.

2 *Et non eſt ſti.* remorſu conſcientiæ.

3 *In tri. de.* Dicitur autem delictum quaſi derelictũ, per qđ intelligitur peccatum omiſſionis tacendo, quod debet dici, de quo debet homo per pęnitentiam triſtari. Secundũ impedimentum eſt accidia, quę reddit hominem triſtẽ, & ponderoſum ad opera bona, per quæ ordinatur quis in Deum, & ſic impedit ordinem iſtum, quod excluditur cum dicitur.

4 *Fęlix qui non habuit animi ſui triſtitiam.* In bonis operibus exequendis.

5 *Et non excidit a ſpe ſua.* quæ eſt certa expectatio beatitudinis a qua ſpe facit accidia decidere.

6 *Viro cupido, & tena.* Hic remouetur tertium impedimentũ, quod eſt immoderata cupiditas terrenorum, quæ radix eſt omniũ malorũ, vt dicitur. 1. Timo. vi. f. propter qđ impedit ordinẽ in Deum. Hoc igitur impedimentum primo remouetur, ſecundo quoddam corollarium infertur, ibi. *Fili ſi habes.* Circa primum dicitur: *Viro cupido.* in male acquirẽdo.

7 *Et tenaci.* Male retinendo.

8 *Sine ra. eſt ſubſtantia.* i. diuitiæ, quia nõ proficiunt ſibi, eo q̃ auaro tam deeſt quod habet quam quod non habet, vt dicit Hier. in epiſtola ad Paulinũ. Similiter nec alijs quibus nihil dat, propter quod nocet auaro quantum ad animam & corpus. Et quoniam ex auaritia naſcitur inuidia, ſequitur.

9 *Et homini liuido ad quid au.* q. d. ad malum ſuum.

10 *Qui acerruat ex animo ſuo iniuſte.* i. ſcienter & a propoſito iniuſte acquirendo.

11 *Aliis congregat.* nam frequenter vſu diuitiarum priuatur, & ab alijs male conſumuntur. ideo ſequitur.

12 *Qui ſibi nequam eſt.* iniuſte acquirendo.

13 *Cui aliis bonus erit. q. d.* nulli, nam per hoc alijs nocet, qui ſuis diuitijs abutuntur.

14 *Qui ſibi in.* Qualis eſt auarus, qui ex auaritia retrahit ſibi neceſſaria.

15 *Nihil eſt illo nequius.* quia torquet ſeipſum quantum ad animam & corpus.

16 *Et ſi beneſe.* ſicut aliquando contingit, quod inuidus intendẽs alij nocere, promouet eius bonum, ſicut fecerunt fratres Ioſeph, intendentes eum vendere in ſeruum, occaſionaliter fecerunt eum Aegypti dominum.

17 *Et in no. mali. ſuam.* Oſtendens ſe dolere de proximi proſperitate. ideo ſubditur.

18 *Nequam eſt oculus liuidi.* quia non poteſt videre bonum alterius facie recta.

19 *Et deſpiciens animam ſuam.* quia continue affligit eam.

20 *Inſatiabilis oculus cupidi.* nam ex acquiſitis non diminuitur eius cupiditas, ſed augetur. ideo ſubditur.

21 *In par. iniqui.* i. iniquæ acquiſitionis.

22 *Non ſatiabitur.* quia ſemper plus appetit.

23 *Donec conſu. areſa. ani. ſuã.* i. vitam ſuã cupiditatis ardore.

24 *Et non ſa. pa.* nã ex auaritia nimia nõ pt̃ bonis habitis vti.

25 *Fili ſi habes.* Hic ex dictis infert corollariũ. ſ. q. hõ habitis bonis vtat̃ ad bonũ virtutis, dicẽs. *Fili ſi habes.* bona tẽporalia.

26 *Benefac tecum.* inde viuendo, decenter ſecũdũ ſtatũ tuũ.

27 *Et Deo dignas oblationes of.* ad ſuſtentationes miniſtrorum eccleſiæ & pauperum.

28 *Memor eſto.* poſtquam nullus operari meritorie poterit.

29 *Et teſtamentum inferorum.* i. ordinatio Dei de morte ſingulorum. Hebræ. 9. g. Statutum eſt hominibus ſemel mori. Et dicitur teſtamentum inferorum, nam tempore quo ſcriptus fuit liber iſte, iuſti deſcendebant ad limbum.

30 *Quia demonſtratum eſt tibi.* dicente Iacob, Geneſis. 37. g. *Deſcendam ad filium meum lugens in infernum.*

31 *Teſtamentum enim.* ideſt, hęreditas humana filijs a parentibus legata.

32 *Morte morietur.* i. cito deficiet. Ideo ſubditur.

33 *Ante mortem benefac ami.* Ideſt omni proximo indigenti, nam omnis proximus ex charitate eſt diligendus.

Non

luxuria, bonorum operum oblationes Deo offeramus, quia breue eſt ſpatium, vitæ in quo operari poſſumus poſt mortem enim quæ feſtinat, non eſt tempus operandi, ſed mercedem recipiendi. Vnde. *Operamini dum dies eſt, venit enim nox quando iam non licet operari.*

A

a *Iuſtifica animam tuam.*

Inter opera ✠ Auguſtini. Quid eſt, vt dicat Salomō. *Iuſtifica animam tuam ante obitum?* Et in Pſalmo. *Non iuſtificabitur, ait, in conſpectu tuo omnis viuens?* Hic iuſtificat animam ſuam ante mortem, qui ſpe vitæ futuræ conſequitur finem ne moriatur impius, ſed Salomon de eo dicit qui ſub lege viuit, & non conuerſatur iuſte. Huiuſmodi ergo ſi corrigat animam vt iuſtitiæ vias ambulet, iuſtificat animam ſuā ante mortem. Salomō enim propter iudiciū futurum cōſilium dedit ne quis indiligens circa ſe in peccatis moriatur. David vero de perfectione iuſtitię locu-

B

C

¶Vbi recipias mercedem.
porrigens da pauperi. Non defrauderis a die bono, & par- 1
a ¶Quælibet. b Boni doni.
c Neſcis cui congregas. 2
ticula[a] diei[b] boni non te prætereat. Nonne alijs[c] relinques do- 3
a Verbum doctrinæ. b Opera iuſtitiæ.
a lores & labores tuos? In diuiſione ſortis dā[a], & accipe[b], & iu- 4
a Emundando per confeſſionem & pœnitentiam, ideſt, verbum doctrinæ proximis impende, & bonorum operum exempla relinque, vt recipias præmium vitæ æternæ.
ſtifica[a] animam tuam. Ante obitum tuum operare iuſtitiam,
a Refectionem vitæ æternæ. 5
b quoniam non eſt apud inferos inuenire cibum[a]. † Omnis ca-
a Species corporis, aut tempore deficit, aut languore conſumitur. 6
ro ſicut fœnum[a] veteraſcet, & ſicut folium fructificans in ar- 7
bore viridi. Alia generantur, & alia deijciuntur, ſic genera- 8 9
a Generatio præterit, & generatio aduenit. 10
tio carnis & ſanguinis alia[a] finitur, & alia naſcitur. Omne 11
a Quando anima & corpore pro prauis operibus interibit. 12
opus corruptibile in fine deficiet, & qui[a] illud operatur, ibit 13
a Ideſt, mercedem iuſtitiæ accipiet. 14
cum illo. Et omne opus electum iuſti[a]ficabitur, & qui opera- 15
a In regno cœlorum. b Meditatione ſcripturæ & imitatione. 16
c tur illud, honora[a]bitur in illo. Beatus vir qui in ſapientia[b] mo- 17
a Ideſt, operibus iuſtitiæ. b Mentis. 18
rabitur, & qui in iuſti[a]tia meditabitur, & in ſenſu[b] cogitabit 19
a Deum, qui inſpector eſt cordis, non autem humani fauoris. b Præcepta diuina. 20
ciſcumſpectio[a]nem Dei. Qui excogitat vias[b] illius in corde ſuo, 21
¶Cœleſtibus ſacramentis. 22
& in † abſconſis illius intelligens vadens poſt † illam quaſi 23
inueſtigator, & in viis illius conſiſtens. Qui reſpicit per fe- 24 25
a Oculos mentis. Teſtimonia ſcripturæ. b Prædicatorum linguis. c Aure obedientiæ. 26
neſtra[a]s illius, & in ianuis[b] illius audiens[c]. Qui requieſcit iuxta 27
a Ideſt, ſcripturam ſanctam, qua ſcripturarum ſuperficies legitur.
b Duobus teſtamentis. c Scribendi ſtudium. 28
do[a]mum illius, & in parieti[b]bus illius figens palum[c]. Statuet ca- 29
a Sacerdotij dignitatem. 30
ſula[a]m ſuam ad manus illius, & requieſcent in caſula illius bo- 31
a Subditos. b Vt iuxta ſapientiæ eruditionem irreprehenſibiliter viuant. 32
d na per æuum. Statuet filio[a]s ſuos, ſub tegmine[b] illius, & ſub ra- 33
mis illius morabitur. Protegetur ſub tegmine illius a fer- 34 35
a Furore inimicorum. b Quia per eam habebit vitam æternam. 36
uo[a]re, & in gloria[b] eius requieſcet. 37

cutus eſt, quia nemo iuſtificabitur apud Deum vt dignus promiſſione ſit, niſi fuerit mortuus cum iuſtitia. Quamdiu enim viuit futurorum meritum non habet adhuc plenum. Vnde dicit Saluator, *Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.* Mat. 10. a.

D

b *Omnis caro ſicut fœnum & veteraſcet, &c.* Sicut fœnum in terra vel folium in arbore naſcitur, creſcit, vireſcit, ſiccatur & deijcitur, ita caro noſtra naſcitur ex progenie parentum, creſcit in infantia & pueritia, floreſcit in adoleſcentia matureſcit in iuuētute, areſcit in ſenectute, deijcitur in morte.

E

c *Beatus vir &c. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius.* † illum. Pſal. 118. a.

d *Statuet ca.* i. doctoris officium agens, ſanæ doctrinæ opera iuſtitię coniunget, vt auditores verbo & exēplo inſtruat.

CAP.

F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Non defrauderis a die bo.* i. feſtiuo, tunc enim magis eſt oblationibus & eleemoſynis inſiſtendum.

2 *Et articula bo. di. &c.* i. te vacuum & otioſum a bonis operibus non relinquat.

3 *Nonne aliis relin. &c.* q. d. melius eſt, quod expendas in bonis vſibus in vita tua.

4 *In diuiſione, &c.* Ordinauit enim Deus, quòd aliqui ſint pauperes & aliqui diuites, vt diuites pauperibus dent temporalia, & pro eis recipiant æterna.

5 *Ante obitum tuum op iu.* i. opera iuſtitiæ legalis, quę includit omnem virtutem.

6 *Quoniam non eſt apud inferos inuenire.* i. merendi locum.

7 *Omnis caro ſicut fœnum vet.* i. omnis homo cito deficiet.

8 *Alia generantur, & alia deiiciuntur.* nam generatio vnius eſt corruptio alterius, in plantis & animalibus.

9 *Sic generatio carnis & ſan,* i. hominum, nā parentib. morientib. filij ſuccedūt in loco eorum, ſecundū ſtatum corporalē.

10 *Omne opus corruptibile* .i. ducens ad corruptionem, quod proprie eſt peccatum.

11 *In fine deficiet* .i. deficere faciet a beatitudine.

12 *Et omne opus electum* .i. meritorium.

13 *Iuſtificabitur* .i. a Deo approbabitur tanquam iuſtum.

14 *Et qui operatus eſt* .i. pro illo honore cæleſti & æterno.

15 *Beatus vir.* Remotis impedimentis, hic acceditur ad propoſitum tractando de virtutum exercitio ſecundum ordinē in Deum, in quem ordinatur homo per veritatis cognitionem & peccati deteſtationē. Igitur primo agitur de primo, ſecundo de ſecundo, ſeq. ca. ibi. *Non dixeris*. Prima in duas, quia primo circa veritatis ſapientiam commendatur acquiſitionis actus, ſecundo acquiſitæ rei fructus, in principio ſequētis capituli. Circa primum dicitur. *Beatus vir.* in ſpe.

16 *Qui in ſapientia mo.* meditādo diuina, quorum cognitio proprie dicitur ſapientia, quaſi ſapida ſcientia. Et quomā nō eſt tantum de diuinis meditatio ſpeculatiua, ſed etiam extēſione ad opus fit practica, nam propter amorem dilecti pręcipit operari, ideo ſubditur.

17 *Et qui in iuſtitia meditabitur.* reddendo Deo debitum cultū & proximo ſuo iuſtum conuictum.

18 *Et in ſenſu.* i. ſenſate.

19 *Cogitabit circumſpe. Dei.* ideſt, quòd Deum circumſpiciūt omnia & vbique. Heb. 4. d. Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius.

20 *Qui excogitat vias illius.* ideſt opera Dei, quæ ſunt viæ deueniendo in cognitionem eius, Ro. 1. c. *Inuiſibilia Dei a creatura mundi*, ideſt ab homine per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque virtus eius & diuinitas, ideo ſequitur.

21 *Et in abſconſis illius.* ideſt Dei proprietatibus, quę ſunt abſconſæ ignorantibus.

22 *Intelligens.* præ alijs.

23 *Vadens poſt illam quaſi inue.* i. veſtigij eius ſecutor, quod eſt in creaturis.

24 *Qui reſpicit per feneſtras illius.* i. per reuelationes factas in nouo ac veteri teſtamento.

25 *Et in ianuis illius au.* ideſt in eccleſia militante, per quam eſt ingreſſus ad triumphantem.

26 *Qui requieſcit iuxta do. il.* firmiter credendo, & ſuauiter cōtemplando.

27 *Et in pa. il. figens palum.* i. ſuum intellectum, ne ad curioſa & vana euagetur.

28 *Statuet caſulam ſuam* .i. domicilium ſuum.

29 *Ad ma. il.* ſ. Dei, expectando continue dona gratiæ ſuæ, ideo ſequitur.

30 *Et requieſcet in ca. illius bona.* i. gratiæ dona.

31 *Per æuum.* ſcilicet Deum.

32 *Statuet filios ſuos* .i. diſcipulos ſuos.

33 *Sub tegmine il.* erudiendo eos in prædictis.

34 *Et ſub ramis eius.* i. documentis eius.

35 *Morabitur.* meditando & operando.

36 *Protegetur ſub tegmine il.* a feruore, vitiorum.

37 *Et in gloria eius re.* per adeptionem præmiorum.

CAP.

CAP. XV.

A QVi timet, &c. Sequitur.

a *Aqua sati.* gratia ſpiritusſancti. Vnde. *Qui biberit aquam quā ego dabo vobis, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternā,* id eſt non cedet perſecutioni vel hęreticę prauitati. (Ioan. 4. b.) (Iac. 1. b. 1 Pet. P. 4.)

b *Et in medio ec.* Apoſtolos, prædicatores euangelij ſignificat, quos Dei ſapientia id eſt Chriſtus, eccleſię præpoſuit.

c *Homines ſtulti, &c.* Pagani, & idololatræ & Iudæi, qui crucifigunt filium Dei, ſequē- B tes vmbram legis, & reſpuentes veritatem euangelij. Vel, hæretici, qui ſcripturas peruertunt.

d *Et viri vera.* Omnis qui eſt ex veritate, audit vocem meam.

e *In ore peccatoris.* Hęreticorum, qui doctrinam patrum, deſpiciunt, & ſimplices decipiunt. Donum largitatis, non inuidet Deus alicui, qui vult omnes homines ſaluos fieri.

※ Augu. Sic vnicuique eſt os proprium, nec quiſquam ſine conſenſu cordis ſui ex ore vul- C nera-

(Aug. l. 2. contra epiſtolam Parmeniani. cap. 12.)

CAP. XV.

¶ Non alius.

QVi timet Deum, faciet† bona, & qui 1

a Alias illud. Executor. b Vel tenuerit te vat.

continēs eſt iuſtitiæ, apprehēdet il 2 3

a Qua gratia Dei nutrit filios.

lā, & obuiabit illi quaſi mater hono 4

a Quia in ea nihil immundum, nihil corruptum.

rificata, & quaſi mulier a virginita- 5 6

a ¶Corpore Chriſti, vel doctrina verbi Dei.

te ſuſcipiet illū. † Cibabit illū pane

a vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum. 7

a ¶Ideſt, non cedet perſecutioni, vel hæreticæ prauitati. 8

Et firmabitur in illo, & non flectetur, & continebit illum, & 9

a Qui expectant te, non confundentur, & confundantur omnes qui oderunt te. 10

b Gregem doctorum. 11

non confundetur, & exaltabit illum apud proximos ſuos. 12

a Vt dicant quæ intelligunt. 13

b Et in medio eccleſiæ aperiet os eius, & adimplebit † illum 14

a Quo ſapiunt & intelligunt. b ¶Dignitatem ſacerdotij. 15

ſpiritu ſapientiæ & intellectus & ſtolam gloriæ † veſtiet 16

a Ideſt, abunde dedit, vt alijs impertiri poſſit. 17

illum. Iucunditatem & exultationem theſaurizabit ſuper il- 18

a Alias æternitatis. b Quaſi filius Dei vocabitur. c Hæretici. 19

c lum, & nomine æterno hæreditabit illum. Homines ſtulti 20

a Spiritus diſciplinæ effugiet fictum. b Catholici religioſi. 21

c Obediendo quibus ipſa obuiat monendo & promouendo.

non apprehendent illam, & homines ſenſati obuiabunt illi 22 23

¶Hæretici.

Homines ſtulti non videbunt eam, longe enim abeſt a ſu- 24

¶Hæretici, qui veritatem contemnunt. a Catholici

perbia & dolo. Viri mendaces non erunt illius memores, et 25

a Credendo, meditando, operando. b Profectum virtutum.

d viri veraces inuenientur in illa, & ſucceſſum habebūt vſque 25

a Contemplationem. b Deo placita c Prædicatio. 26

e ad inſpectionem Dei. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccato- 27

a Hæretici. b Quia diſperdet do. vniuerſa labia doloſa, & ling. magniloquam. 18

¶Nata.

ris, quia non eſt a domino miſſus, quoniam profecta eſt a 29 30

a Patre. b Dei filius. ¶Omnis ſapientia a domino Deo eſt. 31

Deo ſapientia. Sapientiæ enim Dei aſtabit laus, & in ore fi- 32

neratur alieno. Cū au- D tem prędicatio peccatoris ore procedit, quęrendum eſt cuiuſmodi peccatorē hoc loco ſcriptura ſignificare voluit. Nā & Publicanus qui iuſtificatus eſt magis quā ille Phariſæus, vtique peccator erat. Si. n. vera eius peccata non erant, falſa erat cōfeſſio propter quam iuſtificari etiam meruit, proculdubio vera erāt peccata. Hæc etiam de oratione ſancti Danielis veriſſime dixerim. qui profecto veraciter ait, *Cum orarem & confiterer peccata mea & populi mei.* In cuius ergo E ore peccatoris laus ſpecioſa non eſt, niſi maxime mendacis & ficti, quem ſpiritus ſanctus diſciplinę fugit. Quem igitur fugit cū tamen loquitur veritatem, non in eius ore ſpecioſa eſt, quia non ei tribuitur cuius particeps non eſt, ſicut ſpecioſa non erat prophetia in ore Caiphæ pontificis ſacerdotum qui neſciuit quid dixit, ſed cū eſſet pōtifex prophetauit, ſed tamē per ipſū ſpecioſa laus eſt dei in aurib. audientiū & corde credētiū. F

(Luc. . †C . Da.)

☞ Aug.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XV.

QVi timet Deum. *Hic conſequenter deſcribitur acquiſitæ rei fructus. Et diuiditur in duas partes, nā oſtenditur primo quibus & qualiter iſte fructus conceditur, ſecundo quibus denegatur, ibi:* Homines ſtulti. *Circa primum dicitur.*

1 Qui timet Deum fa.il. *ſ. quod prædictum eſt de inquiſitione ſapientiæ.*

2 Et qui con. eſt iuſt. *i. tenens eam in corde ſimul & opere.*

3 Apprehendet illam. *ſcilicet ſapientiam diuinam.*

4 Et obuiabit illi. *nam præoccupat eos qui ſe concupiſcunt, vt illis prior ſe oſtendat, Sapien. 6.*

5 Quaſi mater honorificata. *i. omni honore digna. Et quia fecit honorabiles illos quibus accedit.*

6 Et quaſi mulier a virginitate ſuſcipiet illum. *tanquam ſpōſum gratioſum.*

7 Cibabit illum pane vitæ. *i. verbo ſacræ ſcripturæ, Matth. 4. a.* Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei.

8 Et aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum. *i. gratia ſpiritusſancti, de qua Iohan. 4. b. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum, ſed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.*

9 Et firmabitur in illo. *Deo firmiter adhærendo.*

10 Et non flectetur. *a rectitudine iuſtitiæ.*

11 Et continebit illum. *i. Deus tenebit eum ſecum per perſeuerantiam in bono.*

12 Et non, &c. *Cum reprobis, ſed honorabitur cum electis,* ideo *ſequitur.*

13 Et exaltabit illum apud proximos, &c. *i. apud ſanctos ſuos, qui ſunt Deo propinqui. Et quia talis non ſibi ſoli proficit ad ſalutem, ſed etiam alijs, Sequitur.*

14 Et in medio eccleſiæ aperiet, &c. *ad docendum populum.*

15 Et adimplebit eum ſpiritu, &c. *ad deguſtandum diuina.*

16 Et intellectus. *ad proponendum ea lucide in eccleſia.*

17 Et ſtola, &c. *i. ſacerdotali dignitate.*

18 Veſtiet illum. *quod frequenter in eccleſia contingit. Vel, ſtolæ gloriæ, ideſt gloriæ corporis & animæ, quod ſemper fit perſeuerantibus in exemplari vita & ſalutari doctrina. Et quoniam ex ſalute auditorium augetur gloria doctorum, ſequitur.*

19 Iucunditatem & exultationem theſau. &c. *i. multiplicabit. Et quoniam hæc gloria non eſt tranſitoria, ſubditur:* Et nomine æterno, &c.

20 Homines ſtulti. *Hic cōſequēter oſtenditur quibus ſapiētia diuina denegatur. Et quoniam oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, ideo cū hoc oſtenditur, quibus ex ſuo merito conceditur. Dicit igitur:* Homines ſtulti. *i. ſuperbi. vnde dicitur ſtultus ab extollo, quoniam inaniter ſe extollit.*

21 Non apprehendet illam. *propter ſuam ſuperbiam.*

22 Et homines ſenſati. *ideſt, recurrentes ad auxilium Dei.*

23 Obuiabunt illi. *Matthæi. 11. d. Confitebor tibi pater domine cæli & terræ, quoniam abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus in oculis ſuis, & reuelaſti ea paruulis, ex hoc patet quod ſubditur.* Homines ſtulti, &c. *Et patet.*

24 Viri menda. non erunt illius memores. *quia non cogitāt de illa. Frequens autem meditatio de aliquo firmat memoriam de illo.*

25 Et viri veraces inuenientur, &c. *Nam ab ipſa omnis veritas vitæ iuſtitiæ & doctrinæ.*

26 Et ſucceſſum. *ideſt proſperitatem.*

27 Habebunt vſque ad inſpectionem Dei. *i. claram viſionem in patria.*

28 Non eſt ſpecioſa laus, &c. *ideſt Deo placita.*

29 In ore peccatoris. *quod eſt pollutum, quia non eſt a domino miſſus Pſal. 49. c. Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iuſtitias meas, &c.*

30 Sapientiæ enim Dei. *ideſt datæ a Deo doctori.*

31 Aſtabit laus. *nam laudabile eſt a Deo & hominibus.*

32 Et in ore fideli abundabit. *nam ſibi & aliis proficit.*

Et

A a *Non dicas.* Non ſunt mala noſtra deo imputanda, cui nõ ſunt neceſſaria. vnde: Deus intentator malorum eſt.

b *Conſti.ho.* ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, & liberũ arbitrium dedit ei.

c *Si vo.man.* Ideſt ſi volueris implere opera, & mãdata dei, habebis conſolationem, ſi contempſeris, gehennæ ardorem.

✠ Auguſ. Certum eſt nos mandata ſeruare ſi volumus, ſed quia præparatur voluntas a domino, ab illo petendum eſt, vt tantũ velimus, quantum ſufficit, vt volẽdo faciamus. Certũ eſt nos velle cum volumus, ſed ille facit, vt velimus bonum, B de quo dictum eſt, quod paulo ante poſui, *Præparatur voluntas a domino*, de quo dictum eſt, *A domino greſſus hominis dirigentur, & viam eius volet*, de quo dictum eſt, *Deus eſt, qui operatur in vobis, & velle.* Certum eſt nos facere cũ faciamus, ſed ille facit, vt faciamus, præbendo vires efficaciſſimas volũtati, qui dixit, *Faciam vt in iuſtificationib. meis am* C *buletis, & iudicia mea obſeruetis, & faciatis.* Cũm dicit, *faciam vt faciatis*, quid aliud dicit, *niſi auferam a vobis cor lapideum.* vnde nõ faciebatis, *& dabo cor carneum*, vnde faciatis: Et hoc, qd eſt niſi auferam cor durũ, vnde non faciebatis, & dabo cor obediens vnde faciatis? Ille facit, vt faciamus, cui dicit homo, D

(margin: ...e gratia, & libero ... c.16. ... habit. — ... illum. — ...er.8. ... 70. Pſ.76. — ...hib.2. — ...36.)

¶ Fideli ſeruo.

deli abundabit, & dominator dabit eam illi Non dixeris: Per

a ¶ Q Serua mandata, & deus dabit illam tibi. ¶ Periculum.

a Deum abeſt, quæ enim odit, ne feceris: Non dicas: Ille me

¶ Falſum eſt.

† implanauit, non enim neceſſarii ſunt ei homines impii.

a ¶ Sicut omnem errorem deteſtatur deus, ſic & qui timent eum.

Omne execramentum erroris odit dominus, & non erit

b amabile timentibus † Deum. Deus ab initio conſtituit ho-

a ¶ Poteſtate arbitrarii. ¶ Ne de ligno vitæ comederet.

minem, & reliquit illum in manu conſilii ſui. Adiecit man-

a ¶ Ab inſidiis diaboli.

c data, & præcepta ſua. Si volueris mandata conſeruare, con-

a ¶ Vnde: Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum.

¶ Vel bunt.

ſeruabunt te, & in perpetuum fidem placitam ſeruare. Appo-

a ¶ Refrigerium. b Tribulationem. c ¶ Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.

ſuit tibi aquam, & ignem, ad quod volueris, porrige manum

a ¶ Aeterna. b ¶ In finita. c ¶ Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

tuam. Ante hominem vita, & mors, bonum, & malũ. Quod

d placuerit ei, dabitur illi, quoniam multa ſapientia dei, & for-

a ¶ Ad quos reſpicit miſericordia eius, quia ea reſpicit, quæ placent ſibi. vnde: Nouit dominus viam iuſtorum, & iter impiorum peribit.

tis in potentia, & videns omnes ſine intermiſſione. Oculi

domini ad timentes eum, & ipſe agnoſcit omnem operam

a ¶ Non eſt deus auctor peccatorum.

e hominis. Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit

ſpatium peccandi. Non enim concupiſcit multitudinem filio

rum infidelium, & inutilium.

*Pone domine cuſtodiam ori meo*, hoc eſt enim dicere, fac vt ponam cuſtodiam ori meo, quod beneficiũ dei iam fuerat conſecutus, qui dixit, *Poſui ori meo cuſtodiam.* Pſ 140. Pſal.38.

d *Quoniam multa ſa.* Nullus poteſt præſcientiam Dei effugere, omnia enim nuda, & aperta. vñ: *Quo ibo a ſpiritu tuo, & quo a facie tua fugiam?* Neceſſe eſt ergo, vt nihil faciat homo, niſi quod dignum ſit conſpectui diuino. E Heb.4.d. Pſal.138.b.

e *Nemini man.* Nõ eſt auctor deus peccandi, nec ſpatium concedit in quo homo impune peccare poſſit, ſemper bona præcipit, & mala interdicit. Solũmodo placet ei, quod bonũ eſt, infidelitas autẽ, & inutilitas diſplicet *quoniã iuſtus deus, & iuſtitias dilexit.* Pſalm.10.b.

CAP. F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et dominator dabit.* augendo in ipſo donum ſpiritusſancti.

Diuiſio. 2 *Non dixeris.* Poſtquã auctor ĩduxit ad dei cognitionem, hic cõſequenter inducit ad peccati deteſtationem. Et diuidit' in duas partes, quia primo inducit ad hoc ratiocinando. ſecundo, de peccãdo, c. 23. Prima adhuc in duas, quia primo inducit ad hoc ex cã peccati. ſecundo ex actu peccandi. 19.c. Prima adhuc in duas, quia primo declarat cãm peccati, ſiue principiũ ſecundo ponit peccati remediũ. 17.c. ibidẽ. *Eleemoſyna viri.* Prima adhuc in duas, quia primo remouet errorẽ. ſecundo docet veritatẽ, ibi: *Deus ab initio.* Circa cãm peccati aliqui errauerũt, attribuentes eã deo. Vno mõ negatiue, ſ. eo q; non dedit homini virtutẽ, per quã poſſet peccatũ cauere, quod remouet dicens: *Non dixeris.* ſ. mihi virtus vitandi peccatum. 3 *Quæ enim odit deus.* ſ. peccata. 4 *Ne feceris.* hoc errore deceptus. Alio modo poſitiuè, eo q; deus dederit homini fomitẽ peccandi. Quod remouet di. 5 *Non dicas ille me implanauit.* i. errare me fecit. Et dicit' ab in, & planos, quod eſt error, ſiue deceptio. Ad quod ſubditur ratio. 6 *Non enim impii.* ideſt peccatores. pp quod non dedit fomitem peccãdi, ſed homo incurrit illũ ex ſua culpa, pp q̃ ſublata eſt ei iuſte originalis iuſtitia, quæ conſeruabat inferiores vires animæ ab omni rebellione cõ rõnẽ. Homo ẽt deſtitutus originali iuſtitia, per rõnẽ põt reprimere inordinatos motus partis ſenſitiuæ, quæ nata eſt rõni obedire, vt patet non ſolũ per dicta ſanctorũ, ſed ẽt philoſophorũ, vt 1. Ethi. 7 *Omne execramentum erroris odit do.* i. omnis error, qui eſt deo execrabilis, & ẽt hominib. bonis, ideo ſubditur: 8 *Et non erit ama.* ſ. hominib. pijs, & iuſtis. 9 *Deus ab initio.* Hic cõſequenter de cauſa peccati determinat veritatẽ. Circa quod oñdit primo, quod a deo eſt potentia conſeruandi iuſtitiã. ſecundo oſtendit hominẽ eſſe peccati cãm, ibi: *Appoſuit tibi.* tertio remouet a deo cauſalitatẽ iſtã, ibi. *Nemini.* Circa primum dicit: *Deus ab initio.* ſuper creaturã inferiorẽ. 10 *Et reliquit il.* non eſt per hoc intelligendũ, q; ſubtraxerit ei conſeruationẽ ſuã, & gubernationẽ, quia ſtatim cecidiſſet in nihilũ, ſed quia fecit eũ arbitrio liberũ, q̃ libertas eſt conſeruandi iuſtitiam poteſtas. Nã poſſe peccare, non eſt libertas, nec pars libertatis, ſed eſt defectus ſequẽs liberũ arbitriũ, eo q; eſt de nihilo, 11 *Adiecit man.* i. ſuper liberum arbitrium quo poteſt iuſtitia cõſeruari, addidit legem naturalem impreſſam homini, quę dirigit ad conſeruationem iuſtitię, & ſic adiuuat. 12 *Si volueris man.* quaſi dicat hoc eſt in tua poteſtate. 13 *Conſer.* ad vitam gloriæ. Matt. 19.c. *Si vis ad vi. ingre. ſer. man.* 14 *Appoſuit tibi aquam, & ignem.* Hic conſequenter oſtẽdit peccatũ eſſe ab hominẽ, dicẽs. *Appoſuit tibi aquã, et ignem.* i. refrigeriũ gloriæ, & pœnã gehennæ. Primum promittendo, & per conſequẽs attrahendo ad ipſum. Secundũ vero comminãdo, & per cõſequens ab ipſo peccato deterrendo, & retrahendo, & ſic intelligendum eſt de ſequentibus, cũ dicitur. 15 *Ante hominem vita.* gratiæ. 16 *Et mors.* culpæ. 17 *Bonum.* meritorium. 18 *Et malum.* demeritorium. 19 *Quod placuerit ei.* i. in poteſtate eius eſt, ad bonum tendere, & a malo declinare. Et ſubditur cauſa. 20 *Quoniam multa ſapien.* Ex magnitudine. n. ſuæ ſapientię proceſſit, quod naturam angelicam, & humanam bonam, ſed mutabilem fecit, vt qui permanere nollent, ruerent, & qui in conditione innocentiæ conſiſterent, tanto in ea iam dignius, quanto & ex arbitrio ſtarent firmius, & eo maioris meriti apud deũ fierent, quo mutabilitatis ſuæ motum voluntatis ſuæ ſtudio fixiſſent, ſecundum quod dicit Greg. de Angelis. Mora. li. 5. 21 *Et fortis.* ad præmiandum ſtantes, & puniendum cadentes. (Naturę angelica, & humana, quare mutabiles ſunt creatæ.)

22 *Videns omnes ſine inter.* nudè, & clare, ſpeciali tamen modo iuſtos. nam videt ad bonum ipſorum, ideo ſequitur.

23 *Oculi domini.* ideſt oculi ſuæ miſericordiæ.

24 *Ad timentes eum.* timore filiali.

25 *Nemini man.* Hic conſequenter oſtendit deum nõ eſſe cauſam peccati. Et hoc oſtendit duplici via. Secunda ponitur ca. ſe. ibi: *In ſynagoga.* Prima adhuc in duas, quia primo pbat propoſitum. ſecundo infert quoddam corollarium in principio ſequen. ca. Circa primum facit talem rationem: Peccatum ſubditi imputatur domino, vel præcipiendo illud fieri, vel licentiando de fiendo, Neutrum competit deo ergo, &c. Dicit igitur: *Nemini mandauit impie.* bene tamen præcipit fieri aliquid, quod eſt iuſtum, quod tamen impie agitur, ſicut per Nabuchodonoſor captiuauit filios Iſrael in pœnam ſuę idololatriæ, Nabuchodonoſor tamen hoc fecit impia voluntate, quæ quidem impietas non fuit a deo, ſed a malitia Nabuchodonoſor. Diuiſio.

26 *Et nemini dedit ſpatium.* ideſt licentiam.

27 *Peccandi.* ſed ſemper prohibuit, & ſubditur cauſa.

28 *Non enim.* ideſt imitantium patres in infidelitate reſpectu dei.

29 *Et inutilium.* i. nociuorũ reſpectu pximi. Minus enim dicendo

A

NICOLAVS DE LYRA.

An deus ſit cauſa peccati.

cendo plus ſignificat. Non obſtantibus autem prædictis poſſet argui, quod deus ſit cauſa peccati, quia illud, quod eſt cauſa cauſę, eſt cauſa cauſati, deus autem eſt cauſa efficiens liberi arbitrij, quod eſt cauſa peccati, vt dictum eſt, ergo, &c. Et cõfirmatur ratio, quia liberum arbitrium æqualiter ſe habet ad virtutem, & vitium, vt videtur ex prædictis, actus autem ipſius virtuoſus reducitur in deum, ſicut in cauſam, ergo & vitioſus. Dicendũ, q̃ deus nullo modo eſt cauſa peccati, nec in ſe cum ſit prima regula iuſtitiæ, nec in altero. Aliquid. n. eſt cauſa peccati alterius dupliciter. Vno modo directe inducendo ipſum ad peccatum. Alio modo indirecte, cũ ipſum a peccato non retrahit, cum tamen poſſit. Primo modo, deus non poteſt eſſe cauſa peccandi hominibus, quia peccatum conſiſtit in receſſu a deo, cuius receſſus deus nõ poteſt eſſe cauſa, nam omnis cauſa ſuos effectus ad ſeipſam conuertit. Similiter, nec ſecundo modo, quia carentia præſeruationis alterius a peccato non imputatur, niſi ei, qui ad hoc obligat̃. Sicut periclitatio nauis per abſentiam gubernatoris, nõ imputatur, niſi ei, qui ad eius gubernationem aliquo modo tenetur. Deus autem nulli obligatur, & ideo ſi nõ pręſeruat aliquem a peccato quem poſſet præſeruare, nullo modo eſt propter hoc cauſa peccati, quia totum hoc facit ſecũdum ordinationem ſuæ ſapientiæ, & iuſtitię, per quas ex malis elicit bona. Ad primum dicendum, quod effectus cauſę medię nõ reducitur in cauſam primam, niſi effectus procedat a cauſa media ſecundum ordinem ſecundum quem eſt a cauſa prima, ſicut factum ſerui non imputatur domino, niſi procedat ab eo ſecundum ordinem inſtitutum a domino, peccatũ autem non egreditur a libero arbitrio ſecundum ordinem quo liberum arbitrium eſt a deo, quod a deo non eſt ordinatum, niſi ad bonum, quod autẽ procedit ad malum, hoc eſt ex defectibilitate propria. Et per hoc patet ad ſecundum, nã liberum arbitrium, prout eſt a deo, nõ vniformiter ſe habet ad bonum actum, & vitioſum. Sciendum tamen ad maiorẽ declarationem, quod peccatum ſeu actus vitioſus duo dicit ſcilicet actualitatem, & vitioſitatem. Primum eſt a deo, qui eſt actus purus, & primus. Secũdum autem a libero arbitrio & non eſt a deo, ſicut in claudicatione quicquid eſt ambulationis, eſt a virtute motiua, defectus claudicationis reducit̃ in curuitatẽ tibię, ſicut in cauſam, & non in virtutẽ motiuã.

D

CAPVT XVI.

B

a NE iucunderis in filiis impiis, ſi multiplicen. Sequitur.
b *Ab vno ſenſato ĩhabitabitur patria.* qui ſecundũ ſuam regulã ſcripturæ fide, & opere permanet in ſemita iuſtitiæ.
c *Impiis deſeret.* ſcilicet, qui cogitatione, locutione, opere ſeipſos ſequeſtrant a ſocietate bonorũ.
d *Multa talia vidit oculus meus, et fortiora.* Quanto quis ardẽtius legem dei diſcit, tanto magis illuſtratur

C

CAP. XVI.

¶ Diſcipulis inobedientibus.
NE iucunderis in filijs impijs, ſi multiplicentur, 1
a ¶Filialis, vel ſeruilis, qui eſt initium ſapientiæ.
nec oblecteris ſuper ipſos, ſi non eſt timo͛r dei
in illis. Non credas vitæ illorum, & ne reſpe- 2
a ¶Quia inutiles. ¶Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proiice abs te.
xeris in labo͛res illorum. Melior eſt enim vnus 3 4
a ¶Priuatum ſine magiſterio.
timens deũ, quam mille filij impij. Et vtile͛ eſt 5
a ¶Diſcipulos. b ¶Diſcordiæ. c ¶Catholico populo, qui in vnitate fidei conuerſatur.
b mori ſine filijs, quã relinquere impio͛s filio͛s. Ab vno ſenſato͛ inha- 6 7
a ¶Eccleſia. b ¶Hæreticis oppugnantibus fidem ſanctæ trinitatis.
c bitabitur pa͛tria, & a tribu͛s impijs deſeretur. Multa † talia vidit ocu- 8
d lus meus, & fortiora † his audiuit auris mea. In ſynagoga peccãtium 9
¶Vltionis. a Diuinæ indignationis.
e exardebit ignis, & in gente incredibili exardeſcet ira͛. Non exora- 10 11
uerunt pro peccatis ſuis antiqui gigantes, qui deſtructi ſunt confi- 12
a Quia alieni ſunt a Catholica fide.
dentes ſuæ virtuti, & non pepercit pe͛regrinationi illorum, ſed per- 13 14
a Quia ſcilicet ſuperbiunt in peccatis ſuis, & contemnunt iudicium dei.
cuſſit eos, & execratus eſt illos præ ſupe͛rbia verbi illorum. Non
miſertus eſt illis, gentem totam perdens, & extollentem ſe in ſuis 15
a Qui exierunt de Aegypto, & pro duritia cordis ſui proſtrati ſunt in deſerto.
peccatis. Et ſicut ſexcenta milia͛ peditũ, qui congregati ſunt in du- 16 17
a Superbus.
ritia cordis ſui, & ſi vnus fuiſſet ceruica͛tus, mirũ ſi fuiſſet immunis. 18 19

luſtrat̃ lumine ſcientiæ. vnde: *Qui habet mandata mea, & ſeruat ea, ille eſt, qui me diligit. Qui autem diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum.*
e *Non exorauerunt pro peccatis ſuis antiqui gigantes, qui deſtructi ſunt confidẽtes ſuæ virtuti.* Antiqui gigantes deſiderijs terrenis irretiti, & ſarcina peccatorum grauati, vel hæretici, qui confidunt in virtute ſua, & in diuitijs Dialecticæ, & Rhetoricę gloriantur.

E Ioan.

thorum. talia.

F

a Miſe-

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XVI.

1 NE *iucunderis in filiis impiis.* In fine pręcedentis capituli dixit autor, quod deus non concupiſcit multitudinẽ filiorum malorum, ideo concluditur ex hoc corollarium, ſcilicet quod parentes boni, ſiue corporales, ſiue ſpirituales, cum in hoc deo debeant conformari, non debent de multitudine talium filiorum lætari. Et patet litera vſque ibi.

2 *Non credas vitæ illorum.* credẽdo, quod emendari debeãt in ſenectute, nam hoc eſt valde raro. Prouer. 22. Adoleſcens iuxta viam ſuam graditur, & cũ ſenuerit, non recedet ab ea.

3 *Et ne reſpexeris in la.* ideſt, quòd debeãt pro te laborare in ſenectute tua, ratione dicta. 4 *Melior eſt enim vnus timens deum* Hęc eſt cõparatio abuſiua, quia quanto plures ſunt mali, tanto peius eſt, ideo ſequitur: 5 *Et vtile eſt mori ſine filiis, quam relin.* ideſt vtilius. 6 *Ab vno ſenſato inhabitato.* i. hęreditas a patre derelicta. 7 *Et a tribus impiis.* quia quãto plures ſunt tales, tanto citius alienabitur per venditionem, vel fore tacturã. 8 *Multa talia vidit oculus meus.* quaſi diceret: Mihi credendum eſt, nam in talibus, & maioribus ſum expertus. 9 *In ſynagoga peccantium exardebit ignis.* Hic conſequenter ponitur ſecunda via ad probandum, quod deus non ſit peccati cauſa, quę procedit ex diuina iuſtitia, ꝓpter quod primo ponitur iuſtitię diuinę rigor, ſecundo circa hoc remouetur error, ibi: *Non dicas.* prima adhuc in duas. Nam primo declaratur rigor diuinę iuſtitię. Secundo ſubditur temperamentum ſuę miſericordię, ibi: *Miſericordia enim.* Circa primũ ponitur talis ratio: Nullus ſapiens, & iuſtus punit id, quod facit, deus autem punit peccatores, & puniet, vt patet ex decurſu veteris ac noui teſtamenti, igitur cum ſit ſapiens, & iuſtus, nõ eſt cauſa peccati. Huius rationis ſupponit maiorem tanquam notam, & ponit minorẽ dicens: *In ſynagoga peccantium exardebit.* diuinę punitionis. Et inducit ad hoc exemplum de diluuio, di. 10 *Non exorauerunt pro peccatis ſuis.* qui erant tempore Noe, vt habetur, Gen. 6. c.

Diuiſio.

11 *Qui deſtructi ſunt.* in diluuio.

12 *Confidentes ſuæ vir.* quòd non poſſent per diluuium ſic puniri, propter quod non credebant Noe prędicanti.

13 *Et non pepercit peregrinationi illorum.* ideſt eorum vitę, quę eſt quędam peregrinatio ſuper terram.

14 *Sed percuſſit eos.* in diluuio ſubmergendo.

15 *Gentem totam perdens.* quia ſolus Noe remanſit cum filijs ſuis, & vxoribus eorum. Geneſ. 7. Conſequenter ponit aliud exemplum de filijs Iſrael in deſerto, qui propter rebellionẽ ſuam mortui ſunt in deſerto, vt habetur, Num. 14. dicens.

16 *Et ſicut ſexcenta milia pe.* Exod. 12.

17 *Qui congregati ſunt.* volentes in Aegyptum reuerti, Nu. 14. Sed quia poſſet aliquis dicere, propter hoc puniti fuerũt, quia erant in tanta multitudine, ideo ſubditur.

18 *Et ſi vnus fuiſſet ceruicatus.* id eſt, ſi vnus ſolus fuiſſet deo rebellis.

19 *Mirum ſi fuiſſet immunis.* a pœna. nam, & Cain, qui fuerat ſolus peccator, fuit a deo punitus.

1 *Miſe-*

a *Miſericordia enim, A & ira cum illo*. diuina cenſura æqualitatem ſeruat, nec vni, nec pluribus parcit, nullum peccatum dimittitur impunitum, aut homo enim, aut Deus puniet. Qui intendit cuſtodire mandata Dei in tempore huius peregrinationis, & peccata purgare cum gemitu, & lachrymis, conſolationem B habebit, vnde: *Beati, qui lugent, quoniam, & cæte.* Et alibi: *Qui ſequitur iuſtitiam, & miſericordiam, inueniet vitam, & iuſtitiam, & gloriam.* (Matt.5.a.; Prou.21.b.)

b *Non dicas, a Deo abſcondar.* Reprehendit eos, qui deum credunt non curare mortalia. vnde Eliphaz. *Quid enim nouit Deus? Et quaſi per caliginem indicat. Nubes latibulum eius, nec noſtra conſi-* C *derat.* Hine Paulus ait: *Viuus eſt ſermo Dei* (Iob.22.b.; Hebr.4.c.)

a ¶Super timentes eum. b ¶Super contemptores. c ¶Apud eum multum valet deuota oratio. d ¶Super impœnitentes.

a Miſericordia enĩ, & ira cum illo, potẽs eſt exoratio, & effun-
a ¶Vniuerſæ viæ domini miſericordia, & veritas.
dens iram ſecundũ miſericordiã ſuam, ſic correctio illius ho
a ¶Reddet vnicuique ſecundum opera ſua. b ¶Vindictam.
minẽ ſecundum opera ſua iudicat. Non effugiet in rapinam
a ¶Quia patientia pauperum non peribit in finem, ſed digne remunerabitur. vnde. Beati miſericordes, quoniam, &c.
peccator, & nõ retardabit ſufferentia miſericordiam facientis.
a ¶Qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus metet vitam æternam.
Omnis miſericordia faciet locũ vnicuique ſecundũ meritũ
operum ſuorũ, & ſecundũ intellectũ peregrinationis ipſius.
b Non dicas: A deo abſcondar, & ex ſummo quis mei memora
bitur? In populo magno nõ agnoſcar. Quæ eſt n. anima mea
a ¶Cæleſtis militia angelicas virtutes intelligit, de quibus dicitur. Laudate eum cæli cælorum. b Infernus.
c in tam immẽſa creatura? Ecce cælum, & cæli cælorũ, abyſſus
a ¶Creatura terrena.
& vniuerſa terra, & quæ in eis ſunt, in conſpectu illius cõmo
a ¶Terrore. b ¶Maiores principes. c ¶Minores. d ¶Conſilia hominum.
uebuntur, montes ſimul, & colles, & fundamẽta terra, & cũ
a ¶Qui creauit.
conſpexerit illa deus, tremore concutientur. Et in omnib his
a ¶Superborum. b ¶Cui nihil occultum. c ¶Profunditatem conſilii.
inſenſatum eſt cor, & oẽ cor intelligitur ab illo, & vias illius
a ¶Potentiam iudicii.
quis intelligit? Et procellã, quã nec oculus videbit hominis?
a ¶Quia incomprehenſibilia ſunt iudicia eius.
d Nam plurima opera illius ſunt in abſcõſis, ſed opera iuſtitię
eius quis enũtiabit? aut quis ſuſtinebit? Longe enim eſt teſta-
a ¶Vt in fine quando omnes reddent rationem pro animabus ſuis.
e mentum a quibuſdam, & interrogatio hominũ in cõſummã-
a ¶Recedens a veritatis tramite. b ¶Falſa pro veris componit dogmata.
tione eſt. Qui minorat corde, cogitat inania, & vir imprudẽs

1 2 *Dei, & efficax, & pe-* D
3 4 *netrabilior omni gla-*
5 6 *dio ancipiti, & per-*
7 8 *tingens vſque ad di-*
9 *uiſionem animæ ac ſpi-*
10 *ri us.* Compagum
11 quoque ac medullarum,
12 & diſcretor
13 cogitationum, & in-
14 tentionum cordis.
15 c *Ecce cælum, & cæ*
16 *li cælorum.* Q. Si maiora
17 pro voluntate
18 ſua diſpenſat, & com
19 prehendit, minora
20 cum latere non poſ-
21 ſunt, ad cuius nu- E
22 tum omnia pauent
23 & contremiſcunt,
24 & non eſt, qui poſ-
25 ſit eius reſiſtere vo-
26 luntati.
27 d *Et opera iuſtitiæ.*
28 Nemo enuntiare po
29 teſt altitudinem iu-
30 ſtitiæ eius, nec ſu-
31 ſtinere iuſtitiæ diſtri
32 ctionem.
33 c *A quibuſdam, &*
34 *in er oga io hominum*
35 *in conſummatione eſt.*
36 idololatris, hære-
37 ticis, vel falſis ca-
38 tholicis. vnde: *Non* (Rom.2.b.)
39 *enim auditores legis*
*iuſtificantur, ſed facto-* F
*res.*

a *Et*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Miſericordia enim.* Hic conſequenter ponitur temperamẽtum diuinæ miſericordiæ, cum dicitur: *Miſericordia enim,* parcens. 2 *Et ira.* puniens. 3 *Cum illo.* ſcilicet in deo, in quo miſericordia, & iuſtitia ſemper concomitantur. 4 *Potens eſt exoratio.* id eſt, deprecatio iuſtorum potens eſt apud deum, quia relaxat, vel ſaltem temperat pœnam comminatam, ideo ſubditur. 5 *Et effundens iram.* ideſt faciens inferre pœnam. 6 *Secundum miſe.* ideſt cum temperamẽto diuinæ miſericordiæ. 7 *Sic correctio.* id eſt punitio cuiuſcunque hominis, nam illius hominis ponitur hic pro indiuiduo vago. 8 *Secundum opera ſua iudicat.* ideſt punit. 9 *Non effugiet.* punitionem dei. 10 *In rapinam.* ideſt homo crudelis exercens peccatum rapinæ. 11 *Et non retardabit ſufferentia miſericordiam facientis.* patiẽtiam miſericordis viri aduerſa patientis, quin a deo remuneretur tempore opportuno. 12 *Omnis miſericordia.* tam maior, quam minor. 13 *Faciet locum vnicuique ſe.* quibus correſpõdet pręmium. 14 *Et ſecundum intellectum peregrinationis ipſius.* ideſt ſecundũ intentionem, quam habet in præſenti vita, quę dicitur peregrinatio hominis. 15 *Non dicas: A deo abſcondar.* Hic circa diuinam iuſtitiam remouetur error, qui primo diſſuadendo proponitur. Secundo, propoſitus deſtruitur, ibi: *Ecce cælum.* Tertio, ad cõtrariam veritatem diſcipulus inducitur, ibi: *Audi me fili.* Circa primum ſciendum, quod aliqui errantes dixerunt diuinam prouidentiam ad hæc inferiora non extendi, nec per conſequens eius iuſtitiam: ex quorum perſona dicitur Iob. 22.b. *Circa cardines cœli perambulat, nec noſtra conſiderat.* Alij vero dixerunt, quod licet eius prouidentia ſe extendat ad hæc inferiora, hoc tamen eſt in generali tantum, quia ſecundum eos non habet notitiam ſingularium, ne vileſcat eius intellectus. Et ſecundum primum errorem, ſimiliter, & ſecundum tolleretur punitio peccatorum, quę reſpicit facta particularia. Diſſuadendo igitur primum errorem dicitur: *Non dicas: A deo abſcondar.* quia non habet mei notitiam. Et ſubditur ratio ſecundum errorem eorum. (Diuiſio.)
16 *Et ex ſummo.* ideſt de cœlo. 17 *Quis mei memora.* quaſi dicat deus habet notitiam tantum de ſuperioribus, diſſuadendo ſecũdum dicitur. 18 *In populo magno non agnoſcar.* reſumatur. Non dicas *in populo magno.* quaſi dicat deus non habet notitiam ſingularium. 19 *Quæ eſt enim anima mea in tam immenſa creatura.* quaſi dicat nihil, propter quod videretur intellectus dei vileſcere, ſi cognoſceret eam in ſingulari.
20 *Ecce cælum.* Hic remouetur error prædictus per hoc, quod dei effectus attingit a ſummo cælo vſque ad centrum terre, quantum ad omnia, quæ in eis ſunt particulariter, ipſe vero non agit a caſu, ſed ſciens, & cognoſcens, ergo, & cę. Et hoc eſt, quod dicitur: *Ecce cælum.* aereum.
21 *Et cæli.* ideſt, cælum ſydereum, cryſtallinum, & empyreum.
22 *Abyſſus.* ideſt oceanus.
23 *Et vniuerſa.* cõmouebuntur. Nã eius actio pertingit ad omnia. 24 *Et cum conſpexerit.* ſua ordinatione volens aliquid agere. 25 *Tremore concutien.* ideſt obedient ei ad nutum, vnde frequenter viſum eſt aliqua fieri in ipſis contra naturę ſolitum curſum, vt in deſcenſu ignis in Sodomorum punitione, Ge. 19. Et in eleuatione aquæ grãdis quindecim cubitis ſuper cacumina montium in diluuij mundatione, Gen. 7. 26 *Et in omnibus his inſen.* ſcilicet negantis diuinã ſcientiam, & iuſtitiam extẽdi ad peccatorum punitionem.
27 *Et omne cor.* iuſtum, & iniuſtum.
27 *Intelligitur ab illo.* perfectè. 28 *Et vias il.* ſcilicet dei.
29 *Quis intel.* quaſi dicat nullus niſi valde imperfecte.
30 *Et procellam.* quia freqũeter fit tẽpeſtas in locis ab omni habitatione hominũ remotis, & ſic non põt videri ab eis.
31 *Nam plurima.* id eſt celata hominibus.
32 *Sed opera iuſt.* q.d. null⁹, qa iudicia dei ſunt abyſſus multa.
33 *Aut quis ſuſti.* quaſi dicat pauci, quia iuſti, qui poſſunt ſuſtinere, ſunt in numero minori, ideo ſubditur.
34 *Longe enim eſt teſta.* vetus, & nouum. 35 *A quibuſdam.* ideſt ab omnibus infidelibus, & a pluribus credentibus eſt longe quantum ad operationem, licet non quantum ad cognitionem.
36 *Et interrogatio.* ideſt reſeruatur in finali iudicio, vbi de omni verbo otioſo reddent homines rationem, vt dicitur Matth. 12.c. Et multo fortius de omni facto.
37 *Qui minoratur corde.* Ille corde minoratur, qui finem in bonis temporalibus conſtituit, quæ ſunt homine minora.
38 *Cogitat in.* nam cogitationes ſuę deficiunt a debito fine, & ſic ſunt inanes, ſicut medicina dicitur inanis, quæ deficit a ſanitate introducenda.
39 *Vir imprudens.* ideſt in agibilibus deficiens, quorum agibilium prudentia eſt, quæ eſt recta ratio rerum agibilium.

a *Et dicam in æquitate.* Qui intẽto corde deſiderat notitiam
A veritatis habere, intellectũ ſobrium cum cæteris virtutũ cupit in lege dei percipere, & ad gratiã dei poteſt pertingere, vt ſciat operum Dei rationẽ, quæ ab initio ordinauit, & in ſtatu rectitudinis pmanere decreuit. Sed quia pars creaturæ diabolo conſentiens cecidit, autoris potentia ſurrexit. Quia
B enim mirabiliter p verbum ſuum hominẽ condidit, p ipſum mirabilius reparauit: & de cætero ſanctè, & iuſtè viuere docuit, vt † quod origo non cuſtodierat, reparatio conſeruaret, hoc aliquo modo ſecundum hiſtoriã explicat, ſed ſtatum ſanctæ eccleſiæ apertè
C manifeſtat.

† quem.

† anguſtiauerit.

b *Diſtinxit partes illorum.* Singularũ gentium originem per diuerſas partes mũdi diſcreuit, vt quæque gens parẽtis ſui vocabulo denominata, proprias ſedes poſſideret. Myſtice autem diuina ſapiẽtiã eccleſiã inſtituens, per totius orbis partes dilatauit, & in ſingulis gentibus collocauit, vt in diuerſis locis diuerſa nomina vendicaret ſibi. vnde Ioannes in Apocalypſi. *Angelo Smyrnæ eccleſiæ ſcribe, & Pergami, & Thyatiræ, & cæteris.* D Myſt. Apoc.

c *Non ſis incredibilis verbo illius.* Dixit ſuperius quomodo ab initio deus in ſcientia, & iudicio ordinauit opera ſua, nunc interpoſita ſententia auditorem hortatur, ne incredibilis verbo illius a ſtatu rectitudinis flectatur, & ad narrationem redit, oſtendens quomodo clementia dei genus humanum reparauit ſic. Poſt hæc deus in ter. reſp. &c. E † Ord.

d *Denuntiauit.* cogitationis arcana. vnde. *Intellexiſti cogitationes meas de longe.* Et, *Dominus nouit cogitationes hominum.* F Pſal. Pſal.

¶ Quod ſcilicet impune poſſit peccare. ¶ Id eſt veritatem.

& errãs cogitat ſtulta. Audi me fili, & diſce diſciplinam ſen-
a ſus, & in verbis meis attende in corde tuo, & dicam in æqui-
tate diſciplinam, & ſcrutabor enarrare ſapientiam, & in ver-
bis meis attende in corde tuo, & dico in æquitate ſpiritus

¶ Mirabiliter.

virtutes quas poſuit deus in opera ſua ab initio, & in veri-
tate enuntio ſcientiam eius, in iudicio dei opera ipſius ab ini-
b tio, & ab inſtitutione hominum ipſorum diſtinxit partes il-

¶ Præparauit enim deus opera eccleſiæ ſuæ, & charitatis ſplendore illuſtrauit, ideo nullam virtutum patiuntur penuriam, ſed bonis operibus ſemper inſtant.

lorum, & initia ipſorum in gentibus ſuis. † Ornauit in æter-
num opera illorum, nec eſurierunt, nec laborauerunt, & non

¶ Charitas non quærit, quæ ſua ſunt, ſed quæ aliorum. Vbi eſt charitas, non eſt anguſtia. vnde, cor noſtrum dilatatum eſt, non anguſtiatum in nobis.

deſtiterunt ab operibus ſuis. Vnuſquiſque proximum ſibi
c non † anguſtiabit vſque in † æternum. Non ſis incredibilis

¶ Humanæ naturæ, quam miſericorditer voluit reſtaurare.

verbo illius. Poſt hæc deus in terram reſpexit, & impleuit

¶ Fide, & opere, & aliis virtutibus vnde. Vnicuique autem datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem

d illam bonis ſuis. Anima autem omnis vitalis denũtiauit ante

¶ Quia ſapientia dei continet omnia, & ad ipſam refertur omnis creatura a qua eſt condita.

faciem ipſius, & ipſa iterum reuerſio illorum.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et errans.* in ſpeculabilibus. 2 *Cogitat ſtulta.* a ſapientia vera oberrans quantum ad diuinorum cognitionem.

Diuiſio. 3 *Audi me.* Hic conſequenter diſcipulus inducitur ad contrariam veritatem, quæ ex hoc apparet maxime, quod deus eſt creator omnium, & ſic omnia perfectè cognoſcit vſque ad minima quæque agit præcognoſcens. Sic ergo procedit, quia primo ponitur excitatio diſcipuli. Secundo, doctrina magiſtri, ibi: *Et dico in æquitate.* Circa primũ dicitur: *Audi me fili.* aure corporis, & aure mentis. 4 *Et diſce diſcipli.* & non verba ad mulcendum aures compoſita. 5 *Et dicam in æquit.* abſque perſonarum acceptione. 6 *Diſciplinam.* circa mores. 7 *Et ſcrutabor enarrare.* quantum ad diuinorum cognitionem. 8 *Et in verbis.* Pluries repetit excitationem diſcipuli ad maiorem impreſſionem. 9 *Et dico in æquitate ſpiritus.* Hic conſequẽter ponitur doctrina magiſtri, & primo de

Diuiſio. productione creaturarum in generali. Secundo de productione hominis in ſpeciali, in principio ſequentis capi. Circa primum dicitur: *Et dico in æquitate.* ideſt abſque depreſſione aliqua veritatis. 10 *Virtutes quas poſuit deus.* nam omnibus creaturis dedit virtutes p quas aſſequũtur ſuos fines, vt igni leuitatem, terræ grauitatem, per quas ferũtur naturaliter ad ſua loca, & ſic de alijs. 11 *Et in iudicio dei.* recto, licet nobis occulto. 12 *Opera ipſius ab initio.* Nã omnia diſpoſuit in pondere, numero, & menſura, Sap. 11.d. 13 *Et ab inſtitutione* ſicut patet Ge. 1.a. quia primo die diuiſit lucem a tenebris. Secundo vero die, aquas quæ ſunt ſuper firmamẽtũ ſcilicet cælum cryſtallinum, ab aquis, quæ ſunt ſub firmamẽto, ſcilicet a materia quatuor elementorum, per cælum ſydereum intermedium. Tertio die diſtinxit elementa ab inuicem per cõgregationem aquarum in locum vnum, & ſic apparuit arida, & aeris elementum, ſicut fuit plenius ibi dictum. 14 *Et initia ipſorum.* ſupple diſtinxit, nam initiales poſſeſſiones partium terræ per tres filios Noe diſtinctè ſeminauit. Sic exponunt aliqui, ſed quia poſtea ſubditur: *Poſt hæc deus in terram reſpexit, &c.* videtur mihi, quod iſtud ſit intelligendum de angelis, per quos adminiſtratur tota corporalis creatura, ſicut dicit Aug. ſuper Ge. & ſecundum philoſophos, intelligentiæ mouent orbes. Eſt igitur ſenſus: *Et initia ipſorum in gen.* quia corpora ſuperiora, & inferiora aſſignauit deus diſtinctis angelis per eos regenda. Nec obſtat, quod dr: *Gentibus ſuis,* nã angeli dicuntur in ſcriptura filij dei Iob. 1.b. *Quadam autem die cum veniſſent filii dei, vt aſſiſterent coram domino, &c.* Dicuntur autẽ eius milites Iob. 25.a. *Nunquid eſt numerus militum eius?* & Lu. 2.b. *Facta eſt cum angelo multitudo cæleſtis militiæ, &c.* Milites autẽ, & filij alicuius ſunt ꝓpriè gẽtes eius. 15 *Ornauit in æternum.* nam cœlos ornauit ſtellis, & luminaribus, aerem auibus, aquam piſcibus, & terrã animalib. Et dicuntur celi, & elementa, angelorum opera, non quia ſint eorum factores, ſed adminiſtratores, eo modo loquẽdi quo vinea dicitur opus vinitoris, & domus gubernanda, opus diſpenſatoris. Et ponitur hic ęternum propriè quantum ad cęlos, quorum ornamenta permanebunt, quantum autem ad generabilia, & corruptibilia, quæ ceſſabunt in fine mundi, accipitur pro tempore longo, ſicut dicũtur montes æterni, Pſal. 75. *Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis.* 16 *Nec eſurierunt.* nam angeli non ſunt cibo corporali indigentes.

17 *Nec laborauerunt.* quia ſine fatigatione adminiſtrãt corporalem creaturam, & etiam continue, ideo ſubditur.

18 *Et non deſti.* ſiue moleſtia, ſiue diſcordia conturbati. Et ſubditur.

19 *Vnuſquiſque proximum ſibi.* vnde dicitur Iob. 25.a. *Qui facit concordiam in ſublimibus ſuis.*

20 *Poſt hæc deus.* impleuit illam bonis ſuis multiplicando homines in ea, & ex ea fructus producendo ad ſuſtentationem hominum, & animalium, ideo ſubditur. Gen. 1.

21 *Anima autem omnis.* tam rationalis, quam ſenſibilis.

22 *Denuntiauit ante faciem.* ideſt facto oſtendit, quòd ꝓpter eam erant illa bona a deo producta, quia vſa eſt ipſis.

23 *Et ipſa iterum reuerſio illorum.* nã per animam rationalẽ iſta reducuntur in deum ipſum de bonis ſuis laudando, & per animã ſenſitiuã ſuo modo, qa eſt materia diuinę laudis.

CAP. XVII.

a *Deus creauit.* Vt ſic viuat, ſapiat, & memoriã habeat, & intellectũ, & voluntatẽ. vnde. *Diliges dominum Deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua,* id eſt, ex Deut. 6.a

## CAPVT XVII.

¶ Poſtquam de anima dixit, de corpore addit. ¶ Qui excellit inter creaturas.

a DEus creauit de terra hominem, & ſecundum ima-
ginem ſuam fecit illum. Et iterum conuertit illum

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XVII.

Diuiſio DEus creauit. Hic pñr agit de formatione hoĩs ſpecialiter. Et primo quantũ ad pfectionẽ naturæ. Sedo quãtũ ad pfectionẽ legis ſuperadditæ, ibi: *Addidit illis.* Circa primũ dr: 1 *Deus creauit.* i. formauit, nam creatio proprie dicta eſt de nihilo. 2 *De terra hominem.* quãtum ad corpus, Geneſ. 1.c. 3 *Et ſecundum ima.* quantum ad animam intellectiuam, per quam homo capax eſt ipſius dei per cognitionẽ, & amorẽ. 4 *Et iterum con.* ſ. imaginem, dãdo ei cognitionẽ dei actualem,

A ex toto intellectu, voluntate, & memoria. Sicut aūt ex patre filius, ex vtroq; ſpiritus, ita ex intellectu volūtas, & ex vtroq; memoria, nec ſine his tribus poteſt eſſe anima perfecta, nec vnū quantū ad beatitudinem pertinet, ſine alijs integrum conſtat. Et ſicut deus pater, deus filius, deus ſpiritusſanctus, & tamen non tres dij, ſed vnus Deus, tres habens perſonas ita & anima intellectus, anima voluntas, anima memoria, non tamen tres animæ, ſed vna anima tres habens poteſtates, vel dignitates, in quibus imaginē Dei mirabiliter gerit, qui bus quaſi excellentioribus iubemur diligere cōditorem, vt quātum intelligatur, & diligatur ſemper in memoria habeatur. Nec deo ſufficit intellectus, niſi vo-
B luntas ſit in amore eius. Nec iſta duo niſi addatur memoria, qua ſemper in mente intelligentis, & diligentis maneat de⁹, quia ſicut nullū momentum eſt, quo nō vtatur homo, vel fruatur dei bonitate, ita ſemper in memoria debet præſens eſſe. Ad ſimilitudinem quoque dei factus eſt homo, vt ſicut de⁹ charitas eſt, bonus, iuſtus, mitis, miſericors, ita homo charitatem habeat, & ſit bonus, & iuſtus, &c.

De Gen. contra Manichæos l. 1. c. 17. ※ Aug. Iſtam maxime quæſtionem ſolent Manichæi loquaciter agitare, & inſultare nobis, q; hominem credamus factum ad imaginē, & ſimilitudinē dei. Attendunt enim figuram corporis noſtri, & infeliciter quærunt, vtrum habeat deus nares, & dentes, & barbam, & membra etiam interiora & cætera, quæ in nobis ſunt neceſſaria. In deo autem talia ridiculum eſt, imo impium credere, & ideo negāt hominem factum eſſe ad imaginem, & ſimilitudinem dei. Quibus reſpondemus membra quidem iſta in ſcripturis plerūque no-
C minari, cum deus inſinuatur audientibus paruulis, & hoc nō ſolum in veteris teſtamenti libris, ſed etiam in Noui. Nam & oculi dei commemorantur, & aures, & labia, & dentes, &
D pedes, & ad dexterā dei patris ſedere euāgelizatur filius. Et ipſe dn̄s dicit, *Nolite per cælum iurare, quia ſedes dei eſt, neque per terram, quia ſcabellum pedum eius eſt.* Item ipſe dicit, *quod in digito dei eiiciebat dæmonia.* Sed omnes, qui ſpiritualiter intelligūt ſcripturas nō mēbra corporea per iſta nomina, ſed ſpiritales potētias accipere didicerūt, ſicut galeas & ſcutum, & gladiū & alia multa. Primò ergo iſtis hæreticis dicendum eſt, qua impudentia de talibus verbis veteri teſtamento calūnientur, cum et in nouo hęc poſita videant, aut fortaſſe non videant, ſed cum litigant excęcātur. Sed
E tamen nouerint in catholica diſciplina ſpūales fideles non credere deū forma corporea definitū. Et quod homo ad imaginē dei factus dicitur, ſecundū interiorem hominem dici, vt eſt ratio, & intellectus, vnde et habet poteſtatē piſcium maris, & volatilium cœli, & omnium pecorum, & feratum, & omnis terræ, & omnium repentium, quæ repunt ſuper terram.

Matt. 5. Luc. 11.

a ¶Terram. Vnde: Terra es, & in terram ibis. b ¶Quia creauit illum ſenſu, & ratione pollentem. c ¶Quia per inobedientiam longæuæ vitæ gloriam perdidit.

a in ipſam, & ſecundum ſe veſtiuit illum virtute. Numerum 1 2 3 4
b dierum, & tempus dedit illi, & dedit illi poteſtatem eorum, 5 6
quæ ſunt ſuper terram. Poſuit timorem illius ſuper omnem 7 8 9
¶De coſta Adæ.
c carnem, & dominatus eſt beſtiarum, & volatilium. † Creauit 10 11
¶Euam.
ex ipſo adiutorium ſimile ſibi, conſilium, & linguam, & ocu- 12
los, & aures, & cor dedit illis excogitandi, & diſciplina intel 13 14
lectus repleuit illos. Creauit, & illis ſcientiam ſpiritus, & ſen- 15 16
a ¶Vim ſcilicet diſcernendi bonum, & malum tribuit eis.
ſu impleuit cor illorum, & mala, & bona oſtendit illis. Poſuit 17 18
a ¶Rationem intelligendi vnde poſſunt magnalia operum dei cognoſcere, & nomen eius, & opera laudare, & glorificare.
oculum ipſorum ſuper corda illorum, oſtendere illis magna- 19 20
lia operum ſuorum, vt nomen ſanctificationis collaudent, & 21
gloriari in mirabilibus illius, vt magnalia enarrent operum 22 23
d eius. Addidit illis diſciplinā, & legem vitæ hæreditauit illos. 24
Teſtamentum æternum conſtituit cum illis, & iuſtitiam, & 25
iudicia ſua oſtendit illis. Et magnalia honoris eius vidit ocu- 26 27
lus eorum, & honorē vocis audierunt aures illorum, & dixit 28
illis. Attendite ab omni iniquo. Et mandauit illis vnicuique 29 30

†Gene. 2. c.

a *Et ſecundū ſe veſtiuit illum virtute.* vnde: *Induite nouum hominem, qui ſecundum deū creatus eſt in iuſtitia, & veritatis ſanctitate.* Ephe. 4. f.
b *Et dedit illi poteſtatem.* quia in hoc quoque factus eſt homo ad imaginem dei, quo irrationabilibus ratione antecellit, & ea regit, & dominatur in eis, & omnium creatorem agnoſcit. Sed quia honorem ſuum non intellexit, *comparatus eſt iumentis inſipientibus.* Pſal. 48. c.
c *Creauit ex ipſo.* Sicut de latere Adæ dormientis formata eſt Eua, ſic de latere Chriſti in cruce morientis exiuit ſanguis, & aqua, de quibus formatur eccleſia. Gene. 2. Ioan. 19.
d *Et legem vitæ.* naturalē, quam dedit omni homini, vt ſubijceret ſuo creatori, & bonorum operum in ſe honorificētiā
F ※ cuſto-

## NICOLAVS DE LYRA.

lem, nam imago perfectius attenditur ſecundum actum, quam ſecundum potentiam.
1 *Et ſecundum.* ſcilicet, ideſt, ſecundum decētiam humanæ naturæ. 2 *Veſtiuit illum.* ad quam humana natura habet aptitudinem. Sicut enim deus formauit hominem perfectū quantum ad corpus, vt in quātitate debita, & huiuſmodi, ſic quantum ad animam ſcientijs, & virtutibus perficiendo illā vnde, & Adam ſtatim impoſuit nomina animalibus ſecundum naturæ ſuæ proprietatem, Gen. 2. d. quod non feciſſet, niſi habuiſſet eorum cognitionem. 3 *Numerum dierum, & tempus.* quo viueret in paradiſo terreſtri, & inde transferretur ad gloriam ſuam ſine morte, ſi ſtetiſſet in ſtatu innocentię. 4 *Et dedit illi poteſtatem eorum, quæ ſunt ſuper ter.* Gene. 1. 5 *Creauit ex ipſo.* de coſta eius mulierem formando, quę mulier eſt in adiutorium viri in procreatione prolis, & eius nutritione, & etiam in cohabitatione, nam aliqua opera ſtatim apparent per viros fienda, & aliqua per mulieres.
6 *Conſilium.* ideſt potentiam deliberandi. 7 *Et lin.* ad cōceptum mentis ſignificandum alteri. 8 *Et oculos.* i. potētiam videndi, & audiendi. Hos autem ſenſus pre cęteris exprimit, quia maxime deſeruiunt doctrinę, vt habetur. 1. Metaph. 9 *Et cor.* ideſt intellectum. 10 *Dedit illis.* ea quę ſunt neceſſaria, & expedientia ſibi. 11 *Et diſciplina in.* ſ. virum, & mulierem, dado eis notitiam omniū, quę cōpetit eis ſcire per naturā. Et ad idē facit, quod ſubditur. 12 *Creauit illis ſcien.* ſ. intellectus, qui tamen proprie refertur ad notitiā principiorum, ſcientia vero ad notitiam concluſionum.
13 *Senſu.* quantum ad certitudinem vtriuſque notitię, vnde & clare cognoſcens aliquid, dicitur illud bene ſentire.
14 *Et mala, & bona o.* bona ad proſequendum, mala ad vitandum. 15 *Poſuit oculum ipſorum ſuper corda.* nam dedit intellectui virtutem ſuper ſe reflectendi. 16 *Oſtendere illis.* ideſt ad oſtendendum illis. 17 *Magnalia operum ſuorum.* Per hoc enim, quòd anima intellectiua eſt ſuper ſe reflectiua, maxime proficit in ſcientia. 18 *Vt nomen ſanctificationis.* ideſt nomen domini, in quo benedicuntur, & ſanctificātur omnia. 19 *Collaudent.* Ex notitia namque operum dei debet homo aſſurgere in laudē conditoris, & alios ad hoc inducere, ideo ſubditur. 20 *Vt magnalia enarrent operum eius.* 21 *Addidit illis diſciplinam.* Hic conſequenter agitur de perfectione hominis, quantum ad additionem legis, dicens: *Addidit illis diſciplinam.* ideſt legem diuinitus datam. 22 *Et legem vi.* ideſt ad vitam ducentem, Mat. 19. c. *Si vis ad vitam ingredi, ſerua manda.* tamen hic ingreſſus retardabatur tempore legis Moſaicę, quouſque per Chriſtum amoueretur impedimentum naturę.
23 *Hæreditauit illos.* ſcilicet filios Iſrael ſpecialiter, & oēs generaliter, quia nulli denegabatur illa lex, quantum ad ea, quę pertinent ad ſalutem, & multi Gentiles receperunt illam. 24 *Teſtamentum æternum conſtituit illis.* quantum ad pręcepta moralia, quę manent in lege noua.
25 *Et iuſtitiam.* quantum ad pręcepta iudicialia.
26 *Et magnalia honoris.* in cęremonijs, & cultu dei.
27 *Et honoris vocis.* ſcilicet diuinę.
28 *Audierunt aures.* in datione decem pręceptorum, Exodi. 20.
29 *Et dixit illis. Attendite ab omni iniquo.* ſcilicet in pręceptis negatiuis, dicens: *Non habebis deos alienos.*
30 *Et mandauit illis.* vt viuāt iuſte cū illo: & hoc in pręceptis ſecunde

14 Et

a ¶Voluntates, & actiones. b ¶Quia omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius.

a de proximo ſuo. Viæ illorum coram ipſo ſunt ſemper, non 1

a ¶Dominus nouit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt.

ſunt abſconſæ ab oculis ipſius. In vnamquanq; gentem præ- 2

b poſuit rectorem, & pars dei Iſrael facta eſt manifeſta: Et 3

a ¶Doctrina, & operatio. ¶Oculi domini ſuper iuſtos, &c. 4

omnia opera illorum velut ſol in conſpectu dei, & oculi eius 5

a ¶Verbum dei non eſt alligatum. 6

ſine intermiſſione inſpicientes in vijs eorū. Non ſunt abſcō- 7

a ¶Qui reſiſtunt verbo dei. ¶Voluntates, & actiones.

ſa teſtamenta per iniquitatem eorum, & omnes iniquitates 8

a ¶Vultus autem domini ſuper facientes mala. b ¶Miſericordiæ opera mercedem habent conſignatam in cælis. vnde. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. ¶Virtutum.

eorum in conſpectu dei. † Eleemoſyna viri quaſi ſacculus 9

cum ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillam cōſeruabit, & 10

a ¶Quia in iudicio ad retribuendum præparabit ſe deus. 11

poſtea reſurget, & retribuet illis retributionem, vnicuiq; in 12

a ¶Ideſt iudicabit ſecreta internæ voluntatis.

caput ipſorum, & conuertet in inferiores partes terræ. † Pœ- 13

nitentibus autem dedit viam iuſtitiæ, & confirmauit defi- 14 15

¶Labores. ¶Præmia veracium. 16

c cientes ſuſtinere, & deſtinauit illis ſortem veritatis. Conuer 17

tere ad dominum, & relinque peccata tua, precare ante fa- 18

ciem † domini, & minue offendicula. Reuertere ad domi- 19 20

num, & auertere ab iniuſtitia tua, & nimis odito execratio- 21

nem, & cognoſce iuſtitias, & iudicia dei, & ſta in ſorte pro- 22

a ¶Aeternaſ[illegible] etis, quæ alibi dicitur ſeculum æternum, vel ſeculum ſeculi, vel ſecula ſeculorum. 23

poſitionis, & orationis altiſſimi Dei. In partes vade ſeculi 24

ſancti cum viuis, & dantibus confeſſionem Deo. Non de- 25

a ¶Cito conuertere ad dominum. Nemo eſt enim, qui ſemper viuat. b Nec opus, nec ratio, nec ſapientia erunt apud inferos. 26

d moreris in errore impiorum. Ante mortem confitere. † A 27

a In præſenti vita. 28

e mortuo, quaſi nihil perit confeſſio. Confiteberis viuens, vi- 29

uus, & ſanus confiteberis, & laudabis deū, et † gloriaberis in 30

31

32

custodiret. Vel, legē A literæ, quam ad correctionē morum, & reparationem naturalis legis ſcribi voluit, hoc enim naturalis lex, & literalis inſinuat, vt deum toto corde, tota anima, tota virtute diligamus: & mandata eius in dei, & proximi dilectione cuſtodiam*.

a *Coram illo.* vnde. *Nouit dominus viam iuſtorum, & iter impiorum peribit.* (Pſal. 1. b. Eſai. 39. c.)

b *Rectorem.* angelos, quibus commiſit deus cuſtodiam ſingularū gentiū. vnde: B *Statuit terminos gentium iuxta numerum angelorum Dei.* Vel, doctores quos ad prædicandum miſit. (Deut. 32. a. ſecundum aliam literam.)

c *Conuertere.* Oſtenſa cōditione hominis, quomodo ſcilicet ad imaginem dei creatus ſit, & ceteris prælatus creaturis, hortatur, vt poſt lapſum peccati reuertatur ad factorem ſuum, relinquens errorem quo ſemetipſum decepit & deprecetur deum poſſenſionibus ſuis, & tota mente refugiat ad diuinam miſericordiam, ſpernens idololatriam, & diabolicæ ſeruitutis C fallaciam. Diſcat, & mandatorū dei regulā, vt in ſorte ſanctitatis qua electus eſt permaneat, & in laudibus altiſſimi perſeueret. D (†Dei. Ipſorum ad conuerſionem exhortatio.)

d *A mortuo quaſi nihil perit confeſſio.*

Au. Cōfiteamur ſiue accuſantes noſipſos. Pia eſt vtraque confeſſio, ſiue cum te reprehendis, qui non es ſine peccato, ſiue cum illum laudas, qui non poteſt habere peccatum. Si autem bene cogitemus, reprehenſio tua laus ipſius eſt. Quare enim iam confiteris in accuſatione peccati tui? In accuſatione tui ipſius quare cōfiteris, niſi quia ex mortuo viuus factus es? Scriptura quippe ait, *A mortuo, quaſi qui non ſit, perit confeſſio.* Si perit a mortuo cōfeſſio, qui confitetur viuit: Et ſi peccatum confitetur, vtique a morte reuixit. Si peccati confeſſor reuixit a morte, quis eum ſuſcitauit? Nullus mortuus eſt ſuipſius ſuſcitator, &c. (Augu. bis do[illegible] mone.) E (†Ad.)

e *Confiteberis vi.* In præſenti vita, poſtquam non eſt tempus operādi, ſed præmium recipiēdi. vnde: *Currite dum lucem habetis, ne tenebræ vos comprehendant.* (†De p[illegible] ſ ho[illegible] ver. i[illegible] mortu[illegible] voluiſſ[illegible] fine. † glo. ris. Io. 12.) F

a *Quid*

## NICOLAVS DE LYRA.

ſecundæ tabulæ, quæ ordinant hominem ad proximum.

1 *Viæ illorum coram ipſo ſunt ſemper.* quia nihil latet eum.

2 *In vnamquanque gentem.* i. angelum regentem. vnde ſupremus ordo inferioris hierarchiæ dicitur ordo principatuū, i. angelorum, qui præſunt diuerſis regnis, gentibus, & prouincijs. Poteſt etiam hoc intelligi de regibus, & principibus terrenis, quorum poteſtas eſt a deo. 3 *Et pars dei Iſrael.* nam regimen illius populi attribuebatur a principio ipſi deo modo ſpeciali, propter quod cum petiuiſſet regem, dixit dominus Sam. 1 Reg. 8. b. *Non te abiecerunt, ſed me, ne regnē ſuper eos.*

4 *Et omnia opera illorum.* ſcilicet Hebræorum. 5 *Velut ſol in conſpectu dei.* nam in illo populo vigebat cultus dei cæteris ad idololatriam declinantibus. 6 *Et oculi eius ſine.* nā populo Iſrael dedit prophetas, & alia beneficia multa, Pſ. 147. b. *Non fecit taliter omni na. &c.* 7 *Non ſunt ab.* licet enim in populo Iſrael fuerint plures reges idololatræ conantes legē deſtruere, tamen in bonis ſuit lex, & latria reſeruata.

8 *Et omnes ini.* ad puniendum eas, quia decem tribus captiuauit per reges Aſſyriorum, & reſiduas per regem Babylonis, vt patet 4. Reg. 9 *Eleemoſyna.* Superius actum eſt de cauſa peccati, ſiue principio, hic cōſequenter agitur de eius remedio, quod potiſſime eſt eleemoſyna, & pœnitentia; propter quod primo agitur de eleemoſyna. ſecundo de pœnitentia, ibi: *Pœnitentibus.* Quòd autem eleemoſyna ſit remedium cōtra peccatū, patet Da. 4. vbi Daniel dixit Nabuchodonoſor: *Peccata tua eleemoſynis redime.* Ideo dicitur: *Eleemoſyna viri.* id eſt, pera. nam in pera ipſa viaticum homo reponit, ad quod in neceſſitate recurrit, ſic eleemoſyna in morte homini ſubuenit. Aug. Sola miſericordia comes eſt defunctorum. (Eleemoſyna.)

10 *Et gratiam ho.* ideſt homini a deo datum.

11 *Quaſi pu.* in præſenti, nam recipientes eleemoſynam orant pro dantibus, vt in gratia conſeruentur.

12 *Et poſtea re.* nam in reſurrectiōe generali dicet ſaluator: *Venite benedicti patris mei, percipite vobis paratum regnum a conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare, &c.* (Matt. 25. c.)

13 *Et conuer.* nam eleemoſyna valet exiſtentibus in purgatorio, quòd a ſanctis etiam doctoribus eſt idem cum inferno, qui eſt ſub terra. Dicit enim Greg. quòd ſicut in eodē igne aurum rutilat, & palea fumat, ſic idem eſt ignis, qui cruciat reprobos, & purgat electos.

14 *Pœniten. au.* Hic conſequenter agitur de pœnitentia, quæ eſt ſummum remedium cōtra peccatum. Et quia datur ex dei miſericordia, propter hoc ex conſequenti agitur de ipſa ibi: *Quam magna miſericordia.* Circa primum ſciēdum, quòd eleemoſyna ad pœnitentiam diſponit, ideo quaſi continuādo præcedentibus dicitur. *Pœnitentibus au. dedit.* eleemoſynā.

15 *Viam iuſti.* ad eam diſponendo. 16 *Et confir.* ideſt debiles ad ſuſtinendum laborem pœnitentiæ.

17 *Et deſtinauit.* quæ conſiſtit in clara dei viſione. Et quia vere pœnitentibus conferuntur iſta, ſubditur exhortando ad pœnitentiam: *Conuertere ad dominum.* & patet.

18 *Et minue offendicula.* Non ſolum cauendo a peccatis, ſed etiam ab occaſionibus peccatorum.

19 *Et nimis.* ideſt valde.

20 *Odito execrationem.* ideſt culpam execrabilem.

21 *Et cognoſce.* non ſolum ſpeculatiuè, ſed etiam practicè.

22 *Iuſtitias, & iu.* contenta in ſcriptura veteris ac noui teſtamenti.

23 *Et ſta in ſorte.* ideſt propoſito bono.

24 *Et oratione altiſſimi.* vt teneat in firmitate propoſiti.

25 *In partes.* i. cum viris iuſtis, qui dicūtur ſeculum ſanctū.

26 *Cum viuis.* vita gratiæ.

27 *Et dantibus confeſſionem deo.* ipſum deuote laudando.

28 *Non demoreris in errore.* ideſt cum eis, ne ab eis inficiaris.

29 *Ante mortem confi.* Et ſubditur cauſa.

30 *A mortuo quaſi nihil perit.* ſcilicet.

31 *Confeſſio.* quia inutilis eſt ſibi, ſicut dicitur Sap. 5. b. in perſona exiſtentium in inferno: *Quid nobis profuit ſuperbia, & diuitiarum iactantia, quid contulit nobis?* ideo ſubditur.

32 *Confi. vi.* Tunc enim melius poteſt homo conſcientiā ſuam purgare, quia non impeditur infirmitatis grauitate.

13 *Et* 1 *Quam*

A miſerationibus illius. Quam magna miſeri- 1
a ¶Qui ſoli nouerunt dulcedinem miſericordiæ dei. vnde: Bonus eſt dominus ſperantibus in eum.
cordia † domini, & propitiatio illius cōuer- 2
tentibus ad ſe. Nec enim omnia poſſunt eſſe 3
a ¶Vnde: Diuidens ſingulis prout vult. 4
omnibus. in † hominibus, quoniam non eſt immorta- 5
a ¶Senſus humani cordis ad malitiam pronus eſt ab adoleſcentia. 6
vanitatem. lis filius hominis, & in † vanitate malitiæ pla- 7
a Quid lucidius ſole. Oſtēdit mundi machinam a cuerūt. Quid lucidius ſole? 8 9
& hic deficiet. Aut quid ne- 10
quius, quam quod excogita-
11 uit caro, & ſanguis? ex hoc
a ¶Perfectionem ſanctorum.
12 arguetur. Virtutem altitudi-
a ¶Cæleſtis creaturæ. b ¶Probando dinumerat.
13
14 nis cæli ipſe conſpicit, &
a Terrenis creaturis. Quaſi atque omnia eius ſunt. Vita peccatorum Quia in iudicio ad nihilum redigentur.
omnes homines terra, & cinis.

chinam tranſitoriam eſſe, nec lux corporalis perpetuo eadē manet. Quanto minus vana cogitatio humanæ fragilitatis. D

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Quam magna.* Hic conſequenter agitur de miſericordiæ dei magnitudine. Et primo ſpecialiter erga pœnitentes. ſecundo generaliter erga omnes, ſequenti ca. Circa primum oſtenditur primo propoſitum. ſecundo declaratur quoddā dictum, ibi: *Quid lucidius.* Circa primum dicitur: *Quam magna mi.* id eſt, valde magna eſt. 2 *Et propitiatio illius conuer.* id eſt vere pœnitentibus, nam de filijs diaboli fiunt filij dei, & cohæredes regni, eo quòd condonantur eis ſimul omnia peccata, & cum hoc aliquando tota pœna debita, ſicut tenetur de Maria Magdalena, & ſemper virtuti ſacramenti pœnitētiæ remittitur aliqua pars pœnę, ideo ſubditur.
3 *Nec enim omnia poſſunt eſſe in ho.* id eſt non ſemper poteſt homo de omnibus peccatis ſuis ſatisfacere.
4 *Quoniam non eſt immor.* propter quod ex carne corruptibili fragilis eſt, & pronus ad peccata. 5 *Et in vanitate.* vitæ pñtis. 6 *Malitiæ.*
6 *Malitiæ.* id eſt peccata.
7 *Placuerunt.* ſcilicet homini, propter quod indiget magna miſericordia dei.
8 *Quid lucid. us ſole.* Hic conſequenter declarat fragilitatem hominis, & hoc per mutabilitatem magis ſtabilium, dicens: *Quid lucid.* Q. diceret: Nihil inter viſibilia.
9 *Et hic deficiet.* non ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum apparentiam, quando patitur eclypſim.
10 *Aut quid nequius, quam quod excogitauit.* id eſt homo. Eſt. n. homo peccator peſſimum animalium, vt dicit Phil. 1. Politi.
11 *Et hoc arguetur.* a deo & acriter punietur.
12 *Virtutem altitudinis cæli.* id eſt virtutem angelorum in cęlo empyreo exiſtentium.
13 *Ipſe.* ſcilicet deus. 14 *Conſpicit.* tanquam nullam reſpectu ſuæ virtutis, & multo fragilior eſt homo. ideo ſubditur. *Et omnis homo terra, & cinis, &c.*

## CAP. XVIII.

a *Qui viuit in æter.* Rerum ſubſtantia ſimul creata eſt, ſed non ſimul per ſpecies formata eſt, & ſimul exiſtit p̄ B ſubſtantiam materiæ, non ſimul apparuit per ſpeciē formę. Cumque factum cœlum terraque deſcribitur, ſimul ſpūalia & corporalia, & qcquid de cœlo, vel de terra producitur, indicatur. Nemo per ſeipſum idoneus eſt conſiliū dei, vel magnitudinem virtutis ſcire, vel enarrare. vnde: *Nemo nouit filiū niſi pater, neque patrem quis nouit, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare.*
✻ Auguſtin. Sicut in ipſo grano inuiſibiliter erant omnia ſimul, quæ per tempora in arborem ſurgeret, ita & ipſe mūdus cogitandus eſt, C cum deus ſimul omnia creauit, habuiſſe ſimul omnia, q̄ in illo, & cū illo facta ſunt, quādo factus eſt dies, non ſolum cælum cum ſole, & luna, & ſyderibus, quorum ſpecies manent motu rotabili, & terra, & abyſſus, quę velut incōſtantes motus patiuntur, atque inferius adiuncta partem aliquam mundo conferunt, ſed etiam illa, quæ aqua, & terra produxit potentialiter atque cauſaliter, priuſquam per temporum moras ita exorirentur, quomodo nobis iam nota ſunt in eis operibus, quæ deus vſque nunc operatur. E



## CAPVT XVIII.

a Q Vi viuit in æternum, creauit omnia 1
a Vnde Nō iuſtificabitur in cōſpectu tuo omnis homo viuens. Et alibi. Nunquid iuſtificabitur homo comparatur deo?
ſimul. Deus ſolus iuſtificabit, & ma 2
a Omnia vincit, omnia ſuperat. Et alibi. Nemo bonus, niſi ſolus deus.
net inuictus rex ī æternū. Quis ſuffi- 3
ciet enarrare opera illius? Quis enī 4
inueſtigabit magnalia ei⁹? Virtutē
autem magnitudinis eius, quis enuntiabit? Aut quis adijciet 5
b enarrare miſericordiam eius? Nō eſt minuere, neq; adijcere, 6 7
a Ad plenum. b ¶In ſcripturis. c ¶Mandata dei pia operatione.
nec eſt inuenire magnalia dei. Cum cōſummauerit homo, 8 9
Intelligere myſteria. a A mundanis curis. b Opus dei. vnde. Operamini non cibum, qui perit.
tunc incipiet, & cū quieuerit, operabitur. quid eſt homo, 10 11

✻ Idem. De quo creatore ſcriptura iſta narrauit, qđ ſex diebus cōſummauerit omnia opera ſua, de illo alibi nō vtiq; diſſonāter ſcriptum eſt, quod creauerit omnia ſimul. Ac per hoc, & iſtos dies ſex, vel ſeptē, vel potius vnū ſexies ſeptieſue repetitū ſimul fecit, q̄ fecit omnia ſimul. Quid ergo opus erat ſex dies tam diſtinctè diſpoſiteq; narrari? Quia ſcilicet ij, q non poſſunt videre, quod dictū eſt, *Creauit omnia ſimul,* niſi cum eis ſermo tardius incedat, ad id quo eos ducit, peruenire non poſſunt. F
b *Non eſt mi.* Nihil de ſcripturis ſanctis eſt minuēdū, nihil addendū. vnde: *Si quis appoſuerit ad hæc, apponet ſuper illum deus plagas*

Gene 2. Aug. de geneſi ad literam libr. 4. cap. 33.
Apocal. 22. d.

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XVIII.

Q*Vi viuit in æter.* Hic conſequenter agitur de magnitudine diuinæ miſericordiæ erga omnes, de qua primo tractatur, ſecundo de operibus, per quę impetratur, & conſeruatur, ibi: *Fili in bonis.* Prima in duas, q̄a primo tractatur de magnitudine miſericordiæ dei abſolute. ſecundo comparatiue ibi: *Miſeratio hominis.* Prima adhuc in duas, quia primo propoſitum oſtenditur ex parte dei miſerantis. ſecundo ex parte hominis ea indigentis, ibi: *Quid eſt homo.* Circa primum dicit.
1 *Qui viuit in æter.* Et ex hoc apparet infinitas ſuæ potentię qnia creare eſt de nihilo aliquid facere. Intelliguntur autem omnia creata ſimul dupliciter. Vno modo, quòd cœlū empyreum angelis repletum creatum ſit cū informi materia corporalium, quæ poſt formata eſt per diſtinctiones formarum ſubſtantialiū in opere ſex dierum. Alio modo, q̄ omnes partes principales mūdi ſimul productæ fuerint in ſuis formis ſubſtantialib. & formatio ſequens intelligatur quantum ad formas accidētales, prout in principio Ge. plenius explicaui.
2 *Deus ſolus.* quia ſolus iuſtus eſt per eſſentiā, ſicut & bon⁹.
3 *Qui ſufficit.* ſ. creationis, gubernatiōis, recreationis, & glorificationis, rificationis quaſi diceret, nullus, & eodem modo de ſequētibus, cum dicitur. 4 *Quis enim inue.* Et quoniam omnia iſta ſunt ad bonum humanæ naturæ, ſequitur.
5 *Et quis.* erga humanam naturam, quaſi diceret, nullus niſi ipſe. 6 *Non eſt minuere, nec adijcere.* nam eius operibus nihil eſt ſuperfluum, nec diminutum.
7 *Nec eſt in.* nam ad eorum cognitionē non aſcenditur, niſi per creaturas, quæ in infinitum deficiunt a perfectione creatoris, ideo ſubditur. 8 *Cum conſum. ho.* inueſtigationē de deo. 9 *Tunc inci.* id eſt, percipiet, quod eſt in principio.
10 *Et cum quie.* id eſt cum erit in ſenectute, quæ tempus eſt quieſcendi, ad bonum opus magis animabitur. vnde beat⁹ Franciſcus iam ſenex dicebat ſuis fratribus: Fratres incipiamus ſeruire domino, nam vſque nunc parum profecimus, & hæc eſt monitio ſaluatoris. Luc. 17. c. *Cum omnia feceritis, quæ præcepta ſunt vobis, dicite, ſerui inutiles ſumus.*
11 *Quid eſt ho.* Hic conſequenter oſtenditur magnitudo miſericordię diuinæ ex parte hominis, qui ſecundum ſe nihil eſt in conſpectu dei, nec habet a ſe aliquid boni, propter quod quicquid a deo ſibi fit, debet magnum reputari, ideo dicitur: *Quid eſt homo.* quaſi dicat nihil.

A *plagas ſcriptas in libro iſto,&c.*
a *Centum anni* Paucitatem dierũ noſtrorũ comparat guttæ maris,& calculo arenæ, quia ad comparationem æternæ feli
Iob.14.a. citatis nimia eſt breuitas,& miſeria maxima.vnde: *Homo natus de muliere,breui viuens tempore,repletur multis miſeriis.*

b *Miſeratio hominis.* Pauci ſunt, qui miſereantur proximo, cũ miſericordia dei redundet per vniuerſum mundum,qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos, & malos.
Matth.5.g. c *Excipiens do.* Hortatur eos, qui doctrinam euangelij accipiunt, ut miſericordiam proximis impendant,& feſtinent diem iudicij miſericordiæ operibus præ-
B uenire. vnde: *Beati mi*
Matth.5.a. *ſericordes, quoniam ipſi*
† domini *miſericordiam conſequẽtur.*
† docte. d *Verbi ma.* Lingua eucharis gratioſum hominẽ facit. vnde:
Prouerb.17.d. *Qui moderatur ſermones ſuos,doctus, & prudens eſt.*
e *Nonne ardo. re.ros.* Segetes defendit ros ab ardore ſolis,&verbum bonũ largientem a nequitia iraſcẽtis.vnde: *Sermo du-*
Prouer. 15.a. *rus ſuſcitat rixas, lenis*
† 16.q.1.c. ſic viue. & c ſeq. *mitigat ſuſcitatas.*
Grego.lib.21. f *Nonne ecce verbum.*
Moral. ca 14.
C ✱ Gregorius. Sunt nonnulli,qui mox, vt ab egenis fratribus fuerint neceſſaria D
poſtulati,poſt dona largituri,in eos prius contumeliæ ſu verba iaculantur. Qui etſi rebus miniſterium pietatis perficiũt, verbis tñ gratiam humilitatis perdunt, ita vt plerunque videatur, quia illatæ iam iniuriæ ſatisfactionem ſoluunt, cum poſt contumelias dona largiunt. Nec magni eſt operis, quòd poſtulata tribuũt, q͂a ipſo donationis ſuæ † Ge. munere vix eũdem exceſſum ſermonis tegunt. Quibus bene per Eccleſiaſticum verbum dicitur *Omni dato non des triſtitiam verbi mali, &* Eccl.
rurſum, *Adde verbum ſuper datum bonum, & vtraque cum homine iuſtificato:* videlicet vt datum exhiberi de- E
beat per pietatem, & bonum verbum tribui p̃ humilitatem.
g *Stultus acriter improperabit, & datus indiſciplinati tabeſcere facit oculos.* In ore ſtulti iurgia, contumeliæ, † mi † feſti
ideo datum eius ingratum. Myſtice. Hæretici quicquid proferunt ſub ſpecie virtutis, polluunt verbo mendacij. Myſti
† vtra
h *Para iuſtitiam tibi, & antequam loquaris.* vt videas, quid in te deo placeat, vel diſpliceat, & delicta F
corrigas.

a *Ante*

a ¶Omnia mutabilia eſſe oſtendit.
& quæ eſt gratia illius? & quid eſt bonum,aut quid nequam 1
¶Alias momentum. 2
a illius? Numerus dierum hominum,vt multum† centum anni, 3
¶Alias aqua.
quaſi guttæ aquæ maris deputati ſunt. Et ſicut calculus are-
a ¶Fragilitatem,ſcilicet humanam.
næ,ſic exigui anni in die æui. Propter hoc patiens eſt deus 4
a ¶Vultus domini ſuper facientes mala. 5
in illis,& effundet ſuper eos miſericordiam ſuam. Vidit præ- 6
ſumptionem cordis eorum, quoniam mala eſt,& cognouit 7
¶Mentis. a ¶Recordatus eſt,quia caro ſunt, ſpiritus vadens, & non rediens. 8
ſubuerſionem illorum, quoniã nequam eſt, ideo adimple- 9
uit propitiationem ſuam in illis, & oſtendit illis viam æqui- 10
b tatis. Miſeratio hominis circa proximum ſuum, miſericor- 11
dia autem† Dei ſuper omnem carnem. Qui miſericordiam 12
a ¶Bonus. b ¶Eccleſiam. 13
habet † docet, & erudit quaſi paſtor gregem ſuum, † miſe- 14
c reatur excipiens doctrinam miſerationis, & qui † feſtinant 15 16
¶Si quid boni feceris. a ¶Ideſt non admiſceas amara verba. 17
in iudiciis eius. Fili in bonis non des querelam, & in omni 18
¶Tuo. a ¶Ex conuitio vendas, quod opere donas. 19
d dato ne des triſtitiam verbi mali. Nonne ardorem refrige- 20
e rabit ros? Sic & verbum melius, quam datum. Nonne ecce 21
f ¶Ideſt iuſtus præbet vtrunque. 22
verbum ſuper datum bonum? Sed † vtrunque cum homine 23
iuſtificato. Stultus acriter improperabit, & datus indiſcipli- 24
g ¶Accipientis. 25
h nati tabeſcere facit oculos. Ante iudicium para iuſtitiã tibi, 26
a ¶Reddens deo rationem, b ¶Quomodo reſpondeas. c ¶Iudicii quando non licebit operari. 27
d Pœnitentiam iuſtitiæ. 28
† & antequam loquaris, diſce. Ante languorẽ adhibe medi- 29
30

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et quæ eſt.* q.d.a ſe non habet aliquod bonum gratię,vel naturæ. 2 *Aut quid nequam.* q.d.quicquid nequitiæ eſt in eo,totum eſt ab ipſo,Oſee.13.c. *Perditio tua ex te Iſrael,tantum modo ex me auxilium tuum.* 3 *Numerus dierum ho.* q.d. Si viueret centũ annis,hoc nihil eſt reſpectu æternitatis,pro qua hic accipitur ęuum,cum dicitur. 4 *In die æui.* ideſt in duratione ęternitatis,& hoc etiam verum eſt,ſi accipiatur ęuũ proprie, quod eſt menſura eſſe incorruptibilium, & ideo ſi tota vita ſua eſſet in bonis operibus occupata, tamen nihil eſſet,niſi ex dei gratia.ideo ſubditur. 5 *Propter hoc.* expectando eorum emẽdationem. 6 *Et effun.* dando largiter gratiam ſuam, hoc enim importat effuſionis verbum.

7 *Vidit præ.* in turris Babel ędificatione. 8 *Et cogno.* nam omnes fere declinauerunt ad idololatriam. 9 *Ideo adim.* eos ad idololatriam retrahendo. 10 *Et oſtendit eis viam.* videlicet directionem legis, quam dedit, lege naturali iam obſcurata per peccandi conſuetudinem, quę quidem lex inducit ad cultum,& amorem vnius ueri dei, & conſeruãdam ęquitatem cum proximo. Licet autem illa lex fuerit data populo Iſrael ſpecialiter,tamen data fuit omnibus inquantum admittebãtur ad eam in his, quę ſunt neceſſaria ad ſalutem.

11 *Miſeratio ho.* Hic conſequenter agit de magnitudine miſericordię dei cõparatiue,cum dicitur: *Miſeratio hominis circa pro.* q.d. parua eſt,quia ſe extendit ad hominem tantum.

12 *Miſe. autem dei ſuper.* Pſal.135. *Qui dat eſcam omni carni.* propter quod incõparabiliter maior eſt dei miſericordia, & q͂a miſereri magis tenentur illi, qui ſunt in ſtatu regendi,ſubditur. 13 *Qui miſe.pa.* ideſt miſericordię ſtatum.

14 *Docet, & erudit.* ideſt habens docendi officium.

15 *Miſereatur.* in effectu. 16 *Excipiens do.* ideſt confirmans doctrinam ſuam per exercitium operis,nam in moralibus magis mouent facta, quã verba. 17 *Et qui ſe.in iudi.* ſcilicet miſericordię deſiderans audire illam ſententiam in finali iudicio. Venite benedicti patris mei. Sequitur: *Eſuriui enim,& dediſtis mihi manducare,&c.* Matt.25.c. 18 *Fili in bonis.* Poſtquam actum eſt de magnitudine miſericordię, hic cõſequenter agitur de illis, per quę impetratur,& cõſeruatur. Et diuiditur in duas partes, quia primo fit propoſitum,ſecũdo tollitur impedimentum. *Poſt concupiſcentias tuas.* Circa primum ponuntur quatuor impetratiua, & conſeruatiua miſericordię diuinę. Primũ eſt proximi vera compaſſio,cum dicitur: *Fili in bonis ne des.* plangendo,quod dediſti ad releuandum proximi miſeriam: Diuiſio
Compaſſio proximi

19 *Et in omni.* increpando, vel pũgendo pauperem,cui das eleemoſynam,ſicut faciunt multi per hoc perdentes ſaltem in parte bonum meriti.

20 *Nonne ar.re.ros.* q.d. Sicut manifeſte apparet in ęſtate.

21 *Sic & verbum melius,quã datum.* Dupliciter enim aliquis petit eleemoſynam. Vno modo magis ex cupiditate,quã neceſſitate,& tunc nõ expedit dare,quod petit, ſed magis rõnabiliter ipſum inſtruere,q̃ ceſſare debeat a tali petitione,& ſic dicit Augu. de ſermone domini in monte. Aliqñ aliquid melius dabis cum iniuſte petentem correxeris, & ſecũdum hoc dicitur: *Nonne ardorem refrigerabit ros.* q.d. ſicut ros refrigerat ardorem temporis, ſic verbum bonũ refrigerat cõcupiſcentiam inordinatam petentis. Alio modo ex neceſſitate quam tamen petens fert moleſte, & ſic dãdum eſt,quod petit ad releuandum indigẽtiam corporis. Et capitur hoc verbum conſolationis pro conſolatione mentis,& quantum ad hoc ſubditur. 22 *Nonne verbum.* conſolatiuum. Petere eleemoſynam

23 *Super da.* q.d. Sic quia melior eſt eleemoſyna ſpiritualis, quam corporalis,quanto ſpiritualia temporalibus prefefunt.

24 *Sed vtrun.* quia cum dono dat etiam verbum dulce.

25 *Stultus acriter.* pauperi donum ſuum.

26 *Et datus,* recipientis,qui verecũdatur ex opprobrijs ſibi illatis. 27 *Ante iu.* Hic ponitur ſecundum, quod eſt innocentię conſeruatio,cum dicitur: *Ante iud.* ideſt antequam iudices alium de defectu aliquo, videas quòd ſis immunis ab illo,alias te condemnares,Roma.2.a. *In quo enim iudicas aliũ,te ipſum condemnas.* eadem enim agis,quę iudicas.

28 *Et an.lo.* alios docendo.

29 *Diſce.* a magiſtro.

30 *Ante lan* Sicut enim infirmitas corporalis redditur incurabilis per diuturnitatem,ſic ſpiritualis per conſuetudinem, quę quidem eſt altera natura.

1 *Et*

a *Ante iu.* Hæc monent vt ſemper parati ſimus, nec ſtulta
A ſecuritate nobis blādiamur, ſed in Dei ſeruitute laboremus vſque ad finem vitæ.

b *Ante ora.* Cum ſtabis ad orādum, dimitte ſi quid habeas aduerſus aliquem.

10.b. c *Memen.* Vnde: *Iuſtus dominus, & iuſtitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius.*

d *Pauperta.* Futuræ poſt hanc vitam, vt facias amicos qui recipiant te in æterna tabernacula.

e *Hæc omnia.* Ver, æſtas, autūn⁹, hyems, dies & nox, nūquam omnia requieſcunt, & tamen omnia æternitati comparata cito tranſeunt: & omnia coram oculis domini certo fine claudūtur.
B Ipſe autem ſemper
.d. idem eſt, & anni eius non deficient.

f *Homo, &c.* Beatus eſt homo, qui ſemper eſt pauidus vt à peccatis ſuis caueat, &
18.c. pręcepta domini impleat. *Quia initium ſapientiæ timor domini. In-*
b. *tellectus bon. omnibus fac. eum.*

g *Inuenienti.* Id eſt,
runt. cū inuenerit, & agnitionem eius percepe-
te. rit, ipſa dabit confeſſionem rectæ prędicationis, & ſtudium bonæ operationis.

h *Senſati.* Quaſi aſtuti agnoſcunt ſapien-
C tiam, & ſenſati in verbis opere demonſtrant prudentiam.
* Augu-

a Si noſmetipſos diiudicaremus, non vtique diiudicaremur.
a cinam, & ante iudicium interrōga teipſum: & in conſpectu 1
Dei inuenies propitiationem. Ante languorem humilia te, 2 3
& in tempore infirmitatis oſtende † conuerſationem tuam. 4
a Curis ſeculi: b Sine intermiſſione orate.
Non impediaris orare ſemper, & non † veteris vſque ad 5 6
a Quia in multis offendimus omnes. b Vita æterna.
mortem iuſtificari: quoniam merces Dei manet in ęternum. 7 8
a Qui orat vt docuit, ſed non facit quod iuſſit.
b Ante orationem præpara animam tuam, & noli eſſe quaſi 9
a Vindictæ peccatorum. b Iudicij ſcilicet.
c homo qui tentat Deum. Memento iræ in die † conſumma- 10 11
a Quoniam retribuetur vnicuique ſecundum opera ſua.
tionis, & tempus retributionis in † conuerſatione facies. 12 13
a Temporalis. b Idem.
d Memento paupertatis in tempore abundantiæ, & neceſſita- 14 15
a Ab initio ſcilicet creationis. Natiuitatis. Senectutis. b Seculi.
tem paupertatis in die diuitiarum. A mane vſque ad veſpe- 16
a Quia homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſerijs.
e ram immutabitur tempus: & hæc omnia citata in oculis Dei. 17 18
a Scilicet præſentis uitæ.
f Homo ſapiens in omnibus metuet, & in diebus delictorum 19 20
a Quia omnis piger in egeſtate. b Diligens in lege domini. c Chriſtum.
g attēdet ab inertia· Omnis aſtutus agnoſcit ſapientiam, & in- 21 22
a Eloquentes, id eſt, prædicatores.
h uenienti eam dabit confeſſionem. Senſati in verbis & ipſi ſa- 23 24 25
Vt exemplis alios inſtruant.
pienter egerunt, & intellexerunt veritatem & iuſtitiam, & 26 27
a Carnales.
† implorauerunt prouerbia & iudicia. † Poſt concupiſcentias 28 29
a Carnali. b Animalitati.
tuas nō eas, & à † voluptate tua auertere. Si præſtes animę tuę 30 31 32
Dæmonibus.
cōcupiſcētias eius, faciet te in gaudiū inimicis tuis. Ne oble- 33 34
a Quarum conſortio & imitatione cogaris peccare. b Id eſt, frequenter peccant populari leuitate.
cteris in turbis, nec in modicis. Aſſidua enim eſt cōmiſſio il- 35 36 37

* Auguſtinus. Nunquid conſequens eſt vt ſi hēt aliquis cordis deſideria mala, iam ēt conſentiat eis ad committenda eadē mala? Ac ꝑ hoc aliud eſt habere mala deſideria cordis, aliud tradi eis, vtiq; vt cōſentiendo eis poſſideat̃ ab eis, quod fit cū diuino iudicio tradit̃ eis. Alioquin fruſtra dictū eſt. *Poſt concupiſcentias tuas nō eas,* ſi iam quiſque reus eſt, quod tumultuantes & ad mala trahere nitentes ſentit eas, nec eas ſequitur ſi non eis traditur, exercens aduerſus eas glorioſa certamina ſi viuit in gratia. Quid tibi enim videtur, quod ſcriptum eſt, *ſi præſtes animæ tuæ concupiſcentias eius* (quod quid eſt aliud quam deſideria eius mala) *faciet te gaudium inimicis & inuidis tuis?* Nunquid iam iſte reus eſt, habendo tales animæ concupiſcentias, quas ei pręſtare non debet, ne in gaudium veniat diabolo & angelis eius, qui ſunt inimici ac inuidi noſtri? Cum ergo dicitur homo tradi deſiderijs ſuis, inde fit reus, quia deſertus a Deo, cedit eis atque conſentit, vincitur, capitur, traditur, poſſidetur. A quo enim quis deuictus eſt, huic & ſeruus addictus eſt. Et fit ei peccatum conſequens, præcedentis pœna peccati.

D Aug. contra Iulianum Pelagium lib. 5. cap 1.
† infirmitatē.
† vereáris.
† conſumptionis.
† conuerſione
E
† 47. diſt. cap virum.
2. Pet. 2.
F

Ne

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et ante iudicium.* id eſt horam mortis, quia talis quiſque in iudicio pręſentabitur, qualis in morte reperietur.
2 *Interroga teipſum.* per diligentem conſcientię diſcuſſionem.
3 *Humilia te.* coram ſacerdote.
4 *Et in tempore.* ſpiritualis.
5 *Oſtende con.* per nudam & apertam confeſſionem.
6 *Non im.* Hic ponitur tertium quod eſt deuota oratio, cum dicitur. *Non im.* temporalibus curis.
7 *Orare ſem.* id eſt, temporibus ad hoc inſtitutis.
8 *Et non vete.* id eſt, prohibearis.
9 *Iuſtificari.* ſemper. Apoc. vlt. cap. *Et qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc, &c.* procedendo de virtute in virtutem.
10 *Ante orationem præ. ani. tuam.* videndo quod nihil omittas in periculis pręcauendis, pro quibus vis orare: de his quę ſaltem fieri poſſunt per humanam prouidentiam.
11 *Et noli eſſe quaſi, &c.* Deum enim tentare eſt periculo ſe committere, quod agere poteſt prouiſionem omittendo, expectans liberari à Deo.
12 *Memento.* Hic conſequenter ponitur quartum diuinę miſericordię impetratiuum, quod eſt extremi iudicij trepidatio, cum dicitur: *Memento iræ.* id eſt, vindictę Dei.
13 *In die conſummationis, &c.* mundi quę erit tēpore iudicij.
14 *Et tempus retributionis.* ęternę.
15 *In conuer.* Conſideratio enim finalis iudicij inducit ad bene conſeruandum pro retributione pręmij quę tunc fiet. Et quia ad hoc multum facit opus miſericordiæ, vt prędictum eſt, ſubditur.
16 *Memento pau.* releuandę in alijs.
17 *In tempore abun.* tuę qua potes eam releuare.
18 *Et neceſſitatem paupertatis in die diuitia.* quaſi dicat, magis indigentibus debes prius ſuccurrere.

19 A ma-

19 *A mane.* id eſt, aliquando inter mane, & veſperam mutatur de diuitijs in paupertatem.
20 *Et hæc.* id eſt, cito tranſeuntia, quaſi dicat, dum habes eleemoſynam facere non tardes.
21 *Homo ſa. &c.* iudicia diuina.
22 *Et in die, &c.* id eſt, huius vitę tempore, quod eſt delictis plenum.
23 *Attendet.* id eſt, a pigritia bene faciendi. Et quia timor Dei eſt initium ſapientię, ſubditur.
24 *Omnis aſtu.* id eſt, ex timore Dei ad cauendum mala intentus.
25 *Agnoſcit ſa.* id eſt, acquirit & diligit eam.
26 *Et inuenienti, &c. confeſſionem.* ſcilicet laudis.
27 *Senſati in verbis.* id eſt, percipientes ſenſum verborum.
28 *Et ipſi ſa.* extendendo ad opus ſuam notitiam.
29 *Et intel.* de pręmiatione boni.
30 *Et iuſti.* de punitione mali.
31 *Et implorauerunt.* id eſt, implorando cognouerunt.
32 *Prouerbia, &c.* id eſt, intelligentiam occultorum.
33 *Poſt concupiſcentias.* Hic conſequenter remouetur impedimentum impetrationis miſericordię diuinę, cum dicitur. *Poſt concupiſcentias, &c.* Secutor enim concupiſcentię auertitur à regula legis diuinę: & per conſequens non poteſt à Deo miſericordiam impetrare, ideo ſequitur.
34 *Faciet te in gaudium inimicis tuis.* ſpiritualibus, qui ſunt ſpiritus maligni.
35 *Ne oblecteris in tur.* id eſt, in multitudine familię.
36 *Nec in modicis.* id eſt, in minori familia. Et ſubditur cauſa.
37 *Aſſidua enim eſt commiſſio illorum.* i. frequenter peccant, & ſic turbant dominum ſi bonus fuerit, & impediunt à bono, & ſi non turbatur, fouet eos in malo, & ſic auertitur à Deo. Secundum quod impedit dictam impetrationem miſericordię, eſt duritia erga proximum quam remouet, dicens.

Ne

A a *Ne fue. me.* Prouocat nos ad opera miſericordiæ. Si enim pigri fuerimus, nō modo deerunt nobis ſolatia temporalia, imo animæ noſtræ D. bona futura: quando temporalis eleemoſyna remunerabitur mercede eterna.

lorum, ne fueris mediocris in contentione ex fœnore: & non 1 2 3
eſt tibi nihil in ſeculo: eris enim inuidus animæ tuæ. 4 5

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Ne fue. medio.* id eſt, negligens & remiſſus, ſed magis diligens, & validus. 2 *In contenti. ex fœnore.* id eſt, vt contendas ſuperare alios in datione eleemoſynæ, quam dans domino fœneratur. Prouerb. 19. *Fœneratur domino qui miſeretur pauperis, &c.* 3 *Et non eſt ti bi ni.* ſed aliquid, quia duæ negationes æquipollent vni affirmationi. 4 *In ſeculo.* Alia litera: In ſæculo. & in idem redit. Et eſt ſenſus: Ex quo habes bona huius ſeculi, vel bona repoſita in ſæculo, vnde potes conuenienter viuere, nō debes eſſe negligens in eleemoſynarum datione. 5 *Erit enim inuidus animæ tuæ.* ſubtrahendo ſibi bonum miſericordiæ, ſi negligens fueris in eleemoſynæ datione, ſic exponitur communiter paſſus iſte. Sed quoniam hæc expoſitio accipit contentionem extranee, & fœnus non literaliter, ſed myſtice, videtur mihi aliter dicendum. Et ſic: *Ne fueris mediocris in contentione ex fœnore.* id eſt, non ſolū multum, ſed nec etiam parum contendas dure repetendo debitum, quod commodaſti proximo indigenti, Exod. 22. d. *Si pecuniam mutuo dederis populo meo pauperi, non vrgebis eum quaſi exactor, &c.* Quod autem accommodatio fœnus dicatur in ſcriptura patet Deuter. 28. b. *Fœnerabis gentibus multis, & ipſe à nullo fœnus accipies*: & in multis alijs locis. *Et non eſt ti bi nihil, &c.* id eſt, dum habes vnde poſſis aliunde viuere, non debes dure debitum repetere. Eris enim inuidus animæ tuæ, ſubtrahendo ſibi bonum miſericordiæ, ſi debitum repetas nimis dure contra præceptum allegatum Exod. 22.

CAP. XIX.

Supra 18. d. a *Operarius.* Ad ſuperiora reſpicit vbi ait: Non oblecteris in turbis, quibus ſcilicet ebrietatis vitium leue eſſe putatur, cum ſit detrimentum bonarum rerum, & multiplicatio ſcelerum.

B b *Modica.* Verbum otioſum, riſum, comeſſationes, potationes, & huiuſmodi.

Gregor. lib. 10 Moral. cap. 9. ✻ Gregorius. Si vanitatis culpa nequaquam caute compeſcitur, ab iniquitate protinus mens incauta deuoratur, Salomone atteſtante, qui ait. *Qui modica ſpernit paulatim decidit.* Si enim curare parua negligimus inſenſibiliter ſeducti, audenter etiam maiora perpetramus, &c. Deus itaque hominum vanitatē nouit, iniquitatem conſiderat: quia nec minora delicta multa deſerit, & ad maiora C ferienda ſeſe intentius accingit. Quia igitur à leuioribus malis incipitur & ad grauiora peruenitur, vanitas mentem obnubilat, iniquitas cæcat. Quæ nimirum mens amiſſo mox lumine, tanto ſe altius per tumorē erigit, quanto & iniquitatis capta laqueis à veritate longius recedit.

✻ Chromatius. Cum mandata minima ſoluere impium ſit, multo magis magna & maxima. Vnde ꝑ Salomonē idipſum Spiritus ſanctus cōteſtatur dicēs. *Qui modica ſpernit paulatim decidet.* Et idcirco nihil eſt de præceptis diuinis ſoluēdū, nihil mutilandū, ſed totū fideli, ac deuota mēte ſeruandum atque docendum ne cœleſtis regni gloria amittatur. Quia quæ iudicio īfidelium vel hominum ſæculi minima putantur & parua, hæc apud Deū non ſunt parua ſed neceſſaria. Qui autem docuerit & fecerit, hunc magnum futurum, &c. (Chro. in 5. Mat.)

E c *Et mu.* Fornicatio qua derelicta veritate fidei, iunguntur dæmonijs.

d *Iungit for.* Reprehenſibiles oſtendit, quia relicta vera ſapientia ſtulti facti ſūt, & fornicarijs ſe iungunt.

F e *Qui cre.* Leuitas animi deſcribitur, quę infirma & mutabilis eſt. vnde: *Stultus vt luna mutatur.* (Infra 27.)

*Qui credit, &c.* De charitate dicit Apoſtolus. *Omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet.* (1. Cor. 13.) Sed ibi ꝑfectio bonæ voluntatis, quæ ſemꝑ prōpta eſt ad oē opus bonū. Hic aūt leuitas animi deſcribitur, quæ ſtatū firmitatis nō habet.

CAP. XIX.

Operarius ebrioſus non locupletabitur: & 1
qui ſpernit modica, paulatim decidit. 2 3
a Hæreticorum. de quo dicitur. Fel draconum vinum eorum Ebrietas fornicatio ſcilicet. b A vera ſapientia.
Vinum & mulieres apoſtatare faciunt 4 5
a Sicut Salomonem. 6
ſapientes, & arguunt ſenſatos: & qui ſe 7 8
a Futuræ ſcilicet pœnæ. b Ignis eorum non extinguetur & ver. nō mo.
iungit fornicarijs, erit nequam. Putredo & vermes hæredi- 9
a Alijs. b Ne ſcilicet ſit de numero ſanctorum. 10
tabunt illum, & extolletur in exemplum maius, & tolletur 11
de numero anima eius. Qui credit cito, leuis corde eſt, 12 13
a Senſu & virtute. b Inter ſtultos reputabitur.
& minorabitur, & qui delinquit in animam ſuam, inſuper 14
Reprehenſibilis. 15
habebitur. Qui gaudet iniquitate, denotabitur: & qui 16 17
a Id eſt, vita æterna carebit.
odit correptionem, minuetur vita: & qui odit loquaci- 18
a Vir linguoſus non dirigetur in terra. b Superbiæ & iniquitatis. 19
c Polluendo eam prauis operibus.
tatem, extinguit malitiam. Qui peccat in animam ſuam, 20
a In iudicio. b Qui lætatur cum malefe.
c Quando dicetur: Diſcedite à me mal. in ignem æternum.
pœnitebit: & qui iucundatur in malitia, denotabitur. 21

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XIX.

Diuiſio. *Operarius.* Superius ab illo loco. *Non dixeris per Deum abſt.* 15. capit. induxit autor ad peccati deteſtationem ex cauſa peccati, quæ eſt liberum arbitrium hominis, hic conſequenter ad idem inducit ex actu peccādi. Et diuiditur in duas partes, quia primo facit hoc in peccatis commiſſionis. ſecundo in peccatis omiſſionis cap. 22. Et quoniam peccata carnalia ſunt magis turpia, & maioris infamiæ, ideo ab illis incipit, dicens.

1 *Opera. ebrio.* nam per ebrietatem lucrum conſumit, & ab opere impeditur.

2 *Et qui ſper.* id eſt, peccata leuia.

3 *Paulatim de.* in grauiora. Nam abyſſus abyſſum inuocat.

4 *Vinum & mu. apo.* De vino habetur exemplum Gen. 19. in Lot qui inebriatus ſuas filias ſtuprauit. De mulieribus autem. 3 Reg. 11. a. vbi dicitur de Salomone. *Cum eſſet ſenex, deprauatum eſt cor eius per mulieres.*

5 *Et ar. ſen.* id eſt faciunt eos arguendos.

6 *Et qui ſe iun.* Nam per fornicationem trahitur ad alia nequiora, ſicut Salomon fuit tractus per mulieres ad ſequendū idola. 3. Reg. 11. 7 *Putredo & ver. hæ.* poſt mortem.

8 *Et extolletur.* i. extra conſortium bonorum tolletur.

9 *In exem.* i. ad terrendū non ſolū minores, ſed ēt maiores.

10 *Et tol. de nu.* electorum.

11 *Anima eius.* rapta à dæmonibus.

12 *Qui credit.* Hic conſequenter accedit ad deteſtationem peccatorum ſpiritualium. Circa quod primo deteſtatur eorum originem, ſecundo multitudinem, capit. 21. Eſt autem duplex origo peccati, ſcilicet leuitas cordis, & loquacitas oris. de qua loquitur ibi: *Ne iteres.* Circa primum dicit: *Qui cre.* malum de proximo.

13 *Leuis eſt cor.* id eſt, inſtabilis, ſcilicet in bono, & labilis ad malum, nam de quolibet tenendum eſt & præſumēdum, quod ſit bonus, niſi appareat contrarium.

14 *Et mi.* in vita & fama.

15 *Et qui de. in ani.* peccatis occultis inficiens eam.

16 *Inſuper ha.* id eſt, extra manifeſtabitur, ſicut quod eſt in corporis ſuperficie.

17 *Qui gau.* habituatus in malo ex peccādi conſuetudine. Signum enim habitus generati eſt delectatio in opere. 1. Ethic.

18 *Denota.* i. de malo notabitur, oſtenſus ab alijs cum digito.

19 *Et qui o. mi.* per ſuſpendium vel aliam mortis pœnam.

Diuiſio. 20 *Qui odit lo.* Hic conſequenter deteſtatur ſecundam peccatorum originem, quæ eſt loquacitas. Et quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, ideo primo reprobat locutionem indiſcretam. ſecundo commendat diſcretam, ibi. *Corripe amicum.* Circa primum dicit. *Qui odit lo. ex. ma.* quam loquacitas accendebat.

21 *Qui pec. in ani. ſuam pœni. & qui iucun.* exponatur vt ſupra.

Ne

a Quia poſt commiſſum emendaberis.

a Ne iteres verbum durum & nequam,& non minoraberis. A-
b mico & inimico noli narrare ſenſum tuum: & ſi eſt tibi deli-
ctum,noli denudare: audiet enim te, & cuſtodiet te:& quaſi
c defendens peccatum odiet te,& ſic aderit tibi ſemper. Audi-
ſti verbum aduerſus proximum tuum? commoriatur in te,
fidens quoniam non te dirumpet. A facie verbi parturit fa-

a Concupiſcentia diabolica ſuggeſtione cordi peccatoris immiſſa.

tuus, tanquam gemitus partus infantis. Sagitta infixa femo-

a Qui quaſi bos trahitur ad victimam,& non prætuidet ſibi.

d ri † canis, ſic verbum in corde ſtulti. Corripe amicum, ne
forte non intellexerit, & dicat: Non feci, aut ſi fecerit, ne
iterum addat facere. Corripe proximum, ne forte non dixe-
rit, & ſi dixerit, ne forte iteret. Corripe amicum, ſæpe enim
e fit commiſſio, & non omni verbo credas. Eſt qui labitur lin-

Perfectus eſt,qui in verbo non offendit.

gua ſua, ſed non ex animo. Quis eſt enim, qui non delique-

a Quaſi patientia & manſuetudo magis valeat in correctione fratrum,quia ſic datur locus timori altiſſimi,& fit conuerſio à peccatis.

rit in lingua ſua? Corripe proximum antequam commine-
ris, & da locum timori altiſſimi, quia omnis ſapientia timor

a Dinoſcitur vel diſcitur. b Quia lex diuina ordinata eſt ſine omni nequitia ſyncera & veriſſima.

Dei. Et in illa timere Deum, & in omni ſapientia diſpoſitio

a Hæreticorum.

legis. Et non eſt ſapientia nequitiæ diſciplina, & non eſt co-
gitatus bonus peccatorum prudentia. Eſt prudentiæ ne-

a Aſtutia hæreticorum omnibus bonis execrabilis eſt. Simplex. Vel deficit.

f quitia, & in ipſa execratio, & eſt inſipiens qui minuitur

a Subtilitate myſteriorum.

g ſapientia. Melior eſt homo qui minuitur ſapientia, & de-

a Spirituali. b Potentes potenter tormenta patientur.

ficiens ſenſu in timore, quàm qui abundat ſenſu, & tranſ-

a Male operando. b Hæreticorum verſutia arte diabolica inſtructa.

h greditur legem altiſſimi. Eſt ſolertia certa, & ipſa iniqua,

a *Ne iteres verbum du-* A *rum & nequam, &c.* Id eſt,poſt fletum nõ committas quod iterum neceſſe ſit flere. Ne defendas quod male locutus es. Et quod malitioſa mente concepiſti, facto ne replices peſſimo.

b *Amico & inimico.* Hortatur vt cautelam & diſcretionem habeamus: ne amico & inimico id eſt,catholico & hæretico noſtra pandamus occulta,quia inimicus licet blandiatur, decipere B tentat.

c *Audiſti verbum aduerſus proximum, &c.* Non æqualiter ſtultum & ſapientem cõmouet ſtultum verbum. Stultus enim perturbat ſenſum, vt gemitum doloris exprimat per actum nefandum: ſed non conturbat iuſtũ quicquid acciderit. Sed cauendum eſt illi qui de firmitate cordis confidit, ne memoriam retineat verbi duri.

d *Corripe amicum. ne forte, &c.* Corripere debemus amicos de- C linquentes cum omni patientia, quia aliquãdo per ignorãtiam, tiã,aliquando per negligentiam, aliquando per inobedictiam & contemptum peccant, ſi forte cum diſcretione correpti agant pœnitentiam,& in futuro habent diligentiam & cautelam. vnde: *Inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis.* D (Gal. 6. a.)

e *Eſt qui labitur lingua ſua.* Magna differentia eſt inter eum qui peccat per ſimplicitatem vel ignorantiam,& eum qui peccat per malitiam. Poteſt enim fieri,vt quis offendat in verbo, quod tamen non putat eſſe malũ: ſed magis peccat qui plenus eſt dolo & nequitia. E (Peccatum per ignorantiam. & peccatum per malitiam differunt.)

f *Minuitur ſa.* Myſteriorum intelligentia, non tamen à mandatorum Dei cuſtodia. Vnde ſequitur.

g *Melior eſt qui minuitur ſapientia, &c.* Qui. ſ.timore Dei implet quod nouit. vnde: *Qui.n.ne ſcit voluntatem domini & non facit, vapulabit paucis:* exiguo enim conceditur miſericordia. (Luc. 12. f.)

h *Eſt ſolertia certa & ipſa iniqua, &c.* Incipit dare differentiam inter ſanctos & hypocritas. F

Eſt

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Ne iteres verbum.* id eſt,detractionis. 2 *Et durum.* id eſt, obiurgationis, ſiue fuerit à te dictum illud reiterando, ſiue ab alio illud referendo & propalãdo. nam hęc eſt malorum multiplicatio. 3 *Et non mi.* in fama & virtute.Conſequenter reprobat indiſcretam locutionem de ſeipſo, dicens.

4 *Amico, & inimico.* indifferenter. 5 *Noli narrare.* id eſt, ſecretum tuum. 6 *Et ſi eſt tibi delictum.* occultũ. 7 *Noli denudare.* corã inimico maxime. 8 *Audiet enim te.* libenter.

9 *Et cuſtodiet te.* id eſt,obſeruabit verba tua ad capiendũ te.

10 *Et quaſi de.pec.* ſcilicet tuam,fraudulenter coram te excuſans ipſum. 11 *Odiet te.* hoc enim non facit ex amore, ſed odio. 12 *Et ſic aderit ti.* vt magis poſſit mala tua cognoſcere,& te per hoc ſubuertere.conſequenter reprobat indiſcretam locutionem de alio dicens. 13 *Audiſti ver. aduerſus pro.tuum? com.* id eſt, nunquam reueles, ſed ſit ſepultum apud te. 14 *Fidens quoniam in te non di.* id eſt,quod talis celatio tibi malum non faciet. 15 *A facie ver.par.fa.* quia nõ poteſt illud celare,& ſi ad horam celet,hoc eſt cum dolore, ideo ſubditur. 16 *Sagitta infixa femori canis.* quam nititur extrahere. 17 *Sic verbum in corde ſtu.* quia non quieſcet donec propalauerit. 18 *Corripe amicum.* Hic cõſequenter cõmendat locutionem diſcretam. Et diuiditur in duas partes, quia primo inducit ad diſcretæ locutionis actum. ſecundo oſtendit eius fructum ſequenti ca. Prima adhuc in duas partes,ſcilicet in principalem & incidentalem, quæ incipit ibi. *Et non eſt ſapientia.* Circa primum ſciendũ, quod locutio bona maxime locum habet in correctione fraterna. ideo dicit. *Corripe ami. ne for.* cum fecerit iniuriam.

19 *Non intellexerit.* id eſt,non cognouerit ſe malum feciſſe. Et per tuam correctionem cognoſcet & cauebit.

20 *Aut ſi fecerit.* ſcienter iniuriam, ſupple corripe eum, ne iterum addat facere, quia forte per te retraheretur.

21 *Corripe proximum.* ne forte cum iniuriã fecerit te ſciente.

22 Non dixerit. id eſt, negauerit pertinaciter peccatũ augmentando. 23 *Et ſi dixerit.* peccatum confitendo.

24 *Ne forte iteret.* A qua iteratione retraheretur tua correctione. 25 *Corripe amicum.* Non ſolum ſemel, ſed pluries. Et ſubditur ratio. 26 *Sæpe enim fit commiſ.* ſcilicet peccati ex fragilitate humana.

27 *Et non omni ver.* quod in malum dicitur, de proximo, quia frequenter defectus contingit in loquendo.

28 *Eſt qui labi.* id eſt, peccat.

29 *Lingua ſua:* eo quòd ſituatur in lubrico.

30 *Sed non, &c.* id eſt, ſcienter & à propoſito.

31 *Quis eſt enim qui non de. &c.* q.d. pauci ſunt valde. Conſequenter tangit ordinem fraternæ correctionis, dicens.

32 *Corripe proximum.* inter te & ipſum.

33 *Antequam commine.* i. iudici denunties ad puniendum.

34 *Et da locum, &c.* qui ſic præcipit correctionem fieri, vt ſaluetur ſi fieri poteſt bono modo fama fratris.

35 *Quia om.ſa.t. &c.* id eſt,à timore Dei procedit: nam eſt initium ſapientiæ ſupra 1. cap.

36 *Et in illa.* ſcilicet ſapientia.

37 *Timere Deum.* Quia ſicut ſapientia oritur à timore, ita docet amplius Deum timere. 38 *Et in omni ſapi. deſ. leg.* id eſt lex diuina diſpoſita eſt à Deo in quo eſt omnis ſapientia.

39 *Et non eſt ſapi.* Hęc eſt pars incidẽtalis, in qua ponit tria incidentia. Primũ eſt de ſapientia ficta & falſa, eo quod partem immediate pręcedentem in vera ſapientia terminauit. Dicit igitur. *Et non eſt ſa.* vera.

40 *Nequitiæ diſci.* qua quis caute ſcit facere malum: hoc enim modo bonum ad mala transferimus, vt dicitur 5. Metaphy. Sicut dicitur bonus latro,vel ſapiens, qui caute facit latrocinium. Et eodem modo exponitur quod ſubditur. *Et non eſt cogita. bo. pecca. &c.* vſque ibi.

41 *Et eſt inſipiens.* id eſt,ſimplex & parum ſciens.

42 *Qui minuitur ſapi.* modicum ſciens de ſubtilibus, ſcit tñ ſufficienter de pertinẽtibus ad ſalutẽ. ideo ſubditur de ipſo.

43 *Melior eſt homo qui minuitur ſapi.* i. ſubtilium cognitione.

44 *Et deficiens ſenſu.* id eſt, occultorum intellectu.

45 *In timore Dei.* id eſt,timens Deum timore filiali.

46 *Quam qui abundat ſenſu.* i. ſcripturarum intellectu.

47 *Et tranſgreditur le.al.* Et hic grauius punietur, Luc. 12.f. *Seruus qui cognouit voluntatem domini ſui & non fecit vapulabit multis,* ſcilicet plagis.

48 *Eſt ſolertia certa, &c.* Eſt autem ſolertia ſecundum Philoſophum ſubtilitas inueniendi mediũ in non perſpecto tẽpore. Et ſi ordinetur ad concluſionem malam,eſt iniqua. Si autem ad bonam,ſic eſt ſolertia bona. de qua ſubditur. (Solertia ſecũdum Philoſophum.)

27 Et

Et

a Prædicator verus. b Euangelij.

A & eſt qui emittit verbum certum, enarrans 1

Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſti. ouium.

veritatem. Eſt qui nequiter humiliat ſe, & in- 2 3

teriora eius plena ſunt do- 4

a De quibus dicitur: Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.

lo, & eſt iuſtus qui ſe nimiũ 5 6

ſubmittit à multa humili- 7 8

tate: & eſt iuſtus qui incli- 9

nat faciem, & fingit ſe non

videre quod ignoratũ eſt.

Et ſi ab imbecillitate virium vetetur peccare, 10

11 ſi inuenerit tempus malefaciendi, malefaciet. D

12 Ex viſu cognoſcitur vir, & b

ab occurſu faciei cognoſci-

tur ſenſatus. Amictus cor-

13 14 poris, & riſus dentium, &

15 16 ingreſſus hominis enun-

a Hæreticorum, hypocritarum.

tiant de illo. Eſt correctio mendax in ira con-

17 a Hæreticorum qui errant in fide & in religione.

18 tumelioſi: & eſt iudicium, quod non probatur

19 20 eſſe bonum: & eſt tacens, & ipſe eſt prudens.

a *Eſt & in.* Sic hæretici & hypocritæ oſtendunt virtutum ſpeciem, ſed veritatẽ eius non habent: & vt peccãdi locum inuenerint, oſtendunt quod in corde habebant.

b *Ex viſu.* Exterioribus indicijs cognoſcitur affectus animi. vnde, *Non eſt arbor bona, quæ fructus malos facit, &c. Et ex abundantia cordis os lo.* Luc.6. Matth.12.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et eſt qui emittit.* ſolerter & promptè. 2 *Verbum certum.* ad concluſionem bonam, ideo ſubditur. 3 *Enarrans verita.* iuſtitiæ vitæ & doctrinæ. 4 *Eſt qui nequiter.* Hic ponitur ſecundum incidens de humilitate, quæ connectitur ſapientię. Prouer.11.a. *Vbi humilitas, ibi ſapientia.* Et quia immediate locutus fuerat autor de ſapientia vera & falſa, hic conſequenter B idem facit de humilitate, dicens. *Eſt qui nequiter hu. ſe.* vt homines magis decipiat. 5 *Et eſt iu. qui ſe.* Id eſt, valdè. 6 *Submittit à multa.* id eſt, abundanti. 7 *Humilitate.* qualis eſt iſte, qui non ſolum ſubmittit ſe ſuperioribus & æqualibus, ſed etiam inferioribus, ſicut Chriſtus ſubmiſit ſe Marię & Ioſeph, Luc.2.g. *Deſcendit cum eis, & venit Nazareth, & erat ſubditus illis.* 8 *Et eſt iuſtus.* ficte. 9 *Qui inclinat fa. &c.* quaſi auertens oculos à muliere pulchra, quam tamen ardenter concupiſcit, ſed hoc ab alijs ignoratur, & de ipſo ſubditur. 10 *Et ſi ab imbecil. virium vete. pec.* quia non habet opportunitatẽ. 11 *Si inue. tem. malefa.* ſicut patet Daniel.13. de duobus ſenibus, qui voluerunt cum Suſanna concumbere, qua recuſante conati ſunt eam interficere. 12 *Ex viſu cogno. vir, &c.* Hic ponitur tertium incidens, quia locutus eſt autor de hominibus veris & fictis, quo ad euidẽtiam & apparentiam virtutum. ideo conſequenter ponit ſigna quibus frequenter cognoſcitur conditio hominis intrinſeca: dicens. *Ex viſu cogno. vir, &c.* Cordis enim diſpoſitio magis apparet in facie, in qua magis vigent omnes ſenſus, quam in alijs partibus: & potiſſime in oculis, qui citius immutantur à corde propter humiditatem complexionis, & ideo ſi in iſtis appareat magna maturitas & honeſtas, iudicatur homo ſenſatus, & ecõtrario. 13 *Amictus corporis.* id eſt, diſſoluta veſtis. E 14 *Et riſus dentium.* id eſt, in quo apparent dentes, quod eſt leuitatis & fatuitatis ſignũ. 15 *Et ingreſſus hominis.* laſciuus & leuis. 16 *Enunciant de illo.* fatuitatem eius oſtendendo. Conſequenter ponuntur ſigna veri zeli & falſi, cum dicitur: 17 *Eſt correptio mendax in ira contumelioſi.* qua aliquis dicit alteri vituperia ſub ſpecie zeli ipſum corrigendi. 18 *Et eſt iudicium.* quod non probatur eſſe bonum, imo malum. ſ. cum aliquis ex leuibus ſignis iudicat & dicit proximum ſuũ eſſe malum, quaſi ſub ſpecie zeli iuſtitiæ. Iudicium enim tale eſt contra proximi charitatem. 19 *Et eſt tacens.* id eſt, non ſic iudicans, nec dicens malum de proximo, donec habeatur certitudo. 20 *Et ipſe eſt prudens.* tempus loquendi debitum expectans, &c.

## CAP. XX.

a Modeſte, patienter.

a Q Vam bonũ eſt arguere quam iraſci, 1 2

a Inſtruendus eſt, non prohibendus qui confitetur in oratione, & laudat Deum in ope e.

& confitentẽ in oratione non pro- 3 4

hibere. cõcupiſcentia ſpadonis de- 5

b uirginauit iuuẽculã, ſic qui facit per 6

vim iudicium iniquum. Quam bo- 7 8

nũ eſt correptum manifeſtare pœni 9 10

Modeſtus & catholicus.

c tentiã: ſic enim effugies voluntariũ peccatũ. Eſt tacens qui 11

a Deo & hominibus. b Hæreticus. 12

inuenitur ſapiens, & eſt odibilis qui procax eſt ad loquen- 13

d dum. Eſt autem tacens non habens ſenſum loquelæ, & 14

a Frenanda eſt lingua, non inſolubiliter liganda. 15 16

e eſt tacens ſciens tempus apti temporis. Homo ſapiens ta- 17

cebit vſque ad tempus, laſciuus autem & imprudens non 18

tempus ſeruant: ſtultus vero totum ſpiritum ſuum profert.

CAP. XX.

a *Q Vam bonum eſt.* Prohibuit iracundiam in iudicio, nunc hortatur vt correctionem magiſtri ſequatur pœnitentia diſcipuli. Sic enim opprimitur volũtas peccãdi & impetratur venia delicti. vnde. *Qui acquieſcit increpationibus, poſſeſſor eſt cordis.* Agenda ſunt omnia patiẽter & diſcrete, quia ira viri iuſtitiam Dei non operatur, & doctrina omnis per patientiam dinoſcitur. Prouer.15.c C Iaco.1.c

b *Concupiſcentia.* Probat exemplo, quòd bonũ ſit non iraſci: quia ſicut cõcupiſcẽtia ſpadonis maculat virginem, nec generat ſobolem, ita violentia iniqui ſimulat iudicium, ſed non ſeruat ęquitatis modũ.

c *Eſt tacens.* Hic laudatur modeſtus, & culpatur temerarius.

d *Eſt autem.* Exponit quam taciturnitatem laudet. Alij enim tacent, quia neſciunt loqui: alij autem quia ſciunt eſſe tempus tacendi, & tempus loquendi. F

e *Homo ſapiens tacebit vſque ad tẽpus, &c.* Prudentes moderantur ſermones ſuos, & Eſt

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. XX.

1 Q*Vam bonum eſt arguere.* Poſtquam autor induxit ad diſcretæ locutionis actum, hic cõſequenter oſtendit ipſius fructum. Et quoniam oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt: ideo primo oſtendit fructum locutionis diſcretæ, & damnum oppoſitum indiſcretæ coniunctum. Secundo ſeparatim, ibi: *Homo acharis.* Prima in tres: quia primo propoſitum oſtendit in verbo correctionis. ſecundo in verbo eruditionis, ibi. *Eſt tacens.* tertio in verbo humanæ communicationis, ibi. *Sapiens in verbis.* Circa primum dicit. *Quam bonum eſt arguere.* dulciter & charitatiue delinquentem. Diuiſio.

2 *Quam iraſci.* ipſum arguendo indiſcretẽ. nam per hoc impeditur fructus correctionis.

3 *Et confitentem.* humiliter peccata ſua.

4 *In oratione.* vt ſibi dimittantur à Deo.

5 *Non prohibere.* id eſt, ipſum ad hoc inducere: minus enim dicit, & plus ſignat.

6 *Concupiſcentia ſpadonis deuirginauit iuuen.* polluens ipſam abſque fructu prolis.

7 *Sic qui facit per vim iudicium iniquum.* id eſt, indiſcretam correctionem & indebitam: quia maculat iuſtitiam abſque fructu emendationis. Et quoniam non ſolum corripiens debet ſe diſcrete habere, ſed etiam correptus, ſubditur.

8 *Quam bonum eſt correptum manifeſtare pœnitentiam.* id eſt, oſtendere, quod ſit vere pœnitens verbo & facto.

9 *Sic enim.* id eſt, ſi ſic feceris.

10 *Effugies voluntarium peccatum.* id eſt, quodlibet actuale peccatum: originale namque eſt voluntarium, niſi voluntate primorum parentum.

11 *Eſt tacens.* Hic conſequenter oſtẽdit propoſitũ in verbo doctrinæ, dicens: *Eſt tacens.* a doctrina vſq; ad tps cõueniẽs.

12 *Qui inuenitur ſapiens.* nam dicitur Eccl.3.a. *Tempus tacendi, & tempus loquendi.*

13 *Et eſt odibilis.* Deo & hominibus.

14 *Qui procax eſt ad lo.* præueniens tempus debitum, & ſic facit ſcandalum.

15 *Eſt autem tacens, non habens ſenſum loquelæ.* & talis licet ex defectu ſenſus non ſit cõmendabilis, tamen ex hoc quod tacet, ne loquendo deficiat, eſt laudabilis.

16 *Et eſt tacens.* ad horam.

17 *Sciens tempus apti tempo.* id eſt, tempus aptum ad dicendum, ideo ſubditur.

18 *Homo ſapiens tace. vſque, &c.* vt patet ex dictis.

Qui

A a *Eſt qui multa re i- mat, &c.* Qui ſcilicet per cõfeſſionem humilitatis ab omni reatu ſoluitur.
b *Et reſtituens ea.* Quando in locum vitiorum ſurrogat multiplicem numerum virtutum: *Vt vbi abundauit delictum, ſuperabundet gratia.*
c *Oculi enim illius ſeptemplices ſunt, &c.* Id eſt, intentio, ſcilicet varijs nequitijs maculata, ſemper ad nocendum parata. Septenarius enim
B vniuerſitatem ſignificat.
d *Hodie fœneratur quis, & cras expetit, &c.* Inſtabilitatem hæreticorum oſtendit: quia ſenſum ſui erroris violenter ab auditoribus extorquent, & ideo odibiles ſunt Deo & hominibus. Vel, qui de eleemoſyna in præſenti retributionem quærit, odibilem ſe facit. vnde: *Voca pauperes & debiles, cæcos, claudos,*
C *& beatus eris: quia non habent retribuere tibi. Retribuetur autem tibi in*

a Hæreticus qui doloſis verbis velat malitiam ſuam.
† ſeruabunt tempus. Qui multis vtitur verbis, lædet animam 1
a Magiſterij dignitatem. b A Deo & ab hominibus. 2
ſuam: & qui poteſtatem ſibi aſſumit iniuſte, odietur. Eſt pro- 3
a Sub cuius lingua labor & dolor.
ceſſio in malis viro indiſciplinato, & eſt inuentio in detri- 4
a Quod ut pro humana laude ſcilicet. 5
b Eleemoſyna ſcilicet pro Dei amore, & deſiderio æternæ patriæ, cui hic meritorum tribuitur honor, & in futuro gloria ſempiterna.
mentum. Eſt datum quod non eſt vtile, & eſt datum cuius 6
a Qui ſe exaltat, humiliabitur. 7 8
retributio duplex. Eſt propter gloriam minoratio: & eſt qui 9
a Et qui ſe humiliat, exaltabitur.
a ab humilitate, leuabit caput. Eſt qui multa redimat modico 10 11
a Doctor catholicus. b Doctrinæ ſcilicet.
b pretio, & reſtituens ea in ſeptuplum. Sapiens in verbis ſeip- 12 13
a Quia in ſcripturis veritatem ſequitur.
b Dogmata. c Hæreticorum. Sicut aqua inutilis. 14
ſum amabilem facit: gratiæ autem † fatuorum effundentur. 15
a Doctrina hæreticorum. Alias datum.
c Datus inſipientis non erit vtilis tibi: oculi enim illius ſe- 16 17
a Iudicia veritatis. b Hæreticus.
c Quia plurima erroris improperia effundet.
ptemplices ſunt. Exigua dabit, & multa improperabit: & 18 19
d apertio oris illius inflammatio eſt. Hodie † fœneratur quis, & 20 21
e cras expetit: & odibilis eſt homo huiuſmodi. Fatuo non erit 22
a Verus qui ſecundum Deum. b Qui communicant ſcilicet doctrinæ hæreticorum. 23
amicus, & non erit † gratia in bonis illius. qui enim edunt 24
a Mendaces. Doctrinæ hæreticorum.
f panem illius, falſæ linguæ ſunt. Quoties & quanti irride- 25 26
bunt eum? Neque enim quod habendum erat, directo 27 28
ſenſu diſtribuit: ſimiliter & quod non erat habendum. 29 30
g Lapſus falſæ linguæ, quaſi qui in pauimento cadens, 31 32
h ſic caſus malorum feſtinanter venient. Homo † acharis 33 34

*in reſurrectione iuſtorum.* D
e *Fatuo non erit amicus, & non erit gratia in bonis illius, &c.* Qui laboris præmiū in vita hac quærit, vel hæreticus qui gloriam humanam appetit.
f *Quoties & quanti irridebunt eum? Neque enim quod habendum, &c.* Deteſtabilis eſt cœtus hæreticorum, quia ſcripturam Dei prauo ſenſu interpretantur, & expoſitionem ſuam inique prædicant. E
g *Lapſus falſæ linguæ, quaſi qui in pauimento cadens, &c.* Sicut in planicie pauimenti, vbi offendicula non ſunt, fruſtra quis cadit: ſic hæreticorū ſenſus propria nequitia excæcatus, in ſemita veritatis quæ aperta eſt, caſum inuenit.
h *Homo acharis quaſi fabula, &c.* Sine gratia ſpiritusſancti, vel amatus, quia amatū & noxium ſenſum ingerit auditoribus. F

† impiorum.
† fœnerat.
† ſine gratia.

*Fatui*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Qui multis vtitur verbis.* id eſt, ſuperfluis & inanibus.
2 *Lædet animam ſuam, &c.* nam in multiloquio non deerit peccatum, Prouerb. 10.c.
3 *Et qui poteſtatem.* docendi vel corrigendi.
4 *Sibi aſſumit.* iniuſte.
5 *Odietur* à Deo & hominibus.
6 *Eſt proceſſio in malis.* quoniam immediate mentionem fecit de aſſumente ſibi poteſtatem iniuſte, in quo male procedit: ideo huius occaſione tractat de proceſſu in malis dicẽs. *Eſt proceſſio in malis.* de malo in peius, ſicut in bonis de virtute in virtutem fit proceſſus.
7 *Viro indiſciplinato, &c.* Hic enim prius vult eſſe magiſter quam diſcipulus.
8 *Et eſt inuentio.* quia talis nititur inuenire noua.
9 *In detrimentum.* ſui & aliorum, quia communiter ſunt erronea quæ inuenit. Et ſicut male proceſſit docendo, ſic & ſua diſpenſando. ideo ſubditur.
10 *Eſt datum quod non eſt vtile.* quia caret debitis circunſtantijs, & repletur malis, vt quia fit propter vanam gloriam vel aliam prauam intentionem, & huiuſmodi.
11 *Et eſt datum.* ſapientis per oppoſitum.
12 *Cuius retributio eſt duplex.* ſcilicet augmentum gratiæ in præſenti, & donum gloriæ in futuro.
13 *Eſt propter gloriam.* aſſumentis ſibi indebito poteſtatem.
14 *Minoratio.* quia communiter deijcitur a ſtatu ſuo.
15 *Et eſt.* ſapiens.
16 *Qui ab humilitate leuabit caput.* meritorie, & ab alijs ſublimatur effectiuè, quia ſicut dicitur Hebr. 5. *Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo.*
17 *Eſt qui multa redimat.* ſcilicet peccata.
18 *Modico pretio.* id eſt, parua pœnitentia reſpectu peccatorum, quæ merebantur pęnam ęternam, ſed pęnitentia commutat eam in temporalem.
19 *Et reſtituens ea in ſeptuplum.* id eſt, multipliciter. vel ſeptuplum, id eſt, in ſeptenarium gratiarum ſpiritusſancti, nam vbi abundauit delictum, aliquando ſuperabundat gratia.
20 *Sapiens in verbis ſeipſum amabilem facit.* Hic ponitur fructus locutionis diſcretæ, & damnum indiſcretæ in verbo communicationis humanæ, cum dicitur: *Sapiens in verbis ſeipſum amabilem facit.* quia cauet dicere odioſa, & ſtudet proferre Deo & hominibus gratioſa.
21 *Gratiæ autem fatuorum effundentur.* per indiſcretam locutionem: per quam Deo & hominibus odioſi redduntur, licet aliquas gratias gratis datas habeant, vt robur corporis, decorem, & nobilitatem generis, & huiuſmodi.
22 *Datus inſipientis non erit vtilis tibi.* recipienti. Et ſubditur ratio.
23 *Oculi enim illius ſeptemplices ſunt.* id eſt, eius intentio eſt multiplex & varia: propter quod ex paruo dono ad vanitates & alia mala vult habere plura obſequia. Vel, dicet recipienti improperia, ideo ſubditur.
24 *Exigua dabit, & multa improperabit: & apertio, &c.* Et ſicut male dat, ita male accommodat. ideo ſubditur.
25 *Hodie fœneratur quis.* accommodando proximo.
26 *Et cras expetit debitum, &c.* & cum iurgio. ideo ſubditur. *Et odibilis, &c.*
27 *Et non erit gratia in bonis illius.* quia non communicat ea gratioſe, ſed magis odioſe modo dicto.
28 *Qui enim edunt panem illius.* conſumendo bona eius.
29 *Falſæ linguæ ſunt.* id eſt, homines adulatores eius ſtultitiam commendantes.
30 *Quoties & quanti irridebunt, &c.* quaſi dicat, omnes ſapientes & boni.
31 *Neque enim quod habendum erat, directo ſenſu diſtribuit, &c.* id eſt, ſua male diſtribuit, & aliena, quæ rapit. Et quia tales adulatores puniuntur. ideo ſubditur.
32 *Lapſus falſæ linguæ, quaſi qui in pauimento cadens.* Grauius enim læditur propter pauimenti duritiam: quam ſi caderet ſuper mollem terram.
33 *Sic caſus malorum feſtinanter venient.* id eſt, ex improuiſo, ſicut lubricans cadit in pauimento.
34 *Homo acharis.* Hic ponitur fructus locutionis diſcretę, & damnum indiſcretę, ſeparatim. Et primo damnum indiſcretę, ſecundo fructus diſcretę, ibi. *Sapiens in verbis.* Prima in duas. nam primo ponitur damnum indiſcretę locutionis in docẽdo. ſecũdo fatuę in promittendo, ibi. *Eſt qui præ confuſione.* Prima in duas: quia primo facit propoſitum, ſecundo remouet quoddam erroneum dictum ibi. *Eſt qui vetatur.* Circa primum dicitur. *Homo acharis.* i. ſine gratia Dei & hominis.

*Quaſi*

a Doctrina hæreticorum. vnde: Ineptas & aniles fabulas deuita.
quaſi fabula vana, & in ore indiſciplinatorum aſſidua erit. Ex 1 2
a Argumentatio falſa.
a ore fatui reprobabitur parabola: non enim dicit illam in tem- 3
b pore ſuo. Eſt qui vetatur præ inopia peccare, & in requie ſua 4 5
a Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. 6
c ſtimulabitur. Eſt qui perdet animam ſuam præ confuſione, & 7
ab † imprudentia perſonæ perdet eam: perſonæ autem acce- 8 9
d ptione perdet ſe. Eſt qui præ confuſione promittit amico, & 10 11
a Inter maxima vitia mendacium numeratur. vnde: Os quod mentitur, occidit animam. 12
lucratus eſt eum inimicum gratis. Opprobrium nequam in 13
homine mendacium, & in ore indiſciplinatorum aſſidue erit. 14 15
a Non laudat furem. 16
e Potior fur, quàm aſſiduitas viri mendacis: perditionem autem 17
ambo hæreditabunt. Mores hominum mendacium ſine ho- 18
Calem — a Perpetuo in æternum confundentur. 19
f nore, & confuſio illorum cum ipſis ſine intermiſſione. Sapiens 20
Alias cit. — a Diſcipulus obediens.
in verbis producet ſeipſum, & homo prudens placebit ma- 21
a Sanctis doctoribus. b Euangelico vomere. c Carnem ſcilicet. d Fructus iuſtitiæ. e Virtutum.
gnatis. † Qui operatur terram ſuam inaltabit aceruum frugũ: 22
Opera iuſta. — a Bonus diſcipulus.
& qui operatur iuſtitiam, ipſe exaltabitur: qui vero placet ma- 23
a Doctoribus. b Admonitione correptus. c Ne veritatem videant.
gnatis, effugiet iniquitatem. † Exenia & dona excæcant ocu- 24
a Amicus ... cet pecuniæ qui dicenda quaſi mutus tacet.
los iudicum, & quaſi mutus in ore auertit † correptiones eo- 25
g rum. Sapientia abſconſa, & theſaurus inuiſus: quæ vtilitas in 26
a Ne proferens eam peccet. — Qui prædicando poteſt prodeſſe.
vtriſque? Melior eſt qui celat inſipientiam ſuam, quàm homo 27
qui abſcondit ſapientiam ſuam. 28

A a *Fatui reprobabitur parabola, &c.* Iudæi, qui adhuc putant eſſe neceſſarias legis obſeruantias. Vel philoſophi, qui humana ratione æſtimant ſe omnia poſſe comprehendere. Vel hæretici, qui ſophiſticis argumentis nituntur euertere veritatem euangelij.

[margin: † imprudentia perſonæ]

b *Eſt qui vetatur.* Reprehenſa falſitate hæreticorum, intentionem prauæ voluntatis vituperat. Sunt enim qui cum non poſſunt actu peccare, nolunt in voluntate quieſcere. B

[margin: † Prouer.12.b & 28.c]

c *Eſt qui perdet animam ſuam.* Quia timens huius mundi poteſtatem non audet profiteri euangelij veritatem. vnde: *Qui erubuerit me & meos ſermones, hunc erubeſcet filius hominis.*

[margin: † Exod.23.a Deu.16.d Luc.?.d]

d *Eſt qui præ confuſione, & ab imprudentia, &c.* Sunt qui C plura promittunt & D pauca reddunt, & eos quibus mentiendo promittunt, inimicos ſibi faciunt.

e *Potior eſt fur.* Non excuſat furem, ſed eius comparatione ingrauat mentiendi aſſiduitatem. Myſtice autem fures, ſunt Iudæi, quibus dicitur. *Qui prædicas non furandum, furaris.* Hæretici vero mendaces qui peiores ſunt, quia poſt perceptam baptiſmi gratiam ad vomitum redierunt & ſpiritu gratiæ contumeliam fecerunt. E

[margin: Myſtic. Rom.2]

f *Sapiens in verbis, &c.* Quia ſapientiam mentis demonſtrat in bene dictis. vnde: *Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bonum.*

[margin: Matth.12]

g *Sapientia abſconſa.* Nulla eſt vtilitas theſauri, qui abſconditus eſt & non ſcitur, & ſapientiæ ſine diſcretione abſconſæ.

[margin: † correptiones]

CAP. F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Quaſi fabula vana in ore indiſciplinatorum aſſidua, &c.* nam indiſciplinati in fabulis vanis ſunt aſſueti.
2 *Erit, &c.* ſcilicet homo acharis. nam de ipſo fit deriſio & fabulatio communis, etiamſi aliquando dicat bona. ideo ſubditur.
3 *Ex ore fatui reprobabitur parabola, &c.* id eſt, ſententia vera & magna. Et ſubditur ratio.
4 *Non enim dicit illam in tempore ſuo, &c.* id eſt, tempore congruo, ſed inepto.
5 *Eſt qui vetatur, &c.* Quia locutus fuit autor de peccato oris, hic conſequenter remouet errorem circa peccatum cordis. Dixerunt enim aliqui (quorum Ioſephus fuit vnus, vt patet. 12. libro antiquitatis Iudaicæ) quod actus interior cordis non eſt peccatum, niſi exeat aliqualiter in opere. Quod manifeſte patet falſum: quia actus exterior non habet rationem peccati, niſi quia procedit ab actu interiori. Peccatum enim ſic eſt voluntarium, quod ſi non eſt voluntarium non eſt peccatum, propter quod hunc errorem remouet dicẽs. *Eſt qui vetatur.* id eſt, prohibetur peccare.

[margin: An actus interiores cordis ſint peccatum]

6 *Præ inopia.* ſicut pauper, qui nõ poteſt exercere vſuram, licet velit propter inopiam rerum. Similiter debilis & infirmus non poteſt exercere rapinas & homicidia propter inopiam virium, quamuis faceret hoc libenter.
7 *Et in requie ſua.* id eſt, in ceſſatione a malo.
8 *Stimulabitur.* id eſt, amaricabitur, eo quod malitiam ſuam ducere non præualet ad effectum, propter quod talis voluntas mala pro facto malo reputatur. Et quia talis exit in opus malum quando poteſt, ſubditur.
9 *Eſt qui perdet animam ſuam præ confuſione.* id eſt, præ timore confuſionis, ſi appareat pauper, propter quod ad latrocinia conuertitur.
10 *Et ab imprudentia perſonæ perdet eam.* id eſt, a perſuaſione mali hõis, cui de facili aſſentit in latrocinijs. ideo ſubditur.
11 *Perſonæ autem acceptione.* id eſt, acceptando perſuaſionem iniquæ perſonæ.
12 *Perdet ſe* quantum ad animam per peccatum mortale, & quãtũ ad corpus frequẽter ſuſpenſione vel decapitatione.
13 *Eſt qui præ confuſione.* Hic ponitur damnum indiſcretæ locutionis in promittẽdo, cum dicitur. *Eſt qui præ confuſione.* i. timens verecundia innotari de impotentia vel auaritia,
14 *Promittit amico.* quod non poteſt ſoluere.
15 *Et lucratus eſt eum inimicum gratis.* i. ſine cauſa rationabili promittendo. Dicitur enim vulgariter. Qui promittit, & nõ ſoluit, cor amici ſui ſibi tollit. Et quoniam in promittendo commiſit mendacium, ſciens q̃ ſoluere nõ poterat, ſubdit.
16 *Opprobrium nequã in ho. men.* qñ procedit ex libidine mẽtiendi, quod propriũ eſt hominis indiſciplinati. ideo ſubdit.
17 *Et in ore indiſciplinatorum aſſidue erit. Potior fur, &c.* id eſt, minus malus.
18 *Quam aſſiduitas viri mendacis, &c.* i. quam homo aſſuetus mendacijs. Talis. n. frequẽter dicit mendaciũ pernitioſum, quod eſt aliqñ grauius quàm furtum: vt quando per mendacium alterius denigratur fama, quanto melius eſt nomen bonum, quam res poſſeſſa, quæ tollitur per furtum.
19 *Mores homi. men. ſine ho.* quia magis digni ſunt confuſione. ideo ſubditur. *Et confuſio il.*
20 *Sapiens in ver. produ. ſeipſum.* Hic conſequenter ponitur fructus locutionis diſcretæ, cum dicitur. *Sapiens in ver. produ. &c.* id eſt, manifeſtabit ſapientiam ſuam.
21 *Et homo pru. pla.* ſicut patet de Ioſeph Gen. 41. qui pp prudentiam ſuam placuit Pharaoni. Et de Daniele, Dani. 2. qui propter ſapientiam ſuam placuit Nabuchodonoſor regi. Et quia tales propter ſuam iuſtitiam exaltantur, ſubditur.
22 *Qui operatur terram ſuam inalta. aceruum frugum, &c.* Sicut enim talis augmentat fruges, ſic operanti iuſtitiam creſcunt honores: & hoc patet de Ioſeph & Daniele, qui fuerunt valde exaltati: vnus in Aegypto, alter in Babylone.
23 *Qui vero placet magnatis.* dicto modo ſcilicet propter ſuã iuſtitiam & ſapientiam.
24 *Effugiet iniquita.* quia non accipiet dona ad ſubuertendum iuſtitiam, de quibus ſubditur: Exenia & dona, &c.
25 *Et quaſi mutus in ore auertit correctiones eorum.* Eſt autem mutus quædam ſpecies ranæ, quæ proiecta in os canis facit eum tacentem, & non potentem latrare, ſic exenium datũ pro ſubuerſione iuſtitiæ facit iudicem tacere, & à punitione mali ceſſare. Et quia dictum eſt, quod ſapiens in verbis manifeſtat ſapientiam ſuam. ideo ſubditur.

[margin: Mutus.]

26 *Sapientia abſconſa, & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſque?* q. d. nulla. & hoc eſt verum quãtum ad vtilitatem aliorum, ſed non quantum ad propriam. Theſaurus enim inuiſus nec ſibi nec alijs valet, ſed ſapientia abſconſa valet habenti quantum ad actus vitæ contemplatiuæ, licet non valeat alijs per opera vitæ actiuæ.
27 *Melior eſt qui ce. inſi. ſu.* quia præcauet ſibi à confuſione.
28 *Quam homo qui abſcon. ſa. ſu.* tempore quo manifeſtanda eſt per doctrinam vel per iuſtitiam. Talis enim abſcondit in terra talentum domini ſui, quod per ipſum debebat multiplicari, ſecundum quod dicitur Mat. 25. propter quod ibidem dicitur ſeruus piger & malus.

CAP.

CAP. XXI.

A a *Fili peccaſti, non adiicias iterum: ſed & de priſtinis deprecare, vt tibi dimittantur.* Conſilium dat, cum peccamus. (*Non eſt enim qui faciat bonum, & non peccet*) ne iterum peccemus: ſed de preteritis pœnitentiam agamus deprecantes, vt nobis dimittantur.

✠ Auguſtinus. In eis qui regenerantur in Chriſto, cum remiſſionem accipiunt prorſus omnium peccatorum, vtique neceſſe eſt vt reatus etiam huius licet adhuc manentis concupiſcentiæ remittatur, vt in peccatum non imputetur. Nam ſicut eorum peccatorum quę manere non poſſunt, quoniam cum fiunt, prætereunt, reatus tamen manet, & niſi remittatur, in æternum manebit, ſic illius concupiſcentiæ, quando remittitur, reatus aufertur. Hoc eſt enim non habere peccatum, reum non eſſe peccati. Nam ſi quiſquam, verbi gratia, fecerit adulterium, etiamſi nunquam deinceps faciat, reus eſt adulterij, donec reatus ipſius indulgentia remittatur. Habet ergo peccatum, quamuis illud quod admiſit iam non ſit, quia cum tempore quo factum eſt præterijt. Nam ſi à peccando deſiſtere, hoc eſſet non habere peccatum, ſufficeret, vt hoc nos moneret ſcriptura. *Fili peccaſti, non adycias iterum:* non autem ſufficit, ſed addidit, *& de priſtinis deprecare vt tibi remittantur.* Manent ergo, niſi remittantur. Sed quomodo manet, ſi præterita ſunt, niſi quia præterierunt actu, manent reatu? D

b *Colubri.* Diaboli, qui ſemper colit vmbras peccati, & regnat in filijs tenebrarum.

c *Dentes leonis dentes eius, &c. Aduerſarius noſter diabolus, tanquam leo rugiens, circumit quærens quem deuo.* 1. Pet. 5. a

CAP. XXI.

a Fili peccaſti, non adiicias iterum: ſed & 1
(a Dei miſericordiam.)
de priſtinis deprecare, vt tibi dimittan- 2
b tur. Quaſi à facie colubri fuge peccata: 3 4 5
(a Conſentiendo ſuggeſtionibus diaboli. b In infernum.)
c & ſi acceſſeris ad illa, ſuſcipient te. Den- 6
(a Suggeſtiones. b Peccare facientes.)
tes leonis dentes eius, interficientes 7 8
(a Quia corpori & animæ nocet, vtrunque etenim pro iniquitate damnabitur.)
animas hominum. quaſi rhomphæa bis acuta † omnis ini- 9
(a Quia ſupplicium æternum. b Alia translatio: Catapleſtatio, id eſt, conuitium.)
d quitas, plagæ illius non eſt ſanitas. Obiurgatio & iniuriæ 10 11 12
† annullabunt ſubſtantiam, & domus quæ nimis locuples 13
eſt † annullabitur ſuperbia, ſic ſubſtantia ſuperbi eradicabi- 14 15
(a Deſiderium pauperis exaudiuit dominus. Iudicis. b Pauperis.)
e tur. Deprecatio pauperis ex ore vſque ad aures perueniet, 16 17
(a Pro peccatis.)
f & iudicium feſtinato adueniet illi. qui odit correptio- 18
nem, veſtigium eſt peccatoris: & qui timet Deum, con- 19 20 21
(a Id eſt, cor ſuum conuertit ad intelligenda præcepta Dei.)
g uertetur ad cor ſuum. Notus à longe potens lingua audaci, 22
(a Id eſt, fidelis diligenter obſeruat, ne cadat in errorem eius.)
h & ſenſatus ſcit labi ſe ab ipſo. Qui ædificat domum ſuam 23 24 25
impendiis alienis, quaſi qui colligit lapides ſuos in hye- 26
(a Vilitatem peccatorum, & velocem ſignat interitum.)
me. Stupa collecta ſynagoga peccantium, & conſumma- 27 28 29
i tio illorum flamma ignis. Via peccantium complantata 30 31

d *Obiurgato & iniuriæ annullabunt, &c.* Rabbanus. Concordia minimæ res creſcunt, diſcordia maximę dilabuntur. Allegorice vero: Hæreticorum conſtructio varijs argumentis innitens annullabitur, quia veritatem fidei & vnitatem pacis abominatur. Salluſtius. Allegorice.

e *Deprecatio pauperis, &c.* Quia iudicabit Deus impios qui affligunt ſanctos. † hominis. E

f *Correptionem.* Id eſt, iudicium ſui peccati, quia mentem ſuam indurauit, ne obediret veritati.

g *Notus à longe.* Manifeſtatur præſumptio hæretica in lingua temeraria, quę loquitur aduerſus Deũ iniquitatem.

h *Qui ædificat domum ſuam impendijs alienis, quaſi qui colligit lapides ſuos, &c.* Hęreticum ſignificat qui ſcripturę teſtimonia à prauo ſenſu aliena, ad confirmationem ſui erroris congregat. Sed vindicta vltionis iuſtæ diſſoluetur duritia nefandæ actionis, vel tropologicè. Auarum raptorem, qui ex alienis rebus auget diuitias, & vacuus omnibus bonis in die iudicii pro iniquitate ſua punieť. Tropolog. F

i *Via pec.* Ideo velox malorum interitus, quia via. i. vita illorum plena eſt doloribus, & duris peccatorum operibus.

Non

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. XXI.

Fili peccaſti. Supra deteſtatus eſt autor peccatorum originem, hic conſequẽter deteſtatur eorum multitudinem. Nam humanum eſt peccare, ſed diabolicum eſt in peccato perſeuerare. Primo igitur deteſtatur hoc de omnibus peccatis in generali. Secundo de aliquibus in ſpeciali ibi. *Obiurgatio.* Circa primum dicitur.

1 *Fili peccaſti.* humana fragilitate.
2 *Non adiicias iterum.* addendo peccatum peccato.
3 *Sed & de priſtinis depreca. &c.* per te & per alios.
4 *Quaſi à facie colubri fuge peccata.* quæ ſtatim intoxicant animam, ſicut coluber ſibi appropinquantem.
5 *Et ſi acceſſeris ad illa.* per conſenſum.
6 *Suſcipient te.* inuoluendo & ligando per actum & conſuetudinem.
7 *Dentes leonis dentes eius.* nam deuorat totaliter bonum gratiæ, & diminuit bonum naturæ.
8 *Quaſi romphæa bis acuta.* quia lædit animam & corpus, & lędit etiam in præſenti ſubtrahendo gratiam, & in futuro per gehennæ pœnam quæ eſt interminabilis. propter quod ſubditur. *Plagæ illius non eſt ſanitas.*
9 *Obiurgatio.* Hic conſequenter deteſtatur peccata in ſpeciali, & primo peccatum ſuperbiæ, quod eſt aliorum initiũ, vt dictum eſt ſupra 10. cap. Dicit igitur. *Obiurgatio.* in verbis.
10 *Et iniuriæ.* in factis.
11 *Annullabunt ſubſtan.* id eſt, diuitias temporales: nam iſta frequenter puniuntur pœna pecuniaria, & etiam ſpirituales, quæ annihilantur per vitia. Et quoniam iniuriæ procedunt ex ſuperbia, ſequitur.
12 *Et domus quæ ni. locu. eſt.* Et patet ex dictis ſententia. & ſubditur dictorum cauſa, cum dicitur.
13 *Deprecatio au.* iniuriati verbis & factis ſuperbi.
14 *Ex ore.* ſuo.
15 *Vſque ad aures.* Dei.
16 *Perueniet.* id eſt, exaudietur.
17 *Et iudicium.* id eſt, vindicatio.
18 *Feſtinato adueniet illi.* per deiectionem ſuperbi.
19 *Qui odit correptionem.* qualis eſt ſuperbus.
20 *Veſtigium eſt peccatoris.* id eſt, imitator diaboli, qui dicitur peccator antonomaſice, tum quia peccauit primo, tum quia obſtinatus eſt in peccato.
21 *Et qui timet Deum, conuertetur ad cor ſuum.* correptionem recipiendo à peccatis cauendo.
22 *Notus à longe potens lingua audaci.* Potens hic accipitur pro ſuperbo, qui magna æſtimat de ſeipſo. Et iſte cognoſcitur à longe per linguam audacem, nam alte loquitur & ſuperbe.
23 *Et ſenſa. ſcit la.* prudenter eius conſortium euitando.
24 *Qui ædificat.* Hic in ſpeciali deteſtatur vitium auaritiæ. Et diuiditur in duas partes, quia primo facit propoſitum. Secundo declarat quoddam dictum, ibi: *Non erudietur.* Circa primum dicitur. *Qui ædifi. do. ſuam impen. ali.* id eſt, expenſis per rapinam collectis. Diuiſio.
25 *Quaſi qui col. la. ſuos.* in ædificio, adinuicem cõponendo.
26 *In hyeme.* nam ædificium tale nõ eſt ſtabile, nec ſimiliter domus per rapinam ædificata. Et quia pœna correſpondet peccato, ſubditur.
27 *Stupa collecta.* ad incendium apta.
28 *Synagoga peccantium.* id eſt, raptorum.
29 *Et conſummatio illorum.* id eſt, conſummata, & vltima illorum pœna.
30 *Flamma ignis.* infernalis, ſicut in præſenti arſerunt flamma cupiditatis. propter quod ſubditur.
31 *Via peccantium complantata lapidibus.* nam etiam in præſenti affliguntur malis pluribus. propter quod in eorum perſona dicitur, Sapien. 5. b. *Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis: ambulauimus vias difficiles, &c.*

15 *Vſ-* Et

A a *Non erudietur, qui non eſt ſapiens in bono.* His ſententiis confundit errorem hæreticorum, quia ſenſus quem habent in ſcripturis, non eſt docendus, vbi abundat nequitia & dolus: quia Deus creauit hominem rectum, & ipſe immiſcuit ſe infinitis quæſtionibus.

b *Diſplicebit illi, & proiiciet illud poſt dorſum ſuum, &c.* Vnde: *Filii huius ſeculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt.*

† Infra 33. a

Luc. 16. b

† verſutus.

B c *Narratio fatui quaſi ſarcina in via, &c.*

Ambroſ. de interpellatione Iob lib. 1. c. 3.

✻ Ambroſius. Perit in vacua ſpe qui putat quod ſuum crimen abſcondat: fabula eſt illud non veritas. Denique fabula peccantium otioſa, non habens fructum ſed gemitum. *Narratio* enim *fatui ſarcina in via.* Quid enim aliud eſt peccatum niſi ſarcina? quæ huius ſæculi onerat viatorem graui depreſſum faſce delicti, qui ſi nollet oneri ſubiacere, debuit audire dicentem. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati*

† inſolet.

Matth. 11.

C

Ideo.

lapidibus, & in † finem illorum inferi & tenebræ & pœnæ. 1

a Æterna. b Reſeruabitur ab illa. 2

Qui cuſtodierit iuſtitiam, continebit ſenſum eius: conſum- 3 4

a Voluntas ſcilicet quam in timore Dei habuit. b Agnitione deitatis remunerabitur. 5

a matio timoris Dei, ſapientia & ſenſus. Non erudietur, qui 6

non eſt ſapiens in bono. Eſt autem inſipientia quæ abundat 7 8

a Alias abundat. 9

in malo: & non eſt ſenſus, vbi eſt amaritudo. Scientia ſapien- 10 11

a Doctrina & virtutibus. vnde: Qui biberit aquam quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſa. in vi. æ. 12

tis tanquam inundatio abundabit, & conſilium illius ſicut 13

a Hæretici. b Malitiæ ſtimulis vndique perforatum. 14

fons vitæ permanet. † Cor fatui quaſi vas confractum, & 15 16

a Spiritusſanctus diſciplinæ effugiet fictum.

omnem ſapientiam non tenebit. Verbum ſapiens quodcun- 17

a Humilis qui ſapientiam amat. 18

que audierit † ſcius laudabit, & ad ſe adijciet: † audiuit lu- 19

a Voluptatis amator b Contemnet implere. 20

b xurioſus, & diſplicebit illi, & proijciet illud poſt † dorſum 21

a Prædicatio. b Hæretici. c Oneroſa tranſeuntibus ſcilicet viam huius ſeculi. d Verbis. 22

c ſuum. Narratio fatui quaſi ſarcina in via. Nam in labiis ſen- 23

a Catholici. b Sana prædicatio. c Doctrina. d Catholici prædicatoris. e Populo Dei.

ſati inuenietur gratia. Os prudentis quæritur in eccleſia, & 24

a Deuoti auditores, vt intelligant ſcilicet & impleant. 25

b Hæreticorum ſynagoga, vbi catholici ſenſus ſpernitur ſapientia.

verba illius cogitabunt in cordibus ſuis. Tanquam domus 26

a Quia multiplici errore inuoluta.

exterminata, ſic fatuo ſapientia & ſcientia: inſenſati inenar- 27 28

d rabilia verba. Compedes in pedibus, ſtulto doctrina, & quaſi 29

a Modeſtia in omnibus ſeruanda.

e vincula manuum, ſuper manum † dexteram. Fatuus in ri-

ſu † exaltat vocem ſuam, vir autem ſapiens vix tacite ride-

a Cum prædicatio diuina illuſtratur ſapientia.

bit. Ornamentum aureum prudenti doctrina, & quaſi bra- 30 31

a Cum totam vitam circundat diſciplina. 32

f chiale in brachio dextro. Pes fatui facilis in domum pro- 33

a Catholicus. b Sequi ſcilicet errorem ſuperbientis.

ximi, & homo peritus confundetur à perſona potentis. 34

*rati eſtis, & ego vos reficiam.* Quid autem ærumnoſius, cum ipſe lectus ad communem quietem datus, graue vulnus infligat? Tunc enim ſolemus quę fecimus recordari, tunc factorum ſuorum ſtimulis compungitur interior conſcientia, &c.

D d *Compedes in pedibus ſtulto doctrina, &c.* Quia greſſibus eorum quibus incedunt ruina iniquitatis contradicit, actiones eorum damnando reprehendit.

e *Fatuus in riſu exaltat vocem ſuam, vir autem, &c.* Cœtus hæreticorum plauſibili operatione per rhetoricam artem docendo quęrit auditorum fauorem. Sancti vero doctores iucunditatem locutionis ſic intermiſcent prædicationi, vt non recedant à tramite veritatis.

E f *Pes fatui facilis in domum, &c.* Quia hæretici auctorum ſuorum ſectam in domicilio ſcriptorum ſuorum latitantem ſtudent imitari.

F ☞ *Stul.*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et in finem il. in.* Dicitur in plurali, eo quod plura loca ſunt ibi.

2 *Et tenebræ.* interiores & exteriores.

3 *Et pœnæ, &c.* ſ. pœna ſenſus & pœna dãni. Et quia rapinæ de qua dictũ eſt, opponitur iuſtitia ad proximũ, & timor ad Deum, ideo de ipſis ſubdit, vt magis propoſitum eluceſcat.

4 *Qui cuſto. iu. &c.* ad proximum.

5 *Continebit ſenſum eius, &c.* id eſt, firmiter tenebit iuſtitiæ dictamen in ſuis operibus.

6 *Conſummatio ti. Dei.* id eſt, perfectio, cuius initium eſt Dei timor.

7 *Sapientia, &c.* per quam homo bene diſponitur ad Deũ.

8 *Et ſenſus.* per quem bene diſponitur ad proximum modo dicto. Rabanus autem hic incipit verſum. *Senſus eius non erudietur, &c.* Et planior eſt litera.

9 *Non erudietur.* Hic declarat quoddam dictũ. Dixit enim ante immediate, quod ſapientia eſt conſummatio timoris Dei: ideo declarat de qua ſapientia intelligit. Nam quædã eſt ſapientia terrena, animalis & diabolica. Iaco. 3. d. & de illa non intelligit. ideo dicit. *Non erudie. qui non eſt ſa. in bo. ſed in malo.* De qua ſapientia ſubditur.

10 *Eſt au. inſipien. quæ abun. in ma.* quæ magis proprie aſtutia ſerpentina dicitur: quæ media reperit ad malam concluſionem: qualis eſt ſapientia iudicum & aduocatorum iniquorum. Et tales homines non recipiunt eruditionem, quia reputant prædicatores idiotas & ſimplices, & ſic eorum monita vilipendunt.

11 *Et non eſt ſen.* bonus.

12 *Vbi eſt amaritu.* conſcientiæ remordentis, ſicut in prędictis. Nam ſynderesis, quæ non totaliter extinguitur in præſenti, remurmurat malo ſaltem aliquando.

13 *Scien. ſapien.* i. ſapientia, quæ de ſurſum eſt, Iaco. 3. d. de qua intellexit quod ſit conſummatio timoris Dei.

14 *Tanquam inun. abun.* quia perficit proprium ſubiectũ per verã notitiam, & redundat ad alios per ſanam doctrinam.

15 *Et conſilium illius.* in agendis bonis.

16 *Sicut fons vi. per.* id eſt, ſicut fons viuus qui non deſiccatur ardore temporis, ſic nec cõſilium bonum ſapientis propter ardorem cupiditatis.

17 *Cor. fa.* Hic deteſtatur vitium incontinentiæ, di. *Cor. fa.* hic non accipitur fatuitas ex defectu naturalis induſtriæ, ſed morum & vitæ bonæ.

18 *Quaſi vas confractum.* fractura vitiorum.

19 *Et omnem ſapientiam non tenebit.* id eſt, nullam: nam omnis non, & nullus æquipollent. Et accipitur hic ſapientia pro bono gratiæ & moris.

20 *Verbũ ſapiens quodcunq; audierit ſcius, &c.* ad bonũ pronus.

21 *Laudabit, & ad ſe adiiciet.* id eſt, corde retinens & opere implens.

22 *Audiuit luxurioſus & diſplicebit illi.* nam contrariatur ſuę inclinationi.

23 *Et proiiciet illud poſt dorſum ſuum.* renuens facere & etiam audire.

24 *Narratio fatui.* Hęc eſt quarta pars principalis huius cap. in qua deteſtatur temerarę pręſumptionis vitiũ, & approbat oppoſitum bonum, vt oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcant: & primo in verbo cum dicitur. *Narratio fa. qua. ſar. in vi.* quia moleſtat audientes, ſicut ſarcina gradientes.

25 *Nam in labiis ſenſati inuenietur gratia.* quia ſtudet dicere Deo & hominibus gratioſa.

26 *Os pruden. quæ. in ec.* ad docendum vtilia.

27 *Tanquam do. exter. ſic fa. ſa. ſcien.* Nam ſi habet aliquam veritatis notitiam propter indebitum modum docendi ex defectu bonarum circunſtantiarum perdet eam.

28 *Inſenſati inenarrabilia ver.* quia confuſè & inintelligibiliter profert ea.

29 *Compe. in pedi.* nam ſic eſt intricatus, quod neſcit exire de ipſa.

30 *Fatuus.* Hic conſequenter approbat ſapientem, & improbat inſipientem quantũ ad ſigna di. *Fatuus in riſu exal. vo. ſuam.* pro riſu cachinnum emittendo, in quo apparet cordis diſſolutio.

31 *Vir au. ſap. vix taci. ri.* & ſic maturitas faciei ſignum eſt ordinationis cordis.

32 *Orna. au. pru. do.* nam optime ſedet in eo.

33 *Pes fatui facilis in do. pro.* quod eſt ſignum cordis vagi.

34 *Et ho. peri. confun. à per. poten.* i. erubeſcet coram eo loqui, niſi neceſſitas aut euidens vtilitas hoc requirat.

*Stul.*

A a *Stul. à fe. re.* Notat hæreticorum calliditatem, & catholicorum ſimplicitatem.

a Hæreticus. b Quia foramina ſubtilitatis quærit. a Scripturæ. b Catholicus. a Quia ſcripturam aperte exponere quærit. b Ab ore, ſcilicet, hæreticorum prædicationis verbum. a Prædicator. b Quia non vult recedere à veritate. c Malorum. d Verba. a Quando electorum verba veræ ſapientiæ exprimunt ſenſum. a Regula fidei.

Stultus à feneſtra reſpiciet 1
in domũ: vir autem erudi- 2
tus foris ſtabit. Stultitia hominis auſcultare per 3
oſtium: & prudens grauabitur contumelia. La- 4 5
bia imprudentium ſtulta narrabunt: verba au- 6
tem prudentium ſtatera ponderabuntur. In 7

a Quando hæreticorum ſtulta intentio nititur ad ornamentum verborum. a Flagitijs. a Hæreticus qui occulte errores ad decipiendum ponit. a Verbis. a Moderatus in verbo.

8 ore fatuorum cor illorum, & in corde ſapien- D
9 tum os illorũ. Dum male-
10 dicit impius diabolũ, male
11 dicit ipſe animã ſuam. Su-
12 ſurro coinquinabit animã
13 14 ſuam, & in omnibus odie-
15 tur, & qui permanſerit, o-
16 17 dioſus erit: tacitus & ſenſatus honorabitur.

b *Dum maledi.* Non quia maledictum dicit diabolum, ſed quia quem maledictũ nouit, non ceſſat imitari. Dum enim mauult diabolum imitari quã Chriſtum, iure damnatur.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Stul. à fe. reſpi ci. in do.* ſi inueniat oſtium clauſum.
2 *Vir au. er. fo.* patiẽter donec aperiat oſtiũ. nã intra frequẽter abſconduntur aliqua, quæ non expedit ab alijs videri.
3 *Stul. ho. au. per.* nam malum eſt ſic inueſtigare alterius ſecretum. 4 *Et pru.* interius exiſtens. 5 *Gr. co.* i. ſi auſcultau. aliqua, quæ referat in contumeliam prudentis. ideo ſubditur. 6 *Labia impru.* & patet vſq; ibi. 7 *In or. fatu.*
B *cor illo.* quia ſtatim pronuntiant ſuum conceptum. 8 *Et in co.* quia nihil pronuntiant, niſi præcedente bona deliberatione. 9 *Dum ma. im. diabo.* dicens ipſum iuſte damnatum & punitum. 10 *Maledicit anim. ſuam.* nam in factis eſt imitator diaboli, & ſic denuntiat ſe debere damnari.
11 *Suſurro, &c.* id eſt, detractor in ſilentio, &c. & dicitur à vocis ſono.
12 *Coinquinabit animam ſuam, &c.* primo.
13 *Et in omnibus odietur &c.* & ſic Deo & hominibus odibilis redditur.
14 *Et qui permanſe.* cum ſuſurrone.
15 *Odioſus erit, &c.* eius vitio coinquinatus.
16 *Tacitus & ſen.* id eſt, tacens tempore debito, & loquẽs E tantum tempore opportuno.
17 *Honorabi.* à Deo & hominibus. Eccl. 9. d. *Verba ſapientum audiuntur in ſilentio, magis quam clamor principis inter ſtultos.*

CAP. XXII.

a IN *lap.* Quando peccatorum duris ſcripturarum ſententijs fœditas ſcelerum exprobratur. Qui in lapide luteo vel de ſtercore boum lapidatur populum Iudæorum ſignificat, qui ex fragili Gentilium turba (quæ legem ignorabat, quam lapis luteus figurat) exprobratur: quia pro prauitate ſenſus in Chriſtum credere noluit, qui in lege promiſſus & prophetis. De ſtercore beato, id eſt, de
C Iudæis credentibus qui ex patriarchis, ſcilicet, & prophetis legis iugum portantibus editi ſunt: pro cæcitate cordis irridentur, quia ſaluatorem recipere noluerunt.

## CAP. XXII.

a Boni. b Deteſtantes ſcelera eius. a Communicando negligentiæ eius. a A calore fœditatis. b Ne talia operetur. c Doctoris. a Diſcipulo. b In diſciplinata. c Honoris. a Anima quæ prudenter Deo ſeruit. b Quia ad hæreditatem eius pertinebit. a Spiritualis. Deum. Chriſtum. b Qui apoſtata fit, & hæreſim audacter defendit. a Stultitiæ ſuæ ſocijs. b Vituperabitur. c Tamen. d Patre, ſcilicet, & viro. a Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Semper conuenit mundi deſpectum & æternum ſupplicium auditoribus intimare. a Ille enim grauatur ſomno, hic ſenſu ſtulto.

a IN lapide luteo † lapidatus eſt piger 1
& omnes loquentur † aſpernationem 2
b illius. De ſtercore boum lapidatus 3
eſt piger, & omnis qui tetigerit 4
eum, excutiet manus. Confuſio patris 5 6
eſt de filio indiſciplinato. † Filia autem fatua in deminoratio 7
ne fiet. Filia prudens hæreditas viro ſuo, nam quæ cõfundit, 8 9 10
in contumeliam genitoris Patrem & virũ confundit audax, 11
& ab impijs non minorabitur, ab vtriſque autẽ inhonorabi- 12 13 14
c tur. Muſica in luctu importuna narratio, flagella & doctrina 15 16
d in oĩ tẽpore ſapientia. Qui docet fatuum, quaſi qui congluti- 17 18
natteſtam. Qui narrat verbum non audienti, quaſi qui exci- 19 20

b *De ſtercore.* Pigritia aliorum in bono opere torpentium per apertam ſtultitiæ operationem, à prædicatoribus improperatur. Pigritia.

c *Muſic.* Eos notat qui in eccleſia plauſum populi, & fauorem quærunt, nec magis compunctionem lachrymarum excitant.

d *Qui doc. fa.* Teſta multo labore confecta fragilitatem ſuam non euadit. Fatuus quoque quamuis ſolicite erudiatur, vix ad perfectionem perducitur. Nota contra ria organa. F

☞ Supra

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XXII.

IN *lapi. lu.* Superius induxit autor ad deteſtationem peccatorum cõmiſſionis; hic conſequenter inducit ad deteſtationem peccatorũ omiſſionis, quæ contingunt negligentia bonæ operationis. Secundo neceſſariæ eruditionis, ibi: *Confuſio patris.* Tertio charitatiuæ compaſſionis. ibi: *Super mortuum plora.* Quarto conſeruandæ dilationis, ibi: *Pungens oculum, &c.* Circa primum dicitur,

1 *In la. lu. la. eſt pi.* i. negligens & remiſſus in operatione boni ad quod tenetur. Per duritiam autem lapidis & vilitatem luti, deſignatur quod debeat dure & confuſibiliter puniri.
2 *Et omnes loquentur, &c.* ipſum contemnendo.
3 *De ſte. bo.* Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ quantum ad pœnæ confuſionem ad maiorem aſſertionem.
4 *Et omnis qui te. c.* id eſt, ſe aſſociauerit.
5 *Excutiet ma.* reputans ſe inquinatum ex ſocietate eius.
6 *Confu. patris.* Hic deteſtatur negligentiam eruditionis. & primo ex parte docentis, ſecundo ex parte doctrinam recipientis, ibi: Muſica. Circa primum dicitur; *Confuſio pa. eſt de fi. indi. &c.* Pater enim debet filio nutrimentum & documentum. ideo negligentia circa hoc & defectus reuertitur in caput ſuum. Et idem intelligendum de patre ſpirituali, ſpecialiter quantum ad defectum documenti.
7 *Filia au. fatua.* id eſt, vaga, & diſſoluta.
8 *In deminoratione fiet.* ſcilicet, honoris parentum.
9 *Filia prudens hæc. eſt viro ſuo.* id eſt, amabilis ſicut hæreditas ſua: imo amabilior, quãto vxor bona charior eſt re poſſeſſa. nam vir & vxor ſunt vna caro.
10 *Nam quæ confundit, &c.* virum ſuum.
11 *In contumeliam fit ge. &c.* propter defectũ caſtigationis.
12 *Patrem & virum con. au.* id eſt, mulier quæ eſt effrons & inuerecunda.
13 *Et ab impijs non mino. &c.* Id eſt, non erit minor in vitijs, quam viri peſtiferi.
14 *Ab vtriſque autem inhonorabitur, &c.* nam pater & vir eam vilipendunt, & viri mali de eius corpore ſatiati eam contemnunt.
15 *Muſica.* Hic reprobatur negligentia diſciplinæ ex parte recipientis, cum dicitur: *Muſica in luctu, &c.* id eſt, melodia non eſt conueniens lugentibus, quia non ſunt diſpoſiti ad gaudendum.
16 *Importu. narra. &c.* id eſt, ſimilis narratio, licet de ſe ſit bona, tamẽ importuna redditur propter malitiam ipſius audientis. Propter quod dicitur Matth. 7. a. *Nolite ſanctum dare canibus*, id eſt, doctrinam bonam ipſam contemnentibus, ideo ſubditur.
17 *Flagella & doctri, in omni tempo. & ſa. &c.* id eſt, caſtigatio per flagellum vel per verbum, ſemper indiget vt ſapienter fiat, & cum debitis circũſtantijs propter quod adhuc ſubdit.
18 *Qui docet fa. quaſi qui conglu. te.* id eſt, perdit operam ſuã, quia fatuus doctrinam recipit, ſed contemnit.
19 *Qui nar. ver. non au.* id eſt, intelligere nolenti.
20 *Quaſi qui ex. dor. de gra. ſom.* id eſt nolentem excitari.

A a *Supra mor.* Altera eſt mors corporis, quæ omnibus communis, altera mors animæ quæ peccatoribus ſpecialis: altera quæ in præſenti finitur, altera in æternum manet. Super mortuum ergo modicum plorandum, quoniam requieuit: mors enim corporis, finis laboris mundani.

tat dormientem de graui ſomno. Cum dormiente loquitur 1
a Quia ingratus docenti, & ideo flendus tanquam mortuus.
qui narrat ſtulto ſapientiam, & in fine narrationis dicit Quis 2
a hic? † Supra mortuum plora, † defecit enim lux eius: & ſupra 3 4
fatuum plora, deficit enim ſenſu. Modicum plora ſupra mor 5 6
tuum, quoniam requieuit. Nequiſſimi enim nequiſſima vita 7
a In præſentis vitæ, ſcilicet, ſpatio eſt mors eius quod ſeptenario numero decurrit. 8
ſuper mortem fatui. Luctus mortui ſeptem † dies: fatui au- 9 10
a In ſeculum ſeculi, quia animæ eorum ſine fine cruciabuntur.
b tem, & impij omnes dies vitæ illorum. Cum ſtulto ne mul- 11
tum loquaris, & cum inſenſato ne abieris.† Serua te ab illo vt 12 13
non moleſtiam habeas, nō coinquinaberis in peccato illius. 14 15
Deflecte ab illo, & inuenies requiem, & non acediaberis in 16
a Quia huiuſmodi hominum mores & verba difficile portantur.
c ſtultitia illius. Super plumbum quid grauabitur? Et quod illi 17 18
a Multitudinem inimicorum peccatorum. b Philoſophorum ſapientiam. c Duritiam perſecutionis Gentilium.
aliud nomen quā fatuus? † Arenā & ſalem & maſſam ferri fa- 19
Hæreticum. a Doctrina. b Vita. 20
cilius eſt † ferre, q̃ hominē imprudētem & fatuū & impium. 21 22
d Sicut loramentum ligneum colligatum fundamento ędificij 23 24
non diſſoluetur, & ſic & cor confirmatum in cogitatione cō- 25 26
Quia. a Perſecutionis cuiuslibet.
ſilij. Cogitatus ſenſati in omni tempore vel metu non depra- 27
e uabitur. Sicut paleæ in excelſis, & cæmenta ſine im- 28 29
a Quia cito corruent. b Non fundatum in charitate & veritate.
pēſa poſita contra faciem venti non permanebunt: ſic & 30

Ambroſ. de Tobia in c. 14. cap. 1. ✲ Am. Ego, inquit Iob, ſuper oēm infirmum fleui. Quis infirmior defuncto, d quo dicit ſcriptura alibi. *Super mortuū plora.* Eccleſiaſtes aūt ait. Eccleſ. 7. † infr 18. b. *Cor ſapiētū in domo luctus, cor aūt* † deficit. *ſtultorum in domo epulatum.* Luc. 14. Nihil hoc officio præſtantius, ei conferre qui tibi iā non poſſit reddere: vindicare † diebus. à volatilibus, vindicare à beſtiis conſortem B naturę. Feræ hanc humanitatem defunctis † Sup 22. c. corporibus detuliſſe produntur, homines denegabunt?

b *Cum ſtul. ne.* Docet cū ſtultis ſermonē nō eſſe protrahēdum, & † Pro. 17. 2. maxime cū hæreticis: quorū ſtultitia plena eſt blaſphemia, ne eorum, ſcilicet, ſocietatē † portare. quietem pacis amittamus, eorum inquinati ſordibus. vnde: 2. Ioan. 1. c. *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum* C *in domum, nec aue dixeritis. Qui enim dixerit ei aue, communicat eius operibus malignis.*

D c *Super plumbum quid graui.* Hinc Salomon ait. Prou. 2. *Graue eſt ſaxum & oneroſa arena, ſed ira ſtulti vtroq; grauior.* Peius peccat hęreticus quā catholicus in multitudine multorū malorū, vel philoſophus qui humana nititur ſapientia. Vel Gentilis qui nō peruenit ad fidem, & ignoranter peccat. vnde: Seruus enim qui ſcit voluntatē domini ſui, & non facit: vap. Luc. 12. pla. multis. Qui autem neſcit, paucis.

d *Sicut loramentum.* Ligna iuſtos ſignant qui fructum dant in tempore, quorum folia non decidunt: & omnia quæ faciunt proſperantur. Fundamentum autē ædificij E apoſtolos vel prophetas, quorum prædicatio eccleſiam ſuſtinet. Loramentum ergo ligneum colligatū fundamento ædificij non diſſoluitur: quia fides paſſionis Chriſti ī cordibus hominum adiuncta doctrinæ apoſtolorum: indiſſolubile facit eccleſiæ ędificium.

e *Sic. pa.* vnde: Qui audit verba mea, & nō facit ea, ſimilis eſt viro ſtulto, qui ædificat domum ſuam ſuper arenam. F

*Sicut*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Cum dormiente loquitur qui narr.* id eſt, fruſtra, quia neuter intelligit.

2 *Et in fin. nat. di. Quis eſt hic?* Id eſt, ad eum non pertinet me corripere. Ita dixit Hebræus Moyſi ipſum corripienti. *Quis te conſtituit principem & iudicem ſuper nos?* Exod. 2. c.

Diuiſio. 3 *Supra mor. plo.* Hic remouet negligentiam circa actum compaſſionis. Et diuiditur in duas partes. quia primo facit propoſitum, ſecundo infert corollarium, ibi: *Cum ſtulto.* Circa primum ſciendum, quod maxime cōpatiendum eſt mor- Compatiendum mortuis. tuis, quoniam non poſſunt amplius ſe iuuare. ideo dicit. *Supra mor. plo.* ei miſericorditer exequias impendendo. & pro ipſo orando.

4 *Defecit enim lux e.* id eſt, merendi tempus, quod ſignificatur per diem, Ioan. 9. a. *Venit nox in qua nemo poteſt operari.* ſcilicet, meritorie, vt diffuſius dictum fuit ibi. Et per noctem intelligitur tempus poſt mortem.

5 *Et ſupra fa. plo.* Defecit enim ſenſu bono, qui eſt maximus defectus. ideo ſubditur.

6 *Modi. plo. ſup. mor.* reſpectu fatui. Magis enim plangendus eſt defectus hominis in moribus, qui eſt mors ſpiritualis, quā mors iuſti corporalis. de quo ſubditur.

7 *Quoniam requieuit.* à laboribus vitæ præſentis in ſpe retributionis æternæ.

8 *Nequiſſimi enim ne. vi. ſu.* id eſt, vita nequam fatui peior eſt & magis plangenda, quàm mors ipſius. Et eſt hic comparatio abuſiua. nam de morte ipſius non eſt lugendum, ſed magis gaudendum, eo quod vita eius erat impedimentum bonorum. ideo ſubditur.

9 *Luctus mor.* iuſti.

10 *Septem dies.* ſupple durat. hic enim temporibus ſcriptoris huius libri erat conſuetus.

11 *Fatui autem & impij.* Fatuus autem hic dicitur, qui non eſt fatuus ex defectu naturali induſtriæ, ſed ex defectu bonę vitæ per abundantiam malitiæ. Et ſimiliter impius, qui eſt idololatra, quia pietas eſt cultus diuinus.

12 *Omnes dies vitæ illius, &c.* ſupple ſunt lamentabiles ratione prædicta.

13 *Cum ſtulto.* Hic ex dictis concludit corollarium. Ex hoc quòd dixit. Omnes dies vitæ fatui lamentabiles. concludit quod eius ſocietas ſit fugienda. *Cum ſtul. ne mul. lo. &c.* nam ex tali colloquio familiaritas contrahitur.

14 *Et cum inſen. ne abi. &c.* & ſubditur ratio.

15 *Vt non mole. ha.* ex eius ſocietate, ſicut illi qui cum latronibus inueniuntur, aliquando ſine culpa ſua moleſtantur.

16 *Et non coinq. in pec. il.* nam ex ſocietate malorū frequenter corrumpitur bonus, ſicut pomum bonum ex contactu putrefactorum tabeſit.

17 *Deflecte ab il.* eius ſocietatem declinando.

18 *Et inue. re.* ſupple à dictis periculis.

19 *Et non ac.* id eſt, tepidus & remiſſus fies in bono.

20 *In ſtult. il.* i. per eius ſtultitiam quæ eſt impeditiua boni.

21 *Sup. plum. quid gra.* id eſt, grauius iudicabitur.

22 *Et qu. il.* id eſt, ſtulto.

23 *Aliud nomen quàm fatuus. Aren. & ſal. &c.* quaſi. di. nullū. Nominatur enim aliquis ab opere, ſicut aliquis dicitur faber vel latomus & huiuſmodi. In operibus autem talis, non apparet niſi fatuitas: & ſic non poteſt proprie niſi fatuus nominari: & per conſequens eius ſocietas eſt mirabiliter oneroſa. ideo ſubditur: *Arenam & ſalem & maſſam, &c.*

24 *Sicut loramentum li.* Eſt autem loramentum congeries lignorum adinuicem conglutinatorum. Et ponitur in fundamento domus, eo quod eſt de difficili ſolubilis.

25 *Sic & cor confir. in co. conſi.* id eſt, prudentiæ, & boni ſupple non diſſoluitur faciliter à bono. ideo ſubditur.

26 *Cog. ſen. in om. tem. vel me. &c.* nec per conſequens alia tentatione: quia ſicut dicit Auguſt. Non eſt conſentaneum rationi eum cupiditate frangi, qui metu non frangitur. Et quia contrarium eſt de ſtulto, qui nullatenus ſtabilis eſt in bono, ideo ſubditur.

27 *Sicut paleæ in ex.* quæ ſtatim tolluntur à vento.

28 *Et cæmenta ſine impen.* i. ſabulum ſine admiſtione calcis.

29 *Poſita contra fa. ven. non per.* ſed ſtatim diſperguntur.

30 *Sic cor timidum.* timore mundano.

12 *Om-* *In*

¶ a *Sicut or.* Sicut limpidus paries propter lenitatem, ſcilicet, nō recipit puluerem arenæ, ſic cor fatui ſpernit ſcelerum recordationem, nec pęnas timet æternas.

A

b *Mit. lapi.* Oſtendit quid amicum bonum conſeruet, vel potius alienet. *Mit. la.* Sicut lapidis ictu volatus auium deijcitur, ita cō uitij verbo vis amicitiæ diſſoluitur.

c *Non deſpe.* De amicitia eius: quia agnita correctionis vtilitate regreditur ad ius priſtinæ amicitiæ.

B

d *Effugiet ami.* Non rediturus nec poſt reconciliationē. vnde: Amico reconciliato ne credas in æternū.

e *In tem. tri.* In aduerſitate magis ꝓbatur amicus. Multi enim amici menſæ, & non permanent in die neceſſitatis.

f *Ante ignem camini vapor & fumus ignis inaltatur: ſic & ante ſanguinē maledicta & contumeliæ & minæ.* Sicut fumus pręcedit ignis incendium, ſic dura verba homicidiū. vnde: Sermo durus ſuſcitat rixas. Et alibi. Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio.

C

a Non fundatum in charitate & veritate. b Cuiuslibet perſecutionis.
cor timidum in cogitatione ſtulti contra impetum timoris 1 2
a non reſiſtit. Sicut ornatus arenoſus in pariete lympido, ſic 3
&cor trepidum in cogitatione † fatui: omni tempore non 4
metuet, † ſed & qui in præceptis Dei permanet ſemper. Pun- 5 6
a Stimulo timoris. b Cordis. Compunctionis. Aliis. 7
gens oculum, † deducit lachrymas: & qui pungit cor profert 8
a Rectam intelligentiam ſcripturarum.
b ſenſum. Mittens lapidē in volatilia, deijciet illa: ſic & qui con- 9
uitiatur amico, diſſoluit amicitiam. Ad amicum, & ſi produxe 10 11 12
a Charitatis affectu. b Correctionis.
c ris gladium non deſperes: eſt enim regreſſus ad amicum. Si 13 14
a Aliquid amarum reſpondendo vel dure corrigendo. b Priſtinæ amicitiæ.
aperuerit os triſte, non timeas. Eſt enim † concordatio exce- 15 16
a Quibus penitus fugatur amicus.
b Quia priſtina ſecreta amicitiæ per iram reuelantur.
pro conuitio, & improperio & ſuperbia, & myſterij reuela- 17
d tione, & plaga doloſa. In his omnibus effugiet amicus. Fi- 18 19
a Præſentis vitæ. Aeternis.
dem poſſide cum amico in paupertate illius: vt & in bonis il- 20
a Quis infirmatur, & ego non infirmor? 21
e lius lęteris. In tempore tribulationis illius permane illi fidelis 22 23
Terrena vel æterna. 24
f vt & in hæreditate illius cohæres ſis. Ante ignem camini va- 25
por & fumus ignis inaltatur: ſic & ante ſanguinem male- 26 27
g dicta & contumeliæ & minæ. Amicum ſalutare non † con- 28 29
fundaris, A facie illius non † me abſcondam: & ſi mala mihi 30
h euenerint, per illum ſuſtinebo. Omnis qui audiet, cauebit ſe 31 32
a Dixi cuſtodiam vias meas, vt non delin. &c.
i ab eo. † Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea 33 34
a Lingua ignis vniuerſitas iniquitatis. 35 36
ſignaculum certum, vt non cadam in ipſis, & lingua mea 37
perdat me? 38

D Prouer. 15. a. Matth. 5. c.

g *Amicum ſa.* Multa bona ſunt in amicitia vera. Cōgaudet enim verus amicus in bonis ſuis, & contriſtatur in malis.

h *Omnis qui au.* id eſt, qui cognoſcit quanta bona ſint in amicitia vera cauebit ne iniuria vel conuitio amicum lædat.

E Ambr. de 42. [illegible] Iſrael manſio.

i *Quis dabit ori meo cuſtodiam. &c.* ✠ Ambr. Si tot mala homini a lingua immineant, qs illā moderatione nō indigere dicere audebit? Ideo ſapiens id præcipit, dum dicit. *Circumualla poſſeſſionem tuam ſpinis, & ori tuo fac ianuas & ſeras: argentum tuum & aurum tuū conſta & ſermonis tui fac ſtateram, & ori tuo fac portā & ſeram.* Verum cum ſtatera, porta & ſera pro lingua non facile ei occurreret, dicebat idem Sapiens. *Quis dabit mihi ſuper os meum cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculū.* ¶ CAP.

Eccleſ. 26.

F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *In cogitatione ſtul.* id eſt, quale eſt cor ſtulti: qui cogitat tantum de vanis.

2 *Contra impe. timo. non reſi.* malo, ſed ſtatim acquieſcit per conſenſum. Sequens autem litera per tranſlatores ſiue ſcriptores videtur viciata. Poteſt tamen ſic exponi.

3 *Sicut or. are.* id eſt, linitio arenoſa.

4 *In pariete lympido.* eo quod eſt de lapidibus duris & politis, talis linitio ſibi non adhæret. Et.

5 *Sic & cor. tre.* timore mundano.

6 *In cogitatione fa.* qui tantum cogitat de vanis.

7 *Omni tempo. non metuet,* ſcilicet, timore diuino.

8 *Sed & qui in præce. Dei perma. ſemper.* ſupple timet timore diuino: ſic habent libri correcti. Aliqui tamen habent ſic: Et qui in præceptis Dei, &c. & eſt comparatio per oppoſitum, quia ſicut fatuus nullo tempore ſtat in timore diuino, ſic per oppoſitum ſtabilis in præceptis Dei ſemper manet in eius timore filiali.

9 *Pungens ocu.* Hic conſequenter reprobat negligentiam amicitiæ conſeruandæ dicens: *Pungens ocu. dedu. la.* id eſt, facit exire.

10 *Et qui pun. cor.* amici ſui verbo iniurioſo.

11 *Profert ſen.* id eſt, facit manifeſtare eius offenſam & amicitiæ læſionem, & ad idem ſubditur.

12 *Mit. la. in vo.* ſimul congregata.

13 *Deiiciet illa.* id eſt, diſperget.

14 *Sic & qui conui. ami. diſſo. ami.* quod eſt magnum malum. nam amicitia multo pretioſior eſt quam pecunia. Veruntamen, quia reparabilis eſt, ſubditur.

15 *Ad ami. & ſi produ. gla.* volens eum percutere.

16 *Non deſperes.* de amicitiæ recuperatione.

17 *Eſt enim regreſ. ad ami.* ſcilicet, verum.

18 *Si aperuerit os.* ſuum.

19 *Triſte, &c.* conquerens de te.

20 *Non timeas.* & ſubditur ratio.

21 *Eſt enim con.* facilis ad amicum verum. Excipit tamen aliquos caſus: in quibus non eſt facilis concordatio. dicens.

22 *Excep. conui. & impro.* Et differunt iſta duo. Nam conuitiari eſt imponere vel irrogare alicui crimen vitioſum, vt quod ſit latro vel ribaldus, Improperare vero eſt aliquid turpe irrogare, quod tamen non eſt vitium, vt quod aliquis ſit ſpurius, vel conditionis ſeruilis.

23 *Et ſuperbia.* in amici conculcatione.

24 *Et myſterij.* id eſt, ſecreti amico commiſſi reuelatione.

25 *Et plaga doloſa.* id eſt, proditorie inflicta.

26 *In his omnibus effu. ami.* id eſt, non reconciliabitur de facili propter quod conſequenter inducit ad fidelitatem amicitiæ conſeruandam, dicens.

27 *Fi. poſ. cum ami. in pau. il.* Prouer. 17. c. Omni tempore diligit qui amicus eſt: & frater in anguſtijs comprobatur.

28 *Vt & in hæ. il. cohæ. ſi.* Fidelium enim amicorum bona ſunt adinuicem communia. Et quia amicitiæ diſſoluuntur per lites & bella, ideo ſubditur.

29 *Ante ignem camini, &c.* & patet. Et quia per oppoſitum amicitiæ reformantur & conſeruantur per dulcia verba, ſubditur.

30 *Amicorum ſalutare non con.* etiam ſi inter te & ipſum fuerint aliqua verba diſſenſionis.

31 *A fac. illius non me abſcond.* ſic habent libri correcti, id eſt, ſocietatem illius non effugiam, vt dem exemplum tibi ſimile faciendi.

32 *Et ſi male mihi eue. per il.* id eſt, propter illum.

33 *Suſtinebo.* patienter propter amicitiæ bonum.

34 *Omnis qui au. cau. ſe ab eo, &c.* id eſt, ab offenſione amici caſtigatus mei exemplo. ideo ſubdit optando.

35 *Quis dabit ori meo cu.* vt amicum non offendam.

36 *Et ſuper labia mea ſignaculum certum.* vt non aperiantur niſi debito modo ad loquendum.

37 *Vt non cadam in ipſis, &c.* id eſt, labiorū meorum peccatis.

38 *Et lingua mea perdat me, &c.* id eſt, dignum faciat perditione.

CAP. XXIII.

A a Domine pa. Q. tuo munere factus ſum, tuo munere defendar a voragine vitiorum.

b Quis ſuper. Deſiderat in cogitatu ſuo flagella diſciplinę,& in corde doctrinam ſapiẽtię,ne forte per
B ignorantiam nõ agnoſcat delictorũ pericula, & multiplicẽ tur ei crimina, pro quibus cadat in manus aduerſariorum.

c Et om.deſid. Nolite diligere mundũ, neque
C

## CAP. XXIII.

a Domine pater & do- 1
minator vitæ meę, 2
ne derelinquas me 3
in cogitatu & conſilio illorum, nec ſinas me ca- 4
dere in illa exprobratione.
b Quis ſuperponit in cogitatu 5
meo flagella, & in corde meo 6
doctrinam ſapientiæ, & igno 7
rationibus eorum nõ parcat 8
mihi, & non appareant deli- 9
cta illorum, & ne † adincre- 10
ſcant ignorantię meę & mul- 11
tiplicentur delicta mea, &
peccata mea abundent, & incidam in conſpe- 12
a Qui tribulant me: exultabunt ſi motus fuero.
ctu aduerſariorum meorum, & gaudeat inimi- 13
cus meus. Domine pater & Deus vitæ meæ, ne 14
a Dæmonum.
derelinquas me in cogitatu illorum. † Extol- 15
a Mentis elationem.
lentiam oculorum meorum ne dederis mihi, & 16
Prauum.
c omne deſideriũ auerte à me.
Aufer à me ventris concupi- 17
a Gaſtrimargiam.
b Fornicationis ſcilicet:
ſcentias, & concubitus con
18 cupiſcentiæ ne apprehendant me, & b animæ ir-
a Nec per huiuſmodi vitia Inſipienti. b Tradi permittas. c Diſſipatam vitiorum.
19 reuerenti, & † infrunito ne trádas me. Doctri-
a Diſcite, ſeruate.
20 nam oris audite filij, & qui cuſtodierit illam,
a Falſitate, ſcilicet, maledictione, periurio, detractione.
21 non periet labijs ſuis: nec ſcandalizabitur in o-
22
a Voluptatis, ſcilicet, deſiderijs.
23 peribus nequiſſimis. In va- d
nitate ſua apprehenditur
24 peccator, & ſuperbus & ma
25
26 ledictus ſcandalizabitur in
27
† illis. Iurationi non aſſue- e
28 ſcat os tuum: multi enim
caſus in illa. Nominatio ve-
29 rò Dei nõ ſit aſſidua, in ore
30 tuo, & nominibus ſancto-
rũ non admiſcearis, quoniã
non eris immunis ab eis.
a Caſtigatus tormentis.
31
32 Sicut enim ſeruus interrogatus aſſidue a li-
uore

que ea, quę in mundo ſunt. D

d In vanitate. Quia illam preponit amori Dei & deſiderio ęternę beatitudinis. E
e Iurationi non aſſueſcat os tuum: multi enim caſus in illa. Nominatio vero Dei non ſit aſſidua in ore tuo & nominibus, &c. Vetat iuramentũ ne fiat periurium. vnde: Nolite iurare, neque per cœlum neque per terram.

Dupli

F

† accreſcant
† Excellentiã.
1. Ioan. 2. b.
† an
† inſ
† illo
Iaco.

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXIII.

Diuiſio.

Domine. Superius ab illo loco. Non dixeris 15. cap. autor induxit ad deteſtationẽ peccati ratiocinando, hic conſequenter idem facit deprecando: vt peccata quæ deteſtatus eſt in alijs: non reperiantur in ipſo, & vt exemplo ſui alij ſtudeant Deum exorare pro euitatione & deteſtatione peccati. Sic igitur procedit, quia primo ponit ſuam orationem, ſecundo ſe conuertit ad aliorum informationem, ibi: Doctrinam oris. Circa primum dicit deprecando. 1 *Domi. ta.* omnium per creationem. 2 *Et domina. vit.m.* per ſpecialem condeſcenſionem. 3 *Ne derelinquas me in, &c.* ſcilicet, fatuorum & impiorum. de quibus locutus eſt cap. præced. 4 *Nec ſinas me ca. in il. expro. &c.* in quam ceciderunt. 5 *Quis ſuperponit in co.m.* Q. diceret, vtinam aliquis ſuperponat. 6 *Flagella.* diuina, quorum cogitatio retrahit a malo. 7 *Et in corde meo do. ſap.* quæ firmat in bono. 8 *Vt igno. eo.* id eſt, delictis cogitationum. 9 *Non par. mi.* ſed ſtatim timore vel pœna reprimat. 10 *Et non appareant delicta illorum, &c.* id eſt, cogitatuum per exitum in opus malum. 11 *Et ne adincre. igno. meæ.* id eſt, ne peccatis cogitationis addantur peccata oris, operis, & conſuetudinis. 12 *Et incidam in conſpe. aduer. mee.* id eſt, dæmonum. 13 *Et gau. in. meus.* ſcilicet, diabolus, qui gaudet de peccatis hominum, & maxime doctorum. 14 *Do. pater.* exponatur vt prius. 15 *Extollentiam ocu. me. ne de. m. &c.* id eſt, ſuperbiam non permittas mihi dominari. 16 *Et omne deſide. pra. auer. à me.* prohibens me tali deſiderio conſentire. 17 *Aufer à me ven. con.* id eſt, gulam. Et quia miniſtrat luxuriæ materiam, ſubditur. *Et concu. con. &c.* ſequitur. 18 *Et animæ irre. & in fru. ne tra. me.* id eſt, inſipido vel indiſcreto qui caret ſapientia, à ſapore dicta. Et dicitur infrunitus ab in, quod eſt ſine, & frumen inis. quod eſt pars gutturis, qua ſapor ſentitur. Eſt igitur ſenſus. Et animæ irreuerenti, &c. id eſt, ne permittas animum meum incidere in irreuerentiam & inſipientiam.

Diuiſio.

Q*Vi fa. m.* Poſtquam auctor induxit ad obſeruationẽ amicitiæ, hic conſequenter inducit ad opera miſericordiæ. Et diuiditur in duas partes. nã primo ponitur hęc inductio. ſecundo cautelæ adhibitio, ibi. *Initium vitæ.* Prima in tres, nam primo inducit ad ſubueniendum proximo per accommodationem ſecundo per eleemoſynę dationẽ. ibi. *Multi.* tertio per fideiuſsionẽ, ibi: *Vir bonus.* Circa primum dicitur.

Diuiſio.

1 *Qui fa. ſe. proxi.* i. accõmodat in ſua neceſsitate: frequẽter enim in iſto libro & in prouerbijs Salomonis accipitur fęnerari pro accõmodare, vt ſup. dictũ eſt. Qui namq; proximus non eſt in depauperatus, pro probabiliter appareat qđ poterit reſtituere, ibi ſubueniri debet per accõmodationem.
2 *Et qui præualet ma.* i. in poteſtate ad dandum largiter.
3 *Mandata ſer.* non ſolũ accommodando, ſed ẽt tribuendo.
4 *Et ite. red. pro.* tu qui accepiſti per accommodationem.
5 *Confirma ver.* quę promiſiſti ſibi reddere per effectum.
6 *Et in omni tem. in.* nã hoĩes libenter accõmodant illis qui bene reddunt. Sed quia plurimi contrariũ faciunt, ſubditur.
7 *Mul. quaſi inue.* rei vagæ quæ conceditur occupanti, in quam non cadit reſtitutio.
8 *Aeſtimaue. fę.* i. rem accommodatam reſtituere nolentes ipſam. 9 *Et præſti. mo. his qui ſe adiu.* reddentes malum pro bono. 10 *Donec ac. oſcu. ma.* i. faciunt reuerentiam & promiſsionem magnas illi a quo volũt aliquid accipere mutuo, vt extorquere poſsint. 11 *Et in tem. red.* i. in quo ſic accipiens promiſit reddere.

a *Mul.non cau.* Illos
A notat qui neminem læ
dere volunt, ſed præ
timore peritturarum re
rum prodeſſe nolunt.
Contra quos dicitur.
Matt.6.c. *Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra.*
b *Propter mand.aſ.* Omnibus indigentibus miſericordia eſt facienda, nec pro auaritia charitas proximi amittenda.
c *Perde pecuniam propter fratrem & amicum.* Inter opera * Auguſtinus. Hæc eſt lex in amicitia, vt ab amicis honeſta petamus & pro eis honeſta faciamus, nec expectemus vt rogemur, cunctatio ſemper abſit, ſtudium ſemper adſit. *Perde*, inquit Salomon, *pecuniam propter amicum*. Si enim pecunia perdenda eſt propter amicũ, multo magis amici vtilitatibus vel neceſſitatibus conferenda. Si igitur des amico vt nõ improperes non mercedem expectes, non frõtem obducas, non vultum auertas, non deponas oculos, ſed ſerena facie, hilare vultu, ſermone iucũdo intercipe verba petẽtis.
B
uer lib.de amicicia c.25.
Ep.17.c.
Joh.3.c.
C
d *Et non abſcon.il.* Qui enim

pore redditionis poſtulabit tempus, & loquetur verba tæ-
dii & murmurationum, & tempus cauſabitur. Si autem po
tuerit reddere, aduerſabitur. Solidi vix reddet dimidium, &
computabit illud quaſi inuentionem. Sinautem fraudabit
illum pecunia ſua, & poſſidebit illum inimicum gratis, &
conuitia & maledicta reddet illi, & pro honore & benefi-
a cio reddet illi contumeliam. Multi non cauſa nequitiæ nõ
fœnerati ſunt, ſed fraudari gratis timuerunt. Veruntamen
ſuper humilem animo fortior eſto, & pro eleemoſyna non
Date & dabitur vobis.
b tradas illum. Propter mãdatum aſſume pauperem, & pro-
a ¶ A munere tuo. b ¶ Temporaliter, pauperi tribuendo miſericorditer, vt recipias in æternum.
c pter inopiam eius ne dimittas eum vacuum. Perde pecu-
d niam propter fratrem & amicum, & nõ abſcondas illã ſub
a ¶ Duro & auaro corde b ¶ Quia ibunt auari in ſupplicium æternum.
c ¶ Qui præcipit fieri eleemoſynam.
lapide in perditionẽ. Pone thaſaurum in præceptis altiſ-
a ¶ Abſconditum. b ¶ Corporalem vel ſpiritualem.
ſimi, & proderit tibi magis quam aurũm. Cõclude eleemo
a ¶ Bene monendo, conſulendo, in corde enim abſconditur eleemoſyna.
ſynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni
a ¶ Remouendo. b ¶ Diſperſit dedit pauperibus.
c ¶ Quia merces iuſtitiæ in æternum. d ¶ Iuſtitiam, vel vitam æternam.
malo. Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum ipſo, & gratiam
hominis quaſi pupillam conſeruabit, & poſtea reſurget &
Mentem.
retribuet illis retributionem vnicuique in caput illorum
e Super ſcutum potentis, & ſuper lanceam aduerſus inimi
a ¶ Doctor b ¶ Suſcipiendo curam proximi. c ¶ Quia fideiuſſore Deo.
cum tuũ pugnabit. Vir bonus fidem facit proximo ſuo, &
a ¶ Fidem vel proximum ſibi commiſſum. b ¶ Dignus eſt operarius mercede ſua.
f qui perdiderit confuſionem, derelinquet ſibi. Gratiam fi-
g Doctoris. a ¶ Suſcipiendo te in curam ſuam.
deiuſſoris ne obliuiſcaris, dedit enim pro te animam ſuam
Prædicatorem. a ¶ Deſpiciendo.
Repromiſſorem fugit peccator & immundus. Bona * re-
promiſſoris ſibi aſcribit peccator, & ingratus ſenſu

enim viderit fratrem
D
ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?
e *Super ſcutum potentis, & ſuper lanceam aduerſus inimicum tuum pugnabit. Vir bonus fidem facit proximo ſuo, &c.* Magis valet eleemoſyna contra iacula inimici, quam arma terrena, quia hæc dubiã illa certiſsimam parit victoriam, vt abſorbeatur mors in victoria.
1.Cor.15.g.
E
f *Qui perdiderit confuſionem, derelinquet ſibi.* ideſt, qui vnitatem fidei, & ſynceritatem legis non cuſtodit, ſed implicatur erroribus varijs.
Contra pelagium.
g *Gratiam fideiuſsoris ne obliuiſcaris, dedit enim pro te animam ſuam. Repromiſſorem fugit peccator & immundus. Bona repromiſſoris ſibi aſcribit peccator, &c.* Doctorem ſcilicet qui pro fide & bonis operibus promittit vitam æternam.
Hæc ſententia Pelagium reprehendit qui liberum arbitrium gratiæ præponit cum per ſolam gratiam liberentur electi.
Contra Pelagium.
* verba.
F
Recu-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Poſtu.tem.* ſ.dilationis.
2 *Et lo.ver.tæ.* i.tædioſa accommodanti.
3 *Et mur.* dicens quod nimis aſpere repetat debitum.
4 *Et tem.* dicens quod fuit nimis carum. vel aliquid huiuſmodi, ad retardandum ſolutionem debiti.
5 *So.vix red.di.* prima vice, cum tamen receperit ſimul magnam ſummam.
6 *Et compu.ta.il.quaſi.inuen.* quaſi non teneretur ad reſtitutionem. 7 *Sinautem.* i.nõ poſſit ſic detinere, quod eſt ſibi accommodatum. 8 *Frauda.il.pec.ſua.* falſam pecuniam pro vera ſibi reddendo, vel debitum negando.
9 *Et poſſide.il.ini.gra.* i.accomodans habebit illum cui accommodauit inimicum ſine cauſa.
10 *Et conui. & male.* i.reddet accommodãti mala pro bonis.
11 *Multi non cau.ne.* Hic cõſequenter inducit ad ſubueniendũ proximo per eleemoſynæ dationẽ, & continuando ſe ad prædicta dicit. *Multi non cau.ne.* i.duritiæ ad proximum.
12 *Non fœne.ſunt.* i.dimiſerunt accommodare proximo.
13 *Sed frau.gra.ti.* ſicut dictũ eſt in parte immediate p̃cedẽti.
14 *Verunta.ſu.hu.ani.* i.pauperiorem debitorem.
15 *For.eſto.* largitate.
16 *Et pro.ele.* i.pro debito quod in tali caſu in eleemoſynam eſt conuertendum.
17 *Non tra.il.* ad iudicium, vt compellatur reddere debitũ.
18 *Propter man.* ſ.domini, qui mandauit vnicuique de proximo ſuo ſubleuando.
19 *Aſſume paupe.* ipſum adiuuando.
20 *Perde pecu.pro.fra. & ami.* conſumendo eã in neceſſitates eorũ. Licet.n.in hoc conſumetur, tamen maius bonũ pro ea reddetur. 21 *Et non abſcon.il.ſub lapi.* theſaurizando in terra, ſed in cælo per eleemoſynę dationẽ. ideo ſubditur. Pone theſaurum tuum in præceptis altiſſimi, & proderit tibi magis quam aurum, & patet.
22 *Conclu.eleemo.in cor.* ipſum deſolatum per eleemoſynã tuam conſolando.

Et

23 *Et hæc pro te exor.ab om.ma.* ſ.te liberari a Deo.
24 *Eleemoſyna viri quaſi ſac.cum ipſo.* In ſacculo reponuntur ea quę in tempore neceſſitatis reſumũtur, ſic in morte quãdo deficiũt bona præſentis vitæ, ſubuenit meritum eleemoſynę, qa ſicut dicit Augu. Sola miſericordia comes eſt defunctorum. 25 *Et gratiam homi.* i.gratiam Dei datã homini.
26 *Quaſi pupillam conſer.* in præſenti vita.
27 *Et poſtea reſur.* per receptionem præmij in alia vita.
28 *Et retribuit il.retri. &c.* i.faciet a Deo retribui.
29 *Vnicuique in capat illo.* quia ſecũdũ maioritatẽ & minoritatẽ miſericordię in pręmio retribuetur plus & minus vnicuique. 30 *Super ſcutum po. &c.* quod eſt armatura ad defendendum. 31 *Et ſuper lanceam.* quæ eſt armatura ad inuadendum. 32 *Aduerſus ini.tuum.* ſcilicet diabolum.
33 *Pugnabit.* te protegendo in eius tentationibus, & etiam ipſum per victoriam repellendo.
34 *Vir bonus.* Hic cõſequẽter oſtenditur qualiter ſubueniẽdum ſit proximo per fideiuſſionẽ, nã per hoc aliquãdo proximus euadit damnum magnũ vel confuſionẽ. *Dicit igitur: Vir bonus facit fi.proxi.ſuo.* pro ipſo in neceſſitate fideiubendo.
35 *Et qui perdi.* ſ.fidem erga proximũ diſcredens ei, quod non vult fideiubere pro ipſo.
36 *Confuſionem derelinquet ſi.* i.dimittet proximũ ſuũ cõfundi, Si autem li ſibi, referatur ad nolentẽ fideiubere, ſic eſt ſenſus: *Confuſionem derelin. ſibi.* i.peccatum incurret, per quod cõfundetur coram Deo, & etiam coram hominibus eſt ſibi cõfuſibile proximo in neceſſitate ſic diffidere. Conſequenter informat illum pro quo fideiubetur, dic.
37 *Gratiam fide.ne ob.* ſed cogita de eius liberatione.
38 *De.e.pro te.a.* ſ.obligando pro te illud quod eſt ſibi neceſſarium ad vitam ſuſtentandam, quoniam ingrati faciunt contrarium, ſubditur.
39 *Repromiſſorem.* i.fideiuſſorem.
40 *Fugit pecca.immun.* nolens eum liberare.
41 *Bona repromiſſo.ſi.* dicens quod fideiuſſor tenebatur ei intantum vel huiuſmodi.
42 *Et ingratus.ſen.* qui non recognoſcit bona fideiuſſoris.

A a *Recupera proximum ſecundum virtutem.* Conſulit, vt † ſecundum vires proximo præbeas ſolatium, & ſic tibi præuideas, ne in laqueum cadas.

† ſeruias Ambroſ. li. de tobia cap. 22.

* Ambroſius. Si vis interuenire, moueris amici obſecratus oratis, erubeſces negare, ita interueni vt ſi debitor ſoluendo non fuerit, de tuo noueris eſſe ſoluēdum. In hęc paratus accede. Legiſti enim. *Non ſpondeas ſuper virtutem tuam, ſi enim ſpoponderis, quaſi reſtituens cogita.* Et infra, *Recipe proximum tuū ſecundum virtutem tuam, & attende tibi ne cadas.* id eſt, ne maiore te obliges numiſmatis quantitate quam ferre poſſunt & exoluere tuarum copiæ facultatū. Si enim B quod habes tradas, amiſiſti opes, non amiſiſti fidem. Famæ tuæ damna non ſentis, redemiſti amicum ſine tui fraude.

b *Initium vi. ho. aqua. &c.* Frugilitatē, & hoſpitalitatem & honeſtatem docet, & vt temperantes ſimus in victu & veſtitu, honeſti moribus, largi in ſuſcipiendis fratribus. In principio enim nō fuit tanta luxuria cibi & potus, vel tanta ambitio veſtium, curruū, & palatiorum. vnde in principio pomis arborum, & oleribus herbarum viuebant antiqui, & dominus primis parentibus pelliceas tunicas poſt peccatum fecit.

† infr. 39 d. Hoſpitalitas commēdatur Hominum ante diluuium ſobrietas in vſu & pote. Gene. 3. d.

derelinquit liberantem ſe. Vir repromittit de proximo ſuo,
a ¶ Scripturarum non obſeruando regulam. b ¶ Tanquam hæreticus. c ¶ Subdito, ſcilicet.

a & cum perdiderit reuerentiam derelinquetur ab eo. Re-
a ¶ Hæreticorum, ſcilicet, traditio. b ¶ Recte ambulantes, ſcilicet, pro opinione ſua.

promiſſio nequiſſima multos perdidit † diligentes, & com-
a ¶ Qui ædificauerunt ſuper arenam. b ¶ Superbos. c ¶ In circumitu erroris.

mouit illos quaſi fluctus maris. Viros potentes gyrans mi-
a ¶ A ſtatu fidei. b ¶ Ab vnitate eccleſiæ.

grare fecit, & vagati ſunt in gentibus alienis. Peccator tranſ-
a ¶ De qua dicitur. Maledictus qui non permanet in ſermonibus legis.

grediens mandatum domini, incidet in repromiſſionem ne-
a ¶ Sermonibus tantum, non factis. b ¶ Damnationem.

quam, & qui conatur multa agere, incidet in iudicium. Recupera proximum ſecundum virtutem tuam, & attende tibi
b ne incidas. † Initium vitæ hominis aqua & panis, & veſti-
c mentum, & domus protegens turpitudinem. Melior eſt vi-
d ctus pauperis ſub tegmine aſſerum, quam epulæ ſplendidæ in peregre ſine domicilio. Minimum pro magno placeat ti-
a ¶ Bonum eſt ſtabilem eſſe & conſtantem. vnde, Nolite tranſire de domo in domum.

bi, & improperium peregrinationis non audies. Vita ne-
a ¶ Difficile ſecuritatem inter ignotos inueniet.

quam hoſpitandi de domo in domum, & vbi hoſpitabitur,
a ¶ In domo aliena. b ¶ Familiam domus.

non fiducialiter aget, nec aperiet os. Hoſpitabitur, & paſcet,
Ad propria.

e & portabit ingratos, & adhuc amara audiet. Tranſi hoſpes, & orna menſam, & quæ in manu habes, ciba cæteros. Exi a facie honoris amicorum meorum, neceſsitudine domus meæ, hoſpitio mihi factus es frater. Grauia hæc homini ha-
f benti ſenſum, correptio domus, & improperium fœneratoris.

c *Melior eſt victus pau. &c.* Ad literā. Melius eſt tenuem victum ſub vili tugurio ſumere in ſecuritate, quam ſplendidas epulas cum fatigatione in incertis locis quærere. D

Allegori. Melior eſt victus, ſpiritualis ſenſus, qui ſub vili tegmine literarū a paupere populo ī eccleſię vnitate catholica habetur, quam ambitioſæ deliciæ philoſophorum quæ in diuerſis libris ſub incerta opinione continentur, vbi labor & ſuperflua cura.

Allego.

d *Minimum.* Sufficiat tibi quod habes, ne ſuperflue quæras qđ adipiſci nō vales. vnde quidam ſapientiū ait: Melius eſt tibi non habere qđ tribuas, quā impudenter petere quod non habes. Et alibi. Melius eſt nomen bonum quam diuitiæ multæ.

† Dirig. Eccle. 7

E e *Tranſi.* Quaſi, Qui alieno delectaris hoſpitio, redi ad propria & de labore tuo te & alios paſce. Noli de aliena domo paſtum tibi ſupfluū quęrere. Sufficit tibi ſuſceptio proximorum.

f *Improperi.* Myſtice autem mouetur vir eccleſiaſticus in domo eccleſiæ aſſidue manere, vbi poteſt pabulum verę ſapientiæ habere, ne inter philoſophos vel hęreticos periculoſe hoſpitando ſecularis ſapientiæ doctrinam quęrat, & modo inueniat, in futuro autem examine æternum cōfuſionis improperiū ſuſtineat. F

Myſtice

C *Melior*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Dere. il. ſe. *dimittēs fideiuſſorē ſuū tractari dure ab ipſo creditore.*
2 Vir re. de proxi. *i. fideiubet pro eo.*
3 Et cum perdide. *ſ. proximus pro quo fideiuſſit.*
4 Reuerentiam. *i. verecundiam coram Deo & hominibus.*
5 Derelinquetur ab. *fideiuſſor modo prædicto. ideo ſubditur.*
6 Repromi. *qua proximus ꝓmittebat fallaciter liberare fideiuſſorē.*
7 Multos perdidit di. *i. deſtruxit bona amicorum fideiubentiū.*
8 Et commo. il. *nam per hoc incurrunt ſæpe fideiubentes tempeſtates tribulationis.*
9 Viros, &c. *nā per hoc expellūtur aliquādo de ſuis hæreditatibus.*
10 Et va. ſunt in. *nā aliquando fugiunt de terra ne capiantur, & incarcerentur pro debitis illorum, pro quibus fideiuſſerūt. Et quia Deus aliquando dimittit hominem talem incurrere tribulationem pro peccatis ſuis præteritis, ſubditur.*
11 Peccator &c. *quod fit per fideiuſſionē in qua promittit ſe pro alio ſoluere ſi deficiat, & dicitur promiſſio nequam, inquantum ex ea contingunt ſibi mala.*
22 Et qui cona. *vltra poſſibilitatem ſuam.*
13 Inci. in. *ad quod trahitur propter obligationē factā, iō ſubditur.*
14 Recupera. *ſubueniendo ei per fideiuſſionem, ita tamen quod per hoc non incurras dictam tribulationem, ideo ſubditur.*
15 Et at. tibi ne inci. *in prædicta mala. Et ſic patet quod fideiuſſio non eſt leuiter, ſed cum magno pondere facienda.*
6 Initium. vi. *Hic cōſequēter circa miſericordiæ opera ponitur cautela, & maxime circa hoſpitalitatē, nam per hoſpites fictos & malos, multi recipientes eos fuerunt defraudati. igitur primo inducit hominē ad ſic viuendum ſobrie, quod non incurrat neceſſitatē diſcurrendi, & apud extraneos hoſpitari, di.* Initiū vi. hom. aqua. *i. potus & cibus moderatus, nā frequenter in ſcriptura nomine panis, & aquæ intelligitur cibus & potus generaliter. vnde. 4. Reg. 6. c.* Appone eis panem & aquam. *Et ſubditur.* Et appoſita eſt eis magna ciborum pręparatio. *Loquitur tamen hic ſcriptura de cibo & potu ſimplici.*
17 Et veſti. *ſimplex ad neceſſitatem, & non ad curioſitatem.*
18 Et domus prote. tur. *i. illa quæ turpe eſſet facere in palā, licet non ſint mala, vt reddere debitum vxori & huiuſmodi.*

Philoſophus

19 Meli. eſt vic. pau. *i. victus tenuis.*
20 Sub teg. aſ. *i. in parua domo propria.*
21 Quam epu. ſplen. in pere. *i. in aliena patria.*
22 Sine domi. *proprio.*
23 Mi. pro ma. *i. illud modicū ꝙ habes ī domo tua reputa magnū.*
24 Et impropе. pe. *i. euagationis per terram.*
25 Non au. *Tales enim ſic euagantes frequenter vocantur trutani & ribaldi & huiuſmodi. ideo ſubditur.*
26 Vita nequam hoſpi. *per talem euagationem & diſcurſum.*
27 Et vbi hoſpi. *etiā aliquis pro ſua pecunia, ſicut viator & mercator in taberna.*
28 Nō fiduc. *dubitās ne in illa domo ſint aliq fures vel huiuſmodi.*
29 Nec ape. os. *non audens de hoc loqui.*
30 Hoſpi. *in domo aliena.*
31 Et paſcet & po. in. *ſ. dominum domus & eius vxorem, mittendo eis exenium de cibis & potibus ſuis.*
32 Et adhuc ama. *Et quæ ſunt illa ſubdit.*
33 Tranſi ho. *quia quādo ſuperueniūt alię perſonæ potentiores, dicitur ſibi, quod de hoſpitio ſibi prouideat alibi, & hoc eſt quod dicitur.* Tranſi. hoſpes. *de domo iſta ad aliam.*
34 Et orna men. *ibi præparando tibi comeſtionem.*
35 Et quæ in ma. ha. ciba. *exeniū mittendo domino illius domus & eius vxori. Et licet hoc non dicatur ſibi verbo, dicitur tamen ſibi facto, nam oportet eum facere in ſecunda domo ſicut in prima.*
36 Exi. *de domo mea.*
37 A fac. ho. *q. d. Nō poſſē honorifice ſuſcipere in domo mea illos q ſuperuenerūt qui ſunt amici mei notabiles & honorabiles perſonæ niſi tu exires.*
38 Hoſpitio mihi fac. *q. d. ex hoc quod intraſti hoſpitiū meum, non es ſic mihi coniunctus familiaritate, quod debeam propter te amicos meos potentiores recipere male.*
39 Grauia hæc ho. ha. *ſ. ad audiendum ipſa.*
40 Correptio do. *i. mutatio hoſpitij.*
41 Et imprope. *i. hoſpitis qui dicitur hic fęnerator qa vēdit hoſpitibus res ſuas ſecūdū curſum communē hoſpitū vltra iuſtū pretium.*

A

Prou.13.d. Id.23.b.

CAPVT XXX.

a QVi diligit filium, Patres tam car[a]nales quã ſpirituales monet, vt filios ſuos diligenter erudiãt, vt honeſte viuant, ne laſciuiẽdo per aliorum dogmata diſcurrant.

CAPVT XXX.

QVi † diligit filium ſuum, aſſiduat illi fla 1
gella, vt 2
lætetur in 3
nouiſſimo ſuo, & non palpet proximorum 4
a Quærendo doctrinam. b Sana doctrina. c Diſcipulum. c Et non. 5
ſolum laudem, ſed & perpetuam gloriam in conſortio ſanctorum habebit. 6
oſtia. Qui docet filium ſuum, laudabitur in illo, 7
& in medio domeſticorum in illo gloriabitur. 8
Qui docet filium ſuum, in zelum mittit inimi- 9 10
B cum, & in medio amicorũ gloriabitur in illo: 11
a Spiritualis.
Mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mor- 12
a Qui eum factis & dictis repræſentat.
tuus. Similem enim reliquit ſibi poſt ſe. In vita
a Pater filium ſuum.
ſua vidit, & lætatus eſt in illo. In obitu ſuo non
¶Dæmonibus.
eſt contriſtatus, nec confuſus eſt coram inimi
a Filium. b Eccleſiæ.
cis. Reliquit enim defenſorem domus contra
a Quoslibet perſecutores. b Catholicis. c ¶ Doctrinæ & boni operis exemplum.
inimicos, & amicis reddentem gratiam. Pro 13
a Sicut apoſtolus gloriatur in paſſionibus. b Quis infirmatur, & ego non infirmor?
C animabus filiorum colligabit vulnera ſua, et ſu 14
per omnem vocem turbabuntur viſcera eius. 15 16

17 18 Equus indomitus euadet du[b]
19 rus, & filius remiſſus euadet
præceps. Lacta filium tuum,
20 & pauentem te faciet, lude
21 22 cum eo, & contriſtabit te.
23 Non corrideas illi, ne con-
24 25 doleas, & in nouiſſimo ob-
26 ſtupeſcent dentes tui. Non
des illi poteſtatem in iuuen-
27 tute, & ne deſpicias cogitatus illius, † Curua
28 ceruicem eius in iuuẽtute, & tunde latera eius dũ
29 30 infans eſt, ne forte induret & non credat tibi, &
31 erit tibi dolor animę. Doce filium tuum, & ope-
32 33 rare in illo, ne in turpitudinem illius offen-
a Spiritus. b Mente.
34 das. Melior eſt pauper ſanus[c]
35 36 a Spiritualibus. b In mundo. qui ſpiritualibus caret diuitijs.
37 & fortis viribus, quã diues
a ¶ Propriæ iniquitatis.
38 imbecillis, & flagellatus ma
39 litia. Salus animæ in ſancti-[d]
40 tate iuſtitiæ, & melior om-
41 ni auro & argento, & cor-
pus validum quam cenſus
a ¶Idem ſupra Salus animæ in ſanctitate iuſtitiæ, &c.
immenſus, Nõ eſt cẽſus ſu
a Quod eſt de vera ſapientia in charitate non ficta & contemplatione diuina.
42 per cenſum ſalutis corporis, & non eſt † oblecta-

b *Equus ind.* Equus indomitus in præcipitium vadit, filius indiſciplinatus in peccatũ ruit. Docet ergo ſpirituales patres, vt filios ſuos erudiant & corrigant, ne eis immoderate frena relaxent, ne cadãt in turpitudinem vitiorũ, & ipſi ignominiã ſuſtineãt ſempiternã.

c *Melior eſt pauper.* Dulcis eſt ſomnus operanti, ſiue multum comedat, ſiue parum. Saturitas enim diuitis nõ ſinit dormire eum.

d *Salus a.* Vera ſalus animæ iuſtitia eſt, cui aurum & argentũ non valet comparari, quia non proderunt diuitię in die vltionis. Iuſtitia autem animam liberabit a morte.

Me-

D

† Sup.7.c.

E

Ecc.5.a.

Prou.11.a.

† Oblectatio.

F

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XXX.

QVi diligit filium ſuum. Poſtquam auctor oſtendit qualiter actiuus habere ſe debeat ad vxorem & proximum, hic cõſequenter oſtendit qualiter habere ſe debeat ad filium. ſ. ipſum tenendo ſub diſciplina.

1 *Qui diligit filium ſuum.* amore diſcreto.

2 *Aſſiduat illi flagel.* i, labores, ne per otium tepeſcat, & verbera cum deliquerit, ne per inſolentiam vaneſcat.

3 *Et le. in no. ſuo.* De filio bene morigerato.

4 *Et non pal.* ſcilicet filius.

5 *Proxi. oſtia.* Ad fornicandum vel aliquid furandum.

6 *Qui docet filium ſuum.* In fide & moribus.

7 *Laudabitur in il.* Nam de tali dicitur communiter. Benedicatur pater, qui genuit eum.

8 *Et in me. do. me in il. glo.* Videns, quod habeat bonũ ſucceſſorem in domo.

9 *Qui do. fi. ſu.* Modo dicto.

10 *In zelum* .i. in inuidiam, quæ triſtatur de bono alterius.

11 *Mittit ini.* Qui de bono ſuo triſtatur.

12 *Mortuus eſt pa. e. & quaſi non eſt mor.* Quia quodammodo remanet in filio, non ſolum in temporali hęreditate, ſed etiã in moribus, & ſic patet litera vſque ibi.

13 *Pro animabus filiorum.* i. pro ipſis defendendis in vita corporali & ſpirituali quantum ad mores.

14 *Colligabit vulnera ſua.* Exponendo ſe mortis periculis pro ſalute filiorum.

15 *Et ſuper o. voc.* Familiæ plangentis ipſum.

16 *Turbabun. v. eius.* Per compaſſionem, & eos conſolabitur de infirmitate ſua vel morte imminẽte. Et quoniam oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, ſubditur de filio indiſciplinato. 17 *Equus indomitus eua. durus.* i. dure portans & periculoſe.

18 *Et fi. remiſſus.* A diſciplina.

19 *Euadet præceps.* Ad vitia.

20 *Et pauentem te faci.* Ne forte pro ſuis maleficijs ſuſpendatur.

21 *Lude cum eo.* Quaſi de pari.

22 *Et contriſtabit te.* Poſtea te contemnendo.

23 *Non corrideas il.* De fatuitatib. eius ſimul cum eo ridẽdo.

24 *Ne condoleas.* Cũ poſtea per iuſtitiam publicam punietur.

25 *Et in nouiſ. obſtu. dentes tui.* Præ amaritudine cordis tui.

26 *Non des il. poteſtatem in iuuentute.* In qua debet ſubeſſe diſciplinæ.

27 *Curua ceruì.* Ne per ſuperbiam eleuetur.

28 *Et tunde. la. eius.* Virgis.

29 *Dum in e.* Quia tunc eſt bene corrigibilis.

30 *Ne for. indu.* Caput ſuum in malo.

31 *Et non cre. tibi.* Monita tua contemnendo.

32 *Et erit ti. dolor animæ.* id eſt, pertingens vſque ad intima cordis.

33 *Doce filium.* Verbis.

34 *Et operare in.* Bonis exemplis.

35 *Ne in tur.* Per defectum in moribus.

36 *Offendas.* Diſciplinam debitam omittendo.

37 *Melior eſt pau.* Poſtquam auctor oſtendit qualiter actiuus ſe habere debeat ad vxorem, proximum, & prolem, hic vltimo oſtẽdit qualiter habere ſe debeat ad propriam perſonã, debet enim eſſe ſolicitus de bona ſui corporis conſiſtentia ad agendum, quæ ſunt ſtatui ſuo neceſſaria, ita tamen, quod animæ non rebellet. Igitur primo agitur de primo, ſecundo de ſecundo ca. ſeq. Secundum tamen, quod iſtæ diuiſiones non ſunt ſic præciſæ, quin in vna parte ponantur aliqua de pertinentib. ad aliam & econuerſo, & hoc propter cõnexionem virtutum, prout apparuit in præcedentibus, & in ſequẽtib. apparebit. Igitur primo propoſitum incipitur, ſecũdo incidẽs interponitur, ibi. *Bona abſcondita.* tertio ad propoſitum auctor reuertitur, ibi. *Triſtitiam.* Dicit igitur circa primũ. *Melior eſt pauper ſa & fortis viribus quam diues im.* Corpore, quia bona naturæ pręcellunt bonis fortunæ. 38 *Et flagel. ma.* in mente. Eſa.48. d. Non eſt pax impijs, dicit dominus.

39 *Salus animæ in ſan. iuſtitiæ.* Sicut enim ſalus corporis conſiſtit in adæquatione humorum, ſic ſalus animæ in adęquatione morum, quod maxime fit per iuſtitiam legalem, quę includit omnem virtutẽ, vt habetur. 5. Ethic. 40 *Et me. eſt. etc.* Quanto ſpiritualia bona temporalibus præferuntur.

41 *Et corpus va. quam cen. immenſus.* Qui eſt quid intrinſecũ ab homine, nam bona diſpoſitio corporis eſt intrinſeca ſibi. Ex quo patet quod ſubditur. Non eſt cenſus, &c.

42 *Et non eſt oblect. ſuper cor. gau.* Quod patet ex hoc quod homines boni ſuſtinent maximos dolores in corpore, vt cõſeruent gaudium conſcientiæ de bono virtutis in mente.

Et

Me-

a *Melior eſt mors, quam vita amara.* Inter opera. * Hiero. Quis inter anxietates vagantesſeculi, ęrumnaſque morborũ lędentiũ non magis mortem deſideret, quam longam ſatis & languidã vitam: dicente Salomone. *Melior eſt mors, quam vita amara, & requies æterna, quam languor perſeuerans.* Et alibi. *Melius eſt tibi mori, quam viuere.* Mors enim hominum omni dat requiem. Pro certo inter mala graſſãtia neceſſario libenter exitus optatur. Sed ſicut nec noſtrum fuerit naſci, ita nec poteſtatis noſtrę eſt mori, alioqui ſi in noſtra poteſtate mori conſiſteret, eſſet in poteſtate non mori.

inter epiſt. falſo Hie. aſcriptas, epiſt. 8. ad amicum ęgrotum.

b *Bona ab.* Contra eos loquitur, qui talentum verbi abſcondunt, quorum ſcientia virtutibus inutilis ſicut epulæ mortuis & theſaurus.

c *Sicut ſpado con.* Non facit ad complexum virginis, ſic adoratio idoli, adorantibus incongrua & inutilis.

d *Iucunditas cor.* Quia nulla virtus ſine ea conſiſtit. *Maior autem horum eſt charitas.*

1. Cor. 13. d.

e *Miſerere animæ tuæ placens Deo.* * Aug. Qui dignas pro ſuis peccatis eleemoſynas facit, prius eas facere incipiat a ſeipſo. Indignũ eſt. n. vt in ſe non faciat, qui facit in proximum, cum audiat dicentem dominum: *Diliges proximum tuum tanquam teipſum.* Item, quę audiat. *Miſerere animæ tuæ placens Deo.* Hanc ergo eleemoſynam, id eſt, vt Deo placeat, non faciens animæ ſuę, quomodo dignas pro peccatis ſuis eleemoſynas facere dicendus eſt?

Aug. lib. 21. de Ciui. Dei c. 27.

Matth. 22.

f *Minuent dies. Viri ſanguinum non dimidiabunt dies ſuos.* id eſt, proſperitatem, quam ſibi promittunt, non poſſũt habere in perpetuum.

Pſal. 54. d.

* Aug. Sic amemus Dei miſericordiam, vt tamen iuſtitiam timeamus. Parcit modo & tacet, ſed non ſemper tacebit. Modo enim pro ineffabili pietate ſua non ſolum nos admonet, ſed etiam rogat, vt nos a peccatis mortiferis reuocemus. Audiamus illum dũ rogat, ne nos poſtea nõ audiat ille dum iudicat. Audiamus eum per prophetam dicẽtem. *Fili,* inquit, *miſerere animæ tuæ placens Deo.* Quid ad hæc reſpõdebit humana fragilitas? Deus te rogat vt tui miſerearis, & non vis. Cauſam tuam apud te agit, & a te non poteſt impetrare, &c.

Aug. ſerm. 102. de temp.

† De pœn. 3. c. qui

a Fortior laborans in præceptis. b Pretioſa eſt in conſpe. domi. mors ſan. eius.

a mentum ſuper cordis gaudium. Melior eſt mors quam

a Peccatis plena. vnde. Laudaui magis mortuos, quam viuentes. ¶pro miſerijs, ſcilicet, quæ in hac vita premunt mortales. ¶Sanctorum.

b Quo tabeſcunt homines in peccatis.

vita amara, & requies æterna quam languor perſeuerans.

b Bona abſcondita in ore clauſo, quaſi appoſitiones epularum circumpoſitæ ſepulchro. Quid proderit libatio ido-

a ¶Quod nec ſentit, nec ſapit. Os habent & non loquentur, oculos habent, & non videbunt. aures habent, &c.

lo? Nec enim manducabit, nec odorabitur. Sic qui effugatur a domino, & portans mercedes iniquitatis. Videns ocu-

c lis & ingemiſcens, ſicut ſpado complectens virginem, &

a Seculi, quæ operatur mortem.

ſuſpirans. Triſtitiam non des animæ tuæ, & non affligas

¶Cogitatu. a Quæ eſt in vera charitate.

d temetipſum in conſilio tuo. Iucunditas cordis hæc eſt vita hominis, & theſaurus ſine defectione ſanctitatis, & exulta-

a Futuræ vitæ & vera exultatio, & vera beatitudo. b Vt continenter ſcilicet, & iuſte placeas Deo.

e tio viri eſt longæuitas. † Miſerere animæ tuæ placens Deo,

a Ad hoc, ſcilicet. b Cogitationes cordis.

& contine, & congrega cor tuum in ſanctitate eius, & tri-

¶Seculi.

ſtitiam longe expelle a te. Multos enim occidit triſtitia, &

a Non poteſt eſſe vtilitas, vbi eſt bonorum operum ſterilitas. b Peruerſus animi affectus debilitat corpus, vnde. Spiritus triſtis exſiccat oſſa. c Ideſt, vita æterna indignos efficient.

f non eſt vtilitas in illa. Zelus & iracundia minuent dies, &

a Econtra.

ante tempus ſenectam adducet cogitatus. Splendidum cor,

¶Iucundum. a Sanctorum. ¶Virtutum. b Quia indeficientes.

bonum in epulis eſt, epulæ enim illius diligenter fiunt.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Melior eſt mors, quam vita amara.* Talis enim vita eſt miſerijs multis ſubiecta, quę ſuſtinentur cum impatientia. Tali namque homini magis expedit breuis vita, quam lõga, quia per vitæ longitudinem cumularentur eius peccata, ideo ſubditur.

2 *Et requies æter.* Corporis in ſepulchro. Et accipitur hic æternum large, ſecundum durationem præſentis vitæ.

3 *Quam languor.* Animæ & corporis, modo dicto.

4 *Perſeuerans.* Ad mortem vſque.

5 *Bona abſcondita in ore clauſo.* Hic interponitur incidens de talento homini credito ad multiplicandum, cuius negligentia imputatur ſibi ad peccatum, ideo dicit. *Bona abſcondita in ore clauſo.* id eſt, ſcientia in homine pigro ad docendum.

6 *Quaſi appoſitiones epularum circumpoſitæ ſepulc.* Quia nihil proficiunt ſepultis. Vtitur tamen hic hoc exemplo, quia Gentiles antiquitus hoc circa propinquorum ſuorum tumulos faciebant.

7 *Quid proderit libatio idolo?* quaſi dicat, nihil, cum careat omni ſenſu.

8 *Sic qui effugatur a domino.* Cui, ſcilicet, talentum in eius morte aufertur a domino & effugatur de viuentium conſortio.

9 *Et portans mercedes iniquitatis.* id eſt, demerita omiſſionis.

10 *Videns oculis.* Negligentiam ſuam præteritã, nam pœna oculos eius aperit, quos ante culpa claudebat.

11 *Et ingemiſcens.* De omiſſione multiplicationis talenti.

12 *Sicut ſpado.* Qui nõ poteſt generarę corporaliter, ſic nec iſte ſpiritualiter per doctrinam.

13 *Triſtitiam.* Hic ad propoſitum reuertitur, monens vitare triſtitiam, quæ bonæ cõſiſtentiæ corporis aduerſatur, dicẽs. *Triſtitiam,* ſcilicet irrationabilem.

14 *Non des.* Talis enim triſtitia non ſolum nocet corpori, ſed etiam animæ.

15 *Et non affligas temetipſum.* Sicut faciunt illi qui per triſtitiã deſperantes interimunt ſemetipſos.

16 *Iucundi. cordi.* Bene ordinata.

17 *Hæc eſt vita hominis.* id eſt, humanę vitæ conſeruatiua.

18 *Et theſaurus ſine defectione ſanctitatis.* Iungatur ſic litera. Et theſaurus ſanctitatis ſine defectione, ſupple eſt, nam gratia ſanctificans nunquam deficit homini, ſed homo aliquando deficit gratiæ Dei.

19 *Et exultatio viri eſt longæuitas.* i. eius cauſa, quia ſicut triſtitia eſt paſſio mortificatiua, ſic lætitia eſt diſpoſitio viuificatiua, ſecundo Rhetoricæ, ideo ſubditur.

20 *Miſerere animæ tuæ placens Deo.* a triſtitia ſeculi quę mortem operatur præcauendo.

21 *Et congrega cor tuum, &c.* ſenſus exteriores diligẽter cuſtodiendo, ne per eos aliquid intret quod ſit contrarium ſanctitati. Cætera patent ex dictis vſque ibi.

22 *Zelus.* i. inuidia, quæ eſt triſtitia de bono alterius.

23 *Et iracundia minuet dies.* quia corrodunt cor, a quo procedit vita.

24 *Et ante tempus.* determinatum a natura.

25 *Senectam adducet cogitatus.* diſtorquentes animum circa curam temporalium.

26 *Splendidum cor.* i. lætum & largum.

27 *Bonum in epu.* ſupple eſt, quas dat pauperibus & perſonis honeſtis.

28 *Epulæ enim illius diligenter fiunt.* i. mundæ ac ſplendidę pręparantur prædictis perſonis.

CAP.

A CAPVT XXXI.

diciarum.

VIgilia honeſtatis tabefac. Sequitur.

a *Lignum offen.* Sicut Adam in ligno vetito tranſgreſſus deorum ſibi altitudinem ſperauit, ſic amatores auri diuerſorum errorum ſimulacris ſeruientes, animas ſuas quaſi ſacrificãdo dæmonibus immolant, vt plurima poſſideãt.

B Poteſt allegorice in hæreticorum & philoſophorum doctrina accipi, quæ ſplendore eloquentiæ nitet, & curioſos ſeducit.

Algorice.

b *Qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus.* * Auguſtin. Beatũ ſancta ſcriptura dicit. *qui poſt aurum non abiit, qui potuit tranſgrendi & non eſt tranſgreſſus, qui facere mala potuit & non fecit.*

Auguſer.19. ... Apo.

C Tu

## CAP. XXXI.

a In ſtudio, ſ. virtutum. b Carnales voluptates.
VIgilia[a] † honeſtatis tabefaciet carnes, &
a Confige timore tuo carme &c. b Pigritiæ tædium.
c Qui præuidet & præmia bonorum & ſupplicia malorum.
cogitatus illius auferet ſomnum. Cogitatus præſcientiæ auertit ſenſum, & in-
a Corporis. b Ab omni concupiſcentia. c A delicijs.
firmitas grauis ſobriam facit animam.
a In domino. ¶Spiritualis.
Laborauit diues in congregatione ſub-
a Præmio, ſcilicet, bonorum ſuorum. b In terrena concupiſcentia. c ¶Scientia.
ſtãtiæ, & in requie ſua replebitur bonis ſuis. Laborauit pauper
a Huius vitæ. b Carens cæleſtibus diuitijs. c Quamlibet pecuniam, quæ per auaritiam colligitur.
in diminutione victus, & in fine inops fit. Qui aurum diligit,
a Ideſt, qui in hac ambitione conſumit præſentem vitam, æterna implebitur ignominia.
non iuſtificabitur, & qui inſequitur conſumptionem, reple-
a In caſum auri datur, qui eius ambitione capitur. b Qui eius amore vltra modum ardeſiunt.
bitur ex ea. Multi dati ſunt in auri caſus, & facta eſt in ſpecie
a ipſius perditio illorũ. Lignũ offenſionis eſt aurũ ſacrificãtium,
¶ Aeternum. a In æternum.
væ illis, qui ſectantur illud, & omnis imprudens deperiet in
a Erroris & cuiuslibet peccati.
illo. Beatus diues, q inuẽtus eſt ſine macula, & qui poſt aurũ nõ
a Seculari.
abijt, nec ſperauit in pecunia & theſauris: quis eſt hic, &
a Virtutibus ſtudendo, miraculis coruſcando.
laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita ſua. † Qui pro-
a In amore Dei. b Qui fecit, ſcilicet.
batus eſt in illo & perfectus inuentus eſt, & erit illi gloria
a Secundum liberum arbitrium. ¶Præceptum Dei. b Pertinaciter quaſi impœnitens.
b æterna. Qui potuit tranſgredi, & non eſt trãſgreſſus, & facere

Tu autem dicis, Nunquã negaui rem alienam. Quia forte nemo tibi commendauit, aut forte cõmendauit, ſed ſub teſtibus cõmendauit. Dic mihi, reddidiſti quando a ſolo ſolus accepiſti, vbi Deus inter vos fuerat? Si tunc reddidiſti, ſi mortuo, qui cõmendauit neſcienti filio reddidiſti, tũc te laudabo, quia poſt aurum non iſti, quia potuiſti trãſgredi, & non es tranſgreſſus, quia potuiſti mala facere & non feciſti. Si forte alienũ ſacculũ ſolidorum, vbi nemo te vidit, in via inueniſti, & ſine vlla mora cuius fuerat reddidiſti. Eia, fratres, redite ad vos, inſpicite vos, interrogate vos, vera reſpondete vobis, & iudicate vos non ſecundum perſonã, ſed iuſtum iudicium iudicate. D E F

† Quis.

*Su-*

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XXXI.

Diuiſio.

VIgilia honeſtatis.* Poſtquã induxit ad diligẽtiam circa bonam conſiſtentiam corporis, hic conſequenter inducit ad eius moderãtiam, per quam corpus remanet ſubditũ legi mentis, quod maxime fit per debitam ſobrietatem. Circa quam primo proponit breuiter intentũ, ſecũdo diffuſius proſequitur propoſitum, ibi: *Supra menſam.* Prima in duas, ſcilicet, in partem principalem, & incidentalem, quæ incipit, ibi: *Laborauit diues.* Circa primum dicit.

1 *Vigilia honeſt.* ſ. in oratione & ſacræ ſcripturæ lectione.
2 *Tabefaciet carnes.* i. reprimet eas a carnalibus vitijs.
Hieronymus. ad Ruſticum monachum. Ama ſanctarum ſcripturarum ſtudia, & carnis vitia non amabis.
3 *Et cogitatus illius auferet ſomnũ.* pigritię, animę, & corporis.
4 *Cogitatus præſcientiæ.* ſ. diuinæ qua Deus oĩa videt aperte.
5 *Auertit ſenſum.* ab omni malo. Boetius. 5. de conſolatione O vis magna, indicta vobis eſt neceſſitas ꝓbitatis, ſi diſſimulare non vultis, quoniam cuncta agitis ante oculos iudicis cuncta cernentis.
6 *Et infirmitas grauis ſob. fa. ani.* nam quamdiu durat, aufert appetitum comedendi, & in cõualeſcentia oportet, q homo ſobrie viuat, ne recidiuum incurrat, & ſic per talem conſuetudinem diſponitur ad ſobrietatem.
7 *Laborauit diues.* Hęc eſt pars incidentalis in qua tractatur de vita diuitis, eo quod diuites ſolent laute viuere, ſicut dicit Luc. 16. e. de diuite, qui epulabatur quotidie ſplẽdide, & occaſione diuitis tractat de paupere. Modus eſt. n. huius auctoris ſimul tractare de oppoſitis, vt patet per pręcicta. Sic igitur ꝓcedit, quia primo tractat de diuite, & paupere bono & malo. Secundo ſingulariter de diuite bono, ibi. *Beatus diues.* Circa primum dicit. *Labo. diues, &c.* ſcilicet, bonus.
8 *In congrega. ſubſtan. &c.* ad viuendum ſecundum ſtatum ſuum honeſte, & ad agendum opera miſericordiæ.
9 *Et in requie ſua reple. bo. &c.* i. deſt, in ſenecta, quę eſt tẽpus quietis a laboribus. Vel in requie ſua, ideſt, in morte in qua recipiet æterna bona pro temporalibus.
10 *Laborauit pau. &c.* in expendendo fatuus.
11 *In diminutione vi. &c.* quia plus expendit, quam lucratur.
12 *Et in fine inops fit.* quia non poteſt laborare ſicut prius. Vel in fine, ideſt, in morte, quia fit vacuus bonis ſpiritualibus. Et quia commendauit diuitem ne credatur, quod omnis diues ſit bonus, oſtendit contrarium dicens.

*Qui*

13 *Qui aurum diligit, &c.* immoderate.
14 *Non iuſtificabitur.* nam frequenter acquirit iniuſte, & cuſtodit impie.
15 *Et qui inſequitur conſumptionem, &c.* bonorum temporalium per prodigalitatem.
16 *Replebitur ex ea, &c.* ſ. indigentia, propter quod medium eſt tenendum, nam liberalitas tenet medium inter prodigalitatem & auaritiam.
17 *Multi dati ſunt in auri caſus.* i. multi ceciderunt in peccata propter aurum.
18 *Et facta eſt in ſpe. ipſius.* quam nimis concupierunt.
19 *Perditio illo.* per iniuſtitiam male acquirendo, & per auaritiam male conſeruando.
20 *Lignum offenſionis eſt aurum ſacri.* Lignum offenſionis hic dicitur lignum vetitum, per cuius concupiſcentiam humanum genus incurrit mortem. Gen. 3. ſic per concupiſcentiã auri incurrunt cupidi mortem peccati. Et dicitur aurum ſacrificantium, nam cupidus colit aurum ſicut Deum ſuum, propter quod Apoſtolus, Col. 3. dicit, quod auaritia eſt idolorum ſeruitus.

Lignum offenſionis.

21 *Væ illis qui ſectantur illud.* male concupiſcendo.
22 *Et omnis imprud. deperiet in illo.* Dicitur autem prudens, quaſi porro. i. longe videns, & per oppoſitum cupiditus dicitur imprudens, quia non videt niſi bona pręſentis vitæ, propter quod ſibi non prouidet de bonis futuræ vitæ.
23 *Beatus diues, &c.* Hic proſequitur de bono diuite ſingulariter dicens: *Beatus di. &c.* ex acquiſitione iuſta.
24 *Qui inuentus eſt ſine macu. &c.* cupiditatis & auaritiæ.
25 *Et qui poſt aurum.* per concupiſcentiam malam, ſed magis aurum ſecutum eſt eum, cuius obſequio vſus eſt in operibus pijs & honeſtatis.
26 *Nec ſperauit in pecunia, &c.* ibi cõſtituendo finem ſuum.
27 *Quis eſt hic & lauda. eum?* q. d. rarus eſt, & laude dignus.
28 *Fecit enim mirab lia in vita ſua, &c.* Illa enim quæ rara ſunt, mirantur homines, & non conſueta.
29 *Qui probatus eſt in illo.* ſcilicet, auro.
30 *Et per. in. eſt.* In operibus liberalitatis & miſericordię.
31 *Et erit il. glo.* Matt. 25. ca. *Venite benedicti patris mei, &c.* Et ſubditur: Eſuriui, & dediſtis mihi manducare.
32 *Qui po. tranſ.* Nam diuitię dant opportunitatẽ, & occaſionem male faciendi.
33 *Et non eſt tranſgreſſus, & facere.* Per ſtabilitatem voluntatis eius in bono.

Ideo

A a *Supra men.* Ad literam, continentiam, & temperantiā docet. Et myſticè, vt in leg. Dei ſimus cauti & prouidi. Menſa enim magna eſt copia ſcripturarum, in qua non debemus eſſe procaces, vt aliquid ſine doctore rapiamus, ſed ſanctorum doctorum viam teneamus. D ſeruare, & charitatis regulam, vt probatus ſit coram Deo & hominibus.

d *Quàm ſufficiens.* Tenuis victus tam animæ quàm corpori vtilis eſt, ſuperfluus verò econtra.

e *Vinum exiguum.* Vinum quoque ſpirituale ſumptum moderatè, vtile eſt tam corpori quàm animę, immoderate enim inſanire facit, & a Deo diſiungit, vnde anxia cura, & turbatio maxima, & ppetua tortura.

Aug. ſer. 45. de ſanc. c. 2. ✱ Auguſtinus. Nulli tantum impenderunt, quam illi qui ſeipſos impenderunt, ſicut dicit Apoſtolus Paulus, (1. Cor. 4.) *Et ipſe impendar pro animabus veſtris.* Impenderunt enim ſe ipſos cōfitēdo Chriſtum, & implendo in eius adiutorio quod dictū eſt, *Ad menſam magnam ſediſti, ſcito quoniam talia te oportet præparare.* Quæ eſt magna mēſa, niſi vnde accipimus corpus Chriſti & ſanguinē? Quid eſt, ſcito quoniā talia te oportet preparare, niſi quod beatus Ioānes exponit, (1. Ioan. 3.) *Sicut Chriſtus pro nobis animam ſuā poſuit, ſic & nos debemus pro fratribus animam ponere.* Ecce quantū impenderunt.

B b *Non dicas ſimulta.* Quaſi diceret: Ne præſumptione aliquid agas, vel antequam diſcas ad ſcribendum manum mittas.

c *Vtere quaſi.* Q. Sobrietatē dilige, temperanter age, & ne qd nimis, ne in ſcandalū cōfuſionis incidas. (Terentius.) Conuenit ergo Chriſtiano ante oīa humilitatē diligere, in lectione ſcripturæ cautum eſſe, rectam fidem tenere, modum in ſciētia ſeruare,

C

a Conſeruata ad remunerationem.
mala, & non fecit. Ideo ſtabilita ſunt bona illius in domino, &
a Prædicando.
a eleemoſynas illius enarrabit omnis eccleſia ſanctorum. † Supra
a Quam hæretici maculare contendunt, quorum intentione nihil nequius inuenitur.
menſam magnam ſediſti, nō aperias ſuper illam faucem tuam
¶Fidei.
b prior. Non dicas † ſimulta ſunt, quæ ſuper illam ſunt. Memento
quoniam malus eſt oculus nequā. Nequius oculo quid creatum
a In futura vltione. b Quod modo latet reuelante iudice.
eſt? Ideo ab omni facie ſua lachrymebitur cum viderit. Ne ex-
a Diaboli.
tendas manum tuam prior, & inuidia contaminatus erube-
a In iudicio cum dixerit iudex, Diſcedite a me omnes qui operamini in[iquitatem].
b In quo eſt luxuria: Vel vino ſapientiæ, ne plus ſapias, quām ſapere oportet.
ſcas, ne comprimaris in conuiuio vino. Intellige quæ ſunt proxi-
c mi tui ex teipſo. Vtere quaſi homo frugi his quæ tibi appo-
nuntur, vt non cum manducas multum, odio habearis. Ceſſa
prior cauſa diſciplinæ, & noli nimius eſſe, ne forte offendas,
& ſi in medio multorum ſediſti, prior illis ne extēdas manū tuā,
d nec prior poſcas bibere. Quam ſufficiens eſt homini erudito
e vinum exiguum, & in dormiendo non laborabis ab illo, non
¶Quia. ¶Guloſo.
ſenties dolorem. Vigilia & cholera, & tortura viro infrunito,
f ſomnus ſanitatis in homine parco. Dormiet vſque in manè, &
a In æterna beatitudine.
anima illius cum ipſo delectabitur. Et ſi coactus fueris in edēdo
g multum, ſurge e medio, & vome & refrigerabit te, & non addu-
ces corpori tuo infirmitatem. Audi me fili, & ne ſpernas me, &
¶Bonis.
h in nouiſſimo inuenies verba mea. In oībus operibus tuis eſto ve-
¶Tædij pigritiæ.
i lox, & oīs infirmitas non occurret tibi. Splendidum in panibus
benedicent labia multorū, & teſtimonium veritatis illius fidele.
a Dogmate hæreticorum. b Quo ait, Teſtis falſus non erit impunitus.
In nequiſſimo pane murmurabit ciuitas, & teſtimonium nequi-

f *Somnus ſa.* Subtilior eſt ſōnus in paruo victu. Myſticè autem qui ſobrius eſt in ſpirituali vino, in cōtemplatione veritatis quieſcit vſque in mane reſurrectionis.

E g *Et vome, &c.* Aiūt medici, quòd vomitus ſtomachū purgat, choleram minuit. Myſticè autē, qui tranſgredit mēſurā, & grauat carnalibus delictis, per confeſſionē peccati fęditatem euomat, & per corporis caſtigationem ad ſanitatem redeat.

h *In om. ope.* Monet ne tēpus perdamus, bene operemur, vt mandata Dei cuſtodiētes requiem inueniamus animabus noſtris.

i *Splendidum.* Ad literā. Ad eleemoſynā inuitat. Quia, (2. Cor.) *qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.* Myſticè autem qui panem verbi fideliter diſpenſat, & teſtimonium veritatis non occultat, in præſenti, & in futuro benedicetur. F

Mul-

† Super † ſimulta Myſticè. - vino Vomitus Myſticè

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Ideo ſta. ſunt bo. il. in do.* Nam pro tpalibus recepit æterna.
2 *Et elec.* Ad informationem aliorum.
3 *Supra men.* Hic reuertitur ad propoſitū, tractans diffuſius de ſobrietate. Et primò circa cibum & potū generaliter. Secundo, circa potum ſpecialiter, ibi: *Diligentes in vino.* Prima in duas, quia primo facit propoſitum. ſecundo dat remediū contra exceſſum, ibi: *Et ſi coactus.* Circa primum dicit: *Supra men. ma. ſe.* ideſt, cum vocatus fueris ad menſam magnæ perſonæ, non incipias primus comedere.
4 *Non di.* i. ſi quæras de ferculorū multitudine, ſed accipe quod tibi apponitur in gratitudine. 5 *Memen. quo.* qui maior eſt quàm venter, quia frequenter plus cupit, quàm vēter recipere poſſit. 6 *Ideo ab o. fa. ſua la.* i. grauiter portabit.
7 *Cum vi.* Paucitatem ferculorum, vel quia non ſunt ſecundum ſuam concupiſcentiam. 8 *Ne ex ma. t. prior.* Ad cibum & potum. 9 *Et inui.* ideſt, improperio alicuius ſibi inuidentis. 10 *Contami* ideſt, de guloſitate notatus.
11 *Erube.* Coram epulantibus. 12 *Ne con. in con. vino.* Vltra menſuram accipiendo. 13 *Intel. quæ ſunt pro. tui.* id eſt, qualiter ſentit proximus tuus, de ſe effundentibus ſuper vinum. 14 *Ex te ipſo.* i. ſicut tu ebrius aliquando contēpſiſti. 15 *Vtere quaſi homo frugi.* i. cum diſcretione & temperate. Eſt enim frugi nomen cōmunis generis & indeclinabile, & ſignat idem quod temperatus & modeſtus.
16 *His quæ tibi appo.* Et modum debitum non excedas.
17 *Odio hab.* Sicut guloſus canis. 18 *Cauſa di.* vt appareas diſciplinatus & moderatus. Cętera patēt ex dictis vſque ibi. 19 *Et in dor. non.* Vinum enim potatum exceſſiuè impedit opus naturæ, & ſimiliter exceſſus cibi. ideo ſubditur.
20 *Vigi.* ideſt, priuatio ſomni ſuauis & quietis.
21 *Et cho.* In pectore & gutture. 22 *Et tor.* ideſt, torſiones ventris. 23 *Viro infruni.* i. guloſè ſuper cibum & potū effuſo. 24 *Som. ſa.* Quia natura non grauatur in digerendo. 25 *Dormiet vſque mane.* id eſt, pacifice & quiete.
26 *Et ani. il. cum ip. dele.* Nam ex digeſtione non grauabitur.
27 *Et ſi coact.* Hic dat quoddam remedium contra cibi & potus exceſſum. *Et ſi coa. fue. in eden.* Sicut fit in aliquibus terris more barbarico, vbi homines inuitant commēſales ſuos ad comedendum & bibendum vltra menſuram & modum.
28 *Surge e medio & vome.* Extra ſocietatem illam, ne fortè nimis inter illos ſedendo contingat tibi talis paſsio, & cum hoc corporis mala diſpoſitio.
29 *Audi me fi.* Diligenter & attentè.
30 *Et ne ſpernas me.* ideſt, doctrinam meam.
31 *Et in nouiſsimo, &c.* Fuiſſe vera.
32 *In omnibus operibus tuis velox.* ſecundum enim Philoſophum libro Ethicorum. Conſiliari debemus moroſè, ſed exequi velociter bene conſiliata. (Philoſo.)
33 *Et omnis infirmitas.* ideſt, defectus operis.
34 *Non occurret tibi.* Qui frequenter ſuperuenit qū differtur executio boni conſilij. vnde Poeta: *Nocuit differre paratis.* (Lucanus.)
35 *Splendidum in panibus.* Sibi bona imprecantium pro ſua liberalitate & miſericordia.
36 *Et teſtimo. veri. il.* ſcilicet, veritatis vitæ.
37 *Fide.* ideſt, verax.
38 *In nequiſſimo pane.* ideſt, nequiter acquiſito, & malè dato.
39 *Mur. ciui.* Quæ in hoc grauatur.

Dili-

a *Mul.enim ex.vi.&c.* A Ideſt, ebrietas multos ſubuertit, q̃ ſenſum minuit, irã excitat, libidinẽ inflammat, animi ſecreta reuelat.
b *Ignis.* i. ſicut ignis ferri duritiam mollit, & candeſcere facit, ſic vinũ corda ſuperborũ inflãmans, ad facinus impellit. († cordis)
c *Aqua vi.* Vinum ſobrie potatũ vitam æquitatis nõ tollit, ſed ſobrietatem, & cætera virtutum ornamenta adducit.
d *Vinum.* Patet irritationem, iram, & B ruinas multas ebrietate

a Q. d. ebrioſos fuge, facilè enim iraſcuntur.
a tiæ illius verum eſt. Diligentes in vino noli prouocare, multos 1
b enim exterminauit vinũ. Ignis probat ferrũ durum, ſic vinum 2
c corda ſuperborũ arguet in ebrietate potatũ Aequa vita hoĩbus, 3 4
vinum in ſobrietate, ſi bibas illud moderate, eris ſobrius. Quæ 5
a Sæpe idem repetit, vt fortius memoriæ infigat. b Ebrietas. 6
d eſt vita quæ minuítur vino? Quid defraudat vitam. Mors. Vi- 7
a Terreni fructus ad alimentum hominis conditi ſunt non ad detrimentum. 8
nũm in iucunditatẽ creatum eſt, & nõ in inebrietatem ab initio. 9
a Senſum minuendo, ægritudinem ingerendo. 10
Exultatio aĩæ & † corporis vinum moderate † potatũ. Sanitas eſt 11
aĩæ & corpori, ſobrius potus: Vinum multũ potatũ, irritationẽ 12 13
& irã & ruinas multas facit. Amaritudo aĩæ, vinũ multum pota- 14
tũ. Ebrietatis animoſitas imprudẽtis offenſio, minorans virtu- 15 16
a Alter al. o. por. & ſic adim. legem Chriſti.
tem & faciens vulnera. In conuiuio vini non arguas proxi- 17
a Sicut Cham patrem ſuum.
mum, & non deſpicias eum in iucunditate illius. Verba impro 18
perii non dicas illi, & non premas illum in repetendo. 19 20

D tate naſci, & amaritudinem animę, & ſcelerum vulnera multiplicari.
* Ambroſ. Meritò ſcriptũ eſt, *Aequalis vita hominibus, vinum in ebrietate.* Sed vtinam & qđ ſequitur audires: *Bibas illud moderate, vt ſis ſobrius.* Nõ habes qđ accuſes vinũ, ad iocunditatẽ creatum eſt, & nõ in ebrietatem ab initio. *Exultatio animæ & cordis eſt*, ſi moderate bibas: immoderatio autem potus in iracundiam concitat, E & ruinas multas efficit.
(Ambr. lib. de Elia, & ieiunio, cap. 12.) († ſumptum)

NICOLAVS DE LYRA.

1 Diligentes. *Hic ſpecialiter agit de ſobrietate circa potum, di.* Diligentes. *Quærendo, & potando.*
2 Noli prouoc. ad bibẽ. *Nam ſine hoc ſunt ad hoc nimis proni. vel: Noli prouocare ad iracundiam, quia citò prouocãtur ad homicidium, ideo ſubditur:* Multos enim, &c. 3 Ig. pr. *Ipſum mollificando.* 4 Sic vinum cor. ſuperbo. ar. *Totaliter eos ſopiendo & deiiciendo, ſicut patet de Holoferne, Iudith 13.* 5 Aequa &c. *ideſt. vita in æqualitate humanorum conſeruata.* 6 Vinũ in ſo. *ſupple potatũ.* 7 Quæ eſt vi. *humana.* 8 Quæ mi. vi. *q. d. nõ eſt vita humana, ſed porcina & beſtialis.* 9 Quid de vi. mor. *Nã mors naturæ defraudat vitã naturæ, mors culpę vitã gratiæ, mors gehennæ vitã gloriæ.* 10 Vi. in iu. *moderata ratione.* 11 Crea. eſt. *nam lætificat cor hoĩs, Pſ. 103. b.* 12 Exul. ani. & cor. *i. appetitus ſenſitiui & intellectiui.* 13 Vinũ &c. *quia cõfert virtuti mentis & ſanitati corporis ideo ſubditur: Sanitas eſt, &c.* Vinũ mul. po. *i. in magna quãtitate vel multa fortitudine.* 14 Irrita. *i. euacuationem ſenſus.* 15 Et irã. *i. appetitũ vindictæ.* 16 Et rui. &c. *corporales & ſpirituales. Ex dictis patet quod ſequitur vſque ibi.* 17 In cõ. vi. non ar. pr. *i. quando eſt bene potatus, tunc n. non eſt correctionis ſuſceptiuus.* 18 Et non de. eũ in iucun. il. *i. in ebrietate ſua, eadem ratione.* 19 Verba improp. non di. il. *nam inſurgeret contra te.* 20 Et non premas illum. *ſcilicet, debitum aſpere, quia exaſperaretur contra te, & redderet tibi malum pro bono, &c.*

CAP. XXXII.

a R*Ecto. te po.* Qui dignitate præeſt, non debet ſuperbire: C Qui maior eſt veſtrum, fiat ſicut minor, &c.
* Hieron. Sequitur in loco ſeptimo, *Et hominem non contriſtauerit:* ſiue, vt 70. tranſtulerunt, nõ oppreſſeris per potentiam. Quo vitio atque peccato neſcio quis alienus ſit. Et Aegyptij .n. opprimebãt Hebręos per potentiã. Vñ & Habacuc queritur, quare impius opprimat iuſtũ. Atq; vtinã de ſolis bis diceret, qui foris ſunt & non de his, qui intus. Solẽt enim & principes Eccleſiarum, opprimere plebẽ per ſuperbiam, de quibus ſcriptũ eſt, *Principẽ te conſtituerunt, ne eleueris: eſto inter eos quaſi vnus ex ipſis.* Et Saluator p̃cipit, *Qui vult inter vos eſſe primus ſit omnium minimus.*
(Mt. 10. d. ... di. 7. in ... c. 18.) (Abac. 1.) († congregationis)

CAP. XXXII.

a RECtorem te poſuerunt, noli extolli: eſto in illis 1
a Verbo inſtruendo & exemplo. 2
quaſi vnus ex ipſis. Curam illorum habe, & 3
ſic conſidera, & omni cura tua † explicita re- 4 5
cumbe, vt læteris propter illos, & ornamentũ 6
gratiæ accipias coronã, & dignitatem conſe- 7
a Maturior ſcientia. 8
quaris † corrogationis Loquere maiori natu, decet enim te: pri- 9
¶Dei. a Dei. b Non per inanem fauorem canoram eloquentiam fundas. 10
mum verbum diligenti ſcientiam, & non impedias muſi- 11
a Auditor ſ. qui proficiat. b Felix qui loquitur cauſam in aurem prudentia. 12
cam. Vbi auditus non eſt, non effundas ſermonem, & im- 13 14
b portune noli extolli in ſapientia tua. Gemmula carbuncu- 15

b *Gemmula carb.* Ardentium gẽmarum principatum tenet carbũculus, ſic dictus, quia ignitus, vt carbo, cuius nec nocte vincitur fulgor. Lucet enim in tenebris adeo, vt flammas F vibret ad oculos. Hunc comparat auro, & muſicum melos cõuiuio. Sicut enim carbunculus duplicat ſplendorem auri, ita melodia iucũditatem conuiuij.
Myſtice aũt aurũ ſignificat diuinam ſapientiam. Carbunculus, virtutum gloriam. Vinum, gratiã ſpiritualẽ. Muſica, euangelij prædicationem. Conuenit enim diuinæ ſapientię fulgor virtutũ, & ſpirituali gratię prædicatio verbi. Smaragd[9] virore herbas frõdeſq; ſuperat, aerem circa ſe viriditate inficiens, q. mero viridi
(Matt. 20. d.) (Carbunculus.) († explicata) (Myſticè.) (Smaragdus.)

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXXII.

R*Ectorem te po.* Superius a ca. 25. & citra actum eſt de ſtatu actiuorum, hic conſequenter agitur de ſtatu prælatorum. Et diuiditur in duas partes. nam primo agitur de eorum officio. Secundo, de honore ſibi impendendo, cap. 38. Circa primum ſciendũ, q ſicut dicit Greg. in paſtorali. Prælatus debet eſſe in actione præcipuus, & præ cęteris in contemplatione ſuſpẽſus, ideo primo agitur de eius actione. ſecundo de eius contemplatione, ca. 35. Prima adhuc in duas. nam primò agitur de eius actione tempore pacis. Secundo, tpe tribulationis. cap. ſeq. Prima adhuc in duas, nam primo agitur de actione pręlati. Secundo de modo agendi, ibi: *Fili ſine conſilio.* Prima adhuc in duas: Nam primo informatur prælatus. Secundo, ſubditur, ibi: *Audi tacens.* Circa primum dicitur. (Diuiſio.)
1 *Rectorem te po, no.* ex hoc honore tibi impenſo, ſed magis humiliare, ſaluo tamen honore officij.
2 *Curam illorum.* ſicut pater bonus ſuæ familiæ.
3 *Et ſic conſidera.* quæ ſunt ſubditis vtilia.
4 *Et om. cu. tu. ex.* quantum ad officium tuum ſpectat.
5 *Recumbe.* recreationem tuam accipiendo modeſte.
6 *Vt læte. pro. il.* ideſt, propter illorum bonam diſpoſitionẽ: profectus enim ſubditorum, eſt gloria prælatorum.
7 *Et or. gra. occi. co.* ſ. gloriæ, quæ eſt gratia conſummata, & per conſequens gratiæ ornamentum.
8 *Et dig. con. cor.* i. congregationis per te bene diſpoſitæ. Vnde verſus de compoſitis huius verbi rogo. *Si rogat addideris, con, congregat: e, dat. in, infert. De minuit: ſub ſubſtituit: pro, protrahit, inter. Quærit, præſuperat, ab deſtruit, adque ſuperbit.*
9 *Loque. ma.* i. tu pręlate, qui debes eſſe maturus moribus, & ſenex venerabili ſenectute. vt hr̃ Sap. 4. b. Aetas ſenectutis vita immaculata. 10 *Decet te enim pri.* id eſt, principaliter.
11 *Verbum ci. ſc.* i. verbũ Dei, q diligit ſcientes, & ſcientiam.
12 *Et non im. mu.* i. conſonantiã verbi ad vitã, quia cuius vita deſpicitur, reſtat, vt eius prędicatio contemnatur. Greg. homil. 37. Et ſic accipitur hic muſica metaphoricè. Et quia doctrina bona pp malitiam auditorũ eſt dimittenda, ſubditur.
13 *Vbi auditus non eſt, effund. ſer.* quia magis eſſet verbi Dei contemptus, quàm profectus.
14 Et *impor. no.* arroganter te iactando de ipſa.
15 *Gemmula carbun. &c.* ideſt, ſicut in corporalibus gemma optimè coniungitur auro in ornamento.

Vt ... Et

viridi proficit oleo.
A Cuius genera pluri-ma. Primi ſunt Scythici, ſecundi Bactriani, tertij Aegyptij, hic ſignificat animas in marceſſibili fide virentes. Sicut ergo in fabricationi auri decorem auget ſplendor ſmaragdi, ſic eruditionem viri amplificat charitas rectæ fidei, quæ per dilectionem operatur, & myſteria dominicæ paſſionis digno veneratur ſacramento.
a *Ante gran.* Fulgor coruſcationis præibit pondus grandinis, ſic nitor gratiæ, verecundiam.
B
b *Hora ſur.* Raban. Admonet ne ſimus triſtes vel tardi in diſciplina & meditatione ſapientiæ, ſed in domum conſcientiæ nos recipiamus, & ibi ſobriè ventilemus verba ſcripturę, & caueamus ne ſuperba cogitatio ſurripiat nobis, quaſi ſufficientes ſimus, cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis, ſed ipſum benedicamus, qui per gratiam nos fecit, & bonis † omnibus repleuit.
c *Vir conſi.* Quanto quis prudẽtior, tanto vtitur proximorum conſilio, vt addat ſibi in-
C

† tetrices
† aduocate
† in
† operibus
* domini
† infectionibus

li in ornamento auri, & comparatio muſicorum in conuiuio vini Sicut in fabricatione auri ſignum eſt ſmaragdi, ſic nu-

a ¶In conuiuio. b ¶Audi Iſrael, & tace.

merus muſicorũ in iucundo & moderato vino. Audi tacens,

a Modeſtiam quoque vocis commendat. b Oportet magiſtrum loqui & docere, diſcipulum autem tacere & audire.

& pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Adoleſcẽs loquere in tua cauſa, vix cũ neceſſe fuerit. Si bis interrogatus fue-

¶Principium.

ris, habeat caput reſponſum tuũ. In multis eſto quaſi inſcius, & audi tacens ſimul & quærens. In medio † magnatorum loqui non præſumas, & vbi ſunt ſenes, non multum loquaris. Ante grandinẽ præibit coruſcatio, & ante verecundiam

a Bonum gratiæ ſpiritualis.

peribit gratia, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Et

a Non ſis piger, vel, non ſis effœminatus, quando ſtrenue debes operari.

hora ſurgendi non te † trices. Præcurre autem prior in domum tuam, & illic † aduocare, & illic lude, & age cõceptiones tuas, & non in delictis & verbo ſuperbo. Super his omnibus benedicito dominum, qui fecit te, & inebriantem te

a Beatus vir qui timet dominum in man. &c.

ab omnibus bonis ſuis. Qui timet Deum, excipiet doctrinam

a Dominum vel timorem. b Remunerationem.

eius, & qui vigilauerint ad illum, inuenient benedictionem.

a Bona voluntate. b Doloſe peruertendo legem.

Qui quærit legẽ, replebitur ab ea, & qui inſidioſe agit, ſcan-

a Vt qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. b ¶ Quia pro benefactis recipient præmium.

dalizabitur † ab ea. Qui timent Deum, inuenient iudicium

a Sibi vel alijs.

iuſtum, & iuſtitias quaſi lumen accendent. Peccator ho-

a Salubrem.

mo vitabit correctionem, & ſecundum voluntatem ſuam

a Id eſt, remunerationem.

inueniet comparationem. Vir conſilii non diſperdet in-

a A conſilio bonorum.

telligentiam, alienus & ſuperbus non pertimeſcit timo-

a Deum qui timor eſt, & amor fidelium. b Sancto ſcilicet, vel impio, vel iniquo.

rem. * Etiam poſtquam fecit cum eo ſine conſilio, & ſuis

a Reprehenſibilis inuentus. b ¶Diſcretione & ratione. vnde: Palpebræ ſuæ, id eſt, conſilia præcedent greſſus tuos.

d † inſectationibus arguetur. Fili ſine conſilio nihil facias, &

bi intelligentiam. D
d *Fili ſi. con.* Poſſunt hæc de catholico & hæretico accipi. Catholicus enim Deum timens, omnia agit doctorum cõſilio & ſcripturarum documento. Hæreticus verò propria confidens ſapientia, & proprijs inſtat inuentionibus, ſed cum ſtultitia eius apparuerit per ſanctos prædicatores diuinis arguetur ſententijs.
E
*Fili ſine conſilio nihil facias & poſt factum non pœnitebit.* * Ambroſius. Quod non eſt illud de quo queritur Dominus per Prophetam dicens, *Væ filii apoſtatæ. Hæc dicit Dominus, feciſtis conſilium non per me, & pactum non per ſpiritum meum*: ſed illud de quo Sapiens, *Cognitio ſapiẽtis tanquã inundatio abundabit, & conſilium illius ſicut fons purus vitæ, quod cuſtodit a malo, quia conſilium bonum cuſtodiet te, cogitatio autem ſancta ſeruabit te.* Huc ergo conſtanter pergamus, & noſtra hic alacres tentoria erigamus, vt Deo in toto corde noſtro, ſicut Dauid in cõſilio iuſtorũ & congregatione, confiteri valeamus. F

† & medio magnatorum qui
Ambr. tract. 42. manſi. lior. Iſa. in 32.
Iſa. 30.
Eccle. 21
Pſal. 110.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et com. mu. in con. *ideſt, ſic eſt melodia in conuiuio, quia ſicut cibus reficit corpus, ita melodia, ſenſus.*
2 Sicut in fa. *Repetitio eſt prædictæ ſententiæ. Et eſt ſenſus, ꝙ ſicut iſta gratioſe coniunguntur, ſic bona vita, & ſana doctrina in doctore vel prælato.* 3 Audi tacens. *Hic conſequẽter inſtituitur ſubditus, & primo ad audiendum reuerenter doctrinam doctoris, & prælati, di.* Audi tacens. *non garrulans, nec contradicens.*
4 Et pro re. bo. gra. ac. Dei. *ſcilicet, & hominum.*
5 Adoleſcens loque. in tua cau. *non in aliena.* 6 Vix. *i. tarde.*
7 Cum neceſſe fuerit. *& non ante.*
8 Si bis interrogatus fueris ha. *ideſt, tunc incipias reſpondere.*
9 In multis eſto quaſi inſcius. *ideſt, non loquens.*
10 Et audi ta. ſi. & quę. *ad melius intelligendum. Sicut. n. legitur de Chriſto, cũ eſſet annorum. 12. Luc. 2. g. Inuenerunt illũ in templo in medio doctorum audientem illos & interrogantem. Non tamen interrogabat, vt per hoc melius intelligeret, quia ab inſtanti cõceptionis anima Chriſti fuit repleta omnibus ſcientijs, & virtutibus, ſed vt iuuenibus exemplum quærendi daret, & vt aſſiſtentes magis intelligerent.*
11 Et vbi ſunt ſen. &c. *i. ſi oportet te loqui, breuiter te expedias.*
12 Ante gran. præi. coruſ. *Sic videmus frequẽter accidere, ꝙ in tonitruo aliquãdo cadit grãdo, & ſonitũ tonitrui præcedit coruſcatio.*
13 Et ante verecundiam. *Quæ procedit ex reuerentia.*
14 Præi. gra. *Diuina, quæ eſt principium illius reuerentiæ.*
15 Et pro re. ac. ti. bo. gra. *Gratia. n. ſicut & charitas meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici, igit gratia in minori gradu præcedit actũ meritoriũ reuerẽtiæ, & illũ actũ ſequitur gratia in gradu maiori.*
16 Et hora ſurgendi. *Hic ſecundo ſubditus inſtruitur de diligentia circa ſeipſum, cum dicitur.* Et hora ſurgendi. *de lecto.*
17 Non te trices. *i. non protrahas moram in compenſatione, alias compoſitione capillorum vel huiuſmodi, ſicut faciunt mulieres, vnde dicit Poeta: Sint procul a nobis iuuenes vt fœmina compti.*
18 Præcur. au. pri. in do. tuã. *Recurrẽdo ad propriã conſcientiã.*
19 Et il. ad. *quaſi reſponſurus de factis tuis coram ſummo iudice.*
20 Et il. lu. *i. reſpõſione facta per hoc, ꝙ non es conſcius de mortali culpa, lude cum ſapientia bonis meditationibus quæ ſunt delectabiles.*
21 Et age con. tu. *i. bonũ propoſitũ ibidẽ cõceptũ deduc ad effectũ.*
22 Et non in de. & ver. ſu. *Occupes te. Et quoniã iſta procedũt de gratia Dei, ſubditur.* 23 Super his om. *Tãquã de beneficijs eius gratus. Et quia debet homo ſemper tendere ad perfectum, ſequitur.*
24 Qui ti. Deum. *Quia timor domini principiũ eſt ſapientiæ, vt dictum eſt ſupra ca. 1.* 25 Et qui vi. ad il. *Orando & legendo.*
26 Inue. bene. *Illius gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro.*
27 Qui quæ. le. *Humiliter a ſcientibus ipſam.* 28 Replebi. ab ea. *Notitia ſancta quæ non inflat, ſed ædificat.* 29 Et qui in. agit. *quærens capere doctorem in verbo ſicut Phariſæi faciebant Chriſto.*
30 Scanda. ab ea. *Tales enim inſidiæ ſunt ſibi cauſa ruinæ.*
31 Qui ti. Deum. *timore filiali.* 32 Inue. iu. iu. *ideſt, præmiũ recipient in iudicio.* 33 Et iuſti. *i. opera iuſtitiæ.* 34 Quaſi lu. ac. *Alios in viã iuſtitiæ dirigendo.* 35 Peccator ho. *ideſt, obſtinatus in peccato.* 36 Vita Cor. *Tanquã ſibi abominabilẽ.* 37 Et c. vo. ſuam. *Malã.* Inuene. com. *i. aliquẽ ſibi ſimilẽ vel peiorem, ipſum allegando ad ſui excuſationem & defenſionẽ.* 38 Vir conſilij. *i. acquieſcens conſilio bono.* 39 Non diſperdet intelligentiam. *conſilij ſibi dati ſed ponet ad executionem.* 40 Alienus. *a Deo.* 41 Et ſuperbus. *cõtemnens cõſiliũ alterius.* 42 Non pertime. ti. *i. flagellorũ Dei comminationẽ.* 43 Etiam poſt. fe. cum eo. *ideſt, cum timore diuino. ſ. aliqui boni. Alienus enim a Deo & ſuperbus in periculo mortis poſitus, aliquãdo facit aliquid boni de genere ex illo timore.* 44 Sine con. *i. ſine habitu mentis, nã hoc facit ex paſſione timoris tranſeuntis. iõ ſubditur.* 45 Et ſuis in. ar. *Quia timore tranſeunte, ad cõſuetudinẽ priſtinam malam reuertitur, & ſic arguendus efficitur.* 46 Fili ſine con. *Poſtquam egit de actione prælati, hic cõſequẽter agit de modo agendi, qui debet eſſe per conſilium bonum. Vnde principes quãtumcũque ſapientes, & prælati quantumcunque literati, debẽt habere ſecum aliquos ſapiẽtes, cum quibus cõferant de agendis. ideo dicit.* Fili ſine conſilio. *Debent etiã vitare periculoſa. ideo ſubditur,*

Nota pes n ſine d

Et

In

¶Hæreticæ doctrinæ:

A poſt factum non pœnitebis. In via ruinæ non 1
a Scelerum offenſiones.
eas, & non offendas in lapides, nec credas te 2 3
a Nimis quæſtionibus. b Ideſt, incidas in errores.
viæ laborioſæ, ne ponas animæ tuę ſcandalum. 4 5
a Quos in doctrina eccleſiaſtica genuiſti. b Falſis fratribus.
Et a filijs tuis caue, & a domeſticis tuis atten- 6 7

a Quicquid agimus ſecundum regulam fidei temperare debemus ſecundum cuſtodiam mandatorum Dei.
8 de. In omni opere tuo crede ex fide animæ tuæ, 9 D
10 hæc eſt enim conſeruatio mandatorum. Qui ¶conſummatio.
11 a ¶Qui confidunt in domino ſicut mons Sion, &c. Omnis qui credit in illum, non confundetur.
12 credit Deo, attendit mandatis, & qui confidit 13
14 in illo, non minoratus erit. † minorabitur

NICOLAVS DE LYRA.

1 In via rui. non eas. *ideſt, occaſionibus peccandi non te exponas*.
2 Et non offen. in la. *i. Grauiter non peccabis, ſcilicet mortaliter. Nã talis ſic offendens in lapides grauiter læditur, ſecus eſt de peccato veniali, quod non euitatur totaliter in vita præſenti*.
3 Nec cre. te viæ labo. *Confidens de tuo ingenio, ipſum altiorib. te applicando, quorũ inquiſitio eſt inutilis & laborioſa, & frequenter noxia, ideo ſubditur*.
4 Ne ponas. *Quia frequenter per talem inquiſitionem homo cadit in errorem*.
5 Et a filijs tuis. *Ne illorũ amore tractus acquiras male bona alteri*.
6 Et a domeſticis tuis. *ideſt, ſeruis*.
7 Attende. *Vt non ruas in infideli vel bona tua*.
8 In omni opere tuo crede. *ideſt, idest fundamentũ ſuppone, ſine qua nullum opus Deo placet, Heb. 11. a. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo*.
9 Ex fide animæ tuæ. *i. cordis tui, & non tantum oris, Rom. 10. c. Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem*.
10 Hæc eſt enim con. man. *ſ. fides operans per dilectionem*.
11 Qui credit Deo. *Fide formata charitate*.
12 Attendit mandatis. *Ne tranſgrediatur ea*.
13 Et qui confidit in illo. *Per ſpem firmam, quæ eſt certa expectatio futuræ beatitudinis ex gratia & meritis proueniens*.
14 Non minoratus erit. *i. non deficiet a præmio expectato*.

## CAP. XXXIII.

a *Timẽti Deum.* Sequitur.
b *Qui interrogationem manifeſtat, &c.*
✲ Rab. De ſanctis doctorib. dicit, qui vt ad interrogata cõdigne rñdere poſſint, pręparant verbũ in corde ſuo, & deprecantur dominũ vt ipſe eis manifeſtet rei veritatem & conſeruẽt digna operatione quę ipſe iuſſit eis cuſtodire, & ſic meditãdo, orãdo, operando, cõdignum interroganti bus ſe præbẽt reſpõſum. Sic enim Paulus diſcipulũ docuit, dicens, *ſollicite cura teipſum probabilem exhibere Deo, operarium inconfuſibilem, recte tractantem verbũ veritatis.* Hinc & Petrus ait. *Dominũ autem Chriſtum ſanctificate in cordibus ueſtris, parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationẽ de ea quæ in vobis eſt ſpe & fide.* Econtra vero de ſtultis pdicatoribus

## CAP. XXXIII.

a ¶Aeterna.
B T Imenti dominum, non occurrent mala. 1 2
a Nouit Deus pios de tentatione eripere.
ſed in tentatione Deus illum conſerua- 3 4
a Peccatis, ſubiectionibus diaboli. b Imo amat & ſeruat.
bit, & liberabit a malis. Sapiens non odit 5 6 7
a Turbine tentationum.
mandata & iuſtitias, & non illidetur qua- 8 9
a Eccleſiæ. b Qui enim non credit legi, ſtultus eſt.
ſi in procella nauis. Homo ſenſatus cre- 10 11
a Verax in promiſſis. b Doctor, qui ad interrogata nouit reſpondere.
b dit legi Dei, & lex illi fidelis. Qui interrogationem manife- 12 13
a Præmeditando. b Reſponſionis. c Dominum ſcilicet, vt intelligat veritatem.
ſtat parabit verbum, & ſic deprecatus exaudietur, & conſerua- 14 15 16
a Digna operatione. b Domini. c Meditando, orando, operando.
c bit diſciplinã, & tunc reſpondebit. † Præcordia fatui quaſi rota 17 18
d carri, & quaſi axis verſatilis cogitatus illius. Equus emiſſarius, ſic 19 20
¶Querit.
e & amicus ſubſannator ſub omni ſupra ſedente hinnit. Quare dies 21 22 23 24

ribus ſequitur. *Præcordia fatui, &c.*
c *Præcordia fatui quaſi rota carri.* Sicut rota carri & axis verſatilis, inſtabili motu a ſummis ad ima, ab imis ad ſuperiora vertitur, ſic ſtultorum præcordia, hæreticorum cogitatio ſemper inſtabilis, & aliquando hoc, aliquando illud cogitãs. Vnde *ſtultus vt luna mutatur.* Et alibi *Cor ſtultorum diſſimile erit.* Inf. 27. b. Prou. 15. a.
d *Equus emiſſarius, ſic & amicus ſubſanna tor.* † ſup. 31. c. Sicut iumento nulla eſt ratio, ita in falſo amico nullus æquitatis ordo. Sicut enim equus laſciuus hinnitu ſuo dominum ſuum non diſcernit vel alienum, ſic ſtultus & deriſor non diſcernit hypocritam & fidelem amicum, ſed per oris officia ęqualiter vtrique pandit ſecreta.
e *Quare.* Quia ſuperius ſtultũ vituperauit, qui nullã in reb. diſtantiam

C

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXXIII.

T*Imenti Deum.* Poſtquã actum eſt de actione pręlati in pace, hic conſequenter agitur de ea in tribulatione, & primo in tribulatione ab extraneis, ſecundo ab intraneis, ibi. *Et ego.* Prima in tres, quia primo ponitur in tribulatione conſtãtia boni prælati. Secundo, per oppoſitum, vt propoſitum magis appareat inconſtantia mali, ibi. *Præcordia fatui.* Tertio, ſolutio conſurgentis dubij, ibi. *Quare dies.* Circa primũ dicitur.
1 *Timenti Deum non.* i. prælato timenti Deum timore caſto.
2 *Non occurrent ma.* ſ. culpæ, licet occurrant mala pęnæ in tribulatione, propter quod ſubditur.
Diuiſio. 3 *Sed in tentatione.* tribulationis.
4 *Deus illum conſeruabit.* In virtute patientiæ.
5 *Et liberabit a malis.* Culpæ, & aliquando cum hoc a malis pęnæ, eripiens eum a tribulatione.
6 *Sapiens.* Prælatus.
7 *Non odit mandata, & iuſtitias.* Sed magis diligit & implet ea.
8 *Et non illidetur, &c.* i. non frangetur per impatientiam.
9 *Quaſi in procella na. &c* frangitur quando eſt fragilis.
10 *Homo ſenſatus crede.* quę pro merito patientiæ promittit bona glorię, Matt. 5. a. Beati qui perſecutionẽ patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cęlorum.
11 *Et lex illi fidelis, &c.* quia veraciter ei reddit qđ promittit.
12 *Qui interrogationem, &c.* i. pręlatus qui a ſubditis interrogatur de lege, debet veritatem manifeſtare, Malac. 2. b Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem ex ore eius requirent, &c.
13 *Parabit verbum, &c.* ſecundum capacitatem auditorum.
14 *Et ſic depre.* dominum vt illuminet eum ad reſpondendum veritatem.
15 *Exaudietur, &c* a domino. 16 *Et conſeruabit diſcipli.* ideſt, aptum modum docendi diſcipulos. 17 *Et tunc reſpondebit.* ad interrogata de moribus & fide. Et ex hoc habetur documentum, quod doctor & pręlatus de talibus reſponſurus, vel pręedicaturus, debet primo dominum deprecari.
18 *Præcordia.* Hic conſequenter agitur de inconſtantia mali prælati, qui ſecundum dictum ſaluatoris Ioh. 10. c. videns lupum venientem dimittit oues & fugit, & hoc eſt quod dicitur. *Præcordia fatui.* ideſt, intellectus & affectus mali prælati.
19 *Quaſi rota, &c.* quia non habet ſtabilitatẽ in bono, ideo ſubditur.
20 *Et quaſi Axis ver. co. illius.* qui voluũtur de vno ad aliud per inconſtantiam mentis.
21 *Equus emiſſarius ſic, &c.* i. deriſor, & iſte eſt malus pręlatus, qui debet Deum diligere vſque ad mortem ſe exponendo pro populi ſalute, & tamen Deum deridet accipiens officiũ vicariæ ipſius, & non curans de honore eius.
22 *Sub omni ſupra ſedente.* ſ. Deo & angelis eius.
23 *Hinnit.* per inſolentiam vitiorum.
24 *Quare dies.* Hic conſequenter ponitur ſolutio dubij. Quia poſſet aliquis admirari, & quęrere, qualiter Deus permittit malos doctores & pręlatos ad eccleſiæ regimen promoueri? Ad cuius ſolutionem, primo pręmittitur exemplum in naturalibus. Secundo applicatur ad propoſitum in hominibus, ibi. *Et omnes homines.* Tertio confirmatur per ſimile in artificialibus, ibi. *Quaſi lutum.* & quarto ſoluitur dubium de malis pręlatis, & doctoribus ibi. *Contra malum.* Circa primum dicitur. *Quare dies diem ſuperat.* in longitudine, ſicut dies æſtatis ſunt longiores quam dies hyemis.

Et

ſtantiam habuit, oſtendit in omnibus rebus ordinẽ eſſe de-
A centiſſimum. Dies ergo diẽ ſuperat propter aſcẽdentis ſolis
curſum, qui gyrat ad meridiem, & flectitur ad aquilonem. In
æſtate lõgiores dies & clariores reddit, & annũ lunę & alio-
rum planetarũ facit ordinabiliter differre, quia ad hoc crea-
tus eſt cum aliis ſyderibus, vt ſint in ſigna & tempora, & dies, & annos.

*Gene. 1. b.*

a *Facto ſole*. præcepit Deus in lege, dierũ, menſium, & annorũ obſeruantiam ſecundum ſolis & lunæ curſum. vnde ſabbathũ, neomenia, phaſe, pentecoſtes, menſis ſeptimus, & annus ſeptimus, & quinquageſimus, ritu ſuo celebrãtur, vt intelligamus omnia a Deo eſſe ordinata, & maximè placere quod ordine & ratione fit.

B

*1.Cor.14.g.*

b *Et ipſis exal. &c.* id eſt, ſua diſcretione illos diſtinxit, quos pro benefactis remunerauit, & quibus pro malefactis dignam mercedem retribuit.

c *Et omnes homines.* Poſt diſpoſitionem ſyderum & ordinem temporum, de hominum conditione agit, vt intelligamus oĩa ordinata eſſe. Omnes homines de ſolo & ex terra facit, quia Adã de terra formauit, vnde omnis homo originẽ tra-
C hit. Sed poſtquam multiplicari cępit, & quidã varijs errori-
bus ſe † obligauerunt, ſeparauit iuſtos & benedixit, impios D
vero æterna maledictione damnauit.

*† applicu*

d *Quaſi lutum figuli in manu, &c.* In manu ſua habet conditor maſſam humani generis, & ſecundum voluntatem ſuã vaſa fingit, nec eſt qui reſiſtat voluntati eius, tamẽ omnia iuſte & ordinate facit. Scit enim cui debeat miſereri ſecundũ præſciẽtiã & prædeſtinationem ſuam, & quem debeat indurare ſecundum iuſtitiam.

*† & ſol ſe*

* Auguſt. Tempus eſt vt reparemur, & ſi in aliquo per peccatum fracti ſumus, omnipotentem Deum figulum & artificem habemus: credamus quia potens eſt reparare perdita, qui creauit hęc omnia integra. Ipſe enim ait. *Sicut lutum in manu figuli, ita vos eſtis in manu mea*. Ideo. *humiliemus nos ſub manu omnipotentis Dei, vt nos exaltet in tempore viſitationis.* Cogitemus nos in conſpectu Dei ſtare, agnoſcamus quid ſimus, agnoſcamus quia terra & cinis ſumus, dũ Propheta cõtra nos dicat, *Quid ſuperbit terra & cinis?*

*Autho. de ſalut. docum. cap.36.*

E

*† Domini*

*† vertit*

*Eccle.15*

e *Contra malum.* Inueſtigator operũ Dei inuenit in ipſis quãdã contrarietatẽ, ſed mirabiliter a Deo ordinatã. Non eſt ergo mali cõditor Deus, qui fecit omnia bona valde, nec mortẽ fecit, nec lætatur in perditione mortuorũ, ſed vniuerſitatis F
eſt

*¶ Alias in.*

diem ſuperat, & iterum lux lucem, & annus annum † a ſole? 1 2 3 4
*¶ Reſponſio.*
a A domini ſcientia ſeparati ſunt, facto ſole, & præceptum cu- 5 6
ſtodiente, per Dei ſapiẽtiam diuiduntur. Et immutauit tem- 7 8
pora & dies feſtos ipſorum, & in illis dies feſtos celebrauerũt 9 10
b ad horam. Ex ipſis exaltauit & magnificauit Deus, & ex ipſis 11 12
c poſuit in numerum dierum, & omnes homines de ſolo, & ex 13 14
terra, vnde creatus eſt Adam. In multitudine diſciplinę † do- 15 16
mini ſeparauit eos, & immutauit vias eorum. Et ex ipſis be- 17 18
nedixit & exaltauit, & ex ipſis ſanctificauit, & ad ſe applica- 19 20 21
uit, & ex ipſis maledixit, & humiliauit, & † conuertit illos ad 22 23
d ſeparationem ipſorum. Quaſi lutum figuli in manu ipſius, 24 25
plaſmare illud & diſponere. Omnes viæ eius ſecundum diſpo 26 27
ſitionem eius, ſic homo in manu illius qui ſe fecit, & reddet 28 29
e illi ſecundum iudiciũ ſuum. Contra malum bonum, & cõtra 30 31

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et iterum lux lucem, &c. *Lux enim ſolis maior eſt, quam lux lunæ, & aliarum ſtellarum.*

2 Et annus annum. *Nam annus ſolaris excedit annum lunarem in 11. diebus.*

3 A ſole, &c. *non quia ſint plures ſoles, ſed quia idẽ ſol excedit ſeipſum in cauſando calorem, nã in æſtate cauſat maiorem calorẽ in habitatione noſtra, quam in hyeme, quia tunc magis approximat ad tropicum æſtiualem. Et reſpondet vnde talis variatio ſurgat, di.*

4 A domini ſcientia ſeparati ſunt. *ideſt, diſpoſiti effectus dicti.*

5 Facto ſole & pręce. *ideſt, ordinationem Dei.*

6 Cuſtodiente. *nã per ipſum illuminãtur cæteræ ſtellæ, & per motum eius in obliquo circulo fit dicta variatio dierum, annorum, & caloris. Quod autem ſubditur in aliquibus libris.*

7 Per Dei ſapientiam. *non eſt in textu, ſed immediate ſubditur.*

8 Et immutabit tempora. *ſcilicet ſol, per cuius motũ diſtinguuntur quatuor anni tempora, ſcilicet æſtas, hyems, ver, & autumnus.*

9 Et dies feſtos ipſorum. *ſcilicet temporum.*

10 Et in illis. *ſcilicet temporibus.*

11 Dies feſtos celebrauerunt. *ſcilicet Hebræi, de quibus loquitur auctor iſte qui fuit Hebræus, & aduentũ Chriſti longo tẽpore præceſſit.*

12 Ad horam. *in lege determinatam Leui. 23. e. A veſpere in veſperum celebrabitis ſabbatha veſtra.*

13 Ex ipſis. *diebus feſtiuis.*

14 Exaltauit & magnificauit Deus. *pręcipiẽdo maiorẽ ſolennitatẽ, & maiora ſacrificia fieri in aliquibus quã ĩ alijs, ſicut in Paſcha te, & Pẽtecoſte, & ſimilibus, quæ celebrabantur ſemel in anno tãtum quam in neomenijs, quæ celebrabantur quolibet menſe & ſabatthis in quolibet hebdomada.*

15 Et ex ipſis. *ſcilicet diebus anni.*

16 Poſuit in numerum dierum. *i. dimiſit ſine tali ſolennitate, in qua homines vacarent operibus ſuis, quod ſubditur in aliquibus libris, & annos, non eſt de textu.*

17 Et omnes. *Hic magis applicat ad propoſitũ in hominibus, dicẽs.* Et omnes homines de ſolo, &c. *idẽ ſignant. Sed dicitur ſolum a ſoliditate, & terra, quia terunt pedibus hominum & animalium, ſupple fecit Deus.*

18 Vnde creatus eſt Adam, &c. *ideſt, formatus quantum ad corpus. Geneſ. 1.*

19 In multitudine, &c. *ſcilicet homines ſuper terram multiplicatos poſt diluuium, & vnitos in ædificatione turris Babel cõtra Deũ, propter quod Deus reprimens eos a tali temeritate confudit linguas eorum, Gen. 11. b. & ſic diuiſi ſunt per diuerſas terras ideo ſubditur.*

20 Et immu. vi. *ſecundum diſtinctionem linguarum.*

21 Et ex ip. be. *ſ. Abrahã, Iſaac, & Iacob, & q deſcenderũt ex illis.*

22 Et exaltauit. *educendo populũ Iſrael de Aegypto in ſignis & mirabilibus, vt patet in Exo.* 23 Et ex his ſan. ad ſe. ap. *ſ. tribũ Leui, quæ deputata fuit ad cultum domini, & potiſſime Aaron & filios eius.*

24 Et ex ipſis. *ſ. Core cum eius complicibus, Nu. 16.*

25 Et humiliauit. *eorum rebellionem & ſuperbiam deijciendo.*

26 Et cõ. il. *in infernũ, terrã ſubuertẽdo, vt illos viuẽtes abſorberet.*

27 Ad ſe. ip. *i. ſtatim cũ fuerũt ab alijs ſeparati. Moyſes. n. videns pęnam eorũ imminentem dixit alijs.* Recedite a tabernaculis impiorum, &c. *& ſubditur ibidẽ:* Confeſtim igitur vt ceſſauit loqui, dirupta eſt terra ſub pedibus eorum, & aperiẽs os ſuum deuorauit illos. 28 Quaſi lu. *Hic conſequenter cõfirmatur per exemplũ in artificialibus. Sicut. n. figulus ſecundum voluntatem ſuam format vaſa de luto, aliqua in honorẽ vt in illis ſeruiatur in menſa, & alia in contumeliã, vt illis vtãtur homines ad vrinã, & egeſtiones, & conſimilia.* 29 Sic homo in manu. *Nam electos præparat ad gloriam, & reprobos reſeruat ad pœnam, ideo ſubditur.*

30 Et reddet illi ſecundum. *i. ſecundũ regulam diuinæ iuſtitię, ſecũdũ quã redditur bonis gloria, malis gehennæ pœna.* 31 Cõtra malum. *Hic ex præcidentibus ſoluitur prædictum dubium. ſ. qualiter Deus pmittit aliquos malos doctores & prælatos cũ bonis in regimine populi. Ad cuius intellectum ſciendum, ꝙ diuerſitates & inæqualitates inductæ de naturalibus & artificialibus nõ ſunt omnino ſimiles diſtinctioni & inæqualitati, quæ eſt in bonis & malis hominibus, nã inæqualitas in rebus naturalibus eſt ꝑ ſe intẽta & facta a Deo, vt ex diuerſis gradibus creaturarũ cõſurgat admirabilis pulchritudo vniuerſi. Similiter ex intentione figuli per ſe & directe eſt, ꝙ faciat aliqua vaſa in contumeliam, & aliqua in honorem, ad diuerſas neceſſitates hominũ ſupplendas, ad quod ordinatur directe ars fictilis, ſed quod aliqui homines ſunt mali per culpam, non eſt ex ordinatione diuina, cum Deus nullo modo ſit auctor mali culpæ, vt declaratum eſt diffuſius ſupra 15. ca. nec per conſequẽs ex eius intentione & voluntate omnino prima eſt, ꝙ aliqui reſeruentur ad gehennã. Nam voluntate eius prima ſiue antecedente vult omnes homines ſaluos fieri. 1. Timo. 2. b. ſed volũtate cõſequente præuiſionem peccatorum in malitia perſeuerantium vult ipſos damnari. Sic enim malũ culpæ reducitur ad ordinem iuſtitiæ, pp quod, licet Deus nullo modo ſit cauſa efficiens malorum, ſed tantum bonorũ, eſt tamen auctor ordinationis tam bonorum quam malorum, quia dedecus culpæ punit per decorẽ iuſtitiæ, & ſecũdũ qđ dicit beatus Aug. in Enchiridion: Deus eſt adeo omnipotẽs & bonus, ꝙ non ſineret mala fieri, niſi ex eis eliceret maiora bona, & ſic permittit malos cũ bonis tã in ſubditis quã in prælatis vſque ad iudiciũ, in quo ſeparabuntur hi totaliter ab illis. Et ſic patet ſolutio quæſtionis. Dicit igitur:* Contra malum bonum eſt, &c. *quia contra malum naturæ, eſt bonum naturę, & contra malum culpæ, bonum gratia, & contra malum gehennæ, bonum gloriæ.*

*Quare Deus mala permittit*

est mirabilis ordinator. Naturæ ergo bonæ ſunt, & a deo ſunt, vitiá verò non ex deo.

A

a *Reſpicite.* Omnes cōmuniter admonet, vt iuris ſui rationem nō omittant, quia non aliter poteſt habere pacem, & quietem. Qui enim primatus ſui auctoritatē perdit in deſpectionem, & anguſtiam ſe mittit. Qui autē locum ſuum ſapiēter cuſtodit, ſe & ſuos ad profectum virtutis dirigit.

Reſpiciens r.4.d.

B

b *Audite.* Ad literam patres docet, vt filios regant, & cum diſciplina nutriant, donec veniant ad ætatem perfectam, vt digni hæredes patrũ ſuorum poſſint eſſe. Spiritualiter verò inſtruit rectores eccleſiæ, vt dignitatem ſuam vſque ad finem teneant, & diſcipulos ſuos bene nutritos hæredes ſui laboris relinquant. Tenere dēnt rectores exterius, quod pro aliorum vtilitate ſuſcipiunt.

C

c *Cibaria, & virga, &c.* Neceſſe eſt, vt iniqui ſerui ſeueritate domino

vitam mors, ſic & cōtra virum iuſtum peccator. Et ſic intuere in omnia opera altiſſimi. Duo contra duo, & vnũ contra vnum. Et

a ¶Arrogantiam vitat, ſed veritatem non tacet

b Sacrorum librorum ſcriptor.

c ¶Racemos. ¶Spiritualis vini.

ego nouiſſimus euigilaui, & quaſi qui colligit acinos poſt vindemiatores. In benedictione dei, & ipſe ſperaui, & quaſi, qui

a ¶Qui diu nam gratiam, ſicut cæteri patres habui, & fructum ſcientiæ protuli.

a vindemiat repleui torcular. † Reſpicite quoniam non mihi ſoli

a ¶Quærendo meditando lucem ſapientiæ.

b laboraui, ſed & omnibus exquirentibus diſciplinam. Audite

a ¶Quibus correctionem vitæ, & modeſtiam diſciplinæ exhibui.

me magnates, & omnes populi, & rectores eccleſiæ auribus percipite. Filio, & mulieri, fratri, & amico non des poteſtatem ſuper te in vita tua, & non dederis alij poſſeſſionem tuam, ne forte pœniteat te, & depreceris pro illis. Dũ adhuc ſuperes, & aſpiras, non immutabit te omnis caro. Melius eſt enim, vt filij tui te rogent, quam te reſpicere in manus filiorum tuorum. In omnibus operibus tuis præcellens eſto. Ne dederis maculam in gloriam tuam. In die conſummationis dierum vitæ tuæ, & in tempore exitus tui diſtribue hæreditatem tuam. c Cibaria, & virga, & onus aſino, panis, & diſciplina, & opus ſeruo. Operatur in diſciplina, & quærit requieſcere, laxa manus illi, & quærit libertatē. Iugum, & lorum curuant collum durum, & ſeruum inclināt operationes aſſiduæ Seruo maleuolo † tortura, & compedes, mitte illum in operationem, ne vacet. Multam enim malitiam docuit otioſitas In opera conſtitue eum, ſic enim condecet † illũ. Quòd ſi non obaudierit, curua illum compedibus, & nō amplifices ſuper omnem carnem Verum ſine iudicio nihil facias graue. d Si eſt tibi ſeruus fidelis, ſit tibi quaſi anima tua. e Quaſi fratrem ſic eum tracta, quoniam in ſanguine animæ comparaſti eum. Si læſeris eum iniuſtè, in fugam conuertetur, & ſi extollens diſceſſerit, quem quæras, & in qua via quæras illum, neſcis.

D

dominorũ ſuorum comprimantur, ne illicita fraudentur libertate. In quibus non natura deſpicienda, ſed improbitas coercendi, vt ſciāt ſe ſubditos eſſe. Recte autem ſerui ſunt, qui vitijs ſeruiũt. Qui vero iuſtitiæ obediunt, verè liberi ſunt Vnde: *Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis.* Nulla enim melior maiorve poteſtas, quā ſeruire deo, cui bene ſeruit amor. deſcribitur ergo qualis debeat eſſe ſeruilis nutritura, et diſciplina, vt habeāt, ſ. victũ, & veſtitũ, non vagandi otium.

Allegorice.

Ioann.8.c.

E

d *Si eſt tibi fidelis.* Boni ſerui legē tradidit, dicens: *Non lædas ſeruum bene operantem, &c.* In quo oſtenditur, quòd ſi beniuoli ſint, & obedientes, vt fratres habendi ſunt. Si autem duri, & ſuperbi ſũt, ſub diſciplina coercendi.

†tormenta.

† illi.

e *Quaſi fratrē.* Quia in eo communem naturā debemus diligere, & ſi neceſſe fuerit, pro eo animam ponere. Non eſt enim homo perſequendus, ſed vita.

F

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et contra virum, &c.* quia contra triplicem vitam, ſ. naturę gratiæ, & gloriæ, eſt triplex mors, ſ. naturę, culpę, & gehēnę. 2 *Sic contra virum iu.* ſubditum, vel prælatum. 3 *Peccator.* ſubditus, vel prælatus. 4 *Et ſic in omnia ope. al.* i. ſi conſideres opera dei, in omnibus inuenies quandā oppoſitionem diuerſimode, tamen modo prædicto. 5 *Duo contra duo.* ideſt, duo mala contra duo bona, & vnum contra vnum Sequitur. 6 *Et ego.* Hic conſequenter agit auctor de actione boni prælati in tribulatione a domeſticis. Circa quod primo pręmittit breuem prologũ ſecũdo proſequitur propoſitum, ibi: *Audite me.* Circa primũ dicit: *Et ego nouiſ.* ſ. ad intelligendum, & ſcribendum ſapientiam poſt doctores, & ſcriptores pręcedentes. Scriptor enim huius libri fuit tempore Ptolomæi Euergetis, qui regnauit in Aegypto poſt tempora Alexandri magni. 7 *Et quaſi, qui col. aci.* i. remanentes racemos, & in hoc ſe humiliat, præponens ſibi alios doctores, & ſcriptores non ſolum tēpore, ſed etiam ſcientia, & auctoritate. 8 *In bene. Dei, & ipſe.* i. confidens de eius adiutorio ſcribere cœpi. 9 *Et quaſi, qui vin.* i. ego ex adiutorio dei deſcripſi ſapientiam abundanter, ſicut etiam præcedentes ſcriptores. 10 *Reſpicite quoniam non.* acquirendo meritum per hanc ſcripturam. 11 *Sed, & omni. exqui.* quia poſſunt proficere in ſtudio huius doctrinæ. 12 *Audite me.* Hic conſequenter proſequitur propoſitum. Circa, quod ſciēdum, quod homo dupliciter a domeſticis tribulatur. Vno modo ab vxore filijs, & propinquis, q aliquando nimis volunt dominari; & ideo primo oſtendit quid circa hoc ſit agendum, dicens: *Audite me.* 13 *Magnates.* ideſt, principes. 14 *Et omnes populi.* inferiores. 15 *Et re. io. eccleſiæ.* id eſt, prælati doctores. 16 *Auribus perci.* ideſt, aure corporis, & aure mentis. 17 *Filio, & mu. fratri, & amico non des, &c.* ſed magis a tali tribulatione tua ipſos reprime. 18 *Et non de. alii, &c.* vnde debes viuere. 19 *Ne for. pœni. te. & depre.* ſ. pro neceſſitatibus tuæ vitæ. 20 *Dum adhuc, &c.* ideſt quandiu viuis nullus homo te moueat ab hoc propoſito. Et ſubdit ratio. 21 *Melius eſt enim.* tanquam inferiores, quia naturaliter tibi debent ſubeſſe.

Diuiſio.

22 *Quod te reſpi.* tanquam ad ſuperiores. 23 *In omnibus operibus tuis præcel.* perſonis prædictis. 24 *Ne dederis, &c.* ſupponēdo te illis quibus debes præeſſe. 25 *In die, &c.* i. tempore mortis. 26 *Diſtribue hæreditatem tuam.* hæredibus tuis, ita quòd non poſſideāt illam te viuēte. 27 *Cibaria.* Secundo tribulatur paterfamilias a ſeruis ſuis rebellibus malis, & infidelibus, propter quod hic oſtēditur qd agendum ſit cum eis, cum dicitur: *Cibaria, & vir. &c.* Et ſicut iſta conueniunt ad bonum regimen aſini, ſ. pabulum, pro eius ſuſtentatione, & virga, pro pigritiæ ſuæ excitatione, & onus, pro domini neceſſitate, ſic ſunt tria, quæ ſequuntur ad bonũ ſerui regimen. 28 *Panis, &c.* id victus, vt viuat. 29 *Et diſ.* ne ſuperbiat. 30 *Et opus, &c.* ne p otiũ tepeſcat. 31 *Operatur, &c.* conuenienter. 32 *In diſci. &c.* ideſt, quandiu ſub diſciplina. 33 *Et quærit, &c.* ideſt ſi quęrat requiem a laborib. ſine cauſa rationabili. 34 *Laxa ma.* ſcilicet requiem ei cōcedēdo. 35 *Et quærit, &c.* ſcilicet a te totaliter liberari. 36 *Iugum & lo. &c.* equi, vel bubali. 37 *Et ſer.* ideſt, humiliant. 38 *Opera. aſ.* quia tunc non habent tempus machinandi ad rebellionem. 39 *Seruo maleuo.* ideſt, rebelli, & infideli. 40 *Tortura, &c.* vt eius infidelitas reueletur. 41 *Et compe. &c.* ne fugiat, & euagetur. 42 *Multam enim ma.* machinandi contra dominos. 43 *Docuit otioſitas.* ſeruorum. Cætera patent vſque ibi. 44 *Et non amplifices.* i. non des ei poteſtatē ſuper aliquē hominē, quia non debet pręeſſe, ſed ſubeſſe. Et hoc eſt contra aliquos principes Chriſtianos, qui Iudęos faciũt balliuos, & prępoſitos ſuper Chriſtianos, cũ tñ inter Chriſtianos debeāt eſſe ſerui. 45 *Verum ſine iudi.* debitę diſcretionis. 46 *Nihil facias gra.* ſeruis tuis, pp quod ſubdit de bonis. 47 *Si eſt tibi ſeruus, &c.* ipſum ex corde diligendo. 48 *Quaſi fratrem ſic eum tra.* dulciter, & māſuetè. 49 *Quoniam in ſan. ani. compa.* i. emiſti eũ pro neceſſitate vitę tuę, quia vita conſiſtit in ſanguine, Leui. 17. c. *Anima omnis carnis in ſanguine eſt.* 50 *Si læſeris eũ iniu. in fu. cō.* & ſic carebis tua neceſſitate. 51 *Et ſi extollens diſceſ.* i. ſecum exportans aliquid de domo tua, fugiet ad locum remotũ, & occultũ, & ſic eũ non poteris inuenire.

Myſtice.

Contra præficiētes Iudęos Chriſtianis.

22 Quod

## CAP. XXXIIII.

A a V*Ana ſpes.* Sequitur.
b *Quaſi qui apprehend. v.* Significat ſomnia fallacia dæmonũ, hoĩes ſæpe ludere, & in errores trahere niſi caute diſcernant. vnde: *Ab immun. quid mũda. & a men. quid ve. dicetur?* Inde in lege præcipitur: *Non obſeruabitis ſomnia, neque diuinationes:* Aliquando autem reuelationes per ſomnia fiunt. vnde in dialogo Gregor. Sciendum prætera, quia ſex modis tangũt animum imagines ſomniorum: Aliquando enim ventris plenitudine, vel inanitate, aliquando illuſione, aliquando cogitatione ſimul, & illuſione, aliquando B reuelatione, aliquando cogitatione ſimul, & reuelatione. Duo prima, omnes experimento cognoſcimus, cætera in ſcripturis inuenimus. Niſi enim ſomnia per illuſionẽ diaboli fierent, nequaquam diceret vir ſapiens: *Multos errare fecerunt ſomnia, &c.* Et alibi: *Non augurabimini, non obſeruabitis ſomnia,* valde.n. deteſtabilia ſomnia oſtenduntur, q̃ augurijs coniunguntur. Quia vero cogitatione ſimul & illuſione ſomnia fiũt ſcriptũ eſt: *Multas curas ſequuntur ſomnia.* Per reuelatiõnẽ verò Ioſeph ſe fratrib. præferendum ſomnio vidit. Et Ioſeph monet, vt tollat in Aegyptũ puerũ & matrem eius. Et quia aliq̃n ſomnia cogitatione, & reuelatione fiunt: Daniel Nabuchodonoſor viſionem ediſſerens, a radice cogitatiõis inchoauit: *Tu rex cœpiſti cogitare in ſtratu tuo quid eſſet futurum poſt hæc, &c.* Difficile ergo ſomnijs credẽdũ C eſt, quia quo impulſu veniãt, facile nõ elucet. Sancti vero illuſiones, & reuelatiões quodã ĩtimo ſapore diſcernũt, vt ſciãt D quid a bono ſpiritu percipiant, vel quid ab illuſione patiãtur.

Leui. 19. f. — Somnia quot, & quibus modis veniant. — † cognoſcit. — Leuit. 19. f. — Eccleſ. 5. a. — Gene. 37. c. — Matthæ. 2. c. — Dan. 2. c.

c *Sine mendacio conſummabitur verbum legis.* Abiectis ſomnijs hortatur credendum eſſe doctrinæ ſapientiæ, quæ in ore fidelis viri complantata ſine mendacio conſummat verbum.

d *Qui non eſt tentatus quid ſcit?* Rab. Tentatio hic experientiã ſignificat tribulationis, quæ electis exhibetur ad probationem, ſicut ſcriptum eſt: *Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis.* Quãto enim quis tribulationis experitur labores, ſi in fide perſtiterit, & patientiam ſeruauerit, tanto contra alios labores in tolerantiæ vir- E tute fortior erit, & qui multa didicit, id eſt, multa ſanctarum ſcripturarum myſteria in ſinu mentis ſuę colligit, ipſe alijs verbum ſani intellectus, & ſpiritalis conſolationis ritè enarrare valebit. Vnde & Paulus ait: *Benedictus Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum, & deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, vt poſſimus, & ipſi conſolari eos, qui in omni preſſura ſunt per exhortationem, qua exhortamur & ipſi a Deo.*

e *Enarrabit intellectum.* Alijs inſtruẽdis. vnde: *Benedictus deus qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, vt poſſimus conſolari eos, qui in omni preſſura ſunt.* — 2. Cor. 1. a

f *Qui autem in multis fatuus eſt, multiplicabit malitiam. Qui tentatus non eſt, qualia ſcit?* Mutabilis, ſcilicet mente, inſtabilis eſt actione. Vel, qui fidei vnitate perdita multiplices ſequitur hæreticorum ſectas, multis impietatibus ſeruit. F

a Plurimas

† compla — † factus.

## CAP. XXXIIII.

a V Ana ſpes, & mendacium viro inſenſa- 1 2
to, & ſomnia extollunt imprudentes. 3
b quaſi, qui apprehendit vmbram, & 4 5
perſequitur ventum, ſic & qui attendit 6
ad viſa mendacia. Secundum hoc viſio 7
ſomniorum. Ante faciẽ hominis ſimi- 8
litudo alterius hominis. Ab immundo 9
quid mundabitur? Et a mendace quid verum dicetur? Diui 10
natio erroris, & auguria, mendacia, & ſomnia malefacien- 11 12
tium, vanitas eſt. Et ſicut parturientis cor tuum phantaſias 13
patitur, niſi ab altiſſimo fuerit emiſſa viſitatio, ne dederis in 14
illis cor tuum. Multos enim errare fecerunt ſomnia, & exci- 15 16
c derunt ſperantes in illis. Sine mẽdacio conſummabitur ver- 17
d bum legis, & ſapientia in ore fidelis † cõplanabitur. Qui non 18 19
a ¶ Tribulationibus.
eſt tentatus quid ſcit? Vir in multis expertus cogitabit mul- 20 21
a ¶ Scripturarum myſteria.
e ta, & qui multa didicit, enarrabit intellectum. Qui non eſt 22 23
a ¶ Tribulationem.
f expertus, pauca † recognoſcit. Qui autem in multis † fatuus 24 25
eſt, multiplicabit malitiam. Qui tẽtatus non eſt, qualia ſcit? 26

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XXXIIII.

V*Ana ſpes.* Poſtquam actum eſt de prælatorum actione, hic conſequenter agitur de eorum contemplatione, q̃ conſiſtit in duobus, ſcilicet in meditatione ſacræ ſcripturæ, de qua agitur primo, & in cultu latriæ, de quo agitur ſecundo, ibi: *Immolantis.* Prima in duas, quia primo ponitur remotio impedimenti, ſecũdo executio propoſiti, ibi: *Sine mendacio.* Illud autem, quod impedit maxime meditationem veritatis ſacræ ſcripturæ, eſt intendere ſomnijs, diuinationibus, & augurijs, quæ ſunt plena mendacijs. ideo dicit.

Diuiſio.

1 *Vana ſpes, & mendacium viro inſenſato,* quia non habet ſenſum diſcernendi, quæ ſperanda ſunt, & quæ non.
2 *Et ſomnia extollunt impru.* quia ſomnia de proſperis credũt eſſe reuelationes. ideo ſequitur.
3 *Quaſi qui ap. vm.* quæ non eſt palpabilis.
4 *Et perſequi. ven.* qui non eſt comprehenſibilis.
5 *Sic, & qui atten. ad vi. men.* in vanis ſomnijs.
6 *Secundum hoc.* quod ſequitur.
7 *Viſio ſom. ante fa. hom. i.* Nam in ſomniando apparet aliq̃n ſimilitudo alterius hominis, qui non eſt homo verus, ſed tãtum phantaſticus. ideo non poteſt aliquid docere. Et ſi aliquando dæmon ibi appareat, in ſimilitudine illa non docet veritatem, ſed falſitatem, quia mendax eſt. ideo ſubditur.
8 *Ab immun. quid mundabitur?* quaſi dicat nihil, ſed magis inquinabitur.
9 *Et a mendace quid verum dice.* quaſi dicat nihil. Nam & ſi diabolus aliquando vera dicat, hoc eſt, vt poſtea magis decipiat, & ſic illud verum ex fine poteſt dici mendacium. Nam vbi vnum propter alterum, vtrobique vnum tantum, ideo ſubditur: *Diuinatio erroris, &c.* & patet.
10 *Et ſicut parturientis.* id eſt, ſicut parturiens dolet.
11 *Cor tuum phantaſias pa.* in ſomnijs terribilibus, quæ frequenter ingerunt magnam paſſionem, & maxime quando fiunt per artem magicam.
12 *Niſi ab altiſſimo fuerit emiſſa viſitatio ne dederis illis cor tuum. Multos enim errare fece. &c.* diuinæ conſolationis, & repreſſionis talium. ideo concluditur: *Ne dederis in illis cor tuum.* & patet. 13 *Sine mendacio.* Hic conſequenter ponitur executio propoſiti. Circa, quod ſciendum, quòd veritas ſacræ ſcripturę aliquando cognoſcitur per ſtudij exercitationem, aliquando per hominis intelligentis inſtructionem, & aliq̃n p diuinã illuminationẽ, igitur primo ponitur primũ cum dr̃: *Sine mendacio, &c.* & prophetarũ, nam habitum eſt per diuinam reuelationẽ, cui non poteſt ſubeſſe falſum, cum deus ſit prima veritas: Quaſi dicat auctor hic, prȩlatus debet applicare ſuum intellectum per ſtudij diligentis exercitium.

Scripturę [ſa]cræ veritas [t]riis modis [co]gnoſcitur.

14 *Et ſapien.* Hic ponitur ſecundum, ſcilicet cognitio per inſtructionẽ, cũ dicitur: *Et ſapientia.* in ſacra ſcriptura cõtẽta.
15 *In ore fidelis.* doctoris. 16 *Complanabi.* id eſt planè docebitur, nam occulta ſcripturarum ſcit aperire, & explanare, quia in talibus eſt exercitatus. ideo ſubditur.
17 *Qui non eſt ten. &c.* id eſt, expertus, quod patet ex hoc, quod ſequitur.
18 *Vir in multis expertus.* i. in multis ſcripturis exercitatus.
19 *Cogitabit multa, &c.* nam per vnum paſſum ſcripturæ ſibi notum declarat alium magis occultum, ideo ſubditur,
20 *Et qui multa didicit, &c.* per ſtudij exercitium.
21 *Enarrabit intellectum, &c.* ſcripturæ verum.
22 *Qui non eſt expertus, &c.* in ſcripturis.
23 *Pauca recognoſcit, &c.* quia pauca per ſe poteſt inuenire, propter quod, qui aliorum dicta ſtudere dedignantur, vacui veritate reperiuntur.
24 *Qui autem in multis fatuus eſt, &c.* intellectum ſuum applicando multis vanis, & curioſis. 25 *Multiplicabit malitiam &c.* nam frequenter fabricat erroneam doctrinam. Aliqui libri habent: Qui autem in multis factus eſt diſcurrens per multa cognoſcenda, ſicut gallus ambulat ſuper blada, & nõ figit intellectũ ſuum in aliquo ſufficienter exquirendo. *Multiplicabit ma.* nam in nullo habet ſufficientem notitiam, & p conſequens habet inutilem, & falſam doctrinam.
26 *Qui ten. non eſt, &c.* exponatur, vt ſupra.

1 Qui

A a *Plurimas verborum.* Scripturam ſignificat, quia qui intentè ſcripturam meditatur, & humiliter dominum deprecatur, & rerum, & verborum ſcientiam adipiſcitur.

b *Dóna ini.* Valde deteſtabile eſt ſacrificiū, quod orbati patris dolori cōparatur. Quidā penſant quāta tribuunt, & non quanta rapiunt. Et cōgregant mercedes, et mittunt eas in ſaccū pertuſum. In ſacco pertuſo videtur, quādo pecunia mittitur, ſed nō quando amittitur. Qui ergo quanta largiutur aſpiciūt, ſed non quanta rapiunt, in ſacculo pertuſo mercedes mittunt, quia eas in ſpem fiducię ſuę intuentes congerunt, ſed nō ſe intuentes perdunt.

...nari in ſacculum pertuſum ...acernant.

*Dona iniquorum non probat altiſſimus, & cæ.*

✠ Auguſt. *ſacrificia impiorum execratio eſt Domino.* Etenim, inquiunt, inique offerunt illa. Iam ſupra reſponſum eſt, quia non iniquus eſt Chriſtus, qui pro nobis ſeipſum obtulit, & noſter in cęlo mediator eſt, quo ſuam Eccleſiam gubernante bonis mali non oberūt, qui vel ignorātur, vel pro pace tolerantur, donec ipſe veniat ac ſeparet pmiſſis meſſoribus a meſſe zizania, & ventilabro paleas a frumentis, quā quam iſti, quod ſępe dicēdū eſt falſa crimina obiecerint, quæ etiamſi vera eſſent, bonorū charitati pro vnitate in vnitate omnia tolerāti nihil nocerent, ſi ea forte ēt cognita, iudicibus Eccleſiaſticis perſuaderi

...gu. contra ...ſtolam Par...niani li.2. ...6.

B ...2.q.5.cap. ...olans.

...1 q.5.cap. ...tam.

C

D ſuaderi non poſſent. Sacrificia ergo impiorū eiſipſis oberūt qui offerunt impiè. Nā vnū atq; idem ſacrificiū propter nomen dñi, quod inuocatur, & ſemper ſanctū eſt, tale cuiq; ſit quali corde ad accipiendū acceſſerit. *Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit.* Illi ergo videāt, vtrū dignè manducēt, qui inter tam multos parentes, & filios, maritos, & vxores, inter tā multos, quod eſt patentiſſimum, dei hæredes, & cohæredes Chriſti toto orbe diffuſos, nefario ſchiſmate diuiſerūt, cum poſſent, vtique ſi boni eſſent, & verè malos arguerent, fructuoſe tolerare pro pace Chriſti, qui pernicioſe tolerant pro parte Donati.

1. Cor.10.

c *Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperum, &c.* Inter opera.

Autor libri de ſalutaribus documentis. cap.53.

E ✠ Auguſtin. Qualis eſt eleemoſyna, vt vnº iniuſte veſtiatur, & alius iniuſte ſpolietur, & vnus iniuſte paſcatur, & alius iniuſte fame torqueatur? Nō q̄rit iſta deus a nobis, audeo dicere, odit iſta deº omnipotens. Ipſum audi prophetam, qui dicit, *Qui offert ſacrificium ex rapina, ſiue ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui: Non accipiam*, inquit Deus, *iſta de manibus veſtris, manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.* Et alius Propheta, *Panis egentium, vita pauperum eſt, qui defraudat illum, vir ſanguinum eſt.*

Iſai 1.d.15. Eccl.34.d.25

F a Qui

qui† implantatus eſt, abundabit nequitia. Multa vidi enar-
a ¶Virtus in infirmitate perficitur, & dominus electos ſuos ab omni anguſtia liberat.
a rando, & plurimas verborum conſuetudines. Aliquoties vſ-
a ¶Non derelinquit deus ſperantes in ſe.
que ad mortē periclitatus ſum horū cauſa, & liberatus ſum
a ¶Voluntas. b ¶ Oculi domini ſuper iuſtos.
gratia dei. Spiritus timentiū deum quæritur, & in reſpectu
a ¶Dei. b ¶Aeterna benedictione. c ¶Qui ſperat in domino non confundetur. d ¶Deum.
illius benedicetur. Spes enim illorum in ſaluantem illos, &
a ¶Reſpectus miſericordiæ. b ¶ Cuſtodit dominos omnes diligentes ſe.
c ¶Hinc Petrus ait: Timorem eorum ne timueritis, vt non conturbemini.
oculi dei in diligentes ſe. Qui timet † dominum nihil trepi-
¶Qui ſaluat ſperantes in ſe.
dabit, & non pauebit, quoniā ipſe eſt ſpes eius. Timentis dominum beata eſt anima eius. Ad quem reſpicit, & † qui eſt
a ¶Reſpondet interrogationi ſuæ. ¶Ideſt, intuitus miſericordiæ eius
b ¶ Ab omni, ſcilicet aduerſitate proteget.
fortitudo eius? Oculi domini ſuper timētes eum, protector
a ¶Confortans, ſcilicet illos. b ¶ Qui protegit ab ardore tentationis
potentiæ, firmamentum virtutis, tegimē ardoris, & vmbra-
a ¶Contra æſtum. b ¶Ideſt, perſecutionis. c ¶Propitiatio pro peccatis noſtris.
d ¶Ne cadam, ſcilicet in peccatis.
culum meridiani, deprecatio offenſionis, & adiutorium ca-
a ¶Ad perfectionem virtutum. b ¶Mentis præbendo gratiam contemplationis. c ¶Incorruptionis.
ſus, exaltans animam, & illuminans oculos, dans ſanitatem,
a ¶Immortalitatis. b ¶Aeternæ hæreditatis. ¶Venite benedicti patris mei. ¶ Lucro.
& vitam, & benedictionem. † Immolātis ex iniquo oblatio
a ¶Coram oculis dei. b ¶Quia quod malum eſt, deo gratum eſſe putatur.
eſt maculata, & non ſunt beneplacitæ ſubſannationes iniu-
a ¶ Adeſt, ſcilicet.
ſtorum. Dominus ſolus ſuſtinentibus ſe in via veritatis, & iu-
a ¶Obſeruationes, ſcilicet Iudæorum poſt aduentum Chriſti.
b ſtitiæ. † Dona iniquorum non probat altiſſimus, nec re-
a ¶ Qui offerunt, nec peccata dimittunt.
ſpicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine ſacrifi-
c ciorum eorum propitiabitur peccatis. Qui offert ſacrificiū

† implanatus Rom 8.

† Deum.

† quis.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Qui implan.eſt.* qui non fixit radicem intellectus, & affectus in bono.

2 *Abundabit nequitia.* multiplicando vitia. conſequenter ponit auctor exemplum de ſeipſo, di.

3 *Multa vidi.* id eſt, intellexi.

4 *Enarrando.* ſcilicet per doctrinam aliorum.

5 *Et plu.* conſuetudines ſupple cognoui. Alius eſt enim modus loquendi in lingua Græca, & Hebraica, & auctor huius libri ſciuit vtramque, & hunc librum ſcripſit Græcè.

6 *Aliquoties vſque ad mor. periclita.* Vt enim addiſceret linguas iſtas, vt etiā ſcripturas, ad diuerſos magiſtros perrexit in diuerſis terris, in quibus fuit aliquādo in periculo mortis, ſicut de Platone dicit Hierony. in epiſtola ad Paulinum de omnibus ſacræ hiſtoriæ libris. Denique cum literas quaſi toto orbe fugientes perſequitur, captus a piratis, & venundatus tyranno crudeliſſimo paruit, &c.

7 *Et liberatus ſum, &c.* Iſta dicit auctor iſte, vt magis credatur ſuæ ſcripturæ, quia præmiſerat, quòd homo in ſcripturis exercitatus, poteſt alios veritatem docere.

8 *Spiritus.* Hic ponitur tertium, quod docet veritatem, ſcilicet illuſtratio diuina, cum dicitur.

*Spi. timentium deum.* timore filiali.

9 *Quæritur a deo.* ipſum perfectius illuminante, ideo ſubdit.

10 *Et in conſpectu il.be.* ampliori dono gratiæ.

11 *Spes enim.* & non inſomnia, & auguria mendacijs plena, vt prædictum eſt.

12 *Qui timet domi.ni.* De his, quæ per ſomnia, & auguria huiuſmodi poſſunt fieri. 13 *Timentis do. beata eſt anima eius.* ſcilicet, in ſpe, licet non adhuc in re.

14 *Ad quem reſpi.* quaſi dicat ipſe deus eſt ille ad quem dirigit intentionem ſuam, & a quo habet protectionem. ideo ſubditur. 15 *Protector potentiæ.* timentis deum.

16 *Firmamentum virtutis.* ſtabiliens ipſum in bono.

17 *Tegimen ardoris.* ideſt, tentationum.

18 *Et vmbraculum meridiani.* i. refrigerium incētiui libidinis.

19 *Deprecatio offenſio.* i. deprecationē pro offenſionib. exaudiens. 20 *Et adiutorium caſus.* i. ne homo cadat ſuſtentans.

21 *Exaltans animam.* per donum charitatis, quod eſt excellētius cęteris. 1. Corin. 13. d. Maior autem horum eſt charitas.

22 *Et illuminans oculos.* mentis per donum ſapientiæ.

23 *Dans ſanita.* corporis, & animæ, &c.

24 *Et vitam.* naturæ, gratiæ, & gloriæ.

25 *Benedi.* multiplicationem bonorum tēporalium, & ſpiritualium, ſupple deus eſt.

26 *Immo.* Hic ponitur ſecundum, quod pertinet ad contēplationē prælati, ſ. cultus latriæ debitus. Qui conſiſtit in duobus, in ſacrificij oblatione, & debita oratione. Primo ponit primum, & ſecundo ſecundum ca. ſe. ibi: *Qui adorat deum.* Prima in duas, quia primo reprobatur ſacrificium indebitum, ſecundo approbatur debitum. ca. ſe. Prima in duas, quia primo ſacrificium indebitum reprobatur, ſecundo falſa cauillatio remouetur, ibi: *Vnus ædificans.* Diuiſio.

Circa primum dicitur: *Immolantis.* ſacrificium deo.

27 *Et iniquo.* id eſt, ex acquiſito iniuſtè.

28 *Obla. eſt macu.* peccato iniuſtitiæ.

29 *Et non ſunt.* i. oblationes eorum ex alieno, quibus derident deum, qui honorandus eſt de proprio. Prou. 3. b. *Honora dominum de tua ſubſtantia.* 30 *Dominus ſolus.* i. illi, qui ſtant in via veritatis, & iuſtitiæ habent ſolū verum deum pro deo & illorum acceptat munera. raptores, & auari habent aurū, & pecunias pro deo, & guloſus delitias, luxurioſus voluptatem tactus, & huiuſmodi, propter quod eorum ſacrificia nō ſunt deo accepta, ideo ſequitur.

31 *Dona iniquo. non pro.* ſed magis reprobat, ideo ſubditur.

32 *Qui offert ſacrificium ex ſub.* ſubtrahens ei victum.

16 Firma-

a *Qui aufert.* In ſudore vultus ſui pauper acquirit panē. Qui hunc violenter tollit, quaſi qui occidit proximum ſuum.
b *Vnus ædifican.* Hoc eſt, qđ ſupra dixit, ſacrificiū de rapina non eſſe acceptabile. Qui offert de rapina, videtur tibi ędificiū virtutū preparare, non enim ne auaritiæ attēdit, & rapinę.

c *Qui baptizatur.* Ia...uantur, mundi eſſe..., & c.c. Poſt lauacrū mūdus eſſe negligit, qui poſt ... vitæ inprouocatiā non cuſtodit. Lauantur quidam, & mūdi nō ſunt, quia commiſſa flere non deſinūt, & rurſum flenda committunt.

Eſa. 1. d.

✻ Augu. A quibus quæro, vtrum ad eorum pelagus commeando reuixerunt, an adhuc ibi mortui manent? Si enim nihilominus cadauera ſunt, nec aliquo modo prodeſt eis lauacrū, qui ab iſtis mortuis baptizantur. Si aūt reuixerunt, quomodo prodeſt lauacrū illis, quos cū exanimes iacerent, foris antea baptizarēt, ſi eo mō quo putant intelligendum eſt, *Qui baptizatur a mortuo quid ei prodeſt lauacrum eius?* Eos enim quos Prætextatus, & Felicianus, cum adhuc Maximiano cōmunicarent, baptizauerunt, nunc ſecū non rebaptizatos cū eiſdē baptizatoribus ſuis, hoc eſt Feliciano, & Prętextato intus habēt permixtos cōmunioni ſuæ, cuius facti occaſione, ſi non ſuæ pertinaciæ principatū fouerent, ſed ſpiritalis ſuæ ſalutis tam certum exitium cogitarent, euigilare vtique deberent, & animi ſanitate recepta in pace catholica reſpirare, ſi tumore ſupbiæ poſito, & pertinacię furore ſuperato, vellent attendere, quā immani ſacrilegio tranſmarinarū Eccleſiarū quas primęuas ſitas ex ſanctis libris accepim⁹, baptiſm⁹ exercetur, & Maximianiſtarū, quos ore proprio damnauerunt, baptiſm⁹ recipiatur.

Augu. contra literas Petiliani libro. 1. cap. 11.

✻ Auguſt. Iam verba epiſtolæ ſuæ ille, qui ipſe ſcripſit, irrideat, q vſurpato indoctè ac mendaciter teſtimonio, quo ſcriptum commemorat *Qui baptizatur a mortuo, quid ei prodeſt lauatio eius?* conatur nobis oſtendere, quatenus traditor vita mortuus habeatur. Et adiungit, dicens, Mortuus eſt ille, qui baptiſmo vero naſci nō meruit, mortuus eſt ille ſimiliter, q iuſto baptiſmo genitus, mixtus eſt traditori. Si ergo Maximianiſtę mortui non ſunt, cur in plenario cōcilio ſuo dicunt, q Aegyptiorum admodum exemplo percūtium funeribus plena ſunt littora? Si autem mortui ſunt, vnde venit baptiſma, quod dederunt? Deinde ſi Maximianus mortuus non eſt, quare poſt illum rebaptizatur? Si autē mortuus eſt, quare cum illo non eſt mortuus Felicianus Muſtitanus ordinator eius, & cum neſcio quo traditore Afro collega mori potuit tranſmarinus, aut ſi, & ipſe mortuus eſt, vnde cum illo apud te viuunt intus non rebaptizati, qui ab illo mortuo foris ſunt baptizati?

Auguſti. lib. capit. 11. etiam lib. cap 7.

ex ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in cōſpe-
a ¶Qui non diuitias congregat, ſed victum neceſſaria. Qui ergo hæc tollit, quaſi qui ſanguinē fundit.
ctu patris ſui. Panis egētium vita pauperis eſt, qui defraudat
¶Victimæ impiorum abominabiles offeruntur ex ſcelere.
a illum, homo ſanguinis eſt. Qui aufert in ſudore panē, quaſi
a ¶Maximum peccatum eſt, quod homicidio comparatur.
qui occidit proximū ſuum. Qui effundit ſanguinem, & qui
¶Scelerum viſione.
b fraudem facit mercenario, fratres ſunt. Vnus ædificans, &
a ¶Q pro facto ſuo deum benedicens:
vnus deſtruens, quid prodeſt illis, niſi labor? Vnus orans, &
a ¶Querimoniam ad deum dirigens. ¶Fletibus.
c vnus maledicēs, cuius vocem exaudiet deus? Qui baptiza-
a ¶Peccato. b Rediens ad peccatum. c Quia non permanet mundatio illius.
tur a mortuo; & iterum tāgit mortuū, quid †proficit lauatio
a Id eſt, pro peccatis.
illius? Sic homo, qui ieiunat in peccatis ſuis, & iterū eadē faciēs, quid pficit humiliādo ſe? Orationē illi⁹ quis exaudiet?

† prodeſt.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Quaſi, qui victimat filium in conſpe.* in conſpectu patris ſui. licet enim deus ſit pater omnium per creationem, tamen ſpecialiter modo eſt pater pauperum per hæreditatis æternæ promiſſionem, Matt. 5. a. *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* 2 *Panis egentium.* ideſt, cibus qualiſcunq;. 3 *Vita pauperis eſt.* ideſt, ſuſtentatio vitæ ipſius. 4 *Qui defraudat illum homo ſanguinis eſt.* Aug. Paſce fame morientem, ſi non paviſti occidiſti, & multo fortius ſi ſubtraxeris ei victū. 5 *Qui aufert in ſudore.* ideſt panem acquiſitum in ſudore laborantium. 6 *Quaſi qui occi. proxi.* qui aufert eis victum. 7 *Qui effundit ſanguinem.* per homicidiū. 8 *Et non, qui fraudem facit mer.* retinendo debitum ſalarium. 9 *Fratres ſunt.* i. ſimiles in ſcelere, ſupradicta ratione. 10 *Vnus ædifi.* Hic remouetur quędā falſa cauillatio, qua poſſet aliquis dicere, q defraudans aliena recōpenſat deo per afflictiones ſui corporis in ieiunijs huiuſmodi, vel per orationes religioſorū q̄bus benefacit. Et vtrunque remouetur, & primo, cū dicitur. *Vnus ædificans, & alius deſtruens.* quod ædificatum eſt ab alio. 11 *Quid prodeſt il.* quia nullā reportant inde vtilitatē, ſed tm̄ afflictionem. Et applicat ad propoſitum, dicens. 12 *Vnus orans.* pro raptore, ſcilicet ille cui benefacit. 13 *Et vnus maledi.* raptori, eo quòd bona ſua abſtulit. 14 *Cuius vocem exaudiet deus?* quaſi diceret, nullius. Nam exauditio primi impeditur propter malitiam illius pro quo orat. Similiter ſecūdi pro peccato proprio, nam maledicendo proximo peccat propter quod dicit ſaluator Matt. 5. g. *Orate pro perſequentibus & calumniantibus vos,* tamen talis raptor pro malis ſuis a domino punietur. conſequenter remouet primum, dicens.
15 *Qui baptizatur a mor.* id eſt, emundatur a tactu mortui p aquam expiationis, de qua habetur Nu. 19.
16 *Et iterum tangit eum.* ſcilicet mortuum.
17 *Quid proficit lauatio eius?* quaſi dicat. Nihil. nam immundus efficitur, ſicut ante. 18 *Sic homo, qui ieiunat in pec. ſuis.* id eſt, pro peccatis ſuis remittendis.
19 *Et iterum eadem faciens, & c.* quia de peccatis preteritis nō eſt verè pœnitens. 20 *Quid proficit humiliando ſe. & c.* ideſt ſe affligendo per ieiunia, & huiuſmodi, quaſi dicat iſta nihil faciunt ad remiſſionem culpæ perpetratæ. 21 *Orationem illius quis exaudiet, & c.* quaſi dicat deus non exaudiet.

Prouer. 13. b.

## CAP. XXXV.

a *Qui conſer.* Bene orat, qui mandata dei ſeruat, & ſacrificium ſalutare offert, qui munus rectæ fidei deo exhibet. Talis deprecatio coram oculis dei inuenit gratiam, quia bene operando ſeruat iuſtitiam.
b *Propitia. lita.* Inter litare, & ſacrificare hoc diſtat. Nā ſacrificat, qui ſacrificiū facit, Litat qui ſacrificiū facit. & qđ ſacrificio petijt, impetrat.
c *Retribuet, & c.* vtrūque.

Litare, & ſacrificare quo modo differunt.

## CAP. XXXV.

a Qvi conſeruat verbū, multiplicat orationem: Sacrificiū ſalutare eſt attēdere mandatis, & diſcedere ab oī
b iniquitate, & ppitiationē litare ſacrificijs ſup iniuſtitias, & depcatio p peccatis recedere ab iniuſtitia. Re
c tribuet grām, q offert ſimilaginē,

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XXXV.

Qvi conſeruat ver. alias legem. Hic conſequēter ſacrificiū debitum approbatur. Et diuiditur in duas partes. Quia primo agitur de eius approbatione. Secundo reuertitur autor ad reprobationem oblationis iniuſtæ, ibi: *Noli offerre.* Circa primum dī. 1 *Qui conſeruat verbum.* alias legem, ſ. dei.
2 *Multiplicat orationem.* nam orat mente, & ore. Quæ quidē oratio diſponit ad ſacrificandum debite, ideo ſubditur.
3 *Sacrificium ſalutare eſt attendere mandatis.* ſ. Dei, ne contingat circa illa tranſgreſſio. 4 *Et diſ. ab om. ini.* cordis, oris, et operis. 5 *Et propitiationem litare ſacrificiis ſuper iniuſtitias.* i. pro iniuſtitijs remittendis, quæ factæ ſunt contra proximū.
6 *Et deprecatio pro peccatis.* contra deum perpetratis.
7 *Recedere ab iniuſt.* Per debitam contritionem, ſacrificium pro peccatis oblatum deo acceptum facit, & ſimiliter orationem pro peccatis factam exaudiri.
8 *Retribuet gratiam.* id eſt, exhibebit deo gratum obſequiū.
9 *Qui offert ſimilaginem.* ideſt, puriſſimā farinam, de qua fiebant panes propoſitionis in templo tempore hujus autoris.

Diuiſio.

1 Et

a ¶Q hic bene offert, qui a peccatis mundus eſt.
& qui facit miſericordiam, offert ſacrificium. Beneplacitū 1
a ¶Hæreticorum.
eſt domino recedere ab iniquitate, & deprecatio pro pecca- 2 3
a ¶Male operantium.
tis recedere ab iniuſtitia. † Non apparebis ante conſpectum 4
a ¶Fructu boni operis, cætera omnia moriendo deſerimus.
†domini vacuus. Hæc enim omnia propter † mandata Dei 5 6
a ¶Quæ ex charitatis deuotione offertur. b ¶Fidei. c ¶Fragrans, ſ. miſericordia, & veritate.
fiunt. Oblatio iuſti impinguat altare, & odor ſuauitatis eſt in 7 8
a ¶Munus bonorum operum. b ¶In memoria æterna erit iuſtus.
cōſpectu altiſſimi. Sacrificium iuſti acceptum eſt, & memo- 9
a ¶Bona voluntate interius.
a riam eius non obliuiſcetur dominus. Bono animo gloriam 10 11
a ¶Exterius bene operando, & intus non bene volendo. b ¶Frugum.
b redde Deo, & non minuas primitias manuum tuarum. † In 12 13
a ¶Hilarem enim datorem diligit deus. b ¶Cordis.
omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione, ſan- 14 15
a ¶Teipſum, quia ab ipſo es, & bona, quę ab ipſo habes.
ctifica decimas tuas. Da altiſſimo ſecundū donatum eius, et 16 17
a ¶Intentione. b ¶Nouæ laudis. c ¶Pro bonis, ſcilicet operibus tuis.
in bono oculo adinuentionem facito manuum tuarū, quo- 18 19
c niam retribuens eſt dominus, & ſepties tantum reddet tibi. 20 21
d Noli offerre munera praua, nō enim ſuſcipiet illa. Et noli in 22
a ¶Alias vindex. ¶Iuſtus non accipit perſonam diuitis, nec deſpicit perſonam pauperis.
ſpicere ſacrificium iniuſtum, quoniam dominus iudex eſt, 23 24
a ¶Quia iuſtus dominus, & iuſtitias dilexit æquitatē vidit vultus eius.
†& non eſt apud illum gloria perſonæ. Non accipiet domi- 25 26
a ¶Populum Chriſtianum, de quo dicitur, Tibi derelictus eſt pauper, pupillo tu eris adiutor.
nus perſonam in pauperem, & † deprecationem læſi exau- 27 28
a ¶Viduam eius benedicens benedi. pau eius.
diet. Non deſpiciet preces pupilli, nec viduam, ſi effundat lo- 29 30
¶De perſecutione.
quelam gemitus. Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam de- 31 32
ſcendunt, & exclamatio eius ſuper deducentem eas? A ma- 33
xilla enim aſcendunt vſque ad cælū, & dominus exauditor 34 35
non delectabitur in illis. Qui adorat deum, in oblectatio- 36
ne ſuſcipietur, & deprecatio illius vſque ad nubes propin- 37 38
¶Ad deum.
quabit. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit, & donec 39 40
e

que, ſ. gratum Deo, A & quod in altari in commemorationem Ieſu Chriſti offertur, & quod per charitatem proximo tribuitur. [Exod.23.b. Deut.16 d.]

a *Bono animo.* Quicquid bono animo nō datur, apud deū gratiā non meretur. Homo enim videt in facie, Deus autem in corde. [Dei.]

b *Et non mi. pri. &c.* [Myſtice.] Myſtice Primitię frugum, vel primogenitorum, principia ſunt bonorum operū, vel ipſa voluntas, quæ prior eſt opere. In decimis vero offerēdis denarius numer' perfectionem ſignificat, B quia vſque ad ipſum numerus creſcit. In decimis ergo perfectionem operum noſtrorum ad dominū referre præcipimur, [..n.2.b. ..ct.10.] a quo, & boni operis initium, & perfectio donatur.

c *Septies tantū.* Perfectam, ſ. remunerationem. Septenarius enim, quia ſeptē dona ſpiritusſancti demonſtrat, perfectus eſt. Et quia interiorē, & exteriorem hominis ſubſtantiam comprehendit, in ternario animam, in quaternario corpus. vnde. *Diligę dominū deum tuū ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota virtute tua, etc.* [..16.a.] C Corpus autem de quatuor elementis conſtat. Poteſt autem in ſeptenario, D hominis renouatio figurari, quia corpore incorruptibilis, & anima immortalis erit. Per ſeptenarium quoque præſens vita deſignatur, ſicut per octonarium futura. vnde: *Da partes ſeptem, necnon, & octo,* [Eccleſ.11.a.] quia ſeptenario numero pręſens tēpus voluitur. Octauo verò die, id eſt, dominico, Chriſtus reſurgens, vitam nobis perpetuam deſignauit. [2. Cor.9.g.] Perfectus quoque dicitur ſeptenarius, quia ex primo pari, & impari conficitur, ternario, ſcilicet, & quaternario. E Et quia ſpiritus ſeptiformis perficit quos repleuit, nec ſolum trinitatis notitiā, ſed etiam quatuor principalium virtutum operationem præbet.

[† mandatum.] [† precationē.]

d *Noli offer. mune. et cę.* Apud deum non eſt quantitas muneris, nec perſona potentis aſpicitur, ſed dilectio, & humilitas cordis, ideo non debet offerri ſacrificiū de iniquitatē, ſed de iuſto labore.

e *Et donec propinquet, etcæ.* Ad ſuperiora reſpicit, affirmans quia dominus orationem humilium miſericorditer exaudit, qui non ceſſant, F donec conſolationem accipiant.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et qui facit miſericordiam.* proximo.
2 *Offert ſacrificium.* deo.
3 *Benepla. eſt do.* patet ex dictis.
4 *Non apparebis.* in templo vbi colebatur deus.
5 *Vacuus.* ad oblationem.
6 *Hæc enim omnia propter man. dei.* implenda.
7 *Fiunt.* Præcipitur enim Exo.33.c. quòd omne maſculinū appareat coram domino ter in anno, ſcilicet in feſto Paſchę Pentecoſtes, & tabernaculorum, & ibidem dicitur. Non apparebis in conſpectu meo vacuus.
8 *Oblatio iuſti impin. altare, &c.* Talis enim non ſolum offert, quod in lege præcipitur, ſed etiam vltra, & ex hoc patet, qđ ſequitur. 9 *Et odor ſuauitatis eſt in conſpectu.* nam oblationes illius temporis non erant acceptæ deo, niſi ex fide, & deuotione offerentium. 10 *Bono animo.* ideſt, mundo, & deuoto. 11 *Gloriam redde deo.* munera ſibi offerendo.
12 *Et non minuas primitias.* quæ ſacerdotibus debebantur.
13 *In omni dato fac hilarem vultum tuum.* hoc enim eſt bonæ voluntatis ſignum, ex qua munus eſt deo gratū, vt dictū eſt.
14 *Da altiſ. ſecun. do. eius.* i. ſecundum quātitatem bonorum tuorum, quę habes ex dei dono, Tob.4.b. *Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, ſi autem parum, etiam illud libenter impertiri ſtude.* 15 *Adinuentionem facito manuum tua.* opera bona, quæ facis ordinando ad laudem dei, & non hominum.
16 *Quoniam retribuens eſt do.* illis, qui bona faciunt propter ipſum, qui autem faciunt propter homines, iam receperunt mercedem ſuam, Matt.6.a. 17 *Et ſepties tan.* ideſt, multiplicis. Et ponitur hic numerus determinatus pro numero indeterminato. 18 *Reddet ti. &c.* ſcilicet dominus.
19 *Noli of.* Hic reuertitur auctor ad reprobandum ſacrificium iniuſtum, di. *Noli offer. mu.* ideſt, iniuſte acquiſita.
20 *Non enim ſu.* id eſt, non acceptabit.
21 *Et noli. inſpi. ſa. iniuſtum.* credens, quòd deo ſit acceptum & remunerandum, cum tamen ſit magis puniendum. ideo ſubditur. 22 *Quo. do. iu.* alias vindex, damnificatorum iniuſte. 23 *Et non eſt apud il. glo. per.* ideſt, acceptio.
24 *Non accipiet do. per.* potentis. 25 *In pauperem.* id eſt, contra pauperem. 26 *Et deprecatio læſi.* iniuſte.
27 *Exaudiet.* ipſum vindicādo. 28 *Non deſpiciet preces.* Pupillus enim, & vidua deſtituti ſunt auxilio humano, ille patre, & iſta marito, propter quod magis indigēt auxilio diuino, & deus ſubuenit vnicuique ſm conditionē neceſſitatis ſuæ. Natura n. non deficit in neceſſarijs, & multo minus autor naturæ. 29 *Nonne lachrymæ viduæ.* fluentes ab oculis eius quaſi diceret ſic. 30 *Et excla. eius.* ad deum pro oppreſſione ſibi facta. 31 *Super dedu. e.* ideſt ſuper oppreſſorem, qui lachrymari facit eam.
32 *A maxil. enim aſcen. vſque ad cæ.* per angelum præſentantem eas ante deum.
33 *Et do. exau.* viduæ.
34 *Non dele.* ſed magis concitabitur contra oppreſſorem, qui fecit viduam lachrymari.
35 *Qui adorat deum.* Poſtquam actum eſt de ſacrificio pręlati, hic conſequenter agitur de eius oratione, & primo in generali. ſecundo in ſpeciali caſe. Circa primum dicitur: *Qui ado. deum.* adoratione latrię, quod pertinet ad prælatos maxime. [Diuiſio.]
36 *In oblecta. &c.* ideſt, in acceptatione.
37 *Suſcipietur.* ſcilicet a deo.
38 *Et depreca. il. vſ. ad nub. propin.* ideſt, vſque ad deū, cui angeli ſancti præſentant orationes ſanctorum, Tob.12. & maxime prælatorum, qui medij ſunt inter deum, & populum.
39 *Oratio humiliantis ſe nu. pene.* id eſt, quanto humilior eſt oratio, tanto maiorem effectum habebit coram deo.
40 *Et donec propinquet.* ad Deum conſequendo effectum.

21 Et


1 Non

A propinquet non conſolabitur, & non diſce- 1 2
¶ Oculis miſericordiæ.
det, donec altiſſimus aſpiciat. Et dominus non 3 4
¶ Auxilium
elongabit, ſed † vindicabit iuſtos, & faciet iu- 5 (†iudicabit.)
¶ Iuſtum. ¶ Quos nunc tolerat.
dicium, & fortiſſimus non habebit in illis pa- 6 7
a ¶ Qui ſupra dorſum iuſti fabricauerunt.
tientiam, vt contribulet dorſum ipſorum, & 8 9
a ¶ De mundo.
gentibus reddet vindictam, donec tollat ple- 10 11
a ¶ Omnes ſcilicet ſuperbientes.
nitudinem ſuperborum, & ſceptra iniquo- 12

a ¶ Quia reddit vnicuique ſecundum opera ſua. D
13 rum contribulet, donec reddat hominibus ſe-
14 a ¶ Proprios cuiuſque. b ¶ Originale peccatum.
15 cundum actus ſuos, & ſecundum opera Adæ, et
16 a ¶ Quia veniet iudicare viuos, & mortuos.
17 ſecũdum præſumptionem illius, donec iudicet
a ¶ In æterna beatitudine.
18 iudiciũ plebis ſuæ, & oblectabit iuſtos miſeri-
a ¶ Vita æterna miſericorditer data.
b ¶ Sicut in ſiccitate pluuia neceſſaria, ſic in tribulatione dei miſericordia.
19 cordia ſua. Specioſa miſericordia dei in tempo-
20 re tribulationis, quaſi nubes pluuiæ in tempore
21 ſiccitatis.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Non conſolabitur.* orans. 2 *Et non diſcedet.* ab oratione.
3 *Donec altiſſimus aſpiciat.* cum oculo miſericordiæ, præbẽs orationis ſuæ effectũ. Semper enim oratio exauditur a deo quando eſt pia, pro ſe, & perſeuerans. ideo ſubditur.
4 *Et do. non elon. &c.* effectũ differẽdo, niſi ad vtilitatẽ poſtulatis. 5 *Sed vindicabit iuſtos.* de oppreſſoribus in præſenti, vel in futuro, ſecũdũ rectitudinem ſui iudicij, nobis tñ occulti.
6 *Et fortiſſimus non habebit in il.* ſ. opprimentibus iniuſtè.
7 *Patientiam.* dimittendo eorum iniuſtitiam ſine vltione.
8 *Et contribulet dorſum eorum.* affligendo eos in poſterum, ſicut dorſum eſt pars hominis poſterior.
9 *Et gen.* id eſt, gentiliter viuentibus.
10 *Reddet vin.* ideſt, punitionem.
11 *Donec tol. ple. ſuper.* de præſenti vita.
12 *Et ſceptra ini. contribulet.* ſicut alios tribulauerunt.
13 *Donec reddat hominibus, &c.* tam bonis, quam malis.
14 *Se-*

14 *Secundum actus ſuos.* bonos præmiãdo, & malos puniẽdo.
15 *Et ſecundum opera Adæ.* i. hominis. Adã. n. eſt nomen cõe apud Hebræos, ſignificans idem, quod homo, ſed tractũ eſt ad ſignificandũ hoĩem primum. Scriptor aũt huius libri fuit natione Hebreus, & poſuit hic nomen Adæ ſecundum primariã eius ſignificationẽ. 16 *Et ſecundum præſumptionem illius.* quia hominem ſibi ſimilem in ſpecie opprimit iniuſtè.
17 *Donec iudicet iudicium plebis ſuæ, &c.* a Gentilibus idololatris oppreſſæ. Tempore enim ſcriptoris huius libri Iudæi, q erant dei veri cultores fuerunt a Gẽtilibus multipliciter oppreſſi. 18 *Et oblectabit iuſtos miſericordia ſua.* ideſt, effectus ſuæ miſericordiæ.
19 *Specioſa Dei miſericordia.* ideſt, miſericordiæ ſuę effectus.
20 *In tempore tribulationis.* nam vnum contrariũ iuxta aliud magis elucescit. Et ad hoc ſubditur exẽplũ ſenſibile, cũ dr.
21 *Quaſi nubes pluuiæ, &c.* Poſt enim magnam ſiccitatem tẽporis ſupueniẽs nubes pluuioſa eſt hominib. magis gratioſa.

B CAP. XXXVI.

a *Miſerere noſtri.* Ex perſona fidelium dirigit orationem ad deum, vt illos defendat, & inimicos deprimat, vt digne correcti Deũ iterum agnoſcant, & idola deſerant.

Augu libr. 17. cap. 20.

※ Augu. In Eccleſiaſtico fides gentiũ futura prędicit iſto modo, *Miſerere noſtri dominator Deus omniũ & immitte timorem tuũ ſuper omnes gentes, extolle manum tuam ſuper gentes alienas, &c.* Hãc C ſub optandi, & precandi

## CAP. XXXVI.

a Miſerere noſtri Deus omnium, & reſpi- 1
ce nos, & oſtende nobis lucem miſera- 2 3
tionum tuarum, & immitte timorem 4
tuum ſuper gentes, quæ non exquiſie-
¶ Eorum miſeretur deus, qui miſericordes ſunt, & pro inimicis orant.
runt te, vt cognoſcant, quia nõ eſt deus 5
niſi tu, vt enarrent magnalia tua. Alle- 6 7
a ¶ Ethnicos, qui a Chriſto alieni fiunt amici.
b ¶ Vt viſis miraculis potentiæ tuæ conuertantur ad fidem, & de inimicis fiant amici
ua manum tuam ſuper gentes alienas, vt videant potentiam 8
tuam. Sicut enim in conſpectu eorum ſanctificatus es in no- 9 10
bis, ſic in conſpectu noſtro magnificaberis in illis, vt cogno- 11
ſcant te, ſicut & nos cognouimus, quoniam non eſt deus prę- 12 13
b ter te domine. Innoua ſigna, & immuta mirabilia. Glori- 14
fica manum, & brachium dexterum. Excita furorem, & effun- 15

cãdi ſpecie prophetiã per Ieſum Chriſtũ videmus implẽtã, ſed aduerſus cõtradictores non tanta firmitate proferuntur, quæ ſcripta non ſunt in canone Iudęorum. E

b *Glorifica manum, &c.* Optat, vt diuina maieſtas p manũ & dextrũ brachiũ, ideſt, per Chriſtum per quẽ antiqua miracula facta ſunt innouet tempore gratię, vt veteris legis, & noue idẽ intelligatur eſſe deus. F

a *Extol-*

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXXVI.

Diuiſio.

MIſerere noſtri deus, &c. Hic conſequenter agit de oratione prelati ſpecialiter. nã hic ponitur oratio ſcriptoris huius libri, qui inter Iudęos fuit doctor magnus, & platus. nã apud eos doctores habentur pro patribus. Sic ergo procedit. Nã hęc oratio primo ponitur. ſecundo corollariũ interſeritur ibi: *Omnem eſcam.* Prima in duas: nã primo orat pro Iudęis & Gentilib generaliter. ſecundo pro Iudęis ſpecialiter ibi: *Miſerere plebi tuæ.* Prima adhuc in duas, quia primo orat pro Iudęis, & Gentilib. conuertendis, ſecundo pro obſtinatis in idololatria puniendis, ibi: Innoua ſigna. Circa primum orat primo pro populo Iudaico, dicens.
1 *Miſerere noſtri deus omnium.* id eſt, tu qui es deus omnium per creationem, miſerere noſtri quorum es deus ſpecialiter per latriam, & legem datam.
2 *Reſpice nos.* oculo tuę clementię.
3 *Et oſtende nobis lucem miſerationum.* Erant enim tunc Iudęi in tenebris tribulationis, quia Ptolomęus Sother rex Aegypti ſub ſpecie ſacrificandi intrauit Ieruſalem in die ſabbathi ſciens quia tunc non arriperent arma Iudęi, & multa milia Iudęorum captiuos duxit, quorum multi erant in carcerib. tenebroſis, reliqui vero in tenebris tribulationis, & grauis ſeruitutis, a quibus petit populum ſuum liberari.
4 *Et immitte timorem tuum, &c.* eos per pœnam reducẽdo ad tuę deitatis cognitionem, & ideo ſubditur.
5 *Vt cognoſcant, quia non eſt deus, niſi tu.* ſed quia, ſicut corde creditur

credit ad iuſtitiam, ita fit ore confeſſio ad ſalutem, Ro. 10. b. Subditur. 6 *Vt enarrent magnalia tua.* ſicut de Heliodoro dicitur. 2. Machab. 3. c. quòd flagellatus a deo confitebatur omnibus opera magna dei. Et ad idem facit, quòd ſubditur.
7 *Alleua manum tuam, &c. Sicut enim in conſpectu eorum ſanctificatus es in nobis, &c.* nos ab idololatria reducens ad cultũ tuum per flagella. nam ante captiuitatem Babylonicam Iudęi fuerunt multum idololatrię dediti, vt patet 4. Reg. & 2 Paralip. ſed poſtea non fuerunt idololatrę, niſi aliq pauci Machabęorũ tempore, & adhuc plures eorum hoc faciebant mortis timore. 8 *Sic in conſpe. noſtro magnifi. in illis, &c.* i. magnus apparebis.
9 *Vt cognoſ. te ſicut, & nos co. &c.* per veram fidem, & debitum cultum. Sicut & nos, &c.
10 *Innoua ſigna.* Hic conſequenter orat pro Gentilibus obſtinatis in idololatria diſperdendis, & per conſequens pro Iudęis detentis apud eos liberandis, & hoc orat non ex zelo vindictę, ſed ex zelo diuinę iuſtitię, dicens; *Inno. ſi.* quibus Aegyptios obſtinatos flagellaſti, eadem renoua ſuper obſtinatos in idololatria.
11 *Et immu. mi.* vnam plagam poſt aliam inducendo, ſicut feciſti in Aegypto.
12 *Glorifica manum.* tuę iuſtitię ſuper eos.
13 *Et bra. dex.* ideſt, dexteram clementię tuę ſuper nos.
14 *Excita. fu.* in punitionis eorum grauitate.
15 *Et ef. iram.* in eis multiplicatam, hoc enim importat nomen effuſionis.

1 *Extolle-*

a *Extolle aduerſarium,&c.* Significat per aduentum Chriſti auferendum eſſe diabolum de cordibus hominum. vnde: *Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia, quæ poſſidet.* (uc.11.e.) A

b *Miſerere plebi.* Expleta oratione contra peccatores, & contra caput eorum diabolum, orat ſcilicet ſapientia pro ſtatu eccleſiæ, & fidelium ſalute. B

c *Sion inenarrabi.* Notitia ſcripturæ, in qua prædicatur inenarrabilis virtus dei.

d *Et ſuſci.&c.* Omnes prophetę incarnationi Chriſti dant teſtimonium, quòd deus homo factus eccleſiam ſibi deſponſaret.

e *Da mercedem domine ſuſtinentibus te, vt prophetæ tui fideles, &c.* ✻ Ambroſius. Sed non his tantum virtutum finibus contentus fuit ſanctus Tobias, mercenario quoq; ſciuit ſoluendam (o. libro ... b. c.32.) C

a ¶ Vt cito veniat tempus.
a de iram. Extolle aduerſarium, & afflige inimicum. Feſtina tē-
a ¶Quia nouiſſima hora eſt, & finis mundi propinquat. b ¶ Facta in aduentu filii. ¶Gehennæ.
pus, & memento finis, vt enarrēt mirabilia tua. In ira flammæ
a ¶Ideſt, qui amat animam ſuam, perdet eam. b ¶Id eſt, peſsime tractant.
¶Qui pro Chriſto non vult ponere animam.
deuoretur, qui ſaluatur, & qui peſſimant plebem tuam, inue-
a ¶Aeternam. b ¶Diabolum. c ¶ Perſecutorum. ¶ Dei & eccleſiæ.
niant perditionem. Contere caput principum, & inimicorum
a ¶Quia ſe tantum in mundo putant dominari. b ¶ In vnitate fidei.
c ¶ Fideles de gentibus quos ſignificauit Iacob.
dicentium: Non eſt alius præter nos. Congrega omnes tribus
¶ Prædicent aliis.
Iacob, & cognoſcant, quia non eſt deus, niſi tu, vt enarrent ma
a ¶Vſque in finem. b ¶Q dominus, & hæres patris. c ¶Fidei. d ¶Eccleſię.
gnalia tua, & hæreditabis eos, ſicut ab initio. Miſerere plebi
b a ¶Tuendam. b ¶ Fidelis, ſcilicet populi deum contemplantis c ¶ Cohæredem feciſti.
tuæ ſuper quam inuocatū eſt nomen tuū, & Iſraël quem coæ-
a ¶Chriſto, qui eſt primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ.
¶Quaſi tu exurgens domine miſereberis Sion, quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus.
quaſti primogenito tuo. Miſerere ciuitati ſanctificationis tuæ
a ¶Eccleſiam, quæ ſpeculatur gaudium regni cæleſtis.
c Ieruſalem, ciuitati requiei tuæ Reple Sion inenarrabilibus vir-
a ¶Miraculorum virtutum.
tutibus tuis, & gloria tua populum tuum. Da teſtimonium, qa
a Eccleſiæ. Ipſius ſumus factura creati in operibus bonis in Chriſto Ieſu.
b Prophetas aduentum Chriſti deprecantes.
ab initio creaturæ tuæ ſunt, & ſuſcita precationes, quas locuti
Aeternæ vitæ.
d ſunt in nomine tuo prophetæ priores. Da mercedem domine
e a Aduentum filii tui expectantibus. b Qui hæc promiſerunt. Multi enim reges, & prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt. c Adueniat regnum tuum, fiat vo. tua.
ſuſtinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniantur, & exaudi
f orationes ſeruorum tuorum. Secundum benedictionem Aa-
ron ...

D ſoluendam eſſe mer
1 cedem, dimidium
2 vſque obtulit, me-
3 ritoque pro merce-
4 nario angelum in-
5 uenit, &c. Et tu mer
6 cenarius es in hac
7 terra. Da merce-
8 dem mercenario,
9 vt & tu poſſis dice-
10 re Domino cum
11 precaris, *Da merce-*
12 *dem domine ſuſtinenti-*
13 *bus te.*
14 f *Secundum benedi-*
15 *ctionem, &c.* Ordi-
16 nem, ſcilicet, & ri-
17 tum ſacerdotij (quē E
18 dominus dedit po-
19 pulo ſuo) oſtendit,
20 quoniam aduniuit
21 eum Chriſto, qui
22 eſt ſacerdos ma-
23 gnus ſecundum or- Pſal.109.
24 dinem Melchiſe-
25 dech, qui nos fecit
26 vnum regnum, &
27 ſacerdotes deo no-
28 ſtro. Secundum be-
29 nedictionem Aaron
30 datur populo ſuo,
quando dirigitur in
31 viam iuſtitiæ, quod
32 Aaron figurauit in
temporalibus ſacri-
ficijs, hoc impleat in
ſpiritualibus euangelij. F

a Omnem

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Extolle aduer.* ideſt extra vitam iſtam tolle eum. 2 *Feſtina tempus.* ſuæ punitionis, & noſtrę liberationis. 3 *Et memento finis.* qui apud Hebræos dicebat, & adhuc dr̄ apud modernos aduentus Meſſiæ, vnde dicit Ra.Sa. ſuper Zachariā, quòd vniuerſi prophetæ non ſunt locuti, niſi ad dies Meſſię ita q̄ eorum verba ad aduentum Meſſiæ, ſicut ad finem ordinata ſunt. Expectabant enim Iudæi, & adhuc expectant moderni, in aduentu Meſſiæ a ſeruitute gentium liberari. Et ſi author huius libri, qui longo tempore præceſſit aduentum Chriſti idem ſenſit, nō eſt mirabile, quia diſcipuli Chriſti poſt eius reſurrectionem quærebāt ab eo, ſi tunc reſtitueret regnum Iudæorū, vt patet Act. 1. 4 *Vt enar. mira. tua.* liberati ab idololatrarum potentia. (...etarum ...um ſcri- ... Meſſiæ ...atum de ...s.)

5 *In ira flammæ.* gehennalis. 6 *Deuoretur.* in futuro.
7 *Qui ſaluatur.* ideſt, non punitur in præſenti de idololatris.
8 *Et qui peſſi. ple. tuam, &c.* ideſt peſſimè tractant.
9 *Inueniant perditionem, &c.* æternā. 10 *Contere cap. prin. & inimicorum.* i. populorum ſibi ſubditorū. 11 *Dicentium.* ex magna ſuperbia, & infidelitate. 12 *Non eſt alius.* ſcilicet deus. 13 *Præter nos.* Sic. n. dicebat Nabuchodonoſor rex Aſſyriorum, qui præcepit omnes deos terræ exterminari, vt ſolus ipſe deus diceretur, Iudit. 3. & Sennacherib conſimiliter loquebatur 4. Re. 18. Vel aliter: Nonne eſt alius præter nos, ſ. populus alicuius valoris, aut momenti. 14 *Congrega. omnes tribus Iacob.* quæ extunc erant multum diſperſæ per terras, & regna. 15 *Et cognoſcant, quia non eſt deus, niſi tu, &c.* ſ. verus. 16 *Vt enar. magna. tua, &c.* de liberatione ſua. 17 *Et hære. eos.* in Iudæa, ideſt, hæredites. Hebræi. n. non habent modum optatiuum, ſed pro eo vtuntur futuro indicatiui modi. 18 *Sicut ab ini.* quando terram promiſſionis intrauerunt tempore Ioſue. Sciendum, quòd congregatio filiorū Iſrael prophetis promiſſa intelligitur de vniuerſis ad fidem Chriſti conuertendis, ſecundum quod declarat beatus Ioannes in euangelio ſuo c. 11. quòd Chriſtus moriturus erat non ſolum pro gēte, ſcilicet Iudæorum, ſed vt filios dei qui erant diſperſi per mundum ſub diuerſis culturis idolorū congregaret in vnum, i. in vnam eccleſiam, ex Gentilib. congregatam, ſicut dicit Saluator, Ioan. 10. c. *Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus paſtor.* Vtrum autem ſcriptor huius libri hoc prophetice cognouerit, vel non, ignoro, ſaluo tamen meliori iudicio probabilius mihi videtur, q̄ non cognouerit. Tum quia, nec a Iudæis, nec a Græcis, nec a Latinis repo nitur inter prophetas, tum quia Iudæi credētes in Chriſtum poſt eius reſurrectionem, aſcenſionē ad cęlos, & & ſpiritusſancti miſſionē in die Pentecoſtes, mirabantur de hoc, q̄ gratia ſpiritusſancti dabatur Gentilibus, ſicut, & ipſis, vt habetur Act. 10. & 11. Ex quo videtur, q̄ adhuc ignorabāt vnam eccleſiam ex Iudæis, & gentilibus fore congregandā, propter quod magis videtur, ſicut dixi, quòd auctor iſte orabat pro congregatione Iudæorum in Iudæa per reditum ipſorum de terris in quibus erant diſperſi, & in captiuitate detenti. (Corregatio ...lici Iſrael ...ui ſignifi- ...it.) 19 *Miſerere.* Poſtquam orauit pro Iudæis, & Gentilib. generaliter, hic conſequenter orat pro Iudęis ſpāliter dicens. *Miſerere plebi tuæ.* quā elegiſti a cęteris in datione legis. 20 *Super quam inuoca. &c.* Licet enim diceretur deus oīum ſpeciali tamen modo Iudęorum, eo quòd erat naſciturus ex eis ſecundū carnem. Vel aliter: *Super quam.* nam Gētiles idola inuocabant, ad ſuū auxilium. Hebręi vero deum verum. 21 *Iſrael quem coæ. p. t.* vocans eum primogenitum tuum. Exo. 4. 22 *Miſere. ciuita. &c.* quæ dicitur ciuitas ſanctificationis eius, eo quòd ibi vigebat cultus diuinus. 23 *Ciuitati requiei tuæ.* nam ibi erat templū in quo dicebatur deus habitare modo ſpeciali. 24 *Reple. Sion, &c.* quod fuit impletum de Chriſto ibi miracula faciente, vt habetur in euangelio, & ſpiritum ſanctū mittente ſuper apoſtolos alioſque diſcipulos, vt dicit Hieron in epiſtola ad Pauli. 25 *Et glo. t.* reſumatur. *Reple. po. t.* quod fuit impletū in oblatione Chriſti in templo, ſicut prædixerat Aggęus propheta. Veniet deſideratus cunctis gentibus, & replebo domum iſtam gloria. licet enim auctor iſte, & alij Iudęi ignorarent modum implēdi myſterium Chriſti, quantum ad conditiones particulares tñ credebant in quodā generali, quòd multa mirabilia in aduentu Meſſię fierent in Iudęa, & ſic orabat iſte de eorū impletione. 26 *Da te. quia ab ini.* electionis populi Iſrael. 27 *Crea. tuæ ſunt.* ſpāles, filij Iſrael. Quod fuit impletū qñ in humana natura inter eos exiſtens, & de ipſis natus ſ̄m carnē faciebat miracula ſuā deitatē teſtificantia, & quod erat Chriſtus verè promiſſus in lege, & prophetis. Ioan. 5. f. *Opera, quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me.* 28 *Et ſu.* per impletionem. 29 *Preca. quos lo. ſunt, &c.* qui aduentum Chriſti p̄nuntiauerunt, per modum deprecationis. Eſa. 16. a. *Emitte agnum domine dominatorem terræ, &c.* & in multis alijs locijs dicunt prophetę ſimilia. 30 *Da mer. ſu.* ſcilicet expectantibus tuā redemptionem in aduentu Meſſię. 31 *Vt prophe. t. fi. in.* in impletione eorum, quę prędixerunt.
32 *Secundum benedi. Aaron da. po. &c.* q uę benedictio ꝯtinet Nu. 6. d.

a *Omnē eſcam.* Poſtquam prædixit vocationem gentium ad fidem Chriſti, præmonet habere diſtātiam dogmatum, vt ſicut guttur diſcernit dulcē cibum & amarum, ſic veracem doctrinam diſcernamus & fallacem.

b *Species mulier.* Chriſti gratia, quę per prędicationem animas curat, & carnis concupiſcentiam mitigat. Hæc in eccleſia abundat, cuius deſiderium eſt ſuper omnem concupiſcentiā hominis, quia in ea decor virtutū, & pulchritudo doctrinæ.

c *Super omnē.* Nulla concupiſcentia hominis huic deſiderio poteſt cōparari, quia Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo, mulier timēs deum ipſa laudabitur.

d *Non eſt vir.* Chriſtus, qui excedit humanam naturam. vnde: *Speciosus forma præ filijs hominū.* Hic enim peccatum non fecit, nec eſt inuentus dolus in ore eius.

e *Adiutorium.* Adiutorium eccleſiæ eſt ſecundum diſpenſationem Chriſti. vnde. *Iuſtum adiutorium meum a domino, &c.* Ipſe eſt infirmitatis eius columna, & laboris requies.

A — B — C — †Sic. — Pro 31. — † Qui vel Quis. — Pſal. 44. a. — Eſa. 53. — Pſal. 7. c.

a ¶In ſalutem Chriſtiani populi.

ron da populo tuo, & dirige nos in viam iuſtitiæ, vt ſciant

a ¶Gentes. b ¶Ante ſecula, ſcilicet, & poſt omnia ſecula, qui præteritis temporibus per gratiam Chriſti ſuperordinaſti futura.

omnes, qui habitant terram, quia tu es deus conſpector ſeculorum. Omnem eſcam manducabit venter, & eſt cibus cibo melior. Fauces contingunt cibum, & cor † inſenſatum

a ¶Hæreticorum. b ¶Quia tota die meditatur iniuſtitiam, & lingua eius concinnat dolos. c ¶Catholica eccleſia.

verba mendacia. Cor prauum dabit triſtitiam, & homo peri

a ¶Scuto fidei, & gladio ſpiritus, quod eſt verbum dei. b ¶Sermonem diuinum, qui animum fœcundat.

tus reſiſtet illi. Omnem maſculum excipiet mulier, & eſt fi-

a ¶Sicut illi, qui dicunt, ego Pauli, ego Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Chriſti. b ¶Alias filiæ. c ¶Correctæ fidei, & boni operis. d ¶Delectat, quia confidit in ea cor viri ſui. e ¶Animæ fidelis, vel eccleſiæ.

lia melior filio. Species mulieris exhilarat faciem viri ſui, & ſuper omnem concupiſcentiam hominis ſuperducet deſiderium. † Si eſt lingua curationis, eſt & mitigationis, & miſericordiæ non eſt vir illius ſecundum filios hominum. Qui

a ¶Eccleſiam Chriſti, ſcilicet hæreditatem. vnde poſtula a me, & dabo tibi gen. hære. tuam. b ¶Quia diſtantia eſt in profectu ſcientiæ, & virtutum operatione. Differt enim ſtella a ſtella in claritate.

poſſidet mulierem bonam, inchoat poſſeſſionem, adiutorium ſecundum illum eſt, & columna, vt requies. Vbi non

a ¶Firmamentum. b ¶Laboris.

a ¶Murus fidei, qui ſanctorum prædicatione fundatur. b ¶A dæmonibus. c ¶Virtutum d ¶Quicquid extra eccleſiam fit, perit. ¶Eccleſia, vel ſpiritusſancti medela.

eſt ſepes diripietur poſſeſſio, & vbi non eſt mulier, ingemiſcit egens. †Cui credit, qui non habet nidum? Et deflectens

a ¶Vagus, ſcilicet, & incertus.

vbicunque obſcurauerit, quaſi ſuccinctus latro exiliens de ciuitate in ciuitatem.

f *Vbi non eſt ſepes diripietur poſſeſ.* ✱ Rabanus. Hoc indicat,
1 quod vbi nō eſt mu-
2 rus fidei catholicæ,
3 qui per ſanctorū do-
4 ctorum ora fundatur
5 fruſtra virtutum poſ
6 ſeſſio colligitur, quia
7 ab immundis ſpiriti-
8 bus tota diripietur.
9 *Impoſſibile eſt enim ſine*
10 *fide placere Deo.* Vnde
11 conijci datur, quod
12 totus philoſophorū
13 gentilium labor, qui
14 de ethica diſputaue-
15 rūt, & aliquas virtutū
16 ſpecies imitati ſunt,
17 ſuperuacuus, & om-
18 nino ſibi inutilis eſt,
19 quia quicquid extra
20 ſanctam eccleſiā ſit
21 gemitum perpetuū,
22 non gaudium æter-
23 num parit.
24 g *Vbi non eſt mulier*
25 *ingemiſcit egens, & cæt.*
26 Q. Requiem, & tute-
27 lam nō habet, qui ex
28 tra eccleſiā eſt. Vbi-
29 cunque. n. per dog-
30 mata hæreticorū, vel
philoſophorum deflectens ſemper in errore erit, nec inueniet lumen veritatis.

h *Qui non ha. ni.* Id eſt, eccleſiā, vbi electorum animę filios bonorum operum nutriunt. vnde: *Inuenit ſibi paſſer domum, & turtur nidum, vbi reponat pullos ſuos.*

D — † ſenſati — E — Pſal. 83. a — F

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

Nu. 6. d. vbi dicitur: *Loquere Aaron, & filiis eius, ſic benedicetis filiis Iſrael, & dicetis eis: Benedicat tibi dominus, & cuſtodiat te, oſtendat dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui, conuertat dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem.*

1 *Et dirige nos, &c.* per lucem tuę gratiæ.

2 *Vt ſciant omnes, qui habitant terram, &c.* per effectum gratię tuæ circa nos.

3 *Quia tu es deus.* intuens præſentialiter non ſolum præſentia, ſed etiam præterita, & futura. nam æternitas, quæ menſura eſt diuinæ cognitionis ambit omnia tempora.

4 *Omnem eſcam.* Hic conſequēter circa prædicta infert quædam corollaria. nam ea, quæ prædicta ſunt de bono ſtatu actiuorum, & prælatorum, indigent neceſſario diſcretione, propter quod ponit hic quædam diſcretionis impeditiua, vt caueantur. Secundo quædam ipſius promotiua, vt teneātur eidem: Sed cum viro ſancto. Impeditiua vero ſunt quinque ſcilicet induſtriæ defectus, amor vxoris exceſſiuus, vagus diſcurſus, amicus fictus, & malus conſiliarius. Et ſecundū hoc diuiditur in quinque partes, quæ patebunt proſequendo. Circa primum primo ponitur induſtrię defectus in viro cum dicitur: *Omnem eſcam manducabit venter.* ſcilicet famelicus propter paſſionem famis, non diſtinguens cibum vtilem a nociuo, quamuis ſit ibi diſtinctio. ideo ſubditur. 5 *Et eſt cibus cibo melior.* quaſi dicat, aliquis eſt aſſumendus, & alius reijciēdus.

6 *Fauces.* famelici. 7 *Contingunt cibum.* ipſum aſſumendo, ſed non maſticant ſufficienter, ſed transglutiunt ſine debita maſticatione, & probatione.

8 *Et cor inſenſatum verba mendacia.* ſtatim recipit ſine diſcretione verorum a falſis.

9 *Cor prauum.* quod idem eſt, quod inſenſatum.

10 *Dabit triſtitiam.* ideſt, occaſionem triſtitiæ bonis.

11 *Et homo peritus reſiſtet illi.* per ſuam ſapientiam. Conſequēter oſtendit defectum induſtriæ in muliere, dicens.

12 *Omnem maſculum excipiet mulier.* id eſt, gratanter accipiet in partu, quia ſemper vellet parere maſculum, & tamen aliquando magis expediret ſibi parere fœmellam. ideo ſubditur. *Et eſt filia melior filio.*

13 *Species mulieris exhilarat faciem viri ſui.* Hic ponitur ſecūdum impedimentum, quod eſt amor vxoris exceſſiuus, cū dicitur: *Species mulieris exhilarat faciem viri ſui.* & frequenter lætitia inconuenienti. ideo ſubditur.

14 *Et ſuper omnem concupiſcentiam hominis ſuperdu. &c.* id eſt, attrahit cor viri ad diligendum ipſam ſuper omnia, etiam aliquando ſupra deum.

15 *Si eſt lingua curationis.* ideſt reprehenſionis in viro ornatum exceſſiuum vxoris ad leuem eius modum arguendo.

16 *Et mitigationis.* ſi videat eam turbatam ſtatim ei blādiēdo, ſicut dicitur, 2. Eſdr. 4. d. *Si arriſerit ei ridet, nam ſi indignata fuerit ei, blanditur donec reconcilietur in gratiam.*

17 *Non eſt vir. il. &c.* virilis, & diſcretus, ſed mollis, & infatuatus. 3. Eſdræ. 4. c. *Multi dementes facti ſunt propter ſuas vxores.* Et quia contrarium eſt de bona vxore, ſubditur.

18 *Qui poſſidet.* tanquam dominus.

19 *Mulierem bonam.* ideſt, humilem, & modeſtam.

20 *Inchoat poſſeſſionem.* ideſt, incipit eſſe diues, etiam ſi non haberet amplius.

21 *Adiutorium ſecundum illum, &c.* ideſt, volūtatem viri ad bona procuranda.

22 *Et columna.* ad ſuſtentationem domus cum viro.

23 *Et requies.* Nam pacifica eſt cum viro, & familia.

24 *Vbi non eſt.* patet ad ſenſum.

25 *Et vbi non eſt mulier.* bona.

26 *Ingemiſcit egens.* quia negatur ſibi eleemoſyna. Mulieres enim ſunt communiter viris miſericordiores.

27 *Cui credit.* Hic ponitur tertium diſcretionis impeditiuum, quod eſt diſcurſus vagus, cum dicitur.

*Cui credit, qui non habet nidum?* ideſt, ſtabilem manſionem, quaſi diceret: Non credit, alicui ſapienti, propter quod deficit in diſcretione boni, & mali.

28 *Et deflectens vbicunque obſcurauerit.* id eſt, diuertens vbi latere poterit.

29 *Quaſi ſuccinctus latrones.* Ideſt, paratus ad malefaciendū.

30 *Exiliens de ciuitate in ciuitatem.* id eſt, vagus, & profugus ſuper terram, ſicut Cain Geneſ. 4. & per conſequens maledictus a domino.

Diuiſio.

13 Species

CAP.

## CAPVT XXXVII.

Verus ſcilicet & falſus amicum ſe eſſe profitetur.
a OMnis amicus dicet, & ego amicitiam co 1
pulaui, ſed eſt amicus ſolo noīe amic⁹. 2
a Magnum malum eſt & dolendum, vbi ſperatur fides, inueniri malignitatem: & vbi amicitia ſperatur, reperiri peruerſitatē. 3 4
Nonne[a] triſtitia ineſt vſque ad mortē? 5 6
b Sodalis autē & amicus ad inimicitiam 7 8
c conuertentur. O præſumptio nequiſſi- 9
a De mala ſcilicet voluntate. b Alias: malitiam. 10
c Qui decepti ſunt & ſeipſum. 11
ma, vnde creata[a] es cooperire aridā[b] nequitiā, & doloſitatem[c] 12 13
Falſus. Voluptatis. 14
illius. Sodalis amico coniucundabitur in oblectationibus, & 15 16
in tempore tribulationis aduerſarius erit. Sodalis amico cō- 17
Comeſſationis. 18
d dolet cauſa ventris, & contra hoſtem accipiet ſcutum. Non 19 20
obliuiſcaris amici tui in animo tuo, & non immemor ſis il- 21
Inuidentibus. 22
e lius in operibus tuis. Noli conſiliari cum ſocero tuo, & à ze- 23 24
a Multi ſunt amici, & conſiliarius vnus de mille. 25
f lantibus te abſconde conſilium. Omnis conſiliarius prodit 26 27
a Qui eligit facere quod Deo placet, quod eſt conſilium vnicum à ſpirituſancto infuſum.
conſilium, ſed eſt conſiliarius[a] in ſemetipſo. A conſiliario 28 29
malo ſerua animam tuam: Prius ſcito quæ ſit illius neceſſi- 30 31
a Amico.
tas, & quid ipſe in animo ſuo cogitabit[a], ne[a] forte mittat 32 33
a Id eſt perticam quæ terræ infigitur acuta. Vel palus. 34
ſudem in terram, & dicat tibi: bona eſt † via tua: & ſtet 35 36
g econtrario videre quid tibi eueniat. Cum viro irreligioſo, 37 38
tracta de ſanctitate, & cum iniuſto, de iuſtitia, & cum mu- 39
a Inflatur, vel inuidet, vel diligit. 40
liere, de his quæ æmulatur[a], cum timido, de bello, cum 41 42
a Id eſt mercium tranſportatione. 43
negotiatore, de traiectione, cum emptore, de venditione, 44
a Id eſt inuido.
cum viro liuido, de gratijs agendis, cum impio, de pieta-
te, cum inhoneſto, de honeſtate, cum operario agrario,

† vita.

☞ CAP. XXXVII.

A a OMnis amicus. Superius diligentius expreſſit verum amicum & falſum, di. Et non permanebit in die tribulationis. (Supra 6. a.)

b *Sodalis autem.* Verus amicus toto animo diligit, & opere proficit. vnde: *Non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate.* (Ioan. 3. d.)

c *O præſumptio.* Deteſtatur hypocriſim, cum malus ſe bonum eſſe ſimulat: cooperiendo aridam malitiam, in qua ſcilicet B nō eſt pinguedo charitatis vel miſericordiæ.

d *Cauſa ven.* Pro gula, non pro amicitia. Poſſunt in falſis amicis, hęretici intelligi, qui omnia recte faciūt, quaſi animarum conſultores, cum ſint proditores. vnde: *Attendite à falſis prophetis qui, &c.* (Matth 7. c.)

e *Cum ſocero.* Socer qui à parte fœminea eſt cognatus, muliebrem & mutabilem oſtendit animū, ſimiliter & zelus qui præcipuè eſt animarum.

C f *Omnis conſi.* Adhuc docet D cautelam omnem habendam in ſuſcipiendis amicis & conſiliarijs. Multi enim ſe amicos & conſiliarios fingunt, & inſidias tendunt. vnde Ieremias: *Vnuſquiſque ſe à proximo ſuo cuſtodiat.* (Iere. 9. b.)

g *Cum viro irreligioſo.* ✠ Rabbanus. Hic diuerſas ſpecies enumerauit conſiliantium, in quibus tamen plures perſonas notauit quæ à veritate diſcordant voluntate: & ideo non ſunt vtiles in conſilium actione. E Vnde etiā iuxta principium huius capituli præcepit ſapientia, cum talibus non conſiliandum, & in fine ſimiliter monet, his non attendendum in omni conſilio, quia quorum non conueniunt corda & actus, ſine dubio periclitatur conſilium. Quapropter is qui rite conſilium cum quolibet vult agere, conſiliarij ſui primum perpēdere debet prudentiam, fidem, voluntatem, & religioſitatem: & ſic eius vti cōſilio, de quo & ſequitur, &c.

F ☞ *Non*

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. XXXVII.

OMnis amicus. Hic ponitur quartum impedimentum proueniens ex amicitiæ fictione, ex qua frequenter homines etiam diſcreti in factis ſuis impediuntur. Dicit igitur.

1 *Omnis amicus dicet.* tam verus quàm fictus.

2 *Et ego ami.* i. firmiter ſtatui. Hi magis dicuntur ficti quam veri: qui diligunt facto, ficti vero verbo, ideo ſubditur.

3 *Sed eſt amicus ſolo no.* & non re.

4 *Nonne triſtitia ineſt.* ex tali amicitia, quaſi di. ſic: quia nulla peſtis efficacior ad nocendum, quàm familiaris inimicus.

5 *Sodalis.* id eſt ſocius menſæ. Et dicitur à ſede quaſi ſedalis: quia ſedet cum alio in menſa.

6 *Et amicus* fictus.

7 *Ad ini. conuer.* Frequenter. n. contingit, q; ſimul ſedentes in menſa antequam recedant abinuicem, rixant & pugnāt.

8 *O præſumptio nequi.* q. d. à nullo, nam omnis creatura bona eſt à Deo. Peccatum autem eſt boni defectus: nec habet cauſam per ſe poſitiuam, Dion. 4. cap. de diui. no. Nullus intendens ad malum operatur.

9 *Cooperire.* amicitiæ ſimulatione.

10 *Aridam ma.* id eſt ſine humore.

11 *Sodalis amico.* id eſt proſperitatis tempore.

12 *Et in tem.* deficiente proſperitate propter quod fingebat ſe amare.

13 *Sodalis ami.* i. ſimulat ſe condolere in eius infirmitate.

14 *Cauſa ven.* id eſt comeſſionis.

15 *Et contra ho.* amici.

16 *Accipiet ſcu.* quaſi eum defenſurus, id eſt ſi hoc aliquando faciat, hoc facit ex gula, & non ex vera amicitia: & contrarium inducit de vero amico, dicens.

17 *Non ob. ami.* veri.

18 *In animo tuo.* ita quòd non diligas eum tantum ore: ſed etiam corde & opere, propter quod ſubditur.

19 *Et non im.* ſed diligas eum in effectu.

20 *Noli conſiliari.* Hic ponitur quintum impedimentum diſcretionis, quod eſt malum conſilium, & primo agit de conſilio malo per fraudulentiam. ſecundo per ignorantiam vel cauſam aliam, ibi: *Cum viro.* Circa primum dicitur. *Noli conſi.* ſ. de his quæ pertinent ad reſtrictionē vxoris tuæ, quia ſemper ſtabit pro filia ſua diuertens à veritate ex carnali affectione.

21 *Et à zelan.* id eſt inuidentibus tibi.

22 *Abſconde.* nā illud reuelarent ex inuidia vel impedirēt.

23 *Omnis con.* infidelis.

24 *Prodit con.* id eſt proponit ſub ſpecie boni illius qui quęrit conſilium.

25 *Sed eſt con.* i. intendens propriam vtilitatem, & non illius cui dat conſilium, & hoc frequenter contingit in conſiliarijs principum, & pręlatorum. ideo ſubditur.

26 *A conſiliario.* ſcilicet infideli.

27 *Serua ani.* id eſt caueas tibi.

28 *Prius ſci.* per diligentem inquiſitionem.

29 *Quæ ſit il.* nam ſi ad illam dirigit ſuum conſilium, ſignū eſt, quòd non conſulit pro te ſed pro ſe. ideo ſubditur.

30 *Et quid ipſe.* ſcilicet de ſubueniendo ſuæ neceſſitati, & non tibi, ideo ſubditur.

31 *Ne forte mittat ſu.* conſulens tibi aliquid periculoſum.

32 *Et dicat tibi.* incitans te ad proſequendum ſuum conſilium in opere. 33 *Et ſtete. con.* corde.

34 *Videre quid.* vt per hoc habeat intentum, ſi poſſit.

35 *Cum viro irre.* Hic conſequenter agitur de conſilio malo per ingnorantiam, & aliquas alias cauſas di. *Cum viro.* Ironice loquitur, & eſt ſenſus per contrarium. q. d. male conſulet tibi.

36 *Et cum iniu.* Similis eſt locutio, vt patebit in fine huius partis. 37 *Et cum mu.* id eſt odit. q. d. male conſulet.

38 *Cum timido de bel.* qui nunquam vellet bellum videre.

39 *Cum negotiato.* id eſt de mercium tranſportatione ad forum qui vellet quod nullus ibi haberet merces niſi ipſe, vt ſuas carius venderet.

40 *Cum emp.* id eſt de pretio rei vendēdæ, qui ſemper quantum poteſt minuit pretium iuſtum.

41 *Cum viro liuido.* id eſt inuido.

42 *De gratijs agendis.* id eſt de dando alijs gratis, qui ſemper hoc impedit. Et ſimiliter quod ſequitur.

43 *Cum impio de pie.* vſque ibi.

44 *Cum operario.* qui nihil ſcit niſi de opere rurali.

De

A a *Non atten.* Diuerſas ſpecies conſiliantium enumerauit, in quibus plures perſonas notauit, quæ à veritate diſcordant, Vnde præcepit cum talibus non eſſe conſiliandum, quorum conſilium periclitatur. Præuidenda eſt ergo conſiliarij prudentia, fides, voluntas, & religio.

b *Animæ ſancti viri.* Conſiliariorum diuerſitate oſtenſa, adiungit, quantum humanæ ſapientiæ ſanctorum excellat ſcientia à ſpirituſancto infuſa.

B c *Vir peri.* Quia de lingua prædixerat: de bonis maliſque doctoribus continuat.

d *Qui ſophiſtice loquitur, odibilis eſt, &c.*

Aug.l. 2. de doct. Chriſt. cap. 31.

✻ Auguſtinus. Genus captioſarum concluſionum, ſcriptura, quantum exiſtimo, deteſtatur illo loco, vbi dictum eſt. *Qui ſophiſtice loquitur, odibilis eſt.* Quanquam etiam ſermo non captioſus, ſed tamen abundantius quā grauitatem decet, verborū ornamenta conſectans, ſophiſticus dicatur. Sunt etiā veræ connexiones ratiocinationis falſas habentes ſententias, quę conſequuntur errorem

de omni opere: cum operario annuali, de conſummatione
a anni: cum ſeruo pigro, de multa operatione. Non attendas
a Cum ſancto ſanctus eris, &c.
his in omni conſilio. Sed cum viro ſancto aſſiduus eſto:
Filia'em
quemcunque cognoueris obſeruantem timorem Dei, cuius
a Relinquens timorem Dei.
anima eſt ſecundum animam tuam. Quicunque titubauerit
a Quia infidelis. Ante omnia.
in tenebris, non condolebit tibi. Et cor boni conſilij ſtatue
Vel alius fidelior.
b tecum. Non eſt enim tibi aliud plus illo. Anima ſancti viri
a Philoſophi artium liberalium ſcientia præditi.
enuntiat aliquando vera, quàm ſeptem circunſpectores ſe-
a Tanquam magiſtri. b Tanquam ſpeculatores ſubditorum
dentes in excelſo ad ſpeculandum. Et in his omnibus depre-
care altiſſimum, vt dirigat in veritate viam tuā. Ante omnia
a Cogitatio, ſcilicet ſecundum quam locutio exterior & actio diſponitur. Ex abundantia enim cordis os loquitur.
opera verbum verax præcedat te, & ante omnem actū con-
a Omnia fac cum conſilio. b Conſilium malum. c Pertractando mala. Conſcientiam. d Verba cordis.
ſilium ſtabile. Verbum nequā immutabit cor, ex quo partes
a Conſilium & remuneratio. b Aeterna. c Stipendium peccati mors.
quatuor oriuntur, bonum & malum, vita & mors, & domi-
a Quia per linguam ſecreta cordis panduntur, mors enim & vita in manibus linguæ. b In ſcriptura ſancta.
c natrix illorū eſt aſſidua lingua. Vir peritus multos erudiuit,
a Quia inde mercedem accipiet æternam. b Verſutam locutionem & hæreticam nequitiam. Ad oſtenſionem, & deceptionem: Sed ſpirituſſanctus diſciplinæ effugiet fictum.
d & animæ ſuæ ſuauis eſt. Qui ſophiſtice loquitur, odibilis eſt
a Diſputandi, loquendi.
in omni re defraudabitur. Nō eſt enim illi data à dño gratia,
a Dei. Quia fraudulentus. b In Deo. c Remunerandæ.
oī enim ſapiētia defraudatus eſt. Eſt ſapiēs animę ſuę ſapiēs,
a Eccleſiaſticus: Doctor. b Sibi commiſſam. c Verbo & exemplo.
& fructus ſenſus illius laudabilis. Vir ſapiēs plebē ſuā erudit,

D no & docto homine: vt in ijs erubeſcens ille, cuius errorem conſequuntur, eundem relinquat errorem: quia ſi in eodem manere voluerit, neceſſe eſt vt etiam illa quæ damnat, tenere cogatur. Non enim vera inferebat Apoſtolus, cum diceret, Neque Chriſtus reſurrexit & illa alia. *Inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides veſtra*, & deinceps alia quæ omnino falſa ſunt, quia & Chriſtus reſurrexit, & non erat inanis prædicatio eorum qui hoc annuntiabant, nec fides eorum qui hoc crediderant: ſed iſta falſa veriſſime connectebantur illi ſententiæ, qua dicebatur non eſſe reſurrectionem mortuorū. Iſtis autem falſis repudiatis, quoniam vera erant, ſi mortui non reſurgunt, conſequens erit reſurrectio mortuorum. Cum ergo ſint veræ connexiones, non ſolum verarum ſed etiam falſarū

1.Cor. 15. cap. 16.

E

C illius cum quo agitur. Quæ tamen ad hoc inferuntur à bono

ſententiarum, facile eſt veritatem connexionum etiam in ſcholis illis diſcere, quæ præter Eccleſiam ſunt. Sententiarum autem veritas in ſanctis libris eccleſiaſticis inueſtiganda eſt.

F *Vita*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *De omni opere.* vt de militiæ ſtudio, & huiuſmodi.
2 *Cum operario annuali.* id eſt conducto ad annum.
3 *De conſummatione.* id eſt de opere conſummando infra annum, qui dicit infra duos annos hoc non poſſe fieri, quod tamen in medietate anni poſſet fieri.
4 *Cum ſeruo pigro.* ad operandum.
5 *De multa ope.* quam ſemper refugit, & ſic male conſulit, ideo de omnibus prædictis concluditur. *Non atten. &c.*
6 *Sed cum viro ſan.* Remotis impedimentis diſcretionis, hic conſequenter ponuntur eius promotiua. Et ponuntur hic quatuor, ſcilicet conſilij ſanitas, verbi veritas, ſapientiæ claritas, & repreſſa ſenſualitas. Inter quæ primo ponitur conſilij ſanitas, vt fiat quædam continuatio ad immediate prædicta, cum dicitur. *Sed cum viro ſan.* id eſt in bonitate ſtabili & firma.
7 *Aſſiduus eſto.* cum eo morando, & de tuis ſecretis tractando.
8 *Quemcunque cognoueris.* Per opera,
9 *Obſer. timorem Dei.* ne tranſgrediatur eius mandata.
10 *Cuius anima eſt ſecundum.* id eſt qui diligit te ſicut ſeipſum & econtrario, de talibus enim dicitur, quod ſunt vnum cor & vna anima.
11 *Quicunque titu.* ignorantiæ & culpæ.
12 *Non condo.* veraciter ex corde, nec tibi per conſequens bene conſulet in tua neceſſitate.
13 *Et cor boni.* id eſt voluntatem ipſum ſequendi.
14 *Statue tecum.* firmiter.
15 *Non eſt enim tibi aliud plus il.* id eſt melius. Et quis poſſit tale conſilium dare, ſubditur.
16 *Anima viri ſan. enun.* Eſt enim in Deum eleuata, & per conſequens ab eo illuminata ad enuntiandum veritatem, veruntamen quia Deus eſt principalis autor directionis humanæ, ſubditur. *Et in his omnibus deprecare altiſſimum.*
17 *Ante omnia opera.* Hic ponitur ſecundum diſcretionis promotiuum, quod eſt verbi veritas cum dicitur: *Ante omnia opera.* in promiſſis & reſponſis.
18 *Et ante omnem actum conſilium.* ſcilicet ſapientium, & ſacræ ſcripturæ.
19 *Verbum ne.* quod eſt verbum mendax.
20 *Immu. cor.* de bono ad malum.
21 *Ex quo.* ſcilicet corde.
22 *Partes qua.* ſicut riuuli à fonte.
23 *Bonum & malum.* de genere.
24 *Vita.* gratiæ.
25 *Et mors.* culpæ. Vita tamen gratiæ non procedit ab eo, niſi diſpoſitiue, ſed à Deo eſt effectiue. Mors vero culpę ecōtrario ſic procedit à corde, humano, quod nullo modo eſt effectiue à Deo, vt dictum eſt ſupra 10. capit.
26 *Et dominatrix il.* id eſt aſſiduitas bonę monitionis, quę reprimit malum ex genere, & amouet mortem culpæ, promouet autem bonum de genere, & vitam gratiæ, ideo ſubditur.
27 *Vir perit.* in ſacra ſcriptura.
28 *Multos eru.* ad bonum.
29 *Et animæ ſuæ.* per augmentum meriti.
30 *Qui ſophiſtice lo.* Id eſt deceptorie.
31 *Odibilis eſt.* Deo & hominibus.
32 *In omni re.* quia ſibi plus nocet, quam aliis hominibus.
33 *Non eſt enim illi.* veraciter & vtiliter loquendi.
34 *Omni enim ſa.* vera.
35 *Defraudatus eſt.* licet aliquando ab inſipientibus ſapiēs videatur.
36 *Eſt ſapiens.* Hic ponit tertium diſcretionis promotiuū, quod eſt ſapientiæ claritas, cum dicitur. *Eſt ſapiens.* id eſt ille vere ſapiens eſt, qui primo cogitat de ſalute animæ ſuæ, quia charitas eſt ordinata.
37 *Et fructus ſenſus illius.* id eſt ſapientiæ ſuæ.
38 *Laudabilis.* coram Deo & angelis. Et quia bonum eſt ſui ipſius diffuſiuum, ſubditur.
39 *Vir ſapiens ple.* de ſalute animæ ſuæ.

*Et*

a *Vita viri.* Pręſens vita hominum in incerto non eſt apud
A eum. vnde: *Breues dies hominis ſunt, numerus menſium apud te eſt.*
b. 14. a. b *Noli auidus.* Iuxta hiſtoriam, parcimoniam laudat, crapulam vituperat, quæ ad infirmitatem perducit deuorantem.
audabiles. yſtice. Myſtice vero admonet vt in temporalib⁹ ſimus temperantes. vnde: *Mel inuenisti, comede quod ſufficit tibi, &c.* Et alibi: *Non plus ſapere, quam oportet.*
bu 25. c. m. 12. a.
c *In multis enim eſcis erit infirmitas.*
abr. de ar- e interdi- cap. 2. imo. 4. ✠ Ambroſius. Cibi quos nobis dominus largitus eſt ad vtendum, non ſunt mali ſed boni: & tamen ſi amplius quàm conuenit ſumantur, pernicioſi ſunt. Ideo ſcriptum eſt, in multis
B eſcis erit infirmitas. Nũquid ideo maledicenda eſt Dei creatura, quia aliquibus nocet? Nequaquam, ſed ſicut docet Apoſtolus, *Omnis creatura Dei bona eſt.* Vertitur autem in perniciem bona Dei creatura ex praua vtentis mẽſura. Vnde quod eſt ſui natura bonum, fit vſu malum. Scimus aliquos nimio vino & cibo præfocatos, & morte præuentos, nunquid in vino aut cibis fuit mors? Abſit, ſed intemperãtia ciborum fecit eos in mortem cadere, quia dictum eſt, *Exultatio cordis, & lætitia animæ vinũ epotum in tempore ſufficiens:* & econtra, *Amaritudo animæ vinum potatum multum in irritatione, & ruina.*
D 1. Timo. 4. † 1. Cor. 6. e. & 10. f. E

a Scriptura & prædicatio.
& fructus ſenſus illius † fideles ſunt. Vir ſapiens implebitur 1
a Cæleſtis mercedis. b Angeli vel animæ ſanctorum. c Remuneratum. Cui dicetur. Euge ſerue bone, &c. d Cæleſtis mercedis. 2
a benedictionibus, & videntes illum laudabunt. Vita viri in 3
a Sanctorum. b Quia ſine fine cum domino regnabunt. c Prædicator. 4
numero dierum, dies autem Iſrael innumerabiles ſunt. Sa- 5
a Subiecto. b Aeternam ſcilicet remunerationem accipiet. 6
piens in populo hæreditabit honorem, & nomen illius erit 7
a Proba voluntatem animæ tuæ. Omnia autem probate, quod bonum eſt tenete. 8
viuens in æternum. Fili in vita tua tenta animam tuam, & ſi 9
fuerit nequam, non des illi poteſtatem. † Non enim omnia 10 11
a Caute ſcilicet ſerua, ne vitijs diffluat. b Voluntatis ſcilicet vel actionis vtile eſt.
omnibus expediunt, & non omni animæ omne genus pla- 12
b cet. Noli auidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas 13 14
c ſuper omnem eſcam. In multis enim eſcis erit infirmitas, & 15 16
a Ad fellis effuſionem.
auiditas appropinquabit vſque ad choleram. Propter crapu- 17
lam multi obierunt, qui autem abſtinens eſt, adijciet vitam. 18

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et fructus ſenſus illius.* id eſt doctrinæ eius.
2 *Fideles ſunt.* id eſt digni fide. Tum quia à veritate prima procedunt: tum quia ad ipſam finaliter dirigunt.
3 *Vir ſapiens imple.* Dei & hominum, nã Deus multiplicat illi dona ſua, & homines imprecãtur ſibi bona. iõ ſubditur.
4 *Et viden. il. lau.* Et quoniam hæc laus non eſt horaria ſed diuturna, ideo ſubditur.
5 *Vita viri.* id eſt breuis eſt, quia dies eius poſſunt numerari faciliter. 6 *Dies autem Iſrael.* id eſt populi Iſrael.
7 *Innumerabiles ſunt.* i. diuturni, licet. n. perſonæ ſingulares moriantur, & naſcantur ſibi ſuccedentes, remanet tñ vnitas populi, ſicut in fluuio aquæ ſunt in cõtinuo fluxu: remanet tñ identitas fluuij, laus vero ſapientis non ſolum durat ſuo tempore, ſed tranſit ad poſteros: propter quod eſt diuturna, & maxime in populo ſuo, qui magis nouit eius opera, ideo ſubditur. 8 *Sapiens in populo.* & patet. 9 *Fili in vita tua.* Hic ponitur quartum diſcretionis promotiuum, quod eſt repreſſa ſenſualitas. vnde dicit Philoſophus. 7. Phyſicor. Sedendo & quieſcendo fit anima ſciens & prudens: quia ſedatis & quietatis paſſionibus fit clare videns. Sic ergo dicit. *Fili in vita tua ten.* i. diligenter conſidera eius pronitatem ex appetitu ſenſitiuo procedentem. 10 *Et ſi fuerit nequam.* i. inclinans ad malum. 11 *Non des il. po.* laxando ſibi habenas, ſed magis eam reprime per orationem. 12 *Non enim om.* etiam ſi eſſent licita de ſe: nam magis proni ad malum, indigent maiori reſtrictione, etiam ab aliquibus licitis, ne ad illicita procedant ex illis. 13 *Et non om. ani.* delectationis.
14 *Placet.* ſed ſecundũ diuerſitatem pronitatis. Prono ad auaritiam placet conſeruatio pecuniæ, prono ad prodigalitatem, placet eius effuſio, & ſic de alijs. Et quoniam multi valde ſunt proni ad concupiſcentiam cibi, quo quotidie indigemus, ſubditur: *Noli aui.* & patet. Et ratio ſubditur. *In mul. enim.* etiam ſanis.
15 *Erit infir.* ratione ſuperfluitatis.
16 *Et aui. appro.* ipſam cauſando.
17 *Propter cra.* quia ſuffocat naturæ virtutem.
18 *Qui au.* i. plongabit, nã abſtinẽtia eſt ſumma medicina.

CAP. XXXVIII.
C a *Honora medicum.* Diſcretos vult nos eſſe in omnibus, quia opera Dei bona ſunt valde. vnde non debemus ea ſpernere, quæ conſtat creatorem ad vtilitatem noſtram feciſſe. Sunt corporales medici, ſunt & ſpirituales. Corporales medici corpora, ſpirituales curant aĩas. Vtrique ergo honorandi, ſed ſpirituales pręferẽdi.
b *Nonne à li.* Antiquam tãgit hiſtoriã, quia in deſerto Sur inuenerunt filij Iſrael aquam amaram, ſed Deus oſtendit Moyſi lignum quod immiſſum aquam indulcauit, vbi iuxta hiſtoriã demonſtratur ligni medicina indulcari aquas. Myſtice autẽ aqua amara ſignificat legem, cui ſi confeſſio crucis & ſacramentũ iungatur, potabilis efficitur.
Exod. 15. d. F † in illis. † Exod. 15. d.

# CAPVT XXXVIII.

a Honora medicum propter neceſſitatem: 1
etenim creauit illum altiſſimus. A Deo 2 3
eſt enim omnis medela, & à rege acci- 4 5
a Corporalis vel ſpiritualis. b In mundo vel in cœlo.
piet donationẽ. Diſciplina medici exal- 6
tabit caput illius, & in conſpectu ma-
a Angelorum vel ſanctorum. b A domino.
gnatorũ collaudabitur. Altiſſimus de 7
a Ad ſalutem hominum.
terra creauit medicinã, & vir prudens non abhorrebit † illã.
Suauis facta eſt.
b † Nonne à ligno indulcata eſt aqua amara? Ad agnitionem 8 9
Peruenit.
hominum virtus illorum. Et dedit hominibus ſcientiam 10 11

In

## NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXXVIII.

*Honora medi.* Poſtquam actum eſt de prælatorum officiõ, hic conſequenter agitur de honore eis exhibẽdo, quia medici ſunt inter populum & Deum. Et quoniam ex ſenſibilibus & magis notis procedẽdum eſt ad ſpiritualia quæ ſunt minus nota, & prælatus eſt ſpiritualis medicus, ideo primo agitur de honore medici corporalis, ſecũdo ſpiritualis, ibi: *Fili in tua infirmitate.* Circa primum dicitur. 1 *Honora me.* corporalem. 2 *Propter ne.* corporis tui. 3 *Et enim.* non ſolum inquantum eſt homo, ſed etiam inquantũ medicus, nam Deus eſt autor principalis artis medicinę, ideo ſubdit.
4 *A Deo.* hic tamen non accipitur creatio proprie quæ eſt de nihilo, ſed large, ſicut rex dicitur creari, quando promouetur ad dignitatem regni. 5 *Et à re. ac. do.* nam potentes huius ſeculi communiter ſunt magis ſoliciti de ſanitate corporali, quam ſpirituali, ideo ſubditur.
6 *Diſci. me.* id eſt eius ars: *Exal. caput illius.*
7 *Altiſſi.* quia de terræ naſcentibus, ſcilicet herbis & radicibus & huiuſmodi conficiuntur medicinæ. Et ad hoc inducit exemplum, di.
8 *Nonne à li.* id eſt per lignum.
9 *Indulcata eſt aqua amara.* q. d. ſic, vt patet Exod. 15. vbi dicitur, quod dominus oſtendit lignum Moyſi, quod cum miſiſſet in aquas amaras in dulcedinem verſæ ſunt.
10 *Ad agni.* peruenit per experiẽtiam. Ex hoc enim, quod talis herba ſanauit Socratem & Platonem, & plures alios, accipitur vna propoſitio vniuerſalis, quæ eſt principium artis & ſcientiæ, vt dicitur. 1. Metaphy.
11 *Et dedit ho. ſcien.* nam aliquando reuelat virtutes herbarum, & radicum ſine tali experientia, ſicut factum fuit Salomon. 3. Regum. 4. d. Et diſputauit ſuper lignis à cedro quæ in Libano eſt, vſque ad hyſſopum quæ egreditur de pariete.

Hono-

A a *In his curans.* contra diuerſas infirmitates, diuerſa opponunt medici, cibos ſcilicet & potus, emplaſtra, & vnguenta: vt morbis conueniant medicamenta. Similiter faciunt medici ſpirituales.

Pſal. 34. c.

b *Fili in tua infirmitate.* Raban iubet primum ne in infirmitate deſperemus noſmetipſos, quia deſperatio affligit animã, & mortem illi parit certiſſimam: ſed magis oremus Deum, & ipſi curam commendemus ſalutis noſtræ, qui ſaluator eſt omnium hominum, maxime autem fidelium, de quo Iacob' apoſtolus nos inſtruit, dicens: *Infirmatur aliquis in vobis? inducat presbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eũ,*

B *vngentes eum oleo in nomine domini, & oratio infirmi ſaluabit infirmũ, alleuabit eum dominus, & ſi in peccatis ſit dimittentur ei.* Sed hoc tunc digne fit, ſi auertimus oculos mentis noſtræ ab omni malo, & dirigimus manus noſtras in bona operatione, & mundamus cogitationes cordis noſtri ab omni dolo & nequitia, ſic enim meremur exaudiri a domino, & miſericordiam eius adipiſci: additur præterea ſalutaris ſacrificij oblatio, quę maxime adiuuat

† ſupr. 22. b. † dura † iuſtitiam.

C

D iuuat infirmitatem animarum noſtrarum, ſi ex pura mente offeratur, ſicut ſequens ſententia probat. *Da ſuauitatem, &c.*

c *Auerte.* Simile eſt illud: Declina à malo, & fac bonum.

d *Et ab omni.* & non tantum corpus, ſed vt ſis innocens manibus, & mundo corde.

e *Da ſuauitatem.* Panis & vini ſacrificium in memoriam dominicę paſſionis oblatũ, præcipue curat vulnera animarum, nec ſolum viuis, ſed & mortuis valde neceſſariũ eſt. *Da ſuauitatem.* Aegritudinis & moleſtię, quæ diſpoſitione Dei immittitur ad probationem, vel emendationem iuſtorum,

E vel ad damnationem reproborum, qui ſcilicet delinquit in conſpectum eius, qui fecit eũ, incidet in manus medici. Iuſtum eſt enim vt qui mandata Dei contemnit, caſtigatus humilietur, & opem quæret quam negligebat. Spirituales quoque medici tempus quærunt medicandi, & inſtanter dominum deprecantur, vt dirigat opera eorum, & refrigerium præſtet infirmantibus.

f *Fili.* qui de infirmitatibus, & medicorũ curationibus diſputauit, de mortuorum

F exequijs adiungit.

☞ *Memen-*

Se. a Quæ creauit.

a altiſſimus, honorari in mirabilibus ſuis. In his curans miti- 1 2

a Hominum.

gabit dolorem, & vnguentarius faciet pigmenta ſuauitatis, 3

a Vſque ad [illegible] mortæ [illegible] induet immortalitatem. 4

& vnctiones conficiet ſanitatis, & non conſummabuntur 5

a Medicamenta. b Veri medici. c Quando ſcilicet abſorbetur mors in victoria. 6

d Quaſi aſſidue ora pro peccatis tuis.

b opera eius: pax enim Dei ſuper faciem terræ. Fili in tua in 7 8

a Quia in [illegible] b Noli deſperare.

firmitate non deſpicias teipſum, ſed ora dominum, & ipſe 9

a Ab infirmitate peccati b Mentem. c Ad bona opera 10

c curabit te. Auerte à delicto & dirige manus & ab omni de- 11

d e licto munda cor tuum. Da ſuauitatem & memoriam ſimi- 12

a Id eſt ſim. la. b Deuotione charitatis c Obediendo. d Doctori tuo.

laginis, & impingua oblationẽ, & da locum medico. Etenim 13 14

a In vſus tuos. b Offenſus inobedientia.

illum dominus creauit, & non diſcedat à te: quia opera eius 15 16

Tibi.

ſunt neceſſaria. Eſt enim tempus quando in manibus illo- 17

rum incurras, ipſi vero dominum deprecabuntur, vt dirigat 18 19

requiem eorum, & ſanitatem propter conuerſationem illo- 20

rum. Qui delinquit in conſpectu eius qui fecit illum, inci- 21 22

f det in manus medici. † Fili in mortuum produc lachrymas, 23 24

& quaſi † dira paſſus incipe plorare, & ſecundum iudicium 25 26

Sepultura.

contege corpus illius, & non deſpicias ſepulturam illius. 27 28

a Scilicet ſeparationem [illegible] b Modicum plorans deſeribit. c Paruo tempore 29

ne nimia triſtitia auferat meritum. 30

Propter delaturam autem amare fer luctum illius vno die, & 31

conſolare propter † triſtitiam. Et fac luctum ſecundum 32 33

meritum eius vno die vel duobus propter detractionem. 34 35

a Animæ deſperantis. b Obſerat c Bonæ actionis.

A triſtitia enim feſtinat mors, & cooperit virtutem, & 36 37

a Emollit. b Fortitudinem. c Relaxatione ſcilicet conſulationis. 38

triſtitia cordis flectit ceruicem. In abductione perma- 39

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Honora. in mi.* id eſt, vt honoretur ab hominibus propter virtutes mirabiles, quas dedit creaturis.
2 *In his curans.* medicus.
3 *Mitiga. dolo.* infirmi.
4 *Et vnguen.* id eſt, apothecarius.
5 *Faciet.* ex terræ naſcentibus.
6 *Pigmenta ſuaui.* in talibus ſpecies aromaticæ frequenter ponuntur.
7 *Et vn. con.* i. ad conferendum & conſeruandum ſanitatẽ.
8 *Et non con. op.* i. non habebunt intentum effectum per ipſum medicum vel apothecarium: nam ad hoc requiritur actio Dei, qui eſt medicus principalis. ideo ſequitur.
9 *Pax enim Dei ſu.* id eſt requies a dolore infirmitatis, eſt à Deo in hominibus, qui habitant ſuper terram.

Diuiſio.

10 *Fili in tua.* Hic conſequenter agitur de honore impendendo medico ſpirituali. Et diuiditur in tres partes ſecundũ tres cauſas ipſum honorãdi. ſecunda ponitur ibi: *Sapientiam ſcribe.* tertia ibi: *Qui tenet aratrum.* Prima in duas, ſ. in partem principalem & incidentalem, quę incipit ibi: *Fili in mor.* Prima cauſa honorandi medicum ſpiritualem, eſt ſanitas aiæ, quę melior eſt corporis ſanitate, & per conſequens prelatus magis honorandus eſt quã medicus corporalis. ideo ſequit'.
11 *Ne deſp.* negligendo quærere remedium, ſicut negligunt aliqui.
12 *Sed ora domi.* deuote.
13 *Et ipſe cura.* vnguento ſuæ gratiæ.
14 *Auerte à delicto.* cor tuum.
15 *Et dirige ma.* id eſt opera tua ad Deum.
16 *Et ab omni de.* per veram & puram contritionem.
17 *Da ſua.* id eſt ſac oblationem Deo de ſpeciebus aromaticis, quibus conficiebatur thymiama ſuauis odoris.
18 *Et memo.* id eſt oblationem farinę tritici delicatiſſimę.
19 *Et impin.* offerendo oleum de lignis oliuarum puriſſimum ad continuandas lucernas.
20 *Et da lo.* honorando ſacerdotem pro te orantem. vnde in Leuit. vbi agitur de oblationibus varijs pro peccato, ſemper additur in fine. *Et orabit pro eo ſacerdos, & dimittetur ei.*
21 *Etenim il.* id eſt ad officium ſacerdotij promouit.
22 *Et non di.* id eſt à corde tuo, quia ſemper debes eum diligere & venerari.
23 *Quia opera eius ſunt.* ſcilicet offerre ſacrificia, & orare pro peccatis populi.
24 *Eſt enim tem.* quia ſine peccatis nõ tranſitur pręſens vita.
25 *Ipſi ve. do.* Ex hoc apparet, quod non loquitur hic de medicis corporis, qui non curant infirmos per orationes, ſed de ſacerdotibus.
26 *Vt diri. re.* non requiem corporis, ſed requiem cordis ipſorum, quia gaudent de curatione peccatorum.
27 *Et ſani.* ſcilicet animæ tuæ.
28 *Propter con.* id eſt propter bonam vitam ipſorum, propter quam orationes eorum exaudiuntur.
29 *Qui delin.* incidet in manus medici, ſcilicet ſpiritualis, ad quem pertinet cura delicti.
30 *Fili in mor.* Hęc eſt pars incidentalis: in qua primo ex hoc quod induxit ad honorem pręlati propter eius excellentem ſtatum, hoc occaſionaliter, & quaſi per oppoſitum inducit ad fletum mortui propter vitę pręſentis defectum. Et ſecundo, in perſona mortui ſequens inducit ad bonum, ibi: *Memor eſto.* Circa primum dicit: *Fili in mor.* id eſt ſuper mortuum.
31 *Produc lachry.* compaſsionis.
32 *Et ſe. iu. con.* id eſt diſcrete & honeſte ſecundum morem patrię & merita defuncti corpus illius ſepeli.
33 *Propter de.* propter detractionem vitandam, ne dicat' contra te, quod odiſti viuentem, ſi non lugeas defunctum.
34 *Et con. pro.* ne nimia triſtitia tibi noceat. ideo ſequitur.
35 *A triſtitia.* Eſt enim triſtitia paſsio mortificatiua.
36 *Et coope.* id eſt ſuffocat virtutem naturę.
37 *Et triſtiti. cor.* Nam debilitata virtute naturę, caput flectitur, ſicut per fortitudinem eius erigitur.
38 *In abdu.* id eſt, deuiatione à bono.
39 *Permanet triſ.* ita quod nocet non ſolum corpori, ſed etiã animę inducens aliquando ad deſperationem & alia mala.

*Et*

A a *Memento nouiſſimorum.* Admonitio bonorum patrum, vt filij præparent ſibi viaticum bonorum operum.

b *Neque enim eſt con.* Q. d. Ergo cautus eſto in omnibus, ne forte in obitu proximi plus æquo doleas.

c *In requie.* Q. Morituri memoriam continuo conſerua, & confide, & ſpe conforta, ne in vltimo articulo deficiat.

d *Quia ſapientia replebitur. qui tenet aratrum.* ✣ Rabanus. Quantum ad hiſtoriam pertinet, oſtendit quod ex ſapientię dono hoc habet homo vt inſiſtat vtili labori, quo ſibi & proximis ſuis prodeſſe poſſit, exerceat agri- B culturam & curam agat in paſtu animalium atque iumentorum, quę ad vſum hominum creata ſunt, vt victum & veſtitũ tam ſibi quam ſuis pręparet, quibus humanæ vitę miſeria in præſenti ſæculo nutritur, & funditus carere non poteſt. Myſtice autẽ, qui tenet doctoris officium, & colere debet vomere euangelico corda hominum, gloriatur in iaculo diuinorum teſtimoniorum, & ſeminat verbũ Dei ſtimulo exhortationis, agitat brutos, quatenus nõ ſegniter viuant, ſed interim in bonis operibus cõuerſentur. Superbos quoſq; prædicationis ſermone caſtigat, & diſciplina euãge- C lica domat, vt non vacẽt otio, ſed carnem ſuã macerantes, D & deſideria carnalia in ſe mortificantes & vitia oĩa a ſe extirpare feſtinẽt, & virtutes ſpiritales pro eis plantare certẽt. Quod aũt per boum & taurorum excitationem, vigilias dicit paſtoris eſſe in ſagina vaccarũ, oſtẽdit boni rectoris eſſe officium, vt vtriuſq; ſexus curam habeat, & prædicationis ſtudio eos paſcat, alat, & nutriat.

e *Qui tenet aratrum.* Prędicatores ſanctos ſignificat, qui omni tẽpore docendo, exhortando, auditores ſuos inſtruunt, vt interioris hominis virtutem eliciant, & animam humanam ad imaginem Dei reforment. vnde: *Vt ſapiens architectus fundamentum poſui.* Et alibi: *Filioli mei quos iterum parturio, don. f. in. vo. Chriſtus.* Quot ſpecies virtutum ſunt, tot operationes & documenta mentibus electorum doctrina imprimunt. E

*Prædicatores aratro comparantur.*

*1 Cor. 3. b.*

*Gal. 4. e.*

f *Sic omnis faber & architectus, qui no.* Ordo prædicatorũ, qui per diuerſa officia miniſteriũ ſuum agunt, doctrinam ſecũdum auditores temperãt: qui fragiles & infirmos verbis & exẽplo formant, vt vaſa in honorem faciant.

*Prædicantium diſcretio in verbi Dei ſatione.*

g *Cor ſuum da.* Cum præſentis vitæ volubilẽ cõuerſationẽ, per veſtigia bonorũ operum ſubiectis oſtẽdit immutabilẽ. F

a Quia hic incipit & in futura pœna durabit propter diffidentiam ſupernæ conſolationis.
net triſtitia, & ſubſtantia inopis ſecundum cor eius. Ne 1
a Seculi, quæ mortem animæ operatur. b Quia quantum deeſt illi fidei & ſpei, tantum creſcit mœror in anguſtia. 2
a dederis in triſtitia cor tuum, ſed repelle eam à te & memen- 3
a Nouiſſimorum. b Id eſt non huc reuerteris vt poſſis operari. 4
b to nouiſſimorum, & noli obliuiſci. Neque enim eſt conuer- 5
a Male tractabis. Nimio dolore.
ſio: & huic nihil proderis, & teipſum peſſimabis. Memor 6 7
a Tranſitus ſcilicet de hoc mundo, quia nemo eſt qui viuat, & non videat mortem. Q. In me iam completum eſt tibi inſtat.
eſto iudicij mei, ſic enim erit & tuũ: Mihi heri, & tibi hodie.
c In requie mortui requieſcere fac memoriam eius, & con- 8 9
a Quia qualis eris, talis ante iudicem ſtabis, vt recipias ſecundum opera tua. Diuinam. b Diſce. 10
ſolare illum in exitu ſpiritus ſui. Sapientiam ſcribe in tem- 11
a In tabulis cordis. Otij. b Quia pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus. 12
pore vacuitatis, & qui minoratur actu, ſapientiam percipiet, 13
a Qui hæc ſciunt, non penitus à ſapientia alieni ſunt. b Doctoris officium, & vomere euangelij excolit corda hominum. 14
d quia ſapientia replebitur. Qui tenet aratrum, & qui gloria- 15
e a Diuinorum teſtimoniorum. b Exhortationis. c Bruta. d Scilicet ne ſegniter viuant. e Bonis. 16
tur in iaculo, ſtimulo boues agitat, & conuerſatur in operi- 17 18
a Prædicatio. b Superborum.
bus eorum, & enarratio eius in filijs taurorum Cor ſuum da- 19 20
a Vt extirpet vitia, plantet uirtutes. b Pinguedine. c Fœminarum, quia utriuſque ſexus curam ſuſcepit. 21 22
bit ad verſandos ſulcos, & vigilia eius, in ſagina vaccarum. 23 24
f Sic omnis faber & architectus, qui noctem tanquam 25
diem tranſigit, qui ſculpit ſignacula ſculptilia, & aſſiduitas 16 27
g eius variat picturam. Cor ſuum dabit in ſimilitudinem 28 29

☞ In

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et ſub. ino.* quia ſi habet cor gaudens & virile, dicitur diues, & diues languidus & triſtis, dicitur pauper, Prou. 14. a. Et eſt quaſi diues cum nihil habeat, & eſt quaſi pauper, cum in multis diuitijs ſit: ideo ſequitur.

2 *Ne de. in triſti.* ſcilicet nimia.

3 *Cor tuum.* propter mortuum. Et ſubditur cauſa, cum dr̃.

4 *Et memento no.* i. mortis tuæ, & omniũ aliorum, a qua nullus reuertitur ad vitam præſentem. ideo ſubditur.

5 *Neque enim eſt con.* id eſt per afflictionem tuam ipſum mortuum non reuocabis.

6 *Et teipſum peſſi.* nimio dolore affectus, propter quod dolor de morte amici debet eſſe moderatus. Sic enim fecit Dauid. 2. Reg. 12. f. *Audita enim morte filij ſui ſurrexit ab afflictione.* & luctu di. Cum adhuc viueret puer ieiunaui & fleui, dicebam enim: quis ſcit ſi forte donet mihi eum Deus & viuat: tunc autem quia mortuus eſt, quare ieiuno? nunquid potero eum reuocare amplius? ego vadam magis ad eum.

7 *Memor eſto iudi.* Hic ponitur ſecundum incidens occaſione dictorum ex perſona mortui exhortans ad bonum. *Memor eſto iudi.* i. mortis meæ, quæ dr̃ hominis iudicium, quia qualis in morte reperitur, talis in iudicio præſentabitur.

8 *Sic enim erit & tuum.* q. d. feſtines operari bonum dum viuis, quia poſt mortem non poteris.

9 *Mihi heri.* id eſt præterito.

10 *Et tibi hodie.* id eſt in præſenti, quia nullus habet aliquid certum de futuro.

11 *In requie.* i. in ſepulchro eius, vbi requieſcit corpus ſuũ.

12 *Requieſcere fac memo.* i. pone quid ſtabile ad memoriam eius. vnde. 1. Mach. 13. d. dr̃, quod Simon Machabęus ſup ſepulchrũ patris ſui & fratrũ ſuorũ fecit ædificiũ altũ viſu, & circumpoſuit colũnas magnas, & ſuper columnas arma ad memoriam ſempiternam, ſ. q̃ pater, & fratres ſui fuiſſent mortui in exercitio armorum pro defenſione populi ſui.

13 *Et conſolare illum in exi.* dicendo ei bona verba de futura vita, ad quam tranſeunt morientes.

14 *Sapientiam ſcribe.* Hic ponitur ſecunda cauſa honorandi prælatum ſiue doctorem, nam ad eius officium non ſolũ pertinet docere præſentes verbo, ſed etiam abſentes & futuros ſcripto, pp quod ei dr̃ *Sapientiam ſcribe.* i. libros ſapientiam continentes. 15 *In tempore vacui.* i. in tpe quo vacas ab alijs operibus neceſſitatis. Alio mõ tpe vacuitatis, i. ieiunus à cibo & potu, quia tunc magis viget intellectus ad ſcribendum ardua, de quibus eſt ſapientia. Vel aliter, tpe vacuitatis, i. paupertatis. vnde dicit Secundus philoſophus, q̃ paupertas eſt ſcientiæ repertrix. Vnde videmus q̃ à longo tpe religioſi mendicãtes plura ſcripſerunt in theologia, quę eſt vera ſapientia q̃ alij: & aliqñ concurrunt iſtæ tres conditiones in eodẽ ſcriptore. 16 *Et qui mi.* i. ſe retrahit quantum põt bono mõ ab exterioribus actibus. 17 *Sapientiam perci.* & ſic poterit eã docere verbo & ſcripto. 18 *Qui tenet ara.* Hic ponitur tertia cauſa honorandi prælatum, quæ eſt ſolicitudo ipſius circa regimen populi. Ad bonum enim ſtatũ ciuitatis requiritur ſolicitudo diuerſorum artificum in artibus ſuis, ſine quarum vſu non poſſet ciuitas bene ſtare, vt carpentariorum, latomorum, pannificum, & hmõi, & multo fortius requiritur diligentia regentis ciuitatem in tpalibus vel ſpiritualibus. Primo igitur ponitur exemplũ de artificibus, incipiendo ab agricolis, di. *Qui tenet ara.* i. in virga lõga, in cuius extremitate eſt ſtimulus ad pungẽdum boues.

*Studio vacantibus & quando magis conueniat. Theologizantes qui & quare aptiores inueniantur.*

19 *Et nar.* i. in bobus, quos frequenter nominat excitando ad opus. 20 *Cor ſuum da.* ſolicitudinem apponendo.

21 *Ad uer.* quia fiunt per euerſionem terrę cũ ferro aratri.

22 *Et vigi.* Solicitus eſt enim, vt impinguentur bene.

23 *Sic om. fa.* i. carpentator vel latomus, & hmõi, qui dñr generaliter fabri, ſed diſtinguũtur per materiam circa quã operantur, vt faber ferrarius, faber lignarius, & ſic de alijs.

24 *Et archi.* i. principalis operarius, ab archos q̃ eſt princeps.

25 *Qui no.* meditando, de nocte quę operaturus eſt in die.

26 *Qui ſcul.* id eſt imagines aliquid ſignificantes vel repręſentantes. 27 *Et aſſiduitas eius.* in opere.

28 *Variat pic.* apponendo diuerſos colores.

29 *Cor ſuum.* id eſt ſolicitus erit, quod pictura imaginis aſſimiletur bene ei qui repræſentatur.

Sic

a Qui arma ſpiritualia fabricat.
A picturæ, & vigilia ſua perficit opus. Sic faber 1
a Ordo prædicantium. b Datum præſentis vitæ laborem.
ferrarius ſedens iuxta incudem, & conſide- 2
a Tribulatio & perſecutio mundi
rans opus ferri. Vapor ignis vrit carnes eius, 3
a Edicta principum incutiunt ſcilicet terrorem tormentorum
& in calore fornacis concertatur. Vox mallei 4 5
innouat aurem eius, & contra ſimilitudinem 6
Electarum animarum.
vaſis oculus eius. Cor ſuum dabit in conſum- 7 8
mationem operum, & vigilia ſua ornabit im- 9
Animarum
perfectionem. Sic figulus ſedens ad opus ſuum, 10
† ſolitudine conuertens pedibus ſuis rotam, qui in † ſoli-
Commiſſi officij.
citudine poſitus eſt ſemper propter opus ſuum,
& innumera eſt omnis ope 11
ratio eius. In brachio ſuo 12
formabit lutum, & ante pe. 13
des ſuos curuabit virtutem 14
ſuã. Cor ſuum dabit, vt con
ſummet linitionem, & vigi- 15

a In brachio ſuo. Quia multis exẽplis & catholicæ doctrinę verbis infirmos roborat, quibus humilitatis & manſuetudinis præ- B

a Doctores eccleſiæ.
16 lia ſua mũdauit fornacem.
a Operibus bonis.
17 Omnes hi in manibus ſuis
ſperauerunt, & vnuſquiſq;
a Spiritusſancti diſtributione qui diuidit ſingulis prout vult.
18 in arte ſua ſapiens eſt. Sine
a Donis ſpiritualibus.
his omnibus non ędificatur
a Eccleſia. b Fideles in ea.
19 ciuitas. Et nõ inhabitabũt,
a De virtute in virtutem. b Cæleſtem aulam.
20 nec inambulabunt, & in eccleſiam non † tran- † tranſi
21 a Cum ſine his cathedram honoris prædicatores non habent nec legis intellectum, nec digne docere poſſunt, aut aliquid boni agere.
22 ſilient. Super ſellam † iudicis non ſedebunt, † iudic
23 & teſtamentum iudicij non intelligent, neque
24 palam facient diſciplinam & iudicium, & in
25 a Sed aperte. b Corporalem ſcilicet.
26 parabolis non inuenientur, ſed creaturam
a Vel conſummabunt.
27 æui confirmabunt, & deprecatio illorum in
a Cum operibus ſcilicet virtutum accepta eſt Deo. b Pro fratribus.
28 operatione artis, accommodantes animas ſuas,
a Meditantes die ac nocte.
29 & conquerentes in lege altiſſimi. E

præbet exempla, & D cordis intentionem apponit, vt quicquid aſperum eſt minoribus ſubditorum, lenitatis ſuæ leniat documento: & ad hoc vigilat, vt in fornace cordis operationem diſcipulorum igne ſolidet charitatis.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Sic fa.* dum ferrum calefit.
2 *Et conſi. opus fer.* qualiter debeat fieri.
3 *Vapor ig.* & tamen ex hoc non dimittit opus.
4 *Et in ca. for.* carbones apponendo, & folles mouendo, vt ignis fortiter accendatur.
5 *Vox mal.* id eſt, martelli.
6 *Inno. au. eius.* id eſt immutat.
7 *Et contra ſi. va.* attendens ad exemplar, ne deficiat.
8 *Cor ſu. da.* propter lucrum.
9 *Et vi. ſua or.* id eſt materiam, quam deducit ad formę perfectionem.
10 *Sic figu.* & patet litera vſque ibi.
11 *Et innumera eſt.* i. multiplex valde in numero & figura.
12 *In brachio ſuo for.* i. manu propria à brachio mota.
13 *Et an. pe.* i. fortiter curuabit ſe ad mouendum rotam.
14 *Cor ſuum da.* quæ fit de plumbo ſuper lutum appoſito.
15 *Et vi. ſu. mun.* à lapillis, cineribus, & huiuſmodi.
16 *Omnes hi.* artifices.
17 *In manibus ſuis ſperaue.* conſequi victum & veſtitum per opera manuum ſuarum.

18 *Sine*

18 *Sine his omnibus non ædificabitur ciuitas.* nam eorum artes ſunt neceſſariæ ciuitati.
19 *Et non inha.* Hic conſequenter oſtenditur ſolicitudo prelati vel rectoris magis neceſſaria prędictis. *Et non inhabitabunt.* prædicti artifices inter principes & conſules ciuitatis.
20 *Nec in ambu.* ad conſilia inter eos.
21 *Et in eccle.* id eſt ſapientum conuocationem.
22 *Non tran.* quia non ſunt ad hoc apti.
23 *Super ſellam.* ad iudicandum.
24 *Et teſtamen.* id eſt ſententiam diffinitiuam.
25 *Et in para.* id eſt neſciunt occulta declarare.
26 *Sed creaturam æui.* alias: *confirma.* Non accipitur hic ęuũ proprie, prout eſt menſura eſſe incorruptibilium, quę ad ſui conſeruationem non indigent artibus prædictis: ſed accipit pro ętate hoīs, quę cõſeruatur per opera artium prędictarũ, quæ neceſſaria ſunt ad conſeruationem humanæ vitæ.
27 *Et depre.* Deum enim orant, vt operationes ſuæ bene procedant.
28 *Accommo.* curæ ſacerdotum & prælatorum.
29 *Et conqui.* quia quærunt ab eis de modo ſuæ ſalutis, ex quo patet, quòd ſunt ab omnibus prædictis honorandi.

CAP. XXXIX.

C a SApientiam omnium. ✻ Rabanus. Exquirit enim homo eccleſiaſticus, & diligentius diſcit ſapientiam patriarcharum & prophetarum & ad ſcripta eorum meditanda vacat: *narrationem virorum nominatorum.* hoc eſt, apoſtolorũ & euangeliſtarum, recte credendo & bene operando conſeruat: in parabolis quoq; euangelicis diligenter ſcrutãdo verſatur, & myſticum ſenſum in ſententijs diuinis exquirens, latentem allegoriam in hiſtorica narratione inueſtigat, vt ſciat quid luculentus ſermo iuxta moralitatem & fidei regulam vtilitatis habeat, quidve iuxta allegoriam & anagogẽ ſpiritaliter accipiẽdũ inſinuet, hic ergo in medio magnatorum rũ miniſtrabit, cum inter catholicos doctores diſciplinabiliter cõuerſatur, & in eccleſiaſticis officijs ſtrenuè miniſtrat, & hoc non q̃ laudẽ humanam aucupetur facit, ſed vt corã oculis interni inſpectoris, qui præſidet cęlo & terræ & dominabitur omnium creaturarũ, placeat. Nam & iſte cũ bene eruditus in lingua diuina per magiſtrorum catholicorum ſolertiam fuerit, & eccleſiaſtica diſciplina ſufficiẽter inſtructus, doctoris officiũ accipit & alienis gentibus quæ vtiq; alienæ à veri Iſrael fide fuerunt, & religione, pertranſiens prædicat verbum Dei, & tentando probat vbi ſanę fidei poſſit introducere veritatem, & vbi deuotum auditorẽ inueniat, vbiue ingratum & contemptorem. Sequitur. F

## CAPVT XXXIX.

a Patriarcharum & prophetarum.
a SApientiam omnium antiquorum exquiret ſa- 1
a Eccleſiaſticus. b Intelligendis.
piens, & in prophetis vacabit. Narrationem vi- 2
a Apoſtolorum & euangeliſtarum. b Credendo, operando. c Euangeliſtarum. 3
rorum nominatorum conſeruabit, & in verſutias parabola- 4 5
a Diligenter perſcrutando. b Myſticum ſenſum. Allegorijs. 6
rum ſimul introibit. Occulta prouerbiorum exquiret, & in 7 8

Si

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXXIX.

Diuiſio. SApientiam omnium. Superius actum eſt de ſtatu actiuorum & prælatorum hic conſequenter agitur de ſtatu contemplatiuorum. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponuntur quędam ad contemplationẽ præparantia. Secundo, ſubditur contemplationis materia, ſe. ca. Ad contemplationẽ vero quatuor inter cętera diſponunt. ſ. acquiſitio ſapientiæ, conſeruatio munditiæ, humiliatio intelligentiæ, & cõſideratio remunerationis diuinæ. Secũdũ ponitur ibi. *Adhuc conſiliabor.* Tertium ibi. *Date nomini.* Quartum ibi: *Benedictio illius.* Prima in duas, nam ſapientia dupliciter acquiritur, ſcilicet per viam humanam & diuinam, ſecunda ponitur ibi: *Cor ſuum tradet.* Circa primum dicitur. 1 *Sapien. om.* eorum dicta diligenter ſtudendo, & quæ non intelligit, ab alijs quęrendo. 2 *Et in pro.* eorũ dicta cõſiderando. 3 *Narra. vi.* in ſcientijs & virtutibus. 4 *Conſer.* memoriter retinendo. 5 *Et in ver.* i. varias & occultas ſententias earũ. 6 *Si. iu.* ad intelligẽdum cũ illis qui eas protulerunt. 7 *Occul.* i. ſenſus myſticos & latẽtes. 8 *Et in ab.* id eſt ſenſibus figuratiuis.

*In*

A abſconditis parabolarum conuerſabitur. In me- 1
a Catholicorum doctorum. b Diuina officia. c Dei ſcilicet non homini placens.
dio magnatorum miniſtrabit, & in conſpectu 2
a Dominatoris vniuerſæ terræ. b A Deo.
præſidis apparebit, In terram alienigenarum 3
a Prædicando.
gentium † pertranſiet. Bona enim & mala in 4
a Qui ſcilicet audiant verbum Dei, vel contemnant. b Bonos doctoris mores explicat, qui fidei regulam ſeruans, tam uerbo quam exemplo inceſſanter prædicat. c Corporis ſcilicet ſegnitiem repellens, initium & perfectionem uerborum ſuorum Deo commendat.
omnibus tentabit. Cor ſuum tradet ad vigilan- 5
dum, diluculo ad dominum qui fecit illum: & 6 7
a Beneplacito. b Qui dirigit omnia opera noſtra. 8
in conſpectu altiſſimi deprecabitur. Aperiet 9
a Cordis. b Pro bonis habendis. c Pro malis remouendis.
os ſuum in oratione, & pro delictis ſuis depre- 10 11
cabitur. Si enim dominus magnus voluerit, 12
B a Vt ſciant quando & ubi, & quomodo, diuina eloquia proferat.
† ſpiritus intelligentiæ replebit illum, & ipſe 13 14
tanquam imbres mittet eloquia ſapientiæ ſuæ: 15
& in oratione confitebitur domino: & ipſe diri- 16 17
a Bonæ uoluntatis. b Recte conuerſationis. c In interna aſpiratione.
get conſilium eius & diſciplinam, & in abſcon- 18
a Laborabit ſcilicet ut Dei præcepta fiducialiter prædicet.
ditis ſuis conſiliabitur. Ipſe faciet palam diſci- 19 20
plinam doctrinæ ſuæ, & in lege teſtamenti do- 21
mini gloriabitur. Collaudabunt multi ſapien- 22 23
a Doctrinæ. A Deo.
tiam eius, & vſque in ſeculum non delebitur. 24 25
Operum ſcilicet eius.
C Non recedet memoria eius, & nomen eius re- 26 27
28 quiretur à generatione in generationem. Sapié- D
29 tiam eius enarrabunt gentes, & laudem eius e-
a Longiore vita.
30 nuntiabit eccleſia. Si permanſerit nomen eius, derelinquet
a Honorabilis vita & doctrina. b Multos ſcilicet quos lucrabitur domino. Poſt ſe.
31
32 plus quàm mille: & ſi requie-
a In morte. b Quia ad vitam eternam tranſibit. c Apud me. d Adiutoribus. Vtilia. Mirabilia Dei quomodo ſcilicet reddet vnicuique ſecundum opera ſua.
33 uerit, proderit illi. Adhuc conſiliabor vt enar-
a Actu ſpiritusſancti.
34 rem, vt furore enim repletus ſum. Et in voce
35
36 dicit: obaudite me diuini fru-
37
38 ctus, & quaſi † roſa plantata ſu
a Sanctarum mentium, quæ auditum ſupernæ vocis audiunt.
39 per riuos aquarũ fructificate.
a Odorem martyrij, quia pretioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius.
40 Quaſi libanus odorem ſua-
a Caſtitatis, cuius odor ſpargitur in exemplum per mundum fidelium.
41 uitatis habete. Florete flores quaſi lilium, &
a Sic. b Dicite canticum laudis.
42 date odorem, frondete in gratiam, et col-
43
44 laudate canticum, & benedicite dominum
a Bene conuerſantes prædicate eius potentiam, ut luceant opera ueſtra coram hominibus.
45 in operibus ſuis. Date nomini eius magni-
46
47 ficentiam, & confitemini illi in voce la-
48
a Q uerbis & factis benedicite dominum.
biorum veſtrorum, & in canticis labiorum, F

a Si permanſerit. Chriſti, cuius sũt membra à quo habent oĩa, qui eſt virtus & ſapientia patris.

b Obaudite me. Intelligite doctrinam meam mentes electorũ per baptiſmũ generatæ, & fructum martyrij facite ĩ decurſu mortalis vitæ. Et

† roſæ plantatæ. E

NICOLAVS DE LYRA.

1 *In medio ma.* id eſt prælatorum eccleſiæ.
2 *Miniſtrabit.* Deo ſicut vnus ex illis.
3 *Et in conſpectu præſidis appa.* ad ipſum dirigendum, nam temporalia per ſpiritualia ſunt regenda.
4 *In terram alienigenarum gen.* ad augmentum ſuę ſapientiæ, ſicut dicit Hier. in epiſtola ad Pauli. de Pythagora & Platone, qui cum eſſent magni philoſophi, multas terras peragrauerunt, vt doctrinam aliorum addiſcerent: ideo ſubditur.
5 *Bona enim & ma.* id eſt probabit doctrinam veram & falſam: veram accipiendo, & falſam reijciendo.
6 *Cor ſuum tradet.* Hic conſequenter ponitur ſecunda via acquirendi ſapientiam, ſcilicet per diuinam infuſionem, cum dicitur. *Cor ſuum tradet.* voluntarie.
7 *Ad vigilandum.* id eſt à iuuentute.
8 *Ad dominum qui fecit illum.* ad ipſum intentionem dirigẽs denote & attente.
9 *Et in con.* pro ſapientiæ impetratione, Et quia ſicut Sap. 1. dicitur. a. *In maleuolam animam non introibit ſapientia.* ſubdit.
10 *Et pro delictis ſuis.* emendandis, aliàs emundandis.
11 *Deprecabitur.* vt ſic ad receptionem diuinæ ſapientię diſponatur.
12 *Si enim dominus voluerit.* Hic ponitur ſi pro quia: nam oratio ſemper exauditur, quando eſt pia, pro ſe, & perſeuerans. Sic autem eſt in propoſito, vt patet.
13 *Et ipſe.* repletus ſpiritu ſapientiæ.
14 *Tanquam imbres.* id eſt abundanter.
15 *Mittet eloquia ſapientiæ ſuæ.* ad docendum ignorantes.
16 *Et in oratione confitebitur domino.* totum profectum attribuens honori diuino.
17 *Et ipſe.* ſcilicet Deus.
18 *Diriget conſi.* eius in agendis.
19 *Et diſciplinam.* in docendis.
20 *Et in abſconditis ſuis. con.* obſcura ſibi clarius reuelando.
21 *Ipſe à Deo.* illuminatus.
22 *Palam faciet.* ſibi reuelatam propalando.
23 *Et in lege teſtamenti do.* Hæc eſt enim gloria ſapientis in lege domini meditari.
24 *Collaudabunt multi ſapientiam eius.* non dicit omnes, nam homines mundani ipſum reputant imprudentem, eo quòd non quærit ſcientiam lucratiuam.
25 *Et vſque in ſe.* doctrina ſapientiæ, Matth. 24. c. *Cœlum & terra tranſibunt. Verba autem mea non tranſibunt.*
26 *Non rece.* ſcilicet ſapientis, quia per doctrinam ab eo ſcriptam remanebit inter homines & per redditionem prę mij apud Deum.
27 *Et nomen eius.* ſicut iam à multis generationibus quæſitus eſt Aug. de tri. & Aug. de ciuitate Dei, & ſic de alijs libris ab eo denominatis, in quibus quæritur nomen eius.
28 *Sapien. eius.* auditam ab eis per prædicatores.
29 *Et lau.* id eſt congregatio iuſtorum in tantum, quòd de aliquibus fit in eccleſia feſtum.
30 *Si per.* id eſt ſi diu vixerit.
31 *Derelinquit plus.* ſcilicet diſcipulos edoctos, qui poſt ipſum poterunt docere.
32 *Et ſi re.* id eſt morte præuentus fuerit.
33 *Proderit illi.* quia citius tranſibit ad gloriam paradiſi, propter quod etiam Paulus deſiderabat diſſolui & eſſe cum Chriſto, Phil. 1. c.
34 *Adhuc conſiliabor.* Hic ponit ſecundum ad contemplationem diſpoſitiuum, quod eſt conſeruatio munditiæ, præmittitur tamen prologus dicens: *Adhuc conſiliabor.* id eſt, meditabor.
35 *Vt enarrem.* vtilia ad contemplationem.
36 *Vt furore enim reple.* id eſt feruore loquendi qui non poteſt retineri, Ierem. 20. b. Factus eſt ſermo domini in corde meo, quaſi ignis æſtuans, &c. Et Act. 4. d. *Non enim poſſumus, quæ vidimus & audiuimus, non loqui.*
37 *Et in voce.* exteriori.
38 *Dicit.* ſpiritus meus interior, ex cuius virtute vox exterior formatur.
39 *Obaudite me,* id eſt diſcipuli volentes Deo fructificare, per opera vitæ contemplatiuæ.
40 *Et quaſi ro,* quæ eſt pulchra & munda, ſic vita contemplatiua purior & pulchrior eſt quam vita actiua: ideo ſignata eſt per Rachel quæ erat decora facie, & venuſto aſpectu, Actiua vero per Liam, quæ erat lippis oculis, Gen. 29.
41 *Quaſi li.* id eſt deuotionem coram Deo odoriferam.
42 *Florete flores.* per obſeruantiam continentiæ.
43 *Date odorem.* bonæ famæ.
44 *Et frondete in gra.* per meliorationem vitæ.
45 *Et collauda.* id eſt ipſum corde & ore pronuntiate.
46 *Et benedici.* id eſt ipſum dicite bonum.
47 *In operibus ſuis.* creationis, recreationis, & cõſeruationis.
48 *Date nomini eius.* Hic ponitur tertium ad contemplationem diſpoſitiuum, quod eſt humiliatio intelligentiæ, nam præſumentes de ſuo ingenio ibi deficiunt, & humiles proficiunt, Matth. 11. d. *Abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis,* ideo ſubditur: *Date no.* cogitantes, ꝙ excellit in infinitum omnes creaturas, & etiam creatas intelligentias: & non ſolum hoc cogitate, ſed etiam confitemini ore, ideo ſubditur, & confitemini illi, &c.

27 Et

Opera

a Confitemini in domino in cithara. b Corporalia & ſpiritualia.
a & citharis, & ſic dicetis in confeſſione. † Opera domini vni- 1
b a Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. b In filio. c Ipſe dixit, & facta ſunt.
c uerſa bona valde. In verbo enim eius ſtetit aqua ſicut conge 2
a Id eſt quæ excipiuntur vel debent excipi, ab excipio dicitur.
ries, & in ſermone oris illius ſicut exceptoria aquarum, quo- 3 4
a Pax eccleſiæ.
niam in præcepto ipſius † placor fit, & non eſt minoratio in 5 6
a Perfectam dat ſalutem.
d ſalute illius. Opera omnis carnis coram illo, & non eſt quic- 7
quam abſconditum ab oculis eius. A ſeculo vſq; in ſeculum 8 9
e reſpicit, & nihil eſt mirabile in conſpectu eius. Non eſt di- 10 11
cere quid eſt hoc, aut quid eſt illud, omnia enim in tempore 12
Aquæ viuæ. a Super timentes ſe, vnde eis flumina fluant aquæ viuæ
f ſuo quærentur. Benedictio illius quaſi fluuius inundabit, † & 13 14
a Diluuium. b Terram. c In diebus Noe.
quomodo cataclyſmus aridam inebriauit, ſic ira ipſius gen- 15 16
a Incredulas. b Legem eius & mandata perſcrutando.
tes quæ non exquiſierunt eum hæreditabit. † Quomodo con 17 18 19
a Domini. 20
uertit aquas in ſiccitatem & ſiccata eſt terra, & viæ illius 21
a Quia retribuit eis ſecundum opera eorum, uiæ enim domini iudicia, viæ illorum opera. b Vitę ęternę. 22
viis illorum directæ ſunt, ſic peccatoribus offenſiones 23 24
a Vitæ æternæ.
in ira eius. Bona bonis creata ſunt ab † initio, ſic nequiſ- 25
a Vitæ æternæ. Si pœnituerint. b Si perſeuerauerint. c Prodigos & luxurioſos ſuggillat. 26
g ſimis bona & mala. † Initium neceſſariæ rei vitæ ho- 27 28
a Quibus maxime corporalis uita nutritur. b Quia eſt inſtrumentum diuerſarum artium. 29
c Quo ſi condiuntur, putredo arcetur. 30
minum, aqua ignis, & ferrum, ſal, lac, panis ſimilagi-

A a *Et citharis*. Vnde: *Confitemini domino in cithara.* Cithara eſt ligni ventris in imo concauitas, quæ ſurſum chordarum fila transmittẽtes, percuſſa dulciſſime ſonat. Cithara dicta, quaſi iteratione cita percuſſa. Huic cõparant̃ opera, quę de terrenis reb⁹ ad ſupernã gratiã extẽdunt̃, vt eſurientẽ paſcere, nudum veſtire, & cætera quæ Dei amore fiunt. Pſalterium verò decachordum, eſt quod alueum in ſuperioribus habet, vnde ad inferiora deſcendunt fila canora, cui præcepta decalogi aptantur, quæ ſecũdum formam pſalterij de ſupernis ad nos conueniunt.

† Gen. 1. d.

† placator.

b *Opera domini vniuerſa bona valde.*

Aug. de geneſi ad literã. lib. 3. cap. 24.

✠ Auguſtin. Quod non ſigillatim vt in cæteris etiam de humana creatura dixit, Et vidit Deus quia bonum eſt, ſed poſt hominem factum, datãque illi poteſtatẽ vel dominandi vel edendi, ſub intulit de omnibus. *Et vidit Deus omnia quæ fecit, & ecce bona valde*, merito quæri poteſt. Potuit enim primo reddi homini ſigillatim, quod ſigillatim cæteris quæ antea facta ſunt reddi tum eſt, tum demum de oĩbus dici quæ fecit Deus, *ecce bona valde*, An forte quia ſexto die perficiuntur oĩa propterea de oĩbus dicendum fuit, *vidit Deus omnia quæ fecit, & ecce bona valde*: non ſingillatim de ijs quę ipſo die facta ſunt, &c. Quid ergo dicimus? An quia pręſciebat Deus hoĩem peccaturũ, nec in ſuæ imaginis perfectione manſurũ, non ſingillatim ſed cum cęteris eũ dicere voluit bonũ, velut intimans quid eſſet futurũ? &c. Homo igitur ante peccatũ & in ſuo vtique genere bonus erat: ſed ſcriptura pтermiſit hoc dicere, vt illud potius diceret quod futurũ aliquid prænuntiaret. Non enim falſum de illo dictum eſt. Qui enim ſingillatim bonus eſt, magis vtiq; cum oĩbus bonus eſt. Non autẽ quando cum oĩbus bonus eſt, ſequitur etiam vt ſigillatim bonus ſit. Moderatum itaque eſt, vt diceretur & quod in pręſenti verum eſſet, & præſcientiam ſignificaret futuri. Deus enim naturarũ optimus cõditor, peccantium vero iuſtiſſimus ordinator eſt: vt etiam ſi qua ſingillatim fiunt delinquendo deformia, ſemper tamẽ cum eis vniuerſitas pulchra ſit.

† Sup. 33. d.

B

Gen. 1. d. 31.

C

D

c *In verbo enim eius*. quando congregauit aquas & apparuit arida, & fecit firmamentum in medio aquarum, ne laberentur extra ordinem ſuum. Vel quia aquæ maris rubri, fuere quaſi pro muro à dextris & à ſiniſtris. Vel aqua perſecutionis, Dei diſpenſatione reſtringitur.

† Gen. 7. b

E

† Exod. 1

d *Opera omnis carnis*. Præſentia Dei antecedit omnia, & quicquid fit temporaliter ei ſine tempore præſens eſt. *Nihil ergo nouum, neque mutabile eſt in conſpectu eius.*

† æterno.

e *Non eſt dice.* Prohibet nos eſſe curioſos, & perſcrutari quæ ſcire non conuenit. Omnia enim in tempore ſuo manifeſtabuntur, cum illuminabit dominus abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium.

Act. 1. a

1. Cor. 4. a

f *Benedi. il. qua.* Sicut poſt diluuij effuſionẽ aquę redibant, vt appareret arida & germinaret, ſic poſt extinctionem impiorum, datur electis facultas fructificandi.

Gen. 8. a

g *Initium neceſſariæ.* Ante diluuium, fructu terrę naturali cibo nutriebantur homines, needum erant conceſſę carnes.

F

*Ignis,*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Opera domini vniuerſa.* plus quam homo poſſit intelligere qui nullius rei non poteſt omnes proprietates comprehẽdere, & hoc multum facit ad repreſſionem prę̨ſumptionis humanę, quę credit omnia quantumcunque ardua poſſe attingere. Et ſi Dei effectus naturales nõ poteſt homo ad plenum comprehendere, multo minus poteſt effectus ſupernaturales comprehendere, de quibus ſubditur.

2 *In verbo enim eius.* lapidum in muro. In tranſitu enim rubri maris, aquę erant filijs Iſrael quaſi pro muro à dextris & ſiniſtris, Exod. 14.

3 *Et in ſermone.* in Iordane, vbi aquę ſteterunt recipientes aquas deſuper venientes, ita q, vlterius nõ trãſibãt, Ioſue 3.

4 *Quoniam in præ.* ſcilicet tempeſtas in mari, cum ſibi placuerit, vt patet Ionę. 1.

5 *Et non eſt minora.* id eſt defectus.

6 *In ſalu.* i. in ſaluatione per ipsũ facta. vt patet in ipſo Ioſue.

7 *Opera omnis car.* omnia enim occulta pręterita & pręſentia reſpicit clare & pręſentialiter, nam eius cognitio menſuratur nunc eternitatis, quod complectitur omne tempus.

8 *Et nihil eſt mi.* id eſt difficile ſibi.

9 *Non eſt di.* id eſt non expedit quęrere.

10 *Quid eſt hoc aut quid.* i. ad quid valet hoc vel illud. q. d. ad nihil, ſicut hic dicunt homines fatui de animalibus venenoſis & conſimilibus, eo quod aliquando nocent homini. Simile enim eſt ac ſi aliquis offendat ad ſecurim artificis, & ex ſua plagatione dicat eam nõ ſolum eſſe inutilem, ſed etiam malam, cum tamen ſit ad bonum ordinata, & ſic vtitur ea carpentator: Deus autem omnia bona inſtituit, & ad bonũ vtitur omnibus creaturis.

11 *Omnia enim.* ſicut ſerpens aliquando quęritur à medico, vt eius carnibus vtatur ad curationem leproſi, & bufo vt habeatur lapis pretioſus in ipſo nutritus.

*Bene-*

12 *Benedictio ill.* hic ponitur quartum ad contemplationem diſpoſitiuum, & ſecundo, declarat quoddam dictũ ibi: *Sunt ſpiritus.* tertio infert corollariũ, ibi: *Propterea ab initio.* Quartum diſpoſitiuum ad contemplationem eſt conſideratio remunerationis diuinę, quę accedentibus ad Deum, per contemplationem reddit prę̨mium, & recedentibus pœnam, nam illi bene vtuntur creaturis, & iſti abutuntur, & hoc eſt quod dicitur: *Benedictio ill.* ſcilicet Dei.

Diuiſio.

13 *Quaſi fluuius.* ſuper quęrentes eum in contemplatione.

14 *Et quomodo cataclyſmus.* id eſt diluuium.

15 *Aridam inebriauit.* i. ſuper menſuram repleuit, Gen. 4.

16 *Sic ira ipſius.* id eſt punitio eius.

17 *Gentes quæ non exquiſi.* id eſt perpetuo tenebit.

18 *Quomodo conuer. aqua.* Exod. 14. g. vbi dicitur. *Filij autem Iſrael perrexerunt per medium ſicci maris, &c.*

19 *Et viæ illius.* id eſt ab eo factę.

20 *Viis illorum di.* nam per illas filij Iſrael tranſierunt directe.

21 *Sic peccatoribus offen.* nam aquę occurrerunt Aegyptijs ſubmergentes eos, vt dicitur ibidem.

22 *Bona bonis creata ſunt.* quia bene vtuntur eis.

23 *Sic nequiſſimis bona & mala.* id eſt illa quę ſunt bona de natura ſua, facta ſunt eis nociua, propter ſuum abuſum. Et quę ſint illa, ſubditur.

24 *Initium neceſſariæ rei vitæ.* tamen poſt lapſum.

25 *Aqua.* ad ſe lauandum, & ad farinam commiſcendum, & cętera neceſſaria.

26 *Ignis.* ad coquendum cibum.

27 *Et ferrum.* ad habendum inſtrumenta diuerſarũ artium.

28 *Sal.* pro condimento ciborum.

29 *Lac.* pro nutritione paruulorum.

30 *Et panis. ſi.* id eſt, de ſimila factus, pro ſuſtentatione adultorum.

*Et mel.*

a *Ignis, grando.* Omnia homini ante peccatū obediebāt, poſt peccatum vero pugnat cōtra orbis terrarum. Inde fames, & mors & mille pericula mortis: beſtię quoque contra eum ſæuiunt, & romphæa cæleſtis vindictæ.

A

Hominis miſeria vnde prouenerit.

b *In mandatis.* Quia iuxta ſupernam ſententiam in tempore opportuno digna vltio peccatores vaſtabit, unde, *Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes.*

Deue. 32. f.

B c *Propterea ab initio, &c.* Ad ſuperiora reſpicit, vbi ait, *Non eſt dicere, quid eſt hoc, aut qd eſt iſtud, &c.* Videt enim

Supra eodē. Item. 11. d.

a Quibus bene & licite vtuntur.

gineus, & mel, & botrus vuæ, & oleum, & veſtimentū, Hęc 1 2
Qui abutuntur. Damnationem.
omnia ſanctis in bona, ſic & impiis, & peccatoribus in mala 3 4 5
Maligni. a Malorum. b A ſe non a Deo.
conuertētur. Sunt ſpiritus q ad vindictam creati ſunt, & in 6 7 8
a Qui pro nequitia ſua & reductione humani generis æterna ſupplicia ſuſtinebunt. 9
b Antichriſti quando ſoluetur Sathanas. 10
furore ſua cōfirmauerunt tormenta ſua. Et in tempore con- 11 12
a Quia vindictam Dei contra ſe prouocare non timent. 13
ſummationis effundent virtutem, & furorē eius qui fecit il- 14 15
los, confundent Ignis, grando, fames, & mors, omnia hæc ad 16 17
a vindictam creata ſunt. Beſtiarum dentes, & ſcorpij, & ſerpen 18 19
b tes, & romphæa vindicans in exterminium impios. In man- 20 21
datis eius epulabuntur, & ſuper terram in neceſſitate pręparabunt, 22 23 24
rabunt, & in temporibus ſuis non præterient verbum. Pro- 25 26
c pterea ab intio confirmatus ſum, & conſiliatus ſum, & cogi 27 28
taui, & ſcripta dimiſi. Omnia opera dñi bona, & omne opus 29 30
Tempore ſuo. 31
d ſua hora ſubminiſtrabit. Non eſt dicere, hoc illo nequius 32 33
e eſt. Omnia enim tēpore ſuo comprobabuntur. Et nunc in 34
omni corde, & ore collaudate, & benedicite nomen domini.

D

enim incomprehenſibilia Dei iudicia, & inueſtigabiles vias, nec audet inde aliqd temere loqui, vel ſcribere, ſed tempera te de his diſputans, non cauſam, ſed modum diuino conſilio manifeſtum dimiſit. vnde addit, *Omnia opera domi.*

d *Non eſt dice.* Vtile dat conſilium, vt opera Dei nō incaute diſcutiamus, ſed creatorem in omnibus laudemus, & benedicamus.

e *Et nunc in om.* Q. Ne dicas priora tempora meliora fuere quam nunc ſunt. Virtutes faciunt dies bonos, vitia malos.

E

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et mel, *pro confectione medicinarum.*
2 Et botrus vuæ. *ad exprimendum inde potum.*
3 Et oleum. *pro lucernis, & condimento potagiorum.*
4 Et veſtimentum. *contra temperiem aeris, & turpitudinem contegendam.*
5 Hæc omnia ſanctis in, &c. *quia boni bene vtunt, & mali male.*
6 Sunt ſp. *Hic declarat quoddā dictū. Dictū eſt enim in parte pręcedenti, quòd ira dei gentes, quæ non exquiſierunt eum, hæreditabit. i. in perpetuū tenebit. ideo declarat hic quomodo hoc erit. Et primo per creaturam ſpiritualem, cum dicitur.* ſunt ſpiri. *maligni.*
7 Qui ad vin. *i. pœnam.*
8 Creati ſunt. *Sciendum autē, quòd omnes angeli creati fuerūt boni, & beatitudinis capaces, ſi ſtetiſſent, ſed aliq peccantes ſua volūtate defectibili facti ſunt mali, & ſic ad pęnam ſuſtinendā deputati ex ordine diuinę iuſtitiæ, quæ non permittit dedecus culpe ſine decore iuſtitiæ, & ex conſequenti per eandem iuſtitiam deputati ſunt ad affligendum homines peccatores, vt qui fuerunt eis voluntarie ſubiecti in culpa, eis inuoluntarie ſubijciantur in pœna, & ſic accipitur hic, Creati ad vindictam largo modo, ſicut frequenter accipitur in hoc libro. i. deputati ad pœnam dicto modo.*

Angeli qui quare perierunt.

9 Et in. ſuo. *quo rebellauerunt Deo.*
10 Confirma. tor. ſua. *nam ſicut peccatum eorū eſt irremediabile, ſic, & tormentum interminabile.*
C 11 Et in tempore conſummationis eſt. *mundi.*
12 Effun. virtu. *ad affligendū damnatos, qui cum eis retrudentur in inferno. nam vſque tunc habitabunt ſpiritus maligni, ſaltem multi in hoc aere caliginoſo ad exercitium hominum.*
13 Et furo. eius qui f. *i. vindictam a Deo diſpoſitam contra peccatores.* 14 Confundent. *exequentes peſſima voluntate, quod ordinatū eſt a Deo iuſte, hoc importat nomen confuſionis.*
15 Ignis. *Hic conſequenter declarat pęnam damnatorū per creaturam corporalem cū dicitur,* Ignis grando fa. & mors. *Omnis creatura corporalis a Deo bona creata eſt, & ad bonum hominis ordinata. Quòd autem Deus ipſa vtitur ad punitionē malorū, hoc eſt ex cōſequenti, & ex præſuppoſitione lapſus humani, ideo creatio hic accipitur large pro tali deputatione. Sciēdum etiam, quod poſt iudicium, quia ceſſabit generatio, & tranſmutatio elementorum, non erunt aliqua corpora miſta, niſi corpora humana. propter quod de corporalibus hic poſitis ad afflictionem damnatorum erit ibi tantū ignis formaliter, cætera vero, virtualiter, inquantum pœna gehennæ continebit in ſe eminentius quicquid afflictionis continetur in ipſis.*
16 In mandatis eius. *quando dominus voluerit.*
17 Epula. *i. deuorabunt impios ipſos affligendo.*
18 Super terram in neceſ. *ideſt, quādo dominus iuſſerit, cuius mādatum oportet impleri. & dicit,* Super terram, &c. *Nam ignis cōflagrationis purgabit omnia, quæ ſunt ſuper terram, & peracto iudicio inuoluet damnatos cum dæmonibus, retrudens eos in infernum.*
19 Et in temporibus ſuis. *a Deo diſpoſitis.*
20 Non pręterient verbum. *circa afflictionem damnatorum.*
21 Propterea. *Hic ex dictis infert autor corollariū in perſona propria, dicens.* propterea. *i. quia punitio peccatorum erit ſæuiſſima.*
22 Ab initio. *quo intellexi iſta.* 23 Confirmatus ſum. *i. firmiter ſtatui vitare quantū poſſem peccata.* 24 Et conſilia. *hoc idem alijs perſuadendo.* 25 Et cogi. *ad docendum de prædictis, & ſequentibus abſentes, & futuros.* 26 Omnia ope. do. *formaliter, & ad bonum ordinata, ideo ſubditur.* 27 Et om. opus. *diuinum.*

F

28 Hora ſua. *i. tempore ſuo ſeruiet Deo in aliquo, nā omnibus vtitur ad gloriam ſui, electorum.* 29 Non eſt di. *in operibus diuinis.*
30 Non il. ne. eſt. *quia nullum eſt nequam inquantum a Deo eſt.*
31 Om. enim in tem. ſuo. *ideſt manif. ſtabūtur. ſ. in finali iudicio.*
32 Et nunc *ſ. tempore merendi.*
33 In om. cor *ſ. toto intellectu, & affectu.* 34 Et ore col. & bene. *tranſcendenti omne bonū quod de ipſo dici poteſt, & cogitari.*

## CAP. XL.

a O*Ccupatio, &c.* Sequitur.

b *Iugum graue ſuper filios Adam.* Inter opera. ✠ Augu. Quod eſt hoc graue iugum niſi peccatū? Et quare dictum eſt iugum, niſi

Super lib. Hypogno. 3. c. 3.

## CAP. XL.

¶ Homo ad laborem naſcitur. a In peccato Adæ.
a OCcupatio magna creata eſt omnibus hominib. & 1
a Afflictionis. b Hæredes originalis peccati. c In ſudore vultus tui veſ pa. tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es. 2
b iugū graue ſuper filios Adam, à die exitus de ventre matris 3 4

niſi quod ex duobus Adam, & Eua veniat, vel duorum premat & conterat colla, id eſt maſculi, & fœminæ, maiorum videlicet atque minorum, quia in vtroque ſexu iugum ſunt. Ideo ait ☞ gene-

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. XL.

OCcupatio magna. *Poſtquam poſita ſunt ad contemplationē diſpoſitiua, hic conſequenter ponit conſolationis materia. Quę duplex eſt. ſ. humana miſeria, vt cōtēplans ſe humiliet. Vnde Ezechieli diuina ſublimiter contemplanti frequenter dicebat, Fili hominis, &c. ad recordationē ſuæ fragilitatis. & diuinæ excellentiæ, vt contēplans quantū poteſt ipſum magnificet. ſecundo ponitur cap. 42. ibi, Memor ero. Prima in duas ſecundū duplicem hominis miſeriam, vnā in vitæ progreſſu, alteram in egreſſu. Secunda ponitur ca. ſe. ibi.* O mors, &c. *Prima in duas, qa primo ponitur vitæ præſentis miſeria, ſecūdo ad eius releuationem diuina gratia. ibi,* Gratia ſicut paradiſus. *Eſt. n. modus auctoris huius libri tractare de oppoſitis iuxta ſe inuicē, vt magis elucescant. ſicut frequenter patuit in prædictis. Prima adhuc in duas, qa primo ponitur hominis miſeria contracta. ſecundo miſeria p ipsū acta. ibi,* Furor, & zelus. *Circa primum dicitur.* 1 Occupa. ma. *i. ſolicitudo cōtra miſerias vitę præſentis. ſ. infirmitatis, famis, ſitis, frigoris, & huiuſmodi.* 2 Creata eſt. *i. ſuper inducta omnibus hominib. Sciēdū tamen quod hō a prima creatione factus eſt, potens non mori p donum originalis iuſtitiæ, & per cōſequens liber ab omnibus iſtis miſerijs, ſed ipſo peccante iuſte ſubtractū eſt ab eo donū originalis iuſtitiæ, & ſic ſubiectus eſt miſerijs, & pęnalitatibus huius vitæ.* 3 Et iugū, &c. *i. grauis labor, quē oportet ſuſtinere ad prouidēdū ſibi, vxori, proli, & familiæ de neceſſarijs huius vitæ.* 4 A die exitus, &c. *vnde exeunt nudi,*

A generaliter, *Graue iugum ſup r filios Adã.* Dicẽdo ergo, *ſuper filios,* ętates nõ diſcernit vel ſexus, & cõparando iugum peccato, propter Chriſtum, qui, vt cęteri vſu coniugatorum natus non eſt, omnes cęteros eſſe peccatores ęquauit. Hoc iugo.i. originali peccato, reuincti maiores atque minores, vitiũ ex ipſo ortu tanquam aratrũ trahimus, quandiu ſumus in mortis corpore, cuius cupiditatis vomere proſcinditur, hoc eſt, corrũpitur terra noſtra. Propter quod in libro Sapiẽtiæ dictum puto, *Corpus autẽ quod corrumpitur aggrauat animam.* A cuius iugi labore & onere, vel aratri corruptione vt requieſcat, nemo ſoluitur propria voluntate & poteſtate, niſi ab illo iuſte iudicãte B & indebite miſerante qui ait. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.*

† reſidente

Sap 12.

Matth. 11.

✻ Auguſtinu. In hac vita vſque adeo valet quod ſcriptum eſt, *Graue iugum ſuper filios Adam à die exitus de ventre matris eorũ vſque in diem ſepulturæ in matrem omnium.* vt ẽt paruulos videamus poſt lauacrũ regenerationis diuerſorum malorum afflictione cruciari, vt intelligamus totum quod ſalutarib. agitᷣ ſacramentis, magis ad ſpem futurorũ bonorum, quam ad retentionem vel adeptionem pręſentium pertinere. Multa ẽt mala hic videntur ignoſci, & nullis ſupplicijs vindicari, ſed eorum pęnę reſeruantur in poſterum. Neque.n. fruſtra ille dicitur dies iudicij, quando venturus eſt iudex viuorum atque mortuorum. C

Aug Ench. cap 66.

† inf 41.b.13. & 2 c. in eccleſiaſtico.

¶Terram. a Solicitudines variæ mentis.

a eorum, vſque in diem ſepulturæ in matrem omnium. Cogi- 1 2

a Diuerſæ operationis. b His ſcilicet dum expectat mortem affligitur, & in die finitionis certam ſententiam pro vitijs accipiet.

tationes eorum & timores c^a^ordis, ^b^adinuentiones expectatio- 3 4

¶Deus perſonam non accipit, quia iuſtus iudex.

nis, & dies finitionis, a † præſidente ſuper ſedem glorioſam 5 6

vſque ad humiliatum in terram & cinerem, ab eo qui vtitur 7 8 9

hiacyntho, & portat coronam, vſque ad eum qui cooperitur 10 11

a Vindicta ſcilicet peccatorum. b ¶Quia ibi nullus ordo, ſed ſempiternus horror.

lino crudo. F^a^uror, zelus, tumultus, fl^b^uctuatio, & timor mortis, 12 13 14

a Iudicis perpetuum incendium. b Quia ibi nulla pax, nulla doloris mitigatio.

ira^a^cundia perſeuerans, & contentio^b^, & in tempore refectio- 15 16 17 18

a Remunerationis, quando corpore condito in cubili ſepulchri anima deputatur pœnis.
b Quia longe aliter ſentit ibi de factis ſuis.

b nis in cubili ſomnus noctis immuta^b^t ſcientiam eius. Mo 19 20 21

c dicum autem tanquã nihil in requie, & ab eo in ſomnis, quaſi 22 23

d in die reſpectus. Conturbatus eſt in viſu cordis ſui, tanquam 24 25 26

qui euaſerit in die belli. In tempore ſalutis ſuæ exurrexit, & 27 28

admitans ad nullum timorem cum omni carne, ab homine 29 30

a Ideo. b Taliter ſcilicet peccantes

e vſque ad pecus, e^a^t ſuper pe^b^ccatores ſeptuplũ. Ad hæc mors, 31 32 33

ſanguis, contentio, & rhomphæa, oppreſſiones, fames, & con 34 35 36

tritio, & flagella. Super iniquos creata ſunt hæc omnia, & 37 38

f propter illos factus eſt cataclyſmus. † Omnia enim quæ de 39 40

a *Cogitation.* Enumerat mala, quæ hõ pro peccatis ſuſtinet. D

b *Modicum.* Quia caro mortua & inſenſibilis ad tempus requieſcere videtur. anima iam ſentit dolorem, & poſt reſurrectionem cum corpore ſuo in penis viuet æternis.

c *Et ab eo in ſomnis, &c.* ✻ Rab. Ideo mali cruciabuntur in pœna gehennæ, quia in tempore ſibi indulto non præuidebant vt peccare deſinerent & bonis operibus inſiſterent. Aeſtimauerũt enim per proſperitatem mundi, quaſi per ſomnum deluſi quod tempus pacis eſſet, & non dies belli, cum ad hoc tantum ſpatium temporalis vitæ homini concedatur, vt per bonum certamen feſtinet ad præmium vitæ ęternę. E

d *Conturbatus eſt.* Ideo mali cruciabuntur in pęna, quia in tẽpore ſibi dato ad pœnitentiam peccare nõ deſinunt. Aeſtimant enim proſperitatem (quaſi ſomno deluſi, tempus eſſe pacis, nõ belli, cum homini pręſens vita concedatur, vt per bonũ certamen pueniat ad beatitudinem. In tempore ergo ſalutis ſuæ dum eſt ei tẽpus acceptabile, exurrexit in ſuperbiam cupiditate terrenarum rerum æſtuans ſine omni timore Dei, contra omnem hominũ conditionem, nobilium, ſcilicet, & ignobilium.

e *Et ſu. pec.* plena.ſ. & perfecta vindicta veniet, vt qui in præſenti vita, quę per ſeptenarium diſcurrit, peccare nõ ceſſant, ſine fine crucientur.

f *Et pro. illos factus.* Peccãti hoĩ multiplex pęna deputata eſt, vt correctus, pęniteat, & de inceps caueat, ſed quia negligit, & in pęnis proficit, inducit Deus diluuium orbi, vt hominem F

Gen. 6. c.

Cogi-

## NICOLAVS DE LYRA.

• *di, & lugentes.* 1 Vſque in diem, &c. in matrem. *ideſt, in terram, ad quam reuertuntur in anxietate, & nuditate.*

2 Cogita.eo. *de agendis cor torquentes.*

3 Et timo.cor. *de malis futuris ipſum affligentes.*

4 Adinuentiones ex. *i. fictiones maiorum malorum in futuro, quàm ſint ventura, quia ſicut dicitur Sap. 17. c. Semper præſumit ſæua perturbata conſcientia. homo enim in timore poſitus ex ſonitu foliorum imaginatur adeſſe hoſtes eius.*

5 Et dies. *i. mortis qui præcognitus eſt cauſa afflictionis.*

6 *A* præſiden.&c. *i. prælato, doctore, & iudice magno.*

7 Vſque ad hu. in ter. *ideſt hominem totaliter deiectum.*

8 Ab eo qui vti. hyacintho. *ideſt, ſericis veſtibus.*

6 Et portat coronam. *vt reges magni.*

10 Vſque ad eum, &c. li. *ideſt, vili ſacco.*

11 Et furor. *Hic cõſequenter ponitur miſeria acta ex hominis malitia. Et primo mentalis. ſecundo corporalis, ibi, Ad hæc mors. Circa primum dicitur,* Furor. *i, ira exceſſiua.*

12 Zelus. *ideſt, inuidia.*

13 Tumultus. *cogitationum, cor multipliciter impellentium.*

14 Fluctua. *i. mentis perplexitas.*

15 Et ti. *vbique inſidians hominibus.*

16 Iracundia. *perſeuerans inimici.*

17 Et con. *ideſt, metus litigij.*

18 Et in tem. refe. *i. quietis.*

19 In cubili ſom. &c. *i. diſponens contrarium eius quod facere cogitauerat. ideo dicitur communiter, Nox habet conſilium, ex quo ſequitur inquietatio. propter quod ſubditur.*

20 Modicum au. *Quod enim modicum eſt, quaſi nihil computabitur, vt dicitur. 2. Phyſic.*

21 Et ab eo. *quaſi in die reſpectu. ſuã ſunt ei ſomnia de his quę viderat in die, eo ꝙ fiunt per phantaſmata, quæ remanent abeuntibus ſenſibilibus, vt dicitur 2. de Anima.*

22 Conturbatus eſt in viſu cor. *per ſomnia terribilia.*

23 Tanquam qui eua. *Per totam enim diem illam remanet trepidus, & anxius ex periculo in quo fuit, & timet inſequi ab hoſtibus.*

24 In tempore ſalu. *ideſt, proſperitatis.*

25 Et exur. *miſer homo per ſuperbiam.*

26 Et admirans. *Ad intellectum huius literę quę videtur inuoluta, conſiderandum, ꝙ admirans dubitat. i. Metaphy. Item qui euaſit magnum periculum, licet tunc timeat, vt dictum eſt, tamen poſtea tranſacta paſſione nihil aut modicum timet pericula, ſperans quòd euadet ſicut antea, & hoc eſt quod dicitur,* Et admirans ad nul. &c. *iungatur tamen ſic litera.* Et ad nul. ti. *i. ad nullum terribile.*

27 Cum o. car. ab. *i. ſiue illud terribile ſit homo quicunque, ſiue beſtiæ.* Admirans, *ideſt, timens vel dubitans, quia per ſuam ſuperbiã non timet hominem vel beſtiam.*

28 Et ſuper pec. *ſic per ſuperbiam obſtinatos.*

29 Septuplum. *i. grauis punitio veniet, ſicut dicitur Gen. 4. c. Qui occiderit Cain ſeptuplum punietur, id eſt, grauiter.*

30 Ad hæc. *Hic conſequenter ponitur miſeria ſiue pœna corporalis quam debent conſiderare contemplatiui. & primo in proprijs corporibus, cum dicitur,* Ad hęc. *i. præter prædicta.*

31 Mors. *violenta.*

32 Sanguis. *i. plagatio.*

33 Conten. *per verba dura.*

34 Et rhom. *ideſt, gladius.*

35 Oppreſ. *tyrannorum.*

36 Fames. *per ſubtractiones cibariorum.*

37 Et con. *carcerum & vinculorum.*

38 Et flagella. *virgarum.*

39 Super ini. cre. *nã frequenter pro ſuis iniquitatib. ſic puniũtur.*

40 Et propter illos factus eſt cataclyſmus. *ideſt, diluuium, vt patet Gen. 6. c. Cætera patent.*

Omnia

nē deleret, quæ creauit. Ad comparationem verò futuræ pęnæ nihil eſt quod homo patitur in præſenti.
A

a *Et aquæ om.* opera, ſcilicet, peccatorum, ſupernę mercedis fructum non acquirunt, ſed pœnarum interitum.

b *Subſtantiæ iniu.* inchoant germinare, ſed fluctuant in tentatione, & ſubitò areſcunt ad primum perſecutionis æſtum.
B

† ſiccabit.

c *Nepotes. impiorum non multiplicabunt &c.* Sępe videmus progeniem impiorum citò deficere, maximè cum filij imitantur iniquitatem patrum.

*Vita*

a Etiam homines. Vnde Terra es, & in terram ibis.
terra ſunt, in terram conuer-
a Vnde exeunt flumina, illuc reuertentur.
tētur, & aquæ omnes in ma-
re conuertentur. Omne mu- 1
a Quæſtus ſcilicet per auaritiam collectus. b Qualibet. c Quia præterit mundus & concupiſcentia eius.
nus & iniquitas delebitur, & 2
a Ideſt merces fidei, quæ per dilectionem operatur. 3
4
fides in ſeculum ſtabit. Sub- 5
ſtātiæ iniuſtorū ſicut fluuius 6
a Velociter diſſipabuntur. b Quaſi tonitruum auari tumultuant, & theſaurus eorum cito defluit. 7
† ſiccabuntur, & ſicut toni- 8
truū magnum in pluuia per-
a Ad recipiendum.
ſonabunt. In aperiendo ma 9
a Auarus. b Præcepti Dei, qui ait, Non concupiſces rem proximi tui.
nus ſuas lætabitur, ſic pręua- 10
ricatores in conſummatione 11
a Vacui omnibus bonis. 12
c tabeſcent. Nepotes impio- 13
rum non multiplicabūt ramos, & radices im- 14
C
a Duritiam cordis quæ ad tempus credit, & in tempore tentationis recedit.
mundæ ſuper cacumen petræ ſonant. Super 15
16
a Alias, aquam.
omnem eſcam viriditas, & ad oram fluminis 17
18
a Sicut fœnum, quod priuſquam euellatur, exaruit. b Dei, quæ ſuper abundat infidelibus.
ante omne fœnum euelletur. Gratia, ſicut para- 19
a Fructificat ſcilicet diuerſas ſpecies virtutum. b Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. 20
diſus in benedictionibus, & miſericordia in

a Pro bono ſ. & vtili labore merces æterna compenſabitur.
21 ſeculo permanet. Vita ſibi d
22 ſufficientis operarii † cōdul
23 cabit, & in ea inuenies the e
a Cæleſtis ciuitatis. b Conſtructio bonorum operum.
24 ſaurum. † Aedificatio ciui
25 tatis confirmabit nomē, &
a Anima, quæ præeminet & inter merita ſanctorum virginitas.
26 ſuper hāc mulier immacu
a Feruor ſcientiæ legis lætificat.
27 lata cōputabit. Vinum & f
28 muſica lætificat cor, & ſu-
29 per vtraque dilectio ſapiē-
Euangelicæ.
30 tiæ. Tibię & pſalterium ſua
31 uem faciūt melodiam, & ſu
a Prædicatio apoſtolica.
per vtraque lingua ſuauis.
32 Gratiam & ſpeciem deſide g
33 rabit oculus tuus, & ſuper
34 hæc virides ſationes. Ami-
35
a Societas Chriſti & eccleſiæ omnem ſocietatem priorum patrum præcedit.
cus & ſodalis in tempore
36 conuenientes, & ſuper v-
37 troſque mulier cum viro. Fratres in adiu-
38
39 torium in tempore tribulationis, & ſuper eos
40
a Noſtræ redemptionis. b Humanum genus.
41 miſericordia liberabit. Aurum & argentum &
42 conſtitutio pedum, & ſuper vtrumque conſi-

d *Vita ſibi ſufficientis ope. &c.* Dulcis eſt ſomnus operanti, ſiue parum, ſiue multum comedat.
D

† cōculcabitur

e *Inuenies theſaurum.* Verè enim Chriſtianum ſe eſſe probat, qui Chriſti mandata credit & facit.

† Fili.

f *Vinum & muſica lætif. &c.* Hęc naturaliter mulcent & exhilarant animam, ſed dilectio ſapientię, & lingua ſuauiter docens multò plus confortat intellectum.
E

g *Gratiam & ſpeciem.* Ornatum, ſcilicet templi & culturę diuerſitatem, quę prior populus ſub lege habuit, prędicatione euangelij in orbe ſeminata, bonorum operum virore excellit.

☞ *Facul-*

F

## NICOLAVS DE LYRA,

1 *Omne munus.* Hic ſecūdo ponitur pęna iniquorū in bonis temporalibus, cū dicitur, *Omne munus.* datum pro ſubuerſione iuſtitiæ. 2 *Et iniquitas.* propter munus facta.
3 *Delebitur.* i. datores munerū, & ſubuerſores iuſtitię pp munera delebunť de præſenti vita, ita q̄ nihil apparebit de poſſeſſionibus eorū & pompa, ſicut ī deletis tabulis nil apparet.
4 *Et fides in ſeculum.* i. fidelitas iuſtorum.
5 *In ſeculum ſta.* in ſuo effectu.
6 *Subſtantiæ iniuſtorum.* i. diuitię eorum.
7 *Sicut flu. ſic.* accipitur hic fluuius pro torrente, qui ſubito intumeſcit niuiū diſſolutione, & cito deſiccatur, ſic multorum diuitię velociter acquiruntur, & velocius frequenter ab eis auferuntur. 8 *Et ſicut ton.* quod tamen per pluuiā cito ceſſat, ſic pompa diuitum iniquorū cito tollitur, a principibus ex modica occaſione. 9 *In ape. ma. ſuas.* ad accipiendum male. 10 *Lætabitur.* iniquus.
11 *Sic praua.* diuinorum mandatorum.
12 *In conſum. ta.* quia frequenter cum credunt ſe eſſe ſecuros, ſubito deficiunt, patet Luc. 12. c. de illo qui dicebat animę ſuę, *Habes multa bona repoſita in multos annos, quieſce, comede, bibe, epulare, dictum eſt autem ei, Stulte, hac nocte repetent animam tuam a te.*
13 *Nepotes.* Hic tertio ponitť iniquorū pęna in ſuis ſucceſſoribus, cū dicitur, *Nepo. im. non m.* i. filios. q. d. eorū ꝓgenies nō diu durabit. 14 *Et ra. im.* i. parentes eorum ex quibus ſunt orti. 15 *Super ca. pe.* i. ſicut arbor plantata ſup petras nō figit ibi firmiter radicē, propter quod cito cadit ſuper petras ſonitū faciendo, ſic frequēter iniqui diuites cadūt cū ſonitu magno, nā ex hoc caſu multi loquentur adinuicē congaudendo. Ad hoc ēt inducitur aliud exemplū cum dicitur.
16 *Super om. aquam.* etiam ſtagnalem.
17 *Viridi.* i. herba viridis creſcit, & accipitur hic ſuper, pro iuxta, quia creſcit in ripis propter humiditatem terræ, ſicut dicitur quod Pariſius eſt ſuper Secanam. i. iuxta.
18 *Et ad o.* ſimiliter creſcit eadem ratione.
19 *Ano. fę.* citius & facilius, quia radix eſt in humido, per hoc intelligitur, quod generatio malorum cito deficit.
20 *Gra.* Poſtquam actum eſt de miſeria hominem cito deprimente, hic conſequenter agitur de Dei gratia ipſum releuante, & diuiditur in duas partes, in principalem, & incidentalem, quæ incipit ibi, *Gratiam.* Circa primum ponitť multiplex bonum proueniens ex gratia, cū dicitur. *Gratia ſicut paradiſus in be.* i. ſicut paradiſus eſt locus amœnus & bonis fructibus plenius, ſic gratia Dei gratioſam facit animam ad Dei habitationem, & bonis operibus plenam.

Diuiſio.

21 *Vita ſibi.* ſcilicet, ad acquirendum ſibi victum & veſtitum per laborem ſuum.
22 *Condulcab.* per gratiam Dei quę mitigat ſuum laborem.
23 *Et in ea inue. theſ.* ſ. gloriæ, cuius gratia eſt arra.
24 *Aedifi. ciu. con. no.* ſ. ædificantis, ſicut nomē Romuli cōfirmatū eſt in memoria hoīum ex ædificatione ciuitatis Rom.
25 *Et in hanc.* firmitatem.
26 *Mulier im.* quod procedit ex diuina gratia.
27 *Compu.* quia firmitas eius ſtabit in æternum, non ſic antē ciuitatis ædificium.
28 *Vinum & mu. læti.* quod patet ad ſenſum.
29 *Et ſuper vtraque di.* nam lætitia ex vino & muſica cauſata eſt in parte ſenſitiua, delectatio proueniens ex ſapientia, eſt in parte intellectiua, quæ eſt ſuperior & melior. Vnde Philoſophus ponit fęlicitatem hominis 10. Ethi. in contemplatione ſapientiæ. Et accipitur hic ſapientia infuſa, quę eſt donū ſpiritusſancti, & ſic procedit ex gratia.

Philoſophus.

30 *Tibiæ & ipſa.* quando concordant ad inuicem.
31 *Et ſuper vtraque lin.* ſ. doctoris, vel prædicatoris, de fide & moribus docentis, quæ ſimiliter ſuauitas ex gratia Dei procedit. 32 *Gratiam.* Hæc eſt pars incidentalis, quę diuiditur in duas, ſecūdū duplex incidens, ſecunda ibi: *Fili in tempore.* Primū eſt, quia tractauit de gratia Dei, hic ex incidenti ponit aliqua quę ſunt homini gratioſa, di. *Gratiam & ſpeciem.* i. rem artificialem gratioſam & pulchram.

Diuiſio.

33 *Deſiderabit oculus.* nam in hoc delectatur.
34 *Et ſuper hoc viri ſa.* magis enim delectant viſum & confortant, opus enim naturæ efficacius eſt opere artis.
35 *Amicus & ſodalis in tempore con.* ſūt adinuicē delectabiles.
36 *Et ſuper vtroſque mulier cum viro, &c.* quādo ſunt cōcordes, ſunt magis delectabiles, tum quia ſunt vna caro, tum quia indiſſolubilis per totam vitam ſuam eſt eorum coniunctio, non ſic autem ſodalium coniunctio ſed frequenter cito diſſoluitur. 37 *Fratres in adiut.* mutuum.
38 *In tempore tribulationis.* eſt valde gratioſum.
39 *Et ſuper eos miſeri. libe.* a tribulatione, & verificatť hoc nō ſolum de miſericordia Dei, ſed ēt de miſericordia hoīs aliqñ.
40 *Aurum & argentum.* ideſt, diuitiæ.
41 *Et conſtitutio pedum.* i. ſanitatis corporis per quam homo ſtat ſup pedes ſuos, iſta ſunt hoībus gratioſa. 42 *Et ſu. vtr.* De eo quod eſt de diuinis mandatis, & cōſilijs adimplendis.

A a *Facultates & vir.* Diuitiæ datę a domino in tẽpore legis roborauerunt corda antiquorũ quibus dictũ eſt, *Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis.* (Eſa.1.c.) Sed excellit timor dñi,& voluntaria paupertas eccleſię Chriſti,& hęc, & oẽs facultates mundi. vnde, *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* (Matth.5.a)

b *Fili in tempore vitæ tuæ ne indi.* * Rabbanus Admonet nos ſapientia, ne per otioſitatem perdamus tẽpus nobis indultum, ſed magis laboremus recte credẽdo, intente legem Dei meditando, atque bene operando, vt hic habeamus opes virtutũ & in futuro vitam ęternam, melius eſt enim a præſenti vita cito decedere q̃ hic diu inutiliter viuere, quia otioſitas diuterni tẽporis maiorem in tormentis habebit vindictam.

c *Vir reſpi.* Stultũ eſt enim otiari,& de alieno labore mercedẽ quęrere. Percipiet enim vnuſquiſque ſecundũ opera ſua. D

d *Vir autẽ diſciplinatus & eruditus cuſtodiet ſe.* * Rabban. Cuſtodiet ſe ne otioſus ſit tẽpore opportuno, in quo licet operari, ne dũ tempus prçterit, inopia conſumatur, ſed magis pro bonis actibus, multiplici mercede ditetur, ſicut ſeruus ille Euangelicus, qui a Domino ſuo quinque talenta accepit, dum negotiando eius pecuniam multiplicauit, mercedem ab eo copioſam ſuſcepit, qui autem otioſe talentum ſibi cõmiſſum ſeruauit, in tẽpore retributionis pro otioſitate ſua a Domino pœnas ſoluit. († victus. Matth.25.)

e *In ore prudentis conculcabitur inopia, & in ventre eius ignis ardebit* Cui placet otioſe torpere, nec proximis docendo prodeſſe, tandẽ doloribus inferni & ſera pœnitentia æſtuabit. († diſeretur. Rom.2.b.)

a lium beneplacitum. Facultates & † virtutes exaltant cor, & ſuper hæc timor domini. Non eſt in timore domini minoratio, & non eſt in eo inquirere adiutorium. Timor domini ſicut paradiſus benedictionis, † ſuper omnem glo-

a ¶ Terrenam. b Aeterna præmia. Pigritiam & otium prohibet. c Præſentis.

b ria[a]m operue[b]runt illum. Fili in tempore vitæ tuæ ne indi-

a ¶ virtutibus, vel moribus bonis. b Corporali morte.

c gea[a]s. Melius eſt enim mo[b]ri, quam indigere. Vir reſpiciens

a Spiritualis. vnde, Date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguntur.

in menſam alienam, non eſt vita eius in cogitatione victus.

d Alit enim animam ſuam cibis alienis. Vir autem † diſcipli-

a Eruditione diuina. b Ne ſit otioſus dum habet operandi tempus. Torpore.

e na[a]tus & eruditus cuſto[b]diet ſe. In ore prudentis conculcabitur inopia, & in ventre eius ignis ardebit.

*vir.*

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Facultates & vir.* corporales.
2 *Exultant cor.* per ſuperbiam.
3 *Et ſuper hæc ti.* reprimens hanc exaltationem.
4 *Non eſt in timo.do.* filiali.
5 *Minoratio.* i.defectus boni.
6 *Et non eſt in eo in.adiu.* ſ.humanum, nam timens dominũ, B habet præſens adiutorium diuinũ, per hoc tamen non intelligitur, q̃ cõtemni debeat adiutorium humanum. Nam hoc eſſet tentare Deum, ſed quod deficiente humano ſubſidio confidendum ſit firmiter de diuino. ideo ſubditur.
7 *Timor do. ſicut pa.* benedictionis, vbi enim eſt Deus, ibi eſt paradiſus, ſicut Roma, vbi eſt papa. Luc.23.f. *Hodie mecum eris in paradiſo.*
8 *Super omnem glo.* temporalem.
9 *Operuerunt il.* ſ.benedictiones Dei operuerunt timentes dominũ. 10 *Fili in tempo.* Hic ponitur ſecundũ incidens, eo q̃ in parte immediate præcedenti dixit, q̃ in timore domini non eſt defectus boni, hic inducit ad exercitium boni operis, quo tollitur egeſtas. ſpiritualis, & corporalis, dicit igitur: *Fili in tem.vi.t.* i.tempore vitæ præſentis tibi conceſſę ad bene operandum.
11 *Ne.indi.* i.ne ſis otioſus, nam ad otium ſequitur ſpiritualis & temporalis egeſtas, ita quod hic ponitur conſequens pro antecedente.
12 *Melius eſt enim mori.* corporaliter.
13 *Quam indigere.* i.otioſum eſſe, per quod quis moritur ſpiritualiter. ſupra, 34.d. *Multam malitiam docuit otioſitas.* & aliquã do corporaliter, quia frequenter homo per otium conuertitur ad latrocinium, propter quod ſuſpenditur. E
14 *Vir reſpi. in men. ali.* ſicut sũt hiſtriones & mẽdicantes validi a bonis operibus otioſi. 15 *Non eſt vi.e.in co.vi.* i.non cogitat aliquid facere, vnde debeat rationabiliter viuere. Illis autẽ qui intendũt diuinis obſequijs & doctrinis debetur victus, de quibus dicit Saluator Mat.10.b. *Dignus eſt operarius cibo ſuo.* 16 *Alit enim a.* ideſt, vitam.
17 *Cibis.* hiſtrio & mendicãs validus, qui vacui ſunt bonis operibus. 18 *Vir autem diſci.* quantum ad mores.
19 *Et erud.* quãtũ ad ſcientiã. 20 *Cuſtodiet ſe.* ab otioſitate.
21 *In ore impruden.* i.pigri & otioſi.
22 *Concul. inopia.* quia frequẽter habet parũ ad comedẽdũ.
23 *Et in ven.e.ignis arde.* i.fames.

CAP. XLI.

a O *Mors quam amara eſt me.tua. ho.&c.* Qui proſperitatem mundi & diuitias amat, amara eſt illi mors corporalis, quia futuræ vitæ gaudia negligit. († in iuſto.)

b *O mors bonum eſt iudicium tuum, &c.*

* Raban. Bonum eſt cultoribus Chriſti iudicium, mortis prçſentis, quoniam per ipſam tranſeunt ad vitam æternam, qui pauperes ſunt & indigentes in rebus terrenis, cum omnia ſua dereliquerunt propter Chriſtum, minorantur viribus, quoniam humiliter ſentientes, non de viribus proprijs, ſed de potentia confidunt ſaluatoris, qui deficiunt ætate quia in recta perſeuerant conuerſatione. C F

CAP. XLI.

a O Mors quam amara eſt memoria tua, homini † pacem habenti in ſubſtantijs ſuis, viro quieto, & cuius viæ directæ ſunt in omnibus, & adhuc ualenti accipere ci-

a Bonum eſt Chriſtianis iudicium mortis, quia per ipſam tranſeunt ad vitam æternam.

b bum. O mors bonu[a]m eſt iudicium tuum

a Terrenis ſubſidijs. b Non præſumens de ſe. c Vnde deficiens Abraham mortuus eſt in ſenectute bona.

homini indige[a]nti, & qui minoratur viribu[b]s, defecto[c] ætate,

a Mandatis domini implendis, vel proximis iuuandis. b Qui non conſentit hæretico errori.

& cui de omni[a]bus cura eſt, & incre[b]dibili qui perdit ſa-

*Hoc*

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XLI.

O *Mors, &c.* Poſtquam actũ eſt de miſeria hominis reſpiciente ſtatum vitæ prçſentis, hic conſequenter agitur de miſeria eius quæ reſpicit ſtatũ mortis, vtrunque vero dẽt contemplatiuus conſiderare. Et primo agitur de morte pęnæ, ſecundo de morte culpæ, ibi, *Diſciplinam in pace.* Prima in duas quia primo agitur de morte tẽporalis pęnę, ſecũdo de morte æternæ, ibi. *Filij abominationũ.* Circa primũ dicit. 1 *O mors quam a. &c.* qua quis cogitat ſe moriturum corporaliter.
2 *Homini, &c* ſ.iniuſto, propter quod in aliquib. libris in textu ponitur. Fuit tamen primo quædam interlinearis gloſſa poſtea textui per ſcriptores inſerta.
3 *Pacem habenti in ſubſtantiis ſuis, &c.* i.in mobilibus & immobilibus diuitijs, quæ non diripiuntur ab alijs.
4 *Viro quieto.* qui non moleſtatur litigijs.
5 *Et cu.viç dire. &c. ſunt in o.* tẽporalibus, fortuna ſibi fauẽte.
6 *Et adhuc valenti.* i.ſano corpore & potẽti comedere & bibere laute. Nec mirũ ſi mors eſt amara tali, q̃a de paradiſo ſuo terreſtri vadit ad infernũ, nã Lucæ.15.f.dr̃ de diuite epulone, *Mortuus eſt autem diues & ſepultus in inferno.* 7 *O mors bo.eſt.* & ſubintelligitur iuſto. 8 *Indi.* victu & veſtitu.
9 *Et qui minoratur vi.* corporis ex infirmitate.
10 *Defecto ætate.* & ſic habet duplicem cauſam debilitatis.
11 *Et cui de omnibus.* ideſt, ſolicitudo de omnibus mandatis Dei adimplendis, vt exponunt aliqui. Poteſt tamẽ magis literaliter exponi de omnibus neceſſarijs vitæ quærendis, ſicut Lazarus vlceribus plenus quærebat refici de micis quæ cadebant de menſa diuitis.
12 *Et incredibili.* quia non acquieſcitur ſuę petitioni, ſicut de Lazaro dicitur. Et nemo illi dabat.
13 *Qui per. &c.* i.incipit deſipere ex ætate & ĩfirmitate. Merito naq; iudiciũ mortis ẽ iſti bonũ, q̃a p̃ hoc trãſit ad requiẽ

*Et* * bea-

a *Hoc ind'cium.* Com-
A mune eſt omni car- ſtimere.
ni, nec quiſquam e-
uadere poteſt etiam
ſi centum aut mille
annos vixerit, aut vl-
tra. vñ, *Quis eſt homo* Pſal 88.g
*qui viuet, & non vide-
bit mortem?*
b *Filij abo. &c.* Abo-
minabiles ſunt filij
peccatorum, qui, ſci-
licet, impios patres
imitati ſunt. Vnde
ſubdit.
c *Qui conuc. ſecus de.*
impiorum.
d *De patre impi.* Qui
male filios nutrit,
vel exemplo perdit,
B reus eſt eorum per-
ditionis. Vel qui ma- †p.20.d.r3.
la opera de praua vo- ..c. in eccle
luntate gignit, dam- ..iſco.
nabitur pro eis.
e *In perditionem.* Su-
perioribus reſpõdet,
in quibus de morte
tẽporali diſputauit,
quia ſicut homo de
terra creatus, pro
peccato originali in
terram redit, quam-
uis in incorruptione †ſup. 40.b
ſurrecturus, ſic impij †occultus
pro peccatis ſuis ma-
ledicti in æternam
perditionem cum
corpore & anima
ibunt.
f *Curam habe de bo-* Prou,22.a.
C *no nomine, hoc enim ma
gis permanebit tibi,
quam*

a ¶ Mundi, quæ ſtultitia eſt apud Deum. b ¶ Quin potius eum time qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam. c ¶ Temporalis.
pientiam. Noli † metuere iudicium mortis. Memento quæ
a ¶ Temporalis mortis.
a ante fuerunt, & quæ ſuperuentura ſunt tibi, hoc iudicium a
domino omni carni, & quæ ſuperuenient tibi in beneplacito
altiſſimi, ſiue decem ſiue centum, ſiue mille anni. Non eſt e-
a ¶ In inferno nihil prodeſt confeſſio, Vnde, In inferno autem quis confitebitur tibi.
b nim in inferno accuſatio vitæ. Filii abominationum fiunt filii
c peccatorum: & qui conuerſantur ſecus domos impiorum. Fi-
a ¶ Vnde, Euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem de terra viuentium.
liorum peccatorum periet hæreditas, & cum ſemine illorum
d aſſiduitas opprobrii. De patre impio queruntur filii, quoniam
propter illum ſunt in opprobrio. Væ vobis viri impii, qui de-
reliquiſtis legem domini altiſſimi. Et ſi nati fueritis, in male-
a ¶ Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, &c. b ¶ Non renati per gratiam. c ¶ Ite maledicti in ignem æternum &c.
dictione naſcemini, & ſi mortui fueritis, in maledictione erit
pars veſtra. † Omnia quæ de terra ſunt, in terram conuerten-
a ¶ Beati qui lugent, quoniam ipſi conſo. b ¶ Sapientium qui diuinis obediunt mandatis.
e tur, ſic impii a maledicto in perditionem. Luctus hominum
a ¶ De libro viuentium & de mundo.
f in corpore ipſorum, nomen autem impiorum delebitur. Cu-
a ¶ Alias mundo
ram habe de bono nomine, hoc enim magis pmanebit tibi,
quam mille theſauri magni & pretioſi. Bonæ vitæ numerus
a ¶ Aeternorum, vnde, Longitudine dierum adimplebo eum. Erit. b ¶ Merces bonæ vitæ, & bonæ famæ permanebit in æternum.
dierum, bonum autem nomen permanebit in æuum. Diſci-
a ¶ Morum. b ¶ Sequimini pacem cum omnibus c ¶ Q. Non ſufficit bene viuere. niſi ſtudeas pro poſſe tuo alios docere.
plinam in pace conſeruate filii, † Sapientia enim abſcondita,
g & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſq; ? Melior eſt homo
a ¶ Qui ſcilicet vaniloquium & prauam doctrinam deuitat. b ¶ Væ mihi quia tacui. c ¶ Anima quæ benedicit impinguabitur.
qui abſcondit ſtultitiam ſuam, quam homo qui abſcondit ſa-
h pientiam ſuam. Veruntamen reuertimini in his quæ proce-
i dunt de ore meo. Non eſt bonum omnem irreuerentiam ob-

*quam mil.* Vt bene & D
religioſe viuas. Sic
autẽ acquiritur bo-
num nomen. *Melius* Prou.n.d.
*eſt bonum nomẽ quam
diuitiæ multæ.*
g *Melior eſt homo qui
abſcondit ſtultitiam ſu.
quam homo qui abſcon-
dit ſapientiam ſuam.*
Qui abſcondit ſtu-
mentum maledice-
tur in populis, bene
dictio autem ſuper
caput vendentium.
h *Verum tamen reuer
timini.* Quia bonum
nomen & bonam
vitam vtilem eſſe
prædixit, & occul-
tantes ſcientiam re
prehendit, ſuadet
vt reuertantur ad E
ſtudium docendi,
quia nõ eſt bonum
irreuerentem &
inobedientem ef-
fici ſuo doctori. Vn-
de, *Et animo irreue-* ſup.23.
*renti, & infrunito ne
tradas me do. me.*
i *Non eſt bonum om
nem irreue.* Iuxta
literã nos inſtruit,
vt a vitijs caueà-
mus & virtutibus
operam demus, &
ne ſpretis meliori-
bus, eligamus pe-
iora, quæ ſequitur
confuſio ſempi-
terna. F

Non

## NICOLAVS DE LYRA.

* *beatorum. Lucæ. 16.* Factum eſt autem vt moreretur mendicus, & por. ab angelis in ſinum Abrahę. ideo ſubditur.

1 Noli metue, &c. *i. ponas te in tali ſtatu vt iudicium mortis ſit tibi bonum. Et ſubdit modum.*

2 Memento, &c. *nam ex memoria ſanctorum patrũ qui præceſſerunt, & præmiorum iuſtorum, & pœnarum iniquorum, quæ ventura ſunt, diſponitur homo ad mortis iudicium ſecure expectandum.*

3 Et quæ ſuperuenient tibi. *de numero annorum plurium vel paucorum.*

4 In beneplacito altiſsimi, &c. *ideſt, ſecundum eius voluntatem ſufficiat tibi, & adimpleas illud in exercitio boni. Et ſubditur cauſa.*

5 Non eſt enim in inferno, &c. *non enim aliquis ibi poteſt ſe excuſare allegando breuitatem vitæ contra Deum di. Si diu vixiſſem, multa bona feciſſem.*

6 Filij abominationum. *Hic conſequenter agitur de morte æternalis pœnæ Et primo fit propoſitũ. ſecũdo infertur corollarium, ibi, Curam habe. Circa primũ dicitur,* Filij abominationum. *i. abominatione digni, ſicut. 1. Reg. 26. cap. dicitur:* Filij mortis eſtis vos qui non cuſtodiſtis dominum veſtrum. *Sunt enim abominabiles in conſpectu Dei & iuſtorum.*

7 Filii peccatorum. *i. imitatores paternorum ſcelerum.*

8 Et qui conuerſant. *nam imitantur actus eorum. Pſalm. 18. d. Cum peruerſo peruerteris.*

9 Filiorum peccatorum. *ſ. æterna, quia licet ſit indeficiens in ſe, tamen perit ab iſtis, inquantum repelluntur ab ea pro ſuis demeritis.*

10 Et cum ſemine illorũ aſsiduit. *nã æternaliter ſunt reprobati.*

11 De patre impio, &c. *i. conquerentur in inferno.*

12 Quoniam propter illum ſunt. *i. damnati, eo q; male fuerunt informati ab ipſo, quibus tamẽ tenebatur de bono documẽto, iõ ſubdit.*

13 Væ vobis viri impij. *Eſt autem væ comminatio maledictionis æternæ.*

14 Qui dereliqui. le. domini. *per inobedientiam.*

15 Et ſi nati fueritis. *i. natiuitas veſtra facta eſt ad maledictionẽ culpæ, & mors veſtra ad maledictionem gehennæ, non ex auctore natura, ſed ex defectu parentalis diſciplinæ.*

Om-

16 Omnia quæ de terra ſunt. *producta.*

17 In terram con. *ſicut patet ad ſenſum.*

18 Sic impij a maledicto. *culpæ quod eſt a diabolo.*

19 In perditionem. *gehennæ, quæ eſt cum diabolo, Mat. 25. d.* Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius, &c.

20 Luctus ho. *rationabiliter viuentium.*

21 In corpore ipſorum. *q. d. ſi affligantur, hoc eſt in præſenti vita tantum, quandiu ſunt in hoc mortali corpore.*

22 Nomen autem, &c. *de libro vitæ, & ſic perpetuo cruciabuntur morte gehennæ.*

23 Curam habe. *Hic ex dictis infertur corollarium ſ. q; homo debet eſſe multum ſolicitus de iuſtitia conſeruanda per quam euaditur æternum ſupplicium, & acquiritur præmium æternum, & hoc eſt quod dicitur,* Curam habe. *i. de re boni nominis, quæ eſt iuſtitia legalis, nã includit omnem virtutem.*

24 Hoc enim. *quia iuſtitia perpetua eſt & immortalis, Sap. 1.*

25 Quam mil. the. *temporales qui ſunt tranſitorij.*

26 Bonæ vi. *i. vita bona meritoria, breuis eſt, & cito poſſunt dies eius numerari.*

27 Bonum autem. *i. iuſtitia quę eſt res boni nominis.*

28 Perma in æuum. *i. æternaliter in præmio.*

29 Diſciplinam. *Poſtquã actũ eſt de morte pœnæ, hic conſequẽter agitur de morte culpæ, quã ſimiliter debet contemplatiuus conſiderare. Et diuidit in tres partes, nã auctor inducit primo ad eius notitiã. ſecũdo ad eius erubeſcentiã, ibi,* Erubeſcite. *tertio ad eius fugã ſeu cautelam, ibi,* Ne auertas. *Circa primũ dicit,* Diſciplin. *moris correctiuã.*

30 In pa. *pectoris.*

omnia opera ſua. Terribilis dominus & magnus 13 14
vehementer, & mirabilis potentia ipſius. Glo- 15

D

rificantes dominum quantumcunque potueritis, ſuperualebit adhuc & admirabilis magnificẽtia eius. Benedicẽtes dominũ exaltate illum,
a Magnus dominus, & lau. nimis. b Humana.
quantum poteſtis, maior eſt enim omni laude.
a Opere eius, vt poſſitis laudare.
16 17 Exaltantes eũ replemini vir-
18 tute. Ne laboretis, non enim
19 † comprehendetis. Quis videbit eũ, & enarrabit, & quis

b *Ne la.* Comprehẽdere quod eſt incõprehenſibile. Vnde nõ quæras opes ad quas pertingere non poſſis.

† perue..

¶ Digne.
20 magnificabit eũ, ſicut eſt † ab initio? Multa abſ- † a prin..
21 a Si vniuerſa attendimus.
22 cõdita ſunt maiora his. Pauca enim vidimus o-
23 a Quæ hæc tamen confiteri debemus.
24 perum eius. Omnia autem dominus fecit, &
a Religioſe viuentibus. b Cognitionem ſui quantum vtile nouit.
25 pie agentibus dedit ſapientiam.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et cr. &c. *i. monſtruoſorum piſcium, ſicut balenæ et huiuſmodi.*
2 Propter ipſum *ſ. oceanum reſtringendum.*
3 Confirmatus eſt, &c. *i. poſitus eſt terminus a Deo, vltra quem nõ progreditur ſuper aridam, Iob. 38. a.* Quis cõcluſit oſtijs mare, *ſequitur.* Circundedi illud terminis meis, & poſui vectẽ & oſtia

B

& dixi, vſque huc venies, & non procedes amplius, &c.
4 Et in ſermone eius. *Dei.*
5 Compoſita ſunt. *i. diſpoſita in pondere, numero, & menſura, vt dicitur Sap. 11. d.*
6 Multa dici. *Hic conſequenter ponitur concluſio intenta, ſcilicet, quod licet ex creaturis aliquam cognitionem habeamus de Deo, illa tamen eſt valde imperfecta, ideo quicquid dicere aut cogitare de Deo poſſumus in infinitum deficit ab eius excellentia, propter quod ipſũ laudare & glorificare debemus quantũ poſſumus. Dicit igitur.* Multa dicimus. *de Deo & eius effectibus.* 7 Et deficimus in ver. conſ. aut. ſerm. *Nam eius excellẽtia eſt incomprehenſibilis a nobis, & per conſequens inenarrabilis. Vñ dicitur ſexta propoſitione de cauſis. Prima cauſa ſuperior eſt omni narratione, & non deficiunt linguæ a narratione eius niſi propter narrationẽ eſſe ipſius, quoniam eſt ſuper omnẽ cauſam & non narratur niſi per cãs ſecundas, quæ illuminantur a lumine cauſæ primæ.* 8 Conſ. &c. ip. *nam ipſe ſolus ſe comprehendit perfecte, et exprimit in verbo ſuo ſibi conſubſtantiali & coæterno.*

Prima cauſa.

9 In om. glo. *quæ poſſumus ex creaturis cognoſcere.*
10 Ad quid va. *ſ. attingere de diuina maieſtate. q. ad modicum valde, & ſubditur cauſa.*
11 Ipſe e. omni. ſu. o. ope. ſua. *i. in infinitum tranſcendens ipſa, propter quod per ea de Deo cognoſcimus pauca.*
12 Terribi. do. *i. ab omnibus timendus.*
13 Et ma. ve. *quia magnitudinis eius non eſt finis. Pſal. 144. a.*
14 Et mi po. ip. *quia non poſſumus totaliter cognoſcere minimum effectum eius, ideo concluditur.*
15 Glorifi. domi. *& patet vſque ibi:* 16 Exaltan. eum re. vir. &c *quia dat gratiam & virtutem laudantibus eum deuote.*
17 Ne labo. *ad cognoſcendum eum perfecte, quia hoc eſt impoſſibile.*
18 Quis vidit eum. *ſicuti eſt.*
19 Et enar. *Ad hoc reſpondetur, Iob. 1. Deum nemo vidit vnquã, vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris, ipſe vidit & enarrauit, &c.*
20 Multa. *Dei opera.*
21 Abſcon. ſunt. *a nobis.*
22 Maiora his. *ſ. ſole, & luna, & cæteris prædictis, nam omnes angeli qui ſunt in maximo numero, ſunt incogniti nobis, ideo ſubditur.*
23 Pauca enim vi. *nam etiam de corporalibus maior pars eſt hominibus ignota.*
24 Et pie. ag. *i. ipſum colentibus, nam pietas eſt diuinus cultus.*
25 De. ſa. *i. cognitionem diuinorum, quantum pertinet ad ſalutem.*

E

In

CAP. XLIIII.

a L*Aud.* Moraliter diſputando allegoriamq; & Anagogem in pleriſque tangendo myſteria diuini ſacramẽti edidit. Nunc de ſanctis patribus narrare incipit.

b *Paren. no.* patriarchas,

C

## CAP. XLIIII.

¶ Quia plura.

LAudemus viros glo 1
rioſos, & parẽtes no 2
ſtros in generatione ſua. Mul 3
tam gloriã fecit dominus ma 4 5
gnificẽtia ſua a ſeculo. Do- 6
minãtes in poteſtatibus ſuis,
a Quia plures eorum reges ſcientiæ diuitijs abutẽtes, ſed in .. poteſtate ſeipſos regẽtes.
homines magni virtute & 7 8

9 prudentia ſua præditi, nun-
10 tiantes in prophetis digni-
11 tatem prophetarum, & imperantes in præſenti popu-
12 lo, & virtute prudentiæ po-
13 pulis ſanctiſſima verba. In

chas, qui diuina locutione & viſione fruebantur, & prophetas qui ſpirituſancto repleti multa Chriſti & eccleſiæ myſteria præcinuerunt.

*Et*

a Vt Dauid, & qui cum ipſo pſalmodiam cecinerunt.

F

14 † pueritia ſua requirentes modos muſicos, & † pueritia
15
16 narrentes carmina ſcripturarum. Homines di-

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XLIIII.

LAudemus viros. *Superius actum eſt de virtutib. ratiocinãdo, hic idem agitur exemplificando, quia hic ponuntur exempla patrũ virtuoſorum, quæ debemus imitari, & diuiditur in duas partes, nã auctor primo ponit exemplum patrum, ſecũdo gratias agẽdo terminat librum iſtũ ca. 51. Prima in duas, quia primo commendat virtutes patrum generaliter, ſecundo ſpecialiter, ibi.* Enoch placuit Deo. *Prima adhuc in duas, quia primo commendat virtutes patrum in perſonis proprijs, ſecũdo in eorum filijs, ibi.* Qui de illis nati ſunt. *Circa primum dicit.*

Diuiſio.

1 Lau. vi. glo. *i. omni honore dignos, ſecundum commentatorem. 1. Eth. Honor eſt reuerentia exhibita alicui in teſtimoniũ ſuæ virtutis, ſed ſi hoc fiat ſecrete vel coram paucis, ſic eſt honor tantum, ſi autem in palam & coram multis, ſic dicitur gloria.*

Commẽtator. Diffinitio honoris.

2 Et pa. no. in ge. *i. per generationem ſuam. ſ. carnalem quantum ad genitos ex eis, & ſpiritualem, quantũ ad edoctos ab eis. Apud Hebræos enim de quibus fuit auctor iſte, doctor alicuius habetur ſicut pater eius, vnde dicit Apoſtolus 1. Cor. 4. d.* In Chriſto Ieſu per euangelium ego vos genui. *i. per prædicationem euangelij.*
3 Multam glo. *id eſt, multa opera glorioſa.*

Fe,

4 Fe. do. *per viros iſtos.* 5 Magni. ſua. *i. largitate ſua.*
6 A ſe. d. in po ſu. *i. virtutibus proprijs a Deo ſibi tamen collatis, vnde filij Heth dixerunt ad Abraham, Geneſ. 22. a.* Princeps Dei es apud nos.
7 Homi. ma. ver. *Tempore enim diluuii fuerunt homines magni corpore, ſcilicet, gigantes, Ge. 6. ſed erant parui virtute aut nulli, nã erant moribus incompoſiti.*
8 Et pru. ſua. *nam prudentia eſt auriga virtutum.*
9 Nun. in pr. *i. prophetarum ſcripturis.*
10 Dig. pro. *i. quæ debet exhiberi prophetis, & hoc verificatur de ſtudioſis in ſcripturis prophetarum, quales fuerunt plurimi de quibus infra ſequitur.*
11 Et im. in præ. *ſ. Dauid, Machabæi, & plures alii.*
12 Et ver. pr. p. ſ. v. *ſupple nuntiantes.*
13 In pue. *ſic habent libri correcti.*
14 Requi. mo. *non diſſolutionem ſicut patet de Dauid, qui laudes diuinas a ſua iuuentute canebat in cithara.*
15 Et nar. c. ſc. *i. pſalmos & cantica metrice compoſita.*
16 Hom. di. in v. *virtutes enim veræ diuitiæ ſunt, quia violenter auferri non poſſunt.*

Pul-

A a *Et ſunt quorum non eſt memoria,&c.* * Raban. Non fuerūt ergo impij & peccatores digni memoria, q̄a ſi aliq̄d de his narratur in ſcriptura ſacra, non ad laudē ſed ad vituperationem eorum pertinet. De illis enim in pſalmo ſcriptū eſt, *Inimici defecerunt frameæ in finem, & ciuitates eorū deſtruxiſti. Periyt memoria eorum cum ſonitu:* quoniam diaboli gaudio in conſummatione mundi illi qui ad ciuitatem eius pertinere noſcuntur deficient & eorum memoria cū clamore nouiſſimo interiet, quādo merguntur in pęnā perpetuam, quod exemplū inde tractū eſt, quia fieri ſolet quando res proſperæ grauiſsimo fine claudūtur, vt nec poteſtas B eorum videatur remanere nec nomen intueri, quod dicit filios eorū cum ipſis perire, myſtice ſignificat opera peccatorum in æterna damnatione ſimul cum ipſis interire.

b *In teſtamento ſtetit,&c.* Hęc iuxta hiſtoriam de patriarchis, & prophetis accipiuntur, quorum ſemen, ideſt, Iſraelitæ, propter eorum merita & promiſſiones ſæpe de anguſtijs liberatū eſt. Vnde Moyſes pro peccatis populi orans, Abraham, Iſaac, & Iacob reducit ad memoriam, vt eorū meritis Deus placatus filijs peccantibus daret indulgentiam. Et patris Dauid meritū, filijs multo tempore ſeruauit regnū. Sed ſacratiore ſenſu, viri miſericordię sūt apoſtoli & prędicatores noui teſtamēti, qui verbo euāgelij & myſterio baptiſmi quotidie gignunt filios Dei, qui imitatores parētū C ſuorū, exempla eorum ſequūtur, quorum corpora in ſpe reſurrectionis quieſcunt, quando ſemen bonorum operum D cæleſti mercede compenſabitur.

c *En.pl.* Non ab Adā, qui tranſgreſſus eſt & de paradiſo eiectus eſt, cępit numerare patres, ſed ab Enoch q̄ ambulauit cū Deo & translatus eſt in paradiſum, quia in hoc patet electio ſanctorū, qui de ęrumna ſeculi trāsferūtur ad quietē regni. Hic creditur venturus in fine mundi, vt det hominibus cōſilium pęnitendi.

* Au. Enoch ſine morte, per totius pene ſeculi tempus remotus ab hominum conuerſatione cuſtoditur, ut in eo qualiter homines ſi non peccarent, generata prole commutarentur in vitam ſpiritalem, ſine morte, oſtēderetur. Sed licet lōgo ſeruatus tēpore E adhuc viuat, mortis tamen debitū, quod omnes in Adā ſumpſimus, vitare non poterit. Certe in hoc etiam illud occurrit, vnde ſcribendi occaſio ſumpta videtur, quare quaſi contra naturā extra humani æui metas huius vita tam lōgo ad modum tempore diſtēditur. Attamen in hoc non noua natura vni homini gignitur, ſed priſtina generalis omniū hominū gubernatur. Iuſtitiā enim omni homini in prima cōditione Geneſeos libri hiſtoriā cōſiderantibus eſſe apparet, vt non ſolum longo tempore, ſed et iam perpetuo viueret, niſi peccati aculeo mors naturę metas exterminaret.

Auctor librorum de mirabilibus ſacræ ſcripturę lib. 1. cap. 3.

c *Noe in.* Quādo pereunte mūdo diluuio reſeruatus eſt, vt pęnitētiam gētibus prædicaret, & exemplo demonſtraret, q̄ qui Deo deuote ſeruiunt, ab æterno interitu liberantur. F

a ¶ Sicut Moyſes & Salomon qui tabernaculum & templum vario colore ædificauerunt. 1
uites in virtute pulchritudinis ſtudium habentes, pacificātes 2
in domibus ſuis. Omnes iſti in generationibus gentis ſuæ 3
a ¶ Merito prudentiæ & virtutis honorabuntur a ſubditis.
gloriam adepti ſunt, & in diebus ſuis habentur in laudibus. 4
a ¶ Eorum, ſcilicet, exemplo inſtructi. b ¶ Voce ſimul & actione laudes eorum celebrauerunt. 5
Qui de illis nati ſunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eo 6
a ¶ Impij. ſ. & peccatores. b ¶ Scilicet, malorum vnde, Periijt memoria eorum cum ſonitu. 7
c ¶ Opera, ſcilicet, peccata, in æterna damnatione. 8
rum. Et ſunt quorum non eſt memoria. Perierunt quaſi qui 9
non fuerint, & nati ſunt quaſi non nati, & filii ipſorum cum 10
a Qui miſericordiam domini meruerunt. b Piæ actiones. 11
c In tribulationibus. 12
illis. Sed illi viri miſericordiæ ſunt, quorum pietates non de- 13
a Dei cultoribus, qui quaſi nepotes & hæredes eorum religioſe viuebant. 14
Alias perſeuerat. 15
fuerūt. Et cum ſemine eorū permanet bona hæreditas, † & 16
nepotum ipſorum ſemen in teſtamento ſtetit, & filiorum ip- 17
ſorum ſemen propter illos vſque in æternum † manet. Semen 18 19
eorum, & gloria eorum nō derelinquetur. Corpora ipſorum 20
a ſ. quieſcentia expectant reſurrectionis diem & gloriam ſempiternam. b ¶ Apud poſteros perſeuerans. 21
in pace ſepulta ſunt, & nomen eorum viuet in † generatio- 22
Laudabilem. Succeſſores. 23
nem & generationem. † Sapientiam ipſorum narrēt populi, 24
& laudem eorum nūtiet eccleſia. † Enoch placuit Deo, & trās 25 26
latus eſt in paradiſum, vt det gētibus ſapiētiam. † Noe inuētus 27
In generationibus ſuis. 28
eſt perfectus, iuſtus, & in tēpore iracūdiæ factus eſt recōcilia- 29
tio. Ideo dimiſſum eſt reliquū terræ, cū factū eſt diluuiū. Te- 30 31
ſtamenta ſeculi poſita ſunt apud illum, ne deleri poſſit diluuio

[ſa]cta nepo[tum ip]ſorum, & [in] teſtamentis [ſte]tit ſemē eorum
†manent [...] 5. cap.
[in] generatione & generationes
[Eccle]ſia 39. b.
Gne 5. ca. Hebr. 11. a.
†Gen. 6. b.

Cum

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Pulchritu. ſtu. ha.* ideſt, legis & prophetarum, quorum ſtudium eſt valde pulchrum.
2 *Pacificantes in domibus ſuis.* ideſt, in familijs & hominibus ſibi ſubiectis.
3 *Om. iſti in ge. gen. ſuæ.* ideſt, inter gentes generationis ſuæ.
4 *Glo. &c.* bonæ famæ.
5 *Ade. ſunt.* per opera ſanctæ vitæ.
6 *Qui de il.* Hic cōſequēter ponit laus patrū in filijs ſuis. eſt .n. filius de ſubſtantia patris. iō laus patrū redundat in filios, & ecōuerſo, dicit igitur: *Qui de il. na.* mores patrū imitantes.
7 *Reli. no.* bonum.
8 *Narran. lau. eo.* ad informationem morum, & per oppoſitum ſubdit de malis.
9 *Et ſunt quo. non.* in bono.
10 *Perie. qua. qui.* nihil boni poſt ſe relinquentes.
11 *Et nati ſunt qua. &c.* nam eorum natiuitas alijs non profuit, ſed magis nocuit.
12 *Et fi. ip.* perierunt, eo quod imitatores paternorum ſcelerum fuerunt.
13 *Sed illi vi. mi. ſunt.* i. miſericordes, & Dei miſericordia digni. 14 *Quorum pi. non.* alias defecerunt erga indigentes.
15 *Et cum ſe. e. p. bo.* i. promiſsionis terra, in qua manſerunt Iudęi quandiu ſeruauerūt mandata Dei. Vel hęreditas ęterna, quæ permanet in ſpe certa obſeruantibus diuina mandata, & quæ in promiſsione facta Abrahę, Gen. 15. fuit principaliter intellecta, ſicut ibidem diffuſius declaraui.
16 *Nepotum ipſorum ſemen in teſtamen. ſtetit.* Deo firmiter obediendo.
17 *Et fi. ip. ſe.* ſcilicet, propter merita ipſorum patrum.
18 *Vſque in æt.* ſ. hæreditas prędicta. Et ex hoc videt̄ q̄ principaliter intelligitur de hęreditate beatorum, vt dictum eſt.
19 *Semen eo. & glo.* quia remanebit in memoria bonorum.
20 *Corpo. ip. in pa.* i. in expectatione pacis perfectæ, quæ dabitur in reſurrectione.
21 *Et no. vi.* per bonam famam continuatam.
22 *Sapi. ip.* ad informationem morum.
23 *Et lau. eo.* i. eorum exempla non ſolum enūtientur in ſecreto, ſed etiam in publico.
24 *Enoch.* Hic cōſequēter ponitur laus patrum ſpecialiter ad perſonas aliquas deſcendēdo, & primo ad patres legem præcedentes. Secundo ad patres tēpore legis exiſtentes, capitu. ſe. Igitur incipit ab Enoch, eo q̄ propter ſanctitatē ſingularem trāſlatus eſt, fuit enim miſſus viuus ad paradiſum terreſtrem, & hoc eſt quod dicit: *Enoch pla.* inde tamen rediturus eſt circa finem mundi cum Elia ad prædicandum cōtra Antichriſtum. ideo ſubditur.
25 *Vt det gen. ſa.* Antichriſti perfidiam detegendo. Conſequenter ſubditur de Noe, dicens.
26 *Noe in. eſt per.* ſicut dicitur Gen. 6. b. Noe vir iuſtus atque perfectus, &c.
27 *Et in tem. ira.* quo dominus puniens hominum peccata, miſit diluuium ſuper terram.
28 *Factus eſt re.* i. cauſa reconciliationis diuinæ, ſicut Geneſ. 3. d. Obtulit holocauſta ſup altare, odoratuſq; eſt dn̄s odorē ſuauitatis. Et ait ad eum. *Nequaquam maledicam terræ, &c.*
29 *Ideo di. eſt re.* i. octo perſonæ ad multiplicandum genus humanum ſuper terram.
30 *Teſta. ſe.* i. promiſsiones de ſeculo p̄ diluuiū nō delēdo.
31 *Poſita ſunt apud il.* vt patet Gen. 6. b. Hoc eſt ſignum fęderis, quod do inter me & vos, &c.

Vſque

Abra-

Cum eo Deus pactum ſtatuit, ne vltra perderet aquis diluuij omnem carnem. Significat autem rectores, qui inter fluctus ſeculi arcam, id eſt, eccleſiam regunt, & prædicãt baptiſmum pœnitentiæ orationibus, & ſacrificijs Deum placantes humano generi.

a *In carne e. facit ſtare teſtamentum & in tentatione inuẽtus, &c.* Vt ſignificaretur renouata natura noſtra per baptiſmũ Chriſti, poſt expoliationem veteris hominis.

b *Ideo iurei.* Duplex eſt promiſſio Abrahæ. In arena maris exprimuntur ſteriles Iudæi. In ſimilitudine ſtellarum, fideles Chriſtiani, qui reſurrectionis lumine coruſcabunt ſicut aſtra cæli.

c *Et de.* Gentilis populi, qui poſterior ad gratiã fidei & baptiſmi regenerationem acceſſit, cui plenitudo paternæ benedictionis prouenit.

† Gen.17.a † firmamentũ † ſicut † terrarum † dominus † conſpectu

Heb.11. Duplex miſſio Abrahę.

¶ Ideſt, pater multarum, ſubaudi, gentium in Chriſto, ſcilicet, credentium, quia filij carnis non æſtimantur in ſemine.

omnis caro. † Abrahám magnus pater multitudinis gentium, & non 1 2

¶ Quia maximus in tempore ſuo.

eſt inuentus ſimilis illi in gloria. Qui conſeruauit legem excelſi, & 3 4

¶ Quia promiſſum eſt ei, quod in ſemine ſuo benedicerentur omnes gentes.

a fuit in teſtamento cum illo. In carne eius facit ſtare † teſtamentum, & 5 6

a Quando iuſſus eſt filium immolare.

b in tentatione inuentus eſt fidelis. Ideo iureiurando dedit illi gloriam 7 8

in gente ſua, creſcere illum † quaſi terræ cumulum, & vt ſtellas exal- 9

¶ Semen Abrahæ, ideſt, Chriſtus dominabitur vſque ad fines terræ, & eccleſia quæ eſt corpus eius totum mundum occupauit.

tare ſemen eius, & hæreditare illos a mari vſque ad mare, & a flumine

vſque ad terminos orbis † terræ. Et Iſaac eodem modo fecit propter 10

¶ Quia iurauit Abrahæ quod in ſemine eius, ideſt, Chriſto, benedicerentur omnes gentes. 11

Abraham patrem eius. Benedictionem omnium gentium dedit illi 12

dominus, & teſtamentum ſuum cõfirmauit ſuper caput Iacob. Agno- 13

¶ Supernæ patriæ. 14

c uit eum in benedictionibus ſuis, & dedit illi hæreditatem, & diuiſit 15

Vt per duodecim apoſtolos edoctus cum eis regnum poſsideret æternum 16

illi partem in tribubus duodecim. Et conſeruauit illi homines miſeri 17

¶ Quia eccleſia Chriſti ab omnibus gentibus honoratur, & vniuerſo mundo prædicatur.

cordiæ, inuenientes gratiam in † oculis omnis carnis. 18

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Abra.* Hic conſequenter ponitur laus virtutũ Abrahę, cũ dicitur: *Abraham magnus pater multitudinis, &c.* propter hoc vocatus eſt Abraham, vt habetur Geneſ.17. Eſt enim pater omnium fidelium qui fuerunt poſt ipſum.

2 *Et non eſt in.ſimi.il.* i. in opere virtuoſo, & hoc quantũ ad duo. ſ. quia primus fidem vnius Dei publice prædicauit poſt diluuium populis ad idololatriam declinantibus, & in hoc quod filium ſuum vnigenitum dilectũ tam prompte voluit immolare, vt impleret Dei præceptum. Gene.22.c.

3 *Qui con.le.* Legem. ſ. naturalẽ menti humanę impreſsam.

4 *Et fuit in te.cum.* Nam dominus pepigit fœdus cum illo, Gene.15.d.

5 *In car.eius fa.ſta.te.* i. circuncisionem, Genę.17. quæ eſt ſignum diſtinguens Iſrael a Gentilibus.

6 *Et in tenta.* quia Deus tentauit eum, Gene.22.a. vt oſtenderet alijs obedientiam eius.

7 *Inuen.eſt fidelis.* i. obediens prompte vt dictum eſt.

8 *Ideo iure.de.il.glo.* ſicut ibidem ſubditur. Per memetipſum iuraui dicit dominus, quia feciſti rem hanc, & nõ peperciſti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & ſicut arenam quæ eſt in littore maris, &c. ideo ſubditur.

9 *Creſcere il.& c.& hære.il.a ma.* Iſti ſunt quatuor termini terræ promiſsionis. ſ. mare mediterraneum ab occidente, & mare mortuum ab oriente, fluuius Euphrates ab aquilone, & deſertũ Aegypti a meridie. 10 *Et Iſaac.* Hic cõſequenter ponitur laus virtutis Iſaac & Iacob filij ſui, cum dicitur. *Et Iſ.eo.mo.* i. benedixit eum, eidem promittendo quod promiſit Abraham. 11 *Pro.Abr.* ideſt propter merita eius, & ẽt propter merita Iſaac qui fuit imitator paternæ virtutis.

12 *Ben.o.gen.de.il.do.* ideſt, fecit eum pretioſum in conſpectu omnium gentium, inter quas habitauit intantum quod omnes imprecabantur ſibi bonum, vt exponunt aliqui. Sed contra hoc videtur quod dicitur Geneſ.26.q. Iſaac dixit Abimelech & his qui venerant cum eo: Quid veniſtis ad me hominem quem odiſtis & expuliſtis a vobis, propter hoc aliter exponendum eſt: *Benedictio omn.gen.* ſcilicet, dedit illi, & non Iſmaeli, vt Chriſtus ex eo naſceretur, in quo benedicerẽtur omnes gentes terræ.

13 *Et teſ.a.ſu.* i. pactum, quod fecit ad Abraham.

14 *Confir.ſu.ca.la.* & non ſuper caput Eſau, licet Iſaac primo voluerit facere contrarium, Gene.27.a.

15 *Agn.eum in be.ſuis.* ideſt, approbauit eum tanquam dignum ſuis benedictionibus, ſicut approbauerat Abraham & Iſaac, Gen.18. cap. terram, in qua dormis, tibi dabo & ſemini tuo, & ſequitur. Et benedicẽtur in te & in ſemine tuo cunctę tribus terræ.

16 *Et diui.il.par.in.tri.* Terra enim promiſsa Abrahæ, Iſaac, & Iacob fuit diuiſa in duodecim partibus duodecim tribus, & ex duodecim filijs Iſrael deſcendẽtibus, vt habetur Ioſue 18.c. Et ſic quęlibet tribus habuit partem ſuam.

17 *Et conſer.il.homi.mi.* i. filios ſuos duodecim patriarchas, qui dicuntur homines miſericordię, Ideſt, homines miſericordiam conſecuti a Deo de Ioſeph venditione.

18 *Inuenien.gra.in ocu.om.car.* Inuenerunt enim gratiam in conſpectu Pharaonis, & Aegyptiorum, Gen.47.e.

## CAPVT. XLV.

C a D*ilect.Deo &c.* ſequitur.

CAP. XLV.

¶ Quia ſuauis & mitis ſuper omnes homines.

a Dilectus Deo & omnibus Moyſes, cuius 1 2

¶ Quia per omnia laude dignus, & benedicendus.

memoria in benedictione eſt. Similem illũ fecit 3

in gloria ſanctorũ, & magnificauit eũ in timo- 4

re inimicorũ, & in verbis ſuis mõſtra placauit, 5

Glorificauit illum in conſpectu regũ, & † iuſſit 6

a Vt portenta coram Pharaone & ſeruis eius faceret, vnde gloriam in conſpectu eius conſecutus eſt.

a Quando, ſcilicet, ſecreti ſui participem fecit, & voluntatem ſuam oſtendit illi. 7

illi corã populo ſuo, & oſtendit illi gloriã ſuam. 8

† miſit illi

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XLV.

D*ilectus a Deo.* Hic ponitur laus patrũ, q fuerũt tẽpore legis datæ, & primo laus patrũ qui præceſſerũt terrę promiſſionis ingreſsum, ſecũdo eorũ qui ingreſſi fuerũt, & etiã poſt ingreſsum ca.ſe. Circa primũ incipit a Moyſe, qui ſub Deo fuit legislator, dicens. 1 *Dilectus a Deo & ho.* Fuit.n. Moyſes a pueritia ſic gratioſus, vt eſſet diligibilis omnibus, propter quod filia regis ipſum in filium adoptauit, Exo.2.

2 *Cuius me.in bene.* ideſt, in omni bono.

3 *Similem illum fecit.* videndo diuinam eſsentiam ſicut dicit Aug. ad Paulinum de videndo Deum.

4 *Et mag.eum in ti.ini.* i. Aegyptiorum, inter quos fuit magnus valde, Exod.11.

5 *Et in ver.ſu.* quia plagę Aegypti monſtruoſę ceſsauerunt ad eius orationem, vt patet Exod.6.7 & 8.

6 *Glo.in con.* ſ. Pharaonis regis Aegypti, & Schõ & Og. Nu.21.

7 *Et iuſſit il.co.po.* in monte Sinai, vbi populus loquentem dominum audiuit, Exod.10.

8 *Et o.il.glo.* in viſione per eſsentiam, vt dictum eſt.

a *Ad præce.* In monte Sinai, ſcilicet, legem dedit ei, & præ-
A cepta vitæ cum eo loquens in nube.
Num.12.a. ✻ Rabb. Dilectus Deo, & hominibus Moyſes fuit, qa homo erat ſuauis, & mitiſſimus, vt narrat: Cuius memoria in benedictione eſt: quoniã non minoris gloriæ quam cæteri patres fuere. Hic magnificatus eſt in timore inimicorũ, dũ portenta multa fecit coram Pharaone, & ſeruis eius, & ipſas plagas quando voluit temperauit. Vnde gloria in conſpectu regum conſecutus eſt: iuſſit illi Dominus coram populo ſuo, & oſtendit illi gloriam ſuã, quan-
B do ſui ſecreti eum fecit eſſe participem & voluntatis ſuæ agnitorẽ. De quo ſcriptum eſt. *Ingreſſo autem illo tabernaculum fœderis, deſcendebat columna nubis, & ſtabat ad oſtium, loquebatur cum Moyſe, cernentibus vniuerſis quod columna nubis ſtaret ad oſtiũ tabernaculi, ſtabantque ipſi, & adorabant per fores tabernaculorum ſuorum.* Certum quoque eſt quod fides, & lenitas ipſius ſanctum eum eſſe fecit & Deo acceptabilem reddidit. Qui de omni po-
C pulo diuina prouidentia electus eſt, vt præeſſet vniuerſis. Cui Dominus in mõte Sinai legem dedit & præcepta vitę conſtituit, cum eo loquens in nube audientibus filijs Iſrael, vt in his erudiret populum ſuum, & diſcipli- D
nabiliter viuere doceret: qui licet diuerſas figuras habeat in ſingulis locis, tamẽ in hoc q̧ populũ eduxit de Aegypto per aquas maris rubri, & in deſerto educauit columna nubis præeunte, & viã demonſtrante, typum tenet legis, quæ per Chriſti ducatũ credentes de Aegypto ſpiritali, de poteſtate veri Pharaonis per aquas baptiſmatis liberauit, vt iſtius mundi diuinis præceptis inſtructi, & educati perueniant ad terrã repromiſſionis, ad cæleſtẽ videlicet patriam.
E b *Et circun.* Deſcribit ritum veteris ſacerdotij, & ornatum pontificis, quæ omnia figura erant noui teſtamenti, & veri ſacerdotis Ieſu Chriſti. Exod.24.d.
c *Et inducit.* Veſtimẽta pontificis ſunt opera virtutum, ſapiẽtia, doctrina. vnde: *Sacer. tui induantur iuſtitia.* Pſal.131.b.
d *Corona aurea ſuper mitrem, eius expreſſa ſi.* In qua erat nomen omnipotentis Dei, q̃ ſignificat honorificentiam diuinę maieſtatis, quoniam ſuper omnia ſtatuere debemus, vt in omnibus actibus noſtris, &
F ſermonibus honorifi- 1.Petr.4.c.
cetur Deus. *per Ieſum Chriſt. qui eſt cap. noſtr.* ☞ *Sa-*

a Quia fides & lenitas eius erat Deo acceptabiles. b De omni populo, vt præeſſet vniuerſis. 1
In fidẽ, & lenitate ipſius ſanctũ fecit illũ, & elegit eũ ex om- 2
ni carne. Audiuit enim eum, & vocẽ ipſius, & induxit illũ in 3 4
a †nubẽ. Et dedit illi cor ad pręcepta & legem vitæ, & diſcipli- 5
a Vt doceret populum ſuum. 6
næ, docere Iacob teſtamentũ ſuum, & iudicia ſua Iſrael. Ex- 7
celſum fecit Aaron fratrẽ † eius, & ſimilẽ ſibi de tribu Leui. 8
a Chriſto, ſcilicet, cuius figura fuit. b Quia rem æternam ſignificabat. 9
c Chriſto. d Tu es ſacerdos in æternum &c. 10
Statuit ei teſtamentum æternũ, & dedit illi ſacerdotiũ gẽtis, 11
a Reſurrectionis, aſcenſionis. b Quæ in Exo quatuor nobiliſſimis texitur coloribus.
b & beatificauit illũ in gloria. Et circũcinxit eũ zona iuſtitię, 12
a In operibus. 13
c & induit eum † ſtolã gloriæ, & coronauit eum in vaſis virtu- 14
a Sandalia. b Continentiam. c Patientiam, & operum perſeuerantiam. 15
tis: † Cicũpedes, & femoralia & humerale poſuit ei, & † cin- 16
a Vt prædicatione ſapientiæ reſonaret. b Quam pretioſi pedes euangelizantium pacem. 17 18
xit eũ tintinnabulis aureis plurimis in gyro: dare ſonitũ in 19
a Legis Dei. 20
inceſſu ſuo, auditum facere ſonitũ in tẽplo, & in memoriã 21
a Chriſtianæ. b Noſtra conuerſatio in cœlis eſt. c Quia ſacerdos, & ſe, & alios regere debet. 22
filij gentis ſuæ. Stolã ſanctam auro & hiacyntho & purpura,
a Cuius textor & artifex Deus. Prophetæ, Apoſtoli quiꝰ ſacerdotibus tradunt regulam viuendi. b Duplici charitate.
opus textile, viri ſapientis iudicio & veritate præditi. Torto 23
a Dei. b Miraculis, & virtutibus ſpectandis. 24
Sapientię. 25
cocco opus artificis, gemmis precioſis figuratis in ligatu- 26
a Dei qui precioſos lapides fecit.
ra auri, & † opere lapidarij ſculptis in memoriam, ſe- 27
Filiorum.
d cundum numerum tribuum Iſrael. Corona aurea ſuper 28 29
a Ineffabili nomine domini.
mitram eius, expreſſa ſigno ſanctitatis, & gloria honoris,
a In nomine domini. b Talia ornamenta faciunt, & habent virtuoſi.
c Spiritualium de quibus dicitur: Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua, &c.
d Aaron vel Chriſtum.
& opus virtutis deſiderio oculorũ ornata. Sic pulchra ante

Marginal notes: † nube — † ſuum — † ſtola — Circumpedes — circuncinxit — Eccl.33.b. — † opera

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *In fi.* ideſt, fidelitate. fuit enim valde fidelis.
2 *Et le. ip.* vnde dicitur Numer.12.a. Erat enim Moiſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines qui morabantur in terra.
3 *Sanctum fe. il.* ideſt, mundum, & firmum.
4 *Et ele. eum ex o. car.* ad educendũ filios Iſrael de Aegypto, & vt eſſet legislator veteris teſtamenti.
5 *Audiuit enim eũ, & vocem ipſius.* deprecantem pro relaxatione peccati Iſrael in fabricatione vituli, Exo.32.
6 *Et induxit il. in nubem.* Exod.24.
7 *Et dedit il. cor. ad prę. &c.* Dei opere adimplenda, & alijs docenda.
Diuiſio. 8 *Excelſum, &c.* ſecundo ponitur laus Aaron, & diuiditur in tres partes, quia primo agitur de eius electione. ſecundo, de eius conſecratione, ibi. *Compleuit*. tertio de eius prouiſione, ibi. *Et addidit.* Circa primum dicitur: *Excelſum fecit do.* Fuerunt enim ambo filij Amram Exo.6.
9 *Et ſimilem.* in eductione populi de Aegypto, & ſignis faciendis in terra Aegypti.
10 *De tribu Leui.* de qua erat Amram pater eorum. Exo.2.
11 *Statuit ei te.* ideſt, pactum ſacerdotij, qđ dicitur æternum, inquantum ſignificabat, ſiue figurabat ſacerdotium Chriſti, quod eſt æternum. 12 *Et beatificauit il. in gloria.* ideſt, beatum fecit eum dici pro gloria ſacerdotij.
13 *Et circuncinxit eum corona iuſti.* ideſt, baltheo diuerſis coloribus facto, qui dicitur zona iuſtitię, quia reſtringebat veſtes ſacerdotales, ſicut iuſtitia legis modos inordinatos.
14 *Et induit eum ſtolam gloriæ.* ideſt tunicam hiacynthinam, quæ erat honorabilis valde.
15 *Et coronauit eũ in vaſis vir.* ideſt, ornamentis: quę apud Hebræos frequenter vaſa nominãtur. Corona vero Aaron erat mitra, in qua pendebat lamina ſancta, habens inſculptum nomen domini tetragrammaton virtuoſum.
16 *Circumpedes*, ideſt, ſandalia.
17 *Et femoralia.* linea.
18 *Et humera. &c.* ideſt, ſuperhumerale, in quo erant duo lapides onychini.
19 *Poſuit ei.* id eſt diſpoſuit eum ad eius ornatum.
20 *Et cinxit eum tintinnabulis au.* quæ poſita erant in circumitu inferioris partis tunicæ.
21 *Dare ſo. in in.* ad rememorandũ, q̧ lex data fuit in buccinæ ſonitu, Exo.20. ideo ſubditur.
22 *In me. filiis gen.* i. rationale, q̧ erat in ſacerdotis pectore.
23 *Opus text. vi. ſa.* ſcilicet, Beſeleel.
24 *Iudi. & ve. prę.* ideſt, pleni diſcretione, & peritia artis, Exo.30.a. Ecce vocauit dominus ex nomine Beſeleel filium Huri, impleuitq; eum ſpiritu ſapientiæ, & intelligentię, & ſcientię, omniq; doctrina ad excogitandũ, & faciendũ opus.
25 *Torto cocc.* id eſt, filo rubeo: erat enim rationale textum ex quatuor filis, ſ. aureo, hiacynthino, purpureo, & coccineo.
26 *Gemmis pre.* Erant enim in eo duodecim lapides pretioſi inſculpti nominibus duodecim tribuum Iſrael.
27 *In ligatu.* Nam illi lapides erant auro incluſi.
28 *Corona, &c.* qđ ſuperius dictum eſt breuiter. Coronauit eum in vaſis virtutis, exponitur hic magis diffuſe, & patet ex prędictis litera, hoc excepto.
29 *Super mi.* nam ibi dictũ eſt, q̧ pendebat à mitra qđ videtẽ cẽ cõtrariũ: vtrũq; tamẽ eſt verũ: nã poſita mitra lamina ponebatur deſuper, ita q̧ pars eius ſuperior erat ſup mitrã, & pars eius inferior a mitra depẽdebat ſuper pontificis frontẽ.

Vſq;

a *Sacrificia.* Quomodo Moyſes Aarō, & filios eius oleo vnctionis cōſecrauit, & quales hoſtias in die vnctionis offerre iuſſerit, & de iugi ſacrificio q, quotidie, & mane, & veſpere offerebat, & de cęteris officijs liber Leuiticus explicat. De ſeditione Core, & Dathan & Abirō, & quomodo puniti ſūt liber Numerorū pleniſſime narrat. In quibus myſtice demonſtratur eos qui hæreſes, & ſchiſmata faciunt, & multos ſecum trahunt, & contemnētes Chriſti ſacerdotes, & ab eccleſia ſeſe ſeparantes, & diuinę hoſtiæ veritatem per falſa ſacrificia prophanātes, ruptis terrę compagibus abſorberi, & qui cōſentiunt eis in æterno igne cruciari. Chriſti enim ſacerdotium, & ritus ſacrificiorum in æternū manebit. vnde: *Tu es ſa.in æter.ſecun.or.mel.*

Num.16.b. Myſticè. Pſal.109.b.

b *Quia contra illum ſteterunt alieni, & propter, &c.* ✱ Rab. In his myſtice demonſtratur quod hi qui hęreſes & ſchiſmata facere conantur, & multos ſecum trahēdo decipiunt contēnentes ſacerdotes Chriſti, & ſe à clero eius plebiſque ſocietate ſegregātes, conſtituere audēt Eccleſias, & aliud altare, precemq; alterā illicitis vocibus faciunt, Dominicæ hoſtiæ veritatē p falſa ſacrificia profanātes, ipſi quoque cū cōtra ordinationē Dei nituntur, ob temeritatis audaciā terrę cōpagibus ruptis, profundo hiatu merguntur. Nec tantū hi qui duces errorum ſunt, ſed & illi qui conſentiendo participes eorundem effecti ſunt, in ignē ęterni iudicij pręparata vltione peribunt. Chriſti enim ſacerdotium & ritus ſacrificiorū ab eo conſtitutus in ſæculū permanet, nec commutatione cōmutabitur. Cui pater iurauit, dicens, *Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec.*

Pſal.109.

c *Phinees filius.* Phinees filius Eleazari, ſicut ſcriptum eſt in libro Nume. accepit à domino teſtamentum pacis, quia zelo Dei Iſraelitā, & Madianitidem mulierē fornicantes interfecit. In quo myſtice ſignificatur, quia q zelo Dei carnis ſuæ luxuriam, & ſubditorum interficit, meretur à domino dignitatem æterni ſacerdotij Et ad illum ſacerdotem pertinet, de quo ſcriptū eſt: *Tu es ſacerdos in æternum ſecundum. &c.* Interpretatur enī Phinees, ore parcēs, vel ore requieuit, vel oris augurium. Eleazar, Deus meus adiutor: vel Dei adiutoriū. Aaron, mons fortitudinis, vel mōs fortis,

Num.25. Myſtice. Pſal.109.

a Chriſtum, de quo, Ecce vir oriens nomen eius. b Quoniam tantum ſancti Dei his virtutibus ſunt ornati.

ipſum non fuerunt talia vſque ad orientem. Non eſt indutus il 1 2
a Aaron vel Chriſti. b Imitatores. 3 4
la alienigena aliquis: ſed tantum filij ipſius ſoli, & nepotes 5 6
eius per omne tēpus. Sacrificia ipſius † conſummata ſunt igni 7
quotidie. † Compleuit Moyſes manus eius, & vnxit illum o- 8 9
leo ſancto. Factum eſt illi in teſtamantum æternum, & ſemini 10 11
eius ſicut dies cæli fungi ſacerdotio, & habere laudē, & † glo- 12
rificauit populum ſuum in nomine ſuo. Ipſum elegit ab omni 13 14
viuente, offerre ſacrificium Deo incenſum, & bonū, & odorem 15 16
in memoriam placare pro populo ſuo. Et dedit illi in præcep- 17 18
tis ſuis poteſtatem, in teſtamentis iudiciorum docere Iacob te- 19
ſtimonia, & in lege ſua lucem dare Iſrael. † quia contra illum 20 21
ſteterunt alieni, & propter inuidiam circundederunt illum 22 23
homines in deſerto, qui erant cum Dathan, & Abiron, & con- 24 25
gregatio Core in iracundiam. Vidit dominus Deus, & non pla- 26
cuit illi, & conſumpti ſunt in impetu iracundiæ. Fecit illi mon- 27 28
ſtra, & conſumpſit illos in flamma ignis. Et addidit Aaron glo- 29 30
riam, & dedit illi hæreditatem, & primitias † frugum terræ di- 31
uiſit illi. Panem ipſius in primis parauit in ſanitatem. Nam ſa- 32 33
crificia domini edent, quæ dedit illi, & ſemini eius. Cæterum 34 35
† inter gentes non hæreditabit, & pars non eſt illi in gente. Ip- 36 37
ſe enim eſt pars eius, & hæreditas. Phinees filius Eleazari ter- 38
tius in gloria imitando eum in timore † domini, & ſtare in re- 39 40
41 42 43

† cōſumpta † Leui.8.b. † Nu.16.a. † fructuum † in terra gens † Dei

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Vſq.ad ori.* id eſt, vſq; ad extremū terrę. Exprimitur tamē hic oriēs, quia magis diſtat a deſerto, in quo fuerūt facta iſta, quam occidens terræ habitabilis.

2 *Non eſt in.il al.* A progenie Aaron.

3 *Sacri.ip.con.&c.* Id eſt, conſumpta.

4 *Quotidie.* Nam ſemper mane, & veſpere offerebatur holocauſtum, quod dicebatur iuge ſacrificium.

5 *Compleuit Moyſes.* Hic conſequenter agitur de conſecratione Aaron, cum dicitur: *Com.Moy.ma.* id eſt, conſecrauit.

6 *Et vn.il.o.* habetur diffuſe, Leui.8.b.

7 *Factum eſt il.* exponatur, vt ſupra.

8 *Et ha.lau.* id eſt, officium laudandi Deum, prout competit perſonæ communi.

9 *Et glo.po.* id eſt, dei. Sūmus. n. ſacerdos in nomine domini tetragrammaton, benedicebat populum.

10 *Ipſum ele.ab om.vi.of.* tanquam pontifex ſummus, alij nāq; ſacerdotes bene offerebant aliqua ſacrificia.

11 *Incen.& bo.* fidei & deuotionis Abrahæ, & aliorū patrū.

12 *Placa.* id eſt, ad placandum Deum.

13 *Pro p.ſuo* peccatore.

14 *Et de.il.in p.* diſcernendi inter ſanctum, & prophanum, lepram, & non lepram.

15 *Inte.iu.* nam, quæ alijs iudicibus dubia videbantur, referebantur ad ſummum ſacerdotē, vt eius ſentētia inuiolabiliter teneretur, Deuteronom.17.b.

16 *Docere Ia.* id eſt, populum Iſrael denominatum a Iacob, qui alio nomine vacatur Iſrael.

17 *Teſtimo.* Licet omnia præcepta Dei dicantur teſtimonia, inquātū eorū veritas eſt miraculis teſtificata, tamen illa etiā qbus additur præmiū, vel pęna, ſicut dicitur Deu.28.a. Si audieris vocē dñi Dei tui, faciet te excelſiorē cūctis gentibus. Dicunt' proprie teſtimonia, quia ſunt quędā proteſtationes diuinæ iuſtitię præmiantis bonos, & malos punientis.

18 *Et in le.* dubia declarando, vt dictum eſt.

19 *Quia con.il.&c.* a genere ſacerdotali, ſcilicet, Core, & eius congregatio, Numer.16.a.

20 *In ira.* ſcilicet, Dei prouocatam. Ideo ſubditur.

21 *Vidit do.* rebelionem eorum oculo ſuę iuſtitiæ.

22 *Et con.ſunt, &c.* abſorbuit enim eos terra, & deſcenderūt viui in infernum, ideo ſubditur.

23 *Fecit il.mon.* percutiendo eos inſolita plaga.

24 *Et con.il.&c.* qui fauerunt Core, & eius ſequacibus.

25 *In flam.ig.* ſicut ibidem ſubditur: quod Aaron cucurrit ad multitudinem, quam iam vaſtabat incendium.

26 *Et addi.* Hic conſequenter agit' de ipſi' Aarō prouiſione. Nā tribus Leuitica hęreditatem ſicut alię tribus non habuit, ꝓpter q Deus aliter de victu ſacerdotibus, & Leuitis ꝓuidit Dicit igit'. *Et addi.Aa.* in virgę ſuę floritione ad confirmationem ſacerdotij pro ſe, & ſuo ſemine. Nume.17.c.

27 *Et de.il.hæ.* Et, quę ſit illa ſubditur.

28 *Et pro.* id eſt.

29 *Primi.fru.ter.&c.* quia debebantur ſacerdotibus, decimę vero Leuitis.

30 *Panem ip.&c.* id eſt, victum.

31 *In pri.&c.* Ideſt, primitijs.

32 *Parauit in ſacieta.* id eſt, conuenientem refectionem.

33 *Nam ſacrificia domini edent, &c.* ſcilicet, ſacrificia pro peccatis, etiam ſacrificia pacifica, quorū pars cedebat in vſum ſacerdotū. holocauſta verò incendebantur totaliter ad honorem diuinum.

34 *Cæte.inter gentes.* gens ſacerdotum, & Leuitarum.

35 *Non hę.* & ſubditur ratio.

36 *Ipſe,* ſcilicet, Deus.

37 *Eſt enim pars.*

38 *Phinees, &c.* Hic conſequenter ponitur laus Phinees nepotis Aaron, cum dicitur.

39 *Tertius in glo.&c.* eſt, ſcilicet, in honore pontificali.

40 *Imitando eum, &c.* ſcilicet, Eleazarum patrem ſuum.

41 *In timore domini, &c.* eius præcepta cuſtodiendo.

42 *Et ſta.* in officio pontificis.

43 *In reuerentia gentis, &c.* Erat enim in magna populi reuerentia, eò quòd liberauerat populum a domini plaga, Numeri vigeſimoquinto.b.

*In* *In*

tis. Nam, qui ore praua loqui parcit, & miſteria auditoribus exponit, per Dei adiutorium pium laborem implens ad mortem fortitudinis, ideſt, Chriſtū feliciter peruenit.

a *Et teſta.* Significat quod Dauid in diſtributione miniſteriorū Dei, quos in xxiiij. ſortes

uerentia gētis. in bonitate, & alacritate animæ ſuæ placuit 1
a Sempiternum ſacerdotium.
Deo Iſrael. Ideo ſtatuit † illi teſtamentum pacis, & princi- 2 3
a Sacerdotum.
pem ſanctorum, & gētis ſuæ, vt ſit illi, & ſemini eius ſacer- 4 5
dotij dignitas in æternum. Et teſtamentum † Dauid regis 6 7
filio Ieſſe de tribu Iuda, hæreditas ipſi, & ſemini eius, vt da 8 9
ret ſapientiam in cor noſtrum, iudicare gentem ſuam in iu 10
ſtitia: ne abolerentur bona ipſorum, & gloriam ipſorum 11 12
in gentem eorum æternam fecit. 13

ſortes diuiſit, vt per vices dño miniſtrarēt, gloriā Phinees nō minorauit, ſed auxit. vnde in Paralip. Phinees autem filius Eleazari erat dux eorū corā dño. Vnde Hebræi tradūt, quod adhuc eo tempore vixerit, & in tabernaculo miniſtrorum vices ordinauit.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *In bonitate, & alacritate.* qua ſeruiuit deo lętāter, & deuote.
2 *Placuit deo Iſrael.* ex feruenti zelo, quem habuit ad ipſum Nu.25.c. *Phinees filius, &c.* quia zelo meo commotus eſt, &c.
3 *Ideo ſtatuit.* ideſt dignitatem ſacerdotij pacificè poſſidendam ſibi, & filijs ſuis.
4 *Et princi. ſancto.* i. ſacerdotū, qui dicebātur ſancti, eo quod erant diuinis obſequijs deputati, nam ēt res inanimatæ, quæ deputatæ ſunt diuino cultui, vt calix, & hmōi dnr ſanctæ.
5 *Et gentis ſuæ.* ſcilicet Iudaicæ, cui in ſpiritualib. pręſidebat.
6 *Et teſta. Da.* i. ordinationē ei' de ampliatiōe diuini cult', vt hr̄. 1. Para. 23. q̄ ordinationē poſuit ſub regimine ſummi pōtificis. 7 *Vt daret.* ipſe Phinees p ſe, & ſuos ſucceſſores.
8 *Sapientiam in cor. &c.* i. doctrinam legis, & prophetarum.
9 *Iudicare gen. &c.* i. ad iudicādū ppl̄m Iudaicū iuſte. 10 *Ne abolerē. &c.* p fortitudinē maiorū iniuſtè minores deprimētiū. (Pſal. 36. a.)
11 *Et gloriam ipſorum.* i. dignitatē ſacerdotij in ſe, & filij ſuis.
12 *In gen.* ideſt in populo Iudaico.
13 *Aeternam fe.* i. diu permanere, ſicut montes dicuntur ęterni. Pſal. 75. a. *Illuminans tu mira. à mon. æter. &c.*

## CAP. XLVI.

F*Ortis in bel.* Ieſus, & opere, & ſermone Chriſtū ſignificat cui deus pater dedit nomē, qđ eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, &cę. Et quia hoc nomen eſt ſuper omne nomē in nullis ante generationibus nominatum eſt. Hoc nomen in Exodo primum inuenitur, vbi dicitur, Venit Amalech, & expugnabat Iſrael, & dixit Moyſes ad Ieſum in Raphaim: Elige tibi viros potentes ex omnibus filijs Iſrael, egredere, & confligc cum Amalech craſtino. ipſe eſt, qui poſt mortem Moyſi ſuſcepit imperium, & duxit exercitum. Et conflixit cōtra Amalech. Et quod ibi figurabatur, affigit cruci ſuæ triumphās principatus, & poteſtates in ſemetipſo.

a *Quis ante il.* Quomodo ī occurſu Ioſue impeditus eſt ſol: Et, vnus dies factus eſt quaſi duo, oſtendit liber ipſius, & quomodo miſit dominus ſuper Amorrhęos lapides magnos de cælo, & mortui ſunt multo plures lapidib. grandinis, q̄ gladio. lapides autem grandinis duram dei ſignificant vltionem, vel comminationem, quæ ꝯ improbos proferuntur. Hoc modo Ieſus cum ducibus, & virtutibus ſuis adeſt eis, qui pro nomine ſuo contrarijs virtutibus oppugnantur. Nec ſolum auxilium præſtat in bello, ſed lucem producit, & diſcutit aduentum noctis. Dies autem producitur, & differtur occaſus, nec ſol occidit, ſed ſemper oritur, dum credentium cordibus ſol iuſtitiæ lumen veritatis infundit. Cum verò repletus fuerit credentium numerus, & deterior ætas vltimæ generationis aduenerit, & creſcente iniquitate refrigeſcet charitas, breuiabuntur dies, extendit enim dies in tempore ſalutis, breuiabuntur in tēpore perditionis.

b *A peccatis, & perſtringere, & cæ.* Deſperationis, quando exploratorum rumoribus auditis deſperauerunt intrare terram.

## CAP. XLVI.

FOrtis in bello Ieſus Naue ſucceſſor 1
Moyſi in prophetis, q fuit magnus 2 3
ſecundum nomen ſuum, maximus ī 4
ſalutem electorū Dei, expugnare in-
ſurgētes hoſtes, vt conſequeretur hę 5
reditatē Iſrael. Quam gloriam ade- 6 7
ptus eſt † extollendo manus ſuas, & 8
iactando contra ciuitates rhomphæas. Quis ante illum ſic 9
reſtitit? Nam hoſtes ipſe dominus percuſſit. Aut non in ira 10
cūdia eius impeditus eſt ſol, & vna dies facta eſt quaſi duo? 11 12
Inuocauit altiſſimū potētē in oppugnādo inimicos vndiq; 13
& audiuit illū magnus, & ſanctus deus, ī ſaxis grādinis vir- 14
tutis valde fortis. Impetū fecit cōtra gētē hoſtilē, & in de-
ſcēſu pdidit cōtrarios, vt cognoſcāt gētes potentiā eius, qa
cōtra † deum pugnare non eſt facile, & ſecutus eſt à tergo
Ioſue.
potētes. Et ī diebus Moyſi miſericordiam fecit ipſe, & Ca- 15 16
a Corporalem, vel ſpiritualem. b Iudaicam.
leph filius Iephone, ſtare cōtra hoſtē, & phibere gētem à 17 18
Alias perfringere. Populi.
peccatis, & pſtringere murmur malitiæ. Et ipſi duo conſti- 19 20 21
a Quo filii Iſrael proſtrati ſunt in deſerto. Qui exierunt de Aegypto.
tuti à periculo liberati ſūt à nūero ſexcētorū miliū peditū 22 23
inducere illos in hæreditatē, in terrā, q̄ manat lac, & mel. 24 25

a Et

## NICOLAVS DE LYRA.

FOrtis in bel. *Hic ponitur laus patrum poſt terræ promiſſionis ingreſſum. Et primo tempore Iudi. ſecundo tempore Reg. c. ſeq. Circa primum incipit à Ioſue, qui filios Iſrael in terram promiſſionis introduxit, dicens.* 1 Fortis in bel. *nam 31. reges debellauit, Ioſue 12. b.* 2 Succeſ. Moy. *ad regimen populi.* 3 In pro. *i. de numero prophetarum. habuit enim prophetiæ ſpiritum.* 4 Qui fuit ma. ſe. no. *i. ſecundum proprietatem ſui nominis, quod interpretatur ſalus, ſiue ſaluator, propter quod exponens dictum ſuum, ſubdit.* Maximus in ſalutem electorum dei, expu. gen. 5 Vt conſequen. *habitatores Chanaan debellando.* 6 Quam gloriam adeptus. *i. extollendo.* 7 Manus ſua. *leuanda clypeum contra regem Hay. Ioſue.* 8. 8 Et ia. con. *i. ſagittas acutas.* 9 Quis an. *quod ab eo ſe defendere potuerit? quaſi dicat nullus. Et ſubditur ratio.* 10 Nā ho. ip. do. *cui nullus reſiſtere poteſt.* 11 Aut non in ira. *ſcilicet dei contra hoſtes Iſrael.* 12 Impe. eſt. *à curſu ſuo per ſpatium vnius dei, vt habetur Ioſue.* 13 Inuo. al. po. *in cuius confidentia pugnabat, & audiuit illum.* 14 In ſa grādi. *Ioſue. 10. Cumque fugerent filios Iſrael, & eſſent in deſcenſu Bethorō dominus miſit ſuper eos magnos lapides de cælo, & cæte. quæ patent.*
15 Et in dieb. *Hic ponitur laus Ioſue, & Caleph ſimul, cum dicitur.* Et in die. Moyſi, *qui miſit exploratores de Cadeſbarne, Numer. 13.*
16 Miſe. fe. ip. *Ioſue.*
17 Et caleph. *Et quæ ſit illa miſericordia, ſubditur.*
18 Sta. cō. ho. *ideſt ſtando contra alios exploratores populum deterrentes, & iſti econtrario populum confortabant ei conſtantiam ingerendo, Num. 14.* 19 Et pro. gen. *Iudaicam.*
20 A pec. *rebellionis contra Deum dicentes. Nolite rebelles eſſe contra dominum, neque timeatis populum terræ huius, quia ſicut panem, ita poſſumus eos deuorare.* 21 Et ipſi duo conſti. *id eſt ſtabiles, & firmi.*
22 A peri. *mortis.* 23 Libe. ſunt. *Nam omnes alii, qui in egreſſu de Aegypto numerati, à viginti annis, & ſupra, mortui fuerunt in deſerto, quorum numerus fuit ſexcenta milia, tamen excipiuntur inde Leuitæ.* 24 Inducere illos in hære. *ideſt, ad inducendum filios Iſrael in hæreditatem ſibi promiſſam, fuerunt iſti duo reſeruati.*
25 Quæ ma. lac. &c. *Nam abundat in paſcuis animalium, & arboribus, in quibus apes mellificant abundanter.*

¶ a Corporis, & animæ contra hoſtes.
Et dedit dominus illi Caleph fortitudinem, & vſque in ſe- 1 2
a ¶ Sicut in libro Ioſue dicitur. b ¶ Munitionem hæreticorum, vel ad literam.
nectutem pmanſit illi virtus, vt aſcēderet in excelſum ter- 3
a ¶ Filij, vel imitatores. b ¶ Ad literam, vel homines ab hæreticis ſeductos.
ræ locū, & ſemen ipſius obtinuit hæreditatē. Et viderūt oēs
a ¶ Videntes Deum.
a filij Iſraël, quia bonū eſt obſequi ſancto Deo Et iudices ſin 4
b guli ſuo nomine, quorum non eſt corruptum cor, qui non 5
c auerſi ſunt à domino, vt ſit memoria illorū in benedictio- 6
d ne. Et oſſa eorum pullulant de loco ſuo, & nomē eorū per- 7 8
manet in æternum, † permanente ad filios illorum ſancto- 9
e rum virorū gloria. Dilectus a domino deo ſuo Samuel p-
pheta domini, renouauit imperium, & vnxit principes in 10 11
gente ſua. In lege domini iudicauit cōgregationē, & vidit 12 13
Deum Iacob, & in fide ſua probatus eſt propheta. Et cogni 14 15
tus eſt in verbis ſuis fidelis, quia vidit † Deum lucis. Et inuo 16
cauit dominum omnipotentem in oppugnādo hoſtes cir- 17
cumſtantes vndique, in oblatione viri † inuiolati. † Et into-
nuit de cælo dominus, & in ſonitu magno auditā fecit vo- 18 19
cem ſuam, & contriuit principes Tyriorum, & omnes du-
ces Philiſthiim. † Et ante tēpus finis vitæ ſuæ, & ſeculi teſti 20
moniū præbuit in conſpectu domini, & Chriſti. Pecunias, 21
& vſque ad calciamenta ab omni carne nō accepit, & non 22
accuſauit illum homo. Et poſt hæc † dormiuit, & † notum 23
f fecit regi, & oſtendit illi finem vitæ ſuæ, & exaltauit vo- 24
cem eius de terra in prophetia delere impietatem gentis. 25

a *Et iudices ſinguli ſuo nomine quorum non eſt corruptum cor, qui.*
A Poſt Ioſue ſucceſſerunt iudices, qui populum Dei ab hoſtibus defendebant, & poſt Chriſti paſſionem, apoſtoli rectores eccleſiæ Dei.

b *Quorum non eſt corruptum cor.* ✠ Rabbanus. Aptè dicitur, quòd eorum cor non ſit corruptum, neque auerſi eſſent à domino, quia in recta, & vera religione perſeuerauerūt vſque ad finem vitæ, vt memoria illorum perpetua benedictione firmaretur, & robur bonorum operum æterna mercede donaretur. Ita vt memoria eorū nominis ad poſteros ſuos cum gloria transferre- (margin: † permanens.) B tur, *ſapientiam enim eorum narrabunt omnes populi, & laudem eorum pronuntiat omnis eccleſia ſanctorum.*

c *Vt ſit me.* Quia in recta fide perſeuerauerunt, vt memoria eorum perpetua benedictione firmaretur.

d *Oſſa.* Robur bonorum operum mercede donatur, vt memoria nominis eorum ad poſteros cum gloria trāſferatur. *Sapientiam enim eorum narrant populi.* (margin: † 1. Reg. 12. a.)

e *Dilectus a domino, &c.* (margin: 1. Reg. 4. b.) Narrat hiſtoria, quod dominus Samueli infanti, cum dormiret in tēplo apparuit, & de futuris inſtruxit. Hic imperium renouauit cū regē ſuper Iſrael primū Saulē, & poſtea vnxit Dauid, & debellauit hoſtes populi dei, & holocauſtum domino obtulit, & cum offerret C Philiſthæi inierunt bellum cōtra Iſrael, & intonans deus fragore magno exterruit eos, & cęſi ſunt a filijs Iſraël. Hic p oīa fidelis inuētus eſt, & ab omni auaritia alienus dormiuit in pace, & poſt mortē apparēs Sauli, caſum futurū pdixit. (margin: 1. Reg. 28. a.) Myſtice (margin: Myſtice.) aūt prophetarū locutio per omnia verax, & fidelis inuenit, quæ regnum Chriſti futurum prædixit, & oleo ſpiritusſancti illum eſſe vngendum. Ipſa etiam poſt completionem veteris Te. quam ſignificat mors Prophetæ. (margin: Matt. 11. b. Ro. 10. a.) Lex enim prophetæ vſque ad Ioannem. Et finis legis eſt Chriſtus. Tempore gratiæ cum legitur, prenunciat malis rectoribus pœnam futuram, & mortem perpetuam. E

f *Et exaltauit vocem eius de terra in Prophetia.*
✠ Aug. Poſſunt ſpiritus mortuorum aliqua quæ hic aguntur, quæ neceſſariū non eſt eos noſſe eſſe, non ſolū præterita, vel præſentia, verum etiam futura ſpiritus dei reuelante cognoſcere, ſicut non omnes homines, ſed Prophetæ dum hic viuerent cognoſcebant, nec ipſi omnia, quæ illis eſſe reuelanda Dei prouidentia iudicabāt. Mitti quoq; ad viuos aliquos ex mortuis, ſicut econtrario, quod Paulus ex viuis in paradiſum raptus eſt, diuina ſcriptura teſtatur. Nā Samuel propheta defunctus viuo Sauli ēt regi futura pdixit, quamuis nonnulli non ipſum fuiſſe, qui potuiſſet magicis artibus euocari, ſed aliquē ſpiritū tā malis operib. cōgruēte, illius exiſtimēt ſimilitudinē figuraſſe. cū liber Eccleſiaſtic⁹, quē Ieſus fili⁹ Syrach F ſcrip-

(margin: Augu. de cur[a] pro mortuis cap. 15.; † dominum.; † immolati.; † obdormi[uit]; † votum.)

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et dedit. *Hic ponitur laus Caleph, per ſe, cum dicitur.* Et dedit dominus ipſi Caleph fortitudinem. *corporis, & aīmi ꝯ hoſtes.*
2 Et vſque in ſenectutem per. *vnde dixit Ioſ. 14. c. Hodie octoginta quinque annorū ſum, ſic valens, &c. Et ſubditur: Fortitudo in me vſque hodie perſeuerat, tam ad bellandum, quam ad gradiendum.*
3 Vt aſcenderet in excelſum terræ locū, & ſemē ipſi⁹, &c. *Ideo ſubditur ibidē.* Da mihi mōtem iſtum. *Et cætera, quæ patent.*
6 *Nam corrob.Iacob.* ideſt,populum Iſrael in fide,& morib. ſuis ſanctis exemplis, & exhortationib'. 7 *Et redemerunt.* ſe a pęna,& culpa peccantium. 8 *In fi.vir.ſuæ.* id eſt,in fidelitate prędicationis ſuę, de contingentibus nihil omittendo.Et hoc modo dicitur Eze.4.f. *Ipſe quidem in iniquitate ſua morietur,tu autem animam tuam liberaſti.* 9 *Quomodo.* Hic ponitur laus patrum,tempus tranſmigrationis ſequentium. Et ſecundo,per modum breuis recapitulationis laus quorundã præcedentium, ibi:*Nemo natus.*Circa primũ dicitur: *Quomodo amplificemus.* i.digne laudemus Zorobabel, & ſubditur ratio cũ dicitur. 10 *Nam & ipſe quaſi ſig.in dex.manu.* ſcilicet,Dei. 11 *Iſrael.* In dãtino ca.i.populo Iſraelitico ad eius conſolationem. Ad intellectum huius ſciendum,quòd hoc accipitur de fine Aggei prophetæ,vbi dicitur; *In die illa,dicit dominus exercituum: Aſſumam te,Zorobabel fil. Salathiel, & ponam te quaſi ſignaculum,quia te elegi.* Sicut fuit ibidem expoſitum,ſecũdum Rab.Sal. contra iſtud,quod dicitur de Iechonia auo Zorobabel. Iere.22.f. *Viuo ego dicit dominus,quia ſi fuerit Iechonias filius Ioachim regis Iuda,annulus in manu dextera mea,inde euellam eum.* Hic autem accipitur ſignum, & Aggęi vltim. ſignaculum pro annulo,eo quod antiquitus literæ principum ſuis annulis ſignabantur,vt patet Eſther.8.b. Eſt igitur ſenſus ſecundum Ra. Sa. quòd ſicut Iechonias fuit à deo repulſus ꝓpter malitiam ſuam,ſic Zorobabel nepos eius Deo acceptus propter ſuam iuſtitiam, ſed ſicut dictum fuit Aggæi vl.ſcriptura illa melius exponitur de Chriſto. Autor autem iſte,q fuit Hebræus, videtur ſequi expoſitionem Hebræorum. Poteſt tamen dici,quòd illa litera Aggęi vl.intelligitur de vtroque. De Zorobabel minus perfecte, qui ædificauit templum materiale,& perfectius de Chriſto, qui ædificauit templum ſpirituale,ſicut illud.2. Reg.7.b. *Ego ero illi in patrem,& ipſe erit mihi in filium.*intelligitur de Salomone, & de Chriſto,etiam ad literam, ſicut diffuſius ſuper epiſtolam ad Hebr.1.c. vbi hæc autoritas allegatur dicta de Chriſto.

12 *Et Ieſum filium Ioſedech.* qui fuit ſacerdos magnus in reditu captiuitatis Babylonicæ.

13 *Qui.* ſcilicet Zorobabel,& Ieſus.

14 *In diebus ſuis,&c.*eã fundando tpe Cyri. 1.Eſdr.4. 15 *Et exal.&c,* nã opus impeditũ per plures annos reſumpſerunt an.2. Darij regis Perſarum, & conſummauerunt anno eius ſexto. 1.Eſdr.6. Conſequenter ponitur laus Neemię,cũ dr̃.

16 *Et Neemias in me.&c.* ſupple debet eſſe apud bonos.

17 *Qui erexit no.mu.&c.*euerſos à Chaldæis. 18 *Et ſta.&c. & ſeras.*Neem.6. 19 *Qui erexit,&c.* quia non ſolum muros Ieruſalem reparauit, ſed etiam intra muros plura ædificia.

19 *Nemo.* Hic per modũ recapitulationis ponitur laus quorundam patrũ tranſmigrationẽ pręcedentium, & primo ipſius Enoch,à quo incepit laudare patres in ſpeciali,ſup.44.c. dicit igitur.*Nemo natus eſt in ter.qua.* ſ.in omnib.bonis conditionibus: Quilibet enim ſanctus habet aliquã gratiã ſpecialẽ à Deo,quam non habet alius, ſaltem in ęquali,& ſimili gradu per omnia,ꝑꝑ quod de quolibet cõfeſſore canit eccleſia. Non eſt inuentus ſimilis illi,qui conſeruaret legẽ excel.&c.

20 *Nã,& ipſe.*noſtrę habitationis,& trãſlatus ad paradiſum terreſtrem,vt dictum eſt ſupra 43.c. Conſequenter ponitur laus Ioſeph, cum dicitur.

21 *Et Ioſeph,qui na.eſt homo prin.fratrũ,* i.ad hoc natus eſt,vt

eſſet

A a *Et oſſa ip. viſi.* Significat, quod Ioſeph ante mortem ſuam prænunciauit fratribus ſuis: *Deus viſitabit vos, aſportate vobiſcũ oſſa mea de loco iſto.* Et hoc factũ eſt, quia filij Iſrael aſportauerunt ſecũ oſſa eius de Aegypto, & ſepelierunt in Sichẽ, quę eſt Neapolis vrbs Samaritanorum. Gene. vl. d. Exo. 13. d.

Ioſ. 24. g. b *Seth, & Sem apud homi.* Seth filius Adã & Sem primogenitus Noe, tam fide, quam moribus hominibus ſui tẽporis prelati ſũt, in quib. Chriſtus ſignificatur, qui Deus, & homo eſt, cui deus dedit nomẽ, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, &c. Phil. 2. b.

a Auctus ille eſt Chriſtus, qui eſt gratia Dei pleniſsimus, de cuius plenitudine omnes accepimus.

Ioſeph, qui natus eſt homo princeps fratrum, firmamen-

a Iudeæ. b Apoſtolorum. vnde: Nunciate fratribus meis. &c. Chriſtian. Ipſe eſt lumen ad reuela. gen. & glo. ple. tuæ Iſra.

a tum Gentis, rector fratrum, & ſtabilimentum populi, & oſſa 1

a Præpoſtero ordine, prius prophetas, poſtea patriarchas antiquos poſuit.

b ipſius viſitata ſunt, & poſt mortem prophetauerunt. Seth, 2

& Sem † apud homines gloriam adepti ſunt, & ſuper om- 3

nem animam in origine Adam. 4

† hi.

B ✻ Rab. Ordine ꝑpoſtero prius prophetas poſuit, & poſtea patriarchas antiquiſſimos, ſed hic vſus frequẽtiſſim' eſt ſcripturæ ſacrę, vt loca, & tẽpora in narratione ſua commutet. D Seth ergo filius Adam, & Sem primogenitus Noe apud homines gloriã adepti ſunt, quia tã fide, quã etiam bonis moribus illius æui hominibus prælati ſunt, quando plurimi idololatriæ deditis fruebãt, & deum penituit hominem ſe feciſſe in terra, ſed ſi hic ſenſus tibi diſplicuerit transfer te ad allegoriam, & intellige ĩ iſtis duobus hominibus hunc præfiguratũ, qui deus & homo eſt, *quem Deus pater ſuſcitauit à mortuis, & conſtituit ad dexterã ſuã in cœleſtibus ſupra omnẽ principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur, non ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro, & omnia ſubiecit ſub pedibus eius.* E Luc. 3. g.

## NICOLAVS DE LYRA.

eſſet princeps fratrũ ſuorũ, ꝑ hoc. n. conſeruauit prĩm, & totã cognationẽ ſuã, Gene. 45. iõ ſubdit. *Firma. Gentis, &c.* 1 *Et oſſa ipſius.* nã filij Iſrl recedẽtes de Aegypto ea ſecũ portauerũt. Exo. 13. d. *Tulit quoq; Moyſes oſſa Ioſeph, &c.* 2 *Et poſt mor.* i. Ioſeph fuiſſe verũ ꝓphetã oſtẽderunt. nam hoc prædixerat. Gene. vl. *Deus viſit. vos, aſportate vobiſc. oſſa mea.* Conſequenter ponit' laus Seth filij Adæ, & Sem filij Noe, cũ dr. 3 *Seth, & Sem apud ho. &c.* virtutis, & ꝓſidẽtię, iõ ſubdit'. 4 *Et ſu. om. animam in ori. &c.* i. ſup oẽm hoĩem ab Adã deſcẽdẽtẽ. Dicit. n. hic glo. qđ iſti duo habuerunt dñium ſup oẽs hoĩes ſui tpis, ſaltẽ ꝑ aliqua parte vitę ſuę: Seth ante diluuiũ, & Sem poſt ipſum. Non. n. eſt veriſimile, qđ toto tpe vitę ſuę habuerint dominiũ tale, qa non ꝑmiſiſſent mala ſic augmẽtari ĩ terra.

## CAP. L.

Simon oniæ. Ad homines in tempore peruenit, quia iſte Simon fuit filius Onię, qui de Simone cognomine iuſto natus eſt. Onias aũt, vt Ioſephus refert, puſillanimis, & auarus, Ptholomæo regi tributa non reddens, ad iracundiam prouocauit. Moriens autem Onias, Simoni filio ſacerdotiũ etiam reliquit, quo etiam mortuo filius Onias ſucceſsit. Fuit autem hic Simon pótifex Iudęorum, cum Ptholemæus Euergetes regnaret in Aegypto, in Aſia, & Syria Seleuc'. Patet Ieſum huius libri ſcriptorem, & hũc iuſtum Simonem eiſdem fuiſſe temporibus, cum vitam Simonis, & mores tam expreſſe deſcribat Ieſus. C

## CAP. L.

Simon pone mœrorem, vel audi triſtitiam.

Simon Oniæ filius ſacerdos magnus,

a Verbo doctrinæ. b Synagogam, ſicut doctores noſtris temporalibus eccleſiam.

qui in vita ſua ſuffulſit domum, & in 1 2

a Chriſti autem incarnatio paſsio reſurrectio in fide credentium locata eſt.

diebus ſuis corroborauit tẽplũ. Templi etiã altitudo ab ipſo fundata eſt, du 3 4 5

a De vtroque populo venientes. 6

plex ædificatio, & excelſi parietes templi. In diebus † ipſius 7 8

a emanauerunt putei aquarum, & quaſi mare adimpleti ſunt 9

ſupra modum. Qui curauit Gentem ſuam, & liberauit 10

a A peccatis, ſeruitute diaboli.
b Per gratiam Chriſti prædicatorum labor proficit. c Numero credentium.

illam à perditione. qui præualuit amplificare ciuitatem 11 12

a Ingreſſus domus, & atrii eſt or. doctorum.

b qui adeptus eſt gloriam in conuerſatione Gentis, & † ingreſ- 13 14

a Differentiam doctorum ſignificat, quibus ſpiritus largitur diuerſas gratias diuidens ſingulis prout vult.

ſum domus, & atrij † amplificauit. Quaſi ſtella matutina 15 16

† ſuis. † in ingreſſu. † amplificauit.

mare ad ſaturitatem plurimorum.

b *Et ingreſſum domus atrii amplificauit.* Quia in rudib' quos ſignat atrium, & in perfectis qui ſignantur per domum magiſtrorũ excreſcit meritum. F

✻ Rabanus. Ingreſſu domus, & atrij excellentiſſim' ordo ſanctorum prędicatorum amplificatus eſt, quia tã in illis, qui rudes adhuc ſunt ĩ fide, quod atrium figurat, quam etiam in perfectis domum dei inceſſu bonorum operum ingredientibus magiſtrorum excreſcit meritũ redundans illis ad celeſte premiũ. Quod autem eos comparat ſtellæ matutinæ, & luci lunæ, atque fulgori ſolis, diſtantiam eruditionis, & meritorum in ipſis doctorib. ſignificat In quibus inuicẽ differunt, habentes gratias diuerſas, quia vt Paulus ait, *unicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatẽ, alij quidẽ* per

a *Putei aquarum.* Profunditates ſcripturarum, q̃ in diuinis libris ſub figuris latẽt, ſed ore prædicatorum redũdãt, quaſi mare

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. L.

Simon Oniæ filius. *Hic vltimo ponitur laus Simonis Oniæ filij, q ſecundũ omnes hiſtoriographos fuit ſummus pontifex Hebræorũ tpe Ptholomæi Euergetis regis Aegypti. Illa vero, quę hic dicuntur de laudib. eius, non habentur ex libris ſacræ ſcripturæ, nã canonicis, q̃ non canonicis, qui de ipſo nullam videntur facere mentionẽ. Sed dicunt expoſitores aliqui huius libri, quod Ioſephus eã narrat, ſed vbi, non dicũt propter quod, reuolui librũ Ioſephi, qui dicitur Antiquitatis Iudaicæ, in quo ſperabã eã reperire, ſed de iſto nihil plus reperi, niſi quod defuncto patre ſucceſſit in ſacerdotii principatu. 12. libro, quod eſt mihi ſatis mirabile, nã ibi ſcribuntur facta notabilia pontificũ aliorũ illius tẽporis. Et de iſto cuius deſcribitur hic excellentia valde notabilis, nihil amplius, quã illud, qđ dictũ eſt continetur. Præſens igitur ca. in tres partes diuiditur, nã primo ponitur huius Simonis cõmendatio, ſecũdo triũ gentiũ deteſtatio, ibi.* Duas gentes. *tertio ſcriptoris huius libri concluſio, ibi:* Doctrinam ſapientiæ. *Prima adhuc in tres, quia primo cõmendatur de ciuitatis, & templi fulcimento. Secundo de virtutũ ornamento, ibi.* Quaſi ſtella. *tertio de diuini cultus augmento, ibi.* Circa illum. *Circa primum dicitur:* Simon Oniæ fi. *Iſte Onias non eſt ille de quo fit mentio. 2. Macha. 3. ſed fuit ante illũ.* 1 Qui in vita, &c. *id eſt, templum, inueterata ipſius reſarciendo.* 2 Et in die, &c. *repetitio eſt eiuſdem ſententiæ ad maiorem expreſſionem.* 3 Templi etiam alti. &c. *Non poteſt hic accipi altitudo prout ſignat ꝓfunditatẽ, ſicut dicitur Iohã. 4. b. Puteus altus eſt. Templum enim illud fundatum fuit per Zorobabel, & Ieſum filium Ioſedech tẽpore Cyri, & per eoſdem conſummatum anno ſexto Darii, vt dictũ eſt ca. præce. propter quod ſic exponendum eſt.*
4 Templi et alti. ab ipſo. *id eſt, reſarcita. & ad firmitatem reducta, erat enim expoſita ventis, & pluuiis magis, quam partes cæteræ, propter quod indigebat reparatione.* 5 Duplex ædificatio. *nã ibi reparanda erant aliqua de lapidibus.* 6 Et ex. *quos fecit reſarciri in parte ſuperiori vbi magis indigebant ratione prædicta.*
7 In die, &c. *nam aquæductum, et piſcinam, quæ fecerat Ezechias vt dictum eſt ſupr. ca. 48. reſtituit in meliorem ſtatum.* 8 Qui curauit gen. ſuã. *Iudaicã, ipſam inſtruendo debitè, & regendo.* 9 Et libe. *ſ. peccatorũ, vel a tribulatione circunſtantium aduerſariorum.*
10 Qui præua. ampliare. *alias amplifica. ci. numeroſitate habitãtium, & copia victualium.* 11 Qui adep eſt glo. *id eſt virtutem, & honorem.* 12 In conuer. gen. ſuæ. *per meliorationem vitæ.*
13 Et ingreſſum domus. *id eſt, veſtibulum templi.*
14 Et atrij. *ſacerdotum.* 15 Amplificauit. *antiquata reſarciendo, & in melius reformando.* 16. Quaſi ſtella. *Hic conſequenter commendatur de virtutum ornamento, cum dicitur, Quaſi ſtella matutina, quę clarior eſt cæteris.*

Simon Oniæ ſilius. Diuiſio.

3 Templi 1 *In medio*

A per ſpiritum datur ſermo ſcientiæ, ſecundum eundem ſpiritum, alteri fides in eodem ſpiritu, alii gratia ſanitatum in vno ſpiritu, alii operatio virtutum, alii prophetia, alii diſcretio ſpirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio ſermonũ. Hæc autem omnia operatur vnus atque idem ſpiritus diuidens ſingulis prout vult. Hic & alibi ait: alia claritas eſt Solis alia claritas lunæ, alia claritas ſtellarũ, ſtella enim à ſtella differt in claritate. Omnes quidem lucent, ſed ſecundum donum ſibi datum à Deo. († refulſit)

B a *In accipiendo ipſum ſtolam, &c.* Ordo prædicatorum accipiẽdo ſtolam gloriæ, & veſtiendo ſe conſummatione virtutum, iudicium dignitatis ſuæ, & ornatum fidei, & veſtitum bonæ operationis demõſtrat. Hęc enim debent in ſacerdotibus apparere, vt dignè poſſint docere, quia *Cœpit Ieſus fa. & do.* & pro eis preces fundant. († Act. 1. a.) († productilib.)

b *In accipiendo autem.* Partes accipit de manu ſacerdotis, qui bonæ operationis actum exigit à miniſtris. († Deo.)

C c *Et conſu.* Conſummata oblatio datur excelſo regi, qñ corpus

¶ a Doctrinæ verbo, & baptiſmi ſacramento, hoc curant doctores modo.
in medio nebulæ, & quaſi luna plena in diebus ſuis lucet. Et 1 2
¶ a Quia in obſcuritate literæ relucet ſplendor ſapientiæ.
quaſi ſol refulgens, ſic ille † effulſit in templo Dei. Quaſi 3 4
¶ a Scientia ſcripturarum, per quam ſagittæ diuinorum teſtimoniorum. ¶ b Sanguis martyrum in vigore naſcentis eccleſiæ.
arcus refulgens inter nebulas gratiæ, & quaſi flos roſarum 5 6
¶ a Continentia, & virginitas. ¶ b Labentis ſeculi
in diebus vernis, & quaſi lilia, quæ ſunt in tranſitu aquæ, & 7
¶ a Pura oratio. ¶ b In claritate fidei. ¶ Charitatis.
quaſi thus redolens in diebus æſtatis. Quaſi ignis efful- 8
¶ a Paſſionis. ¶ b Anima. ¶ c Sapientiæ plena.
gens, & thus ardens in igne. Quaſi vas auri ſolidum orna- 9 10
¶ a Omni genere virtutum. ¶ b Lux fidei, & affectus miſericordiæ.
tum omni lapide precioſo. Quaſi oliua pullulans, & † cu- 11 12 13
¶ a Altitudo perfectionis, odor bonæ voluntatis, ſicut habent ſancti.
a preſſus in altitudine ſe extollens. In accipiendo ipſum ſto- 14 15
lam gloriæ, & veſtiri eum in conſummatione virtutis. In 16 17
¶ a Quia ſacerdotii ſui iura recte cuſtodit, vt ſubiectos recte doceat. 18
b aſcenſu altaris ſancti gloriam dedit ſanctitatis amictum. In 19
accipiendo autem partes de manu ſacerdotum, & ipſe 20
¶ a Primus opere, & doctrina. ¶ Vt imitentur. ¶ b Presbyterorum, & eorum, qui ſunt minoris ordinis, qui boni paſtoris ſequuntur exemplum.
ſtans iuxta aram. Circa illam corona fratrum, & quaſi plan- 21
tatio cedri in monte Libano, ſic circa illum ſteterunt quaſi 22 23
rami palmæ, & omnes filii Aaron in gloria ſua. Oblatio au- 24 25
¶ a Sic luceat lux veſtra coram hominibus, &c. ¶ Fidelium multitudine. 26
tem domini in manibus ipſorũ, corã omni ſynagoga Iſrael, 27
c & conſummatione fungens in aram amplificare oblatio- 28
¶ a Chriſti ſanguinem offerendo. 29
nem excelſi regis porrexit manũ ſuam in libatione, & liba- 30
d uit in ſanguine vuæ. Effudit in fundamẽto altaris odorẽ di- 31
e uinũ excelſo principi. Tunc exclamauerunt filii Aaron in tu- 32
bis† ductilibus ſonuerũt, & auditã fecerunt vocem magnam 33
f in memoriam coram † domino. Tunc omnis populus ſi- 34
mul properauerunt, & ceciderunt in faciem ſuper terram 35
g adorare dominum Deum ſuum, & dare preces omnipo-

pus Chriſti offertur Deo. D

d *Effudit in fundamento.* In commemoratione Chriſti, qui eſt fundamentũ eccleſię. Huius oblationis eſt odor ſuauiſſimus Deo omnipotenti.

c *Tunc ex.* Chriſti ſacerdotes prædicationem exhibuerũt per paſſionem cõſummatam. Ductiles tubæ benedicuntur, quia pdicatores citò creſcunt, quanto tribulationum malleis percutiuntur. († cipreſſus.)

E f *Tũc omnis populus ſimul properauerunt, & ceciderunt in faciẽ ſuper terram adorare dominũ Deũ ſuum, &c.* Cũ officium eccleſiaſticum, per miniſtros altaris agitur in memoriam Chriſti, populus ad laudem dei prouocatus, proſternit ſe in faciem, id eſt, cordis ſui exhibet humilitatem.

g *Dare preces.* Quia quidquid amore dei agitur, coram deo eſt oratio, & odor ſuauitatis. Quia omnis eccleſia ſatagit, vt pſeueret in prece vſq; ad finem mundi, qñ corpus Chriſti in incorruptione honorabitur, & membra capiti ſuo cõiungent. F

*Et rog.*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *In medio nebulæ.* quaſi dicat etiam inter malos refulſit doctrinis, & exemplis.

2 *Et qua.* q.d. in eo nihil apparuit defectus, & obſcuritatis.

3 *Et quaſi ſol.* lumine ſuo illuſtrans alios, & ad feruorẽ charitatis inducens.

4 *Quaſi ar.* diuerſis colorib. ſic iſte refulſit varijs virtutib9.

5 *Et quaſi flos.* Tunc enim redolent maxime, per quod notatur diffuſio bonæ famæ. 2. Cor. 2. d. Chriſti bonus odor ſumus, in omni loco.

6 *Et quaſi.* in quo notatur virtus caſtitatis.

7 *Et quaſi thus.* in quo notatur virtus ſuæ orationis, Pſalm. 140. a. Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in cſpectu tuo.

8 *Quaſi ig.* fulgore doctrinæ.

9 *Et thus.* exponatur, vt prius.

10 *Quaſi vas.* contentiuum ſapientiæ, quæ per aurum deſignatur.

11 *Solidum.* per virtutem patientiæ.

12 *Ornatum om.* ideſt in omni genere virtutum.

13 *Quaſi oli.* id eſt, opera miſericordiæ multiplicans, nam oleum oritur de oliua, quod miſericordiam ſignificat, Lucę 10. f. Alligauit vulnera eius infundens oleum, & vinum.

14 *Et cu. in al. ſe.* per contemplationem cæleſtium.

15 *In accipiendo ipſum.* quaſi dicat ex prædictis patet, quod dignus fuit accipere ſtolam gloriæ, ideſt tunicam hiacynthinam, qua ſolus ſacerdos ſummus vtebatur.

16 *Et veſtiri eum, &c.* id eſt, ſuperhumerali, & rationali, & mitra, & lamina ſancta, quę erant cõſummatę virtutis ſigna.

17 *In aſcenſu, &c.* ideſt ſignauit.

18 *Sanctitatis amictum.* id eſt amictus, accipiendo neutrum pro maſculino: Sicut. n. dictum eſt, hæc ornamenta ſignificabant excellentiam ſanctitatis, quæ in pontifice debet eſſe p cæteris, quia ſequeſter eſt, & medius inter populum, & Deum.

19 *In accipiendo, &c.* id eſt, decimam decimarum, quas accipiebant ſacerdotes a populo, & de illis decimam partẽ offerebant ſummo ſacerdoti.

20 *Et ipſe ſtans.* id eſt, ſemper paratus ad exercitium ſui officij.

21 *Circa il.* Hic commendatur de diuini cultus augmento. Et primò in miniſtrorum collegio, ſecundo in toto populo, ibi: *Tunc omnis.* Circa primum dicitur: *Circa illum co.* ideſt, ſocietas magna minorum ſacerdotum, & Leuitarum ſibi miniſtrantium. (Diuiſio.)

22 *Et qua.* ſicut cedri in monte Libano plãtatæ ſunt in magna multitudine.

23 *Sic circa il.* ſacerdotes, & Leuitæ.

24 *Qua ſi ra.* id eſt, ſicut rami palmæ circundant ſtipitem, ſic iſti pontificem.

25 *Et om. fi. Aaron.* Iſti erant minores ſacerdotes, qui erant nobilius ornati, quam Leuitæ, nam habebant tunicas lineas balthæos, & mitras.

26 *Ob. au.* i. per manus ipſorum fiebat in altari holocauſtorum, ideo ſubditur. 27 *Coram om.* i. coram multitudine plebis, quæ non admittebatur ad videndum oblationem incenſi, quæ fiebat intra templum. vnde dicitur Lu. 1. *Et omnis multitudo populi erat foris orans hora incenſi.* 28 *Et conſu.* ſup arã incenſi: Oblato namque ſacrificio in altari holocauſtorũ, qđ erat ſub diuo cremabatur thymiama ſuper altare incẽſi in tẽplo, & tunc erat ſacrificiũ conſummatum, vt hr̃ Heb. 9.

29 *Amplific. obla.* id eſt, ad offerendum amplam, & perfectam oblationem excelſo regi.

30 *Porrex. ma.* id eſt, liquidorum oblationem, & potiſſimè de vino, ideo ſubditur. Et libauit, &c.

31 *Effudit in funda.* nam vinum oblatum ſuper altare in odorem ſuauitatis domino decurrebat ad baſim altaris, &c.

32 *Tunc excl.* ideſt, minores ſacerdotes.

33 *In tubis, &c.* Dicit enim Ra. Sa. quòd quando fiebat libatio de vino in magnis ſolennitatibus, minores ſacerdotes incipiebant buccinare, & Leuitæ cantores canere.

34 *Tunc omn. po.* Hic commendatur de diuini cultus augmento in populo, cum dicitur, *Tunc omnis.* laudare Deum ſecundum modum ſuum, ideo ſubditur.

35 *Et ceci. in fa. ſuper.* ſcilicet humiliter, & deuotè.

tenti Deo excelſo. Et amplificauerunt pſallẽtes in vocibus
¶ Eccleſia .
ſuis, & in magna domo † factus eſt ſonus ſuauitatis plenus.
1 Et rogauit populus dñm excelſum in prece, vſq; dũ perfe
ctus eſt honor domini, & munus ſuum perfecerunt. Tunc
b deſcendens manus ſuas extulit in omnem congregatio-
c nem filiorum Iſrael dare gloriam Deo a labijs ſuis, & in
noĩe ipſius gloriari. Et iterauit orationẽ ſuam volẽs oſten
d dere virtutem Dei Et † plus orauit Deum omniũ, qui ma-
gna fecit in oĩ terra, qui auxit dies noſtros a ventre matris
noſtræ, & fecit nobiſcum ſecũdum ſuam miſericordiam.
·Det nobis iucunditatem cordis, & fieri eadẽ in diebus no-
ſtris in Iſrael per dies ſempiternos, credere Iſrael nobiſcũ
eſſe miſericordiã Dei, vt liberet † nos in diebus ſuis. Duas
a ¶Scilicet, hæretica. b ¶Vna, & ſimplex, ſed diuerſis compoſita erroribus.
e Gentes odit anima mea, tertia autem non eſt Gens quam
a ¶Prima. ¶Scilicet. b ¶Superbiæ. ¶Hiſpida. ¶Secunda. ¶Tertia.
oderim. Qui ſedet in mõte Seir, & Philiſthijm, & ſtultus
f populus qui habitat in Sichimis. Doctrinã ſapientiæ & di
ſciplinæ ſcripſit in codice iſto, Ieſus filius Syrach, Ieroſo-
lymita, qui renouauit ſapientiam de corde ſuo. Beatus qui
a ¶Meditando, & opere implendo.
in iſtis verſatur bonis, qui ponit illa in corde, ſapiens erit
a ¶Sapientia. ¶Per quam, ſ. ad regnum peruenire valeamus
ſemper. Si enim hęc fecerit ad omnia valebit, quia lux Dei
veſtigium eius eſt.

A a *Et rog.* Quia quidquid in vnitate fidei Deo offertur, apud eũ recipitur, quidquid extra, impietati deputatur. Magnus fit in eccleſia ſonus, qñ orantibus ſacerdotibus, & benedicentibus, reſpondet omnis populus, amẽ, qui ſonus tam ad clamorem vocis, quã ad deuotionem cordis pertinet. *Homo enim videt in facie, Deus autem in corde.* (Reg 16. b.)

b *Tunc deſcen.* Cœtus ſanctorum exultans. († auctus)

c *Extulit in o.* quando gratias agit pro perfectione laboris in ſalute vniuerſi populi, tunc laudes multiplicat, orationem iterat, quia nunquam a laudibus ceſſat. († post rurſum)

d *Oſtendere virtu.* Prædicare ſcilicet miſericordiam eius; qui dat

B nobis iucunditatẽ cordis, & pacem in temporibus æternis, vt omnes viri Iſraelitæ, & amatores regis æterni prædicent potentiam, & bonitatem Dei in liberatione populi ſui.

c *Duas gen.* Ruina duplex, Gentilitas, ſcilicet quæ idololatria polluta eſt, & conuerſatione vana.

⁎ Rabbanus. Duas gentes dicit ſe odiſſe, vna eſt gens Iudaica ſub legis litera conſtituta, quæ etiam & Seir nomine denotata eſt, quod interpretatur hiſpidus vel piloſus. Seir enim idem fuit qui & Eſau, &c. Cuius ideo minor calcaneum tenuit, quia myſtice maiorem

C populũ minor ſuperaturus erat, hęc eſt .n. generatio praua & peruerſa atque adultera, iuxta veridicã vocem Euangelij,

D *quæ occidit prophetas, & lapidauit eos q ad ſe miſſi sũt, &c.* (Luc. 13. g.) Altera gens eſt Philiſthijm q̃ interpretatᷣ ruina duplex, ſignificans gentẽ nationum, quæ & in idololatria ſceleſtaque cõuerſatione ſimul polluta fuit, & ideo odibilis, qa longe a veritatis via errando receſſit. Tertia autem eſt hæreticorum ſynagoga, cuius ſtultus populus habitat in Sichimis, hoc eſt, in humeris ſiue laboribus, cum quotidie peruerſa ſcribendo atque praua docendo, ſtulte laborem ſuum conſumit, quod autem dicit hanc non eſſe gentem, oſtendit, quia non ex vna generatione vel ſimplici errore ipſi hæretici prodeant,

E ſed ex diuerſis locis orti plurimis ſunt erroribus obnoxij, & tamen inter ſe inuicem contrarij, aliter enim Arriani docent, atque aliter Sabelliani, aliter Nouatiani, atque aliter Donatiſtæ. Similiter & cæteri falſis dogmatibus ab inuicem diſcordant, diſſimileſque ſunt ſermone, ſed pares errore. († eos)

f *Doctr. ſapien. & diſci. ſcrip.* Opus ſuum commendat, oſtendens quam vtile ſit legenti, meditanti, & operanti.

*Oratio Ieſu filij Syrach.* Melius ad totam eccleſiã refertur, quam ad vnam perſonam, quia in ea multę ſpecies tribula-

F tionum, & diuerſa ſolatia deſcribuntur.

☞ CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et am.* i. ample Deum laudauerunt.
2 *Pſallen. in.* Leuitæ cantores.
3 *Et in ma.* i. in templo. Et accipitur hic templum large pro atrio ſacerdotum, in quo erat altare holocauſtorum.
4 *Vſque dum perfectus eſt honor.* i. obſequium pontificis, & miniſtrorum ad honorem Dei.
5 *Tunc deſcendens.* pontifex Simon de altari.
6 *Manus ſuas.* ad regratiandum domino, ideo ſubditur.
7 *Dare glo. Deo.* ad benedicendum populo, ideo ſubditur.
8 *Et in, &c.* nam in nomine domini tetragrammaton, qđ dicitur glorioſum benedicebat pontifex populum.
9 *Et it.* qui totiens paratus eſt dare quoties deprecatur humiliter & deuote cum alijs conditionibus requiſitis ad exauditionem orationis.
10 *Et plus ora.* Quod in aliquibus libris interponitur: Poſt rurſum non eſt in libris correctis.
11 *Deum omni.* i. creatorem omnium, & gubernatorem.
12 *Qui magna fe. in.* in omni namq; terra apparent effectus Dei mirabiles & magni.
13 *Qui auxit di. no. &c.* alimentum & augmentum conferendo.
14 *Et fecit no. ſecundũ ſuam miſe.* peccata noſtra remittendo.
15 *Det nobis iucun. cordis.* dona ſpiritusſancti conferendo.
16 *Et fie. pa. in die. no. in.* vt liberius ſibi ſeruiamus.
17 *Per dies ſem. cre. Iſrael. no. eſſe mi. Dei.* i. vt filij Iſrael per alia regna diſperſi ſemper credant nobis ad eſſe miſericordiam Dei, vt ſic magis deſiderent venire in Iudęam, & ſuper hoc Deum orent, ideo ſubditur.
18 *Vt liberet nos in die. ſuis.* a Gentilium ſeruitute.
19 *Duas gen.* Hic conſequenter ponitur trium Gentium deteſtatio, cum dicitur: *Duas gentes odit ani.* propter mala quæ fecerunt populo Iſrael.
20 *Tertia autem non eſt.* ſ. tantum quantum duas primas, ita exponunt aliqui. Sed videtur mihi per contrarium exponendum ſic: *Tertia.* ſcilicet Gens quam odio.

Non

21 *Non eſt Gens.* aliqua alia.
22 *Quam oderim.* ſupple tantum quantum ipſam, vt poſtea videbitur. 23 *Qui ſed. in mon.* hæc eſt, Gẽs prima. ſ. Idumæorum ab Eſau deſcendentium, qui fuit dominus Seir Gen. 32. Et ſicut ille perſequutor fuit Iacob fratris ſui, Gene. 27. ſic Idumęi ab eo deſcendentes perſequutores fuerunt filiorum Iſrael a Iacob deſcendentium.
24 *Et Phili.* qui multum perſequuti fuerunt filios Iſrael, vt patet 1. Re. in pluribus locis.
25 *Et ſtultus populus qui habi.* Iſti ſunt Samaritani, quos rex Aſſiriorum adduxit de regno ſuo ad habitandum Samariã, & alia loca circa ipſam, vt habetur 4. Reg. 27. & aliq de iſtis habitabant in Sichem, vſque ad tẽpus Chriſti, vt patet Ioh. 4. Et iſti ſemper fuerunt Iudæis contrarii, & infeſti, vt patet. 1. Eſdræ, & Neemiæ in pluribus locis, & magis quã alii poſt reditum captiuitatis Babylonicæ, quo tempore ſcriptus fuit liber iſte. Ideo dicuntur magis odioſi quam alii, qui illo tempore non leguntur Iudæis ſic fuiſſe moleſti, & quia magnã partem occupabant terræ Iudæorum. Dicitur autem hic populus ſtultus, quia cum dominum colerent, dijs quoque ſuis ſeruiebant. 4, Reg. 17.
26 *Doctrinam.* Hic ponitur doctoris huius libri concluſio, cum dicitur, *Doctri. ſap.* quantum ad cognitionem diuinorũ.
27 *Et di.* quantum ad informationem morum.
28 *Scrip. in co.* ad diſtinctionem Ieſu filij Ioſedech.
29 *Hieroſoly.* Fuit enim Iudęus natione.
30 *Qui reno.* Multa enim accepit de dictis antiquorum, & maxime de Prouerbijs Salomonis.
31 *De cor.* i. per ſtudiũ cordis ſui: Vel quia non ab alio fuit ad hoc excitatus, ſed propria voluntate fecit, cum auxilio tamẽ diuino. 32 *Beatus qui.* meditando & operando, ideo ſubditur: *Qui ponit.* 33 *Si enim.* i. valẽs erit in omnibus ad ſalutem ſuam ſpectantibus, & etiã aliorum per ſuam doctrinã.
34 *Quia lux.* i. ſapientia hoc codice deſcripta, quę eſt quędam impreſſio diuini luminis.
35 *Veſtigium eius.* i. via ad ipſam perducens.

⁎ CAP.

CAP. LI.

A

*Confitebor tibi Domine rex, & collaudabo te Deum ſaluatorem meum.*

a *Quoniam adiutor factus es mihi, & liberaſti corpus meum à perditione, à laqueo linguæ iniquæ, & à labiis operantium mendacium, & cæt.* Ieſus Chriſtus adiutor & protector eſt ſponſæ ſuæ, qui tradidit ſemetipſum pro ea, vt liberaret eam à perditione originalis peccati.

B

Dan.3.c

b *Portis tribulationum quæ circundederunt me.* Hæc ſunt ora principum & tyrannorum, vnde minæ prodeunt & fraudulentiæ, quæ ſeruos Dei negare fidem compellunt.

c *Preſſura flammæ quæ circundedit me, & in medio ignis non ſum æſtuatus de altitud ne ventris inferi, & cætera.* hoc tribus pueris contigit in camino ignis corporaliter. Sed omnes ſancti ab æſtu perſequutionis liberantur ſpiritualiter.

d *Et vita, &c.* Quia vita carnis quotidie deficiẽdo ad mortem tendit. Mortem enim infernum vocat, quia

C

mors carnis, primi peccati vindicta eſt, ſicut infernus peccantium animarum pœna perpetua.

D

e *Circundederunt.* Videns eccleſia ſe ab hoſtibus circundari, & animarũ deeſſe ſolatium, a Deo quærit adiutorium a quo eſt omne bonum cui attribuit, quod liberatur ab inimicis.

f *Inuocaui dominum patrem domini mei, vt non derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tempore ſuperborum ſine adiutorio. Laudabo nomen tuum aſſidue, & cæt.*

E

✻ Rabbanus. Dies enim tribulationis & tempus ſuperborum præſens eſt, vbi boni tribulantur, & impij in ſuperbiam extolluntur. Orat enim ſponſa Chriſti, vt Deus omnipotens pater Domini ſui Ieſu Chriſti ſe non derelinquat in tẽpore neceſſitatis ſuę, quando ſuperbia iniquorum eam affligere deſiderat cruciatu tormentorum, promittitque ſe nomen eius aſſidue laudaturam, & collaudare illud in cõſpectu nominis eius vſq; in finem vitæ.

F

Oratio Ieſu filij Sirach. CAP. LI.

a ¶Dominus & rex eccleſiæ Chriſtus qui eſt caput & ſponſus eius.

Confitebor tibi dñe rex, & collaudabo 1
te Deũ ſaluatorẽ meũ. Cõfitebor no- 2
mini tuo, qm̃ adiutor & protector fa- 3 4
ctus es mihi, & liberaſti corpus meũ a 5
a ¶A perſuaſione idololatriæ, ne ſeruirem potius creaturæ quam creatori. 6 7
pditione, à laqueo linguæ iniquę, & à 8
a ¶Perſuaſionibus b ¶Philoſophorum, hæreticorum. c ¶Perſequutorum, vel, fidelium qui ei peſſabant paſſionis meæ aduentum.
labijs operantium mendaciũ, & in conſpectu aſtantiũ factus 9
a ¶A perſequutione. b ¶Non merita: 10
es mihi adiutor. Et liberaſti me ſecũdum multitudinem mi- 11
a ¶Perſequutoribus. ſ. qui ſæuiunt, vt deuorent plebem Dei ſicut eſcam panis. 12
ſericordiæ nominis tui à rugiẽtibus præparatis ad eſcam, de 13
b manibus quærẽtiũ aĩam meã, & de † portis tribulationum, 14 15
c quæ circũdederũt me. A preſſura flãmæ quæ circundedit me 16
in medio ignis nõ ſum æſtuatus. De altitudine vẽtris inferi, 17
a ¶Hæreticorum vel falſorum teſtium. b ¶Liberauit me, ſub audis, ne ius inimicorum perueniret ad interitum animarum. 18 19
& a lingua coinquinata, & a verbo mẽdacij, à rege iniquo & 20
a lingua iniuſta. Laudabit vſque ad mortẽ anima mea domi 21
d nũ, & vita mea appropinquãs erat in inferno deorsũ. Circũ- 22 23
e dederũt me vndique, & nõ erat qui adiuuaret. Reſpiciẽs erã 24
ad adiutorium hoĩum, & nõ erat. Memoratꝰ ſũ miſericordiæ 25 26
tuæ domine, & cooperationis tuæ quæ a ſeculo ſunt: quoniã 27
eruis ſuſtinẽtes te dñe, & liberas eos de † manibus Gentium. 28
a ¶Doctrina & miraculis. b ¶Fœnis & miraculis. 29
Exaltaſti ſuper terrã habitationẽ meã, & pro morte defluen 30
a ¶Ieſu Chriſti. Vel Deum. 31
f ti deprecatus ſum. Inuocaui dominũ patrem domini mei, vt 32
a ¶Præſenti vita in qua impij ſuperbiunt. 33
nõ derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tempore 34
ſuperborum ſine adiutorio. Laudabo nomen tuum aſ- 35 36
a ¶In vnitate fidelium b ¶Peccati vel laudis. c ¶Diſcedite a me om. qui opera.ini.quo.ex.&c. 37
ſidue, & collaudabo illud in confeſſione, & exaudita eſt 38

† multis tribulationibus

I

*Cum*

T

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. LI.

Confitebor. In hoc vltimo capitulo ſcriptor huius libri gratias & laudes reddit Deo, ſic procedens quod Deũ primo laudat, ſecundo ad ſapientiã alios inuitat, ibi: *Cum adhuc ſum iunior.* Prima ĩ duas, quia primo ponitur huius laudis inchoatio, ſecundo eius continuatio ibi. *Laudabit vſque ad mortem.* Circa primum dicit.

Diuiſio.

1 *Confitebor tibi.* omnium per creationem.
2 *Rex.* per eorum gubernationem.
3 *Et collau.te.de.* per ſpiritualem mei protectionem.
4 *Confi.no.* confeſsione laudis.
5 *Quo.adiu.* Protector in tentatione diaboli, & adiutor in promotione boni.
6 *Et libe.cor meum.* i. a vitio gulæ & luxuriæ.
7 *A laqueo lin.* i. vitio detractionis.
8 *Et a la.o.menda.* perniciosum.
9 *Et in conſpe.aſtan.* ſ. angelorũ qui tibi aſtant. Dan.7.ca. Millia miliũ miniſtrabant ei, & decies milies cẽtena milia, &c.
10 *Factus es mi.* cõtra hoſtes ſpirituales, & corporales, ideo ſubditur. 11 *Et liberaſti me.ſecun.mul.* 1.Pet 5.ca. Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret.
12 *A preſſu.* incentiuorum libidinis.
13 *Quæ circ.m.me.* per fomitem exiſtentem in carne.
14 *Et in medi.ign.* libid noſi ardoris.
15 *Non ſum æſtu.* per conſenſum mortalis peccati.
16 *De altu.* i. de profunditate Ioh.4.b. Puteus altus eſt &c.
17 *Ventris in.* in qua parte ſunt damnati, ſed ad limbum patrum deſcendebant tunc ſancti.
18 *Et a lin.* verbis ſcurrilibus & immundis.
19 *Et a verbo menda.* pernicioſi.
20 *A rege in.* a diabolo, q eſt rex ſuper omnes filios ſuperbię.
21 *Et a lin.iniu.* i. calumniante alios ſine cauſa. Et hæc oĩa referuntur ad illud quod ſupra ponitur. Liberaſti me ſecundum multi.no.tui, &c.
22 *Lauda.* Hic conſequenter ponitur laudis continuatio cum dicitur. *Laudabit vſque ad mortem anima mea.* i. per totam vitam meam. 23 *Et vita mea ap.erat in infer.de.* ſupple niſi mihi affuiſſet diuinum auxilium.
24 *Circundederant me vndique.* ſpiritus maligni qui tentant ex omni parte.
25 *Et non erat qui adiuuaret.* ſ. ex hominibus, ideo ſubditur.
26 *Reſpiciens eram.*
27 *Memoratus ſum miſericordiæ tuæ domi.* quæ ſemper parata eſt adiuuare.
28 *Et cooperationis tuæ.* quia liberaſti ſperãtes ĩ te per hoĩes, ſicut liberauit filios Iſrael per Cyrũ regẽ Perſarũ de Babylonica captiuitate, & in talibus Deus cooperatur hominibus, ſed quando liberat per ſeipſum immediate eſt liberator, & operatur ſolus. 29 *Et libe.eos.de ma.gentium.* idololatrarũ.
30 *Exaltaſti ſu.ter.habi.me.* concedendo mihi vitę proſperitatẽ. 31 *Et pro morte defluenti.* i. corporali in quã homines fluunt, ex quo ſunt nati. Sapien.5.c. Nos nati continuo deſinimus eſſe.
32 *Deprecatus ſum.* vt habeat finem bonum.
33 *Inuoca.do.pa.do.mei.* i. Meſsię, de cuius generatione ęterna, & temporali locutus eſt auctor iſte ſupra 24.c.
34 *Et non derelin.me.in die tribu.meæ.* i. in die mortis meę.
35 *Et in tempore ſuperborum.* i. dęmonum, qui tunc maxime impugnant hominem, eo quod ſi tunc euadat manus eorũ, non poſſunt vltra eum impugnare.
36 *Lauda.no.tuum aſſidue.* i. horis ad hoc ordinatis.
37 *Et collaudabo il.in.* nam oratio humilis ante Deum eſt exaudibilis ſup.35.b. *Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit,* ideo ſubditur.
38 *Et exau.eſt oratio mea.* in ſpe firma: Et ſic intelligitur de hoc quod ſubditur:

*Et* *Et*

a *Cum adhuc.* In iuuentute, vel pueritia maxime præualent vitia. Vnde: *Delicta iuuentutis meæ, & ignorant. meas ne memineris. Cum adhuc.* Poſt communem eccleſiæ orationem, refert quomodo ab infantia quæſierit ſapientiam.

Pſal.14.b.

A

b *Priuſquam ob. &c.* Signat ſe ante errorem pueritiæ, vel iuuentutis deſideraſſe ſapientiam, & à domino poſtulaſſe, & vſque ad nouiſſimum perſeueraſſe.

oberratam.

B

c *Tanquam præc.* Decorem ſapientiæ comparat præcoquę vuæ, vt oſtendat iocunditatem apud eã eſſe. Præcoqua enim vua dicitur eo, quod cito matureſcat.

d *Danti mihi ſapientiã dabo gloriam.*

✱ RABANVS. Recte dat gloriam datori omnium bonorum pro dono ſapientiæ ſibi conceſſo, quia tanti muneris poſſidere largitatem agnoſcit non ſuæ ſolertiæ, ſed diuinæ gratiæ, ſed quo modo iuſtum eſt, vt poſt perceptum donũ

agnitionem.

C

intelligẽtię hõ ſemetipſum exerceat in bona operatiõe, iſte amator diuinæ ſapientię ſuum exemplũ cõſequenter profert in mediũ, vt auditor intentus ſuum imitetur ſtudium.

D

¶ Alias eruiſti.

oratio mea. Et liberaſti me de perditione, & eripuiſti me de 1 2

a ¶ Præſentis vitæ.

tempore iniquo. Propter ea confitebor, & laudem dicam 3 4

a ¶ Benefaciendo, bene loquendo.

a tibi, & benedicam nomen domini. Cum adhuc iunior ſum 5 6

b priuſquam † oberrarem quæſiui ſapientiam palam in ora- 7

tione mea. Ante tempus poſtulabam pro illa, & vſque in 8 9

c nouiſſimis inquiram eam, & florebit tanquam præcox vua. 10 11

a ¶ Affectus.

Lætatum eſt cor meum in ea, ambulauit pes meus iter 12 13

Mandatorum Dei. — a Quia parum ex me profeci.

rectum, à iuuentute mea inueſtigabam eam. Inclinaui mo- 14 15 16

a Qui petit accipit, & qui quærit inuenit. — b In voluntate mea.

dicè aurem meam, & excepi illã. Multam inueni in meipſo 17

Deo non mihi.

d ſapientiam, & multum profeci in ea. Danti mihi ſapientiam 18

a Laudando, gratias agendo.

e dabo gratiam. Conſiliatus ſum enim, vt facerẽ illam, zela- 19 20

tus ſum bonum, & non confundar. Colluctata eſt anima 21

a Fiis precibus Dei quærendo auxilium.

mea in illa, & in faciendo eam confirmatus ſum. Manus 22 23

a Tot s viſceribus in illa meditando.

meas extendi in altum, & in ſapientia eius luxit anima mea, 24 25

& ignorantias meas illuminauit. Animam meam direxi ad 26

a Illuminatæ mentis. — b Amatoribus ſapientiæ. — c Mundum.

illam, & in † agnitione inueni eam. Poſſedi cum ipſis cor 27 28

Beati mundo corde, &c. — a Ab ea, quæ dicit: Ego diligentes me di.

f ab initio, propter hoc nõ derelinquar. Venter meus cõtur- 29 30

a Quia omnis diſciplina in præſent' amara eſt. — b Sapientiam.

g batus eſt, quærẽdo illã, propterea bonã poſſidebo poſſeſſio- 31 32 33

h nem. Dedit enim mihi dñs linguã † mercedẽ meã, & in ip- 34 35

ſa laudabo eũ Appropiate ad me indocti, & cõgregate vos 36

a Eccleſiam, vbi vera diſciplina dicitur.

in domum diſciplinæ. Quid adhuc retardatis, & qđ dicitis 37 38 39 40

e *Conſi.ſum.* Prius dicit ſe conſilium iniſſe, vt faceret illã, deinde zelo boni exardeſcere poſtea animam ſuam in ea colluctari, & in faciendo eam ſe confirmatum. Et intellige primum eſſe conſilium, vt ſecernatur à malo bonum, deinde volendum, vt ametur bonum. Poſtremo ſtudium boni operis adhibendum, & aſſiduè. Sic enim confirmatus perueniet ad fructum ſapientiæ. Vnde ſapientia ait. *Meum eſt cõſilium, & æquitas, prudentia mea, & fortitudo, in vijs iuſtitiæ ambulabo, & in medio ſemitarum iudicii, vt diligẽtes me ditem.*

E

Prou.8.b.

f *Venter meus.* Commotus ad pœnitentiã. per ſapientiæ notitiã.

g *Propterea.* Ad perfectionem ſapientiæ peruenire, non eſt humani ſtudij, ſed diuini muneris.

† eruditam.

h *Dedit enim mihi domi.* Bona merces eſt lingua erudita, quæ fecit fratres inſtruere, & corrigere.

F

a *Aperui*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et libe. me de perditione.* gehennæ.
2 *Et eripuiſti me de tem. &c.* id eſt, præſentis vitæ, in quo regnat iniquitas.
3 *Propterea confitebor.* humiliter peccata mea.
4 *Et lau. di. ti.* in oratione deuota.
5 *Et benedicam no. do.* id eſt, bonum dicam.
6 *Cum adhuc.* Hic conſequẽter ad deum laudandum, alios inuitat. Et primo facto exemplum ſui inducens, ſecundo, verbo, ibi: *Appropiate.* Circa primum dicitur. *Cũ adhuc iu. ſum.* ideſt tempore quo ſenſus ſunt viuaces.
7 *Priuſquam oberrarem.* per vitia intellectum obſcurantia.
8 *Quæſiui ſapientiam, &c.* deuote, & humiliter deprecando, vt aperiret mihi theſauros veritatis ſuæ abſconditos.
9 *Ante tempus.* ætatis prouectæ.
10 *Poſtula.* pro illa conſequenda.
11 *Et vſque in nouiſ. inquiram eam.* per ſtudium, & orationẽ, nam homo ſemper poteſt proficere in ea.
12 *Et florebit.* in me ſe manifeſtando.
13 *Tanquam præcox vua.* quę præuenit generalẽ maturitatẽ.
14 *Lætatum eſt, &c.* nam meditationes ſapientiæ ſunt delectabiles valde. 15 *Ambulauit pes, &c.* iuſtitiæ per directionem ſapientiæ. 16 *Inclinaui modice aurem, &c.* ad ſapientiæ doctrinam audiendum. Et dicit modice, quia licet in acquirendo ſapientiam ſit magnus labor, tamen reſpectu boni magni, quod inde prouenit, eſt modicus reputandus.
17 *Multam inueni, &c.* à Deo mihi cõceſſam, ideo ſubditur.
18 *Danti mihi, &c.* ſibi totum attribuendo.
19 *Conſiliatus ſum, &c.* nam ſapientia, quæ eſt Dei donum, non eſt tantum ſpeculatiua, ſed etiam practica.
20 *Zelatus ſum bo. &c.* coram deo.
21 *Colluctata eſt, &c.* ſcilicet ſapientia. nam in acquiſitione eius eſt quædam colluctatio animæ.
22 *Et in faciendo eam confirmatus ſum.* nam habitus per exercitium operis confirmatur.
23 *Manus meas extendi in altum.* id eſt opera, vel animã meã per rectitudinem intentionis direxi in deum.
24 *Et in ſapientia eius luxit.* luce cognitionis diuinorum, & humanorum. Quod autem ſubditur.
25 *Anima mea, & ignorantias meas illuminauit.* non eſt in libris correctis.
26 *Animam meam direxi ad illam.* acquirendam, & implendam.
27 *Et in agnitione.* meæ mentis illuminatæ.
28 *Inueni eam.* à Deo mihi datam.
29 *Poſſedi cum ipſis.* ſcilicet effectoribus, vel illuminatorib. ſapientiæ.
30 *Cor ab initio.* à iuuentute eã diligendo, & eã exquirẽdo.
31 *Propter hoc non dereli.* ab ipſa ſapientia, quæ dicit, *Ego diligentes me diligo,* Prouer.8.b.
32 *Venter meus.* ideſt animus meus.
33 *Conturbatus eſt quærendo illam.* nam in principio antequã eius initium habeatur, anima quandam difficultatẽ patitur.
34 *Propterea bonam poſſidebo poſſeſſionem.* nam ipſa acquiſita facit delectabiles meditationes, & etiam operationes, & locutiones: ideo ſubditur.
35 *Dedit enim mihi linguam.* ad proferendum verba ſapiẽtiæ diſpoſitam, ideo in aliquibus libris ſcribitur: Linguam eruditam, ſed li eruditam non eſt de textu, eſt enim quædã gloſſa interlinearis inſerta textui per ſcriptores.
36 *Mercedem meam, & in ipſa, &c.* ideſt, quam poſſum acquirere mercedem æternam fideliter docendo, & humiliter exorando, ideo ſubditur. *Et in ipſa lau. eum.*
37 *Appropiate ad me indoc.* Hic conſequenter inducit alios ad ſapientiam verbo, dicens, *Appropiate ad me indocti.* vt efficiamini docti.
38 *Et congregate vos in domum diſci.* nam plures auditores ſimul magis proficiũt, quã vnus ſolus, quia qđ vnus nõ capit à magiſtro, alius capit, & ſic poſſunt vtiliter adinuicem conferre. 39 *Quid adhuc retar.* q.d. hec retardatio eſt nociua, dicente poeta. *Qui non eſt hodie, cras minus aptus erit.* 40 *Et quid dicitis in his.* q.d. nõ habetis excuſationem huius tarditatis.

1 *Anima*

a ¶Verbum Dei.
b ¶Q Omnes ſitientes venite ad aquas,& qui non ha.argen.venite emite.
a in his? Animæ veſtræ ſitiu'nt vehementer. Aperui os meum 1
a ¶ Materiali. 2
& locutus ſum. †Comparate vobis ſine arge'nto ſapientiam, 3
a ¶Rigorem ſuperbiæ.
& collu'm veſtrum ſubiicite iugo, & ſuſcipiat anima veſtra
a ¶ Prope eſt dominus omnibus inuocantibus eum.
diſciplinam. In pro'ximo eſt enim inuenire eam. Videte 4
a ¶Interioribus. b Quia ex me parum profeci. 5
ocu'lis veſtris, quia modicum laboraui, & inueni mihi mul- 6
a Iucunditatem ſapientiæ. Ergo.
ta'm requiem. Aſſumite diſciplinam in multo numero ar- 7
a Diuinæ eloquentiæ. Senſum.
b genti, & copioſum aurum poſſidete in ea. Lætetur anima ve- 8
a Qui ingratus eſt confunditur. 9
ſtra in miſericordia eius, & no'n cõfundemini in laude ipſi°. 10
a Non cibum,qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam.
Dum lucem habetis,credite in lucem,vt ſitis filii lucis.
b Iudicii. c Remunerationem æternam.
Operamini opus veſtrũ ante tempus, & dabit vobis merce 11 12
a Iudicio. Meremus non deficientes. 13
dem veſtram in tempo're ſuo. 14

A a *Aperui os meum, & locutus ſum. Comparate vobis ſine argento ſapientiam,&c.* ✻ Rabbanus. Mercimonium eſt vbi deuotio hoc promereri valeat, qđ pecuniarum grandis impẽſa impetrare nõ poteſt, qui ergo intente diſcit,& diſciplinabiliter viuit donũ
B cæleſtis ſapiẽtię veraciter obtinebit. Huic ſententiæ ſimile eſt illud Iſaiæ, quod dicit, *Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum properate,emite, & comedite,etc.* ſpreto igitur illo argento, & pecunijs quibus aquas domini
Matth.26.c. Marc.14.c. emere nõ poſſumus,pgamus ad eũ,q tenens calicẽ ſacramẽ
C ti diſcipulis loquebatur, *Accipite,& bibite hic eſt ſanguis meus.* quod
D vinum miſcuit & ſapientia in cratere ſuo omnes ſtultos ſęculi mundique ſapientiam non habentes prouocans ad bibendũ, & non ſolum vinum emamus, ſed & lac, quod ſignificat innocentiam paruulorum. De quo lacte dicebat, & Pau-
E lus. Ergo non iuxta abundantiam ipſam, & delicatos cibos. Dominus animę pollicetur, ſed illas delitias ad quas nos myſtice prouocat dicens. *Delectare, ſiue delitiis fuere in domino,& dabit tibi petitiones cordis tui, &c.* Pſal.36.a.

b *Lætetur anima.* Magna eſt iucũditas cordis, ſi recordatur miſericordiam ſuperni iudicis.
F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Animæ veſtræ ſitiunt vehementer.* Nam omnes homines naturaliter ſcire deſiderant, vt dicitur in principio Metaphyſicæ,licet iſtud deſiderium per occupationem circa inutilia in aliquibus retundatur.

2 *Aperui os meũ, & locutus ſum.* ideſt paratus ſum gratis vos docere propter Deum.ideo ſubditur.

3 *Comparate vobis,&c.* & patet.Sed quia poſſet ſe aliquis excuſare propter difficultatem acquiſitionis ſapientiæ, ideo hoc remouet dicens.

4 *In proximo eſt enim inuenire eam.* quãtum ad eius principia quæ ſunt per ſe nota:Et inducit exemplum de ſeipſo,di.

5 *Videte oculis veſtris,quia modicum laboraui.* reſpectu magnitudinis boni conſecuti, ideo ſubditur.

6 *Et inueni mihi multam requiem,* ideſt ſapientiæ iucunditatẽ.

7 *Aſſumite diſciplinam in multo numero argenti.* ideſt illam prę ponentes multę pecuniæ numeroſitati.Sapien.7.a.*Tanquam lutum æſtimabitur argentum in conſpectu illius.*

8 *Et co.au.poſ.in ea.* ideſt eius poſſeſſio melior eſt multo auro, Sapien.7.a. Omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua.

9 *Lætetur,&c.in miſer.* ſcilicet dei,qui eſt ſapientia increata.

10 *Et non confun.&c.* ſed magis honorabimini.

11 *Operamini opus veſtrum.* ideſt vobis a deo iniunctum.

12 *Ante tempus.* ſcilicet mortis,in qua ceſſabit tempus meritoriæ actionis.

13 *Et dabit vobis mercedem veſtram.* ſcilicet vitam æternam.

14 *In tempore ſuo.* ideſt in tempore a deo diſpoſito,qui attingit a fine vſque in finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter: Cuius nomen eſt benedictum in ſecula ſeculorum. Amen.

Hic in aliquibus biblijs ſolet poni Oratio Salomonis, quam non poſuimus, quia habetur. 3. Regum 8.c. & 2. Paralipomen. 6.c.